Magus, gi, m. *Mago, stregone*, מכשף, Germ. *ein zauberer, schwartzkunſtler*, Gal. *magicien*, Hisp. *magico*, μάγος, dictio Persica; quæ apud eos significat sapientem. Sapientes enim Persæ Magos vocant, ut Græci Philosophos. *Cic. 1. de Div. c.* 23. Ei Magos dixisse, quod genus sapientum, & doctorum habebatur in Persis. *Et infra c.* 41. In Persis augurantur, & divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Nec quisquam Rex Persarum potest esse, qui non ante Magorum disciplinam, scientiamque perceperit. ¶ Consuetudine, & sermone communi pro malefico, seu incantatore accipitur. Nam cum Magi apud Persas potissimum Deorum cultui vacare solerent, in tantum postea aucta est eorum vanitas, ut non solum observatione siderum futura prædicere, sed artibus quibusdam & maleficiis & scire se omnia, & facere posse profiterentur. V. *Apul. in Apol.*

Magus, a, um, adject. magicus, μαγικὸς, *Ovid. 1. Amor. eleg.* 8. *v.* 5. Illa magas artes, Æaque carmina novit.

Maja, f. 1. Μάϊα, Atlantis filia, ex Plejone Nympha, ex qua Jupiter Mercurium suscepit. Hinc Romani mense Majo sacrificabant. Sed quidam affirmant, teste *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 12. quibus Cornelius Labeo consentit, hanc Majam, cui mense Majo res divina celebratur, terram esse, hoc adeptam nomen a magnitudine, sicut & Mater Magna a Græcis vocatur. *Virgil. 1. Æn. v.* 301. Maja genitum demittit ab alto. ¶ Fuit altera hoc nomine, Fauni filia, cui in meliario vase non mel, sed vinum sacrificabant. ¶ Præterea Maja est una ex Plejadibus stellis. *Virg. 1. Georg. v.* 225. Multi ante occasum Majæ cepere &c. ¶ Denique sic appellatur canori genus maximum, *grancevola*. *Plin. l.* 9. *c.* 31.

Majalis m. *porcò castrato*, Ger. *verſchnittener eber*, Gal. *porceau chastré*, Hisp. *marrano*, χοῖρος τομίας, suis castratus. *Ifid. in Gloſſ.* dictum censet, quia Majæ Deæ sacrificabatur, matri Mercurii. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 4. Castrantur verres commodissime anniculi, quo facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur majales.

Majestas, ātis, f. uxor Vulcani, ab antiquo positivo majus pro magnus. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 12. ex *Pisone*.

Majestas, tis, f. 3. *maestà*, הדר, נאות, Germ. *majeſtet, hochwürde*. Gal. *majeſté*, Hisp. *majeſtad*, σεμνότης, μεγαλοπρέπεια, magnitudo, decus, amplitudo, & dignitas Populi, vel Senatus, vel Principis, Imperatorisve, aut etiam privati magni viri, ab antiquo positivo *majus* pro *magnus*. Apud Romanos proprie Populi erat. Senatus enim *auctoritas* dicebatur. Nam Populus scisciere solebat, & jubere, Senatus censere, & auctor esse. *Cic. 3. Phil.* Ut omnes ad auctoritatem hujus ordinis, majestatemque P. R. defendendam conspiraste videantur. ¶ Majestatis crimen est, cum ea tolluntur, in quibus vel Regis, vel Magistratus, vel Populi amplitudo versatur. *Sigon. de ant. jure C. R. l.* 2. *c.* 18. Hinc majestate lædere, vel minuere, est aliquid committere contra dignitatem, vel amplitudinem Populi, Regis, Magistratus. Et majestatis rei dicuntur, qui de majestatem læsa, seu imminuta accusantur. *Cic. in Partit. c.* 30. Majestas est in Imperii, atque P. R. dignitate, quam minuit is, qui per vim multitudinem ad seditionem vocavit. *Id. pro Cluent. c.* 35. Damnatus majestatis. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis, ut Majestas nominis, idest magnitudo, sive dignitas; Majestas loci, idest ejus præstantia, sive excellentia; Majestas orationis, idest gravitas stili, &c. *Martial. in epist. præfixa l.* 8. Cum pars libri & major, & melior ad majestatem tui nominis tui allegarâ sit. *Liv. l.* 1. *c.* 35. Quæ ipsius etiam loci majestate effer. *Cic. de Am. c.* 25. Quanta illi fuit gravitas! quanta in oratione majestas! ¶ Est etiam Dea, filia Honoris, & Reverentiæ. *Ovid. 5. Fast. in prine.*

Maji, m. familia in Italia, ex qua Majus avus maternus, & Maja mater Virgilii Poetæ, fortasse a magnitudine. Vulgo in vita Poetæ *Magus* legitur pro *Majus*; indeque fabula, avum maternum Maronis magum fuisse, ab eo Poetam didicisse artes magicas, his mirandа illa feciſſe Neapoli, quæ leguntur apud *Arnoldum Abbatem Lubecensem in Chronico Slavorum lib.* 4. *cap.* 19. Sed avum Maronis non *magum* dictum, verum *Majum*, argumento est, quod ab eo mater dicerentur *Maja*. *Voſſ.*

Major, & majus, *maggiore*, מאד, גדול, מן, comp. nominis *magnus*, a Græca voce allata. Nam quia antiqui Romani carebant litera z, mutabant eam in *j* consonum, quomodo & a ζυγὸς, *iecere jugum*. Vel est contractum ex *magnior*. Nam a magnus deberet esse *magnior*, ex quo elisо *n* fit *magior*, ex quo *g* quoque extrito, remanet *major*. Vel est ab antiquo positivo *majus* pro *magnus*, unde Deus Majus, & Dea Maja. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr.* Eum tibi commendo majorem in modum. *Id. de Am.* Ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod majus est, in hoste etiam diligamus. ¶ Interdum refertur ad dignitatem, ut Majores Magistratus, idest Consules, & Prætores, qui reliquis dignitate præeunt. *Festus*. ¶ Interdum ad ætatem, pro seniore, seu longioris ævi. *Cic. 1. Tuscul. c.* 1. Major natu. *Ter. Phorm.* 1. 2. 14. Senis nostri fratrem majorem nosti. *Capitolin. in Pertin. c.* 4. Sexagenario major. ¶ Major herus est paterfamilias; nam minor filius dicebatur. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 51. Ego ista vestra majori hero facta denarravero. ¶ Major morbus, est morbus comitialis. *Cels. l.* 3. *c.* 33. ¶ Hujus comparativo *Plaurus* addit adverb. *magis*. *Mer. prol. v.* 55. Qui dederit, magis majores nu as egerit.

Majŏres, orum, m. *maggieri, antichi*, זקנים, אבות, πρόγονοι, intelligi possunt quicumque avi, abavi, proavi, atavi, tritavi, & ante hos in infinitum, sicut minores, qui etiam post trinepotes futuri sunt. Usurpatur hæc vox tantum in num. pl. *Cic. 3. Phil.* L. Philippus vir avo, patre, majoribusque suis dignissimus. ¶ Accipiuntur etiam majores indifferenter pro omnibus, qui ante nos fuerunt, ut minores pro posteris. *Cæſ. l.* 4. *B. G.* Quod Germanorum consuetudo hæc sit a majoribus tradita.

Majorīnus, a, um, adject. a *major*. *Majorinæ olivæ* dicuntur, quæ sunt omnium maximæ, alio nomine *regiæ*. Eædem tamen minimum olei habent: unde & *Phaulie* dicuntur, φαυλίαι: a φαῦλος, vilis, vitiosus. *Plin. l.* 15. *c.* 3. ¶ *Majorina pecunia*, quæ & *contentionales communes* dictæ sunt, parvi quidem pretii, sed *majores* tamen usitatis assibus fuerunt. *Impp. Conſtantin. & Julian. l.* 9. *Cod. Theodoſ. tit.* 23. *l.* 1.

Majugĕna, æ, m. Maja genitus, μαιαγενὴς, h. e. Mercurius. *Martian. Capel. l.* 1. *Jubitin. in carm.* Nostri Majugenam pignoris incluti.

Majuma, æ, ludi genus. Scribit *Suidas*, dictum esse a Majo mense, quod eives R. certo ejus mensis die ad Hostiam secundo Tiberi descenderent, ibique in maritimis aquis natantes luderent, *Cod. Theodor. l.* 15. *tit.* 6. Placuit, ut majumæ lætitia provincialibus redderetur, ita tamen, ne ferverent honestas, &c.

Majus, ii, *Maggio*, סיון, Germ. *der Maymonat*, Gal. *le mois de May*, Hisp. *Mayo*, Μαΐος, μηνὸς σφραγιδῶν, mensis, a majoribus dictus, quorum consilio Respublica gerebatur, sicut *Junius* a *Junioribus*, qui rem armis gerebant, vel a Majestate, ut fabulatur *Ovid. 5. Fast. initio*. Æliі ducunt a Maja, matre Mercurii, cui hoc mense sacrificabatur: alii a Majo Deo, qui est Jupiter. V. *Ovid. loc. cit. v.* 185. *Id. ibid. verſ.* 71. Hinc sua majores possiſſe vocabula Majo. ¶ Usurpatur etiam adjectivorum more, ut Calendæ Majæ, Idus Majæ, apud *Cic. 3. Att. ep.* 7. 8. *&c.*

Majuscŭlus, a, um, *grandetto*, μειῶν, grandior. *Cic. lib.* 9. *Fam. epiſt.* 20. In aliqua majuscula cura, negotioque versari. *Ter. Eun.* 3. 3. 21. Thais, ego quam sum, majuscula est.

Mala, æ, f. *guancia*, לחי. Germ. *die wangen od backen*, Gal. *la joue*, Hisp. *mexilla*, παρειὰ, est pars faciei eminens inter oculum, nasum, & buccam, quæ & gena dicitur, a *mando*. Aliqui censent, hanc vocem contractam esse ex maxilla, abjectis mediis literis, ea ratione, qua *ala* ex *axilla*. *Cic. in Or.* Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam e maxillis, e taxillis, e vexillo, & paxillo confuetudo elegans Latini sermonis evellit. Dicitur proprie de hominibus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Infra oculos malæ hominis tantum, quas prisci genas vocabant, ibi ostenditur pudor. ¶ Interdum tribuitur & bestiis. *Virg.* 3. *Georg. v.* 268. Quo tempore Glauci Potniades mala membra absumpsere quadrigæ.

Malabathrarĭus, vel malobathrarius, ii, m. qui malabathrum conficit, aut vendit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 37. ubi al. leg. *myrrhobathrarius*.

Malabathrātus, vel Malobathratus, a, um, adjectiv. Malabathro unctus. *Sidon. l.* 2. *ep.* 3. Satrapæ pumicati, malabathrati.

Malabathrum, seu malobathrum, n. 2. μαλάβαθρον, μαλάβαθρον, *Dioscoridi* folium est nardi odore, quod ex India advehitur. Ex eo unguentum, vel oleum exprimitur odoratissimum, quod & malabathrum, & foliatum vocatur, quo ad ungendos capillos utebantur. *Hor. l.* 2. *carm. od.* 7. Fregi coronatus nitentes malobathro Syrio capillos.

Malăche, f. 1. μαλάχη, species malvæ, ventrem emolliens, a voce Græca allata, quæ a μαλάσσω, *mollio*, ab emolliendo ventre. *Plin. l.* 20. *c.* 21.

Malachītes, μαλαχίτης, gemma spissius virens, al. molochites, a colore malaches, seu malvæ. *Plin. l.* 37. *c.* 9.

Malăchtra, f. 1. al. maldacha, arbor in Bactriana regione magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus exsudans, quod bdellium vocatur. *Plin. lib.* 12. *cap.* 9.

Malacia, æ, f. *bonaccia*, μαλακία, שכוך כוחות, עת שמו הים שוריו, tranquillitas, cum maris fluctus omnino quiescunt, & languent, neque ulla aura commoventur. *Cæſ.* 3. *B. G. c.* 15. Tanta subito malacia, ac tranquillitas exstitit, ut se loco movere non possent. ¶ Transiate sumitur pro mollitie animi. *Sen. ep.* 67. *In otio inconcusso jacere, non est tranquillitas, malacia est*. ¶ Dicitur etiam de languore stomachi cibum fastidientis, præcipue in mulieribus gravidis. *Plin. l.* 23. *c.* 6. Malicorium expetitur gravidarum malaciæ. Adde *l.* 27. *c.* 7.

Malacisso, as, a. 1. *ammollire, domare*, μαλακίζω, mollio, fubigo, a verbo Græco allato, quod a μαλακὸς, *mollis*. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 31. Ah nimium ferus es, malacissandus es.

Malacticus, a, um, adject. molliendi vim habens, μαλακτικὸς. *Theod. Priſcian. de Diæta, c.* 15. Malacticam habet virtutem.

Malăcus, a, um, *molle*, רך, ענוג, Μαλακὸς, mollis, delicatus, a μαλάσσω, *mollio*, ut Malacum pallium, synthesis, seu vestis cœnatoria, quia hæc mollior fuit, ac pretiosior, utpote sæpe purpurea, aut coccinea. *Duæ* tamen malacum non a mollitie dictum putat, sed a colore malaches, sive malvæ. *Plaut. Mil.* 3. 1. 93. Pallium malacum. *Id. Bacch.* 2. 3. 121. Hic nostra agetur ætas in malacum modum, h. e. molliter, jucunde. *Id. Mil.* 3. 1. 74. Cinædus malacus.

Malaginum, i, n. emplastrum, quod sine igne conficitur. *Plin. Valerian. lib.* 3. *cap.* 12. *in fin.*

Malagma, atis, n. 2. μάλαγμα, fomentum, quod integræ cuti imponitur ad apostemata, aliosve tumores præter naturam molliendos, a μαλάσσω, *mollio*. *Col. l.* 6. *l.* 17. Ut lentorem malagmatis habeat. ¶ Malagmata differunt ab emplastris; & pastillis, quia malagmata maxime ex floribus, emplastra, pastillique magis ex quibusdam metallicis fiunt. *Celſ. lib.* 5. *c.* 17. Deinde emplastra imponuntur vulneribus, malagmata in integram cutem injiciuntur, pastilli aut illis, aut alicui molliori ceratioui miscentur. ¶ Dicitur etiam *malagma*, *e*, *Veget. de re Veterin. l.* 4. *c.* 20. 21. 23. & alibi.

Malandĭra, vel Malandra, æ, f. genus mobi in equis, & in hominibus, apud *Veget. lib.* 2. *de re veterin. cap.* 42. & *Marcel. Empir. cap.* 34. *a med.* & est lepræ, seu elephantiasis species. ¶ Eo qui laborant, *malandrioſi* appellantur. *Marcell. Empir. cap.* 19.

Malandrĭōsus. V. vocem præced.

Malasso, V. Malaxo.

Malaxatio, onis, f. actus emolliendi. *Theod. Priſcian. l.* 1. *cap.* 28. Malaxationes adhibendæ.

Malaxo, & Malasso, as, a. 1. *far molle, maturare*, חמר, Germ. *weich machen*, Gal. *amollir*, Hisp. *ablandar*, μαλάσσω, mollio, fubigo, a verbo Græco allato. *Labor. apud Gel. l.* 16. *c.* 7. Malaxare malas.

Maldăcon, i, n. gummi ex bdellio arbore. *Plin. l.* 12. *c.* 9.

Male, adv. *malamente, iniquamente*, רע, Germ. *böſlich, übel*, Gal. *mal, mauvaiſement*, Hisp. *malamente, mente*, κακῶς, prave, nequiter, vitiose, improbe. *Sueton. Vitel. c.* 7. Male animatus erga Principem. *Cic. Att. l.* 9. Si Italiam relinquet, faciet omnino male. *Id. ad Brut.* Dii isti Seguliq male faciant. *Id. Verr.* 3. *cap.* 54. Malè accipit verbis Rabonium. *Virg. 2. Æn. v.* 23. Statio male fida carinis, *h. e.* prava. *Plaut. Stich.* Male moratus. *Sueton. de clar. Rhetor.* S. Claudius male occultatus. *Ter. Heaut.* 4. 1. Male docet te mea facilitas, *h. e.* in causa est, ut tu male agas. *Cic. 4. Tuſc.* Malè olere omne cœnum. ¶ Interdum accipitur pro valde. *Ter. Heaut.* 3. 2. Syre, tibi timui male. *Cic. de clar. Orat.* Addebat, scriptores illos male multatos. Item pro infeliciter. *Nepos Miltiad. c.* 3. Malè rem gerere. ¶ Hinc, Male vertat, imprecandi locutio. *Ter. Adelph.* 2. 1. 37. Minis viginti illam emiſti; quæ res tibi male vertat, *ſia la tua rovina, non ti faccia pro*. ¶ Hinc etiam male esse alicui. *Ter. Adelph.* 4. 5. 21. Animo male est. *Cic. Att. l.* 15. Male sit Antonio. Sic male vivere, est, in egestate vivere. *Plaut. Trinum.* ¶ Male cadere, *aver cattivo eſito*. *Cæſ.* ¶ Male conciliare, est caro pretio emere. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. V. Concilio. ¶ Male habere aliquem, est male accipere, vexare, *travagliare*. *Ter. Andr.* 2. 6. 5. Præter spem evenit, scio, hoc male habet virum. ¶ Male cogitare de aliquo, *eſſer di mal' animo contra qualcuno*. *Cic. de Sen.* Quomodo Charthagini male jamdiu cogitanti bellum inferatur. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 12. Animadverteram, male eum de me cogitare. ¶ Male audire, *aver cattiva fama*. *Cic. Arr. lib.* 9. Qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat. ¶ Male mereri de aliquo. V. *Mereor*. ¶ Male credere, difficile credere. *Plaut. Pœn.* 4. 2. *verſ.* 56. & 67. Malè credam, & credam tamen. ¶ Male velle alicui, *odiare*. *Plaut. Asin.* 5. 1. 13. Utinam qui mihi male volunt, sic rideant. ¶ Eodem modo usurpantur *Pejus*, & *Pessime*, de quibus V. suis locis.

Malea, f. Μαλέα, *Capo Malio di S. Angelo*, prom. Peloponnesi, in ora Australi Laconicæ, Laconicum sinum siniens, & dicta est a Maleo Argivorum Rege, qui in ea templum pulchrum construxit, quod Maleoticum appellavit. *Virgil.* 5. *Æn. v.* 193. Ionioque mari, Maleæque sequacibus undis. *Stat.* 7. *Theb. v.* 36. & raucæ circumtonat ira Maleæ.

Maledĭcax, acis, *maledico*, מקלל, קוהרה, βλασφημῶν, maledicus. *Plaut. Curc.* 4. 2. 26. Maledicax es. *Macrob. lib.* 7. *Saturn. c.* 3. Importuna urbanitas maledicacem luce privavit. ¶ Possis etiam divisim scribere Male dicax.

Maledĭce, adv. *maledicamente*, Germ. *ſchmeichlich*, Gal. *en médiſant*, Hisp. *maldeciemente*, κακολόγως, contumeliose. *Cic.* 1. *Offic. c.* 37. Cum de absentibus, detrahendi causa, maledice, contumelioseque dicitur.

Maledicens, tis, adject. *maledico*, κακολόγος, מקלל, *Plaut. Merc.* 2. 3. 75. Ut nunc sunt maledicentes homines. ¶ Maledicentior, & maledicentissimus V. in Maledicus.

Maledicentĭa, æ, *villania, maldicenza*, גדופה, קללה, Ger. *ſchmachred*, Gal. *médiſance*, Hisp. *detracion*, κακηγορία, λοιδορία, obtrectatio, convicium. *Gel. lib.* 3. *c.* 3. Ob assiduam maledicentiam, & probra in principes civitatis.

Maledĭco, is, ixi, ictum, *n.* 3. *maledire, dir male*, גדף, חרף, קלל, Ger. *einem übelreden*, Gal. *médire*, Hisp. *maldezir, maldecir*, κακολογῶ, βλασφημέω, maledictis affligo, in aliquem maledicta, idest contumelia, probra, contumelias conjicio. *Ter. Eun.* 4. 7. 29. Nescis cui nunc maledicas viro. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 8. Si legatorum culpiam maledicitur. ¶ Invenitur etiam cum accus. *Petron. in Satyr. c.* 96. Maledic illam versibus, ut habeat pudorem. *Id. in fragm. Trag. c.* 38. *Burm.*

Maledĭctio, onis, f. *maledizione*, גדופה, חרפה, קללה, Germ. *ein ſchmachwuort*, Gal. *malediction*, Hisp. *maldicho, maldicion*, κακηγορία, actus maledicendi. *Cic. pro Cal. c.* 3. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam.

Maledĭctĭto, as, *dir male ſpeſſo*, sæpe maledico. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 62. Maledictitatur tibi vulgo in sermonibus. ¶ Possis etiam divisim scribere *male dibito*.

Maledictūres dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici. *Feſt. ex Cæs.*

Maledĭcum, ĭci, neut. *ingiuria, villania*, λοιδορία, גדופה, גרופה, convicium, probrum, contumelia. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 3. Cum omnia maledicta, versus denique etiam obscœnissimi in Clodium, & Clodiam dicerentur. *Id. pro Planc. c.* 12. Hæc sunt conjecta maledicta in ejus vitam. *Et cap.* 13. In homines nobilissimos maledicta asperе, & ferociter dicta commemorem. *Id. 1. nat. Deor. c.* 24. Zeno non eos solum figebat maledictis, &c.

Maledĭcus, a, um, adject. *maledetto*, אורר, ἐπικατάρατος. *Spartian. in Geta, c.* 3. Maledicte parricida, fratrem tuum occidisti.

Maledĭcus, a, um, *maldiciente, maledico*, מחרה, Germ. *übelreder, leſterer*, Gal. *médiſant*, Hisp. *maldiciente*, βλάσφημος, qui proclivis est ad maledicendum, aut obtrectandum. *Quint. lib.* 4. *c.* 1. Maledicus in omnes. *Cic. pro Flac. c.* 28. In tam suspiciosa, & maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. ¶ Comp. maledicentior, superl. maledicentissimus. *Plaut. Merc.* 1. 2. 31. At ego pol maledicentiorem, quam te, novi neminem. *Cic. pro Flac. cap.* 3. In maledicentissima civitate, in suspiciosissimo negotio maledictum omne, non modo crimen, effugit.

Malefăber, bra, brum, adject. male fabricatus, dolosus. *Prudent. Hamartig. v.* 76. Suadelis malefabris illecta.

Malefacio, acis, eci, actum, *n.* 3. *far male*, הרע, Ger. *übel od, beſes thun*, Gal. *malfaire, nuire*, Hisp. *mal hazer*, κακουργέω, male ago. *Ter. Adelph.* 2. 1. 10. Neque tu verbis solves unquam, quod mihi re malefeceris. Et passive imperfonalium more. *Plaut. Mil.* 2. 2. 11. Nescio quid malefactum a nostra huic familia est. ¶ Sæpe usurpatur disjunctum. V. *Male*.

Malefactor, oris, m. *malfattore*. *Plaut. Bacch.* 3. 8. 11. malefactorem amitti fatius, quam relinqui beneficum, *h. e.* melius est malefactorem non ulcisci, quam beneficio gratiam non referre.

Malefactum, ĭci, n. *maleficio*, רעה, Germ. *ein böſe that*, Gal. *maléfice, fortvilége*, Hisp. *mal hecho*, κακούργημα, mala actio, peccatum. *Cic. Off.* 2. *c.* 18. Ex Ennio: Benefacta male locata, malefacta arbitror.

Malefĭce, adv. *maleficamente*, cum maleficio. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 113. Nec fycophantiose quidquam ago, nec malefice.

Maleficentĭa, *f. malefizio, danno, ingiuria*, נזק, Germ. *beleidigung, ſchedigung*, Gal. *malfaiſance*, Hisp. *mal hecho*, κακουργία, damnum, injuria. *Plin. l.* 9. *cap.* 9. Maxime tamen rostris canicularium maleficentiæ assimilati.

Maleficium, ii, n. *maleficio*, חמס, נזק, Germ. *miſshandlung, maleſtz*, Gal. *toute ſorte de mal ou de malfait*, Hisp. *maleficio*, κακούργημα, maleactum, facinus, injuria, quicquid improbe admissum est. *Cic. 2. Off.* Qui maleficio, & scelere pascuntur. *Id. pro Rosc. Amer. c.* 22. maleficium admittere. ¶ Accipitur & pro quavis injuria, & noxa, *danno*. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 7. Sibi esse in animo, sine ullo maleficio iter per provinciam facere. *Et cap.* 9. Helvetii ut sine maleficio, & injuria transeant.

Maleficus, a, um, *malfattore, colui che fa male*, מרע, Ger. *ſchedlich*, Gall. *malfaiſante, nuiſant*, Hisp. *malechor*, κακοῦργος, perniciosus, qui damnum infert, & qui nocet alteri. *Cic. 7. Ver. cap.* 55. Maleficorum, sceleratorumque custodiæ. *Plin. l.* 12. *c.* 17. Maleficum frondibus animal capra. ¶ Interdum ponitur pro incantatore, venefico, ut Maleficæ mulieres, incantatrices, & veneficæ: Maleficæ artes, pro incantationibus, & veneficiis. *Cod. tit.* 38. *lib.* 9.

Maleficus, non una, sed duæ voces sunt. V. *Male*,

Malenarus, duæ voces sunt. V. *Natus*.

Malesanus, duæ voces sunt separatim scribendæ. V. *Sanus*.

Malesuādus, a, um, *chi eſorta al male*, κακοσύμβουλος, qui male suadet. *Virg. 6. Æn. v.* 276. Et malesuada fames, & turpis egestas.

Maletractātio, onis, fem. *cattivo trattamento*, mala tractatio. *Arnob. l.* 4. *p.* 142. Tolerari forsitan maletractatio hæc posset. *Ep.* 142. immunis a maletractatione.

Maletyrum, V. Ilenevyntum.

similitudine rei, quod in ea parte, quæ decidirur, ex vetere sarmento promicens utrinque, malleoli speciem præbet. *Plin. l. 17. c. 21.* Solebat capiculatus utrinque e duro farculus feri, eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc. *Cic. de Sen.* Malleoli, plantæ, sarmenta, traduces, yites, propagines nonne ita afficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? ¶ Transfertur quoque ad manipulos, aut collectiones sparteas forma quadam mallei ligatas, & pice, aut fulphure illitas, & incensas, quæ in muros, aut tecta conjici solent. *Fest.* & *Non. c. 18. n. 27. Cic. in Catil.* Desinant malleolos ad incendendam urbem, faceique comparare. ¶ Apud *Veget. l. 4. cap. 18.* & *Ammian.* alia ratione malleolus describitur. Verba Ammiani sunt *lib. 23. c. 3.* (*al.* 10.) Malleoli, teli genus, figurantur hac specie: Sagitta est cannea inter spiculum & arundinem multiplici ferro coagmentata, quæ in multiebris colli formam, quo nentur stamina, concavatur, ventre subtiliter, & multifariam patens; atque in alveo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento, & sic emissa lenius (nam jactu rapidiore exstinguitur) principiam hæserit, tenaciter cremat: consperia aquis acriores excitat æstus, &c. *Lipsius Poliorcet. l. 5. Dial. 5.* hujusmodi teli figuram exhibet.

Malleus, lei, m. *martello*, ψ'όβη, Germ. *hemmer*, Gal. *maillet, ou marteau*, His. *martillo*, σφῦρα, fabrile instrumentum. *Plaut. Men. 2. 3. 52.* Navem ligneam, sepe trinam, sæpe excussam malleo. *Varr. R. R. l. 1. c. 22.* Corbes, mallei, & rastelli. ¶ Apud *Veget. de re veterin. l. 1. c. 2.* est genus morbi in jumentis.

Mallo, onis, m. cortex cepæ. *Veget. de re veter. lib. 2. cap. 60.* ¶ Præterea mallones sunt tumores morbosi in genibus, vel articulis jumentorum. *Id. l. 2. c. 48.*

Mallŏres, & Malores, æ, m. μαλλώπης, & μαλώπης, qui est ex Mallo, Ciliciæ urbe. *Plin. l. 4. c. 22.* Philistides Mallotes. *Suet. de Gram. c. 2.* Crates Mallotes.

Mallŭvium, ii, n. & Malluvia, æ, f. *bacile da lavare le mani*, Germ. *ein handbecke*, Gall. *bassin à laver les mains*, His. *fuente para agua manos*, χερόνιπτρον, quibus magus sunt lotæ; pelluviæ, quibus pedes.

Malo, mavis, malui, n. anom. *voler piutrosto, amar meglio*, בחר, Germ. *lieber wollen*, Gal. *aymer mieux*, His. *mas querer*, αἱρέομαι, magis volo, a *mavolo* per Sync. quod a *magis*, & *volo*. *Cic. Agr. lib. 2. ep. 7.* Malo, me cum Pompejo vinci, quam cum illis vincere, & *lib. 15. ep. 18. l. 7. ep. 18.* Domi manere si recte possim, malo malim, & *l. 7. ep. 15.* Cato fervire quam pugnare mavult. ¶ Apud *Plaut.* legitur sæpe *mavelo*, pro malo, *mavelim*, *mavellem*, &c. pro *malim*, mallem, &c. ut *Asin. v. 1. 9.* & *5. 2. 27. Bacch. 2. 2. 21.* &c. ¶ Per pleonasmum interdum *potius* additur, *Ter. Adelph. 2. 2. 14.* Mallem auferre potius in præsentia. *Plaut. Asich. 1. 2. 13.* Si manere hic se fe malint potius, quam &c. Malobathrarius. V. Murrobathrarius.

* Malobathrātus, a, um, malobathro unctus. *Sidon. lib. 8. epist. 3. in fin.*

Malobathrum. V. Malabathrum.

Malogranātum, i, n. μηλόροδον, malum granarum. Legitur apud *Hieronym. in comment. ad Aggæum c. 2. n. 20.* Addunt & *Plin. l. 26. c. 8.* fed nihil certi inde colligi potest, ut neque *l. 16. c. 22.* ubi similis locus habetur.

Maltha, æ, f. μάλθη, cera erar pici liquidæ commixta, tabulis cerandis idonea. *Fest.* Maltha dicitur a Græcis pix cum cera mixta. Sed *Palladius* ceræ non meminit. V. *Pallad. l. 1. tit. 37.* & *Plin. l. 36. cap. 24.* Est a μαλάσσω, seu μαλθάσσω, *mollio*. ¶ Est item materia quædam duriffima ex calce viva adipe fuillo subacta, adversus omnem annorum injuriam invicta. *Pallad. l. 1. tit. 17. Plin. l. 36. c. 24.* ¶ Item limus quidam flagrans, magna in copia proveniens in flagno quodam Samosatæ urbis Comagenes, natura tam admirabili, ut aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samosateni urbem suam Lucullo oppugnantes defenderunt, hostes una cum armis exurentes. *Plin. lib. 2. cap. 104.* * Pro mollī & effeminato, μαλθακὸς, *Lucil.* apud *Non. cap. 1. n. 167.* Insanum vocant, quem maltham, ac feminam dici vident.

Malthĭnus, a, um, adject. effœminatus, mollis, a maltha. *Hor. l. 1. Sat. 2. v. 25.* Malthinus tunicis demissis ambulat. Ubi volunt nonnulli, notari hic Mecænatis. Alii nomen proprium esse ajunt.

Maltho, as, avi, atum, a. 1. maltha solido, & conglutino, malthæ rei alicui induco, quod præcipue fiebat in iis monumentis, quæ æterna esse volebant. *Plin. l. 36. c. 24.* Quod malthatur, oleo perficatur ante.

Malva, æ, f. *malva*, μαλάχη, herbæ species. *Varro l. 4. de L. L.* deducit ex Græco malache, quod a μαλάσσω, *mollio*. *Plin. lib. 20. c. 21.* E contrario in magnis laudibus malva est utraque, & sativa, & sylvestris. *Cic. ep. 26. l. 7. Fam.* Itaque ego a beta, & a malva deceptus sum.

Malvacĕus, a, um, μαλάχινος, quod spectat ad malvam. *Plin. l. 21. cap. 4.* Alia fiunditur e caule malvaceo. ¶ Olim malvaceus substantive etiam usurpabatur, & in gen. masc. pro parva malva, ut betaceus pro parva beta. *Sospat. Charis. l. 1. & 2. Priscian. l. 3.*

Mălum, i, subst. n. *male*, κακόν, quod turpe, seu inhonestum est, peccatum, scelus, flagitium. *Ovid. 1. Met.* Effodiuntur opes irritamenta malorum. ¶ Generatim sumitur pro calamitate, labore, angustia. *Id. ibid.* Finem malorum orare. *Cic. Verr. 5.* Tu nisi malo coactus recte facere nescis? *Id. l. 2. Att.* Malorum Ilias. ¶ Speciatim sumitur pro pœna, præsertim apud Comicos. *Plaut. Perf. 3. 1. 33.* Herus si minatus est malum servo suo. *Terent. Eun. 4. 4. 45.* Non poterit sine malo fateri, video. *Sallust. Jug. c. 100.* Pudore magis, quam malo exercitum coercebat. ¶ Item pro maleficio, peccato. *Ter. Andr. 2. 5. ad fin.* Renuntiabo, ut pro hoc malo mihi det malum. Ubi duas has postremas significationes conjunxit. Item pro morbo. *Ovid. l. 1. de Pont. ep. 3. v. 18.* Interdum medica plus valet arte malum. ¶ Malum! interjecto est irascentis, detestantis, & indignantis. *Ter. Eun 4. 7. 10.* Ubi alii? *S.* Qui, malum, alii? *Id. Phorm. 5. 7. 55.* Quid vos, malum! ergo me sicludificamini? *Cic. Verr. 3. cap. 20.* Quæ, malum! est ista tanta amentia?

Mălum, li, n. *pomo*, תַּפּוּחַ, Germ. *ein apffel*, Gal. *pomme*, His. *manzana*, μῆλον, pomi genus, a Dorico, & Æolico μᾶλον, pro μῆλον. *Varro l. 4. de L. L. Virg. 3. Ecl. v. 64.* Malo me Galatea petit lasciva puella. ¶ Malum Punicum, *pomo granato*, ῥοιὰ, ῥοιὰ, mali genus, ita dictum, quod e Pœnorum regione primum in Italiam translatum est. *Plin. l. 26. c. 8. Martial. l. 1. epigr. 44.* Aut imitata breves Punica mala rosas. ¶ Alia sunt malorum genera, quæ enumerat *Plin. lib. 15. cap. 14.* ut citreum, cydonium, Persicum, &c. V. suis locis. ¶ Malum terræ, herba est, alio nomine aristolochia, cujus quatuor genera enumerat, *Plin. l. 25. c. 8.*

Mălus, i, f. *pomo, melo*, תַּפּוּחַ, Germ. *ein apffelbaum*, Gal. *pommier*, His. *manzano*, μηλέα, arboris species, cujus fructus malum dicitur, a Græca voce allata *Virg. 2. Georg. v. 70.* Et sterriles platani malos gessere valentes.

Mălus, i, m. *l'albero della nave*, תֹּרֶן, Germ. *segelbaum eines schiffs*, Gal. *le mat*, His. *mastil, árbol*, arbor navis, a *malus*, qua genus arboris notat, quia ex trunco arborum fieri soleat, inter quas malus frequentissima est. *Cic. de Sen. c. 6.* Cum alii malos scandant, alii per foros cursent. *Horat. l. 1. od. 14.* Et malus celeri saucius Africo, antennæque gemant.

Mălus, a, um, *cattive*, רַע, Germ. *böss*, Gal. *mauvais*, His. *malo*, κακός, pravus, moribus improbus. *Cic. 3. Offic. c. 9.* Homo minime malus. *Juven. Sat. 4. vers. 8.* Nemo malus felix. ¶ Sumitur etiam pro noxio. *Horat. l. 1. od. 3.* Ignem fraude mala gentibus intulit. ¶ Item pro infelici, inauspicato. *Horat. lib. 1. od. 15.* Mala ducis avi domum. ¶ Item pro magico, veneficiis apto. *Tibul. l. 1. el. 2.* Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas. Sic malum carmen, in *leg. XII. Tab.* est incantatio. ¶ Mala mulier, apud *Plaut. Bacch. 5. 2. 42.* pro deformi ponitur. Sic mala facies apud *Quinc. l. 6. c. 3.* ¶ Mala ætas, est senectus, apud *Plaut.* & *Afranium*. Apud *Plaut. Aulul.* malam ætatem agere, est ærumnosam vitam vivere. ¶ Comparat. pejor, superlat. *pessimus*. V. suis locis.

Mamercus, m. 2. Pythagoræ filius, unde gens Æmilia cognomen traxit, a *Mamers*.

Mamers, tis, m. Mars, lingua Oscorum. *Festus*.

Mamertes, m, 1. vir Corinthius, qui filios fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit, maximo suo malo. Nam ubi Sisapo factum rescivit, eum membratim discerpsit. *Ovid. in Ibin, v. 549.*

Mamertini, m. 2. μαμερτῖνοι, pop. Græciæ, dicti a Mamertia urbe Sami insulæ a Lacedæmoniis subversa fuit, quod illi quinquaginta virgines Lacedæmonias violare tentarent, & non consentientes occidissent. E Samo insulæ ejecti, & a Messanensibus hospitio excepti urbem occuparunt. Hinc Messana urbs Mamertia, & Messanenses Mamertini dicti sunt. *Plin. l. 3. c. 8.*

Mamertinus, a, um, adject. ut Mamertina civitas. *Cicer. 4. Ver. cap. 5.* ¶ Mamertini populi. *Pl. l. 3. c. 8.* ¶ Eorum ager vini feracissimus est. Hinc Mamertinum vinum, apud *Mart. l. 13. ep. 117.* ¶ Mamertinum fretum, Rhegium, Scyllæum, Siculum, Siciliæ freum, *il Faro di Messina*, angustia maris inter Cæniden prom. Brutiorum, & Peloram prom. Siciliæ.

Mamertus, m. 2. prænomen Oscum, a *Mamers*.

Mamilla turris intra Saburæ regionem sita, a Mamilio nomen accepit. Porro Mamiliorum familia progenita fuit a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi proceaverat, cum illiid oppidum condidit. *Festus*. Narrat *Liv. l. 3. c. 29.* L. Mamilio Tusculano civitatem datam A. U. 295.

Mamilliānus, a, um, ad Mamilium pertinens, quod est nomen viri proprium, ut Mamilliana rogatio, *Sallust. in Jug. c. 44.*

Mamilla, æ, f. *mamella*, שַׁד, τιτθίον, dim. a mamma, ut *pupilla* a *puppa*. *Juven. Sat. 6. v. 400.* Illa loqui recta facie strictisque mamillis. ¶ Mamillæ pensiles in capris dicuntur, quæ circa rostrum dependent. *Var. l. 2. R. R. c. 3.* Sub rostra duas ut mamillas pensiles habeant.

Mamillānus, a, um, adj. ut Mamillanæ ficus, sic appellatæ a similitudine mammarum. *Pl. l. 15. c. 18.*

Mamillāre, is, n. *velo da coprir le mammelle*, στηθοδέσμιον, velum, sive fascia, aut quodvis aliud amiculi genus, quo mulieres mammas tegere consueverunt, a *mamilla*. Legitur in titulo *epigrammatis 66. apud Mart. l. 14.*

Mamma, æ, f. *madre*, אֵם, שַׁד, μάμμα, mater apud veteres Græcos. *Aristoph. Gramm. Eustath. & Aull. Th. L. L.* dicit, aviam hoc nomine significari, ideft, matrem patris, vel matris. Est ab infantibus matres appellantibus *ma*, sive syllabæ duplicatione *mama*, seu *mamma*, quemadmodum & simili duplicatione pater ab iis vocatur *tata*, & cibus *papa*, vel *pappa*. *Varro* apud *Non. c. 2. n. 97.* Cum cibum, ac potionem buas, ac papas vocent, matrem mammam, patrem tatam. *Plaut. Mosc. 1. 4. 7.* Ecquid tibi videor mammam adire? *Mart. l. 1. ep. 101.* Mammæ, atque tatas habet ætra. ¶ Latinis mamma uber notat, ideft receptaculum lactis in fœmina, quo fœtum educat, *mamma, poppa*, μαζός, μαστός, ὄηλή, τιτθὸς a μάμμαι, *mater*, *Juv. sat. 1.* Et nuda teneat venabula mamma. ¶ Dicitur etiam de viris. *Justin. l. 12. c. 9.* Sagitta sub mamma trajectus. ¶ Item de bestiis. *Plin. l. 11. c. 40. de capris*. Hæc omnia binas habent mammas. *Martial. l. 2. epigr. 37.* Mammas fuminis, imbricemque porci. ¶ In arboribus mamma dicitur parva illa extuberantia in cortice, unde primum rami enafcuntur, ac germina. *Pl. l. 17. c. 16.*

Mammæānus, a, um, adj. ad Mammæam pertinens (Ea fuit mater Alexandri Severi:) ut *Mammæani pueri*, apud *Lamprid. in Alex. Sev. c. 57.*

Mammālis, le, ad mammas pertinens. *Apul. de herb. c. 26.* herbam chamæpityn *mammalem* vocat, quia prodeft in morbis mammarum.

* Mammārius, a, um, mamillanus. *Sic mammati latercului*, funt in balneis per quos calor ex hypocausto in balineas transfunditur. *Pl. l. 35. c. 12.*

Mammeātus, a, um, mamiosus. *Plaut. Pœn. 1. 2. 181.* Cujus amicam mammeatam vidimus.

Mammonēus, a, um, ad mammonam pertinens. Est autem *mammona* Syriaca vox, qua significantur divitiæ. *August.* docet, Punice *mammon* idem esse, quod lucrum. Hinc *mammonea fides* apud *Prudent. in Hamartig. v. 429.* est fides perfida, & quæ spe lucri, & divitiarum folummodo constat.

Mammŏna, æ, f. *che ha gran mammelle*, Germ. *mit groffen dutten*, Gal. *qui a grandes mamelles*, His. *retudo*, ματτύδης, quod habet mammas. *Mart. l. 14. ep. 149.* Mammosas metuo, teneræ me trade puellæ. ¶ Thus mammosum dicitur pro fœmenino, ad differentiam masculi thuris. *Pl. l. 12. c. 14.* ¶ Mammosa pyra, *Id. l. 15. c. 15. h. c.* grandia, a figura mammæ.

Mammŭla, æ, f. *μαζίον*, dim. a *mamma*. *Cels. l. 7. c. 26.* Urinæ iter mammulæ simile. Adde *Varr. l. 2. R. R. c. 2.*

Mamphŭla, æ, f. panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano antequam percoquatur, decidit in carbones cineremque: cujus meminit Lucilius: Flitricem validam si nummi suppeditabunt, Addas empleuron, mamphulas quæ sciat omnes.

Mamphur, uris, n. μαγγοφόρον, lignum rotundum mediocris longitudinis loro circumvolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. *Fest.* Est a voce Græca allata, quæ a μαίνος, *monile*, & φέρω, *porto*, quia circumvolutum habet lorum, ut collum monile.

Mamurius, ii, m. 2. μαμούριος, faber ærarius, qui tempore Numæ floruit. De hoc scribit *Fest.* Mamurii Veturii nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant, hac de causa. Numa Pompilio regnante, e cœlo cecidisse fertur ancile, id est scutum breve, quod ideo sic appellatum est, quia ex utroque latere erat recisum, ut summum, infimumque ejus latus medio pateret, unaque edita vox est, omnium potentissimam fore civitatem, quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt ejusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cæleste posset. Probatum opus est Mamurii Veturii, qui præmii loco petiit ut suum nomen Salii inter carmina canerent. *Ov. 3. Fast. v. 391.* Inde Sacerdores operi promissa vetusto præmia persolvunt, Mamuriumque vocant.

Mamurra, m. 1. eques Romanus, Formiis natus, Præfectus fabrorum C. Cæsaris in Gallia, qui primus Romæ in Cœlio monte parietes domus suæ marmore incrustavit, nullamque in ædibus columnam habuit, nisi e marmore, omnesque solidas e Carystio, aut Lunensi. Hic est ille Mamurra, *Catulli* carminibus proscissus, qui donum ejus dixit habere, quidquid habuisset Comata Gallia. *Pl. l. 36. c. 6.*

Mana, & Manuāna, æ, f. nomina sunt Deorum præstitum, apud *Mart. Capel. l. 2. pag. 40.* V. Præstes.

Manabĭlis, le, adj. facile manans, ut manabile frigus, apud *Lucr. l. 1. v. 534. h. e* penetrans,

Manĭcus, a, um, *l' Eclitica*, Lingua Tarentina significat lineam Eclipticam, in qua sunt duodecim signa, per quæ duodecim mensibus Sol excurrit; videturque esse a μὴν, μηνὸς, mensis, quia ea menstruales Solis umbræ deprehenduntur. *Vitr. l. 9. c. 8.* Circinatio circuli menstrui egatur, qui manacus dicitur.

Manæ. V. Manon.

Manālis, & le, o. 3. ex quo aliquid manat. Manalis fons, ex quo perpetuo aqua fluit. Ab Auguribus fons manalis puteus perennis vocabatur. *Fest.* ¶ *Manalis lapis*, ostium Orci, per quod Manes, ideft animæ Inferorum, ad superos manarent. *Paulus ex Festo*, qui deducere videtur a *manando*. Sed si manalis lapis erat Orci ostium, quis dubitet, quin id nomen fit a Diis *Manibus*? ¶ *Manalem lapidem* etiam vocabant petram quamdam, quæ erat extra portam Capenam juxta ædem Martis, quam cum propter nimiam siccitatem loco moverent, & in Urbem protraherent, inde pluvia statim sequebatur, a *mano*, quod aquis manaret. *Paulus ex Festo*. Meminit & ejus lapidis *Varro de vita P. R. l. 2.* & *Fulgentius Planciades de prisco sermone*, ubi ex *Labeone* idem confirmat.

* Manāmen, inis, n. 3. fluxus, manatio. *Auson. Mosell. v. 32.* al. *undamine*.

Manātio, onis, f. actus manandi. *Frontin. de aquæduct. artic. 65.* Ductus depressior non facile manationes ostendit.

Manceps, ipis, m. *signore*, ἐκατόντης, qui proprio jure aliquid possidet, quasi manuceps, a *manus*, & *capio*, quod aliquid initio ab aliis derelictum manu ceperit. *Ter. Apolog. c. 11.* In primis quidem necesse est, concedatis, aliquem sublimiorem Deum, & mancipem quemdam divinitatis, qui ex hominibus Deos fecerit. ¶ Speciatim sumitur pro eo, qui aliquid a populo emit, conducitve, ἐργολάβος, quia & hic manu capit. Nam manu sublatæ significabant, te pluris esse licitatum. Iis quippe publica locabantur, qui in licitatione majorem pecuniæ summam, sublato digito, datis prædibus spondidissent. *Fest. Ascon. in Verr. c. 10. Paul. l. qui fidejussit, ff. loc. asi. Pl. l. 3. ep. 19.* Sunt ergo instruendi complures frugi mancipes. *Cic. 3. Verr. c. 54.* Si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. Quo in loco *mancipe* accipitur pro redemptore sartorum tectorum. *Suet. in Vesp. c. 1.* Non negarim, jactatum a quibusdam, Petronii patrem e regione transpadana fuisse mancipem operarium, ideft conductorem mercenariorum, & operariorum servorum, ut opera eorum ad quæstum uteretur. ¶ Ponitur interdum pro emtore, & fectore. *Cic. pro Rosc. Am. c. 8.* Homines studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus. ¶ Item pro eo, qui minoris emit, ut carius vendat, quem Græci *propolam* vocant, *parsitante, incertatore. Pl. l. 33. c. 4.* Aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. ¶ Item pro magistro officinæ, qui operis opificum redempris utitur ad quæstum. *Pl. l. 10. in fin.* Hunc sive æmulatione incitatus manceps proximæ sutrinæ, sive iracundia subita exanimavit. ¶ Item pro fidejussore. *Plaut. Curc. 4. 2. 29.* Ego mancipem re nihil moror. ¶ Sumitur etiam translate. *Plin. ep. 14. l. 2.* Sequuntur auditores actoribus similes, conducti, & redempti mancipes. *Mancipes*, inquit, ideft ii, qui causidicos in causis agendis, conducta ad hoc corona vulgi plaudentis, laudandos redemerunt.

Manciolānus, a, um, ad Mancinum pertinens, ut Manciniana deditio, apud *Flor. l. 3. c. 14.* qua C. Hostilius Mancinus Numantinis hostibus deditus est. V. *eumd. l. 2. c. 18.* & *Cic. 1. de Or. c. 40.*

Mancīnus, a, um, adj. a *mancus*, affertur a *Prisciano l. 2.* fed fine exemplis.

Mancĭpla, f. i. κτῆνος, parva manus, dim. a manus. *Lavinus* apud *Gel. l. 19. c. 7.* Al. leg. *manucola*.

Mancipātio, onis, f. χείρωσις, ἀνδραποδισμὸς, מָכַר, actus abalienandi, & veluti simulacrum venditionis in iis rebus, quæ mancipi dicebantur, a mancipio. A *Cajo in Instit.* mancipatio sic describitur: Mancipatio est imaginaria quædam venditio, quod ipsum jus Romanorum est Civium, eaque res ita agitur. Adhibitis non minus quinque testibus Civibus Romanis puberibus, & prærerea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens, is, qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo, isque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra*: deinde ære percutit libram, idque as dat ei, a quo mancipium accipit quasi pretii loco. ¶ Summitur & pro vera venditione. *Plin. l. 9. c. 35.* Lolliam Paulinam vidi smaragdis, margaritisque operam toto capite, manibus, digitisque; quæ summa quadringenties H. S. colligebat; ipsam confestim paratam mancipationem tabulis probare, h. e. ostendere tabulas, in quibus earum gemmarum venditio, & pretium descriptum erat. Alii leg. *nuncupationem*, quos reprehendit *Harduin. in hunc loc.*

Mancipātus, us, m. idem ac mancipatio. *Plin. l. 9. cap. 35.* In mancipatum venit, ut prædium aliquod, id est solemnitates ea adhibentur, quæ solent in iis rebus quæ sunt mancipi.

Mancipātus, a, um, alienatus, venditus, partic. a mancipor. *Cic. 2. Phil. cap. 21.* Tum iste venditum, atque mancipatum Tribunatum confiliis nostris oppositi. ¶ Translate sumitur pro devincto, seu addicto. *Id. de Sen. c. 11.* Ita enim senectus honesta est si se ipsa defendit, si jus fuum retinet, si nemini mancipata est.

Mancĭpi. V. Mancipium.

Mancipium, ii, n. *dominio*, עֶבֶד, מִשְׁרָה, κυριότης, cujusvis rei dominium, seu jus proprietatis. Antiqui enim res, quarum dominium comparare volebant, manu capiebant, seu prehendebant. *Fest. Lucr. l. 3. v. 985.* Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu, ideft, nulli ita datur, ut propriam, ac perpetuam habeat. *Sen. ep. 72.* Fortuna nihil dat mancipio. ¶ Hinc *res mancipi*, vel *Cur antiqui loquebantur*: *res mancupi* dicuntur, quæ in nostro sunt mancipio, hoc est quæ nostro dominio, juri, aut potestati sunt subjectæ, quasque, quoties lubet, possimus alienare, quæ autem in nullius sunt potestate, quæque alienari non possunt, *res nec mancipi* dicuntur, quæ scil. in nullius sunt mancipio. Est autem *mancipi*, seu *mancipi* genitives per Apocopen pro *mancupii*, seu *mancipii*. *Cic. pro Mur. c. 2.* Quod si in iis rebus reprehendis, quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. ¶ *Emptio mancipi*, dicebatur solemne quoddam genus imaginariæ emptionis, quod fiebat præsentibus non minus quinque testibus puberibus Civibus Romanis, & eo, qui libram tenebat, qui *libripens* vocabatur, quibus præsentibus is, qui mancipium accipiebat, æs tenens ita dicebat: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo, isque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra*: deinde ære percutiebat libram, idque æs dabat ei, a quo mancipium accipiebat, quasi pretii loco. Et hoc erat *per æs, & libram emere*. Sunt itaque *emptio mancipi*, & *mancipatio* quasi correlativa. Nam respectu venditoris contractus hic dicitur *mancipatio*, contra respectu emptoris dicitur *emptio mancipi*. *Plin. l. 33. c. 3.* Qua consuetudine in iis emptionibus, quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. ¶ *Sui mancipii esse*, est sui juris esse, nullius dominio subjectum esse. *Brut. ad Cic. ep. 16.* An ut esset sui juris, & mancipii Respublica. ¶ *Mancipio dare*, fere est rem ita dare, ut evictionem nos præstituros spondeamus, *vendere e mantenere*. Et *mancipio accipere*, est ea lege emere, ut venditor præstet evictionem. *Plaut. Cur. 4. v. 9.* Memini, & mancipio tibi dabo. C. Ego ne a lenone quidquam mancupio accipiam, quibus sui nihil est, nisi una lingua? Adde *Cic. in Top.* & *Ant. l. 13.* ¶ Speciatim mancipium sumitur pro servo, seu homine, qui in bello captus, & servituti subjectus fuit, *il prigione*, ἀνδράποδον. *Cic. 5. c. 1. Parad.* Non enim ita dicunt, eos esse servos, ut mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure civili. ¶ Usurpatur etiam pro mancipatione, seu venditione, vel certe pro contractu venditionis, & emptionis. *Cic. 3. Off. c. 16.* Hæ Sergio ferviebant, sed hoc in mancipio Marius non dixerat.

Mancĭpo, as, avi, atum, a. 1. *mancare*, שָׁבָה, מָכַר, נָתַן, Ger. *zueygnen, verkauffen*, Gal. *deffaisir, & saisir un autre, emanciper*, His. *agenar, vender*, ἀνδραποδίζω, in mancipium, hoc est in dominium alterius trado, vendo, obligo, vel quovis modo alieno, a *manceps*. *Plaut. Curc. 4. 2. 10.* Alienos mancupatis, alienos manumittitis. *Apul. 10. Met.* Mancipabatur potestas capitis in manum carnificis. *Hor. l. 2. ep. 2. v. 159.* Quædam mancipat usus. V. *Emancipo*. ¶ Significat etiam capere, prehendere, *pigliare, prendere*. *Solin. cap. 20.* (*al. 33.*) *de alce*. Ita capitur: alioqui difficile est eam mancipari.

Mancus, a, um, *che ha una mano sola, debole, infermo*, אֲשֶׁר יָדוֹ, Ger. *der nur eine hand hat, lincker*, Gal. *manchot, qui n' a qu' une main*, His. *manco de marcos, πυρός, κυλλός*, proprie ita dicitur, qui manu debilis est. *Ov. 3. Fast. v. 825.* Et licet antiquo manibus collatus Epeo sit prior, irata Pallade mancus erit. *Cic. pro Rab. perd. c. 7.* Scævola mancus, ac membris omnibus captus & debilis. ¶ Translate accipitur pro infirmo, & debili. *Id. 1. Off. c. 43.* Cognitio naturæ mancæ, atque imperfectæ. *Id. pro Mil. c. 9.* Occurrebat mancam, ac debilem præturam suam futuram, consule Milone.

Mandalīta, um, n. fructa minutatim concisa, a mandendo. Vox est *Plauti*, *Valer. l. 1. c. 6.* & alibi.

* Mandatarius, ii, m. cui quippiam mandatum est. Sic quidam, leg. apud *Ulp. D. 17. 1. 10.*

Mandātio, onis, f. actus mandandi, mandatum. *Julian. Dig. lib. 41. tit. 1. leg. 37.* Quia nec stipulatione, nec mandatione, nec ullo alio modo per servum quidquam ei acquiritur. Ita *Terentius*. alii *traditione* habent.

* Mandatīvus, a, um, imperativus, ut *mandativus modus*, προστακτικὸς. *Diom. l. 1. p. 330. Putsch.*

Mandātor, oris, m. qui alteri mandatum aliquod injungit. *Tertul. lib. 3. adverf. Marcion. cap. 2.* Nec missus credetur, quem nunquam mandator designavit. ¶ Mandatores etiam dicuntur impulsores, & speciatim ii, qui delatores instruunt, & subornant ad accusandum. *Callistrat. Jctus, l. 2. de jure fisci. Sueton. in Tito, cap. 8.* Et delatores, mandatoresque erant ex licentia veteri: hos flagellis cæsos venire imperavit.

* Mandatorius, a, um, ad mandatorem pertinens, ut Mandatorio nomine aliquid facere. *Cod. 8. 42. 19.* & *4. 29. 15.*

Mandātrix, icis, f. quæ aliquid mandat. *Claudian. de IV. Conf. Honor. v. 235.* sinceram mentem mandatricem operum.

Mandātum, i, n. *commissione, comandamento*, מִצְוָה, פִּקָּדוֹן, Germ. *befelch und geheiß*, Gal. *comandement, commission, charge*, His. *mandado, πρόσταγμα, ἐντολὴ*, commissio, jussio. *Cic. lib. 2. Fam.* De pantheris per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter. *Id. Phil. 5. c. 9.* Dare mandata alicui de magnis rebus. *Id. Ver. 4. c. 6. 4.* Venire cum mandatis. ¶ Apud JC. *mandatum* dicitur contractus bonæ fidei, quo quis ex officio, aut amicitia rem alterius sibi demandatam sine ulla mercede, & cum fide procurandam suscipit, non secus ac si de fua re ageretur: quod si fallat, datur in eum actio, quæ *Dig. l. 17. tit. 1. actio mandati* appellatur. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 38.* Itaque mandati constitutum est judicium, non minus turpe, quam furti.

Mandātus, us, m. idem ac mandatum, *leg. 32. Dig. Mandati*. Mandatu creditorum. *lb. lib. 45.* Mandatu meo. ¶ Extra casum sextum, nisi exempla suppetant, cave usurpes.

* Mandātus, a, um, nom. ex partic. *commesso, ingiunto*, commissus, jussus. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 38. Si quis rem mandatam malitiosius gessisset. Id. pro Leg. Manil. c. 16.* Imperia mandata, exercitus commissi.

Mandĕla, f. i. *Poggio Mirteto*, pag. Sabinorum, apud Digentiam fl. *Horat. l. 1. epist. 18.*

Mandĭbŭla, æ, f. vel mandibulum, i, n. *mascella*, לֶחִי, Ger. *imbacken*, Gal. *mâchoire*, His. *quixada*, γνάθος, pars illa capitis, in qua dentes sunt fixi, quæ & maxilla dicitur, a *mando*. *Macrob. lib. 7. Saturn. c. 4.* Cibaria confecta mandibulis. *Id. lib. 1. in Somn. Scip. c. 6.* Post septem menses dentes incipiunt mandibulis emergere.

Mando, as, avi, atum, a. 1. *commettere, imporre*, צָוָה, פָּקַד, Germ. *befehlen*, Gal. *mander, charger*, His. *mandar*, παραπέμπω, προστάσσω, ἐγχειρίζω, committo, mandatum do, negotium impono, a *manus*, & *do*, quasi manu do. *Cic. 3. Fam. ep. 4.* Te Clodio mandasse, quid illum mecum loqui velles. Adde *l. 3. ad Att. ep. 20.* & *l. 1. ep. 12.* ¶ Sumitur etiam pro mittere, *mandare*. *Tac. 2.* Extremas preces P. Quirino propinquo suo ad Principem mandat. *Cic. pro Syl. c. 20.* Eum dimittere ab se, & mandare in ultimas terras. *Id. Att. l. 1.* Typos tibi mando, quos in tectorio attrioli possis includere. ¶ Sæpe universim accipitur pro tradere, *dare*, ut, mandare honores alicui. *Cic. 6. Ver. c. 37.* ¶ Mandare animo, mandare memoriæ, *metterfi a memoria*. *Id. Catil. l. 1. c. 11.* Percipite, quæso, quæ dicam, & penitus animis vestris, mentibusque mandate. *Id. de Amic. cap. 1.* Ejus disputationis sententias memoriæ mandavi. ¶ Mandare aliquid fidei alicujus, *consignare*. *Plaut. Cist. 4. 2. 53.* ¶ Mandare filiam viro, *sposare*. *Id. Men. 5. 2. 33.* ¶ Mandare literis, *scrivere*. *Cic. 1. Tusc.* Mandare quemquam literis cogitationes suas. Sic, mandare monumentis, immortalitati, posteritati, &c. *Id. sæpissime*, & *Plin. Jun.* ¶ Mandare semina terræ, *seminare*. *Col. lib. 1. cap. 7.* ¶ Mandare terræ corpus, *seppellire*. *Virg. 9. Æn. v. 215.* ¶ Mandare se fugæ, *darsi alla fuga*. *Cæs. l. 5. C. G. c. 18.* ¶ Mandare aliquem æternis tenebris, & vinclis, *h. e.* in vincula, & carceres conjicere. *Cic. in Catil.* ¶ *Florus l. 3. c. 1.* Primum fcelus mandat infidiis, h. e. per insidias peragit.

Mando, dis, di, fum, a. 3. *mastricare*, אָכַל, Germ. *kauen*, Gal. *mâcher*, His. *mascar*, μασάομαι, eibum dentibus conficio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 47.* Alia vorant, alia mandunt. *Virg. 4. Æn.* Ac fræna ferox spumantia mandit.

Mando, onis, m. *mangione, mangiatore*, זוֹלֵל, Germ. *ein groſſer fraß, ſchlemmer*, Gall. *grand mangeur*, His. *gran comedo*, φάγος, edax, qui multum, & assidue mandit. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 58.* Atque omnes mandonum gulæ.

Mandra, æ, f. *mandra*, אֻרְוָה, עֶדֶר, Germ. *schaafſtall*, Gal. *troupeau, bergerie, bercail, haras*, His. *rebano*, μάνδρα, spelunca, cubile, & receptaculum ovium, boum, & hujusmodi. *Mart. l. 5. epigr. 23.* Vixque datur longas malorum vincere mandras. ¶ Translate *Juv. sat. 3. v. 236.* Rhedarum transitus arcto Vicorum in flexu, & stantis convicia mandræ Eripient somnum Druso &c. *h. e.* convicia mulionum, aut bajulorum. ¶ Accipitur etiam mandra pro sepro tabulæ lusoriæ, seu pro distinctis ejusdem cellulis, in quibus calculi collocantur. *Martial. l. 7. epigr. 72.* Sic vincas Novium que Publiumque Mandris, & vitreo latrone clausos. Adde *auctor. paneg. ad Pison. v. 191.*

Mandragŏra, æ, *mandragora*, דּוּדָאִים, Germ. *alrun*, Gall. *mandragore*, His. *mandragora*, μανδραγόρας, herbæ foporiferæ genus, al. Circeium. Fert masa avellanarum nucum magnitudine. Ejus duæ sunt species, quas & sexu distinguunt.

tos fuisse, qui ne mortua quidem corpora deserant, consumptisque etiam corporibus sepulcra inhabitent. Quare qui sepulcra demoliebantur, Deos Manes violare putabantur. Plurimi, in quibus *Isid. lib. 8. c. ult.* traditerunt, Deos cœlestes vivorum esse, Manes esse Deos mortuorum. Alii alios Manes, alios Deos infernos dicunt. Alii, *in quibus Festus*, censent, Deos esse (idest Angelos, sive Dæmones) qui inter cœlum, & terram degunt, quibus plena sunt omnia, inter Lunarem, & terrenum circulum. ¶ Appellati sunt ab antiquo *manus*, bonus. Dixere igitur Deos Manes, quasi bonos Genios. *Virg. 3. Æn. v. 303.* Manesque vocabat Hectoreum ad tumulum. *Id. 4. Æn. v. 34.* Id cinerem, aut Manes credis curare sepultos? *Cic. l. 2. de Leg. cap. 9.* Deorum Manium jura sancta sunto. ¶ Metonymice hæc vox accipitur pro inferis, hoc est loco, quo animæ continentur. *Virg. l. Georg. v. 243.* Manesque profundi. *Id. 4. Æn. 4. v. 387.* Hæc Manes veniat mihi fama sub imos. ¶ Item pro pœnis, suppliciis, furiis. *Virg. 6. Æn. v. 743.* Quisque suos patitur Manes. Ubi *Serv.* Manes, idest supplicia quæ sunt apud Manes. ¶ In sing. numero usurpat *Apulej. de Deo Socrat.*

Mango, onis, m. *venditore, o mercante d'uomini*, מוכר אנשים, ἀνθρωποκάπηλος, σωματέμπορος, venalitius, seu qui homines vendit, a μάγγανον, quod inter alia pharmacum, & fucum notat. Solebant enim mangones fuco colorem falsum inducere mancipiis, ut ea carius venderent. *Mart. l. 1. epigr. 59.* Millia pro puero centum me mango poposcit. ¶ Dicitur etiam de eo, qui merces polit, ut pluris vendat. *Plin. l. 37. c. 13.* Efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum.

Mongoníeus, a, um, σωματεμπορικός, quod ad mangonem pertinet. *Plin. lib. 21. c. 26.* Radix hyacinthi bulbacea mangonicis venalitiis pulchrie nota. *Suet. in Vesp. cap. 4.* Ad mangonicos quæstus descendere.

Mangonium, ii, n. μαγγανεία, artificium, quod ad res facilius vendendas adhibetur. *Plin. l. 10. c. 50.* Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet.

Mangonizátus, a, um, *abbellito*, artificio politus, ornatus. *Plin. l. 23. cap. 1.* Equos mangonizatos venire videmus. *Id. l. 9. c. 54.* Qui primus pensiles invenit balineas, ita mangonizatas villas subinde vendendo.

Mangonizo, as, avi, atum, a. 1. μαγγανεύω, אפאר, est ornare, & componere mancipia ad alliciendos emptores. *Plin. l. 23. c. 1.* Succus radicis vitis nigræ cum ervo lætiore quodam colore, & cutis teneritate mangonizat corpora. ¶ Translate usurpatur de aliis rebus. V. Mangonizatus.

Mani, V. Mane.

Manía, æ, Mater Larium, quam capitibus allii, aut papaveris placabant, aut effigie fuspensa, olim etiam pueri sanguine. *Var. l. 8. L. L. c. 38. Macrob. l. 1. Satur c. 7.* ¶ Maniæ etiam dicuntur infantum terriculamenta, turpes, deformesque personæ, quibus nutrices pueris parvulis minitantur, ut ait *Fest.* ¶ Denique mania, μανία, vox græca est, & furorem, seu insaniam significat. Græce usurpat *Cicero*, ubi ait 3. *Tusc. c. 5.* Græci μανίαν unde appellent, non facile dixerim.

Manica, æ, f. *manica*, בגד יד, אזקים, Germ. *ein ermel an einem kleid*, Gal. *manche*, Hisp. *manga*, χειρίς, pars vestis, qua manus teguntur, a *manus*. *Virg. 9. Æn. v. 616.* Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. ¶ Manicæ etiam dicuntur manuum vincula, *manettes*, ut pedicæ, vel compedes, vincula, quibus pedes ligantur. *Virg. 2. Æn. v. 146.* Manicas, atque arcta levari vincla jubet Priamus. ¶ Item thecæ ex ferro, quibus brachia, & manus contra hostium injurias muniuntur. *Juven. sat. 6. v. 255.* Balteus, & manicæ, crissæ, crurisque finistri dimidium tegmen. ¶ Item vaginæ manuum, quæ Græce *chirotheca*, Ital. *guanti* dicuntur, quibus adversus vim frigoris manus muniuntur. *Cic. in Phil. 11. & c. 11.* Solet enim cito ipse accipere manicas. *Plin. l. 3. epist. 5.* Cujus manus hieme manicis municbantur. ¶ Translate manicæ dicuntur vincula navium. *Lucan. lib. 3. v. 565.* Aft alias manicæque ligant, teretesque catenæ.

Manicátus, a, um, adj. manicas habens. *Cic. Catil. 2. c. 10.* Quos pexo capillo nitidos, manicatis, & talaribus tunicis videtis. V. *Chiridota.*

* Manícon, μανικόν, genus trychni, cujus succus μανίαν, h. e. insaniam facit. *Plin. l. 21. c. 31.*

Manícula, æ, f. χειρίον, parva manus. *Plaut. Rud. 4. 4. 126.* Duæ connexæ manicuiæ, & fuscula. ¶ Manicula item dicitur transversa regula in stiva aratri, ita dicta, quod manu bubulci tenentur. *Var. l. 4. de L. L. c. 31.*

Maniculátus. V. Manuleatus.

Manifestátus, a, um, idem quod manifestus. *Plaut. Aul. 2. 4. 20.* Obtrunco gallum, furem manifestarium. *Gel. l. 1. c. 7.* Solœcifmus manifestarius.

Manifestátio, onis, f. *manifestazione*, ἔνλογος φανέρωσις, גלוי, alias manifestandi. *Sulpic. Sever. dial. 3. c. 4.* Tantæ manifestationi virtutis.

Manifestátor, oris, m. *manifestatore*, qui manifestat. *Non. c. 1. n. 46.* Hujus rei manifestator est Lucretius libro sexto.

Manifestátus, a, um, *manifestato*, patefactus. *Augustin. 4. de doctr. Christ. c. 12. sub fin.* Per se ipsa quoniam vera sunt, manifestata delectant.

Manifeste, adv. *manifestamente*, Germ. *offentlich*, Gal. *manifestement*, *évidement*, Hisp. *manifestamente*, σαφῶς, aperte, clare, perspicue, palam, non obscure. *Cic. in Cat. 3. c. 2.* Ut tota res a vobis manifeste deprehenderetur. *Virg. 8. Æn. v. 16.* Manifestius ipsi, quam Turno, &c. *Apul. Apol.* Ut omnibus manifestissime pateat.

Manifésto, as, avi, atum, a. 1. *manifestare*, גלה, Ger. *offenbaren*, Gal. *manifester*, Hisp. *manifestar*, φανερόω, palam facio. *Ovid. l. 13. Metam. v. 106.* Insidias prodet, manifestabitque latentem. *Justin. l. 41. c. 1.* Hoc ipsorum vocabulo manifestatur.

Manifésto, adv. idem ac manifeste. *Cic. pro Cluent. c. 14.* Oppianici facinus manifesto compertum, ac deprehensum.

Manifestus, a, um, *manifesto*, גלוי, Germ. *offenbar*, *heiter*, Gal. *manifeste*, Hisp. *manifesto*, φανερός, clarus, apertus. *Cic. 4. Ver. c. 73.* Manifestis in rebus hominem jam teneri videbitis. *Quinc. l. 3. c. 8.* Manifestius est, quam ut, &c. *Id. Declam. 14. c. 1.* Manifestissimum scelus. ¶ Jungitur pulchre genitivo, ut *Manifestus sceleris*, aut *mendacii*, cujus scelus, aut mendacium omnibus palam est. *Sallust. in Jug. c. 39.* Jugurtha manifestus tanti sceleris.

Manilianus, a, um, &
Manillus, a, um, adject. a Manilio nomine Romano, ut Manilianæ lex. *Cic. 1. de Or. c. 58.* Et lex Manilia, apud *eumd. in Or. c. 29.*

Manillus, ii, Tusculanorum dux, & Tarquinii gener, a quo Manilia gens Romana fluxit. *Liv. l. 1.* ¶ M. Manilius Romanus, Poeta, & Mathematicus, Augusti tempore vixit, scripitque heroico carmine opus *Astronomicon*, cujus libri quinque, non tamen integri, adhuc exstant. *Scalig. in præfat. ad Manil.* hunc poetam vocat *ingeniosissimum*, & *nitidissimum*, *qui obscuras res tam luculento sermone*, *materiam morosissimam tam jucundo charallere exornare potuerit*; Ovidio *suavitate parem*, *majestate superiorem*, &c.

* Manióla, parvæ maniæ, h. e. puerorum terriculamenta. *Festus in Mania.*

Mantopœos, i, μανιοποιός, furiosum reddens, a μανία, furor, & ποιέω facio. Hoc etiam nomen inter alia multa habet herba hyoscyamus, teste *Apul. de herb. c. 4.*

Manósus, insanus, furiosus. Quidam legunt apud *Ammian. l. 28. c. 4.*

* Manipretium. V. Manupretium.

Manipuláris (& per syncopen Maniparis) & re, ὁ ἐκ τῆς σπείρας, o. 3. quod ad manipulum pertinet; quodque est de manipulo, ut Miles manipularis, miles gregarius, unus e manipulo, quem & manipularem dicimus absolute. *Cic. Att. l. 9. ep. 10.* Quod non Pompejum tamquam unus manipularis secutus sim. *Ovid. 3. Fast. v. 117.* Perrica suspensos portabat longa maniplos, Unde manipularis nomina miles habet. ¶ Judices manipulares dicuntur, qui ex manipulis militum eliguntur. *Cic. Phil. 1. c. 8.* Addo etiam judices manipulares ex legione Alaudarum.

Manipulárius, a, um, adject. idem quod manipularis. *Suet. in Calig. c. 9.* Manipulario habitu inter milites educabatur.

Manipulátim, *in fascetti*, *in manate*, per manipulos. *Plin. l. 12. c. 13.* Amomi fructex carpitur cum radice, manipulatim leniter componitur. ¶ In re militari *Liv. l. & c. 8.* Manipulatim structa acies. ¶ Urbane *Plaut. Pseud. 1. 2. 48.* Manipulatim mihi munigeruli facite aere ædes hic adsint.

Manípulus, & per syncopen maniplus, li, m. *manipolo*, *brancata*, קומץ, אלומה, שבר, Germ. *ein handvoel*, Gal. *une poignée*, Hisp. *manoio*, δράγμα, manualis herbarum fasciculus, quem manu quis apprehendit metendo, a *manus*, quod manum impleat. *Isid. l. 18. c. 3. Plin. l. 18. c. 28.* Alligarique manipulos paille ducentos. ¶ Manipulus in re militari, λοχός, σπεῖρα, erat exiguum peditum agmen, quod unum signum sequebatur. Inde nomen habuit, quia Romulus, coacta pastorum manu, eaque in centenos homines distributa, perticas manipulis fœni varie vinctas dedit, ut scribit *Aurel. Victor de orig. pop. Rom. c. 22.* Hinc *Ovid. 3. Fast. verf. 117.* Perrica suspensos portabat longa maniplos: Inde manipla-

ris nomina miles habet. ¶ Constabant itaque tunc primum manipuli centenis militibus, ut ex verbis *Aurelii Victoris* liquet: deinde auctus est hic numerus ad ducentos homines, seu ad duas centurias. Scribit enim *Cincius* apud *Gel. l. 16. cap. 4.* in legione fuisse centurias sexaginta, manipulos autem triginta. *Terent. Eun. 4. 7. 6.* Ubi centurio est Sanga, & manipulus furum?

Manlius, m. 2. Μάνιος, prænomen, quo Romanorum quidam appellati sunt, quod mane nati essent, ut Lucii dicebantur, qui prima luce nascebantur. Hoc prænomine appellatus est Martius quidam, qui (ut scribit *Pl. l. 18. c. 3.*) in summa annonæ caritate populo singulos frumenti modios singulis assibus vendidit. ¶ De alio Manio hæc habet *Festus*: Manius agrum Nemorensem (*prope Ariciam*) Dianæ consecravit: a quo multi & clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt. Unde proverbium: Multi Manii Ariciæ. Asinius Capito longe aliter scribit. Ait enim turpes & deformes significari, quia maniæ dicuntur deformes personæ (*quibus pueri terrentur*. V. Mania) & Ariciæ genus panis fieri, qui manici panes appellantur. Hæc *Festus*. Huc pertinet illud *Persii sat. 6. v. 55.* accedo Bovillas, Clivumque ad Virbi: præsto est mihi Manius hæres. Ubi *Manius* pro Arcino homine ponitur ad contemptum.

Manliánus, a, um, quod ad Manlium spectat. *Manliana imperia*, dicuntur dura, sæva, & crudelia, a T. Manlio Torquato, qui filium, quod contra edictum suum cum hoste pugnasset, virgis cæsum securi percuti jussit, quemadmodum a Græcis tyrannis & crudelitas φαλαρισμός, vocatur, a Phalaride. *Cic. de Fin. l. 2. c. 32.* Vide, ne Manliana sint ista vestra. ¶ Manliana mala, genus malorum; a quodam Manlio insitore. *Plin. l. 15. c. 14.*

Manlius Capitolinus, prænomine Marcus, nobilis Romanus, qui, re male gesta a Consulibus ad Alliam contra Gallos Senones, videns, in mœnibus Urbis parum esse præsidii, lecta mille juvenum manu, arcem Capitolinam occupavit, & servavit. Sed cum postea in affectari Regni suspicionem venisset, ab ea ipsa arce præcipitatus est: cautumque est S. C. ne quis in posterum ex Manlia gente Marcus diceretur. De hujus fortitudine vide *Plin. l. 7. c. 28.* ¶ Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento *Imperiosus*, quod sæviliimi exempli auctor fuerit, filio suo maxime spei juvene, quod contra imperium suum in hostem pugnasset, quamvis id feliciter, virgis cæso, & securi percusso. *Liv. l. 4. Gel. l. 9. c. 13.*

Manna, æ, ון, Germ. *himmelbroe*, *himmelhonig*, Gall. *la manne*, *rosée du ciel*, Hisp. *manna*, μάννα, ἄγρωστις. *Plin. l. 12. c. 14.* docet, *mannam* vocari micas thuris concussi arboris ellisas. ¶ De manna, qua in Deserto usi sunt Hebræi pro cibo, meminit *Tert. de carne Chr. c. 6. ad fin.* ubi nomen est indeclinabile.

Mannulus, li, m. *polledro*, *ronzino*, עיר, פרדון, equinus pullus, dim. a *mannus*. *Mart. l. 12. epigr. 24.* Nusquam est mulio, mannuli tacebunt, hoc est, Tuto nunc quidvis garrire licet, quando mulio abest, & a mutis animantibus nihil periculi est, ne dicta nostra propalent. *Plin. l. 4. ep. 2.* Habebat puer mannulos multos, & junctos, & solutos.

Mannus, i, m. equus exiguus, tolutim vestigia glomerans, qui & asturco, & gradarius, appellatur. *Horat. epod. 4. v. 14.* Et Appiam mannis terit. *Lucret. lib. 3. v. 1076.* Currit agens mannos ad villam hic præcipitanter. *Propert. l. 4. eleg. 8. v. 15* Huc mea detonsis avecta est Cynthia mannis.

Mano, as, avi, atum, n. 1. *stillare*, זוב, Ger. *fliessen*, *triessen*, Gal. *couler*, *sortir*, Hisp. *manar*, ῥέω, βρύω, προέρχομαι, proprie dicitur, cum humor ex integro, sed non solido nimis per minimas suas partes erumpit, a μανὸν, *rarus*. *Fest.* ¶ Per Translationem ponitur pro descendere, fluere, procedere. Et res, quæ manat, quandoque in nominativo ponitur. *Virg. 3. Æn.* Tum gelidus toto manabat corpore sudor. *Lucr. l. 2.* Si ab hac gente universa flagitia manaverunt, *h. e.* processerunt. ¶ Quandoque in accusativo. *Plin. l. 35. c. 6.* ¶ Arborum succo manantium picem, resinamque. *Hor. l. 1. ep. 19. v. 43.* Fidis enim manare poetica mella Te solum. ¶ Quandoque in ablativo. *Liv. lib. 1. c. penult.* Cultrum manantem cruore præ se tenens. ¶ Item usurpatur pro serpere, percrebrescere. *Cic. 14. Phil. c. 6.* Cum hoc triduo, vel quatriduo trissis a Mutina fama manaret. *Liv. lib. 7.* Manaverantque a Capua consilia in exercitum omnem.

Manon, n. 2. μανόν, spongiæ genus minus spissum, & molliusa μανότης, *raritas. Pl. l. 6. c. 45.*

Mansío, onis, f. 3. *dimora*, מושב, Ger. *bleibung*, Gal. *demeure*. Hisp. *morada*, μονή, διαμονή, actus manendi, atque quiescendi in aliquo loco. *Cic. l. 4. Fam ep. 4.* Is mecum sæpe de tua mansione, aut decessione communicat. ¶ Quia vero manere dicebant pro cubare, inde est, quod mansiones dixere diversoria, seu loca, ubi iter facientes noctu quiescerent, *alberghi*, *osterie*. Unde videas, apud *Plinium*, & alios itinera mansionibus distingui, & mansionem poni pro itinere unius diei. Græci σταθμὸς dicunt. Definiebatur autem mansio, ut plurimum, viginti millibus passuum. Tantum enim diurnum viatoris iter censebant. Variabat tamen ea res, quia viæ aliæ aliis commodiores. *Suet. in Vesp. c. 10.* Deinde ad primam ftatim mansionem febrim nactus. *Plin. l. 12. c. 14.* Mansionibus octo distat regio thurifera a monte excelso. ¶ Apud *Plinium* etiam memorantur mansiones camelorum, quæ distinguebantur aquationibus. Nam in aridis, arque incultis locis putei erant, ad quos cum deventum esset, cameli aquabantur. Atque his aquationibus itinerum intervalla in camelis distinguebant. ¶ Denique apud JCtos *mala mansio* erat olim genus privatæ coercitionis, qua servus, seu quispiam alius in tabula extendebatur, partim custodiæ, partim pœnæ causa. *Ulp. l. 7. ff. depositi.* Si hominem apud se depositum, ut quæstio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam mansionem extensum sequester solverit, &c.

Mansionárius, ii, παραμονέσιος, qui mansionem præstat. Vox barbara est, quæque præter *Fulg. l. 3. Mythol.* qui adjective usurpat, antiquiorem latinum scriptorem habet neminem. Qui fuerint aurem Mansionarii, explicat *Vopisc. l. 3. de vit serm. c. 23.*

Mansitérna, f. 1. aquæ urna, ideft urceus. *Plaut. Bacch.* Effer mansiternam cum aqua foras. Alii aliter legunt.

Mansito, as, avi, atum, n. 1. frequentativum a *maneo*. *Tac. Ann. 14. c. 42.* Sub eodem tecto mansitasset. *Plaut. Amph. fc. quæ incipit*, *Dii vostram fidem*, *v. 4.* Mutatos Atticos in Arcadia homines, & sævas belluas manfitasse, nec unquam denuo parentibus cognitos.

Mansor, oris, m. hospes, qui recipitur. *Sedulii est l. 4. v. 294.*

Mansuárius, ii, m. qui manu tuetur, & tenet. *Plaut. Truc. 4. 4. 6.* Alii tamen aliter legunt. V. *Taubman.*

Mansuéfacio, ere, edacem, a mandendo fcilicet. *Festus.*

Mansuefactio, is, a. 3. *far mansueto*, *domesticare*, לבב, Ger. *zahmen begutigen*, Gal. *apprivoiser*, Hisp. *amansar*, τιθάσευσις, mansuetum reddo. *Liv. l. 3. c. 24.* Paulatim permulcendo, tractandoque mansuefecerant plebem.

Mansuefactus, a, um, *mansuefatto*, partic. a mansuefio. *Cic. 1. Tusc. c. 25.* A quibus mansuefacti, & exculti a necessitatis artificiis ad elegantiora defluximus.

Mansuefio, is, n. anom. pass. *effer fatto mansueto*, τιθασεύομαι, mansuetus fio, cicuror. *Cæs. l. 6. B. G. c. 27.* Sed assuescere ad homines, & mansuefieri ne parvuli quidem excepti possunt.

Mansúes, uis, mansuetus, apud vet. *Acc.* apud *Non. cap. 8. n. 5.* Si me matrem mansues misericordia capsit. *Var. ibid.* Quadrupedem adeo ferunt mansuem, ut tractarent manibus.

Mansuésco, is, evi, n. 3. *farsi domestico*, התלמד, Germ. *zahm*, *gutig werden*, Gall. *s' apprivoiser*, Hisp. *amansarse*, τιθασεύομαι, mansuetus fio, mitesco. *Virg. 4. Georg. v. 470.* Nescisque humanis precibus mansuescere corda. *Col. lib. 6. c. 2. de bobus.* Per blandimenta triduo fere mansuescunt. *Stat. 6. Theb. v. 315.* & multum mediis mansueverat annis. ¶ Active pro mansuefacere, *Idem ib. v. 724.* & extremos auro mansueverat ungues.

Mansuetárii, m. 2. *coloro*, *che domesticano le fiere*, מלמדים, Ger. *die zahm machen die wilden thiere*, Gal. *apprivoiseur de bêtes sauvages*, Hisp. *amansadores*, τιθασευταί, qui feras mansuefaciunt. *Lamp. in Heliog. c. 21.* Habuit leones, & leopardos, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam mensam jubebat accumberes.

Mansuéte, adv. *mansuetamente*, Ger. *sanfft*, *gutiglich*, Gal. *doucement*, Hisp. *mansetamente*, πραϋπαθῶς, placide. *Cic. pro Marc. c. 3.* At vero cum aliquid clementer, mansuete, juste, moderate, sapienter factum aut audimus, aut legimus.

Mansuetúdo, inis, f. *mansuetudine*, ענוה, Germ. *sanfftmuetigkeit*, Gal. *douceur*, Hisp. *mansedumbre*, πρᾳότης, lenitas, facilitas, &, ut ait *Speusippus*, constantia animæ adversus iræ impetum immobilis, moderata temperies animæ. *Cic. 1. Offic.* Quid ad hanc mansuetudinem addi potest? *Id. Ver. 7. c. 44.* Clementia, mansuetudoque imperii in crudelitatem, inhumanitatemque conversa.

Mansuétus, a, um, *mansueto*, ענו, Germ. *zahm*, *sanfft*, Gall. *apprivoisé*, *doux*, Hisp. *manso*, χειροήθης, πρᾶος, ἥμερος, lenis, mitis, quasi manu suetus. Proprie dicitur de bestiis, quæ cicures, & placidæ sunt, quippe quæ adsuetæ ad manum accedunt. Translate dicitur de hominibus. *Cic. 3. Phil. c. 9.* Cur tam subito mansuetus in senatu fuerit. *Ovid. l. 3. Trist. el. 6. v. 23.* Numinis ut læsi fiat mansuetior ira. *Cic. 2. de Or. c. 49.* Et in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus videror.

Mansum, si, n. subst. ἔνδεσις, quod a nutricibus dari solet infantibus illarum primum dentibus commiorum. *Cic. l. 2. de Or. c. 39.* Atque omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris in os inserant.

Mansus, a, um, *masticato*, μαστηθείς, quod est dentibus contusum, comminutumque, & proprie de cibo manducato dicitur. *Plin. l. 26. cap. 12.* Si confestim imponatur trita, vel mansa. *Quint. l. 10. c. 1.* Cibos mansos, ac proprie liquefactos dimittimus. ¶ Est etiam *mansus* partic. a maneo. *Terent. Heaut. 1. 2. 26.* Ut ut erat, mansum tamen opportuit, *h. e.* manendum fuit, manere opportuit.

Mansuétus, a, um, πολυφράγος, edax, a mandendo. *Fest.*

* Mantejum. V. Mantéum.

Mantéle, n. 3. *mantile*, τοναglia, מגבר, Germ. *handtuch*, Gall. *serviette*, His. *panizuelo*, *servilla*, χερομάκτρον, linteolum, quo solemus mensas tegere. Vulgo mantile per i profertur. *Vess.* tamen mavult *mantele* per e, quomodo hanc vocem in antiquis codicibus fere scribi, auctor est *Pierius 1. Æn.* Pro eodem *mantelum*, sive *mantellum* dicitur. (V. dictionem sequentem) & *mantelium*. *Varr. l. 5. de L. L.* Mantelium, quasi manuterium, ubi manus teguntur. ¶ Differt a *mappa*, quia *mantelum* villosum erat, *mappa* non item; deinde *mantelum* tegendæ mensæ serviebat, *mappa* manibus tergendis parabarur. Iremque convivator quidem mantili mensam iter nebat, at singuli convivæ ad convivia seu publica, seu privata, suas mappas ferebant. *Ovid. l. 4. Fast. v. 933.* villis mantele solutis. *Martial. l. 12. epigr. 29.* Attulerat mappam nemo, dum furta timentur, Mantele e mensa furripit Hermogenes. ¶ Videtur etiam esse idem quod mappa. *Plin. l. 7. c. 2.* Anthropophagos ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti.

Mantélum, i, n. seu mantellum, idem ac mantele. *Lucil.* apud *Serv. ad 1. Æn.* Mappas, mantella (al. *mantela*) merumque. ¶ Ponitur etiam pro velamenti genere, & metaphorice pro tegmine quoliber ad occultandum dolum, *coperta*, *scusa*. *Plaut. Capt. 3. 3. 6.* Nec mendaciis subdolis mihi usquam est mantellum meis: nec sycophantiis, nec facis illum mantellum obviam est.

Mantes. V. Mantis.

Mantéum, ei, n. 2. μαντεῖον, locus oraculis dicatus. *Plin. l. 5. c. 29.* Ab Epheso manteum aliud Colophoniorum.

Mantica, æ, f. *bisaccia*, *portamantello*, כיס, Germ. *ein mueldsack*, Gal. *besace*, *gibbecière*, Hisp. *alforia*, πήρα, baltheus, aut zona, quæ veteribus præ instar fuit, in qua in itinere nummos recondebant, & alia necessaria circumferebant. Est vox peregrina. Nam & in Arabum libris invenitur. *Casaub. ad Sat. 4. Persii*, *v. 23.* Finxit Æsopus, mortales singulos binas habere manticas; quarum altera ante pectus, altera a tergo propenderet, in priorem aliena vitia conjicere, in posteriorem sua. Hinc orum proverb. homines non videre, quod in sui tergi mantica est: ideft, cum aliena vitia acutissime videant, in suis prorsus cæcuti re. *Pers. sat. 4. v. 23.* Ut nemo in se se tentat descendere, nemo! Sed præcedenti spectatur mantica tergo. *Horat. l. 1. sat. 6. v. 104.* nunc mihi curto ire licet mulo, mantica cui lumbos onere ulceret.

Mantichóra, æ, f. μαντιχώρα, bestia in India, quæ triplicem dentium ordinem, & hominis faciem una cum corpore leonino habet, humanas carnes maxime affectans. *Plin. l. 8. c. 21. Ælian. l. 6. c. 2.*

Manticula, æ, f. *dim.* πηρίδιον, parva mantica. *Festus*: Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro sæculo fuit.

Manticulária, æ, f. *cose*, *che vegni giorno s' hanno per le mani*, quæcumque ad manum sunt, seu quæ frequenter in usu habentur, & quasi manu tractantur. *Fest.* & *Scalig. ad Fest.*

Manticulárius, rii, m. *tagliaborse*, Ger. *ein seckelraumer*, *taschenraumer*, Gal. *couppe-bourse*, *larron*, *coupeur de bourses*. Hisp. *cortabolsas*, βαλαντιοτόμος, κλέπτης, fur, qui inserens se confertæ multitudini mapsupia secat, aut artificioso dolo aperit, & evacuat, ablata pecunia, a manticulis, in quibus tenuiores pecuniam recondebant. *Terent. in Apol. c. 44.*

* Manticulátor, manticularius. *Pacuv. ap. Fest.* in *Manticulæ*, secundum quosdam.

Manticúlor, aris, d. 1. *mariolare*, Germ. *stelen*, *auff der taschen nemmen*, Gall. *dérober*, Hisp. *robar*, κλεπτεύομαι, est furandi gratia manticulas attrectare. *Fest.* ¶ Translate ponitur pro aliquid dolose agere. *Plaut. Cap. 4. 2. 116.* Nisi manticulatus probe hæc fuisti. Al. leg. *manisfeimatus*, a manisfeincor, quod *divinare* significat, a μάντις. *Pacuvius.* Ad manticulandum æstu aggreditur.

* Mantile. V. Mantele.

Mantiliárius. V. Manulearius.

Mantinéa, f. 1. *Mandi*, *Mundi*, Μαντίνεια, urbs Peloponnesi in Arcadia, Megalopoli proxima. Apud hanc urbem inter Lacedæmonios, & Thebanos pugnatum acerrime fuit, in quo prælio Epaminondas Thebanorum dux victoria jam pene modum potitus cecidit. Gent. *Mansineus*, *a*, *um*. ¶ Mantinea altera, *Mandigna*, *Mantegna*, urbs Peloponnesi, in Argia, ad fin. Argolicum.

Mantes, is, m. 3. *indovino*, μάντις, vates, divinus. *Cic. 1. de Div. c. 43.* Divinos quosdam Sacerdotes, quos mantes vocant.

Mantisfenor, aris, arus sum, *indovinare*, vaticinor, divino: a μάντις, vates. *Plaut. Capt. 4. 2. 115* Nisi mantisfinatus probe ero. fusti pectito.

Mantissa, æ, f. *giunta*. חוספת, Ger. *eine zugabe*, Gal. *le pardessus*, His. *annaddura*, πρόσθεσις, dicitur additamentum rei, quæ venditur, quasi *manu tensa*, eo quod manu porrigitur, præter id, ad quod pondus exigitur. *Festus* dicit, Thufcam vocem esse. *Luc.* apud *eumd.* Mantissa dolorum vincit. ¶ Legitur & *Mantisa*.

Mántro, as, n. 1. maneo, apud vet. *Cæcil.* apud *Non. c. 10. n. 9.* In vultu eodem, in eadem mantant malitia. *Plaut. Pseud. 1. 3. 49.* At dabit; mánta modo. *Id. Mostell. 1. 2. 33.* Si quid nummo farciri potest, usque mantant.

Manto, us, f. contract. Μαντώ, mulier fatidica, Tiresiæ Thebanorum vatis filia, quæ cum post patris obitum Creontis, & Thesei tyrannidem fugeret, primum in Asiam venit, ubi Apollinis Clarii templum condidit; deinde etiam in Italiam, ubi ex Tyberi flavio, ut Poetæ fabulantur, vel ex Tyberino Rege Ocnum peperit, qui postea ad Padum fluvium urbem condidit, quam a nomine matris Mantuam appellavit. *Serv. in Eclog. 9.*

Mantúa, æ, f. *Mantova*, urbs Gallizæ Transpadanæ, in Cenomanis, ad Mincium fl. ampla, magnifica, totius Italiæ munitissima. *Virg. Ecl. 1.* Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ, Patria fuit Virgilii Maronis; vel ob id celeberrima. ¶ Populi Mantuani. Vide Manto.

Mantuánus, a, um, adject. a Mantua, ut Mantuana fama, apud *Stat. l. 4. Silv. 7. v. 27.* h. e. *Virgilii*.

Mánturna, æ, Dea conjugii, quæ invocatur, ut conjuges inter se maneant. *Aug. l. 6. de Civ. Dei, c. 9.*

Manuális, le, quod extensæ manus latitudinem habet. *Plin. l. 24. c. 15.* Manualibus scopis ejus in tribus heminis aquæ deroftis usque ad tertias. ¶ Item quod manus implet. *Plin. l. 19. c. 1.* Manualis fasciculus lini. ¶ Aqua manualis dicitur, qua manus lavantur. *Tert. Apolog. c. 39.*

Manuarius, a, um, ἐγχειρίδιος, quod manuum labore acquiritur. *Gel. l. 18. c. 13.* Hoc ære quasi manuario collecto cœnula parabatur.

Manuárius, ii, m. fur. *Laber.* apud *Gel. l. 16. c. 7.* Manuari, pudorem perdidisti.

Manuátus, a, um. Quidam legunt apud *Plin. l. 19. c. 2.* Vulsum spartum fascibus in acervo manuatur, *h. e.* manuales in fasciculos colligatim. ¶ *Manuatus est*, furatus est, dixit *Laber. in Mimis*, sed præcipienter, ut ait *Gel. l. 16. c. 7.*

Mánubalista, æ, f. τοξοτρίχη, ballista minor, quæ manu tractatur. *Veget. de re mili. l. 2. c. 15.* Adde *l. 4. c. 22.* ubi hujusmodi machinas, quas suo tempore *manuballistas* appellari ait, antea docet scorpiones dictos fuisse.

Manuballistárius, ii, m. qui manuballistas tractat. *Veget. de re mil. l. 4. c. 21.*

Manubiæ, arum, f. *Spoglie del nemico*, *bottino*, שלל, Germ. *der raub*, *ed. beut*, Gal. *depouilles*, Hisp. *despojos*, λάφυρα, præda ab hostibus capta, a *manus*. *Gel. l. 13. c. 24.* Sed tamen spolia quoque quæsita de vivo hoste nobili per deditionem manubias veteres dicebant, & erat Imperatorum hæc præda, de qua quid vellent, facerent. *Asconius in Verrin. de Prat. urb.* Differunt a præda, quia præda dicuntur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt; manubiæ appellantur pecuniæ, quæ a Quæstore ex venditione prædæ redactæ sunt. *Gel. ib.* Sed tamen quidam

non ignobiles Scriptores prædam pro manubiis, & manubias pro præda posuerunt. *Id. ib. Cic. de Lege Agr. 1. c. 4.* Quod ad quemque pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. ¶ Urbanæ dicuntur de rebus, quas provinciarum Prætores provincialibus ablatas Romam deportabant. *Cic. 5. Ver.* Qui vestias villas suis manubiis ornet. ¶ Manubias facere, est prædari. *Cic. 3. Ver.* Qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit, ¶ Manubiæ quoque apud antiquos pro jactu fulminum ponebantur. *Fest.* Manubiæ Jovis tres dicuntur esse, &c. Adde *Plin. l. 2. c. 52. & Sen. l. 2. nat. qu. c. 41.*

Manubiális, le, o. 3. quod ad manubias spectat, ut Manubialis pecunia, quæ ex venditione manubiarum contracta est. *Suet. in Aug. c. 30.* Reliquas triumphalibus viris vias ex manubiali pecunia sternendas distribuit.

Manubiárius, a, um, adject. manubialis. Apud *Plaut. Trucul. 4. 4. 27.* manubiarius amicus dicitur, qui utilitatem, & fructum aliquem affert.

Manúbius, a, um, adject. ut *machæra manubia*. quæ scil. ex manubiis comparata est, vel potius fulminatrix, a manubiis Jovis. *Plaut. Trucul. a. 5. v. 35.*

Manubriárius, a, um, adj. manubrium habens, ut manubriati culteri. *Ammian. l. 25. c. 4.*

Manubriólum, li, n. *manichetto*, parvum manubrium. *Cels. lib. 7. c. 6.* Manubriolo scalpelli diducere.

Manubrium, n. 2. *manico*, נצב, יד, Germ. *ein heffte od stihlwonran's ans hech seye*, Gall. *manche de quelque outil*, *&c.* Hisp. *mango*, καβόν, capulus cujuscumque rei, quod manu teneatur. *Juven. Sat. 11. v. 133.* Quin ipsa manubria culteilorum ossea. ¶ Eximere e manu manubrium, prov. pro occasionem alicui præripere. *Plaut. Aul. 3. 4. 12.* ¶ Malleus manubrio sapientior, aliud prov. apud *eumd. Epidic. 3. 4. in fine*, quia scil. malleus plus efficit, quam manubrium. V. *Taubman.*

Manuciólum, vel manciolum, li, n. *fascetto*, manipulus, fasciculus. *Petron. in Fragm. Tragur. c. 63. Burm.* Manuciolum de stramentis factum.

Manucla. V. Manulea.

Manuclárius. V. Manuleatus.

Manufactus, a, um, χειροποίητος, quod manu factum est. Et opponitur naturali. *Cic. 3. Fin. c. ult.* Aut in operibus manufactis tam compositum, tamque compactum, & coagmentatum inveniri potest?

Manúlea, vel Manuclula, æ, manubrium alicujus rei. *Vitruv. lib. 10. c. 15.* hoc nomine vocat partem illam in catapulta, quæ nervum attractum continet.

Manulearius, m. 2. qui vestimenta manicata conficiebat. *Plaut. Aul. 3. 5. 37.* Aut manulearii, aut murrobathratii. Al. leg. *mantilarii*, h. e. qui mantilia efficiunt. Adde *veterem Inscript. apud Reinef. class. 11. n. 83.*

Manuleátus, a, um, o. 1. 2. manicatus. *Plaut. Pseud. 2. 4. 48.* Manuleatam tunicam hominem habere addecet. V. *Chiridota.* ¶ Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. *Suet. in Calig. c. 52.* Manuleatus, & armillatus in publicum processit. *Senec. ep. 33.* Epicurum manuleatum vocat, h. e. delicatum, mollem. V. *Manicatus.*

mum ferulæ subducere, est desinere in ludo litterario versari, quia doctores artium discipulorum manus ferula cædunt. *Juven. sat. 1. v. 15.* Et nos ergo manum ferulæ subduximus. ¶ *Manus tendere*, est auxilium petere, vel misericordiam implorare. *Cæs. 3. Bell. Gallic.* Hedui manus tendere, deditionem significare. ¶ *Tollere manus*, est signum lætitiæ dare. *Cic. l. 7. Fam. ep. 5.* Sustulimus manus ego, & Balbus. ¶ *Manum de tabula tollere*, est in re aliqua conficienda non nimis anxium esse, ita Erbionis, vel Apellis, dicto, qui cum Protogenis opus immensi laboris, ac curæ miraretur, dixit; omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed uno se præstare, quod manum ille de tabula nesciret tollere. *Cic. in epist. Fam. lib. 7.* Heus tu, manum de tabula. ¶ *Manum non asperim*, Proverbialis est Hyperbole, qua utimur, quoties nos rem aliquam non curare significamus. *Cic. 5. Fin. c. 31.* Fatentur se, ne manum quidem versuros fuisse. ¶ *Manum summam imponere alicui rei*, est perficere. *Virg. 7. Æn. v. 572.* Extremam Saturnia bello imponit regina manum. ¶ *Manus continere, abstinere*, est continere impetum animi, *Cic. Catil. 1. c. 8.* Vix abs te jamdium manus, & tela contineo. *Ter. Adelph. 5. 2. 6.* Non manus abstines, mattigia? ¶ *Manus manum lavat*, prov. h. e. alter alteri opitulatur. *Sen. in Apocolocynt.* ¶ De manu dare, *ait* reddere. *dare di propria mano. Sueton. Tiber. cap. 34.* Consueverat & quadruplam sterrans, & de manu reddere. *Lampr. in Severo c. 37.* Nam semper de manu sua ministris convivii & panem dabat &c. ¶ Manibus æquis, *con æqual sorte, con equalianza. Tacit. Ann. 1. cap. 63.* Manibus æquis abscessum est. ¶ *Addre manum alicui.* V. Adeo, is. ¶ *Manu venerari.* V. in *Veneror.* ¶ Metonymice *manus* ponitur pro scriptura manuum, *caratteri. Cic. Att. l. 4. ep. 16.* Quod epistolæ librarii manu est. ¶ Item pro pictura. *Person. in Satyr. c. 8.* Zeuxidos manus vidi nondum veustatis injuria victas. Adde *Martial. l. lib. 4. epigr. 39.* ¶ Translate accipitur pro multitudine hominum, vel pro agmine. *Virgil. 6. Æn.* Juvenum manus emicat ardens litus in Hesperium. ¶ Hinc servus a manu idem est ac amanuensis. *Cic. & Sueton. in Cæs. c. 74.* ¶ Item pro instrumento, & tejo navali, quo naves harpagonibus raptæ terrentur, a manus humanæ similitudine, *rampanze. Plin. l. 7. c. 56.* Anacharsis harpagonas, & manus Pericles Atheniensis invenit. ¶ In re gladiatoria manus accipitur pro ictu, *colpo, fiocata. Quint. l. 5. c. 13. ad fin.* Ut gladiatoru in manus, quæ secundæ vocantur, fiunt & tertiæ, si prima ad evocandum adversarii ictum prolata erit. ¶ Denique manus dicitur etiam de animalibus, ut de probosside elephanti. *Curt. lib. 4.* Cum manu arma virosque corriperent. Et *Plin. l. 8. c. 36.* Invalidissimam urso caput; ideo urgente vi, præcipitaturi se ex aliqua rupe, manibus eo oportu jaciuntur.

Manus, adject. h. e. bonus. V. in *Cerus.*

Manuriguum, ii, n. molis manuum, contrectatio. *Cæl. Aurel. Chronic. l. 1. cap. 4.*

Manurigio oculos relevare, velle. ¶ Est ibi tamen incerta lectio.

Manzer, eris, *spurio*, מַמְזֵר, נֹתָק, spurius, Hebraica vox est, qua usi sunt *Sedul. carm. l. 5. v. 254.* & *Venant. Fortun. l. 5. v. 75.*

Mapalia, ium, n. *y capanne*, סכות, καλύβαι, idem ac magalia, ideft casæ agrestium, Punica lingua. *Virg. 3. Georg. v. 340.* Et rari habitara mapalia tectis. *Liv. 29. c. 31.* Familiæ aliquot cum mapalibus, pecoribusque suis profecutæ sunt Regem. ¶ Addit *Festus*, mapalia dici de iis, qui inordinate vivunt. Mapalia, inquit, casæ Punice appellantur; in quibus quia nihil est secreti, soler volare viventibus id vocabulum objici, Hinc *Seneca in Apocolocynt.* Vos mera mapalia fecistis, volo serveri, disciplinam curiæ, h. e. omnia incondite egistis.

Mappa, æ, f. *tovaglinola, salvietta*, כלי, Germ. *tischtuch, tischtucher*, Gall. *nappe*, Hisp. *mantel*, σδὼν, linteum, quo manuum atque oris fordes in mensa abtergimus. *Mart. lib. 12. epigr. 29.* Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. V. *Mantele.* ¶ Est vox Punica. *Quint. l. c. 5.* Mappam usitatum circo nomen Pœni sibi vindicant. Quo loco respicit ad veterum morem, apud quos jam inde a Heronis tempore in Circensibus editor mappæ projectione signum dabat. *Suet. in Ner. c. 22.* Aliquo liberto mittente mappam, unde Magistratus solent. *Juv. sat. 11. v. 191.* Interea Megalesiacæ spectacula mappa. ¶ Hinc mappam mittere, est signum quodlibet dare, translatum a ludis Circensibus. *Terr. adv. Valent. c. 16.*

Mappile, æ, f. parva mappa, linteolum. *Hieronym. epist. 27. (quæ est Epitaph. Paulæ) c. 13.*

Marathœus, a, um, ad Marathen pertinens, ut Menoleaus Marathenus, apud *Cic. in Bruto, c. 26.* Est autem Marathe insula prope Corycyam, teste *Plin. l. 4. c. 12.*

Maratón, onis, f. *Maratona*, Μαραθὼν, opp. Atticæ, nunc parvus vicus, inter Athenas, & oram Euripum ad Or. Celebre fuit morte Icari Regis interfecti, victoria Thesei tauro Marathonio superato, & Militiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darii Persarum Regis exercitu profligavit. ¶ Marathon item, opp. Phocidis non procul ab Anticyra, in quo clarum Nemesis templum fuisse dicitur.

Marathónis, idis, f. Μαραθωνὶς, Marathonia. *Stat. 12. Theb. v. 730.* quercum Marathonida Thesæus Extulit, *h. e.* hastam, qua Marathonio in agro contra taurum pugnaverat: vel simpliciter, e silva Marathonia. *Id. lib. 11. v. 644.* qualis Marathonide silva flebilis Erigone, &c.

Marathonius, a, um, Μαραθώνιος, quod ad Marathonem spectat, ut *Taurus Marathonius*, qui apud Marathonem a Theseo interfectus est, quem aliqui dicunt taurum esse amatum a Pasiphae, ab Hercule ex Creta abactum in agrum Marathonium. Sed taurum Pasiphaes Theseus in labyrintho interfecit. *Cic. in Tusc. 4. cap. 22.* Quem Theseus interfecit, Marathonius taurus.

Marathrites, n. 3. *vinum*, quod marathrum infusum habet. Valet ad visus imbecillitatem adjuvandam. *Col. l. 12. c. 35.* V. Abrotonites.

Marathron, n. 2. *finocchio*, μάραθρον, fœniculum. *Plin. l. 8. cap. 27.*

Marcellæa, orum, n. 2. festum Syracusanorum, in memoriam M. Claudii Marcelli, qui eos ab rebellibus liberaverat, *Cic. 4. Ver. c. 22. & 63.*

Marcellus, i, cognomen familiæ Romanæ illustris, ex qua multi clarissimi viri exstitere, *Plutarch.* Marcellum interpretatur bellicosum, ideft quasi parvum Martem.

Marcens, entis, *frolle, passo, appassito*, נָמֵק, אֻמְלָל, flaccidus, vietus, putrescens similis. *Claud. in Epithal. Pallad. & Celer. v. 96.* marcentes cupio quassare coronas. *Luc. l. 6. v. 640.* marcentes tenebræ, *h. e.* situ, & putrido aere, obsitæ. *Mart. l. 3. epigr. 79. v. 12.* Mensæ munera si voles secundæ, *Marcentes* tibi porrigentur uvæ. ¶ Item languens, marcidus, confectus, *languente, fiacco. Stat. 2. Theb. v. 630.* fratris moribunda levabat Membra solo Periphas, læva marcentia colla sustentans, dextraque latus. *Sil. l. 15. v. 746.* senex marcentibus annis. *Suet. in Calig. c. 58.* Marcens stomachus pridiani cibi onere. *Stat. l. 4. silv. 6. v. 56.* Marcentia poculæ, *h. e.* quæ marcentes faciunt. ¶ Transfertur ad animum. *Tacit. de Germ. c. 36.* Marcentem diu pacem illaesitti nutrierunt. *Senec. epist. 89. a med.* Mores compesce, marcentia in te excita, soluta constringe, contumacia doma.

Marcĕo, es, cui, n. 2. *languire*, אֻמְלָל, נָקַב, נָבַל, σήπομαι, μαραίνομαι, marcorem contraho, langueo, flaccesco. Dicitur de floribus, & herbis, & fructibus, cum valde maturi sunt. Hinc *Marcil. 5. ep. 79.* Mensæ muneta si voles secundæ, Marcentes tibi porrigentur uvæ, *h. e.* valde maturæ, & suaves: qua ratione *marcida vina* dixit *Statius*. ¶ Marcere stomachus dicitur, qui nimio hesterno cibo, & indigesto opplétus languet, *carico. Stat. in Calig. c. 58.* Marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Sic dicimus marcere vino. *Liv. l. 23. cap. 45.* marcere epulis, *Claud. l. 2. Europ. v. 44.* h. e. nimio potu, aut cibo gravem esse. ¶ Translate marcere dicuntur homines senectute confecti. *Lucr. l. 3. v. 960.* annis corpus jam marcet. *Ovid. l. 1. amor. el. 14. v. 41.* si vir tibi marcet ab annis. ¶ Transfertur etiam ad animum *Cels. l. 2. c. 2.* Si marcet animus, si corpus torpet.

Marcesco, is, n. 3. *marcirsi, μαραίνομαι*, putresco. *Plin. l. 10. c. 48.* Corpus occisæ statim marcescit. ¶ Translate usurpatur pro languescere. *Liv. l. 28. c. 35.* Ad hæc equitem marcescere desidia.

Marcianus, a, um, ad Marcium pertinens, quod est nomen proprium Latini hominis: *Marciana carmina*, quæ laudat *Liv. l. 25. c. 12.* dicta sunt a quodam Marcio, illiteri vate, magnaque apud Romanos fide; de quo *Liv. ib. Cic. 1. de Divin. c. 50. Plin. l. 7. c. 33.* & *Macrob. l. 1. Sat. c. 17.* Immo duos fratres hoc nomine fuisse, nobili loco natos, & divinandi vi præditos, legimus apud *Cic. l. 1. de Divin. c. 40. & l. 2. cap. 55.* Horum carminibus mori Romani Apollinares ludos instituerunt. V. *Liv. ibid.* ¶ *Marciani Sodales*, sacerdotes, qui divi Marci Imperatoris sacra curabant, qui postea propter Helvium Pertinacem Helviani sunt dicti. *Capitolin. in Pertin. cap. ult.* Hinc Veneri D. Marci Procuratores, non *Marcii*, sed *Marciani* dicendi sunt vel *adis Marcianæ Procuratores*.

arcidŭlus, a, um, adject. diminut. a marcidus. *Martian. Capel. lib. 7. sub init.* Marcidulis luminibus conspicatur.

Marcĭdus, a, um, adject. *languido, marzo*, נבל, Ger. *welck, faul*, Gall. *pourry, gaté*, Hisp. *marchito*, rabidus, languens, & videtur proprie dici de herbis, & floribus, cum nimium matura sunt, a marcor. *Ovid. 10. Met. v. 190.* Ut si quis violas, rigluoque papaver in horto, Liliaque infringat, &c. Marcida deinittant subito caput illa gravatum. *Sat. 1. Silv. ult. v. 33.* Marcida vina, *h. e.* permatura, & dulcia. ¶ Translate *Plin. l. 11. c. 37.* Fessis equis aures marcidæ, *h. e.* ita languidæ, ac demissæ, ut marcuisse videantur. *Plin. jun. in Panegy.* Marcidi somno, hesternaque cœna redundantes. *Claudian. de III. Cons. Honor. v. 40.* Otia luxu marcida.

Marcipor, m. 3. Marci puer, hoc est, famulus, sicut *Publipor, Lucipor*, & alia hujusmodi, a *Marcus*, & antiquo *por* pro *puer*, quo per Metonymiam servos notarur. *Plin. l. 33. cap. 1.* Singuli Marcipores, Luciporesve dominorum gentiles victum in promiscuo habeant. ¶ Marcipor præterea est titulus cujusdam Varronis Satyræ, in qua, ut putat *Turnebus l. 24. cap. ult.* de servitute disseritur, & servili imperio.

Marcius, ii, celebris vates apud Romanos. V. *Marcianus.* ¶ Item cognomen Anci, quarti Romanorum regis. ¶ Item nomen Q. Marcii Regis, qui Prætor Romam adduxit aquam salubriimam, & clarissimam, quæ ab eo *Marcia* dicta est: de qua *Front. de aquæd. arc. 7.* & *Plin. l. 31. c. 3.* Hinc *Stat. l. 1. silv. 5. v. 25.* præceps Anien, atque exceptura natarus Virgo juvat Marsafque nives & frigora ducens Marcia. ¶ Sunt qui scrib. *Martia*; sed *Marcia* est etiam in Lapidibus.

Marcománi, masc. 2. Marcomanni, Marcomanes, Marahenses, Rheginoni, pop. Germaniæ, quorum Regio Marcomannia, *Marck*, tractus in Moravia, Austriæque confinio ad fluvium cognom. inter Viennam, & olmucium. Ab aliis collocantur in Moravia, ab aliis in Bohemia propria. Horum regia fuit *Marobudum*. *St ap. lib. 3. vers. 170.* Quæ modo Marcomanos post horrida bella, yagosque Sauromatas.

Marcomanícus, & Marcomannícus, a, um, ad Marcomanos pertinens. *Capitol. in Antonin. Philos. c. 17.* Marcomannicum bellum. Adde *Europ. l. 8. c. 12. & 13.*

Marcor, dris, m. *languidezza*, נמק, Germ. *faule, verwelckung*, Gall. *pourriture, flestrissure*, Hisp. *marchitura*, σῆψις, σῆτις, tabes, languor, qualis solet cæse in floribus, & herbis cum nimia maturitate marcere videntur. *Senec. l. 3. Quæst. nat. c. 27.* Inde vitium satis, & segetum sine fruge furgentium marcor. *Cæsl. l. 3. cap. 20.* In hoc (*lethargo*) marcor, & inexpugnabilis dormiendi necessitas. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Senec. de Tranquilla. c. 2.* Inde mœror, marcorque, & mille fluctus mentis incertæ. *Velleſ. l. 2. c. 119.* Exercitus marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumventus.

Marculentus, a, um, adject. marcidus. *Fulgent. lib. 2. Mythol. cap. 8.* Marculenta calvities.

Marculus, m. 2. instrumentum, quo fabri ærarii uti solent. *Plin. l. 7. c. 56.* Item forcipem, marculum, vectem, incudem. *Harduin.* hic *martulum* legi moner in omnibus *MSS. Martial. l. 12. ep. 57.* Negant vitam Ludimagistri mane, nocte pistores, Æratiorum marculi die toto.

Marcus, i, Romanorum prænomen frequentissimum quod per M. signari solet, ut M. Tullius Cicero, M. Terentius Varro. ¶ *Vost. in Etymol. marcum* mollem significare ait: a μαλλὸς, pro μάλακος. *Isid.* malleum, unde *marculus*. Sed hæc indigent exemplis, quibus fulciantur.

Mare, is, n. *mare*, ים, Ger. *das meer*, Gal. *la mer*, Hisp. *mar*, θάλασσα, πόντος, congregatio aquarum amari saporis. *Cic. in Pison. cap. 24.* Cum mare vastissimum hyeme transibas. ¶ *Mare cælo misceve*, seu confundere, est omnia perturbare, nihilque non facere. *Virg. 5. Æn. v. 790.* Maria omnia cælo miscuit. *Juv. sat. 6. v. 282.* Et mare cœlo confundas. ¶ *Mari terræque querere*, est maximam summamque diligentiam in re aliqua quærenda, & investiganda adhibere. *Plaut. Pœn. Prol. v. 105.* Mari terraque ufquequaque quæritat. *Cic. l. 5. Fam. ep. 9.* Ego tamen terra marique, ut conquireretur, præmandavi. ¶ *Maria, & montes polliceri*, est res maximas polliceri. *Sal. ad. in Catil. c. 23.* ¶ *Plaut. Pœn. 3. 3. 14.* Qui viam nescit, qua deveniat ad mare, Eum oportet omnem quærere comitem sibi, *h. e.* qui per se non sapit, aut valet, obtemperet alteri, & opem quærat. ¶ Mare claudi dicitur, cum ejus navigatio impeditur. *Plin. l. 2. c. 47.* ¶ Usurpatur translate de re difficili, & periculosa. *Plaut. Asin. 1. 2. 8. de miretribus:* Nam mare haud est mare, vos mare acerrimum. ¶ Mare varia nomina habet juxta regiones quas alluit, ut Mare Ægæum, Æthiopicum, Adriaticum, Africum, Atlanticum &c. V. Geographos. ¶ Apud Poetas interdum legitur *mare* pro *mari* in ablativo. *Ovid. 5. Trist. eleg. 2. v. 20.* Exiguum pleno de mare demat aquæ. *Id. 4. Pont. ep. 6. v. 46.* In caput Euxino de mare verter iter.

Mareotĭcus, a, um, quod ad Mareotidem spectat. *Luc. l. 10.* Hebenus Mareotica. *Colum. l. 3. c. 2.* Mareoticæ vites.

Mareotĭdes vites, quæ sunt in Mareotide regione. *Virg. 2. Georg. vers. 91.* Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.

Mareōtis, idis, f. *Lago di Buchiara*, Μαρεώτις, palus ingens Ægypti, circuitu olim 600. M. P. & trajectu 30. apud Alexandriam ad Mer. ¶ Est & regio Ægypti, al. pars Libyæ, quæ est inter Cyrenaicam, & Ægyptum, a Ptolemæo Marmarica appellata, *in* qua vinum optimum provenit.

Mareplacĭda, æ, f. genus navigii tam parvi, ut go mare non nisi placidum navigari possit. *Gel. 10. c. 25.* Alii leg. *placida*, æ. Alii aliter.

Marga, æ, f. *la* genus terræ in modum cretæ albæ, qua rustici utuntur ad agros stercorandos. *Plin. l. 17. c. 7.*

Margarides, f. μαργαρίδες, palmæ, a margaritis, quoniam breves, candidæ & rotundæ sunt, acinis, quam balanis similiores. *Plin. l. 13. cap. 4.*

Margarita, æ, fem. *1. perla*, פְּנִינִים, ὁ μαργαρίτης λίθος, vel ἡ μαργαρίτις λίθος, μάργαρος, μάργαρον, unio, lapillus candidus in conchis nascens. *Cic. 6. Ver. c. 1.* Nego ullam gemmam, qua margaritam fuisse, quin absiulerit.

Margaritarii, m. 2. μαργαριτέμποροι, negotiatores margaritarum. *Inscript.* apud *Reines. class. 11. n. 110.* Margaritatio de sacra via. Adde *Jul. Firm. l. 4. cap. 6.* ¶ Adjective etiam usurpatur, ut *porticus* margaritaria, apud *Publ. Victor. in l. de regionib. Urb. R. reg. 8.*

Margaritātus, a, um, adject. margaritis ornatus. *Fortunat. carm. 4. l. 8. vers. 266.* Margaritato flexilis arte sinu.

Margaritĭfer, ra, rum, μαργαριτοφόρος, quod fert margaritas. *Plin. l. 32. c. ult.* Inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

Margarītum, i, n. idem ac margarita. *Tac. in Agr. c. 12.* Britannia aurum, & argentum gignit, Oceanus margarita, fed fubfufca, & liventia. Adde *Var.* apud *Non. c. 3. n. 138.*

Marginātus, a, um, quod marginem latum habet. *Plin. l. 35. c. 12.* Marginata tabula

Margĭno, as, avi, atum, a. 1. margine communio, seu circundo. *Liv. lib. 41 cap. 27.* Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem, marginandasque locaverunt.

Margo, inis, m. vel f. *margine*, שפה, גבת, יר, Germ. *das bord, end*, Gall. *la marge*, Hisp. *margen*, χρυσεῖον, cujuslibet rei extremitas, ut solii, fluminis, agri, imperii, &c. *Juv. sat. 2.* Plepa jam margine libri. *Curt. l. 7. c. 9.* Admotos ordines equitum in primo ripæ margine opponunt, ut &c. *Plin. l. 12. cap. 20.* Margines imperii, *le frontiere.*

MARIA, æ, f. מרים, μαρία, filia Joachim, & Annæ, quæ virgo Spiritus Sancti opera concepit, & peperit Salvatorem mundi, JESUM CHRISTUM, Deum verum, verum hominem. ¶ Penultima hujus vocis anceps est. *Prudent. Pschychomach. v. 88.* Nec mea post Mariam potis es perfringere jura. *Sedul. in c. 1. Luc. l. 2. v. 36.* Angelus intactæ cecinit properata Mariæ.

Mariandȳni, m. 2. Mariandini, Mariandynæi, pop. Bithyniæ, seu Paphlagoniæ, in confi in ora maris Euxini inter Heracleam ad Occ. & Cytorum ad Or. quorum caput Amastris. In horum regione Hercules Cerberum interfecit.

Marianus, a, um, quod ad Marium spectat. *Cic. 3. Agr. c. 2.* Quid ergo ait Marianus, Tribunus plebis? Sic Mariana rabies, apud *Flor. l. 4. c. 2.*

Marica, f. 1. Nympha litoris Minturnensium, apud Lirim fl. Fuit uxor, Latini mater. *Virg. 7. Æn. v. 47.* ¶ *Lælianus* scribit *l. 1. c. 21.* ita appellatam fuisse Circem mortuam, & consecratam. ¶ Ab ea nomen habet Minturnensium palus in qua Marius Syllam fugiens latitavit. *Vellej. l. 2. c. 19.*

Marici, m. 2. populi Liguriæ, qui cum Lævis Ticinum condiderunt, teste *Plin. l. 3. c. 17.* quorum vicus adhuc visitur ab Alexandria 2. M. P. Dertonam versus, qui *Marengo* dicitur, & oppidulum *Pietra de Marici*, ab Alexandria 3. M. Ticinum versus, apud Tanarum fl.

Marinus, a, um, *marino*, θαλάσσιος, quod mare incolit, vel quod est in mari. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 16.* Marinis, terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis aluntur.

Marisca, æ, f. τὸ βυβῶνον, בן, ficus grandior, sed insipida, a *mas, maris*, quasi masicula, ob magnitudinem. *Mart. l. 7. ep. 24.* Infanti meljmela daro, fanuique marisca. *Fatuus* hic *insulsum* notat. *Plin. l. 15. c. 18.* Cato de ficis ferendis marisca. *Fatuus* hic *insulsum* notat. *Plin. l. 15. c. 18.* Cato de ficis ferendis maricas. *Fatuus* hic *insulsum* notat. *Plin. l. 15. c. 18.* Cato de ficis ferendis mariscas. *Fatuus* hic *insulsum* notat. *Plin. l. 15. c. 18.* Cato de ficis ferendis ita memorat: Ficos mariscas in loco cretoso, & aperto serito. ¶ A fructus hujus similitudine etiam mariscæ dicuntur tuberculæ ulcerosæ, quæ ex præpostero libidine circa podicem nascuntur. *Juv. sat. 2. v. 13.* Cæduntur tumidæ, medio ridente, mariscæ.

Marĭscus, i, vel mariscum, i, n. juncus marinus, unde tegetes texuntur, a *mas, maris. Pl. l. 21. c. 18.*

Marīta, æ, f. *donna maritata*, בעולת בעל, συμοικέσια, mulier nupta. *Ov. 3. Fast.* Dura cum sorte maritæ reddebant aureri pignora rara sui. *Hor. epod. 8.* Nec sit marita, quæ rotundioribus onusta baccis ambulet.

Maritālis, le, o. 3. *maritale*, γαμικὸς, conjugalis, *Col. in Præom. l. 12.* Maritale conjugium, sic comparatum esse natura.

Maritātus, a, um, *Maritata pecunia* apud *Plaut. Epid. 2. 1. 11.* quæ cum uxore conjuncta est, h. e. cujus possessio est penes uxorem: seu quæ habetur a marito ex dote, uxore vivente.

Maritĭmus, a, um, *maritimo*, Germ. *auff dem meer, beym meer*, Gall. *maritime*, Hisp. *marisco, maritimo*, ἐπιθαλάττιος, quod mare accolit, vel ad mare

Mas, aris, m. *maschio*, זָכָר, Ger. *mannlein, mannsbild*, Gal. *mâle*, Hisp. *macho*. ἄῤῥην, ἄῤῥενος, sexus vocabulum fœminæ oppositum, a fortitudine. Nam ut Græci ἄῤῥην, ab Aᵓρης, duplicata canina littera, sic Latini e *Mars* fecere *mas*, ejecta littera canina. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 51.* Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ sunt. ¶ Interdum adjective sumitur pro forti, & virili, *maschio, forte. Horat. de arte poet. v. 402.* mares animos in Martia bella Exacuit.

Mesǽus, m. 3. μέσσιος, Bacchi cognomen apud Caras, de cujus origine sic fabulantur: In comitatu Rheæ, cui Jupiter Bacchum alendum compiserat, mulierem fuisse, cui nomen erat *Ma*, quæ, cum eam Juno rogasset, cujus is esset puer, ἄῤρεος, hoc est Martis respondit quæ voce a vulgo excepta, Bacchus deinceps dictus est, quasi μὰς ἄῤρης.

Mascarpio, onis, m. qui virilia carpit, impudicus, masturbator. *Petron. Satyr. c. 134.*

Masculesco, is, n. 3. *immaschirsi*, זָכַר, לִזְכֹּר, Ger. *zum mannlein werden*, Gal. *devenir mâle*, Hisp. *hazerse macho*, ἀῤῥενόομαι, masculus fio. *Plin. lib. 28. c. 13.* Denique enim fatu masculescere.

Masculētum, ti, n. locus in quo plantæ vinearum masculæ consitæ sunt, a *masculus*. Plantæ autem masculæ sunt, quæ non subigiuntur, ut palmites alios emittant, sed in altum surgere permittuntur. *Plin. l. 17. c. 22.* Ut faciant, quæ masculeta appellant.

Masculinē, adverb. masculino genere, לִזְכֹּר, ἀῤῥενικῶς. *Arnob. l. 1. p. 36.* Res fœminas masculine deprimere.

Masculinus, a, um, *di maschio*, ἀῤῥενικός, quod masculi est. *Plin. l. 18. c. 15.* Generorum Græci duo prima fecere, masculinum, fœmininumque. Adde *Festum*.

Masculīnus, li, m. ἀῤῥενικόν, זָכָר, dim. a *mas*. *Plaut. Cist. 4. 2. 39.* Bona fœmina, & malus masculus hic te volunt. Adde *Liv. l. 31. c. 12.*

Masculus, a, um, *virile, maschio*, ἀῤῥενικός, masculinus, & translate fortis, acer, vehemens. *Hor. l. 3. od. 6. v. 17.* Sed rusticorum mascula militum proles Sabellis docta ligonibus versare glebas. *Pers. sat. 5. v. 44.* Cælido sub pectore mascula bilis intumuit. ¶ *Cardo masculus* dicitur, qui in alterum cardinem ingreditur: sicut *cardo fœmina*, qui masculum recipit, & sustinet. *Vitruv. l. 9. c. ult. post med.*

Maspērum, n. 2. folium laserpitii, apio simile. *Plin. l. 19. c. 3.*

Massa, æ, f. *pasta*, בָּצֵק, שְׂאֹר, כִּכָּר, Germ. *teig*, Gal. *pâte*, Hisp. *massa*, μάζα, farina subacta, macerarquæ ad panificium, a Græca voce allata. *Prisc. lib. 1. & Glossæ veteres.* ¶ Generatim ponitur pro omni eo, quod denſum est, spissumve, ad similitudinem farinæ subactæ, ut Massa auri, massa ferri, hoc est pila, & veluti moles. *Virg. 1. Georg. v. 275.* Massam picis urbe reportat. *Id. 4. Georg. v. 170.* Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis cum properant. ¶ *Colum. l. 12. c. 34.* ubi rationem docet aceti ſcſſilitici faciendi, præcipit, ut vinum, quod in acetum converti debet, *limpidum sit, & de sub massa*. Videtur autem intelligere vinum, in quod massa ferri candens immissa sit. Nam *ejusd. l. 12. c. 5.* ubi agit de vino vapido in acetum vertendo: Quidam, inquit, ferri massas exurunt, ita ut ignis speciem habeant, calque in cadem (*vini*) mensuram demittunt. Quidam leg. *limpidum sit, & de summo*.

Massæsyli, populi Numidiæ occidentalis. *Plin. l. 5. c. 5.*

Massagĕtæ, ārum. Alani, pop. Sarmatiæ Europeæ, juxta Euxinum mare, & paludem Mœoticam. Aliis erant pop. Scythiæ intra Imaum, inter Jaxartas, & Alanoscythas, ubi nunc pars Austrialis Tartariæ deſertæ, versus Zagatajam. Dicti sunt quasi graves Getæ. Massa enim apud Scythas grave significat, teste *Isidoro l. 9. Orig. cap. 2.* Cum per deserta discurrunt, equorum suarum sanguinem cum lacte bibunt. Apud hos senio confecti in frusta cæduntur, admixtisque ovillis carnibus a suis eduntur; qui vero morbo intereunt, feris devorandi abjiciuntur. Infestissimi sunt hospitibus, neque cum vicinis populis ullam servant amicitiam, aut fidem. Uxores habent communes, cum quibus etiam in publico coire non verentur. Solem venerantur, cui & equum immolant: cæteros Deos habent negligendi. *Herod. l. 4. Strabo l. 2. Strat. 1. Achill. v. 307.* Lactea Massagetæ veluti qui pocula fulcant sanguine punico. ¶ Nominativus sing. eſt Massageta, vel Massagetes, *Lucan. l. 3. v. 283.* Longæque Sarmatici solygus jejunia belli Massagetes, quo fugit, equo.

Massālis, le, adject. *popale*, a massa. Est *Tertulliani adverſ. Hermog. c. 30. & lib. 4. adverſ. Marcion. c. 18.* Hinc

Massāliter, adv. *rozalmente*. *Tertull. adverſ. Valentin. c. 26.*

Massārius, ſ. m. uva est, quæ ex vite sylvestri cum flore in Africa decerpitur, medicinæ tantum, & odoramentis idonea. *Plin. l. 12. c. 4. & in præm. l. 23.*

Massicum, i, n. vinum Massici montis. *Virg. 7. Æn. v. 725.* Vetturn felicia Baccho Massica.

Massicus, m. 2. *Monte Masso*, al. *Monte Massico*, mons Campaniæ, Falerno, & Gauro junctus, inter Sueſſam, Calenum, & Sinuessam, al. *inter Minturnas*, & Calenum extensus versus oram maris Tyrrheni. Ejus pars, quæ est versus oram maris Tyrrheni, ab incolis dicitur *Mondragone*. Ferax est optimi vini.

Massicus, a, um, quod ad Massicum M. spectat. *Hor. l. 1. ode 1. v. 19.* Est, qui nec veteris pocula Massici spernit. *h. e.* Massici vini.

Massilia, æ, f. 1. *Marſiglia*, Μασσαλία, urbs Galliæ Narbonensis, in ora Provinciæ. Olim Massiliæ studia ingenuarum artium adeo floruerunt, ut Romani pro Attica peregrinatione Massilioticum peterent Gymnasium: ad disciplinas addiscendas: *Liv. l. 34. c. 9. Plin. & Cæſ. l. 2. B. C.* ¶ Massilienses & litteris, & optimis institutis, ac moribus claruerunt. Iidem luxus notati sunt. Hinc *Massiliam navigas, & E Massilia veniſti*, apud *Suidam* de nimis cultis dicitur. V. *Cic. pro Flacco, & l. 2. Offic. Tac. in vita Agricolæ*, & *Taubm. ad Plaut. Cæſ. 5. 4. 1.*

Massilianus, a, um, ad Massiliam pertinens, Massilianum vinum legitur apud *Martial. in lemmate epigr. 123. l. 13.* sed tum ibi, tum *l. 10. epigr. 36.* damnatur ut fumo imbutum. Sic *l. 3. epigr. 82.* Vel cocta fumis musta Massilianis.

Massilienſis, se; adject. qui est e Massilia. *Cæſ. l. 2. B. Civ. c. 3. 4. 6. &c.*

Massilioticus, a, um, quod ad Massiliam spectat. *Plin. l. 3. c. 4.* Rhodani ostium amplissimum vocatur Massilioticum.

Massilitānus, a, um, adject. Massiliensis. *Vitruv. l. ult. sub fin.*

Maſſo, as, a. 1. in massam redigo, conglobo, condenſo. *Lucr. l. 1. v. 666.* Ignes in cœtus stringi, massareque corpus. Al. leg. *mutare*. ¶ Pro masticare usurpat *Theod. Priscian. l. 1. c. 8. l. 2. c. 29.*

Massula, æ, f. 1. μάζιον, dim. a massa. *Col. l. 12. cap. 38.* Post hæc complures ex ea massulæ fiunt.

Massȳla, æ, f. opp. *medit.* Cyrenes, apud Berenicen, & Hortos Hesperidum. Hinc regio Massyla, seu Massylia. Sed a *Livio* Massylia gens in Numidia ponitur. Pop. Massyli, quos *Plinius* inter Capitanos, & Gætulos apud Libyæ deserta locat. Neque ephippiis utuntur, nec fræniis, sed sola virga contenti sunt, qua agitent equos, & moderentur. *Lucan. l. 4. v. 682.*

Massȳlæus, a, um, ex Massylia urbe, seu Massylia regione. *Mart. l. 9. ep. 23.* Et Massylæum virga gubernat equum.

Massȳlius, a, um, quod ad Massylam, seu Massyliam spectat. *Lucan. l. 4. v. 682.* Et gens, quæ nudo residens Massylia dorso.

Massȳlus, a, um, idem ac Massylius. *Virg. 4. Æn. v. 483.* Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

Mastaura, æ, f. *Mastaure*, Μάσταυρα, urbs Lydiæ, in Cariæ confinio, ita dicta, quod ibi Rheæ Bacchi nutrici, quæ *Ma* Lydis appellabatur, taurus solebat immolari. Aliquibus dicta videtur a *mastos*, & *taurus*: *Plin. l. 5. c. 29.* ¶ Populi Mastaurenses. *Id. ib.*

Masticātio, onis, f. actus masticandi. *Cæl. Aurel. l. 4. Tard. c. 3.* Cibum masticatione exercere.

Masticātus, a, um, pom. ex partic. *masticato*, dentibus comminutus. *Apul. de herb. c. 70.* Cum fuerit masticatum, fœvorem commovens &c. *Theod. Priscian. de Diæta, c. 10.* Porrulaca masticata stuporem dentium sanat.

Mastichātus, a, um, mastiche conditus. *Lamprid. in Heliog. c. 19.* Et masticharum, & pulejatum, & omnia hæc, quæ nunc luxuria retinet, primus invenit. *h. e.* vinum masticchatum. Sic de Gordiano *Capitolin. c. 19.* Fuit vini cupidior, semper tamen undecumque conditi, nunc rosa, nunc mastiche, nunc absinthio, ceterisque rebus, quibus gula maxime delectatur.

Mastȳche, vel mastice, es, f. 1. Mastichum, i, n. *mastice*, μαστίχη, lacryma, quam lentiscus arbor gummi modo sudat. *Plin. l. 12. c. 17. Pallad. Octobr. t. 14.*

Masticīnus, a, um, *masticino*, ad masticem pertinens. *Pallad. in Mart. tit. 9. sub init.* Semina madefacies laurino oleo, vel nardino, vel masticino.

Mastĭco, as, avi, atum, a. 1. μαστιχάω, mando, dentibus tero, *masticare*. *Mauer de virib. herbar. carm.* 3. Mastiget hoc patiens, teneatque diutius ore.

Mastĭgĕus, i, m. idem quod mastigia. *Plaut. Trin. 4. 2. 121.* Aggrediendus est hic homo mastigeus. Sed legendum est: *Aggrediendus est hic homo mihi astu, heus* &c.

Mastĭgia, m. μαστιγίας, verbero, verberibus dignus. *Plaut. Most. 1. 1. 1.* Exi eculina, fis, foras mastigia. *Ter. Adelph. 5. 2. 6.* Non manus abstines, mastigia?

Mastigophŏrus, m. 2. μαστιγοφόρος, servus flagellifer, qui, ut scribit Budæus, agonothetas in sacris certaminibus comitabatur, virgas præferens ad submovendam turbam, & cohibendas seditiones. *Prudent. in Pſychom. l. 2. v. 516.*

* Mastos. V. Mastus.

Mastrūca, vel Mastruga, *f. pellicia*, μαστρύκα, vestis genus, qua Sardi utebantur. *Cic. in fragm. pro Scauro.* Eum Sardorum mastruca mutavit. ¶ Translate dicitur de homine molli, & libidinoso, quia hujusmodi vestis scortea est, & pessime olet. *Plaut. Pœn. 5. 5. 33.* Deglupta mœnas, mastruga, in malam crucem.

Mastrucātus, a, um, μαστρυκωτός, qui mastruca utitur. *Cic. de Prov. Conſ. c. 7.* Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a Propræture una cohorte auxiliaria gesta.

Mastrūga. V. Mastruca.

Mastŭrbator, oris, m. j. qui masturbat. *Martial. l. 14. ep. 203.* Al. scribunt *mastupurator*.

Masturbo, as, avi, atum, a. 1. effuso virili semine polluo, quasi maremi turbo. Alii scribunt *mastupro*, quasi manu stupro. *Martial. l. 11. ep. 105.*

Mastus, m. 2. *mammella*, μαστός, שַׁד, mamma. Per translationem dicitur de tubulis mammatis in fontibus, & aquæductibus, qui etiam mammæ, papillæ, & ubera dicuntur. *Vitr. l. 8. c. 7.* Athenis ex hujusmodi locis, & fontibus masti usque ad portum Piræum ducti sunt salientes. ¶ Est etiam hoc nomine herba, quæ potui indita pilos mammarum e parru nascentium aufert. *Plin. l. 26. c. 15.*

Matæus, a, um, *vano*, ματαῖος, vanus, ineptus. *Petron. in fragm. Tragur. cap. 41. Burm.* Plane matæus sum. Al. aliter leg.

Matăris. V. Materis.

Matăxa. V. Metaxa.

Matella, *f. i. maſſelletta, urinale*, Germ. *wasſergeſchirr, bruntzkachel*, Gal. *pot de chambre, pot à piſſer*, Hisp. *orinal*, ὠρινάριον, vas, in quod urinam reddimus, dim. a *matula*. Aliqui distinguunt matellam a scaphio, quod scaphium ram ad ventris onus, quam ad urinam excipiendam accommodatum esset; matella, quia angustior esset ore, urinæ tantum excipiendæ fuerit utilis: alii, quod scaphium esset mulierum, matella virorum. *Martial. l. 10. epigr. 11.* Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam dignus es. ¶ Est item matella, aquarium vas, teste *Nonio c. 15. n. 2.* qui ibi & *Varronem* affert, & *Plautum*.

Matellĭo, onis, m. vasis aquarii genus, quo nomine vas appellabatur, ubi a matulæ figura longius recessisset, ut *Varro* scribit *lib. 4. de L. L. cap. 25.* a *matula*. *Varro* apud *Non. c. 33. n. 32.* Postularet trulleum, matellionem, pelvim. *Cicer. in Pærad. 5. c. 2.* Si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem. ¶ Matellio item *Festo* vas est, in quod urina redditur, quod & matella appellatur.

Matĕŏla, f. 1. genus farculi. *Cato de R. R. c. 46.* Si parum descendit malleolo, aut mateola adigito.

Măter, tris, *f. madre*, אֵם, Ger. *mutter*, Gal. *mére*, Hisp. *madre*, μήτηρ, genitrix, parens, quæ quodvis animal partu edit, a voce græca allata. *Cic. pro Cluent. c. 5.* Mater enim a me nominis causa, tamesti in hunc hostili odio, & crudelitate est, mater, inquam, appellabitur. *Virg. 3. Georg. v. 398.* Excretos prohibent a matribus hædos. ¶ Aliquando tamen pro nutrice ponitur. *Plautus* utramque significationem complexus est. *Men. prol. v. 19.* Ita forma simili pueri, inquit, ut mater sua non internosse posset, quæ mammam dabat, neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur respectu propaginum, quæ ex ipsis nascuntur. *Plin. l. 12. c. 5.* Superiores ejusdem rami in excelsum emicant, sylvosa multitudine, vasto matris corpore. ¶ Item ad res inanimatas, pro causa, origine. *Cic. ad Qr. c. 40.* Avaritiam si tollere vultis, matey ejus est tollenda luxuries. Sic *Plaut.* vitem matrem vini appellat *Amph. 1. 1. 274.* Et apes mellis matres *Varr. R. R. l. 2. c. 5.* ¶ Est etiam honoris vocabulum, quo seniores fœminas compellamus. *Plaut. Rud. 1. 5. 5.* Jubemus te salvere, mater. Sic Vesta mater, apud *Sen. l. 4. Controverſ. 4.* & Mater Matuta, apud *Festum*, Et Mater magna. *h. e.* Cybele apud *Cic. pro Sext. c. 26.* quæ & similiter *mater* dicitur a *Virg. Æn. 9. v. 108.* & *4. Georg. v. 64.* ¶ Mater familias, *padrona di casa*, οἰκοδέσποινα, uxoris species, scil. ea uxor, quæ erat in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque esset, ita dicta, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum veniſſet. Duo enim uxorum genera fuere, unum, quod proprie uxor, & matrona dicebatur, alterum, quod materfamilias. Matrona in matrimonium tantum venerat, materfamilias etiam in mariti familiam, & hæreditatem. Quod autem ad vocis hujus compositionem attinet, *familias*, antiquus genitivus est, Græcorum imitatione, qui fœminorum in a purum desinentium genitivos in *as* inflectunt: *Cic. in Top. c. 3.* Si ita Fabiæ pecunia legata est a viro, si ea uxor materfamilias esset, si ea in manum viri non convenisset, nihil debetur. Genus est enim uxor: ejus duæ formæ, una matrumfamilias; hæ sunt, quæ in manum convenerunt; altera earum, quæ tantummodo uxores habentur. ¶ Sumitur interdum pro uxore simpliciter. *Liv. l. 8. B. Mac.* Et cum tibi viro liceat purpura in veste fragula uri, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non fines? ¶ Justa materfamilias, & pellex opponuntur. *Liv. l. 39. c. 53.* Hunc justa matrefamilias, illum pellice ortum esse.

Matercŭla, æ, f. μητρύδιον, dimin. a mater. *Cic. pro Flac. cap. 36.* Nunc denique materculæ suæ festivus filius aniculæ minime suspicioſæ purgat se.

Materia, æ, f. i. & materies ei, f. 5. *materia*, Ger. *materie*, Gal. *materie*, Hisp. *materia*, ὕλη, חֹמֶר, id, ex quo aliquid fit, ut materia libri membrana est, & atramentum; materia domus sunt lapides, calx, ligna, tegulæ, a *matre*, ut *luxuria*, & *luxuries* a *luxu*. *Cornelius Fronto* distinguit ita *materiem*, & *materiam*, quasi *materies* ad res animi, & ingenii spectet, *soggetto*; *materia* vero corporea sit, ut materia fabrorum lignum, ferrum, &c. sed fere promiscue ufurpantur. *Quid. a. Metam. v. 5.* Materiam superabat opus. ¶ Speciatim dicitur de lignis, quæ ædificiis apta sunt. *Quintil. l. 7. c. 1.* Opera exstruentibus satis non est saxa, & materiam, & cætera ædificanti congerere utilia. ¶ Item de ligno, quod est intra corticem. *Col. l. 5. c. 11.* Quasi cuneum ferteum, vel ossem inter corticem, & materiam lente demittito. ¶ Item de palmite, qui de novello nascitur, & in tenero aliigatus dependet. *Col. l. 5. c. 6.* ¶ Rudis materia, est primum chaos. *Lucan. l. 2. v. 8.* Materiamque rudem flammia cedente recepit. ¶ Accipitur etiam pro genere, seu stirpe. *Col. l. 6. c. 27.* Equinum pecus tripartito dividitur. Est enim generosa materies, quæ circo, facrisque certaminibus equos præbet. ¶ Item pro argumento orationis, seu libri, quod Græci ὕλην, Itali *soggetto* appellant. *Cic. Att. l. 2. ep. 12.* Quod me, ut scribam aliquid hortaris, crescit mihi quidem materies, ut dicis, &c. *Horat. de art. poet. v. 38.* Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam viribus. ¶ Item, pro causa, seu occasione. *Sallust. in Catil. c. 10.* Cupido pecuniæ primo, deinde imperii crevit: ea quasi materies omnium malorum fuere. *Vellej. l. 2. c. 62.* Materiam belli præbere.

Materialis, le, o. 3. ὑλικός, חֳמָרִי, quod est materiæ. *Macrob. l. 1. Somn. Scip. c. 12.* Materialis influxio.

Materialiter, adv. *materialmente*, ὑλικῶς, secundum materiam. *Sidon. l. 8. ep. 11.* In pectore viri iracundia materialiter regnans.

Materiārius, rii, m. ὑλοτόμος, qui materiam ad ædificia suppeditat. *Plaut. Mil. 3. 3. 45.* Si non nos materiarius remoratur. ¶ Speciatim accipitur pro fabro ligonario, quia materia etiam interdum sumitur pro ligno. *Inscript. apud Gruter. p. 642. n. 6.* ¶ Item pro materum artifice, apud *Ammian. l. 21. c. 13.* (al. 18.) teste *Vossio in Etymol.* V. *Materis*.

Materiārius, a, um, ὑλοτόμος, quod est ex materia, vel ad materiam spectat, & præsertim ad ligna ad ædificandum apta. *Plin. l. 7. c. 56.* Fabricam materiariam Dædalus, & in ea serram, asciam, &c. invenit.

Materiātio, onis, f. *lagname d'una fabbrica*, materies lignaria in ædificiis, ut trabes, tabulæ, contignationes, &c. *Vitruv. l. 4. c. 2.* In ædificiis collocatur materiatio, variis vocabulis nominata.

Materiatūra, æ, f. materiaria ars, quæ circa materiationem versatur. *Vitruv. l. 4. c. 2.* E quibus rebus, & a materiatura fabrili &c.

Materiātus, a, um, materia præsertim lignaria, seu materiatione constructus. *Cic. 3. Offic. c. 13.* Ædes pestilentes, male materiatæ, ruinosæ.

Materinus, a, um, adject. *Materina terra* apud *Caton. R. R. c. 34.* exponitur a *Turneb. l. 21. c. 25.* dura, solida, & prope lignea.

* Matĕŏlo. V. Materior.

Ma-

Materiŭla, æ, f. dimin. a materia. *Tert. de baptiſm. c. 17.*

Materior, aris, d. 1. ὑλοτομέω, materiam cædo ad conficiendam vallum. *Cæſ. 7. B. G. c. 73.* Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse. ¶ Item materiatione construo. *Vitr. l. 5. c. ult.* Ea ædificia minime sunt materianda propter incendium.

Matĕris, vel Matăris, is, f. 3. vel Matara, æ, f. 1. *picca*, Ματάρις, Celticum lanceæ genus. Vox est Gallica. *Cæſ. l. 1. B. Gal. c. 26.* Nonnulli inter carros rotasque mataras subjiciebant, nostrosque vulnerabant. *Turneb.* legit *materes*. Alii *mazaras*. *Liv. l. 7. c. 24.* Humero materi trajecto. *Auctor ad Heren. l. 4. c. 32.* Materis transfalpina.

Maternus, a, um, *materno*, Ger. *muetterlich, der mutter*, Gal. *maternal*, Hisp. *maternal*, μητρικός, quod matris est. *Ciceropro Cluent. c. 5.* Quo enim est ipsum nomen amantius, indulgentiusque maternum. *Ter. Heaut 4. 1. 24.* Maternus animus.

Matertĕra, f. 1. ζία, *sorella della madre*, דּוֹדָה, Ger. *der mutter ſchweſter, baſe*, Gal. *ténte*, Hisp. *tia*, Μήτρης ἀδελφή, matris soror, a *mater*. Nam *tera* est vocis productio. *Festo* dicta videtur quasi mater altera. *Cic. 1. de Div. c. 46.* Duellum defatigatam petisse a matertera. ¶ Matertera magna, est soror aviæ; matertera major, soror proaviæ; maxima, soror abaviæ. *Paul. JCtus leg. 10. Dig. de gradib. §. 8. 9. & 10.*

Mathematica, æ, f. *matematica*, לִמּוּדִי, μαθηματική. *Sen. epiſt. 88.* Mathematica ſuperficiaria est, &c. *Suet. in Tiber. c. 69.* Addictus mathematicæ. *h. e.* astrologiæ judiciariæ.

Mathematĭcus, a, um, adj. *matematico*, לִמּוּדִי, μαθηματικός, ad Mathematicam pertinens, ut *Mathematica ratio* apud *Vitruv. l. 1. c. 1.* Et *Mathematicæ artes* apud *Pl. l. 30. c. 1.* ¶ Mathematicæ disciplinæ, μαθηματικαὶ ἐπιστῆμαι, & simpliciter μαθήματα, dicuntur Geometria, & Arithmetica, & quæ ab his proficiscuntur, ut Astronomia, Musica, Optica, Geographia, & aliæ, a μαθεῖν, *discere*, quia Artes Mathematicæ vere, & proprie disciplinæ, seu scientiæ sunt, quippe quæ plane dicuntur, & per demonstrationem percipiuntur.

Mathematĭcus, ci, m. 2. μαθηματικός, לִמּוּדִי, qui scit disciplinas circa abstractam quantitatem versantes, ut Arithmeticam, & Geometriam, aut earum principia aliis applicantes, ut Geographiam, Astrologiam, Musicam, Opticam, & alias. *Cic. 1. de Or. c. 3.* Ii, qui Mathematici vocantur. ¶ Per Catachresin Mathematici vocantur impostores, qui aliter Chaldæi, Genethliaci, & Astrologi dicuntur, *astrologhi giudiziarii*, qui ex observatione horæ natalitiæ fata cujusque fe scire profitentur. *Gell. l. 1. c. 9. l. 14. c. 1. Juven. Sat. 14. v. 248.* Nota Mathematicis genesis tua. *Tacit. 1. hiſt. c. 22.* Mathematici genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax.

Mathēsis, is, f. 3. לִמּוּדִית, μάθησις, disciplina, & speciatim series illa disciplinarum, quas Mathematici profitentur. *Spart. in Hadrian. c. 16. & in Ælio Vero c. 3. & Tert. de Idolol. c. 9.* ¶ Sumitur sæpe pro arte fara alicujus ex natali hora divinandi, quæ genethliace vocatur, *astrologia giudiziaria*. Hinc *Jul. Firmicus*, libros de hac arte differentes, *Matheſeos* inscripsit. Usus est & *Vetus Scholiastes Juven. ad Sat. 6. v. 574.* & *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 893.* ubi & secundam corripuit contra naturam græcæ vocalis, illo versu: Involvit matheſi, magicas impellit in artes.

Matinus, m. 2. mons Apuliæ, in Lucaniæ confinio, qui buxetis abundat. *Lucan. l. 9. v. 185.* Et calidi lucent buxeta Matini.

Matinus, a, um, adj. ad Matinum montem pertinens. *Hor. l. 4. od. 2. v. 27.* Ego apis Matinæ more &c.

Matralla, n. 3. ματτρικά, matris Matutæ festa, tertio idus Junii a matronis celebrari solita. *Ov. 6. Faſt. v. 475.* Ire bonæ matres, vestrum Matralia festum, &c.

Matrefco, is, n. 3. *madreggiare*, Ger. *der mutter gleich ſeyn*, Gal. *reſſembler à la mére*, Hisp. *ſemejarse a ſu madre*, μητρίζω, est matri similem fieri. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 526.* Utinam nunc matrescam ingenio.

Matricālis, le, adj. ad matricem pertinens, ut Matricalis herba, *Apul. de herb. c. 65.* Matricalis vena, *Veget. l. 1. c. 10. rei veterin.*

* Matricī. V. Matricii.

Matricida, com. 1. *matricida*, חוֹרֵג אִמּוֹ, Ger. *mutter morder*, Gal. *qui a tué ſa mere*, Hisp. *el que a muerto ſu madre*, μητροκτόνος, qui matrem occidit. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2. c. 2.* Quem scribit certissimum matricidam. ¶ Per Tmesin *Auſon. in Cæſ. epig. ult.* Matrique cida Nero proprii vim pertulit ensis.

Matricidium, ii, n. *matricidio*, μητροφονία, matris occisio. *Cic. 1. de Inv. c. 13.* Ostentes, si acuerint, matricidii.

Matricŭla, æ, f. 1. לוּחַ, πίναξ, album, ideſt, charta, ubi milites descripti sunt. *Veget. l. 1. de re mil. c. 26. & l. 2. c. 2. & 5.*

Matrimonialis, & le, o. 3. γαμικός, quod ad *matrimonium pertinet*. *Jul. Firmic. l. 7. c. 17. & Quintil. in sua limitand declam. 342.*

Matrimonium, nii, n. *matrimonio*, חֲתֻנָּה, Ger. *die ehe*, Gal. *mariage*, Hisp. *caſamiento, matrimonio*, γάμος, γαμία, maris, & fœminæ conjunctio, a *matre*. Nam *monium* vocis productio est. Utque a *patri* est *patrimonium*, a *ſancti sanctimonia*, sic a *matri matrimonium*. *Cic. pro Cluent. c. 62.* Matrimonii jus caftum; & legitimum. *Id. pro Cluent. c. 44.* Ducere in matrimonium. *Curt. l. 6. c. 9.* Philotæ sororem matrimonio sibi conjuxerat. ¶ Interdum ponitur pro matrona, sive conjuge. *Just. l. 3. c. 3.* Ut severius matrimonia sua viri coercerent. *Liv. l. 10. c. 23.* Matrimonia convocatis. ¶ Quidam JCti putant, hæc voce significari enam maternam bona, seu dotem; idque allatis exemplis ex *Suet. Val. Max.* & *Seneca* confirmant: corruptis tamen ubique codicibus eos usus putant Critici, de quo *Cafaubon. ad Suet.* monuit, & *Pareus in Lex. Crit.*

Matrimus, a, um, *chi ha madre ancor viva*, qui matrem adhuc habet superstitem, a *mater*, ut *patrimus a pater*. *Cic. de Aruſp. Reſp. c. 11.* Aut puer ille patrimus, & matrimus si terram non tenuit. ¶ Apud *Festum* legitur *matrimis, is*.

Matrix, cis, f. *matrice, e la femmina, che ſi tiene per razza*, רֶחֶם, Ger. *ein mutter, das iſt weiblein darauff man junge zeugt*. Gal. *femelle qu'on garde pour porter des petits*, Hisp. *madre*, μήτρα, uterus matris: item fœmina, quæ fœtus gratia tenetur, a *mater*. *Colum. l. 8. c. 5. de gallinis.* Ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur. *Varr. l. 2. R. R. cap. 5.* Habeo tauros ad matrices fepruaginta duos. Sic *Suet. in Auguſt. c. 94.* Matriceum vocat arborem, ex qua stolones succreverunt. ¶ A Medicis tamen matrix appellatur organum conceptionis in materno utero. *Pl. l. 27. c. 10.* Radix matricem sanat, & stomachum decocta in vino. ¶ Est etiam matrix index, in quo certa nomina describuntur, unde *matricula*. *Tert. de fuga in perſecut. c. prox.* Cum in matricibus beneficiariorum, & curioforum Christiani quoque continentur.

Matrōna, æ, f. 1. *matrona*, בַּעֲלַת בַּיִת, οἰκοδέσποινα, quæ in matrimonium cum viro convenit, a mater. Hoc nomine spei, atque boni ominis causam etiam illa dicebatur, cui liberi nondum essent. *Cic. in Top. Boethius: 3. comm. in Top. Cic. Gellius l. 18. c. 6. Sigonius de ant. jure C. R. l. 1. c. 9.* distinguunt matronam a matre familias, & dicunt, matronam dictam proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi ei liberi nondum nati forent; dictamque esse ita a matris nomine non adepto, sed cum spe, & omine mox adipiscendi, unde ipsum quoque matrimonium dicitur: matrem autem familias appellaram esse eam solam, quæ in mariti manu, mancipioque erat, aut in ejus, in cujus matrius manu, mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum veniſſet. *Vossius* affert alterum discrimen, quod matronæ solum dicerentur fœminæ honeſtæ, illudque loco natæ. Item *Serv. ad illud 9. Æn. Quæ ve ſola, puer, multis e matribus auſa Perſequitur*: Ex matribus, inquit, ideſt ex nobilibus. Nam mares non nisi nobiles dicimus: unde & matronæ dictæ sunt. *Ov. 2. Met.* Senferat hoc olim magni matrona Tonantis. *Cic. l. 7. Fam. ep. 6.* Opulentæ, optimates matronæ.

Matrōna, fem. 1. *la Marna*, flu. Galliæ Belgicæ, qui oritur in Campania prov. *Auſon. in Moſ. v. 462.* Matrona non, Gallos, Belgasque interfita fines.

Matronālia, æ, n. 3. festa in honorem Junonis, a *matrona*, quod iis matronæ Junoni sacrificarent, ut sibi annus felix esset in amore conjugali, ac Puerperio. Celebrabantur Calendis Martiis, non Aprilibus, ut quidam cenſuerunt. *Voſſ.* Eodem die inter fe munera missitabant, quem morem tangunt *Tib. l. 3. el. 1. & l. 4. el. 2. Juvenalis*, & alii. V. *Serv. 8. Æneid.* Aliqui confundunt cum Matralibus. Sed Matralia fiebant in honorem Deæ Matutæ, die 11. Jun. *Ov. 6. Faſt.* ¶ *Id. 3. Faſt. v. 229.* & *ſeq.* scribit, Matronalia celebrata fuisse in honorem Martis, ob diremptum a matronis bellum inter Sabinos & Romanos raptarum causa.

Matronālis, & le, o. 3. γυναικῶος, quod ad matronam spectat. *Ov. 2. Faſt. v. 828.* Matronales erubuere genæ. *Liv. l. 26. c. 49.* Decus matronale.

* Matronāliter, ut matronam decet. *Lap. in Muſ. Veron. p. 404. n. 6.*

Matronātus, us, m. conditio matronæ. *Apul. l. 4. Metam.* Ut matronatus ejus indicabat.

Matruēlis, is, natus ex fratre matris meæ. *Aur. Vict. de Orig. Gent. Rom. c. 13.* Turnus matruelis Amatæ. Adde *Mart. ſſ. l. 48. §. 9. l. 1.*

Marta, f. 1. *ſtuora*, Germ. *eine marze, deucke von ſtroh, geflochten*, Gal. *natte, lodier*, Hisp. *eſp, ſopéx*, florea, & teges, quæ sit ex cannabe, lino, junco, palma, scirpo, aut sparto, ubi stuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut quid simile infertum est. *Ov. 6. Faſt. v. 680.* In plaustro scirpea marta fuit.

* Mattarītus, i. *Auguſt. lib. 5. cont. Fauſt. c. 5.* Quia in matris dormiunt, matrarii appellantur.

Mattea, V. Martya.

Matteŏla, f. 1. dim. a mattea. *Arnob. l. 7. pag. 231.*

Mattiācum, n. 2. Castrum Mattiacorum, Mattium, *Marpurg*, vel *Marpurg*, urbs Germaniæ præclara, primaria Hassiæ, & Academia, cum castro munito, ad Lanum fl. *Pl. l. 31. c. 2.*

Mattiācus, a, um, quod ad Mattium urb. Germaniæ spectat, ut *Mattiace pila*, sphæræ odorati saponis, a Mattiaco, unde melioris notæ afferebantur. *Mart. l. 14. ep. 27.* Accipe Mattiacas (quo tibi calva?) pilas.

* Mattiārius. V. Materiarius.

Mattĭci, cognominantur homines malarum magnarum, atque oris late patentis. *Feſtus*.

* Mattium. V. Materiarius, Mattiacus.

* Mattius, & Matius, a, um. In Gloſſ. Isidor. exponitur humectus, maceratus, a μάττω. subigo. Quidam legunt apud *Cic. l. 6. ad Att. ep. 13.* & *Petron. frag. Tragur. c. 41. Burm.*

Mattya, f. 1. vel mactya, vel mattea, ματτύη, cerrum delicari cibi genus e farina aqua subacta, & oleo, lacte, & similibus, a μάττω, subigo. ¶ Progressu temporis introductum est, ut mattya omnis cibus pretiosus ac delicatus diceretur, ut ait *Athenæus l. 14. c. ult.* & sumitur universim pro quocumque delicato ac pretioso edulio. In aliquibus legitur *mattea* pro *mattea*. *Suet. in Calig. c. 38.* Nullis venenatas macteas misit. *Mart. l. 10. epigr. 59.* Ex omni posita est infructa macello Cœna tibi, sed te mattya sola juvat. Al. leg. *juvant*, ut sit *Mattyum, ii, n.*

Matŭla, æ, f. *orinale*, נַרְתָּ, ἀμίς, vas, in quod vesicam levamus, quod & matellæ, & scaphium dicitur. *Plaut. Moſt. 2. 1. 39.* Nam hercle ego tam matellam credidi. h. e. tam ftolidum, aut insulsum.

Matūra, æ, Dea præses frugibus maturandis. *Auguſt. l. 14. de Civ. Dei, c. 8.*

Matur

vum esse, sub quo tempus intelligatur. *Pl. l. 10. c. 43.* Corvus omnibus matutinis evolans in rostra. *Quintil. l. 12. c. 18.* Pridie ad se venire, aut eodem matutino litigatorem jubent.

Matutinus, a, um, *matutino, della mattina*, בקרי, Ger. *frie, zum morgen gehörig*, Gal. *du matin, matineux*, His. *de la madrugada*, ἑωσινός, quod ad mane spectat, a *Matuta*, Aurora, ut vespertinus a *Vesper*. *Cic. Att. l. 1.* Tempore matutino, cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus. *Apul. l. 1. Met.* Matutinum iter. *Hor. l. 2. Sat. 6. v. 45.* Maturina frigora. ¶ Matutinus homo dicitur, qui matutino tempore aliquid agit. *Virg. h. Æn. v. 465.* Nec minus Æneas se matutinus agebat.

Mavolo. V. Malo.

Mavors, ortis, m. ἄρης, idem ac Mars. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 26.* Jam qui magna verteret, Mavors. *Virg. 6. Æn. v. 873.* magnam Mavortis ad urbem.

Mavortius, a, um, idem ac Martius, seu bellicosus, ἀρείος, a *Mavors*. *Virg. 3. Æn. v. 13.* Terra procul vastis colluit Mavortia campis.

Maurella, æ, herbæ genus. *Macer l. 2. v. 34.* Herbam, quam Græci strygnon dixere, Latini Maurellam dicunt.

Mauri, m. 2. *Mori*, Μαῦροι, populi, qui Mauritaniam incolunt, a μαυρὸς, *obscurus, niger*, *Manil. l. 4. V. Mauritania*. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine in hæc loca pervenisse, multi crediderunt, ut *lib. plr.* scribit *Strabo*. *Sallust. in Jug. c. 21.* Mauros, & Numidas, reliquosque, qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenos, Persas, & Phœnices fuisse indicat.

* Mauricatim, Maurice. *Laber.* apud *Charif. l. 2. p. 284. Purs.* Non intellexi te Mauricatim scire.

Maurice, adv. Maurorum more. *Gel. l. 2. c. 25. ex Varr. l. 8. de L. L.* Cum dicamus ab Osco, Tusco, Græco, Osce, Tusce, Græce; a Gallo tamen, & a Mauro, Gallice, & Maurice dicimus.

Mauritania, *f. t. Mauritania*, Μαυριτανία, regio Africæ, ab Ortu in Occasum extensa, ubi nunc pars occidentalis Barbariæ, a μαυρὸς, *obscurus, niger*, propter nigredinem populorum. *Manil. l. 4. v. 727.* & Mauritania nomen Oris habet, tinctumque suo fert ipsa colore. ¶ Duplex fuit, Cæsariensis, & Tingitana. *Tac. l. 1. hist. c. 11. & l. 2. c. 58. & 59.*

Maurus, a, um, Μαῦρος, ad Mauros pertinens, & interdum universim Africus. *Hor. l. 3. od. 10. v. 18.* Mauri angues. *Od. 6. Fast. v. 243.* Mauræ manus. *h. e.* Pœnorum arma. *Juv. Sat. 10. v. 148.* Maurus Oceanus. *Stat. l. 1. silv. 3. v. 35.* postes Mauri. *h. e.* cedro, qua arbore Mauri abundant.

Mauruſiacus, a, um, Mauritanus, a Mauruſius pro Maurus. *Mart. l. 12. epigr. 67.* Et Mauruſiaci pondera rara citri.

Mauruſius, a, um, Μαυρούσιος, idem ac Maurus, seu Mauritanus. *Sil. l. 10. v. 401.* Et hæreus loricæ laxerdum Mauruſia pendet arundo. *Virg. 5. Æn. vers. 206.* Gens Mauruſia.

Mauſolēum, *n. 2.* Μαυσωλεῖον, Mauſoli Regis Cariæ sepulchrum, ab Artemisia uxore exstructum, tanta operis magnificentia, ut inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Attollebatur in altitudinem viginti quinque cubitis, cingebatur columnis triginta & sex. Inde sepulchra omnia sumptuosiora Mauſolea dicuntur. *V. Plin. l. 36. c. 5. Mart. de spectac. epigr. 1.* Aere nec vacuo pendentia Mauſolea laudibus inmodicis Cares in astra ferant.

Mauſōlus, m. 2. Μαύσωλος, Cariæ Rex, quem Theopompus ait multa re abstinuisse pecuniæ causa. Hunc ita amavit uxor Artemisia, ut mortui cineres vino permistos traderet ebibisse. Ad hæc sepulchrum eidem sumptuosissimum extruxit, quod Mauſoleum dictum, est, & Mauſolum, ut aliqui censent. *Pl. l. 36. c. 6. & Gel. l. 10. c. 18.*

Maxilla, æ, f. *maſcella*, לחי, Ger. *kinbacken*, Gal. *la machoire*, His. *maxilla, ὁ quixadæ, σιαγών*, gena, vel pars illa oris, in qua fixi sunt dentes. De ejus origine alii alia. V. *Voſſ. in Etymol. Perſ. voc. 4. v. 37.* Tu cum maxillis balanatum gausape pectas. *Pl. l. 21. c. 37.* Maxillas crocodilus tantum superiores movet.

Maxillāris, is, o. 3. *maſcellare*, quod ad maxillam pertinet. *Pl. l. 32. c. 7.* Maxillaresque ita fanari dentes præcipue putant,

Maxime, adv. μάλιστα, מאד, summe, vehementissime, superl. a magis, *summe*. *Cic. 1. Off. c. 15.* Ut quisque maxime opis indigeat. ¶ Ponitur etiam pro præcipue. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 65.* Quæ ratio Poetas, & maxime Homerum impulit. ¶ Jungitur fere positivis nominibus. *Plaut. Mil. 2. 4. 12.* Quæ propudii me maxime innocentem falso insimulavit. ¶ Interdum & superlativis. *Col. l. 9. c. 3.* Si vero sævior apis, maxime pestima est. Sed alii aliter. *Cic. l. 1. Att. ep. 18.* Sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberalissima, doctoque homine dignissima, *Gronov.* legit *quæ maxime liberalis una, doctoque* &c. ¶ Cum maxime V. suo loco. ¶ *Quam maxime, vel maxime*, idem sunt, ac maxime, sed majorem ramen vim addunt. *Cic. in Part. c. 33.* Quæ quidem vel maxime suspicionem movent. *Id. 1. de Or. c. 33.* Dicere quam maxime ad veritatem accommodate. *Liv. l. 32. c. 16.* quantum maxime possene. ¶ Est etiam adverbium assentientis, & concedentis, *sit, volentieri. Ter. And. 4. 5. 23.* Duc me ad eam quando hue veni. *M.* maxime. *Plaut. Moſt. 1. 2. 17.* Operam mihi da. *S.* maxime.

Maximitas, atis, f. גדל, magnitudo, apud vet. *Lucr. l. 2. v. 497.* Ne quædam cogas immani maximitate. *Arnob. l. 6. pag. 204.* Porrigere se jungis, atque in maximitatem producere.

Maximopēre, μάλιστα, adv. idem ac maxime. *Cic. l. 3. Fam. ep. 2.* Abs te maximopere pro nostra summa conjunctione etiam atque etiam quæso, & peto. ¶ Et interjecto verbo. *Ter. Eun. 3. 4. 26.* Thais maximo te orabat opere, eras ut redires.

Maxĭmus, a, um, *grandiſſimo*, גדול מאד, μέγιστος, summus, sup. nominis *magnus*. *Cic. ad Quint.* Respondi epistolæ maximæ: nunc audi de minuscula. *Plaut. Moſt. 2. 2. 57.* Exclamat de repente maximum: *h. e.* maxima voce.

Maza, æ, f. farina hordeacea, vel panis lactè, sero, aut aqua subactus, quem *Varr. l. 2. R. R. c. 9. a med. & Col. l. 7. c. 12. a med.* canibus in cibum dari jubent. *Grat. in Cyneg. v. 307.* Lacte novam pubem, facilique nutrire maza.

Mazara. V. Materis.

Mazāra, *f. t.* Mazarum, *Mazara*, urbs Siciliæ, cum portu capacissimo, satis munita, media fere inter Thermas, & Lilybæum.

Mazonōmus, m. 2. *Piatto reale*, Μαζόνομος, Μαζοφόρος, Μαζοφορεύς, lanx, a Μάζα, *maza*. Primo enim sic dicebatur vas, in quo maza apponebatur, nempe quia soleraet mazas *τέμνειν*, h. e. distribuere. Sed postea usurpari coepit generatim pro omni lance rotunda. *Hor. lib. 2. sat. ult. v. 86.* Mazonomo pueri magno discerpta ferentes membra gruis.

M A N T E E

* Me pro *mihi*. V. *Ego*.

Meabĭlis, le, o. 3. βάτος, πορευτός, quod meat, sive manat, penetrat. *Plin. l. 2. c. 5.* Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem aerem. ¶ Item qui transiri facile potest. *Pl. l. 6. c. 7.* Transitus vel hubus meabilis.

Meapte, mea propria, *a mea, & pte*, ut Meapte causa, ἐμαυτοῦ ἕνεκα. *Ter. Heaut. 4. 3. 8.* Ut ego nunc non tam meapte causa lætor, quam illius.

* Meātim, a meus, meo more. Ponitur a Gramm. *Priſcian. Donat. Serg. Cledon. Augustin.*

Meātus, us, m. *meato, via*, חליכה, πόρος, porus, foramen. *Pl. l. 20. c. 21.* Succus malvæ decoctæ poros, h. e. meatus suaves facit. ¶ Ponitur etiam pro itione, sive pro incedendi, aut volandi ratione. *Pl. l. 10. c. 18.* Aves solæ vario meatu ferunter & in terra, & in aere. *Sil. l. 12. v. 102.* nubivagus meatus. h. e. volatus. ¶ Item pro cursu, & motu. *Pl. l. 6. ep. 16.* Meatus animæ.

Mecastor, *νὴ τὸν κάστορα*, אמנת, jurandi adverbium, fœminarum proprium, teste *Gell. l. 11. c. 6.* significat per Castorem, ut *Mehercule*, per Herculem. *Festus* scribit, esse loquendi rationem per ellipsim, dicique quasi, *me Castor*, subaudi, *juvet*. *Ter. Hec. 1. 2. 8.* Salve mecastor Parmeno.

Mechanēma, atis, n. μηχάνημα, ingeniosum manus artificium, artificiosum opus, a μηχανή, *machina, inventum*. *Sidon. l. 1. ep. 9.* Deus bone! quæ ille digitis machanemata facit!

Mechanĭcus, i, m. *mecanico*, חרש, Ger. *ein artlicher und kustlicher handwercksmann*, Gal. *tout ouvrier, qui fait quelque chose ingenieusement*, His. *oficial*, μηχανικὸς, faber, sive opifex eorum operum, quæ ingenio simul, ac manibus fiunt, a μηχανή, *artificium, inventio*. *Suet. in Vesp. c. 18.* Mechanico quoque gran-

des columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mechanĭcus, a, um, fabrilis, ut Ars mechanica, βαναυσία, μηχανικὴ τέχνη, quæ manu exercetur. *Lampr. in Alex. Sev. c. 22.* Mechanica opera Romæ plurima instituit. *Jul. Firmic. l. 6. c. 31.* Artia mechanicæ divinus repertor.

Mecœnas, atis, m. 3. Μηκοίνας, C. Clinius Mecœnas, proprium nomen Thusci equitis clarissimi, & apud Augustum potentissimi, ad quem velut unicum studiorum patronum Virgilius Georgica sua, & Horatius libros Carminum scripsit. Hinc hodie eriam studiorum patroni, qui in sublevanda doctorum hominum egestate se munificos præbent, Mecœnates appellantur. *Mart. l. 8. ep. 56.* Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones. ¶ Narrant, delicatum fuisse non solum cultu, ac moribus, sed etiam stylo. Quare eum Augustus *Malacinum* vocabat, & exagitabat frequenter ut eacozelum, teste *Suet. c. 86. Juv. Sat. 12. v. 39.* Purpureum teneris quoque Mecœnatibus aptam. ¶ Dubia est hujus nominis scribendi ratio. *Beeman.* contendit scribendum *mecænas*, & dici quasi *μὴ κοινὸς, non vulgaris*. At *Dausq.* & *Manut. ex* græca consuetudine, & lapidibus scribunt *Mæcenas, Mæcilius*.

Mecœnatiānus, a, um, adj. ad Mecœnatem pertinens, ut Mecœnatiani horti, apud *Suet. in Tiber. c. 15.*

Mecōnis, f. μηκωνὶς, lactucæ genus, a copia lactis soporiferi. Μήκωνα enim Græci papaver dicunt. *Pl. l. 19. c. 8.*

Meconītes, m. 3. μηκωνίτης, gemma papaveris similitudinem exprimens. *Plin. l. 37. c. 10.*

Meconium, ii, *n.* μηκώνιον, succus papaveris. *Pl. l. 20. c. 18.* ¶ Item prima infantis excrementa. *Id. l. 28. c. 4.*

Mecum, *meco*, עמי, μετ' ἐμοῦ, cum me, abl. pron. ego conjunctus cum præpos. in quo præpositio euphoniæ causa postponitur. *Cic. in Orat. c. 45.* Ex eo est mecum, & tecum, non cum me, & cum te, ut esset simile illis vobiscum, atque nobiscum. ¶ *Mecum facere*, est mecum sentire. *Cic. pro Cæc.* Rem, & sententiam interdicti mecum facere fatebatur. ¶ Interdum mecum, *μετ' ἐμαυτοῦ*, significat intra me. *Ter. Hec.* Ut tacite mecum gaudeam. ¶ Pulchre jungitur cum simul. *Plaut. Bacch.* Atque ut eum mecum ad te adducam simul. ¶ Similiter cum una. *Ter. Hec. 1. 2. 56.* Ut colloqui mecum una possit. ¶ Interdum hæc tria conjungimus; mecum, una, simul. *Ter. Heaut. 5. 1. 34.* Quidni? mecum una simul. ¶ *Mecum* pro *me* accusandi casu. *Plaut. Asin. 3. 3. 72.* Hanc jube petere, atque orare mecum.

Meddix, vel Medix, icis, m. summus Magistratus Oscorum. *Enn. apud Fest.*

Medēa, f. t. Μήδεια, insignis incantatrix fuit, Æetæ Colchorum Regis filia, quæ cum Jasonis amore capta esset, facilem illi ad aureum vellus aditum præbuit, sopito pervigili dracone, qui noctes, diesque illud asservabat: quo facto, patris iram metuens, Jasonem in Græciam sequuta est, patremque insequentem, discerptis Absyrti fratris membris, & per viam dispersis, retardavit. Repudiata deinde ab Jasone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit, Glaucamque Creontis filiam, cum qua Jason secundas contraxerat nuptias, incensa regia, vivam cremavit, ipsumque etiam Jasonem impatientia doloris manus sibi inferre coegit. *Cic. pro L. Man. c. 9.*

Medēis, idis, f. patronym. pro possessivo, a Medea. *Ovid. 2. de Arte, v. 101.* Medeides herbæ.

Medēla, f. t. idem ac medicina. *Gel. l. 12. c. 5.* Medicos arcessit, collocutusque de facienda medela. Adde *17. c. 16.*

Medens, tis, nom. ex particip. *chi medica*, medicus. *Pl. Paneg. c. 22.* Ægri quoque, neglecto medentum imperio, ad conspectum sui prorepere. *Lucr. l. 1. v. 934.* Veluti pueris absynthia terra medentes cum dare conantur.

Medĕor, eris, sine præterito, d. 2. *medicare*, ἰάομαι, ἰατρεύω, remedium morbis affero, a μήδομαι, *curo*. Construitur fere cum dativo. *Cic. pro Quinc.* Et valeribus mederi debeam. ¶ Reperitur etiam cum acc. *Ter. Phor. 5. 4. 3.* Quas minus mederi possit. ¶ Item cum acc. & præp. *contra*. *Pl. l. 9. c. 31.* Contra serpentium ictus medentur. ¶ Invenitur etiam mederi impersonale. *Pl. l. 27.* Ex eo medetur oris ulceribus. ¶ *Medendo* gerundium etiam in passiva significatione usurpatum fuit, auctore *Servio*. *Virg. 12. Æn.* Ægrescitque medendo, ideti dum ei medetur. ¶ Ars medendi, *ia medicina*. *Ov. l. 2. de art. am. v. 735.* ¶ Eleganter usurpatur per translationem. *Cic. Agrar. 1. c. 9.* Huic malo pro se quisque nostrum mederi debemus. *Id. pro Sext. c. 13.* Mederi officiæ Reipublicæ. *Nepos Pelopid. c. 1.* Mederi fatietari lectoris. h. e. cavere, ne fatietate obtundatur. *Cæs. l. 5. B. G. c. 24.* Inopiæ rei frumentariæ mederi, *provvedere alla scarsezza delle vettovaglie*.

Med erga, *verso me*, erga me, interposito *d* ob hiatum vocalium, apud vett. *Plaut. Epid. 3. 3. 9.* Quasi quid filius mess deliquisset med erga.

Media, f. 2. *Media, Madar*, Μηδία, regio Asiæ, a Medo Medeæ, & Ægei Atheniensium Regis filio sic nominata, ut Solinus refert, vel potius a Madeo Japhet filio, quod Josephus scribit. Habet ab Occidente Armeniam majorem, ab Oriente Parthiam, & Hyrcaniam, a Septentrione mare Caspium, a Meridie Assyriam, & Susianam. V. *Pl. l. 6. c. 26.*

Medĭālis, le, adj. qui est in medio. *Sol. c. 33. & 65.*

Mediāns, antis, partic. *Pallad. in Mart. tit. 10. ad fin.* Inoculari ficus locis siccis Aprili, humidis Junio mediante potenit, *a mezzo Giugno*.

Mediānus, a, um, בינוני, תיכוני, μέσος, quod in medio est, ut Medianæ columnæ. *Vitr. l. 3. c. 1.* Medianus digitus. *Veget. l. 2. c. 40.*

Mediastĭnus, m. 2. *famigliaccio*, עבד, Germ. *ein sudler od. gausszkecht, stallbub, portelierer*. Gal. *fouillon, serviteur des sous bas offices*, His. *frego, vil criado*, Μισθωτός, δοῦλος, mancipium abjectum est, teste Budæo, quod vilissima, & sordidissima ministeria obire domi cogitur, ut domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere. Dictus est a *medius*, quia in mediis ædibus ad imperia omnium, nutusque foleret excubare. *Cic. 2. Catil. c. 3.* Collectum ex senibus desperatis agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, ex decoctoribus. Alii legunt *ex rusticis mendiculis*. *Quintil. c. ult.* Separandi sunt aratores a vinitoribus, atque a mediastinis. ¶ Apu, Medicos mediastinum vocantur membranæ in ventre hominis medio, quæ sunt velusti medius quidam paries, dividens thoracem totum in duos veluti ventriculos. *Prisc. in 12. Æn. & Non. c. 2. n. 573.* scripsere, mediastinum fuisse abjectissimum servum, qui in balneis ad vilissima quæque servitia paratus adstaret. Verum universim accipitur pro eo, cui nullum certum officium est attributum, quique ad quidlibet præstandum in medio domus stat, ut dictum est. *Hor. l. 1. ep. 14. v. 24.* Tu mediastinus tacita prece rura petebas.

Mediastūrcus, m. 2. summus apud Campanos Magistratus. *Liv. l. 26. c. 6.* Mediastiturcus, qui summus Magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Lesius erat.

Mediātor, oris, m. *mediatore, mezzano*, conciliator, qui medium se inter duos interponit ad lites componendas. *Tert. de carn. Christi, c. 15. ex Paul. 1. ad Tim. 2. 5.*

Mediātrix, icis, f. *Alcimus l. 5. v. 565.* Ut mediatricis curet tutela columnæ.

Mediōbilis, le, o. 3. medicabilis, a medeor. *Fest.*

Medĭca, æ, f. *medica, tre foglie*, μηδική, herba trium foliorum, semper virens, in equorum pabulis laudatissima, quæ semel sata decem annos durat, singulisque annis quater, aut interdum sexies demessa, sua semper fronde succrescit, ita dicta, quod in Media abundet, vel potius quod e Media ad nos translata fuerit. *Virg. 1. Georg. v. 215.* Tunc te quoque, medica, putres accipiunt sulci. *Col. l. 7.* Ad macrem nulla res tantum, quantum medica, potest. ¶ Medica etiam dicitur obstertrix. *Inscript. apud Gruter. pag. 636.*

Medicabĭlis, le, o. 3. *aito ad esser medicato*, Ger. *eas ku heylen ist*, Gal. *qu'on peut guerir*, His. *medicinable*, ἰάσιμος, cui adhiberi medicina potest. *Ovid. 1. Metam. v. 621.* Nullis amor est medicabilis herbis. ¶ Quandoque ponitur pro medicinali. *Col. l. 7. c. 10.* Quippe ligni succus medicabilis epotus intestini tumorem compescit.

Medicabĭliter, adv. *Pallaud. in Februar. t. 31.* Limum dysentericæ passionis medicabiliter asperare. h. e. medendo.

Medicabŭlum, i, n. medela, vel locus medicamentorum. *Apul. in Florid. n. 16. (al. 3.)* Gratissima prorsus fanis natabula, & ægris medicabula.

Medicāmen, inis, n. idem ac medicamentum, vel medicina. *Cicer. in Pison. c. 6.* Quod diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus folere curari. ¶ Accipitur & medicamen pro colore, quo lanæ medicantur, hoc est tinguntur, ut pro succo purpuræ. *Plin. l. 9. c. 38.* ¶ Item pro veneno. *Tacit. 12. Annal. c. 67.* Infusum delectabili cibo venenum, nec vim medicaminis fatis intellectam. V. *Medicamentum*.

Me-

Medicamentaria, f. t. φαρμακοποιΐα, ars conficiendi medicamenta. *Plin. l. 7. c. 56.* Herbariam, & medicamentariam a Chirone. ¶ Revera tamen adjectivum est, & subintelligitur ars. ¶ Medicamentaria etiam dicitur mulier, quæ medicamenta noxia conficit, venefica. *Cod. Theod. l. 3. tit. 16.* Uxorem mœcham, vel medicamentariam probare.

Medicamentarius, ii, m. *colui, che fa medicine*, φαρμακοποιὸς, qui medicamenta conficit, aut qui medetur. *Pl. l. 19. c. 6.* Quo utuntur medicamentarii. Ubi subintellige, artifices, aut quid simile, revera enim adjectivum est. ¶ Accipitur & in malam partem pro venefico. *Cod. Theod. l. 3. tit. 16. leg. 1.* Homicidam, aut medicamentarium virum suum esse probare.

Medicamentarius, a, um, φαρμακικὸς, quod ad medicamentum spectat. V. duo superiora vocabula.

Medicamentōsus, a, um, ἰατρικὸς, quod remedium affert, & medicamenti vice est. *Cato R. R. c. 157.* De omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior. *Vitr. l. 8. c. 3.* Medicamentosa aqua.

Medicamentum, ti, n. *medicamento, medicina*, φάρμακον, רפואה, ארוכה, medicina, idest id, quo homines, & cætera animalia curantur, a *medicor*. *Cic. 3. Off. c. 24.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. ¶ Sumitur quandoque medicamentum pro veneno, sicut venenum pro medicamento, quia est vox media, ut *Nonius* auctor est, *c. 4. n. 297.* quemadmodum pharmacum apud Græcos, quod & in bonam partem, & in malam accipitur. *Cajus de verb. ſignif.* Qui venenum dicit, adjicere debet bonum, vel malum. Nam & medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum est, mutat. *Sen. Controv. 18.* Medicamentum malum. ¶ Translate *Cic. 2. de Fin.* Medicamenta doloris. *Id. in Orat. c. 27. in fin.* Fucati vero medicamenta candoris, & ruboris omnia repellentur, *compoſizione di belletto*.

Medicastro, onis, f. actus medendi. *Col. l. 2. c. 10.* Poreit tamen etiam circa istam medicationem cineri misita commode servari.

Medicĭtor, oris, m. qui medetur. *Tertul. l. 3. adverſ. Marcio. c. 17. & Avien. in Arat. v. 216.*

Medicātus, us, ui, m. medicatio, medicina. *Ov. ep. heroid. 12. v. 165.* Quæque feros populi doctis medicatibus ignes.

Medicātus, a, um, *medicato*, φαρμακευθείς, quod medicamentis admixtis est infectum. *Virg. 6. Æn. v. 420.* Melle soporatam, & medicatis frugibus offam. *Id. 4. Georg. v. 65. de apibus*. Ipsæ confident medicatis sedibus. h. e. gratis liquoribus illitis. *Pl. l. 8. ep. 20. de lacu quodam*. Sulphuris odor, saporque medicatus, *aqua ſaporita*. *Colum. lib. 1. cap. 6.* Vina nimia fussitione medicata; h. e. condita. *Ovid. epiſt. 12. v. 107.* medicatus somnus, hoc est medicamenta inductus. ¶ Item veneno infectus, *avvelenato*. *Suet. in Claud. c. 44.* Quæ bolerum medicatum avidissimo ciborum talium obtulerat. *Sil. l. 7. v. 453.* Medicata veneno tela. ¶ Item ad medendum aptus, *atto a medicare*. *Pl. l. 28. c. 9.* Lac caprinum stomacho accommodatissimum, bubulum medicatius. *Id. ibid. c. 7.* Rutam, & hederas, res medicatissimas, illico mori.

Medicīna, æ, *medicina*, רפואה, Ger. *artzney*, Gal. *médecine*, His. *medicina*, ἰατρικὴ, ars medendi, a *medicus*. Sua natura adjectivum est. Nam a *medicus* fit *medicinus, a, um*. Hinc *Var. l. 4. de L. L. c. 18.* Ab arte medicina ut si medicus, &c. *Hygin. fab. 274.* Ne quis servus artem medicinam discceret. Sed ut Grammatica, & similia, ita & hoc sumitur substantive. *Cic. de Fin. l. 5. c. 6.* Quoniam ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. *Cels. l. 7. præm.* Medicinam excolere. ¶ Accipitur etiam pro remedio, quo quis curatur. *Cic. Att. l. 16.* Sed desperatis etiam Hippocratres vetat adhibere medicinam. ¶ Sæpe translate usurpatur. *Cic. in Catil. a. c. 8.* Deinde singulis medicinam consilii, atque orationis meæ, siquam potero, afferam. ¶ Medicinam etiam venenum dicimus, tractum a Græcis, qui venenum φάρμακον appellant. *Non. c. 1. n. 75.* ¶ Medicinæ inventorem Chironem Centaurum perhibent, qui invenit herbarum vires. Nonnulli Æsculapio hoc tribuunt. Apud *Ov. 1. Metam.* medicinæ inventionem sibi Apollo vindicat. *Homerus* autem *Odyſſ. 4.* cuidam Pæoni tribuit. V. *Plin. lib. 29. c. 1.* Medicinam facere significat rum medicamentum alicui applicare, tum medicinæ artem exercere. *Pradr. l. 1. fab. 8. v. 9.* Gruis periculosam fecit medicinam lupo. *Id. l. 1. fab. 14. v. 1.* Malus cum tutor inopia deperditus Medicinam ignoro facere cœpisset loco. ¶ Medicina interdum sumitur pro ipsa medici domo, seu officina. *Plaut. Amph. 4. 1. 5.* In medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras. Adde *Epid. 2. 2. 13.*

Medicinālis, le, o. 3. *medicinale*, Germ. *zur artzney*, Gal. *medicinal*, His. *medicinal*, ἰατρικὸς, quod ad medicinam pertinet. *Pl. l. 32. c. 10.* Quippe eadem ratio ex rum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora levanda. *Cels. in præf. ad med.* Medicinalis ars. ¶ Medicinalis dignus dicitur, non minimo proximus est, teste *Macrob. l. 7. Satur. c. 13.*

Medicinālus, a, um, adj. *medicinalis*. *Auſon. in epiſt. ad Symm. præfixa Gripho* (quod est *Edyll. 11.*) *ad fin.*

Medicinus, a, um. V. Medicina.

Medĭco, as, avi, atum, a. 1. עבע, medicamento inficio, tingo, imbuo. *Virg. 1. Georg. v. 193.* Semina vidi equidem multos medicare serentes. *Ov. 1. Amor. eleg. 14. v. 1.* Dicebam, tranquilla deesse medicamina palmæ. *Id. l. 2. de art. am. v. 16. c. 27.* Ficus maturitatis causa medicatur. ¶ Significat etiam medicinam afferre, *medicare*. *Sil. l. 6. v. 98.* Marus instat vulneris æstus expertis medicare modis.

Medĭcor, aris, d. 1. idem ac medeor, *medicare*. Construitur cum dativo. *Virg. 2. Georg. v. 135.* Senibus medicantur anhelis. ¶ Reperitur etiam cum accus. *Virg. Æn. 7. v. 756.* Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum evalvit.

Medicōsus, a, um, adject. ut medicosæ fermentationes. h. e. per medicinam confiatæ, apud *Cæl. Aurel. Tardi. 2. c. 1.*

Medĭcus, ci, m. *medico*, רופא, Ger. *artzt*, Gal. *médecin*, His. *medico*, ἰατρὸς, qui artem medendi novit, & profiterur. *Cic. pro Cluent. c. 21.* In morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus, atque optimus quæritur. *Id. de Fato*, Adhibe medicum. *Ov. de Pont. l. 1. ep. 3. v. 17.* Non est in medico semper relevetur ut æger. ¶ Dicitur etiam de chirurgo. *Plaut. Men. 5. 3. 7.* Oculi dolent spectando, manendo medicum, &c. Ait se obligasse crus fractum, &c.

Medĭcus, a, um, ἰατρικὸς, quod est medici. *Var. l. 4. de L. L.* Medica ars, *Virg. 3. Georg. v. 455.* Medicas adhibere manus.

Mediōcris, a, um, quod est ex Media, μηδικὸς, *Lucr. l. 2.* Achæmenis decurrant Medica Susis agmina. *Nepos Pauſ. c. 3.* Medica vestis. ¶ De *Medico malo*. V. Assyrius.

Mediōcres, pro meridies. *Cic. in Orat. c. 47.* Ipsum meridiem cur non mediocrem? credo, quod erat insuavius.

Mediōcriter, adv. *mezzanamente*, μέτριως, mediocriter. *Apul. l. 2. de dogm. Plat.* Nec plane optimi, nec oppido deterrimi sunt, sed quasi medie morati.

Mediōcritas, atis, f. *metà*, חצי, תוך, Ger. *die mitte, die helffte*, Gal. *la moitié*, His. *le medad*, μεσότης, alicujus pars media. *Cic. de Univ. c. 7.* Ut in singulis essent bina media. Vix enim audeo dicere mediocritates, quas Græci vocant μεσότητας. ¶ Usi tamen sunt fine formidine *Pallad. & Apul. l. 2. de dogm. Plat.*

Mediŭnia, dimidia Luna. *Mart. Capella l. 7. pag. 241.*

Medĭmnus, i, m. & medimnum, n. μέδιμνος, μέδιμνον, mensura aridorum, capax sex modiorum, sextarii unius, & unciarum quatuor, ut docet *Georg. Agric. l. 2. de mens. Græc. Cic. 5. Ver. c. 47.* In jugere Leontini agri medimnum fere tritici seritur. *Id. ibid.* Quot jugera sunt; totidem medimna, &c. *Nep. Attic. c. 2.* Universos frumento donavit, ita ut singulis modii sex tritici darentur, qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur.

Medĭo, as, avi, atum, a. 1. *dividere per mezzo, dimezzare*, חלק, διαμερίζω, medium facio, medium divido. *Pall. l. 4. c. 10.* Junio mediante, h. e. dimidio, q. d. dies suos mediante. *Apic. l. 3. c. 9.* Coliculos elixatos mediabis.

Mediocrĭcilus, a, um, adj. diminut. a mediocris. *Cato apud Fest.*

Mediŏcris, & cre, o. 3. *mediocre, mezzano*, שתוך תיפה, Ger. *mittelmessig*, Gal. *médiocre*, His. *mediocre*, μέτριος, medium tenens. *Cic. 2. de Orat.* Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. *Id. ad Q. Fr. epiſt. 1. l. 1.* Mediocris status.

Mediocrĭtas, *t. 1. mediocrità*, יאוי, Ger. *mittelmessigkeit*, Gal. *médiocrité*, His. *mediana, mediocridad*, μέσον, μετριότης, medium, ut air *Nonius*. *Cic. 1. Off.* Eadem ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est. *Id. Phil. 2. c. 1.* In hac mea mediocritate ingenii. *Id. 4. Acad. c. 44.* Mediocritates perturbationum animi. *Velleſ. l. 2. c. 130.* Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum.

Mediocriter, adv. *mediocremente*, בינוני, Ger. *mittelmessig lich*, Gal. *médiocrement*, His. *medianamente*, μετρίως, medio quodam modo, sive prudenter, & moderate. *Cic. 5. Ver. c. 41.* Quod mihercule mihi non mediocriter ferendum videtur. *Id. 2. Tuſc.* Mediocriter doctus. *Ter. Heaut. 2. 3. 45.* Mediocriter vestitus.

Mediolanensis, se, adj. *Milanese*, ad Mediolanum pertinens, ut Mediolanensis præco. *Cic. in Piſ. c. 26.*

Mediolānum, *n. 2. Milano*, urbs Insubriæ amplissima, emporium insigne. Conditum fuit post Romam anno 395. a Gallis Insubribus, & appellatum a nomine urbis in Gallia, quam reliquerant. Nonnulli sunt, inter quos Ambrosius, & Sidonius Apollinaris, qui a *fue* dimidia parte lanata Mediolanum appellatum putent. Ex hac urbe Statius Cæcilius Poeta Comicus originem traxit. *Auſon. de claris Urbib. 5.* Et Mediolani mira omnia, copia rerum.

Medioxĭme, adv. *mezzanamente*. *Var.* apud *Non. c. 2. n. 556.* Facere ad moralem modum medioxime.

Medioxĭmus, vel medioxumus, a, um, idem ac medius, ut Medioximi Dii apud vet. mediæ naturæ inter cœlestem, & terrestrem, seu inter divinitatem, & mortalitatem. *Serv. in 3. Æn. v. 134. Plaut. Ciſt. 2. 1. 35.* At ita me Dii, Deæque, superi, atque inferi, & medioxumi, *Idem Sc. 3. v. 67.* Medioxumam quam duxit uxorem, *idest* secundo loco.

Medĭpontus, m. 2. instrumentum funarium, inter ea, quæ necessaria sunt ad conficiendum oleum. *Cato c. 12. R. R.* Dictum esse putat *Turneb.* quasi Medi, h. e. Xerxis pontem, quod ex crassis forte funibus constet, qualibus eum Regem pontem straviſſe super Hellespontum legimus.

Meditabundus, a, um, מהגה, σωιὼν, ὁ ἐπὶ φρονῆσιν, meditans. *Juſtin. l. 38. c. 3.* Romanum meditabundus bellum.

Meditāmen, inis, n. idem ac meditamentum. *Sil. l. 8. v. 326.* lenti meditamina belli. *Prudent. Pychom. v. 234.* Desidiam pigro rerum meditamine palpent.

Meditamentum, ti, n. idem quod meditatio. *Tac. l. 4. hiſt. c. 26.* Et cæteris belli meditamentis militem firmabant.

Meditāte, adv. *penſatamente*, ἐσκεμμένως, cogitato, cum meditatione. *Plaut. Bacch. 3. 6. 16.* Næ tu illorum mores perquam meditate tenes. idest probe nosti ex longa meditatione, usu, & experientia.

Meditatio, onis, f. *meditazione, conſiderazione*, מחשבה, הגיון, μελέτη, σπούμη, cogitatio, commentatio. *Cic. 2. de Or. c. 27.* Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atque expeditos habere debetis. ¶ Meditationes in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarii quidam conflictus, qui citra sanguinem fiebant, a *meditor*, qua notat exercere. Nam omnes artes, teste *Vegetio*, in meditatione consistunt. *Pl. in Paneg. c. 13.* Cum in illa meditatione campestri militaribus turmis Imperatorium pulverem fudoremque misceres.

Meditativus, a, um, μελετικὸς, quod meditatur. Meditativa verba sunt, quæ rei alicujus assiduam meditationem significant, ut *eſurio, canturio, parturio*, & hujusmodi. Nam ille, qui esurit, vel cœnaturit, cibum, vel cœnam meditatur. *Priſcian.* & cæteri Grammatici.

Meditātor, oris, m. qui meditatur. *Prudent. in Periſteph. 2. v. 265.* Hæc ille versutus vafra meditator arte struxerat. Alii leg. *meditatus*.

* Meditātus, us, m. 4. *penſiere*, הגיון, מחשבה, νόημα, διήγνωσις, meditatio, cogitatum. *Apul. l. 3. Met.*

gus. Igit medio, μέσος, quod æqualiter distat ab extremis, vel inter duo extrema est, etiamsi non æqualiter distet ab utroque. *Cic. pro Dom.* Cum tu furens per medium forum volitares. *Ter. And.* 1. 106. Medium mulierem complectitur. *Virg. Æn.* 1. v. 701. Aurea compositæ sponda, mediamque locavit. h. e. in medio. (V. *Accumbo.*) *Suet. in Calig.* 26. Medio tempore. *h. e.* interea. *Virg. Ecl.* 10. v. 65. Frigoribus mediis, *nel enor dell'inverno*. Sic media bella, apud *Liv.* 1. 5. *cap.* 37. *guerre incominciate*. ¶ Cum genit. Græco more *Sil. l.* 1. v. 307. Concidit exacti medius per viscera teli. h. e. telo per medium corpus exacto. similiter, alio tamen sensu *Ov.* 5. *Fast.* v. 67. Et medius juvenum, non indignantibus ipsis, ibat. h. e. medium locum tenens in ambulando. ¶ Cum præp. *inter. Cic.* 8. *Phil.* c. 1. Cum inter bellum, & pacem medium nihil sit. ¶ Accipitur etiam pro temperato, mediocri, *moderate, mezzano. Vell. l.* 2. c. 29. Innocentia eximius, sanctitate præcipuus, eloquentia medius. *Tac. hist.* 1. c. 49. Illi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. *Liv. l.* 2. c. 49. Nihil medium, nec spem, nec curam, sed immensa omnia volventium animo. ¶ Sic mediæ ætatis mulier, quæ nec juvenis est, nec senior. *Phædr. l.* 2. *fab.* 2. v. 3. ¶ Item pro accipiti, ambiguo, *dubbioso*. *Liv. l.* 39. c. 39. Medium responsum. ¶ *Id. l.* 1. c. 32. Medium erat Anco ingenium. *h. e.* ad utrumque paratum, tam ad belli, quam ad pacis artes. *Hor. l.* 2. *od.* 19. v. 28. Idem pacis eras, mediisque belli. *h. e.* ad utrumque idoneus. *Vell. l.* 2. c. 114. Medium agebat plurima dissimulantis, aliqua inhibentis. ¶ Media vocabula dicuntur, quæ in bonam æque, ac in malam partem accipi possunt, ut valetudo, facinus, venenum, &c. *Gel. l.* 12. c. 9. ¶ Medii etiam dicuntur, qui neutri parti inter se contendentium favent, *neutrali*. *Cic. l.* 10. *Att. ep.* 8. Navigabit igitur Pompejus, & ad Italiam accedet; in qua nos sedentes quid erimus? nam medios esse jam non licebit. *Vell. l.* 2. c. 21. Se dubium mediumque partibus præstitit. ¶ Item arbitri, qui jures certantium componunt, *mediatori, mezzani. Vir.* 7. *Æn.* v. 536. Dum paci medium se se offert. *Sil. l.* 16. v. 222. Pacator mediusque Syphax. ¶ Medius pro dimidius rarum est. *Capit. in Pio*, c. 4. Aurum, quod oblatum fuerat, Italicis totum, medium proyincialibus redddit.

Medius Fidius, *per Dio, νὴ τὸν ἡρακλέα*, per Jovis filium, ideſt per Herculem, adverb. jurandi, quaſi dicas, me Deus Fidius juvet, ut ſupra in *Mecastor* diximus. *Cic. l.* 8. *Att. epiſt. ult.* Mihi gratiſſimum medius fidius feciſti.

Medix. V. Meddix.

* Medixtuticus. V. Mediaſtuticus.

Medoacus, m. 2. vel Meduacus, *Brenta*, Μεδοακὸς, fl. Venetiæ, ſeu Marchiæ Tarviſinæ, qui oritur ex Alpibus Tridentinis, & in mare Hadriaticum a Venetiis 5. M. P. excipitur. ¶ Medoacus minor, *Bacchiglione*, flu. Venetiæ, qui ex dictis Alpibus oritens, & Vincentiam urb. interluens, in mare Hadriaticum labitur, apud Foſſam Clodiam. *Liv. l.* 10. c. 2. *Pl. l.* 3. c. 16.

Medon, ontis, m. Μέδων, unus e Centauris. *Ov.* 12. *Met.* v. 303. ¶ Item filius Codri Athenienſium regis, qui primus in patria Archon fuit: a quo poſteri apud Atticos Medontidæ dicti. *Vellej. l.* 2. c. 2. ¶ Item unus e procis Penelopes. *Sabin. in epiſt. Ulyſſ. ad Penelop.* v. 47.

* Medulicus. V. Medulus.

* Medontidæ. V. Medon.

Medulla, æ, ſ. 1. *midolla*, מוח, Ger. *das mark, im gebein*, Gall. *mouelle*, Hiſ. *meollo*, μυελὸς, ſubſtantia illa, quæ eſt in mediis oſſibus animaliũm. *Juv. ſat.* 7. v. 90. Oſſa vides Regum vacuis exhauſta medullis. *Virg.* 8. *Æn.* v. 389. medullas intravit calor. ¶ Transfer accipitur pro interiore parte cujuſcumque rei. *Cic. Phil.* 1. c. *ult.* In Pop. Rom. medullis, ac viſceribus inhærere. *Quinc. l.* 2. c. 1. In mediis litium medullis verſantur. ¶ *Enn. apud Cic. de Clar. Or.* c. 15. Medulla Suadæ. h.e. ſingularis eloquentia.

Medullãris, re, adj. ad medullam pertinens, ut medullaris dolor. *Apul. l.* 7. *A. A.*

Medullãtus, a, um, ממותן, nom. ex partic. pinguis, adipe plenus. *Apul. l.* 2. *de dogm. Plat.* Medullati nimia cura artus.

* Medullinus, a, um, ad Medullos pertinens. *Auſon. ep.* 5. v. 27. Lintea veli Pandæ: Medullini te feret aura noti.

Medullitus, adverb. ἀπὸ μυελοῦ, ἐκ μυελῶν, ex ipſis medullis, vel uſque ad medullas. *Var. apud Non. c.* 2. *n.* 544. Medullitus Aquiloniam ſervat frigedinem. ¶ Per translationem ſignificat intime, vel ex intimo affectu, *ſommamente*. *Plaur. Moſt.* 1. 3. 85. Ut videas, eam medullitus me amare.

Medulloc, arij, paſſiv. i. medulla impleor. *Auguſt. de anim. & ejus orig. l.* 4. c. 5. Quando oſſa durari, quando incipiunt medullari.

Medullõſus, a, um, adj. medullatus. *Cel. l.* 8. c. 1. Humerus medullõſus.

Medullŭla, æ, ſ. diminut. parva medulla, *Catul. carm.* 25. v. 2. Mollior cuniculi capillo, vel anſeris medullula.

Medulli, orum, Aquitaniæ populi. *Auſon. ep.* 9. v. 28.

* Medullicus, a, um, ad Medulos Aquitaniæ pertinens. *Auſon. ep.* 7. v. 1. Oſtrea Bajanis certantia, quæ Medulorum Pulebius in ſtagnis &c.

Medius, a, um, חלל, מדעי, adj. qui eſt ex Media. *Hor. l.* 1. *od.* 17. v. 5. Medus acinaces. *Velleſ. l.* 2. c. 6. Imperium translatum eſt ad Medos.

Medus, ſeu Medius, m. 2. filius Ægei Regis Athenarum, & Medeæ, qui in Aſiam profectus poſt mortem Jaſonis, in honorem matris Medeam urbem condidit, Regnumque ex nomine ſuo Medorum conſtituit, ſub cujus majeſtate Orientis poſtea Imperium fuit. *Juſt. l.* 42.

Medûta, ſ. 1. *Meduſa*, Μέδουσα, filia Phorci ex Ceto marina bellua, quæ una cum duabus ſororibus Euryale, & Sthenyone Gorgadas inſulas in Oceano Æthiopico tenuiſſe fertur, Unde & Gorgonis appellatur. Hæc cum eſſet inſigni forma, eriam habuit inter alia decoris ſpectabilia crines proxime ad auri colorem accedentes, quorum ſplendore captus Neptunus, in Minervæ templo cum ea concubuit. unde poſtea natus eſt Pegaſus equus. Quam injuriam Minerva gravi, & iniquo animo ferens, Meduſæ crines, quibus maxime amatori ſuo placuerat, in angues mutavit, deditque, ut omnes eam aſpicientes in lapides verterentur. Quamobrem cum nemo jam immane monſtrum inrueri poſſet, Perſeus Jovis, & Danaes filius, Mercurii talaribus, & falcato enſe acceptis, Palladis item ſcuto, ut aere repercuſſam effigiem ejus videre inde poſſet; ex improviſo, cum ipſa, angueſque ſopiri eſſent, adortus, uno validiſſimo ictu peremit. In patriam redeunte Perſeo, cum Meduſæ caput ſecum deferret, contigit, ut guttæ ſanguinis decidentes per ſolitudines Africæ mutarentur in ſerpentes. V. *Lucan. l.* 9. v. 624. & *Ovid. 4. Met.* v. 634.

Meduſæus, a, um, adj. ad Meduſam pertinens. *Ov.* 5. *Met.* v. 249. Os Meduſæum. *Id.* 5. *Faſt.* v. 8. Equus Meduſæus. h. e. Pegaſus.

* Meduſeium, ſeli miſſilis genus. *Feſt.* Al. al. leg.

Megabỹzi, m. 2. Μεγάβυζοι, Sacerdotes Dianæ Epheſiæ. Hos eunuchos eſſe oportebat. Unde & pro imbecillibus, ac mollibus poni conſueverunt, quales ſunt ſpadones. *Quinc. l.* 5. c. 12. Ut Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis aſſumerent ſibi.

Megæra, æ, ſ. *Megera*, Μίγαιρα, Furia Infernalis, ſilia Acherontis, & Noctis, a Μεγαίρω, *odi* ſive *invideo*. *Virg.* 12. *Æn.* v. 845. Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ, Quas, & Tartaream Nox intempeſta Megæram Uno, eodemque tulit partu.

Megalenſis. V. in voce ſequenti.

Megaleſia, orum, n. 2. Μεγαλήσια, dies dicatus Magnæ Matri Deorum, & ludi, qui celebrabantur ante ejus templum, Alio nomine Ludi Megalenſes dicebantur Latina terminatione a Μεγάλη, *magna*. *Donat. in prolog. ad Terent.* ¶ Differunt a ludis magnis, ſeu Romanis, qui per excellentiam Circenſes vocantur, & a Marone conjunctim magni Circenſes. Nam ludi magni ſiebant Jovi, Junoni, & Minervæ, ut conſtat ex *Cic.* 7. *Ver.* c. 14. at Megalenſes ſiebant Deum Matri, ut patet ex *Cic. de Aruſp. Reſp.* 11. & diſerte ſcribit *Feſt.* voce *Romani*. Deinde ludi magni inſtituti ſunt a Tarquinio Priſco, cujus opus eſſe circum maximum, qui & antiquiſſimus, & nobiliſſimus inter circos fuit, ſcribit *Dion. l.* 4. at Megalenſes inſtituti a M. Junio Bruto, bello Punico II. anno U. C. 559. P. Cornel. Scipione Africano, & T. Sempronio Longo Coſſ. quemadmodum ex Valerio Antiate tradit *Liv. l.* 36. c. 36. quo loco tractat de ædis Matris Idææ dedicatione. Præterea ludi magni ſiebant pridie Nonas Sept. ut colligimus ex prima in Verrem, Megaleſia vero celebrabantur pridie Nonas Aprilis, ut teſtatur *Ovid.* 4. *Faſt.* v. 197. Denique ludi magni, quamquam & ſcenici fuerint, quod ex *Livii l.* 31. c. apparet, proprie tamen Circenſes erant, at Megalenſes proprie erant ſcenici, ut *Ovid. ibidem* indicat. ¶ Errant itaque, qui putant, Megaleſia Magnis Diis ſacra fuiſſe. V. *Muret. in annot. ad Ter.* ¶ *Cic. de Aruſp. Reſp.* c. 12. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio noſtri majores ante templum in ipſo Matris conſpectu Megalenſibus fieri, celebrarique voluerunt? Et *paulo poſt*. Qui ludi ne verbo quidem appellantur latino, ut vocabulo ipſo & appetita religio externa, & Matris Magnæ nomine ſuſcepta declaretur.

Megaleſiãcus, a, um, adj. a Megaleſiis ludis. *Juv. ſat.* 11. v. 191. Megaleſiacæ ſpectacula mappæ.

Megallium, n. 2. Μεγάλλιον, genus unguenti præſtantiſſimi, quod telino unguento celeberrimo Menandri Poetæ Comici ætate multo poſt ſuccedens gloriam omnem eripuit, ita dictum a Megallo homine Siculo, ut ſcribit *Athen.* in 15. eo fragmento, quod primus edidit in Variis ſuis *Canterus l.* 3. c. 31. Sed *Pl. l.* 13. c. 1. dictum videtur quaſi μεγαλεῖον, a magnis viribus.

Megalographia, æ, *pittura, o quadro grande*, μεγαλογραφία, picturæ genus habens Deorum ſimulacra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, ut ait *Vitr. l.* 7. c. 4. Dicta eſt a μέγας, *magnus*, & γράφω, *pingo*.

Megalopolitãnus, a, um, ad Megalopolim pertinens, quæ eſt urbs Arcadiæ in Peloponneſo, Polybii patria. Hinc *Megalopolitani, orum*, ejus urbis cives. *Liv. l.* 32. c. 22. & *Pl. l.* 4. c. 6.

Megăra, æ, ſ. 1. vel Megara, orum, n. 2. Niſſæa, Niſa, Niſſa, prius Alcathoe, *Megara*, Μέγαρα, urbs Achajæ, in confinio Atticæ, & Peloponneſi, caput Megaridis reg. prope intimum receſſum ſinus Saronici, uno militari ab ora hujus ſinus, ubi ejus portus Niſſæa dictus, inter Athenas, & Corinthum. Dicta fuit a Megareo filio Apollinis. In ea Euclides Geometra natus eſt. ¶ Megarenſes ab Athenienſibus ingreſſu urbis prohibebantur. *Gel. l.* 6. c. 10. Hinc Euclides muliebri veſtitu ad Socratem ſe conferebat, eadem die domum rediens. *Gel. loc. cit.* Qui Megaris civis eſſet. *Sulpic. ad Cic.* 4. *Fam. ep.* 5. Cum Megaram verſus navigarem.

Megareus, a, um, adj. Megareus. *Ov.* 10. *Met.* v. 659. Megareius heros.

Megarenſis, ſe, adj. Megareus. *Gell. l.* 6. c. 10. Odio flagrabant hominum Megarenſium.

Megarëus, a, um, adj. qui ad Megaram urbem ſpectat. *Cic.* 4. *Acad. c.* 42. Euclides Socratis diſcipulus Megareus.

Megareus, i, triſyllab. filius Onchenſi, pater Hippomenes. *Ov.* 10. *Met.* v. 605.

Megaricus, a, um, Megarenſis. *Pl. l.* 17. c. 7. Megaricus ager. *Cato* Megaricos bulbos laudat *R. R. c.* 8. ¶ Megarici Philoſophi dicti ſunt ab Euclide Socratis diſcipulo, qui Megarenſis fuit. *Hi* id bonum ſolum eſſe dicebant, quod eſſet unum, & ſimile, & idem ſemper. *Cic.* 4. *Acad. c.* 42. ¶ Megaricus ſinus, pars ſinus Saronici prope Megara. *Pl. l.* 4. c. 12.

Megăris, idis, ſ. 3. μεγαρὶς, prov. parva Achajæ, ſinui Saronico expoſita, inter Phocidem ad Occ. & Atticam ad Or. ab iſthmo Corinthiaco ſumens initium. *Pl. l.* 4. c. 7.

Megărus, a, um, adj. Megarenſis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 688. Vivo prætervehor oſſia ſaxo Pantagiæ, Megarofque ſinus.

Megiſtãnes, m. 3. *Perſonaggi grandi*, Μεγιστᾶνες, אצילים, proceres, primates, a μέγιστος, *maximus. Suet. in Calig.* c. 5. Et convictu Megiſtanum abſtinuiſſe. *Seneca, epiſt.* 21. Omnes illos Megiſtanas, & Satrapas &c. Adde *Tac.* 15. *Ann. c.* 27.

* Mehe pro me, apud Antiquos.

Mehercŭle, vel mehercules, *per Dio, νὴ τὸν ἡρακλέα*, per Herculem, adv. jurandi, ex *me*, & *Hercules*. V. *Mecaſtor*. *Cic. Aſt. l.* 10. Epiſtola tua gratiſſima fuit mea Tulliæ, & mehercule mihi. *Id. in Or. c.* 47. Et pomeridianas quadrigas, quam poſtmeridianas libentius dixerim, & mehercule, quam mehercules.

Mejo, is, minxi, mictum, n. 3. *orinare*, להשתין, Ger. *harnen, ſeichen, brunzen*, a Gal. *piſſer*, Hiſp. *mear*, ἀρέω, urinam emitto. *Perſ. ſat.* 1. v. 113. Sacer eſt, pueri, locus, extra mejite.

Mel, mellis, n. 3. *mele*, דבש, Ger. *honig*, Gal. *miel*, Hiſ. *miel*, μέλι, liquor ille dulcis, qui ex roſcido aeris humore conficitur ab apibus, a Græca voce allata, per Apocopen ultimæ literæ. *Senec. epiſt.* 85. Quibuſdam placet, non faciendi melis ſcientiam apibus eſſe, ſed colligendi. *Cic. de Sen.* Villaque tota loculpes eſt, abundat lacte, caſeo, melle. *Virg. Ecl.* 4. *verſ.* 30. Roſcida mella. ¶ De variis melis generibus. V. *Pl. l.* 21. c. 14. Optimum eſt autem, quod ſponte deſluit ſine ulla expreſſione, & Græce ἀπύρηνον dicitur. V. *Acetum mel*. Laudatiſſimum olim fuit quod in Hymetto Atticæ monte naſcebatur, cujus ſapor dulcis quidem erat, ſed ita tamen, ut acritudinem quamdam haberet permixtam, guſtu apprime jucundam, qualem in optimo quoque melle requiri ait *Pl. l.* 21. c. 15. nimirum *ut ex dulci acre ſit*, γλυκὺ, καὶ δριμύ, *dulce ſpirituoſe*. Hinc *Cic. in Hortenſ. apud Non. c.* 4. *n.* 17. Alterius ingenium ſic dulce, ut acetum Ægyptium, alterius ſic acre, ut mel Hymettium dicimus. V. *Acetum*. ¶ Translate *mel* vox eſt ſblandientium. *Cæl. ad Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 8. Sempronium mel ac delicias tuas. ¶ Uſurpatur de qualibet re ſuaviſſima. *Hor. l.* 1. *ep.* 19. v. 44. Fidis enim, manare poctica mella Te ſolum. *Id. l.* 2. *ſat.* 6. v. 32. Hoc juvat, & melli eſt.

Mela, m. 1. *la Mela*, fl. parvus Cenomanorum, qui apud Brixiam fluit, ſic a intra in Ollium cadit ad Oſtianum pag. *Virg.* 4. *Georg.*

Melamphyllon, n. 2. μελάμφυλλον, herba urbana, & topiaria, crepidines marginum veſtiens, a μέλας, *niger*, & φύλλον, *folium*, propter foliorum nigredinem. *Pl. l.* 22. c. 22.

Melampodĭon, n. 2. μελαμπόδιον, veratrum, genus nigri hellebori, ita dictum a Melampode Amythaonis nato, ut eum Ovid. vocat, qui eo melancholicum humorem purgabat, Prætique Argivorum Regis filias furore liberavit. Vel dicitur ita a nigra radice, a qua & veratrum nigrum vocatur. *Pl. l.* 25. c. 5.

* Melamphyllum, i, n. μελαμφύλλιον, genus paſſi colore nigro. *Pl. l.* 14. c. 9.

Melampus, odis, m. 3. μελάμπους, Amythaonis Argivi, & Poripppes filius, a μέλας, *niger*, & πῦς, *pes*, quia mater infantem expoſuerat toto corpore tectum, præterquam pedibus, qui a Sole atrum colorem attraxerunt. Augurio claruit. Biantem juvit in auferendis bobus Iphiclo, quas ille Neleo reſtituit, accepta ejuſdem filia Pero nomine in uxorem. Filias quoque Prœti furiis agitatas ſanitati mentis reſtituit, quarum unam, Iphianaſſam videlicet, in conjugem accepit. Filium reliquit Theodamantem. *Hom. Odyſſ. l.* 15. *Virg.* 3. *Georg.* v. 550. ¶ Melampus item canis nomen eſt. *Ov. l.* 3. *Met.* v. 206.

Melampỹgus, m. 2. Μελάμπυγος, cognomen Herculis. Achemon, & Paſſalus Cercopes fratres nullo non injuriarum genere in obvium quemque debaſchabantur. Hiſce erat mater nomine Sennonis, mulier fatidica, quæ filios cavere juſſit, nequando in Melampygum incideret. Evenit deinde, ut Hercules aliquando ſub arbore quadam dormiret, armis in eamdem reclinatis. Acceſſerunt Cercopes fratres, & Herculem dormientem ipſius armis inſpecie recturum tentarunt. At ille protinus inſidias ſentiens, correptos, ac vinctos de clava a tergo ſuſpendit leporum ritu, atque ad eam modum geſtabat. Capitibus itaque pendentes deorſum demiſſis, poſticum Herculis nigris pilis horridum, atque hiſpidum viderunt, non Lydorum more lævæ, ac depilatum. Quapropter materni moniti memores hac de re inter ſe conſabulabantur. Quod ſimul ac audivit Hercules, cognomine delectatus, & in riſum ſolutus, vinculis eos liberatos dimiſit. *Eraſm. in Adag.*

* Melanaëtos, i, *aquila negra*, μελανάετος. *Pl. l.* 10. c. 3.

* Melanchætes, æ, m. μελανχαίτης, nigros pillos habens, nomen canis. *Ov. Met.* 3. *verſ.* 212.

Melancholia, ſ. 1. *malinconia, maninconia*, Get. *traurigkeit*, Gal. *mélancholie*, Hiſ. *melancolia*, μελαγχολία, atra bilis, nigra cholera, unus ex humoribus corporis animalium, qui ſæpe homines in furorem agit, ex μέλας ΧΟΛΗ, *nigra bilis*. *Cic.* 3. *Tuſc. c.* 5. Græci volunt illi quidem, ſed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν ipſi vocant. Eadem ratione legitur apud *Gell.* 18. c. 7. ideſt Græcis literis.

Melancholĭcus, a, um, *melanconico*, Ger. *traurig*, Gal. *mélancholique*, Hiſ. *melancolico*, μελαγχολικός, qui nigra bile plurimum abundat. *Cic.* 1. *Tuſc. c.* 33. Ariſtoteles quidem ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe, ut ego me, tardiorem eſſe non moleſte feram. *Id.* 1. *de Div. c.* 37. Ariſtoteles eos etiam, qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, cenſebat habere aliquid in animis præſagiens, atque divinum.

Melancorўphus, ſ. V. Atricapilla.

* Melancrānis, is, ſ. μελαγκρανίς, genus junci nigrum ferentis. *Pl. l.* 21. c. 18.

Melandrys, yos, piſcis ex genere Thynnorum, a quo Melandrya falſamenta dicuntur. *Mart. l.* 3. *epigr.* 77. Teque juvant gerres, & pelle melandrya cana. Alii hic intelligunt ipſos thynnos, vel thynnorum partem viliorem. Sane melandryum apud *Pl. l.* 9. c. 15. eſt thynni pars cæſis querniis aſſulis ſimillima. ¶ Eſt etiam Melandrym genus herbæ in ſegetibus naſcentis, flore albo, odorata, efficax contra jecinoris morbos. *Id. l.* 26. c. 7.

Melaneus, i, m. Μελανεύς, triſyllab. nomen Centauri apud *Ov.* 12. *Met.* v. 396. Item canis, apud *eumd. l.* 3. v. 223. a colore ſcilicet, quia μέλαν; ανος, niger eſt.

Melania, æ, nigredo, μελανία. *Pl. l.* 24. c. 8. Melanias quoque veteres, addito nec ſe, emendar.

Melanium, n. 2. *Maida*, opp. Calabriæ ult. apud Lametem fl. inter Neocaſtrum urb. & ſin. Hipponiarem 8. M. P.

* Melanſpermon, i, n. μελάνσπερμον, gith. *Pl. l.* 20. c. 17.

Melanteria, æ, eſt cera ſutoria a colore ſic dicta, a μέλας, *niger*. *Scrib. Larg. compoſit.* 208. Ceruſſæ æruginis, melanterias, quæ cera (al. creta) ſutoria dicitur, qua ligulæ calecorum denigrantur. *Melanterias* genitivus eſt Græce terminationis pro *melanteria*, μελαντηρίας.

Melanthĕus, a, um, μελανθήϊος, ad Melanthum pertinens. *Ovid. in Ibin*, v. 626.

Melanthĭum, æ, n. 2. μελάνθιον, herba, ſeu potius frutex puſillus, al. melanſpermon, gith, & Officinis nigella, a μέλας, niger, & ἄνθος, flos, propter ſeminis nigredinem. *Pl. l.* 20. c. 17.

Melanthius, ii, ſ. Cappadociæ. *Plin. l.* 5. *cap.* 4. ¶ Fuit hoc nomine paſtor caprarum Ulyſſis, qui cum rem domini abſumpſiſſet, a Telemacho trucidatus eſt. *Ovid. Heroid. ep.* 1. v. 95. ¶ Item pictor quidam præcipuus. *Plin. l.* 35. c. 7. & *Quinctil. l.* 12. c. 10.

Melantho, ſ. 4. contract. filia Protei, cui conſuetudo fuit poſitis veſtibus dorſo delphini inſidere, atque ſic per maria patris vagari. Cum autem formoſa eſſet, Neptunus ejus pulchritudine captus in delphinum ſe transformavit, atque illi applaudens eam in conſeſſum ſui traxit, & tranſportatam etiam violavit, ex quo poſtea peperit Amycum, ut Theodorus aſſerit. *Ovid. 6. Met.* v. 120. Sed aliter ſentit *Servius*, qui hunc Neptuni, & Melires filium facit.

Melanthus, i, Sarmatiæ fluvius, qui in Boryſthenem influit. *Ov. l.* 4. *de Pont. ep.* 10. v. 54. Et tacite peragens lene Melanthus iter.

Melanūrus, m. 2. Μελάνουρος, piſcis faxatilis, caudam nigram habens, a μέλας, *niger*, & οὐρὰ, *cauda*, quod cauda, priuſquam in rubeſcentes pinnas delinat, nigra notetur macula. *Ennius* contra ortographiæ rationem penultimam corripuit, primamque, quæ per ſcribitur, licenter produxit. Melanurum, inquit, turdum, merulam, timbramque marinam.

Melapium, n. 2. μηλάπιον, mali genus, apio majus. *Pl. l.* 15. 14

Melæ, m. 1. *Lariſſæ*, Μέλαι, fl. Macedoniæ, in Mygdonia. *Ov. 2. Met.* v. 247. ¶ Sunt præterea alii amnes hoc nomine. V. *Geographos*.

* Melculum. V. Melliculum.

Mele. V. Melos.

Meleager, gri, vel Meleagrus, gri, m. 2. Μελεάγρος, OEnei Calydoniæ Regis filius ex Althæa conjuge, quo recenter nato, viſa ſibi eſt mater tres Parcas igni aſſidentes videre, manuque ſtipitem tenentes, æqualem puero cum ſtipite vitam aſſignare. Recedentibus itaque Parcis Althæa exſtinctum ſtipitem diligentiſſime aſſervavit. Adulto deinde Meleagro, cum ſpreta ab OEneo Diana immenſæ magnitudinis aprum immiſiſſet, qui omnem regionem late vaſtabat, Meleager, collecta robuſtiſſimorum juvenum manu, aprum interfecit, caputque ejus Atalantæ, Jaſii Argivorum Regis filiæ, quæ prima aprum vulneraverat, velut partem ſpolii dedit. Quod cum avunculi ſui Pleuſippus, & Toxeus vi puellæ auferre conarentur, utrumque occidit. Nuntiata itaque fraterum morte, Althæa doloris impatientia in furorem verſa, fatalem ſilum ſtipitem in ignem conjecit, quo exuſto, Meleager etiam exuſtis intus inteſtinis omnibus conſumptus eſt. Ex Atalanta genuit Parthenopæum. *Ov. 8. Met.* v. 299. & *ſeqq.*

Meleagrĭus, a, um, ad Meleagrum pertinens, Μελεάγρειος. *Lucan. l.* 6. v. 365. Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi Evenor Calydona ſecat.

Meleagrĭdes, ſ. 3. *gallina d'India*, תרנגולת הודו, Ger. *indianiſche hiner*, Gal. *poulet d'inde & inde*, Hiſ. *gallinas de India*, μελεαγρίδες, gallinæ Numidicæ, ſive Africanæ, quas vulgus Indicas gallinas vocat. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. *Col. l.* 8. c. 2. *Pl. l.* 10. c. 16. Dictæ ſunt a Meleagro quodam, qui hujuſmodi aves Athenis in acce enutriebat. Secundum Poetarum fabulam hæ ſorores ſunt Meleagri, OEnei Calydoniæ Regis filii, quæ, cum ſtrarem deſerent, in has converſæ dicuntur. *Ov. l.* 8. *Met.* v. 532. *Pl. l.* 10. c. 26.

Meleagrus, a, um, Μελεάγρειος, Meleagreus, extrita priore vocali diphtongi. *Stat. 4. Theb.* v. 103. Fleraque cognatis avibus Meleagria Pleuron. *Pleuron* Ætholiæ oppidum eſt, in qua & Calydon.

Meles, æris, m. 3. Melas, Μέλης, fl. Ioniæ, Smyrnam alluens, ad cujus ripas Homerus natus eſſe fertur. *Strab. l.* 3. *fol.* 3. v. 61.

Meles. V. Melis.

Meleſigănes, m. 3. *Omero*, Μελεσιγένης, cognomen Homeri, a Melete fl. *Plin. lib.* 5. *cap.* 29.

* Melĭce, es, ſ. nomen unius ex quatuor Muſis Jovis ſecundi filiis, ſic a cura & meditatione dicta. *Cic. 1. nat. Deor. c.* 41.

Meleræus, a, um, adj. Homericus. V. Meles, tis. *Tibul. l.* 4. *carm.* 1. v. 201. Poſſe Meleræas nec mallem vincere chartas.

Melĭa, ſ. 1. μελία, arbor, al. fraxinus, quam Homeri præconio Iliad. 10. & Achillis haſta multum eſſe nobilitatam, ſcribit *Pl. l.* 16. c. 13.

Melĭa terra, Μελία γῆ, tertæ genus, al. melinum, quod digitis confricatum ſtridorem trito pumici ſimilem reddit, a Melo inſ. maris Cretici. *Pl. l.* 35. c. 6. & 7.

Melibœa, ſ. 1. opp. Theſſaliæ, purpura nobile, ad Oſſæ M. radices, cis Peneum fl. apud Babeidem lac. Patria fuit Philoctetæ. *Pl. l.* 4. c. 9.

Melibœus, a, um, adject. a Melibœa, ut Melibœa purpura, apud *Feſt.* & *Virg.* 5. *Æn.* v. 251.

Melĭcæ gallinæ, genus gallinarum corporis ampliſſimi, a Media, unde translatæ ſunt. Nam pro *d* ſæpe *l* a veteribus uſurpatum eſt. *Col. l.* 8. c. 2. *Feſt.*

Melicĕtes, idis, ſ. vel melicerta, æ, μελικήτης, μελικέρτα, abſceſſus ſpecies, ex pituitæ fluxu generati, qui humorem in ſe continet mellis & craſſitudinem, & colorem referentem, a μέλι, *mel*, & κηρὸς, *cera*. *Pl. l.* 22. c. 20. Peculiariter contra melicerídas efficax. *Cels. l.* 5. c. 28. Ulceris genus, quod μελικηρίς, a Græcis nominatur.

Melicerta, ſive Melicertes, m. 1. Μελικέρτης, Inus, & Athamantis Thebanorum Regis filius, cum quo mater, cum virum videret furere, in mare ſe præcipitavit, amboque Deorum miſeratione in Numina marina ſunt commutati, Ino quidem in Leucotheam, quam & Matutam matrem vocant, Melicerta vero in Palæmonem, quem Latini Portunum dicunt. *Ovid. 4. Met.* v. 521.

* Melichlōros, i, m. μελιχλωρος, gemmæ ſpecies. *Pl. l.* 37. c. 11.

Melichros, otos, m. μελίχρως, gemma eſt mellei coloris, a μέλι, *mel*, & χρόα, *color*. *Pl. l.* 37. c. 11. Colos appellavit chryſolithum aureus, chryſopraſum herbaceus, melleus melichrota.

* Melĭchrus, μελίχρως, mellis colorem habens. *Lucr. l.* 5. v. 1115.

Melichrўſos, m. 2. al. melichryſis, μελίχρυσος, gemma, quæ ex India mittitur quaſi per aurum ſyacero melle trauslucente. *Pl. l.* 37. c. 9.

* Melicrātum, μελίκρατον, aqua muſta. *Veget. de re Veterin. l.* 3. c. 15.

Melĭcus, a, um, *muſico*, מוסרי, שיר, μελικός, idem quod muſicus, a μέλος, quod carmen ſuis membris conſtans, & cantum ſignificat. Speciatim pro lyrico fumitur. *Cic. de opt. gen. Or. c.* 1. Poëmatis enim tragici, comici, epici, melici etiam, atque dithyrambici, &c. ¶ Melicæ gallinæ. V. ſup. *Melicæ*.

Melilĭtus, ſ. 2. *melilato*, *ſertula campana*, μελίλωτος, herba croco ſimilis, qua ſi dulcis, & mellea lotos. Dicitur etiam ſertula Campana, quod coronamentis adhiberi ſoleat, & in Campania frequentiſſima ſit. V. *Pl. l.* 22. c. 11. *Ov. 4. Faſt.* v. 440. Pars thyma, pars flores, pars meliloton amant. Ubi Græcam terminationem metri cauſa retinuit.

Melimēla, n. 2. *pomi nani*, μηλίμηλα, poma muſtea, ſive dulcia, quaſi melima mala, a μέλι, *mel*, & μῆλον, *malum*. *Var. R. R. l.* 1. c. 59. Quæ antea inuſtea vocabant, nunc melimela appellant. *Pl. l.* 15. c. 14. Muſtea a celeritate miſeſcendi, quæ nunc melimela dicuntur a ſapore melleo. *Mart. l.* 7. *epigr.* 24. Infanti melimela dato, farnaſque mariſcas. V. *Col. l.* 5. c. 10.

Melimēli, n. 3. μελίμελι, liquor muſſei ſaporis ex malis Cydoniis melle conditis. *Col. l.* 12. c. 45. Sunt qui ſcribunt *melumeli*.

Mēlina, ſ. 1. μηλίνη, μηλωτὴ, mantica ſcortea, a μῆλον, *ovis*, ex cujus pelle præcipue fiebat. *Plaut. Epid.* 1. 1. 20. Niſi in vidulo, aut ſi in melina attuliſti. ¶ Eſt etiam *melina* genus tibiæ ſoni acutiſſimi, *Feſtus*. ¶ Item potio ex melle. *Plaut. Pſeud.* 2. 4. 51. Paſſum, defrutum, melinam. Sunt qui ſcribunt *mellinam*.

Melĭnum, n. 2. μήλινον, apiaſtrum. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 16. ¶ Item oleum ex ſo-

re malorum. *Plin. l.* 23. c. 6. ¶ Item unguentum ex malis cotoneis. *Plin lib.* 13. c. 1. Amaracinum in Coo, poſtea eodem loco prælatum eſt melinum. ¶ Item ſpecies coloris candidi, alias Meſia terra, a Melo inſula, una Sporadum, ubi præſtantiſſimum effoditur. *Plin. l.* 35. c. 6. Melinum, candidum & ipſum, eſt optimum in Melo inſula. *Plaut. Moſt.* 2. 3. 105. Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam officiam.

Melinus, a, um, *di colore di mele*, μήλινος, quod eſt coloris flavi, ſeu rutili, cum pallorem accipit, qualis eſt in malis maturis, a μῆλον, *malum*. *Plaut. Epid.* 2. 2. 49. Aut cerinum, aut melinum. Adde *Pl. l.* 35. c. 7.

* Meliom, vel meltom, meliorem. *Feſtus*.

Melĭor, melius, oris, comparativum anomal. *migliore*, *meglio*, טוב מן, præſtantior, aptior, κρείσσων. *Cic. ad Brut. ep.* 3. Noſtræ res meliore loco videbantur. *Plin. l.* 9. *ep.* 19. Ædes reficere in melius, & in majus. ¶ Jungitur aliquando cum ſecundo caſu. *Silius l.* 5. v. 333. Nec fari melior Mamertus. *Id. l.* 7. v. 619. Melior dextræ Torquatus. ¶ Sæpius tamen ablat. regit. *Salluſt. Jug. c.* 13. Bello meliores. *Hor. 1. ep.* 10. v. 34. Cerrus pugna melior. ¶ *Melior eſt*, hoc eſt commodius, utilius, aptius. *Plaut. Moſt.* 5. 1. 20. Nunc te videre melius eſt, quidagas. *Liv. l.* 3. c. 48. Quieſte erit melius, quam *Parens in Lex. Cric.* ait fuiſſe phraſim Magiſtratus irati, & minitantis. *Tac. Ann.* 12. c. 39. Nobis pro meliore fuit, effugere hoſtes tenui damno. ¶ Melius fit mihi, h. e. convaleſco. *Cic. Tuſc. l.* 2. c. 35. Pomp

Mellifluens, entis, qui mel fluit, suavis, *mellifluus*. *Auson. ep. 16. v. 14.* Mellifluentem Nestora.

Mellifluus, a, um, *mellifluo*, יזל דבש, mellifluens. *Avien. in Perieg. v. 468.* Antra melliflua. *Boet. l. 5. metr. 2.* Homerus melliflui oris.

Melligĕnus, a, um, Μελιώδης, quod est ejusdem generis cum melle. *Plin. l. 16. c. 7.* Fert & aliam inutilem plumam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi.

Melligo, inis, f. Μέλιγμα, πόμμωσις, quod nondum mel est, sed ad mellis naturam accedit, succus e lacrymis arborum, sive florum, quem apes devorant, postea ad alvos regressæ evomunt, operaque componunt. *Plin. l. 11. c. 6.* Ceram ex floribus, melligineм e lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, salicis, almi, arundinis succo, gummi, resina. ¶ Translate ponitur pro quocumque succo florescentis fructus adhuc, atque immaturi. *Plin. l. 12. c. 27.* In prima lanugine demittitur uva, ejusque melligo.

Mellilla, f. i. diminut. a mel, vox blandientis. *Plaut. Cas. l. 1. 47.* Mea vita, mea mellilla, mea festivitas.

Mellina, & Mellinia, æ, potio ex melle, dulcedo, res jucunda, & grata. *Plaut. Truculi. 4. 1. 6.* Hoc magnæ mellinæ est mihi. V. *Melino.*

Mellitŭlus, a, um, diminut. a mellitus. *Apul. l. 3. Met.* Mea mellitula.

Mellitus, a, um, *melato*, Germ. *süss wie honig*, od. *süss honig gemacht*, Gal. *fait de miel, ou doux comme miel*, His. *dulce como miel*, *melloso*, μελιτώδης, μελίκρατος, melle conditus. *Horat. 1. ep. 10.* Pane ego jam mellitis potiore placentis. ¶ Translate ponitur pro suavi, & jucundo. *Cic. Art. l. 1. ep. 18.* Ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone consumitur. *Apul. l. 2. Met.* Mellitissimum suavium.

* Mello, as, mel facio vel colligo. *Pallad. Jan. t. 7.* ut quidam legunt.

Mellona, vel Mellonia, f. i. Dea, quæ apibus, & melli præerat. *Arnob. l. 4. p. 131.* & *Augustin. de Civ. Dei l. 4. c. ult.*

Melloproximi, ὅσον οὐδέπω μέλλοντες, עתידים, ab *Inspp. Honor. & Theodos. l. 12. Cod. tit. 19. leg. 5.* dicuntur, qui insequenti anno futuri sunt proximi scriniorum. Est autem vox hybrida, ex Græco Μέλλω futurus sum, & Latino *proximus*.

Mellŏsus, a, um, melleus. *Cœl. Aurelian. Acut. l. 2. c. 29.* Melliosa dulcedo.

Melo, onis, nomen Nili fluvii apud veteres, teste *Festo*, & *Serv. in 4. Geor. v. 291.* Hinc & *Auson. ep. 4. v. 75.* Melonis alba pagina. (al. filia) h. e. papyrus Nilotica.

Melo, onis, m. 3. *mellone*, אבטיח, genus peponis, a μῆλον, *malum*, quia mali figuram rotunditate imitatur. *Pallad. in Mart. tit. 9.* Nunc melones ferendi rarius. ¶ Est etiam hoc nomine fluvius Cenomanorum, qui Brixiam interluit, vulgo *Melone*; de quo *Catul. carm. 67. ad Januam, versf. 33.* Flavus quam molli percurrit flumine Melo. Al. leg. *Mela*, sed confundunt cum eo, qui a *Virg.* nominatur 4. *Georg. v. 291.* V. *Mella*, vel *Mela*.

Melŏdes, m. 3. Μελῳδός, melicus, qui dulcia carmina cantat. *Sidon. lib. 9. ep. 15. Proculus* melodes insonare pulpitus.

Melodĭa, æ, ἡ μελῳδία, concentus, melos. *Martian. Capel. l. 9. pag. 306.*

* Melodĭna, μελῳδική, n. pl. concentus. *Varr. apud Non. p. 1. n. 247.* Si quis melodinis sit ἄπαις λύρης, præcipibus se retinent forensibus. Al. al.

Melŏdus, a, um, suaviter sonans, vel canens, Μελῳδός. *Auson.* est *de Professor. carm. 15. v. 8.* & *Prudentii 9. Cathemer. v. 2.*

Melofŏlia, orum, n. mala, quibus folium unum, aliquando & gemium erumpit e latere medio. *Plin. l. 15. c. 14.*

Melomĕli, V. Melimeli.

Melopeppones, um, m. μελοπέπονες, אבטיחים חלפטרנים, genus cucumeris, de quo ita *Plin. l. 19. c. 5.* Cucumeres, in fistula flore demisso; mira longitudine crescunt. Ecce cum maxime nova forma eorum in Campania provenit, mali coronei effigie. Forte primo natum ita audio unum: mox femine ex illo genus factum, melopeponas vocant. Non pendent hi, sed humi rotundantur. Miram in his, præter figuram & odoreм, quod maturitatem adepti, quamquam non pendentes, statim a pediculo recedunt. Hæc *Plin.* Porro dicti sunt a Μῆλον, malum, propter figuram, & πέπων, ονος, maturus, a sole excoctus, a πέπτω, coquo, propter maturitatem.

* Melopœta, æ, f. μελοποιέτης, habitus modulationis effectæ. *Martian. Capell. l. 9. p. 326.* a μέλος cantus, & ποιέω facio.

Melos, n. indecl. *melodie*, שיר, Germ. *ein thon und liedlichkeit deß gesangs*, Gal. *melodie, harmonie, douceur du chant*, His. *canto, melodia*, μέλος, cantus suavitas ex apta vocis modulatione & flexa procedens. *Pers. in prolog. Sat.* Cantare credas Pegasicum melos. ¶ Reperitur interdum usurpatum in obliquis casibus. *Accius* apud *Cic. 2. Nat. Deor. c. 35.* Silvani melo consimilem ad aures cantum, & auditum refert. *Auson. in Parental. n. 27.* Cui brevia mela modifica recino. ¶ Mele in plurali, Μέλη, græco more. *Lucret. l. 2. v. 504.* Et cygnea mele Phœbeaque dædala chordis carmina. *Idem l. 2. v. 412.* Musea mele.

Melos, f. i. Zephyria, Mimallis, *Mile*, Μῆλος, inf. maris Ægæi; seu Cretici, inter Dictynnam prom. Cretæ, & Scyllæum prom. *Pomp. Mela l. 2.* populi Melii.

* Melothrum, μέλαθρον, vitis alba, herbæ species. *Plin. l. 21. c. 9. l. 23. c. 11.*

Melphes, m. 3. *Melfe*, *Melpa*, fl. Lucaniæ, cis Aperninum, in Principatu cit. qui in mare Tyrrhenum se exonerat inter sinus Laum, & Præstanum.

Melphis, f. i. Melphia, *Melfi*, urbs Lucaniæ, in Basilicata.

Melphis, m. 3. Melpis, *Melfa*, fl. Latii, qui ex agro Arpinate oritur, juxta Aquinum fluit, & in Lirim cadit.

Melpomene, f. i. Μελπομένη, una ex Musis, tragœdiarum inventrix, a μέλπομαι, *cano. Horat. l. 1. od. 24.* Præcipe lugubres Cantus Melpomene, cui liquidam pater Vocem cum cithara dedit.

* Meltrom, meliorem. *Festus.*

Membrāna, æ, f. δέρρις, עור, pellis exterior, quæ membra tegit, quamquam generaliter pro quavis tenuiore pellicula accipiatur, in quacumque parte animalis sita. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Quæ primum oculos membranis tenuissimis vestivit, & septit. ¶ Dicitur etiam de lignis. *Plin. l. 16. c. 14.* Inter corticem, & lignum tenues tunicas multiplici membrana. ¶ Membranæ etiam dicuntur chartæ pergamenæ, quod de animalium membris sint detractæ, in quorum tergoribus primum ab uno latere scribi cœptum, deinde ab utroque, deraſis pilis. Earum usus Pergami regnante Eumene, inchoavit: imaginamque earum vim Rex Attalus Romam misit, ut penuria chartæ pellibus penuriretur. *Plin. l. 13. c. 11. Horat. de art. poet. v. 389.* Membranis intus positis delere licebit, Quod non ediderís. ¶ Item librorum operimenta. *Tibul. l. 3. el. 1. v. 9.* Lutea sed niveum involvat membrana libellum. ¶ Item exuviæ serpentis. *Ovid. 7. Met. v. 272.* Squamea Cjnyphei tenuis membrana chelydri. ¶ Item quælibet superficies. *Lucr. l. 4. v. 93.* At contra tenuis summi membrana coloris Cum jacitur.

Membranăceus, a, um, *membranoso*, quod similitudinem membranæ habet. *Plin. l. 16. c. 31.* Quibusdam dorrex membranaceus, ut viri.

Membranĕus, a, um, δερρόδετος, περγαμηνός, quod ex membranis est. *Ulp. l. librorum appellatione*; *ff. de leg. 3.* Quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis.

Membranŭla, æ, *membranetta*, dim. a membrana. *Cic. Att. l. 4. ep. 4.* Ut fumant membranulæ, ex qua indices fiant. *Cels. l. 7. c. 7.* Deinde excidenda est ea membranula. ¶ Membranulum tenue, in neut. gen. dixit *Apul. l. 6. Met.*

Membrātim, adv. *a membro a membro*, לחלחים חלחים, Ger. *den gliedern nach, von stuck zu stuck*, Gal. *pièces, membres*, His. *miembro por miembro*, κατὰ μέλη, μελικηδῶς, per membra singula. *Cic. in Orat. 3.* Sed quæ incisim, aut membratim efferuntur. *Plin. in præfat. l. 12.* Animalium omnium natura genera sim, membratimque ita se habent.

Membratĭta, f. i. Μελοκόπτις, membrorum positura, seu compositio. *Vitruv. l. 8. c. 5.*

Membror, aris, d. i. πορθρόμαι, per membra formor. *Censorin. de Die natali, c. 11.* Quinque & triginta diebus infans membratur.

Membrōsus, a, um, μελεώδης, qui magnum habet membrum. *Auct. Priap. in præam.* Sed fuber horrorum custos membrosior æquo.

Membrum, bri, n. *membro*, אבר, נתח, עצמות, Gr. *ein glied*, Gal. *membre*, His. *miembro*, μέλος, κῶλον. Dicitur membrum de singulis corporis partibus, ut sunt manus, pes, auris, &c. *Cic. 3. Fin. c. 5.* Jam membrorum, idest partium corporis, alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes; alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quemdam ornatum, ut cauda pavoni. *Virg. 4. Georg. v. 438.* componere membra. ¶ Membrum absolute ponitur pro inguine virili. *Apul. & Auct. Priapeor. carm. 69.* ¶ Transfertur etiam ad inanimata, & pro parte sumitur, ut pro parte domus. *Cic. 3. Philip. c. 2.* Nec habere poterat adjuncta cubicula, & ejusmodi membra. ¶ Item accipitur pro parte alicujus artis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 4.* Omnes ejus partes, atque omnia membra cum facillime noscuntur, cum totæ quæstiones scribendo explicantur. ¶ Item pro parte orationis. *Auct. ad Her. l. 4. c. 29.* Membrum, omnis appellatur res breviter absoluta, sine totius sententiæ demonstratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. *Cic. in Or. c. 62.* Quæ Græci κόμματα, & κῶλα nominant, nos recte incisa, & membra dicimus.

Memecўlos, f. 2 species arbuti. *Pl. l. 15. c. 24.* Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron, & memecylon.

Meminens, tis, particip. ab antiquo *memino*. Utitur *Sidon. l. 2. ep. 10. & l. 4. ep. 12.*

Memĭni, isti, verb. def. *ricordarsi*, זכר, Ger. *eingedenck seyn*, Gal. *se souvenir*, His. *acordarse*, μέμνημαι, recordor, memoria reneo, in memoriam revoco. Præterita perfecta hujus verbi, quemadmodum & aliorum trium, *capi, novi, odi*, etiam pro præsentibus, & præterita plusquam perfecta etiam pro imperfectis in omnibus modis usurpantur. Construitur vel absolute. *Cic. pro Mur. c. 20.* Cui placet, obliviscitur; cui dolet, meminit. ¶ Vel cum gen. *Cic. l. 13. Fam. ep. 75.* Si illius voluntati obtemperans minus videbor meminisse constantiæ meæ. ¶ Vel cum acc. *Cic. 3. de Or. c. 50.* Antipater ille Sidonius, quem tu probe Carule meministi. *Id. in Somn. c. 1.* Cum omnia ejus non solum facta, sed etiam dicta meminisset. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. Art. l. 15. ep. 27.* De Erode, & Mertio meminero, & de omnibus, quæ te velle suspicor. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. l. 9. Fam. ep. 16.* Memini, te mihi phamæ ocęanin narrare. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. l. 7. Fam.* Quæ ad te ultro arrulerim, meminisse te credo. ¶ Significat etiam commemorare, seu mentionem facere. *Quintil. l. 12. c. 2.* Neque omnino hujus rei meminit Poeta ipse. *Cic. 2. Philip. c. 36.* Meministi ipse de exulibus.

Memmiădes, æ, m. patronymicum a Memmio. *Lucr. l. 1. v. 26.*

Memmiānus, a, um, ad Memmium pertinens. *Cicer. Att. l. 5. epist. 1.* Memmiana prædia.

Memmĭi, m. 2. gens nobilis Romæ. Ex hac fuit Memmius ille, qui a subacta Achaja, captaque Corintho *Achiacus* appellatus est.

Memnon, onis, m. 3 Μέμνων, Tithoni, & Auroræ filius, qui Trojanis ex Oriente ferens auxilia, & fortiter pugnans, ab Achille, vel a Thessalis per insidias, ut alii ajunt, occisus est. *Virg. 1. Æn. v. 493.* Et nigri Memnonis arma. ¶ Cum in rogo cremarentur, precibus Auroræ in avem mutatus esse dicitur, & ex ejus cineribus multæ aliæ aves evolasse, quas Memnonias vocarunt, sive Memnonides. Has ferunt singulis annis ex Æthiopia Ilium advolare, & conligere ad Memnonis sepulchrum, hoc idem quinto quoque anno in Æthiopia circa Memnonis Regiam facere. Ninirum creditum vulgo, aves eas primum visas, postquam Memnon interiit, quemadmodum & fingunt, Diomedis aves demum conspectas post ejus mortem, quia cum socii Diomedis in eas sint conversi; item Meleagrides volunt originem habuisse post Meleagri excessum, mulieribus in has aves conversis, quæ Meleagrum lugerent. *Virg. 1. Æn. Quæst. 1. Met. v. 60. Pl. l. 10. c. 26.* ¶ Memnonis statua apud Ægyptios magica arte ita facta fuit, ut lyra, quam tenebat, certis horis sonum ederet. Hinc *Juv. sat. 15. v. 5.* Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ.

Memnonĭa, f. i. gemmæ species. *Pl. l. 37. c. 10.*

Memnonĭæ aves, vel potius Memnonides, genus avium, a Memnone Æthiopum Rege, cujus circa tumulum quotannis conflgunt. V. *Memnon.*

Memnonĭdes. V. Memnoniæ aves.

Memnonĭus, a, um, adj. ad Memnonem spectans, ut Memnoniæ aves. *Ov. 13. Met. v. 619.* V. Memnon. Memnoniæ domus, h. e. Auroræ. *Propert. l. 1. el. 6. v. 4.* Memnonia regna. h. e. regiones ad Orientem sitæ. *Lucan. l. 3. v. 284.*

Memor, oris, o. 3. *ricordevole*, זכרן, Ger. *der etwas an gedencke*, Gal. *qui se souvient*, His. *el que se acuerda*, μνήμων, qui rei alicujus recordatur, a *memini*. *Cic. 1. Fam.* Qui non tam memores sunt virtutis tuæ, quam laudis inimici. ¶ Dicitur etiam de rebus inanimatis. *Virg. 1. Æn. v. 8.* Sævæ memorem Junonis ob iram. *Liv. l. 1. c. 28.* Primum, ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris levum humanarum fuit. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod non facile excidit e memoria, vel cujus nos mémores sumus. *Hor. l. 1. od. 13. v. 12.* Sive puer furens impressit memorem dente labris notam.

Memorabĭlis, le, o. 3. *memorabile*, נזכר, Ger. *denckwürdig*, Gal. *mémorable*, His. *memorable*, ἀξιόμνημος; dignus memoria. *Cic. de Amic. c. 1.* Cum acceptissimus ab omnibus, maxime memorabilem C. Lælii, & P. Scipionis familiaritatem fuisse. *Plin. l. 5. c. 1.* Studiorum claritate memorabilior, quam regno.

Memoracŭlum, i, n. memoria, monumentum. *Apul. in Apol.* Dixi, me sanctissime tot sacrorum signa, & memoracula custodire.

Memorālis, le, μνημονικός, adj. memoriæ inserviens. *Arnobil. 6. pag. 196.* Memoralia ut indicant scripta. Et *memoralia*, absolute, *memorie*, l. 144. *Dig. de Verb. significat.*

Memoraliter, adv. mente memori, ἐξ μνήμης, *Veniar. Fortun. l. 4. carm.* Annuat omniporens longo memoraliter ævo.

Memorandus, a, um, *memorando*, *memorabile*, נזכר, ἀξιόμνημος, memoria dignus. *Ov. 13. Met. v. 13.* Facta memoranda. *Plaut. Epid. 3. 3. 52.* Memoranda pugna.

Memorario, opis, f. *commemorazione*. *Corn. Gal.* (seu quicumque alius auctor est) *Eleg. 1. in fin.* Dura satis miseris memorario prisca bonorum.

Memorātor, oris, m. qui memorat. *Prop. l. 3. Eleg. 1. v. 33.* Nec non ille tui casus memoratur Homerus.

Memorātrix, icis, f. quæ memorat. *Valer. Flacc. l. 6. 242.* Eoæ memoratrix tibia pugnæ.

Memorātus, us, m. idem quod memoratio. *Gel. l. 11. c. 4.* Eos versus non minus frequenti, assiduoque memoratu dignos puto.

Memorātus, a, um, adj. *ricordato*, *memorabile*. *Plaut. Mil. 3. 3. 39.* Quid istis memoratis opus est? *Gel. l. 19. c. 8.* Ennius in illo memorarissimo libro.

Memŏre, adv. memoriter. *Pompon.* apud *Non. cap. 11. num. 42.* Cum ista memoræ meministi.

Memoria, æ, f. *memoria, ricordanza*, זכר, Ger. *gedechtnus*, Gall. *mémoire*, His. *memoria*, Μνήμη, est facultas quædam mentis humanæ, qua res facile apprehenduntur, & firmiter retinentur, a *memor*. *Cic. 1. de Inv. c. 7.* Memoria est firma animi rerum, & verborum ad inventionem perceptio. *Id. l. 2. c. 53.* Memoria est, per quam animus reperit illa, quæ fuerunt. *Id. 2. Divin. c. 71.* Memoria completi. *Id. 1. de Or. c. 34.* Comprehendere memoria rerum. *Id. pro Quinct.* In memoriam rediit Quinctius. Et *Verr. 3. c. 35.* Quæso redite in memoriam Judices. h. e. in memoriam redigite; quod legitur apud *eumd. 1. Fam. ep. 9.* ¶ Prodere memoriam posteritati, h. e. posteritatis memoriæ aliquid commendare. *Cic. 2. Offic.* Hos beneficiis officiamus, quorum memoria liberis posterisque prodatur. ¶ Dicimus etiam memoriæ prodere, mandare, commendare, &c. memoria tenere, falli, vacillare; insidere memoriæ, inhærere, in memoria, habere, repetere memoria, & similia quamplurima apud *Cic.* passim, & alios. ¶ Memoriam adhibere alicujus rei, est ejus rei meminisse. *Nepos in Epamin. c. 7.* Nullam adhibuit memoriam contumeliæ. ¶ Ex memoria, pro memoriter. *Cic. Catil. 3. c. 6.* Ex memoria vobis, quid censuerim exponam. ¶ Sumitur sæpe memoria pro tempore antecto, pro historia, & monumentis rerum gestarum. *Cic. l. 10. Fam. ep. 16.* Nihil post hominum memoriam gloriosius accidere vidi. *Id. pro Balb. c. 12.* Multi superiore memoria se in alias civitates contulerant. *Id. de Aruspic. resp. c. 17.* Omni memoria, *in omni tempo*: *Gel. l. 4. c. 6.* In veteribus memoriis scriptum est. *Nepos in Annib. c. 8.* De Magonis interitu duplex memoria est, h. e. traditio. *Cic. post redit. in Senat. c. 3.* Pompejus omnium gentium, facinorumque omnium, omnis memoriæ facile princeps, h. e. omnis antiquitatis. ¶ Sepulcra etiam interdum memoriæ nuncupantur. *Inscript. apud Gruter. pag. 827. n. 8.* Servilius se vivo comparavit memoriam sibi, & suis. ¶ Servus *a memoria* apud *Lampr. in Alex. Severo c. 31.*

Memorialis, le, adj. ad memoriam firmandam inserviens. *Suet. in Cæs. c. 56.* Epistolæ ejus ad senatum extant, quas primum videtur ad paginas, & formam memorialis libelli convertisse.

Memorĭŏla, æ, f. dim. a memoria. *Cic. Att. l. 12. ep. 1.* Sed quod scribis ignicolum matutinum, γεροντικώτερον est memoriola vacillare. ¶ In *veteri Inscript. apud Fabretti. c. 2. n. 158.* est parvum sepulcrum.

Memoriōsus, a, um, qui memoriam habet. *Festus*: Memoriosus, memoriosior, & memoriosissimus, & hic vocibus facit.

Memoriter, adv. *a mente*. Germ. *auswendig*, Gal. *par cœur*, His. *de core*, *de memoria*, μνημονικῶς, κατὰ μνήμης, κατὰ στόμα τος, ex memoria. *Cic. in Vatin. c. 4.* Tum memoriter respondeto ad ea, quæ de re ipso rogaro. *Id. 1. Orat. c. 19.* Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demosthenis. *Id. 4. Acad. c. 19.* Orationem memoriter habere. *Sueton. in Neron. c. 10.* ¶ Memoriter salutare. ¶ Memoriter mandare, dicit *Plaut. Capt. 2. 1. 53.*

Memōro, as, avi, atum, a. 1. *ricordare*, זוכיר, Germ. *beprachten*, Gal. *faire mention, reduire en memoire*, His. *acordar*, μνημονεύω, ad memoriam reduco, a memor. *Cic. de Univ.* Ut Oceanum, Salaciamque Cœli satu, Terræque concepta generatos, editosque memoremus. ¶ Sæpe ponitur pro dicere, recitare, mentionem facere. *Cic. 2. Fin. c. 5.* Quia de natura nimis obscure memoravit. *Id. 2. de Leg. c. 24.* Claroram virorum laudes in concione memoranto. *Virg 1. Æn.* Musa mihi causas memora. *Sallust. in Catil. c. 7.* Incredibile memoratu est. ¶ Significat etiam memoriæ mandare, inquit *Festus*.

* Memphidĭus, a, um, ad Memphim seu Ægyptum pertinens. *in Catal. vet. Poet. l. 2. p. 245. Novem.*

Memphis, is, f. *Menchis*, *Mizzir*, Hebr. *Meph*, vel *Noph*, & *Migdol*, urbs exc. Ægypti, ab Osiride condita, al. ab Ogdoo, & a nomine filiæ ejus ita appellata, olim Regia, al. inter omnes urbes Ægypti primum post Alexandriam locum obtinens, pyramidibus, & Regum sepulchris in primis celebris. Sunt, qui credant, hodie *Cairo* dici. Sed Memphis ab altera parte fluminis fuit, e regione Cairi, seu Babylonis, ubi hodie ejus nihil extat. Non procul adhuc pyramidum vestigia cernuntur. Ibi papyri copia. *Plin. l. 5. c. 9.* ¶ Veneri sacram fuisse, tradit *Honorat. l. 3. od. 26. v. 10.*

Memphītes, æ, m. 1. vel memphites, is, m. 3. Μεμφίτης, lapis pinguis, varioque colore, in membris secandis, vel urendis citra omne periculum sensum admens. *Dioscor. l. 5.*

Memphītes, æ, m. 1. Ægyptiacus, ex Memphi urbe. *Tibul. lib. 1. el. 8. v. 28.* Barbara Memphitem plangere docta bovem.

Memphitĭcus, a, um, quod ad Memphim spectat. *Ovid. 1. de Arte, v. 77.* Neu fuge Niligenæ Memphitica sacra juvencæ.

Memphītis, idis, f. Ægyptia, quæ pertinet ad Memphim. *Juv. sat. 15. v. 122.* Anne aliam terra Memphitide sicca invidiam faberent nolenti surgere Nilo?

Mena, f. i. Μήνη, filia Jovis, Dea, quæ menstruis fluoribus præesse putabatur, scilicet luna, quæ Græce Μήνη dicitur. *Augustin. l. 7. de Civ. Dei, c. 2.* ¶ Mena piscis. V. *Mæna*.

Menæchmi, m. 2. Μέναιχμοι, Comœdia Plauti, in qua fratres gemini introducuntur ejusdem nominis, qui indifferta similitudine miros afficientium errores excitant.

Menalippe, f. i. Antiopes Amazonum Reginæ soror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello, quod contra Amazones gessit, quam cum Antiopæ restituerer, accepit pretium arma Reginæ, & balteum. Nam hæc ex eo bello ab Eurystheo reportare jussus fuerat. *Justin. l. 2. c. 4. & Juvenal. Sat. 8. v. 229.*

Menalippus, m. 2. Μενάλιππος, filius Œnei, frater Tydei. A fratre in venatione imprudenter occisus est. ¶ Menalippus alter, vir Thebanus, qui Tydeum in pugna apud Thebas lethaliter vulneravit. V. *Tydeus*.

Menander, m. i. Μένανδρος, Poeta comicus, Theophrasti discipulus, strabo, mente acutus, amore in mulieres insanus. Scripsit fabulas LXXX. & epistolam unam ad Ptolemæum Regem, aliaque nonnulla soluta oratione. Tanto fuit in pretio, ut etiam invitatus sit a Regibus Ægypti, oblatis magnis honoribus, & divitiis. *Quint. l. Amor. & 2. Trist. Quintill. lib. 10. cap. 1.* ¶ Menander item, Laodicensis Sophista. Scripsit commentarios in artem Hermogenis, & in præexercitamenta Minutiani. *Suid.*

Menandrēus, a, um, &

Menandrĭcus, a, um, adj. a Menandro. *Propert. l. 2. el. 5. v. 3.* Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim tanta. *Tertul. de Pall. c. 4.* Menandricus fluxus.

Menapĭi, m. 2. Μενάπιοι, pop. Germaniæ Inferioris juxta Rhenum, inter Rhenum, & Mosam, Eburonibus, & Tungris finitimi, qui plerisque Juliacenses, & Clivenses cum parte Geldrensium esse videntur. ¶ Menapos vocat *Mart. l. 13. epig. 54.* ¶ Apud eos pernæ laudatissimæ fiebant. *Id. ibid.*

* Menceps, mente captus. *Prisc. l. 5. p. 668. Putsch.*

Menda, æ, f. *difetto*, *macchia*. *Ovid. 1. Amor. eleg. 5. v. 18.* In toto nusquam corpore menda fuit.

Mendacilŏquus, a, um, *bugiardo*, ψευδολόγος, qui loquitur mendacium. *Plaut. Trin. 1. 2. 163.* Nihil est profecto stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis.

Mendaciŏlum. V. Mendaciuncula n.

Mendacĭtas, atis, f. mendacium, vel mentiendi consuetudo. *Tert. de Præscript. c. 31.*

Mendacĭter, *bugiardamente*, *falsamente*, ψευδῶς, falso, cum mendacio. *Solin. c. 2. post med.* (al. cap. 5.) Mendaciter prædicare. *Arnob. l. 5. pag. 166.* Historia mendaciter composita. *Augustin. lib. 1. de morib. Eccles. Cathol. cap. 17.* Mendacissime dicere.

Mendācium, cii, n. *bugia*, *menzogna*, כזב, Ger. *lugge*, *luegnerey*, Gall. *mensonge*, *menterie*, His. *mentira*, ψεῦδος, orationis vanitas, a *mendax*. *Cic. pro Cluent. c. 26.* Qui esset totus ex fraude, & mendacio compositus. *Nepos in Att. c. 15.* Mendacium neque dicebat, neque pari poterat. ¶ Mentiri, & mendacium dicere, quid differant. V. Mentior.

Mendaciuncŭlum, li. n. *bugietta*, parvum mendacium. *Cic. 2. de Or. 59.* Quod tamen est mendaciunculis aspergendum. Alii leg. *mendaciolis*.

Mendax, cis, o. 3. *mendace*, *bugiardo*, כוזב, Germ. *luegner*, Gal. *menteur*, His. *mentiroso*, ψεύστης, vanus, futilis, qui frequenter dicit mendacium. *Cic. 2. de Div. c. 71.* Mendaci homini ne verum quidem credere solemus. *Horat. l. 2. epist. 1. v. 112.* Parthis mendacior. *Plaut. Rud. 3. 4. 49.* Tum ego ero mendacissimus. ¶ Conjungitur interdum cum genitivo, ut *Mendax hujus rei est*, idest de hac re mentitur. *Plaut. Asin. 5. 2. 5.* Si hujus rei esse mendacem inveneris. ¶ Mendax fundus dicitur, qui spes coloni fruttratur. *Hor. l. 3. od. 1. v. 30.* Verberatæ grandine vineæ, fundusque mendax.

Mendesĭum, n. 2. *Migrum*, al. *Migni*, Μενδήσιον, opp. & unum ex ostiis Nili, Tanitico proximum, a *mendes*, quod Ægyptiorum lingua hircum notat, quia ibi pan sub hirci specie colebatur. *Plin. l. 5. cap. 10.* Pop. Mendesii. Gent. Mendesius, a, um.

Mendesĭum, n. 2. Μενδήσιον, nobilissimi unguenti genus, a Mendesio opp. Ægypti, quia ex hac urbe præstantissimum mittebatur. *Plin. l. 13. c. 1.*

Mendicabŭlum, n. 2. *mendicazione*, *pitoccheria*, שד, Germ. *bettel*, *bettelwerck*, *betteley*, Gal. *mendicité*, His. *mendiguez*, πτωχεία, mendicatio. *Plaut. Aul. 4. 8. 2.* Nam istos Reges memoriæ nolo, hominum mendicabula. ¶ Item mendicus, *pitocco*. *Apul. l. 9. Met.* Circumforanum mendicabulum producor ad viam.

Mendicabundus, a, um, mendicans, *Augustin. epist. 140.* Mendicabunda prece stipem rogare.

Mendicatio, onis, f. actus mendicandi. *Sen. epist. 101.* Fœda vitæ mendicatio.

Mendicātus, a, um, partic. a mendicor, ut Cibo mendicato pasci. *Ovid. Trist. 5. eleg. 8. v. 13.*

Mendĭce, adv. *poveramente*, *mendicamente*. *Sen. epist. 33.* Non tam mendice tecum agam, sed plena manu. *Tertul. de pal. cap. 5.* *sub fin.* Ne mendicius parce cœnasset.

Mendicimŏnium, n. 2. *mendicità*, πτωχεία, inopia. *Laber. apud Non. c. 2. n. 555.*

Mendicĭtas, atis, f. πτωχεία, inopia. *Cic. pro Rosc. Amer. cap. 31.* Hunc in summa mendicitate esse. *Id. 5. Fin. cap. 11.* Cum & mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant.

Mendicŭm. V. Mendicum.

Mendĭco, as, avi, atum, a. 1. *mendicare*, שאל, πτωχεύω, vitæ alimenta ostiatim quærere. *Juven. sat. 4. v. 117.* Dignus Arcinos qui mendicaret ad axes. ¶ Translate accipitur pro quærere. *Plaut. Amph. 4. 2. 12.* Quia fenestra ætate a me mendicas malum. ¶ Idem *mendicor, aris*, usurpat deponenti forma, *in fragm. apud Non. c. 2. n. 541.*

Mendicŭla, æ, f. vestimenti genus, quale illud, quo Meddices, Magistratus apud Oscos; utebantur. *Plaut. Epid. 2. 2. 39.* Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam? Dicta est a *Meddice*, teste *Festo*. Sed facetus Comicum jocum captavit in his vocibus. Nam ad Regum, & mendicorum contrariam sortem alludens, cum *regillam* nominasset, subjecit *mendiculam*.

Mendicŭlus, m. 2. dimin. a mendicus. *Cic. in Catil. 2. c. 3.* Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis. *Al. aliter leg.*

Mendicum, n. 2. al. mendicium, velum, quod in prora ponitur. *Fest.*

Mendĭcus, a, um, *mendico*, *pitocco*, πτωχός, דל, אביון, qui victum ostiatim quærit, pauper, inops. *Cic. pro Mur. c. 29.* Solos sapientes, si mendicissimi, divites. ¶ Translate ponitur pro infirmo, & imbecillo, & quod alieno auxilio indiget. *Cic. 3. de Orat. c. 24.* Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, ære, tractum ex vulgi opinionibus, exiguum sane, ac mendicum est.

Mendōse, adv. *scorrettamente*, Germ. *fuelfehlich*, *mit fehlern*, Gal. *d'une maniere peu correcte, juste, exacte*, His. *con errattas*, πλημμελῶς, incorrecte, inemendate. *Cic. ad Q. Fratr. l. 3. epist. 5.* Ita mendose & scribuntur, & veneunt. *Id. 1. de Inv. c. 7.* Quod ejus ars, quam edidit, mihi mendosissime scripta videatur. *Pers. sat. 6. v. 85.* Mendose colligis, h. e. falso arguis.

Mendōsus, a, um, *scorretto*, שקרן, נפש, לב, שכל, דעת, *die vernunfft*, Gal. *entendement, esprit*, His. *lleno de erratas*, πλημμελή, ψεῦδος, erroribus plenus. *Cic. 4. Ver. c. 77.* Cur servus societatis, qui tabulas confecerit, semper in Verrutii nomine certo ex loco mendosus esset. ¶ Ponitur quandoque pro vitioso. *Cic. de Orat. l. 2. c. 19.* In quo & deesse aliquam partem, & superare, mendosum est. *Idem in Brut. c. 16.* Quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. *Ovid. 12. Met. v. 399.* Mendosa facies. ¶ Ponitur interdum pro mendaci. *Sever. in Ætna, v. 73.* Hæc est mendosæ vulgata licentia famæ.

Mendum, i, n. *errore*, *fallo*, תערות, πταίσμα. *Cicer. 4. Ver. c. 42.* Quod mendum ista litura correxit? *Cæcina Cic. l. 6. Fam. epist. 7.* Nam cum mendum scripturæ litura tollatur.

Menelæĕus, f. 2. Μενελάειος, avis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans, quæ sola fœtus suos alit, frequensque vevatur in montibus. *Plin. l. 10. c. 3.*

Menelæus, a, um, ad Menelaum pertinens, *Propert. lib. 2. eleg. 12. v. 14.* Cum Menelaco surgeret e thalamo.

Menelāus, m. 2. Μενέλαος, filius Atrei, & Æropes, ut *Homerus* tradit; Plisthenis vero, ut *Hesiodus*, & frater Agamemnonis, Rex Spartæ, qui Helenam Jovis, & Ledæ filiam uxorem habuit. Confecto bello Trojano Helenam recepit, confectaque navi post octavum errotis annum domum rediit. V. Helena.

Menenĭa Tribus, V. Mentina. ¶ Menenia lex. V. Ateria.

* Menerva. V. Minerva.

* Menervare, monere. V. Promenervat.

Menĭa columna, dicta est a quodam Menio, de quo vide in dictione sequenti. Erat autem in foro, in urbe Roma: habebatque superpositas contignationes, ex quibus ludos gladiatorum spectabant. *Cic. pro Sexr. cap. 58.* Venit, ut scitis, ad columnam Meniam.

Meniānum, i, & in plur. Meniana, orum, & Meniana ædificia, *paginoli*, *loggie*, pergulæ projectæ, ita dictæ a Menio quodam scurra, qui, cum domum suam venderet Catoni, & Flacco Censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, excepit sibi jus unius columnæ, extra quam signa projicerent, tabulasque superponeret, unde & ipse, & posteri ejus spectare munus gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur. *Ascon. in Divin. Fest. Non. c. 1. n. 333.* *Suet. in Calig.* Pauci e proximis Meniania spectabant. *Vitruv. l. 5. c. 1.* Meniana que superioribus coaxationibus collocentur. ¶ Legitur & *Maniana*.

Manippeus. V. Manippus.

Menippus, Phœnix, Philosophus Cynicus, scripsit quasdam epistolas, nænias, testamenta, & id genus nugas, crebris salibus, & Cynica mordacitate respersas, ad quarum imitationem M. Varro satyras conscripsit, quas *Menippeas* appellavit. *Macrob. Satur. 1. c. 11.*

quadra, qua utimur in mensa ad epulas in frusta conscindendas, *sagliere*. Fieri solebat ex ligno, aut stanno, interdum etiam ex pane. *Virg. 1. Æn.* Accisis coger dapibus consumere mensas. ¶ Item pro tabula, ubi vasa collocabantur. *Varr. lib. 4. de L. L. cap. 26.* ¶ Item pro abaco nummulariorum, & argentariorum, qui inde mensarii dicti. *Cic. in Pis. cap. 36.* Stipendium militibus per omnes annos a civitatibus, mensis palam propositis, esse numeratum. ¶ Item pro ara, teste *Festo. Petron. Satyr. cap. 135.* Mensam verérem posuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus. ¶ Mensæ lanionia annumeratur inter instrumenta carnificis, a *Sueton. in Claud. cap. 25.* ¶ Denique mensa dicitur pars plana in catapultis, & ballistis, quæ continet brachia machinatorum, & totum pegma. *Vitruv. l. 10. cap. 16.*

Mensalis, le, adject. ad mensam pertinens. *Papisc. in Tac. c. 10.* Argentum mensale. *Id. in Aurelian. c. 9.* Vinum mensale.

Mensarius, m. 2. *cassiere, banchiere*, שולחני, Germ. *wechsler*, Gal. *banquier*, Hisp. *banquero*, τραπεζίτης, & κολλυβιστής, nummularius, argentarius, campsor pecuniarum a *mensa*, qua abacum nummulariorum notat. *Cic. pro Flac. cap. 19.* In qua nummus moveri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis. *Liv. l. 7. c. 21.* Quinque viris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt.

Mensātim, adverb. per mensas. *Juvenc. 3. vers. 214.* Et cunctæ curat mensatim tradere plebi.

Mensio, nis, f. *misura*, מדה, Germ. *ein messung*, Gal. *mesurement*, Hisp. *medimiento*, μέτρησις, mensura, actus metiendi. *Cic. in Orat. c. 53.* Naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem animus, aurium nuntio.

Mensis, is, m. *mese*, ירוש, Germ. *ein monat*, Gal. *un mois*, Hisp. *mes*, μὴν, spatium temporis, ex multis diebus constans, *exempl. grat.* ex triginta, a nomine Græco allato, quod a μὴν, *Luna*, quia est spatium illud, quo Luna Zodiacum percurrit. *Var. lib. 5. de L. L. cap. 2. & c. 2. de nat. Deor. cap. 27.* deducit a *metior*, his verbis: Qui quia mensis spatia conficiunt, menses nominantur. *Id. de Un. cap. 9.* Mensis autem, quando Luna lustrato suo cursu Solem consecuta est. ¶ Romulus annum in decem menses divisit. Numa Pompilius, cum Romuli annum ad Solis, nec Lunæ cursui congruere cerneret (constabat enim ex diebus 305.) duos menses addidit, Januarium, quem in principio anni collocavit, & Februarium, quem in fine, post Decembrem. *Ovid. l. & f. Fast.* C. Julius Cæsar, qui ad Solis cursum annum direxit, atque idcirco civilem ex 365. diebus, & sex horis constituit, dierum numerum quibusdam mensibus auxit, ut verb. grat. September, & November, qui antea habebant 29. constanter ex triginta, & sic de reliquis. V. *Sueton. in ejus vita, cap. 40.* ¶ *Ovid. lib. 8. Metam. v. 500. mensum* dixit, pro *mensium*; illo carmine: Et quos sustinui bis mensum quinque labores. *Addc 5. Fast. v. 424.* ¶ Menses in plur. num. accipiuntur etiam pro mulierum menstruis. *Plin. l. 21. c. 21.* Prodest mulierum mensibus retardaris. ¶ Interdum & in num. sing. fed rarius. *Idi. l. 7. calc.* Privatim autem contra eiucas ambiri arbores singulas a muliere incitari mensis, nudis pedibus recincta.

Mensor, oris, m. 3. *misurasore*, מודד, μετρητὴς; qui aliquid metitur: speciatim vero mensores appellantur agrorum finitores. *Col. lib. 6. cap. 1.* Non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. ¶ Item qui in castris dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant. *Veget. l. 2. de re mil. c. 7.* ¶ Cœli mensor est astrologus, terræ mensor geometra. *Horat. l. 1. ed. 28.* Te maris, & terræ, numeroque carentis arenæ mensorem cohibent, Archita, &c.

Menstrālis, le, adject. ad menstrua pertinens. *Papisc. in Tac. c. 10.* Argentum mensale. *Id. in Aurelian. c. 9.* Vinum mensale.

Menstrārius, m. 2. *cesſiere, banchiere*, שולחני, Germ. *wechsler*, Gal. *banquier*, Hisp. *banquero*, τραπεζίτης, & κολλυβιστής, nummularius, argentarius, campsor pecuniarum a *mensa*, qua abacum nummulariorum notat. *Cic. pro Flac. cap. 19.* In qua nummus moveri nullus potest sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis. *Liv. l. 7. c. 21.* Quinque viris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt.

Mensātim, adverb. per mensas. *Juvenc. 3. vers. 214.* Et cunctæ curat mensatim tradere plebi.

Mensio, nis, f. *misura*, מדה, Germ. *ein messung*, Gal. *mesurement*, Hisp. *medimiento*, μέτρησις, mensura, actus metiendi. *Cic. in Orat. c. 53.* Naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem animus, aurium nuntio.

Mensis, is, m. *mese*, רוש, Germ. *ein monat*, Gal. *un mois*, Hisp. *mes*, μὴν, spatium temporis, ex multis diebus constans, *exempl. grat.* ex triginta, a nomine Græco allato, quod a μὴν, *Luna*, quia est spatium illud, quo Luna Zodiacum percurrit. *Var. lib. 5. de L. L. cap. 2. & c. 2. de nat. Deor. cap. 27.* deducit a *metior*, his verbis: Qui quia mensis spatia conficiunt, menses nominantur. *Id. de Un. cap. 9.* Mensis autem, quando Luna lustrato suo cursu Solem consecuta est. ¶ Romulus annum in decem menses divisit. Numa Pompilius, cum Romuli annum ad Solis, nec Lunæ cursui congruere cerneret (constabat enim ex diebus 305.) duos menses addidit, Januarium, quem in principio anni collocavit, & Februarium, quem in fine, post Decembrem. *Ovid. l. & f. Fast.* C. Julius Cæsar, qui ad Solis cursum annum direxit, atque idcirco civilem ex 365. diebus, & sex horis constituit, dierum numerum quibusdam mensibus auxit, ut verb. grat. September, & November, qui antea habebant 29. constanter ex triginta, & sic de reliquis. V. *Sueton. in ejus vita, cap. 40.* ¶ *Ovid. lib. 8. Metam. v. 500. mensum* dixit, pro *mensium*; illo carmine: Et quos sustinui bis mensum quinque labores. *Addc 5. Fast. v. 424.* ¶ Menses in plur. num. accipiuntur etiam pro mulierum menstruis. *Plin. l. 21. c. 21.* Prodest mulierum mensibus retardaris. ¶ Interdum & in num. sing. fed rarius. *Idi. l. 7. calc.* Privatim autem contra eiucas ambiri arbores singulas a muliere incitari mensis, nudis pedibus recincta.

Mensor, oris, m. 3. *misurasore*, מודד, μετρητὴς; qui aliquid metitur: speciatim vero mensores appellantur agrorum finitores. *Col. lib. 6. cap. 1.* Non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. ¶ Item qui in castris dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant. *Veget. l. 2. de re mil. c. 7.* ¶ Cœli mensor est astrologus, terræ mensor geometra. *Horat. l. 1. ed. 28.* Te maris, & terræ, numeroque carentis arenæ mensorem cohibent, Archita, &c.

Menstrŭa, orum, n. *mestrui*, נדה, Germ. *der weiber zeit, monatliche krankheit*, Gal. *les mois, purgation des femmes*, Hisp. *regla, costumbre, flor*, καταμήνια, mulierum profluvium est, & purgatio frigidi & indigesti humoris, quem natura quasi noxium expellit, a *mensis*, quod unoquoque mense mulieribus, quæ ejus ætatis sunt, ut possint concipere, soleant accidere. Unde etiam *menses* appellantur. *Celsi. lib. 6. cap. 6.* Menstrua bene respondentia. *Colum. lib. 11. cap. 3.* Mulier quæ in menstruis est:

Menstruālis, le; o. 3. *cosa che si fa ogni mese*, בן חדשו, Germ. *alle monat*, Gal. *qui se fait tous les mois*. Hisp. *cosa de cada mes*, Μηνιαῖος, quod singulis mensibus fit. *Plaut. Capt. 3. 1. 23.* Qui solebam menstruales epulas ante adipiscier. ¶ Item quod menstruis, seu sanguinis profluvio opnoxium est, ut Menstrualis mulier, quæ menstrua patitur. *Plin. lib. 29. cap. 10.* Gamia vero accessu mulieris menstrualis flavescunt.

Menstrŭans, antis, cui menstrua fluunt. *Pallad. l. 1. tit. 35.* Mulier menstruans.

Menstrŭum, V. Menstruæ.

Menstrŭus, a, um, *di un mese*, בן חדשו, Germ. *ein monat lang*, Gal. *d'un mois*, Hisp. *de un mes*, ἐμμήνιος, seu ἔμμηνος, quod est ugius mensis, vel quod singulis mensibus fit. *Cic. 1. de nat. Deor. cap. 31.* Hujus hanc illustrationem ejusdem incensa radiis menstruo spario Luna complet. *Id. 5. Ver. cap. 30.* Una civitas menstrua cibaria Prætoris imperio donare Apronio cogitur, *mensua*, quod & menstruum absolute dicitur. *Liv. lib. 44. cap. 2.* Consul, menstruum justo milite secum ferre, profectus est.

Mensŭla, f. 1. dim. a mensa. *Plaut. Most. 1. 3. 150.* Appone hic mensulam.

Mensularii, m. 2. iidem qui mensarii. *Ulp. l. si ventri, ff. de priv. credit.* Usus est etiam *Sen. l. 4. controv. 24.*

Mensūra, æ, f. *misura*, מדה, Germ. *ein maass od. mess*, Gal. *mésure*, Hisp. *medida*, μέτρον, instrumentum, quo metimur, aut quo rei alicujus quapriratem deprehendimus, a *mensus*, quod a *metior*. *Plin. l. 7. cap. 56.* Mensuras, & ponderа Phidon Argivus, aut Palamedes (ut maluit *Gellius*) invenit. ¶ Translate *Cic. in Orat. c. 20.* Quicquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest a versu, numerus vocatur. *Tacit. l. 1. hist. c. 52.* Nec consularis legati mensura, sed omnia in majus accipiebantur, *h. e.* pro conditione, & modo consularis legati. *Plin. l. 2. ep. 1.* Alicujus rei mensuram agere. *Plin. alter epist. 12. l. 10.* Mensura beneficii.

Mensurabĭlis, le, quem metiri possumus. *Prudent. Apotheos. v. 881.*

Mensurālis, le, ad mensuram pertinens, ut mensuralis linea, apud *Sicul. Flac. edition. Goesii, pag. 146. & 23.*

Mensuraliter, adv. per mensuram. *Hygin. de Limit. pag. 167. Goes.*

Mensurātio, onis, f. actus mensurandi, apud *Auctores de limitib. edition. Goes. pag. 264.*

Mensurnus, a, um, adject. menstruus. *Cic. l. 1. de Inv. c. 26.* Annuum, menstruum, diurnum, nocturnumve spatium. Ita legit *Brissian sub fin. l. 2.* Alii *menstruum*. Legitur hæc vox etiam apud *Novatian. de Trin. c. 1.*

Mensŭro, as, a. 1. metior, *misurare*: *Veget. l. 1. c. 25. de re milit.*

Mensus, a, um, partic. a merior passive signif. *misurato*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 27.* Mensa spatia conficere. *Curt. l. 5. c. 1.* Ducenis stipendium pedestrium mensum est.

Mensus, us, m. *misura*, מדה, μέτρον, mensura. *In quodam fragm. quod tribuitur Varroni de Geometr.* Longitudines, & altitudines mensu certo distinguere. *Apul. de Mundo.* Cujus mensu appensuque distincta est natura regio. ¶ Extra ablativum casum non usurpaverim, antequam exempla reperiam.

Menta, æ, f. *menta*, ἡδύοσμος, Μόλυν, herba hortensis odorifera: ita dicta a Menthe, seu Minthe nympha, Cocyti filia, Platonis pellice, quam Proserpina in hanc herbam mutasse dicitur (unde & mentha eum adspiratione a nonnullis scribitur.) *Ovid. 10. Metam. v. 728.* an tibi quondam Feminea attua in olentes verteret mentas, Persephone, licuit? Postea ab odoris suavitate ἡδύοσμος appellata: ab ἡδύς, suavis, & ὀσμὴ, odor: ut *Plin. l. 19. c. 8. a med.* docet. *Id. ibid.* Grato mensa mentas odore percurrit in rusticis dapibus. *Calum. l. 10. vers. 119.* Serpensis gramina meritæ. *Martial. l. 10. ep. 48.* Mentæ rivarrix.

Mentāgra, f. i. ἕλκωσις λειχὴν, morbus, al. lichen, qui mentum, deinde faciem, collum, pectus, manusque fœdo quodam furfure occupat, a *mentum*, & ἕλκρα, *captura*, quasi menti captura, quia a mento incipit. *Plin. l. 26. c. 1.*

Mentastrum, n. a. *mentastro*, ἡδύοσμος ἄγριος, sylvestre olus, dictum, quod mentam imitetur, quasi sylvestris menta. *Plin. l. 9. c. 8.*

Mentha, æ, fem. V. Menta.

Mentiens, entis, qui mentitur. *Mentiensem* vertit *Cic. l. 2. de Div. c. 4.* genus argumentationis captiosæ, quam Græci ψευδόμενον appellant, inde ducto nomine, quod ea sæpe in exemplum formula afferri soleat, ex *Gel. l. 18. c. 2.* Cum mentior, & mentiri me dico, mentior, an verum dico?

Mentigo, inis, f. λειχὴν, genus morbi, quod pecudes invadere soleat. *Col. l. 7. c. 5.* Est autem mentigo quam pastores ostiginem vocant, mortifera lactentibus.

Mentina, Tribus rusticæ nomen apud Romanos, de qua mentio est apud *Cic. l. 13. Fam. epist. 11.* & *in veter. Inscriptionib.* in quibus quia fere *Mæn.* scribitur, facit qui legunt *Menenia*, duct. nomine a Menenia familia R. V. *Rosin. l. 6. Ant. Rom. c. 5.*

Mentĭo, onis, f. *menzione*, זכרון, Germ. *meldung*, Gall. *mention*, Hisp. *mencion*, *memoria, Μνεία*, commemoratio, a *meni*. *Cic. l. 13. Fam.* Nemo mentionem tui fine tua summa laude fecit. *Id. Agr. 3. c. 2.* De quo ego apud vos feci mentionem. *Id. de Amic. c. 1.* In mentionem alicujus rei incidere. *Plaut. Most. 3. 2. 126.* Noli facere mentionem te has emisse. *Liv. l. 4. c. 1.* Mentio fensim illata a tribunis, ut &c. Sic mentionem habere alicujus. *Id. l. 38. c. 56.* mentionem de aliqua re movere. *Id. l. 28. c. 11.* ¶ Mentionem facere est etiam formula sponsalitia, qua utitur, qui puellam in matrimonium sibi poscit; qui vero despondet, promittere, vel repromittere dicitur. *Plaut. Aulul. 2. 2. 27.* Ubi mentionem fecero de filia, mihi ur despondeat, se se a me derideri rebitur. Adde *ibid. 4, 7. 3.* Hinc *Florentin. Dig. lib. 23. tit. & leg. 1.* sponsalia definiens, Sunt, *inquit*, sponsalia mentio, & repromissio futurarum nuptiarum.

Mentior, iris, itus sum, d. 4. *mentire, dir bugia*, נכזב, שקר, Germ. *liegen, dergleichen thun*, Gall. *mentir, feindre*, Hisp. *mentir*, ψεύδομαι, contra id, quod in mente est, loquor, mendacium dico. Construitur vel absolute, vel cum dat. vel cum acc. & præp. *adversus*, vel *in*, vel *ad*, vel cum abl. & præp. *de*, vel *in*. *Ter. Heaut. 3. 2. 38.* Non est mentiri meum, idcirco, non consuevi mentiri. *Plaut. Amph. 1. 2. 6.* Ille adeo illam mentiri sibi credet. *Id. Aulul. 4. 7. 9.* Egone ut te adversum mentiar, mater mea? *Cic. 3. Off. c. 20.* Non cadit in virum bonum mentiri. *Id. Att. l. 12. ep. 21.* Mentiri in aliqua re. *Gel. l. 15. c. 22.* Mentiebatur od milites, si mendacium prodesset. ¶ Item cum parte aliqua orationis. *Plin. l. 12. c. 15.* Qui e thure arbore utrumque nasci mentirentur. *Senec. ep. 118.* Mentior, nisi adhuc quærit afcendere. ¶ Mentiri, & mendacium dicere differunt. Unde *Nigidius* apud *Gell. l. 11. c. 11.* Vir bonus præstare debet, ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat. Aliquando tamen mentiri est per imprudentiam falsum dicere, sicut & mendacium dicere. *Cic. l. 4. Tusc.* Atque in eo litigant cum Epicuro; non multum mentiente. ¶ Interdum est fingere, simulare, imitari. *Col. in præf. l. 1.* Quod a natura sexum viris denegatum mulieribri inoru mentiantur. *Virg. 4. Eclog. v. 42.* Nec varios discet mentiri lana colores. *Martial. l. 3. epigr. 43.* Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis. ¶ Participp. *mentiturus. Ovid. 4. Trist. eleg. 3. v. 16.* Non mentitura tu tibi voce refer. *Mentibor*, pro mentiar. *Plaut. Mil. 2. 1. 35.* Allentandum est, quidquid hic mentibor. ¶ Scribit *Prisc. l. 8. pag. 799. Putsch.* antiquos ipsurpasse *memdo* pro *mentior*, sed nullum adducit exemplum.

Mentisco, onis, f. mendacium. *Auct. ad Heren. l. 3. c. 2.* Dolus consumitur in pecunia, pollicitatione, dilimulatione, maturatione, mentitione. Al. leg. *mansione*.

Mentītus, a, um, partic. a mentior. *Jurisc

Ters. Phorm. 2. 2. 75. Nihil suave meriturn est, id est nihil mihi mercedis suave est. V. ibi *Donat.* ¶ Transferrur interdum ad animalia. *Pallad. in Martio, tit.* 13. *de equis.* In admissario quatuor spectanda sunt, forma, color, meritum, pulchritudo. Italice *bravura.*

Meritus, a, um, qui meruit, *ebi ha meritato*, part. a mereor. *Plin. l.* 7. *c.* 30. *de Ciceron.* Primus in toga triumphum, linguæque lauream meritæ. ¶ Sæpe ponitur pro eo, qui beneficium in aliquem contulit, & fere conjungitur cum adv. *bene, melius, optime, male, pejus, pessime*, & construitur cum abl. & præp. *de. Cic. l.* 6. *Fam.* Cogor nonnunquam homines non optime de me meritos defendere. ¶ Meritus erga aliquem. *Plautus Amphyt.* 5. 1. Ut ut erga me est merita. ¶ Interdum passive usurpatum reperitur. *Elio. l.* 7. *cap.* 28. Quæ Cannis corona meritæ? ¶ Est etiam nomen ex participio, & sumitur pro digno, congruo, convenienti, ἄξιος. *Virg.* 3. *Æn. v.* 118. meritos aris mactavit honores. *Cic. l.* 2. *de Or. cap.* 50. Iracundiam debitam, ac meritam defendere. *Plin. lib.* 5, *ep.* 15. Fama optima, & meritissima frujtur. *Inscrip. apud Reines. class.* 5. *n.* 35. Filiæ meritissimæ.

Mero, onis, V. Æro.

Mero, per jocum dictus est Tiberius Cæsar pro Nero, quod impendio vinosior esset. *Suet. in ejus vita c.* 42. In castris tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Cladius, pro Nerone Mero vocabatur.

Merobiba. V. Meribiba.

Meroctes, m. i. capillus porracei coloris, qui lacte sudat. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Merope, es, f. i. per græs syllabas, *Guegnere*, al. *Neube*, *Mepoi*, insula magna Æthiopiæ cum urbe cognomine, a Nilo, Astapo, & Astabora fluminibus effecta, glyci figura, metallis omnibus abundans. V. *Plin. l.* 2. *c.* 73. & *Lucan. l.* 10. *v.* 303.

* Meróis, idis, ἡ, μερὶς, herba in Meroe nascens. *Plin. l.* 24. *c.* 17.

Merope, es, f. 1. Atlantis, & Plejones filia, una Pleiadum. Inter Plejades stellas obscurissima fingitur. Causa est, quod Sisypho Regi Corinthiorum homini mortali nupserit, ex quo Creontem, Glaucum, & Laertem peperit. *Ov. 4. Fast. v.* 175.

Merops, f. 3. Μέροψ, avis, pallido intus colore pennarum, superne cyaneo, prioze subrutilo. Nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine. Insecta in primis est alveatilis, apesque absumit. Unde *apiaster* a quibusdam appellatur. Teste *Serv. ad 4. Georg. vers.* 13. Pietate in parentes volucribus cæteris præstat. Nam ubi primum per ætatem volare potest, parentes in altissimis specubus reconditos alit. *Plin. l.* 10. *c.* 33.

Mersito, as, frequentativum a mergo. *Solin. c.* 45. (al. 57.) Profundius nares mersitat in bibendo.

Merso, as, avi, atum, a. 1. *bagnare spesso*, טבל, Germ. *eintuncken*, Gal. *plonger souvent dans l'eau*, Hisp. *cabullir de baxo de l'agua*, *Bamrillar*, sæpe mergo, *Virg.* 1. *Georg. vers.* 272. Balantumque gregem fluvio mersare salubri. ¶ Translate *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 16. Mersor civilibus undis.

Mersus, a, um, nom. ex participio a mergo, *affondato*, *immerso*. *Lucan. l.* 3. *v.* 632. Mersa carina. *Virg. 6. Æn. v.* 267. Res alta terra & caligine mersæ. *Stat. lib.* 5. *Sylv. 1. v.* 205. in corde mersus dolor. *Juven. Sat.* 11. *v.* 40. Ære paremo, ac rebus mersis in ventrem. ¶ *Mersi foro dicuntur*, qui ære alieno obruti sunt: olim enim in foro stabant danistæ, & fœneratores. *Plaut. Epid. l.* 2. *v.* 16. Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos, quam foro.

Merro, as, a. 1. idem quod mersо, apud *vet. Fest. Accius apud Non. c.* 2. *n.* 542. Vel hic, qui in ea parte efferenata impudentia præsentem præsens dictis mertare instituit. ¶ Item idem quod mereor, *meritare*. *Id. apud eund. ib. n.* 533. Sicut decuit, aut meus mertaret dolor.

Merula, æ, f. *merlo*, Germ. *ein amsel*, Gal. *une merle*, Hisp. *mirla*, *mierla*, κόττυφος, κόττυφος, avis genus, a *merus*, solus, quia solivaga est, & solitaria pascitur. *Varro l.* 3. *de L. L. c.* 11. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Merula ex nigra rufescit, æstate canit, hyeme balbutit, circa solstitium muta. *Cic. 5. Fin. c.* 15. Serpere anguiculos, evolare merulas. ¶ Est etiam piscis saxatilis. *Plin. lap.* 32. *c.* 11. *& lib.* 9. *cap.* 15. ¶ Item genus machinæ hydraulicæ, quæ aquæ motu voces edit. *Vitruv. lib.* 10. *cap.* 12.

* Merulentus, a, um, meri bibax. Al. *vemulentus*. V. Bibax.

Merulus, i, m. merula. *Auctor carm. de Philomela*, *v.* 13, Et merulas modulans tam pulcris concinit odis.

Merum, n. sub. *vino puro*, יין, שכר, Ger. *lauter wein*, *wein ohne wasser*, Gal. *vin pur*, Hisp. *vino puro*, *no aguado*, ἄκρατον, vinum aqua non dilutum. *Pl. Lat. c.* 1. Merum quidem reuedio est contra cicutas. *Plaut. Curc. v.* 2. 35. Ingurgitare se in merum.

Merus, a, um, o. 1. 2. *solo*, *puro*, לבד, Ger. *angemenget*, *ungemischet*, Gal. *seul*, *pur*, *sans mixtion*, Hisp. *solo*, ἄκρατος, solus, purus, ut Merum vinum, idest, solum, ubi aqua est nulla, & aqua mera, cui nihil aliud est admistum. *Ov. 15. Met. v.* 331. Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 8. Mera libertas. *Cic. 9. Att. ep.* 12. Mera scelera loquuntur. *Juven. Sat.* 6. *vers.* 158. Observant ubi festa mero pede sabbata Reges, h. e. nudo.

Merx, cis, f. 3. *merce*, מכר, Ger. *waare*, *kaufmannschafft*, Gall. *denrée*, *marchandise*, Hisp. *mercaduria*, ἐμπορία, est res ipsa, quæ emitur, venditurve, ab antiquo nominativo *mercis*, qui a *mergor*. *Cic. in fragm.* apud *Non. c.* 5. *n.* 35. Phœnices primi mercaturis, & mercibus suis cupiditates omnium rerum exportaverunt in Græciam. *Id. pro Rabir. Post h. c.* 14. Fallaces & fucosæ merces. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 129. Proba merx facile emptorem reperit: invendibili merci oportet ultro emptorem adducere. ¶ *Mala merx*, convicium est in hominem nequam. *Plaut. Cist.* 4. 2. 61. Mala merx hera hæc, & callida est.

Mesa cannabis, μέση, h. e, media. *Plin l.* 29. *cap.* 9. *de cannabi*. Tria ejus genera; improbatur cortici proximum, aut medullæ, laudatissima est e medio, quæ mesa vocatur. ¶ Mesa chorda, V. *Mese*.

Mesanciilon, i, μεσόγκυλον, genus teli, in medio amentum habens. *Gel. lib.* 10. *c.* 25. ubi notant Interpretes, corrupte legi *mesancula*, pro *mesancula*.

Mesapia, æ, Messapia, æ, *terra d'Otranto*, regio Italiæ, alias Apulia, a Mesapo rege sic dicta. *Festus*.

Mesapius, & Messapius, a, um, adject. ad Mesapiam pertinens. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 513. Mesapiaque arva relinquit.

Mesapus, seu Messapus, m. 2. filius Neptuni, qui in equis domandis excellusse, & igni, & ferro infuperabilis fuisse fingitur. Servius idcirco Neptuni filium appellarum putat, quod per mare in Italiam fuerit vectus in auxilium Turni adversus Æneam. V. *Virg. l.* 7. *Æn. v.* 691.

Mesaulæ, m. 1. μέσαυλοι, ædium itinera dicuntur inter duas aulas, id est, duo atria interposita. *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. V. *Andron*.

Mese, μέση, idest media, chordæ nomen, quæ nunc a Musicis vocatur *a la mire*. *Vitruv. l.* 5. *c.* 4. & 5.

Mesembria, æ, f. *Mesembre*, urbs Thraciæ, Megarensium colonia. Hinc

Mesembriacus, a, um, ut Mesembriacus portus, apud *Ovid. 1. Trist. el.* 10. *vers.* 37.

Meses, ventus inter Boream, & Cæcian, *Greco*, μέσης, *Plin. l.* 2. *c.* 47.

* Mesobrachys, μεσοβραχύς, pes quinque syllabarum, quorum media est brevis, ut *quicherrimarum*. *Dom. l.* 2. *p.* 479. *Pusch.*

Mesochorus, m. 2. μεσόχορος, qui in medio turbæ stans reliquis canendi, vel aliud agendi signum proponit. *Sidon. l.* 1. *epist.* 2. Nullus tibi lyristes, choraules, mesochorus. *Plin. l.* 2. *epist.* 14. græce scripsit: Hoc infiniti clamores commoventur, cum Μεσόχορος dedit signum.

Mesolabum, & Mesolabium, ii, μεσόλαβον, μεσολάβιον, instrumentum ad alicujus rei medium inveniendum aptum. *Vitruv. lib.* 9. *cap.* 3. Mesolabi ratione idem explicaverunt,

Mesoleucos, m. 2. μεσόλευκος, gemma nigra, quam mediam linea alba distinguit. *Plin. l.* 37. *c.* 29. ¶ Est præterea hoc nomine herba quædam habens candidam lineam per folium discurrentem. *Plin. l.* 27. *c.* 11.

* Mesomeros, μεσόμηρος, pes contrarius Mesobrachys, ut *avidissimus*. Diomed. *l.* 3. *p.* 478. *Pusch.*

Mesomelas, f. 3. Μεσομέλας, gemma alba, quam linea nigra distinguit, *Plin. l.* 37. *c.* 10. Mesomelas, nigra vena quemlibet colorem secante per mediam. Nam Μέλας, *niger* dicitur.

Meson, onis, m. 3. Μέσον πρόσωπον, persona comica aut coqui, aut nautæ, aut ejus generis. *Fest.* Dicta est a Μέσος, *medius*, quia coquorum, nautarum, cerdonum, atque hujusmodi opificum personæ mediæ sunt, ut quæ neque serviles videantur, cum liberæ sint operæ, neque omnino liberæ, cum mercenariæ. Sed Aristophanes Grammaticus ait, dictam esse ab inventore Mesone comœdo.

Mesonauta, æ, m. Μεσοναύτης, ut ipsum græcum nomen indicat, est ille, qui in media navi omnibus præsto est. *Hermolaus* putat esse vilis mancipii nomen, ut mediastinus domi, ad purgamenta efferenda, ligna congerenda, & alia hujusmodi ministeria. *Budæus in annot. in Pandect. ad leg.* 1. *Dig. de naut. caupon. &c.* ubi haberur hæc vox.

* Mesonychium, μεσονύχιον. *Inscript. Muratori. p.* 333.

Mesopotamia, f. 1. מסופוטמיא, Seleucia, Osrohena, Aram, & Charam in sacris Libris, *Diarbech*, Arab. *Gezira*, idest insula, Μεσοποταμία, regio Asiæ, pars Assyriæ ad Occ. comprehenia Euphrate ad Occ. & Mer. & Tygri ad Or. cui ad Bor. Armenia major Niphate M. intercedente, ad Mer. Babylonia, & Chaldæa, ad Or. Assyria cum Susiana, ad Occ. Syria cum Armenia minore adhærent, sic dicta, quia posita est inter Euphratem, & Tigrim fl. *Cic. 2. de nat. Deor. cap.* 52. V. *Plin. lib.* 6. *cap.* 26.

Mesosphærum, n. 2. Μεσόσφαιρον, nardi genus, minore folio. Alii Indici nardi folium exponunt. *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Mespilum, li, n. 2. *nespolo*, Germ. *die mespel*, Gal. *nesfle*, Hisp. *nisperal*, Μέσπιλον, fructus mespili arboris. *Plin. l.* 15. *c.* 20.

Mespilus, li, f. 2. *nespolo*, Ger. *ein mespelbaum*, Gal. *nesflier*, His. *nispero*, Μέσπιλος, genus arboris, foliis prius rubris, quam deciduis, radice inexstirpabili, cujus fructus mespilum dicitur. *Plin. l.* 17. *c.* 24.

Messana, f. 1. *Messina*, Mεσσήνη, urbs Siciliæ præcipua, ampla, Academia, Emporium, cum portu capacissimo, in provincia, seu Valle Demonæ, ad Ortum insulæ e regione Calabriæ Citerioris, apud Fretum Mamertinum, *Sil. l.* 14. *v.* 194. Pop. Messanenses.

Messapia. V. Mesapia.

Messene, f. 1. Messena, *Mosseniga*, Μεσσήνη, urbs Peloponnesi, olim clara, & Messeniæ regionis caput, nunc oppidulum tenue, & nullius nominis, in prov. *Belvedere* dicta, in ora occidua sinus Messeniaci, cum portu tantisper capaci, ad ostia Balyræ fl. Pop. Messenii. Hi, cum iterum, atque iterum defecissent a Lacedæmoniis, ab eis in servitutem redacti sunt, pejusque servis habiti, auctore *Pausania*, & *Justino l.* 3. In Siciliam migravere, ibique ad Pelorum Prom. urbem condiderunt, quæ ab ipsis Μεσσήνη ex nomine patriæ suæ appellata est, a Latinis *n* in *a* commutato, Messana vocatur.

Messenius, a, um, adject. ut Messenia mœnia. *Ovid. Metam.* 12. *v.* 549.

Messio, onis, f. *il mietere*, actus metendi. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 50. Frumenti eria genera sunt messionis: unum, ubi falce succidunt, &c.

Messis, is, f. *messe*, *raccolta*, κρίθη, Germ. *die erndte*, Gal. *la moisson*, His. *mies*, θερισμός, collectio frumenti, & aliarum segerum, a meto. *Var. R. R. l.* 1. *c.* 50. *Cic.* 1. *de Or. c.* 88. Quid sit sementis, ac messis, quid arborum putatio, ac vitium. ¶ Dicitur etiam de ipsa segete jam collecta. *Virg.* 1. *Georg. v.* 49. Illius immensæ ruperunt horrea messes. ¶ Item de tempore metendi. *Virg. 5. Ecl. v.* 70. Ante falcem, si frigus erit, si messis, in umbra. *Plin. l.* 24. *c.* 14. Flos mori per messes colligitur. ¶ Translate *Cic. 6. Parad. c.* 2. Qui illam Syllani temporis messem recordetur. Adde *Plaut. Epid. 5. 2. 53.*

Messor, ris, m. *mietitore*, קוצר, Germ. *ein schnitter*, *ernder*, Gall. *moissoneur*, Hisp. *segador*, ἀμητήρ, θερισμός, qui metit. *Cic. 3. de Orat. c.* 12. Non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari. ¶ Translate *Plaut. Capt.* 3. 5. 3. Sator scelerum, & messor.

Messorius, a, um, θερισικός, quod ad messorem pertinet. *Cic. pro Sext. c.* 38. Messoria se corbe contexit.

Messura, æ, f. messis. *Diomed. Grammatic. l.* 3. *pag.* 374. *Putsch.*

Messus, a, um, nom. particip. *mietuto*, a meto. *Virg. 4. Æn. v.* 513. messæ falcibus herbæ.

Met, syllabica adjectio, quæ conjungitur cum pron. *ego*, *tu*, *ipse*, *ille*, & similibus, ut *Egomet*, *ipsemet*, &c. Sed in pronomine *tu* nominativo singulari non additur, ne exiitimetur verbum *tumet* a *tumeo*. Addi tamen potest, si dictio syllabica *te* interponatur, ut *Tutemet*. Significat diferentiomen, ut *Ipsemet*, idest per se, & non per alios. *Ter. Adel.* 3. 2. 31. Hisce oculis egomet vidi. *Lucret. lib.* 4. *v.* 913. Tutemet in culpa cum sis. ¶ Reperitur etiam cum adverb. tamquam. *Plaut. Curc.* 5. 2. 29. Tanquammet genium meum.

Meta, f. 1. *meta*, *estremità*, *termine*, *fine*, מטרת גבול, קוח, Germ. *ein gränzstein*, *bore*, *merckstein*, Gal. *but*, *borne*, Hisp. *termino*, σκοπός, τέρμα, terminus, extremitas in genere, a Siculo Μύτης, unde Μύτιλον, quod Hesychius exponit ἔσχατον, *ultimum*. *Virg.* 1. *Æn. v.* 282. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. ¶ Speciatim dicitur de termino in agris, qui erat in acumen erectus. *Front.* Conspectum metarum sæpe excedimus. ¶ Item de termino circi, prope quem quadrigæ flectebant. *Horat. l.* 1. *ode* 1. Metaque fervidis evitata rotis. ¶ Per translationem a figura metæ in aris, & in circis qualibet congeries fastigiata sic dicebatur, ut Meta fœni, lignorum, &c. *Col. lib.* 2. *c.* 19. Certe quicquid ad eum modum, quo debet, siccatum erit, in metas construi conveniet. ¶ Accipitur etiam meta pro parte molæ, de qua V. in *Mola*. ¶ *Meta lactis*, dicitur caseus, qui factus est ad formam metæ. *Martial. l.* 3. *ep.* 58. Fert ille ceris cana cum suis mella, Metamque lactis sassinate de sylva.

Metabasis, μετάβασις, Latine *Transitio*, est figura Rhet. cum ab iis quæ hactenus diximus, ad alia transimus. *Quintil. lib.* 9. *c.* 3. Græcis literis scribit. Græca enim vox est.

Metabole, μεταβολή, Trajectio, figura est, quæ fit contrariis ita dispositis, ut a priori positeus proficiscatur. *Terent. Andr.* 2. 1. 5. Quoniam id fieri, quod vis, non potest, id velis, quod possit.

Metacismus, i, m. *metacismo*, μετακισμός, est cum verborum conjunctio *M* literæ assiduitate colliditur, ut *Mammam ipsam amo*, *quasi meam animam*. Ita *Martian. Capel. l.* 5. *pag.* 167. ¶ Alia ratione definit *Diomed. l.* 2. *pag.* 448. *Putsch.* nempe ut sit, cum in fine partis orationis invenitur *M* littera, & sequens a vocali incipit, ut *Quousque tandem abutere?*

Metagon, ontis, Μέταγων, nomen canis ex fera & cane geniti, & paulatim in diversum quoddam genus transcuntis: a Μετάγω, qua transfere significat: vel qua sequi, persequi, investigare; nam *Hesych.* μετάγει interpretatur μεταδιώκει. *Grat. in Cyneg.* 4. 209. 221. & 264.

Metalepsis, is, f. 3. μετάλημψις, Transumptio. Tropus est, cum aliqua dictio aliud a propria sua significatione ex iis, quæ præcesserunt, denotat; seu cum aliquid ponitur, ex quo gradatim in alterius rei consequentis cognitionem veniatur, a μετά, *trans*, & λῆψις, *acceptio*. *Virg.* 1. *Ecl. v.* 70. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas; idest post aliquot annos. Nam gradatim ab aristis ad spicas, a spicis ad segetes, a segetibus ad æstates, ab æstatibus ad annos acceditur. *Quintil. l.* 8. *c.* 6.

* Metalis, le, *conico*, κωνικός. *Fest. in Tutulum*. Pileus lanatus forma metali figuratus.

Metallrer, adv. ad metæ formam. *Mart. Cap. l.* 8. *p.* 294. Umbra metaliter infusa est.

Metallaria, æ, f. &

Metallarius, ii, m. *minerajo*, *e minerajo*, μεταλλεύς, μεταλλουργός, qui, & quæ in effodiendis metallis laborat. *Imp. Theodos. l.* 11. *Cod. tit.* 6. *leg. ult.* Metallarii, sive metallariæ, qui, quæve ea regione desserta, ex qua videntur oriundi, vel oriundæ, ad externam migraverint.

Metallicus, ci, subst. m. qui metallis effodiendis, & purgandis dat operam. *Plin. l.* 34. *c.* 16. Lavant eas arenas metallici, &, quod subsidit, coquunt in fornacibus.

Metallicus, a, um, *metallico*, μεταλλικός, quod ad metallum pertinet. *Plin. l.* 27. *c.* 9. Fuere, qui tradirent in Judæa super Hierosolymam ejus naturam metallicam.

Metallifer, ra, rum, quod metallum gignit. *Silius l.* 15. *v.* 502. Metalliferæ terræ.

Metallum, li, n. 2. *metallo*, מכתת, Germ. *ertz das metall*, Gal. *métal*, His. *metal*, μέταλλον, materia illa dura, quæ ex terræ visceribus effoditur, ut aurum, argentum, ferrum, hydrargyrum, stannum, cuprum, plumbum, quasi μετὰ τὸ ἄλλα, prope alia, quia ubicumque una inventa vena metalli est, non procul inveniturr alia. *Plin. l.* 33. *c.* 6. *Virg. 2. Georg. v.* 165. Hæc eadem argenti vivos, æriſque metalla ostendit venis. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, quæ e terra eruuntur. De marmore. *Silius l.* 8. *v.* 482. quos a niveis exegit Luna metallis. De sulphure. *Apul. l.* 7. *Met.* Odore sulphuris inescatus intercluso spiritu diffluebat; utque est ingenium vivacis metalli, &c. ¶ Sumitur etiam pro fodina, ex qua metallum effoditur, ut *Metallum miniarium*, fodina, ex qua minium effoditur, *argentarium*, ex qua argentum, *plumbarium*, ex qua plumbum, &c. *Plin. l.* 33. *cap.* 7. Celeberrimum ex Sisaponensi regione in Bætica miniario metallo. *Tacit. in Agric. c.* 31. Neque enim nobis metalla sunt, quibus exercendis roservemur. ¶ Item pro lapidicina. *Lucan. l.* 4. *v.* 303. Duris silicum lassata metallis.

* Me-

* Metamelos, i, m. *pentimento*, μετάμελος, pœnitentia. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 83. Al. al.

Metamorphosis, f. 3. μετάμόρφωσις, transformatio, transfiguratio, a μετὰ, *trans*, & μορφὴ, *forma*. Hoc nomine Ovidius, & Apulejus libros transformationum suarum inscripserunt.

Metanœa, æ, f. μετάνοια, pœnitentia, resipiscentia. Vox græca, qua utitur semel *Auson. epigr.* 12. *v.* 12. Nempe ut pœniteat, sic metanœa vocor.

Metaphora, f. 1. *Metafora*, μεταφορά, Translatio, Tropus, per quem vocabula a suis rebus, quarum propria sunt, ad alias res diversi generis, vel speciei cum similitudine transferuntur, a μεταφέρω, *transfero*, ut Prata rident, Herbæ luxuriantur. *Auctor ad Herenn. l.* 4. *c.* 34. *Cic.* 3. *de Or. c.* 38. & *Quintil. l.* 8. *c.* 6.

Metaplasmus, m. 2. μεταπλασμός, Transformatio, figurata quædam constructio per quam verus, & usitata forma verborum vel necessitate metri, vel ornandi poematis causa, in novam formam mutatur, *Quinc. l.* 1. *c.* 8.

* Metaplastice, adv. μεταπλαστικῶς, dicitur a poetis usurpari id, quod propter necessitatem metri mutare consueverunt. *Festus*.

Metapontinus, a, um, adject. qui est ex Metapontio, ut Metapontinus ager, *Liv. l.* 24. *c.* 20. Et Metapontini, ejus urbis incolæ, apud *eumd. l.* 22. *in fin.*

Metapontum, & Metapontum, i, oppidum Italiæ in sinu Tarentino, conditum a Piliis populis Peloponnesi. *Mela l.* 2. *c.* 4. *Plin. l.* 14. *c.* 1.

Metarsus, a, um, adject. ad metam pertinens. *Arnob. lib.* 2. *pag.* 70. Metariæ circumscriptionis expers.

Metastasis, μετάστασις, translatio, figura Rhet. qua culpam in eum transferimus, qui in judicium vocari non potest. V. *Grammat.*

Metathesis, f. 3. μετάθεσις, Transpositio, Figura Poetica, per quam ordo literarum immutatur, ut *Tymbre* pro *Tymber*. *Virg.* 10. *Æn. v.* 394. At mihi, Thymbre, caput Evandrius abstudit ensis.

Metatio, onis, f. καταμέτρησις, actus metandi, seu disponendi, collocatio, dispositio. *Col. lib.* 3. *cap.* 15. Hæc in quincuncem vineatum metatio expeditissima ratione conficitur.

Metator, oris, m. μετρητής, διατάκτης, מודד, חוקק, חוקק, qui metatur, ut qui agrum, aliumve quemvis locum in certas distribuit partes; qui locum futuro ædificio, aut castris collocandis metitur: qui arbores in seminario, vel arbusto disponit, & ordine quodam digerit, &c. *Cic.* 11. *Phil. cap.* 5. Accedit Saxa nescio quis, quem nobis Cæsar ex ultima Celtiberia, Tribunum plebis dedit: castrorum antea metator, nunc, ut sperat, urbis. *Lucan. l.* 1. Audax Hesperios veniam metator in agros. ¶ Metatores in militia, seu mensores, *fovieri*, dicuntur ii; qui præmitti solent ante venturos milites, ut castris locum metentur, & suum singulis locum assignent, vel etiam qui jussu, atque auctoritate Principis milites in domibus incolarum collocant. *Veget. l.* 2. *c.* 2. & 7.

Metatorius, a, um, adject. ad metandum pertinens. Metatoria pagina apud *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. dicitur, quæ advenienti amico metatur hospitium.

Metatrix, icis, f. metatio. *Lact. l.* 4. *c.* 11. *ex Hierem.* 8. 8. Inçassum facta est metatrix.

Metatus, a, um, nom. partic. *disegnato*, *misurato*. *Horat. l.* 2. *od.* 15. Nulla decempedis metata privatis porticus. *Id. l.* 2. *v.* 114. videas metato in agello fortem mercede colonum.

Metaurus, m. 2. Metaurum, *Marroi*, fl. Italiæ in Brutiis, qui prope Seminaram castr. labitur, & auctus aliquot fluviis minoribus, juxta Metaurum opp. in mare Tyrrhenum se exonerat. ¶ Metaurus item, *Metaro*, *Metro*, fl. Umbriæ, qui oritur ex Apennino M. deinde Fanum S. Angeli in Vado, Urbanæam, & Forum Sempronii rigat, postea auctus aliis fluviis, in sin. Adriaticum se exonerat. ¶ Item fl. Siciliæ.

Metaxa, f. 1. al. mataxa, μέταξα, fericum rude, ideſt quod nondum tinctum est, neque in fila diductum, apud *Scrot l.* 8. *Cod. de pign. & hypoth.* ¶ Accipitur etiam pro veste serica, *l.* 10. *Cod. de mureleg. &l. ult. ff. de public. & vectig.* ¶ Apud *Vitruv.* quoque hæc vox legitur, *l.* 7. *c.* 3. & est species funiculi, seu restis, ut explicat ibi *Philander*. At *Baldus in Lex. Vitruv.* accipit pro filo agglomerato, & convoluto, *matassa*. Verba *Vitruvii* sunt: Sin autem arundinis græcæ copia non erit, de paludibus tenues colligantur, & mataxæ, & tomicæ. Putat autem Baldus legendum esse, & *mataxatæ tomicæ*, hoc est in mataxæ morem convolutæ. Qui *mataxæ* retinent, exponunt manipulos, seu fasciculos cannarum. ¶ Locum *Lucilii*, quem quidam pro hac voce afferunt, vide in *Catapirates*.

Metaxarius, m. 2. μεταξεύμενος, qui fericí mercaturam exercet, *lib.* 8. *Cod. tit.* 14. *l. ult.*

Metaxatus. V. Metaxa.

Metella lex, V. Metilius.

Metelli, m. 2. familia plebeja apud Romanos, clarorum virorum virtute insignis. *Plin. l.* 7. *c.* 43. & 44. & *Cic.* 1. *Tusc. c.* 34.

Metellinus, a, um, adj. ad Metellum pertinens, ut Metellina oratio. *Cic.* 1. *Att. epist.* 13.

Metempsychosis, is, f. μετεμψύχωσις, transmigratio animarum ex uno corpore in aliud: quod fuisse ajunt Pythagoræ somnium: a μετὰ, trans, & ἐμψυχόω, animo. *Tert. de anim. c.* 31. sed Græce. *Quinct. declam.* 10. *c.* 17. hac de re verba facit, sed voce ipsa abstiner.

Metensomatosis, is, f. μετενσωμάτωσις, transcorporatio, vel transmutatio corporis. *Tertul. de anim. c.* 31. & 32.

Methodice, es, f. 1. μεθοδική, דקדוק, pars Grammaticæ rationem loquendi complectens. *Quintil. lib.* 1. *c.* 9. Partes duæ (Grammaticæ) quarum illam methodicen, hanc historicen vocant, ut placidi, quo non metuentius ullum Numinis ingenium terra Sabina dedit. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 25. Nero metuentior in posterum milites sibi circumdedit.

Metula, æ, f. parva meta, diminutivum. *Plin. lib.* 5. *epist.* 6. Alternis metulæ furgunt.

Metuo, is, tui, sine sup. a 3. *temere*, יראה, חרד, Germ. *fuerchten*, Gal. *craindre*, Hisp. *temer*, φοβέομαι, timeo, a *metus*. Construitur vel cum acc. *Ter. Eun.* Metuebant omnes jam me. ¶ Vel cum dat. Hæc locutiones autem, *Metuo te*, & *Metuo tibi*, differunt, quia *Metuo te* idem est, quod metuo, ne quid mihi malî inferas. *Metuo tibi*, est metuo, ne quid tibi mali accidat. *Virg.* 1. *Georg. v.* 186. Inopi metuens formica senectæ. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*, vel ex. *Cic.* 10. *Att. ep.* 4. Non tam de sua vita, quam de meis cogitationibus. *Plaut. Most.* 1. 1. 57. Metuere ex aliquo. ¶ Vel cum acc. & dat. *Plaut. Pœn.* 3. 16. Metui amori meo metuam. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *a*, vel *ab*. *Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 6. Et a me insidias metuunt. ¶ Vel cum acc. dat. & abl. cum præp. *a*, vel *ab*. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 19. Ab inimico sibi periculum metuebat. ¶ Vel cum conjunctivo, in iis, quæ vellemus fieri, cum particula *ut*, in iis, quæ fieri nollemus, cum particula *ne*. *Cic. de Sen.* Orator, metuo, ne languescat senectute. *Ter. Hecyr.* 2. 2. 15. Si metuis, satis ut meæ domui curetur diligenter. ¶ *Metuo ne non*, idem quod *metuo ut*. *Plaut. Cas.* 3. 3. 12. Metuo, ne non sit furda, atque hæc audiverit. ¶ Vel cum infinito. *Virg.* 1. *Georg. v.* 246. Arctos Oceani metuentes æquore tingi. ¶ Jungitur etiam cum aliis participiis, nam, metuere pro aliquo, dicit *Celsus*. Metuere propter aliquem *Plaut. Rud.* Et, metuo quin, *Id. Amph.* 4. 1. 54. ubi metuo pro dubito videtur ursurpari. Verba Plauti sunt: Si iftæc vera sunt, non metuo, quin meæ uxori latræ suppetiæ sint, *Id. Trucul.* 4. 3. 35. Mattes duas habet, & avias duas; jam metuo, patres quor fuerint. ¶ *Metuere*, & *vereri* in eo differunt, quod illud proprium servorum est, hoc liberorum; quamquam interdum promiscue usurpantur. *Cic. de Senect.* Metuebant eum servi, verebantur liberi. Adde *pro Quinct.* 1. At contra *Ter. Phor.* 1. 2. 69. Metuebat absentem patrem.

Metus, us, m. *timore*, *tema*, *paura*, יראה, פחד, Germ. *furcht*, Gal. *peur*, His. *miedo*, φόβος, timor, formido, a μόθος, quod inter alia etiam φόβον, sive merum signat, ut Hesychius testatur. *Cic. 4. Tusc. cap.* 17. Metus est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. *Id. ibid.* Ægritudini finitimus est metus. Est enim metus, ut ægritudo præsentis, sic ille futuri mali. ¶ *Metus, formido, pavor*, & *tremor* sic a nonnullis origine distinguuntur; *ut metus* sit motus animi, cum, id, quod male casurum putat, mens refugit; *formido*, cum mens vehementius movetur, ita ut a se abeat, & foras feratur; *pavor*, cum ex horrore venturæ rei pectus vehementer tunditur, pavire enim *est tundere*: *tremor*, cum in hac perturbatione frigescimus. ¶ Sumitur tum active, tum passive. Nam *metus hostium* recte dicitur, & cum timent hostes, & cum timentur. *Sallust. 3. hist.* Id bellum excitabat metus Pompeji victoris. *Cic.* 11. *Fam. epist.* 21. Omni te de metu libero. *Id. Agrar.* 1. *c.* 8. Civitas metu suspensa. *Id. Ver r.* 4. *c.* 54.

* Metitor, oris, mensor, מודד, μετρητής. *Frontin. De aquæduct. art.* 79. A metitoribus reliquæ quinariæ intra urbem dividebantur.

* Metitus. V. Metior.

Meto, as, a. 1. idem ac metor. *Virgil. in Culice. v.* 172. Metabat se se circum loca. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 13. Cum Pompejus castra metari jussisset.

Meto, is, messui, messum, a. 3. *mietere*, קצר, Ger. *erndten*, *korn schneiden*, Gal. *moissonner*, Hisp. *segar*, ἀμάω, θερίζω, est messem facere, i. e. segetes maturas secare, *Cic. 2. de Orat. c.* 65. Ut sementem feceris, ita & metes. ¶ Translate sumitur pro secare, seu cædere, in genere. *Virgil. 4. Georg. v.* 54. Purpureosque metunt flores. *Id.* 10. *Æn. v.* 513. Proxima quæque metit gladio.

* Metœche, es, f. *participio*, בנונו, שעול, μετοχή, participium, apud Grammat. *Auson. ed.* 6. ¶ Alio sensu, sed ignoto apud *Vitruv. lib.* 3. *cap.* 3. V. *Bald. in Lex.*

Metodium. V. Methodium.

Metœcus, i, colonus, advena, qui de una in aliam civitatem migravit habitandi gratia, *forestiere*, μέτοικος. Vox græca, qua utitur *Eumen. in Paneg. Flavensium nomine dicto, c.* 4.

Metonymia, f. 1. μετωνυμία, Hypallage, Transnominatio, Denominatio, est Tropus, per quem ponitur causa pro effectu, vel contra, vel continens pro re contenta, vel signum pro re significata, a μετὰ, *trans*, & ὄνυμα, *nomen*. *Auct. ad Her. l.* 4. *Cic.* 3. *de Or. & in Or.*

Metopa, æ, μετώπη, pars, seu spatium inter duo foramina. Vocabulum est Architecturæ. *Vitruv. l.* 4. *c.* 2. V. ibi *Baldi*. *in Lex.*

Metopion, n. 2. μετώπιον, arbor in Africa Æthiopiæ subjecta, ex qua lacryma in arenas decidit, quam nonnulli metopium, alii ammoniacum vocant. *Plin. lib.* 12. *c.* 13. ¶ Est & olei genus ex amaris amygdalis confectum. *Plin. l.* 15. *cap.* 7.

Metoposcopus, m. 2. μετωποσκόπος, frontis inspector, qui scilicet ex frontis, & faciei lineamentis, quid cuique eventurum sit, divinat, a μέτωπον, *frons*, & σκοπέω, *contemplor*, *Suet. in Tito*, *c.* 2. Ajunt metoposcopon a Narcisso Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum inspiceret, &c.

Metor, aris, d. 1. *per meta*, *misurare*, חנה, גבל, מדד, Ger. *ausmessen*, *ausziehen*, *den lauf angehen*, Gal. *mesurer*, *borner*. His. *apostentar*, *poner termino*, ὁρίζω, est metas in agris terminandi gratia disponere, item mensurare locum futuro ædificio, vel alteri cuivis operi. *Gel. l.* 1. *cap.* 1. Nam cum fere constaret, circulum stadii, quod est Pisis apud Jovem Olympium, Herculem pedibus fuis metatum, idque feciste longum pedes sexcentos. ¶ Speciatim de castris dicitur, & est locum castris ponendis, locandisque præfinire, atque circumscribere, vel castra collocare. *Sallust. in Jug. c.* 114. Sylla pariter cum ortu Solis castra metabatur. ¶ Accip

Merum aliqui afferre. *Id. 2. Fin.* Semper sunt in metu, ne &c. *Id. Art. l. 3. ep. 9.* ¶ Mihi etiam unum de malis in metu est, fratris miseri negotium. ¶ Accipitur interdum metus pro religione, nam religio, ut Servius ait, ex metu nata est, *Virg. Æn. v. 60.* multosque metu servata per annos. ¶ Item pro furore poetico. *Hor. l. 2. od. 19.* Evoe, recenti mens trepidat metu. ¶ Veteres hoc nomen in feminino gen. usurparunt. *Enn. apud Fest.* Vivam, an moriar, nulla in me est metus.

Metūtus, a, um, *temuto*, partic. antiquum ab obsoleto sup. *metutum* verbi metuo. *Lucr. l. 5. v. 1139.* Nam cupide concutitur nimis ante metutum.

Mevania, æ, *Bevagna*, urbs Umbriæ, Propertio alumno nobilis, ferax armentorum. *Colum. l. 3. c. 8. Plin. l. 35. c. 14.* Hinc

Mevanātes, um, m. Mevaniæ incolæ. *Plin. l. 5. c. 41.*

Mevius, vel Mævius, m. 2. poeta ineptissimus fuit, Virgilii, & Horatii temporibus, utrique invisus, quod poemata illorum infectaretur, & ex alienæ laudis obtrectatione gloriam quæreret. Unde *Virgiliomastix* vulgo appellatus est.

Mēum, vel Meon, Μῆον, μῶον, herba anetho foliis, & caule similis. *Plin. l. 20. c. 23.*

Meus, a, um, *mio*, לִי, Germ. *mein*, Gall. *mon, miens*, Hisp. *mi, mio*, ἐμός, quod ad me pertinet, a me possidetur, vel a me agitur; pron. possess. a gen. *mei*, qui ab ἐμοῦ, pro quo communis lingua ἐμοῦ, ε, abjecto. *Cic. in Fam.* Nihil in re mea familiari est, quod ego malim meum esse, quam tuum. ¶ Dicitur etiam de eo, qui me possidet, vel in me agit, ut *Meus dominus*, in cujus possessione ego sum; *Meus carnifex*, qui me excarnificat. *Tert. And. 4. 1. 27.* ¶ *Meus sum*, idem est, quod meæ potestatis sum. *Pers. sat. 5. v. 88.* Postquam meus a Prætore recessi. ¶ Aliquando *Meus, tuus, suus, noster, vester* substantive accipiuntur. Sed facile in eis subaudiitur substantivum aliquod, ut *Amicus, familiaris, domesticus. Virg. Æn.* Dulcesque meorum reliquias. ¶ *Meum est, tuum, suum, nostrum, vestrum*, idem est, ac meæ sunt partes, mea interest, ad me attinet. *Cic. Art. l. 5. ep. 13.* Intelligis, quam meum sit scire, & curare, quid in Rep. fiat. Interdum *Meum est*, significat, mea natura est, mea consuetudo est. *Ter. Heaut. 3. 2. 38.* Non est mentiri meum. Interdum idem valet, ac meum est inventum. *Ter. Eun. 3. 2. 39.* Tuum, obsecro, ne hoc dictum erat? verus credidi. TH. Audieras? GN. Sæpe, & fertur in primis. TH. Meum est, idest, ego ipse hujus dicti auctor sum. ¶ Mea est descriptio, idest, ego descripsi. *Cic. de Sen. c. 17.* Mei sunt ordines, mea descriptio. ¶ *Meo pretio*, idest, pretio a me facto, & a me statuto. *Ter. in prol. Hec.* ¶ *Mea, mea tu*, & hujusmodi, muliebria sunt blandimenta, sine quibus, inquit *Donatus*, non progreditur colloquium fœminarum, & maxime trepidantium. *Ter. Eun. 4. 3. 14.* Heu, obsecro, mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit? *Id. Adel. 3. 1. 2.* Modo dolores, mea tu, accipiunt primulum. ¶ In vocativo habet *mi* in masculino gen. *Ter. Adel. 2. 4. 4.* O mi Æschine, o mi germane, ¶ Sæpe vim blandiendi habet. *Id. Phorm. 2. 1. 42.* Mi patrue salve. ¶ *Sidonius* tamen *meus domne* dixit *l. 4. ep. 18.* ¶ *Meapte, meopte*, apud *Plaut.* leguntur non semel. Sic *mepte* pro *me*, *Id. Men. 5. 8. 10.*

M A N T E I.

Mi. V. Ego, & Meus.

* Mia Charitos, μία χαρίτων, una Gratiarum. V. Charites.

Mica, æ, f. *mica*, פֵּת, Ger. *das so etwan under dem sand glitzert, brosam*, Gall. *ce que reluit parmi le sable, mie, miette*, Hisp. *migaja*, פְּרִיר, pulviseulus ille, qui in arena, quasi argentum, fulget, a quo & panis, & omnium rerum frustula, quæ tractantibus nobis aliquam rem inde emicant, micæ appellantur, a Dorico μικκός, pro μικρός, *parvus*. *Lucret. l. 1. v. 388.* Micæ auri. *Horat. lib. 3. od. 23.* Mollibit ayersos Penates farre pio, & saliente mica, h. e. salis mica, quæ in ignem injectæ salit. *Catull. carm. 85.* nulla venustas, Nulla in tam magno corpore mica salis, h. e. nullus lepor, nulla gratia, *nisi te di garbo. Quint. 6. cap. 3.* Interpretatur, nihil ridiculum. ¶ Mica vocabatur cœnario quædam parva a Domitiano extructa, de qua est epigramma 59. *l. 2. apud Martial.*

Micans, antis, adj. *splendido, folgoreggiante*, splendidus, fulgens. *Ov. a. Metam. v. 2.* Clara micante auro. *Prudent. Cathemer. 5. v. 44.* Ducebat radius sole micantior. ¶ *Calpur. ecl. 2. v. 26.* Ter quisque manus jactate micantes? *fate alla mora.* V. *Micor.*

Micārius, ii, m. qui micas panis colligit, & victum sibi parce comparat. *Petron. in fragm. Tragur. cap. 73. Burmanni.* Homo præsicini, frugi, & micarius. Al. aliter leg.

Micātus, us, m. actus micandi. *Martian. Capell. l. 4. pag. 95.* Anguis allambere fœminam crebris linguarum micatibus attentat.

Micātus, a, um, in micas redactus. *Plin. Valerian. l. 1. cap. 63.* Panis micatus.

Miccotrĭgus, i, m. parum rodens, parvi cibi qui est: a μικκός, Dorice pro μικρός, parvus. Alii scribunt *micorrogus*, a micis rodendis. *Plaut. Stich. 2. 1. 88.*

Mico, as, cui, sine sup. n. 1. *risplendere, rilucere*, נָגַהּ, Ger. *glitzern, scheinen*, Gall. *reluire, étinceller*, His. *resplendecer*, שָׁלַב, subinde, & per intervalla fulgeo, & resplendeo, a *mica*, qua dicitur de arenis fulgentibus. *Liv. l. 6. c. 12* Ubi illi vana jecerint missilia, tunc micent gladii. *Virg. l. 11. Æn. v. 94.* Crebris micat ignibus æther. ¶ Et quoniam talis quædam variatio, dum digitis fortimur, apparet, per translationem micare capitur pro digitis fortiri. Est igitur micare digitis, lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, ut porrectis digitis, certantium uterque numerum divinet, *giuocare alla mora. Cic. de nat. Deor. c. 41.* Quid enim fors est? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod tesseras. ¶ Ab hoc ludi genere tractum est, ut qui certissima esse fide, quique vir bonus existimaretur, eum antiqui dignum dicerent, quicum in tenebris micaretur. Nam quicum in tenebris micas, ei liberum est, si velit, fallere. *Cic. 3. Offic. 19.* A quibus natum est id, quod jam tritum est verustate proverbium: Cum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, quicum in tenebris micet. ¶ Item quia splendor tremulus est, & intermissio vicibus movetur, factum est, ut micare accipiatur pro eo, quod est interpositis intervallis moveri. *Virg. 3. Georg.* Et linguis micat ore trisulcis. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 9.* Jam vero venæ, & arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu.

Micropsȳchus, a, um, μικρόψυχος, pusillanimis, timidus. *Plin. l. 22. c. 24.* Item animi humilis, ac præparci, quos illi dixere micropsychos.

* Microsphærum. V. Hadrosphærum.

Mictĭlis, le, adject. dignus, qui mingatur, vilis, ut *merx mictilis*, apud *Lucil.* teste *Non. c. 2. n. 532.* ut quidem emendat *Scalig. in Catull.*

Mictio. V. Minctio.

Mictorius, a, um, adject. ad mingendum pertinens, ut mictoria medicamenta, apud *Cæl. Aurel. Acut. 3. c. 8.*

Mictuālis, le, mictorius. *Apul. de herbis, c. 117.* Herba virtutis mictualis.

Micturio, is, n. 4. *desiderare di orinare*, נִשְׁתִּין, Germ. *zu brunzen vonnehten haben, gern seichen, wollen*, Gal. *avoir envie de pisser*, His. *tener gana de mear*, χρηΐζω, verb. desid. mejere cupio, vel interdum mejo simpliciter. *Juvenal. Sat. 6. v. 308.* Noctibus hic ponunt lectica, mictiurium hic.

Mictus, us, ui, m. actus mingendi. *Cæl. Aurel. Tard. 5. c. 3.* Sanguinis mictus. *Id. l. 2. c. 1.* Difficultas mictus.

Micula, læ, f. diminut. parva mica. *Cels. l. 2. cap. 5.* Si urina quasdam quasi miculas reptæ fuerint. *Arnob. l. 7. pag. 230.* Arvina in exiguas miculas infecta.

Midas, m. 1, Μίδας, Gordii filius, Rex Phrygum, qui cunctos pene Reges pecuniæ abundantia antecessit. Huic (ut est in fabulis) propter Bacchum hospitio susceptum concessum est, ut, quicquid vellet, optaret, futurus voti compos. Optavit, ut, quicquid corpore contigisset, in aurum verteretur. Quod annuente Baccho factum est. Sed cum cibus, & potus contacti etiam in aurum verterentur, sensit tandem stolidus, se stulte periisse, & facti pœnitens oravit Bacchum, ut hoc munus auferret. Tum Bacchus præcepit, ut in Pactolo flumine se lavaret, & sic liberaretur. Quod cum feciset, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Postea cum Phœbus, & Pan, seu Marsya carmine certarent, Midas judex electus est cum Tmolo monte. Tmolus Phœbum victorem pronuntiavit, sed Midas secundum Pana judicium tulit. Iratus Apollo asininas ei auriculas indidit, quas tam scite occultavit, ut nemo sciret, præter solum consorem; qui cum rem inauditam tacere non posset, fossam ingressus proclamavit, *Aures asininas habet Rex Midas*, deinde fossam terra adoperuit. Successuque temporis creverunt illic arundines, quæ commotæ vocem, quam consor inforderat, reddiderunt. Alii narrant, cum præteriret aliquando Liberi Patris asinos, atque eos affecisset injuria, iratum Bacchum Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt, qui dicant, huic aures natura prælongas fuisse, & asininarum in-

star prominentes, atque hinc fabulæ jocum ortum esse. V. *Ovid. 11. Metam. v. 85.*

Mid on, n. 2. genus navigii. *Fest.*

Migdālybes, ybis, mixtus Lybs, mixtus genere. *Plaut. Pœn. 5. 2. 73.*

Migratio, onis, f. *partita*, מוֹשַׁע, Germ. *verenderung der herberg*, Gall. *changement de logis, délogement, départ*, His. *mudanca de posada, partida*, μετοίκησις, loci mutatio, discessus. *Cic. 1. Tusc. c. 41.* Mortem esse migrationem in eas oras, quas, qui vita excesserunt, incolunt. *Id. Fam. 16. ep. 17.* Cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ.

Migro, as, n. 1. *mutare stanza, andare ad abitar altrove*, נָלָה, Germ. *die herberg verenderen, ausziehen*, Gall. *déloger, changer de logis*, His. *mudar posada, yr a morar allende*, μετοικίζω, μετοικέω, domicilium muto, & alio ad habitandum me confero, relicta priore habitatione. Aliqui ex verbo *meare*, & *ager* compositum putant, ut migrare sit agro meare. Constituitur vel absolute, vel cum casibus motus. *Cic. Art. l. 14. ep. 9.* Itaque non solum inquilini, sed mures migraverunt. *Liv. lib. 1.* Et Romam inde frequenter migratum est a parentibus maxime, & propinquis nuptarum. ¶ Migrare de vita, est mori. *Cic. lib. 6. de Rep.* Antequam ex hac vita migro. *Id. 1. Fin. c. 19.* Non dubitat, si ita melius sit migrare de vita. ¶ Migrare item est recedere. *Cic. 3. Fin.* Qui id conservaret, eum justum, qui migraret, injustum fore. ¶ Legitur interdum active pro transferre. *Gell. lib. 2. cap. 29.* Ita cassita nidum migravit. *Cic. 3. de Log. cap. 4.* Quod quis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto, h. e. mutaverit. Hinc passive *Sil. lib. 7. v. 431.* Migrantur Rhœteia regna. *Liv. lib. 10. cap. 34.* Relicta, quæ migratu difficilia essent.

Mihi, *a me*, ἐμοί, μοί, לִי, אֵלַי, dat. sing. pron. *ego*, ab antiquo genitivo *mis pro mei*, ut *tibi*, a *tis*, *Voss.* Varium usum habet. Nonnunquam significat, ad meam utilitatem, vel ad meum damnum, *Ter. Adelph.* Si quid peccat Demea, mihi peccat. ¶ Aliquando quantum ad meum judicium. *Ter. Adelph.* Nam is mihi est profecto servus spectatus satis, cui dominus curæ est. ¶ Aliquando a me. *Ter. Heaut.* Syrus est prehendendus, atque adhortandus mihi. ¶ Aliquando in me. *Ter. Hec. 2. 1. 21.* Uti vos mihi domi eritis, proinde ego ero foris. ¶ Aliquando *mihi*, & *tibi*, in persona ponuntur festivitatis tantum gratia. *Cic. in Pis.* Is mihi etiam gloriabitur, se omnes Magistratus sine repulsa assecutum? ¶ Additur etiam dicto syllabica *met*. *Cic. pro Quinct.* Brevitas postulatur, quæ mihimet ipsi amicissima est. ¶ Mihipte, mihi ipsi. *Cato apud Fest.* ¶ *Mi* pro *mihi*, V. Ego. ¶ *Min'* pro *mihine*. V. huc loco.

Miles, ĭtis, o. 3. *soldato*, אִישׁ חַמִּלְחָמוֹת, שָׂכִיר, Ger. *ein kriegsmann, soldat*, Gal. *soldat*, His. *soldado*, στρατιώτης, quicumque militiam exercet. *Cic. pro leg. Manil. c. 10.* Qui extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris. *Id. 8. Att. ep. 12.* Legere milites. *Id. Phil. 7. c. 11.* Cohortatus est vicinos suos, ut milites fierent. ¶ Eleganter in singulari numero pro collectione militum usurpatur, *soldatesca. Liv. l. 22. c. 57.* Hic miles magis placuit, cum pretio minore redimendi captivos copia fieret. ¶ Milites quandoque dicuntur apparitores Magistratuum. *Ulp. l. in eadem. Dig. ex quib. caus. &c.* ¶ Miles in fœminino genere. *Ovid. ep. 11. vers. 48.* Et rudis ad partus, & nova miles eram. Ubi & translate accipitur.

Milesĭæ, arum, Μιλησιακοὶ λόγοι, poemata & narratiunculæ amatoriæ, & lasciviæ. *Capitolin. in Albino, c. 11.* Milesias nonnulli ejusdem esse dicunt, quamvis mediocriter scriptæ sint. *Sever. in ep. ad Senat. qua habetur apud eund. Capitolin. loc. cit.* Inter Milesias Punicas Apuleji sui, & ludicra litteraria confenesceret. Ubi intelligit libros Apuleii de Asino. V. *Milesius*.

Milesĭus, a, um, adject. ad Miletum pertinens. *Virg. 3. Georg. v. 306.* Milesia vellera, pro pretiosissimis lanis. Unde Milesia ovilia celebrat *Tertull. de Pall. cap. 3.* V. *Miletus*. *Quintil. l. 2. c. 3.* Timotheus musicus Milesius. ¶ Milesii, populi luxui, & deliciis addictissimi fuere, quorum illud est memoratissimum: Nemo nostrum frugi esto, alioqui ejiciatur. *Beroal. in comment. in lib. 1. Apul. de A. A.* Hinc Milesia carmina dicuntur, quæ lascivas res continent, & ludicras, qualia fuisse cujusdam Aristidis scribit *Ovid. a. Trist. v. 413.* Junxit Aristides Milesia carmina secum, Pulsus Aristides per tam nec tamen urbe sua. Hinc & *Apulejus* libros suos de Asino aureo. Milesium fermonem appellat *initio libri primi*.

Milētis, idis, f. Byblis, filia Mileti. *Ovid. o. Metam. v. 634.* Mœstam tota Miletida mente. ¶ Est etiam adject. fœmin. *Ovid. 1. Trist. eleg. 9. v. 41.* A quibus advenit Miletida sospes ad urbem, *h. e.* Tomos, quæ Milesiorum colonia fuit.

Miletus, m. 2. Μίλητος, filius Apollinis ex Argea Cleochi filia, vel secundum Ovidium, ex Dejone. Nonnulli non Apollinis, sed Euxantii Miconis filii, alii Sarpedonis, qui fuit filius Jovis, filium faciunt. Hic cum Minoa Cretensium Regem jam senem Regno privare vellet, a Jove territus in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibique oppidum condidit, quod de suo nomine Miletum appellavit, ejusque incolas Milesios. *Ovid. 9. Met. vers. 442.* Genuit ex Cyane Caunum, & Byblim.

Milētus, f. *Melaxo, Melasso*, Μίλητος, urbs Ioniæ, seu Cariæ, in ora maris Ægæi. Condita fuit a Mileto anno Mundi 2953. quo etiam Cyzicus. *Ovid. 9. Meram.* ¶ Sed *Strabo lib. 12.* a Sarpedone conditam mavult Jovis filio, Minois, & Rhadamanthi fratre, & ab eo Miletum appellatam fuisse, ab altera ejusdem nominis urbe, quam in Creta reliquerat. ¶ Oraculum habuit antiquitus Branchidarum appellatum, postea Apollinis Didymæi. Sed urbem hanc potissimum generosa vellera, seu pretiosissimæ lanæ nobilitarunt, ex quibus fiebant Milesia stragula, quæ ob insigem mollitiem in proverbium cesserunt.

* Miliacĕus, a, um, *di miglio*, דּוֹרְנִי, κέγχρινος, ut Miliacea puls, *Fest. in Formæ*.

Miliaria, æ, f. *orzolano*, avis, dicta, quod milio vescatur, & pinguescat. *Varro l. 3. R. R. c. 5.* ¶ Miliaria item herba est, quæ milio necat. *Pl. l. 22. sub fin.* V. Milliarius.

Milichĭæ, m. 1. fontes plures in agro Syracusano. *Plin. l. 3. c. 8.*

Militarĭe, militariter. *Trebell. Pol. in XXX. Tyr. cap. 22. de Æmil.* Servus militarie cæsus, quod, &c.

Militāris, re, o. 3. *militare, ciò che si appartiene a milizia*, Germ. *kriegisch*, Gal. *militaire*, His. *militar*, לְמִלְחָמוֹת, στρατιωτικός, quod ad milites, aut militiam pertinet. *Cic. 1. Off. c. 18.* Statuas videmus ornatu fere militari. ¶ Militaris via illa est, quæ vulgo communis dicitur, alio nomine *Regia*, seu *consularis*, sive etiam *Prætoria*, aut *publica via*. Dicta est autem militaris, quod a militibus sternneretur, vel quod milites in bellum proficiscentes per eam iter facerent. Ejusmodi fuerunt Romæ Salaria, Flaminia, Appia, Æmilia. *Cic. de Prov. Conf. c. 2. & Philip. 11.* ¶ Ætas militaris apud Romanos erat post annum decimum septimum usque ad quadragesimum sextum; extra quod tempus non nisi necessitate cogente, milites scribebantur, quemadmodum *Lipsius. l. 1. Dial. 2. de milit. Rom.* notat. *Tacit. lib. 2. ann. cap. 60.* Referebat, habitasse quondam septingenta millia ætate militari. Adde *Sigon. de ant. jur. Civium Romanorum l. 1. cap. 15. Liv. l. 25. c. 5.* ¶ Comparat. militarior. *Tertull. in Apologet. cap. 11.* Quis justior, & militarior Scipione? ¶ Militaris animus, *spirito guerriero*. *Tacit. 1. Ann. cap. 32.* ¶ Militaris vir, h. e miles. *Id. 2. hist. c. 75.*

Militarĭter, adv. *da soldato*, Germ. *nach kriegischer art*, Gal. *en homme de guerre*, His. *a la soldada*, στρατιωτικῶς, more militum, more militiæ. *Liv. lib. 4. c. 41.* Adversus hæc Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur, cæterum militariter gravis, non suis vana laudibus, &c. Adde *l. 27. c. 3.*

Militārius, a, um, idem ac militaris. *Plaut. Pseud. 4. 4. 11.* Quin hinc metimur gradibus militarius? *h. e.* incitatis, quales fere incedentium militum sunt.

Militĭa, æ, f. 1. *milizia*, מִלְחָמָה, Germ. *krieg, kriegs zeug*, Gall. *milice*, His. *milicia*, στρατεία, res militaris, vel ipsum bellum. *Cic. 3. Off. c. 26. de Ulysse.* Sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. ¶ *Militia imaginaria*, est pugna simulata ad spectatorum delectationem exhibita. *Suet.* ¶ *Militiæ nomen dare*, est ad delectum ultro sese exhibere, nomenque suum in militum album describendum edere. *Cic. Phil. 7.* ¶ *Militiam urbanam sequi*, est in judiciis versari, & cum adversariis in foro contendere. *Cic. pro Mur. c. 9.* ¶ Cum verbis, & nominibus status in loco in genitivo ponitur. *Cic. Tusc. 5. cap. 19.* Quorum virtus fuerat domi, militiæque cognita, *in pace, e in guerra*. ¶ Militia pro militari disciplina. *Tacit. Ann. 1. cap. 20.* Antiquam duramque militiam revocabat. ¶ Pro militum multitudine, *Justinus lib. 32. cap. 2.* Concursu insularium cum omni militia interficitur. ¶ Translate *Cic. Att. lib. 6. epist. 2.* Grata hæc, & magna, mihique nondum laboriosa ex illa veteri militia. *Propert. l. 4. eleg. 1. v. 137.* Militiam Veneris blandis patiere sub armis.

Militĭŏla, æ, f. diminut. parva, seu brevis militia. *Auctor vitæ Juvenalis*, qui a nonnullis *Suetonius* creditur. In panromimum semestribus militiolis tumentem.

Milito, tas, n. 1. *militare, esercitare l'arte della guerra*, צָבָא, Germ. *kriegen*, im

im krieg seyn, Gal. *militer, suivre la guerre*, His. *militar, exercitar la milicia, sperdeu*, militiam exercreo, stipendia in bello mereo, stipendia facio. *Cic. 1. Off.* Qui in eadem legione militabat. *Liv. l. 23. c. 42.* Juventus sub signis militat suis. ¶ Aliquando habet post se ablativum pretii. *Curtius l. 6. c. 5.* Græcis mercede apud Persas militantibus. ¶ Usurpatur etiam passive. *Hor. Epod. 1. v. 23.* Militabitur bellum in tuæ spem gratiæ. *Plaut. Pers. 2. 2. 50.* Confidentia illa militia militatur magis, quam pondere. ¶ Translate *Horat. l. 1. ep. 2. ad fin.* ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula, Militat in silvis catulus.

Millĭo, onis, m. miles, Quidam legunt hanc vocem in *Apulej. lib. 9. Metam.* ubi alii *commilito*.

Millium, lii, n. *miglio*, דּוֹחַן, Germ. *der hirs*, Gall. *du millet*, His. *mijo*, κέγχρος, genus frugis. *Plin. l. 18. c. 10.* Milio Campania gaudet præcipue, pulteque candidam ex eo facit. Adde *Virg. 1. Georg. v. 216.* ¶ Millium Indicum genus est milii nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo: adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus cubitis, quos lobos vocant. Ita describit *Plin. lib. 18. c. 7.* Videtur autem esse id, quod Itali vocant *saggina*, & in quibusdam Italiæ regionibus dicitur *sorgo rosso*. Appellatur autem Indicum, quia ex India *Plinii* tempore advectum fuit. *Plin. ibid.*

Mille, sive mile, *mille*, אֶלֶף, Germ. *ein tausend*, Gal *mille*, Hisp. *mil*, χίλιοι, αι, α, nomen numerale. In vett. codd. ac monumentis frequens occurrit *mile* unico *l*. Et substantivum, & adjectivum esse potest. Cum substantive, est indeclinabile in num. sing. sed in plurali declinatur *millia, millium, millibus*. In utroque numero genitivum postulat. *Cic. pro Mil. c. 20.* Ante fundum Clodii mille hominum versabatur. *Id. pro Rab. cap. 8.* Quod vociferabare, decem millia talentum esse promissa? ¶ Sed tamen apud antiquos inveniuntur abl. *milli. Lucil. l. 9.* apud *Gel. l. 1. c. 16.* Tum milli nummum potes uno quærere centum. Ubi *uno milli nummorum* dixit pro mille nummis, ac si diceret: Potes mille nummis acquirere centum millia. ¶ Si interdum millia reperiatur junctum cum alio substantivo in eodem casu, substantivum continuatum censendum est. *Cic. 4. Ver.* Tritici modios quinque millia. *Liv. l. 10. c. 20.* Duo millia & quingenti capti. ¶ Cum usurpatur adjective, indeclinabile est, & est duntaxat numeri pluralis, ut *Mille nummi, mille nummorum, mille nummos, mille nummis. Cic. pro Sext.* Edixitque, ut ab Urbe abesset mille passus. *Hor. l. 2. Sat. 3.* Veteresque Falerni mille cadis. ¶ Dicimus aliquando, *Decem millia, & ducenti homines*. Quod ita intelligitur, decem millia hominum, & ducenti homines. ¶ *Millia*, absolute pro millia passuum. *Cic. Art. l. 3. ep. 4.* Ultra quadraginta millia.

Millefolĭum, n. 2. & Millefolĭa, æ, f. μυριόφυλλον, panacis genus, ab Achille inventum, unde & Ἀχίλλειος appellatur. *Plin. l. 25. c. 5. & l. 24. c. 18. & l. 24.* Aliqui & hanc panacem Heracleon, alii sideritim, & apud nos millefolium vocant, cubitali scapo, ramosam, minutioribus, quam fœniculi, foliis vestitam ab imo.

* Milleformis. V. Milliformis.

Millenarĭus, a, um, *di mille*, mille continens, ut millenarius numerus, *August. l. 20. de civ. Dei, c. 7.*

Millēni, æ, a, *a mille*, אֲלָפִים, nomen numerale distributivum, quo etiam extra distributionem Poetæ utuntur. *Plaut. Bacch. 4. 9. 4.* Atridæ Priami patriam millenum numero navium decumo anno post subegerunt.

Millepēda, æ, f. μυριόπους, ἴουλος, vermis pilosus ex erucarum genere, multis pedibus arcuatim repens, alias centipeda. Nihil enim aliud numero hoc, quam multitudo pedum signatur. *Plin. l. 29. cap. ult.*

Millesĭmus, a, um, *millesimo*, χιλιοστός, nomen numerale ordinis, a mille. *Cic. Art. l. 2. ep. 4.* Ex libro Serapionis millesimam partem vix intelligo. *Id. de Fato c. 7.* Quamquam id millesimo ante anno Apollinis Oraculo editum esset.

Milliāre, is, n. idem ac milliarium, a *mille*. *Cic. Attic. l. 6. epist. 1.* Accepi tuas litteras ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentissime. Ita cum aliquibus MSS. legit *Victorius*. Critici reliqui *a. d. quintum terminalia*.

Milliarensis, e, adject. milliarius, ut milliarensis porticus, *Vopisc. in Aurel. c. 49.* Sic dicta vel a mille columnis, quas haberet, vel quod mille passus, vel pedes longa esset. Sic enim varie exponunt Interpretes, qui eodem modo accipiunt & *milliarias porticus*, quæ leguntur in *Sueton. Neron. c. 31.*

Milliarium, rii, n. *miglio*, מִיל, *ein meil, tausend schritt lang*, Gal. *mil, distance de mille pas*, His. *milla*, μίλιον, μιλιάριον, mille passuum spatium. *Cic. Art. l. 2. ep. 5.* Postea audivi a tertio milliario, tum eum esse. ¶ Hujus octava pars stadium vocatur, quod continet passus centum viginti quinque. Passus autem ex quinque constat pedibus, & singuli pedes ex quatuor palmis, singuli palmi ex quatuor digitis. ¶ Milliarium aureum, erat columna aurata Romæ in foro, in quam omnes viæ Italiæ competebant, & desinebant, quæ ita vocabatur, quæ ab ea milliariorum numerus, quibus itinera metiebantur, incipiebat. Nam lapides in viis, quibus milliaria notabantur, milliaria etiam vocabantur. *Suet. in Othone c. 6.* Præmonitis conscriis, ut se in foro, sub æde Saturni ad milliarium aureum operirentur. ¶ Vocatur etiam milliarium Urbis, *lib. 154. de Verb. signif.* V. *Plin. l. 3. c. 5.* ¶ Denique milliarium vasis genus est ad calefaciendam aquam in balneis, de quo V. *Senec. l. 3. quæst. nat. c. 24. & l. 4. c. 9.* Θερμαστρον. *Colum. l. 9. c. 14.* Si vas æneum simile milliario, &c. ¶ Scribitur & *miliarium*, unico *l*.

Milliarius, a, um, *migliajo*, Germ. *tausend-pfundig*, Gal. *millier*, His. *millar*, μιλίων λιτρῶν, quod est mille librarum, ut Apri milliarii, idest, mille librarum, qui apponebantur in cœnis Romanorum. *Varr. R. R. l. 3. c. 2.* ¶ Item quod mille res continet, ut mille oves, &c. *Varro lib. 2. de R. R. cap. 10.* Milliarius grex. ¶ Sumitur etiam pro ingenti, valde ferili &c. *Suet. in Ner. cap. 31.* Vestibulum ejus fuit, in quo colossus ducentorum viginti pedum staret. Ipsius effigei tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet. V. *Milliarensis. Plin. l. 17. c. 12.* Milliarias vocari multas oleas narrant, a pondere olei, quod ferant annuo proventu

Millies, adv. *mille volte*, אֶלֶף פְּעָמִים, Ger. *tausendmal*, Gal. *mille fois*, Hisp. *mil veces*, אֶלֶף אֲלָפִים, mille vicibus. *Cic. 1. Off. c. 13.* Millies oppetere mortem, quam illa pati. malusisse. *Valer. Max. l. 3. c. 7. n. 1* Bis millies, *aut mille volte. Plin. lib. 2. c. 21.* Quinquies millies, *cinque mille volte*. Sic decies millies, decies millies &c.

* Milliformis, vel Milleformis, æ, a, πολλόμορφος, πολυμορφος, mille formarum, multiformis. *Prudent. Cathemer. 9. v. 55.*

Millus, i, m. five millum, i, n. *collare de' cani*, Germ. *ein halsband, halsring für man den hunden anlegt*, Gal. *collier de chiens*, His. *colla*, collare canum venaticorum, factum ex corio, fixumque clavis ferreis eminentibus adversus impetum luporum. *Fest.* Scipio Æmilianus ad populum, apud *Fest.* Vobis, Reique publicæ præsidio erit is, quasi millus cani. *Varr. l. 2. R. R. c. 9.* Ne vulnerentur a bestiis, imponuntur his collaria, quæ millum vocantur. *Scalig.* ibi legit *maliam*.

Milo, onis, m. Μίλων, athleta Crotoniensis. Tantæ fortitudinis fuit, ut taurum in Olympico certamine sictu nudæ dextræ occideret, & sine fatigatione per stadii spatium supra humeros portaverit, totumque eo die comederit. Huic malum tenenti digitis nemo poterat extorquere. Dum constitisset, nemo eum valebat vestigio educere. In senectute, cum nimia nervorum fiducia arborem in parte media hiantem deducere vellet, brachiis hinc inde constrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. *Gell. l. 15. c. 16. Valer. Max. l. 9. c. 12. & Ovid. in Ibin., v. 611.*

Milonĭānus, a, um, ad Milonem pertinens. *Balb. ad Cic. post epist. 7. l. 9. ad Attic.* Miloniana tempora, *h. e.* quibus T. Annius Milo accusatus est. Unde & oratio a *Cicerone* pro eo habita *Miloniana* dicitur.

Milētes lapis, Μιλήσιος λίθος, genus lapidis hæmatitæ, colore rubricæ, vel minii. *Plin. l. 36. c. 20. sub fin.*

Miltos, i, f. *minio*, Μίλτος, genus pigmenti, quod & minium dicitur. *Vitruv. l. 9. c. 3. & Plin. l. 33. c. 7.*

* Milva, æ, f. a *Milvus*, dicitur per convicium in fœminam rapacem. *Petron. in frag. Tragur. c. 75. Burm.* Suadeo, bonum tuum concoquas, milva.

Milvāgo, ginis, f. *pesce rondine*, genus piscis marini, qui idem est ac milvus. *Plin. l. 32. c. 2.*

Milvīna, æ, f. ἔρεξις, summa appetentia, qualis est milvi, dicta ab avis hujus rapacitate. *Plaut. Men. 1. 3. v. 29.* Quæ mihi appolita in mensam, milvinam suggerant. ¶ Revera tamen adject. est, & subintelligitur *famem*. ¶ Item genus tibiæ acutissimi soni, a milvus. *Fest. & Solin. c. 11.*

Milvīnus pes, herbæ species, quam nonnulli eamdem, ac coronopum putant. *Col. lib. 12. cap. 7.*

Milvīnus, a, um, quod ad milvum pertinet, ut *Milvina tibia*, quæ in accentus exeunt acutissimos, qualis est milvi vox. *Milvinæ ungulæ*, ideſt, rapaces, &c. *Tom. II.*

Plaut. Pseud. 3. 2. 63. An invenire postulas quemquam cocum, nisi sit milvinis, aut aquilinis unguibus? *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2. c. 2.* Licinium plagiarium cum suo pallo milvino tributa exigore. ¶ Milvina fames. V. *Milvina*.

Milvius, Pons, *Ponte Molle*, unus ex Romæ pontibus, ab Urbe 2. M. P. unde incipit via Flaminia, ubi etiam Milvius ager.

Milvus, per duas syllabas, seu milvius, m. 2. *nibbio*, דַּיָּה, Ger. *der huner geyer, ein weyh*, Gal. *un milan*, His. *milano*, ἱκτῖνος, avis rapacissima, dicta a sono vocis, quem edit. *Ter. Phor. 2. 2. 16.* Non rete accipitri tendetur, neque milvo. *Pers. sat. 4. vers. 26.* Dives arae Curibus, quantam non milvus oberret. ¶ Translate dicitur de homine rapaci. *Plaut. Rud. 4. 4. 80.* Vidi petere milvium &c. *Id. Pan. 5. 5. 13.* Milvos metuo male. ¶ Ab hujus avis similitudine pisces quidam milvius, sive milvus dicitur, quod se saltu supra mare attollens milvii in modum volare videatur, & aliorum piscium prædam agere, *pesce rondine, Plin. l. 9. c. 27.* ¶ Milvus etiam est signum cœleste, quod vergit ad Ursam majorem, in parte inferiore. Cum terra monstrum mirabile edidisset, quod superiore parte taurus erat, inferiore serpens, Parcarum monitu ibeiusum statim fuit apud Stygiam paludem, in nigra sylva, triplici murorum serie. Inde Oraculum fuit, qui flammis viscera ejus monstri adolenda dediisset, eum posse æternos Deos vincere. Igitur quando Saturnus a Jove filio ex Regno expulsus fuit, Titanas, fratrem scilicet, ac nepotes, in arma adversus Jovem concitavit. In his Briareus facta ex adamante fecuri taurum interfecit. Flammis exta jam jam daturus erat, cum Jupiter avibus imperavit, ut illa exta raperent. Rapta a milvio fuere. Ita Jupiter Titanas vicit, & milvium immortalitate inter sidera donavit. *Ovid. 3. Fast. vers. 793.* Nonnulli dicunt, milvium ideo inter stellas fuisse collocatum, quod Jovi elapsum anulum retulerit. V. *Plin. l. 18. cap. 26.*

Mima, æ, f. μῶσα, μιμάς, libra, nummus, apud Græcos. Mina Attica continebat ſtateres vigintiquinque, five, quod idem est, centum Asticas drachmas, eratque major Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc nonagina sex tantum pendebat drachmas. Sed hoc de mina nova intelligi debet, quæ & Solonis mina a quibusdam appellatur. Constat enim, minam Atticam antiquitus fuisse drachmarum tantum septuagintaquinque, quæ, auctis postea a Solone ponderibus, mina vetus appellata est. *Plin. l. 21. c. ult. Rhemnius Fannius v. 33. apud Prisc.* sentire videtur, minam Atticam eam esse, quæ constat septuag

Minanter, adv. idem ac minaciter. *Ovid.* 3. *de Arte*, *vers.* 582. Multaque submisse, multa minanter agant.

* Minarrio. V. Minurio.

Minatio, onis, f. *minacia*, ἀπειλησις, minæ, vel actus minandi. *Cic.*2.*de Or.* c.71. Colliguntur a Græcis alia nonnulla, exsecrationes, admirationes, minationes.

Minător, oris, מנהל, ποιμην, qui minat, seu agit, ut pecora, armenta, &c. *Terent. l.* 2. *ad Nation. cap.* 3. Animalia per se moventur, nullo apparente minatore. ¶ Pro eo qui minatur, caret exemplis.

Minatorius, a, um. *minacioso*, *terribile*. *Ammian. l.* 17. *c.* 16. Terræmotus sonitu audiuntur minatorio.

Minax, cis, o. *minacioso*, מְנַאֵץ, Germ. *dreuig*, Gal. *menaceur*, Hisp. *amenazador*, ἀπειλητικὸς, qui frequenter minatur. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 11. Cæsar minaces, & acerbas literas ad Senatum misit. *Liv. l.*4. *c.*52. Minacior, quam perniciosior. *Suet. in Calig. c.*51. Adversus Barbaros minacissimus. ¶ Sumitur interdum minax pro jactabundo, ac magna de se prædicante, ut docet *Jos. Scalig. a Fest.* afferitque exemplum ex Catullo, quod in MS. quodam codice legisse se testatur.

Minciades, æ, m. Virgilius, a Mincio agri Mantuani fluvio. *Juvenc. Presb. lib.* 1. *v.* 10. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

Mincius, m. 2. *Mincio*, *Menzo*, fl. Cenomanorum, in Venetia, qui ex Benaco lacu emissus ad Piscariam arcem, & Mantuam urb. alluens, in Padum ad Scrocventum pag. influit. *Virg.* 3. *Georg. v.* 15.

Mincito, onis, f. actus mingendi. *Veget. de re Veterin. l.* 1. *cap.* 50. Provocare mictionem. Al. leg. *mictionem*.

Mincitura, æ, f. mictio. *Veget. l.* 1. *de re Veter. cap.* 33. ubi al. leg. *mictura*, Mincides. V. Minyeides.

Mineius. V. Minycius.

Minéo, es, ui, n. 2. prominео, exsto. *Lucret. l.* 6. *v.* 561. ad cœlum magis quanto sunt edita quæque, inclinata minent in eamdem prodita partem.

Minerinus, pro minimus, apud Veteres. *Fest.*

Minerva, f. *Minervа*, Α'θηνᾶ, Α'θηνᾶ, Dea ingeniorum, & disciplinarum præses, alio nomine Pallas. *Arnob. l.* 3. scripsit, alios dixisse, Minervam esse summum æthereum, nonnullos Memoriam, inde nomen Minervæ formatum esse, quasi quædam Meminerva. Etymon hoc sumat, quod alii matrem ejus Memoriam faciunt. *Paulus* duo etyma adducit e *Festo*, his verbis: Minerva dicta, quod bene moneat. Hanc enim Pagani pro Sapientia ponebant. *Cornificius* vero, quod fingatur, pingaturque minitans armis, eamdem dictam putat. Apud *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 4. aliud quoque etymon legas. Sic enim inquit: Minerva, quia minuit, aut quia minatur. ¶ Poetæ fabulantur, natam esse ex cerebro Jovis primi, Jovi febricitanti Vulcanum fecuri cerebrum percussisse, inde Minervam exiisse. *Cic.*1.*de nat. Deor.* Quo commente significare volunt, litterarum disciplinas humani ingenii non esse inventum, sed ex Jovis cerebro, h. e. ex inexhausto divinæ sapientiæ fonte ad hominum usum esse depromptas. ¶ Hæc prima olei, & silicii inventrix creditur exstitisse; ob quæ crga humanum genus beneficia divinos honores meruit. *Cic.*3. *de nat. Deor. cap.*21. Hinc & pro ipso lanificio ponitur ab *Ov.*4. *Met. v.*32. & *Virg.*8. *Æn. v.*409. Sapientiæ, ut initio diximus, & bonarum omnium artium Dea habita est. Principem etiam & inventricem belli fuisse ferunt. *Cic. ib.* ¶ Minervæ quinque a *Cic.*1.3.*de nat. Deor. c.*23. numerantur: Minerva prima, inquit, quam Apollinis marrem supra diximus: fecunda orta Nilo, quam Ægyptii Saïtæ colunt: tertia illa, quam Jove generatam supra diximus: quarta Jove (secundo) nata, & Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coryphasiam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt: quinta Pallantis (al. Pallenis) quæ patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affigunt. ¶ *Pingui*, seu *crassa Minerva aliquid facere*, est simplicius, rudius, vel indoctius aliquid facere, *rozzamente*. *Horat.*1.2.*sat.*2.*v.*3. Rusticus crassa Minerva. *Cel.in præf.l.*1. Potest enim nec subtilissima, nec rursum (quod ajunt) pingui Minerva res agrestis administrari. ¶ *Invita Minerva aliquid facere*, idem est, quod repugnante ingenio, vel repugnante natura aliquid aggredi, *contro la natura*. *Hor. de Arte*, *vers.* 385. Tu nihil invita dices, faciesve Minerva. *Cic.*1.*Offic.*31. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud, ideo *quia nihil decet invita*, ut ajunt, Minerva. ¶ *Sus Minervam*, subaudi *docet*, vel *monet*, tritissimum est proverbium, quo utimur, quoties indoctus aliquis eum conatur docere, a quo ipse sit magis docendus. *Cic. Fam.*9.*ep.*18. Veni igitur, & dilige jam πρωτογονέας, quas quæris, etsi sus Minervam. ¶ *Omnis Minerva homo*, h. e. valde ingeniosus. *Perron. in fragm. Trogeor. c.*43. *Burm.*

Minerval, alis, n. 3. δίδακτρον, משכרת, merces, quæ a discipulis magistris persolvebatur, vel, ut *Vossio* placet, gratuitum munusculum, quo aliquis se in disciplinam tradens novo gammendabat magistro, a *Minerva* præside ingeniorum, & disciplinarum, cujus imago in scholis poni solebat. *Var. l.* 3. *de R. R. cap.* 2. Quin simul ac promiseris Minerval, incipiam, inquit.

Minervălis, e, ad Minervam pertinens. *Tert. de Spectac. cap.* 11. Minervales artes, ¶ *Minervalia*, *ium*, sacra Minervæ. *Id. de Idolol. c.*10.

Minervius, a, um, adj. ad Minervam pertinens. Hinc Athenienses *Minervii* dicuntur, quod Athenis Minervæ templum fuit; ejusque artes more colebantur, *Arnob. l.*5. *pag.* 175. Et *Minervium* dictum fuit ipsum templum, *Id. l.c. pag.*193. & *Var. l.* 6. *de L. L.* ¶ *Fest.* quoque *in voce Axamenta* docet, versus in honorem Minervæ compositos *Minervios* appellari.

Mingo, is, minxi, minctum, n. 3. idem ac mejo. *Hor. l.*1. *sat.*8. In me veniant minctum atque cacatum. *Mart. l.*3. *epigr.*78. Minxisti currente femel, Pauline, carina. ¶ In præsenti tempore *Veget. l.* 3. *de re Veter. cap.* 12. Convenit sanguinem mingere. Et *cap.* 15. Deambulant, & mingunt. Addunt quidam Lexicographi etiam locum *Celsi l.*4. *c.*20. sed dubiæ lectionis.

Miniaceus, a, um, adj. μιλτώδης, qui est ex minio. *Vitruv. l.*7. *c.*9. Expoliationem miniaceam suum colorem retinere. *Id. ib. c.*4. Miniacei cunei.

Miniānus Jupiter dictus est, cujus statua minio illita erat. *Cic. Fam.*9. *ep.*16.

Miniaria, æ, f. 1. μιλτωρυχία, locus in quo fodiatur minium. *Plin. lib.* 35. *cap.*7. Sisaponensibus autem miniariis suæ venæ arena sine argento excoquitur.

Miniarius, a, um, quod ad minium spectat. *Plin. lib.* 33. *cap.*7. Celeberrimum ex Sisaponensi regione in Bætica miniario metallo.

Miniatilus, a, um, *dim.* a miniatus. *Cic. Att. l.* 16. *ep.*11. Cerulas enim illas miniatulas tuas pertimescebam. V. Miniatus.

Miniatus, a, um, minio tinctus, ruber. Hinc cera miniata, vel miniatula, erat cera rubra, qua notabant, quæ minus probarent, & corrigi vellent. *Cic. Att. l.*13.*ep.*14. Quæ quidem vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notanda sit.

* Minicia. V. Mimitia.

Miniclarius, ii, artifex, qui minio inficit. *L.*3. *Cod. Theodos. de indulgent. debit.*

* Miniculator, oris, m. qui minium inducit, leg. ab *Accurs.* apud Ulpian. D. 38. 1. 7. al. *nomenculator*.

Minime, adv. ἐλάχιστα, מְעַט, לֹא, sup. anom. a *parum*. *Cic. Fam.*13, *ep.* 1. Homo omnium minime ambitiosus. ¶ Interdum ponitur pro minimum, id est ad minus, *per lo meno*. *Col. lib.*1. *c.*6. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minime novem. ¶ Sæpe adverbium est negandi, & significat idem, quod non, nequaquam, *no*, *non*, οὐδαμῶς, οὐ τοι. *Cicer. in Brut.* Attuleratque minime vulgare genus dicendi. ¶ Minime gentium, *per niente*, *a niun modo*, ἥκιστα πάντων, vehementius negantis est, ut exponit *Fest.* Sed fortasse ponitur simpliciter pro minime, ut sit superacua adjectio *gentium*, sicut *ubique gentium*, quod est ubique, *nusquam gentium*, quod est nusquam. *Ter. Adelph.* 3. 2. 44. Ah, minime gentium, non faciam. Sic, minime omnium, apud *Cic. pro Rosc. Amer. cap.* 34. ¶ Minime feceris, pro ne feceris. *Plaut. Most.* 1. 3. 115. ¶ Usurpatur & in responsionibus. *Sallust. in Catil. c.*52. Placet igitur eos dimitti? Minime. Sic, minime vero, apud *Cic.* 1. *Tusc. c.*6.

Minimopĕre, adv. idem ac minime, apud vet. *Licin. apud Priscian.* Non minimopere milites, quietos volebant esse.

Minimum, adv. ἐλάχιστα, מְעַט, idem ac minime. *Cic.*1. *Fam. ep.*9. Non præmiis, quæ apud me minimum valent. ¶ Sæpe significat ad minimum, ut minimum, saltem, *per lo meno*. *Var. de R. R. lib.* 3. *c.* 3. Harum singula genera minimum in duas species dividi posse. *Id. lib.*4. *L. L.* Minimum duo esse verba debent.

Minimus, a, um, *minimo*, הקטן, Germ. *der kleineste*, *der allerminst under allen*, Gal. *plus petit de tous*, Hisp. *minimo*, ἐλάχιστος, ἥκιστος, superl. anom. nom. *parvus*. *Plaut. Stich.* 1. 2. 63. E massis metris malum quod minimum est, id minimum est malum. *Id. Epid.* 2. 2. 110. Minimo emere, 4 *marcis mercato*. *Cic. de*

Orat. cap. 14. Minimus natu, *il più giovane*. ¶ Minimo provocare aliquem dicitur is, qui victoriæ confidentia plus sponsione promittit, quam exigat ab adversario. *Hor. l.* 1. *sat.* 4. *vers.* 14. Crispinus minimo me provocat, h. e. minimo prætio, vel nummo, quemadmodum *ff. l.* 2. *t.* 15. *leg.* 3. dicitur minimo transfigere. Quidam locum *Horatii* explicant de digito minimo, de quo V. *Erasm. in Adag.* sed hæc explicatio nulla nititur latina auctoritate. Alii satis ingeniose conjiciunt legendum *numo*. ¶ Superlativum ex superlativo, *minimissimus*, Græcorum more. *Arnob. l.* 5. *pag.* 160. Digitorum minimissimus.

Minĭo, onis, m. Munio, *Mugnone*, *Mignone*, fl. parvus Hetruriæ, qui oritur in regione Sabatina, & per agrum Cornuetanum inter Centumcellas, & Cornuetum in mare decurrit. *Virg. Æn.* 10. *v.* 183.

Minio, as, a. 1. *miniare*, μιλτόω, minio tingo. *Plin. lib.* 33. *cap.*7. A Censoribus in primis Jovem miniandum locari. *Id. lib.* 35. *cap.* 12. Fictilem fuisse, ideoque miniari solitum.

* Minisciat, reminiscitur. *Festus*.

Minister, stri, m. 2. *minister*, משרת, Germ. *ein diener*, *knecht*, Gal. *ministre*, Hisp. *siervo*, ὑπηρέτης, qui ministrat, vel inservit, a *minus*, vel *minor*, ut *magister* a *magis*. Aliquibus dictus videtur a *manus*, quasi manister. *Cic. 1. de Or. cap.* 45. infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in judiciis Oratoribus. *Id. 1. de Amic. c.* 10. Ut aut libidinis ministri, aut adjutores essent ad injuriam. *Id. pro Cluent. c.* 53. Magistratus ministri legum.

Ministerium, n. 2. *ministerio*, שרת, Germ. *ein dienst*, *dienst barkeit*, *amt*, Gall. *ministère*, *service*, Hisp. *ministerio*, διακονία, proprie ministri opera est, quamvis & pro omni operatione poni consueverit. *Virg. 7. Æn. v.* 618. Abstinuit tactu pater, aversusque refugit fœda ministeria. *Villej. l.* 2. *cap.* 38. Cyprus Senatus consulto, ministerio Catonis, provincia facta est. *Celsi l.* 3. *c.*4. Tradere ministerium. ¶ Interdum usurpatur pro ministris, sicut servitium pro servis. *Plin.* 12. *c.* 1. Quindecim convivarum, & ministerii capax triclinium.

Ministra, f. 1. *minister*, δέλη, διακονοῦσα, proprie ministri opera est, quamvis & pro omni operatione poni consueverit. *Virg. 7. Æn. v.* 618. Abstinuit tactu pater, aversusque refugit fœda ministeria. *Villej. l.* 2. *cap.* 38. Cyprus Senatus consulto, ministerio Catonis, provincia facta est. *Celsi l.* 3. *c.*4. Tradere ministerium. ¶ Interdum usurpatur pro ministris, sicut servitium pro servis. *Plin.* 12. *c.* 1. Quindecim convivarum, & ministerii capax triclinium.

Ministra, f. 1. *minister*, δέλη, διακονοῦσα, *b. e.* inferior in certando. ¶ Interdum idem est, quod junior, præsertim si addatur ablativus *natu*, *annis*, *ætate*, vel similia. *Terent. Eun.* Video herilem filium minorem hinc advenire. *Cicer. de Amic. c.* 9. Pro hoc, qui minor est natu, jure meo respondeo. *Id. 4. Verr.* Ne quis minor triginta annis natu. ¶ Id vero frequentissimum est in plurali numero, ut minores dicamus pro junioribus, & interdum pro ipsis posteris, quemadmodum majores pro senioribus, vel pro iis, qui nos ætate antecesserunt. *Horat. de Arte*, *v.* 174. Censor, castigatorque minorum. *Ovid.* 4. *Trist. eleg. ult. v.* 55. Utque ego majores, sic me coluere minores.

Minor, aris, d. 1. *minacciare*, יָעַץ, הֵרִיעַ, ἀπειλέω, minas infero, verbis, & denuntiatione periculi terreo. *Cic. in Ver. 6. c.* 66. Nisi vehementius hominr minatus essem, *Id. in Phil.* Hostis teterrimus omnibus bonis cruces, & tormenta minatur. ¶ Usurpatur etiam pro eminere, exstare, efferri. *Virg.* 1. *Æn. v.* 166. Geminique minantur in cœlum scopuli. Ubi *Servius*: Minantur, est eminent, ut Minasque murorum ingentes. ¶ Item pro pollicери, præ se ferre, *vantare*, *promettre gran cose*. *Horat. lib.* 2. *sat.* 3. *v.* 9. Atqui vultus erat multa, & præclara minantis. *Phædr. l.* 4. *fab.* 22. Qui magna cum mineris, extricas nihil.

Minorātus, a, um, *fatto minore*, *diminuito*, מְמֻעָט, μειωθεὶς ἐλαττονοῦσθαι. *Scevo. Jctus l. cum venderet ff. de servis expor.* Quos minorato pretio vendidit. Adde *Tert. adv. Jud. c.*14.

Minŏro, as, a. 1. ἐλαττῶ, minorem facio. *Tert. de anim. c.* 43.

Minos, is, m. 3. *Minoe*, filius Jovis, & Europæ, Rex Cretæ, qui primus Cretensibus leges dedit. *Lactant. l.* 1. *v.* 22. ¶ Propter insignem justitiam fabulari sunt, Minoem apud Inferos judicem animarum constitutum fuisse. *Cic.* 1. *Tusc. cap.* 41. Hinc *Virg. 6. Æn.* 432. Quæsitor Minos urnam movet: ille silentum Conciliumque vocat, vitasque, & crimina discit.

Minotaurus, m. 2. Μινώταυρος, monstrum parte superiore hominem, inferiore taurum referens, ex portentoso Pasiphaes cum tauro concubitu prognatum, quod jussu Minois labyrintho inclusum humanis carnibus alebatur. *Virg. 6. Æn. v.* 24. Huic quo-

quotannis Athenienses ex præscripto fœderis feprem ex suis liberis mittebant devorandos. Sed tertio anno Theseus filius ægei, forte missus, Minotaurum occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere fuga evasit. *Servius* interpretatur, taurum scribam fuisse Minois, qui, absente Rege, cum Pasiphae concubuit in domo Dædali, & quia Regina eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro esset similis, factum esse locum fabulæ, ut Minotaurum biforme monstrum peperisse diceretur.

Minotauranus. V. Menotyrannus.

Minōus, a, um, Cretensis, a Minos. *Ov. in Ibin*, *v.* 511. Si tua contigerit Minoas puppis arenas. ¶ Item ad ipsum Minoem pertinens. *Propert. l.* 3. *eleg.* 17. *vers.* 21. Minoa figura. *b. e.* Minois pulcritudo.

Minthe. V. Menthe.

Mintrĭo, is, vel Mintro, as, n. 4. vel 1. verbum exprimens vocem murium. *Auct. carm. de Philomel.* quod a nonnullis *Ovidio* tribuitur, *v.* 61. Mus avidus mintrit. Al. leg. mintrat.

Minturnæ, arum, f. 1. urbs, & Col. Latii Novi, in Campaniæ confinio, ad ostia Liris fl. & au ejus dexteram, in planitie, inter Formias & Sinuessam. In paludibus propinquis C. Marius delituit, fugiens persecutionem Syllæ. *Liv. l.*10. *c.*2. Minturnenses, ĭum, adj. qui est ex Minturnis. *Vellej. l.* 2. *c.* 19. In carcerem Minturnensium perductus est.

Minuisco, is, n. 3. minor fio. *Auson. in Ephemer. sub fin.* profugi minuiscunt crimina somni. Al. aliter leg.

* Minucia. V. Minutia.

Minŭo, is, nui, utum, a. 3. *diminuire*, *menomare*, דמעיט, גרע, Ger. *mindern*, *kleiner machen*, Gal. *amoindrir*, *diminuer*, Hisp. *menguar*, ἐλαττῶ

Miscellaneus, a, um, בעל אשמים, συμμικτος, quod variarum ex rerum commistione, nullo observato ordine, constatum est. *Gell. l. ult. c. 11.* Quia variam, & miscellaneam, & quasi confusaneam doctrinam conquisiverunt. ¶ Miscellanea turba dicitur, quæ ex permixtione hominum cujuscumque ordinis, & conditionis constat. *Apul. l. 2. Λ. 4. sub init.*

Miscellliones appellantur, qui non certæ sunt sententiæ, sed variorum, mixtorumque judiciorum. *Festus.*

Miscellus, a, um, *mischio*, בלול, Germ. *mit mancherley gemischt*, Gall. *mêlé de diverses choses*, His. *mezclado*; quod mistum est, vel misceri potest. *Suet. in Calig. c. 20.* Miscellos ludos Lugduni edidit. *V. Miscellanea.* ¶ Miscellum columbarum genus, quod nec agreste est, nec domesticum, sed ex utroque temperatum. *Varr. l. 3. de R.R. c. 7.* ¶ Miscellæ vites, quæ omni agro conveniunt, quod cæteris ubique utiliter miscentur. *Cato de R.R. c. 6. Varr. 1. de R.R. c. 59.* ¶ Miscellæ uvæ, quibus præligneum vinum fit, quod operarii bibant. *Cato c. 23.*

Misceo, es, miscui, mistum, rectius quam mixtum, ut placet *Manut. in Orthogr. d. 2. mischiare, mescolare*, מהל, מסך, בלל, ערב, Ger. *mischen, mengen*, Gal. *mêler, brouiller*, His. *mezclar*, μίγνυμι, confundo, turbo, tempero, a Μίσγω. Construitur cum acc. *Cic. pro Rosc. Am.* In tenebris ruebant, omniaque miscebant. ¶ Vel cum alio acc. & præp. *inter*, vel *in*. *Cic. in Or.* In perpetua oratione hi sunt inter se miscendi, & semperandi pedes. *Liv. l. 30. c. 34.* Pavidos fuga, & vulneribus in integram aciem miscuit. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *ex*. *Cic. 3. Off.* Id ex dissimilibus rebus misceri, & temperari oportet. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *cum*. *Cicer. 1. Phil.* Ut parentalia cum supplicationibus miscerentur. ¶ Vel cum acc. & abl. sine præp. *Pl. l. 7. c. 56.* vinum aqua miscere Staphilius docuit. ¶ Vel cum acc. & dat. *Col. l. 7. c. 5.* Nonnulli folia cypressi trita miscent aquæ. ¶ Quandoque est potum ministrare, *dar da bere*, tractum a commistione aquæ, & vini. *Jul. Sat. 5.* Nescit tot millibus emptus pauperibus miscere puer. *Cic. 2. de Fin. c. 5.* Qui alter nascetur mulsum. ¶ Translate usurpatur eleganter pro perturbare, commovere, novas res agitare. *Cic. l. 3. ad Q. Fr.* Pompejus abest, Appius miscet. *Nepos Paus.* Qua victoria elatus plura miscere cœpit. *Hor. l. 1. ep. 16. v. 54.* Miscebis sacra profanis. *Virg. 4. Æn.* Cœlum miscetur magno murmure, h. e. nubibus, & tonitru turbatur. ¶ Miscere se partibus, h. e. adhærere. *Vellej. l. 2. c. 86.* ¶ Miscere consilia cum aliquo, *communicare, far partecipe*, *Senec. epist. 3.* Cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. *Terent. Heaut. 4. 5. 35.* Tu isthæc tua misceto, ne me admisceas, *non mi far entrare*. ¶ Miscere cernamina, miscere manus, *venir' alle mani*. *Liv. & Tac.* ¶ Miscere consilia, sedationes, pro agitare. *Tac. 4. hist. c. 68.* ¶ Habet usum & in rebus Venereis. *Cic. 1. Div. c. 30.* Ut cum matre corpus miscere videamur. *Virg. 7. Æn. v. 661.* Mixta Deo mulier.

Miscellus, a, um, *meschinello*, עני, πτωχαίτερος, dim. a miser. *Cic. Att. l. 3. ep. 13.* Cui nihil mistello relinquo, præter invidiam, & ignominiam nominis mei. *Id. in Fam. 14. ep. 4.* Illius misellæ & macrimonio, & famæ serviendum est.

Miserites, ium, m. Miseni incolæ. *Veget. l. 3. de re milit. c. 31.*

Misenensis, e, adj. ad Misenum pertinens, ut Misenensis villa *Phab. fab. 5. l. 2. n. 8.*

Misenensis classis. *Tac. 3. hist. c. 57.*

Misenum, i, promontorium Campaniæ. V. Misenus. *Sil. l. 12. v. 155.*

Misenus, m. a. Aetius, *Misene*, מילונש, mons, & prom. Campaniæ ubi Misenum urbs a Miseno filio Æoli, Æneæ tubicine, ibi sepulto. *Virg. 6. Æn. v. 231.*

Miser, ra, rum, *misero, infelice, meschino*, עני, Ger. *elend, arbeitselig*, Gal. *misérable, pitoyable*, His. *mesquino, desdichado*, πτωχος, ἄθλιος, δύστηνος, calamitosus, ærumnosus, infelix. *Cic. pro Quinct. c. 30.* Spes est, hunc miserum, atque infelicem aliquando tandem posse consistere. *Id. pro Cluent. c. 3.* Eum tandem ejus fortunæ miseræ, multumque jactatæ portum, ac perfugium furorum. ¶ Reperitur cum gen. *animi*. *Plaut. Mil. 4. 2. 76.* Quid illam miseram animi excruciας? ¶ Item cum abl. *animo*. *Plaut. Truc. 2. 7. 38.* ¶ Item cum ablat. *ex animo*, *Plaut. Stich. 1. 1. 1.* ¶ Miserum habere, est miserum facere. *Cic. pro Flac.* Apollonienses amantissimos P. R. fidelissimosque sociis miseriores habes, quam, &c. ¶ Accipitur interdum pro ægroto, *infermo*. *Plaut. Pœn. 5. 2. 43.* Miseram esse prædicat buccam sibi: obstrahe medicos nos esse putat. ¶ Comp. miserior, sup. miserrimus. *Ter. Heaut.* Nemo est miserior me. *Cic. l. 3. ad Fr.* Id est maximum, & misserrimum mearum miseriarum.

Miserabilis, le, o. 3. *degno di misericordia*, עני, וראוי לרחמים, Ger. *elend, armselig*, Gal. *misérable, qui émeut à pitié*, His. *miserable*, ἐλεεινος, λυγρός, miserandus, miseratione dignus, cujus alii misericordia commoventur, vel commoveri debent. *Cic. in Pars. c. 17.* Nihil tam miserabile, quam ex beato miser. ¶ Ponitur etiam pro flebili, vel lamentabili. *Liv. l. 1. c. 29.* Voces etiam miserabiles exaudiebantur. *Id. ibid c. 59.* Causa indignior, & miserabilior. ¶ Adverbialiter *Virg. 12. Æn. v. 338.* miserabile cæsis Hostibus insultas.

Miserabiliter, adv. *miserabilmente*, בענין, Ger. *jammerlich, erbarmlich*, Gal. *misérablement*, His. *miserablemente*, ἐλεεινῶς, misere, miserandum in modum. *Cic. Att. l. 10. ep. 9.* M. Cœlii quidem epistolam legi scriptam miserabiliter. *Id. in Tusc. l. 1. c. 40.* Tamen non miserabiliter vir clarus emoritur.

Miserámen. Apud *Juvenc. l. 4. v. 25. in Matt. v.* 285. parvi miseramina panis, Al. leg. mihi fragmina panis.

Miserandus, a, um, *degno di misericordia*, נורא, Ger. *mit dem man ein mitleiden sol haben*, Gall. *de qui on doit avoir pitié*, His. *que merece misericordia*, ἐλεεινός, miseratione dignus, partic. a miseror. *Cic. 1. de Orat. c. 37.* Ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur. *Idem de Prov. Consc. 3.* Miserandum in modum necabantur.

Miserans. V. Misero.

Miseranter, adv. *miserabilmente*, ἐλεεινῶς, cum miseratione. *Gel. l. 10. c. 3.* Quod aut ampliter, insigniterque, aut lacrymose, aut miseranter, &c.

Miseratio, onis, f. *misericordia, compassione*, רחמים, Ger. *erbarmung*, *mitleiden*, Gal. *pitié, & compassion*, His. *compassion, lastima*, οἰκτιρμός, significatio, seu ostensio misericordiæ, qua ex alicujus infelicitate movemur. *Cic. l. 5. Fam. epist. 12.* Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? *Quint. l. 10. c. 1.* Miserationem commovere.

Miserator, oris, m. is, רחום, ἐλεήμων, quem alicujus misereat. *Juvenc. l. 2. v. 294.* peccantum largus miserator Jesus.

Misère, adv. *miseramente, infelicemente*, Ger. *erbaermlich*, Gall. *miserablement, malheureusement*, His. *miserablemente*, ἀθλίως, infeliciter. *Cic. 3. Fin. c. 15.* Quæ mihi valent ad beate, misereve vivendum. *Ter. Heaut. 2. 3, 124.* orare aliquid misere. ¶ *Cæs. ad Cic. Fam. 12. ep. 12.* Bassus misere nobis mihi legem omnem tradere. *h. e.* stulte, nullo consilio.

Miserĕo, n. 2. idem ac misereor, apud vet. *Enn. apud Non. p. 58. c. 7.* Miserete manus, date servum, ut me anima privem. *Lucret. l. 3. v. 895.* Ipse sui miseret.

Miserĕor, eris, ertus sum, d. a. *aver misericordia*, רחם, חנן, Ger. *erbaermen, sich über einen erbaermen*, Gall. *avoir petié, & compassion*, His. *tener lastima*, ἐλεέω, ob alicujus miseriam dolorem animo concipio, misericordia commoveor. Construitur cum gen. *Cic. in Verr. 3. c. 28.* Audire, quæso, & aliquando miseremini sociorum. *Cur. l. 5. c. 5.* Non fortunæ solum, sed & pœnitentiæ misertus. ¶ *Senec. l. 1. contr. 2.* Miserĕor tibi puella. Ita quidam leg. sed optimi codices habent *tui*.

Miserescо, is, n. 3. *muoversi a misericordia*, οἰκτίρω, moveor misericordia. Construitur cum gen. qui interdum subintelligitur. *Virg. 2. Æn. v. 145.* His lacrymis vitam damus, & miserescimus ultro. *Stat. l. 1. Theb. v. 280.* Et generis miserescе tui. ¶ Sæpe usurpatur impersonaliter. *Ter. Heaut. 5. 4. 3.* Te nunc miserescat mei. *Liv. l. 2. c. 5.* Miserescebat nop pœnæ magis homines, quam fceleris. *Plaut. Epid. 4. 1. 1.* Si quid est homini miseriarum, quod miserescat, h. e. quo homo misereri fiat.

Miserĕret, ebat, imp. 2. *aver misericordia*, רחם, ἔλεος γίνεται, οἰκτον ἔχω, misereor. Construitur cum acc. & gen. *Cic. 2. Phil.* Tamen me tui miseret, quod tibi invideris. ¶ Reperitur etiem cum duplici acc. *Ter. Heaut. 4. 5. 2.* Ut nunc Menedemi vicem miseret me. ¶ Præteritum *miseruit* habet *Apul. l. 8. Met.*

Miserĕtur, imp. 2. pro miseret, apud vet. *Turpil. apud Non. c. 7. n. 20.* Quam matris nunc patris me misereтur magis.

Miseria, æ, f. *miseria, infelicità*, רעה, חלא, עני, וש, Ger. *das elend* Gal. *misére*, His. *miseria*, πλωτωχεία, infelicitas, calamitas, ærumna, cum scilicet quis patitur vel egestatem, vel damnum. *Cic. 2. Tusc.* Gentes nostras flebunt miserias. *Id. Phil. 2. c. 10.* In miserias incidere. *Id. Tusc. 1. c. 5.* In miseriam nasci. *Plaut. Amph. 3. 1. 43.* Miserrima miseria est servo bono.

Miseria, f. 1. filia Herebi, & Noctis. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 17.*

Misericordia, æ, f. *misericordia, compassione*, חסד, רחמים, חנינה, Ger. *barmherzigkeit*, Gal. *misèricorde*, His. *misericordia*, ἔλεος, miseratio, clementia. *Cic. 3. Tusc.* Atqui quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus adversis. *Id. 4. Tusc. c. 8.* Misericordia est ægritudo ex miseria alterius injuria laborantis. *Idem pro Mil. c. 34.* Implorare alicujus misericordiam. *Idem 4. Tusc. c. 8.* Misericordia commoveri. *Id. pro Rab. perduel. c. 2.* Misericordiam adhibere fortunis alicujus. In plurali num. *Plaut. Mostel. 2. 3. 115.* Misericordias jam habere haud hominem oportet. ¶ Heraclienses Misericordiæ aram Athenis dedicarunt, post impetratum ab Atheniensibus auxilium. *V. Stat. Theb. 12. v. 481.* Hinc ad Misericordiæ aram venire. *Apul. l. 11. Met.*

Misericorditer, adv. *misericordiosamente*, ἐλεημόνως, cum misericordia. Vox est *Claudii Quadrig.* apud *Non. c. 11. n. 11.* & *Lactantii l. 6. c. 18.*

Misericors, ordis, o. 3. *misericordioso*, חנון, רחום, חסיד, Ger. *barmhertzig*, Gall. *misericordieux*, His. *misericordioso*, ἐλεήμων, est ille, qui miseretur. *Cic. pro Lig.* Nolinæ, te in alios esse misericordem. *Id. ibid.* Si honesto, & misericordi mendacio saluti civis calamitosi consultum esse velimus. ¶ Comp. *misericordior*. *Plaut. Rud. 1. 5. 23.* Misericordior nulla est in me fœminarum. ¶ Misericordissimus est *Augustini ep. 48.*

Miserimonium, ii, n. 2. miseria. *Laber.* apud *Non. c. 3. n. 144.* Tibi relictum est miserimonium.

Misereiter, adv. idem ac miserabiliter, seu misericorditer. *Laber. apud Non. c. 11. n. 62.* Mens incorrupta miseriter corrumpitur. *Catull. carm. 62. v. 49.* Patriam allocuta est ita voce mæsta miseriter.

Miseritudo, inis, f. idem ac miseria. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 521.* Qui felix miseritudine fœtus est aliena.

* Miserrimus, Misertus. V. Miserĕor, Miserĕo.

Misĕro, as, a. 1. idem ac misereor. *Accius* apud *Non. c. 7. n. 18.* Ut jure hæc nunquam miserarent mala. Hinc partic. miserantis, antis. *Virg. 5. Æn. v. 452.* miserans attollit amicum. *Id. 2. Georg. v. 499.* Miserans inopem.

Misĕror, aris, atus sum, d. 1. *aver misericordia, aver compassione*, רחם, חנן, οἰκτείρω, verbis, aut lacrymis, aut re dolorem, quem ex alicujus miseria concepi, ostendo, deploro. Construitur cum acc. *Cic. pro Mur. c. 27.* Non queo satis hujus eventum, fortunamque miserari. *Cæs. l. 1. B. G.* Aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. *Virg. 1. Æn. v. 601.* Trojæ miserata labores, *Misertus*. V. Misereor. ¶ Cum genitivo. *Sil. l. 11. v. 381.* pœnæ juvenem indigne miseratus ab alto Jupiter. *Prudent. in Psychom. v. 580.* miserando inopum, quos larga benigne Foverat. *Minuc. Felix in Oct. c. 28.* Nonnunquam etiam miserantes eorum. *Justin. l. 43. c. 4. a med.* Mulier misereta formæ ejus, insidias aperuit. Al. leg. *forma*. ¶ *Miserari animi* pro *animo*. *Virg. 10. Æn. v. 686.* juvenemque animi miserata repressit. Ita *Servius*, alii que teste *Pierio*: estque elegantius, quam quod quidam leg. *animo*. ¶ Verbis & oratione misertam cujusquam persequi. *Gel. l. 10. c. 3. a med.* Hæc M. Tullius atrociter, graviter, copiose, apteque misertus est.

Misserĭtulus, a, um, misellus. *Catul.* apud *Non. c. 11. n. ult.* Animula misserula.

* Missibilis, de, missilis dixit *Sidon. l. 4. ep. 20.*

* Missicius. V. Missitius.

Missĭculo, as, a. 1. *mandare spesso*, πεμπάζω, idem quod missito, sæpe mitto. *Plaut. Epid. 1. 2. 29.* Quod ture ad me literas missiculabas.

Missĭlis, le, o. 3. *obe facilmente si getta*, ακοντιστός, quod facile mittitur, ut Missilia tormenta, missiles lapides, missilia tela. *Prop. l. 3. el. 12.* Pondus missile disci. *Liv. l. 1. c. 43.* missiles lapides. *Suet. Augusti c. 98.* Permissa licentia jocandi diripiendique pomorum, & obsoniorum, rerumque missilium. *V. infra.* ¶ Missilia item absolute dicuntur arma quæ vibrantur, *armi da lanciare*. *Liv. l. 34. c. 39.* Lacedæmonii missilibus pugnabant. ¶ Item munera variarum rerum, quæ spargebantur a principe in populum, ad diripiendum. *Suet. in Ner. c. 11.* Sparsa populo missilia avium cujuscumque generis, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, gemmæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, &c. *V. ibid. cætera.*

Missio, onis, f. il *mandare*, משלוח, Germ. *sendung, schickung*, Gal. *envoy, congé & mission*, His. *mission, el embiar*, ἀποστολή, ἀποστολή, actus mittendi. *Cic. Attic. l. 5. ep. 5.* De literarum missione sine causa abs te accusor. *Id. 7. Phil. c. 1.* Non sine causa Legatorum istam missionem semper timui. ¶ Interdum ponitur pro dimissione, *licenza*. *Suet. in Cæs. c. 7.* Missionem continuo effagitavit. ¶ Missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta, quæ emeritis stipendiis ab Imperatore indulgetur: est causaria, qua quis propter valetudinem a laboribus militiæ solvitur: est ignominiosa, cum quis propter delictum sacramento solvitur, ut *l. 13. Dig. de re milit.* dicitur. *Liv. l. 26. c. 1.* Quibus missionem negasset ante belli finem. ¶ Est etiam dimissio, omissio. *Cic. 5. Fam. ep. 12. subfin.* Cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur. ¶ Item jactus, *il lanciare*. *Vitr. l. 2. c. 9.* Extra telorum missionem.

Missĭtātus, a, um, sæpe missus. *Plin. l. 33. c. 1.* Codicillos missitatos epistolarum gratia indicat.

Missĭtius, vel Missicius, a, um, qui mittitur, vel mitti potest. Hinc Missicius miles dicitur veteranus, qui missionem impetravit, vel ex est dignus. *Suet. Ner. c. 48.* Agitus a quodam missitio prætoriano. *Inscr. vetus* apud *Grut. p. 1109. n. 5.* Missicius leg. VI. Aug.

Missĭto, as, avi, atum, a. 1. *mandare spesso*, προσαποπέμπω, sæpe mitto. *Liv. l. 9. c. 45.* Samnites auxilia missitaverant.

Missor, oris, m. qui mittit. *Cic. in Arat. v. 84.* Hic missore vacans fulgens jacet una sagitta. Al. leg. *Hic missa revocans*, &c.

Missus, a, um, *mandato*, נשלח, ἀποστολής, quod missum fuit, partic. a mittor. *Cic. in Fam.* Quem ad te missum scio. Item omissus, *tralasciato*. *Hor. l. 2. sat. 5. v. 9.* Quando pauperiem, missis ambagibus, horres. ¶ Item emissus, *mandato fuori*, *cavato*. *Lucr. l. 2. v. 194.* E corpore missus sanguis. *Hor. de art. poet. v. 390.* pescit vox missa reverti. ¶ Missum facere, est deponere, ac etiam a nostra familiaritate, potestate, arbitrio dimittere, *dare licenza, licenziare*. *Cic. Att. l. 9.* Sed & mea instituto usus sum, & eum statim missum feci. *Id. pro Sext. c. 66.* Qui voluptatibus ducuntur, missos faciant honores. ¶ Est etiam omittere, prætermittere. *Cic. in Or.* Missos facio Mathematicos, Grammaticos, Musicos. *Id. 9. Fam.* Sed ridicula missa faciamus. ¶ Est etiam deferere, repudiare. *Suet. Calig. c. 25.* Perductam a marito conjunxit sibi, brevique missam fecit. *Plaut. Merc. 1. 1. 83.* Missum facere amorem. ¶ Eodem modo dicitur, missum habere. *Id. Pseud. 2. 2. 8.* Illa omnia missa habeo, quæ ante agere occœpi. ¶ Denique *missum facere* est idem quod mittere. *Pompej. ad Dom.* inter *epist. Cic. ad Att. l. 8.* Ut cohortes, quæ ex Piceno venerunt, ad me missum faciat.

Missus, us, m. idem ac missio. *Nepos 17. c. 4.* Nuntius ei domo venit missu Ephororum. *Liv. l. 9. c. 19.* Vehementius ictu, missuque telum. ¶ In Circensibus, & aliis ludis missus dicebantur singulæ procursiones equorum, singulæ ferarum immissiones, aut gladiatorum, &c. quos fere 25. fuisse (si de equorum, aut quadrigarum cursibus sermo sit) notat *ex Varr. Serv. ad prim. l. Georg.* Cæterum & plures fuere, pro luxu, & opibus eorum, qui ludos dabant. Hinc *Suet. in Domit. c. 4.* scribit, Domitianum singulos missus ad quina spatia redegisse, quo facilius centum missus peragerentur, cum antea septeni ebrioli solerent; nec enim dabatur corona victori, antequam septem spatia currendo peregisset. *Idem in Ner. c. 22.* Spectaculum multiplicatis missibus in serum protraxit. ¶ Denique missus in cœnis sunt singulæ ferculorum illationes in mensam, מנה, πεσσρορὰ, *portata*. *Capit. in Pertin. c. 12.* Novem libras carnis per tres missus ponebat. Adde *Lampr. in Heliog. c. 30.*

Mistarius, seu mixtarius, m. a. μύκθος, vas, quo visum aqua misceтur. *Lucil.* apud *Non. l. 15. n. 30.* Urceus, aut gemina longus mistarius ansa.

Mistim, vel Mixtim, adverb. *confusamente*. *Lucret. l. 3. v. 567.* per venas, & viscera mixtim.

Mistĭo, vel Mixtio, onis, f. actus miscendi, *mescolamento*. *Vitr. l. 1. c. 4.* Aliam mixtionem habet.

Mistūra, vel Mixtura, æ, f. *mistura*, ערוב, בלבול, μίξις, confusio rerum, temperatura, moderatura, ut *Nonius* ait. *Col. l. 7. c. 5.* Ea mistura palatum, atque lingua, totumque os perficiatur. *Lucret. l. 2. v. 976.* De rerum mixtura dicere. *Quint. l. 6. c. 3.* Frequentissima aliorum generum cum aliis mistura est. *Suet. in Domit. c. 3.* Mistura æquabilis vitiorum, ac virtutum.

* Mistus, a, um, *mescolato*, מהול, בלול, μικθὸς, confusus, temperatus. Construitur vel absolute. *Cic. in Catil.* Quartum genus sane varium, & mistum, & turbulentum. ¶ Vel cum abl. & præp. *ex*. *Cic. pro Leg. Manil.* Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mistum ex civitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus. ¶ Vel cum abl. sine præp. *Vellej. l. 2. c. 98.* Mores rigore, ac lenitate mistissimi.

Misumĕnus, שנוא, μισήμενος, invisus, *odiato*. Hoc nomine fuit Menandri Comœdia. *Mart. l. 14. epigr. 214. de pueris comœdis*. Non erit in turba quisquam μισήμενος ista. ¶ In aliquibus *editionib.* latinis literis scribitur.

Misy, yos, n. 3. tuberis genus, suavitate odoris, & saporis præcipuum, quod in Cyrenaica provinc a nascitur, nostratibus earnosius. *Pl. l. 19. c. 3.* ¶ Est etiam genus metalli, quod alii vitriolium Romanum vocant. *Id. l. 34. c. 12.*

Mite, adv. *mitemente, placevolmente*, ענוה, לאט, πραέως, placide, mansuete. *Apulej. l. 10. Met.* Nunc mite conniventibus, nunc acre comminantibus gestite pupillis. *Ov. 3. ex Pont. ep. 7. v. 49.* Mitius ille perit, subita qui mergitur unda. *Cæs. l. 7. B. Gal. c. 43.* Quam mitissime poterit, legatos appellat.

Mitella, æ, f. ι. μίτυλον, parva mitra, dim. a *mitra*. *Virg. in Copa*: Copa Syrisca caput Graja redimita mitella. *Cic. pro Rab. r. Post. c. 10.* Adolescentes cum mitella videmus. ¶ Item fascia. *Cels. l. 8. c. 10. n. 3.* Brachium involurum mitella.

Mitellita, vel Mitellica, æ, f. erogatio, & distributio coronarum, in modum mitellæ compactarum, quæ ex nardi foliis, aut rosis, & serico factæ, pretiosisque unguentis imbutæ gestabantur a convivis in lautioribus cœnis. *Suet. in Ner. c. 27.* Indicabat & familiaribus cœnas, quorum ani mitellita quadragies HS constitit, alteri aliquanto pluris absorptio rosaria.

Mitesco, is, neut. 3. *farsi domestico*, מאנס, Ger. *mild wveich vverden*, Gal. *s' addoucir, devenir vra etable*, His. *ablandarse, amansarse*, πραύνομαι, ἡνιώμαι, *mansuesco*. *Pl. l. 22. c. 25.* Ut feræ domi educatæ mitescunt. ¶ Aliquando est maturescere. *Pl. l. 15. c. 13.* Reliquorum pomorum velocitas cito mitescentium transvolat. *Col. l. 3. c. 1.* Uvæ mitescunt. ¶ Translate *Ov. 2. de Pont. ep. 7. v. 79.* Spes quoque pueri mea mitescere principis iram. Adde *Hor. l. 1. ep. 1. v. 39.* ¶ *Livil. 23. c. 19.* Mitescente hieme, *raddolcendosi l'inverno*.

Mithras, vel Mithra, m. ι. μίθρας, a Persis dicitur Sol, cujus simulacrum effingebant rictu leonis cum tiara, utraque manu bubula premens cornua. *Strabo l. 15. Strat. l. 1. Theb. ad fin.* Indignata fequi torquentem cornua Mithram ¶ Ponitur aliquando pro primario Sacerdote. *Apul. l. 11. Met.* Ipsumque Mithram illum fuum Sacerdotem præcipuum sacrorum ministrum decernit. ¶ Est etiam Mithra solis pannicus, quo navis media vincitur. *Tert. de Jona & Ninive, v. 43. V. Rosin. l. 10. Antiq Rom. c. 20.*

* Mithriax, *vel* Mitras, acis, m. μίθρας, gemma a Persis accepta multicolor, contra solem varie refulgens. *Pl. l. 37. c. 10.* Apud *Solin. c. 37. al. 50. & Isidor. l. 16. Orig. c. 12.* legitur *Mitridax*.

* Mithridatios antidotus, *Gell. l. 17. c. 16. V.*

* Mitrificātus, a, um, mitisfactus. *Cic. de Div. c. 26.* mitificato *cibo*, *digerito*, al. *mudificato*.

Mithriaca, orum, n. μιθριακὰ, sacra Mithræ, in antro fieri solita, bove inde corpus educto, quem post hymnorum concentum Soli immolabant. *Lampr. in Commodo, c. 9.* Sacra Mithriaca homicidio vero polluit.

Mithridates, masc. 1. מתרדת, μιθριδάτης, Rex Ponti, qui duarum & viginti gentium linguis loquebatur. Adeo venenis comedendis assuevsrat, ut non jam, cum maxime optaret, iis confici potuerit. *Mart. l. 5. epigr. 77.* Bellum cum Romanis gessit bello Sociali, & a Sylla, & Pompejo victus bis, fugatusque tandem a Pharnace filio in turre obsessus interiit. *V. Justin. l. 16. 37. 38. & 42.*

Mithridatēus, a, um, Mithridaticus. *Manil. l. 5. v. 510.* Et Mithridateus vultus indata trophæa.

Mithridaticus, a, um, adj. ad Mithridatem spectans, ut Mithridaticum bellum. *Cic. pro Leg. Manil.* ¶ Mithridaticum antidotum, genus theriacæ a Mithridate inventum adversus venena. *Pl. l. 25. c. 2.*

* Mithridax. V. Mithriax.

Mitisco, as, avi, atum, a. 1. *domesticare, far mansueto*, התחיית, Germ. *zahm machen*, Gal. *rendre doux, appaiser*, His. *ablandar, ἐκμαλάσω*, mitem, ac placidum facio. *Plin. lib. 8. cap. 7.* Capti celeriter mitificantur hordei succo. ¶ Mitificare cibum, est concoquere. *Cic. 2. de Div. c. 26.* Depulso enim de pectore, & in omne corpus diviso, & mitificato cibo cantus edere quiete fariatos. Sunt qui leg. *modificato*.

Mitĭficus, a, um, adj. qui mitigat, vel mitigatur. *Apul. de Mundo*, Mitificum aliquem facere. *Prudent. Hamartig. in fin.* mitifico incendia lenta vapore exhalent.

Mitigabĭliter, & &

Mitiganter, adv. mitigando, cum mitigatione. *Cæl. Aurel. Acut. 3. c. 4.* Partes mitigabiliter relaxandæ. *Id. Tard. 3. c.* Partes mitigantes emollire.

Mitigatio, onis, f. *mitigazione*, שקט, Ger. *die linderung*, Gal. *apaisement*, *adoucissement*, His. *alivio, templanza*, placatio, actus mitigandi. *Cic. 3. de Or. c. 30.* Omnisque ad omnem animi motum impulsio, & si ita res feret, mitigatio.

Mitigativus, a, um, &

Mitigatorius, a, um, *mitigativo*, πραϋντικὸς, quod habet vim mitigandi. *Pl. l. 28. c. 6.* Contra venum, & lumborum, vesicaque cruciatus in balnearum foliis pronos urinam reddere, mitigatorium habetur. *Cæl. Aurel. Acut. 1. c. 5.* Laxativa, & mitigativa curatio.

Mitigātus, a, um, partic. *mitigato*. *Cic. 6. Fam. ep. 1.* Non magna signa dedit animi ægra te mitigati. *Curt. l. 9. c. 10.* Mitigata hiems.

Mitigo, as, avi, atum, a. 1. *mitigare, indolcire, placare*, השקיט, Ger. *lindern*, Gal. *addoucir, amollir*, His. *mitigar, ablandar*, πραΰνω, placo, lenio, quasi mitem ago. *Cic. 3. Art. ep. 15.* Dolores mitigantur vetustate. *Id. 2. Fr. l. 1. ep. 1. c. 7.* Severitatem condimentis humanitatis mitigare. *Hor. l. 2. ep. 2. v. 185.* Agrum silvestrem mitigare flammis, & ferro. ¶ Ponitur etiam pro coquere. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 60.* Arborum consectione partim ad calefaciendum corpus igne adhibito, partim ad mitigandum cibum utimur. ¶ Item pro maturare. *Id.* in fragm. apud *Non. c. 4. n. 293.* maturitate alias mitigaverit, alias torruerit.

* Mitillo, as, verbum exprimens vocem acredulæ. *Auctor. carm. de Philom. v. 16.* Al. *trutilo*.

Mitis, te, o. 3. *manfueto, umano, piacevole*, ענו, Germ. *mildgitig*, Gal. *doux, debonaire*, His. *manso, blando*, πρᾶος, lenis, manfuetus, dulcis, suavis. De personis, & de rebus dicitur, ac potissimum de iis, quibus vescimur. *Cic. Att. l. 5.* Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in foro rem tuam. *Id. de Sen. c. 9.* Facit persæpe sibi audientiam diserti senis compta, & mitis oratio. ¶ Quandoque pro tranquillo ponitur. *Virg. 8. Æn. v. 8.* Mitis ut in morem stagni, placidæque paludis. ¶ Quandoque pro maturo. *Virg. 1. Ecl. v. 81.* Sunt nobis mitia poma. ¶ Comp. mitior, sup. mitissimus. *Cicer. in Brut.* Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset, ac mitior. *Id. in Cat. 4. c. 5.* Itaque homo mitissimus, atque lenissimus non dubitat &c.

Mitissime, placidissime, adv. superl. sine positivo. *Cæs. l. 7. B. G. c. 43.* Quam mitissime potest, Legatos appellat.

Mitius, *pie mitemente*, πρακτέρως, placidius, adverb. compar. sine positivo. *Ov. 15. Met. v. 494.* Similes aliorum respice casus mitius ista feres.

Mitiusculus, a, um, dim. *alquanto mite*. *Cæl. Aurel. in præf. Acut.* Febres parvæ, & mitiusculæ.

Mitra, f. ι. *mitra*, מצנפת, Ger. *bischoffshut*, Gal. *mitre*, His. *mitra*, μίτρα, capitis ornamenti genus, ideft pileus incurvus, a quo pendent falciolæ, quæ phylacteria dicuntur, quo primum Mœonii, five Lydi, deinde Phryges, Trojani, & alii usi sunt, item mulieres Romanorum. *Virg. 4. Æneid. v. 215.* Mæonia mentum mitra, crinemque madentem subnixus. ¶ Molles etiam, & delicati mitram gestabant. *V. Serv. ad loc. Virg. cit.*

Mitrātus, a, um, *mitrato*, μιτρωτὸς, qui mitram habet. *Plin. l. 6. c. 28.* Arabes mitrati. *Solin. c. 33.* Mitrata capita.

Mitrula, læ, f. parva mitra, dim. *Solin. c. 27.* (al. 40.) Alba mitrula lingeatus serpens.

Mitto, tis, misi, missum, a. 3. *mandare* שלח, Germ. *schicken, senden*, Gal. *envoyer*, His. *embiar*, πέμπω, est aliquem allegare ad aliquem locum, vel dare alicui aliquid perferendum. *Liv. l. 25.* Mittere aliquem in locum alterius. *Cic. de Sen.* Hunc librum ad te de senectute misimus. *Id. in Fam.* Eam tibi orationem misi. ¶ Cum infinito. *Plaut. Curcul. 1. 3. 50.* Parasitum misi Cariam petere argentum. ¶ Interdum est omittere, vel deponere, *lasciare*. *Virg. 1. Æn.* Mœstumque timorem mittite. ¶ Mittere in consilium, est dimittere judices ad sententiam dicendam, ubi Orator dixerit, *Dixi*, auctore *Asconio*. *Cic. pro Cluent. c. 30.* Cum in consilium mitrebant, Stalenum judicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? ¶ Sanguinem mittere, est emittere, vel extrahere, φλεβοτομῶν, *salassare*. *Cels. lib. 2.* Sanguinem incisa vena mittere novum non est. *Cicer. Attil. l. 1.* Missus est fangnis sine dolore. ¶ Mittere millies in expeditionem. *Cæs. l. 5. B. G.* ¶ Mittere aliquem in fabulas, & sermones. *Quinc. Declam. 15. far dire di qualcheduno*. ¶ Mittere in negotium, *mandar a trafficare*. *Cicer. pro Rab. Posth. cap. 2.* ¶ Mittere corpus sepulcro. *Stat. 6. Theb.* ¶ Mittere urbes in servitutem, h. e. redigere. *Liv. l. 34.* ¶ Mittere alicui subsidium, & subsidio, *mandar in aiuto a Cæs. l. 2. B. G.* &c. ¶ Significat sæpe emittere, jacere, *mandar fuori, o lanciare a Cæs.* Pila e loco superiore mittere. *Ovid. 11. Met.* hastam misit in ora. *Plin. l. 12. c. 13.* Foditur, cum fulta mittere incipit. Sic mitterе vocem, *gridare, sparlare*. *Cic. pro Flacc. c. 3.* Vox de quæstura nulla missa est. *Id. pro Cluent.* Veritas contra invidiam voces miserit. ¶ Item dejicere, deturbare. *Catul. carm. 17.* Mittere pronum e ponte. *Ovid. 11. Met.* Mittere se e saxo. *Hirt. de B. Hisp.* Mittere præcipitem de muro. ¶ Item omittere. *Liv. l. 34. c. 58.* Quin ambages mittimus. *Hor. lib. 2. od. ult.* Mittе fectari. ¶ Hoc sensu eleganter inservit transitionibus. *Cic. 15. Fam. ep. 4.* Mitto, quod invidiam, quod pericula subieris. ¶ Item nuntiare, *far intendere*. *Cic. l. 16. Fam. ep. 9.* Curio misit, ut medico honor haberetur. *Nepos in Attic. c. 20.* Quin Attico mitteret, quid ageret. ¶ Item dimittere, *licenziare, mandar via*. *Terent. Eun. 5. 2. 13.* Mitte hanc noxiam. Al. leg. *omittere*. *Plaut. Pœn. prol. v. 100.* Neque vixit unquam, neque voluit mittere. ¶ Item dare, ostendere. *Cæs. l. 1. B. C.* Signum mittere sui timoris. ¶ Est etiam elegans hujus verbi usus in ludis talorum, *trarre il punto*. *Suet. in Aug. c. 71.* Ut quisque canem aut senionem miserat. *Senec. in Apocolocynth.* Quoties missurus erat, resonante fritillo. ¶ Interdum mittere, absolute ponitur pro legatos mittere. *Nepos Themist. c. 2.* Miserunt Delphos consultum. *Adde Tacit. hist. 1. 74.* ¶ Hab

28. Sol moderator temporum. ¶ Interdum sumitur pro præceptore, & pædagogo. *Mart. l. 2. ep. 90.* Quintiliane vagæ moderator summe juventæ.

Moderātrix, icis, f. *gouvernatrice, διοικήτρια*, rectrix, gubernatrix. *Cic. 3. de nat. Deor. c. penult.* Ejus autem universæ fictricem, & moderatricem divinam esse Providentiam. *Id. Phil. 5. c. 18.* Respublica moderatrix.

Moderātus, a, um, *moderato, modesto*, נאוה, יאור, פְּה, Ger. *maessig, zuechtig.* Gal. *moderé*, Hisp. *templado, σύμμετρος, σώφρων*, temperatus, æquabilis. *Cic. de Sen. c. 4.* Moderati enim, & nec difficiles senes, nec inhumani tolerabilem agunt senectutem. *Id. de Or.* Ego ista studia non improbo, moderata modo sint. *Id Fam. l. 10. ep. 24.* Moderatissimi, atque humanissimi fuit sensus. *Id. Parad. 3. ad fin.* Vita gestu moderatiore.

Modĕro, as, a. 1. idem ac moderor. *Sallust. Catil. c. 51.* Quis illi finem statuet, aut quis moderabit? Al. melius *moderabitur. Plaut. Mil. 2. 2. ad fin.* Ego voci moderabo meæ. Alia exempla ex *Pacuv.* & *Accio* addit *Non. c. 7. n. 16.*

Modĕror, d. 1. *reggere, governare*, משל, ישר, נהג, רעה, *δώω, οἰκονομέω*, gubernо, rego, tempero, modum, vel moderationem adhibeo. Construitur vel absolute. *Cic. 1. de Or.* Quamquam moderabor ipse, ne &c. ¶ Vel cum acc. *Cic. 5. Tusc. c. 36.* Tibicines suo, non multitudinis arbitrio, cantus, numerosque moderantur. ¶ Vel cum dat. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 13.* Moderari animo, & orationi, cum sis iratus, non mediocris ingenii est.

Modestē, adv. *modestamente*, בענוה, Ger. *zuechtiglich*, Gal. *modestement*, Hisp. *modestamente, κοσμίως, μετρίως, σωφρόνως*, moderate, temperate. *Cic. in Rul.* In ea vestri tibi satellites modeste insolentiam suam continebunt. *Id. de Fin.* Modeste ferre injurias fortunæ. *Gracchus* apud *Gel. l. 35. c. 12.* Modestius in convivio esse. *Pl. l. 1. ep. 19.* Dignitate uti quam modestissime.

Modestĭa, f. 1. *modestia, mediocrità*, ענוה, Ger. *zucht*, Gal. *modestie*, Hisp. *modestia, κόσμιον, κοσμιότης*, virtus, qua quis se, suasque actiones, & motus animi moderatur. Distinguitur a nunnullis a moderatione, quod modestia sit fundamentum, soliditas, & basis virtutis, ex qua gignitur moderatio, quæ temperat modos in factis, & dictis, & cæteris talibus, quæ agendi officio utuntur. *Cic. Tusc. 3. c. 8.* Eam virtutem *σωφροσύνην* vocant, quam foleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnumquam etiam modestiam. *Id. l. 2. Invc. c. 54.* Modestia virtus est, per quam pudor honestus clatam & stabilem comparat auctoritatem. *V. eumd. Off. 1. c. 5. & l. 2. Fin. cap. 19.* ¶ *Item Cic. l. 1. Off. c. 40.* ait, modestiam oppose accipi pro scientia earum rerum, quæ agantur & dicantur, loco suo collocandarum. ¶ Interdum de aliis rebus usurpatur. *Tac. Ann. l. c. 11.* Varie differebar de magnitudine imperii, sua modestia. h. e. suæ conditionis mediocritate. *Id. Ann. 12. c. 43.* Modestia hiemis rebus extremis subventum. ¶ Fuit etiam Modestia Dea ab Romanis culta. *Tac. 4. Ann. c. 16.*

Modestus, a, um, *modesto, gentile, costumato, moderato*, ענו, ענוע, Ger. *zuechtig, fein*, Gal. *modeste, posé*, Hisp. *modesto, κόσμιος*, qui animi elationi, cæterisque cupiditatibus moderatur, & in rebus omnibus modum servat. *Hor. l. 1. ep. 18. v. 94.* Plerumque modestus occupat obscuri speciem. *Cic. l. 13. Fam. ep. 70.* Modestum hominem cognosces, & prudentem, & a cupiditate omni remotissimum. ¶ Vultus modestus, qui modestiam quamdam præ se fert. *Ter. Andr.* Et vultu, Sosia, adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra. ¶ Comp. modestior, sup. modestissimus. *Cic. ad Att.* Pulsus est modestior Rex, & probior, & integrior. *Id. pro Planc.* Ut adolescentuli modestissimi pudor potuisset labare. *Plaut. Men. 5. 5. 37.* Modestior nunc quidem est de verbis, prout dudum fuit. ¶ *Tacit. Ann. 4. c. 6.* Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta servitia. *h. e.* modici servi.

Modiālis, le, o. 3. *μεδιμναῖος*, quod modium continet. *Plaut. Capt. 4. 4. 8.* Aulas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

Modiastĭo, onis, f. mensura per modios exacta. *Imp. Arcad. l. 11. Cod. tit. 24. leg. 2. & Inscr. Honor. & Theodos. ibid. tit. 5. leg. ult.*

Modĭce, adv. *mediocremente*, מעט, *μετρίως*, mediocriter, moderate, temperate. *Cic. in Brut.* Nostrum est id malum, quod modice feramus. *Id. pro Syll.* Quamquam a me timide, modiceque dicetur. ¶ Ponitur etiam pro parum. *Cic. Att. l. 2. ep. 7.* Minæ Clodii, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.

Modicellus, a, um, *piccioiino, μετριώτερος*, dim. a modicus, *Suet. in Ner. c. 48.* Decumbit super lectum modicella culcitra stratum.

Modĭcus, a, um, *moderato*, מעט, זעיר, Ger. *messig*, Gal. *petit*, Hisp. *pequeno, μέτριος*, moderatus, mediocris, temperatus, modestus. *Cic. Att. l. 4. ep. 5.* Modici fuimus in *ὑποδοχῇ*, ut scripsimus. ¶ Ponitur etiam pro parvo, vel pusillo. *Cic. in Parad. 6. c. 2.* Pecunia mea est ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica. ¶ Item pro pauco. *Cic. 2. de Or c. 32.* Ea, si ex reis numeres, innumerabilia sunt, & obscura, si ex rebus, valde & modica, & illustria. ¶ Absolute modicum, pro re modica. *Juven. sat. 9. v. 9.* Modico contentus agebas. ¶ Modicus originis, pro origine mediocus, legitur apud *Tac. Ann. 6. c. 39.* Sic modicus dignationis, 4. *Ann. c. 52.* ¶ *Id. 4. hist. c. 60.* Pauca, & modica disseruit. *h. e.* modesta.

Modificārio, onis, f. temperatura, modus, mensura, *Senec. ep. 88.* Versuum lex, ac modificatio. Adde *Gel. l. 10. c. 3.*

Modificātor, oris, qui modificat. *Apul. in Florid. num. 4.* Omnis modi peritus modificator.

Modificātus, a, um, nom. ex partic. passivæ significationis, *mediocrem. Cic. in Parrit. c. 5.* Verba modificata ab Oratore, & inflexa quodammodo. *Sidon. l. 9. epist. 2.* Modificatæ lusciniarum querelæ.

Modifĭcor, aris, atus sum, מדד, הובילי, מדדים, *μετρέω, σκιαμαχέω*, depon. 1. modum, seu mensuram alicui rei pono: modum alicujus rei invenio. *Gel. l. 1. c. 1.* Comprehensa mensura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis ei mensuræ conveniret secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam, modificatus est. *Apul. n. 15. Florid.* Orationi modificabor.

Modificus, a, um, modum servans. *Auson. Parental. num. 27.* Cui brevia mela modifica recino.

Modimperātor, oris, masc. *συμπολέαρχος, ἡγεμονικός, ἡγεμονεύς*, magister convivii, ita dictus, quod modum imperaret, quo biberent. *Varr. apud Non. c. 2. n. 565. V. Lips. l. 3. Antiq. lect.*

Modiolus, li, m. 2. *πλίνθιον*, genus mensuræ, quarta pars modii, ut putat Sipontinus. *Plaut. Cist. 2. 2. 7.* Quia ei promisi modiolum vini dare. ¶ Est item parvum vas quadratum ad hauriendam aquam ex puteo, aut flumine. Horum autem modiolorum, ut est apud *Frontinum de Aquæductibus*, alius est erogatorius, alius acceptorius, quod multis in locis intrueri licet. *Vitr. l. 10. c. 9. & 12.* Ita cum rota a calcantibus versabitur, modioli pleni ad summum clati, & rursus ad imum reverentes, infundent in castellum ipsi per se, quod extulerunt. ¶ Modiolus etiam est vas mensarium potui paratum, ut phiala, ut trulla, non tamen est poculum, ut inquit *Scævola in l. Seje, ff. de auro, & arg. leg.* ¶ Modiolus in rota est illud lignum, cui affixi sunt radii. *Pl. l. 9. c. 4.* Apparent & rotæ appellatæ a similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrinque claudentibus. ¶ Est præterea instrumentum chirurgicum. *Cels. l. 8. c. 3.* Modiolus ferramentum concavum, & teres est, imis oris serratum.

Modius, m. 2. & Modium, n. *maggio*, אפה, Ger. *unserem kornmess gemess*, Gal. *un muy, un boisseau*, Hisp. *celemin, almud*, מדוס, *μέδιμνος*, mensuræ genus, continens sexdecim sextarios, aut heminas duas & triginta. *Cic. de Amic. cap. 29.* Verum illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ nomen expletum sit. ¶ Modius agri dicitur actus quadratus, qui constat ex centum, & viginti pedibus tum in longitudinem, tum in latitudinem. *Plin. l. 18. c. 16.* Id præstant in jugera modia vicena.

Modo, adv. *ora, pur ora*, עתה, Ger. *jetzund, von stundan*, Gall. *à cette heure*, Hisp. *ora, agora, ahora, αὐτίκα, νῦν*, nunc, a *modus*. Notat tempus præsens, vel mox præteritum. Differt a *mox*, quod dicitur de futuro, & significat, paulo post. *Cic. Att. l. 2.* Et, ut sit, in tantis rebus modo hoc, modo illud audio. *Id. 6. Verr. c. 3.* Nuper, quid dico nuper? imo vero modo, & plane paulo ante vidimus, qui forum, ac basilicas ornarent. ¶ Ponitur etiam pro solum, dumtaxat, *solamente*. *Cic. 6. Fam. ep. 12.* Quæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero salutem. ¶ Non modo, sed, *non solamente, ma*. *Cic. Fam. 6. epist. 13.* Ut non modo cum Republica sperare debeas, sed etiam si &c. *Id. in Verr.* Tu id non modo non prohibebas, verum etiam approbabas. ¶ Dicimus etiam *non modo*, pro *non modo non*, si tamen postea alia negatio sequatur. *Cic. 10. Att. ep. 8.* Regnum non modo Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile. ¶ Item pro dummodo, *purchè*. *Cic. in Orat.* Putant, qui inculte dicat, modo id eleganter faciat, eum solum Attice dicere. ¶ Item pro saltem. *Ter. Adelph. 3. 4. 2.* Utinam hoc sit modo defunctum. *Cic. 6. Fam.* Si modo tecti satis erit. ¶ *Modo non*, est propemodum, *quasi. Phorm. 3. 2. 38.* Modo non auri montes pollicens.

Modulabĭlis, le, *μελῳδικός*, adj. qui cani potest. *Calpurn. eclog. 4. v. 63.* Hyblæa modulabilis carmen avena.

Modulāmen, inis, n. זמירה, *ᾠδή, μέλος*, modulatio. *Macr. l. 2. in Somn. Scip. c. 12.* Cœli, ac siderum modulamen. *Auctor Philom. v. 5.* Nam quamvis aliæ volucres modulamina rentent.

Modulamentum, ti, n. modulatio. *Gel. l. 1. c. 7.* Modulamenta orationis.

Modulandus, a, um, participium passivæ significationis. *Hor. l. 2. ep. 2. v. 143.* Verba modulanda fidibus Latinis. *Is. e.* Latino metro canenda. *Gel. l. 1. c. 1.* In reperienda modulandaque flatus, longitudinisque ejus præstantia. *h. e.* dimetienda.

Modulāre, adv. *con misura*, concinne, & cum mensura. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 8.* Si ex oliva modulate canentes tibiæ nascerentur. *Ammian. l. 16. c. 7.* Ars modulatius incedendi concinentibus fistulis.

Modulatĭo, onis, f. *μέλος, ἁρμονία, ᾠδή*, actus modulandi, harmonia. *Quinct. l. 9. c. 4.* Verba, quæ modulatione produci, aut corripi possunt. *Id. l. 11. c. 3.* Vocis modulationem fidibus adjuvenius, *l'inflession della voce*.

Modulātor, oris, m. qui modulatur. *Col. in præf. l. 1.* Consectentur magistrum, vocis, & cantus modulatorem. *Hor. l. 1. sat. 3. v. 129.* Hermogenes cantor tamen, atque Optimus est modulator.

Modulātrix, icis, f. *Tert. de Baptisf. c. 3.* Quid quod exinde dispositio mundi, modulatricibus quodammodo aquis, Deo constitit? *h. e.* modulum & rationem quodammodo præbentibus.

Modulātus, us, m. modulatio. *Sen. Her. Fur. v. 263.* Canoro saxa modulatu prahens.

Modŭlus, a, um, nom. ex partic. a modulor, passiva significatione, מזמור, *μελῳδικὸς, κρουμάτων δεῖς, cantato, fatto con misura, o con inflessione di voce. Hor. l. 1. od. 12.* dic Latinum, barbite, carmen, Lesbio primum modulate civi. *h. e.* a Lesbio cive pulsate. *Quinct. l. 9. c. 2.* Nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem modularis. *Flor. l. 2. c. 7.* Modulatissimus tibiarum, aut fidium cantus. ¶ *Gel. l. 1. c. 11.* Ut animi moderatiores, modulatioresque fierent. *h. e.* magis modum servantes. *Apul. de dogm. Plat.* Fieretque totus ipse modulatus, & muticus.

Modŭlor, aris, atus sum, d. 1. *misurare, e comporre con misura, misurare*, נגן, זמר, מדד, *singen*, Gal. *chanter*, Hisp. *cantar, componer con medida, μελῳδέω, κρουμάτων δεῖς, ᾠδὴν*, metior, mensuro, sive cum mensura, & numerorum ratione compono, a modulus. *Cic. in Or. c. 18.* Ipsa natura quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, &c. ¶ Interdum est cantare, *μελῳδεῖν, μελίζειν, κρουμάτων, Virg. 10. Ecl. v. 51.*

Modŭlus, li, m. 2. *misuretta, modello*, מדה, מדד, Ger. *ein-maass*, Gal. *petite mesure*, Hisp. *pequena medida, o manera, μέτρον*, mensura, dim. a *modus*. *Pl. 11. c. 37.* Arteriarum pulsus in modulos certos, legesque metricas per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. *Suet. in Ner. c. 49.* Scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad sui corporis modulum. *Hor. l. 1. epist. 7. v. 98.* Metiri se quemque suo modulo, ac pede verum est. ¶ Modulos etiam vocabant vereres Architecti particulas quasdam, ad quas torum opus solent dimetiri. Vulgus hodie parvum pedem vocat. *Paul. in l. non solum, ff. de oper. nov. nunt.* Modulos fumere debet is, qui opus novum nuntiat. ¶ Erant præterea moduli, quædam mensuræ in aquæductibus, quibus aqua ex castellis ad privata ædificia duci solet. *Ulp. l. damni infecti, ff. de damn. infect.* Unde Labeo putabat, eum, qui modulorum, aut rivi faciendi causa opus faceret, etiam satisdare debere. ¶ Est etiam modulus idem quod modulatio, vel ipse cantus, aut flexus vocis, vel ipsa, ut loquuntur, cantus mensura. *Plin. l. 7. c. 56.* Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx invenit.

Modus, i, m. 2. *modo*, אופן, מדה, דרך, Germ. *maass*, Gal. *maniere, facon*, Hisp. *maniera, μέτρον*, mensura, moderatio, a מדד, quod est metiri, mensurare. *Scaliger* censet esse a *μέδομαι, curo*. Nempe a *μέμοδα μόδος*, modus. *Cic. 1. Off.* His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quemdam adhibentes, & ordinem, honestatem, & decus conservabimus, *Id. de Sen.* Nam habet natura sicut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum. *Catum. l. 3.* Terram minutam in modum semipedis ponito, ideft in mensuram. ¶ Speciatim accipitur pro mensura illa, quam poetæ inter scribendum, musici inter canendum observare solent. *Cic. 3. de Or.* Quotus enim quisque est, qui teneat artem numerorum, ac modorum? *Id. 1. de Orat.* Eo tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum. Unde etiam illud in titulis comœdiarum Terentii, Modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis paribus dextris, & sinistris, &c. ¶ Sumitur item pro quantitate, & copia, *Cic. Att. l. 13. ep 33.* Nihil scripsit, nisi de modo agri. *Liv.* Ne cui major, quam quingenta jugerum agri modus esset. *Curt. l. 5. c. 6.* Ingens pecuniæ captivæ modus. *Vellej. l. 2. c. 73.* Magnum modum legionum efficere. ¶ Item ratio, via, *Cic. 4. Ver. cap. 38.* Hoc præterea addidit govo modo, nullo exemplo. *Liv. l. 1. c. 5.* Hostilem in modum, Sic majorem, minum, mirandum in modum, apud *Cic.* sæpe. Item nullo, omni modo. *Id. 4. Ver. c. 76. & l. 2. Att. ep. 6.* ¶ Multis modis. V. Multus in fi. ¶ Meo modo, *a mio modo. Ter. And. 2. 1. 126.* Sine me vivere meo modo. *Id. ib. 1. 1. 66.* Posse habere modum vitæ suæ, *poter vivere a suo modo*. ¶ Sumitur item pro spatio, fine, tempore. *Cic. pro Marcell. 8.* Modum tuæ vitæ definies? *Id. Ver. 4. c. 48.* Modum aliquem ac finem orationi nostræ faciamus, ¶ Servare, tenere modum, *conservar la mediocrità. Cic. 1. Offic. c. 29.* Ludendi est quidam modus retinendus. *Lucan. lib. 2. v. 380.* hæc duri immota Catoni secta fuit, servare modum, &c. *Cic. loc. cit.* Finem & modum transeunt. Huc spectat illud *Virg. Æn. 4.* Quis enim modus adfit amori? ¶ Statuere, adhibere, præscribere, imponere modum alicui rei, *moderare, regolare, fissare*: *Cic.* fæpe, *Quinct. Horat* & al. ¶ Præter modum, *fuor di misura. Cic. 1. Div.* Cum lacus præter modum creviffet. ¶ Intra modum. ¶ V. *Intra*. ¶ Ablativus *modo*, *h. e.* bono modo, ordine, recte, *Cic. pro Quinct. c. 7.* Nævium omnia modo & ratione feciffe. Sic *Id. pro Mur. cap. 34.* More modoque aliquid facere. ¶ Hoc modo, ad hunc modum, *in questa maniera, Cic. 1. Invent. & 2. Tusc.* ¶ Apud Grammaticos modus verborum dicitur ratio conjugationis. *Quinct.* & alii.

Mœcha, f. 3. *concubina, adultera*, מנאפת, *μοιχὸς*, concubina, & speciatim adultera. *Martial. l. 10. epigr. 13.* Ad nocturna jaces fastoræ limina mœchæ.

Mœchia, f. *fornicazione, adulterio*, נאופים, *μοιχεῖα. Tert. de Pudic. c. 5. & alibi.*

Mœchīle, lis, n. 3. adulterium, vel locus, in quo adulteria committi solent. *Petron. Satyr. c. 113. Burm.* Redierat in animum mœchile.

Mœchimonium, ii, adulterium. *Labet.* apud *Gel. l. 16. c. 7.*

Mœchissō, as, n. 1. idem ac mœchor. *Plaut. Cas. 5. 4. 7.* In Adulterio dum mœchissat, Casinam, credo, perdidit. Aliqui opinantur, activum esse, & explicant per adulterum polluere, Dubium sane est, utrum acc. *Casinam* pertineat ad verbum *mœchissat*, an ad *perdidit*.

Mœchocinædus, i, *μοιχοπαίδαρος*, קדש, qui adulter simul, & mollis est. *Lucilius.*

Mœchor, aris, atus sum, d. 1. *fornicare, adulterare*, נאף, Ger. *die ehe brechen*, Gal. *adulterer, paillarder*, Hisp. *adulterar, μοιχεύω*, cum muliere aliqua rem Veneream habeo, & speciatim adulterium committo, a *mœchus*. *Catul. epigr. 95.*

Mœchus, m. 2. *fornicatore, adultero*, מנאף, Germ. *ein ehebrecher*. Gal. *adultere*, Hisp. *adultero, μοιχὸς*, quicumque inhoneste per libidinem cum muliere aliqua peccat, & speciatim adulter. *Plaut. Mil. 3. 1. 177. Ter. And. 2. 1. 16.*

* Mœdīæ. V. Hemiolius.

Mœne, is, n. 3. murus, mœnia, apud Veteres. *Ennius* apud *Festum*. Apud emporium in campo hostium, per mœne.

Mœnĕra, n. plur. pro *munera*, antiqua scribendi ratione. *Lucret. lib. 1. v. 29.* fera mœneta militiai.

Mordĭcatio, onis, f. levis arroſio. *Cæl. Aurel. Acut.* 3. *c.* 20. Ventris mordicatio.

Mordĭcatīvus, a, um mordicans, arrodens, ut mordicativum acetum. *Cæl. Aurel. Tard.* 5. 1.

Mordĭces. V. in ſeq. voce.

Mordĭcitus, adverb. idem quod mordicus. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 57. Aſini me mordicitus ſcindant, boves incurſent cornibus. Ita legit *Gruter.* plures alii *mordicibus*, *h. e.* dentibus, ut ſit a nominativo *mordices*, *cum*. Eadem lectionis diverſitas eſt in illo *Apul. l.* 3. *Met.* Mordicitus appetens.

Mordĭco, as, a. 1. *dar dolore*, δάκνω, dolorem affero, perinde ac ſi morſu lædere m. *Cæl. Aurel. Acut.* 1. *c.* 8. Mordicantis qualitatis eſſe.

Mordĭcus, adv. *co' denti*, ὀδοῦσι, mordendo. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 4. Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſent. *Plaut. Curc.* 5. 1. 7. Mordicus arripere. ¶ Translate ſignificat arcte, pertinaciter. *Suet. in Cæſ. c.* 64. Paludamentum mordicus trahens. *Cic. Acad.* 4. *c.* 16. Perſpicuitatem, quam mordicus tenere debemus.

More, adv. μωρῶς, ſtulte. *Plaut. Stich.* 5. 1. 1. More hoc fit, atque ſtulte, mea ſententia. ¶ Eſt hoc adverbium ab adjectivo *morus*, quod ab eudem *Plauto* non ſemel eſt uſurpatum. Eſt tamen qui putat, hoc loco eſſe ablativum a *mos*, *moris*.

Mores. V. Mos,

Moretarius, ii, idem quod Moretum. *Donat. ad Therent. Pherm.* 2. 2. 4. & *Apic. l.* 1. *c. ult.*

* Moretarius, ad moretum pertinens, ut Moretaria condimenta, *Apic. l.* 6. *c.* 4.

Morētum, i, n. μυσωπὸν, βῆμμα, genus cibi, idem ac intritum, & alliatum, quod ex his octo conficiebatur, allio, apio, rura, coriandro, bulbo, caſeo, oleo, aceto. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 367. Non puder herboſum, dixi, poſuiſſe moretum in dominæ menſis?

Moribundus, a, um, *moribondo, morendo*, קרוב, אמוֹת, ἀποθνήσκων, moriens, *Cic. pro Sex. c.* 39. Jacentem, moribundumque vidiſtis. *Liv. l.* 26. *fi. Pun. c.* 15. Ante pedes Imperatoris moribundus procubuit.

Morigerātio, nis, f. actus morigerandi. *Afran.* apud *Non. c.* 1. *n.* 1. Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio; Hæc ſunt venena formoſarum mulierum.

Morigĕro, as, n. 1. idem ac morigeror, apud ver. *Plaut. Amph.* 3. 3. 26. Dum cum hac uſuraria uxore nunc tibi morigero.

Morigĕror, aris, d. 1. *compiacere, ubbidire*, שמע, Ger. *einem zu willen ſeyn, werden*, Gal. *obéir, faire augré de quelqu'un*, Hiſ. *obedecer*, πειθαρχέω, morem gero, obſequor, & quaſi ad alterius voluntatem mores meos transformo. *Ter. Adel.* 2. 2. 9. Si adoleſcenti eſſes morigeratus. *Cic. in Or.* 48. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio, ¶ Morigerari alicui, apud *Suet. in Tiber. c.* 42. obſcenum habet ſenſum;

Morigĕrus, a, um, *ubbidiente*, שמוע, Ger. *gehorſam*, Gal. *obéiſſant*, Hiſ. *obedeciente, ſi*, πειθήνιος, ὑπήκοος, obediens. *Ter. Andr.* 1. 5. 59. Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. *Plaut. Capt.* 5. 2. 13. Bene morigerus fuit puer;

Morimarīſſa, mare mortuum, Cimbrorum lingua. *Pl. l.* 4. *c.* 13.

Morini, orum, ultimi Galliæ populi ad Oceanum. *Virg.* 8. *Æn. v.* 727.

Morĭo, onis, *Μωρίων*, facetus homo, fannio, quales in principum aulis ali ſolent deliciarum cauſa, *buffone, ſcicco*, a μωρός, *ſtultus*. *Mart. l.* 8. *epig.* 13. Morio dictus erat, viginti millibus emi; Redde mihi nummos, Gargiliane, ſapit. Adde *l.* 12. *epigr.* 95.

Morion, onis, m. 3. lapidis pretioſi nomen. *Pl. l.* 37. *c.* 10.

Morĭor, eris, mortuus ſum, d. 3. *morire*, מות, גוע, Germ. *ſterben*, Gall. *mourir*, Hiſ. *morir*, θνήκω, ἐκνέω, ἀποκλάντομαι, interco, extremum ſpiritum effundo, vita decedo. *Virg.* 2. *Æn.* ſertur moriturus in hoſtes. *Cicer. pro Rabir.* Moreretur primum acerbiſſima morte millies Gracchus, quam in ejus concione carnifex conſiſteret. ¶ Transferur ad res inanimatas pro perire, exſtingui. *Cic. in Piſon.* Ne ſuaviſſimi hominis memoria moreretur. ¶ *Moriar*, eſt modus jurandi, quemadmodum *diſpeream*; *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 6. Moriar, ſi magis gaudeam, ſi id mihi accidiſſet. ¶ *Moriri*, pro mori. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 108. Morii ſe ſe miſere mavolet. Adde *Ovid. Met.* 14. *v.* 215. ¶ *Id. Plaut. Capt.* 3. 4. 117. Ne illis virgis miſeris, quæ in tergo morientur meo. *morientur* ſcil. quia ibi frangentur. ¶ Dies mori dicitur, cum ſol occidit. *Plaut Men.* 1. 2. 45. & *Statius l.* 4. *Silv.* 6. *v.* 3.

Morĭturio, is, n. 4. mori cupio, vel jam morior. Uſurpaſſe *Ciceronem*, teſtis eſt *Auguſt. de Grammat. pag.* 256. *Putſch.* ubi de verbis meditativis agit.

Mormўris, *vel* Mormyr, is, f. 3. μορμυρίς, ſpecies piſcis in Ponto. *Ovid. in Halieuticis. v.* 110. Et pictæ mormyres, & auri Chryſophyris imitata deucis. *Pl. l.* 32. *c. ult.*

Moro, as, a. 1. pro moror, aris, *Pacuv.* apud *Diomed. Grammatic. l.* 1. *v.* 395. Paucis abſolvit, ne moraret diutius. Adde *Enn.* & *Naviam ibid.*

Morológus, a, um, adj. ſtulte loquens, μωρολόγος. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 50. Amoris vitio tibi morologus fio. *Id. Pſeud.* 5. 1. 20. Sermonibus morologis uti.

Morŏr, aris, atus ſum, d. 1. *indugiare*, נענע, עכב, אחר, Ger. *verziehen*, Gall. *s'amuſer, retarder*, Hiſp. *retardar*, βραδύνω, cunctor, tardo, moram interpono, a *mora*. *Lentulus* apud *Cic. in Fam.* 12. *ep.* 24. Diutius morari, aut exſpectare præſidium non neceſſe habui. *Id.* 5. *Phil. c.* 12. Cui bellum moremur inferre? ¶ Sumitur etiam pro manere. *Cic. in Catil.* Si hic morari æquo animo non potes, abi in alias terras. ¶ Item pro retardare, ſeu detinere aliquem, cum acc. *Cic. l.* 6. *ep.* 20. *Fam.* Sin aliqua res eum vel impedier, vel morabitur. *Id.* 6. *Ver. c.* 46. Ne multis vos moret, ideſt ne vos multis verbis detineam. ¶ Item retro agere. *Virg.* 5. *Æn. v.* 207. Conſurgunt nautæ, & magno clamore morantur. Supple illiſam ſcopulo pavem. ¶ Addita particula negativa ſignificat negligere, nihil facere. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 44. Iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles nihil moror. *Horat. l.* 2. *ep.* 15. *v.* 16. nam vina nihil moror illius ore. ¶ *Nihil vos moramur*, *Patres*, formula erat, qua Senatus dimittebatur. *Capitolin. in Antonino.* ¶ Morari cum aliquo, eſt una vivere. *Senec. ep.* 2. & 32. ¶ Ponitur interdum pro delectare, quod Itali *trattenere*. *Horat. de ar. poet. v.* 321. Valdius oblectat populum, meliuſque moratur. ¶ Morari pro deſipere, ſtultum eſſe, a Μωρός, videtur uſurpaſſe Nero apud *Suet. in ejus vita c.* 33. cum de Claudii Imp. morte loquens, ait, morari eum deſiiſſe inter homines. Quo dicto ſimul ad vulgatam hujus verbi notionem alluſit, & Claudii ſtultitiam notavit. Hæc nonnulli referunt & illud *Plauti Trucul.* 3. 1. 23. Ibitur, ne morari ceneſcas. ¶ Morans, tis, V. ſuo loco.

Morōſe, adv. δυσκόλως, difficulter, faſtidioſe. *Cic. in Brut. c.* 67. Piſo iracundius reſpuebat ineptias hominum, ſive moroſe, ut purabatur, ſive ingenuo, liberoque faſtidio. *Snet. Aug. c.* 66. Judicium alicujus moroſiſſime penſitare. *Terr. de Pal. c.* 4. Pallium moroſius ordinatum.

Morōſitas, atis, f. q. ἀγωγία, δυσκολία, illa morum difficultas, cum nulla pene res, quantumvis exacta, animo alicujus ſatisfacit. *Cicer.* 1. *Off. c.* 25. Ne in moroſitatem inutilem, & odioſam incidamus. *Suet. in Tiber. cap.* 70. Moroſitate nimia obſcurabat ſtylum.

Morōſus, a, um, *faſtidioſo*, קפשן, Germ. *feindſelig, eigenrichtig*, Gall. *fecheux*, Hiſ. Hiſp. ἐνξάδοσο, δύσκολος, curioſus, diligenſque, qui nimis exacte omnia fieri expoſcit, difficilis, faſtidioſus, importunus. *Cic. in Orat. c.* 29. Ut uſque eo difficiles ac moroſi ſimus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. *Suet. in Cæſ. c.* 43. Circa corporis curam moroſior. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 105. Sed tu moroſa ludere parce ſiti, *h. e.* quæ vulgarem potionem refpuit. *Id. l.* 16. *c.* 33. Cupreſſus natu moroſa, *h. e.* difficilis, vel tarda, ut *moroſus* hic a *mora* ſit. ¶ Superlat. *moroſiſſimus*, apud *Tertul. de vor. Mil. c.* 1.

Morphēus, m. 2. μορφεύς, Somni filius, vel miniſter, a μορφὴ, *forma*, quia varias formas in dormientium phantaſia gignit, &, ut eſt in fabulis, juſſu domini quoſcumque vultus hominum fingit, verba ipſa, mores item, & geſtus imitatur. *Ovid.* 11. *Met. v.* 634. Excitat artificem, ſimulatoremque figuræ Morpheus.

Morphinus, m. 2. μορφινός, aquilæ genus, circa paludes, & lacus vitam præcipue agens. *Plin. l.* 10. *c.* 3.

Mors, tis, f. 2. *morte*, מות, אסון, Germ. *der todt*, Gall. *mort*, Hiſp. *muerte*, θάνατος, μοῖρα, cæſpitis, & animæ diſſolutio, a μόρος, *fatum, ſors ultima*. A veteribus Dea credita eſt, Herebi, & noctis filia, quæ in mortales omnes vitæ, neciſque haberet poteſtatem. *Cic. de nat. Deor. c.* 17. *Id. Fam.* 6. *ep.* 21. Mors extremum omnium rerum. *Idem Fam.* 7. *ep.* 3. Conſciſcere ſibi mortem. *Id. Tuſc.* 1. *c.* 44. Morrem occumbere. *Virg.* 2. *Æn.* Certæ occumbere morti. *Cic. Fam.* 4. *ep.* 7. Mortem oppetere. *Id. Phil.* 5. *c.* 17. Mortem obire *Serv. ad Cic. l.* 4. *Fam. epiſt.* 1. *Sub fin.* Mortario cæmentum addatur. *Idem lib.* 7. *cap.* 1. Calciſque duæ partes ad quinque mortarii, *h. e.* ruderis, ſeu cæmenti pinſiri, & ſubacti. ¶ Item pro coliyrio ad ægros oculos ſanandos. *Juven. ſat.* 7. *verſ.* 170. Et quæ jam veteres ſanant mortaria cæcos. ¶ Lapides mortariorum, *h. e.* vaſorum, in quibus aliquid teritur, aut pinſitur, uſum non unum habent in medicina. V. *Plinl.* 36. *c.* 22.

Mortĭcinus, a, um, *morto da ſe*, נבלה, מות, Germ. *ſelbs geſtorben, von ſich ſelber geſtorben*, Gall. *mort ſans être tué, qui eſt mort de ſoy même*, Hiſp. *muerezino, ſynoſmódos*, quod non macratum, ſed per ſe mortuum eſt, a *morte*. *Var. R. R. l.* 2. *c.* 9. Morticinæ ovis non patiuntur veſci carne. *Plin. lib.* 22. *c.* 23. Clavi pedum, qui vulgo morticini appellantur, *morticini*, quia morticinam carnem referunt. ¶ Morticinus, convicium eſt in hominem enectum, exſanguem, & cadaveris ſimilem. *Plaut. Perſ.* 2. 4. 12. Non hercle, ſi os tibi præciderim, meum, morticine.

Mortĭfer, & mortĭferus, a, um, *mortifero*, θανατηφόρος, quod mortem affert. *Cic. Acad.* 4. *c.* 38. Cur Deus mortifera tam multa terra, marique diſperſerit. *Id. 1. Tuſc.* 29. Cum pene in manu jam mortiferum illud teneret poculum. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. *Sect.* 22. Muſculus percuſſus mortiferus eſt, præciſus ſanitatem recipit. *Claudian. l.* 3. *de rapt. Proſ. v.* 237. ſeu mortifer æſtus, Seu mors ipſa furit.

Mortĭfere, adv. *mortalmente*. *Plin. l.* 3. *ep.* 16. Mortifere ægrotare.

Mortĭferus. V. Mortifer.

Mortĭficātio, onis, mors, θανατηφόρος, *Tertul. de reſur. carn. cap.* 44. Mortificationem Domini circumferimus in corpore.

Mortĭficātus, a, um, *mortificato, morto*. *Prudent. Cathemer.* 10. *v.* 101. Sic corpora mortificata redeunt melioribus annis.

Mortĭfico, as, a. 1. θανατῶ, ad mortem do, mortem affero. *Tertul. de reſur. carn. c.* 37. Caro nihil prodeſt, mortificatur enim.

Mortĭfĕus. a, um, idem ac mortifer. *Tertul. poem.* 4. *adv. Marcion. c.* 5. Mortificus cibus. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 6. *n.* 1. Mortifico vulnere. Al. leg. *mortifero*.

Mortuālia, lium, n. 3. νεκύσια, quæ ad mortuos pertinent. Speciatim ſic dicuntur veſtimenta, quæ in luctu ſumuntur. *Novius* apud *Non. c.* 16. *n.* 4. Pallis peragitis, crocotis, malacis. mortualibus. ¶ Item nenia, ſeu carmina præficarum. *Plaut. Aſin. a.* 4. *ſc.* 1. *ad fin.* Hæc ſunt non nugæ; non enim mortualia.

Mortuārius, a, um, *Συνοικεσίας*, adj. ad mortuos pertinens. *Cato* apud *Gell. l.* 18. *c.* 7. mortuaria gloſſaria vocat Philoſophos, quod res terricas, inanes, ac frivolas, & ſimilia præficarum carminibus, quæ nudæ voces eſſent, diſſererent. Al. leg. *mortualia*.

Mortuōſus, a, um, *Συντυφάς*, mortuo ſimilis, ſqualidus, exſanguis, ut vultus mortuoſus, *Cæl. Aurel. l.* 1. *Acut. c.* 3.

Mortŭus, a, um, nom. ex partic. a morior, *morto*, מת, πεθνεώς, νεκρός. *Cic. de Clar. Orat. c.* 11. Concidit mortuus veneno. *Id. l. de Orat. c.* 57. Excitare aliquem a mortuis. *Ter. Pherm.* 5. 8. 20. Mortuo verba facere, quod proverb. dicitur, cum quis fruſtra vel ſuadet, vel orat. ¶ Transfertur & ad alia, ut mortuus plauſus apud *Cic. Attic. l.* 2. *epiſt.* 19. *applauſo freddo*. ¶ Mare mortuum, quod alio nomine Aſphaltites lacus vocatur, ita dictum putat *Strabo*, quia nihil vivum gignit. Ejus meminit *Plin. l.* 4. *c.* 13. Translate *Sen. ep.* 67. Demetrius noſter vitam ſecutus eſt, & ſine ullis fortunæ incurſionibus, mare mortuum vocat.

* Morŭla, æ, f. *piccol ritardo*, parva mora. *Auguſt. Conf. l.* 11. *c.* 15. & *c.* 23. Morula ſolis ſuper terram.

Morŭla, æ, f. *moro*, gelſo, μορέα, συκάμινος, συκομορέα, ſpecies arboris. *Plin. l.* 16. *c.* 44. In hoc arborem mori eximiam ætate noſtra adamavit Paſſienus.

Morus, a, um, μωρὸς, fatuus, ſtolidus, *pazzo, ſtolto*. *Plaut. Trin.* 3. 2. 43. Amor hominum mores moros, & moroſos efficit. *Id. Mil.* 2. 4. 17. Ego ſtulta, atque mora multum.

Mos, moris, m. 3. *coſtume, uſanza*, חשפט, מנהג, דרך, הרגל, ἦθος, inſtitutum conſuetudine firmatum, ſive bonum, ſive malum ſit. Mos, inquit *Feſtus*, eſt inſtitutum patrium pertinens ad religiones, cæremoniaque majorum. Latius tamen ſumitur pro quovis inſtituto, & conſuetudine. *Cic. Ver.* 3. *c.* 26. Negavit, moris eſſe Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. *Id. de claris Orat. c.* 21. Mos eſt hominum, ut &c. *Virg.* 1. *Æn. v.* 536. Virginibus Tyriis mos eſt geſtare phareſtram. *Cic.* 2. *Leg.* Eſt hoc in more poſitum inſtituroque majorum. *Plin. l.* 11. *ep.* 12. Habebat hoc moris. ¶ *More, ex more, de more, ſecondo il coſtume, a uſanza. Cic. de Univerſ. c.* 1. Carneadeo more, & modo diſputare. *Horat. l.* 2. *ſat. v.* 280. Ex more imponens cognata vocabula rerum. *Virg.* 10. *Æn. v.* 832. Comptos de more capillos. Sic more meo, more Romano. *Cic.* 1. *Orat. c.* 3. & *in Fam.* ¶ *In morem, ad morem, a guiſa. Virg.* 1. *Georg. v.* 295. In morem fluminis elabi. *Quint. l.* 4. *c.* 1. Materias ſibi ipſi fingunt, & ad morem actionum proſequuntur. *Hor. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 109. More ferarum. ¶ Eſt etiam mos ratio vitæ cujuſque, & inſtitutum ſive bonum, ſive malum; atque in hac notione fere in num. plur. uſurpatur. *Cic. de Amic c.* 8. Congituere cum alterius moribus. *Id.* 2. *de Orat. c.* 43. Mores alicujus oratione exprimere. Hinc mores boni, pravi, pudici, auſteri, mites, elati, &c. paſſim apud Scriptores. ¶ Interdum mores pro virtutibus pronuntur, *Propert. l.* 4. *eleg. ult.* Moribus & cultum lanæ, morſu a nente abſtractæ. *Maxil. l.* 4. *v.* 12. Moreſque creati, Et vitia. ¶ Item pro vitiis. *Tacit.* 3. *hiſt. c.* 72. Propitiis, ſi per mores noſtros liceret, Diis. ¶ Mos item pro jure inveterato populi conſenſu introducto interdum accipitur, quod *Juſtinian.* vocat jus ſine ſcripto. *Hinc Cic. in Top. c.* 5. partes juris civilis recenſens, *morem* etiam annumerat. *Id. 1. Offic. c.* 41. Quæ more aguntur inſtituſque civilibus. *Id. pro Cæcin.* Ut de fundo Cæcinna moribus deduceretur. ¶ Præterea pro natura, ſeu affectione cujuſque rei. *Stat. l.* 3. *Silv.* 2. *v.* 87. Mores Adriæ. *Virg.* 1. *Georg. v.* 51. varium Cœli prædifcere morem. *Lucret. l.* 1. *v.* 194. Ventorum. *Virg.* 1. *Georg. v.* 51. Mores gerere alicui, eſt aſſentiri, obedire, *ſecondar' il genio. Ter. Eun.* 1. 2. 108. Mos gerendus eſt Thaidi. *Id. Andr.* 4. 1. 17. Animo ſuo morem gerere, *ſoddisfarſi*. ¶ *Virg.* 1. *Æn. v.* 268. Moreſque viris, & mœnia ponet, *h. e.* ſtatuet rationem vivendi, & leges.

Moſa, fluvius Galliæ Belgicæ. *Cæſ l.* 4. *B. G. c.* 10.

Moſcha, æ, f. *Moſcha, Moſcovv*, urbs ampla Europæ, caput imperii Moſcorum, ad Moſchum fluvium.

Moſchi, populi Scythiæ, *Moſcoviti*, de quibus *Lucan. l.* 3. *v.* 270. Sævis affinis Sarmata Moſchis.

Moſchĭcus, a, um, ad Moſchos pertinens, *Salin. cap.* 38. (al. 61.) *ſub fin.* Moſchicus mos.

Moſcĭlus, i, m. parvus mos. *Cato* apud *Feſt.* Al. *moſcillis*, al. *moſillis*.

* Moſeus, Moſeus, ad Moſen pertinens. *Paul. Nol. c.* 23. *Nat.* 8. *S. F. v.* 354. Moſcia virga.

Moſella, flu. Galliæ Belgicæ, apud *Auſon. Idyl.* 10. Eadem *Flore lib.* 3. *cap.* 10. eſt Moſiula.

Moſelleus, a, um, ad Moſellam pertinens, *Symmach. l.* 1. *

mobili. Adde *Gell. lib.* 11. *cap. ult.* Sic moventis distraxit. *Marcell. Dig.* 46. 3. 48.

Movĕo, es, vi, tum, a. 2. *mouvere*, זוע, תנוע, שלטפל, Ger. *bewegen, verjuchen,* Gal. *mouvoir, remuer*, Hiſ. *mover, mvéw*, eſt de loco abducere. *Terr. Andr.* 4. 3. 16. Move ocyus te. *Cic. de Div. cap.* 35. Cum ſigniſer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco. ¶ Per Synecdochen generis accipitur moveri pro ſaltare. *Hor. de art. poet.* Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus. ¶ Per translationem ponitur pro privare, dejicere aliquem jure ſuo, *removere. Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 5. Mirgine convenit, ex eo agro, qui Cæſaris juſſu dividatur, eum moveri, qui Cæſaris beneficio Senator ſit. *Id. in Epiſt.* Sed moveri poſſeſſionibus, amiciſſimis ſedibus, ac Diis Penatibus negant oportere. *Id. l.* 3. *Offic.* 19. Ut veros hæredes moveant, in eorum locum ſuccedat. ¶ Item pro diſcedere. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 1. Poſtquam ille Canuſio movear. Sed ſubintelligitur acc. *caſtra.* ¶ *Gel. l.* 4. *c.* 6. Ut terram moviſſe nuntiari ſoler, eaque res procuratur, ita in veteribus memoriis ſcriptum legimus, nuntiarum eſſe Senatui, in Sacrario, in regia haſtas Martias moviſſe. Subaudiendum eſt, *ſedem, locum*, vel aliquid ſimile. Sic *Liv. l.* 35. *c.* 40. Terra dies duodequadraginta movit. ¶ Item pro curare. *Papin. de condiſtione furti, l. parvi refert.* Nec me movet, præſens homo fuerit, nec ne. ¶ *Animum movere*, eſt allicere, inducere, *piquere, allettare. Virg.* 3. *Georg.* v. 521. Non molliа paſſunt prata movere animum. ¶ *Arma movere*, eſt bellum inferre, vel præliari. *Virg.* 12. *Æn.* Tum demum movet arma leo. ¶ *Bellum movere*, eſt bellum inferre. *Liv. l.* 8. Quia toties jam Sidicini aut ipſi moverant bellum, aut moventibus auxilium tulerant. ¶ *Caſtra movere*, eſt milites diſcedere. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 15. Poſtero die caſtra ex eo loco movent. Sic, movere ſigna apud *Virg.* 3. *Georg.* ¶ *Loco movere*, eſt de gradu, ſeu dignitate dejicere, interdum de conſtantia, interdum de ſententia. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Urgere illi, ut loco nos moverent. ¶ *Magnæ res moventur*, hoc eſt commoventur, excitantur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 3. Itaque magnæ mihi res moveri videbantur. ¶ *Ex opinione movere*, eſt efficere, ut aliquis ſuam opinionem deponat. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Nec me ex ea opinione ullius unquam oratio movebit. ¶ *Riſum movere*, eſt excitare. *Hor. l.* 1. *ep.* 3. Moveat cornicula riſum furtivis nudata coloribus. ¶ *Senatu movere*, vel *de Senatu*, eſt ex Senatorio Ordine ejicere, quod Cenſores faciebant præteruendo Senatorem in Senatu recitando. *Cic. pro Cluent.* 43. Ut alter de Senatu movere velit, alter retineat, de Ordine ampliſſimo dignum exiſtimet. ¶ Stomachum movere, V. *Stomachus.* ¶ *Tragœdias movere*, eſt verbis rem atrocem, & indignam efficere, quale eſt opus Tragicorum. *Quinct. l.* 6. *c.* 1. In parvis litibus movere tragœdias tale eſt, quale, ſi perſonam Herculis, & cothurnos aptare infantibus velis. ¶ *Tribu movere*, erat transferre ex Tribu nobiliore in ignobiliorem, e. g. ex Ruſtica in Urbanam, vel ex Ruſtica ſuperiore in Ruſticam inferiorem. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 67. Ut cum Africanus Cenſor tribu movebat eum Centurionem, &c. ¶ *Ventrem, ſeu alvum movere*, eſt ciere alvum. *Cato R. R. c.* 115. Vinum ad alvum movendam. *Martial. l.* 11. Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo. Sic, movere ſudorem, ſternutamentum, urinam, &c. apud *Celſ.* & *Plin.* ſæpe. Movere mentionem, h. e. facere, apud *Liv. l.* 25. *c.* 11. Sic *Sueton. in Cæſ. c.* 75. Motis apud Herdam conditionibus, *h. e.* conditionum mentione facta. ¶ Moveri lacrymis, precibus, &c. pro flecti. *Cic.* ſæpe, & alii. ¶ Movere cantus, pro incipere canere, *Virg.* 10. *Æn.* Sic Movere carmen ore. *Ovid. Metam.* 14. &c.

Mox, adv. τοχο, *preſto*, מהר, פתאם, עיר משט, עיר, Germ. *bald*, Gall. *tantôt, tout incontinent*, Hiſp. *luego*, ἐξάυτις, χρύτιχα, celeriter. Fere dicitur de tempore ſtatim futuro, ut *modo* de præterito. *Ter. Phorm.* 1. 3. 9. Dum exſpecto, quam mox veniat. *Cic.* 3. *de Or.* Verum illa mox, nunc de ipſa exercitatione quid ſentias, quærimus. *Ter. Andr.* 3. 2. 5. Mox ego hæc revertor. ¶ Uſurpatur & pro poſtea, deinde. *Plin. l.* 13. *c.* 12. Proxime laudatur Syriacum nardum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. *Suet. in Othon. c.* 10. Interfuit huic bello pater meus; is mox referre erebro ſolebat &c. Adde *Pellejum l.* 2. *c.* 37. & ſeq. ¶ Dicitur etiam de loco. *Plin. loc. cit.* Exᵉ *viæ* omnes Aſiuoen ducunt; mox oppidum parvum eſt; deinde ſunt Azatei, &c. ¶ Jungitur & cum deinde. *Tibull. l.* 1. *el.* 9. *v.* 35. Et ſimulat tranſire domum, mox deinde recurrit. ¶ Jungitur interdum cum verbis præteriti temporis, ſed rarius. *Colum. l.* 3. *c.* 20. De altero, quod mox propoſueram, non dubito.

* Moyſes. V. Moſes.

M A N T E U.

Mu, ſeu Mut, *mũ*, interjectio, propria canum, inquit *Scalig. in Conject. ad ea Varronis verba l.* 6. *L. L. c.* 5. Muſſare dictum, quod muti non amplius, quam mu dicunt, a quo idem Ennius: Quod minimum eſt, neque, ut ajunt, mu facere audent. *Lucil.* apud *Chariſ. l.* 2. *pag.* 213. Mut non facere audet, *h. e.* ne hiſcere quidem. ¶ Mu etiam dicitur minimum quiddam. *Var. l.* 6. *L. L. Plaut. Stich.* 1. 3. 102. Negato, eſſe quod dem, nec mu, nec mutuam, neque aliud quidquam.

Mucĕdo, vel Mucedo, inis, f. mucus. *Apul. Apolog.* Si pernicioſa illa mucedo intus cohibita, & bili atra ſociata, &c. Al. leg. *dulcedo*, alii *albedo.*

Muccinium, vel Mucinium, ii, n. linteum, quo extergitur naſi mucus. *Arnob. l.* 2. *pag.* 59. Mitra, ſtrophium, faſcia, muccinium.

Muccus. V. Mucus.

Mucĕo, es, mucui, *eſſe muſſo*, עבש, Germ. *ſchimlich ſeyn*, Gall. *ſe moiſir, être, ou devenir moiſi*, Hiſ. *enmohecerſe, σήπομαι*, mucidus ſum, a מק, *tabeſco. Cato R. R. c.* 148. Vini ſinguläe urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.

Mucĕſco, is, fi, *ſ. σήπομαι*, mucidus fio. *Plin. lib.* 14. *cap.* 20. Proprium eſt vino muceſcere, aut in acetum verti.

Muciānus, a, um, ad Mucium aliquem pertinens, v. gr. Publium, aut Quintum, qui celebres Juriſconſulti fuere, ut Muciana cautio, aut ſatisdatio, apud *Papinian. Dig. lib.* 35. *tit.* 1. *leg.* 99. *a med. & Julian.* ibid. *leg.* 104. ¶ *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 12. Torquetur infelix, ut jam illum Mucianum exitum exoptem, *h. e.* miſerum & crudelem, qualem habuit Q. Mucius Scævola Pont. max. qui juſſu C. Marii conſulis C. filii a Damaſippo prætore in veſtibulo ædis Veſtæ, ut eſt in *Epit. l.* 86. vel in Curia Hoſtilia, ut ſcribit *Velleji l.* 2. *c.* 26. trucidatus eſt. Narrant hoc etiam *Cic. 3. de Orat. c.* 3. & *Flor. l.* 3. *c.* 21. ¶ Scribitur & *Murianus*. V. Mucius.

Mucĭdus, a, um, *muſſo*, עבש, Germ. *ſchimlich, gran*, Gal. *moiſi*, Hiſp. *mohoſo, δρύπτης, σκαρὸς*, quod mucorem ex vetuſtate contraxit, a *mucco. Juv. Sat.* 14. *v.* 128. Neque enim omnia ſaltinet unquam mucida cœrulei panis conſumere frulta. Adde *Sat.* 5. *v.* 69. *Plaut. Mil.* 3. 1. 52. Senex mucidus.

Mucĭus, a, um, ad Mucium pertinens, quod eſt nomen proprium Romani hominis. *Feſtus*: Mucia prata trans Tiberim, dicta a Mucio, cui a populo data fuerant, quod Porſenam Etruſcorum regem ſua conſtantia ab Urbe dimovit. Adde *Liv. l.* 2. *c.* 12. & 13. ¶ *Mucia feſta* apud *Cicer. Ver. l.* 2. *c.* 21. fuerunt inſtituta ab Afianis in honorem Q. Mucii P. F. Scævolæ, celebris Juriſconſulti qui fuit conſul A. U. 658. cum L. Licinio Craſſo oratore: quod provinciam Aſiam prætor poſt conſulatum mira abſtinentia adminiſtraverat. ¶ Scribitur & *Murius*: rectius tamen per *c*, teſtib. *Manut. & Cellar. in Orthogr.*

Mucor, oris, m. *muffa*, עבוש, Germ. *ſchimmel*, Gall. *moiſiſſure*, Hiſp. *moho, δρυὸς, σκαρόσυρος*, languo diutino ſitu contracta, ut in pane, carne, & aliis rebus. *Colum. l.* 12. *cap.* 4. Ne ſitu penora mucorem contrahant, *l.* 4. *ff. de peric. & comm. rei vend.* Mucor vini.

Mucōſus, vel Mucoſus, a, um, עבש, μυκώδης, πυρυζώδης, quod muco plenum eſt. *Cel. l.* 6. *c.* 7. Sequitur torminum vitium, quorum ſignum eſt cruenta, & mucoſa ventris proluvies. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. Exulceratio mucoſa.

Mucro, onis, m. *punta d'arma*, להב, אבחת, ידות, Germ. *der ſpitz eines jeglichen dinges*, Gal. *la pointe, ou le bout aigu de quelque choſe*, Hiſp. *punta, ἀιχμὴ, ἀκωκὴ*, cuſpis, & acumen enſis, ac telorum. *Col. l.* 4. *c.* 25. Mucro falcis. ¶ Per Synecdochen accipitur pro toto enſe. *Cic.* 14. *Phil. c.* 2. Niſi mucrones noſtrorum militum tremere vultis. ¶ Per Metaphoram uſurpatur pro potentia, auctoritate, &c. *Cic. pro Cluent. c.* 44. Ne Cenſorium ſtilum, cujus mucronem multis remediis majores noſtri reſuderunt. ¶ Item pro vi, fiducia. *Cic. pro Cæc. c.* 29. Hic eſt mucro defenſionis tuæ. ¶ Per Catachreſin ſumitur pro ſummo cujuſvis rei acumine. *Plin. l.* 8. *c.* 15. Condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne refringantur, hebetenturque. *Virg.* 12. *Æn. v.* 663. Strictiſque ſeges mucronibus horret.

Mucronātus, a, um, ἀχυὸς, ad mucronis ſpeciem formatus, acutus. *Plin. lib.* 32. *cap.* 2. Trebius Niger auctor eſt, xiphiam, ideſt gladium, roſtro mucronato eſſe.

Mucŭlentus, vel Mucculentus, a, um, mucoſus. *Arnob. lib.* 3. & *Prudent. Peri-ſtephl.* 3. *verſ.* 282.

Mucŭla, æ, f. gemma cordis colorem habens. *Plin. lib.* 36. *cap.* 10.

Mucus, vel Muccus, i, (utroque enim modo legitur in libris) m. *moccio*, Ger. *rotz*, Gal. *morue*, Hiſp. *moco*, עבוש, *μύξα, πόρυξ*, narium humiditas, & craſſior pituita. *Catul. carm.* 23. *v.* 17. Mucuſque, & mala pituita naſi. *Celſ. l.* 4. *cap.* 18. Deſcendunt pituitæ, mucuſque ſimilia.

* Muger, qui talis male ludit, *Feſtus.*

Mugil, & Mugilis, is, *muggine, κεφαλὸς*, piſcis, grandi capite. Hic omnium piſcium ſquamis intectorum velociſſimus eſt, teſte *Æliano l.* 12. *cap.* 19. Illius natura eſſe fertur, ut abſcondito in metu capite totum ſe occultari exiſtimet. *Plin. l.* 9. *c.* 17. *Id. l.* 32. *c.* 2. Scit & mugil, eſſe in eſca hamum. ¶ Hic piſcis adulterorum pœna fuit, in eorum podicem immitti ſolitus. *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 317. quoſdam mœchos & mugilis intrat. Adde *Catul. carm.* 15.

Mugĭnor, aris, d. 1. *mormorare, ricuſare*, התלונן, *γογγύζω*, eſt murmurare, ut *bonius* interpretatur. *c.* 2. *n.* 543. vel ut *Feſtus* exponit, nugari, & quaſi tarde conari. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 12. *de Ocella.* Dum tu muginaris, nec mihi reſcribis.

Mugĭo, is, ivi, & ii, itum, n. 4. *muggire*, נעה, Germ. *brüllen wie ein ochs*, Gall. *méugler*, Hiſp. *bramar*, μυκάομαι, mugitum edo, a ſono boum factum, qui eſt *μῦ*. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Inde cum actæ boves quædam ad deſiderium, ut fit, telluarum mugiſſent. ¶ Transſertur hinc ad tonitrua, ad terræ motus, & alia ſimilem mugitui ſonum edentia. *Virg.* 4. *Æn. v.* 490. mugire videbis ſub pedibus terram. *Horat. l.* 3. *od.* 29. Malus mugit Africus procellis. *Lucret. l.* 4. *v.* 545. Tuba mugit. *Quint. l.* 12. *c.* 10. Litera mugiens. *Lactant. l.* 7. Tonitrua mugiunt.

Mugiōna. V. Mugonia.

Mugītor, oris, m. qui mugit. *Valer. Flacc. l.* 3. *v.* 208. ut mugitor anhelat Veſuvius.

Mugītus, us, m. *muggito*, נעי, Germ. *das bröken*, Gal. *mugiſſement*, Hiſp. *bramido*, μυκηθμὸς, boum vox. *Virg.* 2. *Georg. verſ.* 470. Mugituſque boum. ¶ Per translationem dicitur quivis ſonitus mugitui ſimilis. *Plin. l.* 18. *c. ult.* Equidem montium ſonitus, nemorumque mugitus prædicant. *Cic.* 1. *Div. c.* 18. Mugitus terræ. *Virg.* 3. *Georg.* Mugitus amnium.

Mugonĭa, vel potius, Mugionia, vel Mugiona porta, una ex portis urbis Romæ, ſic dicta a Mugio quodam, qui illi aliquando præfuiſſe creditur. *Feſt.* Alii dicſtam putant a mugitu, quod per eam venale pecus intraret. Hæc & *Trigonia* appellata eſt, h. e. trium angulorum.

Mula, æ, f. *mula*, פרדה, Germ. *eine mauleſelin*, Gal. *mule*, Hiſp. *mula, ἡμίονος*, ſpecies animalis. *Plin. l.* 8. *c.* 44. Gignitur mula ex equo, & aſina, ſed effrenis, & tarditatis indomitæ. *Juv. Sat.* 7. *v.* 181. Mundæ nitet ungula mulæ. ¶ Cum mula peperierit, proverb. de re nunquam futura, neque enim mulæ concipiunt. *Sueton. in Galb. c.* 4. ¶ In dativo plurali *mulabus* legitur apud *Capitolin. in Vero, c.* 5. V. dicta in *Aſina*.

Mulāris, & re, *da mula*, Germ. *mauleſelich*, Gal. *appartenant à mule, ou mulet*, Hiſp. *mular, ἡμιονικὸς*, quod ad mulum ſpectat. *Col. lib.* 6. *c.* 27. Eſt mularis, quæ pretio fœtus ſui comparatur generoſo.

Mulcātus, a, um, nom. ex partic. a *mulco*, percuſſus, multatus, *punito, percuſſo. Liv. l.* 3. *c.* 11. Mulcatus, nudatuſque abibat. Et *c.* 12. Se, ſuoſque mulcatos querentes. *Sueton. in Cæſ. cap.* 17. Male mulcatum, & pro Roſtris pene diſcerptum conjecit in carcerem.

Mulcēdo, inis, f. *mitigatione*, ψύλαγτρον, blandimentum. *Gel. l.* 19. *c.* 9. Nullam mulcedinem Veneris, neque Muſæ haberet.

Mulcĕo, es, ſi, ſum, & ctum, a. 2. *addolcire, mitigare*, הרגיע, καταῤῥάω, lenio, mollio, blandior, mitigo. *Virg. 1. Æn. v.* 70. Et mulcere dedit fluctus. *Ovid. l.* 4. *Triſt. el.* 5. Paſtor arundineo carmine mulcet oves. *Id. l. Faſt. v.* 155. Volucres concentibus aera mulcent. *Sil. l.* 7. Focula mulcere Lyæo. ¶ Præterium *mulſi*, & ſupin. *mulſum* affert *Diomed. l.* 1. *pag.* 363. *Pueſch. & Priſcian. ſub fin. l.* 9.

Mulcĭber, eris, m. *y.* vel Mulciber, ĕri, m. 2. Vulcanus, a *mulceo*, ideſt, a mulcendo ferro, quia ignis, cui Vulcanus præeſt, ferrum, & omnia mollit, domat, vincit. *Ovid. lib.* 2. *de Arte v.* 562. Mulciberis capti Marſyque, Venuſque dolis. Ponitur & pro igne. *Id.* 14. *Met. v.* 533. alimentaque cetera flammæ Mulciber urebat. ¶ In 2. declinat. uſurpat. *Martian. Capel. l.* 6. *cap.* 1.

Mulco, as, avi, atum, a. 1. percutio, punio, *punire, haſtere, percuotere. Petron. Satyr. c.* 134. Arundinem ab oſtio rapuit, iterumque nihil reſpondentem mulcavit. *Tac. 1. Anu. c.* 32. Proſtratos verberibus mulcant. V. ibi *Lipſ.* qui alia addit exempla ex Cicerone, & Livio, reprehenditque eos, qui *multo*, pro *mulco* legunt. *Taubmanus* quoque *Plauto* reſtituit non ſemel in *Moſtel.* & *Trinum.* cui adde *Terentium in Eun.* & *Adelph. l.* 2. *v.* 9. V. *Paveum in Lex. Crit.* V. Etiam infra *Multatus.*

Mulcta, } V. Multa, Multo &c.
Mulcto, &c. }

Mulctra, æ, f. *ſecchia dove ſi munge*, עמיר, Ger. *ein melckkuebel*, Gal. *pot à lait, vaiſſeau dans qui on tire le lait*, Hiſp. *herrada para ordenar, τέλεια ἀμολγεῖς*, vas in quo mulgetur. *Virg.* 3. *Georg.* Quam magis exhauſto ſpumaverit ubere mulctra. ¶ Interdum accipitur pro ipſo lacte emulcto. *Col. lib.* 8. *cap.* 17. Quique ſunt cibi forbilibus proximi, ut mulctra, recens caſeus.

Mulctrāle, lis, n. idem ac mulctra. *Virgil.* 3. *Georg. verſ.* 177. Implebunt mulctralia vaccæ.

Mulctrum, tri, n. idem ac mulctra. *Hor. epod.* 16. *v.* 49. Illic injuſſæ veniunt ad mulctra capellæ.

Mulctus, us, m. actus mulgendi. *Var. lib.* 2. *R. R. cap.* 11. Lactis diſcrimina quædam & a paſtionibus, & a pecudum natura, & a mulctu. ¶ In aliis caſibus non temere uſurpaverim.

* Mulgaria. V. Mulctrale.

Mulgĕo, es, mulſi, vel ſi, ſum, & ctum, a. 2. *mungere, cavare il latte*, חמיץ, Germ. *melcken*, Gal. *tirer le lait*, Hiſp. *ordenar, ἀμέλγω*, eſt lac e mammis exprimere, a verbo Græco allato per Aphæreſin. *Priſc.* Mulgeo quoque *mulſa* facit, quamvis differentiæ cauſa quidam *mulxi* protulerunt, quia *mulceo* quoque *mulſi* facit. *Virg.* 3. *Georg. v.* 400. Quod furgente die mulſere, horiſque diurnis, nocte premunt. ¶ *Mulgere hircos*, proverb. de re palam abſurda. *Virg.* 3. *Ecl. v.* 91. Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.

Mulgo, as, a. 1. *manifeſtare*, palam facio. *Plaut. Ciſt.* Qui dominum mulgat, atque villicum. Ita Lexicographi, ſed hæc verba in *Plauto* nobis invenire non licuit. *Faber in Theſ.* affert tamquam dubia.

Muliebria. V. ſeq. vocem.

Muliebris, & bre, o. 1. *donneſco*, Germ. *weibiſch*, Gal. *de femme*, Hiſp. *mugeril, γυναικῶος, γυναικοπρεπὴς*, quod ad mulieres pertinet. *Cic. 2. de Invent.* Ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem mua in ſe ſe imago contineret. ¶ Translate ponitur pro delicato. *Cic. pro Mil. c.* 10. Profectus eſt cum vulgi magno impedimento, ac muliebri, & delicato ancillarum, puerorumque comitatu. ¶ Item pro infirmo, timido, inconſtanti. *Cic.* 1. *Off.* 18. *ex Bunio*: Vos etenim, juvenes, animos geritis muliebres. *Id. 2. Tuſc. cap.* 6. Enervata, muliebriſque ſententia. ¶ Muliebria, in plur. num. abſolute dicuntur pudenda mulierum. *Tac.* 14. *Ann. c.* 60. ¶ Pati muliebria dicuntur molles, qui præpoſtera utuntur libidine, & mulieris quodammodo partes ſuſcipiunt. *Curt. l.* 6. *c.* 6.

Muliebritas, atis, f. *γυναικωτὶς. Terrul. de Veland. Virg. c.* 14.

Muliebriter, adv. *femminilmente*, Germ. *weibiſch, auff weibiſcher art*, Gal. *en femme*, Hiſp. *mugerilmente, γυναικείως*, more mulierum, effœminate, molliter. *Cic. 2. Tuſc. c.* 21. Si ſe lamentis muliebriter, lacrymiſque dedet.

Muliebrōſus, a, um, idem ac muliebroſus. *Plaut. Pan.* 5. 5. 24. Sane genus hoc muliebroſum eſt tunicis demiſſitiis.

Mulier, eris, f. *femmina, donna, γυνὴ, αἰκὴ*, אשה, fœmina. *Cic. pro Mur. c.* 12. Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. ¶ Interdum mulier virgini opponitur. Unde Cicero apud *Quinſil. lib.* 6. *c.* 3. reprehenſus, quod ſenex diuxiſſet viginem Publiliam, Cras, inquit, mulier erit. *Ulp. l. quæritur, ff. de Ædil. edict.* Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poſſit, ſanam non videri conſtat. ¶ Dicitur etiam de brutis. *Plin. lib.* 10. *cap.* 64. Molas gigni putant, ubi mulier non ex mare, verum ex feminipſa tantum conceperit. ¶ Interdum hæc vox uſurpatur de homine imbelli, aut effœminato. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 4. Non me arbitratur militem, ſed mulierem.

Mulierārius, a, um, idem ac mulieroſus, ideſt qui nimium amat mulieres. *Jul. Cap. in Albin. c.* 11. Mulierarius fuit inter primos amatores. ¶ Interdum ſignificat, quod mulieris eſt. *Cic. pro Cæl. cap.* 28. Quæro, cur Licinium ſtubantem, hæſitantem, cedentem, fugere conantem mulieraria manus iſta de manibus emiſerit, *ideſt*, multitudo a muliere in inſidiis collocata.

Mu-

Mulierēcula, æ, f. *femminella*, Germ. *weiblein, fraulein*, Gal. *femmelette*, Hiſp. *mugercilla*, γυναικάριον, dim. a mulier. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 36. Qui illo futurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierecula.

Mulierēcularius, ii, m. 2. a Conſtantino Imperatore dictus eſt, qui uxores alienas, & mulieres impudicas amat, a mulierecula. *Cod. Theodoſ. lib.* 3. *tit.* 16. *lib.* 1.

Mulierĭtas, atis, muliebritas, apud. *Tertul. de veland. Virg. c.* 12.

Mulĭĕro, as, a. 1. *effœminare, far molle*, γυναικίζω, effœmino. *Varro* apud *Non. c.* 2. *n.* 552. Hic ephebum mulieravit.

Mulierōſitas, atis, f. *inclinazione alle donne*, φιλογυναῖκα, amor mulierum, propenſio erga mulieres. *Cic. Tuſc.* 4. *c.* 11. Ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas, ut ita appellem eam, quæ Græce φιλογυναῖκα.

Mulierōſus, a, um, *troppo deſideroſo di donne*, φιλογύνεως, qui nimium appetit mulieres. *Cic. de Fato cap.* 5. Hunc ſcribunt ipſius familiares & obſoſum, & mulieroſum fuiſſe.

Mulīnus, a, um, ad mulum pertinens, *di mulo*, ut mulina ungula, apud *Vitruv. lib.* 8. *cap.* 3.

Mulĭo, onis, m. *mulattiero*, Germ. *ein eſelstreiber*, Gal. *muletier*, Hiſp. *harriero, ἡμιονόμος, ἀγραυλακάνης*, qui mulos clitellarios, ſive quadrigarios ducit. *Juv. ſat.* 3. *ad fin.* Nam mihi commota jamdudum mulio virga, &c. ¶ Mulio item eſt genus calicum. *Plin. l.* 11. *c.* 28. Et e culicum genere, qui vocantur mulliones.

Mulionĭcus, a, um, &

Mulionĭus, a, um, adject. *ἀγραυλακάνος, di mulattiere. Lamprid. Heliogab. c.* 32. Tectus cucullione mulionico. *Cic. pro Sext. cap.* 38. Mulioniam penulam arripuit.

Mulleŏlus, a, um, dim. a mulleus. *Tertull. de Pal. c.* 4. Impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum.

Mulleus, m. 2. vel mulleus calceus, genus calcei, purpurei coloris, proprium Regum Albanorum, poſtea Patritiorum Romanorum, ab antiquo *mullare*, hoc eſt ſuere. *Feſt. Hadrianus Turnebus Adverſ. l.* 19. *c.* 24. putat, mulleos, quia purpurei eſſent, nomen accepiſſe a rubro colore mulli piſcis. Sed contra mullum a mulleis dictum docet ex Feneſtella *Plin. lib.* 9. *cap.* 17. *Titinnius* apud *Feſt.* Jam cum mulleis te oſtendiſti, quos tibiatim calceas, *ideſt* ad mediam uſque tibiam. *Cato l.* 7. *Orig.* apud *Feſt.* Qui Magiſtratum Curulem cepiſſet, calceos mulleos lunatos, cæteri perones. *Plin. l.* 9. *c.* 17. Nomen his Feneſtella a colore mulleorum calceamentorum datum putat. *Salmas.* ad illud *Vopiſc. in Aurel. cap.* 49. Calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus tulit (al. abſtulit, vel ſuſtulit) mulieribus ſeliquit.

Mullo, as, a. 1. ſuo apud vet. *Feſtus.*

Mullŭlus, i, m. 2. dim. a mullus. *Cic. Parad.* 5. *c.* 2. Et videat aliquem ſummis Populi beneficiis uſum barbarulos mullulos exceptantem de piſcina.

Mullus, m. 2. *ſriglia*, τριγλὴ, γειτακὶς, genus piſcis marini maximæ nobilitatis, & gratiæ, ita dictum a colore mulleorum calceorum. Vulgo *barbo* dicitur, quoniam, auctore *Plinio*, barba gemina inſignitur inferiore labro. Hinc etiam a *Varrone l.* 3. *R. R. c.* 17. & a *Cicerone in Parad.* 5. *c.* 2. & *l.* 2. *Attic. ep.* 1. barbati, & *Martialis l.* 13. *ep.* 71. Quam ſit parvula pars, & quam multa ſima, conſtet. τὸ πολλοσμικρόν. Barbatus, multus, vel, ex multis unus, ea forma, qua milleſimus. *Lucr. l.* 6. *verſ.* 651. Quam ſit parvula pars, & quam multeſima, conſtet. τὸ πολλοσμικρόν.

Multibarbus, a, um, *che ha molta barba*, πολυγένειος, quod habet multam barbam. *Apul. in Florid. n.* 3. (al. l. 1.) Multibarbus, ſpinis obſitus, & pilis.

Multibĭbus, a, um, *che ha molto*, שבוא, πολυπότης, qui multi eſt potus. *Plaut. Curc.* 1. 1. 77. Nomen eſt lenæ multibiba, atque merobiba.

Multicavātus, a, um, πολυτρητὸς, multis locis cavatus. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. Favus eſt, quem fingunt multicavatum ex cera.

Multicaulis, is, πολύκαυλος, multos caules emittens. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Quædam in iis multicaulia, ramoſaque ſunt, ut carduus.

Multicāvus, a, um, *che ha molto concavo*, πολύτρητος, multum habens concavi. *Ovid.* 8. *Met. v.* 561. Pumice multicavo, nec lævibus atria tophis ſtructa ſubit.

Multicŏlor, oris, o. *di molti colori*, πολύχρως, quod habet multos colores. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Hexecontalithos in parva magnitudine multicolor hoc ſibi nomen adoptavit.

Multicolōrus, a, um, multicolor. *Gel. l.* 11. *cap.* 16. Sicuti multijuga dicimus, & multicolora, & multiformia. *Prudent. Cathemer.* 3. *v.* 104. Prataque multicolora latex Quadrifluo celer amne rigat.

* Multicŏmus, a, um, bene comatus, πολυθρὶξ, κῶμος. *Paul. Nol. Nat.* 11. *S. F. verſ.* 418. multicomis flammis.

Multicupĭdus, a, um, qui multa cupit. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 418. & *c.* 5. *n.* 42. Quam dereliquit multicupida juvenilitas.

Multifārio, ſis, a. 3. מקוק, πολλαχῆ ποιεῖσθαι, magni æſtimo. *Cato* apud *Feſt.* Nec fidem, nec jusjurandum multifacit.

Multifāriam, adv. idem ac multifarie, πολυτρόπως, *Cic. 2. de Or. c.* 41. Quod eſſet multifariam deſoſſum. *Suet. in Calig. c.* 18. Scenicos & aſſidue, & varii generis multifariam fecit. *Liv. l.* 33. *c.* 33. Multifariam diſjecta præſidia.

Multifārie, adv. *variamente*, πολυμερῶς, πολλαχῶς, varie, multis modis. *Plin. l.* 7. *c.* 54. Et tamen multifarie priſcos ſervare ritus. Adde *l.* 18. *c.* 7.

Multifārius, a, um, *vario*, πολύκρως, varius. *Gel. lib.* 5. *cap.* 6. Militares coronæ multifariæ ſunt. ¶ Secundum *Feſtum*, multifarius eſt, quem multis in locis fari poſſumus.

Multifer, ra, rum, *fertile*, πολυμερὴς, ἀφόρος, ſertilis. *Plin. l.* 16. *c.* 8. Tam multifera ſunt, & tot res, præter glandem parunt robora.

Multifĭdus, a, um, *feſſo in molte parti*, πολυσχιδὴς, quod in multas partes findituir. *Martial. l.* 14. *ep.* 25. Multifido buxus quæ tibi dente datur. ¶ Multifidi fluvii, qui in multos rivos dividuntur, & in multa oſtia fluſi in mare prorumpunt. *Martial. l.* 8. *ep.* 28. An tua multifidum numeravit lana Timavum?

Multifĭlus, a, um, πολύνηις, adj. *Juvenc. in Matth. c.* 6. *v.* 586. Verba multifila *Arator in Act. Apoſt. l.* 2. *v.* 1065. Multifluus ſermo.

Multiforabĭlis, le, &

Multiforatĭlis, le, &, πολύτρητος, quod habet multa foramina. *Apul. in For. l.* 1. Tibia multiforatilis. *Id. l.* 10. *Met. ſub fin.* Jam tibiæ multiforabiles cantus Lydios dulciter conſonant.

Multifŏris, re, o. 3. *di molti pertugi*, πολύτρητος, quod eſt multorum foraminum. *Plin. l.* 8. *c.* 55. Injicient eas in ſpecus, quæ ſunt multiſores in terra.

Multiformis, me, o. 3. *vario*, Germ. *mancherley geſtalt*, Gal. *de diverſes formes, & façons*, Hiſp. *de muchas formas, y maneras*, πολύμορφος, varius, quaſi multiplicis formæ, ac variæ. *Col. l.* 7. *c.* 9. Ut per anni diverſa tempora multiformes nuces, ac ficum prabeat. *Cic.* 1. *Acad. cap.* 7. Principes funt uniuſmodi, & ſimplices, ex his autem ortæ variæ ſunt, & quaſi multiformes.

Multiformĭter, adv. *in diverſe maniere*, πολυμερῶς, variis modis. *Gel. lib.* 9. *c.* 5. Plato ante hos omnes ita varie, & multiformiter diſſeruit de voluptate. Adde *Plin. l.* 36. *c. ult.*

Multifōrus, a, um, idem ac multiforis. *Ovid.* 12. *Met. v.* 157. Longave multifori delectat tibia buxi.

Multigenĕris, re, o. 3. πολυγενὴς, quod eſt multorum generum. *Plaut. Capt.* 2. 1. 56. Multis, & multigeneribus opus eſt tibi militibus. ¶ Reperitur, & *multigenerum* ſubſt. pro multorum generum. *Plaut. Stich.* 2. 2. 59. Poſt hæc unguenta multigenerum multa.

Multigĕnus, a, um, *di molti generi*, πολυγενὴς, quod eſt multorum generum. *Plin. l.* 11. *c.* 1. Multa hæc, & multigena terreſtrium, volucrumque vita. Adde *Lucret. l.* 2. *v.* 335.

Multigrūmus, a, um, adj. *Navius* apud *Gel. l.* 19. *c.* 7. fluctus tumidos, magnoſque vocat *multigrumos*.

Multijŭgis, ge, adject. o. 3. πολύζυγος, πολύκρως, ut multijuges equi, qui multi jugis junguntur. *Liv. l.* 28. *c.* 9. Iter alter Conſul ſublimis curru, multijugis equis. ¶ Translate multiplex, varius. *Cic. ad Attr. l.* 14. *ep.* 9. Multijuges de Republ. a te accepi litteras uno tempore.

Multijŭgus, a, um, idem ac multijugis. *Apul. in Apol.* Legiſti Ariſtotelis multijuga volumina.

Multilaudātus, a, um, πανεύφημος, qui eſt multæ laudis. *Ammian. l.* 21. *c.* 18. Vir ſobrietatis gratia multilaudatus.

Multilĭcius, a, um, πολύμιτος, multis liciis conſtans. *Vopiſc. in Aurel. c.* 12. Tunicæ multilicæ.

Multiloquax, acis, multiloquus. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 5. Multiloquaces mulieres.

Multiloquĭum, ii, n. πολυλογία, multus ſermo. *Plaut. Mero. prol. verſ.* 31. Amori accedunt etiam hæc, multiloquium, pauciloquium, &c.

Multilŏquus, a, um, *chi parla molto, ciancistore*, Germ. *ſchwetzer*, Gal. *grand parleur*, Hiſp. *hablador, parlero*, πολυλόγος, qui multa loquitur. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 5. Coquum ducere multiloquum, glorioſum, inſulſum. *Id. Ciſt.* 1. 3. 1. Multiloqua, & multibiba anus.

Multimammāta, æ, quæ multas habet mammas. *Hieron. in proœm. epiſt. ad Epheſ.* Dianam coloentes, *non hanc venatricem*, ſed illam multimammiam, quam Græci πολύμαστον vocant. *V. Minut. Fel. in Octav. c.* 21.

Multimĕ

seu multum reddo, aut facio. *Plin. l. 34. c. 8.* Primus hic multiplicasse varietatem videtur. *Nep. in Attic. c. 2.* Multiplicandis usuris crescit æs alienum. *Caf. lib. 3. B. C. c. 32.* Æs alienum multiplicare.

Multipŏtens, tis, o. *che può molto*, πολυκρατὴς, שַׁדַּי, qui multa potest. *Plaut. Bacch. 4. 4. 9.* Nisi habet pectus multipotens. Al. leg. *multipatens, h. e.* amplum, & omnis doli capax. *Id. Trin. 4. 3. 1.* Salspotenti, & multipotenti Jovis fratri laudes ago. *Id. Caf. 4. 4. 17.* Venus multipotens.

Multirădix, icis, πολύῤῥιζος, multas habens radices. *Apul. de herb. c. 35.*

Multirāmis, e, multos habens ramos. *Apul. de herb. c. 4.* Thyrsus multiramis.

Multisĕlus, a, um, *che fa molte*, πολυμαδὴς, חָכָם, qui multa scit, seu multas scientias habet. *Apul. l. 9. Met.* Etsi minus prudentem, multisicium certe reddidit. *Id. in Florid. n. 9.* Arte multisicius.

Multisŏnōrus, a, um; πολυῤῥόος, idem ac multisonus. *Claudian. epigr. 1. v. 18.* Esseda concordes multisonora trahunt.

Multisŏnus, a, um, πολύφθογγος, quod est multi soni. *Martial. lib. 1. epigr. 54.* Sic ubi multisona fervet facet Attide lucus. *Stat. l. 3. silv. 2. vers. 103.* Multisonum sistrum.

Multĭfa, orum, n. 2. πολύμιτα, indumenta minutissimis filis contexta; a *multis filis*, vel a *mulcendo*, quia carnem demulcent. *Juven. sat. 2. v. 76.* Quæro, an deceant multitia testem. *Id. ib. v. 66.* Cum tu multicia sumas Cretice.

Multĭtūdo, dinis, f. *molpitudine*, רֹב, Germ. *ein menge*, Gal. *multitude*, Hisp. *muchedumbre*, πλῆθος, ingens numerus, magna copia, frequentia, celebritas. *Cic. 1. de Or. c. 4.* Exstirabat eos magnitudo, & varietas, multitudoque in omni genere causarum. ¶ Frequenter pro populo accipitur, seu plebe. *Nepos Alcib. c. 3.* Magnus multitudini est timor injectus. *Cic. 1. Off. c. 19.* Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet. ¶ Multitudo pro numero multitudinis usurpatur a Grammaticis. *Charis. l. 1. & Var. de L. L. l. 8. c. 39.* Injuria igitur politicianz, si qua sint singularia, oportere habere multitudinus.

Multivăgus, a, um, *che vaga molto*, *vagabondo*, πολυπλανὴς, qui multum vagatur. *Plin. l. 10. c. 37.* Ferunt, non mutare sedem columbas; multivagas alioqui aves. *Id. l. 2. c. 10.* Multivagus Lunæ flexus.

Multivĭdus, a, um, πολυόμματος, multum videns. *Martian. Capel. l. 2. pag. 27.*

Multivĭra, æ, f. quæ multis viris nupsit. *Minut. Fel. in Octav. cap. 24.* Alia sacra coronat univira, alia multivira; & magna religione conquiritur, quæ plura post dulteria numerare.

Multivĭus, a, um, *chi vuole molto*, πολύβιλος, multa cupiens, qui multarum rerum desiderio teneatur. *Catul. ad Manlium carm. 67. v. 128.* Multivola est mulier.

Multivorantĭa, æ, edacitas, ingluvies, γαστριμαργία. *Tert. cont. Psych. cap. 1.*

Multo, as, a. 1. πολυπραγμονῶ, מָחָה, pluris in auctionibus licetor, quam cæteri, inquit *Vossius Etymol. & Scalig. in Varron.* Sed exempla non afferunt. ¶ Est a multus. ¶ Antiquis etiam notabat numerare. *Plaut. Stich. 3. 1. 19.* Scio, scire te, quam multas tecum miserias multaverim. ¶ Item augere, & vori compotem facere. *Nev. in Colace*, apud *Non. c. 6. n. 83.* Et vobis quidem gratias ago, cum voris me multatis meis.

Multo, (non Mulcto, V. Multa) as, avi, atum, a. 2. *condannare in danari*, עָנַשׁ, τιμωρῶμαι, ζημιῶω, multa afficio, pœna pecuniaria punio, *a multa, a* sed fere additur ablat. pecunia. *Nep. Milt. c. 7.* Capitis absolutus, pecunia multatus est. ¶ Dicitur etiam, mulctare multa. *Cic. pro Corn. Balb. c. 18.* ¶ Sæpissime latiore sensu usurpatur pro punire. *Cic. 1. Or. c. 43.* Vitia hominum, atque fraudes, damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur. *Cæsin. ad Cic. l. 6. Fam. ep. 7.* Stultitia multetur fama. *Nepos Epam. c. 7.* Lex morte multat. ¶ Significat etiam privare. *Cic. 5. Tusc. cap. 37.* Multantur bonis omnibus exules. *Plaut. Amph. 2. 2. 222.* Nunquid causam dicis, quin hoc te multem matrimonio, *h. e.* divortium faciam, & te res tuas tibi habere jubeam. *Idem Trac. 4. 3. 70.* Hoc te multabo bolo: sex talenta a dote demam pro ista insscitia, *h. e.* hanc tibi jacturam afferam. ¶ *Col. l. 1. c. 2.* Agrum pessime multrari, cujus dominus quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum, *h. e.* male tractari, & coli. Multare verberibus, virgis, &c. si quando apud Scriptores inveneris, rectius leges *mulcare*. Vide quæ in *Multrans* adnotavimus. ¶ Multor, depon. Vide infra.

Multo, adv. *molto*, *παρὰ πολὺ*, רַב, longe. Jungitur cum comparativis. *Cic. 1. de Or. c. 3.* Multo pauciores Oratores, quam Poetæ boni, reperiuntur. *Id. lib. 2.* Quod multo magis antea mirabar. Item cum superlativis. *Cic. pro L. Man. c. 18.* Multo maxima parte non modo utilitatis, sed dignitatis, atque imperii caruit. *Sallust. in Catil. c. 37.* Multo maxime miserabilis. *Et cap. 56.* Multo pulcherrima respublica. ¶ Item cum verbis *malo*, *præsto*, *antecedo*, *excello*, & similibus. *Sallust. Jugur. cap. 31.* Multo præstat beneficii, quam maleficii memorem esse, *Plaut. Pœn. 1. 2. 88.* Multo mavolo. ¶ Item cum præpos. & adverbiis *ante*, *post*, *aliter*, *secus*, *Ter. prol. And.* Verum aliter evenire multo intelligit. *Cic. in Ver.* Multo mihi ante est providendum. *Id Att. l. 12. ep. 49.* Non multo post, quam tu a me discessisti, *id. Fam. 4. ep. 9.* Quod non multo secus fieret. ¶ Item cum *tanto*. *Plaut. Bacch. 3. 3. 76.* Næ ille hercle mihi sit multo tanto carior. ¶ Multo minus, *multo meno*. *Cic. l. 8. Att. Plaut. Merc. 4. 3. 18.*

Multopĕre, adv. *sommamente*, מְאֹד, σφόδρα, multum, valde. *Plaut. Merc. Prol. v. 65.* Multopere in mundo rustico se exercitum. Sed al. leg. *Multo opere immundo rustico*, &c.

Multer, aris, deponenti forma pro multo, as. *Suet. in Aug. c. 21.* Neque rebellantes graviore unquam multatus est pœna.

Multotĭes, adv. *molte volte*, רִבְבוֹת, πολλάκις, multis vicibus. *Epitome Livii*, quæ *Floro* tribuitur *l. 57.* Multoties contra hostium irruptiones feliciter pugnavit.

Multum, adv. *molto*, רַב, Germ. *viel*, *genug*, Gal. *beaucoup*, *assez*, Hisp. *mucho*, πολὺ, κατὰ πολὺ, valde, vehementer. *Cic. de Sen.* Ultroque affero res multum, & diu cogitatas. *Id. l. 7. Fam. ep. 25.* Sed opinor, Cassium uti non ita multum sorore. *Plaut. Aulul. 2. 1. 5.* Multum loquax. *Cic. 7. Ver. cap. 44.* Longe omnes, multumque superare. ¶ Pro multo tempore. *Plin. l. 3. ep. 7.* Multum in lectulo jacens, cubiculo semper.

Multus, a, um, o. 1. 2. *molto*, רַב, Germ. *viel*, Gal. *beaucoup*, *fréquent*, Hisp. *mucho*, πολὺς; frequens, creber, copiosus, ingens numero. *Cic. pro Sext.* Multis fortissimis, atque optimis viris, injustis judiciis, talem casus incidisse. ¶ Ponitur item pro multiplici. *Plin. l. 19. c. 3.* Radice multa, crassaque. ¶ Item pro grandi, pro eo, quod longius processit. *Cic. Att. l. 5. ep. 4.* Quarum alteras Fesulanus multo mane mihi dedit. *Id. Att. l. 13. ep. 9.* Multus sermo ad multam diem. *Cæs. l. 1. B. G.* Multo denique die per exploratores Cæsar cognovit, &c. *Cic. Att.* Multa nocte veni ad Pompeium. ¶ Item pro continuo, assiduo, diligenti. *Sall. in Jug. c. 96.* Joca, atque seria cum humillimis agere, in operibus, in agmine, atque ad vigilias multus esse. ¶ Item pro longo, loquaci. *Cic. 1. de Leg.* In brachionibus multus, & ineptus ad summam impudentiam. ¶ Item pro pluribus, poetice. *Lucan. l. 3. v. 707.* multus sua vulnera puppi affixit moriens. *Ovid. lib. 3. Amor. eleg. 5. v. 4.* In ramis multa latebat avis. ¶ *Multa*, sabulare pro multum, adverbii vice usurpatur. *Virg. 4. Georg. vers. 301.* Multa reluctari. *Id. 3. Æn.* nec multa moratus. ¶ *Multa*, pro multa verba. *Cic. pro Mil. ad fin.* & *2. Fin.* Sed jam satis multa de causa. *Id. pro Cluent. c. 16.* Ne multis; Diogenes emitur. ¶ Multa opinio, h. e. multorum. *Gel. lib. 3. c. 16.* Multa opinio est, eaque jam pro vero recepta. ¶ Multam salutem alicui dicere. *Plaut. Pœn. 2. 2. 195.* ¶ Minus multi homines, & Nimis multi. *Cic. & al.* ¶ *Ter. Hecyr. 2. 1. 3.* Multis modis filium jam exspecto, h. e. vehementer.

Mulvĭanus, a, um, ad Mulvium pertinens, quod est nomen proprium Romanum, ut M. Mulvius apud *Val. Max. l. 8. c. 1. ad fin.* Hinc Mulviana controversia, *Cic. ad Att. l. 2. ep. 15.* & Mulviana coronea, *Plin. l. 15. cap. 11.* h. e. a quodam Mulvio insitore sic dicta.

Mulvius pons, *ponte Molle*, cujus meminit *Cic. Att. l. 3. ep. 33.* ad initium fuit viæ Flaminiæ, Tiberi impositus, extra portam Flumentanam, ad secundum lapidem. Factus est a M. Æmilio Scauro Censore. *Aurel. Vict. de vir. illustr. c. 72.* ¶ Scribitur & *Milvius*, sed minus recte.

Mulus, m. 2. *mulo*, ἡμίονος, ὄρεὺς, פֶּרֶד, animal ex asino, & equa genitum. Nam illud, quod ex equo, & asina procreatum est, hinnulus dicitur. *Cic. in Top. c. 8.* Mulus clitellarius. *Id. 2. de nat. Deor. c. 64.* Mulorum utilitates. ¶ Muli Marini, sunt furculæ, quibus reliqui as farcinas vastores gerunt, a C. Mario, qui earum usum invenit. *Frontin. l. 4. Strateg. c. 1.* ¶ De Mulis vide *Plin. lib. 8. cap. 44.* ¶ Translate mulus dicitur de homine stupido. *Catul. carm. 82.* Mule, nihil sentis. *Plaut. Cist. 4. 2. 12.* Ecastor ego sum mulo insscitior. Alii aliter legunt. ¶ Mulus, inquit *Paulus Festi abbreviator*, vehiculo Lunæ adhibetur, quod tam sterilis ea sit, quam mulus, vel quod mulus non suo genere, sed equi ceetur, sic ea solis, non fulgore luceat.

Mummiānus, a, um, ad Mummium pertinens, ut Mummiana ædificia, apud *Fest.* Est autem *Mummius* nomen proprium Romanum.

Mummius, (Lucius) Achaicus dictus, novus homo, ad Consulatum evectus ornamentis armis Achajam subegit, Corintho excisa, qui cum militari scientia valeret plurimum, adeo tamen in aliis rebus rudis fuit, ut cum Corinthiaca signa, & tabulas eximiorum artificum Romam portandas locaret, juberet conductoribus præcipi nova ea redditurus, si apud eos periissent. *Cic. in Off. Plin. l. 34. c. 3.* & 7. &c. ¶ Fuit etiam hoc nomine Poeta latinus apud *Macrob. l. 1. Satur. cap. 10*

Munctĭo, onis, actus mungendi, ut munctiones muculentæ, apud *Arnob. lib. 3. pag. 107*

Mundānus, a, um, *mondano*, מִן הָעוֹלָם, Ger. *weltlich*, Gal. *mondain*, *du monde*, Hisp. *mundano*, κοσμικὸς, quod mundi est. *Cic. 5. Tusc. c. 37.* Socrates, cum interrogaretur, cujatem se esse diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam, & civem arbitrabatur. *Avien. in Arat. v. 47.* Mundanum pro cœlesti, dixit.

* **Mundatio**, onis, f. purgatio, καθαρισμὸς, *August. Conf. l. 2. c. 11.*

Mundātor, oris, qui mundat. *Jul. Firmic. l. 8. c. 19.* Cloacarum mundator.

Mundatorius, a, um, מְנֹקָה, καθαρτικὸς, ad mundandum pertinens, ut mundatorium medicamentum, apud *Plin. Valer. l. 2. c. 25.*

Mundātus, a, um, *mondato*, purgatus, absterfus. *August. l. 10. Confession. cap. 37.* Quam sim ab illa peste mundatior.

Munde, adv. טָהוֹר, καθαρῶς, idem ac munditer. *Colum. lib. 12. cap. 51.* Aromata quam mundissime in pilam contundito. Adde *Plaut. Pœn. 5. 4. 5.*

Mundensis, se, ad Mundam pertinens, urbem Hispaniæ Bæticæ, quæ una cum Cn. Pompejo Magni filio a Cæsare capta est. *V. Flor. l. 4. c. 2. Auctorem B. Hispan. c. 27. & sequent. Velleji. 2. c. 55. & Epitom. Livii l. 125.* Hinc Mundensis campus, *Auct. B. Hispan. loc. cit.* Mundenses duces, *Id. ibid. c. 36.* Mundensæ prælium, *Suet. in Cæs. c. 56.*

Mundialis, le, o. 3. idem ac mundanus, a *mundus*. *Tert. de spect. cap. 9.* Mundialia elementa. *Prudens. 1. Cathem. v. 90.* Mundialis gloria.

Mundialiter, adv. more mundanorum. *Tert. de resur. car. c. 46.* Vivere mundialiter.

Mundicina, æ, medicina ad mundities. *Apul. Apol.* Mundicinæ dentium.

Mundĭcors, ordis, καθαρόκαρδιος, qui mundum habet cor, *August. serm. 53. de verb. Evangel. in edit. recent. ex Matth. 5. 8.*

Mundĭfico, as, a. 1. καθαροποιῶ, טָהֵר, mundum facio. *Macer l. 3. v. 12.*

Mundĭpŏtens, entis, in Mundo potens. *Terp. de anim. cap. 23.* Principatus mundipotentes.

Mundĭrĕnens, entis, κοσμοράντωρ, qui mundum tenet, seu occupat, ut Diabolus munditenens, apud *Tert. adv. Valen. c. 22.*

Mundĭter, adv. *mondamente*, καθαρῶς, cum munditie. *Plaut. Pœn. 1. 2. 26.* Nam cum sedulo munditer eos habeamus.

Mundiția, æ, f. *neteza*, נִקְיוֹן, טָהֳרָה, Germ. *reinigkeit*, *sauberkeit*, Gal. *netteté*, *pureté*, Hisp. *limpieza*, καθαρότης, κοσμιότης, lautitia, qua quis se mundum, ac politum servat, elegantia, nitor. *Cic. 1. Off. cap. 36.* Adhibenda munditia est, non odiosa, nec exquisita nimis. *Ovid. 3. de Art. v. 133.* Munditia capitur: non sint sine lege capilli. *Plaut. Stich. 2. 2. 22.* Munditias volo fieri; Efferte scopas, ut operam omnem aranearum perdam. *Sallust. Jugur. in Orat. Marii.* Munditias mulieribus, viris laborem convenire. Rursus *Cic. in Orat. c. 23.* Elegantia, & munditia orationis.

Mundĭtĕles, ei, f. idem ac munditia. *Catul. ad Fur. carm. 23. v. 18.* Hanc ad munditiem adde mundiorem.

Mundĭtor, aris, dep. 1. munditiam amo, confector. *Plaut. Caf. 2. 3. 9.* Magis inistio munditiis munditiarri Deo, *h. e.* Amori. Alii aliter legunt.

Mundo, as, a. 1. *mondare*, *nettare*, καθαίρω, καθαρίζω, טָהֵר, detergo, purifico. *Plin. l. 15. c. 8.* Ob id crebrius vasa mundanda.

Mundŭle, adv. *Apul. l. 2. Metam.* Linrea tunica mundule amicta.

Mundŭlus, a, um, delicatus, mollis, qui nimia munditia utitur, ut placeat aliis, dim. a *mundus*. *Plaut. Trin. 3. 1. 33.* Nunc ego istos mundulos, urbanos amasios hoc ictu exponam.

Mundum, i, n. &

Mundus, i, m. κόσμος, instrumentum mulierum, quo mundiores, & ornatiores fiunt. *Ulp. l. 25. §. 10. de auro & arg. &c. Var. l. 4. de L. L. c. 29. &c. Lucil. l. 16. apud Gell. l. 4. c. 1.* Legavit uxori mundum omnem, penumque. ¶ Fere usurpatur addito *muliebris*. *Var. l. 4. de L. L.* Mundus muliebris dictus a mundicia. Adde *Liv. l. 34. cap. 7.* ¶ In mundo esse, in mundo habere, est esse in promptu, habere ad manum, *essere, o avere in pronto*. *Plaut. Asin. 2. 2. 6.* Aut mihi in mundo sunt virgæ. *Id. Caf. 3. 3. 3.* Stultitia est, amatorem ullum ad forum procedere, cui quo amet in mundo sit. *Id. Epid. 5. 1. 12.* Cui libertas in mundo sita est.

Mundus, i, subst. m. 2. *mondo*, עוֹלָם, κόσμος, rerum universitas, a *munditie*. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 52.* Est mundus quasi communis decorum, atque hominum domus, aut urbs utrorumque. *Plin. l. 2. c. 4.* Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum & nos a perfecta, absolutaque elegantia mundum. ¶ Interdum usurpatur pro Cœlo. *Seven. in Ætna, v. 43.* Gigantes tentavere (nefas!) olim detrudere mundo sidera. Sic *Manilius* non semel. ¶ Item pro mortalibus mundi incolis. *Senec. Herc. Oet. v. 541.* Te precor, quem mundus, & superi timent. *Lucan. lib. 2. v. 42.* Conjuge in arma mundus. ¶ In plurali num. *Lucr. l. 5. v. 529.* In variis mundis varia ratione creatis. Adde *v. 1344.*

Mundus, a, um, *mondo*, *polito*, *netto*, טָהוֹר, Germ. *rein*, *sauber*, Gal. *net*, *pur*, Hisp. *limpio*, *pulido*, κόσμιος, καθαρὸς, purus, tersus, politus. *Hor. l. 1. ep. 5. v. 7.* Jam dudum splender focus, & tibi munda supellex. *Ter. Eun. 5. 4. 12.* Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius. *Celsi. l. 19. c. 9.* Mundissimum cubile.

Munerabundus, a, um, qui muneratur. *Apul. l. 11. Met.* Quisque munerabundi ad meum festinanc illico reducem ab inferis conspectum.

Muneralis, le, δωροδόκος, φιλοκερδὴς, quod ad munus pertinet. Unde muneralis lex; περὶ δώρων, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere, teste *Fest. Plauti in fragment.* apud *Fest.* Nec muneralem legem, neque leonium rogo.

Munerarius, m. 2. ἀγωνοθέτης, κἄλοδότινς, qui munus, hoc est, spectaculum populo exhibet. *Suet. in Domit. c. 10.* Quod Thraçem mirmilloni parem, munerario imparem dixerat. *Quint. l. 8. c. 3.* Munerarium Augustus primus dixit, Messala primus reatum. ¶ Adjective *libellus munerarius* apud *Trebell. Poll. in Claud. c. 5.* est, in quo continentur nomina eorum, qui in publicis ludis adhibentur.

Munerātor, oris, idem ac munerarius. *Flor. l. 3. c. 20.* Quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus, si de gladiatore munerator fuisset.

Muneratus, a, um, partic. passiva significationis, *regalato*. *Spartian. in Adrian. c. 7.* Atque ob hoc se dicit a Trojano locupletissime muneratum. *Ammian. l. 14. c. 7.* Mulier muneratæ, vehiculoque impositæ.

Munerigerulus, i, δωροφόρος, m. qui munera, & dona gestat. *Plaut. Pseud. 1. 2. 48.* Manipulatim mihi munerigeruli jam hic adsint.

Munĕro, as, a. 1. idem ac muneror. *Sen. ep. 119.* Inani me lance muneras. *Plaut. Capt. 5. 2. 15.* Ut beneficium benemerenti muneres, h. e. conferas, gratiam referas pro beneficio.

Munĕror, aris, atus sum, d. 1. *donare*, שָׁחַד, אָבַר, Germ. *schencken*, *eine gaab geben*, Gall. *donner*, *faire présent*, Hisp. *remunerar*, δωρέομαι, dono, munus do. *Ter. Eunuch. 2. 3. 59.* Nam disciplina est eisdem munerarier ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. *Cic. Att. l. 7. ep. 2.* Alexion me opipare muneratus est.

* **Mungo**, is, nxi, nctum, *sfiare*, *purgar il naso*, μύσσω. *Vet Gloss.*

Mungor, eris, d. 3. idem ac mungo, apud vet. *Capo de lib. educan.* Neque mungentur libertarem. Al. leg. *emun gentur.*

Munia, orum, n. 2. *uffizj*, מְלֶאכֶת, מַעֲשֶׂה, ἔργα, officia, præstertim quæ publice præstantur. *Cic. pro Mur. c. 35.* Omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia Candidatorum. *Liv. l. 1. c. 42.* Belli, pacisque munia facere. *Hor. l. 2. ep. 2.* Vitæ munia servare. *Tacit. 2. Ann. c. 26.* Munia consulatus obire. *Id. 1. hist. c. 62.* Implere ducis munia. *Vetus lapis apud Sponi. Miscel. erud. dit. antiq. p. 36.* Ob hæc insignia genera muniorum.

Munibĭlis, le, quo quid munitur. *Sidon. l. 2. epist. 2.* Porticus columnis invidiosa munibilibus.

* Mu-

* Municas, pro communicas. *Fest.*

Municeps, ipis, o. qui munus capit, sive capere potest. Municeps, inquit *Festus*, est qui in municipio liber natus est: item qui ex alio hominum genere munus functus est: item qui in municipio a serviture se liberavit: item municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. Hæc *Fest. Cic. 2. de Leg.* Ego omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam naturæ, alteram civitatis. *Id. post red. ad Quir. c. 8.* Vidi fortissimum virum municipem meum, C. Marium. *Idem in Brut. c. 48.* Quam diligenter foleam municipes meos Arpinates tueri. Vide *Ulp. l. 1. ff. ad 20.* Quam diligenter foleam municipes meos Arpinates tueri. Vide *Ulp. l. 1. ff. ad municipal.* & *Paul. l. munus, ff. de V. C.* ¶ In fœm. genere *Plin. l. 35. c. 11.* Amamunicipal. & *Paul. l. munus, ff. de V. C.* ¶ In fœm. genere *Plin. l. 35. c. 11.* Amavit Glyceram municipem suam. ¶ Adjective sumptum significat eum, qui ex eodem est municipio. *Juv. sat. 4. v. 33.* Vendere municipes fracta de merce filiros. *Id. sat. 14. v. 271.* Municipes Jovis lagenas, *h. e.* Cretenses.

Municipālis, & le, o. 3. πολιτικὸς, quod ad municipia, vel ad municipes pertinet, ut Municipales homines, qui in municipiis degunt, vel e municipiis orti sunt. *Cic. Att. l. 8. ep. 13.* Multum mecum municipales homines loquuntur. *Idem Att. l. 8. ep. 13.* Multum mecum municipales homines loquuntur. *Idem Att. 7. ep. 11.* Dolor municipalis, *h. e.* municipum. ¶ Municipalis Respublica *l. Att. 7. ep. 11.* Dolor municipalis, *h. e.* municipum. ¶ Municipalis Respublica est, qua municipium gubernatur. *Cic. 3. de Leg. c. 16.* Utinam, inquit, M. Cicero, isto animo, atque virtute in summa Republica verfari nobiscum, quam in municipali malusses. ¶ Municipale jus, vel municipalis lex, quæ est propria cuinscipali malusses. ¶ Municipale jus, vel municipalis lex, quæ est propria cujusque municipii, quamque habuit ante adeptam civitatem, de qua agit *Guil. Fornerius l. 1. sel. c. 13.* ¶ Municipalia sacra, quæ municipes ab initio habuerunt, ante civitatem Romanam acceptam, quæ observare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo antiquitus facta fuerant. *Fest.* ¶ Interdum municipalis ponitur pro ignobili, atque obscuro. Hinc *Juven. sat. 8. v. 238. de Cicer.* Hic novus Arpinas ignobilis, & modo Romæ municipalis eques. Hoc ideo, inquit *Turneb. l. 3. c. 9.* quia equites municipiorum non tam divites erant, & nobiles, quam urbani. Sic *Tac. l. 4. Ann. c. 3.* Seque ac majores municipali adulterio fœdabat.

Municipaliter, adv. Municipis more, vel conditione. *Sidon. lib. 1. ep. 11.* Non aliis majoribus, quam municipaliter natus.

Municipātim, adv. per municipia, ut oppidatim, per oppida. *Suet. in Cæs. cap. 14.* Municipatim dividendos censuit.

Municipātus, us, m. jus municipii. *Terp. de cor. mil. cap. 13.* ita vertit πολιτεῖα. Adde *Hieron. ep. 1. 3. 13. & 58.*

Municipiŏlum, i, parvum municipium. *Sidon. l. 3. ep 1.*

Municipium, ii, n. πόλις αὐτόνομος, oppidum (in Italia præsertim) jure suo utens, & legibus, cujus incolæ jure Civium Romanorum gaudebant. V. *Sigon. l. 2. de ant. jur. Ital. c. 6.* Quomodo differat a colonia. Vide Colonia. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 6.* Genere, & nobilitate sui municipii primus.

Munĭco, as, pro communico, dicebant Veteres. *Fest.*

Munĭfex, icis, o. λειτουργὸς, נָתִין, qui munus facit. *Fest.* Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris officio, e contrario munifices vocabantur, qui non vacabant, fed munus Reip. faciebant. *Veg. de re milit. l. 2. c. 7.* Munifices militares, qui munera faciunt, quibus immunes non obstricti sunt. ¶ Metaphorice munifex mamma pro lactante dicitur. *Plin. l. 11. cap. 40.* Uno vero ex omni turba relisto sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, defecendit.

Munifice, adv. *liberalmente*, *abbondevolmente*, Germ. *reichlich*, *überflüssiglich*, Gal. *largement*, *abondamment*, His. *liberalmente*, μεγαλοπρεπῶς, μεγαλοδώρως, liberaliter, large, abundanter. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 27.* Sic haud scio, an melius fuerit, humano generi motum istum celerem cogitationis non dari omnino, quam tam munifice, tam large dari. *Liv. l. 22. c. 37.* Munifice adjuvare rem alicujus.

Munificentĭa, æ, f. *liberalità*, נְדִיבָה, Germ. *freygebigkeit*, Gall. *liberalité*, *largesse*, Hisp. *franqueza*, *liberalidad*, μεγαλοπρέπεια, liberalitas. *Plin. l. 27. c. 1.* Nec se, Hisp. *franqueza*, *liberalidad*, μεγαλοπρέπεια, liberalitas. *Plin. l. 27. c. 1.* Nec se, Hisp. *franqueza*, *liberalidad*, μεγαλοπρέπεια, liberalitas. *Plin. l. 27. c. 1.* Nec dubie superata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia. *Liv. l. 7. c. 16.* Ad copiam rerum addidit munificentiam.

Munificium, ii, res non immunis, non libera a vectigalibus, & portoriis. *Paul JCtus l. 4. ff. de Publ. & Vect.* Si quid amplius, quam mandatum est, transferat, id munificium sit.

Munifico, as, a. 1. *arricchire*, *far beato*, πλουτίζω, אָשַׁר, תִּשְׁעֵר, dito, beatum facio. *Lucr. l. 2. v. 625. de Cybele.* Ergo cum primum magnas invecta per urbes munificat tacita mortales muta salute.

Munificus, a, um, *liberale*, נְדִיב, Germ. *ehrgebig*, *kostfrey*, Gall. *libéral*, Hisp. *liberal*, μεγαλοπρεπὴς, liberalis, quasi munera large præbens, *a munus. Cic. 2. Off. c. 18.* Convenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non aceibum. *Ov. 4. de Pont. epist. 1. vers. 24.* Nec mihi munificus arca negavit opes. *Claudian. de IV. Consul. Honor. v. 495.* Munificus largiri, sed non est prodigus auri. ¶ Apud Veteres munificus dicebatur, qui libenter consentirer ad ea, quæ amici vellent, ut docet *Non. c. 1. n. 88.* ¶ Comp. munificentior, sup. munificentissimus. *Cic. pro Rosc. Com. cap. 8.* Semper liberalissimus, munificentissimusque fuit. *Festus.* Munificior a munifico identidem *Cato* dixit, cum nunc munificentior dicamus, quamvis munificens non sit in usu.

Munīmen, inis, n. 3. idem ac munimentum, vel munitio. *Virg. 2. Georg. v. 353.* Hoc effusos munimen ad imbres.

Munimentum, i, n. *fortificazione*, *riparo*, *guarnimento*, מִבְצָר, Germ. *schutz*, *festung schirm*, Gal. *munition*, *forteresse*, *rempart*, *fortification*, Hisp. *fortificación*, σπιτικισμὸς, munitio, & proprie dicitur de castris, cæterisque rebus, quas milites contra adventum hostium muniunt sive vallo, sive fossa, sive alio quovis modo. *Liv. lib. 1. cap. 33.* Quiritum quoque fossa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis, Anci Regis opus est. *Cæs. lib. 2. B. G. cap. 17.* Instar muri sepes munimen a præbent. *Tac. Ann. 13. c. 36.* Tenere se munimentis. ¶ Translate *Juv. sat. 9. v. 29.* Munimenta togæ.

Munīo, is, a. 4. *fortificare*, *guarnire*, חָזַק, בָּצַר, נָגַן, Germ *befestigen*, *bevvahren*, *stercken*, Gal. *fortifier*, *munir*, Hisp. *guarnecer*, σπιτικίζω, σφραλίζω, fulcio, firmo, ab ἀμύνω, *sueor*, adjecto α, ut ab ἀμέλγω, *mulgeo*. *Cic. de Prov. Conse. 14.* Alpibus Italiam munierat ante natura, non sine aliquo divino numine. *Id. de Sen. c. 15.* Et contra avium minorum morsum mantitur vallo aristarum. *Id. 9. Fam. ep. 18.* Ad aliqua tempora se munire. ¶ Munire viam, est reficere, substruere, lapidibus sternere. *Cic. pro Mil. c. 7.* Ideo ne Appius ille Cæcus viam munivit, non qua populus uteretur, sed in qua sui posteri impune latrocinarent? Et fumitur etiam translate pro parare, & aditum sibi parefacere, *aprire*. *Cic. 1. Tusc. c. 14.* Abiit ad Deos Hercules, nunquam abiisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam muniisset. *Id. pro Mur. c. 23.* Hæc omnia tibi accusandi viam munichant. ¶ *Liv. l. 21. c. 37. de transitu Annibalis per Alpes.* Inde ad rupem muniendam, per quam una via esse poterat, milites ducti, *h. e.* ad rupem cædendam, viamque in ea muniendam, & sternendam. Ita legit, & explicat *Turn. l. 1. c. 18.* Sunt tamen qui leg. *ad rupem minuendam.* ¶ Translate *Cic. l. 4. Fam. ep. 12.* Fidelitate contra perfidiam me muniendum putavi. *Tac. in Agric. c. 45.* Sævus ille vultus, & rubor, a quo se contra pudorem muniebat. ¶ *Munibant* pro *munisbant* legitur apud *Varr. l. 4. L. L. p. 34.*

Munis, & ne, o. 3. officiosus, qui munus, sive officium facit, ut qui pro beneficio accepto gratiam, cum potest, refert, a *munus*. *Non. c. 1. n. 88.* Munes apud veteres dicebantur, non a largitione, quæ ignota erat, sed consentientes ad ea, quæ amici velint. *Fest.* Munem significare certum est officiosum: unde de contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio. *Lucil. ibid.* Munifici, munesque viri videamur amicis. *Plaut. Merc. prol. v. 104.* Dico, ejus pro meritis gratum me, & munem fore. Ubi tamen Lambinus mavult *memorem*.

Munīte, adverb. ἐχυρῶς, τυτο. *Var. l. 4. L. L. p. 32.* Oppida, quod opere munibant incenia, quo munitius esset.

Munītio, onis, f. 3. *munizione*, *fortificazione*, *riparo*, מִבְצָר, מָצוֹרָה, Germ. *eine festung*, *bollwerck*, Gal. *munition*, *rempart*, His. *guarnecimiento*, περιτειχισμὸς, ædus muniendi, monimentum, vallum. *Cic. 4. Verr. c. 53.* Nisi munitione, ac mole lapidum a mari disjunctus esset. *Id. 13. Philip. 9.* Urbem operibus, munitionibusque sepire. *Nepos Eumen. c. 5.* Munitiones disjicere. *Cæs. l. 1. B. G. c. 49.* Milites munitiones prohibere. *Cic. pro Font. c. 4.* Ex viarum munitione quæstum facere.

Munīto, as, a. 1. freq. a munio. *Cic. pro Rosc. Am. cap. 48.* Quam viam muniter, quod iter affecter, videris.

Munītor, oris, m. qui munit. *Liv. l. 7. cap. 23.* Qui pro munitoribus intenti, armatique steterant.

Munītūra, æ, f. 1. munimentum, munitio. *Vetus lapis* apud *Gruter. n. 7. p. 589.* Structuram cum munitura sarcophagi suis impensis fecit.

Munītus, a, um, *fortificato*, περιτετειχισμένος, firmatus, obvallatus, partic. a *munio*. *Tom. II.*

inaceratur, aut fervatur. *Col. l. 12. c. 25.* Fere omnes Græci aqua falfa, vel muria muftum conditunt. *Plin. l. 31. c. 8.* Muria, five illa falfugo fpiflar, mordet, extenuat, ficcat. ¶ Eft item muria liquamen thynnorum, ut *garum* fcombrorum. *Scal. l. 2. Auſon. Lect. c. 27. Perſ. ſat. 6. v. 20.* Tingit olus ficcum muria vafer in calice empta. ¶ *Muria fuit propria* paupertum, *garum* divitum. *Scalig. l. 2. Auſon. Lect. c. 27. Mart. l. 13.* Antipolitani, fateor, fum filia thynni: effem fi fcombri, *non* tibi miſſa forem.

Muriaticus, a, um, *acconeio in ſalamoja*, ממולח, ἁλμυρίνης, quod muria conditum eſt, quod *in muria* diu fuit. Abſolute muriatica falfa pro falfamentis. *Plaut. Pœn. 1. 2. 32.* Quaſi falſa muriatica eſſe autumnarint ſine omni lepore, niſi multa aqua, & diu macerentur.

Muricatim, adv. convolutim, muricum inſtar. *Plin. l. 6. c. 33.* Vertice muricatim intorto.

Muricatus, a, um, κογχυλιωτός, quod eſt eſt muricis modo factum. *Plin l. 20. c. 23. de carduis.* Utrique folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. ¶ Translate muricati greſſus pro formidoloſis, ſeu timendis dicuntur, quaſi per murices ferreos fiant. *Fulgent. l. 1. Myth. c. 1.* Muricatos, quod ajunt, ſigillaverunt greſſus.

Muricëus, a, um, ad maricem ſpectans. *Auſon. epiſt. 9. verſ. 4.* Antra & muricei ſcopuloram merita lacunis.

Muricidus, a, um, ignavus, imbellis. *Plaut.* (*Epid. 3. 2. 12.*) apud *Feſt.* Væ tibi, *muricide* homo. *Monſ.* legit *mureide*.

Muries, ei, ſ. ſ. idem ac muria. *Cato R. R. c. 88.* Si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caſeos, vel ſalſamenta condias. ¶ Muriem *Feſtus* ex Veranii ſententia interpretatur ſalem in pila tuſum, & in ollam fictilem conjectum, ibique coctum, gypſatumque, & in furno percoctum, quo veſtales ferra ferrea fecto, & in ſeriam conjecto, quæ erat intus in æde Veſtæ, in penu exteriore, in ſacrificiis uterentur.

Muriſegulus, li, m. qui murices piſcatur, a muricibus legendis, ſeu colligendis. *Juſtin. l. 2. Cod. tit. de monetariis, & murilegulis.*

Murina. V. Murthipa.

Murinus, a, um, μύϊος, quod ex mure eſt, ſeu ad murem ſpectat, ut Murinus ſimus, muſcerda. *Plin. l. 30. c. 13.* Murinum ſimum. ¶ Murinus color, qualis fere eſt aliorum. *Col. l. 6. c. 17.* Murinus cum ſit in aſino vulgaris, tamen non optime reſpondet in mula. ¶ Murinum hordeum, herbæ genus. *Plin. l. 22. c. 25.* ¶ Murina pellis, eſt quælibet pellis beſtiarum minorum in uſum veſtium. *Juſtin lib. 2. cap. 2.* Pellibus tamen ferinis, aut murinis utuntur. *V. Mus.* ¶ Murini campi. *V. Campe.*

Murmur, uris, n. *memoria*, הגיונות, הגיונת, Germ. *getummel, gerauſch*, Gall. *murmure, bruit*, Hiſp. *ruida murmullo, ſfpoc*, lenis aqua ſtrepitus, a μορμύρω, vel μορμόω, *murmuro*. Nomen eſt fictitium, teſte *Quinct. l. 8. c. 6.* ut megire, & fibilare. *Cic. ſ. de Or.* Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis tam ducta a cæteris ſenſibus. ¶ Translate pro quocumque ſtrepitu ponitur. *Virg. 4. Æn. v. 160.* Magno miſcetur murmure cœlum. *Sat. 12. Theb. v. 170.* Murmur jejunæ tigridis. ¶ Eſt etiam murmur ſu. miſſa voce loquentis. *Ovid. 6. Metam.* tacito venerantur murmure numen. *Perſ. Sat. 3. v. 21.* Murmura cum fecunt, & rabioſa ſilentia rodunt.

Murmurabundus, a, um, qui murmurat, a *murmuro*. *Apul. lib. 2. Met.* Indigna murmurabundus.

Murmuratio, onis, ſ. μορμυσμός, תלונה, actus murmurandi. *Plin. l. 10. cap. 3.* Murmuratio aquilarum. ¶ Item fremitus renuentis, & contradicentis. *Senec. ep. 107.* Optimum eſt, Deum ſine murmuratione ſequi.

Murmurator, oris, m. *murmuratore*, obtrectator. *Auguſtin. l. 2. Retract. cap. 20.* Illi adverſus Deum murmuratores.

Murmuratus, a, um. *Apulej in Apolog.* Magia obſcura non minus, quam terra, plerumque noctibus vigilata, & carminibus murmurata.

Murmurillo, as, n. 1. ὑποτονθορύζω, ſubmurmuro, a *murmurillum*. *Plaut. Rud. 5. 3. 61.* Quid murmurillas tecum, & te diſercucias? In pluribus *Codicib.* hic verſus deeſt.

Murmurillum, li, n. ὑποτονθορυσμός, exigua murmuratio, dim. a *murmur*. *Plaut. Rud. 5. 3. 48.* Nolo, murmurillum, neque ſuſurrum fieri mihi, *Ita* legit *Non.* Alii *murmur ullum*.

Murmiro, as, avi, atum, n. 1. *mormorare*, המה, אהלון, Germ. *roſen*, *rauſchen, brummlen*, Gal. *murmurer, bruire*, Hiſp. *murmurar*, μορμύρω, eſt ſtrepere, & proprie dicitur de aquis ſtuentibus. *Var. l. 5. de L. L. c. 7. Cic. 5. Tuſc. c. penult.* Femitus murmuratoris maris. ¶ Translate pro ſtrepere generatim. *Plin. lib. 18. cap. 35.* Murmurantes ignes tempeſtatum nuntii ſentiunt. *Plaut. Caſ. 4. 3. 6.* Mihi inanitate jamdudum inteſtina murmurant. ¶ Item contradicere, fecrete murmure indignationem oſtendere. *Plaut. Mil. 3. 1. 149.* Tametſi dominus non invitus patitur, ſervi murmurant. *Id. Aul. 1. 1. 13.* Ut ſceleſta ſola ſecum murmurat. ¶ Item pro ſubmiſſa voce loqui, ita ut non verba, ſed verborum ſonus audiatur. *Ovid. 11. Metam. v. 52.* flebile lingua murmurat examinis.

Murmuror, aris, d. 1. idem ac murmuro, apud vet. *Varro* apud *Non. c. 7. n. 85.* Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari.

Murrha, ſ. μύρρα, lapidis pretioſi genus, teſte *Plin. l. 37. c. 2.* odoris præſtantia commendabile, & colorum varietate inſigne, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram, candoremque, & tertium ex utroque igneſcentem, veluti per tranſitum coloris purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente. Naſcitur in Oriente apud Parthos, & præcipue in Carmania. *Plin. l. 37. c. 12.* credit eſſe humorem Solis calore ſub terra condenſatum. Amplitudine nuſquam excedit parvos abacos, craſſitudine autem raro tanta eſt, ut pocula potoriis ſufficiat. Præcipuus uſus hujus lapidis fuit, ut ex eo pocula fierent, quæ murrina appellabantur. *Mart l. 4. epig. 86.* Nos bibimus vitro, tu murrha, Pontice. *Id. l. 14. epigr. 113.* ardenti murrha Falerno convenit. ¶ Suas, qui ſcribunt, *myrrha, murra*, a Græco μύρρα.

Murranus, m. 2. priſcus Latinorum Rex, a quo poſtea Latini omnes Reges Murrani dicti ſunt. *Serv. in 12. Æneid.*

Murreus, & Murrheus, a, um, μύρρινος, quod eſt ex murra. *Propert. l. 4. eleg. 5. v. 26.* Murreaque in Parthis pocula cocta focis.

Murrhæus, a, um, idem ac myrrhæus, ut murrhata potio, *in lege XII. Tab. de Jure ſacro.*

Murrinus, & Murrhinus, a, um, μύρρινος, quod ex murra lapide confectum eſt, ut Trullæ murrinæ, Abaci murrini, Pocula murrina. *Suet. in Auguſt. c. 71.* Alexandria capta, nihil ſibi præter unum murrhinum calicem ex inſtrumento Regio retinuit. *Senec. de Benef. l. 7. c. 9.* Video murrhina pocula &c. Et abſolute *id. ep. ult.* Qui cryſtallina, & murrhina, & cœlata magnorum artificum manu portent. ¶ Legitur & *myrrhinus*. ¶ Murrhina potio. *V. Myrrhina.*

Murrhobatharius, ii, *profumiere*, qui calceamenta muliebria variis odoramentis, & unguentis imbuit. *Plaut. Aulul. 3. 5. 37.* ubi alii leg. *myrrobatharius*, quod ejuſdem eſt ſignificationis: alii *malobatharius*, h. e. qui malobathrum vendit; alii *myrobecharius* a μύρος, *unguentum*, & βρέχω, *ſtillo*.

* Murricidus. *V.* Muricidus.

Muſa, æ, Pannoniæ opp. ad Dravum fluv. circa ea loca, ubi nunc *Eſſek*. Hinc Murſenſis, ſe, adject. ad Murſam pertinens, ut Murſenſe prælium, *Ammian. l. 15. c. 14.* ¶ Murſienſis pro Murſenſis, legitur apud *Hieron. adverſ. Luciferian. cap. 7.*

* Muſia. *V.* Morſia.

Murta, æ, ſ. idem ac myrtus. *Cato R. R. c. 125.*

Murtäcus, *V.* Myrtatus.

Murtëus, a, um, idem ad Myrteus. *Cato R. R. c. 123.* & *Col. l. 5. c. 8.*

Murtëtum, i, n. mycterum. *Celſ. l. 2. c. 17.*

Murus, i, m. 2. *muraglia*, שור, חומה, τεῖχος, lapideus ambitus, ab antiquo *murus*. *Cic. 3. ſub fin. de nat. Deor.* Muri urbis, quos vos ſanctos eſſe dicitis. *Virg. 2. Æn.* Pars ducere muros. ¶ Translate ponitur pro præſidio, ac tutela. *Claudian. de IV. Conſ. Honor. v. 109.* Non dabitur murus ſceleri. *Cic. in Piſon. c. 4.* Propugnacula, & muri tranquillitatis & otii. ¶ Fortes etiam viri muri dicuntur. *Ovid. 13. Metam. v. 280.* Grajum murus Achilles. ¶ Muri etiam vocantur aggeres ſine foſſa, teſte *Varr. l. 1. R. R. c. 14.* ¶ Differt a pariete, nam *paries* proprie domoram eſt, *murus* urbium. Et ſiquando *murus* dicitur de privato ædificio, exterior eſt, *paries* interior. *Tac. 15. Ann. cap. 43.* Nec communione pariem, ſed propriis quæque muris ambirentur. ¶ Hæc tamen diſcrimina interdum confunduntur.

Mus, muris, m. *ſorcio, topo*, עכבר, Germ. *ein mauſ*, Gall. *un rat, un ſouris*; Hiſp. *raton*, μῦς, exiguum animal nobiſcum in domo habitans, a nomine Græco allato. Diſtinguitur a fore, quod forex major ſit mure, clariuſque ſtrepat, & plus afferat detrimenti. *Colum. l. 8. c. 11.* Si ſerpens, aut mus, foreve in muſtum ceciderit. *Cic. Att. l. 14. ep. 9.* Itaque non ſolum inquilini, ſed & mures migrarunt. *V. Plin. l. 8. c. 57.* ¶ Mus araneus, animal eſt in Britannia, muris magnitudine, muſtelina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili. *Plin. l. 28. c. 4.* ¶ Sunt & mures in mari. *Plin. l. 9. c. 19.* ¶ Interdum hoc nomine apud Latinos ſcriptores venium non dubium eſt ſolum beſtiolæ, de quibus hactenus, verum ſilvettres ferasque beſtiæ minores, quarum pellibus ad veſtigium uti quis poteſt, ut ſunt fælis feri, vulpes, martes, & aliæ id genus. Hinc *Ammian. l. 31. c. 3.* Hunnis veſtimenta tribuit ex pellibus ſilvettrium murium conſarcinatis. *Senec. ep. 90.* Magna Scytharum pars tergis vulpium indutur, ac murium. *Plaut. Pœn. 5. 2. 51.* Mures Africanos prædicat in pompam ludis dare ſe velle Ædilibus. *Lipſ. l. 2. Elect. c. 4.* putat per mures Africanos Veteres intelleriſſe pantheras, quemadmodum Elephantos, boves Lucas vocitarunt, & ſtruthionem, paſſerem marinum. ¶ *Senec. in Apocolocynth. ante med.* Veniſti huc, ubi mures ferrum rodunt, prov. h. e. ubi magna eſt rerum locique muratio, & novæ multæ difficultates occurrunt. *Id. b.* Roinæ mures molas lingunt. Aliud proverb. de iis, qui delicatiſſima quæque, & optima ſectantur. ¶ *Hor. in Ante poet.* Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Aliud prov. de quo. *V. Mons.* ¶ Mus fœmina fœminine effertur. *Plin. lib. 10. c. 65.* ex una mure centum viginti genitos tradiderunt.

Muſa, æ, ſ. 1. *Muſa*, בת שיר, Ger. *ein lied, geſang*, Gal. *muſe, chanſon*, Hiſp. *muſa*, μῶσα, Dea, quæ Poeticæ arti, & Muſicæ præſidet, ut vereres arbitrati ſunt, Muſæ novem ſunt, *Calliope, Clio, Erato*, Θάλια, *Melpomene, Terpſichore, Euterpe, Polymnia*, ſeu *Polyhymnia, Urania*, quas Poetæ finxerunt filias eſſe Jovis, & Memoriæ. Oportet enim, virum eruditum, ac doctum intelligentia, memoriaque vigere. *V.* ſingulas ſuis locis. Earum propria officia complexus eſt *Auſon. Idyll. ult.* (al. *epigr. 138.*) his carminibus: Clio geſta canens tranſactis tempora reddit; Melpomene tragico proclamat mœſta boatu; Comica laſcivo gaudet ſermone Thalia; Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget; Terpſichore affectus citharis movet, imperat, auget; Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine vultu; Carmina Calliope libris heroica mandat. Urania cœli motus ſcrutatur, & aſtra; Signat cuncta manu; loquitur Polyhymnia geſtu. Mentis Apollineæ vis has mover undique Muſas. In medio reſidens complectitur omnia Phœbus. ¶ Hæc tamen officia a Poetis confunduntur. *Virg. 7. Æneid 37.* Nunc age, qui reges, Erato, qui tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit ſtatus &c. ¶ Muſas dixerunt in Helicone habitare, qui mons eſt Bœotiæ, Parnaſſo vicinus. Hinc *Heliconiades* appellantur. Parnaſſum quoque Phocidis montem habitare dicuntur, unde *Parnaſſides*. Incolunt etiam Cithæronem montem Bœotiæ, Parnaſſo finitimum, vel Parnaſſi partem, a quo *Cithærides* nuncupantur. Pierius quoque mons Theſſaliæ, quæ olim fuit pars Macedoniæ, dicitur eſſe patria, & ſedes Muſarum. Hinc *Pierides* vocitatæ ſunt. Alia etiam earum cognomina ſunt, a locis, quæ incolunt. Nam vocantur *Theſpiades*, a Theſpia oppido Heliconi propinquo: item *Hippocrenides*, quod de Hippocrene fonte apud Heliconem bibunt, in eoque ſe lavant: item *Pegaſides*, a Pegaſo equo, qui eo loco ſaxum ungula feriens Hippocrenen fontem aperuit: item *Caſtalides*, a fonte Caſtalio in radicibus Parnaſſi: item *Aonides*. ab Aonia regione Bœotiæ monjuoſa, in qua Aonius mons, & fluvius; item *Pimpleæ*, a Pimpla loco Phocidis apud Parnaſſum, vel a Pimpla monte, & fonte *Macedoniæ*, in Theſſaliæ confinio: item *Libetrides*, a fonte Magneſiæ, regionis inter Theſſaliam, & Macedoniam, qui Libetrus, vel Libethra vocatur, ¶ Metonymice Muſa pro cantu, ſive carmine accipitur. *Virg. 8. Ecl. v. 5.* Paſtorum Muſa Damœtas, & Alphesiboei. *Id 6. Ecl.* Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam. ¶ Item pro quavis diſciplina liberali. Hinc Muſas forenſes, pro Rhetorices ſtudio, *Auct. dial. de cauſ. corrupt. eloq. c. 12.* dixit; *Gell. l. 9. c. 3.* A liberali tamen muſa nunc tam abſtinuit. *Et in præfat.* Ejuſdem muſæ æmuli, h. e ejuſdem diſciplinæ. ¶ *Craſſore Muſa*, eſt rudi ſtilo vel ſermone. *Quinct. l. 11. c. 10.* Libet propter quoſdam imperitiores craſſiore, ut vocant, Muſa dubitationem hujus utilitatis eximere. ¶ *Pedeſtris Muſa*, eſt genus dicendi tenue, vel agreſte, & ruſticanum. *Hor. l. 2. Sat. 6. v. 17.* Quem prius illuſtrem Satyris, Muſaque pedeſtri?

Muſæum. *V.* Muſeum.

Muſæus, i, poeta antiquiſſimus Orphei tempore, quem alii Lunæ filium, alii Orphei faciunt, cujus certe fuit diſcipulus, teſte *Servio* ad illud *Æn. 6. v. 667.* Muſæum ante omnes &c. ¶ Alius item poeta tempore Anci Martii. ¶ Alius grammaticus, cui tribuunt carmen Græcum de amoribus Heronis, & Leandri. *V. Caſaub. ad Laert. l. 1.*

Muſæus, & hiuteus, a, um, *delle Muſe*, μουσῖος, quod Muſarum eſt. *Lucr. l. 1. v. 950.* Muſæo contingens multa lepore. Adde *v. 940.* ¶ Eſt etiam idem quod Mutivum. *Trebell. Poll. in 30. Tyrann. n. 24* Corona picturata de muſeo. *Vet. Inſcript. apud Sp. n. Miſcell. p. 30.* Opere muſeo exornavit.

* Muſagetes, æ, m. μουσηγέτης, a Muſa, & ἄγω, ago. q. dux & comes muſarum, Epitheton Apollinis & Herculis. *Sueton. Auguſt. c. 29. Ovid. Faſt. l. 5. v. 799. Plin. l. 35. c. 10.*

Muſca, æ, ſ. *moſca*, זבוב, Ger. *eine fliege od. eine mucke*, Gal. *une mouche*, Hiſ. *moſca*, μῦῖα, parvum animal volatile, a Græca voce allata, ſ inſerto, more antiquo. *Var. l. 3. de re ruſt. c. 16.* Non ut muſcæ ſiguriunt. ¶ Puer abige muſcas, apud *Cic. 2. de Orat. c. 60.* dictum de homine importuno, & moleſto. ¶ *Ne muſca quidem*, reſpondit Vibius Criſpus cuidam interroganti, ſolus ne eſſet in cubiculo Domitianus, quod ille Imperator foleret arcu per otium muſcas venari; quod in proverbium tranſiit. *Sueton. in ejus vita c. 3.* ¶ Muſcam *Plaut. Merc. 2. 3. 26.* vocat curioſum hominem, & hac illac diſcurrentem. Et *Pœn. 3. 3. 76.* muſcas pro Paraſitis poſuit, qui ad aliorum cœnas non vocati advolant.

Muſcarium, rii, n. *paramoſche*, Germ *fliegenwedel*, Gal. *ventail. chaſſemouche*, Hiſp. *moſcadero*, מאזן, flagellum, quo muſcæ abiguntur. *Martial. l. 14. in lemmate epigrammatis 67.* ¶ Ab horum ſimilitudine muſcarium etiam appellatur coma illa quarumdam herbarum, in qua ſemina dependent, qualis eſt fœniculi, anethi, & ſimilium. *Plin. l. 12. c. 26.* Semine in muſcariis dependente, ut ferulæ.

Muſcarius, a, um, μυῖνος, quod ad muſcas pertinet, ut Araneus muſcarius, qui venatur muſcas. *Plin. l. 29. c. 6.* Aranei muſcarii telæ. ¶ Apud *Virg. l. 7. c. 3.* clavi muſcarii dicuntur, qui ſunt capitulis latioribus, ſeu umbellatis, eo pacto quo *Plin.* quarumdam herbarum comam muſcarium appellat.

Muſcerda, æ, ſ. *ſterco di topi*, Germ. *mauſsdreck*, Gal. *la fiente de ſouris. ou de rat*, Hiſp. *eſtiercol de raton*, μυόκοπρον, murum ſtercus. *Plin. l. 29. c. 6.* Præterea, ut *Varro* noſter tradit, murinum ſimum, quod item muſcerdas appellat.

Muſcidus, a, um, muſco obſitus, muſcoſus; *Sidon. l. 8. ep. ult.* Muſcidi pumices.

Muſcipula, ſ. *f. trappola da prender topi*, מלכדת, Germ. *mauſſ falle*, Gall. *raziere, ſouriciere*, Hiſp. *ratonera*, μυόγερον, μυόχυρα, machina, qua mures capiuntur. *Varro l. 1. de re ruſt. c. 2.* Niſi totas vineas oppleveris muſcipulis.

Muſcipulum, i, n. idem quod muſcipula. *Phædr. l. 4. fab. 1. v. 17.* Mus, qui ſæpe laqueos, & muſcipula evaſerat.

* Muſco. *V.* Emuſco.

Muſcoſus, a, um, βρυώδης, quod muſco opertum eſt, ut Muſcoſi fontes, Muſcoſa prata, &c. *Plin. lib. 12. cap. 1.* Muſcoſi pumices. *Cic. l. 3. ad Q. Fr. ep. 1. c. 2.* Adodyſetio nihil muſcoſius.

Muſcŭla, læ, ſ. *moſchetta*, parva muſca. *Auguſt. l. 7. de Trin. c. 3.* & *Arnob. l. 2. p. 74.*

Muſculoſus, a, um, *pieno di muſcoli*, Germ. *aderipb*, Gal. *plein de muſcles*, Hiſp. *muſculoſo*, μυώδης, plenus muſculis. *Celſ. l. 5. c. 20.* At ſi nervoſus, aut muſculoſus is locus eſt. *Colum. l. 6. c. 37.* pectore muſculoſo eſſe.

Muſculus, li, m. 2. *topolino*, עכבר, Germ. *ein mauſslin*, Gal. *petit rat, muſcle du corps*, Hiſp. *margano*, μῦων, parvus mus. *Cic. 2. de Div. c. 14.* Nam & muſculorum jecuſcula bruma dicuntur augeri. ¶ Eſt & nomen piſciculi, qui balænæ fungitur oculorum vice, quia cauda curſum ejus moderatur, ne in vada impingat. Eſt enim balæna luſcioſa, & pene exoculata. *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 25. Plin. l. 9. c. 62.* ¶ Etiam concharum generi convenit hæc appellatio. *Plaut. Rud. 2. 1. 9. Celſ. l. 2. c. 29.* ¶ Prærerea ut Græcis μῦς, ita Latinis muſculus vocatur in animali motus voluntarii inſtrumentum, quod carne, fibriſque conſtat, *muſcolo. Plin. l. 20. c. 21.* Item contuſis, luxatis, tumentibus, & muſculis, nervis, articulis impoſuit. ¶ Muſculos etiam dixerunt antiqui minores machinas, quibus protecti bellatores foſſas urbis apportaris lapidibus, lignis, & terra complent, & ſolidant, ut turres ambulatoriæ ſine impedimento vehantur ad murum, *galerie*. Sunt minores vineis, ſubditioresque, & majores, firmioresque pluteis. Sed alii muſculum machinam eſſe dicunt, qua muri perfodiuntur. *Cæſ. lib. 7. B. G.*

A caſtris longuriios, muſculos, falces, reliquaque, quæ erupcionis cauſa paraverat, profert. *Id. l. 3. B. C.* Scalas, muſculoſque ad repentinam oppugnationem fieri, & præparari juſſit. *V. Veget. l. 4. de milit. c. 16.*

Muſcus, m. 1. βρύον, אזוביה, villoſa illa lanugo, quæ in arboribus, ac ſaxis provenit, qualem videmus circa fontes, & loca humida, qualis etiam eſt illa, quæ in mari petris innaſcitur, ac mari innatat, unde & in lirus evolvitur, ac proin

etiam de hiscis. Auctor *Phil. v.58.* Et mutire capris hirce perulce soles. ¶ Sumirur quoque pro crepitare, strepere. *Plaud. Cure. 1.1.94.* Viden', ut aperiuntur ædes festivissime? non mutit cardo. Ubi quædam Edit. habent *mattit* duplici t, & sic quoque legitur in *Gloss. veterib.* ¶ *Vost. in Terentl.* verbo *Mutus*, ait, mutire esse canum proprium, cum irritari incipiunt, sed hoc nullo probat exemplo.

Mutitio, & Mutritio, onis, actus mutiendi. *Plaut. Amph. 1. 3. 21.* Quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut mutitio? *h. e.* quid curas, aut mutis?

Mutito, as, n. 1. ἀλληγοτοιῶ, eli mutua inter se fe convivia agitare, a mutuus. *Gell. l. 2. c. 24.* Principes civitatis, qui Indis Magalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter se convivia agitarent. Hæc *Gell.* ¶ *Turneb. l. 14. c. 18.* a *mutus* mutitare dici scribit, atque ita apud *Gellium* legere jubet. Sed *l. 17. c. 1.* retinet *mutitare*, quod est in vulgatis, sed per Syncopen ex *mutitiare* factum opinatur. Retinet quoque hanc scripturam Lipsius in Saturnalibus.

Muto, as, avi, atum, a. 1. *mutare, variare,* חָלַף, חָלַף, Ger. *endern, Gal. changer.* Hisp. *mudar,* ἀλλάττω, mutationem facio, verto, vario, ut Muto vestem, animum, mentem, consilium: Construitur cum acc. *Cic. 1. Verr.* Alias revocabat eos, inter quos decreverat, decretumque mutabat. *Plin. l. 9. c. 29.* Colorem mutat ad similitudinem loci, & máxime in metu. ¶ Vel cum altero acc. & præp. *in*, vel *ad. Cic. pro Rosc. Am.* Versa, & mutata in pejorem partem sunt omnia. *Plin. l. 7. c. 4.* Mutari in mazem. *Cic. de Or. 3. c. 45.* Id ad omnem rationem mutatur, & vertitur. ¶ Vel cum acc. & abl. *Horat. ep. 1.* aquisat quadrata rotundis. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *de*, & *cum. Liv. l. 1. c. 37.* Neque tum Tarquinius de Equitum Centuriis quicquam mutavit. *Ter. Eun. 3. 5. 24.* Ut vestem cum eo mutem. ¶ Vel cum acc. & duobus ablativis, altero sine præp. altero cum præp. *cum. Sall. in Jug.* Eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, & aliis talibus. ¶ Vel cum ablat, & præp. *pro. Sallust. in Jug.* Non debere incerta pro certis mutare. ¶ Factum mutare, est pœnitere. *Ter. Andr. 1. 1.* Haud muto factum. *Donatus.* ¶ Mutare animum, mores, sententiam, voluntatem, &c. apud *Cic. de Prov. Conf. Terent. Phorm. 5. 2. & Virg. 4. Æn. mutar parere, voglia, costume, opinione. Hor. l. 1. ep. 11. ad fin.* Cœlum, non animum mutant qui trans mare currunt. ¶ Mutare fidem, in malam partem, *ingannare, mancar di parola. Ter. Phorm. 3. 2. 27.* Nequeo exorare, ut me maneat, & cum illo muret fidem. *Plaut. Mil. 4. 1. 36.* Ne istanc amittam, & hæc mutet fidem. ¶ Mutare solum, *mutar paese, andar' in bando. Cic. Parad. 4.* Omnes impii exules sunt, etiamsi solum non mutarunt. ¶ Mutare vestem, *vestir' a lutto*, apud Romi. propter aliquam calamitatem mos fuit, quod factum fui exilii causa gloriatur *Cic. post red. in Sen.* ¶ Mutare aliquid ære, *vendere. Columel. 9.* Bum viridis ætas pulchritudinem corporis conservat, ære mutandi sunt. Sic, mutare pretio. *Pallad. l. 8. tit. 4. de ovibus.* Autumno debiles quæque pretio mutentur, ne eas imbecillas hibernum frigus absumat. ¶ Mutare merces, *negoziare. Horat. l. 1. Sat. 4.* Hic mutat merces. *Virg. Ecl. 4. v. 38.* nec nautica pinus mutabit merces. ¶ Mutare absolute positum pro mutari. *Liv. l. 5. c. 3.* Annona ex antevecta copia nihil mutavit. *Id. lib. 2.* Tantum fortunam mutasse, ut qui modo victores, ii verso Marte &c. ¶ Mutare jumenta, *mutar cavalli, correr le poste. Cæs. l. 3. B. C. cap. 11.* Mutatis ai ceb itatem jumentis, ad Pompejum contendit. ¶ *Virg. Ecl. 4. v. 43.* Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto, *h. e.* croceo colore tinget. ¶ *Plin. in Paneg. c. 24.* Nihil mutavit fortuna te ipso, *non ha fatto in te cangiamento veruno.*

Muto, onis, m. 3. πέος, penis, mentula, a μύττων. *Horat. lib. 1. sat. 2. vers. 68.*

Mutoniātus, m. 2. βορχίς, mentularus, cui mentula est magna. *Martial. lib. 12. ep. 64.* Dormis cum pueris mutoniatis.

Mutōnus. V. Mutinus.

Mutuarius, a, um, idem quod mutuus. *Apul. Apology.* Mutuarias operas cambire cum vicinis.

* Muctuaticus. V. Mutuatitius.

Mutuātio, onis, f. δάνεισις, מַלְוֶה, כֶּשֶׁף, acceptio mutui. *Cic. 1. Tusc. c. 42.* Qui me ea pœna multaverit, quam sine mutuatione, & sine versura possem dissolvere. *Id. 3. de Or. 1. ep. 38.* Translationes quasi mutuationes sunt, cum quod non habeas, assumis. *Id. pro Flac. cap. 20.* Cum multos minutis mutuationibus defraudasset.

Mutuātitius, a, um, δανειστός, quod mutuo datur. *Gel. l. 20. c. 1.* Maximque in pecuniæ mutuatitiæ usu, atque commercio. Al. leg. *mutuaticæ.*

Mutuātus, a, um, partic. a mutuor, *chi ha pigliato ad imprestito. Valer. Max. l. 6. cap. 2. extern. n. 1.* Mulier præsidium ab innocentia mutuata. ¶ Invenitur & in passiva significatione, *tolto ad imprestito. Plin. l. 2. c. 9.* Luna in totum mutuata a sole lucc fulget.

Mutūe, adv. idem ac mutuo. *Cic. l. 5. Fam. ep. 7.* Quibus siquando non mutue respondetur.

Mutuātim, adverb. mutuo, *scambievolmente. Varr.* apud *Non. c. 11. n. 30.* Vive meque ama mutuitet.

Mutuito, as, mutuum rogito. *Plaut. Merc. Prol. v. 52.* Mutuitanti credere.

Mutulus, i, lignum, vel lapis extra murum prominens, super quo trabium capita sedent, & fulciuntur, *mensola, cornice. Vitruv. l. 7. c. 3.* Ubi V. *Bald. l. Lexico. Varr. l. 3. R. R. c. 5.* Mutuli erâpi omnibus columnis impositi. *Col. l. 8. c. 9.* Ad lineam mutuli per parietem defixi.

Mutūnus. V. Mutinus.

Mutuo, as, a. 1. *pigliare in prestanza,* הלוה, שאל, Ger. *auf borg nehmen, entlehnen,* Gal. *emprunter,* Hisp. *tormar prestado,* δανείζομαι, mutuum accipio. *Plaut. Trin. 4. 3. 44.* Siquis quod mutuaverit, sit pro proprio perditum. Sed legendum est, mutuum dederit; ita enim habent opt. exemplaria.

Mutuo, adv. *scambievolmente, vicendevolmente.* Ger. *gegen einander, zugleich,* Gal. *l'un al' autre,* Hisp. *vexes,* ἀμοιβαίως, πρὸς ἀλλήλους, invicem, vicissim. *Cic. in Fam. l. 10. ep. 34.* Omni tempore summa studia, & officia mutuo inter nos certatim exteriuntur. *Plaut. Cic. 10. Fam. ep. 15.* Fac valeas, meque mutuo diligas.

Mutuor, aris, atus sum, d. 1. *pigliare in prestanza,* לוה, Ger. *auf borg nehmen, entlehnen,* Gal. *emprunter,* Hisp. *tormar prestado,* δανείζομαι, mutuum accipio. Usurpatur de iis rebus, quæ non eadem restituuntur, sed ejusdem generis. *Cic. Att. lib. 15. ep. 15.* Cum abundare debeam, cogor mutuari. *Id. ad Q. Fr.* Tu quicquam ab alio mutuaris? *Id. Att. l. 8. ep. 6.* Mutuari in sumptum. ¶ Translate est aliquæ sumere, *torre, pigliare. Cic. de Fat. c. 3.* Orator ab Academicis subtilitatem ingenii mutuatur. *Cæs. l. 8. B. G.* A quibus ad id bellum auxilia mutuatus erat. Rursus *Cic. 2. Tusc. c. 18.* A viris virtus nomen est mutuata. *Hirt. de B. G. l. 8. c. 21.* Mutuari auxilia ad aliquam rem.

Murus, a, um, *muto,* אֹרֶב, Germ. *ein stumm, den nicht reden kan,* Gal. *muet,* Hisp. *mudo,* κωφός, ἄφωνος, locutionis expers, a μύδος, vel μύττος, vel μύτος, vel a sono, quem muti edunt, qui est μῦ, *mu*, ut scribit *Varro l. 6. de L. L. Cic. Phil. 3. c. 9.* Mutum esse satius est, quam quod nemo intelligat dicere. *Id. 3. de Leg. c. 1.* Magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum Magistratum. ¶ Mutæ litteræ, *consone, γράμματα,* dicuntur quædam ex consonantibus, quod respectu aliarum litterarum modicum, & veluti mutum quemdam reddant sonum. Apud Latinos octo sunt, b, c, d, g, k, p, q, t. Vide *Grammaticos.* ¶ Mutæ artes dicuntur pictura, statuaria, & hujusmodi, quæ cum non loquantur, res tamen ipsas exprimunt. *Cic. 3. de Or. c. 7.* Et, si hoc in his quasi mutis artibus est miranduin, & tamen verum, quanto admirabilius in oratione, atque in lingua? ¶ Interdum mutarum artium nomine minus celebres intelliguntur. *Virg. 12. Æn.* Scite potestates herbarum, usumque medendi maluit, & mutas agitare in gloriis artes. ¶ Muta animalia, mutamenta, mutæ bestiæ. *Cic. 1. & 2. Nat. Deor. & Quintil. 6. c. 1.* ¶ Forum mutum, h. e. in quo causæ non aguntur. *Cic. post red. in Sen. c. 3.* Sic mutum a litteris tempus. *Id. Att. l. 8. ep. 22.* ¶ Muti lapides dicuntur in agris, in quibus nihil est inscriptum. *Hygin. limit. p. 156. Goes.* ¶ Mare mutum, h. e. placidum. *Plaut. Mil. 3. 1. 70.* ¶ Muta commendatio, est facies formosa, quæ licet non loquatur, satis se tuetur. *P. Syrus in Minor.* Sic, mutus aspectus miserorum movet, apud *Quintil. 6. c. 1.* ¶ *Ovid. 2. de Pont. el. 7.* Omnis pro nobis gratia muta fuit, *h. e.* Amicorum favor, & gratia nihil pro me intercessit.

Mutuscæ, f. 1. Trebula, *Mente Lepre.* opp. Sabinorum, oleo abundans. Hinc oli yiferæ Mutuscæ apud *Virg. 7. Æn. v. 711.*

Mutuscæi, orum, Mutuscarum oppidani. *Plin. l. 3. c. 12.*

Mutrium, adv. mutuo. *Lucil.* apud *Non. ep. 2. n. 53.* Si maxime mutuum hoc mecum facis. Potest tamen hoc loco & pro adjectivo accipi.

Mutius, a, um, *vicendevole, scambievole,* ἀμοιβαῖος, ἀλλήλων, reciprocus, par, pariter, atque æqualiter respondens. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 38.* Ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. *Plin. l. 9. c. 62.* Odio mutuo inter se flagrant. *Liv. l. 4. c. 41.* nostem omnia erroris mutui impl esse, *h. e.* eam Romanis, quam Volscis timentibus. *Aurel. Victor. de Vir illustr.* Mutuis vulneribus se conficere. Sic mutuis prælüis inter se pugnare, apud *Hirt. de Alexan.* Mutua carne inter se vescuntur olores, *si mangiano l' un l' altro. Plin. l. 10. c. 23.* ¶ Mutuus animus dicitur, cum par voluntas accipitur, & redditur, sed ditur ut ab eo ameris, quem amas. *Cic. 5. Fam. ep. 2.* Quod autem ita scribis, pro mutuo inter nos animo, quid tu existimes esse in amicitia mutuum, nescio: equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur, & redditur. ¶ Dare aliquid alicui mutuum, *imprestare,* & dicitur de illis rebus, quæ non solent eæ fem restitui, sed ejusdem generis, ut sunt pecunia, *frumentum*, & alia hujusmodi. Nam in cæteris verbum *commodo* usurpandum est. *Cic. Att.* Ille mihi fester tia tredecim non reddit, quæ dedi ejus filio muræna. *Plaut. Pseud. 1. 3. 60.* Rogare mutuum argentum, *dimandare in prestito. Id. Perf. 1. 1. 44.* Alicunde exorare mutuum. *Cic. Verr. 3.* Sumere pecunias mutuas ab aliquo, *pigliare in prestito. Justin. l. 17. c. 12.* Naves ad exercitum deportandum mutuo petere. ¶ Translate *Plaut. Amph. 2. 2. 187.* Si pudoris egeas, sumas mutuum. *Idem Curc. 2. 1. 47.* Ea me deperit; ego autem cum illa facere nolo mutuum, *non voglio corrispondere.* ¶ Si quando apud Scriptores *mutuum* absolute legatur, fabintelligitur argentum, triticu in, aut aliquid hujusmodi. ¶ *Mutua* in plur. num. pro *mutuo*, adverb. *Lucret. l. 2. v. 75.* Et inter se mortales mutua vivunt. Adde *eumd. l. 4. v. 301.* & *l. 5. v. 2099.*

M A N T E Y.

Mya, fem. μύα, genus conchæ, sive margaritæ in freto circa Bosphorum Thracium, unionesrufos, ac parvos gignens. *Plin. l. 9. c. 35.*

Myacanthon, n. 2. μυάκανθον, herba, al. curracla, id est sylvestris asparagus. *Plin. l. 8. c. 9.*

Myæces, m. 3. μύαικες, pisces ex concha tum genere, qui muricum modo coacerventur, vivuntque in locis algosis, & ubi dulcis aqua copiosa mari miscetur. *Plin. l. 32. c. 9.*

Myagrus, m. 2. μύαγρος, μεσάμωρον, herba ferulacea, foliis similibus rubiæ, tripedanga, femine oleoso. Fit enim ex eo oleum, quod oris ulceribus eo perunctis medetur. *Plin. l. 27. c. 12.*

Myagrus, m. 2. μύαγρος, muscarum Deus, qui & Myodes dicitur, teste Plutarch. *Plin. l. 10. cap. 28.* Invocant & Ægyptii ibes suas contra serpentum adventum, & Elei Myagron Deum muscarum, multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt, qua litatum est illi, die.

Mycalæus, a, um, Mycalensis. *Claud. 2. in Eutrop. v. 264.* Icarium pelagus, Mycalæaque litora.

Micāle, es, f. 1. mons, & opp. Cariæ, seu potius Ioniæ, inter Mæandrum, & Caystrum fl. non procul ab Epheso, & prom. ejusdem montis e regione Samî inst. apud Trogilium prom.

Mycalensis, se, adject. ad Mycalen pertinens. *Val. Max. l. 6. c. 9. n. 5. extern.* Excellissimus Mycalensis montis vertex.

Mycalēscus, i. promontorium montis Mycalensis. *Stat. 7. Theb. v. 272.*

Mycematias, æ, m. 1. μυκηματίας, terræ motus cum mugitu, apud *Ammal. 17. c. 17.*

Mycēnæ, arum, & Mycene, es, f. 1. μυκῆναι, opp. Peloponnesi, in Argia regione, conditum a Lacedæmone Semeles filio, teste Isidoro, al. a Perseo filio Danaes, & denominatum a Mycena Nympha, in quo Agamemnon regnavit. *Virg. 6. Æn. v. 838.* Agamemnoniaque Mycenæ. *Ovid. 3. Fast. v. 83.* Junonem Sparte Telopejadesque Mycenæ, quoniam scil. ibi Pelops habitavit, a cujus filio Thyeste Thyesteas etiam vocat *Lucan. l. 1. v. 544.* ¶ In sing. num. *Silius l. 1. v. 27.* Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenen.

Mycenæus, a, um, adject. ad Mycenas pertinens. *Ovid. 2. Trist. v. 400.* Teque, Mycenæo Phœbus amata duci.

Mycenensis, e, adject. Mycenæus. *Cic. 2. Fin. cap. 6. ex Poeta:* Omnes Danai, aut Mycenenses, Attica pubes.

Mycēnis, idis. f. Iphigenia, a Mycenis urbe, *Ovid. 12. Metam. vers. 34.* Supposita ferrur mutasse Mycenida cerva.

* Mycetias, æ, m. μυκητίας, species terræmotus. *Aspul. de Mundo.* V. Mycematias.

Mycēte, es, f. Myconos, *Micole, Micoli,* μύκονος, inf. maris Ægæi, una Cæladum, cum arce permunita, & duplici portu, inter Tenon, & Icariam, a Delo 15. M. P. in Or. Sub hac inf. fabulantur Poetæ sepultos esse Gigantes ab Hercule interfectos. *Virg. 3. Æn. v. 75. Stat. 1. Achil. v. 205.*

Myconius, a, um, ad Myconem insulam pertinens, ut Myconii ejusdem incolæ, quos omnes calvos nasci scribit *Plin. l. 11. c. 37.*

Mycōnus, i, idem ac Mycone. *Lucil.* apud *Donat. ad Terent. Hecyr. 3. 4. 26.* Myconi omnis calva juventus.

Mydriāsis, is, f. 3. μυδρίασις, oculorum morbus, quo pupilla effunditur, & dilatatur, aciesque ejus hebescit, ut describit *Cels. l. 6. c. 6.* ubi semel græcis litteris, & semel latinis hanc vocem scribit.

Mygdonia, f. 1. μυγδονία, regio litoralis Macedoniæ, in qua Niobe in saxum versa est, inter Axium, & Strymonem fl. ac juxta sinum Toronaicum. ¶ Item Asiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quæ Troadi superjacet. *Solinus* scribit, hanc ante Febryciam dictam; mox a Bithyno Rege Bithyniam appellatam esse. ¶ Item regio Mesopotamiæ, apud Mygdonium fl. dicta a Mygdone Rege, vel a Mygdonibus pop. Macedoniæ, teste *Plinio.*

Mygdonides, is, patronym. a Mygdone rege, h. e. Chorœbus ejus filius. *Virg. 2. Æn. v. 343.* Juvenisque Chorœbus Mygdonides. *Ovid. 6. Met. 45.* Mygdonideseque nurus, a fin. Mygdonis, idis.

Mygdonius, a, um, adj. ad Mygdoniam, vel ad Mygdonem regem pertinens, ut Mygdoniæ opes. *Horat. l. 2. od. 12.* Mygdonium marmor. *Ovid. epist. ep. 15. v. 142.*

Mygdonius, m. 2. fl. Mesopotamiæ, qui Nisibim urb. interluit. *Plin. Strabo,* & alii.

Mygdonus, m. 2. filius Cissei Regis Thraciæ, frater Otrei, & Hecubæ uxoris Priami, pater Chorœbi.

Myiagrus, i, m. μυΐαγρος, deus muscarum: a μυῖα, musca, & ἄγρα, captura. *Solin. c. 1.* (al. 2.) *post init.*

* Myiscæ, μυΐσκαι, species myiacum. *Plin. l. 32. c. 9.*

* Myisens, idem quod myisca. *Plin. l. 32. c. ult.*

Mylasēnus, & Mylacus, a, um, ad Mylas pertinens. Sunt autem Mylæ oppidum Siciliæ, nunc *Melazzo*, in ora occidentali, non procul a Peloro: de quo *Plin. l. 3. c. 8.* & *l. 2. c. 98.* Apud hoc oppidum Cæsar Augustus navali prælio Sex. Pompejum Cn. filium ductu M. Agrippæ superavit, ut *Suet. in ejus vita, c. 16.* & *Flor. l. 4. c. 8.* narrant. *Auson. in Mosell. v. 215.* Aut Pompejani Mylasena perficula belli. Al. leg. *Mylea*, eod. sensu.

Mylœcos, m. 2. μυλοικός, genus vermiculi ex blattis, a μύλη, *mola*, quod circa molas fere soleat nasci. *Plin. l. 29. c. ult.*

Mylius, i, μύλιος, pudendum mulieris, a μυλλός, *curvus*, *torruosus. Apud Plaut. Cas. 4. 2. 14.* ubi in vulgatis legitur: qui amat, tamen hercle si esurit, nullum esurit: sunt qui legendum putant *mylium esurit.* Vide *Taubman.*

Myobarbum Liberi Patris, titulus est epigrammatis 18. (al. 30.) *Ausonii*, quod cantharum interpretatur *Scal. lect. Auscl. 2. c. 27.* ita vero dici putat a græca voce μῦς, & latina *barba.* Sed nihil certi affert, nec dum ab ullo erudito allatum est.

Myoctŏnos, m. 2. μυοκτόνος, aconitum herba, seu radix aconiti, ita dicta, quod e longinquo mures interficiat. *Plin. l. 27. c. 3.*

* Myōdes, & Myoides, μυώδης, בַּעַל זְבוּב, muscarum occisor seu venator, aliter Myiagrus. *Plin. l. 29. c. 6.*

Myopăro, onis, m. μυοπάρων, *nave corsara, fusta, fregata*, genus navigii piratici, forma media inter onerariam, & longam triremem. *Festus. Cic. in fragm. l. 3. de Rep.* Nam cum quæreretur ex eo, quo fcelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone, Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. *Id. 3. Verr. c. 34.* Illi statim myoparonem egregium de sua classe ornatum, atque armatum dederunt.

Myophŏnum, neut. 2. μυοφόνιον, herba muribus exitialis, forte eadem quæ myoctonos, & aconiton, a μῦς, *mus*, & φόνος, *cades. Plin. l. 21. cap. 9.*

Myops, ōpis, μύωψ, ωπος, *corto di vista*, lusciosus, qui adeo debili est oculorum acie, ut non nisi proxime admotas oculis res videat. Græca vox est, q. d. μύων ὄπτας, claudens oculos. Ea utitur *Ulp. l. Item Ofilius Dig. de Ædil. edict. &c.*

Myo-

M Y

Myosōta, f. 1. Μυὸς οὖς, herba, Latine muris auricula, & asline. *Pl. l. 27. cap. 4.* ¶ Refertur & alterum myosotæ genus a Dioscoride, quod & myosotis, Μυοσώτις appellatur. *Pl. l. 27. c. 12.*

* Myrapia, pyra, al. myrthapia, & myrappia, sic ab odore dicta. *Pl. l. 15. c. 15. Cels. l. 4. c. 19. Col. l. 12. c. 10.* 2 μύρον, *unguentum.* Forte sunt quæ *mascarelli* appellamus.

Myrica, æ, f. *tamarisco, tamerigia,* עֵרְעָר, μυρίκη, genus humilis virgulti, al. tamarix. Hujus duæ sunt species, sativa, quæ tamarix vocatur, altera sylvestris, quam in Achaia briam sylvestrem vocant, Galli fua lingua *bryere*, ut Ruellius censet. *V. Plin. l. 13. cap. 21. Virg. 4. Ecl.* Non omnes arbusta juvant, humilesque myricæ.

Myrini, campi, locus erat in Æolia, ubi Apollo colebatur. *Strab. l. 13. Mart. l. 9. epigr. 43.* Campis dives Apollo fic Myrinis. Alii aliter legunt. *V. Campe.*

Myrinus, m. 2. μύριος, mas muræne, qui dentes extra os habet. *Pl. l. 9. c. 23.*

* Myrionȳma, μυριώνυμος, innumera habens nomina, Iidis epitheron, quæ dicta est Ceres, Venus, Juno, Leusina, Lucina, Proserpina, Diana, Luna &c. *Gruter. p. 83. n. 11. Fabrett. c. 6. n. 108. p. 469. Murator. p. 73. n. 5.*

Myriophyllon, idem ac millefolium. *Pl. l. 24. c. 16.*

Myrmecias, æ, m. 1. μυρμηκίας λίθος, genus lapidis, al. morion, a myrmecio, verruca. *Pl. l. 37. c. 10.* Myrmecias nigras haber eminentias similes verrucis.

Myrmecites, m. μυρμηκίτης λίθος, gemma. *Pl. l. 37. c. 11.* Myrmecites finnatam repentis formicæ effigiem habet, scarabæorum cantharias.

Myrmecium, ii, n. *porro delle mani, o piedi,* יְבֵלֶת, Ger. *gerstenkorn, die warze.* Gallic. *porreau,* Hispan. *verruga,* μυρμήκιον, μυρμήκιον, verruca lupini amplitudine fere in palmis manuum, & plantis pedum nascens, a μύρμηξ, *formica*, quod formicæ in morem pungat. *Cels. l. 5. c. 28. n. 14.* ¶ Est etiam genus aranei capite formicæ simili, alvo nigra, guttis albis distinguentibus, describente *Plin. l. 29. c. 4.*

Myrmice, adv. more formicarum: a μύρμηξ, formica. Itaque *myrmice incedere*, est, quod ait *Plaut. formicino gradu incedere. Catull. carm. 42. v. 8.* Turpe incedere myrmice, ac molitur. Al. leg. *mimice.*

Myrmidon, onis, m. 3. filius Jovis ex Corimosa Nympha, Rex Athenienfium post Cecropem.

Myrmidŏnes, um, m. 3. Μυρμιδόνες, Thessaliæ populi, quorum majores ex Ægina insula orrum trahebant, fed Peleum patria profugum secuti in Thessaliæ fedes fixerant. *Serrab. l. 7.* Nominis rationem ad hujusmodi fabulam Poetæ referunt. Cum pestilentia in Ægina crudelissime esset graffata, eamque insulam viris propemodum exhausisset, Æacus cum ad radicem quercus infinitum pene formicarum numerum conspexisset, Jovem traditur orasse, ut sibi parem virorum numerum concederet, precibusque ejus vix absolutis, formicæ in viros commutatæ fuerunt. *Ov. 7. Met. v. 523.* Sed alii deducunt a Myrmidone Rege. ¶ Achillem ad bellum Trojanum secuti sunt. *Virg. 2. Æn. v. 7.*

* Myrmillo. V. Mirmillo.

Myrobathānum, i, n. *mirabolano,* μυροβάλανον, glans unguentaria, glans Ægyptia, hoc est fructus cujusdam arboris myricæ similis, magnitudine nucis avellanæ. *Pl. l. 12. c. 21.* Ex ea fiebat unguentum quoddam odoratum, quo capilli ungebantur. Eodem id nomine vocatur, & legitur in *titulo epigrammatis 57. l. 14. Martialis* Quoniam vero heroicum carmen ingredi non poteft, sic explicat *Mart. ibid.* Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conftat, & ex balano. *Cels. l. 4. c. 9.* græcis litteris scribit.

Myrobrecharsus. V. Murrhobathrarius.

Myron, onis, m. 3. Μύρων, statuarius insignis. Hegesiladis discipulus. Ex hujus operibus præcipuam laudem meruit bucula ex ære, veræ vaccæ simillima. *Cic. 6. Ver. Ov. 4. ex Ponto, ep. 1. Prop* & alii.

Myropŏla, m. 1. *profumiere,* מְרוֹקֵחַ, Ger. *salbenkramer,* Gal *parfumeur,* Hisp. *perfumero,* μυροπώλης, unguentarius, unguentorum venditor. *Plaut. Cas. 2. 3. 10.* Myropolas sollicito omnes, ubicumque unguentum est lepidum.

Myropolium, n. 2. *profumiere,* Ger. *apoteke von wolriechende salben,* Gal. *boutique de parfums,* Hisp. *perfumeria,* μυροπώλειον, taberna unguentaria, locus, ubi unguenta venduntur, a μύρον, *unguentum,* & πωλέω, *vendo. Plaut. Amph. 4. 1. 3.* Omnes plateas perreptavi; gymnasia, myropolia.

Myrothecium, n. 2. מְרוֹקַחַת, μυροθήκιον, unguentorum repositorium. Unde Cicero scribit, se myrotheciun Isocratis totum consumpsisse in commentario Consolatus sui scribendo, hoc est pigmenta Oratoria. *l. 2. Att. ep. 1.*

Myrrha, æ, fem. *mirra,* מֹר, σμύρνη, *μύρρα,* arbuscula in Arabia, altitudine quinque cubitorum, non sine spina, caudice duro, & intorto, cujus cortice incisio desluit lacryma, quæ & ipsa myrrha vocatur, seu ftacte, cujus præcipua virtus est, ut mortuorum cadavera incorrupta conserver. *Plin. lib. 12. c. 15.* & *16.* ¶ Eodem nomine vocabatur potio quædam dulcis ad ebrietatem arcendam. *Plaut. Perf. 1. 3. 7.* Commisce myrrham. Al. leg. *mulsum.* ¶ Legitur, & *murrha*, ex Latinorum more γ in φ vertendi.

Myrrha, æ, f. 1. Cinyræ Regis Cypriorum filia, quæ nefando patris amore capta, cum aliquot noctes opera nutricis cum illo concubuisset, tandem illaro lumine agnita, cum illam pater vellet occidere, noctis beneficio elapsa, in Arabiam profugit, ubi in arborem sui nominis est conversa. *Ov. 10. Met. v. 499.*

Myrrhapha, sive myrapia, n. 2. μυρράπια, genus pyrorum odore gratissimum. *Plin. l. 15. c. 15.*

Myrrhātus, a, um, myrrha condirus. Exemplum V. in *Murrhatus.*

Myrrhēus, a, um, o. 1. 2. σμυρνεῖος, quod est ex myrrha. *Hor. l. 3. od. 14.* Myrrheum nodo cohibere crinem. *h. e.* myrrha deliburum. Sic apud *Tibull. l. 3. eleg. 4.* Stillabat Syrio myrrhea rore coma. Utroque loco est qui legit *myrtea.* ¶ Scribitur & *murrheus* ex Latinorum consuetudine græcam y in u latinum vertendi.

Myrrhīna, æ, f. est potio prædulcis, fc. vinum myrrha conditum. *Plaut. Pseud. 2. 4. 51.* Myrrhinam, passum, defrutum. *Varr. de vita pop. R.* Antiquæ mulieres majores natu bibebant loram, aut fapam, aut defrutum, aut passum, quam myrrhinam Plautum quidam appellare putant. ¶ Legitur & *murrhina*, mos est enim Latinis mutandi y in u.

Myrrhinus, a, um, ex Myrrha lapide pretioso. V. *Murrinus.*

Myrrhis, idis, herba cicutæ similis, saporis, & odoris jucundi. *Plin. lib. 24. c. 16.* & alibi.

Myrrhites, masc. 1. gemmæ species, quæ myrrhæ colorem, odorem habet unguenti. *Pl. l. 37. c. 10.*

Myrsilus, m. 2. μύρσιλος, Lydiæ Rex, alio nomine Candaules. *Pl. l. 35. c. 8.*

Myrsinītes, m. 3. Μυρσινίτης, species vitrifi mali, foliis myrti acutis, compungentibus, fed mollioribus. *Pl. l. 26. c. 2.* ¶ Item gemma, mellis nigricantis colore, myrti, al. myrrhæ odore. *Pl. l. 37. c. 10.*

Myrsus, masc. 2. pater Candaulis, a quo & ipse Myrsilus dictus est. *Pl. l. 35. c. 8.*

* Myrta, &c. V. Myrtus.

Myrtaceus, a, um, adj. a Myrto. *Cels. l. 7. c. 17.* Ad similitudinem myrtacei foliii.

Myrtātus, a, um, adject. myrto obsonium, ut myrtatum obsonium, apud *Pl. l. 15. c. 29.* Adde *Varr. l. 4. de L. L. c. 22.* ubi legitur *murtatum* pro *myrtatum.*

Myrtea Venus. V. *Murcia.*

Myrtēbius, & Murteolus, a, um, dim. a *myrteus. Col. l. 10. v. 237. de cinara.* Hæc modo purpureo furgit glomerata corymbo, Myrteolo modo crine vixet. *h. e.* colore floris myrti. Al. leg. *myrtiolo* eod. sensu.

Myrtēta, æ, f. idem ac myrteetum. *Plaut. in Vidul.* apud *Prisician. l. 4. pag. 625. Putsch.* Nescio qui servus e myrteta profiluit.

Myrtētum, n. 2. *luogo, dove sono piantati molti mirti,* μυρτιών, locus myrtis consitus. *Virg. 2. Georg. v. 112.* Litora myrtetis lætissima. *Sallust. in Jug. c. 52.* Collis vestitus oleastro, & myrteris.

Myrtēus, a, um, o. 1. 2. *di mirto,* Μυρτῖος, quod ex Myrto est. *Ov. 3. Amor eleg. 1. v. 34.* Fallor, an in dextra myrtea virga fuit? *Tibull. l. 1. eleg. 3. v. 56.* Et gerit insigni myrtea ferta coma. ¶ *Syrteum*, i, n. absolute est oleum ex myrto. *Cels. l. 2. c. 33.* ¶ Myrteus etiam dicitur, qui Myrteolo refert, qui color medius est inter flavum, & nigrum. *Petron. in Satyr. c. 21.* Myrtea suborantus gausapina. Adde exempla quæ supra attulimus in *Myrrheus.*

Myrtidānum, n. 2. Μυρτιδάνιον, vinum ex sylvestris myrti baccis, & musto albo. *Pl. l. 14. c. 16.*

Myrtīlus, m. 2. Μυρτίλος, filius Mercurii ex Phaethusa, seu Myrto Amazone, auriga Oenomai, qui a Pelope curuli certamine cum Oenomao ob nuptias Hippodamiæ ejusdem Oenomai filiæ certante pecunia corruptus axi vectem non hippe-

M Y

cit, ut Genomai currus diffolveretur, & Pelops victor evaderet, quod cum fecisset, a Pelope victore præmium postulavit, qui ab Oenomao moriente ante rogatus, ut Myrtili factum ulciscereturur, cumdem in mare præcipitavit, quod ab eo Myrtoum dictum est.

Myrtīnus, a, um, adj. idem quod myrteus, ut myrtinum oleum, apud *Plin. Valerian. l. 1. c. 6.* ¶ Quod vero addunt quidam Lexicographi ex *Pl. l. 23. histor. natur. c. 4.* nobis incompertum adhuc est.

Myrtĭŏlus, a, um, adj. myrtum colore referens. *Col. l. 10. v. 237.* de cinara herba: Myrtiolo modo crine viret, deflexaque collo Nunc adoperta manet &c.

Myrtītes, æ, masc. vinum myrto conditum, μυρτίτης οἶνος. *Col. l. 12. c. 38.* Vinum myrtitem ad tormina, & ad alvi proluviem, & ad imbecillum stomachum sic facito. *Plin. l. 30. cap. 7.* Danur cochlearia bina in vino myrtite. ¶ Adjective *Pallad. in Decembri, tit. 2.* Vinum myrtite, sicut dictum est ante, retingemus. *V. Abrotonites.*

Myrtopetălum, n. 2. μυρτοπέταλον, herba, al. polygonatos. *Pl. l. 27. c. 12.*

Myrtŏsum pelagus, *Mare di Mandria,* Μυρτῷον πέλαγος, pars maris Ægæi, quæ est inter Ægæum, & Ionium, inter Peloponnesum, & Articam, ac Eubœam. Dictum est a Myrtilo Mercurii filio, qui in id projectus fertur. *Ovid. in Ibin, v. 371.* Sed *Pl. l. 4. c. 11.* dictum scribit a Myrto inf. maris Ægæi, proxima Caryfto urbi Eubœæ. *Hor. l. 1. od. 1.* Myrtoum pavidus nauta secet mare.

Myrtŭōsus, a, um, adject. myrteus. *Plin. lib. 12. cap. 13.* Fructice myrtuoso, palmæ altitudine.

Myrtum, i, n. V. Myrtus.

Myrtus, *Mirto, mortella,* הֲדַס, μύρτος, μυρσίνη, arbor baccas saporis præcipui ferens, & odoris gratissimi, ex quibus & oleum & vinum fit. Fucre & eadem Veteribus in usu ad condiendos cibos, antequam piper reperiretur. *Pl. l. 15. c. 29.* ubi alia multa de myrto tradit. ¶ Veneri sacra erat, quod inter cæteras arbores eximiæ fit pulchritudinis, & odoris, teste *eod. ibid. & l. 12. c. 1. & Virg. Ecl. 8. v. 61.* Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacchо, Formosæ myrtus Veneri. *Hor. l. 2. od. 15.* tum violaria, & Myrtus, & omnis copia narium Spargent oliveris odorem. ¶ Hinc Poetæ cultores Veneris myrto caput redimire solent. *Ovid. 2. de arte am. v. 733.* Finis adeft operi: palmam date grata juventus: Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ. ¶ Conviæ etiam myrto coronabantur. *Hor. l. 1. od. 30.* Item ovantes, teste *Pl. l. 15. c. 29.* ¶ Denique in nuptiis adhibebatur. *Claudian. de Nupt. Honor &c.* ¶ Legitur etiam *myrtum* in neut. gen. pro bacca myrti. *

DE LITERA N.

N Littera, una semivocalium, ab antiquis inter liquidas connumerata. Si primum in dictione locum tenear, aliquando sumit ante se g, ut *Narus*, *gnarus*, unde *ignarus*. *Navus*, *gnavus*, unde *ignavus*.

N ANTE A.

Nabathæa, f. i. Saracenis *Barrach*, Ναβαθαία Dionys. Ναβαταία Steph. regio Arabiæ Deserræ, vel Petræa, in confinio Felicis, al. regio Arabiæ Petrææ ad Or. versus Arabiam Deserram, & inter Palæstinam ad Bor. & Arabiam Felicem ad Mer. in qua metrop. Petra, quæ Nabathæa cognominatur a Strabone, opulenta, intra montes, inter Gazam 123. M. P. & finum Persicum 600. ¶ Pop. Nabathæi.

Nabathæi, m. 2. pop. Arabiæ Petrææ, item alii in Arabia Felici, dicti a *Nabath*, al. *Nabeth*, Ismaelis filio, teste Isidoro, qui urbes sine mœnibus habebant, servos nullos, pro equis camelis utebantur, Solem præ cæteris Diis colebant.

Nabathæus, a, um, נבטי, Ναβαθαῖος, quod ad Nabathæum reg. spectat. *Juv. sat.* 31. *v.* 106. Et quos depositi Nabathæo bellua saltu. ¶ Et quia Nabathæa regio Orientem spectat, factum est, ut Nabathæus accipiatur pro Orientali. *Ov. 1. Met. v.* 61. Eurus ad Auroram, Nabathæaque Regna recedit.

Nabathes, æ, m. Nabathæus, Ναβάθης. *Sunce. in Hier. Oc. v.* 150. Vicino Nabathæ vulnera dirigit Parthus.

Nabis, is, f. *giraffa*, camelopardalis, ilxqua Æthiopum. *Plin. l.* 8. *c.* 18. ¶ Fuit hoc nomine crudelissimus Lacedæmoniorum Tyrannus, de quo meminere *Flor. l.* 2. *c.* 7. & *Sil. Ital. l.* 15. *v.* 670.

Nablium, ii, n. Ναβλίον, instrumentum musicum; idem quod psalterium, vel valde simile. *Ovid. l.* 3. *de ar. am. v.* 327. Disce etiam duplici quinalia naslia palma Verrere, conveniunt dulcibus illa modis. ¶ Legitur & *Nablium*.

Nacca, vel Nacka, vel Natta, æ, m. homo sordidam artem exercens, ut fullo. *Festus*: Naccæ appellantur vulgo fullones, quod nauci non sint. *Aquil. l.* 9. *Mosam*. Martius apud nactam proximum cœnitabat. ¶ Translate de quovis sordidissimo & vilissimo homine dicitur. Itaque huc pertinere quidam putant illud *Pers. sat.* 3. *v.* 31. Non pudet ad morem discindi vivere Nactæ? Et illud *Hor. l.* 1 *sat. c.* 3. *v.* 129. ungor oliva, Non quo fraudatis immundus Natta lucernis. Melius tamen his locis tanquam nomen proprium accipitur.

Nactus. V. Nancticor.

Næ, adv. *grandissimeque*, אמנם, val. valde, vehementer, nimis. *Ter. prol. And. v.* 17. Hæc tant ne intelligendo, ut nihil intelligant. h. e. cum plus, quam opus sit, velint intelligere, in tanta numero sunt habendi, qui nihil intelligunt. Notant hic quidam Interpretes, in plerisque lib. editis esse ne sine diphthongo, & agitata ni duci. ¶ Sæpius ramen ponitur pro certe, utique, profecto, & fere pronominis præponitur. & indicativum, vel conjunctivum modum *pellit*, *certamente* בלא. Ger. *fuerwar*, Gal. *en vérité*, Hisp. *ciertamente*. *Cic. Tusculan. in Fam. Ne* ego multo libentius emerim diversorium Tarracinæ. *Id. Catil. 2. 4. 6.* Nasiti vehementer errant. ¶ Plautus hanc particulam sæpe jungit cum aliis adverbiis affirmativis, ut, Næ ædepol, *Amph. 2. 2. 213.* Næ hercle. *Asin. 2. 4. 6.* Næ mecastor; *Menæch. 4. 2. 40. &c.* Næ Castor, *Id. Asin. 3. 1. 30.*

Nænia. V. Nania.

Nævia Porta, *porta maggiore*, seu *di S. Maria Maggiore*, porta urbis Romæ, inter Cœlimontanam, & Latinam, extra quam ad mille passus Nævia sylva occurrit. *Festus*.

Nævianus, a, um, adj. ad Nævium poetam pertinens, ut Nævianus Hector apud *Cic. Fam. 5. ep.* 12. h. e. qui a Nevio inducitur. Nævianus laudator. Nævius scripta, apud *eund. l.* 1. *ad Attic. & de Clar. Orat. c.* 15.

Nævius, m. 2. Poeta Latinus, qui comœdias scripsit, quæ passim citantur a *Nonio*, & *Festo*, & bellum Punicum primum, in quo ipse stipendia fecit. Fuit junior Ennio. *Cic.* 1. *Tusc.* Mortuus est Coss. Cethego, & Tuditano. *Cic. in Brutо. c.* 15. Ejus extat epitaphium apud *Gell. l.* 1. *c.* 24. arrogantiæ, ut Gellius inquit, Campanæ plenum.

Nævius, a, um, adjectiv. qui nævos in cute habet. *Aemil. l.* 3. *pag.* 108. Ergo esse dicendum est quosdam capitones, frontones, lupeones, in his alios mentones, navios, &c.

Nævulus, i, m. dim. a *nævus*. *Gell. l.* 12. *c.* 1. An tu quoque putas, naturam feminis mammarum ubera, quasi quosdam nævulos venustiores, non liberum alendorum, sed omnedi pectoris causa dedisse?

Nævus, m. 2. neu, נמש, German. *muschen*, *fleck*, Gal. *mouche*, *tache*, Hisp. *lunar*, *mancha*, ἡ παλὶς σωματοφυὴς, corporis infigne, genitiva macula, olim gnavus. *Festus*. Gnavus, corporis insigne, & prænomen a generando dicta esse, & ita ipsa ex Græco γίγνεσθαι, apparet. *Cicer. 1. de nat. Deor. c.* 28. Nævus in articulo pueri delectat Alcæum. At est corporis macula nævus. Illi tamen hoc lumen videbatur. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Farina decocta in aceto tollit nævos. ¶ Significat etiam tuberculum, seu carnem in corpore excrescentem, unde diminut. *nævulus*, quod vide.

Naias, adis, & Nais, idis, fem. 3. *Nevis*, seu Naïcis, Nympha, & proprie dicitur de Nymphis fontium, & fluviorum, a νάω, seu νάσσω, *fluentum*, quod a νέω, vel ναίω, vel ναίς, *fluo*. *Ovid.* 2. *Fast.* Forte fuit Nais, Lte nomine. *Et v.* 606. Naida Juturnam vir tuus, inquit, amat, ¶ In hac esse Najas litera jota interdum vocalis est, interdum consonans. *Virg. 6. Ecl.* Ægle Naiadum pulcherrima. *Idem 2. Ecl.* Adiuerant sicco Dryades pede, Najades udo. ¶ Interdum Najas pro quacumque Nympha ponitur. *Virg. Ecl. 10. v.* 9. Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere, puellæ Naiades? ubi Oceides, h. e. silvarum, & montium nymphas intelligit.

Naïcus, a, um, *v.* 1. 2. quod ad Naiades spectat. *Propert. l.* 2. *eleg.* 23. *v.* 25. Supposita excipiens Naica dona manu. *Ad leg. Sapposita excipiens*, Nai, caduca manu.

Naïs. V. Naias.

Nam, *percioechè*, γάρ, Ger. *dann*, Gal. *car*, Hisp. *porque*, γάρ, enim, etenim, conjunctio causalis, a Dorico μαν pro μὴν, *per* aletracthesin. In oratione primum tenum locum fortitur. *Cicer. in Orat.* Nam est longe aliter in versibus. ¶ Accipitur etiam pro ideo. *Ter. Andr. prol. v.* 5. Nam in prologis scribundis operam abutitur. ¶ Item pro *autem*, *vero*, vel simili discretiva particula, & habet vim transeundi ab una re ad aliam. *Cic. Acc. l.* 9. *ep.* 2. Nam quod negas te dubitare, quin in magna offensa sim apud Pompejum, non video, &c. ¶ In compositione postponitur, ut Quisnam. *Ter. Andr.* Quisnam hoc rei est? ¶ Olim etiam præponebatur. *Ter. Phorm. 5. 1. 5.* Nam quæ est anus e fratre egressa meo? Ubi *Nam quæ* accipitur pro *quænam*. ¶ Usurpatur & in interrogationibus, & communem loquentis animum fere significat. *Virg. 12. Æn. v.* 637. Nam quid ego? aut quænam spondet fortuna salutem? *Plaut. Epid. 1. 2. 29.* Perdidisti omnem operam. *Ep.* Nam qui perdidi? *h. e.* cur? vel, quomodo?

Nana, æ, f. *nana*, femina monstrosa brevitatis. *Lampr. in Alex. Severo c.* 34. Nanos, & nanas, & mortiones populo donavit.

Nancio, is, a. 4. idem ac nancisco, apud ver. *Prisician. l.* 10. *pag.* 888, *Putsch.* Si nanciam populi desiderium, comprobabo Reip. commoda.

Nancisco, ris, nactus sum, d. 3. *acquisare*, *vitrouven*, אמא, לעא, לעש, Ger. *überkommen*, *finden*, Gal. *retrouver*, Hisp. *hallar*, *adquirir*, τυγχάνω, acquiro, consequor, assequor, ab antiquo *nancior*. *Cic. de nat. Deor. l.* 3. *c.* 15. Quam illo prætextum per scelus erat nactus. ¶ Est etiam invenire, præsertim si de hominibus fermo sit. *Cic.* 1. *Fin.* Quoniam nacti te sumus aliquando otiosum. ¶ Patres in Lexico Crit. aliquot affert exempla ex *Plauto*, *Val. Max.* & *Terent.* ubi in quibusdam MSS. *nanctus*, pro *nactus* legi ait. ¶ Usurpatur sæpe de iis rebus, quæ fortuito nobis eveniunt. *Cæs. l.* 2. *B. Civ. c.* 22. Nacti turbidam tempestatem. *Nepos in Attic. c.* 21. Cum complesset 77. annos, nactus est morbum, quem &c. ¶ Partic. nactus, passiva significe. *trovato*. *Hygin. fab.* 8. In occasione nacta, fugæ se mandavit. Et *fab.* 28. Qui ab Apolline nacti, sunt interfecti.

Nancitor, tus, pr. nactus erit, præd. tus erit, assert *Fest. ex leg. XII. tab.* & ex antiquo Latino fœdere.

* Nanctus. V. in Nancticor.

Nanque, *percioechè*, idem ac nam, vel siquidem, certe, & ponitur tum primo loco, tum secundo. *Plaut. Cic. lib.* 10. *Fam.* Namque adfidelis interpretatis cum Rhodo egi. ¶ Ponitur etiam pro *sed*, *verum*. *Cic.* 1. *de Orat.* Nanque illud quare Scævola negasti?

Nanus, i, m. Νάνος, Νᾶνος, ננר, genus vasis aquarii. *Fest.* Nanum Græci vas aquarum dicunt humile, & concavum, quod vulgo vocant situlam barbatam. ¶ Hinc, si eidem *Fest.* credimus, *nanus* dicitur homo brevissimæ staturæ, *nanos* alio nomine pumilio, quæ vox latina est; *nanus* autem origine græca, teste *Gell. l.* 19. *c.* 13. Non desunt tamen & pro hac voce latini Auctores. *Juven. sat.* 8. *vers.* 32. Nanum cujusdam Atlanta vocamus. *Propert. l.* 4. *eleg.* 8. *v.* 41. Nanus & ipse suos breviter concretus in artus. ¶ Dicitur & de aliis animalibus. *Gell. loc. cit.* Bigis rheda rapit citata nanis. Alli leg. *binis nanis*.

Napææ, seu Napææ, f. i. vallium Deæ, a νάπος, *saltus*, seu *vallis nemorosa*. *Virg. 4. Georg. v.* 535. Faciles venerare Napæas.

Naphtha, f. i. ναφθα, genus bituminis, circa Babylonem copiosissime proveniens, cui tanta est cum igne cognatio, ut flamma transiliat in eam undecumque vibam. V. *Pl. l.* 2. *c.* 105.

Napina, f. i. *Rutiæ*, ubi seminantur napi. *Col. l.* 11. *c.* 2. Napinæ, itemque rapinæ ficcaneis locis per hos dies fiunt.

Napuræ nectito, cum dixit Pontifex, funiculi ex stramentis fiunt. *Festus*, qui in *Nectere* aliquanto plenius sic habet: Nectere, ligare significat, & est apud plurimos Auctores frequens. Quin etiam in commentario sacrorum usurpatur hoc modo: Pontifex minor est stramentis napuras nectito, idest funiculos facito, quibus fasces adnectantur.

Napus, m. 2. *navone*, Ger. *steckrieben*, Gal. *navet ou naveau*, Hisp. *nabo*, βουνιὰς, genus rapæ, quæ obtusior est, & brevior. *Col. l.* 2. *c.* 10. Napus devexam terram amat, & siccam. V. *Pl. l.* 20. *c.* 4.

Nar, aris, m. *le Nera*, Νέρας, fl. Italiæ, qui oritur ex Apennino M. in ipso conf. Piceni, & Umbriæ, per quam deinde fluens recipit Corvum, uti & Velinum fl. hinc Interamnam rigans, & Narniam, paulo infra juxta Hortam Tiberi miscetur. *Tac.* 3. *Ann. c.* 9.

Narbo, onis, m. 3. Narbon, *Narbona*. Col. & Urbs Galliæ Narbonensis, ampla, & munita, olim Emporium celeberrimum, in Occitania prov. in ora maris Mediterranei, apud Atacis fluostia. Hæc urbs condita est a Romanis Olympiade 160. teste Polybio. Cognominata est Narbo Martius, quod eo Cæsar ex Martia legione colonos deduxerit. *Cic. pro Fonteio. c.* 1. Est in eadem provincia Narbo Marcius, Colonia nostrorum civium, specula P. R. ac propugnaculum iftis ipsis nationibus oppositum, & objectum.

Narbonensis Gallia, ante Braccata, Ναρβωνῖτις, una ex quatuor Galliæ partibus, dicta a Narbone Martio: olim Romanorum Provincia, quæ a Pyrenæis montibus ad Alpes extenditur, & interno Mari alluitur. Separatur ab Hispania Pyrenæis montibus, ab Italia Varo fl. & Alpibus, a reliqua Gallia fl. Garumna, Gebenna monte, & Rhodano fl.

Narcissinus, a, um, Ναρκίσσινος, quod ex narciffo fit, ut Oleum narcissinum, ungentum narcissinum. *Plin. l.* 21. *c.* 19. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias.

Narcissites, æ, m. Ναρκισίτης, gemma narcissi colorem habens, venis hederæ distincta. *Pl. l.* 37. *c.* 11.

Narcissus, m. 2. *narciso*, Νάρκισσος, lilii genus, radice carnosa, atque odora, flore purpureo, folia in radice habens ad similitudinem foliorum arundinis, sed aliquanto crassiora, a Νάρκη, *torpor*, quia gravis ejus odor torporem affert. *Pl. l.* 21. *cap.* 19.

Narcissus, m. 2. Νάρκισσος, puer, Cephisi amnis, & Lyriopes Nymphæ filius tanta formæ præstantia, ut, cum aliquando ad fontem bibiturus accessisset, conspectæ sibi imaginis amore captus sit, cumque nulla potiundi amoris spes esset, nimio desiderio contabescens, in florem sui nominis commutatus fuerit. *Ov. 3. Met. v.* 407.

Nardifer, a, um, nardum ferens, ut *Ganges nardifer*, apud *Grat. in Cyneget. v.* 314.

Nardinus, a, um, adj. qui est ex nardo, ut nardinum unguentum, alio nomine foliatum, cujus conficiendi rationem docet *Pl. l.* 13. *c.* 1. ¶ Nardina pyxa dicuntur, quæ nardi odorem habent. *Id. l.* 15. *c.* 15.

Nardostachyon, n. 2. Νάρδος στάχυς, nardi spica. *Agric. l.* 7. *c.* 6.

Nardus, i, f. & Nardum, i, n. *nardo*, *spigo*, ננר, Νάρδος, frutex est gravi, & crassa radice, sed brevi, ac nigra, fragilique, quamvis pingui, situm redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio parvo, densoque, cacuminibus in aristas se fe spargentibus, unde gemina dote nardi spicas, & folia concelebrant. *Cels. l.* 3. *c.* 21. *Plin. l.* 12. *c.* 12. ¶ Est præterea herba huic non dissimilis, quam ob id pseudonardum vocant. folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido in candum vergente, frequentibus spicis, in aristas sparsis, flosculis purpureis, gaudens petrosis locis, & apricis, tanta inavitatis fœtantia, ut omnes flores odoris suavitate provocet, qua dote in vestibus inseritur. ¶ Nardus Gallica, sive Celtica, herba est, a pseudonardi speciebus diversa, folia habens longiuscula, & flavescentia, floremque luteum. *Id. l.* 12. *c.* 12. Baccaris vocatur nardum rusticum, de quo &c. *Her. l.* 2. *od.* 11. Assyriaque nardo potamus uncti. Ubi nardus pro unguento nardino ponitur. Sic *Tibul. l.* 2. *eleg.* 2. Illius e puro diffilient tempora nardo.

Nares, ium, f. *narici*, אפים. Ger. *nasslocher*, Gal. *narines*, Hisp. *narizes*, ῥῖνες, nasi lariores partes, in quibus sunt spiraculæ, a nomine græco allato, per Metathesin. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 52. Itemque nares, eo, quod omnis odor ad superiora feratur, recte fursum sunt. ¶ Reperitur etiam in num. sing. *Ov. 3. Met. v.* 674. Pandaque narix erat. ¶ *Naribus aduneis indulgere*, est naribus in rugam contractis subsannare, seu irridere. *Pers. sat.* 1. *v.* 91. Rides, ait, & nimis uncis naribus indulges. ¶ *Acuta naris homo* dicitur sapiens, prudens, sagax, qui facile rem subodorat. *Her. l.* 1. *sat.* 3. *v.* 29. Incudibus est paulo, minus aptus acuris Naribus horum hominum. *h. e.* acri horum judicio. *Id. l.* 1. *ep.* 20. *v.* 25. Naribus uti formido. *h. e.* censura, & judicio. ¶ *Emunctæ naris versus* dicitur, qui gravis, & elegans. *Id. ib. l. sat.* 9. *v.* 8. *de Lucilio*. Emunctæ naris durus componere versus, *disadatto a far buoni versi*. ¶ *Homo obesæ naris* dicitur fatuus, & crassi ingenii. *Id. Epod.* 12. Munera cur mihi, quidve rabellas mittis nec fumo juvenis, nec naris obesæ? ¶ *Naribus uti*, est adjudicare, & sub censuram vocare, apud *eumd. l.* 1. *ep.* 19. *v.* 45. ¶ *Loqui de nare*, *parlar nel naso*, de iis dicitur, quibus spiritus per nares non bene fluit. *Pers. sat.* 1. *v.* 3. Raneiduluin quiddam balba de nare locuri. Ubi *balbus nare* dicit per catachresin, cum balbutire linguæ proprium sit. ¶ *Nares* denique a *Varrone*. *l.* 7. *c.* 4. dicuntur extremæ canalium partes, per quas humor egeritur.

Narica, vel nalius Narita, æ, f. Aristoteli μυξίνη, ostrei genus, quasi ῥυρός, quod a νέω, *nato*. *Plaut. in fragm.* Muriaticam video in vasis stannèis naricam bonam. Adde *Fest.*

Naricia. V. Narycia.

Narinosus, a, um, adject. qui latis naribus est. *Lactant. l.* 5. *cap.* 12. Cum Diis latis narinosis reliquantur. Ita quidam Codices MSS. Alii leg. *varicosis*, al. *cariosis*, & *curiosis*.

* Naris. V. Nares.

* Narita, genus piscis minuti vel marinæ conchæ, *venus*. *Plaut. ap. Fest.*

Narnia, f. i. *Narni*, urbs Umbriæ, ad montis radicem, & Narem fl. subterfluentem, a quo ei nomen. *Tac.* 1. & 3. *Ann.* ¶ Populi Narnienses. *Pl. l.* 3. *c.* 14.

Narniensis Tribus. V. Arniensis.

Narrabilis, le, o. 3. quod narrari potest. *Ovid. l.* 2. *de Pont. ep.* 2. *v.* 61. Non est ultra narrabile quidquam.

Narratio, onis, f. *narrazione*, תורה, מאמר, Ger. *erzehlung*, Gal. *recit*, *conte*, *narration*, Hisp. *cuento*, *narracion*, διήγησις, *est explicatio rerum*, quæ gestæ sunt: vel perinde ut gestæ sint. *Cic. l.* 1. *de Inv. c.* 19. Narratio est rerum gestarum, aut ut gestarum expositio. ¶ De narratione oratoria vide *Auct. ad Her. l.* 1. *c.* 8. *Cic.* 1. *de Invent. & 2. de Orat. c.* 19. *& 80.*

* Nasamonius, adis, f. Nasamonia. *Sil. l.* 2. *v.* 117. Al. al. leg.

Narrationcula, æ, f. διηγηματίσκη, parva narratio. *Quinct. l.* 1. *c.* 10. Narrationculas a Poeris celebratas notitiæ causa, non eloquentiæ tractandas puto.

Narrator, oris, m. qui narrat. *Cic. 2. de Orat. c.* 12. Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

Narratus, us, m. idem ac narratio. *Ov. Met. 5. v.* 499. Veniet narratibus hora tempestiva meis.

Narratus, a, um, *raccontato*. *Ovid. l.* 3. *de Ponto ep.* 2. Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo. *Pl. l. c. c.* 23. Circumvectus in mediterranea Persidis, narrata proxime a Juba. *Id. l.* 5. *c.* 8. Nec, præter oleastros, aliud exstat ex narrato illo aurifero nemore,

Nar-

Narro, as, avi, atum, a. 1. *narrare*, *raccontare*, *dire*, ספר, תורה, אמר, Ger. *erzehlen*, *sagen*, Gall. *raconter*, *réciter*. Hisp. *contar*, διηγέομαι, dico, expono, recito, ab antiquo *gnaro* per Aphæresin, quod a *gnarus*, gnarum reddo, per Syncopen. Construitur cum accus. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 6. Ego tibi ea narro, quæ tu melius scis, quam ipse, qui narro. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *de*. *Cic. in Famil.* Crassi liberum ais tibi de mea sollicitudine, maciesque narrasse. *Id. Att. l.* 16. *ep.* 14. Male mandas de Nepotis filio, idest, tristem nuntium affers. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 1. Narravit, te interdum solicitum esse vehementius. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. l.* 3. *Fam. ep.* 1. Si ipsa Respublica tibi narrare posset, quomodo se se haberet. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 70. Narraque, ut virgo ab se integra etiam tum fuerit. ¶ Significat etiam differere, disputare. *Propert. l.* 2. *eleg.* 1. *v.* 43. Navita de ventis, de tauris narrat arator. ¶ Narro tibi, *ti dico il vero*. *C. c. l.* 2. *ep.* 11. Narro tibi: plane relegatus mihi videor, postquam in Formiano fum, *Id. l.* 15. *ep.* 16. Narro tibi: hæc loca venusta sunt. *Id. lib.* 2. *epist.* 7. Narra mihi. Reges Armenii patricios salutare non solent? *dimmi il vero*. ¶ *Plaut. Trac.* 2. 2. 26. Quas tu mulieres narras? *che donne mi nomini tu?* Epistola narrat, rumor narrat. *Plauti* est illud *Pseud. c.* 5. hoc *Mart. l.* 3. *epigr.* 9.

Narthecia, f. i. ναρθήκιον, species ferulæ humilioris, quæ ad justam altitudinem narthecis non assurgit, folia habens maxima, ut quæque terræ proxima. Dicta viderur narthecia per diminutionem a frutticis humilitate. Quare etiam a quibusdam ferula minor, & ab aliis ferulago appellatur. *Plin. l.* 22. *c.* 22. *de ferula*. Duo ejus sunt genera, narthecia Græci vocant affurgentem in altitudinem, narthecium vero semper humilem.

Narthecium, n. 2. νάρθηκιον, repositorium medicamentorum, vasculum, in quo reponebant medicamenta, a *narthece*, idest ferula. Primo enim narthecia appellata sunt vasa medicamentaria, quæ ex narthece conficiebantur, quia narthecis lignum ad medicamenta asservanda accommodatissimum est, quippe cum ejus caulis medulla exempta sit vacuus, postea vero quævis vasa in hunc usum comparata, quamvis ex ferula confecta non essent, hoc nomine dici cœperunt. *Cic. 2. Fin. c.* 7. Jam doloris medicamenta illa Epicurea tamquam de narthecio promant.

Narthex, ecis, f. ναρθηκίς, arbuscula, al. ferula, lignum foris corticis loco habens, intus ligni loco fungosam medullam. *Pl. l.* 13. *c.* 22.

Naryca, æ, f. i. Naricia, urbs Magnæ Græciæ, eadem ac Locri, condita a Locrensibus Ozolis pop. Achaiæ, duce Evante, vel Ajace Oileo. *Ovid. 15. Met. v.* 705.

Narycius, a, um, adject. ad Naryciam pertinens, ut Narycia pix, quæ laudatissima circa Naryciam nascitur. *Virg. Georg. 2. vers.* 438. Narycii Locri. Adde *Solin. c.* 399.

Nasamones, m. 3. Νασαμῶνες, pop. Libyæ, in Africa, ad Syrtim magnam. ¶ Item alii ad Oceanum Atlanticum, qui & Atlantes Herodoto. ¶ Item alii in Marmarica, a Garamantibus finitimi, quorum regio Nasamonitis. *Pl. l.* 5. *c.* 5. ¶ De Nasamonibus Libyæ populis *Lucan. l.* 9. *v.* 443. toto commercia mundo Naufragiis Nasamones habent; quia nimirum miseros spoliant, quotcumque in Syrtibus naufragium pariuntur.

Nasamoniacus, a, um, adject. Nasamonicus. *Sil. l.* 16. *v.* 630. In Garamantas iter, Nasamoniacosque triumphos.

* Nasamonia, adis, f. Nasamonia. *Sil. l.* 2. *v.* 117. Al. al. leg.

Nasamonites, m. 1. ναμαμωνίτης, gemma sanguinea nigricantibus venis. *Pl. l.* 37. *c.* 10.

Nasamonius, a, um, adject. ad Nasamones pertinens, Afer, Libyeus. *Sidon. carm. 9. v.* 257. Et vinctum Nasamonium Jugurtham.

Nasatus, a, um, adj. qui grandi naso est præditus. *Lampr. in Heliogab. c.* 5. Qui ei bene nasatos perquirerent. Ita quidam leg. Sed rectius *vasatos*.

Nascendus, a, um, partic. a nascor. *Gel. l.* 3. *c.* 10. Ad homines quoque nascendos vim numeri hujus pertinere ait, *agli uomini*, *che hanno da nascere*.

Nascentia, æ, f. μέλλοντα, γένεσις, natalis, *il nascere*. *Vitr. l.* 9. *c.* 7. Non e nascentia, sed ex concepritone Genethliologiæ rationes explicaras reliquit.

Nascibilis, le, adject. qui nasci potest, γενέσεως, natalis, *il nascere*. *Vitr. l.* 9. *c.* 7. Mortalem negat, quem nascibilem profitetur.

Nascor, eris, natus sum, d. 3. *nascere*, נולד, זרח, Ger. *geboren werden*, Gal. *naitre*, Hisp. *nacer*, φύομαι, γίγνομαι, τίκτομαι, in vitam venio, gignor, a *gnascor*, quod a γνάω, *gigno*. Contrahitur vel absolute. *Cic. 3. Tusc.* Et quod sine sensu nascimur, cum voluptate conservamur. ¶ Vel cum dativo. *Cic. 2. Fin.* Atque, ut ad Architam scripsit Plato, non sibi se soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis, ut perexigua pars ipsi relinquatur. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. de Arusp. Resp. c.* 4. P. ille Scipio natus in hi videtur ad interitum, existimique Carthaginis. ¶ Vel cum acc. & præpos. *in*. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 5. In miseriam nascimur sempiternam. *Pl. l.* 50. *c.* 53. Aves omnes in pedes nascuntur, contra quam reliqua animalia. ¶ Vel cum accus. temporis sine præpos. vel cum præp. *ad* pro circiter. *Cic.* 5. *Verr. c.* 25. Prope annos octoginta natus erat. *Id pro Cluent. c.* 40. Cum ad annos nos quinquaginta natus esset. ¶ Vel cum abl. sine præp. *Cic. pro Rosc. Amer. cap.* 16. Si tibi fortuna non dedit, ut parre certo nascerere. *Id. pro Planc.* Quam si esset sumo loco natus. ¶ Vel cum abl. & præp. *a*, *ab*, *de*, *ex*. *Ter. Heaut.* 5. 4. 7. Ex me is natus est. *Ovid.* 4. *v.* 422. *Met.* de pullice natus. ¶ Vel cum abl. & præp. *in*. *Cic. pro Planc.* Q. Catulo in summa familia nato. ¶ Vel cum infinitivo, Poetarum more. *Hor. l.* 1. *ep.* 2. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. ¶ Usurpatur sæpe transl. & ad res inanimatas referrur. *Cic. in Brut.* Qui non nascentibus Athenis, sed jam adultis fuerunt. *Id. 2. Off. c.* 5. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. *Idem pro Cluent.* Ex quo illa nata sunt omnia. *Virg. 7. Æn. v.* 44. Major rerum mihi nascitur ordo. *Cæs. l.* 2. *B. G. c.* 18. Ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur. *principium a surgere un culle*. ¶ *Cic.* 15. *Fam. ep.* 12. Scribes ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumentum, *h. e.* ut inde materiam scribendi sumam. ¶ Partic. *nasciturus*. *Pallad. l.* 7. *R. R. tit.* 17. Signum nasciturі regis. ¶ Aliud particip. *nascendus* V. sup. suo loco.

Nasica, æ, com. qui ingenti naso est. *Arnob. lib.* 2. *pag.* 196. Potest enim fieri, displosas ut gestiter nares, quem esse vos faciris, figuratisque nasicam. Adde *l.* 3. *p.* 108. Hinc Nasica, P. Scipionis cognomen fuit, a nasi magnitudine. Hic adhuc adolescens a Senatu optimus judicatus Magnam Matrem Deorum hospitio suscepit, donec ei templum adficaretur. Unde a *hospitale* hospes Numinis Idæi appellatur. Hujus etiam ductu Tib. Gracchus fœditiosis concionibus statum Reip. labefactans fragmentis subsellium in concione est oppressus. *Cic.* 5. *Fin. 2. Offic. de Am. pro Rab. pro Domo*, &c.

Nasidianus, a, um, ad Nasidium pertinens, quod est nomen proprium Romani hominis. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 7. Nasidianæ naves. *h. e.* quæ ducem L. Nasidium habebant.

Nasiterna, f. i. νάσιτέρνα, genus vasis aquarii asnati, & parentis, ita dictum a ternis nasis, sive ansis. *Plaut. Stich.* 2. 2. 28. Ecquis huc effert nasiternam cum aqua? *Festus*; Nasiterna est genus vasis aquarii asnati, & parentis, quale est, quo aqui perfundi solent.

Nasiternatus, a, um, adject. qui nasiternam gestat. *Calpurn.* apud *Fulgent. de prisco serm. n.* 27. Ubi tu nasiternatus aquam petas.

Naso, onis, m. 3. cognomen P. Ovidii, a nasi magnitudine, ut *Fronto a fronte*, *Capito a capite*, &c.

Nassa, f. *nasse*, νάσσα, genus vasis piscatorii ex vimine contextum, quo cum intraverit piscis, exire non potest. *Cic. Att. l.* 13. *ep.* 2. Ex hac nassa exire, constitui, non ad fugam, sed ad spem melioris mortis.

* Nassiterna. V. Nasiterna.

Nasturtium, ii, n. *nasturzio*, κάρδαμον, herba hortensis. V. *Plin. l.* 20. *c.* 13. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 34. Petsarum a Xenophonte habitus exponitur, quos negat ad panem adhiberi quicquam præter nasturtium.

Nasus, i, m. 2. *naso*, אף, Ger. *die nasen*, Gal. *nez*, Hisp. *le nariz*, μυκτὴρ, ῥὶν, pars faciei, est pars capitis, quæ a superciliorum confinio oritur, & quasi æqualis porrecta jugo, utramque aciem simul & discernit, & munit, cujus superior pars summus nasus dicitur, inferior imus nasus, & duo spiramina, geminique hiatus, quos veluti quidam paries per medium ductus interseptr, nares vocantur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 57. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. ¶ Aliquando ponitur pro acrimonia, fagacitate, dicacitate. Sumitur Metaphora a brutis animalibus. Canes enim absurdissima quæque olfactu inquirunt, vultures remotissima percipiunt. Hinc habere nasum eum dicimus, qui vicia in alio vider, & venusta quadam, & subdola irrisione eum derider. *Plin. in præfat.* Primus Lucilius condidit stili nasum, *id est* scripsit satyram, quæ acerbitatem quamdam, & acrimoniam stili habet in vitiis insectandis. *Mart. l.* 11 *epigr.* 22. Non cuicumque datum est habere nasum. *Id. l.* 1. *ep.* 41. Et pueri nasum rhinocerotis habent. *Hor. l.* 1. *sat.* 6. *v.* 5. Ut plerique solent, naso suspendis adunco ignotos, ut me libertino patre natum, *id est* vasre, ac subdole rides. ¶ Est etiam nasus instar sedes. *Pers. sat.* 5. *v.* 91. Disce, sed ira cadat naso, rugosaque fanna. *Mart. l.* 6. *ep.* 64. rabido nec perditus ore furiantem nasum vivi tentaveris ursi. ¶ Nasos etiam vasis tribuere, idest ansas in vasis nasos appellaverunt. *Jun sat.* 6. *v.* 7. Siccabis calicem naforum quatuor. ¶ Inveniur etiam nasum, si, gen. neut. *Plaut. Curc. v.* 2. 18. Sagax nasum habet. *Id. Amp. 1. 1. 288.* Sura, pes, statura oculi, nasum, dens, &c. Adde *Lucil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 145.

Nasûte, adverb. *mordacemente*. V. Nasutus. *Phædr. l.* 8. *fab.* 6. Tu qui nasute scripta distringis mea. *Senec l.* 5. *de Benef. c.* 6. *ad fin.* Nasute negare.

Nasutulus, a, um, dim. a *nasutus*. *Apul.* Nasutula mulier ac dicacula. Ita *Thesaurus L. L.*

Nasutus, a, um, adject. qui grandem nasum habet, μωκητικός. *Hor. l.* 1 *sat.* 2. *v.* 93. Depygis, nasuta, brevi latere, ac pede longo est. ¶ Translate dicax, reprehensor, derisor. *Mart. l.* 13. *epigr.* 2. Nasutus sis usque licet, sis denique nasus. *Id. l.* 2. *epigr.* 54. Ni nasutius hac, maligniusque. *Senec. 7. Suasor.* Homo nasutissimus.

Nata, æ, f. *figlinola*. *Virg. 1. Æn. v.* 658. Maxima naturum Pelasni. ¶ Sæpe g huic voci præponitur. *Ter. Andr* 3. 3. 8. Per unicam gnatam tuam, & gnarum meum. ¶ De dativo plur. V. in *Afina*.

Natabilis, le, adj. idem quod natatilis. *Coripp. l.* 4. *c.* 43. Cedrus olens, solidum, nunquamque natabile robur.

Natabula, orum, n. *luoghi*, *dove si nuota*, τὰ νηκτά, loca natationis, seu piscinæ patatoriæ. *Apul. l.* 3. *Florid. circa princ.* Perfiacæ aquæ gratissima prorsus & sanis natabula, & ægris medicabula.

Natales, ium, m. plurali tantum numero, *parentado*, *condizione*, *sangue*, חולדות, γένος, conditio sanguinis, & familiæ origo, generis nobilitas, vel ignobilitas, ut Generosi natales, Natales obscuri. *Tac. 2. hist. c.* 86. Aderat Cornelius Fuscus, virgen ætate, claris natalibus. *Plin. l.* 7. *c.* 12. Natales diversissimi generis. *Pl. jun. l.* 6. *ep.* 23. Quod si cui, præsare Rusoni debeo, vel propter natales ipsius, vel propter eximium mei cæ tarem. ¶ Natalibus restituere, frequens est, in Jurisprudentia pro eo quod hodie nobilitare dicimus. Dicitur autem natalibus restitui non modo libertus, ut patronarus observantia libererur, sed etiam plebejus, cum ad nobilitatem asciscitur, quamvis antea nunquam inter nobiles fuerit. Qui enim ad nobilitatem vocantur, propterea natalibus restitui dicuntur, quia abiterta natalium plebejorum sordida conditione in priscam, communemque totigeneri humano ingenuitatem reponuntur. *Pl. l.* 10. *ep.* 77. *ad Traj

deati, rem divinam facere solemus; quæ quia partus matronarum tuentur, a nascentibus Natio nominata est.

Nativitas, atis, fem. *nativité, naissement*, מוֹלֶדֶת, Ger. *die geburt*, Gall. *naissance*, Hisp. *navidad*, יְלִידָה, γένεσις, ortus, origo. *Ulp. l. 1. Dig. ad Municipal.* Municipem aut nativitas, aut adoptio facit. *Inscript.* apud *Grut. p. 712. n. 11.* Variæ jucundæ defunctæ anno nativitatis XVIII. Adde *Tert. de anim. c. 39.*

Nativitus, adv. a nativitate. *Tert. de anim. c. 39.* Quæ omnia nativitus animæ collata sunt. Adde *c. 12.*

Nativus, a, um, *nativo, natio*, מְמֻלָּד, Ger. *angeboren*, Gall. *natif*, Hisp. *nativo, natural*, γνήσιος, ἔγγονος, quod nullo artificio confectum est, sed tale omnino est, quale nascitur, & sere idem, quod naturale, ut Nativus color, nativæ tectæ, &c. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Partim ad saxa nativis testis inhærentium. ¶ Nativæ lanæ dicuntur, quæ nativum colorem retinent. *Plin. l. 8. c. 47.* Nativum malum, est innatum, ingenitum. *Cic. pro Dom. c. 5.* Quæ & illud nativum, & hoc delatum malum sanare posset? ¶ Nativi Dei, qui nascuntur, & occidunt. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Anaximandri autem opinio est, nativos esse Deos, longis intervallis orientes, occidentesque. Eadem ratione nativum Mundum dicit *Lucr. l. 5. v. 66.* h. e. aliquando natus sit, & sit idem interiturus. ¶ Nativa verba sunt, quæ primitiva, seu primæ positionis vocant Grammatici, quibus opponuntur reperta, idest derivata. *Cic. in Part.* Simplicia verba partim nativa sunt, partim reperta: nativa ea, quæ significata sunt sensui: reperta, quæ ex his facta sunt. Adde *Quint. l. 8. c. 3.* ¶ Nativus lepos, non adscitus. *Nepos 25. c. 4.*

Nato, as, avi, atum, n. 1. *nuotare*, שָׂחָה, Gall. *nager*, Hisp. *nadar*, νήχομαι, freq. verbi *no*, a sup. *natum*. *Cic. de nat. Deor.* In quo quidem magis tu mihi natare visus es; quam ipse Neptunus. *Mart. l. 1.* Sacris piscibus hæ natantur undæ. *Virg. 4. Æn. v. 398.* Natat uncta carina. ¶ Item pro madere, manare, diffluere, redundare, plenum esse. *Cic. 2. Phil. c. 41.* Natabant pavimenta vino, madebant parietes. ¶ Item pro ferpere, ultra ire. *Col. de arborib. c. 6.* Summa patre terræ natantibus radicibus. ¶ Item pro nutare, inconstantem, aut dubium esse. *Cic. l. 1. nat. Deor. c. 43.* Mihi quidem Democritus natare videtur in natura Deorum. *Hor. l. 2. sat. 7.* Pars hominum vitiis gaudet constanter, & urget Propositum; pars multa natat, modo recta capessens, interdum pravis obnoxia. *Tibul. lib. 4. eleg. 1. v. 44.* de libra: inæquatum li quando onus urget utrimque, Instabilis natat æterno depressitor orbe. *h. e.* nutat, huc illuc vergit. ¶ Natare oculi dicuntur, cum crebro aperiuntur, & clauduntur, somni vicinitate, ut loquitur *Serv.* ad illud *Virg. Æn. 5. v. 856.* Tece Deus ramum lethæo rore madentem, Vique soporatum Stygia super utraque quassat Tempora, cunctantique natantia lumina solvit. ¶ Item vino madidi natare dicuntur. *Ovid. 6. Fast. v. 673.* Nox erat, & vinis oculique, animique natabant. ¶ Campos natantes, pro mari dixit *Lucr. l. 5. v. 489.* At translate *Virg. 3. Georg. v. 198.* campos natantes vocat agros maturis messibus plenos, quæ ventis agitatæ ita jactantur, ut undarum natantium speciem referant. ¶ Natare pes dicitur, cum nimis laxus calceus est. *Ovid. l. 1. de art. am. v. 516.* Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. ¶ Tenebræ natant ante oculos. *Ov. 12. Met.* h. e. obversantur.

Natrix, icis, m. & f. *natrice*, נָחָשׁ, genus serpentis etiam aquas veneno inficiens, a *nando*, quia in aquis vivit. *Cic. 4. Acad. c. 38.* Cur, omnia nostri causa cum faceret, tantam vim natricum, viperarumque fecerit? ¶ Translate natricem vocabat Tiberius Caligulam, h. e. pestiferum hominem, apud *Suet. in Calig. c. 11.* ¶ *Lucil.* apud *Non. c. 1. n. 334.* Si natibus natricem impressit crassam, & capitatam hoc est scuticam, quæ serpentis instar curvetur, & mordeat. ¶ Est etiam hoc nomine herba apud *Pl. l. 27. c. 12.* cujus radix cyusta virus hirci redoleat.

Natta. V. Nacca.

Natu, ablat. sing. nominis defectivi *natus, us*, quod idem est, ac nativitas. Hic solus casus in usu est. *Liv. l. 3. c. 71.* Consurgit P. Scaptius de plebe magno natu, idest valde provectus ætate. ¶ Conjungitur cum adjectivis magnus, parvus, grandis, & cum eorum comparativis, & superlativis. *Cic. de Sen. c. 4.* Quamquam cum colere cœpi non admodum grandem natu. *Id. 1. Tusc. c. 1.* Qui fuit major natu, quam Plautus, & Nævius. *Id. pro Cluent. c. 38.* Ex his omnibus natu minimus Q. Saturius est. *Liv. l. 21. c. 19.* Ita enim maximus natu ex iis in concilio respondit.

Natura, æ, f. *nature*, תּוֹלֶדֶת, יְקוּם, טֶבַע, Ger. *die natur, ed. eigenschafft*, Gal. *nature*, Hisp. *natura*, φύσις, est principium, & causa efficiens omnium rerum naturalium, quo sensu a Veteribus Philosophis cum Deo confundebatur, qua de re V. *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 8.* ubi varia eorum placita refert. ¶ Sumitur etiam pro mundo, seu pro rerum universitate. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 14.* Cleanthes autem tum ipsum mundum Deum dicit esse, tum totius naturæ menti, atque animo hoc nomen tribuit. ¶ Speciatim accipitur pro rei essentia, & substantia. *Lucret. l. 2. v. 232.* Natura tenuis aeris. *Cic. 1. Tusc. c. 10.* Aristoteles cum quatuor genera illa principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quinam quamdam naturam censet esse, e qua sit mens. ¶ Item pro vi, & ingenita rei alicui virtute, & poreptia. *Cic. in Somn. Scip. c. ult.* Quod autem anima est, id motu cietur interiore, & suo. Nam hæc est natura propria animæ, & vis. *Pl. l. 12. c. 14.* Hæc concreta denfatur, ubi loci natura poscit. *Virg. 4. Georg. v. 149.* naturas apium quas Jupiter ipse addidit. ¶ Item pro inclinatione, indole, habitudine sive animi, sive corporis. *Cic. 3. de Orat.* Videre, quo sua quemque natura maxime ferre videatur. *Hor. l. 1 ep. 10.* Naturam expellas furca, tamen usque recurret. ¶ Item pro genitalibus, quæ a Græcis item φύσεις dicuntur. *Cic. 2. de Div.* Parere quædam matrona cupiens, dubitans, esset ne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam. *Id. 3. de nat. Deor. c. 22.* Cujus obscenius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. ¶ Item pro lege divina, & humana. *Cic. 3. Off. c. 5.* Atque hoc multo magis exigit ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina, & humana, cui parere qui velit, nunquam committet, aut alienam appetat, &c. ¶ Naturæ satisfacere, & Naturæ cedere, vel concedere, est mori. *Cic. pro Cluent. c. 10.* De eo, qui & naturæ, & legibus satisfecit. *Sal. in jug.* Parer, ari necessitæ erat, naturæ concessit. ¶ Interdum natura sumitur pro corporis temperamento, *complessione*. *Ter. Eun. 2. 3. 24.* Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. Ut fert natura, *come porta la natura della cosa*. *Ter. Andr. 4. 4. v. ult.* Paulum interesse censes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de industria? ¶ Natura insitum est, *è cosa naturale*. *Cic. pro Syll.* Hoc natura insitum est, ut quem timueris, semper oderis. ¶ Ita natura comparatum est. V. *Comparo*. ¶ Præter naturam. *Per. Adelph. 5. 4.* Jam nunc hæc tria primum addidi præter naturam. O noster, quid fit? quid agitur? *contra il mio naturale*. ¶ Secundum naturam vivere, *seconda i dettami della natura*. *Cic. 5. Fin. c. 30.* quod *Seneca* dixit, ad naturam vivere. ¶ Verti in naturam. *Sallust. in frag. c. 87.* Mihi beneficere jam ex consuetudine in naturam vertitur. ¶ Rerum natura, *sutte le cose*. *Cic. 4. Acad. c. 17.* Quod rerum natura non patitur. *Celsi. l. 7. c. 2.* Est etiam in rerum natura, ut curis laxius excidenda sit. *h. e.* evenit aliquando. Sic *Quintil. l. 2. c. 17.* in rerum naturam cadere, hoc est evenire, accidere. ¶ Facere ibi naturam alicujus rei. *Quintil. l. 2. c. 4. rendersi qualche cosa come naturale*. ¶ Natura ablat. absolute positus, *naturalmente*. *Pl. l. 7. c. 19.* Quibus natura concreta sunt ossa.

Naturabilis, le, adj. naturalis. *Apul. 2. Florid. & de dogm. Platonis. l. 1.* Afferri solet etiam locus *Cic. 3. Tusc. c. 6.* Sed alii leg. *naturalis*.

Naturalia, lium, n. pl. num. *le parti vergognose*, מְבֹרָיִם, αἰδοῖα, pudenda. *Col. l. 6. c. 28.* Si equa mareni non patitur, detrita scilia naturalia ejus linuntur. ¶ In sing. num. *Celsi. l. 7. c. 26.* Inter imas oras super naturale.

Naturalis, & le, o. 3. *naturale*, טִבְעִי, Germ. *naturlich*, Gal. *naturel*, Hisp. *natural*, φυσικός, quod secundum naturam est. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 14.* Zeno autem legem naturalem divinam esse censet. *Id. in Partit. c. 18.* Naturales quæstiones. *h. e.* de natura tractantes. *Id. 3. Phil. c. 6.* Pater naturalis. Cui opponitur adoptivus. Sic naturalis filius, apud *Suet. Tiber. c. 52. & Liv. l. 44. c. 44.* ¶ Naturales filii vocantur filii fervorum, in *Inscr.* apud *Grut. pag. 945.* ¶ Naturale bonum, & naturalis bonitas, *bonà naturale*. Illud est *Cic. pro Cæl. c. 5.* hoc *Seneca de Clem. c. 1.* ¶ Loca naturalia sunt pudenda apud *Celsi. l. 7. c. 26. & Col. l. 8. c. 7.* V. Naturalia. ¶ Naturalia desideria pro coeundi cupidine. *Col. l. 4. c. 24. de vaccis*: Atque in id fere tempus naturalia congruunt desideria. ¶ Naturale est, *è proprio, è naturale*. *Pl. l. 11. c. 37.* Plerisque vero naturale, ut nictare non cessent.

Naturalitas, atis, f. *naturalezza*, natura. *Tert. de anim. c. 43.* Naturalitas somni.

Naturaliter, adv. *naturalmente*, κατὰ φύσιν, a natura, vel secundum naturam. *Cic. de Sen. c. 9.* Quod enim homini naturaliter insitum est, eo uti decet.

Naturalitus, adv. idem quod naturaliter. *Sidon. l. 9. ep. 11.* Mortalium mentibus vis hæc naturalitus est.

Naturificatus, a, um, adject. q. d. in rerum naturam inductus, vel natura factus. Vox est *Tert. adv. Valent. c. 29.*

Natus, a, um, *nato*, γεγονώς, τεχθείς, יָלוּד, partic. a nascor. *Cic. de Sen.* Quinque, & sexaginta annos natus. ¶ E re natum, est subito natum. *Quint. l. 4. c. 1.* E re natum exordium. *Apul. de A. A. E.* re nata fallacia. Ubi significatur multebris dolus ad fallendum subito excogitatus, idest ex ipsa re, & negotio exprompturs, non domi ante compositus. ¶ *Pro re nata*, est pro præsenti rerum statu, & uti res nunc se habent. *Cic. Att. l. 7. ep. 8.* Animadverteram, posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire. ¶ Male natus ager, h. e. malæ, sterilisque naturæ. *Varr. l. 1. R. R. c. 6.* Formæ cum duo sint genera, una quam natura dat, altera quam sationes imponunt, prior, quod alius ager bene natus, alius male. ¶ Natus ad aliquid, & alicui rei, *nato per qualche cosa, atto, o buono a qualche cosa*. *Cic. de clar. Or. c. 68.* Pompejus ad omnia summa natus. *Id. in Pison. c. 17.* Natus abdomini, non laudi, atque gloriæ. ¶ Nemo natus, *ninno*. *Plaut. Most. 2. 1. 56.* Tanquam intus natus nemo in ædibus habitet. *Id. ib. sc. 2. v. 21.* Natus nemo in ædibus servat. ¶ *Iterum mihi natus videor*, fermo est impense lætantis, & bonum aliquod insperato consecuti, apud *eumd. Pœn. 5. 2. 117.* & *Capt. 4. 2. 111.*

Natus, us. V. Natu.

Natus, i, subst. m. *figliuolo*, בֵּן, יֶלֶד, נוֹלָד, Germ. *sohn, geborn*, Gal. *né, un fils*, Hisp. *nacido, hijo*, πάϊς, υἱός, filius. *Cic. de Amic. c. 8.* Primum ex ea charitate, quæ est inter natos, & parentes. *Virg. 3. Æn. v. 98.* Et nati natorum, & qui nascentur ab illis. ¶ Natorum appellatio etiam ad nepotes extenditur. *Mod.* ¶ Dicitur etiam de pullis bestiarum. *Col. l. 6. c. 27. de equabus*. Id præcipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit. ¶ Hæc vox fere semper usurpatur, cum in eodem sermone parentum quoque mentio fit. Et in plurali num. sæpius quam in singulari. Cæterum *filius*, aut *liberi* ponitur.

Navale, is, subst. vel navalia, ium, n. *arsenale*, בֵּית אֲנִיוֹת, Ger. *zeughauss, eine schiffstelle*, Gal. *la haure arsenal*, Hisp. *atarazana, arsenal*, νεώσοικος, locus, in quo naves fieri solent, & stant. *Virg. 8. Æn. v. 593.* Diripientque rates alii navalibus? *Cic. 2. Off. c. 17.* Atque etiam ille impensæ meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus. ¶ *Ov. Heroid. ep. 18. v. 207.* & *3. Met. v. 661.* habet navale in sing. numero, sed tamen frequentius in plur. ¶ *Navalierum pro navalium* in genit. multitudinis dixit *Virr. l. 5. c. ult.*

Navalis, & le, o. 3. *navale*, Ger. *des schiffs*, Gal. *de navires, naval*, Hisp. *naval*, ναυτικός, quod ad naves pertinet, ut Socii navales, idest remiges. *Liv. l. 21. c. 50. Cic. pro L. Man* Cujusque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanserat. ¶ Navalis corona dicebatur, quæ donari solebat ei, qui primus in hostium navem armatus transiliebat, *Virg. 8. Æn. v. 684.* Cui belli insigne superbum tempore navali fulgent rostrata corona. ¶ Disciplina navalis, h. e. scientia in navibus pugnandi. *Cic. pro Leg. Man. c. 18.* Rhodiorum, quorum disciplina navalis, & gloria permansit. ¶ Navales pedes, hoc est remiges dixit *Plaut. Men. 2. 2. v. ult. V. Pes.* ¶ Navales socii, V. *Socius*.

Navarchus, chi, m. ναύαρχος, *Capitano di nave*, qui in nave imperat. *Cic. Verr. 7. c. 32.* Si harum civitatum militibus, navibus, navarchis Syracusanus Cleomenes jussus est imperare &c. *Id. ib.* Forum navarchorum sanguine redundavit.

* Navatus. V. Navo, as.

Naubolides, æ, m. Ναυβολίδης, Nauboli filius. *Val. Flacc. l. 1. v. 362.* Hic & Naubolides torras consurgit in undas Iphitus. *Stat. l. 7. Theb. v. 354.* Iphitus acer agit, genitor, cui nuper ademptus Naubolus Hippasides.

Nauci. V. Naucum.

Nauciferus, a, um, adject. &

Nauciferus, a, um, o. 1. 2. quod ad nauclerum pertinet. *Plaut. Asin. 1. 1. 54.* Qui causa mea nauclerio ipse ornatu per fallaciam abduxit ab lenone mulierem. *Id. Mil. 4. 4. 41.* Facito, ut venias huc ornatus ornatu nauclerico.

Nauclerus, ri, m. 2. *nocchiero*, חֹבֵל, Ger. *schiffherr, schiffmann*, Gal. *maitre de navire*, Hisp. *patron de nao*, ναύκληρος, naviculârius, navis dominus, a ναῦς, navis, & κλῆρος, sors, quod navis in sorte ejus sit. Alius est a gubernatore. Gubernatorenim est, qui ad clavum sedet, at nauclerus est navis dominus. *Ibid. l. 19. c. 1.* Differt etiam a navarcho. Navarchus enim est præfectus navis seu classis. *Plaut. Mil. 4. 3. 16.* Cubare in navi lippam, atque oculis turgidis nauclerus dixit. ¶ Est & Cæcilii comœdia. *Non. in Suppilare. c. 1. n. 42.* & alibi.

Naucula, æ, per sync. pro navicula. *Paulin. ad Ciher. v. 247.* Saliens in illam decidisset naucula.

Nauculor. V. Naviculor.

Naucum, vel Naucus, i, *feccia di noce, o di altro*, putamen nucis, & aliarum rerum: item nucleus olivæ. *Festus*. ¶ Translate pro nugis ponitur. *Navius* apud *eumd.* Nostem nauco ducere. *h. e.* noctem totam nugari. ¶ Item pro re nihili. Hinc nauci homo dicitur, *uomo da nulla*. *Plaut. in Parasit.* apud *eumd.* Postremo ambo fumus non nauci. *Id. Most. 5. 1. 1.* Qui timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit. ¶ Nauci facere, *stimar da nulla*, parvi pendere, flocci facere. *Id. Bacch. 5. 1. 16.* Hoc fervum meum non nauci facere esse ausum.

Nave, adverb. V. *Naviter*.

Naufragâlis, le, adjectiv. naufragus. *Martian. Capel. l. 6. pag. 206.* Caprapria naufragalis.

Naufragiosus, a, um, adj. naufragiis, naufragiis plenus, ut mare naufragiosum, apud *Claud. Mamert. l. 1 de stat. anim. c. 1.* Et *Sidon. l. 4. ep. 12.* Naufragiosо pelago conformis est motus animorum.

Naufragium, gii, n. 2. *naufragio*, שִׁבּוּר אֳנִיּוֹת, Ger. *ein schiffbruch*, Gal. *naufrage*, Hisp. *naufragio*, ναυάγιον, navis fractio, vel submersio, licet quandoque pro navigandi periculis, & interdum pro navigationis damno, & infortunio, & jactura sumatur. *Cic. pro Dejot. c. 9.* Itaque cum esset ei nuntiatum, Domitium naufragio periisse. *Id. l. 16. Fam. ep. 9.* Interea qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Translate fumitur pro calamitate, damno, jactura, exitio in universum. *Cic. 4. Fam.* Verfor in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus. ¶ *Ex naufragio tabula*, significat perfugium post ingentem aliquam calamitatem. *Cic. Att l. 4.* Perspice æquitatem animi mei, & ludum, & contentionem Seleucianæ provinciæ, & meam hercule eum Cæsare fuavissimam conjunctionem. Hæc enim me una ex naufragio tabula delectat.

Naufrago, as, neut. 1. *naufragare*, נִשְׁבַּר אֳנִיָּה, naufragium facio. *Perron. in fragm. Tragur. c. 76. Burm.* Omnes naves naufragarunt. *Sidon. ep. 21. l. 4.* Quo plus industrius quisque æquor frequentat, hoc minus naufragat.

Naufragus, gi, m. *naufrago, rotto in mare*, Ger. *der schiffbruchig*, Gal. *qui a fait naufrage*, Hisp. *el que a padecido naufragio*, ναυαγός, qui navem amisit, vel qui navi fracta bona amisit. *Cic. 2. de Inv. c. 51.* Naufragum quemdam narantem, & manus ad se tendentem animadvertunt. ¶ Translate ponitur pro calamitoso, pro eo, qui res suas in desperatis, & profligatis habet. *Cic. in Catil.* Et eodem cæteros undique collectos naufragos aggregaverit. *Id. pro Sylla. c. 14.* Naufragus patrimonio. ¶ Poetæ usurpant & *navisragus*. *Ovid. 5. Trist. el. 8. v. 11.* Vidi ego, navisragum qui riserat, æquore mergi.

Naufragus, a, um, quod ad naufragium spectat, a *navisragus*, per Syncopen, ut a Mare, vel frerum naufragium, naufragia faciens, quasi navisragum, quod ibi naves frangantur. *Hor. l. 1. ad. 16.* ¶ Unde naufraga, quæ naves frangit. *Tibull. 2. eleg. 4.* ¶ Tempestas naufraga, quæ naufragium efficit. *Val. Flacc. l. 1. versf. 584.* ¶ Corpora naufraga; quæ naufragio perierunt. *Virg. 3. Georg. v. 542.* ¶ Legitur & integrum *navisragus*, apud Poetas. *Stat. 5. Theb. v. 41.* Saxa navisraga. *Ovid. 14. Met.* Navisragumque fretum.

Navea, æ, f. νάϊφη, vas oblongum, quo in vindemiis utebantur, a navis, vel a Græco νάπιον, quod cavatum erat, ut navis. *Fest.* ¶ Navia ficus, quædam ficus Romæ, in Comitio, ita dicta ab Actio Navio Augure. *Fest.* ¶ *Capita, aut navia*, ludi genus. V. *Caput*.

Navicella, æ, f. 1. dim. a navicula. *Mart. Dig. l. 33. tit. 7. l. 17.*

Naviculla, æ, f. 1. *navicella*, אֳנִי, πλοιάριον, parva navis, qua vel in mari, vel in flumine circumvehimur. *Cic. 4. Acad. c. ult.* Nos ad naviculas nostras descendimus. *Id. ad Quir. post redit. c. 8.* Navicula trajicere.

Navicularia, æ, f. ναυτιλία, ars navis regendæ, vel potius negotiandi, & quæstum faciendi ex navigatione. *Cic. 7. Verr. c. 18.* Naviculariam te, cum Romam venisses, esse facturum.

Navi-

Naviculâris, re, ad naviculariam pertinens. *Hermogenian. Digest. l. 50. tit. 4. leg. 1.* Patrimonii sunt munera rei vehicularis, item naviculâris, &c.

Naviculârius, rii, m. Ναύκληρος, nauclerus, dominus navis, qui navi præest. *Cicer. Tironi lib. 16. Fam. epist. 9.* Cujus auctoritate naviculârius moveatur. *Id 4. Verr. cap. 55.* naviculârios cum mercatoribus conjungit: ubi videtur intelligere eos, qui navi mercaturam exercent; vel qui navini ad transferendas mercès locant.

Naviculârius, a, um, adject. ad navigandi artem, vel usum pertinens, ut naviculârium onus, l. 2. & 12. *Cod. Theod. de naviculâr.* naviculâria functio, l. 3. *Cod. de navic. prad.*

Naviculâtor, oris, m. idem ac naviculârius. *Cicer. pro lege Manil. cap. 5.* Majores vestri sæpe mercatores, ac naviculatoribus injuriosis tractatis bella gesserunt.

Navicŭlor, aris, d. 1. *barcheggiare*, German. *im schiff fachren*, Gall. *aller en barque*, Hisp. *navigar por plazer*, πλέω, otiosus navicula vehor. Per syncop. est *naviclor*, quo usus *Martial. l. 3. epigr. 20.* Piger Lucrino naviclatur in stagno. Al. leg. *naucullatur*.

Navifrágus. V. Naufragus.

Navigabilis, le, o. 3. *navigabile*, Ger. *schiffreich*, Gal. *navigable*, Hisp. *navegable*, πλωτὸς, πλωτός, quod potest navigari. *Liv. l. 35. c. 44.* Nam simul primum anni tempus navigabile præbuisset mare.

Navigans, antis, *navigante*, πλώτωρ, navigator. *Cic. l. 3. Offic. c. 23.* Non dominus est navis, sed navigantium. *Petron. in Satyr. c. 107.* Nec legem navigantium novarunt. *Plin. l. 6. c. 29.* Fons expectatus navigantibus. *Mart. l. 3. epigr. 64.* Sirenes, hilarem navigantium pœnam.

Navigatio, onis, f. *navigazione*, בֵּית. Germ. *schiffung, schiffart*, Gal. *navigation*, Hisp. *navegacion*, ναυτιλία, πλοῦς, ῆς, actus navigandi, cursus marinus. *Cic. ad Q. Fr. ep. 6.* Ajebant, te prima navigatione transmillurum. *Tacit. 2. Ann. cap. 8* Secunda navigatione provehi. Rursus *Cicer. 16. Fam. epist. 4.* Navigationi se committere.

Navigător, oris, m. qui navigat. *Quint. Declam. 12. cap. 23.* Infelix navigator es cujus votis aura non respondent. Adde *l. 4. Instit. Orat. c. 10.*

Navigātus, a, um, *navigato*. *Plin. l. 6. c. 20.* Navigatus fluvius. *Tacit. de Germ. c. 34.* Immensos lacus Romanis classibus navigatos.

Navíger, a, um, πλοιοφόρος, quod navem ferat, aut fustinet. *Lucr. l. 1. v. 3.* Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes concelebras. *Plin. l. 9. c. 30.* Navigeram similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus. *Ammian. l. 23. c. 20.* Navigeri fluvii.

Navigĭŏlum, li, n. πλοιάριον, עֲבָרָה, parvum navigium. *Lenzulus Cic. l. 12. Fam. ep. 15.* Nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperemur.

Navigium, gii, *naviglio, vascello*, סְפָנָה, אֳנִיָּה, Ger. *schiff*, Gal. *navigre*, Hisp *navio*, πλοῖον, omne genus navis, quo navigamus. *Cic. ade nat. Deor. c. 60.* A. burum sectio maximos ulus adfert ad navigia facienda. ¶ Navigia speculatoria, idem ac naves exploratoriæ, *brigantini, Cæsi. de bell. Gall. c. 26.* Speculatoria navigia militibus impleri jussit. ¶ Accipitur aliquando pro ipsa navigatione. *Scævola Dig. 45. tit. 1. leg. 122.* In omnes navigii dies ducentos sub pignoribus, & hypothecis, mercibus a Berytho comparatis. *Adde Serv. in 1. Georg. v. 139.*

Navigo, as, avi, atum, n. 1. *navigare*, יָרַד, בִּים, Germ. *schiffen*, Gal. *naviger*, Hisp. *navegar*, πλέω, navi iter facio, navi vehor, a *navis*, & *ago*. Proprie enim significat navem agere. *Ulp. l. 1. Dig. Nautæ, caup. stabul. &c.* Nautæ appellantur omnes, qui navis navigandæ causa in navi sunt. ¶ Quin & ipsa navis navigare dicitur. *Id. lib. Dig. Furti adverf. nautas, caupon. &c.* Navigandi causa accipere debemus eos, qui adhibentur, ut navis navigat. *Ovid. 2. de ar. am. v. 9.* Pinus navigat in undis. ¶ Frequentius tamen accipitur hoc verbum pro navi iter facere, & constructur vel absolute. *Cic. 16. Fam.* Si poteris, cum Mescinio navigaefolet is caute navigare. ¶ Vel cum acc. *Cic. 2. Fin c. 34.* Si Xerxes maria ambulavisset, terramque navigasset. ¶ Vel cum casibus communibus. *Cic. ade Inv. c. 51.* Cum jam in alto navigarent. *Sulp. Cic. l. 4. Fam. ep. 5.* Cum ab Ægina Megaram versus navigarem. *Quinct. l. 4. c. 2.* Navigare e porru. ¶ Vel cum abl. instrumenti. *Cic. pro Flacc. c. 14.* Hac classe M. Crassus ab Hæmo in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Macedoniam navigavit. ¶ Utrumque etiam impersonaliter. *Cic. lib. 16. Fam.* Cum recte navigari poterit, tum naviges. ¶ Et impersonaliter finite, idest cum nominativo præcedenti passivorum more. *Plin. l. 2. c. 67.* Septentrionalis Oceanus majore ex parte navigatus est. ¶ *In portu navigare*, Proverb. pro a periculis abesse, tutum esse. *Ter. And. 3. 1. in fi.* Hujus periculo sit, ego in portu navigo. ¶ Translate navigare is dicitur, cujus magna celeritas est. *Cic. pro leg. Manil. c. 12.* Quis unquam tam brevi tempore tot loca adire potuit, quam celeriter Cn. Pompejo duce belli impetus navigavit?

Navis, is, f. 3. *nave*, עֲבָרָה, אֳנִי, Germ. *ein schiff*, Gal. *navire*, Hisp. *navio*, ναῦς, πλοῖον, instrumentum, quo per mare, aut flumina vehimur. *Cic. Verrin. ult.* Ea est ratio instructarum navium, ornatusumque. ¶ Navis Prætoria dicitur, in qua Prætor, vel dux classis navigat, *la capitana*. *Liv. l. 31.* ¶ Navis actuaria, quæ remis agitur. *Cæsi. de B. Gal. & Liv. l. 38.* Navis oneraria, *nave da carico, Cæs. & Cic. 3. Ver.* ¶ Navis vectoria, *nave da trasporto*. *Suet. in Cæs. c. 63.* ¶ Navis longa, hic dicta a figura, *galea, fusta*, quæ velis simul, & remis agitur. *Lentul. ad Cic. l. 12. Fam. epist. 15.* Navi longa profugerunt, onerariis relictis. ¶ Navis piratica, & prædatoria, *nave corsara, Liv. l. 39. Quintil. l. 2. c. 14.* ¶ Navis speculatoria, *brigantino*, leve navigium ad cognoscendas hostium naves, & iter. *Liv. l. 46.* ¶ Navis rostrata, quæ rostrum in prora, seu porrectam cupidem habet. *Liv. l. 46. V. Rostrum.* ¶ Navis aerata, h. e. ære munita ad hostiles ictus, & ad scopulorum impactiones. *Virg. 8. Æn. Cæsi. in B. Civ.* ¶ Navis piscatoria, *barca, o nave pescherecia*. *Liv. l. 33.* ¶ Navis curforia, h. e. ad currendum apta, velox. *Sidi. l. 1. ep. 5.* ¶ His adde, navis tecta, seu conftrata, & navis aperta, de quibus mentio fit apud *Cæsi. l. B. Civ. c. 56. & l. 2. c. 3. & 23. Hirt. & Liv.* ¶ Hinc rationes loquendi, navem, &, in navem conscendere, ascendere, *imbarcarsi, montar sulla nave*. *Cic. 14. Fam. ep. 7.* Navem spero nos valde bonam habere: in eam simul atque conscendi, &c. *Nepos Attic. cap. 7.* Navem conscendit clam, & profugit. ¶ Nave egredi, & e navi, e navi desilire. *Ter. Heaut. 1. 2. 9. Cæsi. l. 4. B. Gall. c. 25 & 26.* ¶ Navem frangere, *patir naufragio*. *Ter. And. 1. 3. 17.* ¶ Subduci naves dicuntur, cum in navalia ex aqua perrahuntur ad faciendum, aut ad cultodiendum, *trar le navi in fecco*. Contra vero deduci, cum ad navigandum in aquam immittuntur, *gettar all' acque*. *Virg. 3. Æn. v. 69.* Vocat Auster in altum: Deducunt focii naves &c. *Id. 1. Æn. v. 551.* Quassatæque ventis liceat subducere classem. ¶ Navem exercere, *condurre, o noleggiare una nave*. *Paul. J Ctus lib. 2. Recept. Sent. tit. 6.* ¶ Instruere, reficere navim, fupplere remigio &c. *Liv. Cic. Tacit. Cæs.* ¶ Translate *Horat. l. 1. ep. 11. in fi.* Navibus atque quadrigis petimus bene vivere, *h. e.* omni conatu, velis remisque. ¶ *Cic. l. 12. Fam. ep. 24.* Una navis est jam bonorum omnium, *h. e.* eadem fortuna. Hinc in eadem navi esse, *esser nella medesima sorte, o pericolo, Id. 2. Fam. ep. 5.* ¶ Est & ablativus *nave*, pro navi *Claudi. l. 1. de rapt. Prof. v. 1.* Inventa fecuit primus qui nave profundum. *Quintil. l. 2. c. 17.* Salva nave in portum pervenire. Adde *Liv. l. 40. c. 4. in fi.*

Navisalvia, æ, f. nomen deæ cujusdam, a salvandis navibus: cui exstant inscripti votivi lapides tres apud *Murator. pag. 98. n. 3. & pag. 1985. n. 5. & 6.*

Navita, æ, m. idem ac nauta, per Epenthesim. *Cic. Att. l. 10. ep. 8.* Navitam ipse audire videor jam evocantem. *Propert. l. 2. eleg. 1. versf. 43.* Navita de ventis, de tauris narrat arator.

Navitas, atis, f. *diligenza*, ἐπιμέλεια, προθυμία, diligentia, strenuitas, celeritas. *Cic. ad Furnium, l. 10. Fam. ep. 25.* Ifta nque operam, navitatem, animum in Remp. celeritati Præturæ anteponendam censeo.

Naviter, adv. *diligentemente*, הֵיטֵב, Germ. *emsiglich*, Gal. *soigneusement*, Hisp. *cuydadosamente*, ἐπιμελῶς, diligenter, strenue. *Cic. in Fam. 5. epist. 12.* Qui semel verecundiæ fines transierit, eum bene, & naviter oporteresse impudentem. *Liv. l. 24. c. 23.* Naviter bellum gerere. ¶ Dicitur & *nave* eodem sensu. *Plaut.* apud *Fest.* Nave agere oportet.

* Naulia. V. Nablia.

Naulum, li, n. *nolo di nave*, שְׂכַר אֳנִיָּה, Ger. *schiffslohn, sd. fuhrlohn*, Gal. *l'argent qu' on baille pour avoir passé une civiere*, Hisp. *nolito, flete del passage*, ναῦλον, pretium, quod vectori pro navigatione solvitur, a voce Græca allata. *Juv. Sat. 8. v. 97.* Furor est post omnia perdere naulum.

Naumachia, æ, f. *guerra navale*, מִלְחֶמֶת בִּים, Germ. *krieg zu wasser, schiff-*

Tom. II.

streit, Gal. *naumachie, guerre ou cumbat sur mer*, Hisp. *pelea naval*, ναυμαχία, navalis pugna, a ναῦς, navis, & μάχομαι, pugno. *Sueton. in Claud. cap. 21.* Naumachiam ante commisit. ¶ Interdum accipitur pro loco, ubi fit pugna. *Suet. in Tib. cap. 72.* Semel tiremi usque ad proximos naumachiæ hortos subvectus est.

Naumachiarii, m. 2. Ναυμάχοι, ἐπιβάτοι, qui prœlium navale committunt. *Suet. in Claud. c. 21.* Proclamantibus naumachiariis.

Naumachiarius, a, um, quod spectat ad naumachiam. *Plin. l. 16. c. 39.* Concremato ponte naumachiario.

Nauo, as, avi, atum, a. 1. *operare con diligenza, impiegar l'opera*, הִשְׁכִּים וְעָשָׂה שָׁלַם, Ger. *mit fleiff thun, arbeiten*, Gal. *s' adonner, s' employer à faire quelque chose*, Hisp. *darse*, προσέχω, studiose ago aliquid, efficio, impleo, mentem, diligentiam in aliqua re adhibeo alterius juvandi causa. *Cic. 2. de Orat. c. 7.* Jam mihi videor navasse operam, quod huc venerim, *parmi d' aver fatto qualche cosa. Id Ap. Pulchro.* Ut illic quoque in te benevolentiam navare possiimus, id est conterere, vel obtendere, & præstare. *Id. Attt. l. 9. epist. 11.* Utinam in hac miseria aliquod Reip. πολιτικὸν opus efficere, & navare mihi liceat. *Id. Attt. lib. 15, epist. 4.* Prope tuis amplissimis ergo me studiis, atque beneficiis tuis operam meam studiumque navare. *Liv. lib. 7. cap. 16.* Fortiter in acie operam navare, *portarsi bene nella battaglia*. *Tacit. 5. hist. cap. 25.* Si Vespasiano bellum navaverint, Vespasianum rerum potiri. *Id. 4. hist. c. 59.* Ceteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit. *Cic. 9. Fam. epist. 2.* Si minus in curia, at in litteris, & libris, ut doctissimi veteres fecerunt, navare Remp. & de moribus ac legibus quærere. *h. e.* curare. Alii leg. *gnavare*, quod idem est. Alii *gravare*. V. *Manut

Naxium, ii, n. Apud *Pl. l.36. c.7.* naxia vocantur cotes in insula Cypro genitæ, ad marmora polienda, & scalpendas gemmas accommodatæ.

Naxius, a, um, adject. ad Naxum insulam spectans. *Propert. l.3.eleg.15.v 28.* Unde tuum potant Naxia turba merum. ¶ Naxius ardor a *Columella* dicitur sidus coronæ Ariadnes. Est enim in fabulis, Ariadnen in Naxo insula Baccho nupsisse, coronamque ejus, quam a Venere dono acceperat, inter sidera ab eodem Baccho relatam.

Naxos, seu Naxus, f. a. *Nisia*, Νάξος, insula maris Ægæi, una Cycladum, cum Urbe cogn. *vino*, & marmore serpentino, & fontibus celebris.

N A N T E E.

Ne, *ακειοσθε non*, μή, μὴ δῆτα, ΝΗ, non, adv. dehortandi, seu prohibendi, a *γέ*, vel *νή*. Subjunctivum modum poscit. *Ter. Eun.* 2. 3. 96. Verum ne post conferas culpam in me. ¶ A Poetis jungitur tam imperativo, quam subjunctivo. *Plaut. Pers.* 4. 3. 20. Abi, ne jura, satis credo. *Virg.* 3. *Æn.* Tu ne cede malis. ¶ jungitur etiam nonnunquam particulæ *utinam*. *Ter. Phorm.* Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. ¶ Ne item adverbium est interrogandi, & alicui voci postponitur. *Virg.* 1. *Æn.* Me ne incepto desistere victam? *Cic. pro Flacc.* Tamen ne isti testes habebuntur? ¶ Est item adv. dubitandi, & ponitur pro *utrum*, vel *an*. *Virg.* 11. *Æn.* Justitiæ ne prius mirer, belli ne laborum? ¶ Oratores ne raro geminant, sed loco posteriori uruntur adverbio *an*. *Cic.* 1. *Off.* c. 3. Honestum ne factu sit, an turpe, dubitant. ¶ Interdum ne omittitur. *Pl. l.7.ep.27.* Velim scire, esse phantasmata, & habere numen aliquod putres, an inania, & vana. ¶ Quandoque habet vim interrogandi, & dubitandi simul. *Ter. Andr.* Datur ne illa hodie Pamphilo nuptum? ¶ In his duabus acceptionibus interrogandi, & dubitandi conjungitur etiam cum *nec* præcedente. *Cic.* 2. *Tusc.* Doleam, nec ne doleam, nihil interesse, *mi dolga, e no.* ¶ Ne etiam conjunctio finalis est. *Cic. in Fam.* 4. *ep.7.* Et ego id semper egi, ne interessem. *Id. de Univ.* Neque is morbus eum posset, aut senectus affligere. ¶ Interdum significat *ut*, subjecto ante adv. negandi *non*, vel alia dictione negativa. *Cic.* 1. 9. *Fam. ep. ult.* Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur una, idest ut aliquid tribuamus. *Id. Att. l. 9. ep. 6.* Timeo, ne non impetrem. ¶ In illo autem *Cic. pro Mil. c.1.* Ne non timere quidem jure aliquo timore possumus. *non* refertur ad *timere*. *Non possumus lasciar di temere senza qualche timore.* ¶ Ufurpatur sæpe cum verbis timendi, & conjunctivum regit. Grammatici docent, in iis, quæ fieri vellemus, adhiberi particulam *ut*, in iis, quæ nollemus, particulam *ne*. *Ter. Phorm. 1.5.* Vereor, ut placari possit. *Id. Andr. 1.1.46.* Hei vereor, ne quid Andria apportet mali. ¶ Sed particulam *ne* etiam in iis, quæ optabilia sunt, legi apud *Cic. Fam. 12. ep. 20.* & alibi, quidam putant. ¶ Conjungitur quoque cum particula *ut*, in quo loquendi genere *ne* videtur redundare, vel addi tantum ornatus causa. Nam *ut ne* idem est, quod *non. Cic. 1. Off.* Ut ne nimis omnia profundamus. ¶ Est quoque conjunctio disjunctiva, significans *neque*, & hoc fere subsequente particula *quidem*, ita tamen, ut inter *ne*, & *quidem* dictio aliqua intercedat, vulgo *né pure*, *né anche*. *Cic. de Am.* Nunquam illum ne minima quidem re offendi. Sunt qui asserant legi *ne quidem* nullo interjecto verbo, apud *Cic. l. 1. nat. Deor. c.24.* & *Phil. 5. c.9.* & *alib.*, item apud *Liv. l.38. c.25.* sed ubique pravotum codicum lectione falsi sunt. ¶ Interdum particula *quidem* subjicitur. *Cic. Q. F. l.2. ep. ult.* Ne paulum otii me habuisse judicaro. *Id 2. Catil. c. 4.* Nemo hon modo Romæ, sed ne ullo in angulo totius Italiæ oppressus are alieno fuit. Alii eam poretatem eripere partibus nostris, ne nunc dulcedine semel capti *fierent* desiderium. ¶ *Ne dicam*, est ut non dicam. *Cic. pro Dejot. cap. 1.* Crudelis Cassior, ne dicam sceleratam, & impium. *Id. Fam. 12. ep. ult.* Non fum tam imbecillo animo, ne dicam inhumano. ¶ *Ne vivam*, ideſt moriar, *possa io morire*, & similes loquendi modi sunt jurantis, ifique utimur, cum quid affeveramus, & sacramento aliquo obtestari, nostram vitam veluti quibusdam precibus devovendo, enitimur. *Cic. Att. l.4. ep.16.* Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, ſi ſcio. Et *alibi*. Ne ſim ſalvus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio. ¶ Sunt & aliæ dicendi formulæ a particula *ne* profectæ, quibus utimur, cum vel orationem publicam habentes, vel privatim ad amicum ſcribentes, poſt rem ſatis explicatam, loquacitatis fugiendæ ſtudio ita dicimus, *Ne vos*, vel *ne te diutius tenam*, *Ne pluribus teneam*. *Ne multis*, *Ne multis*, *Ne plura*, *Ne plur-bus*, *Ne longuſſim*, *Ne longum ſit*, *Ne longum ſuaſum*, &c. ideſt, ut brevi expediam, ut breviter colligam, ad ſummam. *Cic. pro Cluent.* Ne multa: perquiritur a coactoribus &c. *Id. ib.* Ne multis; Dogetes emitur. *Id. ib.* Et, *ne* longum ſit, ſummam omnium vicinorum eſſe in hunc benevolentiam confirmamus. *Hor. l. 1. ſat. 3.* Ne longum faciam, dum tu quadrante lavarum Rex ibis &c. ¶ Ne recte, V. infra ſuo loco. ¶ *Ne funera*, pro non funera, ſeu funera non rite peracta. *Catul. carm.* 63, *v.* 81. Ipſe ſuum Theſeus pro caris corpus Athenis Projicere optavit potius, quam talia Cretam Funera Cecropiæ ne funera portarentur, πάρος ἀπορος. Sic *Ne meus puer*, pro *non meus*, apud eumdem *Catull. epigr.* 21. Et *ne minus* pro non *minus*, apud *Liv. l.24. c.39. ad fin.*

Neæra, f. i. *Νέαιρα*. Nympha, quæ Soli duas filias peperit, Phaethuſam, & Lampetiem.

Neæthus, m. a *Neto*, fl. Magnæ Græciæ, qui per agrum Crotoniatem fluit, cujus oſtia a Crotone 6. M. P. in Bor. diſtant. *Ovid. 15. Met.*

Neapölis, is, f. j. Parthenope, *Napoli*, urbs Campaniæ, Regni Neapolitani caput, Prov. Terræ Laboris primaria, Emporium celeberrimum, maritima ampliſſima, & populoſiſſima, in planitie amœniſſima. ¶ Prius appellata fuit Parthenope, a nomine Sirenis ibi ſepultæ. *Pl. lib. 3. c. 5.* ¶ Appellata eſt Neapolis ab Auguſto. Sed alii narrant, cum a Cumanis eſſet everſa, ingruente acerbiſſima peſte, ita jubente Apollinis Oraculo, ab iiſdem ſplendidius eſſe reſtituram, bonaque civium parte eo translata, ad differentiam veteris urbis, Neapolim appellatam fuiſſe.

Neapolitänus, a, um, adject. *Napolitano*. *Cic. Fam, 13. epiſt.* 30. Una cum reliquis Neapolitapis.

* Neapolitis, is, f. Neapolitana. *Afron.* apud *Non. c.4. n.226.*

Nebris, idis, f. *Νέβρις*, damarum ſive hinnulorum pellis, ex qua veſtes Baccharum fiebant. *Stat. 2. Theb. v. 664.* Nebridas & fragiles thyrſo portare puraſtis Imbellem ad ſonitum. ¶ Ipſe quoque Bacchus iis induebatur. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v.* 605. Talis Erythræis incincta nebrida gemmis Liber agit currus.

Nebriſſa, f. *Lebriſſa*, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ. *Silius l.3. v.393.*

Nebrites, æ, m. *Νεβρίτης*, gemmæ ſpecies, Libero Patri ſacra, a nebricum pellium ſimilitudine, quibus in Liberi ſacris utebantur. *Pl. l.37. c.10.*

Nebrödes, m. j. *Madonia*, mons excelſus Siciliæ, medius inter Ennam ad Or. & Thermas Himeræ ad Occ. ex quo Gelas fl. in Auſtr. fluit, ita dictus a *Νεβρὸς*, *pullus cervi*, propter cervorum, & damarum copiam.

Nebrophönus, i, *Νεβροφόνος*, cervos occidens; nomen eſt canis venatici apud *Ovid. Met. 3. v.221.*

Nebrundines Lanuvini appellant teſticulos, Prænestini nefrones, inquit *Feſt. in Nefrendes*. Et in *Ren.* docet, renes quoque ab antiquis dictos eſſe nefrundines, ſcilicet quia magna eſt renes inter, & teſticulos ſimilitudo. Hæc autem omnia ſunt a *Νεφρὸς*, qua voce tum teſticulus, tum ren ſignificatur.

Nebula, æ, f. i. *nebbia*, עב, ענן, Germ. *ein nebel*, *reiff*, *dampff*, Gal. *brouillard*, *nuée*, Hiſ. *niebla*, ἠερίη, vapor e terra atque aquis ſurgens, qui vel ſtatim evaneſcit, vel in altum ſublatus convertitur in nubem, a Græca voce allata. Differt a nube, quia nebula vapor eſt, ex quo deinde nubes efformantur. Deinde nubes quocumque tempore fieri poſſunt, nebulæ nec æſtate calida, nec nimio frigore exiſtunt. teſte *Pl. l.2. c.60. Sil. l. 6. v.* 181. Tandem exhalavit in auras liventem nebulam fugientis ab ore veneni. ¶ Translate uſurpatur pro umbra, ſeu ſpecie. *Juv. ſat.10. v.4.* Remota erroris nebula. ¶ Item pro materia, ſeu pro ſtylo infato. *Per. ſat.5. v.7.* Grande locuturi nebulas Helicone legunto. ¶ Item pro re viliſſima. *Plaut. Pœn a.1. ſc.2. v.62.* Cujus ego vel nebulæ cyatho ſeptem noctes non emam. ¶ Quaſi per nebulam audire, eſt leviter, & non clare audire. *Plaut. Capt. 5. 4. 27.* Audiſſem quaſi per nebulam, Ægionem meum patrem vocarier. *Id. Pſeud. 1. 3. 47.* Sunt quæ te volumus percontari, quæ quaſi per nebulam noſmet ſcimus. ¶ *P. Laberius apud Petron. in Satyr.* nebulam appellat tenue, & pellucidum amiculum. Ejus verba ſunt; Æquum eſt, palam ſproſtare nudana in nebula linea.

Nebüllo, onis, m. *vano*, *da niente*, רֵיקָנִי, Ger. *lotterbub*, Gal. *homme de néant*, *vaurien*, Hiſ. *picaro*, *βδηρὸς ἄξιος*, *στὶ ωὸς*, homo vanus, levis, nullius pretii. *Donat. in Eun. a.4. ſc.* 8. Nebullo, vel *inanis*, vel vanus, aut mollis, ut eſt nebula, dicitur. *Feſt.* Nebulo dictus eſt, ut ait Ælius Stilo, qui non pluris eſt, quam nebula, aut qui non facile perſpici poteſt, qualis ſit, nequam, nugator. *Ter. Eun. 4. 7. 15.* Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magis eſt. *Cic. Arch. 1.* Nebulonem illum, ſi quo pacto pores, ex iſtis locis amove. ¶ Pro prodigo videtur uſurpare *Hor. l.1. ſat.1. v.103.* non ego avarum Cum veto te fieri, vappam jubeo, aut nebulonem. ¶ Vetus *Scholiaſt.* ad illud Horatii *l... ep. 2. v.28.* Sponſi Penelopes, nebulones, &c. obſervat. Nebulonem a Varrone uſurpatum pro eo, qui obſcuro loco natus ſit.

Nebulo, as, fuliginem offundo, עָנַן, הֶחְאִיר, *Tert. Apol. c.* 35. Cariſſimis lucernis vetibula nebulabant.

Nebulöſitas, atis, caligo, fuligo. *Arn. l. 7. p.* 234. Cœlum vaporum nebuloſitate claudiur.

Nebulöſus, a, um, *nuvoloſo*, Ger. *wolckigt*, Gal. *couvert de nuages*, Hiſp. *nublado*, νεφελοειδὴς, νεφώδης, nebulis tectus, nebulis, & nubibus plenus, *Col. l 2. cap.* 10. Eaque nec macrum, nec nebuloſum locum patitur. *Cic. Tuſc. l. c.* 25. Nebuloſum, & caliginoſum cœlum. *Cat. R. R. c.6.* Locus nebuloſior.

Nec, *ne*, *non*, לֹא, Ger. *ni nicht*, Gal. *ny*, Hiſ. *ni*, *undè*, *δὲ δὲ*, non, neque, adv. negandi, vel conjunctio disjunctiva, ut alii volunt, a *negue*, per Apocopen. Pro ſimplici *non* uſurpavit *Cic. 3. de Leg.* Senatori, qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. *Id. 3. Fin.* Ut alter alterum nec oppinato videremus, ideſt inopinato. Sic *nec recte* pro *non recte* apud *Plaut. Bacch. 1.2. 11.* & *Aſin. 2. 4. 65.* ¶ Fere uſurpatur cum particulis enim, vero, tamen, ſolum, modo, mirum. *Cic. 1. de nat. Deor. c.2.* Nec vero Theophraſti inconſtantia ferenda eſt. ¶ Vel geminate in oratione collocatur. *Cic. de Amic. c. 2.* Nec enim melior vir fuit Africano quiquam, nec clarior. ¶ Interdum videtur non negandi, ſed copulandi tantummodo vim habere. *Cic. in Acad.* Nullam elle artem nec dicendi, nec differendi putant. ¶ Nec mirum; *né è da ſtupirſi*. *Cic. de Amic.* Ab iis longe diſſentimus: nec mirum: nihil enim altum ſuſcipere poſſunt. ¶ Nec nihil, pro aliquid. *Ter. Adelph. 1. 2. 61.* Nec nihil, neque omnia hæc ſunt quæ dicit. ¶ Si *nihil* præponatur, tum *nec* non negat. *Cic. pro Cluent. c. 1.* Ut omnes intelligant, nihil me nec ſubterfugere voluiſſe reticendo, nec obſcurare dicendo. ¶ Reperitur etiam *nec quidem* pro *ne quidem*. *Plin. l. 8. c. 36.* Nec ſomno quidem ſagitanis. *Plin. alter in Paneg. c.* 27. Nec hunc quidem. *Senec. epiſt.* 3. Quia non ſoleas nec ipſe quidem hoc facere. Quidam leg. *Quia nec ſoleas ipſe quidem hoc facere*. *Cicero* quoque *nec quidem* uſurpat *Fam. 6. ep 6.* Nec iis quidem verbis, quibus, *&c.* Sed alia eſt ibi ſententia. Non enim ſignificat *né pure*, ut loca hactenus allata, ſed *e non certamente*, &c. V. Addi tamen ſolent alia ejuſdem exempla *Fam. 3. epiſt. 8. Parad. 4. c. 1. & fragm. l. 7. de republ. &c.* Sed incertæ fidei omnia ſunt. ¶ *Nec* abſolute pro *nec quidem*, *né pure*. *Quint. l. 1. c. 6. prope fin.* (*al. c.* 11.) Quæ nec ipſi jam dicerent: *Pallad. l.1. tit.1.* Aſſeveri ſunt, ut eorum doctrina nec a diſertiſſimis poſſit intelligi.

Necätor, oris, *uccisore*, φονεύς, qui necat. *Lampr. in Com. c.* 18. Necator civium. *Macr. l 1. Saturn c.12.* Marti dicatus, Deo plerumque hominum necatori.

Necätrix, icis, f. *uccidirice*, quæ necat. *Auguſt. de conſ. Evangel. c.13. ante med.* Necatrix Domini lingua Judæorum.

Necatus, a, um, *ucciſo*, *ammazzato*, φονευθείς. *Salluſt. Jugur. c* 50. Uti Jugurtham maxime vivum, ſin id parum procedat, necatum ſibi traderent. ¶ *Nectus* pro necatus, eſt apud *Priſcian. l. 9. & Diomed. l. 1.* ſed nullo latini Scriptoris exemplo confirmatur.

Necdum, adv. *non ancora*, עוֹר לֹא, *μὴπω*, non adhuc, nec adhuc, nondum. *Cic. Att l.6. ep.1.* Caſſius ineptas literas miſit, necdum Bibuli erant allatæ.

Necepſus, i, aſtrologus Ægyptius, artem ſuam ab Æſculapio, & Anubi, quorum magiſter Triſmegiſtus fuit, edoctus Scripſit de mundi geneſim. V. *Firmic. in præfat. lib. 3. & 4.* De eo *Auſon. epiſt. 19. v. 18.* Quique magos docuit myſteria vana Necepſus.

* Necerim, pro *nec im*, nec eum. *Feſtus*.

Neces. V. Nex.

Necesſarie, adv. *neceſſariamente*, באנאה, Germ. *notwendiglich*, Gal. *neceſſairement*, Hiſ. *neceſſariamente*, ἐξ ἀνάγκης, ex neceſſitate. *Cic. 1. de Inven. c.* 29. Neceſſarie demonſtrantur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari poſſunt.

Neceſſarto, adv. idem ac neceſſarie, ſed uſitatius. *Cic. 4. Tuſc. c.* 4. Nullique unius diſciplinæ legibus aſtricti, quibus in Philoſophia neceſſario pareamus.

Neceſſarius, ii, m. *parente*, *amico ſtretto*, מְרֻעֶה, προσήκων, cognatus, affinis, amicus, quo uti familiariter ſolemus, a *neceſſe*, quod in cognatos, affines, & amicos neceſſaria officia præter cæteros conſeruntur. *Feſt. ex Gallo Ælio*. Nonius neceſſarios, affines interpretatur. Sed non ſolum affines, verum etiam cognatos ſignari, oſtendit hic locus *Val. Max. l.2. c.1.* Cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur, ut ſi qua inter neceſſarios querela eſſet orta. *Cic. pro Cluent.* Quam per bonum aliquem virum ageretur, & amicum, neceſſariumque communem, *Id. l.13. Fam. ep.29.* In iis neceſſariis, qui tibi a patre relicti ſunt, me tibi eſſe vel conjunctiſſimum.

Neceſſarius, a, um, *neceſſario*, צָרִיךְ, Ger. *notwendig*, Gal. *neceſſarie*, Hiſ. *neceſſario*, ἀναγκαῖος, id, ſine qua aliquid fieri non poteſt. *Cic. 10. Phil. c.9.* Cum illum neceſſariam, & fatalem pene cæſum non tulerimus. ¶ Sæpe conſtruitur cum dat. vel cum accuſ. & præpoſ. *ad*, vel cum utroque. *Cic. in Fam.* Quod mihi eſſet maxime neceſſarium. *Id. in Or.* Hoc ipſum ad id, quod propoſitum eſt, non eſt neceſſarium. ¶ Neceſſarium carmen quid ſit. V. Legitimus. ¶ Compar. & ſuperl. caret, & pro iis dicimus, *plus*, *minus neceſſarius*, &c. *Terr.* tamen *de habit. mulier. c.* 5. neceſſariores operas dixit.

Neceſſe, n. indecl. *neceſſario*, *ſpesſogno*, ἀναγκαῖον, quod vi aliqua cogente fieri opus eſt. Olim, teſte *Donato*, declinabatur hic, & hæc neceſſis, & hoc neceſſe. *Cic. de opt. gen. Orat. c.*5. In quibus verbum pro verbo non neceſſe habui reddere. ¶ Conjungitur etiam cum nominibus gen. maſc. & fœm. ut nomen *opus*. *Q. Cic. de pet. Conſ.* Comitas tibi neceſſe eſt. ¶ *Neceſſe eſt*, uſurpatur vel cum nomin. & dat. *Cic. pro Syl. c.* 7. Quod tibi neceſſe minime fuit. ¶ Vel cum infinitivo aut expreſſe, aut tacite. *Cic. in Phil.* Ut tibi neceſſe eſſet vomere poſtridie. *Id. Att.* Nihil ſane eſt neceſſe. ¶ Vel cum infinitivo paſſivo. *Cic. 7. Fam. ep.* 31. Acilio non fuiſſe neceſſe meas dari litteras, facile patior. ¶ Vel cum conjunctivo. *Cic. 1. de Orat. c.12* Hæc oratio aut nulla ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione laudatur.

Neceſſitas, atis, f. *neceſſità*, צוֹרֶר, Germ. *notwendigkeit*, Gal. *neceſſité*, Hiſ. *neceſſidad*, ἀνάγκη, vis quædam, quæ nos cogit aliquid facere. *Cic. 2. Off. c.* 16. Datur neceſſitati venia. *Id. 1. de nat. Deor. c.7.* Neceſſitate adſtrictus. *Id pro Roſc Amer. c.*34. Neceſſitate premi. *Hieron. l.3. contra Rufin. c.1. & epiſt.* 10. *ad Furiam*. Facere de neceſſitate virtutem, *far di neceſſità virtù*. ¶ Ultima neceſſitas, pro morte. *Tac. Ann.* 15. *c.* 61. Intromiſitque ad Senecam, qui neceſſitatem ultimam denuntiaret, ¶ Ponitur, & pro rebus neceſſariis, & pro rerum neceſſariarum inopia. *Id. 1. Ann. c.*11. Neceſſitates, & largitiones, *le ſpeſe neceſſarie*, *e le ſuperflue*. *Suet. in Cæſ. c.* 68. Famem, & cæteras neceſſitates toleraverat. *Id. in Tiber. c.*47. Negavit ſe aliis ſubventurum, niſi Senatui juſtas neceſſitatum cauſas probaſſent. ¶ I em pro neceſſariis negotiis, *affari premuroſi*. *Celſ. l.1. c.1.* Intermiſſus propter civiles neceſſitates ordo exercitationis corpus affligit. ¶ Denique pro neceſſitudine, & vinculo affinitatis, vel familiaritatis. *Cic. pro Syl. c.1.* Si noſtram accuſatione ſua neceſſitatem, familiaritatemque violaſſet. *Caſ. l.1. B. C. c.* 8. Se Reipub. commoda privatis neceſſitatibus habuiſſe potiora.

Neceſſitūdo, inis, f. *parentela*, *amicizia ſtretta*, אַהֲבָה, Germ. *blut freundſchafft*, Gall. *etroite amitié*, Hiſ. *amiſtad*, σωνήθεια, οἰκειότης, vinculum inter cognatos, & affines, conjunctio ſanguinis, vel affinitatis, a *neceſſe*. *Cic. pro Sext.* Ademit Albino ſoceri nomen mors filiæ, ſed charitatem illius neceſſitudinis, & benevolentiam non ademit. *Id. pro Quint. c.* 4. Pro fraterna illa neceſſitudine. ¶ Item familiarior quidam uſus amicitiæ. *Cic. l.* 13. *Fam.* Quando omnibus nota noſtra neceſſitudo eſt. ¶ Hinc, neceſſitudine aliquem attingere, *Cic. Ver. 4. c.*10. Adjungere neceſſitudinem ſuam ad bonos viros, *Id. 13. Fam. epiſt.* 11. Conjungere, vel habere neceſſitudinem cum aliquo, *Id. Ver. 6. c.* 65. Eſſe. vel intercedere neceſſitudinem alicui cum altero, *Id. pro Quint. & pro Ligar.* Parare neceſſitudines, *Cæſ. l.* 8. *B. G.* ¶ Amicitiæ neceſſitudines mihi erant cum illo, *Cic. de Amic. amicizia ſtretteſſima*: ¶ Metonymice ponitur pro neceſſario, ideſt cognato, vel affine. *Suet. in Aug. c.*17.

Re-

N E

Remiſſe tamen hoſti judicato neceſſitudines, amicoſque omnes. ¶ Aliquando neceſſitudo idem eſt quod neceſſitas, ideſt vis illa urgens, quæ nos ad aliquid faciendum cogit. *Cic. de Inv. l.2. c.*57. Neceſſitudo eſt, cui nulla vi obſiſti poteſt. *Salluſt. in Catil. c.*61. Neceſſitudo etiam timidos fortes facit.

Neceſſo, as, a. i. *neceſſitare*, אָנַשׁ, אָנַשׁ, *ἀναγκάζω*, neceſſitatem affero, cogo. *Venant. Fortun. l.2. de vita Mart. v.*412. Nam cibus & ſomnus, niſi quod natura neceſſat, &c. Cave uſurpes.

Neceſſum, n. indech. idem ac neceſſe. Olim, teſte *Donato*, declinabatur neceſſus, a, um. *Plaut. Stich. 1.3.46.* Foras neceſſum eſt, quidquid habeo, vendere. *Liv. l.34. c.* 5. Neceſſum eſt, paucis reſpondere.

Necne, *o ne*, אִם אַיִן, particula dubitantis, quæ ſecundo loco ponitur. *Cic.2. Fam. ep.17.* Parti tranſierint, necne, video dubitare neminem, *ſe ſiano paſſati*, *o no. Id. pro Roſc. Com. c.17.* Potueritne ex ſocietate partem ſuam petere, necne.

Necnon, *anche*, *anzi*, גַּם, וְ, &, etiam. *Suet. Veſp. c.*5. Suppliciter, necnon minaciter efflagitantes, *con modi ſupplichevoli, e inſieme minacciuſo. Id de illuſt. Grammat. c.*23. Necnon etiam poemata faciebat ex tempore. *Virg. Æn. 3. v.*352. Necnon & Teucri ſocia ſimul urbe fruuntur. *Sic alibi ſæpe.*

Neco, as, avi, atum, vel necui, nectum, a. 1. *uccidere*, *ammazzare*, הָרַג, קָטַל, Ger. *toedten*, *um bringen*, Gal. *tuer*, Hiſ. *matar*, κτείνω, φονεύω, occido, interimo, interficio, a *νέκυς*, *mortuus*. *Diomedes*, & *Priſcianus* ita diſtinxerunt præterita, ut *necavi* ſit quaſi ferro occidi, *necui*, quaſi ſuffocavi. Verum hoc non ſemper ſervatur. *Curs. l.4. c.*19. Quem tuorum propinquorum necavi? *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep.* 3. Qui plebem fame necaret. *Liv. l.6. v.*787. odore hominem necare. ¶ Nec de homine tantum dicitur, ſed de aliis quoque. *Col. l. 2.* Sic omnes radices herbarum præruptæ necantur. *Pl. l.22. c.25.* Necare legumina. ¶ Translate *Senec. Hippol. v.*455. Quid te coerces, & necas rectam indolem? ¶ Participio *necati* uſus eſt *Enn.* apud *Priſc. l.9.* Hos peſtis necuit, pars occidit illa duellis. Et *Phædr. ſub.* 18. *l.* 4. Colubra necuit hominem.

Necopinans, tis, non opinans, *colto all' improvviſo*. *Cic. Fam. 13. ep.* 18. Eique necopinanti voluntatem tuam detuliſſe. *Phædr. l.5. Fab.* 7. Conciuit gravi cælu necopinantes. *Luer. l.3. v.*973. necopinanti mors ad caput aſtitit. ¶ Sæpe in duas voces dividitur, nec ita.ui re vera poteſt quo modo Veteres ſcripſerint.

Necopinäto, V. Opinato.

* Necopinätus, a, um. *impenſanto*, *inopinato*, ἀδόκητος, παράδοξος, *Cic. 3. Off. c.*10. necopinata quædam bona.

Necopinus, a, um, adjectb. inopinus. *Stat. Theb. 6. verſ.* 592. brevemque fugam necopino fine reperunt. *Sil. l.* 14. *verſ.* 189. Et ſtruit arcana necopina pericula cura. *Phædr. l. 2. fab.* 10. Ipſum accipirer necopinum rapit. ¶ Legitur & *nec opinus* divinum.

Necromantia, æ, f. *negromanzia*, גְּבִירָה, Ger. *weiſſagung auff beſchwornen od. auffer weckten todten*, Gal. *necromantie*, Hiſ. *negromancia*, νεκρομαντεία, divinatio per cadavera, & umbras mortuorum evocatas ad ſua cadavera. *Lactant. l.1. c.16.* Necromantia, & ars magica. Adde *Auguſt. l. 7. de Civ Dei, c.* 35. ¶ Alio ſenſu *Pl. l.35. c.11. de Nicia pictore*, Opera ejus Nemea, Hyacinthus, Liber pater, Necromantia Homeri. h. e. ea Odyſſeæ pars, in qua inducitur Ulyſſes ad inferos deſcendens, & cum mortuorum umbris verba faciens. Sunt qui hic leg. *necyomantia*, quod idem eſt, nam *νέκυς* idem ſonat ac *νεκρὸς*.

Necrophÿtus, a, um, *νεκρόΦυτος*, umbris inferorum dicatus, oblatus per ſacrificium, a *νεκρὸς*, *mortuus*, & Φύω, *ſacrifico*. *Tert. de ſpect. c.*13. Ab idolothytis, & necrothytis voluptatibus abſtinere.

Nectar, aris, n. *nettare*, נֶכֶשׁ, Ger. *der ſuesſer tranck*, Gal. *nectar*, Hiſ. *nectar*, νέκταρ, potus Deorum, ut ambroſia cibus eſt. Græci promiſcue & ambroſiam pro nectare, & nectar pro ambroſia ponunt, ut Anaxandridis, Sapphus, & Alemanis locis comprobat *Athen. l.2. c.2. Cic. l. Tuſc. c.26.* Non enim ambroſia Deos, aut nectare, aut Juventute pocula miniſtrante lætari arbitror. ¶ Per translationem uſurpatur pro quovis vino dulciore, & pro ipſo etiam melle. *Virg. 4. Georg. v.*164. Et dulci diſtendunt nectare cellas. *Stat. l.2. ſilv.2. v.*99. Bacchæum nectar. ¶ *Lucret.* de grato odore *l. 2. v.* 847. nectar qui naribus halant.

Nectacëa, æ, f. herbæ genus, al. Helenion, Medica, Symphyton. *Pl. l.14. c.16.*

Nectaréus, a, um, νεκτάρεος, quod nectaris ſaporem refert, aut odorem. *Mart. l.13. epig.* 108. Falernum nectareum. *Claud. de nupt. Honor. v.*209. nectarei fontes.

Nectarites, m. vel n. porio ex hurba nectarea. *Pl. l.1. c.10.*

Necto, is, nexui, & nexi, nexum, a. 3. *legare*, *annodare*, קָשַׁר, אָסַר, אָזַר, וידבק, Ger. *knuepffen*, *binden*, Gal. *nouer*, *lier enſemble*, Hiſ. *travar*, *nudar*, מְאַגֵּם, ligo, jungo, a *νέω*, quod tam nere notat, tam etiam congerere, ut *Heſych.* docet *Hor. l. 1. od. 29.* Non ante devictis Sabææ Regibus, horribilique Medo nectis catenas. *Cic. de Leg.* Atque ut ex alio alia nectantur. *Propert l.4. el. 5. v.*48. Africus ja glaciem frigore nectit aquas. *Hor. l.1. od.26.* apricos nectit flores, nectit meo Lamiæ coronam. ¶ Translate nectere dolos alicui, eſt dolo circumvenire. *Liv. l.27. c.28.* Ne qui dolus necteretur a Pœno. ¶ Eodem fere ſenſu *Propert. l.3 eleg.9. v.*37. Noſtro nexiſti reria lecto. ¶ Nectere moras, pro morari, *Valer. Flac. l. 3. verſ.* 374. ¶ Nectere cauſas inanes, *portar cauſe frivole*. *Virg. 9. Æneid.* ¶ Nectere carmina, *far verſi*. *Stat. l.2. ſilv. 2. v.*115. ¶ Nectere ſudera. *h. e.* jungere, *Val. Flacc. l.3. v.*593. ¶ Præter. *nexui* legitur in compoſitis. V. *Innecto.*

Nectus, V. Necatus.

Necubi, adv. *che non in qualche luogo*, שֶׁאֵין מָקוֹם, *μήπου*, ne alicubi, ideſt ut ne in aliquo loco. *Liv. l.22. c.2.* Necubi conſiliere coactis neceſſaria ad uſus deeſſent. *Var. l.1. de R. R. c.*45. Videndum, necubi aqua conſiliat. ¶ Ponitur etiam pro ne unquam, ſeu ne aliquo tempore, item pro ne ullo in re. *Liv. l.2.* Necubi Regum deſiderium eſſet. *Lucan. l. 9. v.*1058. Necubi ſuppreſſus peteat gener.

Necunde, adv. *che non da qualche luogo*, מִשּׁוּם, ne ex aliquo loco. *Liv. l.28. c.1.* Necunde ab ſtationibus Punicis conſpiceretur. *Id. l.22. c.23.* Necunde imperus in frumentatores fieret.

Necunquem, nec unquam quemquam. *Feſt.*

Necydälus, m. *c.* νεκυδάλος, genus vermiculi, aut inſecti, quod deinde poſt ſex menſes transformatur in bombycem. *Pl. l.11. c.22.*

Necyomantia. V. Necromantia.

Nedum, adv. *non pure*, *non che*, לֹא אַף כִּי, *μήτι*, אַף כִּי, non ſolum, non modo. Plerumque ſubjicitur, & ſervit parti deteriori, & negatio præcedit. *Cic. Att. l.4. ep.*17. Ut eas ne librariis quidem fere committamus, nedum eruditer. *Id. in Fam. 16. ep.* 8. Vix in ipſis tectis frigus vitatur, nedum in mari, & via ſit facile; abeſſe jab injuria temporis. ¶ Aliquando etiam in primo membro collocatur, vel in ſecundo, etſi non præceſſerit negatio. *Balbus*, & *Oppius ad Cic. poſt ep. 8. l. 9. ad Att.* Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex eventu probari ſolent. *Hor. de ar. poet. v.*68. mortalia facta peribunt, Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia vivax. *Liv. l.7. c.*40. Quem armorum ex iam pro patria ſartietas tenebat, nedum adverſus patriam.

* Nefande, nefarie, ἀρρήτως. *Salluſt. apud Priſcian. l. 14. p.*993. *Putſch.* multa nefande auſi.

Nefandus, a, um, *nefando*, *da non dire*, בְּלִיעַל, יוֹץ, Ger. *ſo ſchandlich daſſ es nicht zuſagen iſt*, Gal. *qui n'eſt point à dire*, Hiſ. *coſa indigna de ſer dicha*, ἄρρητος, quod non eſt fandum. *Cic. de Aruſp. reſp. c.*20. Per nefandum ſcelus. *Virg. Æn. l.* 547. At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi. *Juſtin. l.16. c.4.* Nefandiſſima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit.

Nefans, antis, o. idem ac nefandus, apud vet. *Lucil. l.7.* apud *Non. c.8. n.47.* Tantalus qui pœnas ob facta nefantia lait.

Nefarie, adv. *ſcelleratamente*, ſcelerate, impie. *Cic.2. Verr.* Cum multa in Deos, hominesque nefarie fecerit. *Id. Div. in Ver. c.*12. Quæ libidinoſe, quæ nefarie fecerit,

Nefarius, a, um, *ribaldo*, *nefando*, בְּלִיעַל, Ger. *voller ſchand*, *laſterhafft*, Gal. *plein de toute mechanceté*, Hiſ. *vellaco*, *malvado*, κάκιστος, ἀθέμιτος, nefandus, ſceleſtus, ſacrilegus, profligatus, perditus, nequam, a *ne*, & *fari*, quaſi adeo ſceleratus, ut eum ne fari quidem, hoc eſt nominare debeamus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.*13. Nefarium facinus. *Id. 1. Off.* Nocentem aliquando, & nefarium, impiumque defendere. *Caſ. l.2. B. C. c.*32. Nefarium ſcelus.

Nefas, n. indec. *ſcelleretà*, *ſcelleraggine*, מִרְמָה, Get. *ſchand*, *und laſter*, Gal. *machanceté*, Hiſ. *maldad*, *vellaqueria*, τὸ ἀθέμιτον, ἀσέβημα, impium facinus, & exſecrabile, a *ne*, & *fas*. *Cic. de nat. Deor. c.22.* Quem Ægyptii nefas habent nominare. *Id. pro Mil. c.* 27. Cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. *Juv. ſat.13. v.*54. Credebant hoc grande nefas, & morte piandum. ¶ Sumitur etiam adjective. *Cic. de Sen. c.*5. Nefas eſt dictu. *Hor. l.1. od.* 28. Jovius ſit patientia

Tom. II.

N E

quidquid corrigere eſt nefas. *l. c* quidquid corripi non poteſt. ¶ Interdum uſurp

Negotiatorius, a, um, πραγματικός, adject. ad negotiatorem, vel ad negotium pertinens. *Vopisc. in Firmo c.* 3. Naves quoque ad Indos negotiatorias misit, *navi mercantili*. Sunt qui minus recte legant *negotiarias*.

Negotiatrix, icis, quæ negotiatur. *Tertul. l.* 2. *adv. Marcion. cap.* 3. Bonitas apparituri boni negotiatrix. *Paul. Jctus l.* 33. *ff. de aur. arg. leg.* Cum testatrix negotiatrix fuerit,

Negotiunmius, a, um, adject. nummos acquirens, lucrum afferens. *Apul. lib.* 10. *Metam.* Adventorum negotiunmia basiola.

Negotiŏlum, n. 2. *faccendetta*, exiguum negotium. *Cic. ad Q. Frat. l.* 3. *ep.* 4. *ad fin.* Erit nescio quid negotioli.

Negotior, aris, atus sum, d. t. *negoziare, trafficare*, סחר, נשא ונתן, Ger. *handeln*, Gal. *negotier, s'adonner au negoce*, Hisp. *negotiar*, πραγματεύομαι, ἐμπορεύω, negotia exerceo, mercaturæ operam do. *Cic. l.* 3. *Off. c.* 14. Cum se Syracusas otiandi causa non negotiandi contulisset. *Idem Sarv. Sulp. l.* 13. *Fam. ep.* 17. M. Curius, qui Patris negotiatur. *Col. l.* 12. *in præfat.* Negotiari aliquo genere mercaturæ. ¶ Negotiari animas. *Plin. l.* 7. *cap.* 29. *de medicis*. Nec dubium est, omnes istos famam non aliter aliqua aucupantes animas statim nostras negotiari, hoc est anima, & vita nostra ad quæstum, & negotiationem suam aburi.

Negotiosĭtas, atis, f. negotiorum, seu rerum agendarum multitudo. Ita vertit *Gel. l.* 11. *c.* 16. græcam vocem πολυπραγμοσύνη.

Negotiōsus, a, um, *pieno di faccende*, Ger. *handels-mann*, Gal. *qui a beaucoup d'affaires*, Hisp. *que tiene muchos negocios*, πραγματικός, negotii plenus. *Cicer. pro Mur. c.* 8. Provinciam Hostiensem non tam gratiosam, & illustrem, quam negotiosam, & molestam. ¶ Negotiosi dies, professi, diebus sacris oppositi. *Tacit. l.* 13. *Ann. c.* 41. Eoque oportere dividi sacros, & negotiosos dies, *giorni da lavorare*. ¶ Negotiosam pergum a *Plauto* dicitur *Mil. v.* 537. quod plagis exercetur. ¶ Gradus sunt *negotiosior* apud *Sen. l.* 2. *de ira c.* 13. *Negotiosissimus* apud *Aug. ep.* 55.

Negotium, tii, n. 2. *negozio, affare*, מסחר, עסק, דבר, Ger. *ein geschefft*, Gall. *négoce*, Hisp. *negocio, negocio*, πρᾶγμα, occupatio in aliqua re, a *nec*, & *otium*, quasi non otium, hoc est opus, seu operatio, *e* in *g* converso. *Cicer. l. Offic.* Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. ¶ Aliquando accipitur pro labore, opere. *Cic. Fabio*. Plurimum in eo negotii habui. ¶ Aliquando pro cura, molestia, sollicitudine. *Cic. Att.* Negotium magnum est navigare, atque id mense Quinctili. ¶ Aliquando pro controversia, vel dissensione. *Cic. Att. lib.* 7. Video, mihi cum homine audacissimo, parcissimoque negotium esse. ¶ Item pro remedio. *Plaut. Cæsp.* 3. 3. 10. Neque de hac re negotium est, quin male occidam. Idest nullo remedio occurri potest, *non v'è negozio*. ¶ Item pro mercatura. *Horat. l.* 1. *ep.* 6. *v.* 33. Cave, ne portus occupet alter, Ne Cybiratica pr Bithyna negotia perdas, ¶ *Ita negotium est*, ita oportet, sic res postulat. *Plaut. Mil.* 2. 6. 43. ¶ Est mihi negotium, *ho interesse*. *Ter. Adel.* 4. 5. 8. Mirabar, quid hoc esset negotii tibi? ¶ *Negotium dare*, est jn mandatis dare, mandata dare, *dar' incombenza*. *Cic. l.* 5. *Fam.* Non haberi, cui potius id negotii darem, quam Tullio scribæ. *Id. in Prat. urb.* Negotium dat illis nequissimis comitibus, ut videant, & intelligant. ¶ *Facessere negotium*, est molestiam exhibere. *Cicer. App. Pulch.* De temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent. ¶ Eodem pacto dicitur, negotium alicui exhibere. *Id. l. negot. Deor. c.* 30. pro quo *Paul. Jctus l.* 11. *receptæ sentent. tit.* 5. comparare alicui negotium, dixit, & *Quintil. l.* 5. *c.* 12. Negotium facere. ¶ Nullo negotio, *facilmente*. *Cicer. ad Att.* Quod nullo negotio facere amicum mihi Cæsarem. ¶ Et per interrogationem. *Id. l. Tusc. cap.* 6. Quid est negotii, hæc pocturam, ac pictoribus poriretta convincere? *che gran faccenda?* ¶ Suum negotium bene gerere, *far la sua parte, far bene i fatti suoi*. *Cic. pro Quint.* ¶ Negotium conficere, curare, procurare, agere, & similia quamplurima *Ciceronis* passim sunt, & aliorum.

Negritŭs, in auguriis significat ægritudo. *Fest.*

Negupiāte, in carmine Cn. Marcii varis significat, negare, cum dixit: Quamvis movemtium duorum negumare. *Festus*, ubi al. leg. *negimare*, vel *negunare*. Verba autem Marcii ita legit *Scalig.* Quamvis indutium duorum, negunate, *h. e.* quamvis bonum faerit jnirium, tamen negate semper futurum.

Nelēides, æ, vel per Synæresin Nelidēs, in. 1. filius, vel alius ex posteris Nelei. *Ovid. 12. Met. v.* 553. Bis sex Nelidæ fuimus.

Nelēius, a, um. V. Nelēus.

Nelēus, in 2. Νηλεύς, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui a Pelia fratre pulsus ex Thessalia in Lacaoniam venit, ubi Pylon urbem condidit, cujus Rex fuit. *Hom. 11. Odyss.* Huic uxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni Regis filia, ex qua duodecim filios suscepit, quos postea omnes una cum patre, præter unicum Nestorem tum forte ablegatum, Hercules everfa Pylo interfecit. *Ovid. 12. Metam. v.* 577.

Nelēus, & Nelēius, a, um, adject. a Neleo. *Ovid. 6. Metam. v.* 418. Et Nelea Pylos. *Id. Heroid. ep. 1. v.* 63. Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arva.

Nelīdes, æ, m. Νηλείδης, filius aut nepos Nelei, qui fuit Nestoris pater. *Ovid. 12. Met. v.* 553. Bis sex Nelidæ fuimus, conspecta juventus. *Val. Flac. l.* 1. *v.* 388. Nelidesque fericlymenus.

Nema, atis, n. Νῆμα, *filum*, a νέω, *neo*. Hinc nema sericum. *l.* 16. *ff. de Publican.*

Nemæus, & Nemēus, a, um, Νεμαῖος, & Νέμειος, ad Nemeam pertinens, Nemæus, *Hieronym. contra Vitilact. in Jov.* Aprum Erymanthium, & Leonem Nemæum. *Fest. in Peribŏias, & Hygin. fab.* 273. Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit. ¶ *Nemæus* usitatius est.

Nemausiēnsis, e, adject. ad Nemausum urb. pertinens. *Plin. l.* 3. *c.* 4. Nemausiensis attributa oppida.

Nemausum, i, n. *Nimes*, urbs Galliæ Narbonensis trans Rhodanum, Amphitheatrum Romanum ad hæc usque tempora conservans. *V. Lips. de Amphitheatro. Plin. lib.* 3. *cap.* 4.

Nemēa, æ, vel Nemee, es, f. 1. *Tristena*, Νεμέη, oppid. Peloponnesi, in Argia, Cleonis proximum, inter Cleonas, & Phliuntem, medium inter Sicyonem in Cisr. & fin. Argolicum in Eur. quo nomine etiam tota regio appellata est. ¶ Eodem nomine est juxta oppidum sylva, & rupes, ubi Hercules leonem immanis magnitudinis interfecit. In cujus rei memoriam ludi postea in honorem Herculis instituti sunt, qui Nemei dicti. *Plin. lib.* 19. *cap.* 8. Hinc *Virg. Æn.* 8. *v.* 295. Et vastum Nemeæ sub rupe leonem. *Martial. lib.* 1. *epigr.* 27. Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem &c. *Stat. lib.* 1. *Sylv. v. vers.* 5. frondentis Nemees alumnus.

Nemæus, a, um, Νεμαῖος, adj. ad Nemeam pertinens. *Ovid. 9. Met. v.* 235. Congeriem sylvæ Nemæo vellere summam. ¶ Nemeæa certamina, quæ in honorem Herculis in sylva Nemees celebrari consueverunt: quorum victores apio coronabantur. Alii volunt institura fuisse in honorem Archemori pueri in ea sylva a serpente occisi;

* Nemesiăci, *Cod. Theod. l.* 9. *t.* 7. *p.* Superstitiosi quidam homines erant, qui, simulacra deorum circumferentes, falsam divinationem vendirabant. *Gothofred.*

Nemēsis, is, f. Νέμεσις, Dea quædam, filia Justitiæ, ut quidam volunt, Jovis, ut alii, quæ præmiis bonos ornat, & iniquis pœnas reponit. Habita est etiam superborum ultrix, teste *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 22. ¶ Quidam eamdem esse ac Fortunam dixerunt. Eadem *Rhamnusia* dicitur, quod in Rhamnunte Asiæ oppido templum, & simulacrum Phidiacum habuerit. Romani quoque huic Deæ templum dicaverc. *Stat. l.* 13. ¶ Hoc etiam nomine Tibulli amica appellata est.

Nemestrīnus, m. 2. Deus nemorum. *Arnob. l.* 4. *pag.* 132.

Nemetes, m. 3. *pop.* Germ. super. ad Rhenum, quorum urbs Nemetum, Noviomagus, Spira. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 52.

Nemeturĭcus, a, um. Nemeturicam pirem laudat *Colum. l.* 12. *cap.* 20. 22. & 24. & in Liguria conseri tradit: unde videtur dicta a Nemeturicis, seu Nementuris, qui inter Alpinos populos recensentur in inscriptione trophæi Alpium, apud *Plin. l.* 3. *c.* 20. Sed hæc valde incerta sunt.

Nemĭcus, a, um. V. Nemæus.

Neminĭcŭla, m. 2. fons agri Reatini, qui ortum mutans, annonæ quoque mutationem portendit. *Plin. l.* 2. *c.* 103.

Nemo, neminis, com. אין איש, לא איש, Germ. *niemand*, Gal. *nul, personne, aucun*, Hisp. *ninguno, nadie*, οὐδείς, nullus homo, a, *ne*, & *homo*, vel potius a *ne*, & prisco *hemo*. *Fest.* Dicitur de solis hominibus. *Cic. l. de Orat.* Nemo ingemuit, nemo inclamavit parricidium. *Plaut. Cas.* 2. 2. 12. Vicinam neminem amo merito magis, quam te. ¶ Per pleonasmum a *Terentio, Catone, Cicerone* dicitur *nemo homo. Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 55. Ut hominem neminem pluris faciam. *Id. Act. l.* 3. *ep.* 2. Neminem omnium hominum pluris facio. ¶ Usurpatur & cum præposit. *e, ex, de. Cicer. pro Font.* Nemo ex tanto numero est, quin &c. *Id. l.* 1. *Fin.* Sic ut plura nemini ex nostris. *Id. l.* 1. *de Or. c.* 43. Nemo de iis, qui peritissimi sunt. ¶ Nemo alius, *niun'altro*. *Cic. Attic. l.* 11. *ep.* 9. Alium, cui commendem, habeo neminem. ¶ *Nemo quin, nemo qui non. Cicer. 6. Fam. ep.* 4. Nemo est quin cogitet. *Id. 5. Tuscul. c.* 22. Adhuc neminem cognovi poetam, qui sibi non optimus videretur. ¶ *Nemo non*, pro omnes, *non nemo*, pro aliquis. *Cic. de Amic. c.* 26. Aperte adulantem nemo non videt. *Plin. l.* 14. *c.* 4. Cui currituræ non nemo ad spectandas uvarum strues. ¶ Sic, *nemo unus*, & *nemo nemo*, pro nullus omnino. *Liv. l.* 9. Nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana starer. *Apul. ad Heroid. l.* 4. *c.* 5. Unus omnes artis partes confequi nemo poterit. ¶ Aliquando, sed raro, de aliis rebus usurpatur, præter hominem. *Prudent. in Rom. v.* 744. Dies nemo. ¶ Item pro illus. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 14. Contingit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut, & *non so, se ad altri*. ¶ Jungitur interdum *nemo* cum negationibus, quæ nihil efficiunt. *Ter. Eun. t.* 2. 67. Habeo hic neminem neque amicum, neque cognatum. *Liv. l.* 3. *c.* 11. Nemo non lingua, non manu promptior in civitate habebatur. ¶ Significat aliquando *nullius momenti*. *Cic. 7. Attic. epist.* 3. Me moverat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas.

Nemoralis, & le, o. 3. *di selva*, ὑλικός, quod ad nemus pertinet. *Martial. lib.* 13. *ep.* 19. Mistæ præcipuos nemoralis Aricia porcos. *Idest* quæ est juxta nemus, vel quæ nemoribus circumsepta est. *Ovid. l.* 1. *de arp. am. v.* 259. Templum nemorale Dianæ. *Id.* 3. *Amor. eleg.* 1. *v.* 5. Umbræ nemorales.

Nemorensis, & se, o. 3. ὑλικός, ad nemus pertinens, idem ac nemoralis. *Columm. l.* 9. *fub fin. c.* 4. Ex omnibus ægterrimæ notæ mel habetur nemorense. ¶ Nemorensis rex, erat Rex sacrorum in nemore Dianæ, quod erat in sinistra via, qua Ariciam itur. Lucus enim ille, teste Sipontino, peculiariter nemus appellabatur. *Suston. in Calig. cap.* 35. Nemorensi Regi, quod multos jam annos potiretur Sacerdotio, validiorem adversarium subrogavit.

Nemoricultrix, icis, f. nemus incolens, ut fus nemoricultrix apud *Phadrum l.* 2. *fab.* 4.

Nemorivăgus, a, um, ὑλονόμος, quod in nemore vagatur. *Catul. carm.* 62. *de Attj, v.* 72. Ubi cerva sylvicultrix, ubi aper nemorivagus.

Nemorōsus, a, um, ὑλώδης, nemoribus abundans. *Virg.* 3. *Æn. v.* 270. Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Nemos, f. Nemus, *Nemi*, castr. Latii, in Campania Romana, juxta lacum Nemorensem, in colle.

Nemosĭus, i, urbs metropolis Avernorum. *Lucan. l.* 1. *v.* 419.

Nempe, adv. *certamente, appunto, cioè*, כי, אמנם, Ger. *nemlich*, Gall. *c'est à dire, à savoir*, Hisp. *es a saber*, δηλαδή, nimirum, quippe, scilicet, videlicet, a *nam*, & *pe*. Pe autem est a Græco πε, vel πη. *Plaut. Men.* Nempe jubes? M. Jubeo hercle vero. *Cic. pro Flac.* Si dat tantam pecuniam Ephesi, nempe idcirco dat, ne rata sit emptio. ¶ Sæpe adverbium est confirmantis, seu respondendi vim elegantem habet post nostram ipsorum interrogationem. *Cic. pro Mil. cap.* 6. Quid ergo tulit Pompejus? nempe ut quæreretur. *Plaut. Merc.* 4. 4. 36. Scio jam quid velis: nempe hinc me abire vis. *Ly.* Volo, inquam. *Cic. Tusc.* 5. *cap.* 5. Nempe negas, ad beate vivendum satis esse virtutem? *Sicchè dunque tu neghi*.

Nemus, ŏris, n. *bosco, selva*, יער, Germ. *ein lustwald*, Gal. *bois*, Hisp. *bosque, monteda, soto*, Νέμος, ὕλη, sylva, præsertim quæ voluptatis causa comparata est, & in qua greges, atque armenta pascuntur, a νέμος, quod a νέμω, *pasco. Fest.* Nemora significant sylvas amœnas. *Cicer. de Arusp. Resp. cap.* 11. Hanc, inquam, accepimus agros, & nemora cum quodam strepitu, fremituque peragrare. ¶ Differt nemus a sylva, inquit *Valla*, quod hæc cædua est; a luco, quia religiosus est; a salta, quia in eo jumenta pascuntur. Verum si traditæ etymologiæ fidem adhibemus, nemus, & saltus idem sunt. Cæterum hæc omnia promiscue a latinis scriptoribus usurpantur.

Nemut, nisi etiam, vel nempe. *Cato* apud *Festum*.

Nenia, seu næniæ, & neniæ, arum, f. 1. נהי, קינה, Νῆνις ἀπὸ, ἐπῳδός, μοιρολόγια, carmen funebre, præcipue ultimum illud, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiam ante cadaver sepulcrum. *Cic. 2. de Leg. c.* 24. Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantu ad tibicinem prosequantur, cui nomen neniæ, quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. *Fest.* Næniæ est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. *Non.* Nenia inepta, & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ præfica dicebatur, iis, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberet. Adde *Quintil. l.* 8. *c.* 3. *Hinc. Sueton. in Augusto. c.* 100. Funus triumphali porta ducendum, canentibus neniam principium liberis. ¶ Apud *Sidon. l.* 7. *ep.* 17. Nenia sepulcralis est epitaphium sepulcro inscriptum. ¶ Translate dicitur de quocumque lugubri carmine. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 32. Id fuit nenia ludo. *h. e.* id ludum in fuctum mutavit. *Id. Trucul.* 2. 1. 3. Huic homini amanti mea hera dixit neniam de bonis: nam fundi & ædes obligatæ sunt ob amoris prandium. *Id. Bacch.* 4. 8. 48. Te faciam, si tu me irritaveris, confossiorem foricina nenia. V. *Confossus*. *Horat. l.* 2. *od.* 1. *post enumerata mala ex bello civili*: Sed ne relictis Musa procax jocis Cæa retractes munera neniæ. Ubi simul innuit, a Simonide Cæo hoc genus carminis primum institutum fuisse. ¶ Item de quovis sermone, aut scripto ingatorio, aut nullius momenti. *Horat. lib* 1. *ep.* 1. *v.* 62. Roscia, die sodes, melior lex, an puerorum nenia? *Phædr. l.* 3. *v.* 10. *in prol.* Legesne potius viles neniasque? ¶ Denique nenia est genus edulii fruttillatim concisi, ut docent Interpretes ad illud *Arnobii l.* 7. Quid tædæ, quid neniæ, quid offæ?

Nenia, f. 1. Dea, quæ funeribus, seu carminibus funebribus præerat, cui sacellum a Romanis dedicatum fuit extra Portam Viminalem. *Fest. Augusc. l.* 6. *de Civ. c.* 9.

Nenu, non, apud veteres, *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 80. Nenu molestum est. *Lucret. l.* 4. *v.* 713. Nenu quennt rapidi contra confistere leones.

Neo, es, evi, etum, a. 3. *filare*, טוה, Ger. *spinnen, nehen*, Gal. *filer*, Hisp. *hilar*, Νέω, νήθω, ἀγαθέω, filum torqueo, vel duco. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Superque omnia netur, ac texitur lanæ modo, & sine laca. *Ovid de medicam. faciei, v.* 14. Assiduo durum pollice nebat opus. *Id. 2. Fast. v.* 771. Sic sedit, sic culta fuit, sic stamina nevit. *Tibul. lib.* 3. *eleg.* 3. *vers.* 36. Stamina quæ ducunt, quæque futura nevit. Ubi *nevit* pro *nent* positum est, pleonasmo *v. Scaliger* hoc loco *neunt* non a *neo*, sed a *neo* ducendum putat, quemadmodum *abnueo* pro *abnuo* dixit *Ennius*. Verum si a *neo*, sit, *neeunt* dici debere videtur. Alii putant hic usurpari *neo, neis*, in tertia conjugatione. ¶ *Ovid. lib.* 1. *de Pont. el.* 8. *vers.* 64. Nerunt fatales fortia fila Deæ. *Just. l.* 1. *cap.* 3. Invenit eum colo nentem. Participip. *netus* V. suo loco.

Neōcŏrus, i, νεωκόρος, qui templi custodiam habet. *Firmic. l.* 3. *c.* 7. & *l.* 4. *c.* 7. & *Inscript.* apud *Gruter. pag.* 1102. *n.* 2. ¶ Aliquando ipsi populi & civitates *neocores* se dicebant, in quorum regione templum erat totius provinciæ commune, & publica omnium cura tuendum. Ita Ephesii propter templum Dianæ appellantur neocori, quasi ejus æditui.

Neomenia, f. 1. νουμηνία, חדש, novilunium, vel prima dies Lunæ, aut mensis. Græci enim suos menses ad Lunæ cursum dirigebant, & a primo novilunii die menses suos auspicabantur. Hinc ad neomenias latinas; proverb. apud *Hieronym.* quod idem est ac, ad calendas græcas; h. e. nunquam.

Neophȳtus, i, m. νεόφυτος, νέ, recens plantatus. Ita dicitur metaphorice, qui recens Christianæ religioni nomen dedit. *Tertul. adversf. Hæret. c.* 41.

Neoptŏlemus, i, m. 2. Νεοπτόλεμος, cognomen Pyrrhi filii Achillis, a νέος, *novus*, & πολεμέω, *bello*, quod admodum puer ad bellum Trojanum ductus fuerit. *Cic. 1. de Am.* & 2. *Tusc. c.* 1. & *Serv. in* 2. *Æn. v.* 263. ¶ Item rex Molossorum, pater Olympiadis, quæ Alexandrum M. genuit. *Justin. l.* 7. *c.* 6.

Neosŏtrophium. V. Neosŏtrophium.

Neoterĭce, adv. nove, recens, *modernamente*. *Ascon. Pædian. in Divin. Ver. c.* 4. *ad fin.* Hoc leviter a Cicerone dictum, & neoterice putant.

Neoterĭcus, a, um, νεωτερικός, חדש, juvenis, recens, a νεώτερος, *junior*, ut Scriptores recentiori, quibus antiqui opponuntur. *Aurel. Vict. de orig. Gentis R. in prine.* Ut quisquam neotericorum asseveravit.

Nepa, æ, f. *scorpione*, עקרב, Ger. *scorpion*, Gal. *scorpion*, Hisp. *alacran*, ἀκρίς, animal venenarum, cauda feriens, alio nomine *scorpius*, cujus natura est, ut in parietum latibulis delitescat, &, cum aliquid senserit, retrocedat. *Festus* dubitat, num cancer sit, an scorpius, nempe quia utroque modo veteres usi, pro cancro *Plautus*, ut *Vopisc* placet, pro scorpio *Tullius in Arateis*. *Plaut. Cas.* 2. 8. 7. Recessim dabo me ad parietem, imitabor nepam. *Cic. lib.* 5. *de Fin. cap.* 15.

Cornibus uti videas boves, nepas aculeis. ¶ Ponitur & pro scorpio signo cœlesti. *Cic. 2. de nat. Deor. cap.* 42. Atque oculos urget pedibus, pectusque Nepai, ubi *Aratus* habet, σκόρπιος, ὁ δὲ σκαμεύς, τε, &c. *Colum. lib.* 11. *cap.* 2. Pridie Non. Maji Nepa medius occidit. ¶ Ipsa vox Afra est origine, teste *Festo*.

Neparcus, a, um, adject. non parcus, *Plaut. Pseud. l.* 1. 77. Id quidem tibi neparcus dabo. Ita leg. Acidalius. Alii *ne parsit*, h. e. ne pepercerit.

Nepenthes, n. indecl. νηπενθές, h. e. tristitiam, & dolorem fugans, a νη particula privativa, & πένθος, *luctus*. Hoc nomine vocatur herba, quam quidam eamdem ac bugloslon esse putant, quod vino injecta hilaritatem inducat. *Plin. l.* 21. *c.* 21. & *l.* 25. *c.* 2. & 8. ¶ Vox est ab *Homero* primum usurpata *Odyss. v.* 221. ubi consule ejus Interpretes.

Nepēta, æ, f. *nipitella*, herba, alio nomine pulegium agreste. *Plin. l.* 20. *c.* 14. & *Col. lib.* 5. *cap.* 7.

Nephēle, es, uxor Athamantis, mater Phryxi, & Helles. Hinc

Nephelæus, a, um, adject. ad Nephelem pertinens, ut Nephelæum pecus, idest aries aurei velleris, qui Phryxum, & Hellen Nepheles filios per mare vexit. *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 56.

Nephelēias, adis, f. patronym. filia Nepheles. *Lucan. l.* 9. *v.* 956. Qua pelago nomen Nepheleias abstulit Helle.

Nephelēis, idis, patronym. fem. h. e. Helle Nepheles filia. *Ovid. 11. Met. v.* 195. Augustum citra Pontum Nephelēides Helles.

Nepos, ōris, m. 3. *nipote*, נכד, Ger. *enckel od. kindskind, sohl*, Gal. *neveu*, Hisp. *nieto*, ἔγγονος, qui ex filio, filiave natus est, a *nec*, quasi qui nec, *Festo* teste, ut *Theocritus*, & *Apollinius*. *Cic. pro Dejot. cap.* 1. Qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit. ¶ Sunt qui filium fratris appellent *nepotem* Italico more. Sunt etiam, qui adjectione facta dicant *nepotem ex fratre*; quod multis Eruditis placuit, nondum tamen exemplo Latino probatum est, nam *nepos ex fratre* idem est ac *fratris nepos*, h. e. is, qui ex filio, filiave fratris genitus est; quod autem de filio fratris dicimus, idem intelligendum est de filio sororis. *Cajus l.* 7. *de leg. tut.* Veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, nepoque ex eo. *Leg. Nemini* 17. *Cod. de nupt.* Nemini licet contrahere matrimonium cum sorore, sororis filia, & ex ea nepte. *Tacit. l.* 3. *Ann. c.* 30. Sororis nepotem in nomen adscivit, *h. e.* natum ex filio, vel filia sororis. *Suet. in Cæs. cap.* 27. Cæsar Octaviam sororis suæ neptem Pompejo derulit, h. e. filiam Atiæ, quæ nata erat ex Julia Cæsaris sorore. ¶ Qui putant fratris sororisve meæ filios dici etiam *fratris sororisve nepotes*, vel *nepotes ex fratre*, *aut sorore*, afferunt locum *Suetonii in Cæs. c.* 83. ubi ait: *Cæsar pres instituit heredes sororum nepotes*, C. *Octavium*, Q. *Pedium*, & L. *Pinarium*, quia scil. Pedius & Pinarius nati erant ex Julia Cæsaris sorore. *Sed Suetonius* per figuram Ἑλληνισμοῦ conjunxit Pedium & Pinarium cum Octavio filio Atiæ, de qua supra. ¶ Igitur nullum est speciale cognationis nomen, quo filius fratris sororisve meæ appelletur, sed communiter dicitur a Latinis *fratris filius, sororis filius*, qui ab Italis *nipote*. ¶ Ceterum non est negandum, procedente Linguæ Latinæ ætate, & a prisca puritate recedente, usurpari cœpisse *nepotem*, & *neptem* pro fratris, vel sororis filio, vel filia. Afferri enim possunt hæc de re exempla ex *Inscriptionib. Reines. classi.* 8. *n.* 37. *Ambrosl. l.* 6. *ep.* 48. *Venant. Fortun. l.* 6. *carm.* 4. *v.* 16. &c. ¶ Sic *nepos ex fratre* pro filio fratris legitur *in Chronico Eusob.* a *D. Hieronymo in Latinum verso prope fin. Oros. l.* 7. *c.* 28. *Spartian. in Hadrian. c.* 2. &c. Sed de tota hujus vocis controversia, atque usu V. *epistolam Jacobi Facciolati, editam una cum ejus Orationib.* ¶ Quandoque nepotes vocantur posteri, & quidem proprie per patrem & avum descendentes. *Virg. 6. Æn.* Forte recensebat numerum, carosque nepotes. ¶ Poetæ per catachresin transferunt hoc nomen etiam ad posteros, qui per fratres & soroses descendunt. Itaque *Ovid.* Jul. Cæsarem nepotem Cupidinis appellant, quod genus suum duceret ab Ænea uterino Cupidinis fratre, *l.* 3. *de Pont. ep.* 3. *v.* 62. Cæsar, ab Ænea qui tibi fratre nepos. ¶ Nepotes etiam dicuntur posteri qualescumque. *Horat l.* 2. *od.* 13. in nepotum perniciem, opprobriumque pagi. ¶ *Nepos* pro nepris antiquum est. *Enn. apud Non. c.* 3. *n.* 147. Ilia dia nepos, quas ærumnas perculisti. *Inscript.* apud *Grut. pag.* 678. *n.* 11. Etereia Fortunata nepoti fuæ. Adde *p.* 417. *n.* 4. & *p.* 477. *n.* 5. ¶ Nepos etiam dicitur de bestiis. *Col. l.* 6. *c.* 37. *de mulis*: Itaque ejusmodi admissarius nepotibus magis, quam filiis utilior est. ¶ Translate nepotum nomen prodigis impositum est, tum quia avi indulgentiores esse solent, quam parentes; tum quia si pueri parentibus orbati, avorum hæreditatem consequantur, eam plerumque male administrant. *Cic. in Rul* 2. *cap.* 1. Ut sit non minus in populi R. patrimonio nepos, quam in suo. *Id. Catil.* 2. *c.* 4. Quis ganeo? quis nepos? quis adulter? ¶ Per translationem etiam nepotes vocantur tenellæ vitium fruticationes, quæ postremo loco exoriuntur, ita dictæ, quod ad successionem veterum palmitum veluti nepotes in majorum suorum locum succedeant, vel a nepos, qua prodigum notat, quod nulli alteri rei sint utiles, quam absumendis vitis alimentis, cum ipsæ uvas non ferant. *Col. l.* 4. *cap.* 6. Ex eo loco, unde neporem admeris, confestim alterum fundit. *Idem ibid.* Omnes ejus intra id spatium nepotes enatos facisus decerpemus.

Nepotālis, le, adject. luxuriosus, prodigus, ut nepotalis mensa. *Ammian. lib* 31. *c.* 1. Nepotalis luxus. *Apul. l.* 2. *A. A.*

Nepotārius, us, m. ἀσωτία, voracitas, vitæ luxuries. *Plin. l.* 14. *c.* 4. Raro adhuc fuere, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummum.

Nepotīnus, a, um, *smoderate*, luxuriosus, immoderatus. *Suet. in Calig. c.* 37. Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superavit. Al. leg. *nepotatus*.

Nepōtor, aris, atus sum, d. 1. *vivere prodigamente*, Gal. *dissiper ses biens*, Germ. *vergeuden, prassen*, Hisp. *glotonear*, בזבז, אכל, ואכל, ואכל בזלל, ἀσωτεύω, luxurioſe, & prodige vivo. *Senec. de Benef. lib.* 2. *cap.* 15. Vero liberalitatem nepotari, *idest* in prodigalitatem vertit. *Id. Epist.* Beneficium non dandum esse ei, qui nequiter profusurus sit. *Tert. in Apol. c.* 46. Aristippus in purpura nepotatur.

Nepotŭlus, i, masc. *nipotino, diavolino*, parvus nepos. *Plaut. Mil. a.* 5. *v.* 20. Si te salvum hinc mittimus ire Venerem nepotulum.

Nepticŭla, æ, f. parva neptis. *Symmach. l.* 6. *ep.* 32. Neptriculæ meæ infirmitas.

Neptis, is, f. *nipote*, Germ. *kindes tochter*, Gal. *niece*, Hisp. *nieta*, θυγάτηρ, ἔγγονη, Συγγενὶς, quæ ex filio, filiave nata est. *Cic. de Clar. Orat. cap.* 58. Et filias ejus Murias ambas, & neptes Licinias. *Sueton. in Aug. cap.* 31. Cuiquam neptium fuarum. V. *Nepos*.

Neptunālis, le, adject. ad Neptunum pertinens, ut Neptunales ludi, qui in honorem Neptuni celebrabantur. *Tertul. de Spect. c.* 6. ¶ Hos *Var. l.* 5. *de L.L. c.* 3. absolute Neptunalia vocat; ut & *Auson. de feriis latinis, v.* 19.

Neptunicŏla, æ, Neptunum colens. *Silius l.* 14. *v.* 443. Et Neptunicolæ transverberat ora Telonis.

Neptunīne, es, f. filia Neptuni. *Catul. de nupt. Pel. carm.* 63. *v.* 28. Te nec Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

Neptunīnus, a, um. Navale Antiatum, *Nettuno*, opp. Latii, in ora maris Tyrrheni, versus Pomptinas paludes, eum portu.

Neptunius, a, um, ποσειδώνιος, quod ad Neptunum spectat. *Cic. in Arato v.* 129. Neptunia prata secantes, *h. e.* mare. Sic apud *Virg. 8. Æn. v.* 695. arva Neptunia. *Id. 2. Æn. v.* 625. Neptunia Troja, quia scil. a Neptuno una cum Apollino ejus muri condili dicuntur.

Neptūnus, m. 2. *Nettuno*, ποσειδῶν, filius Saturni, & Opis, Deus maris, a verbo græco νίπτειν, *lavare*. Sed V. Etymologos. ¶ Fratres habuit Jovem, & Plutonem. Hunc quoque, uti est in fabulis, mater abscondit, ne a patre devoraretur. Sed expulso Saturno, Jovi cœlum, Plutoni inferorum regnum, Neptuno aquæ in sortem ceciderunt. *Plato in Critia* scribit, Neptunum sortitum esse gubernationem insulæ Atlanticæ. Tridentem huic pro sceptro tribuunt. Uxorem habuit Amphitriten, ex qua plurimas Nymphas suscepit. Muros urbis Trojæ una cum Apolline condidit. ¶ Habitus est equorum creator. *Virgil. 2. Georg.* Tuque, o cui prima frementem Fudit equum tellus magno percussa tridenti Neptune. ¶ Frequenter a Poetis pro mari ponitur. *Lucret. lib.* 2. Neptuni corpus acerbum. *Plaut. Rud.* 2. 6. 2. Credere se Neptuno. ¶ Pro piscibus, qui sunt in mari. *Naquus* apud *Fest. in verbo Coquus*: Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.

Nepus, vel Nepūrus, a, um, impurus, non purus. *Fest.*

Nequa, V. Nequis.

Nequa, adverb. ne per aliquem locum, μήπη. *Ter. Adelph. 2. 4. 28.* Videndum est, nequa ad patrem hoc permanet. ¶ Item ne aliqua ratione. *Virg. 3. Æn. v.* 686. Ne qua scire dolos, mediusve occurrere possit.

Nequalis, n. 3. detrimenta. *Fest.*

Nequam, nomen indecl. *uomo da niente, inutile, rilassato, dissoluto*, רע, Ger. *buch, ficb ack, bösswicht*, Gall. *un vaurien, méchant*, Hisp. *que no vale nada*, ἄχρηστος, φαῦλος, proprie homo inutilis, prodigus, profusus, qui opes non conservat, sed profundit. *Flavius Caper lib. de Orthogr.* Nequam non malum significat, sed inutilem. *Gl. Philox.* Nequam, ἀχρεῖος. Itaque nequam fere dicitur, qui est ἄσωτος, *prodigus*. Indeque est, quod *nequitia*, & *inscitia*, sæpe conjungantur, ut affinia, ac contra opponantur *nequam*, & *homo frugi*. *V. Gel. l.* 7. *c.* 11. ¶ Est ex *ne*, & *quicquam*, media exstrita syllaba, quasi is, in quo non esse quicquam putamus. *Var. l.* 9. *de L. L. fub fin. C cer. 2. Phil. c.* 31. O hominem nequam! Nihil enim possem magis proprie dicere. *Id. Pro Dejot.* Non modo nequam, & improbus, sed & furiosus, & amens es. *Id in Pison.* Nisi nequior, quam Gabinius extitisses. *Id. lib.* 1. *Fam.* Quem tu nequissimum occisum esse dixisti. ¶ Tribuitur & aliis, ut nequam liber, apud *Ovid. 2. Tr. pt.* Nequam vitia, *h. e.* inutilis. *Col. l.* 3. *c.* 10. Nequam verbum. *Plaut. Trin.* 2. 4. 38. ¶ Pro nequiter videtur usurpasse *Plaut. Pan* 3. 1. 44. Lorum tibi velle liberum præbere, ubi nequam faciat clam ne quis sit arbiter. *Id. Trinum.* 4. 3. 29. Strenuos præterire, more fit. *Ch.* Nequam quidem.

Nequando, adverb. *acciocchè in nessun tempo*, אי, Germ. *das nicht etwan*, Gall. *afin que ne*, Hisp. *que no en algun tiempo*, μήποτε, ne

uxore eademque sorore maximam Nymphanum turbam fuscepit. quæ a nomine patris Nereïdes appellantur. ¶ Metonymice accipitur pro mari. *Pers. sat. 1.* Cæruleum dirimebat Nerea delphin.

Neriene, es, f. 1. vel Nerienes, is, f. 3. vel Nerio, enis, f. 3. *νηρίλιον*, Martis uxor. Vide *Gel. l. 13. c. 22. Plaut. Truc. 2. 6. 24.* Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam.

Nerine, es, patronym. fœmininum a *Nereo* deductum, *νηρίνη*. *Virg. Ecl. 7. vers. 37.* Nerine Galatea.

Nerinus, a, um, ad Nereum pertinens. *Nemesian. Ecl. 4. vers. 52.* Nerinas potabis aquas, *h. e.* marinas. *Auson. ep. 4. v. 55.* Nodosas vexes animantum Nerinorum, *h. e.* piscium.

* **Nerio**, enis, Neriones, is, Nerione, es, Nerïa, æ. Sabinum verbum, quo significatur virtus & fortitudo. V. *Gell. lib. 13. c. 22.*

* **Nerion**. *νήριον, oleandro*, rhododendion. *Plin. l. 16. c. 20. l. 24. c. 11.*

Neritæ, *f. νηρίται*, genus concharum, quæ per maria navigant, præbentes concavam sibi paltem, alteram stanti aurèe instar veli opponentes. *Plin. l. 9. cap. 33.*

Neritius, a, um, adject. Ithacensis, a Nerito Ithacæ monte, ut Neritius Dux, hoc est Ulysses. *Ovid. de rem. am. v. 264.* Neritia ratis, qua is vectus est. *Id. l. 14. Met. v. 563. Silius l. 2. v. 317.*

Neritos, f. 2. Leucas, *S. Maura*, inf. maris Ionii, oræ Epiri occiduæ, seu Acarmaniæ proxima, & ponte junctæ; media inter Acroceraunia, & Peloponnesum. ¶ Neritos item, m. 2. mons Ithacæ inf. *Plin. l. 4. c. 12. Virg. Æn. 3. v. 271.*

Nerium, ii, n. *νήριον*, frutex foliis amygdalæ, sed majoribus, & pinguioribus, quæ quadrupedibus sunt venenum, al. rhododaphne, quod flores rosæ, folium lauro simile habeat. Vulgo in officinis dicitur *eleander*. *Plin. l. 24. c. 11.*

Nerones, m. 3. familia Romana nobilissima in gente Claudia, a *nerio* sive *neriene*, verbo Sabino, quo significatur virtus, & fortitudo. Origo nominis est, quod ex Claudiis, quos a Sabinis orfundos accepimus, qui erat egregia, atque præstanti fortitudine, *Nero* appellabatur. *Gell. lib. 13. c. 21.* Ex hac familia fuit ille Nero, qui Asdrubalem Annibali fratri supperias ferentem, junctis cum Livio collega copiis, superavit. Ex hac item fuit sextus Romanorum Imperator, monstrum illud teterrimum crudelitatis, & omnis turpitudinis. Ejus vitam scripsit *Suetonius*.

Neronëus, a, um, adjectiva, ad Neronem pertinens. *Martial. l. 7. epigr. 33.* Quid thermis melius Neronianis? *Stat. l. 1. Sil. 5. sub fin.* Neronea lotus in unda.

* **Nersia**. V. Nertia.

Nervälis, de, adj. *Festion. Larg. compos. 12.* Herbam, quam Græci *πολύκαρπον*, nos nervalem appellamus.

Nervia, æ, um, f. vel nervia, orum, n. *νήτιον, corde della cetra, ed altri strumenti, τὸ νεῦρον*, fidiculæ ex nervis concinnatæ, chordæ citharæ, vel alius musici instrumenti. *Varr. in Sat.* quæ *ὑπὸ πρὸς χέρσιν* inscribitur, apud *Non. cap. 3. n. 149.* In plectrio tendamus nervias. *Id. ibid.* Quæ ejus nervia tractare solebat.

Nervicus, a, um, adj. nervorum vitio laborans, *νευρικός*. *Vitruv. l. 8. c. 3.* Ita aut nervicos, aut podagricos efficiunt homines. Al. leg. *neuricos*, & fortasse rectius.

Nervii, m. 2. pop. Galliæ Belg. ubi nunc Com. Hannoniæ, quorum primaria Bagacum. Terminabantur ab Or. Aduaticis, ab Occ. Atrebatibus, a Meridie Mosis. *Cæs. l. 2. B. G. c. 15. & segg. Lucan. l. 1. v. 438.* nimiumque rebellis Nervius.

Nervinus, a, um, *di nervo*, e nervo factus, ut nervini funes. *Veget. de re milit. lib. 4. cap. 9.*

Nervösus, a, um. Nervius miles apud *Claudian. de B. Gild. v. 421.* est miles legionis a Nerva Imperatore institutæ.

Nervolaria, æ, f. una ex Comœdiis *Plauti* amissis.

Nervöse, adv. *valorosamente*, מִתְאַמֵּץ, Germ. *mit stercke, gewvalt*, Gall. *vigoureusement, puissamment*, Hisp. *poderosamente, valentemente*, valide, nimiter. *Plaut. Cic. lib. 10. Fam. epist. 23.* Ut vigilanter, nervoseque nos, qui stamus in acie, fuboremes. *Cic. in Orat. cap. 36.* Dicetur enim non Perspatcticorum more, sed aliquanto nervosius. *Id. 3. Offic. c. 29.* Qui ista nervosius differunt.

Nervositas, atis, f. *nervosità*, כֹּחַ, *βία*, robur, firmitas. *Plin. l. 29. c. 1.* Nervositas filo æqualior pene, quam araneis.

Nervösus, a, um, *nervoso, nerboruto*, Ger. *aderechtig, ſtarck und gewvaltig*, Gal. *nerveux*, Hisp. *nervioſo, valentíno*, quod multos habet nervos. *Plin. lib. 11. c. 37.* Ideo nulla est ei caro, sed nervosa exilitas. ¶ Per translationem nervosus dicitur fortis, & vehemens, quod omne robur in nervis consistat, ut Nervosus Orator, qui magnam vim, & efficaciam sermonis habet. *Cic. de Clar. Orat. c. 31.* Quis Aristotele nervosior?

Nervülus, i, m. *nervetto*, dim. a *nervus*. *Cic. Capitoni sub l. 16. Attic. epist. 16.* si nervulus tuos adhibueris.

Nervus, vi, m. *nervo*, גִּיד, Germ. *ein ſpannader*, Gal. *nerf*, Hisp. *nervio, valentía*, primum in corpore animalis sensus, motusque instrumentum a cerebro, & spinali medula ortum, totius corporis membris moyendi, sentiendique vim continens, a Græco nomine allato, trajectione literarum. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 23.* Nec enim Dii venis, nervis, & ossibus continentur. Et *cap. 55.* His adde nervos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem toto corpore pertinentem. ¶ Speciatim dicitur de membro virili. *Juven.* Mensura incognita nervi. Adde *Hor. Epod. 12. v. 19.* ¶ Metonymice ponitur pro robore, & viribus corporis, & translate pro firmitate, & constantia animi, item pro vehementia cujuscumque rei. *Cic. 3. Fam. ep. 10.* Plane video, fore nervis opus, sapientiaque tua vehementer. *Id. l. 6. ep. 1.* Quantum in cujusque animo roboris est, atque nervorum. *Id. ad Q. Fr.* Tu ut id possis, est tuorum nervorum. *Id. in Acad.* Theophrastus nervos omnes virtutis incidit. *Id. 12. Phil.* Legionum nostrarum nervos his consiliis incidemus. *Id. in Or. c. 19.* Horum orario neque nervos, neque aculeos oratorios, ac forenses habet. ¶ Nervi Reipub. appellantur milites, classes, & vectigalia, quod in iis consistat omnis Reip. fortitudo, & robur. *Cic. pro L. Man. c. 7.* Eorum si vectigalia nervos esse Reipub. semper duximus. ¶ *Nervos intendere, omnes nervos contendere, omnibus nervis contendere*, est summa vi, summoque studio uti, omnem solicitudinem, atque operam adhibere. *Ter. Eun. 2. 3. 20.* Digna adeo res est, ubi eu nervos intendas tuos. *Cic. 2. Ver. c. 12.* Verumtamen dignum, in quo omnes nervos ætatis, industriæque meæ contenderem. *Id. 5. Ver. c. 56.* Omnibus enim nervis mihi contendendum est, atque in hoc elaborandum, ut omnes intelligant. ¶ *Accipitur* etiam nervus pro amento, vel pro chorda arcus. *Virg. 5. Æn.* Primaque per cœlum, nervo stridente, sagitta Myrtaceâ: juvenis volucres diverberat auras. ¶ Item nervi dicuntur chordæ citharæ, vel alius musici instrumenti. *Cic. 1. Tusc.* Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum, vocumque cantibus. ¶ Nervus etiam vinculi genus est, quo pedes, aut cervices impediuntur, *καταβάκτης*, aut *ἐμβολεύς*, prout in vet. Gl. exponitur. Ex quo illud *Catonis*. Fures privatorum furtorum in nervo, atque in compedibus ætate agunt, fures publici in auro, atque in purpura. *Plaut. Aſin. 3. 2. 5.* Nervos, catenas, numellas, pedicas, bojas. *Id. in fragment.* Eo adepol nervo cervices probat. ¶ *Ter. Phorm. 4. 4. 14.* Cæterum eum argumentum repetent, nostra causa scilicet in nervum positus ibit, *ondera pinzoſo in prigione*.

Nesæa, æ, vel Nesæe, f. *Νησαία*, Nymphæ, una Nereidum, a *νῆσος, insula*, vel a *νέω, nato*. *Virg. 4. Georg. v. 333. & 5. Æn. v. 825.*

Nesapius, vel Nesäpus, a, um, adj. non sapiens, insipiens. *Petr. in Fragm. Trag. c. 50. Burm.* Ne me puteis nesapium cliæ. *Q. Terent. Scaurus de Orthogr.* Nec qui non postium apud antiquos: sic nefrendes porci, qui sine dentibus sunt, idest qui fabam frendere non possunt: Sic nesapius, qui non sapit.

Nesciens, tis, nom. ex particip. nescius, ignarus. *F. Hearc. 3. 1. 59.* Ut nesciens tenuiat te id sibi dare.

Nescienter, adv. inscienter. Habet *August. l. 2. Doct. Christ. c. 40.* & quidam tribunus etiam *Prudentio in Præfat. 2. Apotheos. v. 4.* invito *Nic. Heinsio*.

Nescientia, æ, inscitia, *ignoranza*. *Claud. Mamert. l. 1. c. 21.* Agnosco, te multorum nescientias attulisse.

Nescio, is, ivi, itum, a. 4. *non sapere*, לֹא יָדַע, Germ. *nicht wviſſen, unwviſſend ſein*, Gal. *ignorer*, Hisp. *no saber, ignorar*, ignoro, sum inscius, *a ne, & scio*. *Cic. 1. de Orat.* Nemo in eo, quod nesciat, disertus esse potest. *Ter. Eun 4. 4. 54.* Tu pol, si sapis, quod scis, neque de cunucho, neque de vitio virginis. *Donatus* admonet, esse proverbium, *Quod scis, nescis*, quo summa taciturnitas, certaque in tacendo fides significatur, dum quis quod scit, perinde continet, ac dissimulat, quasi nesciat. *Id. in Heaut. 4. 4. 26.* Tu nescis, quod scis Dromo, si sapies. D. Mutum dices, ¶ Nescio quis, nescio quid, nescio quomodo, nescio quo pacto, & hujusmodi usurpantur, quoties personam aliquam, vel rem, vel modum nobis ignotum volumus significare. *Cic. de Amic.* Qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus. *Id. pro Quinct.* Posteaquam nescio quid impendit, & in commune contulit. *Id. de Am.* Serpit enim nescio quomodo per omnem vitam amicitia. *Id. ibid.* Plus nescio quo pacto videtur habere gravitatis. ¶ Nescire Latine, est Latinam linguam ignorare. *Cic. in Brut. cap. 37.* Non enim tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Cic. Att. l. 7. epist. 12.* Utrum consistere ulpiam velit, an mare transire, nescitur. ¶ Nescio te ego? hoc est, egone te non cognosco? *Plaut. Menæch.* ¶ sungitur & cum infinito. *Virg. 3. Georg. v. 84.* Stare loco nescit. ¶ *Nescio*, pro nesciam, *ἀγνοήσω*. *Plaut. Cap. 2. 2. 15.* ubi al. leg. *nescivi*. ¶ *Nescias id, quod scias*, formula admonentis aliquem, ne seretum commissum prodat. *Ter. Heaut. 4. 4. 26.* Sic *Plaut. Mil. 2. 6. 88.* Næ tu hercle, si te dii amant, linguam comprimes posthac: etiam illud, quod scies, nesciveris.

Nescïus, a, um, adject. ex particip. a nescio, *non saputo, non conosciuto*. *Sidon. l. 8. ep. 6.* Litem intra Gallias ante nescitam edidit.

Nescïus, a, um, *ignorante, che non sa*, בְּעַר, לֹא יָדַע, Germ. *unvvviſſend*, Gal. *qui ne sait point, ignorant*, Hisp. *que non sabe, ἀγνοῶν, ἄπειρος, ἀδαὴς*, ignarus, qui aliquid ignorat, vel nescit. *Cic. pro Dejot.* Iratum te Regi Dejotaro fuisse, non erant nescii. *Virg. 10. Æn. v. 501.* Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ. *Ovid. epist. Par. 140.* Nullaque de facie nescia terra tua est. ¶ Interdum passive accipitur pro ignoto, sive incognito. *Plaut. Rud. 1. 5. 17.* In locis nesciis nescia spe sumus. *Id. Capt. 2. 2. 15.* Si quid nescivi, id nescium eradam tibi. *Tacit. 1. Ann. c. 59.* Inexperta esse supplicia, nescia tributa.

Nesi, pro sine positum est in lege dedicationis aræ Dianæ Aventinensi. *Fest.*

Nesis, idis, & Nesum, *Nisita, mezo*, inf. parva Campaniæ, proxima continenti, inter Neapolim & M. P. & Puteolos 3. ante Paulilypum prom. asparago herba celebris. Hujus nominis casus obliqui interdum producti reperiuntur. *Stat. lib. 3. Sil. 1. 150.* Sylvaque, quæ fixam Pelago Nesidæ coronat. Adde *Lucan. l. 6. v. 90.*

Nesïcus, a, um, quod est ex Nesso, seu ad Nessum spectat. *Ovid. in epist. Deian. 9. v. 163.* Illita Nessæo misi tibi texta veneno.

Nessotrophïon, ii, n. *luogo da tener'asini, νησσοτροφεῖον*, locus, ubi anates clausæ aluntur, & pascuntur, a *νῆσσα*, anas, & *τροφὴ*, alimentum. *Col. lib. 8. c. 15.* Media deinde parte nessotrophii lacus defoditur, &c. *Varr. lib. 3. R. R. cap. 11.* Qui volunt greges anatum habere, ac constituere nessotrophium. Al. leg. *neossotrophium*, sed minus recte. Nam *neossotrophium* aviarium significat, a *νεοσσὸς* pullus avium.

Nessus, m. 2. Neareç, Centaurus, filius Ixionis, & Nubis, qui cum Dejanira rapere veller, ab Hercule sagitta confixus est. *Ovid. l. 9. Met. a vers. 101.* ¶ Est etiam hoc nomine Thraciæ fluvius, in Hemo monte nascens.

Nestor, m. 3. *νέστωρ*, filius Nelei, & Chloridis, teste *Hom. l. Odyss. 11.* qui adhuc adolescens bellum gessit, vivo patre, adversum Epeos Peloponnesi populos in Achaja, deinde, cum Pirithoi nuptiis interesset, adversus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenue pugnavit. Postremo jam senior, ut idem *Hom. in 2. Iliad.* scribit, quinquaginta navibus cum reliquis Græcis Principibus ad Trojam venit, cum natus ducentos annos jam tertiam hominis ætatem viveret, vel (ut ipse dicit apud *Ovid. 12. Met. vers. 188.*) cum 300. annum ageret. Sed hoc fabulosum plerique putant, & solos octoginta annos vixisse credunt. Consilii dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon eos dubitarer, brevi se illum fuisse expugnaturum, si decem sibi contigissent Nestores. Nam præter summam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, ut ejus ore melle dulcior fluere diceretur oratio, ut ait *Cic. de Senect. c. 10.* Fratres duodecim habuit. Duxit uxorem Eurydicen, Clymeni filiam, ex qua septem filios suscepit, Antilochum, Pisistratum, Thrasymedem, Echephormem, Stratium, Perseum, Arirum, al. Anthum & unam filiam, Polycasten. *Ovid. l. 13. Met. v. 63.*

Nestorëus, a, um, adject. ad Nestorem pertinens, ut Nestorea senecta, apud *Stat. l. 1. Silv. 3. ad fin.*

* **Nestoriänum**, Plin. *l. 33. c. 13.* V. Vettorianum.

* **Nestorianus**, hæreticus sectæ Nestorii.

Nestorides, is, patronym. filius Nestoris. *Ovid. l. 2. de Pont. ep. 4. v. 22.* Quantus in Æacide, Nestorideque fuit, *h. e.* Antilocho.

Nete, es, f. *νήτη*, h. e. ultima, nomen est chordæ musicæ. V. *Synemmenon*.

Netus, us, m. filum netum. *Marr. Capella l. 2. pag. 28.* Ex cadentis lysi netibus.

Neutis, a, um, nom. ex partic. a neo, es, *filato*, ut *neta lana*, apud *Ulp. ff. lib. 32. leg. 68.*

Neu, *che non*, מִזֶּה, וְלֹא, vel ne, aut ne, *neve*, per Apocopen. *Virg. 2. Æn.* Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit. ¶ Hæc particula geminata elegantem vim habet. *Cæs. l. 1. B. C.* Neu se, neu Pompejum absentem Imperatorem suum adversariis ad supplicium tradant.

Neve, *ovvero che non*, מִזֶּה, vel ne, & interdum neque, ne etiam, a *ne*, & *ve*. *Cic. l. 1. ep. 9.* Ne id a me, neve in hoc reo, neve in aliis quæras. *Id. in Orat.* Neve valtius syllabæ diducantur. ¶ Pro & ne. *Ovid. ep. Par. 71.* Neve recusarem.

* **Neverïta**, æ, f. reverentiæ dea. *Capell. l. 1. p. 16.* Al. al. leg.

* **Nevignus**, Nevius. V. per *ae*.

Nevnquam, antique pro nunquam. *Vetus lapis* apud *Dausqu.* in *Nunquam*. Ita nevnquam de nomine familiæ nostræ.

Nevnt, V. in Nevo, nes.

Nevölo, nevis, nevult, n. apom. idem ac nolo, apud vet. a *nen*, & *volo*. *Plaut. Trin. 5. 2. 32.* Filiam meam tibi despensatam esse audio, nisi tu nevis. *Id. ibid. 2. 2. 80.* Multa eveniunt homini, quæ vult, quæ nevult.

Neuri, m. 2. pop. Sarmatiæ Europeæ, quos Mela ad ortum Tyræ fl. locat, solimus circa Borysthenem, quorum urbs Nerva, seu Narva, in ora Livoniæ extrema. *Plin. l. 4. c. 12.*

Neuricus, V. *Nervicus*.

Neurobata, æ, *νευροβάτης*, super nervum, seu funem ambulans. *Firmic. l. 8. c. 17. & Hygin. Myth. c. 273.* V. *Turneb. l. 11. c. 15.*

Neuricides, *νευροκοπίδης, νευροτόμος*, species sylvestris lactucæ, alio nomine limonium, malbo minoribus foliis, quam beta sativa. *Plin. l. 20. c. 8.*

Neurospaston, i, n. *νευρόσπαστον*, imaguncula quædam tali artificio intus compacta, ut si occultum nervum, seu fidiculam trahas, ad speciem hominis vivi movere tremibra, & totum corpus videatur, similis fortasse illi, quæ ab Italis *bambocio* literis scripta a *νεῦρον, nervus*, & *σπάω, traho*. Itaque vox græca est, & græcis literis scripta a *Gellio l. 19. c. 1.*

Neurospastos, *Νευρόσπαστος*, herba folium habens vestigio hominis simile, & unam nigram habens, in cujus acino nervus conspicitur; unde & nomen habet. *Plin. l. 24. c. 14.*

Neuter, tra, trum, *nè l'uno, nè l'altro*, לֹא גַּם וְלֹא זֶה, Ger. *vveder der noch jener*, Gal. *ni l'un, ni l'autre*, Hisp. *ni uno, ni otro, οὐδέτερος, μηδέτερος*, nec hic, nec ille, nec ego, nec alter. In genitivo habet *neutrius*, in dativo *neutri*. *Cic. Att. l. 7. ep. 1.* Effeci, ut neutri illorum quisquam esset me charior. *Id. de Amic.* Quos fidos amicos habuisset, quosque inimicos, cum neutris gratiam referre posset. *Quint. l. 1.* Neutrum ab altero separo. *Cic. 2. Div. c. 4.* Quid bonum, quid malum, quid neutrum sit, h. e. medium. *Id. Acad. c. 42.* In neutram partem moverit. *Sen. l. 2. de Ira, c. 23.* In neutris partibus esse, *esser naturale*. ¶ Neuter junctum cum pluralis numeri verbo. *Plin. Mec. 5. 2. 14.* Ut caveres, neuter ad me iretis. ¶ *Neutra verba* dicuntur a Grammaticis, quæ neque activam, neque passivam habent significationem, sed mediam, ut *sto, vivo; neutra nomina*, quæ neque masculina, neque fœminina sunt, ut *deus, frigus*. *Var. l. 8. L. L. c. 38. Diomed. Priscian.* & alii. ¶ *Neutri* pro *neutrius* legitur apud eumdem *Var. ibid.* & aliis in locis.

Neutïquam, adv. *non, per niente, a nim modo*, לֹא, Ger. *gantz, und gar nicht*, Gal. *nullement*, His. *en ninguna manera, μηδαμῶς*, nequaquam, nullo modo. *Cic. de Vis. c. 11.* Indissolubiles vos quidem esse non potestis, neutiquam tamen dissolvemini. *Id. l. 9. Att. ep. 10.* Cui te socium neutiquam puto esse oportere.

Neutralis, & le, o. 3. *οὐδέτερος*, quod neutrius partis est. *Quint. l. 1. c. 4.* Aut quæ fœmineæ positione mares, aut neutrali fœminas significant, *h. e.* neutro genere.

Neutraliter, adv. vox est Grammaticorum, cum *neutro genere* significare volunt. *Charisl. l. 1. pag. 55. Putsch.* Gellius fora navium neutraliter dixit.

Neutro, adv. *ni nell'uno, ne all'altro luogo*, Ger. *vveder auff der, noch auff dieſer ſeiten, theil*, Gal. *ni de ce coté, ni de l'autre de deux parts*, His. *ni a una parte, ni a otra, μηδετέρωσε*, nec

NANTEI.

Ni, *se non, si mì*, אִם לֹא, si non; nisi. Jungitur tum indicativo, tum subjunctivo. *Andr. 3. 4.* Mirum, ni domi est. *Cic. in Ver. 5. cap. 56.* Nisi ad Equestrem Ordinem judicia referantur. ¶ Usurparunt præcipue in sponsionibus, & in judicio recuperatorio. *Cic. pro Mur.* Sponsionem facere possent, ni adversus edictum Prætoris vis facta esset. *Plaut. Rud. 5. 3. 24.* Credo qui cum habeam judicem, ni dolo malo intipulatus fis, nive etiam &c. *Cic. pro Cæc. cap. 23.* Tum illud, quod dicitur, sive, sive, irridenr, V. *Sponſio*, & *Judex*. ¶ *Servius Donat. & Prisc.* docent, *ni* pro *ne* usurpari cum ab aliis auctoribus, tum præsertim a *Plauto*, sed nihil certi colligitur ex multis locis, quæ afferri solent: nisi forte ex illo *Lucretii l. 2. v. 733.* ubi *nive* pro *neve* legitur. V. *Ni quis scivit*.

Nicæa, f. *Nicea*, *νίκαια*, urbs Bithyniæ, ad Ascaniam pal. in campo, inter Nicomœdiam ad Bor. & Prusam in Eur. ¶ item oppidum Locrorum Epicnemidiorum, in Achaja, Termopylis proximum, ad sinum Maliacum. Scribitur & Nicea, apud *Plin. l. 10. ep. 48.*

Nicæensis, se, adject. Nicææ incola. *Cic. Fam. lib. 13. ep. 61.* Pecuniam Nicæenses grandem habent. ¶ Legitur & Niceensis, se, apud *Plin. l. 10. ep. 48.*

Nicephorium, n. 2. *Nesfrun*, al. *Nassfvancaſſi*, opp. Asiæ in conf. Mesopotamiæ, & Arabiæ Desertæ, a Babylone in Occ. ad 110. M. P. *Plin. l. 6. c. 26.*

Nicephorius amnis, est in Syria, & Tigrocecertam urbem alluit. *Tac. Ann. 15. c. 4.*

Nicer, cri, fluvius Suevize in Germania. *il Necher*. *Sidon. carm. 9. v. 324.*

Niceros, otis, m. nomen est myropolæ cujusdam, seu unguentarii. *Martial. l. 12. epigr. 66.* Utrumne Casmi, Niceroris an libram. Hinc

Niceroriänus, a, um, adject. a Nicerote præstanti unguentorum, & odoramentorum confectore. *Martial. l. 6. epigr. 55.* Flagras plumbea Niceroriana. *Id. lib. 10. ep. gr. 38.* Nimbis Niceroriänis.

Niceteria, n. 2. *νικητήριον*, præmium victorum, quod ob victoriam fiebat, & de collo pendens gestabatur, ut torquis, & hujusmodi, ut scribit vetus *Juvenalis Interpres in Sat. 3.* in illud *v. 68.* Et cerbmatico fert niceteria collo.

Nicetas, æ, um, ad Nicetiam pertinens, quod est nomen viri proprium. *Sidon. l. 3. ep. 1. a med.* Nicetiana hereditas.

Nicia, f. 1. *Locæa*, fl. Æmiliæ. Oritur ex Apennino M. versus Apuam, & deinde in Bor. tenuens, ditionem Mutinensem a Parmensi separat, tandem in Padum apud Brixellum fluit.

Nico, is, ci, a. 3. signum facio, moveo, ut nicere manu, *far segno colla mano*. *Plaut. Truc. 2. 7. 63.* Emoriere ocyus, si manu niceris. G. quid, manu niceam? Ita legit *Turn. l. 24. c. 17.* qui hinc deduci putat verbum *nitto, as*. Alii aliter legunt.

Nicomachus, m. 2. *Νικόμαχος*, pater Aristotelis. Latine exponitur victor pugnæ. Medicus fuisse traditur. ¶ Item filius ejusdem Aristotelis, similiter Medicus, qui scripsit commentarios in Physicam patris. ¶ Item Poeta Tragicus, ex Alexandria Troadis, qui scripsit tragœdias undecim. ¶ Item Poeta Atheniensis similiter Tragicus, qui vicit Euripidem, & Theogenem. ¶ Item filius Machaonis, nepos Æsculapii, Medicus, qui scripsit de Medicina libros sex, & de Philosophia unum, *Suid.*

Nicomedensis, e, ad Nicomediam urbem pertinens. *Plin. l. 10. ep. 43.* Posse collegium fabrorum apud Nicomedenses constitui.

Nicomedia, f. 1. *Comidia, νικομήδεια*, urbs Bithiniæ, a Nicomede Rege, qui eam condidit, appellara, olim classifilina, hoc tempore pene jacens, & deferta ad Propontidem, inter Byzantium, & Nicæam.

Nicopolitänus, a, um, ad Nicopolim pertinens. Duæ sunt urbes hoc nomine: altera in Bithynia, de qua *Plin. sub fin. l. 5.* altera in Armenia minore, de qua *Id. l. 6. c. 9.* verba facit. *Id. l. 4. c. 1.* Nicopolitana civitas. *Inscript.* apud *Gruter. pag. 472. n. 4.* Princ. civitatis Nicopoli ranorum.

* **Nicostrategus**. V. Nyctostrategus.

Nictato, onis, f. 3. *cenno, βλεῖμμα*, oculorum conclusio, & apenio. *Plin. lib. 11. c. 37.* Ideo neque nictationes sit, quæ animal generant. Et *paulo post*: Sine ulla nictatione, propter præduros oculos.

Nicto, as, avi, atum, *n. 1. ammiccare, occhieggiare*, קָרַץ, Germ. *mit den augen vvvinken*, Gal. *cligner les yeux*, Hisp. *senasbazer con los ojos, ex χρόμματος*, est oculis signum dare, claudendo vel alterum, vel utrumque, freq. verb *nivco*, inusit. *Plaut. Aſin. 4. 1. 39.* Nec illa alli homini nutet, nicter, annuat. *Plin. l. 11. c. 37.* Plerisque vero naturale est, ut nictare non cessent, quos pavidiores accipimus. ¶ Apud *Lucret. l. 6. v. 181.* nictantia fulmina dicuntur, *h. e.* micantia, vibrantia lumen præstringens, & nictare faciens.

Nicto, is, *n. sustare, βλέω*, ad canes pertinet, cum sentiunt odorem leporum, seu periculum. *Ennius* apud *Fest.*

Nictor, aris, d. 1. est oculis signum dare, idem ac *nicto, as*, vel est & oculorum, & aliorum membrorum nisu aliquid conari, ut *Festo* placet, a *nitor*. Nam veteres a nitor videntur dixisse & *nixus*, & *nictus*, indeque formasse *nictor*. *Plin. l. 11. c. 37.* Graviores alirum inferiore gena connivent, eadem nictantur ab angulis membrana obeunte. *Lucr. l. 6. v. 836.* apud *Fest.* Hic ubi nictari nequeunt, insistereque alis. Al. leg. *nixantur*, h. e. nituntur, conantur, ut sit velut frequentativum a *nitor*. Cæterum si *nictantur* retineas, eamdem habet significationem.

Nictus, us, idem ac nictatio. *Festus* ex *Cæcilio*.

Nidamentum, ti, n. nidus. *Arnob. l. 6. pag. 202.* Non videris, sub istorum sinuosorum cavis sorices, mures, blattas nidamenta ponere? *Plaut. Rud. 3. 6. 51.* In nervum ille hodie nidamenta congeret, *h. e.* muscum, paleas, tomentum, & id genus alia, ex quibus aves nidos conficiunt suos. Est autem ibi allegoria, qua significatur, Ienonem (de quo est sermo) nidum parare, ex quo necatur nervus, h. e. facere, propter quæ brevi nervo plectendus sit, vel complures vinciendus. V. integrum *Plauti* locum.

Nidicus, a, um, adject. ad nidum pertinens. *Varronis fragment.* apud *Scalig. Pomp. & aliors* Ad quos tum volucres vellit pusillos Usque ad limina nidica esca vitis. *Nonius c. 4. n. 278.* legit *ind cæ*. Alii *nitida*.

Nidificium, ii, nidi constructio. *Apul. l. 8. Metam.* In cariofo stipite nidificia burricbant inhabitantium formicarum.

Nidifico, as, n. 1. *far nido, νοττεύω*, קֵן, nidum facio. *Col. l. 8. c. 15.* Pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aves. *Plin. l. 9. c. 26.* Nidificare ex alga. *Id. l. 10. c. 53.* Nidificare juro.

Nidificus, a, um, adject. nidum faciens. *Senec. Medea, vers. 714.* Quodcumque tellus vere nidifico creat.

Nidor, oris, m. *odore de'cibi*, רֵיחַ, Germ. *teſchmack eines gebratten, geroſtten, dings*, Gal. *l'odeur de quelque choſe brulée, ou rôtie*, His. *olor, νίτρον*, propriie est odor efculentorum, interdum & aliorum. *Martial. l. 1. epigr 93.* Paleeris & nigræ folo nidore culinæ. *Virg. 12. Æn. v. 300.* Illi ingens barba reluxit, nidoremque anbuſta dedit. *Hor. l. 2. sat. 7. v. 38.* Nasum nidore supinor. *Plin. l. 13. c. 1.* Cedri tantum, & citri in sacris fumo convolutum nidorem veris, quam odorem nuvcrat. ¶ Differunt *odor*, & *nidor* in eo, quod *odor* in malam partem sumi non solet nisi cum additio, ut malus odor, terer, fœdus: at *nidor* absolute positus fœtorem significat.

Nidorösus, a, um, adject. nidorem multum exhalans. *Tertull. lib. 5. adv. Marc c. 5.* Holocaustomata nidorosa.

Nidulor, aris, d. 1. *far nido*, קֵן, nidificor. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 582.* Halcyones hyemæ in aqua nidulantur. *Gell. l. 2. c. 29.* Cassira nidulatur in fegetibus. ¶ *Plin. l. 11. c. 28.* Aliud (insectorum) genus, qui e limo ingentes pilas averfis pedibus volutant, parvoque in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur, *h. e.* in nido fovent, vel excubando excludunt.

Nidulus, m. 2. *nidino, νοττίον*, parvus nidus. *Gell. l. 2. c. 29.* De aviculæ nidulo lepide, atque jucunde præmonet. *Cicl. l. 1. de Orat. c. 44.* In asperrimis faxis, tamquam nidulum, affixam.

Nidus, di, m. 2. *nido*, קֵן, Germ. *ein vogelneſt*, Gal. *nid*, Hisp. *nido, νοττιά, κλωδί*, avium domicilium. *Qui ni. l. 2. c. 16.* Texere nidum. *Cic. l. 2. de Orat. c. 6.* Quemadmodum volucres videmus procreationis, atque utilitatis suæ causa fingere, & construere nidos. ¶ Per Metonymiam accipitur pro fœtu avium, quasi continens pro contento. *Virg. 12. Æn. v. 475.* Pabula parva legens, nidisque loquacibus ecas. *Colum. l. 7. c. 9. ad fin.* Et in cubili suam quisque matrem nidus exspectat. Ubi de scrofa, fœtu loquitur. ¶ Translate usurpatur pro quodam vasis genere, a nidorum similitudine. *Varro* apud *Non.* Lymphaque e lacuna fontium allata nidos implent, ¶ Et nidi dicuntur, in quibus merces in tabernis separatim tenentur, *οἰκίσκοι*. *Mart. l. 1. epigr. 118.* De primo dabit, alterove nido raſum pumice, purpuraque cultum. ¶ Denique dicitur de quovis cujusque domicilio. Hinc *Virgilius* villam suam, nidum senectutis suæ vocabant, referente *Plin. l. 14. ep. 10. Horatius l. 2. ep. 10. v. 6.* Tu nidum servas, ego laudo ruris amœni Rivos.

Nigellus, a, um, *negretto*, חוֹר חוֹר, *σύμμελας*, subniger, dim. a *niger*. *Varr.* apud *Non. cap. 16. n. ult.* Nigellum amiculum. *Auson. ep. 4. v. 74.* litteras vocat, Cadmi nigellas filias.

Niger, gra, grum, *n. 2. negro, moro*, שָׁחוֹר, Herm. *ſchvvartz*, Gal. *noir*, His. *negro, ὃ μέλας, ἡ μέλαινα, τὸ μέλαν*, nigredine coloratus. *Virg. 4. Georg. v. 547.* Et nigram maclabis ovem. *Cic. de Div. c. 3.* Nescio, qui ille divinus, si oculis caprus sit, ut Tiretias fuit, possit, quæ alba sint, quæ nigra, dicere. *Juv. Sat. 3. v. 29.* Nigra in candida verrunt. Solebant enim prisci bonum, & laudabile alba creta notare, malum, & turpe carbone nigro. ¶ Hinc niger interdum translate pro malo ponitur. *Horat. l. 1. Sat. 4. v. 84.* commissi nescit Qui nequit, hic niger est; hunc tu, Romane, caveto. *Cic. pro Cæcina. & de Clodio.* Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est. ¶ Ponitur & pro obscuro, umbroso, ut nigræ silvæ, *Horat. lib. 1. od. 21.* Nigrum nemus, *Virg. 3. Georg.* ¶ *Juv. Sat. 1. v. 71.* Infitiuique rudes melior Locusta propinquas, per famam, & populum nigros efferre maritos. Ubi nigros maritos, h. e. veneno fublatos intelligit, nam tali nece pereunt livorem contrahunt. ¶ Comparativum est *nigrior*, Superlativ. *nigerrimus*. *Virg. 3. Georg. v. 278.* nigerrimus auster. *Ovid. Heroid. ep. 17.* Cœlum pice nigrius.

Nigidius, ii, Figulus, Philosophus Pythagoricus, floruit Romæ, Cæsaris, & Ciceronis tempore. Multa scripsit de re grammatica, ut testatur *Gellius*, qui proinde sæpe de eo mentionem facit.

Nigrina, æ, herba tribus foliis longis intubaceis, quæ illita cicatrices ad colorem reducit. *Plin. l. 27. c. 12.*

Nigrans, antis, nom. ex particip. idem ac niger. *Virg. 3. Æn. v. 97.* nigantes terga juvenci. *Lucret. l. 2. v. 792.* Nigrans color. *Silius l. 9. v. 225.* Corpora ab immodico servans n

Nigris, m. 3. *Nίγνις*, fl. Libyæ ulteioris. Ejasdem est, ac Nilus, naturæ. Nam & calamum gignit, teste *Plin. l. 5. c. 8.* & papyrum, ejusdemque generis animantes, quæ in Nilo gignuntur: eisdem etiam temporibus augescit. Dictus sic est propter solitudines nigri pulveris, eminentibus interdum veluti exustis cautibus. Pop. *Nigrida*. ¶ Item Nigris, fons est in Æthiopia, quem nonnulli caput Nili putaverunt. *Plin. l. 5. c. 9.*

Nigritia, æ, f. idem ac nigredo. *Plin. l. 9. c. 38.* Nimiæque ejus nigritiæ dat auctoritatem.

Nigrities, ei, f. idem ac nigredo. *Cels l. 8. c. 2.* Si autem nigrities est, aut si caries ad alteram quoque partem ossis transit.

Nigritudo, inis, f. idem ac nigredo. *Plin. l. 10. cap. 36.* Nulla veris initio apparet nigritudo in rostro.

Nigro, as, avi, atum, n. 1. *esse nero*, nigresco, niger sum. *Lucret. l. 2. v. 732.* ne forte hæc aliis ex alba rearis Principiis esse, ante oculos quæ candida cernis; Aut ea, quæ nigrant, nigro de semine nata. Vide *Nigrans*. ¶ Active pro nigrum facere, seu lividum. *Stat. l. 2. Sil. 6. v 83.* non sævius atros Nigrasset planctu genitrix sibi fœva lacertos.

Nigror, oris, m. idem ac nigredo. *Cic. l. 1. de Div. c. 14. ex Pacuv.* Nocti sque, & nimborum occæcat nigror. *Celsl. 2. c. 1.* Nigrorem in ulceribus excitat.

Nihil, n. indecl. *niente*, *μηδεν*, לֹא כְל, idem ac nihilum, a quo factum est per Apocopen extremæ syllabæ. *Cic. de Sen. c. 6.* Nihil ergo agebat Q. Maximus? ¶ Nihil ad rem, *nulla a proposito*. *Cic. in Or. c. 64.* ¶ Nihil ad me attinet, *a me nulla impensa*. *Terent. Andr. 1. 2. 16.* Et omisso verbo. *Cic. de Or.* Quem cognovimus non illiteratum; sed nihil ad Persium. ¶ Nihil aliud, quam, *non altero che*. *solamente*. *Sueton. in Cæs. cap. 20.* Ut domo abditus nihil aliud quam per edictum obnuntiaret. *Id. in Aug. c. 83.* Ad pilam primum folliculumque transit; mox nihil aliud quam vectabatur ac deambulabat. *Cic. de Amic. c. 27.* Amare nihil aliud est, quam eum diligere &c. ¶ Eodem modo, nihil præterquam vigilatum est, apud *Liv. l. 3. c. 26.* h. e. tantummodo vigilatum est. Sic, nihil amplius quam, *Suet. in Galba, c. 19.* Nihil amplius quam continere se statuit. ¶ Nihil minus, *nulla meno*. *Cic. 3. Off. c. 20.* Cadit ergo in bonum virum mentiri? nihil profecto minus. ¶ Nihil non, pro omne, vel omnia, *tutto*. *Hor. de ar. poet. v. 122.* nihil non arrogat armis. ¶ Nihil mihi cum illo est, *non ho che fare con colui*. *Terent. Phor. 2. 1. 74.* ¶ Ponitur interdum pro non. *Id. Andr. 1. 2. 31.* Nihil circuitione usus es. *Liv. l. 25. c. 7.* Militibus, qui ad Cannas commilitones suos pugnantes deseruissent, Senatui nihil videri reipublicam committendam esse. ¶ Usurpatur etiam more substantivi. *Cic. de clar. Or. c. 58.* Nihil admodum litterarum scribebat. Sic nihil pensi, apud *Sallust.* nihil incommodi, apud *Terenc. Hecyr. 3. 3.* ¶ *Nihil est*, dicimus, cum rem quampiam elevamus, aut negamus. *Ter. Andr. 2. 2. 3.* Lætus est, scisio quid. C. nihil est.

Nihildam, adv. *niente fin'ora*, *δδεπω*, nihil adhuc. *Cic. Fam. 12. ep. 7.* Et quamquam nihildum audieramus.

Nihili. V. Nihilum.

Nihilominus, adv. *nientemeno*, *nondimeno*, בכל זאת לא, *δδεν ἧττον*, duæ dictiones sunt, *nihilo* & *minus*; quæ vulgo conjunguntur per modum adverbii, & usurpantur pro tamen, vel attamen. *Cic. 1. de Inv. c. 4.* Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ studendum est. *Id. l. 10. Fam. ep. 2.* In his rebus, quæ nihilominus, ut ego absim, confici possunt. *Plin. l. 17. c. 16.* Nihilominus tamen & luto munire, & vinculo melius. ¶ Divisim *Plin. jun. l. 7. ep. 27.* Audito pretio, percunctatus omnia docetur, ac nihilo minus, immo tanto magis conducit.

Nihilum, i, *niente*, *nessuna cosa*, לא אמאומה, אפס, בלימה, אין, לו, *μηδεν*, Gen. *nichts*, *das etwas seye*, Gal. *rien*, Hisp. *nada*, *δδεν*, nulla res, a *ne*, & *hilum*. *Varro l. 4. de L. Prisc. lib. 5.* Hilum vero, ut *Festus* dicit, est id, quod grano fabæ adhæret. Aliis est idem quod *ullum*, ut *Charisi l. 1.* docet. *Hor. l. 2 Sat. 3.* Stultitiane errer, nihilum distabit, an ira. *Pers. Sat. 3. v. 84.* De nihilo nihil in nihilum nil posse reverti. *Ter. Hecyr. 5. 7. 1.* Non hoc de nihilo est. quod Laches in nime conventam esse expetit. *h. e.* non frustra est, non est nihil. *Propert. l. 2. eleg. 9. 16.* Non sum de nihilo blandus amator ego, *per niente non sono amante*. *Id. l. 3. el. 16. vers. 52.* Nec fic de nihilo fulminis ira cadit, *non cade così per poco*. ¶ In nihilum redigere, venire, verti, interire, *ridurre, o ridursi in nulla*. *Cic. Fam. 11. ep. 12.* ¶ Nihili, absolute, *da nulla*. *Cicer. Tusc. 3.* Si nil sit ab eo quod nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. *Plaut. Pænul 4. 7. 1.* Servus nihili est, fraus qui officium facere est immemor, nisi adeo monitus. ¶ Nihili facere, nihili pendere, *stimar nulla*. *Cic. 2. Fin. c. 27.* At eum nihili facit. *Ter. Eun. 1. 2.* Istud abs te factum nihili penderem? ¶ Eodem sensu dicimus, pro nihilo habere. *Cic. pro Dom.* Pro nihilo habenda est adoptio nullo decreto probata. *Id. 14. ad Attic. ep. 9.* Dii immortales, quam mihi ista pro nihilo videntur! ¶ Nihilo aliter, *non altrimenti*. *Terenc. Pborm. 3. 2. 45.* Is me fefellit; ego isti nihilo tum aliter ac fui, *io sono tuttavia il medesimo verso di lui*. ¶ Jungitur sæpe cum nominibus comparativis. *Cic. Ver. 7.* Nihilo diligentior ad classem ornandam esse cœpit. Sic nihilo plus, nihilo secius. *Ter. Eun. 1. 1. 17. & Andr. 3. 2. 27.*

Nil, *n.* indecl. idem ac nihil, unde factum est, per Syncopen. *Nepos in Trasyb. cap. 2. in fin.* Nil astigit, nisi arma, quibus indigebat. *Virg. 3. Georg.* Te sine nil altum mens inchoat. ¶ Interdum adverbialiter sumitur pro non. *Lucret. lib 5. v. 264.* Nil opus est verbis.

Niliacus, a, um, Νειλιακός, quod ad Nilum spectat, Ægyptius. *Martial. l. 4. epigr. 42.* Niliacis primum puer hic sit natus in oris. *Juv. sat. 1. v. 26.* Cum pars Niliacæ plebis. *Mart. l. 13. epigr. 122.* Acetum Niliacum. V. *Acetum*.

Niliccola, æ, ad Nilum incolens, Ægyptius. *Prudent. l. 2. adverf. Symmach. v. 493.* Ifis Niliccolas reliquit.

Niligena, æ, Nilo genitus, h. e. Ægyptius. *Macrob. l. 1. Sat. c. 16.* Argutus Niligena, & gentis accola numerorum potentis. *Ovid. lib. 1. de art. am. v. 77.* Niligenæ Memphitica sacra juvencæ. h. e. Isidis. Al. leg. *lingera*.

Nilos, neut. *i.* Νεῖλος, gemma, colorem habens fumidæ topazii, aut aliquando mellæ. *Plin. l. 37. c. 8.* India & has generat, & nilion, fulgore heberi, & brevi, & cum inveare, fallaci.

Niloticus, a, um, Νειλωτικός, Νειλῶος, quod est ex Nilo, ut Nilorica tellus, *Mart. l. 6. epigr. 80.* Nilotica aqua. *Seneca l. 3. quæst. nat. c. 25.*

Nilotis, idis, adj. f. a *Nilo*, Ægyptia. *Martial. 10. epig. 6.* picti tunica Nilotide Mauri.

Nilum, idem ac nihilum. *Lucret. l. 1. v. 237.* Haud igitur possunt ad nilum quæque reverti.

Nilus, m. 2. *Nilo*, Νεῖλος, הנהר, *fl.* maximus Africæ, in Æthiopia, & Ægypto. Dictus est a Nileo Rege. *Servius* Nilum dici existimat, quasi *νέον γλῦν*, hoc est, novum inducrem limum. Quia sua inundatione in Ægypti agros novum infert limum, & obliman do fœtices reddit. A Poetis fingitur filius Oceani, & Terræ, multoque filios genuisse, Minervam, Vulcanum, Dionysium, Mercurium quarum, Herculem. *Cic. de nat. Deor. c. 16.* ¶ Bis in anno certis diebus, præcipue circa solstitium æstivum, auctu magno, per totam fpatiatus Ægyptum tertam pluviis omnibus destituram aquis suis irrigat, limo tegit, & fœcundissimam efficit. Unde unica spes Ægyptiis in Nilo posita est, quia fertilis, aut sterilis annus est, prout ille magnus, aut parcior influxit. V. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 52. Sen. l. 4. quæst. nat. c. 2.* & *Plin. l. 5. c. 9.* & *l. 18. c. 18.* ubi de Nilo multa. ¶ Unde revera ortum habeat, quæque causæ incrementi ejus, Veteribus ignotum fuit: qua de re V. *Sen. l. 6. quæst. nat. c. 8.* ¶ In Ægyptium mare feptem ostiis se exonerat, unde *Juv. sat. 13. vers. 26.* Rari quippe boni, vix funt numero totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili. ¶ Nili quoque apud Veteres accipiuntur pro fossis, seu canalibus, quibus aqua in locum aliquem deducitur, cujus generis erant ii, qui aquam in privatas domos derivabant, & qui spectaculis circumdari solebant. *Cic. pro Fr. l. 3. ep. ult.* Imagines istæ, & palæstra, & piscina, & nilus, multorum Philotimorum est, &c. *Id. 2. Leg. c. 1.* Ductus vero aquarum, quos isti nilos, & Euripos vocant, quis non, cum hæc videat, irriserit?

Nimbotus, a, um, nimbo, ideft, fasciola ligatus. Aliqui interpretantur unguento perfusum a *nimbo* vase. *Plaut. Pœn. 1. 2. 135.* Tam magis est nimbata, & nugæ meræ.

Nimbifer, ra, rum, *ἀμβροφόρος*, ferens nimbos. *Avien. in Phænom. Arat. v. 858.* & *Ovid. 4. de Pont. ep. 8. v. 60.* Ad styga nimbifero vindicis igne datos. Ita legit *Scalig.* & *Heinf. ex MSS.* Alii *nubifero*.

Nimbosus, a, um, *ἀμβρώδης*, pluviosus, gravis nimbis, afferens nimbos. *Virg. 1. Æn. v. 539.* Fluctu nimbosus Orion. *Plin. lib. 18. cap. 11.* Campus est montibus subjacens nimbosus.

Nimbus, i, m. *nembo*, *pioggia improvvisa*, נשם, מטר, Ger. *platzregen*, *wolckenbruch*, Gal. *ondée*, *lavasse*, *pluie soudaine*, Hisp. *nubada de agua*, *ὄμβρος*, *νέφος*, repentina, & præceps pluvia, ut testatur *Apulejus de mundo*, item *Serv. in 1. Æn. v. 55. Liv. l. 1. c. 16.* Subito coorta tempestas cum magno fragore tam denso Regem operuit nimbo. ¶ Ponitur & pro nube. *Virg. 2. Æn. v. 615.* Jam summas arces Tritonia (respice) Pallas insedit, nimbo effulgens. ¶ Item pro vento. *Virg. 1. Æn. v. 55.* Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris Æoliam venit. ¶ Aliam etiam minus vulgarem hujus vocis notionem docet nos. *Isid. l. 19. orig. c. 31.* Nimbus, inquit, est fascicula transversa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte fœminarum. Usus *Arnob. l. 2. pag. 72.* Laminas pertunderent aurium, imminuerent frontes nimbis, fuligine oculos inumbrarent. ¶ Aliqui addunt, fumi etiam pro vasis genere, quo vina, unguenta, & alii liquores funduntur. *Mart. l. 14. ep. 112.* A Jove qui veniet, miscenda ad pocula largas funder nimbus aquas, hic tibi vina dabit. Sed hic imbrem, vel nubem significare videtur. ¶ Translate ponitur pro quavis densa, & subita sparsione, sive multitudine, quæ in modum nimbi, aut procellæ ingruit. *Valer. Max. lib. 5. cap. 3.* Quo enim nimbo, qua procella verborum impium caput obrui meretur? *Flor. lib. 3. cap. 8.* Lapidum, saxorumque nimbo classem operuerunt. ¶ Item pro quavis subita & repentina calamitate. *Cic. 15. Att. ep. 9.* Quid iste in domo tua casus armorum? sed hunc quidem nimbum cito transiisse lætor. ¶ *Nimbum pro nimborum*. *Pacuv.* apud *Cic. l. 1. de Div. c. 14.*

Nimbus, *troppo*, *assai*, מאד, nimis, aut valde, *σφόδρα*. *Pallad. in Mart. tit. 10. post med.* In locis nimis frigidis præcoquas ficus feramus. *Macrob. lib. & c. 6. Saturn.* non nimis, fed pulcre dictum. *Capitolin. in Gordian. cap. 6.* Cupide, aut immodeste, aut nimis aliquid facere.

Nimiætas, atis, f. *superfluità*, מאוֹתיוּת, *περισσεία*, superfluitas, redundantia, nimia copia. *Col. lib. 6. cap. 24.* Nimietate vemi pabuli pecudes exhilaratæ lascivunt. *Pallad. l. 6. c. 7.* Sanguinis nimietatem prohibent.

Nimio, adv. *assai*, *troppo*, valde, nimis. *Plaut. Trucul. 4. 1. 6.* Nimio magnæ mellineæ est mihi. *Id. Pœn. 1. 2. 90.* Bonam ego, quam beatam me esse nimio dici mavolo. ¶ Jungitur frequenter comparativis. *Plaut. Perf. 1. 3. 31.* Nimio melius. *Cic. Att. l. 10.* Te nimio plus diligo.

Nimiopère, adv. idem ac nimis, vel admodum nimis. *Cic. in Farad. 5. c. 2.* Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. Sed alii legunt disjunctim *nimio opere*.

Nimirum, adv. *certamente*, אכן, *Got ohn zweiffel*, Gal. *certainement*, Hisp. *certamente*, *δῆπου*, certe, pro certo, sine dubio, ut Donatus inquit, adv. confirmandi, a *ne*, & *mirum*, quasi ne mirum sit, vel nec mirum est. *Cic. 4. Tusc.* Itaque in cognitione nimirum affentiar. *Auct. ad Her. lib. 1.* Absolute nimirum munus oratorium confecerimus. ¶ Aliquando ad responsionem adhibetur pro utique, certe. *Quint. lib. 12. cap. 1.* Uter melior dicetur Orator? Nimirum qui homo quoque melior. ¶ Est etiam adv. explanandi, & significat scilicet, videlicet, nempe. *Cic. pro Flac.* Hoc nimirum est illud, quod non longe a gradibus Aurelii hæc causa dicitur.

Nimis, adv. *troppo*, מאד, Ger. *zu viel*, Gal. *trop*, Hisp. *demasiado*, *ἄγαν*, *λίαν*, *σφόδρα*, plus satis, supra modum. *Cic. 1. de Or.* Neque sumus nimis avidi. *Id. 1. Off.* Nimis magnum studium. ¶ Usurpatur etiam cum genitivo. *Cicer. in Or. c. 51.* Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. ¶ Item cum aliis adverbiis. *Id. 3. Leg. in prine.* Nec nimis valde, nec nimis sæpe laudaveris. ¶ Ponitur etiam pro valde, multum. *Id. Att. lib. 7. epist. 24.* ¶ Philotimi litteræ me quidem non nimis, sed eos admodum delectarunt. *Plaut. Rud. 4. 2. 15.* Nihil est, qui piger est; nimisque id genus odi. *Id. Stich. 2. 3. 49.* Nimis factum bene. *Nimis quam*, maximopere. *Plaut. Mostel. 2. 2. 79.* Nimis quam formido, ne mansuete hic me opprimat.

Nim um, adv. idem ac nimis. *Cic. 4. Acad.* De quo jam nimium etiam diu disputo. *Hor. l. 3. od. 3.* Nimium pii. ¶ *Nimium quantum*, idem est ac plurimum, maximopere, *ὡς ὑπερβολῆ*. *Cic. 4. Fin. c. 25.* Differre inter honestum & turpe nimium quantum. *Gel. lib. 16. cap. 6.* Sed nimium quantum audacter inquit, &c. *Idem lib. 18. cap. 3.* Lingua, atque facundia nimium quanto præstabilis. Al. leg. *quantum*.

Nimus, a, um, *troppo*, *intemperato*, מרזח, מאוֹר, Germ. *zuhefftig*, Gal. *excessif*, *qui est trop*, Hisp. *demesiado*, *πεφυρὸς*, quod modum excedit. *Cic. 4. Tusc.* Nam quod ajunt, nimia refecari oportere, naturalia relinqui. *Id. Brut. l. 15. Fam.* quod in honoribus decernendis effum nimius, & tamquam prodigus. ¶ Reperitur etiam cum genitivo. *Liv. lib. 9. c. 11.* Manlius nimius animi cum alios principes superaret. *Tac. 3. Hist. c. 5.* Sermonis nimius erat. ¶ Et cum abl. *Horat. l. 2. od. 12.* E nimium mere Hyleum. *h. e.* intolerabilem ebrietate. *Plin. l. 14. c. 2.* Eo minus fertiles vino, aciuis, & facie nimiæ. ¶ Sumitur interdum nimius pro præpotenti, & superbiente. *Tac. 3. Hist. c. 52.* Erant qui nefterent mores, quippe jam nimius Antonius. *Idem in Agric. cap. 7. de legione vicesima*. Legaris quoque nimia & formidolosa erat. *Vellej. lib. 2. cap. 32.* Nimius Reip. liberæ vir, ubi dativum casum nota.

Ningir, vel ninguit, ebat, xit, imp. 3. *nevicare*, השלג, Germ. *schneyen*, Gal. *il neige*, Hisp. *nevar*, *νίφει*, est nive plucre. Antiqui dicebant *ninge*, & *ninguo*. *Perins* quidem in 3. *Georg.* testatur se *ninguo* per *u* in omnibus codicibus scriptum inveniste. Est a *νίφω*, quod idem notat *n* inserto. *Virg. 3. Georg. vers. 367.* Interea toto non secius aere ningit. ¶ Translate fumitur pro magnam copiam rei alicujus effundere, & aspergere. *Lucr. l. 2. v. 627.* Ninguntque rosarum floribus. ¶ Passive impersonaliter. *Apulej. in Florid. n. 2. (al. l. 1.)* Totum illud spatium, qua pluitur & ningitur.

Ningor, oris, m. nivis copia decidens. *Apul. de mundo*. Eam tempestatem nos ningorem vocamus.

Ninguidus, a, um, *nevoso*, *νιφόεις*, nivosus, nivalis, nivibus abundans. *Auson. ad Paulin. epist. 24. v. 68.* Barcino me bimaris, juga ninguida Pyrenæi. Et *paulo post v. 124.* Jam ninguida linquit Oppida Iberorum.

Ninguis, is, f. idem quod nix apud veteres. *Lucret. lib. 6. v. 736.* Albas decedere ningues. *Apul.* Omnia ningue canebant.

Ninguit. V. Ningir.

Ningulus, a, um, nullus, nemo. *Enn.* apud *Fest.* Ne ningulus mederi queat.

Ninive, f. i. נינוה, urbs maxima Assyriæ, quam Assur condidit, sic dicta a Nino Rege, qui eam amplificavit, Regia olim Assyriorum, in regione *Diarbech* dicta, ad Tigrim fl. supra Bagdatum in Bor. 100. M. P. Aliqui omnino extinctam putant. ¶ Pop. Ninivitæ. *Tert. l. 5. adv. Marcion.* & *Prudent. Cathem. 7. v. 131.*

Ninnius, ii, m. parvus equus, qui & hinnus dicebatur, ex Græco *ἵννος*, ut docet Scalig. ad lib. 5. Manilii. *Mecænas ad Horatium*. Tu tuum sodalem Ninnio videas strigosiorem.

Niobæus, a, um, quod ad Niobem spectat. *Horat. l. 4. od. 6.* Quem proles Niobæa magnæ Vindicem linguæ, Tityosque raptor Senfit.

Niobe, fem. r. *Νιόβη*, filia Tantali Regis Phrygiæ, & Lydiæ, qui Jupiter dictus fuit, ex Taygete, al. ex Penelope, uxorque Amphionis, Regis Thebarum cui feprem filios, totidem filias peperit. Cum Thebanæ mulieres jussu Mantus filiæ Tiresiæ rem divinam Latonæ facerent, eas reprehendit mulris verbis, se se Deæ anteferens, illisque persuasit, ut illis sacris abstinerent. Latona irata filios Apollinem, & Dianam in vertice Cynthi montis admonuit, ut injuriam ulciscerentur, qui Ismenum, & Sipylum sagittis confixere, cum se exercerent in equestri certamine in campo extra urbem, reliquos pueros in palæstra, feceruntque, ut feptem virgines, cum fratres extinctos una cum matre flerent, repentina morte conciderent. Niobe ex dolore in lapidem versa est, qui in Sipylum Lydiæ montem in Phrygiæ Magnæ confinio, ubi illa nata fuerat, turbine venti raptus est, & fixus in cacumine montis liquitur, & lacrymis etiam nunc manat. Hinc a Poetis Sipyleia mater Niobe dicitur. *Cic. 3. Tusc. cap. 26.* Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu silentium. *Ovid. 6. Metam. v. 155.* ¶ Niobe item, filia Phoronei Regis Argivorum, ex qua Jupiter Osirim suscepit, qui & Apis, & Serapis dictus est.

Niphates, m. 3. Νιφάτης, pars Tauri M. inter Armeniam majorem, & Mesopotamiam. ¶ Niphates item, fl. qui profluit ex Niphate M. qui Armenios, Medos, ac Mesopotamios attingit, ac in Tigrim influit. *Virg. 3. Georg. v. 30.*

Nipsa, orum, n. *νίψα*, lavacra, a *νίπτω*, *lavo*. Hoc nomine dicta est Comœdia Pacuvii. *Cic. 2. Tusc. c. 22.*

* Ni quis scivit. Nomen centuriæ, quæ dicitur a Ser. Tullo rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non sussiset in sua. Idque factum ab eo est,

ne quis civis suffragio privaretur. Sed in ea centuria, neque censetur quisquam, neque centurio præficitur, neque centuriatis potest esse, quia nemo census est ejus centuriæ. Hæc *Festus*.

Niseus, m. 2. *Νισαῖος*, filius Charopi, & Aglajæ, Græcorum omnium, qui ad Trojam navigaverunt, formosissimus. *Ovid. l. 4. de Pont. ep. 13. v. 16.* Tam mala Thersites prohibeat forma latere, Quam pulcra Nireus conspiciendus erat. *Propert. l. 3. el. 18.* Nirea non facies, non vis exemit Achillem.

Nis, dat. pl. pro nobis, apud vet. *Fest.* in voce *Calim*.

Nisa, V. Nisæa.

Nisæa, f. 1. regio Parthyenes, cujus caput fuit Alexandropolis, in qua præstantissimi equi nascebantur, qui Nisæi dicti sunt. *Plin. l. 6. c. 26. Strabo l. 11.* ¶ Nisæa item, vel Nissa, *Taleatan*, urbs Margianæ præcipua. ¶ Nisæa item, *Salvie*, urbs Megaridis maritima, in Atticæ confinio ad finum Saronicum, ubi Megarensium erant Navalia, teste *Thucyd. l. 2.* Hinc Bacchum a Nymphis educatum fabulantur, unde Nisæus cognominatus est.

Nisæus, a, um, quod ad Nisum spectat, ut *Nisæi canes*, Scylla filia Nisi, vel melius Scylla filia Phorci (nam Poetæ interdum fabulas confundunt) cujus pars inferior in canes versa est, & frenum Siculum nauris infestum, & tremendum fecit. *Ovid. 4. Fast. v. 500.* Et vos Nisæi naufraga monstra canes. ¶ A Nisa urbe Megaridis *Nisæi* dictus est Bacchus, quod ibi a Nymphis educatus fuit.

Nisæis, idis, f. patronym. filia, vel neptis Nisi. *Ovid. d remed. amor. v. 737.* Præterita cautus Nisæide navita gaudet.

Nisæus, a, um, adject. idem quod Nisæus, ut Nisæa virgo, apud *Ovid. 8. Met. v. 35.* h. e. Scylla.

Nisi, *se non*, *si non*, אם לא, si non, præterquam, a *ne*, & *si*. Regit tum indicativum tum conjunctivum. *Cic. 2. de Or.* Miseros illudi nolunt, nisi se forte jactant. ¶ Inservit sæpe exceptionibus. *Ter. Andr. 2. 1. 6.* Nihil aliud nisi Philume nam volo. *Cic. de Amic. c. 5.* Nisi in bonis, amicitiam esse non posse. *Sen. Suasor. 2.* Taigeti montis, nisi Laconibus, difficillima juga. *Plaut. Mon. prol. v. 59.* Ei liberorum, nisi filiorum, nihil erat, *h. e.* liberis carebat, non divitiis. ¶ Interdum ponitur pro sed, *ma*, *fenonchè*. *Cic. 13. Fam. ep. 1.* Ne cur ille tantopere contendat, video, ne cur tu repugnes, nisi tamen minus tibi concedi potest, quam illi, laborare sine causa. *Id. l. 8. ep. 16.* De re nihil possum judicare; nisi illud mihi persuadeo, te nihil temere facisse. *Ter. Adel. 1. 2. 73.* Ecce autem de integro, nisi quidquid est, volo scire. Eodem modo locutus est Plautus, cujus exempla congerit *Parsus in Lex. Crit.* ¶ Nisi si, idem est, ac nisi, *se non se*. *Terent. Andr. 2. 5. 13.* Quamobrem? nisi si id est, quod suspicor. *Quint. l. 1. c. 9.* Poetas merito accusitas excusat, nisi si quando &c. *Cic. Catil. 2. cap. 4.* Nisi vero si quis est, qui &c. ¶ Nisi quod, *fenonchè*. *Cic. 9. Fam. ep. 16.* Nihil video quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta. ¶ *Nisi vero*, & *Nisi forte* serviunt transitionibus, & ironiæ. *Cic. pro Syll.* Nisi vero paucos fuisse putatis &c. *Id. de Fato, cap. 16.* Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi. ¶ Nisi pro tantum, solummodo. *Plaut. Epid. 2. 2. 80.* Nisi ea, quæ tu vis, volo. *Cic. pro Rosc. Am. cap. 35.* Nisi hoc video Capitonem in his bonis esse socium. ¶ Pro præterquam. *Id. 1. Tusc.* Quid tum agimus, nisi animum ad se ipsum revocamus? *che altro facciamo, che richiamare*, &c. *Non nisi*, & *nisi non*. *Cic. 1. Fam. ep. 1.* Nisi partes re, de me non conquiesti. *Celsus l. 1. c. 1.* Nunnisi in singulis partibus.

Nisiades, um, f. patronym. a Niso. *Ovid. heroid. ep. 15. v. 54.* Nisiades matres, Nisiadæque nurus, *h. e.* Siculæ Megarenses. Est enim Megaris in Sicilia oppidum teste *Plin. l. 3. cap. 8.* conditum a Megarensibus Græciæ, quorum rex Nisus fuit.

Nisibonus, a, um, adj. a Nisibe. *Ammian. l. 28. c. 8. (al. 25.)*

Nisibis, is, f. urbs Mesopotamiæ antiquissima, *Nisbin*, *Nisbin*. *Plin. l. 6. c. 13.*

Nisus, i, m. 2. *Νίσος*, Rex Megarensium, pater Scyllæ, contra quos dum pugnaret Minos, devictis Athenienfibus, propter filii Androgei interitum, quem Athenienses, & Megarenses dolo necaverant, amatus est a Scylla, quæ ut hosti placeret, comam purpuream parenti abscissam ei obtulit, quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tamdiu Regno potiretur, quamdiu illam habuisset intactam. Sed Scylla a Minoe contempta fuit. N si exstinctus Deorum miseratione in halyæeti avis mutatus est formam: Scylla etiam, dum Minoem in Cretam renavigantem sequitur, in avem eirim conversa est: quæ aves hodie magna inter se flagrant discordia. *Ov. 8. Met. v. 5. Serv. in 2. Georg.* ¶ Nisus magus Dianæ sacerdos, ex hac fabula nomen ducens, ut *Ov.* narrat *locuit. Sparviere*, *o smeriglio*, *νίσος*. Sunt qui putant halyæetum esse, ut dictum est: alii accipitrem in minorem vocant. *Virg. 1. Georg. v. 404.* Apparet liquido sublimis in aere nisus, Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

Nitus, a, um, *ἐστηριγμένος*, partic. a nitor, pro nixus. *Cic. pro Cluent. cap. 57.* Vestra æquitate nisi consistimus. Ita legendum censet *Parsus in Lex. Crit.* ubi alia exempla congerit ex *Livio*, & *Ulpiano*. Ubique tamen alii leg. *nixus*.

Nisus, us, um. *sforzo*, כח, *πεῖρα*, conatus. *Cic. 2. Tusc. c. 21.* Pedetentim, inquit, ito, & sedato nisu. *Virg. Æn. 11. v. 852.* Dea rapido pulcherrima nisu.

Nitedula, æ, f. genus muris agrestis. *Serv. in 1. Georg. Cic. pro Sext. c. 33.* Id fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere. *Plin. l. 8. c. 57. de muribus*. Conditi & hi cubant, rursus æstate juveneseunt, simili & nitedulis quiere. Al. alit. leg.

Nitefacio, is, a. 3. nitidum facio. *Gell. l. 18. c. 11.* Ventus mare cæruleum crispiscans nitefacit.

Nitefactus, a, um, nitidus. *Juvenc. l. 1. in Matth. c.* 6. grato crinem nitefactus olivo.

Nitela, æ, f. nitor. *Salin. c. 35.* Nam præcipua viris gloria est in armorum nitela. ¶ Dicitur etiam de micis pulveris auri. *Salin. cap. 36.* Nitelas interpretantur micas pulveris auri, quæ inter arenas reperiuntur. ¶ Nitela item, vel nitedula est mus agrestis in vepribus agens. *Mart. lib. 5. epigr. 38.* Quæ crine vincit Bætici gregis vellus, Rhenique nodos, aureamque nitelam. Ubi rutilos pueliæ crines comparat cum lana Bætica, capillis Germanorum, & pilis nitelæ. Alii hic quoque micas auri intelligunt. ¶ Sumitur quoque nitela pro re, quæ levigat sordem, & expolit, *καθαιρτήριον*. Unde Apulejus utitur pro dentifricio os ipsum, & dentes honestante. Missi, inquit in 1. *Apolog.* ut petiti, munditias dentium, nitelas oris, ex Arabicis frugibus tenuem pulvisculum, complanatorem tumidæ gingivulæ, converritorem pudendæ reliquiæ.

Nitelinus, a, um, quod ad nitelam animal spectat, ut Color nitelinus pro rufo & rutilo: Sabix nitelina, colore nitelæ. *Plin. l. 16. c. 37.* Apud nos multi totidem generibus nomina imponunt, viminalem vocant, eamdemque perpetuam, alteram nitelinam a colore, quæ sit tenuior, tertiam Gallicam, quæ tenuissima.

Nitens, entis, o. nom. ex partic. a *niteo*, politus, splendidus. *Marsial. lib. 12. epigr. 38.* Crine nitens, niger unguento. *Ovid. 5. Fast. v. 543.* Astra nitentia. *Id. l. 10. Met. v. 211.* Flos nitentior ostro. ¶ Translate nitens oratio, h. e. culta, & elaborata, apud *Cic. de clar. Or. cap. 67.* Nitens ingenium, *Sear. lib. 1. Silv.* ¶ Est etiam partic. a *nitor*. *Virg. 3. Georg. v. 172.* valido nitens sub pondere fagineus axis instrepat.

Nitëo, es, ui, sine sup. *n. 2. rilucere*, *risplendere*, אור, נגה, שחר, Germ. *leiffen*, *scheinen*, Gal. *reluire*, Hisp. *resplendecer*, *γλάβω*, *καλλωπίζομαι*, splendeo, splendidus sum, a *νίτηω*, cel *νίτω*, *lavo*, nam lora niteni, unde & lautum pro nitido, atque eleganti accipitur. *Plaut. Pœnul.* Tibi hoc præcipio, ut niteant ædes. *Cic. in Catil. 2. cap. 3.* Nitent unguentis, fulgent purpura. ¶ Translate fumitur pro exculsum, expolitum esse. *Cic. 4. Fin. cap. 3.* Illorum, vides, quam niteat oratio. ¶ De animalibus etiam dicitur, quæ bene pasta, & pinguia sunt. *Phædr. lib. 3. fab. 7.* Cani perpasto macie confectus lupus forte occurrit: Salutantes dein invicem ut restiterunt; unde fic quæso, nites, &c. ¶ Ponitur & pro abundare, vigere. *Hor. 2. Sat. 4.* Res ubi magna niteat, *h. e.* ubi sunt magnæ divitiæ. *Cic. Agrar. 1. c. 7.* Vectigal in pace niteat, in bello non obsolescat, *h. e.* vigeat, abunder. ¶ Item pro florere, celebrem esse. *Vellej. l. 2. c. 9.* Eodem tractu temporis nituerunt oratores Scipio, Æmilianus, Lælisque.

Nitesco, scis, re, n. 3. *farsi risplendente*, צהר, *καλλωπίσμαι*, nitidus fio. *Cic. 1. Tusc. c. 28.* Cœlum nitescere, arbores frondescere. ¶ De peccoribus pinguibus. *Plin. l. 2. epist. 17.* Multa equorum armenta, quæ herbis, & repore verno nitescunt. ¶ Translate *Auct. ad Heren. l. 3. cap. 16.* Ingenio, doctrina, præceptione, natura nitescit in arte memoriæ.

Nitibundus, a, um, vehementer nitens. *Gell. l. 1. c. 11.* Achæos Homerus pugnam indipisci, ait non tibiarum concentu, sed mentium conspiratu tacito nitibundos.

Nitide, adv. *splendidamente*, *λαμπρῶς*, splendide. *Plaut. Trucul. 2. 4. 3.* Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet! *Id. Cistell. 1. 1. 11.* Ita in prandio nos lepide atque nitide accepisti.

Nitidæ, ārum, f. idem ac nitor. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 578.* Formæ nitiditate præcharus Regi.

Nitidiuscule, adv. *διαυγῶς*, aliquantum nitide, dim. adverbii *nitide*, a comp. nitidius. *Plaut. Pseud. 3. 1. 8.* Ut curet tandem nitidiuscule.

Nitidiusculus, a, um, adject. aliquantum nitidus. *Plaut. Pseud. 1. 2. 84.* Nitidiusculum caput.

Nitido, as. a. 1. *illustrare*, *καλλύνω*, nitidum facio. *Colum. l. 12. cap. 3.* Ferramenta deterså nitidentur. *Pallad. l. 2. c. 17.* Plagam ferramentis acuris nitidamus. *Enn. apud Non. c. 2. n. 583.* Eunt ad fontem, nitidant corpora.

* Nitidulus, a, um, dimin. a nitidus. *Sulpic. Sever. dial. 2. cap. 8.* viduam vagæ, nitidulam.

Nitidus, a, um, *splendido*, *rilucente*, צח, שחור, Ger. *gleiffig*, *wohl ausgebutzt*, Gal. *net*, *bien poli*, Hisp. *luzido*, *λιπαρός*, splendidus, claras, lucens. *Cicer. in Or. c. 11.* In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca, contra alios nitida, læta, colluftrata delectant. *Id. Ver. 5. c. 18.* Colles nitidissimi, viridissimique. *Ovid. 3. Fast. v. 867.* aries nitidissimus auro. *Luer. l. 2. v. 549.* Nitidæ fruges, aro buftaque læta. *Hor. l. 2. od. 12.* Nitidæ virgines

Genibus nixus. ¶ *Nixi dii* appellantur tria signa in Capitolio, ante cellam Minervæ, genibus nixa, velut præsidentes parientum nixibus, quæ signa sunt qui memoriæ prodiderunt, Antiocho rege Syriæ superato, M. Acilium subtracta populo R. adpotasse, atque ubi fuere, posuisse. Sunt etiam qui dicant, capta Corintho advectæ huc: quæ ibi subjecta fuerint mensæ. *Festus.*

Nixus, i, m. ἔγγασις, signum cœleste, quod alii Ingenticulum vocant, a *niteudo*, quia Hercules imago est, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dexteram partem opprimere conatur. *Cicer. in Arato.* Jam dextrum genus, & decoratum lumine furam erigit ille vagans vulgato nomine Nixus. ¶ Nixi Dii appellabantur, quos putabant præsidere parientium nixibus. *Festus.* Hinc *Ovid. Met. 9. v.* 585. tendensque ad cœlum brachia, magno Lucinam, Nixusque pares clamore vocabam. Ita legendum putat *Turneb. l. 7. c. 8.* & *Dempsterus in Rosin. l. 2. c. 39.* Alii legunt, *Lucinam ad nexos partus* &c.

Nixus, us, m. conatus, *sforzo. Quint. l. 12. c. 12.* Luctator, qui totius corporis nixu in id, quod semel invasit, incumbit. ¶ Speciatim sumitur pro partu, vel labore parturientium. *Gell. l. 12. c. 1.* Quam diutinum puerperium, & quam laboriosi nixus fuissent. *Virg. 4. Georg. v.* 199. Haud fœtus nixibus edunt.

N A N T E O.

No, as, avi, atum, n. 1. *nuotare*, שָׁחָה, Germ. *schwimmen*, Gall. *nager*, His. *nadar*, νήχομαι, est per aquam excurrere, proprium piscium, quos etiam *homines*, & alia animalia imitantur, a νέω, νῶ, *nato*, a νάω, *fluo*. *Cic. 5. de Fin.* Serpere anguiculos, nare anaticulas. *Catull. epist.* 65. Barbara navit Athon classi. *Ovid. 1. Met. v.* 304. Nat lupus inter oves. *Id. 8. Met.* Carinæ nant freto. ¶ *Nare sine cortice*, proverbialis Metaphora, de iis, qui suo jam Marte sibi possunt consulere, nullo alieno egentes subsidio, sumpta ab iis, qui natandi jam satis periti cortice non egent. *Hor. lib. 1. Sat. 4.* Nabis sine cortice. ¶ Transferur hoc verbum etiam ad volatum. *Virg. 4. Georg. v.* 59. *de apibus.* Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen.

Nobilis, le, 9. 3. *nobile*, נִכְבָּד, אַדִּיר, Ger. *edel*, Gal. *noble*, His. *noble*, εὐγενὴς, celebris, insignis, clarus, a sup. *notum* verbi *noscio. Cic. 1. de Or.* Multi eriam præterea præclari in Philosophia, & nobiles. *Id. pro Arch.* Natus est Antiochiæ loco nobili, & celebri quondam urbe. ¶ Speciatim dicitur de eo, qui claro genere ortus est. Apud Romanos *nobiles* erant, qui majorum suorum imagines ostendere poterant, i. e. quorum majores Magistratus Curules gesserant: ut *novi* erant, qui nec majorum, nec suas, ut docet *Sigon. l. 2. de ant. jur. C. R. c. 20. Cic. 7. Verr. c. 71.* Quanta sit in invidia, quantoque in odio apud quosdam homines nobiles novorum hominum virtus, & industria. *Vellej. l. 2. c. 112.* Nobilior animo, quam genie. ¶ Patritiorum tamen nemo ignobilis dicebatur, quia faltem ejus imaginem ostendere poterat, qui primus inter Patritios lectus fuerat. Hinc sub ipsum libertatis initium Vitellii, & Aquilii *nobilissimi juvenes* dicuntur a *Livio l. 1. c. 5.* & C. Mutius *adulescens nobilis*, & l. 2. c. 12. Imo totus Patritiorum ordo nobilitatis nomine significari solet ab *eod. Liv. lib. 6. c. 42. l. 7. cap. 1.* & alibi. V. Nobilitas. Ponitur interdum nobilis pro noto. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 10. Cum iis mihi nec locus, nec sermo convenit, iis nunquam nobilis fui. *Liv. lib. 39. c. 4.* Nobilissimæ injuriciiæ, hoc est infignes. ¶ Sed tamen *nobilis*, & *notus* usurpatione, & usu communi distinguuntur. *Cic. pro Cal.* Res est omnis in hac causa nobis cum Clodia muliere non solum nobili, sed etiam nota. ¶ Item pro insigni, & excellenti in quacumque re, sive bona, sive mala. *Cic. 2. de Inv. c. 2.* Nam fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus, & nobilis Rhetor Isocrates. *Liv. l. 39. c. 9.* Hispala Fecenia scortum nobile. *Plaut. Rud. 3. 2. 5.* Qui se scelere volunt fieri nobiles. *Hor. l. 1. od. 12.* Illum superare pugnis nobilem, *h. e.* peritum, excellentem in pugillatu. *Cels. l. 5. c. 18.* Emplastrum nobile ad extrahendum ferrum, *buono per eccellenza.* ¶ Interdum nobilis absolute ponitur pro homine nobili. *Liv. l. 22. c. 58.* Missus cum his Carthalo, nobilis Carthaginiensis. *Plin. l. 5. ep. 17.* Ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum, nisi imagines habeant. ¶ Vetetes scripsere etiam *gnobilis*, ut videre est apud *Festum*.

* Nobilissimatus, us, m. 4. dignitas *nobilissimi*. Temporibus autem impp. *Nobilis*, & *Nobilissimus* titulus fuit Cæsarum, filiorum, fratrum &c. Imperatorum, qui *nobilissimatus* dignitate gaudere dicti sunt. V. *Trisson. de verb. jur. signif.*

Nobilitas, atis, f. *nobiltà*, יֹקֶר, הָדָר, נִכְבָּד, Germ. *adel*. Gal. *noblesse*, His. *nobleca, bidalgua*, εὐγένεια, claritas, celebritas, excellentia in virtute, in genere, in quacumque alia re. *Cic. pro Arche. c. 13.* In quo præclarionem, nobilitatemque despiciunt. *Id. de Or. cap. 31.* Cum florere Hortatem nobilitate discipulorum videret. ¶ Duplex præsertim est, una ex imaginibus, altera ex virtute dicitur: prima tota populi R. fuit, secunda omnium gentium, atque hominum. *Cic. ad Herium.* Cum nobilitas nihil aliud sit, quam cognita virtus, qui in eo, quem veteres centem videat ad g'oriam, generis antiquitatem defideret? ¶ Aliquando nobilitas pro ipsis nobilibus usurpatur. *Liv. l. 7. c. 1.* Quod pro Consule uno Plebejos tres Patritios Magistratus Curules nobilitas sibi sumpsisset. *Id. l. 6. sub fin.* Comitia Consulum adversa nobilitate habita. *Et paulo post.* Concessum ab nobilitate plebi de Consule plebejo; a plebe nobilitati de prætore uno. Quibus omnibus locis *Livius* nobilitatis nomine Patritios intelligit. *Tac. Ann. 12. c. 20.* Claudius nobilitatibus externis miris. ¶ Item pro naturæ excellentia, ac bonitate. *Id. Ann. l. c. 29.* Drusus, vocata concione, quamquam rudis dicendi, nobilitate ingenita incusat priora, probat præsentia. ¶ Tribuitur & aliis rebus. *Plin. lib. 10. c. 37.* Nobilitatemque singularum, & origines narrat. *Ov. 2. de Pont. ep. 5. v. 56.* Eloquio tantum nobilitatis inest. *Plin. l. 14. c. 15.* Postea alia omnia in nobilitatem venerunt. *Plin. l. 28. c. 6.* Nobilitas nutricum, *h. e.* obstetricum peritia nobiles.

Nobilitatus, a, um, nom. ex partic. *nobilitato*, nobilis, aut insignis factus. *Cic. in Partit. c. 10.* Rerum gestarum vestigiis nobilitati. *Curt. l. 4. c. 6.* Obsidio nobilitata periculo regis. *Plin. lib. 7. c. 38.* Praxiteles nobilitatus marmore. *Cic. 2. Offic. c. 7.* Nobilitata crudelitas.

Nobiliter, adv. *nobilmente*, εὐγενῶς, clare, insigniter, decore. *Plin. l. 35. c. 8.* Qui & argentum celavit nobiliter. *Vitruv. l. 7. in præf.* Ædem Jovis nobiliter architectatus. *Epitom. Livii, c. 54.* Nobiliffime tumulatus.

Nobilito, as, avi, atum, a. 1. *nobilitare*, *far nobile*, נִכְבַּד, הָדַר, הוֹקִיר, Ger. *edel od bekannt machen*, Gal. *ennoblir*, His. *ennoblecer*, ἐξευγενίζω, nobilem facio, dignitatem addo, decoro. *Cic. de Sen.* Neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. *Id. 1. Tusc. c. 15.* Quid Poetæ? nonne post mortem nobilitari volunt? ¶ Est etiam notum, & insignem facere in quacunque re, sive bona, sive mala. *Ter. Eun.* 5. 7. 20. Qui stultum adolescentulum nobilitas flagitiis, & eumdem indicas. *Cic. 2. Offic. c. 7.* Cujus est præter cæteros nobilitata crudelitas.

Nocens, entis, 9. *che nuoce, cattivo, ribaldo*, אָשֵׁם, מוֹעֵל, βλάπτων, κακοποιός, qui alteri nocet, damnumque infert, qui injuriam aut maleficium committit, vel commisit, partic. a *noceo. Cic. 2. Off. c. 14.* Ita esse habendum religioni nocentem aliquando, & nefarium, impiumque defendere. *Hor. Epod.* Edax cicutis allium nocentius. *Cic. 1. Verr. cap. 3.* In hac libidine hominum nocentissimorum. *Id. 2. Verr. c. 14.* Se avaritiæ hominis cupiditati fatisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse. *Quint. l. 2. c. 15. ad fin.* Nocentissimi mores.

Nocenter, adv. *con nocumento, con danno*, βλαβερῶς, noxie, damnose. *Col. lib. 8. c. 2.* Sed infestis velut fudibus nocenter armata.

Nocentia, æ, f. *reità*, contrarium innocentiæ, apud *Tertull. in Apolog. cap. 40.*

Nocĕo, es, cui, citum, n. 2. *nuocere*, נָזַק, חָמַס, Ger. *schaden*, Gal. *nuire*, His. *danar*, βλάπτω, officio, obsum, damnum, aut injuriam alicui infero. Construitur vel absolute. *Cic. pro Cæc. c. 21.* Arma sunt alia ad tegendum, alia ad nocendum. ¶ Vel cum dat. *Cic. 3. Off.* Ut non liceret sui commodi causa nocere alteri. ¶ Reperitur etiam cum acc. *Plaut. Mil. 4. 5. v. 18.* Jura, ne non nociturum esse hominem de hac re neminem. *Lamb. & Acid.* legunt *homini nemini*. Alii omnes priorem retinent lectionem cum plerisque MSS. Sed quidquid sit, eleganter habere potest aliquem ex accusativis communibus, ut alia verba. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 35.* Si ureds, aut grando quippiam nocuit. *Id. 2. Fam.* In quo tibi nihil nocerem. ¶ Potest item illi res verbi in acc. adjungi. *Liv. l. 9. c. 10.* Atque ob eam rem noxam nocuerunt. ¶ Passive *Justin. l. 44. cap. 4.* Itaque cum non solum non nocerentur, verum quarumdam uberibus alerentur. ¶ Et impersonaliter. *Cic. 4. Verr.* Ne quid ei per filium suum noceretur. *Cæsl. l. 5. B. G. c. 36.* Speraze, a multitudine impetrari posse, quod ad militum salutem pertineat, ipsi vero nihil nocitum iri. *Ulp. l. 1. Dig. de bis, qui deject. vel effud.* Si nocitum ei esse diceret. ¶ Ne tere nolli, est nimis cœnam protrahendo dormiendi sibi tempus adimere. *Plaut. Cure. 2. 3. 73.* Neque diem decet mi emorari, neque nocti nocerier. ¶ *Noxit pro noceat* dixit *Lucil.* apud *Fest.* in *Tama*.

Nocĭturus, a, um, o. 1. 2. partic. temporis futuri verbi nocco. *Cic. 1. Off. cap. 4.* Declinerque ea, quæ nocitura videantur. *Ov. 11. Met.* Pocula nocitura.

Nocivus, a, um, adject. *nocivo, dannoso*, βλαβερὸς, qui nocet. *Plin. l. 20. c. 2.* Pecori præcipue nocivam. *Phædr. l. 1. fab. 29.* Et sibi nocivum concitant periculum.

Noctescĭte, ebat, imp. 3. *farsi notte*, חָשַׁךְ, חָשְׁכָה הַיּוֹם, σκοτόομαι, tenebræ incipiunt, aer obrenebratur. *Furius* apud *Non. c. 2. n. 56.* & *Gell. l. 18. c. 11.* Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

Noctĭcŏla, æ, qui noctem colit, ut noctícola indus apud *Prudent. Hamartig. v. 636.* quia scilicet ob diurnos nimios calores noctem amat, qua refrigeratur.

Noctĭcŏlor, oris, adject. noctis colorem habens, h. e. atrum, ut noctícolor Styx, apud *Auson. in Monosyllab. de Dis, v.* 11. Sic, Memnonem noctícolorem, dixit *Levius* apud *Gell. l. 19. c. 7.*

* Noctĭcŭlus, i. *Varr. l. 4. L. c. 19.* Catulus a fagaci sensu & acuto .... nocticulus in custodia &c. videtur esse *noctu vigilans*. Sed potius corruptus est locus.

Noctĭfer, ra, rum, νυκτοφόρος, quod noctem affert, epitherum Hesperi stellæ, a *nocte*, & *fero*, ea forma, qua mane Lucifer vocatur. *Catull. in Carm. nupt. 61. v. 7.* Jam dudum Oetæos ostendit Noctifer ignes. Adde *Calpurn. ecl. 5. ad fi.*

Noctĭlŭca, f. 1. νυκτιλάμπας, יָרֵחַ, לְבָנָה, Luna, quia noctu lucet. *Varro lib. 4. de L. L. c. 10.* Lunam in Palatio ita vocari ait, quod ibi noctu ejus lucet templum. *Hor. l. 4. od. 6.* Rite Latonæ pueram canentes, Rite crescentem face Noctilucam. ¶ Item lucerna, capse de causa. *Varro* apud *Scalig. in Conject. p. 344.* Noctilucam tollo, ad forum fero, infio, anima revivisicit.

Noctĭsurgium, noctu surgere. *Fest. in Egreus*: Nyctegresia, quasi noctisurgium.

Noctivăgus, a, um, *notivago*, νυκτοπάρης, quod nocte vagatur. *Virg. 10. Æn. v. 216.* Almaque curru Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum. *Lucr. l. 5. v.* 1190. Noctivagæ faces cœli.

Noctĭvidus, a, um, adject. qui noctu videt, ut noctividæ noctuæ, apud *Martian. Capell. l. 6. init. in carm.*

Noctivĭgus, a, um, qui noctu vigilat. Noctivigilam Venerem dixit *Plaut. Curcul. 1. 3. 40.* quia nox amatoribus amica est; & ipsi noctes insomnes ducere solent. In quibusdam codicibus legitur *noctivigila*.

Noctŭus, a, um, adject. idem ac nocturnus. *Lucr. l. 6. v.* 1218. nec noctia secla ferarum Exibant filuis. Alii leg. *nocti, alii noctibus*.

Noctu, *di notte*, לַיְלָה, Germ. *zu nacht*, Gal. *de nuit*, His. *de noche*, νύκτωρ, nocte, nomen indecl. ablativi tantum casus, ut *diu, nutu, sponte*, &c. *Cic. pro Mil.* Nec in eo loco subsedit, quo ille noctu venturus esset? *Salluft. Jugurth. c. 42. Plaut. Cas. 4. 4. 5.* Noctuque & diu ut viro subdola sies. ¶ *Hac noctu, qua nocte, concubia nocte* affert ex Ennio *Macrob. l. 1. Saturn. c. 4.* Et *de nocte* ex *Quadrigario. Plautus* etiam *Trinum. 4. 2. 27.* Hac, inquit, noctu agitandum est vigilias.

Noctŭa, f. 1. *civetta*, חַכְמָה, Germ. *narkteul*, Gal. *chat-huant*, His. *lechuca*, γλαυξ, avis genus, a *nocte*, ut *vespertilio* a *vespere*, quia noctu canit, ac vigilat. *Varro l. 4. L. L. c. 11. Plin. l. 11. c. 17.* Noctuarum contra aves solers dimicatio. ¶ *Noctuas Athenas ferre*, proverbio dicuntur ii, qui eo rem aliquam afferunt, ubi ejus maxima est copia. Noctuarum enim maxima vis Athenis. Hoc proverbio utitur *Cic. 3. Fam. l 9. ep. 3. & alibi*, sed græco, quod est, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, *ficelle Athenas*.

Noctŭabundus, a, um, adject. noctu vagans, vel iter faciens. *Cic. Arr. l. 12. ep. 1.* Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius.

Noctŭinus, a, um, adject. ut noctuini oculi, h. e. glauci, quales noctuæ sunt. *Plaut Curc. 1. 3. 35.* Tun' etiam cum noctuinis oculis odium me vocas? *Turneb. l. 11. c. 7.* legit *nocturnis*.

Noctŭrnalis, le, adject. idem quod nocturnus. *Sidon. l. 7. ep. 16.* Per quos noctur nalem cucullum transmisi, *Alcim. Avit. epist. 33.* Noctturnalis habitatio.

Nocturninus. V. in voce sequenti.

Nocturnus, a, um, *notturno, di notte*, Ger. *zu nucht, nechtig*, Gall. *de nuit*, His. *noturno*, νυκτινός, quod est noctis, a *nocte* ut *diurnus* a *diu. C. c. 4. Verr.* Sic etiam forrunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum. *Id. pro Rosc. Amer. c. 7.* Horæ nocturnæ. *Id. de Sen. cap. 23.* Diurni, nocturnique labores. ¶ Nocturnus, i, m. pro Deo noctis ponitur a *Plaut. Amph. 1. 1. 116.* ¶ Hunc eumdem *Augustinus*, & *Martian. Capell.* Nocturnium vocant. ¶ Nocturnus pro Vespere, est apud *Stat. 6. Theb. v.* 240. quemadmodum *nocsifer* a Catullo dicitur.

Noctuvigilus, V. Noctivigilus.

Nocŭus, a, um, *che nuoce*, מוֹעֵל, Ger. *schedlich, mit schaden*, Gal. *nuisant, pour nuire*, His. *danoso*, βλαβερὸς, quod nocet. *Cic. 3. de Leg. c. 3.* Magistratus nec obedientem, & nocuum civem multa, verberibus, vinculisque coercento. Ita quidam Lexicographi: verum optimæ Editiones plerumque exhibent *noxium*.

* Nodămen, ligamen, nodus. *Paul. Nol. Mat. 11. S. Fel. v.* 593.

Nodārio, onis, f. 3. actus nodandi, nodositas. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Et perdolata propter nodationis duritiem dicitur esse fasterna.

Nodātus, a, um, adject. nodis habens, nodosus, *nodoso*. *Plin. l. 13. c. 22.* Ferula geniculatis nodata scapis. ¶ Item nodo vinctus, *legato. Ovid. de remed. amor. v.* 17. collum laqueo nodatus ab arcto.

Nodĭa, æ, f. 1. herba, alio nomine mularis, quæ nomas curat, & efficacissima est adversus scorpiones pota in vino, aut polca. *Plin. l. 24. c. ult.*

Nodo, as, a, 1. *annodare, legare*, אָסַר, Ger. *knuepffen*, Gall. *nouer*, His. *nudar, atar*, πλέκω, nodos facio, ligo in nodo. *Virg. l. 9. Æn. v.* 138. Crines nodantur in aurum. *Pl. l. 37. c. 3.* Ut retia arcendis feris podium protegentia succinis nodarentur.

Nodosĭtas, atis, f. nodorum multitudo, duricies, *nodosità*. Est *Augustini l. 3. Conf. c. ult.*

Nodōsus, a, um, *nodoso*, Ger. *verknuepft, knoepfficht*, Gal. *noueux, plein de noeuds*, His. *nudoso*, πολυπλόκος, multos habens nodos. *Lucr. l. 8.* Nodosaque fiangit ossa. *Sen. ep. 12.* Nodosi rami. *Ov. Heroid. ep. 16. v.* 191. Nodoto stipite. ¶ Nodosa podagra dicitur, quia nodos seu articulos tentat. *Ov. l. 1. de Pont. epist. 3. vers. 23.* Tollere nodosam nescit medicina podagram. Adde *Horat. l. 1. ep. 1. v. 31.* ¶ Translate nodosus ponitur pro difficili, ducta metaphora a lignis, quæ qua nodosa sunt, difficile cæduntur. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 1.* Nodosæ & anxiæ quæstiones. *Horat. l. 2. Sat. 3. v. 69.* adde Cicutæ nodosi tabulas centum, *h. e.* difficile se explicantis, per ambages loquentis, scrupulosi, nimis cauti.

* Nodōsus, vel Nodutus deus, quem præficiebant nodis culmorum in frumentis. *Auguste. l. 4. de C. D. c. 8.* V. Nodutus.

Nodŭlus, m. 2. parvus nodus. *Plin. l. 21. cap. 5.* Dein nudantibus se nodulis in face nigri vini, vel Græci, mense Martio macerantur.

Nodus, m. 2. *nodo, groppo*, אֲגַם, Ger. *knopff, fug*, Gal. *noeud, jointure*, His. *nudo*, ἄμμος, ligatura, quæ non facile solvitur. *Cic. de Univ. c. 4.* Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum, vinculumque desiderant. ¶ *Nodus Herculeus*, proverbii speciem habet pro vinculo arctissime & quod non facile solvi possit. Fertur enim Hercules nodi quoddam genus ostendisse, in quo neque principium, neque finis appareret, propter quod posteris & admirationi fuerit, & religioni, eoque nectendi genere uti solent in obligandis vulneribus. *Plin. l. 28. c. 6.* Vulnera nodo Herculis præligare, mirum, quanto ocior medicina est. ¶ *Nodus Athenas ferre*, proverbio dicuntur ii, qui eo rem aliquam afferunt, ubi ejus maxima est copia. Nocturnum enim maxima vis Athenis. Hoc proverbio utitur *Cic. 3. Fam. l 9. ep. 3. & alibi*, sed græco, quod est, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, *ficelle Athenas*. ¶ *Nodus Gordius*, proverbii speciem habet pro re implicata, & cujus explicatio nulla. Hoc proverbio utitur *Cic. 3. Fam. l 9. ep. 3. & alibi*, sed græco, quod est, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, *ficelle Athenas*. ¶ *Nodus Herculeus*, proverbii speciem habet pro vinculo arctissime & quod non facile solvi possit. Fertur enim Hercules nodi quoddam genus ostendisse, in quo neque principium, neque finis appareret, propter quod posteris & admirationi fuerit, & religioni, eoque nectendi genere uti solent in obligandis vulneribus. *Plin. l. 28. c. 6.* Vulnera nodo Herculis præligare, mirum, quanto ocior medicina est

Cic. 6. Verr. c. 12. Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Hejo peripetasmata emere oblitus es? *Plin. l. 12. c. 9.* Vicina est Bactriana, in qua bdellium nominatissimum. *Tertull. de anim. c. 13.* Nominatiora pericula.

Nomĭnĭto, as, a. 1. frequentativ. a nomino. *Lucret. lib. 3. v. 353.* Suscipere hunc motum, quem sensum nominitamus. *Id. l. 4. vers. 48.* Quæ quasi membrana est, vel cortex nominitanda.

Nomĭno, as, a. 1. *nominare*, שׁם, קרא, ὀνομάζω, nomen impono, appello, voco, nuncupo. *Cic. de Am.* Amor enim, ex quo amicitia est nominata. *Plaut. Most.* 3. 2. 97. Hem quis me nominat? *Ter. Phorm.* 5. 1. 12. Meum nomen nominat. ¶ Interdum est, aliquem ad aliquem honorem deligere, seu præsentem sistere, nominare designandum. *Plin. l. 2. epist.* 1. Illo die, quo sacerdotes solent nominare, quos dignissimos sacerdotio judicant, me semper nominabat. *Suet. in Claud. c. 22.* In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi juratus nominavit. ¶ Item pro desiderare ad magistratum, accusare. *Liv. l. 39. c. 17.* Si quisquam ad se deduxisset, nomenve absentis detulisset, qui nominatus profugisset, diem certum definiturus, ad quem nisi citatus respondisset, absens damnaretur: Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam esset, nominaretur, ei laxiorem diem laturos. *Suet. in Cæs. c. 17.* Inter socios Cartiliæ nominatus. ¶ Item pro celebrare, prædicare. *Cicer. pro Arch. c. 11.* Prædicari de se, & nominari volunt omnes. ¶ Nominare honoris causa, formula est, qua utimur, cum honestos viros ignominamus. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 2.* Sylla, quem honoris causa nomino. *Et c. 6.* Quas, ut æquum est, familias honestatis, simplicitudinisque gratia nomino. ¶ Nominandi casus, idem est, ac nominativus, apud *Quintil.*

Nomĭon, onis, m. canticum, seu hymnus in honorem Apollinis, qui νομὸς etiam dictus est, postquam Admeti regis armenta pavit. Legunt quidam hanc vocem apud *Cic. 1. de Orat. c. 59.* ubi alii *Munienem*, alii *minutissimem* reponunt.

Nomisma. v. Numisma.

Nomĭus, m. 2. Νόμιος, Apollo, a νέμω, *pasco*, juxta Physicos, quia Sol, quæcumque terris nascentur, pascit, seu vegetat; juxta Poetas, quia cœlo exulans pavit pecus Regis Admeti ad Amphrysum amnem, unde Maroni *pastor ab Amphryso* dicitur. Sed *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 23.* scripsit, hunc Apollinem quartum fuisse, dictumque Nomionem a νόμος, lex, his verbis: Apollinum antiquissimus is, quem paulo ante ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum, alter Corybantis filius natus in Creta, cujus de illa insula cum Jove ipso certamen fuisse traditur, tertius Jove tertio natus, & Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse, quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse. *Justinus l. 13.* narrat, Nomium filium fuisse Apollinis ex Cyrene filia Spei Regis Thessaliæ, Cyrenem ab Apolline raptam, perlatamque in Africam, in Cyram montem, ibi quatuor filios peperisse, Nomium, Aristæum, Autochium, Argæum.

Nomos, vel Nomus, i, m. νόμος, פְּקֻדָּה, Præfectura. *Plin. l. 5. c. 9. de Ægypto:* Summa pars contermina Æthiopiæ Thebais vocatur, dividitur in Præfecturas oppidorum, quas Nomos vocant, duodecim. *Trajanus ad Plin. jun. l. b. 10. epist. 23.* Tu, ex quo nomo sit, notum mihi facere debes. Hic quoque de Ægypto loquitur. ¶ In Musicis nomus est idem ac cantilena, seu modus certa lege compositus. Νόμος enim græce legem latine significat. *Suet. in Ner. cap. 20.* Nec ante cantare destitit, quam inchoatum absolveret nomon. Pleræque editiones habent νόμιον, græcis literis. V. ibi *Salmas.*

Non, non, ne, לֹא, בַּל, בְּלִי, Germ. *nein, nicht*, Gal. *non, point*, Hisp. *no*, ס, אִי, minime, nequaquam, adv. negandi. Omnibus modis, præterquam imperativo, accommodari potest. *Cic. pro Flacc. 22.* Non est ita, Judices, non est profecto. ¶ Si negationi præponatur, affirmat, ut *Nunibil tibi debeo*, id est aliquid debeo; cum post ponitur, magis affirmat, quam si præponeretur, ut *Nihil non tibi debeo*, hoc est omnia tibi debeo. *Ovid. l. 3. Fast. v. 623.* Multa tibi memores, nil non debemus Eliæ. V. *Non nihil.* ¶ Conjungitur elegantèr cum quibusdam dictionibus, ut, *non modo, non ita, non quod, non ut, non vero, non nisi, &c. Cic. de Amic.* Non modo aperte, sed etiam acriter. *Id. Att. l. 16. ep. 7.* Non modo non prohibebas, verum etiam approbabas. *Id. Catil. l. c. 5.* Nihil cogitas, quod ego non modo audiam, sed etiam videam &c. Ubi *non modo* pro *non modo non* ponitur. *Id. Ver. 4.* Non ita multum recum fuit. *Id. in Or. c. 39.* Non quod sola ornent, sed quod excellant. *Id. Verr. 6. c. 28.* Non quo quicquam metueret, sed ut ne multi ante perciperent &c. *Id. de Sen. c. 9.* Non vero tam iſti, quam tu ipse negator. *Id. 2. Orat. c. 87.* Non ut totum aliquid pariat, verum ut &c. *Plin. lib. 4. ep. 13.* Ne eam pecuniam non nisi dignus accipiat. ¶ Non possum non, non possum quin, *non posso far di meno. Id. Att. 8. ep. 2.* Quas ad te non potui non dare. *Id. 2. de Orat. c. 10.* Non possum quin exclamem. ¶ Usurpatur interdum in interrogationibus, pro nonne. *Cic. pro Quinct. c. 26.* Quid hæc immaturitas tanta significat? non vim? non scelus? non latrocinium? ¶ *Unus non*, est ne unus quidem. *Flor. l. 2. c. 18.* Unus enim vir Numantinus non fuit, qui &c. ¶ Non unus, est plures. *Cic. ad Q. Fr.* Superioribus literis non unis. ¶ Inter dum *non* geminatur. *Catul. Carm. 14.* Non, non hoc tibi, false, sic abibit. *Ter. Phorm. 1. 5. 73.* Non, non sic futurum est, non potest.

Nona, æ, f. 1. νῶνα, una ex Parcis. Latini *Nonam, Decimam*, & *Mortem* Parcas dixere, quod tempestivum tempus partus sit nono, & decimo mense, qui vero ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortui nascantur, aut paullo post moriantur. *Gel. l. 3. c. 16.*

Nonacrīnus, a, um, Arcadicus, a Nonacre monte. *Ovid. 2. Met. v. 409.* In virgine Nonacrina hæsit, *ideſt*, Atalanta.

Nonăcris, m. 3. νώνακρις, mons Arcadiæ, in Peloponneso, cum oppid. olim cognomine, ex quo Styx aqua frigidissima, teste *Suida*, & *Virr. l. 8. c. 3.* emanat quam inferorum paludem fabulantur, ubi etiam Nonacrinum nemus.

Nonacrius, a, um, ex Nonacre M. vel ex Arcadia. *Ovid. 5. Fast. v. 97.* Et matri, & vati paret Nonacrius Heros, ideſt Evander.

Nonæ, arum, f. *le none*, νῶναι, dies quintus, vel septimus mensis. Erant dies septimus in Martio, Majo, Julio, Octobri, quintus in reliquis. Priores nonæ septimanæ dicuntur a *Varrone lib. 5. de L. L. c. 4.* posteriores quintanæ. ¶ Dictæ sunt a *nonus*, quod a *novem*, quia a die 5. vel 7. inclusive, usque ad Idus, novem dies numerantur. Quidam putarunt, dictas esse a *novus*, quasi novæ initium observationis, quia post novam Lunam Nonarum die populares qui in agris erant, consuebant in Urbem, acceptari causas feriarum a Rege Sacrorum, scripturique, quid esset eo mense faciendum. Utrumque etymon adducit *Varro loc. cit. Festus in Nonæ*, & *Macrob. l. 1. Sat. c. 13. Cic. pro Flac. c. 40.* O Nonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis! *Id. pro Quinct. c. 18.* Nonis Februarii si Romæ fuit. *Id. l. 5. Fam. ep. 2.* A. d. tertium nonas Januarii cum agere cœpisset.

Nonagenarius, a, um, nonagesimus. *Plin. l. 2. cap. 15.* Unde & nomen accepit is motus, primus, & secundus nonagenarius dictus ab utroque exortu.

Nonagēni, æ, a, *novanta*, תִּשְׁעִים, nomen est distributivum, quod tamen etiam pro cardinali *nonaginta* adhibetur. *Plin. l. 38. c. 13.* Porticus afcenduntur nonagenis gradibus.

Nonagesĭmus, a, um, *nonagesimo*, ὀγδοηκοστός, quod habet numerum nonaginta. *Cic. de Sen. c. 5.* Qui eum librum quarto, & nonagesimo anno scripsisse dicitur.

Nonagies, adv. *novanta volte*, ἐνενηκοντάκις, nonaginta vices. *Cic. 5. Verr. cap. 70.* In alteras decumas ferme ad nonagies, &c.

Nonaginta, *nonanta, novanta*, תִּשְׁעִים, nomen numerale cardinale indeclinabile. *Cic. de Sen. c. 10.* Hospes tuus Masinissa quæ faciat hodie nonaginta annos natus.

* Nonalia sacra, quæ nonis fiebant in arce; quibus ferias primas menstruas, quæ futuræ essent eo mense, rex sacrorum prædicebat populo. *Varr. lib. 5. de L. L. cap. 4.*

Nonānus, a, um, adject. *Nonanus miles* apud *Tacit. lib. 1. Annal. cap. 23.* est miles nonæ legionis.

Nonarius, a, um, quod fit nona hora, vel die, vel mense, &c. a *nonus*. Hinc nonaria meretrix, quæ circa nonam horam cellam aperit, & prostat. Hoc enim Romæ usuvenisse testatur Vetus interpres ad illud *Persii sat. 1. in fin.* Si Cynico barbam petulans nonaria vellat. Id autem ideo factitatum scribit, ne, si ante illud tempus ad eas accedi posset, matutina officia ab adolescentibus omitterentur.

Nondum, adv. *non ancora*, μήπω, non adhuc, necdum, nequedum, etiam nunc non. *Cic. Fam. 11. ep. 28.* Nondum satis constitui. *Idem 2. Div. c. 6.* Nondum dico, quam hæc signa nulla sint.

* Nongentesĭmus. V. Noningentesimus.

Nongenti, æ, a, *novecento*, ἐννακόσιοι, תְּשַׁע מֵאוֹת, novies centum. *Cic. pro Flacco, c. 37.* Falcidius emerat sestertiis nongentis millibus. *Col. lib. 5. c. 2.* Quatuor millia, & nongenti pedes.

* Nongesĭmus. V. Nonigesimus.

* Nonies, *nove volte*, ἐννάκις, novem vicibus. Legitur in vet lap. apud *Donium cl. 2. n. 82.* & *Murat. p. 451. n. 1.*

* Nonigesĭmus, Nongesimus, nongentesimus. *Priscian. l. de pond. p. 1353.*

* Noningentesĭmus, Nongentesimus, *novecentesimo*, ἐννακοσιοστός, *Prisc. ibid.*

* Noningenti. V. Nongenti.

Noningentĭes, Nongenties, adv. *novecento volte*, novies centies. *Vitruv. l. 1. c. 6.* Millies mille, & noningenties mille passus.

Nonius Marcellus Grammaticus *scripsit* opus de varia significatione verborum, distinctum in capita. Posterior Apulejo est, ipsum enim non semel affert inter cæteros latinos scriptores. Cæterum plerumque antiqua sectatur, delectaturque plurimum *Accio, Pacuvio, Nevio, Plauto*, & his similibus.

* Nonna. V. Nonnus.

Nonne, *forse non*, ה, ὁ γάρ, הֲלֹא, an, an non, adv. dubitandi, vel interrogandi, ex non, & ne. *Cic. 5. Tusc. c. 12.* Cum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium nonne beatum putaret. *Id. de nat. Deor. l. 3. c. 37.* Nonne animadvertis, id inique fieri? *Id. pro Cæc. c. 13.* Te dejectum debeo intelligere, nonne?

Nonnihil, *qualche cosa*, מְה, μικρόν τι, aliquid, aliquantum. *Cic. pro Quinct. c. 1.* Eloquentia Q. Hortensii ne me dicendo impediat, nonnihil commoveor. *Nepos 23. cap. 13.* Nonnihil temporis tribuit literis. ¶ Scribitur & divisum *non nihil*.

Nonnullus, a, um, *alcuno*, τις, ἔνιος, aliquis. *Cic. 1. Verr.* Nonnullum de alterius ingenio judicium facere. *Nepos 25. c. 3.* Nonnulli ita interpretantur. *Plin. lib. 7. ep. 20.* Nonnullius in literis nominis.

Nonnunquam, adv. *alle volte, qualche volta*, פְּעָמִים, ἐνίοτε, aliquando. *Cic. l. 5. Fam. ep. 8.* Et re nonnunquam a me alienatur.

Nonnus, i, & Nonna, æ, nomen est reverentiæ & gravitatis, quo Monachos & Monachas appellabant. *Hieronym. epist. 22. ad Eustoch. c. 6.* Castæ vocantur, & Nonnæ, & post cœnam dubiam Apostolos somniant.

Nonnusquam, adv. *in qualche luogo*, in aliquo loco. *Plin. l. 14. c. 19.* Nonnusquam vini face, acetove conditunt.

Nonnœ̆læ vocantur papillæ, quæ ex faucibus caprarum dependent. *Festus.*

Non prídem, *non ha molto*, æque & recte, & frequenter dicimus, ut jampridem, quampridem. *Festus.*

Nonuncium, quod novem unciarum est. *Festus.*

Nonus, a, um, *nono*, תְּשִׁעִי, ἔνατος, nomen numerale ordinis, a *novenus*, per Syncop. quod a *novem. Plin. l. 18. c. 21.* Et a semente non nisi nonis mensibus in aream redeunt.

Nonusdecĭmus, a, um, *decimonono. Tacit. 13. Ann. c. 6.* Nonodecimo ætatis anno.

Nonussis, novem asses. *Varr l. 4. c. 36. de L. L.*

Norax, acis, m. filius Mercurii quinti ex Nympha Oschira filia Pyrenæi, qui a Tharsalo opp. Hispaniæ in Sardiniam venit, ubi urbem condidit, & de suo nomine appellavit.

Norba, f. 1. *Norma rovinata*, opp. Latii, in Campania Romana, ad rad. montium. *Liv. l. 2. c. 34. Plin. l. 3. c. 5.* Hinc

Norbānus, a, um, adj. ad Norbam pertinens, ut Norbanus ager, *Liv. lib. 8. c. 19.*

Noricum, i, n. veteris Illyrici pars, Rhætis, Vindelicisque finitima: nunc pars est Bavariæ, & circuli Austriaci. De ea V. *Cluver. l. de Noric.* & *Vindel.*

Noricus, a, um, quod est ex Norico. *Horat. l. 1. od. 16.* Quas neque Noricus deterret ensis.

Norma, æ, f. *squadra, norma*, קו, פֶּלֶס, אֹמֶן, מִשְׁקָל, Germ. *ein winckelmaß*, Gll. *regle, equerre*, Hisp. *esquadra, nauio, γναμων*, fabrorum instrumentum, habens duo latera, quo omnia dirigunt, metiunturque, quæ & regula dicitur. *Lucret. l. 4. v. 516.* Normaque si fallax certis rationibus exit. *Plin. l. 36. cap. 22.* Structuram ad normam, & libellam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet. ¶ Per Metaphoram accipitur pro lege, formula, & præscripto. *Cicer. pro Mur. c. 2.* M. Catoni vitam ad rectam rationis normam dirigenti, & diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium de officio meo respondeo. *Hor. in Arte Poet. v. 72.* Si volet usus, quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi. *Plin. l. 9. ep. 26.* Demosthenes ille norma oratoris, & regula.

Normālis, & le, o. 3. κανονικός, ad normam factus, ut Normalis linea, quo nomine *Aggenus*, & alii agrimensores vocant eam, quæ latus quadrati claudit ad angulos rectos, ad Solino quæ vis παράλληλος nominatur. *Quintil. l. 11. cap. 3.* Ut quasi normalem illum angulum faciet. *Manil. lib. 2. v. 289.* Quorum designat normalis virgula sedes. Ubi ipsam significat.

Normaliter, adv. ad normam, ad perpendiculum. *Frontin. de limitib.* Quæ normaliter ex rigore aguntur. *Ammian. l. 20. c. 4.* Cum luna e regione (solis) normaliter steterit, lumine pleno fulgebit.

Normātio, onis, f. ad normam directio. *In fragm. de limitib. pag. 217. Goesii.*

* Normatĭus, æ, f. normatio. *Innocent. de cas. liter. p. 217. Goes.*

Normātus, a, um, ἐνκαμπτόμενος, quod ad normam factum, & directum est. *Col. l. 3. c. 13.* Ut tamquam suppositæ basi ad perpendiculum normata insisteret.

Normo, as, a. 1. ad normam dirigo. *Diomed. Gramat.*

Northĭa, æ, Fortuna, apud Hetruscos. *Juven. sat. 10. v. 74.* Si Northia Tusco favisset. Al. leg. *Nurtia*, alii *Nurscia*, al. *Nortia*, al. *Nersia.*

Nos, nostrum, vel nostri, *noi*, אֲנַחְנוּ, Germ. *wir*, Gall. *nous*, Hisp. *nos otros*, ἡμεῖς; plurale est pronominis *ego*, a νώ, adjectione literæ *s*, ut a σφῶ *vos*, literarum trajectione. *Terent. Adelph. 2. 3. 7.* Quasi non norimus nos inter nos. *Virg. Ecl. 2. v. 7.* Nil nostri miserere. *Cicer. 5. Fam.* Utriusque nostrum magni interest. ¶ Interdum adjectio syllabica *met* ei adjungitur. *Cicer. 4. Fin.* Nosmetipsos commendatos esse nobis. Et *4. Acad.* Discedamus a nosmetipsis. *Plaut. Rud. 1. 2. 70.* Nosmet memimus. ¶ Quando jungitur *nobis* præpolit. *cum*, ea semper postponitur; nam præposita κακόφατνον faceret. *Virg. 8. Æn. vers. 174.* Nobiscum affuescite mensis. ¶ *Nobiscum* pro *nos* accusandi casu. *Plaut. Pœn. 3. 2. 24.* Quasi tu nobiscum adveniens hodie oraveris, liberum ut commonstraremus tibi locum, ἀρχιδιδασκάλος est non imitandus. ¶ Sæpe per synecdochen *nos* usurpamus etiam de uno loquentes. *Cic. Fam. 7. ep. 19.* de se ipso loquens. In qua nos te continebimus, si salvi redierimus.

Noscentia, æ, f. cognitio, notitia. Quidam *Symmacho* ascribunt *l. 6. ep. 11.* & *l. 9. ep. 9.* sed utroque loco alii leg. *notitia.*

* Noscibĭlis, e, *cognoscibile*, γνωστός, qui nosci potest. *Tertul.* & *August.*

Noscitabundus, a, um. o. 1. 2. noscitans, agnoscens. *Gell. lib. 5. cap. 14.* Deinde sensim, atque placide tamquam noscitabundus ad hominem accedit.

Noscĭto, as, a. 1. γνωρίζω, יָדַע, freq. a nosco. *Liv. l. 3. c. 38.* Circumspectare omnibus fori partibus Senatorem, raroque usquam noscitare. Adde *l. 22. c. 6. Catul. in carm. nupt. 60. v. 221.* Et facile inscitis noscitetur ab omnibus.

Nosco, is, novi, notum, a. 3. *conoscere* יָדַע, זָכַר, Germ. *erkennen, wissen*, Gall. *connoitre, sçavoir*, Hisp. *conocer*, γινώσκω, cognosco, notum, vel cognitum habeo, notiriam alicujus rei habeo. *Cic. 1. Tusc. c. 22.* Ut se quisque noscat. *Tacit. in Agric. c. 5.* Noscere provinciam, nosci exercitui, *h. e.* ab exercitu. *Id. de Germ. c. 30.* Audire præpolitos, nosse ordines. *Plaut. Amph. prol. v. 104.* Vos novisse credo, ut sit pater meus. *Ter. Phorm. 2. 1. 35.* Unum cognoris, omnes noris. ¶ Nosse de facie, *conoscer di vista. Cic. in Pison. c. 82.* Virtutem tu ne de facie quidem nosti. ¶ Nosse animum alicujus, *conoscer la sua natura. Terent. Heaut. 3. 3. 9.* Novi ego amantium animum: advertunt graviter quæ non censeas. ¶ Pro agnoscere & probare, *Cic. l. 1. de Leg. c. 4.*

Nosocomium, ii, n. *ospitale*, νοσοκομεῖον, hospitium ægrotantium pauperum, locus, in quo recipiuntur, & aluntur pauperes ægroti. *Justinian. l. illud 16.* & *l. sanctimus 18. C. de Sacrof. Eccl.* & *Heronym. epist. 30. c. 2.*

* Nosocŏmus, *spedaliere, infermiere*, νοσοκόμος. *Cod. just. l. 3. 42.*

Noster, a, um, *nostro*, ἡμέτερος, שֶׁלָּנוּ, quod ad nos pertinet, a nos. *Cic. Att. ep. 19.* Cneus noster (o rem miseram, & incredibilem!) ut totus jacet! *Plaut. Aul. 2. 1. 14.* Virtute Deum, & majorum nostrorum. *Id. Cas. 2. 8. 75.* Nostra omnis iis est, *h. e.* vicimus. ¶ Nostri dicuntur, qui ejusdem familiæ sunt, aut patriæ, aut gentis, & alienis, externisque opponuntur. *Plaut. Mil. 2. 5. 20.* Nostri, an alieni simus. *Id. Cistel. 4. 2. 48.* Hæc mulier nostra est. *Plin. l. 12. c. 25.* In totum alia natura, quam nostri externique prodiderant. Noster etiam dicitur, qui nobis favet. *Virg. Æn. 12.* Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem. ¶ Additur interdum adjectio syllabica per epenthesin. *Terent. Eunuch. 5. 4. 1.* Nostrapte culpa facimus, ut &c.

Nostras, atis, o. quod est e nostra gente, vel patria. *Cic. Fam. 2. ep. 11.* Ut mihi verba deesterint, neque solum ista vestra oratoria, sed hæc etiam levia nostratia. *Id. l. 9. ep. 15.* Mirifice capior facetiis, maxime nostratibus. *Id. l. 5. Tusc. cap. 32.* Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostres Philosophi facere non potuerunt?

Nostrātim, nostro more, ut *ruatim*, tuo more. *Charis. l. 2. pag. 196. Putsch.* Tuatim *Plaut. in Amphit. 2. 1. 4.* Jam tuatim facis. ubi *Sisonna*: ut nostratim. Significat autem, tuo more. Hæc *Charisius.*

* Nostratis. V. Nostras.

Nota, æ, f. *nota, segno*, אוֹת, סִמָּן, ח, Germ. *zeichen, mahl, flecken*, Gal. *marque* Hispan. *senal*, σημεῖον, signum, quo aliquid notatur, quale cernitur in pecoribus, in tabulis, &c. *Cic. 2. de Or. c. 41.* Si figna, & notas ostendere locorum. *Id. Fam. 13. ep. 6.* Reliquis epistolis, tantum tacitam, ut notam apponam eam, quæ haud dubie agnoscetur, sua mandata esse. *Suet. in Ner. c. 25.* Posuit statuas suas citharædico habitu, qua nota etiam numinum perculsit. Apud *Quinct. l. 1. c. ult.* notæ musicæ sunt, quibus vox formatur. Al. leg. *modi musici.* ¶ Accipitur etiam pro indicio. *Celsi l. 2. c. 6.* In acutis morbis fallaces magis notas esse & salutis, & mortis. ¶ Speciatim sumitur pro literis. *Cic. 2. de Div. c. 41.* In robore inscalpitis piscarum literarum notis. *Id. in Partit.* Literatura constat ex literarum notis. ¶ Item speciatim notæ dicta sunt compendia eorum, qui velociter scribunt, qui & inde notarii dicebantur. Erant autem tria genera notarum. Vel enim litera una vocem totam signabat, vel erat nota conjucta, quæ litera non esset, vel una littera pro altera ponebatur, ut *d* pro *a*. Prioris generis est, cum vulgo D. pro *Digestis* scribimus: posterioris, cum §. scribimus pro *paragrapho*: tertii generis exemplum est in *Manil. l. 4. v. 197.* Hic & scriptor erit velox, cui litera verbum est, quique notis linguam superet, cursumque loquentis excipiat longas nova per compendia voces. *Suet. in Cæsare c. 56.* Si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, *scripſit in ciffra. Id. in Aug. c. 88.* Quoties per notas scribit, *b* pro *a*, *c* pro *b* ponit, pro *x* autem duplex *a a*. Usurpatur etiam nota pro scriptura. *Curius Cic. l. 7. Fam. ep 29.* Et Sulpitii successori nos de meliore nota commenda. Hoc genus loquendi natum est ab eo, quod veteres solebant vini cados in cellis condere insignibus quibusdam literis, aut aliis notis distinctos, ad tempus, aut præsentiam vini significandam. *Horat. l. 2. od. 2. ed.* 3. seu te bearis interiore nota Falerni. ¶ Hinc transitæ *Senec. l. 2. Quæst. nat.* Ex hac nota corporum aer est, *h. e.* ex hoc genere. *Col. l. 9. c. 14.* Mella optimæ notæ. Et *c. 15.* Secundæ notæ mei. *Idem.* Notæ viliores herba. ¶ Significat etiam infamiam, ignominiam, probrum, quia turpitudine aliqua affecti noti plerumque essent solent. *Fest.* Nota nunc significat signum, ut in pecoribus tabulis, libris literæ singulæ, nunc ignominiam. *Cic. 3. Offi. c. 18.* O turpem notam temporum. *Id. pro Domo.* Ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. Adde *pro Rabir. c. 9.* ¶ *Nota censoria.* erat ignominia, qua Cives R. a Censoribus puniebantur. Notabant autem Censores Senatorem, cum Senatu ejiciendo; Equitem, adimendo ei equum, & anulum aureum; Plebejum, Tribu movendo. *Cic. pro Cluenz. c. 46.* Is nota censoriæ severitatis non inuretur. ¶ Ad notam pro ignominia in universum hæc quoque spectant. *Propert. l. 1. c. leg. 18.* Habere notam. Sic eximere notæ, apud *Gel. l. 4. c. ult. sostrarre dall' infamia. Ulp. Dig. de his, qui not. inf. leg. 2.* Laborare nota. Ferre notam, *Senec. Herc. fur.* Notam subire, *Cic.* & his similia. *Pl. l. 2. ep. 6.* Eadem omnibus pono; ad cœnam enim, non ad notam invito. *h. e.* non ad ignominiam, & notam inæqualitatis. Apud *Liv. l. 24. c. 18.* est Nota iners pro nota inertiæ. ¶ Notis etiam inscribebantur improbi servi, ferro candenti. *Id. Suet. in Calig. c. 27.* & *Veget. l. 1. c. 8.* ¶ Barbarus compunctus notis Threicitis apud *Cic. 2. Off. c. 7.* est quem ibidem paulo infra *stigmatiam* appellat, h. e. stigmatis in fronte notatum, ut Thracibus mos fuit. ¶ Est præterea nota, quæ in libris legendis appingitur iis rebus, quas probamus, vel improbamus. *Senec. ep. 6.* Notas imponere. *Cic. in Pison. c. 30.* Notam apponere ad malum versum. V. *Cera.* ¶ Interdum nota in bonam partem accipitur. *Ovid. 1. Fast. v. 596.* Ille Humantina traxit ab urbe notam. Scipionem Æmilianum intelligit, qui ab devicta Numantia Numantini cognomen duxit.

Notabĭlis, le, o. 3. *notabile*, נוֹרָא, Ger. *mercklich, scheinbarlich*, Gal. *notable, remarquable*, Hisp. *notable*, γνωστός, quod notari potest, hoc est confiderari, & dignosci. *Plaun. l. 9. ep. 13.* Notabilem te futuris Principibus fecisti. *Col. l. 5. c. 21.* Vitis neque folium notabile gerit, ideſt per quod nosci possit. ¶ Ponitur etiam pro insigni, & aperto. *Cic. 5. Fam. ep. 12.* Si vero exitu notabili *concluduntur. Pl. l. 36. c. 5.* Notabilis fœditas vultus Hipponacti. *Aulſ. dial. de Or. c. 8.* Natabilior paupertas. ¶ Item pro reprehensione digno. *Quinct.* Illi minus sunt notabiles, quia &c. *Ulpian. l. 1. ff. de postulan.* Turpitudine notabilis.

Notabĭliter, adv. *notabilmente*, מְאֹד, Germ. *mercklich, klärlich*, Gal. *notablement*, Hisp. *notablement*, γνωστικῶς, insigniter. Ita ut percipiatur. *Pl. l. 1. epist. 5.* Expalluit notabiliter, quamvis palleat semper. *Tac. l. 1. hiſt. c. 55.* Quibusdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus.

Notaculum, n. 2. nota, signum. *Minuc. Felix, c. 31. ad fin.* Non notaculo corporis, sed innocentia signo facile dignoscitur.

Notaria, æ, f. *relazione*, ὑπόφορα, scriptura, qua aliquid notum fit, præsertim referendi & accusandi causa: quæ & *notoria* dicitur. *Auguſt. ep. 169.* & *collat. 3. cum Donatiſt. c. 2.*

* Notarius, a, um, ad notas scriptorias pertinens. *Fulgent. l. 3. Mych. c. 10.* In puerilibus literis prima abecedaria, secunda notaria. Sed lect. variat.

Notarius, rii, m. *notaro, notaio*, מְמַהֵר, Ger. *ſchreiber*, Gal. *notaire*, Hisp. *notario*, γραμματεὺς, ταχυγράφος, qui notis quibusdam brevibus citissime exeipit & excribit, quæ quis dictaverit; de quo *Marc. l. 14. epigr. 208.* Currant verba licet, manus est velocior illis. Nondum lingua suum, dextra peregit opus. *Id. l. 10. epigr. 64.* Notarius velox. *Pl. l. 3. epist. 4.* Ad latus notarius cum libro, & pugillaribus, cujus manus hieme manicis muniebantur. ¶ *Mart. l. 5. epigr. 52.* Hic, qui libellis prægravem gerit lævam, Notariorum quem premit chorus levis, ubi intelligit foraſſe eos, qui in judiciis acta præcribunt, de caudicio enim est epigramma. V. *Lipſ. Centur. 1. ad Belgas, eg. 27.*

Notatio, onis, f. *notazione, osservazione*, אוֹת, תָּו, הוֹדָעָה, Ger. *vvarnemmung, gemerck*, Gal. *note, remarque*, Hisp. *notacion*, σημείωσις, animadversio. *Cic. in Or. c. 55.* Notatio naturæ, & animadversio peperit artem. *Id. in Brut. c. 17.* Eligant ea, quæ notatione, & laude digna sunt. ¶ Sumitur etiam pro punitione Censoria. *Cic. 3. Off. c. 31.* Indicant notationes, animadversionesque Censorum. ¶ Notatio item apud Rhetores locus est communis, quem Græci etymologiam vocant, cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, ut *Si consul est, qui consulit patria, non igitur Piso consul, qui eam evertit. Cicer. in Top. c. 8.* Notatio est, cum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, ideſt verbum ex verbo, veriloquium. Nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes genus hoc notationum appellamus, quia sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles σύμβολον appellat, quod Latine est nota.

Notātus, a, um, nom. ex partic. *segnato, notato, osservato, scritto. Ov. Heroid. ep. 1. v. 62.* Traditur huic digitis charta notata meis. *Cic. de Prov. Conſ. c. 2.* Distincta & notata castris via. *Id. 3. Tusc. c. 5.* Verbis latinis melius, quam græcis hæc notata sunt. *Pl. l. 8. c. 36.* Notatum annalibus. *Auct. ad Herenn. l. 3. c. 22.* Quo nobis notatior sit similitudo. ¶ Item infamiæ nota inustus, *infamato. Cic. Pro Dom. c. 9.* Omnium scelerum, ac libidinum maculis notatissimus L. Piso. Sic notatus ignominia. *Id. 6. Fam. ep. 6.* & famulus fronte notatus. *Mart. l. 3. epigr. 21.*

Noteſco, is, notui, n. 3. *esser fatto noto*, נוֹרָע, Ger. *bekant vverden*, Gal. *venir en connoissance*, Hisſ. *ser conocido*, γνωσθῆναι, notus fio, ab inusitato *noreo. Pl. l. 32. c. 2.* Prius, quam hæc noteſcerent. *Tac. 12. Ann. c. 8.* Ne malis tantum facinoribus noteſceret. *Id. 1. Ann. c. 73.* Quæ ubi Tiberio notuere.

Nothus, i, m. *bastardo*, מַמְזֵר, νόθος, qui ex uxore non legitima natus est, a Græco vocabulo allato. *Quinctil. l. 3. c. 6.* νόθον, qui non sit legitimus, Græci vocant. Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus, ideoque utimur peregrino. ¶ Nothi, & spurii quomodo differant, V. Spurius. ¶ Dicitur etiam de bestiis, & aliis rebus. *Virg. 7. Æn. vers. 282.* Suppolita de matre nothos furata creavit. *Col. l. 8. c. 2.* Omnium autem horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt.

Nothus, a, um, מַמְזֵר, Germ. *unehrlich, bastard*, Gal. *bâtard*, Hisſ. *bastardo*, νόθος, non legitimus, ut *Mulier nothæ*, ideſt non vera, sed mas castratus, apud *Catul. de Berecynth. carm. 62. v. 27.* Elephantes nothi, ideſt Arabici, qui Indicis minores sunt, teste *Plin. l. 8. c. 1.* Sic nothum dicitur lumen Lunæ, quod luce lucet aliena. *Lucr. l. 5. v. 575.* Lunaque sive nocho fertur loca lumine lustrans. Adde *Catul. in carm. faculari, v. 25.*

Notia, æ, f. νοτία, genium, quæ cum imbribus cadere dicitur. *Pl. l. 37. c. 10.*

Notiālis, le, adj. ad Notum pertinens, Australis. *Avien. in Phænom. v. 551.* jacet in Notialia nubila pronus.

Notifico, as, avi, atum, a. 1. *far noto, manifestare*, הוֹדִיעַ, Ger. *zuvvissen thun, zu erkennen geben*, Gal. *notifier, faire savoir*, Hiſ. *notificar*, γνωρίζω, notum facio, a sup. *notum* verbi *noſco. Ov. 1. de Pont. ep. 2. v. 12.* Atque modum pœnæ notificare velis. *Gel. l. 9. c. 3.* Philippi anima, vimque toti Græciæ cavendam, inclytæ illæ Demosthenis Orationes notificant.

Notĭo, nis, f. *cognizione*, דַּעַת, טַעַם, Germ. *erkandtnus*, Gal. *notion, connoissance*, Hisp. *conocimiento*, σύνοια, cognitio, a sup. *notum* verbi *noſco. Plaut. Trac. 2. 7. 62.* Quid tibi hanc est notio? ¶ Sumitur etiam pro causæ cognitione. *Tac. l. 3. Ann. c. 59.* Tiberius dilata notione de jure Flaminis, &c. ¶ Item pro specie rei, & pro conceptu, vel idea mentis. *Cic. 1. Acad.* Unde poſtea notiones rerum in animis imprimerentur. *Id. 1. Tusc. c. 24.* Ut a pueris tot rerum, atque tantarum initias, & quasi conſignatas in animis notiones, quas σύνοιας vocant, haberemus. ¶ Item pro vi, & significatione alicujus verbi. *Cic. 5. Tuſcul. c. 10.* Neque ulla alia huic verbo subjecta notio est, nisi, &c. ¶ Item pro punitione Censoria. *Cic. de Prov. Conſ. c. 19.* Censorium judicium, ac notionem; & illum morem severissimum magistratuum non esse nefarie legibus de civitate sublatum. Adde *Gel. l. 17. c. 18.*

Notĭtia, f. 1. *notizia, cognizione*, דַּעַת, Ger. *vvissenschafft*, Gal. *notice, connoissance*, Hiſ. *noticia*, γνῶσις, cognitio. *Cic. de Leg. 1. c. 8.* Itaque ex tot generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. *Id. Offic. c. 24.* Valetudo conservatur notitia sui corporis. *Nepos in Dione c. 9.* Hi propter notitiam sunt intromissi. *h

Nova nove proferre. Superl. *novissime* usurpatur pro postremo, *ultimamente*, *poco fa*, *finalmente*. *Quint. l. 2. c. 10.* Novissime inventa. *Plaue. ad Cic. 10. Fam. epist. 24.* Deinde quod omnes casus *conjunctiones* Reipublicæ esse volebam; novissime ut eos tales vobis præstare possem, quales &c. *Sen. l. 3. de Ira, c. 5.* Dicam primum, quemadmodum in hanc non incidamus; deinde quemadmodum ab illa liberemur; novissime quemadmodum retineamus.

Novellaster, a, um, adject. novellus, novus. *Marcel. Empir. c. 8.* Vinum optimum, sed novellaster.

* Novelle, nove. *Is supp. Plaut. Pœn. v* 8. novelle novellicus.

Novelletum, i, n. νεόφυτον, vinea ex novellis vitibus conita. *Paul. l. veluti, ff. de imp. in reb. dot. fact.* Veluti si novelletum in fundo factum sit.

* Novellicus, novellus. V. Novelle.

Novellitas, atis, f. novatio, res nova. Vox est *Tert. adv. Prax c. 2. & de anim. c. 28.*

Novello, as, avi, atum, a. 1. νεόω, νεάζω, novum agrum colo, seu novas vites purgo. *Suet. in Domit. c. 7.* Edixit, ne quis in Italia novellaret.

Novellus, a, um, *novello*, חָדָשׁ, νεόφυτος, dim. a *novnlus*, quod a novus. *Cic. 5. Fin. c. 1.* Itaque & vivere vitem, & mori dicimus, arboremque & novellam, & veterem & vigere, & senescere. *Varr. l. 2. R. R. c. 3. de capraum atate.* Novella, quam vetus, utilior. *Vopisc. in Tac. c. 1.* Novellum imperium.

Novem, *nove*, תִּשְׁעָה, Germ. *neun*, Gall. *neuf*, Hisp. *nueve*, ἐννέα, genus numeri decimo proximi. *Cicer. Q. Fr. lib. 3. ep. 5.* In novem & dies, & libros distributus fermo.

November, bris, m. *Novembre*, νοέμβριος, αὐθεντικῶν, כִּסְלֵו, unus ex mensibus anni, ita dictus quod nonus sit a Martio, a quo Latini annum inchoabant. *Aufon. in ecl. de mensib.* Sidera præcipitas pelago intempestæ November. *Mart. l. 3. epigr. 58. v. 8.* Hic post Novembres, imminente jam bruma, ubi tibi intelligitur dies, revera enim hæc vox adjectiva est. ¶ Dicitur & *Novembris* in recto casu. *Cato* apud *Prisc. l. 6. pag. 696.* Mense Octobri facimus, Novembris reliquas erat.

Novenarius, a, um, quod novem habet, vel continet. *Var. l. 3. de L. L.* Novenarius numerus. *Pl. l. 27. c. 11.* Sulco, qui novenarius dicitur.

Novemdecim, *decimnove*, undeviginti. Legitur hæc vox *in epit. Livii, c. 119.* ubi tamen *Gronov.* notat in MSS. *decem & novem* legi.

Novendialis, le, o. 3. quod novem diebus, vel nono die fit. Novendiale sacrificium, & Novendiales feriæ dicebantur, quæ novem diebus continuis fieri solebant ad expiationem prodigiorum. *Liv. l. 1. c. 31.* Nuntiatum Regi, parricidium esse, in monte Albano lapidibus pluisse. Romanis quoque ab eodem prodigio novendiale factum publice susceptum est, seu voce cœlesti ex Albano monte missa (nam id quoque traditur) seu auspicium monitu. Mansit certe solemne, ut quandocumque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per novem dies agerentur. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. epist. 9.* Novendiales feriæ.

Novensiles Dii, sive, ut quidam malunt, *Novensides*, iidem forte sunt, ac Indigetes, qui hoc præterea cognomine appellantur, quod novissime in Deorum sede recepti sunt. Nihil tamen certi afferri potest. Quidam enim putant, sic appellatas novem Musas a numero. *Cornificius* credit, eos fuisse Deos novitatum præsides, quasi eorum cura & patrocinio res innovarentur, & instaurarentur. *Cincius* inquit, sic appellata numina omnia peregrina in Urbem recepta, ex ipsa cultus novitate. Alias præterea opiniones refert *Arnob. l. 3. pag. 122.* a quo hæc desumpsimus. *Var. l. 4 L. L. c. 10.* a Sabinis hanc appellationem deductam ait. *Liv. l. 8. cap. 9.* hos ab Indigetibus distinguit.

Novènus, a, um, νόνκοι, nomen numerale distributivum, a *novem*. Fere usurpatur num. plur. ut cætera distributiva. *Liv. l. 27. c. 37.* Ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent. *Ov. 12. Met. v. 97.* Terga novena boum. *Pl. l. 3. c. 7.* Novenorum conceptu dierum.

Novercа, æ, f. 1 *matrigua*, אֵשֶׁת אָבִי, Ger. *eine stiefmutter*, Gal. *marâtre*, Hisp. *madastra*, μητρυιά, nova uxor, a *novum*, & *ertum*, quia nova accedit hæreditas. *Cic. in Or.* Uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. *Pl. l. 6. ep. penult.* Inducere filiæ novercam. *Capitol. in M. Antonin. in fin.* Concubinam sibi ascivit, ne tot liberis superduceret novercam. ¶ Translate dicitur de re infesta, inimica, contraria; nam novercæ in privignos tales pleramque esse solent. *Aurel. Vict. de Vir. illust.* Quibus Italia novercа est, non mater. *P. l. 17. c. 12.* Quibusque satis umbra aut nutrix, aut noverca est.

Novercàlis, & le, o. 3. σ' τῆς μητρυιᾶς, quod novercæ proprium est, ut odium novercale, quo noverca privignum prosequitur. *Tac. Ann. l. 1. c. 6.* Illam metu, hanc novercalibus odiis eadem festinavisse. *Sen. Contr. Excerpt. l. 4. n. 6.* Quid alterum novercalibus oculis intueris?

Novercor, aris, depon. 1. novercam ago, sævio ut noverca. *Sid. l. 6. ep. 14.* Quorum imbecillitati quodammodo novercaretur.

* Novi. V. Nosco.

Novies, *nove vel ve*, ἐννάκις, novem vices. *Varr. l. 1. de R. R. c. 2.* Hoc ter novies cantare jubet. *Virg. 4. Georg. v. 480.* Novies stix interfusa.

Noviodúnum, *i*, *Nogon*, oppidum Suessionum in Gallia. *Cæs. l. 2. B. G. c. 12.* ¶ Item oppidum in finibus Æduorum, *Nevers*, ad Ligerim fl. *Id. ib. c. 55.* ¶ Item urbs Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum. *Id. l. 7. B. G. c. 12.*

Noviomàgum, vel Novomagum, i, *Nimega*, urbs Belgii ad Vahalim fl. *Auson. in Mosel. v. 11.* Novomagum, divi castra inclyta Constantini.

Novissìme. V. Nove.

Novissìmus. V. Novus.

Novitas, atis, f. *novitè*, חִדּוּשׁ, Ger. *neuigkeit*, Gal. *nouveauté*, His. *novidad*, νεότης. *Cic. 2. de Div. c. 28.* Quem tibi rei novitas attulerit. *Id. de Am. c. 19.* Novitates si spem afferant, non sunt repudiandæ *Ov. 1. Fastor. vers. 160* Anni novitas. ¶ Ponitur & pro generis ignobilitate. *Vell. l. 2. c. 127.* Quibus novitas familiæ haud obstitit, quominus ad consulatus eniterentur. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Putabam novitati esse invisum meæ.

Noviter, adv. nove. *Plaut. in suppositis in Aulul. sc. Quid hic, v. 5.* Nisi fodiam noviter. *Inscr.* apud *Grut. p. 171. n. 7.* (quam sæculi Christiani quarti, *h. e.* anno 376. judicat *Reinesius*) Basilicæ noviter reparatæ. *Fulgent. l. 3. Mythol. c. 1.* Amor noviter. ¶ Affert *Calep.* & *Passerat.* exemplum ex *Pl. in Paneg. c. 34.* sed ibi non *noviter*, sed *non iter* legendum est.

Novitiólus, a, um, adject. dimin. a novitius. Utitur *Tertul. in Apol. c. 47. & de Pœnit. c. 6.*

Novitius, a, um, *novizio*, *nuovo*, חָדָשׁ, Ger. *neuling*, *ganzza*, Gal. *novice*, Hisp. *novicio*, νεοφύτος, novus. *Ter. Eun. 3. 5. 14.* Paucæ, quæ circum illam essent, manent novitiæ puellæ. *h. e.* imperitæ, & simplices. *Pl. l. 23. c. 1.* Vinum jejunos bibere novitio invento inutilissimum est. ¶ Novitia mancipia, teste *Martiano ff. de ædil. ed.* intelliguntur, quæ nondum annum servierunt, quibus opponuntur veterana. *Ulp. eod. tit.* Plerique solent mancipia, quæ notitia non sunt, quasi novitia distrahere, ad hoc, ut pluris vendant. *Addæ Var. l. 7. de L. L. c. 2. Cic. in Pis. c. 1.* Syrum nescio quem de grege noviciorum factum esse Consulem. ¶ *Novus novitius* dicitur qui valde novus est. Ita *Alphen. JCtus* apud *Gell. l. 6. c. 5.* Sed hoc improbare videtur ipse *Gell. ib.*

Novo, as, avi, atum, a. 1. *far novella, rinnevellare, mutare*, חָדַשׁ, Ger. *erneuren*, Gal. *renouveller*, His. *renovar*, νεόω, novum facio, muto, a *novus. Cic. 3. de Leg. c. 5.* Nihil habui sane, non modo multum, quod putarem novandum in legibus. *Manil. l. 4. v. 580.* Scilicet in piscem se fe Cytherea novavit. *Ov. Heroid. 4. v. 90.* requies fessa membra novat. *h. e.* reficit, recreat. ¶ Absolute novare, est, rebus novis studere, *macchinare novità. Curt. l. 7. c. 7.* Coercendos, qui novaverant. ¶ Novare agrum quid sit. V. Novatus.

Novocòmum, i, oppidum Insubriæ ad Lacum Larium, quod & novum Comum dicitur. *Catul. carm. 35. ad Cæcil.* Novi relinquens Comi mœnia, Lariumque litus.

Novus, a, um, *nuovo*, חָדָשׁ, Ger. *neu*, Gal. *nouveau*, His. *nuevo*, νέος, καινός, recens, quod nuper fuit, a νέος, vel ab Æolico νέϝος. *Cic. l. 7. Fam. epist. 18.* Nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam novis rebus. *Id. l. 1. de Or. c. 31.* Nihil aut inaudirum vobis, aut cuiquam novum. *Id. Act. l. 8. ep. 14.* Nihil novi auditur. *Sen. in Apocholocynth.* Annus novus. *Cic. Act. l. 10.* Nova Luna. ¶ *Virg. Ecl. 3. v. 86.* Pollio & ipse facit nova carmina. *h. e.* magna, miranda, ut *Serv.* interpretatur. ¶ Res novæ, *novitè*, *rebellione*, sæpe in malam partem accipiuntur. *Hinc* novis rebus studere dicuntur ii, qui Reip. statum mutare student. *Cic. Cat. l. 1. c. 1.* Sp. Melium novis rebus studentem manu sua occidit. *Vellej. l. 2. c. 129.* Libonem ingratum, & nova molientem oppressit. ¶ Novus alicui rei dicitur, qui in aliqua re imperitus est, vel infuctus. *Tac. in Agricola c. 6.* Petronius

Turpilianus delictis hostium novus, eoque pœnitentiæ ultior. ¶ Novi homines, apud Romanos, dicebantur, quorum nulli majores clari fuisset, sed ipsi per se clari esse inciperent, magistratus, & publici honores gerendo. *Cic. 5. Fam. ep. 18.* Adeptus es, quod non multi homines novi; ansisti, quæ plurimi homines nobilissimi. V. Nobilis. ¶ Compar. *novior. Var. l. 5. de L. L.* Ut a vetere vetustius, ac veterrimum, sic a novo declinatum novius, & novissimum. ¶ Superlat. *novissimus*, quod ponitur pro postremo, recenti. *Ov. 3. Met. v. 361. de Echo.* Reddere de multis ut verba novissima posset. *Tac. 1. Ann. c. 28.* Ut novissimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam fumus. *Id. 12. Ann. c. 20.* Meritum quidem novissima exempla Mithridatem. *h. e.* extrema supplicia. *Cic. pro Rosc. Com. c. 11.* (quidquid dicat *Gel. l. 10. c. 21.* Ciceronem hac voce abstinuisse, ramquam non latina.) Qui in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos. *Nep. in Eumen. c. 1.* Novissimo tempore, *ultimamente*. Hoc sensu *novissimum* dixit *Apul. l. 6. Met.* adverbialiter.

Nox, ctis, *f. notte*, לַיִל, Ger. *die nacht*, Gal. *nuit*, His. *noche*, νύξ, terræ umbra, Solis privatio, a græca voce allata, vel a nocendo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 19.* Ipsa umbra terræ Soli officiens, nocten efficit. *Cæs. l. 1. B. G. c. 26.* Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est. *Id. l. 3. B. C.* Præmissis prima nocte impedimentis. *Cic. pro Mur. c. 9.* Vigilare de nocte. *Id. Att. ep. 9.* Media nocte venire. *Id. lib. 1. ep. 4.* Multa de nocte proficisci *Id. pro Rosc. Amer. c. 35.* Noctem pervigilare. *Tac. 13. Ann. c. 20.* Provecta nox. *Id. 3. hist. c. 23.* Adulta nocte. *Cic. l. 1. Divin.* Nocte concubia. V. Concubius. *Id. in Pis.* Nocte intempesta. Vide Intempestus. ¶ Æquare nocti ludum, est ludere totam noctem. *Virg. 9. Æneid.* Felix, si prorinus illum æquasset nocti ludum. ¶ Dare noctes alicui, de meretricibus dicitur. *Hor. Epod. 15. v. 13.* Non feret assiduas poriori te dare noctes. ¶ Item locare noctes, meretricum est. *Ov. 1. Amor. eleg. 10.* Sola locat noctes, sola locanda venit. ¶ Negare noctem dicuntur meretrices, cum nolunt admittere amatores noctu. *Ov. 1. Amor. eleg. 1.* Sæpe nega noctem, capiris modo finge dolorem, &c. ¶ Poscere, & negare noctem, amatorum sunt. *Ov. 1 9. Amor. eleg. 8. & l. 2. eleg. 2.* ¶ Nocte pro nocte ponitur. *Cic. pro Mil.* Huic. si insidiatetur, nocte prope urbem expectandum. ¶ Noctes & dies, est *continue*, semper. *Virg. 6. Æn. v. 250.* Noctes, atque dies patet atri janua Ditis. *Plaut. Amph 1. 1. 14.* Noctes, diesque. ¶ Meronymice ponitur pro somno. *Stat. 10. Theb.* Talia vociferans noctem exturbabat. ¶ Per metaphoram fumitur pro morte. *Virg. 10. Æn. v. 746.* In æternam claudunter lumina noctem. ¶ Item pro calamitate, imminutione dignitatis, ruinam confusione. *Cic. pro Rosc. Am. c. 32.* Tamquam si offusa Reip. fempiterna nox esset. ¶ Item pro obscuritate. *Cic. 2. de nat. Deor.* Et quasi noctem quamdam rebus ostenderet. *Ov. in Ibin.* Versus aliquantum noctis habebunt. ¶ Item pro cæcitate, ignorantia. *Ov. 6. Met. v. 472.* Pro fuperi quantum mortalia pectora cæca Noctis habent! & *v. 652.* Tantaque nox animi. ¶ In Fabulis Nox Dea est, filia Terræ, sed parte incerto. Huic gallum sacrificabant. *Ov. 1. Fast. v. 456.* Nocte Deæ Noctí cristatus cæditur ales. ¶ Dicitur mater siderum. *Tibull. l. 2. el. 1. v. 87.* ¶ *Noctu* ablativus casus, pro *nocte* V. supra huc loco. ¶ Antiqui dixere etiam *noctu* pro noctu. *Leg. XII. Tab.* apud *Macr. l. 1. Saturn c. 4.* Si nox furtum factum esit. *h. e.* si noctu furtum factum erit. ¶ Item *nocti. Lucr. l. 6. v. 1218.* Nec nocti fecla fe rarum Exibant silvis. *Lambin.* legit *noctibus*'.

Noxa, æ, *f. nocumento, danno*, פֶּשַׁע, Germ. *misshandlung*, Gal. *dommage*, His. *daño*, βλάβη, proprie est nocumentum, sive damnum, a *nocendo. Suet. in Cæs. c. 81.* Quod sine ulla noxa Idus Martias adesset. *Liv. l. 34. c. 19.* Si domos abire velint, nihil eam rem noxæ futuram, quod habitus fe junxissent. ¶ Per synecdochen accipitur pro delicto, seu culpa, qua quis alteri contra leges nocet, & generatim pro quovis delicto, *ἁπλῶς*, *Cajus*, *l. Plebi*, *ff. de verb. signif.* Noxæ appellatione omne delictum continetur. *Cic. pro Rosc. Amer.* Quod in minimis noxis, & in his levioribus peccatis, &c. *Ter. Phorm. 2. 1. 36.* Esse in noxa, *esse in culpa*. ¶ Nocere noxam, est culpam, seu crimen admittere. *Liv. l. 9. c. 10.* Atque ob eam rem noxam nocuerunt. ¶ Ponitur etiam pro jurgio, aut dissidio. *Petron. in satyr.* In mediam noxam perfertur. Sic hunc locum interpretatur *Jos. Scal.* Alii leg. *rixam*. ¶ Metaleptice accipitur pro obligatione ad pœnam, vel pro pœna ipsa, τιμωρία. Nunc Noxæ dedere servum, vel quadrupedem, quæ damnum intulit, est pœnæ tradere, seu tradere puniendum ejus arbitrio, cui damnum illatum est. *Ov. 1. Fast. v. 359.* Noxæ tibi deditus hostis spargitur effuso cornua, Bacche, mero. ¶ Noxæ eximere, est culpam remittere, pœna liberare. *Liv. l. 8. c. 35.* Non noxæ eximitur Fabius.

Noxàlis, le, adj. *Cajus l. 1. ff. de noxal. act.* Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa, atque malefacio servorum adversus nos instituuntur. *Paul. l. 4. ff. eod. tit.* Noxalis causa. *Ulp. l. 2. & 3. ff. eod.* Noxale judicium.

Noxia, æ, *f. colpa*, הַחֲטָאת, Germ. *ein schade*, *od. fehl od. verletzung*, His. *culpa*, αἰτία, culpa. *Plaut. Merc. 4. 3. 30.* Nihil magis manifesto teneo, in noxia es. *Cic. 3. de Leg. c. 4.* Quod si quis earum rerum migrasit, noxiæ pœna par esto. ¶ Pro pœna. *Plaut. Trin. 1. 1. 1.* Merita noxia. ¶ Ponitur etiam pro jurgio, aut dissidio. *Auson. in monosyl.* Sæpe in conjugiis fit noxia, si nimia est dos. Sic hunc locum interpretatur *Jos. Scalig.*

Noxiàlis, le, adj. noxius. *Prudent. Cathem. 9. v. 18.* Lex noxialis.

Noxiòsus, a, um, idem ac noxius. *Sen. 1. de Clem. c. 26.* Si noxiosissimo cuique animali in nos daretur potestas. Al. leg. *noxissimus*, ut sit a *noxius*. *Id. ep. 70. sub fin.* Animi perditi, noxiosique. *Petron. in sat. c. 130.* Noxiosissimum corpus.

Noxitùdo, inis, f. idem ac noxia, *Accius apud Non. c. 2. n. 576.* Noxitudo obliteretur Pelopidarum.

Noxius, a, um, *nocevole*, מוּעָץ, Germ. *schuldig*, Gal. *dommageable*, His. *danoso*, βλαβερός, quo nocet. *Virg. 6. Æn.* Quantum non noxia corpora tardant. *Ovid. 5. Trist. el. 10. v. 22.* Noxia tela. ¶ Speciatim fumitur pro facinoroso, sceleste, improbo. *Cic. 3. de Leg. c. 3.* Magistratus nec obedientem, & noxium civem mulcta, vinculis, verberibusque coercento. Quædam exemplaria habent *nocuum*. *Liv. l. 5* Qui noxii ambo, alter in alterum causam conferant. *Tac. 5. Ann. in fin.* Ut noxium conjurationis ad disquisitionem trahebat. *h. e.* reum.

N A N T E U.

Nubecùla, æ, *f. nuvoletta*, עָב, νεφέλιον, parva nubes. *Pl. l. 18. c. ult.* Nubecula, quamvis parva, ventum procellosum dabit. ¶ Per translationem accipitur pro tristitia, inepta, & importuna severitate. *Cic. in Pis. c. 9.* Fronris tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. ¶ Est etiam nubecula macula in cute. *Pl. l. 17. c. 12.* Purgat cicatrices & nubeculas.

Nubes, is, *f. nuvola*, עָב, עָנָן, Germ. *ein wolck*, Gall. *nuée*, Hisp. *nube*, νεφέλη, vapor humidus, in sublime elatus e terra per æthum, sive aer in liquorem coactus, cujus densitas Solem obumbrat. *Cic. 2. de Div.* Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit. ¶ Translate ponitur pro densitate, & multitudine. *Liv. lib. 35. cap. 49.* Res contra peditum, equitumque nubes jactæ. ¶ Item pro tristitia, & severitate immoderata, quæ contracto, ac fublato supercilio significatur. *Hor. l. 1, ep. 18. v. 94.* Deme supercilio nubem. ¶ Objicere nubem fraudibus, apud *eumd. l. 1. ep. 16. v. 62.* est tegere, velare. ¶ Nubes belli, apud *Virg. Æn. 10. v. 809.* est belli moles. Verba sunt: sic obruntus undique telis Æneas nubem belli dum detinet, omnes sustinet. Alii leg. *Æneas*, *nubes belli dum detonet*, &c. ¶ Legitur & nubis in recto casu, & m. g. *Plaut. Merc. 5. 2. 38.* Nubis ater, imberque instat.

Nubifer, ra, rum. νεφελοφόρος, nubes ferens, ut Nubiferi montes, ideft tam edifi, ut nubes sustinere videantur. *Ov. 2. Met. v. 226.* Acriæque Alpes, & nubifer Apenninus. ¶ Item quod nubes affert. *Ovid. Heroid. 3. v. 58.* Te dare nubiferis linea vela Notis.

Nubifùgus, a, um, νεφελοκάτης, qui nubes fugat. *Cal. l. 10. v. 288.* Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu.

Nubigèna, æ, com. νεφελογενής, genitus ex nube. *Col. l. 10. v. 115.* Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles &c. *Stat. 1. Theb. v. 365.* Amnes nubigenæ. *Id. l. 5. silv. 2. v. 131.* Nubigenæ clypei. *h. e.* ancilla. V. *Nubiger*. ¶ Speciatim *nubigenæ* dicuntur Centauri, quod ex nube nati sint. Cum enim ixion Junonem deperiret, oblata est illi nubes, quæ faciem Junonis repræsentaret, cum qua congressus genuit Centauros. *Stat. 5. Theb. v. 263.* Si quando profundo Nubigenæ caluere mero. Nubiger, a, um, nubifer. *Stat. l. 5. silv. 2. v. 131.* Nubigeros clypeos, intactaque cædibus arma. *Heinf.* legit *nubigenas*, & intelligit ancilla.

Nubilarium, *a*, *n.* νεφοκίφιον, ædificium rusticum, in quo nubilo cœlo messis reponitur. *Col. l. 1. c. 6.* Huic aræ nubilarium applicari debet, maxime in Italia, propter inconstantiam cœli, quo collata semitrita frumenta protegantur, fi subitaneus imbei accesserit. *Id. l. 2. c. 21.* Protinus in acervum, vel in nubilarium congeritur. Al leg. *nubilar*, ut sit neutrum 3.

Nubilis, le, o. 3. *da marito*, רְאִיָּה לְאִישׁ, Ger. *mannbar*, Gal. *mariable*, *en âge de se marier*, His. *moca casadera*, ἐπίγαμος, quæ est apta, ut viro in matrimonium jungatur. *Cic. pro Cluent. c. 5.* Reliquit grandem, & nubilem filiam. *Virg. 7. Æn. v. 53.* Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.

Nubilo, as, *nuvolare*, עָנַן, Germ. *von nebel verderben*, Gall. *se couvrir de nuées*, His. *nublar*, γοφόω, nubilum, seu obscurum facio. *Var. l. 1. R. R. cap. 13.* Si nubilare cœperit. ¶ Translate *Plin. l. 37. c. 7.* Fulgor carbunculi extremo visu nubilans.

Nubilor, aris, idem ac nubilo. *Cato de R. R. c. 88.* Ubi nubilabitur, nostu sub tecto ponito.

Nubilòsus, a, um, *nuvoloso*, νεφελώδης, nubibus plenus. *Apul. l. 11. Met.* Cœlum nubilosa caligine disjecta splendore candebat.

Nubilum, i, subst. n. idem ac nubes. *Virg. 6. Æn. v. 592.* Densa inter nubila telum Contorsit. *Pl. l. 2. c. 62.* Rhodi, & Syracusis nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora Sol cernatur. ¶ Translate ponitur pro tristitia, mœrore. *Pl. l. 2. c. 7. de Sole.* Hic cœli tristitiam discutit, atque etiam humani animi nubila serenat. Adde *Stat. l. 5. silv. 3. v. 12.*

Nubilus, a, um, *nuvoloso*, *fosco*, σωτερφὴς, νεφελωδὴς, nubibus tectus, fuscus, a *nubes*, *Pl. l. 16. c. 26.* Sed fiat Auftrinum cœlum, atque nubilum. ¶ Translate ponitur pro obscuro. *Pl. l. 9. c. 35.* Inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum. ¶ Item pro tristi, & calamitoso. *Ov. 1. Trist. el. 9. v. 6.* Tempora si fuerint nubila, solus eris,

Nubivàgus, a, um, adj. inter nubes vagans. *Sil. l. 12. v. 102. de Dædalo*. Hic pro nubivago gratus pia templa meatu Instituit Phœbo.

Nubo, is, psi, & nuptus sum, ptum, a. 3. *coprire*, *velare*, καλύπτω, operio, velo, a *nubes*, ut proprie sit nubis instar velare, ac tegere. *Venus Poeta in pervigil Veneris, v. 22.* Ipsa justit, mane ut udæ virgines nubant rosæ. *Arnob. l. 3. pag. 118.* Quod aqua nubat terram, appellatus est, inquiunt, Neptunus. ¶ Quoniam vero sponsæ apud veteres, cum viro tradebantur, nubere, ideft velare capita solebant, terat capi. ¶ Transferur ad alia. In acino nuclei dicuntur minuta illa grana, quæ vulgo vinacea vocant, *vinaccioli*. *Pl. l. 23. c. 1.* Nisi pro remedio ipsis acinis nuclei essent. ¶ Nucleus ferri ufurpatur pro chalybe, *acciajo*. *Pl. l. 34 c. 14.* In iis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurandam aciem. ¶ Nucleus allii, est allii spica. *Id. l. 19. c. 6.* ¶ Nucleus olivarum, h. e. os intus incluium. *Ulp. l. Carbon. ff. de V. S.* ¶ *Pl. l. 17. c. 6.* Est autem quidam terræ adeps, ac veluti glandia in corporibus, ibi defaate fe pinguitudinis nucleo. h. e. pinguitudine velut in nucleum coeunte.

Nucturna, æ, f. genus navigii, apud *Gell. l. 10. c. 25.* Sed alii aliter legunt.

Nucula, æ, *f. noce*, אֱגוֹז, κάρυϊον, minuta nux. *Plin. l. 15. c. 22. de nuce Jugla dæ.* Tinguntur cortice earum lanæ, & rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis.

Nudatio, onis, f. vestium detractio, *nudità*. *Plin. l. 28. c. 6.* Ne Deum aliquem nudatio offendat.

Nudatus, a, um, *spogliato*, *nudo*. *Cic. 3. de Or. c. 86.* Aliquandoque evolutum illis integumentis diffimulationis tuæ, nudatumque perspicio. *Liv. l. 27.* Nudatum tecto culmen. *Cæs. l. 2. B. G. c. 6.* Nudatus defensoribus murus. *Plac. ad Cic. l. 10. Fam. ep. 17.* Nudata interitu Consulum Respublica.

Nude, adverb. *Lactans. l. 3. c. 1. a med.* Breviter ac nude tradere aliquid. *h. e.* aperte, clare, simpliciter.

Nudipedàlia, um, sacra quædam, nudis pedibus celebrari solita. *Tert. de jejun. c. 16.* & *in Apologet. c. 40. Hieron. in l. 4. ad Galatas.*

Nudipes, edis, γυμνόπους, pedes nudos habens. *Tert. de Pall. c. 5.* Non expedit, in algore, & ardore rigere nunipedem.

Nuditas, atis, f. *nudità*, עֶרְיוֹת, γυμνότης. Translate ponitur pro inopia. *Quint. l. 10. c. 2. ad fin.* Si tenuitas, aut nuditas in asperis, gravibusque cauiis ponderi rerum parum respondeant.

Nudius, תְּמוֹל, שִׁלְשׁוֹם, vox ex *nunc*, & *dies* conflata jungitur cum nominibus numeralibus tertius, quartus, quintus, &c. Itaque nudius tertius significat *l'altro ieri*, ante duos dies, q. d. nunc dies tertius est; sic nudius quartus, *tre giorni fa*, nunc dies quartus est, & *Cic. Att. l. 14. ep. 11.* Nudius tertius dedi ad te epistolam longiorem. *Id. Philipp. 5. c. 2.* Recordamini, qui dies nudius tertius decimus fuerit. *Plaut. True. 2. 6. 28.* Heri nudius quintus, natus ille est. *Id. Most. 4. 2. 40.* Heri, & nudius tertius, quartus, quintus, sexcusque, postquam hinc peregre abivit, nunquam desitum est, &c.

Nudo, as, avi, atum, a. 1. *nudare*, *spogliare*, עָרָה, Ger. *entblossen*, Gal. *dénuer*, *se mettre à nud*, His. *desnudar*, γυμνόω, nudum facio, derego, vestimento, *h. e.* detrahendo. Hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac bus fpolio. *Cic. 7. Vec. c. 62.* Hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri jubet. ¶ Trans. fertur ad multa pro detegere, aperire, in aperto ponere, privare, &c. *Virg. 1. Æn. v. 215.* Tergora diripiunt costis, & viscera nudant. *Lucr. l. 2. c. 3.* Nudare gladios, ideft e vagina educere, distringere. *Id. l. 5. c. 1.* Jam Æoli defectionem nudabant. *Virg. 5. Æn. v. 585.* Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt Infenfi. h. e. terga vertendo hostium telis exponunt. *Cic. Var. l. 1. c. 5.* Quæ victores Siculis dederant, aut reddiderant, spoliavit, nudavitque omnia. *Id. pro Dom. c. 1.* Præsidio sceleratorum civium peditos magistratus nudare.

* Nudulus, a, um, dim. a *nudus*. Animula pallidula, rigida, nudula. *Adrian.* apud *Spartian. in ejus vita, c. 25.*

Nudus, a, um, *nudo*, *ignudo*, עָרוֹם, Ger. *nackend*, *nacket und bloss*, Gal. *nud*, His. *desnudo*, γυμνός, quod eft fine veste, vel quocumque tegmine, a νέω priv. & δύω, *induo*. Usurpatur vel absolute, vel cum accusat. (apud Poetas) vel cum ablat. fine præpolit. vel cum præpolit. *a*, vel *ab*. *Horat. l. 2. Sat. 5.* Nudus, inopsque. *Ov. 7. Met. v. 183.* Nuda pedem. *Virg. 1. Æn.* N. da genu, nodoque sinus collecta fluentes. Cum genitivo. *Ov. 12. Met. v. 512.* parvoque in tempore nudus Arboris Ochrys erat. ¶ Et quoniam pauperratis comes solet esse nuditas, mendicatoe factum, est, ut nudus pro paupere ponereur. *Cic. pro Flac.* Quem tu cum ephebum Tenni cognosses, quoniam te nudus delectaat, semper nudum esse voluisti. ¶ Translate sumitur pro simplici, non fucato. *Cic. in Brut. de Commentariis Cæsaris.* Nudi enim sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis quasi veste detracta. ¶ Item pro destituto, privato. *Cic. Act. l. 7. ep. 13.* Huic tradita urbs est nuda præsidio, referta copiis. *Id. pro Dom. c. 22.* Tam inops aut eram ab amicis, aut tam nuda Resp. a Magistratibus. ¶ Nudo vestimenta detrahere, est commodum sperare ab eo, qui nihil habet, quod auferri queat. *Plaut. Asin. 1. 1. 79.* Nudo detrahere vestimenta me jubes. ¶ Nuda verba. h. e. aperta, satis explicata. *Pl. l. 4. ep. 14.* Summos illos & gravissimos viros non modo lascivia reum, sed verbis quidem nudis adstrinsit. ¶ Usurpatur & nudus pro solo. *Ov. 3. Trist. eleg. 11. v. 17.* Ut mala nulla feram, nisi nudam Cæsaris iram. *Mart. l. 1. epigr. 44.* Nudus aper, sed & hic minimus, hoc est in cœna solus aper appolitus est. *Vellej. l. 2. c. 61.* Antonius turpi, ac nuda fuga coactus desertor Italiæ. h. e. solus, desertus, amisso exercitu.

Nugacitas, atis, f. nugarum studium. *Augusst. in fi. epist. 67.* Omnis ab eo deleta est nugacitas. Adde *Sub init. l. 6. de Music.*

Nugàcius, a, um, idem ac nugiger. *Plaut. Aulul. 3. 5. 51.* Ubi nugigerulis res soluta est omnibus. Ita legit *Lambinus*. V. *Nugivendus*.

Nugipolyloquides, vox hybrida, ex *nuga*, πολὺ, & *loquor*, joculariter conflata a *Plaut. Pers. 4. 6. 21.* h. e. multas nugas loquens. Alii leg. *nugidoliloquides*, h. e. nugas, & dolos loquens.

Nugivendus, i, m. qui res nullius usus vendit. *Plaut. Aulul 3. 5. 51.* Ubi nugivendis res soluta est omnibus. Ad quæ verba *Non. c. 2. n. 587* Nugivendos inquit, dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendunt, nam omnia, quibus matronæ utuntur, nugas voluit appellari. Alii leg. *nugivendalis*, alii *nugigerulis*.

Nugo, onis, m. nugator, nugax. *Apul. l. 5. A. A. circa fin.* Sed utique præstimis nugo, & corruptor.

Nugor, aris, atus sum, d. 1. *cianciare*, *scherzare*, לָצַץ. Germ. *unnutz geschwetz treiben*, Gal. *cajoller*, *jaser*, *bauer*, His. *chocarrear*, φλυαρέω, nugas ago, vana ago, vel dico. *Cic. 2. de Div. c. 13.* Democritus tamen non inficte nugatur. *Horat. l. 2. Sat. 1. v. 73.* Nugari cum illo, & discincti ludere, donec Decoquatur olus, soliti. *Plaut Ep. d. 3. 4. 2.* Non mihi nugari pores.

* Nugulæ, arum leves nugæ. *Capell. l. 1. init* Nugulas ineptas eggarire.

Nullatènus, *in nulla maniera*, nullo modo. *Mart. Capell. l. 2. p. 35.* Immortalitatis fedem nullatenus obtinebis.

Nullibi, adverb. *in nun luogo*, German. *niegend*, Gal. *en nul lieu*, Hisp. *en ningun lugar*, ἀδαμοῦ, in nullo loco. *Vitr. l. 7. c. 1.* Nullibi extantes. Sed lectio hæc prava est.

Nullificàmen, inis, n. contemptus, derisio. *Tert. l. 3. adversf. Marc. c. 7. & 17.* Ignominia hominis, & nullificamen populi.

Nullificare. V. Annihilare.

Nullificatio, onis, *f. disprezio*, nullificamen. *Tert. l. 4. adv. Marc. c. 14.* Quæ ignominia? quæ nullificatio?

Nullus, a, um, *nuvo*, אַיִן אִישׁ, Germ. *keiner*, Gall. *nul*, Hisp. *ninguno*, οὐδείς, non aliquis, ne unus quidem, a *ne*, & *ullus*, ut *nemo* ex *ne homo*. *Cicer. l. 13. Fam. ep. 1.* Tua nullam in partem multum interesse. *Id. 5. Fin. c. 13.* Ei de virtutibus nulla desit. *Id. de Sen. c. 22.* Nolite putare, me, cum a vobis discessero, nullum fore, hoc est omnino interiturum. ¶ Interdum ponitur pro *irrito*, *inani*, nullius momenti. *Cic. 2. de Leg.* Igitur Tutias, & Apulejas loges nullas puto. *Id. l. 7. Fam. ep. 3. de Pompejo.* Nullus imperator fuit ex illo tempore, virille tas? *Id. l. 7. Fam. ep. 3. de Pompejo.* Nullus imperator fuit ex illo tempore, virille tas? sum

fummus. ¶ Item pro non. *Id.* 11. *Att. ep. penult.* Philotimus non modo nullus venit, sed ne per literas quidem certiorem me facit. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 4. Si non quæxet, nullus dixeris. ¶ Nullus fum, frequens eſt apud Comicos pro, perii, actum eſt de me. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 6. Credo, ipſum ad me exire; nulla fum. *Plaut. Caſin.* 3. 5. 1. Nulla fum, nulla fum; tota die occidi. ¶ Nullus non, pro omnis. *Senec. ep.* 12. Nullo non ſe die exſulit. ¶ Homo nullis literis, eſt illiteratus, qui literis nullam dedit operam. *Pl. l. 6. ep. 29.* ¶ Video multos parvo ingenio, nullis literis, ut bene agerent, agendo conſecutos. ¶ Nullus dum. h. e. nullus adhuc, *ἡνίκα νηπιος. Liv. l. 5.* Quas inſeparabiles viſas, haud equidem miror, nulla dum via ſuperatas. ¶ Nullo numero homo, *uomo da nulla*, nullius pretii, nihili homo. *Cic. Phil. 1. c. 6.* ¶ Tam nullus, *Pl. l. 11. c. 2.* In his tam parvis, atque tam nullis quæ ratio! quanta vis! ¶ Nullus ullus. *Gel. l. 1. c. 2.* Aſſeverabat, nulli eſſe ulli ea magis explorata. *Nepos in Att. c. 19.* Nulla ulla re, quam elegantia vitæ, urbiorem nullum illuxere alterum. ¶ *Null* pro nullius. *Ter. Andr.* 1. 5. 2. Quando quidem tam iners, tam nulli conſilii ſum. ¶ Nullæ pro nulli. *Plaut. Mil.* 3. 1. 207. Studioſus rei nullæ aliæ eſt. ¶ Nullum pro nihil. *Hor. de Art. Poet. v.* 324. Præter laudem nullius avari.

Num, *forſe, ſc.*, האם, ἆρα γε, an, numquid, adv. interrogandi, ἀμάων, per Metathefin. *Cic. 5. Ver.* Num exſpectabis, dum L. Metellus tibi reſpondeat? *Id. 1. de Or. c.* 53. Num quod eloquentiæ veſtigium apparet? ¶ Eſt etiam adverbium dubitandi, quando alicui verbo poſponitur. *Cic. 1. Catil. c.* 5. Interrogas me, num in exilium? ¶ Jungitur & cum *nam*. *Ter. Andr.* 3. 4. 12. Numnam periimus? ¶ Et cum ne. *Plaut. Trucul.* 2. 6. 65. Numne vis me?

Numa Pompilius, vir Sabinus, ſecundus Romanorum rex, fuit juſtitia & pietate inſignis, omniſque divini & humani juris, ut illis temporibus, conſultiſſimus: qui populum ſacra, rituſque divinos docuit, ferocemque ejus animos religione, atque inſtitutis civilibus temperavit. Jani templum conſtruit, & clauſit: annum in duodecim menſes diviſit, ſeu decem menſibus ab Romulo inſtituris duos addidit: dies faſtos, & nefaſtos fecit: creditus Pythagoræ diſcipulus fuiſſe, & cum Nympha Egeria ſæpe de his omnibus conſultaſſe. Regnavit annos 43. *Liv. l. 1. c. 21. Ov. 1. Faſtor.*

Numana, æ, f. Oppidum Piceni, a Siculis conditum, a Gothis everſum. *Silius l. 8. v.* 433. ſcripuloſæ rura Numanæ.

Numantia, æ, f. *Puente Garay*, Νουμαντία, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, exin Caſtella veteri, inter Celtiberos, & Arevacos, ad Dorium fl. haud longe orientem, ad radices montium. Exciſa eſt a Scipione Africano minore poſt diutinam obſidionem 20. annorum, cum ſe, filios, & uxores occidiſſent cives. *Flor. lib. 2. c. 18.*

Numantinus, a, um, quod ad Numantiam ſpectat. Numantinus ſpeciatim cognomen fuit P. Scipionis Africani Æmiliani, ſeu minoris, qui Numantiam urbem evertit. *Ov. 1. Faſt. v.* 595. Ille Numantina trahit ab urbe notam.

Numella, læ, f. genus machinæ ligneæ ad diſcruciandos noxios, in quam collum & pedes immittebantur, ut deſcribit *Non. c. 2. n.* 686. Hinc inter ſervorum tormenta memoratur *Plaut. Afin. 3. 2. 5.* Stimulos, laminas, cruces, compedes, nervos, catenas, numellas, pedicas, boias. ¶ Feſtus interpretatur genus vinculi, quo deligantur quadrupedes, ex nervo, aut corio cæſo bovis ut plurimum factum. Atque hoc ſenſu uſurpat & *Columella*, ſed maſcul. genere, *l. 6. c.* 19. ubi air. Ubi poſtquam etiam numelli fabricari, ut inferto capite, defecdentibus per foramina regulis cervix teneatur. *h. e.* vincula ex ligneis regulis facta. *Turneb l. 23. c. 21.* & alii leg. *numella*.

Numellus, i, m. V Numella.

Numen, inis, n. אלה, idem ac nutus, a *nuo, ut flumen a fluo*. *Lucret. l. 2. v.* 631. *de Curetibus*. Terrificis capitum quatientes numine criſtas. *Id. lib. 3. v.* 194. Paret, & ad numen mentis, nomenque moveruſ? ¶ Translate fumitur fæpe pro Deorum nutu, voluntate, potentia, *volontà degli Dei*, θεῖον, θεότης. *Virgil 2. Æn. v.* 77. non hæc ſine numine Divum eveniunt. *Plin. l. 7. ep.* 27. Velim ſcire, eſſe phantaſmata. & habere propriam figuram, numenque aliquod putes, an &c. ¶ In plur. numero tribuitur aliquando uni tantum Deo. Sic Venus alloquitur Cupidinem apud *Virg. 1. Æn. v.* 670. Supplex tua numina poſco. ¶ Sæpius pro ipſis Diis. *Nume, Diteï. Virg. 4. Georg. v.* 7. ſi quem Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo. *Ovid. Met. 10. v.* 430. promiſſaque Numine firmat. *h. e.* invocato numine per juramentum. ¶ Dicitur etiam de voluntate & potentia hominum *Cic 3. Phil. c. 13.* Magna vis eſt, magnum numen unum & idem ſentientis Senatus. *Virg. l. 2. Æn. v.* 396. Vadimus immixti Danais, haud numine noſtro. *h. e.* non voluntate noſtra. ¶ Romani Imperatores ſuos nominis appellatione honorabant, ſive adulatione aliqua, ſive quod ſumma rerum apud eos poteſtas eſſet. Hinc illa formula: Devotus numini majeſtatique ejus, apud *Grut. in Inſcriptionib.* Sic *Symmach. l. 10. ep.* 11. Præcipua quidem beneficia numinis veſtri populus R. exſpectat. ¶ Videtur numen accipi pro aere in illo *Horat. l. 3. od.* 10. *v.* 7. poſitas ut glaciet nives puro numine Jupiter.

Numerabilis, le, o. 3. *numerabile, che ſi può numerare*, Ger. *zalbar, zu zehlen gut*, Gal. *nombrable, qu'on peut nombrer*, Hiſ. *numerable, dénombrable*, ἀριθμητός, quod numerari poteſt. *Hor. de Art. v.* 256. Quo ſane populus numerabilis, &c. h. e. parvus, modicus.

Numeralis, le, o. 3. ἀριθμητικός, quod ad numerum pertinet, ut Numerale nomen, quod numerum ſignificat, apud *Priſc. l. 2. pag.* 579. *Putſch.*

Numerarius, ii, m. qui publicam pecuniam in æratorium curat. *Sidon. l. 1. ep. 11.* & *l. 2. Cod. de Numerar.* ¶ Apud *Auguſt. in Pſ.* 146. numerarius eſt, qui arithmeticam profitetur, computator, calculator, ψηφιστής. *aritmetico*. Adde *Ammian. l. 19. c. 9.* (al. 18.)

Numeraſſo, onis, f. *novero, il numerare*, ספר, ἀριθμησις, *Senec. ep.* 18. Ab iſto fiet numeratio. ¶ Item perſolutio, *pagamento*. *Col. l. 1. c. 1.* Ubi æris numerario exigitur, rem pro nummis oſtendit.

Numerato, *a contante*, abl. abſol. vice adverbii. *Cic. Att. l. 12. ep.* 15. Nihil & res, & condicio placet, ſed ita, ut numerato malim, quam æſtimatione, ideſt potius numerata pecunia, quam aliorum bonorum æſtimatione.

Numerator, oris, m. *contatore*, ἀριθμητής, qui numerat. *Aug. l. 5. Conf. c. 4.* Menſor cœli, & numerator ſiderum.

Numeratus, a, um, nom. ex partic. *numerato*, ἀριθμηθείς / *Sil. l. 7. verſ.* 730. Numerato militi repetebat caſtra. *Cicer. pro Cæc c.* 4. Cum uteretur dote uxoris numerata, *dote in contanti*. ¶ Habere pecuniam in numerato, eſt in promptu habere, præſentem, paratam, *aver' in contanti*. *Plin. l. 33. cap.* 10. Teſtamento edixit, reliquere in numerato H. S. DC. ¶ Hinc translate *Quintil. l. 6. cap.* 3. *ad fin.* De Aſinio Pollione ſcriis, jocoſque pariter accommodato dictum eſt, eſſe ſum omnium horarum; & de actore facile dicearc ex tempore ingenium eum in numerato habere.

Numère. V. Numero, adv.

Numeria, æ, f. ἡ ἀριθμός, Dea, quæ partus celeritati præerat. *Var.* apud *Non. c. 4. n.* 319. Quod etiam in parta precabantur Numeriam, quam Deam ſolent indigitare etiam Pontifices.

Numeriſi, m. 2. prænominabantur, qui celeriter nati fuerant, a *numerus*, ſeu a *numero* adv. *Varro* apud *Non. c. 4. n.* 319. Ut qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabant, quod qui cito factiurum quid ſe oſtendere volebar, dicebat, numero id fure.

Numéro, as, avi, atum, a. 1. *numerare, annoverare*, מפר, Ger. *zehlen, rechnen*, Gal. *nombrer*, Hiſ. *contar, numerar*, ἀριθμέω, per numeros recenſeo. *Cic. 2. de Or. c.* 32. Ea, ſi ex reis numeres, & innumerabilia ſunt, & obſcura. *Ov. 3. Faſt. v.* 123. Numerare per digitos. ¶ Speciatim ponitur pro præſentem pecuniam dare. *Cic. ad Planc.* Articus pecuniam numeravit de ſuo. ¶ Interdum ſupprimitur accuſativus. *Cic. pro Quinct.* Simul atque ſibi hic annuiſſet, numerarurum ſe dicebat. *Id. pro Flacc. c.* 29. Si Prætor dedit, a Quæſtore numeravit, hoc eſt *per le mani del Camerlingo*. ¶ Eleganter ponitur pro habere, vel cenſere. *Cic. in Brut.* In mediocribus Oratoribus numeratus eſt. *Id. pro Roſc. Am.* Honeſtiſſimus inter ſuos numerabatur. *Id. 1. Fam. ep.* 9. Tota jam ſapientum civium, qualem me & eſſe, & numerari volo, ſententia mutata eſt. ¶ Nullo loco numerare, eſt nihili facere. *Cic. 2. de Fin. c.* 28. Qui voluptatem nullo loco numerant. ¶ Numerare in bonis, h. e. inter bona. *Id. l. 1. Fin.* Cur nec voluptas in bonis ſit numeranda, nec in malis dolor. ¶ Numerare in beneficii loco, *tener per beneficio*, *Id. 2. Fam. ep.* 6. Sic, numerare in beneficii partem, *Id. 12. Philipp. c.* 1.

Numéro, & Numére, adverb. *preſto, ſubito*, cito, celeriter, *Feſtus* monet, *numero* dici de præſenti tempore, ac futuro, *numero*, de præterito. Verum hoc a Scriptoribus non ſervatur, *Plaut. Amph. 1. 1. 25.* Nunc numero mihi in mentem fuit. Ita legit *Nonius c. 4. n.* 319. Alii *nunc vero*. *Varr.* apud *eumd. ib.* Qui, cito factiurum ſe quid, oſtendere volebat, dicebar, numero id fore. ¶ *Plaut. Menæch. 2. 2.* 13. Numero huc advenisſad prandium: nunc obſonatu redeo. *h. e.* nimis cito. Adde *eumd. Pœn. 5. 4.* 101. ¶ Feſtus *numero* exponit etiam *nimium*.

Numeroſe, adv. *numeroſamente, in copia*, בשפע, *Apul. de Deo Socr. ſub fin.* Famulos numeroſiſſime comparare. ¶ Item ſonore, & per numeros, id eſt menſuras muſicas *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 8. Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſe ſonantes juris, & ¶ Numeroſe dicere, eſt, orationc uti concinne & ſuaviter concluſa. *Cic. in Or. c.* 66. Circumſcribre, & numeroſe dicere. *Gel. l. 7. c.* 3. Diſtinctius, numeroſiuſque omnia dicere. *Quinc. l. 10. c.* 5. Sententias numeroſiſſime verſare.

Numeroſitas, atis, f. *numeroſità, abbondanza, copia*, שפע, multitudo, magnus numerus, πολυαριθμία, *Sidon. l. 7. ep.* 2. Nepotum numeroſitate gaudere. *Id. Carm. 23. v.* 151. Varro ſcriptorum numeroſitate verendus. *Macrob. l. 5. Sat. c.* 20. Numeroſitas innumera.

Numeroſus, a, um, *numeroſo*, רב, מנר, Ger. *viel, groſſ*, Gal. *en grand nombre*, Hiſ. *numeroſo*, πολυπληθής, quod magno conſtat numero. *Pl. l. 11. c.* 4. Quæ numeroſo fœcunda partu, hæc plures habent mammas. *Plin. in Panег.* Alio me vocat numeroſa gloria tua, hoc eſt multiplex, magna. *Claudian. l. 1. in Eutrop.* Quæſtus numeroſior. *Plin. l. 11. c.* 17. Oculi in homine numeroſiſſimæ varietatis. ¶ Item largus, amplus. *Col. l. 6. c.* 29. Numeroſum pectus. *Pl. l. 2. ep.* 9. Cauſa numeroſiſſima. *h. e.* quæ plura capita, ac quæſtiones habet. ¶ Numeroſa oratio dicitur, quæ apte, & æquabiliter fluit. *Cic. in Or. c.* 50. & 52. Adhibenda eſt igitur numeroſa oratio, ſi aut laudandum eſt &c. *Id. l. 3. de Or.* V. ibi hæc de plura. ¶ *Ov. 2. Amor. elegy. 4. v.* 29. Illa placet geſtu, numeroſaque brachia ducit. *h. e.* ad numerum, ad certam legem mover.

Numerus, ri, m. *numero*, מספר, Ger. *zahl*, Gal. *nombre*, Hiſ. *numero*, ἀριθμός, eſt collectio unitatum; unde unitatem dicunt non eſſe numerum, ſed principium numeri. *Juv. ſat. 13. v.* 26. Rari quippe boni, vix ſunt numero totidem, quot &c. *Quinct. l. 1. c.* 10. Breviores numeri. ¶ Licet autem numerus dicatur de iis, quæ numerantur, interdum tamen etiam reſertur, ad ea, quæ menſurantur, & ponitur pro vi, copia. *Cic. l. 1. Off.* Si vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit. *Id. 2. Phil. c.* 27. Magnus vini numerus. Adde *Ver. 4. c.* 72. ¶ Accipitur etiam pro ordine. *Veliej. l. 2. c.* 13. In numerum exercitus aliquem recipere. *Virg. 3. Æn. v.* 436. Digerere in numerum. *Pl. in ep.* 8. *l.* 3. In numeros referre. *Id. l. 10. ep.* 18. Sacramento militari nondum diſtributi in numeri erant. *h. e.* in cohortes, *incorporati nell' ordinanze*; nam & *Tacitus* pro cohorte hanc vocem uſurpat, ubi air *in Agric. c.* 18. Sparſi per provinciam numeri, præſumpta apud militem illius anni quies. Adde *Suet. in Veſpaſ. c.* 6. Hinc illa: in numeris manere, deſinere in numeris eſſe, &c. apud JCtos *l. 22. ff. de teſtam. milit. & l. 11. ff. de iis qui not. infr.* &c. ¶ Et quoniam omnis concentus, & omnis harmonia numeris conſtat, frequenter etiam numerus pro ratione harmonica ponitur, quam Græco vocabulo ῥυθμὸν appellamus. Hinc oratio, quæ numeris conſtat, numeroſa dicitur, quæ vero numeris caret, ſoluta. *Cic. in Or.* Quidquid eſt enim, quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiamſi abeſt a verſu (nam id quidem orationis eſt virium) numerus vocatur, qui Græce ῥυθμὸς dicitur. ¶ Numeri oratorii nomine intelligitur ordo verborum, totiuſque orationis, quæ non claudicat, nec fluctuat; ſed æqualiter conſtanterque ingreditur. *Cic. 3. de Or. c.* 44. Numeris orationem attingere. *Id. ib. l.* 1. Numerus & modus oratorius. De numero oratorio ſcripſit *Quinct. l. 9. c.* 4. & *Cic. l. 3. de Or. c.* 48. & *in Or. c.* 49. &c. ¶ Numerus etiam dicitur ſocietas, *corpo, catalogo*. *Cic. in Rull.* Non eos in Deorum immortalium numero venerandos a nobis, & colendos putatis? *Salluſt.* Ex ſuo numero legatos miſit, *del ſuo rango*. ¶ Uſurpatur item pro honore, vel exiſtimatione. *Cic. 2. Phil.* Quem locum apud ipſum Cæſarem poſt ejus ex Africa reditum obtinuiſti? quo numero fuiſti? *Varr. l. 1. R. R. c.* 7. Minus ſe putant deſpici, atque aliquo numero haberi a domino. ¶ Item pro perfectione, virtute, *parte*. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 13. Perfectum, expletumque omnibus ſuis numeris, & partibus. *Id. 3. Off. c.* 3. Omnes numeros habere. *Pl. l. 9. ep.* 38. Legi librum omnibus numeris abſolutum. *Id. in Panег. c.* 71. Obire omnes numeros comitatis. ¶ Numerus interdum pro carminibus uſurpatur, quoniam ea maxime numeris conſtant. *Horat. l. 4. od.* 2. Numeriſque fertur lege ſolutis. *Ovid. 4. de Pont. ep. 2. v.* 3. nec numeris nectere verba juvat. *Virg. Ecl. 9. v.* 45. numeros memini, ſi verba tenerem. *h. e.* rhythmum, metrum. ¶ Item pro modis muſicis. *Quinctil. lib. 9. cap.* 4. Quod ſi numeris, & modis ineſt tanta vis. *Lucr. l. 2. verſ.* 631. In numerum exultare. *Virg. Ecl. 6.* In numerum ludere. *Cic. 1. de Leg. c.* 4. Roſcius in ſenectute numeros in cantu eecideral, ipſaſque tardiores fecerat tibias. *h. e.* Roſcius, qui cum eſſet juvenis, magna contentione egerat, jam ſenex factus remiſſius ferebatur, & ipſos modos tardiores faciebat. ¶ Item pro lege, ac regula, quæ ſervatur ab hiſtrionibus, & a palæſtricis in flexu corporis, & manuum geſtu. *Quinct. l. 12. c. 2.* Ut palæſtrici doctores illos, quos numeros vocant, non iudicro diſcentibus tradunt. *Cic. Parad. 3. ſub fin.* Hiſtrio ſi paulo fe moverit extra numerum, exſibilatur. ¶ Translate *Horat. l. 1. ep.* 18. *v.* 59. Quamvis nil extra numerum feciſſe, modumque curas. *h. e.* ſtulte, imperite. ¶ Denique pro calculis luſoriis: in his enim numeri inſcripti erant. *Ovid. 2. de art. am. v.* 203. Seu ladet, numeroſque manu jactabit eburnos. ¶ Numerus quadratus dicitur, qui gemina dimenſione in æqua concreſcit, ut bis duo, ter tres, quater quatuor, &c. *Gell. l. 1. c. 20.* ¶ Numerus ſingularis, & pluralis in nominibus apud Grammaticos. *Quinct. l. 1. c.* 5.

Numicius, & Numicus, *Rivo di Nemi, Rivo*, fluviolus Latii, qui effluit ex lacu Nemo, ex quo via Numicia Brunduſios ducit, & Lavinio proximus labitur. In eo Æneas ſubmerſus traditur. Hic, ut aliqui ſcribunt, poſtea decrevit, & in fontem redactus fuit, qui & ipſe poſtea exſiccatus eſt, ſacris, etiam Veſtæ, (cui non niſi ex hoc fluvio libari fas erat) una intercceptis. *Virg. 7. Æn. v.* 150. hæc fontis ſtagna Numici. *Ov. 3. Faſt. v.* 647. Cognoſcere hanc tumidis rapuiſſe Numicius undis creditur.

Numidæ, arum, m. Numidiæ incolæ, quaſi *Nomades*. V. Nomades. Eorum in equitatu maxima laus fuit. *Virg. 4 Æn. v.* 41. Infreni Numidæ. ¶ Antiqui Numidas vocarunt non incolas modo Numidiæ, ſed alios quoque, qui pecuariam exercentes vagi huc illuc mearent. Hinc Numidarum in Arabia mentio fit apud *Vitruv.*

Numidia, f. i. Metagonitis, *Biledulgerid*, Νομαδική, regio medit. Africæ in Libyæ interioris, & Mauritaniæ confinio, leonibus, & urſis ferociſſimis abundans. *Plin. l. 5. c.* 3.

Numidianus, a, um, adject. ut Numidiana pyra, quæ Numidia afferuntur. *Plin. lib. 15. c.* 15.

Numidicus, ci, m. cognomen Q. Metelli, qui de Numidiæ rege Jugurtha triumphavit. *Gell. l. 1. c.* 6. & *l. 6. c.* 11.

Numidicus, a, um, Νομαδικός, quod eſt ex Numidia, ut Lapis Numidicus, qui inter generoſa marmora numeratur, & a Papinio Libycus ſilex appellatur, ex quo præſertim pavimenta ſternebantur, quæ pavimenta Punica a veteribus dicebantur, *Iſid. l. 15. Orig. c.* 5. ¶ Gallinæ Numidicæ, apud *Col. l. 8. c.* 2. ſunt, quas *Mart. l. 3. epig.* 58. Numidicas guttatas appellat. V. *Africanus*. ¶ Numidici equi, *Liv. l. 30. c.* 6.

* Numiſiana vitis & uva apud *Col. l. 3. c. 2. l. 12. c. 24. Pl. l. 14. c. 2.*

Numiſma, atis, n. *moneta, medaglia*, אותות, Νόμισμα, nummus. *Hor. l. 2. ep.* 1. *v.* 234. Retrulit acceptos regale numiſma Philippos. *Prudent. 3. peri. ſteph. v.* 95. Et Cæſar agnoſcit ſuum Numiſma nummis inditum. *h. e.* imaginem ſuam nummis impreſſam. ¶ Sunt qui ſcribunt *nomiſma*.

Numitor, m. 3. filius Procæ Albanorum Regis, & Amulii frater, Romuli, & Remi avus materuus. Hujus filiam Rheam Sylviam Amulius, pulſo Numitore fratre, Veſtalem virginem fecit, ne tandem ſobolem haberet, quæ patrium ulciſceretur. Senex a Romulo, & Remo, occiſo Amulio, in Regnum reſtitutus eſt. *Liv. l. 1. Dionyſ. l. 1.*

Nummarius, a, um, o. 3. 2. Ἀριθμητικός, quod ad nummos ſpectat. *Cic. 3. Off. c.* 20. Ut res nummaria de communi ſententia conſtitueretur. *Id. 4. Verr. c.* 28. Sic in ſumma difficultate eſſe nummaria. ¶ Nummarium judicium, quod ſit acceptis pecuniis. *Cic. 5. Verr. c.* 57. Ecquod judicium Romæ tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti? ¶ Judex nummarius, ſordidus, qui pecunia corrumpitur. *Cic. Att. l. 1. ep.* 16. Inſectandis, exagitandiſque nummariis judiciibus omnem omnibus ſtudioſis, ac fautoribus illius victoriæ παῤῥησίαν eripuit. ¶ Interpres nummarius, mercenarius, & qui ob id pecunias accepit. *Cic. pro Cluent. c.* 36. Nummarius interpres pacis, & concordiæ non probabatur.

Nummatio, onis, f. πολυαριθμία, numniorum abundantia, affluentia. *Cic. 2. Phil. c.* 45. Confer eum cum nummatione tua ruorumque.

Nummatus, a, um, πολυχρήματος, עשיר, nummis abundans. *Cic. 2. Agr. c.* 22. Volitat enim ante oculos iſtorum Jubæ Regis filius adoleſcens, non minus bene nummatus, quam bene capillatus. *Apul. l. 1. Met. circa princ.* Nummatior revertor.

Nummôſus, a, um, nummis abundans, *Ngid. apud Gell. l. 4. c.* 9.

Nummulariolus, i, m. dim. parvus, vel vilis nummularius. *Senec. in Apocolocynth. a med.* Defignatus Conſul nummulariolus,

Nummularius, ii, m. κολλυβιστής, menſarius, qui nummos permutat. *Ulp. l. ſi hominem, ff. depoſiti*. Quoties foro cedunt nummularii. *Suet. in Galba, cap.* 9. Nummulario non ex fide verſanti pecunias manus amputavit.

Nummulus, m. 2. νομισμάτιον, parvus nummus. *Cic. Att. l. 1. ep.* 16. Si judicium eſt, triginta homines Populi R. leviſſimos, ac nequiſſimos nummulis acceptis jus, ac fas omne delere.

Nummus, & Numus, i, m. *denajo, moneta*, אגורע, Ger. *mintz, pfenning*, Gal. *monnoie, pièce d' argent*, Hiſ. *dinero, νόμισμα*, numiſma, pecunia, aurum, argentum, æs ſignatum. Eſt vox pura Græcorum. Nam, ut *Jul. Pollux l. 9.* Romani hanc vocem habent a Dorienſibus Siciliæ, & Magnæ Græciæ incolis, quos Ariſtoteles in lib. de Tarentinorum Rep. auctor eſt habuiſſe νόμμον, in quo Tarantis Neptuni filii imago impreſſa erat eoquo inſidentis. Eadem fuit ſententia *Varronis l. 9. de L. L. c.* 16. In argento, inquit, nummi: id a Siculis. Alii volunt, nummus eſſe a Græco νόμισμα, quod *Feſtus* ſcripſit. ¶ In vereribus libris & monumentis ſæpe legitur, & *nummus*. Prior tamen ſcriptio videtur magis in uſu eſſe. *Perſ. in prol. Satyr.* Si doloſi ſpes refulſerit nummi. *Plaut. Pœn. 1. 2. verſ.* 132. Neſcio quot nummi aurei. ¶ Nummus adulterinus, *moneta falſa*. *Cic. 3. Off. c.* 23. Si ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis. ¶ Aliquando ſpeciale nomen eſt pecuniæ æreæ, quæ alio nomine *ſeſtertius*, vel conjunctim *nummus ſeſtertius* appellabatur, valebatque æſtimatione Venera ſolidos V. ideſt, quartam partem denarii argentei. *Cic. 5 Verr. c.* 58. Facta eſt ſponſio ſeſtertiis quinque, coegit Scandilius quinque illa millia nummum dare ac numerare Apronio. ¶ Nummo, vel nummo ſeſtertio æſtimare, vendere, addicere, &c. eſt nullo, vel viliſſimo precio. *Cic. pro Rabir Poſth. c.* 17. Ecquis eſt ex tanto populo, qui bona C. Rabirii nummo ſeſtertio ſibi addici velit? Adde *Valer. Max. l. 5. cap.* 2. ¶ In nummo exigere, eſt non rem, ſed rei pretium exigere, *eſigger' in contanti*. *Trebel. Pol. in Claud. c.* 14. Si aliquibi aliquid defuerit, non præſtetur, nec in nummo exigatur. ¶ Nummus aſper, exigitur apud *Sen. ep.* 19. & *Suet. in Ner. c.* 44. Alii interpretantur, recens cuſum, bene percuſſum, atque adeo probum, & juſti ponderis. Alii veterem, ſed in thesauro ſervatum. ¶ Habere in nummis, *aver del denajo*. *Cic. Attic. l. 8. ep.* 10.

Numnam. V. Num.

Nunc, *ora, adeſſo*, עתה, Ger. *jetz*, Gal. *à préſent*, Hiſp. *aora, vuù*, adv. temporis, quod tempus præſens denotat. *Cic. Phil. 7. cap* 5. Erat tunc excuſatio opprefis, nunc nulla eſt. *Id. Att. l. 2. ep.* 24. Nunc reus erat apud Craſſum Vectius. ¶ Interdum nullum tempus denotat, & ponitur pro *ſed, at, verum*. *Cic. 1. de Div. c.* 29. Quæ quidem multo plura evenirent, ſi ad quietem integri iremus nunc onuſti cibo, & vino confuſa, & perturbata cernimus. ¶ Eleganter conjungitur cum quibuſdam particulis, *jam, ergo, vero, primum, demum*, & ſimilibus *Ter. Eun. prol. v.* 9. Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit. *Antonius apud Gell. 5. c.* 3. Nunc primum audio, quid illo ſit factum. *Id. Adelph. 2. 1.* nunc jam. ¶ Interdum geminatur. *Virg. 5. Æn. v.* 441. Nunc nunc inſurgite remis. *Id. ib.* Nunc hos, nunc illos adirus &c. ¶ Nunc homines, h. e. homines qui nunc ſunc, *οἱ νῦν ὄντες*, *Pl. Perſ. 3. 1. 57.* Tace ſtulta; non tu nunc hominum mores vides.

Nuncine, adv. interrogandi, an nunc, nunc ne? *Terent. And. 4. 1. in fin.* Hem nuncine demum?

Nuncio. V. Nuntio.

Nuncubi, adv. *ſi ubi*, numquid alicubi, vel quo in loco, qua in re. *Terr. Eun. 1. 2. 83.* Nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in re claudier.

Nuncupatim, adv. nominatim. *Sidon. in ſi. carm. ep. ult. & Claud. Mamert. l. 2. c.* 9.

Nuncupatio, onis, f. ὄνομα, προσαγόρευσις, *Sueton. in Calig. c.* 38. Quo metu injecto: cum jam & ab ignotis inter familiares, & a parentibus inter liberos palam hæres nuncuparetur, deriſores vocabar, quod poſt nuncupationem vivere perſeverarent. ¶ Item pro dedicatione libri, aut alterius operis. *Plin. in præfat. hiſt. nat.* Hæc ego miki nunc patrocinia ademi nuncupatione. *Senec. de Conſolat. ad Marc. c.* 13. Primus impetus ab altaribus publicis, & fauſta nuncupatione non abduxit patrem. ¶ Quod vero addunt quidam Lexicographi ex *Plin. l. 9. c.* 35. V. in *Municipatio*.

Nuncupator, oris, m. qui nuncupat. *Apul. 2. Florid. ſub fin.* Pythagoras primus philoſophiæ nuncupator, & conditor.

Nuncupatus, a, um, nom. ex particip. a nuncupo, appellatus, nominatus. *Sueton. in Aug. c.* 17. Cleopatræ liberis inter hæredes nuncupatis. *Varr. l. 5. de L. L. c.* 7. Nuncupatæ pecuniæ, in legibus, ſunt ſcriptæ. *Feſt.* Nuncupata pecunia eſt idem ac certa, nominata nominibus propriis pronunciata. *Idem*: Vota nuncupata dicuntur, quæ Conſules, & Prætores, cum in provincias proficiſcuntur, faciunt; ea in tabulas præſentibus multis referuntur. Alii apud *eund. Feſt.* exponunt, promiſſa, & quaſi teſtificata, & recepta. ¶ Nuncupatus hæres eſt is, qui voce, non ſcripto a teſtatore eſt deſignatus coram idoneis teſtibus. *Julian. JCtus l. Si ita ff. de bon. poſſeſſ.*

Nuncupo, as, avi, atum, a. 1. *nominare, appellare*, קרא, Ger. *nennen*, Gal. *nommer*, Hiſ. *nombrar, proclamar*, ὀνομάζω, eſt nomine ſuo vocare, ſeu nominare, a *nomen, & capio*. *Varr. l. 5. de L. L. c.* 7. Quæ me inſuero nuncupaſti nomine. *Cic. Liv. l.* 1. Quem Julum eumdem Julia gens auctorem ſui nominis nuncupat. ¶ Nuncupare lingua, eſt non ſcripto, ſed verbo cavere, vel dicere. *Cic. 1 de Or.* Ut tutum illud, uti lingua nuncupaſſet. ¶ Nuncupare vota, eſt alicui Divorum vota polliceri, & deſtinare. *Cic. 3. Phil. c.* 4. Ea vota quæ numquam ſolveret, nuncupavit. *Id. 7. Verr. c.* 23. Votaque pro imperio ſuo, communique P. R. nuncupaſſet. ¶ Nuncupare teſtamentum, eſt viva voce ſupremam voluntatem declarare. *Plin. l. 14. c. ult.* Alii teſtamenta ſua nuncupant. De nuncupandis teſtamentis, Vide JCtos, & præſertim *Juſtinian. Inſtitut. de teſtam.* ¶ *Tacit. 1. hiſt. c.* 17. Conſultatum inde pro roſtris, an in Senatu adoptio nuncuparetur. *h. e.* exprimeretur, publicaretur. ¶ Nuncupare hæredem idem eſt ac deſignare, inſtituere. *Juſtin. l. 12. c.* 15. Ut digniſſimum nuncuparet hæredem.

Nuncuſque, uſque nunc, uſque adhuc. *Ammian. l. 14. c. 2.* (al. 7.) Ubi condunatur nuncuſque commeatus, diſtribui militibus aſſueri.

Nundina, æ, f. 1. Romanorum Dea, præſes ejus luſtrationis, qua infantes die nono luſtrabantur. *Macr. l. 1. Sat. c.* 16.

Nundinæ, arum, f. 1. *fiera, mercato*, עבוים, Ger. *jahrmarckt od. meſſ.* Gal. *foire, marché*, Hiſ. *feria, mercado*, πανήγυρις, πανήγυρικὸν, ἀγορὰ, mercatus, ſeu feriæ ruſticorum, quibus Romam profiſcebantur negotiis domeſticis provifuri, quaſi *novendinæ*, quia nono quoque die fiebant. *Ovid. 1. Faſt. Macrob. l. 1. Sat. c.* 16. Rutilius ſcribit, Romanos inſtituiſſe nundinas, ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo rure, ad mercatum, legeſque accipiendas Romam venirent, & ut ſcita, atque conſulta frequentiore populo referrentur, quæ reinundino die propoſita a ſingulis, atque universis facile noſcebantur. *Cic. Att.* Ipſo die nundinarum venit. ¶ Transierunt etiam hæc vox ad celebres mercatorum conventus immunes, liberoſque. *Cic. in Rull. 2. c.* 33. Illi Capuam nundinas ruſticorum, horreum Campani agri eſſe voluerunt. Adde *Colum. in præfat. l.* 1. ¶ Imo d'citur de quacumque negotiatione. *Cic. 5. Phil. c.* 4. In interiore ædium parte totius Reipubl. nundinæ erant. ¶ Nundinas inſtituere, *piantar una fiera*. *Plin. l. 5. ep.* 4. Vir prætorius a Senatu petiit, ut ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur. ¶ In ſingulari num. *Sidon. lib. 7. ep.* 5. In nundinam, & auctionem mitti, ſi emptor inveniatur. ¶ Legitur & nundinum, i, n. *Liv. l. 1. c.* 35. Poſtquam vero comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta ſunt. *Cic. pro Dom. cap.* 16. Quod in cæteris legibus trinum nundinum eſſe oporter.

Nundinâlis, le, o. 3. ἀγοραῖος, novendialis. *Pl. Aulul. 2. 4. 45.* Cocus ille nundinalis eſt, in nonum diem ſoler ire coctum. Ubi ſignificatur coquus buſtuarii ordinis, quique magis noſſet coquere cœnam feralem, quæ nono die fiebat, quam iis, quorum ingeniola eſſet gula. *Veſſ.* Alii interpretantur coquum vulgarem, & vilem, qui non niſi nundinis conducitur, cum plebs ex agris convenit. V. *Taulman.*

Nundinârius, a, um, πωλητικός, *da mercato*, quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum eſt. *Plin. l. 12. c.* 17. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod eſt illis nundinarium. ¶ Nundinariæ epulæ dicuntur cibaria, quæ dantur nundinas frequentantibus, h. e. mercaturam exercentibus. *Ulp. l. 69. Dig. pro Soc.* Cum ſocietas ad emendum coiretur, & conveniret, ut unus reliquis nundinarias epulas præſtaret.

Nundinatio, onis, f. ἀγορασμός, πραγματεία, nundinandi actus, mercatura. Translate. *Cic. Agr. 1. c.* 3. Quam denique in omnibus locis nundinationem juris, ac fortunarum fore putatis? *Id. 3. Verr.* Nundinatio hominum.

Nundinatitius, a, um, adject. *Tertull. de virg. veland. cap.* 3. capita nundinatitia vocat virginum non velatarum, q. d. expoſita procorum, & amatorum oculis, & veluti venalia.

Nundinator, oris, m. 3. ἀγοραστής, πραγματευτής, qui nundinas frequentat. *Feſt. in voce nundinans*: Ne interpellarentur nundinatores. *

exornatis nuptiis. *Cic. 2. Fr. ep. 3.* Apud Pompeianum *in* ejus nuptiis eram cœnaturus. ¶ Per Synecdochen hæc vox usurpatur pro conjunctione maris, & fœminæ, *matrimonio. Cic. pro Cluent. c. 12.* Quæ nuptiæ non stirpis futuræ fuerunt, erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate *conjunctæ, Id. Att. l. 1 ep. 29* Mulier vetula mulierum nuptiarum. *Hor. l. 1. od. 11.* Nuptiarum expers. *Nepos in Att. c. 5.* Conciliare nuptias. *& c. 13.* Nuptiarum conciliator, *sensale di matrimonj. Val. Max. l. 9. c. 1. n. 9.* Nuptiis inter se jungi. ¶ Metonymice accipitur pro copula Veneris. *Justin. l. 31. c. 6.* Novis quotidie nuptiis deditus erat. *Petron. in Satyr. c. 26.* Nuptias facere.

Nuptialis, & le. o. *3. nuziale.* Ger. *heyrateilich*, Gal. *nuptial*, Hisp. *nupcial*, γαμικός; quod ad nupt as pertinet. *Cic. pro Cluent. c. 6.* Faces nuptiales. *Et c. 9.* Nuptialia dona. *Plaut. Cure. 5. 2. 61.* Nuptialis cœna.

Nuptialiter, adv. γαμικῶς, more nuptiarum. *Mart. Capel. l. 6. pag. 227.*

Nuptiarius, a, um, nuptialis, ut Nuptiarium donum. *Paul. Dig. l. ult. tit. penult. leg. 19.*

Nuptiator, oris, m. qui nuptias celebrat. *Hier. adverf. Jovin. l. 1. c. 23.*

Nupto, as, freq. a nubo. *Tert. in Sodoma, v. 45.* Quo nullæ nuptant animæ.

Nuptilla, æ, f. Parva nupta. *Var.* apud *Non. c. 4. n. 330.* Pueri obscenis verbis novæ nuptulæ aures retinant.

Nupturio, is, n. 4. γαμιτεύω, nubere cupio. *Martial. l. 3. epigr. 93.* Gaudes ducentas nupturire post mortes. *Apul. in Apol.* Sponte eam diceres siue ulla magia jam olim nupturisse.

Nuptus, a, um, *maritato*, חתן, בעול, Ger. *die gefreyet hat*, Gal. *marié*, Hisp. *casado*, γεγαμημένος, matrimonio conjunctus. *Cic. pro Sext c. 3.* Ex qua hic est puer, & nupta jam filia. *Id. Ver. 7. c. 13.* Mulier nupta uni, proposita omnibus. ¶ *Nupta verba*, obscena, qualia sunt mulierum, quæ viro traditæ verecundiam dediderunt, quæ non licebat virginibus dicere, a *nubo*, qua notat copula Venerea conjungi. *Fest. Plaut. Dyscolo, referente Festo*: Virgo fum, nondum didici verba nupta dicere. ¶ Viderur *Plautus* substantive usurpasse *nuptus, i, Caf. 5. 1. 5.* ubi ait; Luber Chalinum quid agat scire novum nuptum cum novo marito.

Nuptus, us, m. *maritaggio*, γάμος, nubendi actus. *Cæf. 3. B. G.* Et forores suas nuptui in alias civitates collocasse. *Aur. Vict. de vir. Illustr. c. 59.* Eo die Numantini forte solemni nuptu filias locabant. Adde *Colel. 4. c. 3.*

Nursia, æ, f. 1. *Norcia*, urbs parva Italiæ, in Sabinis. ¶ Item urbs Piceni, a *Virg. 7. Æn. v. 715.* frigida dicta.

Nursinus, a, um, adject. a Nursia oppido. *Mart. l. 13. ep. 20.* Nurfinas poteris parcius esse pilas.

* Nurtia. V. Nortia.

Nurus, us, f. *nuora*, כלה, German. *des sohns weib*, Gal. *bru, belle fille*, Hisp. *nuera*, υἱοῦς, υἱώς, filii uxor, a Græco nomine allato, r inferto. *Cicer. 2. Phil. c. 24.* Mater amicam impuri filii, tamquam nurum sequebatur. ¶ Poetæ nurum sæpe universim pro fœmina usurpant. *Ovid. 2. Metam. v. 366.* Et nuribus mittit gesta ducta Latinis.

* Nūs, νοῦς, mens, unus ex æonibus. *Tert. adv. Valentin. c. 7. & 9.*

* Nūsclō, ō, f. cæcitudo nocturna, &

* Nuscieiōsus, i, qui parum videt. *Festus.*

Nuspiam, adv. in nullo loco, a *ne*, & *uspiam. Gel. l. 5. c. 4.* Librarius in quodvis pignus vocabat, ni in una nuspiam litera delictum esset. Al. leg. *si in una uspiam.*

Nusquam, adv. *in niun luogo*, Ger. *nienen*, Gal. *en nul lieu*, Hisp. *en ninguna parte*, οὐδαμοῦ, in nullo loco, a *ne*, & *usquam. Cic. de Sen. c. 22.* Nolite arbitrari, me, cum a vobis discesserò, nusquam, aut nullum fore. *Id. 4. Acad. c. 32.* Illud sit disputarum non ineste in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri, & certi notam. *Ter. Adelph 4. 2. 1.* Fratrem nusquam invenio gentium. ¶ Nusquam non, est ubique. *Plin. l. 14. c. 1.* Parente rerum nusquam non remedia disponente homini. ¶ Usurpatur etiam cum verbis motus. *Ter Eun. 2. 2. 50.* Profecturus alio fueras. *P.* Nusquam. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 2.* Nusquam ventum, aut abitum fine causa puterur.

Nutabilis, le, adj. nutans, vacillans. *Apul. de Deo Socr.* Regni nutabilis suggestus.

Nutabundus, a, um, adject. nutans. *Solin. c. 27.* Capite nutabundo.

Nutāmen, inis, n. nutatio. *Siliut l. 2. verf. 399.* Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.

Nutatio, onis, f. νεῦσις, actus nutandi. *Plin. l. 11. c. 37.* A cerebro proficiscitur somnus, hinc capitis nutatio. ¶ Translate *Plin. alter in Paneg. cap. 5.* Nutatio Reipublicæ.

Nuto, as, n. νεύω, נוע, frequenti capitis inclinatione aliquid significo, freq. a *nuo. Plaut. Asin. 4. 1. 39.* Neque illa ulli homini nutet, nicter, annuat. ¶ Translate accipitur pro moveri, vacillare, ruinam minari. *Liv. l. 4. c. 37.* Altera ex parte nutant circumspectantibus galeæ, & incerti trepidant. *Cic. 6. Ver.* Illud signum nutabat. ¶ Item pro dubitare. *Cic. 1. de nat. Deor. 44.* Mihi quidem etiam Democritus nutare videtur in natura Deorum.

Nutribilis, le, adject. qui nutrire potest, ut cibi nutribiles, apud *Cæl. Aurel. Tard. 4. c. 3.*

Nutricatio, onis, f. idem ac nutritio. *Gel. l. 12. c. 1.* Ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, manus quoque nutricationis grave, ac difficile accederet: *Apul. l. 2. dog. Plat. fub fin.* Puerorum nutricationes.

Nutricātus, us, m. idem ac nutricatio. *Varr. l. R. R. c. 47.* Non modo non evellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda. *Plaut. Mil. 3. 1. 55.* Plane eductus in nutricatu Venereo.

Nutricia, orum, n. merces nutricis, θρεπτικα. *Ulp. l. 1. fin. §. de variis, & extraordinariis cognitionibus.* Nutricia eo usque producemus, quoad infantes uberibus alantur.

Nutriculum, ii, n. idem ac nutricatio, vel munus nutricationis. *Senec. de consolat. ad Helv. c. 17.* Ilius pio, maternoque nutricio per longum tempus æger convaluit. *Arnob. l. 5. pag. 163.* Nutricia ducere ab aliquo.

Nutricius, vel Nutritius, ii, m. *ajo, balio*, βοηθός, qui nutrit, qui educat. *Cæf. l. 3. B. C. c. 107.* Nutritius ejus pueri eunuchus, nomine Porhinus. ¶ Adjective *Col. l. 3. c. 13.* Nutricio sinu recipere. *Var. l. 2. R. R. cap. 1.* Qui Faustulum secit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum, & Remum educavit.

Nutrico, as, avi, atum, a. 1. idem ac nutrio, vel educo. *Plaut. Mer. 3. 1. 1.* Nec pecua rari pascere, nec pueros nutricare. *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Quod ea Sole nutricantur. *Col. 8.* Nam subutbanus lactens porcus acre nutricandus est.

Nutricor, aris, atus, sum, d. 1. idem ac nutrico. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 34.* Omniaque, sic ut membra & partes suas nutricatur, & continet.

Nutricula, æ, f. dimin. parva nutrix. *Hor. l. 1. ep. 4. v. 8.* Quid voveat dulci nutricula majus alumno? *Suet. in Aug. c. 94.* Repositus in cunas a nutricula. ¶ Translate *Juv. Sat. 7. v. 148.* Gallia, vel potius nutricula causidicorum. *Cicer. 11. Phil. c. 5.* Ut haberent aliquorum nutriculas prædiorum.

Nutrimen, inis, n. idem ac nutrimenteum. *Ovid. 15. Met. v. 354.* Naturæque suum nutrimen deerit edaci.

Nutrimentum, n. 2. *nutrimento*, אכלה, Ger. *nahrung*, Gal. *nourriture*, Hisp. *nutrimento*, βοσκή, alimentum. *Virg. 1. Æn. v. 176.* arida nutrimenta ignis. ¶ Translate *Cic. in Or. c. 13.* Sed quod educata hujus nutrimentis eloquentia est. ¶ Accipitur & pro ipsa nutritione. *Suet. in Aug. c. 6.* Nutrimentorum ejus offendiur adhuc locus in avito suburbano juxta Veliternas permodicus. ¶ Item pro eo, qui alitur. *Val. Max. l. 9. c. 3. de filiis Annibalis.* Digna nutrimenta, quæ in exilium patriæ fuæ, ut evenit, converterentur.

Nutrio, is, ivi, vel ii, itum, a. 4. *nodrire*, אמן, ראאל, Ger. *nehren, ernehren*, Gal. *nourrir*. Hisp. *sustentar*, βόσκω, educo, alo, & proprie parvulorum est, ut crescant. *Pl. l. 11. c. 40.* Balænæ, vitulique mammis nutriunt fœtus. ¶ Dicitur etiam translate de rebus incorporeis. *Col. l. 12. c. 10.* Eo sæpius convenit, vinum nutriri, refrigerarique, & ventilari. *h. e.* vini curam habere. *Ovid. l. 3. de ar. am. v. 579.* longum male nutrit amorem. *Celf. l. 3. c. 23.* nutrire vires, *invigorir le forze. Id. l. 5. c. 26.* Nutrire ulcus.

Nutrior, iris, d. 4. idem ac nutrio. *Virg. 2. Georg. v. 425.* Hoc pinguem, & placidam paci nutritor olivam, *ideſt* nutrito, vel nutrias.

Nutritor, oris, m. *nutritore, nutricatore*, βοηθός, אמן, qui nutrit. *Stat. 10. Theb. v. 228.* Volucrum nutritor equorum. *Suet. de cl. Gram. c. 7.* M. Antonius Gnypho ingenuus in Gallia natus, fed expositus, a nutritore fuo manumissus.

Nutritorius, a, um, adj. nutricius, qui nutrit. *Theod. Priscian. de Diæta, c. 3.* Lac omne nutritorium est.

Nutritus, us, m. idem ac nutrimentum. *Pl. l. 22. c. 24.* Multi senectam longam multi tantum nutritu toleravere.

* Obmurmŭro, as, n. 1. κατηγορέω, contra murmuro. *Ovid. ep. 18. v. 47.* Preci busque meis obmurmurat ipſe.

Obmutĕsco, is, a. 3. frequentat. &

Obmutĭo, as, a. 1. obmurmuro, ſummuſſo. *Tertull. de Pal. c. 4.* Tacendum, ne quid & illi de Cæſaribus obmutſirent. *Id. de anim. c. 18.* Poetæ hæc nobis ſemper obmutſant.

Obmutŭi, ĕre, ŭi, n. 3. *ammutirsi*, נאלם, Ger. *erſtummen*, Gal. *se taire, taire comme un muet*, Hisp. *emudecer*, κατασιωπάομαι, mutus fio, taceo. *Cicer. 2. de Orat. cap. 7.* Neque Antonium verbum facere patiar, & ipſe obmutescam. ¶ Translate ſumitur pro ceſſare. *Cic. 3. de Or.* Hoc ſtudium noſtrum conticuit ſubito, & obmutuit. ¶ Item pro non eſſe in uſu. *Plin. lib. 33. cap. 13.* Lydium Sardibus emersatur, quod nunc obmutuit.

Obnātus, a, um, *nato all'intorno*, circum natus. *Liv. lib. 23. cap. 19.* Ibi hærentia (*dolia*) inter obnata ripis falisca conſpiciuntur.

Obnĕcto, is, a. 3. ligo, obligo. *Feſt.*

* Obnegātor. V. Abnegator. Obnexus, us, m. nexus. *Tertul. l. 4. adv. Marc. c. 37.*

Obnĭger, gra, grum, niger, vel ſubniger, vel admodum niger. *Plin. l. 20. c. 23.* Radicibus mulieris, & obnigris,

* Obnĭfus. V. Obnixus.

Obnīror, ĕris, ĭsus, vel ixus ſum, d. 3. *sforzarsi all'incontro*, נתפל, Ger. *widerſtehen, widerhalten, widerkechten*, Gal. *tenir ferme contre quelqu'un*, Hisp. *affribar, oppugnar*, contra nitor. *Cic. pro Mil. cap. 15.* At non P. Clodio mortuo aſſitatis jam rebus obnitendum eſt Miloni, ut tueantur dignitatem ſuam. *Vellej. l. 1. c. 9.* Triumphum Pauli impedire obnitebantur. *Lucret. l. 4. v. 439.* Navigia, aplustris tractis, obnitier undis. *Tac. 15. Ann. c. 11.* Obniti adverſis.

Obnixe, adv. *con ogni forza*, Germ. *beſtrēflich*, Gal. *s'efforcant de tout pouvoir*, Hisp. *esforbando con todas fuerças*, σπουδῇ, cum conatu, inſtanter, totis viribus, quantum poſſibile eſt. *Ter. Andr. 1. 1. 23.* Pedibus, manibusque obnixe omnia faciebam. *Claud. Mamert. l. 1. de ſtatu anim. c. 3.* Obnixius argumentari.

Obnixus, obnisus, a, um, particip. ab obnitor, contra nixus, obluctans. *Liv. l. 6. c. 12.* Obnixus imperum hoſtium excepit. *Id. lib. 34. c. 46.* Obnixi ſcutis, & corporibus. *Virg. Æn. 10. v. 359.* Stant obnixa omnia contra. *Id. Æn. 4. v. 332.* Obnixus curam ſub corde premebat.

Obnoxie, adv. *timidamente*, ſervīliter, trepide, quaſi obligato animo. *Liv. lib. 3. c. 39.* Sed magis obedienter ventum in curiam, quam obnoxie dictas ſententias accepimus. *Plaut Stich. 3. 2. 41.* Perii hercle vero plane, nihil obnoxie. *Gel. l. 7. c. 17* legit *non obnoxie.* V. Interpretes in hunc locum, & *Gel. loc. cit.*

Obnoxĭo, as, a. 1. obnoxium reddo. *Claud. Mamert. de ſtat. anim. l. 2. c. 9.* Alienis ſemet noxiis obnoxiantes.

Obnoxiōsē, adv. timide, remiſſe. *Plaut. Epid. 5. 2. 30.* Nihil vero obnoxioſe.

Obnoxiōsus, a, um, adject. obnoxius, ſubjectus. *Plaut. Trinum. 4. 3. 31.* Magis queis ſunt obnoxioſi, quam parentes, liberi.

Obnoxius, a, um, *soggetto, obbligato*, בן, חיב, נאלם, Ger. *ſchuldig, underworffen*, Gal. *ſujet*, Hisp. *sugeto*, ὑπήκοος, qui pœnæ obligatus eſt ob delictum, & generatim qui quovis modo eſt obligatus, ſeu ſubjectus, ab *ob*, & *noxia*, culpa, quaſi propter culpam. De hac voce multa diſputat *Gel. l. 7. c. 17.* quem conſule. *Ter. Hec. 3. 1. 21.* uxori obnoxius ſum. *Brut. Ast. ep. 17.* Vivat hercule Cicero, qui poteſt, ſupplex, & obnoxius. *Liv. l. 4.* Obnoxius crimini. *Sen. de ira, 3. 2. cap. 23.*

Nemo tam obnoxius iræ fuit. *Hor. l. 2. sat. 7.* pars hominum pravis obnoxia, *h. e.* addicta. ¶ Sumitur etiam pro obediente, & morigero. *Salluſt in Catil. c. 24.* Niſi ſibi obnoxia foret. ¶ Item pro noxio. *Enn. apud Gel. loc cit.* Abæ res obnoxiæ nocte in obſcura latent. ¶ Item pro eo, quod expoſitum eſt. *Avitus de Vir. Illuſt.* Quorum ætatem injuriæ obnoxiam ſciebat. *Columel. 4. c. 9.* Vel quæ vehementibus procellis obnoxia eſt. *Suet. in Domit. c. 12.* Sed cum obnoxium ſe barbaris per hoc animadverteret, *h. e.* expoſitum barbarorum incurſionibus. *Plin. l. 14. c. 2. de vitibus.* Fecenia, & cum ea florens Biturica, nunquam floris obnoxii, quoniam antrecedunt, ventiſque, & imbribus reſiſtunt. ¶ Obnoxia corpora, ſunt valetudinaria, *infermicci, cagionevoli. Plin. l. 31. c. 6.* Idcirco non alibi corporibus magis obnoxius. ¶ Obnoxius animus, eſt illiberalis, ſervilis, *animo abbietto, ſoggetto. Plin. in præfat. hiſt. nat.* Obnoxii profecto animi, atque infeliciis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. *Liv. l. 23. c. 12.* Si reticeam, aut ſuperbus, aut obnoxius videar; quorum alterum eſt hominis alienæ libertatis obliti, alterum ſuæ. ¶ Obnoxiam pacem pro indecori, rupi, dixit *Id. l. 9. c. 10.* ¶ Arva non obnoxia curæ, h. e. quæ curare, & colere non eſt opus. *Virg. 2. Georg. v. 438.* Juvat arva videre Non ſatiris hominum, non ulli obnoxia curæ. ¶ Luna radiis ſtratis obnoxia, hoc eſt, quæ lumen a Sole reſert acceptum. *Virg. 1. Georg. v. 396.* ¶ Cum genitivo, *Paulo recepit ſanct. l. 2. tit. 17.* Obnoxius auctoritatis.

Obnŭbĭlo, as, avi, atum, a. 1. *annebbiare*, עָנַן, Germ. *verfinſtern*, Gal. *obſcurcir*, Hisp. *anublar, ênvelopa*, eſt nubibus implere, caligine quadam, & nubilo obtenebrare, obſcurum facere. *Gel. l. 1. c. 2.* Ac ne oris quidem, & vultus ſerenitatem Stoici hominis unquam ulla poſſe agritudine obnubilari.

Obnubĭlus, a, um, *oſcuro*, nubibus, vel tenebris obſitus, obſcurus. *Cic. 1. Tuſcul. c. 21. ex quodam Poeta:* Obnubila, & obſita tenebris loca.

Obrŭbo, is, pi, ptum, a. 3. *coprire*, כסה, Ger. *verbergen*, Gal. *couvrir, cacher.* Hiſ. *cubrir*, περικαλύπτω, tego, abſcondo. *Cic. pro Rab. perd. c. 4.* Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. *Virg. 11. Æn. v. 77.* caput obnubit amictu.

Obnuntiātio, & Obnunciatio, onis, f. actus obnuntiandi. *Cic. 1. de Div. c. 16.* M. Craſſo quid acciderit, videmus, diraruin obnuntiatione neglecta. *Id. 4. Attic. ep. 16.* Obnuntiationibus per Scævolam interpoſitis. V. *Obnuntio.*

Obnuntĭo, & obnuncio, as, avi, atum, a. 1. *nunziar qualche male*, נגיד, Germ. *beſer ankundigen, widerſechten*, Gal. *annoncer du mal*, Hisp. *denunciar mal*, κακαγγέλλω, mali aliquid nuntio. *Ter. Adel. 4. 2. 7.* Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia, primus porro obnuntio. ¶ Speciatim Augures obnuntiare dicebantur, qui, ubi de cœlo ſervaſſent, nuntiabant ſe mali aliquid omiſcis vidiſſe, ne quid eo die cum populo agi poſſet. Erat autem id poriſſimum remedium contra pericioſas leges. *Cic. 2. Phil.* Augur Auguri, Conſul Conſuli obnuntiavili. *Suet. in Cæſ. c. 20.* Lege autem agraria promulgata obnuntiantem Collegam armis foro expulit. ¶ Uſurpatur etiam impeſonaliter. *Cic. Arr. l. 4. ep. 3.* Ubi ſibi poſtero die in foro obnuntietur.

* Obnuptĭo. V. Obductio.

Obnuptus, a, um, nom. ex partic. ab obnubo, velatus. *Macrob. Saturn. 1. c. 21.* Simulacrum hujus Deæ fingitur capite obnupto. *Et infra.* Terra nubibus obnupta.

Obœdĭæ, per diphthongum æ pro obedire legitur in MSS. apud *Plaut. Perſ. 4. 2.*

Obolĕo, es, lui, n. 2. *rendere cattivo odore*, בְּאַשׁ, Germ. *ſtincken, übel riechen*, Gal. *rendre mauvaiſe odeur*, Hiſ. *echar mal olor, heder*, ὄζω, male oleo, graveolentiam, odoremque terrum reddo. *Plaut. Muſt. 1. 1. 38.* O ſobiliti allium. *Suet. in Cal. c. 23.* Ille antidotum obolviſſet. ¶ Ponitur etiam pro ſubolere translate. *Plaut. Amph. 1. 1. 165.* Hei mihuam obolui? *Id. Men. 2. 3. 13.* Obolui marſupium huic iſtud, quod habes.

* Obolĭtio, onis, f. abolitio, *Apul. de Mundo*, al. *abolitio.*

Obŏlus, i, m. ὀβολός, אגורה, *picciola moneta*, genus parvæ monetæ ſextam partem continens drachmæ Atticæ, teſte *Plin. l. 21. c. ult.* & valens circiter ſeptem denariolos monetæ Gallicæ, teſte Budeo. *Ter. Andr. 2. 2. 32.* Olera, & piſciculos minutos ferre obolo in coenam ſeni, *h. e.* minimo pretio coempros.

Obomnĭnor, aris, atus ſum, dep. 1. male ominor. *Apul. l. 9. Meram.* Crutum ei fragium obominata.

Obŏrior, eris, ortus ſum, d. 3. *nascere*, נוֹלַד, ἐπιγίνομαι, adnaſcor, ſubnaſcor. *Sil. l. 17. v. 481* Lux oborta micat. ¶ Tribuitur & aliis translate. *Liv. l. 21. c. 8.* Obortum eſt bellum. *Idem.* Obortus eſt riſus. *Ter. Heaut. 4. 3. 2.* Tanta hæc lætitia oborta eſt. *Cic. pro Ligar. c. 3.* Vide, quanta lux liberalitatis, & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti obortiatur.

Obortus, a, um, particip. ab oborior. *Stat. Theb. 8. v. 32.* Expavit oborta ſidera. *Lucret. l. 6. v. 586.* Terræ motus obortus.

Obortus, us, m. ortus, acceſſio. *Lucret. l. 4. v. 218.* Perpetuoque fluant certis ab rebus oborti. Ita legit Lambinus. Cæteri *edores*, ut & *l. 6. v. 244.* ubi Lucret. eadem verba reperit.

Obosciŏr, aris, depon. 1. oſculor. *Petron. Satyr. c. 126.* Quæ flagellorum veſtigia obosculantur.

* Obpallĕo, Oppalleo, es, expalleo. *Prudent. periſteph. 1. v. 9.* ſtupore obpalluit.

* Obprobrāre, probrum objicere. *Paul. ex Feſt.*

Obpuvĭat, verberat. *Feſt.*

Obrancātus, a, um, nom. ex particip. raucus factus, *roco. Solin. cap. 10. de gruibus.* Volatus deſiderant caſtigat voce, quæ cogit agmen; ea ubi obrancata eſt ſuccedit alia.

Obrendarſum, ii, n. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 864. n. 16.* L. Pomponius Cladus, & Claudia Parheſia fecerunt ſibi, & ſuis, poſterique eorum, & M. Quintino Claudiano ollarium N. XII. ab imo in ſummo cum obrendario, *h. e.* cum loco in pavimento ad obruenda integra cadaveta relicto, ut explicat *Fabret. Inſcription. c. 1. pag. 15.* ubi *n. 63.* refert aliam, in qua *vaſa obrendaria* memorantur, quæ exiſtimat fuiſſe fictilia ſarcophaga ad corpora integra condenda, & obruenda: *obrendarium* autem dictum videri quaſi *obruendarium.*

Obrĕpo, is, pſi, ptum, n. 3. *venir celatamente*, בא, דרשׁ, *hinein ſchleichen*, Gal. *ſe couler doucement*, Hiſ. *entrar, venir a eſcondidas, y pazilbemente*, ὑπεισέρχομαι, latenter, & tacite adveniо, tractum ab animalibus pedibus caretibus, quæ greſſu tacito gradiuntur, & dicitur de omni eo, quod ſenſum fallit, ut Obrepit ſenectus, mors, ſomnus, fames, dies, &c. *Cic. de Sen. c. 2.* Qui enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quam pueritiæ adoleſcentiæ obrepit? *Id. Aſt. lib. 6. c. 3.* Obrepſit dies, ut vides. ¶ jungitur interdum accuſativo cum præp. *in. Cic. 2. de Div. c. 67.* Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus. ¶ Interdum pro fallere ponitur, ſive incautum aggredi. *Plin. l. 36. c. 3.* Nec poteſt videri Scaurus rudi, & hujus mali improviдæ civitati obrepſiſſe quodam vitæ rudimento. ¶ Obrepere ad Magiſtratus dicitur, qui falſa ſpecie vel probitatis, vel doctrinæ ad Magiſtratus aſſumitur. *Cic pro Planc. cap. 7.* Cn. Plancium non obrepſiſſe ad honores. *Id. in Piſon. c. 1.* Obrepſiſti ad magiſtratus errore hominum. ¶ *Plaut. Pœn. prol. v. 14.* Niſi clamabis, tacitum te obrepet partes, *h. e.* obrepet tibi, vel ad te.

Obrepтĭo, onis, f. παράπτωσις, latens, & fallax aditio. *Ulp. l. ſed ſi hac, ff. de in jus voc.* Dum arrogerur per obreptionem. *Arnob. l. 5. pag. 162.* Ab furto obreptionis rejectus.

Obreptĭtius, a, um, κλεπτικὸς, per obreptionem factus *Inapp. Honor. & Theodoſ. lib. 3. Cod. tit. 6. l. ult.* Sub colore adipiſcendæ poſſeſſionis obreptitia petitio alteri obeſſe non deber.

Obreptive, adverb. obrependo, latenter, *l. 4. Cod. Theodoſ. de Fido Cath.* Obreptive, aut clanculo ſupplicare.

Obreptivus, a, um, adj. clandeſtinus, obrepens, ut obreptiva ſupplicatio, *Symmach. l. 5. ep. 66.*

Obrepto, as, avi, atum, n. r. freq. ab obreto. *Plaut. Perſ. 1. 2. 25.* Opertæ ne fuerint, ne quis obreptaverit.

Obretĭo, is, ivi, itum, a. 4. ἐμπλέκω, reti aliquem circundo, obvium rete accipio. *Lucr. l. 3. v. 385.* Quando obretimur eantes.

* Obridĕo. *Ovid. 3. Amor. el. 1. v. 33.* limis obriſit ocellis, al. *ſubriſit.*

Obrigĕo, es, ui, n. 2. *indurarſi per il freddo*, Germ. *von kelte erſtarren*, Gall. *ſe roidir de froid*, Hiſp. *elarſe de frio, πήγνυμαι*, torus frigore contrahor, indurefco, rigidus fio. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 10.* Pars obriguerit nive, pruinaque.

Obrigĕsco, is, ui, n. 3. obrigeo, vel obrigere incipio. *Senec. epiſt. 82.* (al. 83.) Quid ergo? Viro non vel obrigeſcere fatis eſt?

Obrĭzum. V. Obryzum.

Obroborātio, onis, f. morbus, apud *Veget. l. 3. rei veterin. c. ult.* quo rigent nervi.

Obrōdo, dis, osi, sum, a. 3. *rodere d'intorno*, περιτρώγω, circumrodo. *Plaut. Amph. 2. 2. 92.* Ut quod obrodat, ſit, animo ſi male eſſe acceperit.

Obrogātio, onis, f. actus obrogandi. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 10.* Cum duæ leges inter ſe differunt, videndum eſt, num qua obrogatio, aut derogatio ſit.

Obrŏgo, as, 1. *Obrogare legem*, inquit *Feſtus*, eſt legis prioris infirmandæ cauſa aliam legem ferre. *Ulpian. tit. 1. Regular.* Obrogatur legi, ideſt muratur aliquid ex prima lege. *Cic. Phil. 1. c. 9.* Quid, quod obrogatur legibus Cæſaris? *Flor. l. 3. c. 17.* Cauſa tamen obrogare de legibus conſul Philippus. Adde *Cic. l. 3. ad Att. ep. 23.* & V. *Abrogo.*

Obrŭſus, a, um, *roſo all'intorno. Plin. l. 37. c. 2.* Poculum obroſo margine.

Obprŏbro, as, a. 1. probrum objicio. *Feſtus.*

Obpavĭo, as, a. 1. verbero, a pavio. *Feſtus.*

Obructo, as, avi, atum, n. 1. in faciem alicui ructo. *Apul. in Apol.* Animadverti ſatis notabiliter in medio foro tibi obſtructantem.

Obrumpo, is, upi, uptum, a. 3. idem ac rumpo, *rompere. Varr. l. 3. R. R. cap. 10. de anſeribus.* In paſcendo, ſi radicem prehenderunt, quam educere velint e terra, obrumpunt collum. Al. leg. *abrumpunt.*

Obrŭo, is, ui, utum, a. 3. *coprire*, קבר, כסה, Germ. *vergraben, von orden hedecken*, Gal. *couvrir de'terre*, Hiſp. *enterrar*, συγκαλύπτω, operio, ſubſterno, opprimo. *Cic. de ſenect. c. 7.* Quo loco thefaurum obruiſſet. *Liv. l. 5. c. 2.* Obrui nivibus. Sic obruere telis, *Virg. 2. Æn. v. 411.* armis, *Stat. 11. Theb. v. 273.* lapidibus, *Curt. l. 6. c. ult.* ¶ Obrui vino, *ubbriacarſi. Cic. pro Deiot. c. 9.* ¶ Translate *Id. l. 2. ad Att. ep. 1. ſub fin.* obrui ære alieno, *indebitarſi aſſai. Id. Varr. 4.* Obrui teſtimoniis, *eſſer convinto aſſatto. Id. l. 1. ep. 1. Q. Fr. c. 1.* Obrui magnitudine negotiorum tamquam fluctu, *eſſer ſoprafatto, o oppreſſo. Id. 3. Ver. c. 7.* Obrui criminibus, & teſtibus, *eſſer caricato di accuſe &c. Id. l. 3. de Or.* Obruitur teſtis ſiſu omnium, *vien confuſo dalle boſſe di tutti.* ¶ Obruere aliquid oblivione, *metter'in obblio. Cic. 1. Fin. c. 17.* Ut adverſa, quaſi perpetua oblivione obruamus. *Tac. in Agric. c. 17.* Multos veterum, velut inglorios, & ignobiles, obruet oblivio. ¶ Eodem fere ſenſu *Cic. de Aruſp. reſp. c. 20.* Quod Dii omen obruant. Sic Obruere nomen, famam, memoriam alicujus, eſt delere, tollere. *Plaut. & al.* ¶ Interdum obruo idem eſt quod suo. *Lucr. l. 3. v. 776.* Et domus ætatis ſpatio ne feſſa vetuſto Obruat. Foteit tamen ſubaudiri accuſat. *ſe.*

Obrŭſa, vel Obruſſa, æ, f. ὄβρυζον, exploratio auri & argenti per ignem. *Cic. in Brut. c. 74.* Quo magis expugnandus eſt ſermo, & adhibenda, tanquam obruſſa, ratio. *Senec. ep. 13.* Sic verus ille animus probatur; hæc ejus obruſſa eſt. *Suet. in Ner. c. 44.* Exegit aurum ad obruſſam.

Obruſſum. V. *Obryzum.*

* Obrutĕſco. V. Obrutcſco.

Obrŭtus, a, um, ætat. *coperto, ſoprafatto, oppreſſo. Cato R. R. c. 143.* Obrutus in terra. *Lucr. l. 4. v. 924.* Ignis obrutus cinere. *Stat. 10. Theb.* Legio obruta ſomno. *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 11.* Corpora obruta morbo. *Nepos 4. c. 1.* Vitiis obrutus. *Plin. l. 11. c. 17.* Reliqua vetuſtatis ſitu obruta. V. *Obruo.*

Obryzātus, a, um, adject. ut obryzati nummi, h. e. ex auro excoëto, & ſyncopo conſtati. *Leg. ult. Cod. de vet. numiſm. poteſt.*

Obryzum, vel Obrizum, vel Obruſſum (tot enim modis ſcriptum inveniтur) *oro purgato, e fino*, ὄβρυζον, dicitur aurum igne excoctum, & purgatum. *Plin. l. 33. c. 3.* Auri experimento ignis eſt, ut ſimili colore rubeat, quo ignis, atque ipſum obryzum vocant. ¶ Sunt qui hanc vocem ducunt ab *Ophir* loco apud indos, unde Salomoni, aliiſque Hebræis regibus aurum omnium optimum advehi ſolitum. Ita enim dici potuit Obryſſum, quaſi Ophirizum, inquit *Hieronymus.*

Obſæpĭo, is, n. 4. *incrudelir contra*, ἀγριοκατάπτω, contra ſævio. *Plaut. Epid. 4. 2. 29.* Qui per voluptatem in me ærumna obſævilti graviter. Alii leg. *in me grammam obſeviſti gravem*, hoc eſt me in ærumnam conjeciſti, ut ſit præterigam ab *obſevo, is.*

Obſalūto, as, a. 1. eſt ſalutandi gratia ſe ſe offerre alicui. *Feſt.*

Obſaturo, as, a. 1. ἀποκορέννυμι, ſaturo, ſaturitatem uſque ad faſtidium induco. *Ter. Heaut. 4. 8. 28.* Næ tu propediem, ut iſtanc rem video, iſtius obſaturabere.

Obſcævo, as, avi, atum, 1. vox eſt hybrida, ex latino *ob*, & græco σκαιός, (quod ſiniſtrum, infelicem, infauſtum ſignificat) confiata, uſurpaturque a *Plauto* pro male ominari, malo omine rem aliquam impedire, vitiare, turbare, ubi eſt *Obſcæ. 2. 1. v. ult.* Metuo, quod illic obſcævavit meæ falſæ fallacie. Alii leg. *obſæmavit*, eodem ſenſu.

Obſcēne, adv. *lordamente*, αἰσχρῶς, impure. *Cic. 1. Off. c. 35.* Latrocinari, fraudare, adulterare, re turpe eſt, ſed dicitur non obſcene. *Id. 3. de nat. Deor. cap. 22.* Obſcenius excitate natura Mercurii traditur. *Eutrop. l. 8. c. penult.* Impudiciſſime, & obſcenisſime vixit.

Obſcenĭtas, atis, *ſconcità, diſoneſtà*, עֶרְוָה, αἰσχρότης, impuritas, foeditas. *Cic. 1. Off. c. 29.* Rerum turpitudini adhibere verborum obſcenitatem. *Suet. in Claud. c. 25.* Obſcenitatis in ſcænas reus. Ubi ſingularem quamdam libidinis fœditatem notat. Adde *eund. in Tiber. c. 45.* ubi eodem ſenſu uſurpat.

Obſcēno, as, V. *Obſcævo.*

Obſcēnus, a, um, *di mal'augurio*, רע, Germ. *garſtig, unflätig, unrein, unkeuſch*, Gal. *ſale, impudent, de mal'augure*, Hiſp. *de mal aguero*, αἰσχρός, proprie eſt, quod mali auſpicii eſt, inauſpicatum, infelix, malum omen afferens, teſte *Feſto*. Plurimi feribunt *obſœnus*: nos cum Manutio, Priſciano, & aliis ſine diphthongo ſcribimus, ſive ſit ab *obs*, & *cano*, ſive ab *ob*, & *ſcena*, ſive ab *oſcis*. *Virg. 3. Æn. v. 241.* de Harpyiis. Obſcenas pelagi ferro fœdare volucres. Ubi *Servius* Obſcenæ aves ſunt, quæ canendo adverſa ſignificant. *Suet. in Galba, c. 4.* Cæterus ut obſcenum oſtentum abhorrentibus. *Feſtus:* Allienſis dies dicebatur apud Romanos obſcenisſimi ominis. *Catul. carm. 67. ad Mall. v. 99.* Troja obſcena, *h. e.* infauſtis ominibus condita. ¶ Sæpiſſime ufurpatur pro turpi, impudico, *oſcenus, diſoneſto. Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 3.* Obſcenisſimi verſus. *Id. 3. Tuſc. c. 38.* Illud Antipatri eſt quidem paulo obſcenius. ¶ Obſceni, abſolute, dicuntur impudici. *Senec. Controv. l. 4. in Excerpt. ſub fin.* obſcenos, & impudicos conjungit. ¶ Obſcena, orum, ſunt pudenda. *Pomp. Mela l. 3. c. 7.* Pars nudi agunt, pars tantum obſcena velati. Adde *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* & *Senec. ep. 70.*

Obſcurātio, onis, f. *oſcurazione*, אֹפֶל, Germ. *verdun ckelung*, Gal. *obſcurciſſement*, Hiſp. *oſcuridad*, σκοτισμός, actus obſcurandi, obſcuritas. *Cic. 4. Fin. c. 12.* Quibus autem in rebus obſcuratio tanta non fit. *Id.* apud *Aug. l. 3. de Civ. Dei, c. 15.* Obſcuratio ſolis.

Obſcurātus, a, um, nom. ex particip. *oſcurato, oſcuro. Cic. 2. de Or. c. 23.* Memoria ſenſim obſcurata. *Hor. l. 2. ep. 2. v. 115.* Obſcurata diu populo vocabula rerum.

Obſcūre, adv. *oſcuramente*, בְּחֹשֶׁךְ, Germ. *duckel*, Gall. *obſcurement*, Hiſp. *oſcuramente, σκοτιῶς*, tenebricoſe, ſine lumine. Translate ponitur pro involute, implicate, difficile. *Cic. 2. Fin. c. 5.* Quia de natura nimis obſcure memoravit. *Id. 2 Catil. c. 4.* Non agam obſcure. *Id. 4. Acad.* Alterum palam, alterum obſcurius. ¶ Obſcure aliquid ferre, eſt diſſimulanter ferre, ſic, ut nemo agnoſcat notas animi commoti. *Cic. pro Cluent. c. 19.* Neque id obſcure ferebat, neque diſſimulare ullo modo poterat. ¶ Obſcure naſci, *naſcer di vil condizione. Macrob l. 7. Saturn. c. 3.* Sic obſcuriſſime natus, apud *Ammian. l. 29.* Non obſcure, *h. e.* manifeſto, aperte. *Ceſar l. 8. B. G. c. 54.* Neque obſcure hæ duæ legiones uni Cæſari detrahuntur.

* Obſcurefăcio, obſcuro. *Nom. c. 2. n. 601.*

Obſcuritas, atis, f. 3. *oſcurità*, חֹשֶׁךְ, Ger. *dunckelheit*, Gal. *obſcurité*, Hiſ. *oſcuridad*, σκότος, tenebroſitas, caligo, opacitas. *Plin. l. 20. c. 1.* Obſcuritates, & vitia oculorum ſanat. ¶ Translaté ſumitur pro difficultate, *Cic. 4. Fin.* Sed ineſt in rebus ipſis obſcuritas. ¶ Item pro ignobilitate. *Cic. 2. Offic. c. 13.* Quorum autem prima ætas propter humilitatem, & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur.

Obſcūro, as, a. 1. *oſcurare*, חֹשֶׁךְ, Germ. *verdunckeln, verbergen*, Gal. *obſcurcir, cacher*, Hiſp. *eſcurecer*, ἐπισκοτέω, obſcurum reddo, obumbro, velo, tenebras affero. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 38.* Tenebræ eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obſcuraviſſe dicuntur. ¶ Translate ponitur pro tegere. *Cic. pro Archi. c. 11.* Neque enim eſt diſſimulandum, quod obſcurari non poteſt, *Id. pro Cluent. c. 1.* Nihil me nec ſubterfugere voluiſſe reticendo, nec obſcurare dicendo. ¶ Item pro ignobile reddere. *Cic. de Fin.* Omnia illa, quæ tu bona vocas, neceſſe eſt obſcurari, & non apparere. ¶ Obſcurare aliquid allegoriis, *Id. Attic. l. 2. ep. 20.* Iteli dicunt, *parlar ſotto metafora.*

Obſcūrus, a, um, *oſcuro*, אפל, Ger. *dunckl, finſter*, Gall. *obſcur, inconnu*, Hiſp. *eſcuro, σκοτινός*, obſcuritatem habens, tenebricoſus, ſine lumine. *Claud. l. 2. in Eutrop. v. 213.* Infernis tenebris obſcurior. *Virg. 2. Æn. v. 420.* Si quos obſcura no-

cte per umbram fudimus inſidiis. ¶ Translate ponitur pro involuto, implicito, difficili. *Cic. 2. de Orat. c. 36.* Videre res obſcuriſſimas. *Cic. 1. de Orat. c. 39.* Obſcurum jus. *Horat. l. 3. ep. 14.* Obſcurum odium. ¶ Item pro dubio, incerto, *Cic. de Lag. Agr.* Nolo, ſuſpenſam, & incertam plebem R. obſcura ſpe, & cæca exſpectatione pendere. ¶ Item pro ignobili, quæ Metaphora inde tracta eſt, quod viri nobiles omnibus conſpicui ſint, & cogniti, contra qui humili genere ſunt orti, tanquam in tenebris agentes, nemini innoteſcant. *Cic. 1. Off. cap. 32.* Qui magna ſibi proponunt obſcuris orti inajoribus. ¶ Item pro aſtuto, & fallaci, *Cic. 3. Off. c. 13.* Sed verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. *Id. Ver. 1. c. 2.* Quod ſi quam audax eſt ad conandum, tam eſſet obſcurus in agendo, fortaſſe nos fefelliſſet. ¶ Non obſcurus, pro aperto, manifeſto. *Cic. 13. Fam. ep. 70.* Non obſcura benevolentia rua in me. ¶ *Obſcurum* adverbialiter pro obſcure. *Lucan. l. 5. v. 632.* obſcurum nimbofus diffilit aer.

Obſecratio, onis, f. *preghiera*, δέησις, precatio, obſect

præcepit. *Gal. l. 10. cap. 21.* Observantissime vitare affquid. *Ammian. l. 23. cap. 6.* (al. 30.) Observantius hæc declinat.

Observantia, æ, f. *osservanza, riverenza*, עבור, Germ. *ehrerbietung*, Gal. *observation, reverence*, Hisp. *observacion*, σεμνότης, veneratio, & honoris exhibitio in aliquem, *Cic. 2. de Inv. cap.* 22. Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam, & honore dignamur. *Id. Attic. 11. ep.* 17. De tua erga se observantia plurima exponit. *Id. 12. Fam. epist.* 27. Observantia colere aliquem. *Liv. lib. 1. cap.* 35. Obsequio & observantia in regem cum omnibus certasset. ¶ Accipitur & pro observatione, consideratione. *Vellej. lib. 2. cap.* 100. Temporum observantia. *Pompon. lib. 2. de orig. jur. §.* 24. Juris observantia defecit in hoc.

Observ, adv. *osservando. Gell. lib. 2. cap.* 17. Observate, curioseque animadvertite M. Tullius.

Observatio, onis, f. *osservazione, avvertimento*, משמר, Germ. *auffsehen, vorsehnmung*, Gal. *observation, regard*, Hisp. *observacion*, παρατήρησις, animadversio, annotatio, attentio. *Quintil. lib. 2. c.* 11. Observatione perpetua dignum aliquid. *Cic. 2. Offic. c.* 24. Noritia sui corporis, & observatione sustentatur valetudo. ¶ Quandoque ponitur pro honore, & reverentia. *Val. Max. l. 1. cap. 1. n.* 8. Quo minus religionibus suus tenor, suaque observatio reddereatur. ¶ Item pro cautela. *Cic. 1. Off. c.* 11. Summa erat observatio in bello movendo apud antiquos. ¶ Item pro vivendi ratione, quæ ægrotis a mediciis præscribitur. *Celsus.* Huc referri potest & illud quod modo ex *Cic. 2. Off.* attulimus. ¶ In observatione est, h. e. observatur. *Plin. l. 17, c.* 21. Quondam in observatione erat, ut destringerentur ex imputata buxo. ¶ Observationi operam dare, pro servare, custodire, *Plauti* est *Mil. 2. 6. 5.*

Observator, oris, m. qui observat. *Plin. in Paneg. cap.* 40. Nemo observator, nemo castigator assitet. *Senec. ep.* 41. Sacer intra nos spiritus sedet, malorum, bonorumque nostrorum observator, & custos.

Observatrix, icis, f. quæ observat. *Tertul. de corona Mil. c.* 4. Consuetudo confirmatrix, fides observatrix.

Observatus, a, um, animadversus. *Virg. 2. Æn. v.* 754. vestigia retro Observata sequor.

Observatus, us, m. idem ac observatio. *Var. l. 2, de re rust. c.* 7. Ex observatu dicunt, eum equum habere annos sexdecim.

* **Observio**, is, 4. subservio, *Apul. de Dog. Plat. l.* 1. Observire capiti, al. subservire.

Observito, as, a. 1. frequenter observo. *Cic. l. 1. Div. c.* 45. Deorum voces Pythagorei observitaverunt. Ita habetur in quibusdam MSS. & editis. Alii *observaverunt*. ¶ *Maur. Sabin.* apud *Gel. l.* 10. *c.* 15. *ad fin.* Eadem ferme cæremoniæ sunt, quas Flaminicas Dialis feoniam ajunt observitare.

Observo, as, a. 1. *osservare, per mente*, שמר, Germ. *wahrnehmen, auffsehen*, Gal. *observer, prendre garde*, Hisp. *observar*, επιτηρω, est advertere aliquid oculis, animoque. *Ter. Andr. 1. 1.* Observes filium, quid agat. *Cic. 4. Tusc. c.* 9. Tempus ulciscendi observare. *Id. de Clar. Or cap.* 82. Observare se ipse, *osservar se stessi*, *aver la mira alle proprie azioni*. Observata Hippocrati, pro notata ab Hippocrate, *Plin. l.* 7. *c.* 51. ¶ Observare leges, h. e. custodire, *osservare le leggi. Cic. 1. Dom. sua.* Sic observare fœdus dicitur, *Sil. l.* 17. ¶ Observare nutum alicujus, *star' attento ai cenni di alcuno. Cic. 4. Tusc. apud Non.* ¶ Item pro admirari, colere, affique eum aliquo esse honoris causa. *Cic. 5. Fam. ep.* 8. Quod me, quamquam a pueritia sua semper, tamen hoc tempore maxime, sicut alterum parentem, & observat, & diligit. ¶ Interdum observare est verbum Augurum, cum de cœlo servant, teste *Servio* in illud *Virg. Æn. 6.* Observant quo ligna ferant, quo tendere pergant. ¶ Observare ostium, *far guardia alla porta. Plaut. Mil. 2. 5. 57*

Obses, idis, com. *ostaggio*, בן התעובות, Ger. *ein geissel, pfandsmann*, Gal. *otage, qui est baillé en otage*, Hisp. *rehen*, ὁμηρος, qui traditur imperio alicujus ea conditione, ut, si dator obsidis a fide recedat, recipienti sit potestas in corpus, & vitam ejus, qui datus est. *Cæsar. B. G. c.* 14. Ut obsides acciperet, non dare confueverint. *Cic. pro L. Man. c.* 12. Pompejus eis spem deditionis non ademit, obsides imperavit, ¶ Transferitur etiam ad res inanimatas. *Cic. 4. Catil. cap.* 5. Habemus enim a C. Cæsare sententiam tamquam obsidem perpetuæ in Remp. voluntatis.

Obsessio, onis, f. *assedio*, מצור, Germ. *belegerung*, Gal. *siege*, Hisp. *sitio, cerco*, πολιόρκησις, actus obsidendi. *Cic. pro Dom. c.* 5. Obsessione templorum, occupatione fori. *Cæs. l. 3. B. Civ. c.* 24. Obsessionem omittere, *levar l' assedio*.

Obsessor, oris, m. *assediatore*, אב, Ger. *belegerer*, Gal. *assegeant, qui assiége une ville*. Hisp. *cercado. sitiador*, πολιορκητὴς, qui obsidet. *Cic. pro Dom. cap.* 5. Fori le. Hisp. *cercado. sitiador*, πολιορκητὴς, qui obsidet. *Cic. pro Dom. cap.* 5. Fori depopulator, obsessor curiæ. *Liv. l. 9. c.* 15. Obsessor Luceriæ urbis.

Obsessus, a, um, adject. *assediato, chiuso. Vellej. l. 2. c.* 51. Inopia obsidentibus, quam obsessis, est gravior. *Virg. 3. Georg. v.* 508. Obsessæ fauces. *Sen. Herc. Fur. v.* 1212. Pectora obsessa multis malis. *Cæs. l. 1. B. C. c.* 84. Omnibus rebus obsessi tandem colloquium petunt.

Obsibilo, as, a. 1. sibilo, exsibilo. *Apul. Met.* 11. Dulces strepitus obsibilabant.

Obsidatus, us, m. ipsa obsidum obligatio, vel conditio. *Ammian. lib. 16. cap.* 27. Obsidatus pignore tenetus in Galliis. *Id. l. 25. c.* 24. Obsidatus specie viri celebres altrinsecus dantur.

Obsideo, es, edi, essum, a. 2. *sedere assorno*, יצור, περικαθέζομαι, proprie circumsedere. *Curt. l. 8. c.* 6. Per hos pellices introducebantur alio aditu, quam quem armati obsidebant. Adde *Hirt. Bell. 3. 3. 36.* ¶ Interdum reperitur pro simplici sedeo. *Ter. Adel. 4. 6. 5.* Nunc vero domi eorum obsidere est. ¶ Fere ponitur pro vi circumsidere, fossa, & vallo septum tenere, *assediare*, אב, Germ. *belagern, umgehen*, Gall. *assiéger, environner*, Hisp. *cercar, sitiar*, πολιορκεῖν. *Cic. pro Font.* Ab his gentibus obsessum Capitolium est. *Id. l. 6. c.* 8. Obsidere itinera. ¶ Aliquando pro occupare, & detinere. *Cic. 2. Ver. c.* 2. Sed qui meum tempus obsiderent *hoc est* qui accusando locum occuparent, ut ego illum accusare non possem. *Virg. 3. Æn. v.* 409. Et Salentinos obsedit milite campos. ¶ Obsidere stuprum, est per insidias stupri occasionem aucupari. *Cic. in Catil. 3. c.* 19. Jacere hunc non solum ab obsidendum stuprum.

Obsidiæ, arum, f. 1. idem ac insidiæ. *Col. l.* 8. *c.* 3. Ne obsidiis hominum, aut inimicorum animalium diripiantur.

Obsidianus lapis, genus lapidis pellucidi, nigerrimi coloris, quod in speculis pariesum pro imagine umbras reddit, ita dictum ab Obsidio inventore. Nascitur maxime in Æthiopia, item in India, in Hispania, ad Oceanum, & in Sampio Italiæ. *Plin. l. 36. c. 26.* ¶ Obsidianum vitrum obsidiano lapidi simile. *Id. ibid.*

Obsidio, onis, f. *assedio*, מצור, πολιορκία. *Cic. pro Mur. c.* 9. Partim vi, partim obsidione urbes capere. *Liv. l. 5. c. 2.* Cum spes major Romanis in obsidione, quam in oppugnatione esset, *più nell' assedio, che nell' assalto, e oppugnazione. Nepos in Epamin. c.* 8. Urbem obsidione claudere. *Id. in Alcibiad. c.* 4. In obsidione tenere. *Cæs. l. 3. B. C. cap.* 31. Habere in obsidione. *Quint. l. 12. c.* 10. Trahere obsidionem in longum.

Obsidionalis, & le, o. 3. πολιορκητικὸς, quod ad obsidionem spectat, ut Corona obsidionalis. *Fest.* Obsidionalis corona est, quæ datur imperatori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos. Ea fit ex gramine virídi, fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. *Aur. Vict. de Vir. Illustr. c.* 59. Quare a Minutio, & ejus exercitu obsidionali corona donatus est. Adde *Liv. l. 7. c.* 37.

Obsidior, aris, d. 1. *Fac insidias*, πειρῶμαι, insidias facio. *Col. l.* 9. *cap.* 14. Qui ante alvearia plerumque obsidiantur prodeuntibus.

Obsidium, ii, n. 2. idem ac obsidio, *assedia. Tac. l.* 4. *ann. c.* 37. Primo sui incessu solvit obsidium. *Gel. l.* 15. *c.* 30. ¶ Amitia, disciplinaque faciendi obsidii: ¶ Obsidio dare alicui aliquem, est, obsidem dare, apud *Tac. l.* 11. *Ann. c.* 19. ¶ Tianslate *Col. l.* 9 *cap.* 7 Cum licet vitare pestis obsidia per aliud vadentibus effugium, *h. e.* per eum circumquaque obsidentem.

Obsido, is, edi, essum, a. 3. idem ac obsideo, *assediare, occupare. Lucr. lib.* 4. *v.* 351. Obsidique vias oculorum. *Id. ib. v.* 1085. Quæ quoniam certas possunt obsidere partes. *Virg. 9. Æn. v.* 159. vigilum excubiis obsidere portas.

Obsidillo, as, a. 1. abscondo, ab antiquo more obsignandi anulo, quæ clausa est. velebat. *Sen. ep.* 115. Nunc multa obsignillant. Plerique tamen leg. *obsignillant*.

* **Obsignatio**, onis, f. *suggellamento*, ἐσφραγισις, actus obsignandi. *Gell. l.* 14. *c.* 2. tabularum obsignatione. Adde *Arnob. l.* 2. *p.* 81.

Obsignator, oris, m. חותם, ἐσφραγιστὴς, qui obsignat. *Cic. pro Cluent. c.* 65. Litterarum obsignator. ¶ Specjatim obsignatores dicti sunt testes, qui testamentum signis suis obsignabant. *Id. pro Cluent. c.* 13. Oppianicus obsignatores ad eum addexit. *Id. Att. 12. ep.* 18. Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui.

Obsignatus, a, um, adject. *sigillato. Cic. 8. Attic. ep.* 6. Obsignata epistola. *Id. 2. Divin. c.* 70. Aliquid obsignatum habere. *Id. 5. Tusc. c.* 11. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, h. e. convincis me testimonio scriptorum meorum, proverbum est, ductum, opinor, a fori consuetudine, ubi tabellæ rite obsignatæ si proferantur, iis refragari non licet.

Obsigno, as, a. 1. *sigillare, fugellare*, חתם, Germ. *versiegeln, verpitschieren*, Gal. *seeller, cacheter*, Hisp. *sellar*, επιτημαίνομαι, ligni impressione occludo, & ad literas, cæteraque, quæ signo quovis notantur, aut imprimuntur, pertinet. *Cic. Att.* Obsignaram jam epistolam meam. *Id. pro Cluent.* Testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. *Id. ib.* Pecunia obsignata. *Id. 6. Ver. c.* 6. Publico signo literas obsignandas curavi.

Obsimulatus, a, um, adject. simulatus, fictus. *Ammian. l.* 28. *cap. ult.* Obsimulatis documentis probabilibus.

Obsipo, as, a. 1. παρεμβάλλω, objicio, ab antiquo *sipo. Fest.* Insipare, farinulam jacere pullis: unde dissipare, obsipare, ut rem rustici dicunt. *Obsipa pullis escam. Plaut. Cist.* 2, 3. 37. Obsipat aquulam, hoc est adspergit.

Obsisto, is, stiti, statum, vel stitum, n. 3. *ostare, far resistenza*, עמד לפנים, התיצב, Germ. *widerstehen*, Gal. *resister, s'opposer*, Hisp. *resistir*, ἀνθίστασθαι, contra stito, obsto, repugno. *Cic. 7. Ver.* Quis enim unquam istius libidini obsistere? *Id. de Senect. c.* 20. Audaciter alicui obsistere. ¶ Interdum significat in aliquo loco se sistere. Itaque hoc sensu *Plaut. Mil. 2. 3. 62.* Hic obsistam, ut interprudenti ea se surreptit mihi. *Id. ib. v. ult.* Oportet hoc observare ostium: hac obsistam. *Id. Capt. 4. 2. 11.* Obsistere obviam alicui. ¶ Cum infinito. *Tac. de Germ. c.* 34. Nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus in se simul, atque in Herculem inquiri.

Obsitus, a, um, πεπασμένος, נטוע, quod circum seminatum, aut plantatum est, quod consitum est, partic. ab *obsero. Liv. l.* 28. *c.* 2. Fragosa loca, & obsita virgultis tenebant colles. *Ovid. 13. Met. v.* 719. Rura obsita pomis. ¶ Translate ponitur pro recto, obrecto, involuto, *involto, coperto*, περικαλυμμένος. *Cic. 1. Tusc. c.* 21. ex poeta. Obnubila, obsita tenebris loca. *Hor. l. 1. od.* 18. Variis obsita frondibus. *Virg. 8. Æn. v.* 307. Obsitus ævo, *carico d' anni. Senec. Agamemn. v.* 991. Obsitus pudore. *Ter. Eun. 2. 2. 5.* Annis, & pannis obsitus, *h. e.* senex, & pannosus. *Liv. l. 29. c.* 16. Obsitus squalore, & sordibus.

Obsolefacio, is, eci, actum, a. 3. *mettere' in disuso. Arnob. l. 5. pag.* 160. Ne illam vis temporis, & vetustatis obsolefaceret longitudo.

Obsolefactus, a, um, *Senec. ep.* 90. Rivi non opere, nec fistula, nec ullo coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes, *contaminati. Id. ep.* 29. Auctoritas obsolefacta, *avvilita, sprezzata. Val. Max. l. 3. c. 5. n.* 1. Toga turpitudinis maculis obsolefacta, h. e. inquinata.

Obsolefio, is, actus sum, anom. passivum. *Suet. in Aug. c.* 89. Admonebat, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri, *rendersi volgare, e esser' avvilito*.

Obsoleo, es, lui, & levi, etum, n. 2. *non esser in uso*, שבת מהנהג, απεραχθῶ, in usu non fuit, antiquus fuit. *Cic. 2. Phil. c.* 41. In homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia, idest fordebant. *Id. 1. de Inv. cap.* 26. Et quæ propter vetustatem obsoluerunt. V. *Obsolesco*.

Obsolesco, is, levi, vel lui, letum, n. 3. *disusarsi, invecchiarsi*, Germ. *in abgang kommen*, Cal. *aller hors d' usage*, Hisp. *desacostumbrarse*, απεραχθῶμαι, deficio, defuesco, inveterasco, ab usu recedo. *Cicer. pro Leg. Man. cap.* 17. Obsolevit jam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata. *Id. Agrar. 1. cap.* 7. Vectigal in pace niteat, in bello non obsolescat. *Id. pro Sext. cap.* 28. Virtus splendet per se semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit, *non perde il suo splendore. Curt. lib.* 9. Obsolescit gloria. *Tacit. 4. Ann. cap.* 26. Laus alicujus obsolescit.

Obsolere, adverb. antique, sordide. *Cic.* 3. *Ver. cap.* 58. Paulo tamen obsolerius vestitum videret.

Obsoleto, as, a. 1. *macchiare*, obsolefacio, obsoletum reddo. *Tertul. Apoleg. c.* 15. Majestatis vestigia obsoletant. *Id. adverss. Gnost. cap.* 6. Qui vestitum obsoletat seu nupriale.m.

Obsoletus, a, um, *disusato*, παλαιόμενος, id, quo uti solebamus, nec utimur amplius, quod ab usu recessit, inveteratum, antiquum. *Cic.* 3. *Ver. c.* 21. Hæc nimis antiqua, & obsoleta videntur. *Id.* 3. *de Or. cap.* 37. Abjecta, & obsoleta verba fugiat Orator. *Id. ib. c.* 9. Oratio paulo obsoletior. ¶ Item detritus, fordidus. *Id. Acr. 2. c.* 5. Vestitu obsoletiore, corpore inculto, & horrido. *Apul. l.* 4. *Florid.* Obsoletissimos vestitu. *Herat. epod.* 17. *v.* 46. Mulier obsoleta fordibus paternis. *Senec. Agam. v.* 977. Dextra obsoleta sanguine, *contaminata, lorda.* ¶ *Col. l. 2. c. 11.* A cicercula colore tantum differnitur: nam est obsoletior, & nigro propior, *colore più smorto*.

Obsolidatus, a, um, adject. *assodato*, solidatus, firmatus. *Vitruv. l. 2. cap.* 3. Testorio inducto, rigideque obsolidato.

* **Obsonatio**, f. obsonii emtio. *Donat. ad Ter. ent. Andr. 2. 2. 32.*

Obsonator, oris, m. *sporditore*, ὀψώνης, qui emit obsonia. *Senec. ep.* 47. Obsonatoribus dominici palatus subtilis notitia est. *Plaut. Mil.* 3. 1. 73. Primarius parasitus, obsonator optimus.

Obsonatus, us, m. ὀψωνία, obsonium, vel obsonii apparatus, *provvigione di comparatico. Plaut. Truc.* 4. 2. 27. Dare minam in obsonatum.

Obsonito, as, a. 1. frequentativ. sæpe obsonor. *Case apud Festum*. Postea centonis obsonitavere.

Obsonium, ii, n. *vivanda, companatico*, טבל, ὀψώνιον, quidquid præter panem & vinum in mensa apponitur, a voce Græca, quæ allata est, cui quidam adhærentes *opsonium* scribunt. *Hor. l. 1. sat. 2. v.* 9. Omnia conductis coenemus obsonia nummis. *Juven. sat. 11. v.* 134. Obsonia rancidula. ¶ Interdum de piscibus tantum accipitur. De pisce enim loquitur *Juven. sat. 4. v.* 64. Exclusi exspectant admissa obsonia patres. Adde *Terent. Andr. 2. 2. 23. & Plaut. Cas.* 2. 8. 57. ¶ V. dicta in voce *Abstus*.

Obsono, as, a. 1. obsonium emo, paro. *Plaut. Stich.* 3. 1. 36. Egomet iho, atque obsonabo obsonium. *Id. Aulul. 2. 4. 1.* Postquam obsonavit herus, & conduxit coquos. *Id. ib. 2. 2. 45.* Tribus vobis obsonatum est, an obsono amplius? *Id. Pœn. 5. 5. 16.* Obsonare prandium. ¶ Obsonare famem, est acuere, excitare. *Cic. 5. Tusc. c.* 34. Se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem.

Obsonor, aris, ari, n. 1. a sono, as. Obsonare alicui sermone, h. e. alicui loquenti obstrepere. *Plaut. Pseud. 1. 2. 74.* Male facis mihi, cum sermone huic obsonas. Ps. Taceo.

Obsonor, aris, atus sum, depon. 3. *comperare il companatico*, שבר, obsonium coemere. *Ter. Andr. 2. 6. 20.* Vix drachmis obsonatus est decem. *Plaut. Aulul. 2. 4. 15.* Non poterat de suo senex suæ obsonari filiæ in nuptiis?

Obsopio, is, ivi, itum, a. 4. *addormentare. Scribon. Larg. compositt.* 180. A somni temore prohibere, ne obsipiantur.

Obsopius, a, um, nom. ex participio. *addormentato. Solin. c.* 12. Odoris novitate obsopius. *Ex* 30. Somno obsopius.

Obsorbeo, es, ui, a. 2. idem quod sorbeo, vel totum sorbeo. *Plaut. Mil. 3. 2. 21.* Dii me perdant, si bibere potui. P. Qui jam? L. Qui jam obsorbui? nam nimis celabat. *Id. Truc. 2. 3. in fine.* Sentio aperiri fores, quæ obsorbent quidquid venit intra pessulos.

Obsordesco, scis, ui, n. 3. sordidus fio. *Prudent. Apotheos. v.* 214. Ne coma fusa humeris fumo obsordescat amaro. *Cæcil. apud. Non. cap. 7. n.* 604. Obsorduit jam hæc in ine æruinna, h. e. obsolevit, ut *Non. ibid.* explicat.

Obstaculum, li, n. 2. *ostacolo*, תבדלה, Ger. *ein widerstand*, Gal. *obstacle*, Hisp. *estorvo*, κώλυμα, impedimentum. *Plaut. Pseud. 1. 5. 10.* Ibi nunc opido opportune obstacula. Meliores codices habent, *obsepta ast via. Prudent. Hamartig. v.* 601. Rumpere obstacula. *Nazar. in Panegy. Constantini, c.* 7. Quis crederet, tantis successibus tuis ullum obstaculum fore?

Obstans, tis, nom. ex partic. qui obstat. *Horat. l. 2. ep.* 14. *v.* 9. Obstantia claustra. *Ovid. 1. Amor. Eleg. 11. v.* 8. Moras obstantes pellere. *Cæc. 1. Ann. c.* 50. Cæcinna præire, & obstantia silvarum amoliri jubetur.

Obstantia, æ, f. *visibilenza, ostacolo. Vitruv. l. 6. cap. 1.* Propter obstantiam aeris. *Et l. 8. c. 1.* Obstantia umbrarum.

Obstaturus, a, um, participium futuri temporis ab *obsto*, as. *Quint. l. 2. cap.* 11. Vidi quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi.

Obsterno, is, stravi, atum, a. 3. ante sterno, ob oculos pono. *Apul. Apoleg.* Ut soror fratris mifero puero objicit, & obsternit.

Obstetricius, a, um, adject. ad obstetricem pertinens. *Arnob. lib. 3. pag.* 136. Manus obstetricias quærere. ¶ Obstetricia, h. e. obstetricum officia. *Plin. lib.* 35. *c.* 11. Jove Liberum parturiente inter obstetricia Dearum.

Obstetrix, icis, f. *quella che ajuta la parturiente, levatrice*, מילדת, חכמת נשים, Ger. *hebamme*, Gal. *sage femme*, Hisp. *partera, muéx*, quæ parturientium curam habet, quasi adsestrix, quia assideat parturienti. *Plin. lib. 28. cap.* 7. Quæque alia non obstetrices modo, verum etiam meretrices prodidere. *Ter. Adel. 2. 3. 56.* Obstetricem accersere.

Obstinate, adv. *ostinatamente*, ὀχυροφρονημόνως, pertinaciter, firmiter. *Ter. Andr. 1. 5. 8.* Ita ne obstinate operam dat, ut me a Glycerio misserum abstrahat. *Suet. in Cæs. c.* 29. Obstinatius cum omnia agi videret. ¶ Et in bonam partem. *Id. in Tito c.* 8. Obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret.

Obstinatio, onis, f. *ostinazione*, επιμονὴ, σκληροκαρδία, קשי עורף, pertinacia, firmitas animi, ab *obstino. Cic. de Prov. Consul. c.* 17. Quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiavi. *Tacit. 3. hist. cap.* 39. Blæso super claritatem natalium, & eleganiam morum, fidei obstinatio fuit. ¶ In plurali num. *obstinationes* dixit *Tert. l. 1. ad Marcion. c.* 17. ¶ Poetæ fabulari sunt, obstinationem filiam esse Herebi, & Noctis, *Cic. 2. de nat. Deor.*

Obstinatus, a, um, *ostinato*, עז, περιτεμμένος, ὑπερκεκτισμένος, ἐγκρατὴς, αὐθάδης, perseverans, obstirmatus, pertinax. *Liv. l. 3. c.* 47. Adversus quæ omnia obstinato animo Appius in tribunal ascendit. *Id. l. 1. c.* 58. Quo terrore cum vicisset obstinatam pudicitiam. *Id. l. 2. c.* 40. Obstinatior adversus lacrymas. *Sen. ep.* 71. Popularium virtus pro regno suo obstinatissima. ¶ Cum infinito *Liv. l.* 42. *c.* 65. Jam obstinatis mori spes affulget. ¶ Obstinarum est, pro certum est, statutum est. *Liv. l. 2. c.* 15. Quoniam id certum atque obstinatum est, neque ego obtundam. *Obstinet* dicebant antiqui, quod nunc *ostendat*, ut in veteribus carminibus: Sed jam se cælo scandens autora obstinet suum patrem. Hæc *Festus*.

Obstino, as, avi, atum, a. 1. ἐμβεβαιῶμαι, est obstirmato, & perseveranti animo expetere, ut *Festus* exponit, *volere ad ogni maniera. Plaut. Aulul. 2. 2. in fin.* Credo, illum inaudisse, mihi esse thesaurum domi: id inhiat: ea affinitatem hanc obstinavit gratia. *Liv. l. 23. c.* 29. Obstinaverant animis vincere, aut mori, *s' erano intesstati di, ec.*

* **Obstipeo**, es, ui, obstupefco. *Auct. carm. de Judic. Dom. c. 11. & carm. ad Senat. v.* 3.

Obstipo, as, avi, atum, a. 1. obturo. Lexicographi verbum hoc, ejusque significationem confirmant loco *Plauti in Cistel. 2. 3. 37.* quem nos acutissimus in verbo *Obstipo*. Quidam ex iis alterum addunt ex *Mercatore 4. 5. 16.* fed a nobis inventi non potuit.

Obstipus, a, um, adjectiv. *torto, curvato*, inclinatus, obliquus, curvus, επικεκυφὼς. *Pers. sat. 3. v. vers.* 80. Obstipo capite, & figentes lumine terram. *Col. lib.* 7. *c.* 10. Cum obstipæ sues transverla capita ferunt. *Suet. in Tiber. c.* 68. Incedebat cervice rigida, & obstipa. h. e. flexo collo, & difficile se vertente. ¶ Translate *Lucret. l. 4. v.* 517. Omnia anom. mendose fieri, atque obstipa, necesse est. *Festus* legit *obstita*, & exponit obliqua.

Obstitrum, i, n. locus de cœlo tactus. *Cic. 2. de leg. c.* 9. *ubi leges antiquas refert*, Iidem fulgura atque obstita pianto. Alii leg. *oscina*. ¶ *Festus*, obstirum, violatum explicat.

Obstitus, a, um, adj. obliquus. *Enn.* apud *Fest.* Montibus obstitis, obstantibus, unde oritur nox. Addit ibi *Festus* aliud ex Lucretio exemplum, quod in *Obstipus* attulimus.

Obsto, as, stiti, statum, n. 1. *impedire, ἀνθίστημαι*, התיצב לעמת, עמד בפנים, contra sto, impedio. *Cic. Ver. 7. c.* 7. Obstiterit, ne transire in Siciliam possent. *Id. pro Rosc. Amer. c.* 38. Commodis alicujus officere & obstare. *Plin. Pan. c.* 91. Obstat verecundia, quominus percenseamus. *Ter. Andr. 1. 1. 76.* Quid obstat, cur non vere fiant? *Id. Heaut. 3. 1. 92.* Paulum negotii mihi obstat, *h. e.* impedit, distinet. *Luc. l. 1. c.* 69. pars ætheris illa sereni Tota vacet, nullæque obstent a Cæsare nubes, h. e. circa Cæsarem. ¶ Ufurpatur & impersonaliter. *Cic. Phil. 13. c.* 16. Nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur. ¶ Partic. *obstaturus* V. suo loco.

Obstragulum, i, n. *mostaccio*, ἐπιβλημα. Obstragula in calceamentis sunt corrigiæ, quæ decussatæ supra pedem, atque inter digitos ductæ soleam continebant; quod in caligis Veterum videre est. *Plin. l. 9. c.* 35. Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis soceulis (*margaritas*) addunt. V. *Obstrigillus*.

Obstrangulatus, a, um, adject. strangulatus. Translate *Prudent. Cathem.* 7. *v.* 10. Obstrangulata mens.

Obstrepens, a, um, obstrepens. *Apul. in Florid. n.* 13. (al. *l. 2. ad fin.*) Occinunt carmine cicadæ obstrepero.

Obstrepiraculum, i, n. obloeutio, strepitus oppositio. *Tert. l. 3. adv. Marc. cap.* 20. Defensio necessaria adversus obstrepiracula diverse partis.

* **Obstrepero**, as, a, um, obstrepens. *Apul. in Flor. n.* 13. *al. lib.* 2. carmine cicadæ obstrepero.

Obstrepito, as, n. 1. frequentativ. ab obstrepo. *Claudian. l. 2. de raptu Prof. v.* 355. Obstrepitant lamenta choris.

Obstrepo, is, pui, itum, n. 3. *fare strepito intorno a qualcuno*, הרעים, התלונן, Germ. *widerstreben, ein gerausch machen*, Gal. *faire du bruit contre quelqu' un*, Hisp. *hazer estruendo contra alguno*, κτυπέω, contra aliquem strepitum facio, reclamo, obloquor. *Cic. l. 5 Fam. ep.* 4. Ut tibi literis obstrepere non auderem. *Id. 3. de Or. cap.* 13. Atque ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur. ¶ Ufurpatur etiam passive. *Cic. pro Mur. c.* 3. Sed tamen ejusmodi res obstrepi clamore militum videntur, & tribunm sono. ¶ Item imperf. *Liv. l. 3. c.* 49. Decemviro obstrepitur. ¶ Obstrepere laudi alicujus, est, obtrectare, detrahere, *Senec. in Herc. Fur. v.* 1031. nomini turpem tuo removere parentem, ne tuæ laudi obstrepat. ¶ Ufurpatur interdum generatim pro impedire, *Plin. l. 11. c. 37. de variis oculorum coloribus*. Aliis nigri, aliis rufi, aliis glauci, ut habili mixtura, & accipiatur circumjecto candore lux, & temperato repercussu non obstrepat.

Obstrictus, us, m. *Senec. l. 5. quæst. nat. c.* 14. Per hæc loca cum se exitus quærens spiritus torsit, accendat flammam ipso obstrictu necesse est, h. e. ipsis locorum angustiis, quibus veluti obstringitur. V. *Afflictus*.

Obstrictus, a, um, nom. ex partic. κεκαθεδημένος, אסור, חיב, *stretto, chiuso, legato. Ovid. in Ibin. n.* 715. Obstrictisque tamen patriaris limine tecti. *Flor. l. 4. c.* 11. Purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis. ¶ Translate *Cic. pro Cœl. c.* 19. Obstrictus voluptatibus tenetur. *Id. ibi. culs.* Addictum, deditum, obstrictum sibi ac liberis suis aliquem habere, *obligato. Id. pro Planc. c.* 10. Beneficii vinculis obstrictus. *Id. in Pis. c.* 13. Obstrictus fœdere. *Id. Ver. 6.* Religione obstrictus. *Paulin. Nolan. 9. Natal. Fel. v.* 145. quia nemo obstrictior est me Debitor huic.

Obstrigillator, oris, m. reprehensor, censor. *Varr.* apud *Non. c. 8. n.* 73. Æmulus illius artis, & obstrigillator.

Obstrigillo, as, a. 1. *impedire, ἀντιπίπτω*, obsto, repugno, a strigillo, quod in Onomastico veteri exponitur ξύω, estque a *strige*, seu *strings*, ut *figilla* a *fingo. Varro* apud *Non. cap. 2. num.* 605. Lex neque innocenti propter simulatum obstrigillat, h. e. non adversatur, non officit. *Id. de re rust. P. 2.* Se Curio dicebat obstrigillaturum, ne reiumphus ei decerneretur. *Senec. ep.* 95. Multa obstrigillant, & aciem nostram aut minus splendore repercutiunt, aut obscuro retinent. Alii leg. obsigillant. ¶ In multis editionibus pro *obstrigillo* legitur *obstringillo*.

Obstrigillus, i, m. Obstrigilli, inquit *Isidor. lib. 19. c.* 34. *Orig.* sunt calceí, qui per plantas consuti sunt, & ex superiori parte corrigia trahitur, ut constringantur, unde & nominantur. *Salmas. in Solin.* per conjecturam hanc vocem legit in Plinii verbis, quæ in voce *Obstragulum* attulimus, eique & *Grævius* assentitur. Verum priorem eam lectionem tuetur P. Harduinus editis libris omnibus, & pluribus etiam MSS.

Obstringo, is, nxi, ictum, *legare, arbrinare*, אגר, Germ. *verbinden*, Gall. *étreindre*, Hisp. *atar, constrenir*, ἐζαπτω, devincio, & obligo, quasi circumstringo. *Col. l. 4. c.* 29. Alii viminibus obstringunt. *Plaut. Cur. 5. 3. 29.* Collum obstringe homini. ¶ Sæpe translate sumitur, ut Obstringere aliquem beneficio, religione, legibus, &c. *Cic. 3. Fam. ep.* 18. Quibuscumque officiis in Epiroticis, religiquisque rebus Atticum obstrinxeris. *Id. 3. Off.* Num igitur se obstrinxit scelere, *h. e.* feelus commisit. *Id. Phil. 2. c.* 33. Obstrinxisti populum R. religione. *Id. 3. Off.* Parricidio se obstringere. Sic obstringere se perjurio, *Liv. l. 26. c.* 48. Obstringi furti, *Cicil. 11. c. ult.* &c. ¶ Obstringere fidem fuam alteri, *impegnarsi, obbligarsi, a qualcuno, Plin. l. 4. ep.* 13. ¶ Obstringere aliquem debito, *farlo debitore, Senec. l. 6. Benef. c.* 11. ¶ Obstringere civitatem jurejurando. *Cæs. l. 1. B. G. c.* 31.

Obstructio, onis, f. *ostruzione*, סיתום, ἐμφραξις, actus obstruendi, occlusio. *Cic. pro Sext. c.* 9. Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta ita, ut curiosis oculis perspici non possit.

Obstructus, a, um, nom. ex partic. occlusus, occupatus. *Cic. 4. Acad. c.* 3. Obstructa est difficultatibus omnis cognitio. *Cilius l.* 11. *v.* 198. Obstructæ cadavere portæ.

Ociōsus, vel potius otiosus, a, um, *ozioso, sfaperato*, בַּטְלָן, בִּטֶּל, Ger. *müssig*, Gal. *oisif*, Hisp. *ocioso*, ἀργός, vacuus, cessans, opere solutus, nihil agens, otio affluens. *Cic. 3. Offic. 1.* Dicere solitum Scipionem accepimus, nunquam eum se minus otiosum esse, quam esset otiosus. *Id. 3. Fam.* Ad urbem te otiosissimum esse arbitrabar. ¶ Dies otiosus, pro festo ponitur. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 8.* Ii perficiam his supplicationum otiosis diebus. ¶ Sumitur etiam pro securo. Nam, nisi qui securus est, nemo est otiosus, ut inquit *Ter. Andr. 5. 2. 1.* Animo jam nunc otioso esse impero. *Gell. l. 2. c. 29.* Otiosus a metu. ¶ Item pro tranquillo, vacuo solicitudine, curis laxato, vel vacuo. *Cic. de Sen.* Nihil est otiosa senectute jucundius. *Senec. de Ira, c. 13.* Quid quiete otiosius animi? ¶ Item pro superfluo, inutili. *Quintil. l. 8. c. 2.* At ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit. *Id. l. 1. c. 1.* Otiosæ sententiæ. Hinc in *Dial. de Oratorib. c. 22.* Otiosus Orator qui superflua multa dicit, & ad rem inepta. ¶ Otiosa pecunia, cui opponitur occupata, dicitur, *danaro infruttuoso*. *Pl. l. 10. ep. 62.* publicæ pecuniæ & exactæ sunt, & exigunrur, quæ vereor ne otiosæ jaceant. *Scævola l. 63. Dig. de usur.* Quæsitum est, an judicio negotiorum gestorum, vel mandati, pro pecunia otiosa usuras præstare debeat. ¶ Otiosum est mihi. *h. e.* vacat. *Tac. Ann. 13. c. 3.* Adnotabant seniores, quibus otiosum est vetera, & præsentia contendere, primum Neronem alienæ facunditæ eguisse. ¶ Usurpatur interdum cum genit. *Pl. in Præf. hiftor. nat.* Scripta sunt turbæ agricolarum, denique studiorum otiosis.

Ocium, vel melius otium, ii, n. ozio, *tempo*, שִׁבְתּוֹ, נח, בִּטֶּלָה, Germ. *die zeit und weil, müssiggang*, Gal. *oisiveté*, Hisp. *ocio*, σχολή, vacatio a labore, laboris lenamentum, atque remissio, cui contrarium est negotium, & in bonam æque, ac malam partem usurpatur. ¶ Otium, ejusque derivata in veteribus libris, ac monumentis per e fere scribi, docet *Priscian. ad Ecl. 1. Virgilii. v. 6. & Æneid. Probat* quoque eamdem scribendi formam *Maustius in Orthogr. Cic. Fam. 10. ep. 28.* Plura scribam, si plus otii habuero. *Id. 1. de Or. c. 13.* Consumendi otii causa disserunt. *Id. Agar. 2.* In otio vivere. *Id. 1. de Orat. c. 6.* Abundare otio. Et *l. 3. c. 32.* Otio diffluere. *Terent. Heaut. 1. 1. 23.* Tantum ne ab re tua est otii tibi? *Hor. l. 1. Sat. 1. v. 32.* Ut in otia tuta recedant. *h. e.* in locum otii, & quietis. ¶ Oblectare otium. Vide *Oblectio*. ¶ Languere, marcescere, tabescere otio, involvere se otio, &c. Ciceronis sunt. ¶ *Per otium*, hoc est cum vacat. *Cic. 1. de Inv. c. 3.* Concelebrare per otium honesta studia. ¶ Item *pacis tempore*. *Tac. Ann. 12. c. 12.* Militares artes per otium ignotæ. ¶ *Cum otium est*, h. e. per otium. *Cic. 2. de Or. c. 14.* Horum libros, cum est otium, legere soleo. ¶ Accipitur etiam pro exercitatione leviore animi, vel corporis. Hinc otium literarium pro studio literario usurpatur, quod hoc exercitationis genus oblectamentum potius videri debeat, quam seria aliqua occupatio. *Cic. 5. Tusc. c. 36.* Quid dulcius otio litterato? ¶ Item pro tranquillitate, pace, quiete. *Cic 1. Fam. ep. 23.* Si antea audirum erit, otium est in Syria. *Cæs. l. 1. B. C. c. 5.* Si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset. ¶ Interdum otium dicitur id, quod per otium facimus. *Ovid. 2. Trist. v. 224.* Excuriasque oculis otia nostra tuis.

Ocliferia. V. Oculiferia.

Oclus, i, m. oculus, per fync. *Prudent. Peristeph. uli. de S. Romano v. 592.*

Ocnus, m. 2. ὄκνος, nhus Tiberis fl. ex Manto filia Tireiæ Thebani, muliere fatidica, qui in Gallia Cisalpina urbem condidit, & a nomine matris Mantuam appellavit. *Virg. 10. Æn. v. 198.* ¶ Est etiam Ocnus nomen cujusdam apud Inferos, quem effinxerunt perpetuo torquere funem, stante asella, quæ, quantum ille torsisset, statim prærroderet. *Propert. l. 4. eleg. 3. v. 21.* Dignior, obliquo funem qui torqueat Ocno, Æternumque tuam pascat, asella, famem.

Ocquisco, is, n. 3. inclino. *Pompon.* apud *Non. c. 2. n. 600.* Qui ocquisiscat, quo compingam terminum in tutum locum.

Ocrea, æ, f. *gambiera, schiniera*, מִצְחָה, Hisf. *hora*, κνημὶς, militaris calceamenti genus, ex ære, ad obtegendas tibias accommodatum, quo utebantur tantum duarum primarum classium militres, cum reliqui caligis tibias munirent. *Liv. lib. 9. c. 40.* Sinistrum crus ocrea rectum.

Ocreātus, a, um, κνημιδωτὸς, ocreis calceatus. *Plin. lib. 19. c. 2.* Ad reliquos usus laboriose evellitur ocreatis cruribus. *Horat. lib. 2. Sat. 3. v. 234.* In nive Lucana dormis ocreatus.

Ocris, is, m. 3. mons confragosus. *Liv. Andron.* apud *Fest.* Qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrim. *Id. ib.* Quem Chiron in Felio docuit ocri.

Ocrisia, æ, P. Corniculæ uxor, Servi Tullii mater. Tanaquilis reginæ ancilla. *Ov. Fast. 6. v. 627.* Namque pater Tullî Vulcanus, Ocrisia mater. *Vi. Pl. 36. calc.* ubi eatradit, quæ ad hujus Ovidiani carminis intelligentiam mire faciunt.

Octachordos, m. & f. & octachordon, n. 2. ὀκτάχορδος, instrumentum octo habens chordas. *Vitr. l. 10. c. 13.*

* Octagōnos, ὀκτάγωνος. V. Octogonos.

Octangŭlus, a, um, ὀκτάγωνος, res, vel figura, quæ octo angulos habet. *Apul. l. 11. de Dogm. Platon.*

Octans, tis, pars octava. *Vitr. l. 10. c. 11.* Dividuntur circinationes octantibus, in partes octo ductis lineis.

* Octaphŏrum, ὀκταφόριον. V. Octophorum.

Octastylos, ὀκτάστυλος, octo columnas habens. *Vitr. l. 3. c. 2.*

* Octavāni, militres legionis octavæ, ut Forum Julii octavarorum colonia. *Pl. l. 3. c. 4. Mela l. 2. c. 5.*

* Octavarĭum, octavæ partis vectigal. *Cod. 4. 61. 8.* Octavarii vectigal accipiant.

Octavĭa gens, una ex gentibus Romanis. Velitris olim fuisse præcipuam, scribit *in Augusto Suetonius*. In duas familias Romæ distinguebatur. Prima a Tarquinio Prisco Rege in Senatum lecta, & a Serv. Tullio inter Patricias cooptata, procedente tempore ad plebem se contulit. Longo deinde intervallo a C. Cæsare Cæsia lege in Patriciatum revocata est. In hac primus Cn. Rufus Magistratum est adeptus, Suetonio teste, qui Quæstorius mortuus est. Ejus filius Cn. Octavius primus in eam familiam attulit Consulatum, quæ deinde ornibus dignitatibus floruit. *Cic. 1. Off. c. 39. & 9. Phil. c. 2.* ¶ Altera vero, in qua Octavius, seu Octavianus Augustus natus est, nullis, neque rebus gestis, neque honoribus floruit. Testis est ipse Augustus, qui nihil amplius, quam equestri familia ortum se scribit, vetere, ac locuplete, & in qua primus Senator pater suus fuerit. V. *Sueton. in Aug. c. 1. 2. &c.*

Octavĭæ Porticus, duæ appellantur, quarum alteram Theatro Marcelli propiorem Octavia soror Augusti fecit, alteram Theatro Pompeji proximam Cn. Octavius Cn. F. qui fuit Ædilis Curulis, Pr. Con. Decemvir sacris faciendis, & triumphavit de rege Perse navali triumpho, quam combustam reficiendam curavit Cæs. Augustus. *Fest.*

Octavianus, masc. 2. cognomen Augusti, inde tractum, quod ex Octaviorum familia in Cæsarum gentem fuerit adoptatus. Ejus viram habes apud *Suet.*

Octavĭānus, a, um, quod ad Octavium spectat, ut Octavianum bellum, *Cic. 1. de Div. cap. 2.*

Octavum, adv. octies, octava vice. *Liv. l. 6. c. 36.* Jam octavum Tribunos pl. refectos.

Octavus, a, um, *ottavo*, שְׁמִינִי, ὄγδοος, nomen numerale ordinis. *Hor. ep. 7.* Ab officiis octavam circiter horam dum redit. *Id. l. 2. Sat. 3.* Sapientum octavus.

Octavusdecimus, a, um, adj. ὀκτωκαιδέκατος, *decimottavo*. *Gel. l. 1. c. 16.* Varro in octavodecimo rerum humanarum.

Octennis, ne, adject. *di otto anni*, ὀκταέτης, *Ammian. l. 18. c. 13.* Liberali forma puerum octennem vidimus ejulanrem.

Octies, adv. *otto volte*, ὀκτάκις, octo vicibus. *Col. l. 8. c. 8.* Nam & octies anno pullos educat. *Sic Semp. Scip. c. 2.* Septenos octies anfractus.

* Octigesĭmus, octingentesimus. *Prisc. de ponderib. pag. 1353. Putsch.*

Octingenarius, a, um, quod octingentas habet partes. *Varro l. 2. R. R. c. 10.* Septingenarii enim mei: tu octingenarios habuisti.

* Octingēni, &

* Octingenteni, *ottocento*. *Prisc. de pond p. 1353.*

Octingentesĭmus, a, um, *ottocentesimo*, ὀκτακοσιοστός, nomen numerale ordinis. *Cic. 2. de Senec. c. 2.* Si octingentesimum annum agerem.

Octingenti, æ, a, *ottocento*, ὀκτακόσιοι, nomen numerale cardinale. *Cic. 4. Acad. c. 25.* Mille, & octingenta Ithaca quod abesset, videbat.

Octingentĭes, adv. *ottocento volte*. *Afcon.

6.15. Quos si Argus servet, qui totus oculeus fuit. ¶ Per translationem pro perspicaci ponitur, quasi qui totus ex oculis constet. *Apul. l. 2. A.* Perspicacioremipso Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.

Oculicrepida, æ, m. vox ficta a *Plaut. Trin.* 4. 3. 14. significat eum, cui oculi pugnis conterdi debent. Alii leg. *oculteripida*. h. e. occulte sapiens.

Oculiferi, æ, vel oculiferi, orum, m. quæ oculos ferunt, & perstringunt, ut sunt res maxime splendidæ. *Senec. ep.* 33. Non habemus ista oculiferia (alii *ocliferia*, alii *oculifera*) nec emporem desiderimus. Ita Legit *J. Lipsius*, & *oculifera* non dannat Muretus. In editis legitur *odoriferæ*.

Oculissimus, a, um, adject. superlat. fictum a *Plauto* joculariter, pro carissimo instar oculorum. *Curc.* 1. 2. 28. Salve, oculissime homo. *Et* 1. 3. 16. Valuistin' oculissimum ostium? Alii hic leg. *acclusissimum*.

Oculitus, adv. ὀφθαλμηδόν, ita care, ut oculus carus est. *Plaut. in fragm.* apud *Non. c.* 2. *n.* 608. Qui amant ancillam meam oculitus.

Oculo, as, a. 1. oculorum usum præbeo. *Vet. de pœnit. c. ult.* Ibi hirundo si excæcaverit pullos, novit istos oculare ruffus de chelidonia sua.

Oculus, m. 2. *occhio*, ὄψις, Germ. *auge*, Gall. *œil*, Hisp. *ojo*, ὀφθαλμὸς, instrumentum visus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Oculi pars corporis pretiosissima, & qui lucis usu altissimum locum obtinent, ex quo plurimus conspicientes funguntur suo munere. ¶ Translate dicitur ea re præstantissima, vel pulcherrima. *Cic. 3. de nat. Deor.* 38. *in fin.* Critolaus evertit Corinthum, Carthaginem Adfrubal: duos illos oculos mutilimæ effoderunt. ¶ Item de notis, seu maculis rotundis, quales videmus in pardorum pellibus, & caudis pavonum. *Pl. l.* 13. *c.* 15. Si pavonum caudi oculus dicitur ab *Ovid. 4. Met. v.* 217. ¶ Item de furculis arborum, unde germinant, qui & gemmæ dicuntur. *Col. l.* 3. *c.* 18. Reliqui duo, vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimuntur *Virg. 2. Georg. v.* 73. Nec modus inferere, atpro visu. *Suet. in Vespas. c.* 7. Restituturum oculos, si insuffiet. Sic amittere oculos, apud *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 53. ¶ Oculi a colore dicuntur cærulei, glauci, nigri, cæsii, &c. *Plin. Plaut. Suet.* ¶ Oculi nocturni, & oculi herbei a *Plauto*, *Jul. 2. 1. 2.* V. *Emissitius*. ¶ Sunt autem oculi variorum affectuum indices. Hinc oculos ad terram dejicere, apud *Ter. Eun.* 3. 5. 132. verecundiæ signum est. Desinaces, ardentes, &c. dicuntur de irato, & favo, ab *Ovid. Cic. Lucan. & al.* Molli oculi, de eo, qui facile commoveretur ad lacrymas, idem ab *Ovid l.* 1. *de Fam.* 8. *ep.* 14. Nunquam oculi tui doluissent, si in republica vultum Domitii vidisses. Eadem ratione dixit *Hor. l.* 1. *ep.* 14. Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. ¶ Sæpe oculi de re carissima ursurpantur. *Catull. carm.* 14. Ni te plus oculis meis amarem. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 2. Balbum, qui est ipsius rei auditor, apud *Ter. Eun.* 3. 1. 11. Et, esse alicui in oculis. *Cic. 2. Tusc. c.* 26. *Suet. de Rhetorib. c.* 5. Par oculorum in amicitia M. Antonii Trimyrici extitisse se, ajebat h. e. familiarissimum, carissimum M. Antonio. ¶ Hinc in blanditiis hæc vox usurpatur. *Plaut. Cur.* 1. 3. 47. Bene vale oculo mi. ¶ Per oculos quoque judiis, *mettre in luce, in vista. Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 2. ¶ Habere ante oculos virversari ante oculos esse in oculis multitudinis, in luce atque oculis omnium civium, &c. *Cic.* Cui sunt 2. *Tusc. & pro Sextio*, c. 3. &c. *esser esposto alla vista di tutti*. Sic *habitare in oculis*, apud *eumd. pro Planc. c.* 27. ¶ Patere oculos, *dilettar la vista. Cic. Verr.* 7. *c.* 26. Et, fructum capere oculis ex aliqua re. *Nepos in Eumen. c.* 11. ¶ Adjicere oculos alicui rei, & ad rem aliquam, est eam vehementer cupere. *Cic. 4 Verr. c.* 15. Plane videbant adjectum esse oculum hæreditati. *Id. 2. Agrar. c.* 20. Cum ad omnia vestra cupiditatis oculos adjecissent. ¶ Alicujus oculos in oculis habere. *Plaut. Pseud.* 3, 2. 66. h. q. ejus oculos observare, jus oculos spectent &c.

Ocymum. V. Ocimum.

Ocyor, vel ocior, nomen adj. comparativum positivo carens, *più presto, più veloce*, ταχὺς, ὠκύτερος, ab ὠκὺς, celer, citus. *Virg. Æn. v.* 319. ventis, & fulminis ocyore alis. *Pl. l.* 2. *c.* 8. *de Mercurii stella*. Inficere circulo fertur novem diebus ocyore ambitu. ¶ Superlativ. est *ocissimus*. *Pl. l.* 16. *c.* 31. Fici, quarum radices longissimæ, & ocyssima senectus. ¶ Sunt qui scribant *ocior*, & *ocissime*; quod placet *Vossio*. *in Etymolog. Prisciano, & Gellio*, &c.

Ocyrrhoe, vel Ocyrroe, es, fem. ὠκυρρόη, filia Chironis, ex Nympha Chariclo, ita dicta a matre, ab ὠκὺς, *velox*, & ῥέω, *fluo*, quia eam in fluminis rapidi ripa peperisset. Excelluit arte medicinæ, & prædictione rerum futurarum. Æsculapio infanti prædixit, qualis & quantus futurus esset. In equam versa esse fingitur. *Ov. 2. Met.* ¶ Poetæ in carmine abjiciunt alterum r, quod aliter hexametrum carmen nequeat ingredi. *Ov. 2. Met. v.* 638. Quam quondam Nympha Chariclo Fluminis in rapidi ripis enixa vocavit Ocyroën.

Ocypete, es, ὠκυπέτη, qui celeriter volat. Una ex Harpyis. *Serv. ad Æneid. 3 vers.* 209.

Ocyrer. V. *Ocyus*.

Ocyus, vel Ocius, *più presto, più velocemente*, ταχὺ, ὠκύτερον, adv. comparativum, *cujus positivum* ocyter non est in usu, (quamquam usurpatum sit ab *Apulejo l.* 1. *Met.*) *Cic. 4. Tusc.* In morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus. *Ter. Eun. Jug. c.* 25. Quam ocyssime provinciam accedat. Adde *Ter. Heaut.* 4. 8.

O ANTE p.

Oda, æ, vel ode, es, ὠδὴ, שִׁירָה, cantio, carmen. *Auctor carm. de Phil. v.* 13. Et merulus modulans tam pulceris concinit odis.

Odiartus, ii, m. cantilenarum magister. Legitur hæc vox in *Inscript.* apud *Reinesi. classf.* 11. *n.* 81. sed dubiæ est lectionis.

Odarium, ii, n. ode, cantilena, ᾠδάριον. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 53. *Burm.* Odaria saltare.

* Ode. V. Oda.

Odefacio, is, n. 3. idem ac olfacio, apud vet. *Fest.*

Odessus, i, fem. urbs Thraciæ in ora maris Euxini, colonia Milesiorum, *Plin. lib.* 4. *c.* 11.

Odeum, n. 2. ᾠδεῖον, locus minuti theatri speciem habens, in quo certamina musica spectabantur; quale Athenis a Pericle exstructum fuit. Romæ quatuor erant. Ejus præter Græcos meminere *Cic. ad Att. l.* 4. *ep.* 16. *Suet. & Vitr. l.* 5. *c.* 9. V. *Baldum in vocibus Vitruvianis*. Nomen ab ᾠδὴ, *cantus*. *Cic. loc. cit.* Ut odeum laxaremus, & usque ad atrium Libertatis explicaremus. Optimi tamen codices habent forum. *Sueton. in Domit. c.* 5. Templum Flaviæ gentis excitavit, & stadium, & odeum, & naumachiam.

Odi, isti, n. def. *odiare, avere in odio*, שָׂנֵא, Ger. *hassen*, Gal. *hair*, Hisp. *odiar*, μισέω, odio habeo. *Cic. de Am. c.* 18. Aperte odisse magis ingenuum est, quam fronte occultare sententiam. *Id. pro Mil. c.* 13. Improbus omnes civili odio odimus. *Brutus ad Cic. epist.* 16. Pati contumelias pejus odero malis omnibus aliis. *Ter. Adelph. 4. 1. 17.* Illud rus nulla alia causa odi tam male. ¶. Pare. futuri osurus. *Cic. de Amic. c.* 16. Ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus. ¶ Oderim *Ciceronis* est *ad Att. l.* 14. Oderam *ejusd. lib. 7. Fam. ep.* 2. Cæterum alia multa leguntur apud minus elegantes scriptores. Nam *odivi* dictum est ab Antonio, referente *Cic. Phil.* 13. *c.* 19. *Oditur* passiva forma, & significatione, a *Tertul. in Apolog. c.* 3. Præteritum *osus sum* pro *odi*, deponentis forma usurparunt *Plaut. Amph.* 3. 2. 19. & *Gell. l.* 4. *c.* 8. Similiter *ad endi* legitur apud *Apul. odentes* apud *Petron.* & *odiaris*, apud *Senecam* legit *Janus Grüter*. ubi alii alia.

Odibilis, le, adject. odio dignus. *Lamprid. in Heliogab. c.* 18. Vita moribus, improbitate ita odibilis, ut ejus nomen Senatus eraserit. *Accius* apud *Prisc. l.* 6. *pag.* 709. *Pulex*. Gnati mater pessimi, odibilis.

Odinolyontem appellant Græci pisciculum dolores folventem gravidis adalligatum, *Plin. l.* 32. *c.* 1. Est ab ὠδῖνη, *dolor*, & λύω, *solvo*.

Odiose, adv. *odiosamente*, Germ. *hasslich, verdrießlich*, Gal. *odieusement*, Hisp. *odiosamente*, cum odio vel tædio. *Cic. 2. de Orat. c.* 65. Qui cum interpellaret odiose. *Id. de clar. Or. c.* 82. Qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide.

Odiosicus, a, um, odiosus. Vox est ficta joculariter a *Plaut. Capt.* 1. 1. 19.

Odiosus, a, um, *odioso*, שָׂנוּא Ger. *gehassig, verhaßt* Gal. *odieux*, Hisp. *odioso*, μισητὸς, qui odio habetur. *Cic. de Am. c.* 20. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium. *Id. de Sen. c.* 2. Quæ plerisque sensibus sic odiosa est. *Capitolin. in Albin. c.* 11. Uxori odiosissimus fuit. *Cic. 1. Off. c.* 36. Pleistarici motus sæpe sunt odiosiores. ¶ Sumitur etiam pro molesto. *Cic. pro Mur.* Spernitur Orator odiosus in dicendo, ac loquax. *Plaut. Trac. 1. 1. 65.* odiosum esse alicui.

Odites, m. Ὠδίτης, unus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, qui a Mopso occisus est in nuptiis Pirithoi. *Ovid. 12. Met. v.* 458.

Odium, ii, n. 2. *odio*, שִׂנְאָה, German. *haß, groll*, Gal. *haine, hiaß*, Hisp. *odio*, μῖσος, ira inveterata, ut inquit *Cic. 4. Tusc. c.* 9. *Id. l.* 10. *Fam.* Incredibile est omnium civium, latronibus exceptis, odium in M. Antonium. ¶ Sumitur interdum pro molestia, fastidio. *Ter. Eun.* Neque agri, neque urbis odium unquam me percipit. *Cic. Att. 4. ep.* 2. Cum horas tres fere dixisset, odio, & strepitu Senatus coactus est aliquando perorare. ¶ Item pro instantia, seu molesta assiduitate, *importunited. Ter. Phorm.* 5. 6. 9. Pergit fane: nunquam tu odio tuo me vinces. *Id. Heaut.* 1. 2. 48. Tundendo, atque odio denique effecit &c. ¶ Plurimi sunt hujus vocis usurpandæ modi. *Senec. in Octav. v.* 132. Odio alicujus flagrare. *Cic. ad Quint. frat. redit. c.* 1. Concipere odium in aliquem. *Plin. l.* 28. *c.* 8. Conciliare odium alicui. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. Odium in aliquem concitare. *Cic. 2. Att. ep.* 21. Odio esse alicui, *h. e.* odio haberi, &, apud aliquem. *Id. pro Leg. Manil. c.* 22. &, esse in odio. *Idem ad Attic. lib.* 10. & *Philippica* 5. *cap.* 14. & habere odium rei alicujus. *Id. 2. de Inv.* Et venire in odium omnibus. *Id. Att. l.* 10. quod ipsum dixit *Plin. l.* 28. *c.* 8. Venire odio omnibus. *Quintil. l.* 2. *c.* 3. Remissiones negatæ odium studiorum faciunt. ¶ Usurpatur & in plurali num. sæpe a Poetis, nonnunquam ab Historicis, & Oratoribus. *Virg. 2. Æn.* Exercere urbem odiis. *Liv. l.* 21. *c.* 1. Odiis prope majoribus certarunt, quam viribus. *Cic. 9. ad Att.* 1. Odia improborum ruisus in nos, quæ jam exstincta erant, incendamus. ¶ Dicitur interdum hæc vox de homine odioso. *Plaut. Mil. 3. 3. 40.* Quin noverim odium populi? *h. e.* qui a populo odio habetur. *Id. Pan. l.* 2. 180. Obsecro te, voluptas hujus, atque odium meum! *h. e.* quæ me odisti.

Odo. V. *Udo*.

* Odontitis, ὀδοντῖτις, herba, sic dicta quod dentibus medetur. *Plin.* 27. 12.

Odor, oris, m. *odore*, רֵיחַ, Ger. *geruch, geschmacke*, Gal. *odeur*, Hisp. *olor*, ὀσμὴ, qualitas quæ ex rebus emittitur. quæ ad olfactum spectat, ab antiquo *odeo* pro oleo. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 56. Eo quod omnis odor ad superiora feratur. *Id. de Senec. c.* 17. Suavitates odorum, qui afflantur e floribus. ¶ Interdum sumitur pro aromatibus. *Colum. l.* 12. *c.* 20. Ad prædictum modum multi adjici debent odores. ¶ Per translationem ponitur pro indicio. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 16. Res fluit ad Interregnum, & est nonnullis odor Dictaturæ. ¶ Sumitur & pro fœtore. *Sueton. in Vespas. c.* 23. *de urina*. Scisciatus, num odore offenderetur. *Virg. 4. Georg. v.* 49. Gravis odor coeni. ¶ Legitur & odos in recto casu. *Lucr. l.* 6. *v.* 952. Præterea omnis odos, fumus, vapor, atque aliæ res. *Plaut. Capt.* 4. 2. 35. Quorum odos subbasilicanos omnes abigit.

Odoramen, inis, n. idem ac odoramentum. *Macr. l.* 1. *Sat. in præf.* Confusura videlicet omnium succos odoraminum in spiramentum unum.

Odoramentum, ti, n. *odoramento, odore*, בֹּשֶׂם גַּנָּה, θύαμα, res odorifera. *Pl. l.* 21. *c.* 7. Omnium odoramentorum, atque etiam herbarum differentia est in colore, & odore, & succo.

Odorarius, a, um, quod ad odores pertinet. *Pl. l.* 12. *c.* 16. *de myrrha*, Pretium ejus, quam odorariam vocant. ¶ Magister odorarius in *Inscript.* apud *Reinesi. classf.* 11. *n.* 81. h. e. qui odoramenta, aut unguenta confecit, & vendit, myrobathrarius.

Odoratio, nis, f. actus odorandi, olfactio. רֵיחַ, ὄσφρησις, *Cic. 4. Tusc. c.* 9. Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum? Item sepsus ipse odorandi. *Lactant. de Opif. Dei, c.* 10. Visus in duas acies, & odoratio in duas nares divisa est.

* Odorativus, a, um, odoratus. *Apul. de her. c.* 79. Semen nigrum odorativum.

Odoratus, us, m. *l'odorare*, ὄσφρησις, ὄσφρησις. olfactus, actus odorandi, *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 65. Eorum jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam, & spectatus. ¶ Item sensus, seu facultas odorandi, *odorato*. *Pl. l.* 11. *c.* 4. Insecta habent oculos, aliqua & odoratum. Adde *Cic. 4. Acad. c.* 7.

Odoratus, a, um, *odorato, profumato*, Ger. *wolgeschmacke*, Gal. *parfumé*, Hisp. *perfumado*, εὐώδης, quod aliunde accepit odorem, inquit *Servius. Æn. l.* 3. *ad.* 20. Sparsum odoratis humerum capillis. ¶ Interdum pro oderifero fumitur, idest, quod ex se odorem habet. *Virg. 3. Georg. v.* 414. Disce & odoratam stabulis accendere cedrum. *Pl. l.* 21. *c.* 4. *de rosa*. Præterea magis omnibus loeis siccis, quam humidis odoratior. *Id. ib c.* 7. Hortensium odoratissima.

Odorifer, a, um, *odorifero*, Ger. *wol schmeck, geschmack ad. riechen*, Gal. *odoriferant*, Hisp. *que da buen olor*, ευῶδωμος, odorem reddens. *Plin. l.* 12. *cap.* 17. In odoriferis sylvis frequentissimas. ¶ Gens odorifera, Achæmenii pop. Arabiæ. *Ovid. 4. Met. v.* 209.

Odorisequus, a, um, odorem sequens. *Liv. Andron.* apud *Terentian. Maur. p.* 2426. *Putsch.* Dirige odorisequos ad certa cubilia canes, *versus mixtus*.

Odoro, as, avi, atum, a. 1. *dar odore*, שׂוּמִיאוּ, *odore reddo*, odorem facio. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 734. Et odorant aera fumis. *Colum. l.* 9. *c.* 4. Qui colorem, odoremque mella.

Odoror, aris. d. 1. *odorare*, הֵרִיחַ, Germ. *schmecken, riechen*, Gal. *flairer, sentir*, Hisp. *oler*, ὀσφραίνομαι, olfacio, odorem percipio, ex odore aliquid deprehendo. *Plaut. Men.* 1. 2. 55. Agedum odorare hanc, quam ego habeo, pallam. *Col. l.* 6. *c.* 2. Deinde nares perfricato, ut homines discant odorari. ¶ Translate ponitur pro explorare, investigare. *Cic. post red. in Sen. c.* 6. Hi voluptates omnes vestigant, & odorantur. ¶ Odorari aliquem, est callide, & clam explorare, quid habeat animi. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 8. Tu, velim, ut Fabium, si quem habes aditum, odorere, & istum convivam tuum degustes. ¶ Odorari decemviratum. h. e. cupide quærere, aut petere. *Cic. Agrar. 2. c.* 24. Committite vos nunc his hominibus hæc omnia, quos odoriari hunc Decemviratum suspicamini.

Odorus, a, um, *che ha odore*, Germ. *wolgeschmacke*, Gall. *qui rend bonne odeur*, Hisp. *odoroso*, ὀδωμος, quod ex se odorem emittit. *Ov. 9. Met. v.* 87. Najades hoc pomis, & odoro flore repletum sacrarunt, *Claud. de VI. Cons. Honor. v.* 324. cui lumen odorum Sulphure cæruleo, nigroque bitumine fumat. ¶ Item qui sagaciter odoratur. *Virg. Æn. 4. v.* 132. & odora canum vis.

Odos. V. *Odor*.

Odrysa, æ, urbs Thraciæ. Hinc Odrysæ, arum, m. Thraciæ populi, circa Hebrum fluv. *Pl. l.* 4. *c.* 11. r.

Odrysius, a, um, adject. Thracius. *Sil. l.* 7. *v.* 570. Boreas Odrysius. *Ovid. 6. Metam. v.* 490. Odrysius rex. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 100. Odrysium carmen. *h. e.* Orphei, qui e Thracia fuit.

* Odynolyten, vel al. odynolyontem, ὀδινολύτην, ὀδινολύφρτα, appellarunt remoram piscem, quod partus dolores sedet. *Pl.* 32. *c.* 1.

Odyssea, æ, *Odissea*, carmen Homeri de Ulyssis erroribus, ab Οδυσσεύς, Ulysses, *Ov. 2. Trist. v.* 375. Aut quid Odyssea est, nisi femina propter amorem, Dum vir abest, multis una perita procis? ¶ Est etiam Latina Odyssea *Livii Andronici*, cujus meminit *Cic. in Bruto, c.* 18. *Gellius. l.* 3. *c.* 16. &c.

O ANTE E.

OEa, æ, f. Οἴη, oppidum Africæ, unum ex tribus, unde Tripolis constata est, ut tradit *Solin. c.* 27. (al. 40.) *Sil. l.* 3. *v.* 257. OEaque Trinacrios Afris permixta colonos. Al. aliter leg. ¶ Hinc partic. *OEensis*, æ. *Pl. l.* 5. *c.* 4. Civitas OEensis. *Et c.* 5. *sub fin.* Bellum cum OEensibus.

OEagrius, m. 2. pater Orphei. ¶ Item fl. Thraciæ, a quo Hebrus initium sumit.

OEagrius, a, um, adj. ut OEagrius Hebrus. *Virg. 4. Georg. v.* 524. OEmus OEagrius, *Ovid. Met. 2. v.* 219. OEagrii, nervi. *h. e.* Orphei. *Sil. l.* 4. *v.* 463.

OEbalia, f. 1. οἰβαλία, regio Græciæ, eadem ac Laconia, ab OEbalo filio Argulî. *Stat. l. Achil. v.* 20. ¶ Item arx Tarentina, & ipsum Tarentum, vel regio Italiæ juxta Tarentum, ab OEbalo filio Telonis. *Virg. 4. Georg. v.* 125.

OEbalidæ, arum, m. οἰβαλίδαι, Castor, & Pollux, ab OEbalia Laconiæ regione, in qua nati ferantur. *Ov. 5. Fast. v.* 705. Effugere OEbalidæ cursu potuere sequentes.

OEbalides, æ, m. Οἰβαλίδης, patron. m. ex OEbalia. *Ov. in Ibin, v.* 590. Quo puer OEbalides, ictus ab orbe cadas, *idest* Hyacinthus, qui Lacon fuit.

OEbalis, idis, f. patron. quæ est ex Laconia. *Stat. 1. Syl. 2. v.* 150. Quis purpura sæpe pallam. *Id. l.* 1. *Silv. 2. v.* 9. OEbalii fratres. *h. e.* Castor, & Poliux,

OEbilus, m. 2. Οἴβηλος, Argivi filius, Rex Laconiæ, pater Tyndari, & Icarii. ¶ Fuit & OEbalus, filius Telonis Regis Caprearum insulæ prope Neapolim ex Sebethide Nympha. *Virg. 7. Æn. v.* 734.

OEchalia, æ, οἰχαλία, urbs Laconiæ, ab OEchaleo fl. eam præterfluente ita dicta, unde & ea pars Laconiæ, quæ urbi huic propinqua est, OEchalia appellatur. *Virg. 8. Æn. v.* 290. In hac Eurythus regnavit, qui Herculi filiam Iolen ante promissam denegavit, filii hortatu, quod Hercules furens uxorem, & liberos interfecisset. Quare Hercules illum, & filios interemit, atque OEchaliam urb. everiit. ¶ Hoc item nomine plures aliæ urbes fuere in Eubœa, quæ eadem est ac Chaleis, teste *Plinio*, in Thessalia, quæ & Thrachinia, in Messenia, in Arcadia, in Æolia.

OEchalis, idis, f. Οἰχαλὶς, quæ est ex OEchalia. Apud *Ovid. 9. Metam.* Iole loquitur *vers.* 330. fuit unica matri (Me pater ex alia genuit) notissima forma OEchaliadum Dryope.

OEclides, æ, patron. Amphiarai OEclei filius, apud *Ov. 8. Met. v.* 317.

OEconomia, æ, f. οἰκονομία, שִׁמּוּר בַּיִת, rei domesticæ administratio, apud Græcos. ¶ Translate accipitur pro dispositione, ordine, structura cujuscumque rei, *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Nec οἰκονομίαν meam instituam, sed ordinem convolutum. Loquitur de ordine in scribendo. *Quintil. l.* 1. *c.* 8. *de dispositione Oratoria*. OEconomia quoque in his diligentior, quam in plerisque novatum erit. *Id. l.* 3. *c.* 3. Hermagoras judicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis sunt, subjecit œconomiæ. *Pier. l.* 1. *c.* 2. Architectura conflat ex ordinatione, quæ Græce τάξις dicitur, & ex dispositione (hanc autem Græci διάθεσιν vocant) eurythmia, & symmetria, & decore, & distributione, quæ Græce οἰκονομία dicitur.

OEconomicus, a, um, *economico*, כַּלְכָּלָה, οἰκονομικὸς, ad œconomiam pertinens. Hinc *œconomient*, dictus est liber Xenophontis, in quo de familiæ, ac domus gubernatione disseritur. *Cic. 2. Offic. cap.* 24. Has res commodissime Xenophon Socraticus perfecutus est in eo libro, qui Œconomicus inscribitur. ¶ Translate. *Quintil. l.* 7. *c. ult.* Illa potentissima est, quæque vere dicitur œconomica totius causæ dispositio.

OEconomus, i, *economo*, οἰκονόμος, ab οἶκος, domus, & νέμω, distribuo, est dispensator, qui domi rationes curat, & rem domini familiarem administrat. *Imp. Justinian. l.* 1. *Cod. tit.* 3. *leg.* 42. *a med.*

OEcus, i, οἶκος, apud Græcos domum significat. *Vitr. l.* 6. *c.* 10. OEcum vocat partem domus amplam, in qua convivia celebrantur. V. etiam *Pl. l.* 36. *c.* 25.

OEdipades, æ, m. Οἰδιπάδης, idem ac OEdipus. *Sen. Her. Fur. v.* 496. Impii OEdipodæ nuptiales faces. *Martial. l.* 10. *epigr.* 4. Qui legis OEdipodem. *h. e.* tragœdiam OEdipodæ.

OEdipodionides, m. 1. Polynices, fil. Oedipi. *Stat. 1. Theb. v.* 313. Interea patris olim vagus exul ab ortis OEdipodionides furtim deferta pererrat.

OEdipodionius, a, um, quod ad Oedipum spectat. *Ov.* 15. *Met. v.* 429. Oedipodionia quid fanit, nisi nomina, Thebæ.

OEdipus, pi, m. Οἰδίπους, filius Laji Regis Thebanorum, & Jocastæ, quem pater, cum consulto Apollinis Oraculo futurum intellexisset, ut a filio interficeretur, pastori occidendum tradidit, qui misericordia commotus, neque tamen Regis imperium audens detrectare, perforatis plantis, vimineque trajecto, ex arbore fuspendit futurum natus, ut ita inedia moreretur. Sed cum Phorbas Polybi Corinthiorum Regis pastor illac iter faceret, audito vagitu eo accurrens, puerum fervavit, Reginaque Meropæ obtulit, a qua veluti puer cælitus missus filii loco educatus, & a pedibus ex vulnere tumentibus *Oedipus* est appellatus, nempe ab δίδω, tumeo, & πῦς, pes. Grandior deinde natu factus, audito, fe Polybi filium non esse, patrem quærere statuit. Apollinem consulenti responsum fuit, ab ea in Phocide patrem repertum iri, insuper matrem ductum iri in uxorem. In Phocidem igitur profectus, cum coorta inter cives, & peregrinos dissensione, pro peregrinis pugnaret, patrem rixam sedare conantem ignorans interfecit. Deinde quasi ab Oraculo deceptus Thebas se contulit; & in ingressu urbis Sphingis ænigma dissolvit, cum esset præstantissimo ingenio, nonnumquam interemit. Thebis, cum Polybi filius haberetur, ei Regnum traditum est, & Jocasta collocata in matrimonium; quam cum deinde matrem suam esse cognovisset, & parricidii, & incestus a se penas repetens utrumque sibi eruit oculum, Jocasta suis sibi manibus mortem conscivit. Tandem Oedipus Athenas in voluntariam extorris exilium, & justu Creontis in Cytharonem M. relegatus. Ab Athenieniibus Oedipo templum dedicatum est, & sacra instituta. *Plutar. Præm. l.* 3. 34. Oedipo est conjectore opus, qui Sphingi intrepres fuit. ¶ *Dawus sum, non Oedipus*, proverbium est, quo significamus, nos homines rudes esse, simplicesque, & ad intelligenda obscuriora ænigmata minime idoneos. Tractum est a callido, acutoque Oedipi ingenio, qui ad portam Thebarum Sphingis ænigma dissolvit. *Ter. Andr.* 1. 2. 23.

* OEenensis. V. OEa.

OEnanthe, es, f. ι. οἰνάνθη, flos est labruscæ, non tamen cujuslibet, sed ejus, quæ solum florem, non etiam uvas profert, quasi οἶνος ἄνθος, idest, vini flos. *Plin. l.* 12. *c.* 28. ¶ Est præterea oenanthe herba in petris nascens, folio paslinacæ, radice magna, numerosa. *Pl. l.* 21. *c.* 24.

OEnanthinus, a, um, οἰνάνθινος, quod ex oenanthe factum est, ut Oenanthinum unguentum. *Pl. l.* 13. *c.* 1.

* OEneis, idis, f. Οἰνηΐς, filia aut neptis OEnei. *Senec. in Herc. Oet. v.* 583. flemus casus, OEnei, tuos, *h. e.* Dejanira.

OEneius, a, um, οἰνήϊος, quod ad Oeneum spectat. *Stat. 5. Theb. vers.* 661. Oeneius heros.

OEneus, a, um, trium syll. quod ad Oeneum pertinet. *Ovid. 8. Met. v.* 282. & Oeneos ultorem spreta per agros Missit aprum.

Oeneus, m. 2. οἰνεύς, Ætoliæ, seu Calydoniæ Rex, Parthaonis filius, qui ex Althæa Testii filia Meleagrum, Tyheum, Menalippum, Gorgen, & Dejaniram genuit, quem Hercules duxit uxorem, licet alii matrem Tydei Eurigonam appellent. Fabulantur Poetæ, Regem hunc de primitiis omnibus Numinibus sacrificasse, excepta Diana, quæ irata apium immisit, qui cuncta vastabat, donec a Meleagro occideretur. *Serv. ad 7. Æn. v.* 306. & *Ov. 8. Met. fab.* 4.

OEnides, æ, m. ι. οἰνείδης, Meleager, vel alius ex filiis Oenei. *Ov. 8. Met. v.* 415. At manus Oenidæ variat.

* OEnigéne. οἰνιγένης, vino genisi. *Festus*.

OEnogarum, i, n. condimenti genus apud *Apic. l.* 1. *c.* 31. Hinc œnogaratus porcellus, h. e. oenogaro conditus. *Id. l.* 8. *c.* 7.

OEnomäus, m. 2. filius Martis ex Harpina filia Asopi, seu, ut alii tradunt, Eurythoe filia Danai, Rex Elidis, & Pisæ, pater Hippodamiæ, qui cum ex Oraculo se a genero interfectum iri didicisset, & filia tamen a multis procis ob formæ præstantiam ambiretur, curule procis certamen propositi, ea lege, ut filia victori in matrimonium cederet, victus mortem subiret. Tredecim igitur victis, & occisis, Pelops Tantali filius Myrtilum ejus auriga pretio corrupit, ut axes infirmos, & fragiles currui subjungeret; quo facto Oenomaus una cum curru corruit, membrisque omnibus ea ruina collisis, mortuus est. Pelops iraque & conjugio, & Regno potitus, universam Cherronesum de nomine suo Peloponnesum appellavit. V. *Hygin. fab.* 84. *Stat. 1. Theb. v.* 274.

OEnomëli, iros, n. 4. οἰνόμελι, potio ex austero vino & melle composita, quam Latini mulsum appellant. Legitur hæc vox *l.* 9. *Dig. de trit. vino, vel al.*

OEnone, f. 1. *Nympha* Phrygia, quæ Paridem amavit, antequam ille Helenam raperet. Extat ejus nomine scripta ab *Ovid. Heroid.* 5. epistola ad ipsum Paridem. ¶ Est etiam hoc nomine insula Atticæ, alio nomine Ægina. *Pl. l.* 4. *c.* 12.

OEnophörum, *n.* אַשְׁיָשָׁה, vas vinarium ad ferenda vina aptum, ab οἶνος, vinum, & φέρω, porto. *Cic. 2. Fin. c.* 8. Quibus vinum diffusum e pleno fit oenophoro, ut ait *Lucilius*. In quibusdam MSS. legitur Inophorum, abjecta prima vocali græcæ diphtongi.

* OEnophörus, i, οἰνοφόρος, vinum ferens. Nomen statuæ Praxitelis apud *Plin. l.* 34. *c.* 8.

OEnopia, insula, quæ alio nomine Ægina dicitur. *Ov. 7. Met. v.* 472. Hinc

OEnopius, a, um, adject. ab Oenopia, ut Oenopii muri, apud *Ov. 7. Met. v.* 490.

OEnopolium, n. οἰνοπώλιον, taberna vinaria. *Plaut. Asin* 1. 3. 48. Cum a pistore panem petimus, vinum ex oenopolio.

OEnotria, f. 1. regio Italiæ inter Pæstum, & Tarentum, quæ patrem Lucaniæ, Bruttiorum, & Magnæ Græciæ complexa est, ita dicta ab Oenotro Rege, vel ab οἶνος, *vinum*, quod ibi generosum vinum provenit. ¶ Ipsa etiam Italia quondam Oenotria dicta est. V. *Oenotrius*.

OEnotrides, f. 3. Oenotriæ, duæ insulæ maris Tyrrheni, ante Veliam urb. exc. Lucaniæ, in ora, quarum una speciatim Pontia dicitur, altera Legia, & Iscia, seu Ischia. *Pl. l.* 3. *c.* 7.

OEnotrius, a, um, adj. ab Oenotria, & ponitur sæpe pro Italo. *Virg. 3. Æn. v.* 535. Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ; Oenotrii coluere viri: nunc fama, minores Italiam dixisse. *Id. 7. Æn. v.* 85. Oenotria tellus.

OEnotrus, a, um, adject. Oenotrius, ut Oenotri fines, *Sil. l.* 8. *v.* 221. Oenotræ oræ, *Id. l.* 13. *v.* 51.

OEnus, m. 2. Ænus, *Inn, In, Inne*, fl. Germaniæ, qui oritur ex monte *Bernina*, uno ex Alpibus, & Danubio miscetur. *Tac. 3. hist. c.* 5.

OEstrus, i, m. *tafano*, Germ. *eine grosse roßbremm*, Gal *tahon*, Hisp. *moscarda*, οἶστρος, insecti genus, quod a Latinis *asilus*, a vulgo *tabanus* vocatur. *Pl. l.* 11. *c.* 10. Nascuntur in extremis favis apes grandiores, quæ cæterasfugant: OEstrus vocatur hoc malum. *Virg. 3. Georg. v.* 148. Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem pluribus Alburnum voltrans, cui nomen asilo Romanum est, oestrum Graji vertere vocantes, asper acerba sonans, quo tota exterrita sylvis diffugiunt armenta. ¶ Metonymice sumitur pro furore. Causa est, quod huc animali juno in pellicem suam Io immisso eam in furorem convertit. Unde Poetæ divino furore correpti, oestro perciti dicuntur. *Stat. l. Theb. v.* 32. Tempus erit, cum lauriger tua fortior oestro facta canam.

* OEsus. V. Oenus.

OEsypum, n. οἴσυπον, οἴσυπος, οἰσύπη. pinguedo, & immundities hærens in ovium velleribus nondum purgatis, vel, ut *Vossius* definit, succus lanæ fordidæ, immunda que, qualis vel putrida est, vel odorem falsem putrefcentium habet: ab οἶς, ovis, & σήπομαι, putrefco. *Pl. l.* 29. *c.* 2. Quin ipsæ fordes pecudum, fudoreque feminum, & alarum adhærentes lanis (οὐτῦμον vocant) innumeros prope usus habent. *Ovid. Ibis ante v.* 213. Oesypa qui redolent, quamvis mirrantur Athenis, demptus ab immundæ vellere succus ovis?

OEta, æ, m. & f. Oete, es, *Monte Benino*, al. *Banina*, Οἴτη, mons Thessaliæ asperrimus, in Trachinia teg in Doridis confinio, in finum Maliacum, qui & Oetæus, desinens. Hic helleborum optimum provenit. In eo locus est Pyra dictus, in quo fe combussit Hercules. *Pl. l.* 25. *c.* 5. & *Liv. l.* 36. *c.* 15. Ejus meminere *Vir

la fum apud Pompejum hoc tempore, *sono in disgrazia. Cæsf. l. 1. c. 6.* Si quid offenſæ in cœna ſentit, vomere debet, Rurſus *Plin. l. 8. ep. 5.* Cum uxore ſine offenſa vivere. *h. e.* concorditer.

Offenſaculum, i, n. מכשול, *πρόσκομμα*, offendiculum, id, quod ponitur, ut aliquis in ipſum incidat, vel impingat. *Lact. de Opif. c. 1.* Quoniam adverſarius noſter offenſacula pedibus latenter opponit. Adde *Apul. l. 9. Met.* ¶ *Offenſaculum* per ſyncopen legitur apud *Prudent. in Apotheoſi v. 45.*

Offenſatio, onis, f. offenſaculum, offenſio, lapſus. *Pl. l. 28. c. 16.* Perniones ſubtriti, contuſive offenſatione. *Senec. l. 5. Benef. c. ult.* Offenſationes memoriæ labentis.

Offenſātor, oris, m. qui ſæpe offendit, ſeu in aliquid incurrit. *Quinc. l. 10. c. 3.* Ille qui excipit ſi tardior in ſcribendo, aut inertior in legendo, velut offenſator fuerit.

Offenſibilis, le, adject. qui offendit, *chi ſcappuccia*, ut offenſibilibus, & caducis greſſibus incedere, apud *Lactant. l. 4. c. 26.* Al. *Offenſilis.*

Offenſio, onis, f. *offenſione, offeſa*, מכשלה, נוף, אסא, Ger. *ſtraucheln, anſtoſſ*, Gal. *heurtement contre, offenſe*, Hiſ. *offenſa*, πτῶσμα, βλάβη, incurſus in aliquam rem. *Cic. 2. de Divin. 40.* Pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſtercinamenta erunt obſervanda. *Id. de Univ. c. 6.* Tornate aliquid, ut nihil aſperitatis habeat, nihil offentionis, *ninn' intoppo*. ¶ Translate ponitur pro læſione, damno, dolore, infimitate, in ſenſu paſſivo, *caduta, danno. Cic. de Sen.* In corpore agro odioſa eſt omnis offenſio. *Id. l. 16. Fam. ep. 10.* Graves ſolent offenſiones eſſe ex gravioribus morbis. *Id pro L. Man. c. 10.* Non offenſionibus belli, ſed victoriis. ¶ Frequenter accipitur pro invidia, ſeu odio, cui gratia, vel benevolentia opponitur. *Cic. pro Cluent.* Et invidiam, atque offenſionem ſe timere dicebat. *Id. pro Flac.* Hinc totum odium, hinc omnis offenſio. *Id. Ver. 3.* Offenſionem negligentiæ vitare. *Id. Verr. 2. c. 12.* Incurrere in odium offenſionemque populi. *Id. 1. Nat. Deor. c. 30.* In offenſionem alicujus cadere. *Id. 1. de Invent. c. 53.* Gravem offenſionem aliquem concitare. *Id. 4. Ver. c. 55.* Suſcipere invidiam, atque offenſionem apud populum, pecuniæ conciliandæ cauſa. *Plin. l. 29. c. 1.* Quod apud alios gratiam, apud alios offenſionem habet.

Offenſiuncula, æ, f. *offenſa picciola*, πτωσμάτιον, parva offenſio. *Cic. pro Planc. c. 21.* Vidit *M.* Plomem in illa ædilitate, offenſiuncula accepta, ſummos a P. R. eſſe honores adeptum. Adde *Fam. 13. ep. 1.*

Offenſo, as, a. 1. πρόσκρουω, frequ. ab *offendo. Liv. l. 25. c. 37.* Flere omnes repente, & offenſare capita. h. e. manibus percellere. *Lucr. l. 6. v. 1051* Cogitur igitur, pulſareque ſtuctu Terrea textra ſuo. *h. e.* verberare, quatere. *Quinc. l. 10. c. 7.* Non interlitentes, offenſatreſque, *non fermandoſi ad ogni terza parola.*

Offensor, ōris, m. qui offendit, ſeu lædit. *Arnob. l. 7. p. 226.* In gratiam ſuis cum offenſoribus redeant.

Offenſum, i, V. *Offenſus, a, um.*

Offenſus, us, m. 4. *Lucr. l. 4. v. 159.* Cogit hiebeſcere cum crebris offenſibus aer. h. e. crebro incurſu, ſeu occurſatione. *Id. l. 6. v. 322.* eodem ſenſu. Non igitur multis offenſibus in remorando Hæſitat. Et *Senec. ep. 107.* Per ejuſmodi offenſus emetiendum eſt *conſtagioſum* hoc iter, *per queſti intoppi.*

Offenſus, a, um, *offeſo*, נכשל אדם אשר נגף, מוקש, Germ. *geſtoſſen, verletzet*, Gal. *offenſé, bleſſé*, Hiſ. *ofendido*, βεβλαμμένος, læſus, part. ab offendor. *Ov. a. Faſt. v. 720.* Creditus offenſo procubuiſſe pede. *Cic. 5. Tuſc. c. 37.* Id propter alienum, & offenſam populi voluntarem malum eſt. ¶ Sæpe ſumitur pro invidioſo, inviſo, odioſo. *Cic. 5. Ver. c. 62.* O miſeram, atque invidioſam, offenſumque peacorum exſpa, atque indignitate Ordinem Senatorium. *Id. pro Cluent. c. 58.* Etiamſi is invidioſus, aut multis offenſus eſſe videatur. ¶ Item pro infenſo, & irato. *Planc. Cic. l. 10. Fam.* Si hominem offenſum mihi, conjunctum cum Rep. non ſubleva-ſſem. *Cic. Arr. l. 1. ep. 5.* Quem cum eſſe offenſionem arbitrarentur. *Nepos in Dion. c. 7.* Offenſa in eum militum voluntate. ¶ Offenſus, active pro eo qui lædit. *Cic. 1. de Inv. c. 48.* In ipſo (genere argumentationis) vitium erit, ſi falſum erit, ſi commune, ſi turpe, ſi offenſum &c. Et *cap. ſeq.* Offenſum eſt, quod eorum qui audiunt, voluntatem lædit, ut ſi quis &c.

Offerentia, æ, f. verbale ab offero. *Tert. l. 4. adverſ. Marcion. c. 24.* Conſidera cauſarum offerentiam.

Offĕro, es, obtuli, oblatum, a. anom. *offerire, mettere innanzi*, הקריב, העלות, Germ. *antragen, vortragen, anbieten*, Gal. *offrir, préſenter*, Hiſ. *ofrecer*, προσφέρω, proprie eſt exhibere, præſentare, obvium facere. *Cic. 3. de Orat.* Ipſi ſe offerent, & reſpondebunt non vocati. *Ter. Hec. 5. 3. 10.* Opportune te mihi offeris. *Id. Adelph. 3. 2. 24.* Obviam ſe alicui offerre. ¶ Interdum eſt inferre. *Cic. 3. Off.* Reginæ ſtuprum obtulit. Sic offerre injuriam alicui. *Ter. Hecyr. 5. 1.* Offerre mortem hoſtibus. *Cic. pro Sext.* ¶ Aliquando immittere. *Cic. pro Dom.* Domus ardebat in Palatio, non fortuito, ſed oblato incendio. ¶ Aliquando injicere. *Cic. ad Planc. l. 10. Fam.* Recitatis literis, oblata religio Cornuto eſt. Sic offerre metum. *Id. Fam. 15. ep. 1.* ¶ Aliquando opponere. *Cic. ad Brut. ep. 15.* Statim me obtuli Antonii ſceleri, atque dementiæ. ¶ Aliquando tradere, exponere. *Cic. in Off. l. 1. c. 24.* Temere ſe periculis offerre ſine cauſa. *Id. pro Sext. c. 28.* Offerre vitam ſuam in diſcrimen. *Id. Tuſc. 1. c. 15.* Offerre ſe ad mortem pro patria. ¶ Aliquando objicere. *Cic. de Amic. c. 28.* Ut ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. ¶ Aliquando polliceri, profiteri, deferre, ſponte dare. *Cicer. pro Roſc. Amer.* Obtulerunt hanc prædam Chryſogono. *Liv. l. 40. c. 23.* Operam offerre ultro alicui in omnia, *offibire.* Sic offerre beneficium, apud *Caſ. 6. B. G. c. 41.* Et offerre auxilium, *Cic. Ver. 6. c. 49.* occaſionem, *Id. pro Leg. Manil.* Jusjurandum offerre, hoc eſt ſiſtere ſe paratum ad jurandum, *Suet. de clar. Rhet. & Quinc. l. 5. c. 8.* ¶ *Ter. Adel. 5. 9. 21.* Dii tibi ſemper omnia optata offerant. h. e. quæ optas præſtent. *Cic. l. 2. ad Att. ep. 22.* Quod fors obtulerit, id agere, *ciocchè porta il caſo.*

Offertor, oris, m. qui offert. *Commodian. Inſtruct. 39.* Abel offertor mactatus a fratre.

Offercus, a, um, *πιαίνων*, plenus, pinguis, ab offercior. *Plaut. Aſin. 2. 2. 16.* Maximas opimitates, *gaudio* offertiſſimas pariet. *Id. Capt. 4. 1. 8.* Sine ſacris hæreditatem ſum aptus offertiſſimam. Optimi ramen codices utrobique habent *offertiſſimam.*

Offerumenta, æ, f. *ſtaffilata*, plaga, & vibex oblata, impreſſaque tergo, metaphorice ab *offerumentum*, quod dicitur de donariis, quæ in templorum parietibus hærent. *Plaut. Rud. 3. 4. 47.* Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo, quam ulla navis longa clavos.

Offermenta, orum, n. *ofrende*, donaria, quæ Dii offeruntur. *Feſt.*

Officialis, & le, שר עבודה, שר מעשי אשפות, quod ad officium pertinet. *Lact. l. 6. c. 11.* M. Tullius in ſuis officialibus, *hoc eſt*, libris. *Ulp. Dig. l. 38. tit. 1. leg. 6.* Fabriles operæ ad hæredes tranſeunt, officiales non tranſeunt, *h. e.* quæ officii cauſa præſtantur.

Officiālis, is, ſubſt. m. 3. miniſter Magiſtratus, שוטר, ὑπηρέτης, *Apul. l. 1. Met.* Ædilis jubet officialem ſuper inſuper piſces inſcendere, & pedibus ſuis totos obterere. *Inſcr. apud Gruter. p. 422. n. 7.* Officiales ejus (Conſulis) Provinciæ Aquitaniæ.

Officina, æ, f. *bottega*, חנות, בית אומן, בית חרש, Ger. *laden, kramladen*, Gal. *boutique*, Hiſ. *tienda*, ἐργαστήριον, locus, in quo artifices opera faciunt, ab officio, quod ex ob, & facio. Vel per Syncopen dicitur pro *opificina*. Differt ab apotheca, & taberna. Nam in officina ea fiunt, quæ poſt vel in apothecam deferuntur, ut ibi cuſtodiantur, vel in tabernam, ut vendantur. *Cic. 1. Off. c. 42.* Nec vero quicquam ingenuum poteſt habere officina. *Id. in Piſon.* Quid? illam armorum officinam ecquid recordaris? ¶ Transferur ad loca, in quibus artes ingenuæ traduntur. *Cic. 1. de Leg. c. 13.* Qui quaſi officinas inſtruxerunt ſapientiæ. *Id. de clar. Or. c. 8.* Cujus domus cunctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. *Id. pro Roſc. Amer. c. 46.* Officina nequitiæ, & diverſorium flagitiorum. ¶ Interdum officina fumirur pro taberna. *Suet. de Grammat. cap. 23.* Cum officinas promercalium veſtium exerceret. ¶ Item pro aviario. *Col. l. 8. c. 3.* Totius autem officinæ, ideſt ornithonis, tres continuæ extruuntur cellæ. *Et cap. 4.* Ut propter cibi ſpem gallinæ temporius ad officinam redeant. Adde *cap. 5.* ¶ *Plin. l. 11. c. 2.* In magnis corporibus facilis officina, ſequaci materia, fuit. *hoc eſt*, effectio, fabricatio.

Officinātor, oris, m. *bottegajo*, officinæ magiſter, faber, אבי החנות, ἐργαστηριάρχης. *Apul. l. 9. Met.* Forenſi negotio officinator noſter attentus, feriis nobis fecit. *Virg. l. 6. c. ult.* Cum ſubtiliter officinatoris probabitur exactio.

Officĭo, is, eci, ectum, n. 3. *nuocere*, הזיק, הרע, Germ. *ſchaden, ſchaden thun*, Gall. *nuire*, Hiſ. *danar*, βλάπτω. *Cic. 3. Offic. c. 16.* Quorum altitudo officeret auſpiciis. *Id. pro Roſc. Amer. c. 2.* Quoniam ei pecuniæ vita Sexti Roſcii obſtare, atque officere videbatur. *Liv. in præfat. l. 1.* Qui nomini officient meo, *ſcorerannò la mia fama. Id. l. 2. c. 2.* Ne libertati officeret. ¶ A veteribus accuſ. jungebatur. *Plaut. True. 2. 7. 52.* Jam hercle ego te hic affatim officiam. Al. leg. *conficiam.* ¶ Uſurpatur etiam impers. *Cic. 1. de Or.* Quod cuicumque particulæ cœli officeretur. ¶ Reperitur etiam paſſive. *Lucr. l. 2. v. 155.* Et extra officiuntur, uti cogantur tardius ire.

Officiōſe, adv. *officioſamente, corteſemente*, בנדבה, ἐπιμελῶς, cum officio. *Cic. de Amic. c. 22.* Quod officioſe, amice, & cum labore aliquo ſuo factum queant dicere. *Id. l. 6. Att. epiſt. 1. ad fin.* Officioſius fecit, quod &c. *Plin. l. 10. ep. 32.* Officioſiſſime venit ad me.

Officiōſitas, atis, *officioſità, corteſia. Sidon. carm. 23. v. 478.* Seu nos eximii ſimul tenebat Nectens officioſitas Marini.

Officiōſus, a, um, o. 1. *offizioſo, pronto a far piacere*, נדיב, Ger. *dienſtwillig, underdienſtig*, Gal. *officieux*, Hiſ. *officioſo*, ἐφετικός, qui libenter, vel probe officium, ſeu beneficium alicui exhibet, ſive qui obſequi alteri multum ſtudet. *Cic. 13. Fam. ep. 21.* Hominem prudentem, & officioſum cognoſces. *Id. pro Planc. c. 19.* Officioſa amicitia. *Id. pro Mil. c. 5.* Officioſi labores. *Id. 14. Fam. ep. 16.* Volumnia debuit in te officioſior eſſe, quam fuit. *Id. in Piſon. cap. 23.* Officioſiſſima natio candidatorum. ¶ Officioſus dolor a *Cic. 3. Tuſc. c. 28.* dicitur, qui cauſam habet, & pertinet ad officium ſapientis hominis. ¶ *Sen. l. 5. Controv. excerpt. in præfat.* Memini illum, cum libertinum reum defenderet, cui objiciebatur, quod patroni concubinus faiſſet, dixiſſe: Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſervo neceſſitas, in liberto officium. Res in jocos abiit: non facit mihi officium; &, multum ille, & hic in officiis verſatur: ex eo impudici, & obſceni alii quamdiu officioſi vocati ſunt. Hæc *Sen.* ¶ *Officioſus, i*, m. pro ſervo. *Patron. in Satyr. c. 92.* At ego ne veſtimenta quidem ab officioſo recepiſſem. *h. e.* a ſervo balneario, qui lavantium veſtimenta ſervabat.

* Officiperda, æ, & Officiperdus, i, m. qui officium, ſive beneficium perdit, item qui ſui laboris non habent remunerationem. *Cato in diſtich. l. 4. n. 43.* Gratior officiis, quo ſis mage carior, eſto, Ne nomen fubeas, quod dicitur Officiperdæ. V. *Gloſſ. Iſidor.*

Officium, n. 1. *offizio, quello, che ogni uno deve fare*, עבודה, פקודה, בן, נדבה, משפט, Ger. *ein amt, pflicht*, Gal. *office, devoir*, Hiſ. *oficio*, שׁ הַשִּׁכּוֹן, quod quiſque efficere debet, obſervata locorum, temporum, & perſonarum ratione. Unde in familia bene inſtituta dicimus, omnes in officio eſſe oportere, ideſt agere quæ debent. ¶ Per Syncopen dicitur pro opificium. *Cic. 3. Fin. c. 27.* Eſt autem officium, quod ita factum eſt, ut ejus probabilis ratio reddi poſſit. *Id. l. 14. Fam. ep. 1.* Si erunt in officio amici, pecunia non deerit. ¶ Officium duplex eſt, καθῆκον μέσον, ideſt officium medium, ſeu commune, inchoatum, & κατόρθωμα, ideſt officium rectum, ſeu perfectum. *Cic. 1. & 3. Off. 3. & 4. Fin.* ¶ Elegantiſſimæ ſunt hujus vocis locutiones. *Cic. 15. Fam. ep. 20.* Eſſe frequenter in officio. *h. e.* ſæpe in officio ſuo adimplendo verſari. *Id. 5. Fam. ep. 17.* Omnia officia amicitiæ diligenter, ſanctèque ſervare. *Id. Att. l. 3. ep. 15.* Exſequi officia. *Id. 3. Fam. ep. 8.* Fungi officio (quod *Terent. Heaut. 3. 3. 19.* fungi officium, dixit). *Id. Div. Verr. c. 14.* Satis facere officio. *Plin. l. 10. ep. 56.* Implere officii ſui partes. *Tac. 3. Ann. c. 49.* Manere in officio. *Plant. Trinum. 3. 2. 71.* Meminiſſe officium ſuum. Contra *Cic. 1. Off. c. 9.* Officium ſuum deſerere. *Et cap. 10.* Diſcedere ab officio. *Et Fam. 7. ep. 3.* Deeſſe officio ſuo. *Id. pro Syl. c. 20.* Vir ſingulari officio in Rempub. *h. e.* qui de Repub. optime eſt meritus. *Id. Ver. 3. c. 51.* Summo officio præditus homo, *h. e.* qui omnino id, quod decet, ſtrenue facit. *Suet. in Tiber. c. 11.* Officii duxit, exorare patrem, *ſchinò ſuo debito. ¶ Cic. 1. de Or. c. 31.* Oratoris officium eſt, dicere ad perſuadendum accommodate. ¶ Suprema officia. h. e. funera. *Tac. 5. Ann. c. 2.* ¶ Officium etiam dicitur, cum quis honoris cauſa alteri adeſt. *Juv. ſat. 2. v. 134.* Quæ cauſa officii? quid quæris? nubit amicus. *Plin. l. 1. ep. 9.* Officio togæ virilis interfui. ¶ Et quoniam proprium hominis officium eſt, alteri pro viribus prodeſſe, & benefacere, factum eſt, ut officium accipiatur pro beneficio. *Cic. de Amic. c. 20.* Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium. *Col. l. 2. cap. 15.* Licet filicem ſine injuria vicini, etiam cum officio, deridere. ¶ Quandoque pro obſequio, vel honore ſumitur. *Suet. in Caſ.* Aſſidentem conjurati ſpecie officii circumſteterunt. ¶ Magiſtratus quoque officium dicitur, quia jus, quod cuique debetur, reddit, vel quia populo opem fert, vel quia honoris gratia inſtituras eſt. *Suet. in Veſpaſ. c. 21.* Deinde perfectis epiſtolis, officiorumque omnium breviariis. *Plin. in Paneg. c. 91. de Præfectura æraris.* Nondum biennium compleveramus in officio laboriouſſimo, & maximo. Hinc illa *Jcti* rum, Cavere apud officium, deponere apud officium, &c. ¶ Sumitur etiam pro apparitore. *Hermog. l. 2. t. 2. l. 74.* Si juſſu judicis rei judicatæ pignus caprum per officium diſtrahatur. ¶ Item pro actis. *Paul. ſſ. l. 2. t. 4. l. 17.* Eum, pro quo quis apud officium cavit, exhibere cogitur. ¶ Item pro quovis munere. *Cæſ. lib. 3. B. C. c. 5.* Præerat Ægyptiis navibus Potæpejus, Aſiaticis Cœlius, Syriacis Caſſius; tori tamen officio maritimo Bibulus præpoſitus cuncta adminiſtrabat. ¶ *Officium* obſcœno ſenſu V. in *Officioſus.*

Offīgo, is, a. 3. idem ac figo, infigo. *Plaut. Moſt. 2. 1. 13.* Ut offigantur bis pedes, bis brachia. *Liv. l. 33. c. 5.* Denſos offigunt, implicantque ramos.

Offirmo. V. *Obfirmo.*

Offlecto, a. 3. προσκλίνω, circumflecto, vel contra flecto. *Plaut. Rud. 4. 3. 74.* At ego hinc offlectam navem, ne quo abeas.

Offŏco, as, a. 1. *ſtrangelare*, ſuffoco. *Flor. l. 2. c. 11.* Cum offocandas invicem fauces præbuiſſent. Al. leg. *effocandas.* ¶ *Feſtus* hoc verbum ita exponit, ut ſignificet aquam in fauces ad ſorbendum exipere.

Offrenātus, a, um, nom. ex partic. frenatus. *Plaut. Capt. 3. 5. 96.* Ut offrenatum me ſuis ductarent dolis. *Apul. Apol.* Juvenis novæ nuptæ illecebris offrenatus.

Offringo, is, a. 3. πρόσκλάω, quod fractum eſt, contrario modo frango. *Feſt.* Offringi terra dicitur, quando iterum transverſo ſulco aratur. *Var. l. 1. de R. R. c. 29.* Rurſum terram cum primum arant, proſcindere appellant, cum iterum, offringere dicunt, &c.

Offucia, æ, fœm. 1. *belletto*, צוף, πτερόφρυσις, idem quod fucus, quo mulieres faciei candorem inducunt, aut ruborem. *Plaut. Moſt. 1. 3. 107.* Neque ceruſſam, neque melinum, neque aliam illam offuciam. ¶ Per Metaphoram accipitur pro fallacia, vel techna. *Gel. l. 14. c. 1.* Sed id præſtigiarum, atque offuciarum genus. *Plaut. Capt. 3. 4. 123.* Stolido mihi os ſublevere offuciis.

Offūco, as, aquam in fauces ad ſorbendum dare. *Feſt.*

* Offūdas, fallacias. *Paul. ex Feſt.* al. *offucias.*

Offūla, læ, f. dimin. parva offa, ζωμίδιον. *Col. l. 12. c. 53. de falſura carnis ſuilla.*

Offulæ carnis ſpiſſæ componuntur, & ſal ingeritur. Adde *Var. l. 2. R. R. c. 4.*

Offulcio, is, lſi, ltum, a. 4. infulcio, inculco. *Apul. l. 1. Met.* Vulnus, qua maxime patebat, ſpongia offulciens. *Id. l. 4.* Multis laciniis offulto vulnere.

Offulgĕo, *vel* Offulgeo, es, lſi, lſum, n. 2. idem ac fulgeo. *Sil. l. 13. v. 114.* Offulſit omen. *Virg. 9. Æn. v. 731.* nova lux oculis offulget. Verum utrobique alii aliter.

* Offulto. V. Offulcio.

Offundo, is, udi, uſum, a. 3. *gittar d' intorno*, שפך, Ger. *begieſſen, ausſchütten*, Gall. *répandre à l'entour*, Hiſ. *derramar en rededor*, κατακέω, circumfundo, aſpergo. *Cic. 4. Acad. c. 25.* Aer craſſus nobis offundatur. *Sen. epiſt. 11.* Offunditur illi ſubitus rubor. ¶ Translate dicitur de caligine, nocte, tenebris, pro obtenebrare, obſcurare. *Cicer. 5. Fin. c. 14.* Obſcuratur, & offunditur luce Solis tumen lucernæ. *Id. 1. de nat. Deor. c. 3.* Et quaſi noctem quamdam rebus offunderet. *Id. 5. Tuſc.* Hic error, & doctorum animis offuſa caligo eſt. *Idem pro Roſc.* Tamquam ſi offuſa Reip. ſempiterna nox eſſet. *Liv. l. 34. c. 6.* Offundere errorem alicui. ¶ Offundere pavorem pro injicere. *Idem l. 10. c. 5.* Incompoſitis ſubitum pavorem offundit.

Offuſco. V. *Obfuſco.*

Offuſus, a, um, o. 1. 2. πεφυκυῖας, ſparſus, partic. ab offundor. *Liv. lib. 2. c. 40.* Nec in Sacerdotibus tanta offuſa oculis, animoque religione motus eſſet. *Tac. Ann. 12. c. 31.* Pavore offuſus. *Cic. pro Dom.* Offuſæ tenebræ. V. *Offundo.*

O A N T E G.

* Ogdŏas, adis, f. *ottonaria*, שמונה, ὀγδοάς, octonarius numerus. *Tert. Hieron. &c.*

Oggannĭo. V. *Obgannio.*

Oggĕro, is, eſſi, ſtum, *αντιφέρω*, intendo, ſeu injicio, apud ver. *Plaut. Ciſt. 1. 1. 72.* Amarum ad facietatem uſque oggerit. *Id. Trucul. 1. 2. 8.* Oggerere ofculum.

Oggraſſor, d. 1. incedo. *Plaut. Capt.* Nili cum pedicis didiciſtis oggraſſari gradu. Itaquidam Lexicographi. Nos in Plauto hujuſmodi verba invenire non poſſumus.

Ogўges, is, & i, Ω'γύγης, Thebanorum Rex, qui Thebas Bœotias ædificavit, circiter mille, & quingentis annis ante Urbem conditam. Sub hoc Rege fuit diluvium, teſte *Auguſt. de Civ. Dei, l. 18. c. 8.* & *Var. l. 3. R. R. c. 1.* non illud univerſale, quod Noe temporibus contigiſſe ſacræ Literæ teſtantur, ſed tamen majus eo, quod Deucalionis ſæculo bonam terræ partem inundavit.

Ogygĭa, f. 1. ὠγυγία, Bœotia, aut Thebana regio, imo etiam Attica, ab Ogyge Rege. ¶ Ogygia item, quæ & Calypſus, inſ. parva maris Auſonii, Magnæ Græciæ, ante Lacinium promt. dicta ab Ogyge Thebanorum Rege, ubi Ulyſſes a Calypſo Nympha hoſpitio exceptus eſt. *Pl. l. 3. c. 15.*

Ogygĭdæ, arum, m. Thebani. *Stat. 2. Theb. v. 586.* denſi glomerantur in unum Ogygidæ, firmantque gradum.

Ogygĭus, a, um, ad Ogygem ſpectans, Thebanus, *Auct. carm. de Æina, verſ. 569.* Ogygiis circumdata mœnia Thebis. *Ov. Heroid. ep. 10. v. 48.* Qualis ab Ogygio concita Bacchа Deo. *h. e.* Baccho, qui a Thebanis præcipue cultus fuit.

O A N T E H.

Oh, *oh*, אי, interjectio, qua ttimur, ubi ex intervallo notos videmus, Comicis uſitata. Non eſt facta ex *ohe*, vel *oho*, ut quidam putant, cum diverſa harum interjectionum vis ſit. *Ter. Adelph. 5. 6. 3.* Oh, qui vocare? Eſt etiam admirantis cum contemptu quodam. *Ter. Andr. 3. 5. 12.* Oh, tibi ego ut credam furciſer? ¶ Aliquando affirmantis cum quadam certitudine. *Ter. Eun.* Oh, qui egomet produxi. ¶ Aliquando dolentis, & reprehendentis. *Ter. Heaut. 5. 1. 8.* Oh, iniquus es, qui me tanta poſtules. ¶ Aliquando dolentis, & deprehenſi. *Plaut. Caſ. act. 1. 19.* Oh perii, manifeſto teneor miſer. ¶ Aliquando exultantis ob rem bene geſtam. *Plaut. Moſt. 1. 3. 85.* Oh, probus homo ſum. ¶ Oh, oh, exultantis eſt. *Plaut. Moſt. 1. 4. 12.* Oh, oh, ocellus es meus, tuus ſum alumnus. Alii leg. *ohoho* conjunctim. Alii *oh* tantum. ¶ Oh, oh, oh, ejulantis eſt. *Plaut. Caſ. 2. 1. 6.* Oh, oh, oh. *L.* Ejulatione haud opus eſt.

Ohe, *ohĕ*, ἄλις, interjectio exclamantis, qua ſatietatem uſque ad faſtidium deſignat, & jubet modum imponere. *Matt. l. 4. ſpect. ult.* Ohe, jam ſatis eſt, ohe libelle.

Oho, interjectio admirantis aliquid fieri repente. *Plaut. Pœn. 1. 2. 51.* Oho, amabo, quid illuc nunc properas? ¶ Aliquando agnoſcentis cum gaudio. *Plaut. Pſeud. 4. 2. 32.* Oho. Polymachæroplacides purus purus eſt ipſus.

Ohoho. V. Oh.

O A N T E I.

Oïĕus, per tres ſyllabas, m. 2. οἰάδης, Locrorum Rex, pater Ajacis. Hinc ipſe Ajax Oïleus dicitur. *Virg. 1. Æneid. v. 45.* Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei. *Ovid. 12. Metam. v. 622.* Non audet Oïleos Ajax. Alii leg. *Oileus*, ut verſus ſpondaicus ſit.

* Oïlĭades, æ, m. οἰλιάδης. Ajax Oilei filius. *Sil. l. 14. v. 479.* al. *Oilides.*

Oïlĭdes, æ, patron. filius Oilei. *Propert. l. 4. eleg. 1. v. 117.* Victor Oilide, rape nunc, & dilige varem.

O A N T E L.

Olax, acis, adject. olidus, odorem emittens. *Mart. Capel. l. 1. pag. 21.* Olacis temeti mador. *Id. l. 2. pag. 36.* Olax acerra.

Olbĭa, æ, urbs Galliæ Narbonenſis, *Hyeres. Pompon. Mela l. 2. c. 5.* ¶ Item oppidum Pamphiliæ. *Plin. l. 2. c. 27.* ¶ Item Sarmatiæ ad Boryſthenem. *Id. l. 4. c. 11.* ¶ Item Bithyniæ. *Mela l. 1. c. 19.*

Olbiānus, a, um, adj. ab Olbia, ut Olbianus ſinus. *Mela l. 1. c. 19.*

Olbiopŏlis, urbs ad Boryſthenem ſita. *Pl. l. 4. c. 12.*

* Olca, æ, f. gemma quædam apud *Pl. l. 37. c. 10.* ut leg. Hard. al. *orca.*

Olĕa, æ, f. *olivo*, & *oliva*, זית, Ger. *ein oelbaum, oliven*, Gal. *olivier*, Hiſ. *oliva*, ἐλαία, arbor, quæ olivam producit, quaſi *elea*, a Græca voce allata, ut *oleum* ab ἔλαιον. *Cic. 2. de Div. c. 6.* Agricola cum florem oleæ videt, baccam quoque ſe viſurum putat. *Ov. 4. Faſt. v. 731.* Ure mares oleas, redamque, herbaſque Sabinas. ¶ Sumitur interdum pro oleæ fructu. *Var. l. 1. R. R. c. 24.* In agro craſſo olea conditaneam ferere. *Hor. l. 2. ep. 1. v. 31.* Nil intra eſt oleam, nil extrà eſt in ſcam nuce duri. Quod proverbium eſt ufurpatum in eos, qui contenſio negant, & manifeſto falſa pro veris affirmant: nam & olea interius, & nux exterius partem ſui habet, quamvis habeat. ¶ *Oleabus* in dativo plur. pro *oleis* dixit *Gellius hiſtoricus*, teſte *Chariſ. l. 1. pag. 40.* ſed non eſt imitandus.

Oleăcus, a, um, *ſimile all' olivo*, ἐλαϊνος, quod eſt ſimile oleæ. *Pl. l. 35. c. 15.* Ginginitur & pingue, liquoriſque oleaceæ. *Id. l. 21. c. 4.* Folia oleacea.

Oleāginĕus, a, um, idem ac oleaginus, *Var. l. 1. de R. R. c. 40.* Demum in oleagineis ſeminibus arborum. *Gel. l. 5. c. 6.* Corona oleagina.

Oleāginus, a, um, *d' olivo*, ἐλαιώδης, quod eſt ex olea arbore, ut *faginus* ex *fago*. *Virg. 2. Georg. v. 33.* Tinditur e ficco radix oleagina ligno. ¶ Dicitur etiam oleaginum, quod eſt coloris olei. *Pl. l. 37. c. 5.* Poſt eos autem cerini, ac deinde oleaginei.

Oleāmen, inis, & Oleamentum, i, n. voces a *Scribon. Larg. compoſit. 222. & 269.* uſurpatæ, quibus ſignificatur aliquid ex oleo factum, verb. grat. unguentum.

Oleārius, & re, o. 3. *ciò che appartiene ad olio*, ἐλαιηρός, quod ad oleum pertinet. *Pl. l. 34. c. 14.* Quippe cum in exacuendo oleares cotes, & aquatiæ æque differant, ideſt quæ oleo aſpergantur, qualibus nruntur tonſores.

Oleārius, a, um, quod ad oleum pertinet. *Col. l. 2.* in vaſis oleariis, falſamentariiſque. *Cic. in Top. c. 3.* Olearia cella.

Oleārius, ii, m. *oliandolo*, ἐλαιοπώλης, qui oleum facit, vel vendit. *Col. l. 12. c. 50.* Diligentes olearii baccam integram prælo non ſubjicunt. *Plaut. Capt. 3. 1. 29.* Omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearii.

Oleāros, i, f. *Quinimio*, inſula, una Cycladum. *Virg. 3. Æn. verſ. 127.* Olearon, niveamque Paron. *Evythraus in Indic. Virg.* contendit *Oliaros* legendum; nam græce ὀλίαρος eſt apud *Steph.* & *Strab.*

Oleaſtellus, li, m. 2. χαμαίκλαδος, frutex exiguus, ſurculoſus, foliis oleæ. *Col. l. 12. c. 49.* Olea Calabrica, quam quidam propter ſimilitudinem oleaſtellum vocant.

Oleaſter, ſtri, m. 2. *olivo ſelvatico*, ἀγριελαία, olea ſylveſtris. Gl. Phil. *Oleaſter*, ἀγριελαία. *Virg. 2. Georg. v. 182.* Indicio eſt tractus ſurgens oleaſter eodem plurimus.

Oleārus, a, um, o. 1. ἐλαΐς, cum oleo factus, ut Pultes oleatæ, apud *Cæl. Aurel. Acut. 2. c. 37.*

Oleĭtas, atis, f. 3. tempus legendarum olivarum, vel ipſa oleæum collectio. *Cat. de R. R. c. 68.* Ubi vindemia, & oleitas facta erit.

Olenĭdes, æ, patron. Oleni filius, apud *Val. Flac. l. 3. v. 204.*

Olenius, a, um, quod ad Olenum urb. ſpectat, ut Capella Olenia, Capra Amalthea, quam Jovi lac præbuiſſe fabulantur, & inter aſtra eſſe locatam, quod circa Olenum urb. Bœotiæ & nata dicatur, & nutrita. *Ov. 5. Faſt. v. 113.* Naſcitur Olenia fidus pluviale capellæ. *Et v. 25.* Oleniis flos emiſſus ab arvis.

* Olens, entis, *odoroſo*, ὀδώδης, odoratus. *Ov. Ster. Juven.* ¶ Pro male olente. *Plaut. Men. 5. 2. 111.* Canonem olentem. *Hor. l. 1. od. 17. v. 7.* olentis uxoris mariti, *h. e.* hirci.

Olentĭa, æ, f. odor. *Tert. l. 2. adv. Marc. c. 21.* Suavis olentia gratiæ.

Olentĭca, orum, loca mali odoris. *Feſt.*

Olenticĕtum, i, n. Rerquilinium, *Apul. in Apol.* Semper in olenficetis ſuis jacet.

Olēnus, i, m. *Chaminiza*, oppidum Achajæ, ubi ferunt Jovem lacte capræ Amalthææ enutritum. *Plin. l. 4. c. 5.* ¶ Fuit & hoc nomine vir quidam, qui propter ſuperbiam in lapidem mutatus fuit. *Ovid. Met. 10. v. 69.* ¶ Item celeberrimus Hetruriæ vates, *Pl. l. 28. c. 2.*

Oleo, es, lui, itum (& evi, etum in quibuſdam compoſitis) n. 2. *aver odore*, נתן ריח, Ger. *riechen, einen geruch geben*, Gal. *rendre odeur*, Hiſ. *oler*, שׁוּ, odorem ſpiro, & emitto. Eſt verbum medium, quod & in bonam, & in malam partem accipi poteſt. Nam bene oleré, & male oleré dicimus. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. Arr. l. 2. ep. 1.* Ideo bene oleo, quod nihil olebant, videbantur. *Id. 4. Tuſc.* Male olet omne cœnum. *Pl. l. 27. c. 6.* Roſa recens a longinquo oler. ¶ Vel cum accuſ. *Cic. 3. de Or.* Ceram, quam quod crocum olet unguentum, magis laudari. ¶ Vel cum ablat. *Propert. l. 4. eleg. 7. v. 32.* Cur nardo flammæ non oluere meæ? ¶ Interdum oleo ſimpliciter notat male olere. *Horat. epod. 10.* Mala ſoluta navis exit alite ſerens olentem Mævium. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Cic. 1. de nat. Deor.*

Nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem diſciplinis. *Id. pro Roſc. Com. c. 7.* Nonne ipſum caput, & ſupercilia illa peritus abeſſe olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? *Plaut. Aulul. 2. 2. 39.* Olet huic aurum. *h. e.* hic auri odorem ſentit; aurum cupit. ¶ Olim hoc verbum in tertia conjugat. ufurpatum fuit. *Pomp.* apud *Non. c. 2. n. 603.* Meæ male olant manus. *Plaut. in fragment.* apud *Diomed. l. 1. pag. 378. Puſ

Olivum, i, n. oleum ex olivis expressum. *Virg. 2. Georg. v. 466.* Liquidi corrumpitur usus olivi. *Hor. l. 1. sat. 6. v. 123.* Ungor olivo. *Id. l. 1. od. 8.* Cur olivum sanguine viperino cautius vitatur? *h. e.* cur vitat palæstram? nam in palæstra se exercentes olivo ungebantur.

Olla, æ, f. κύθρα, κάλη, יורי, genus vasis, ab antiquo *aula*, mutato *au* in *o* ut *codex* a *caudex*. *Col. l. 12. c. 43.* Momendus erit, ne bibulas, aut male coctas ollas emat. *Id. l. 8. c. 8.* Pulli fictilibus ollis condantur. *Plaut. Captiv. 4. 4. 8.* Ollas, calicemque omnes confregit.

Ollar, ris, n. olla operculum. *Var. l. 3. R. R. c. 15.* Cum ollar impositum est. Ita legit *Scalig.* Alii *cum cumulatim impositus est.*

Ollaria, æ, f. temperatura æris: *Plin. l. 34. c. 9.* Novissima est, quæ vocatur ollaria, vasa nomen hoc dante, ternis, aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis.

Ollāris, re, o. κυθρίζος, quod ad ollam pertinet, ut Ollares uvæ, quæ in ollis fictilibus conduntur, de quibus *Col. l. 12. c. 43. Martial. l. 7. epigr. 19.* Illic & uvæ collocantur ollares.

Ollarium, ii, n. Ollaria sunt loculi ad mortuorum cineres asservandas. *Inscripe.* apud *Gruter. pag. 935. n. 9.* Maceriam, & ollaria libertis, libertabusque suis fecit. V. etiam apud *Fabret.* plura *pag. 13.*

Ollīe pro illic. *Paulus* apud *Fest.*

Olliciula, æ, f. ollula. *Theodor. Prisc. in l. de Phisi. scient.*

Ollula, æ, f. κύθριον, parva olla. *Var. l. 1. R. R. c. 54.* Inde in ollulas addatur.

Ollus, a, um, adj. antiq. pro ille. *Var. l. 6. de L. L. c. 3.* In comitiis cum recitatur, a præcone dicitur, olla centuria, non illa: in funeribus indictivis cum dicitur, ollus letho datus &c. *Virg. Æn. l. 11. v. 258.* Olli subridens hominum fator. *Lucr. l. 6. v. 207.* Flammeus est pierumque color, & splendidus ollis.

Olo, is, V. Oleo.

Oloes. *Fest.* Ab oloes dicebant, pro ab illis.

Ololygŏnes, um, m. pl. ὀλολυγόνες, canarum quædam ululatus similem vocem edentes. *Plin. l. 11. c. 37. Hard.*

Olor, o, is, m. *cigno*, Ger. *ein schwan*, Gal. *cigne*, His. *cisne*, κύκνος, cycnus, avis est alba, ansere major, voce arguta. Varias de hujus vocis cymologia opiniones habes apud *Voss. in Etym.* ¶ Poetæ dicunt olores moribundos suavissimum cantum edere. *Ov. Heroid. ep. 7. v. 1.* Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis, Ad vada Mæandri concinit albus olor. *Plin.* tamen *l. 10. c. 23.* id negat. ¶ Est etiam idem ac odor, ab *oleo*: cum hoc tamen discrimine, quod *odor* fere de bono, *olor* de malo odore usurpatur. *Arnob. l. 2. pag. 83.* Amara sunt elementa, vel dulcia; odoris sunt alicujus, vel oloris.

Oloriffer, a, um, adj. *Claudian. in ep. ad Serenam, v. 12.* Cycnus oloriferi venit ab amne Padi. *h. e.* ubi plures olores habitant.

Olorinus, a, um, quod ad olorem spectat, ut Color olorinus, ideft candidus. *Plin. l. 37. c. 10.* Gallidanem Medi mittunt coloris olorini. *Virg. 10. Æn. vers. 187.* Olorinæ pennæ.

Oloſtræ, arum, m. Indorum gens, *Lucan. l. 3. v. 249.* Tum furor extremos movit Romanus Oloſtras. Adde *Pl. l. 6. c. 20.*

Olvatſum, Anciſius Labeo ait ede mensuræ genus. *Paul. ex Feſto.* Censet *Scaligerus* legendum *olusatrum*, & interpretationem corruptam esse. Alii *olvarium* retinent, & esse aiunt quod in olla coctum est, ut *refusatum* apud *Varronem*, quod in testa, seu sub testa.

Olus, eris, n. *ortaglio, ogni erba buona da mangiare*, יָרָק, דֶּשֶׁא, עֵשֶׂב, Ger. *allerley gartenkrauß gekocht zu essen*, Gal. *herbe potagere, herbe à manger*, His. *hortaliza*, λάχανον, omnis herba sativa, quæ in usu cibario est. In veter. libris legitur & *holus* cum aspiratione. *Hor. l. 1. ep. 5.* Nec modica cœnare times olus omne patella. *Plaut. Caſ. 3. 2. 29.* Profecto hercle non fuit quicquam olerum. ¶ Per Synecdochen ponitur pro tenui, & quotidiano victu. *Hor. 2. sat. 7. v. 30.* Sinusquam ęs forte vocatus ad cœnam, laudas fecurium olus. *h. e.* dicis, nihil esse melius, quam parce, & continenter domi vivere. ¶ Per antonomasiam olus aliquando de brassica dicitur. *Pl. l. 27. c. 12.* Anagyros (*herba*) fruticifera est, gravis odore, flore oleris. *Var. R. R. l. 1. c. 16* Vitis adita ad olus. V. ibi *Scalig.*

Oluſtrum, i, n. (quod & *aurum olus* dicitur a *Col. l. 11. c. 3.*) herba est, foliis subnigris, quæ a Græcorum nonnullis ἐπιποσέλινον; ab aliis σμύρνιον; dicitur. In genitivo habet *olusſtri*, & *oluſtri*: *Pll. l. 19. c. 2.* Libanotis radicem habet olustri.

Oluſculum, n. a. λαχανάριον, dim. ab *olus. Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Lanciibus, & splendidissimis caniſtris oluſculis non soles pascere.

Olympia, æ, f. Ὀλυμπία, Olympia Pisa, *Langanico*, Ὀλύμπια, urbs Elidis, in Peloponneso, in prov. *Belvedere* dicta, ad Alpheum fl. Ab hac urbe sesquimilliario fuit celeberrimum templum Jovis, ubi ludi Olympici, sive Olympiaci celebrabantur. *Pl. l. 2. c. 103.* & *l. 5. c. 6.*

Olympia, orum, n. 2. τὰ Ὀλύμπια, gymnicum certamen, seu ludi, qui in honorem Jovis Olympici apud Olympiam urb. Elidis celebrabantur. Instituti sunt ab Hercule, Augia Elidis Tyranno superato, repurgatoque ejus stabulo, ut Græca juventus se ſe exerceret cæstibus, cursu, saltu, disco, & palæstra. Alii scribant, Olympia instituta fuisse a Pelope, verum ab Atreo, & Hercule fuisse instaurata. Fiebant quinto quoque anno ineunte, vel, ut Lycophronis interpres asserit, quinquagesimo mense. Huic certamini quinto die finis imponebatur, & victor oleastro, vel, ut Aristoteli placet, olea coronabatur, tantumque ei honoris habebatur, ut non per portas urbis, sed per quinas murorum sublimis in curru in patriam reveheretur. *Cic. de Cl. Or. c. 69.* Pugiles exercitati pugnos, & plagas Olympiorum cupidi fere possunt. *Id. 2. de Divc. 70.* Cursor ad Olympia proficisci cogitans. *Hor. l. 1. ep. 1. v. 50.* magna coronari Olympia. *h. e.* in Olympiis.

Olympiăcus, a, um, quod ad Olympia spectat. *Auct. ad Her. l. 4. c. 3.* Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum.

Olympias, adis, f. Ὀλυμπιάς, spatium annorum quatuor, ideſt, ut Lycophronis Interpres tradit; quinquaginta mensium, ex eo ita dictum, quod juxta Olympiam Elidis urbem quinto quoque anno ineunte fierent certamina gymnica in honorem Jovis Olympii. Græci enim tempora per Olympiadas supputare cœperunt, ita numerantes: Olympiadis primæ, aut secundæ, aut centesimæ anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atque ut Consules, ita & in Olympiis victores *iterum*, & *tertium* dicebantur. *Quid. 4. de Pont. ep. 6. v. 5.* In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est. ¶ Est hoc nomine ventus flans in Eubœa. *Pl. l. 17. c. 24.*

Olympias, adis, f. filia Neoptolemi Regis Molossorum, uxor Philippi Regis Macedoniæ, mater Alexandri Magni: *Justin. l. 9. c. 7.* ¶ Olympiades dictæ sunt etiam Musæ, quia Olympum colere credebantur. *Enn.* apud *Var. l. 6. de L. L. c. 2. a med.* ipse *Varro l. 3. R. R. c. 16.* & *Pompon. Mela l. 2. c. 3.*

Olympĭcus, a, um, Ὀλυμπικός, quod ad Olympia spectat. *Horat. l. 1. od. 1.* Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum collegisse juvat.

Olympionīces, m. 1. Ὀλυμπιονίκης, qui in Olympiaco certamine victor evasit, ab Olympia, & νίκη, *victoria*. *Cic. pro Flacc. c. 23.* Quid, si etiam occisus est a piratis Adramitenus homo nobilis, cujus est fere nobis omnibus nomen auditum, Acinas pugil Olympionices? Hoc est apud Græcos, quoniam de eorum gravitate dicimus, prope majus, & glorioſius, quam Romæ, triumphasse. Adde *1. Tusc. c. 46.*

Olympionĭcus, a, um, adj. *Cel. l. 3. c. 9.* Nos quoque pari ratione velut olympionicarum equarum, ita feracissimarum aminearum feminibus &c. *h. e.* quæ in olympiacis certaminibus decurrerunt.

Olympius, in 2. Ὀλύμπιος, Mysius tibicen, & poeta melicus, & elegiacus, Myrtyæ Satyri discipulus, qui citharæ legem dedit, modosque pulsandi reperit, & docuit. Floruit ante bellum Trojanum. Ab hoc & monte in Mysia nomen accepit. *Ov. 6. Fast.* ¶ Fuit item Sius junior e Phrygia tibicen, tempore Mydæ Regis. *Suid.* ¶ Præter hos fuit & Olympius Nemesianus, qui, ut ait *Vopiscus in vita Numeriani, c. 1.* scripsit *Halieutica, Cynegetica, Nautica.*

Olympius, a, um, adj. ab Olympo, Ὀλύμπιος, ut Olympius Jupiter, apud *Cicer. 2. Tuſcul. c. 17.* Qui templum prope Olympiam habuit, teste *Plin. l. 4. c. 5.* ¶ *Labeate. l. 1. c. 13.* scribit, Jovem Olympium dici, quod maximam vitæ partem in Olympo monte transegerit.

Olympus, i, m. *Olimpo, Lacha*, Ὄλυμπος, mons Thessaliæ, Ossæ, & Pelio attiguus, qui Pieriam reg. Macedoniæ attingit, & Thessaliam a Macedonia dirimit adeo excelsus, ut nubes transgrediatur, & passim apud Poetas pro cœlo accipiatur, ita dictus, quasi ἄνω λαμπρός, h. e. totus fulgidus; quia Solem clarum habet, nullisque unquam nubibus vertice obfuscatur. *Virg. 2. Æn. v. 779.* Superi regnator Olympi. *Lucan. l. 2. v. 269.* nubes excedit Olympus. ¶ Scribit *Apul. de Mundo sub fin.* Olympum dici non omne Cœlum, sed altissimam & purissimam Cœli partem, eamque splendidissimam, ibique Deorum sedem esse. Huc faciunt illa *Senecæ* verba *in Apocolocynt.* Placet, eum cœlo intra dies triginta excedere, Olympo intra diem regium. ¶ Est prærerea Olympus mons Mysiæ in Asia, Idæ proximus. Item Lyciæ juxta urbem cognominem. Item Cypri, in Lesbo, in Lydia, in Rhodo, &c. quos omnes refert *Pl.* variis in locis.

Olynthus, i. 2. Olinthos, *Olinto*, Ὄλυνθος, urbs Macedoniæ, seu Thraciæ, in Sithonia reg. quondam maxima, inter Athon M. & Fallenen urb. *Cic. Ver. 3. c. 21. Curt. l. 8. c. 6.*

* Olyra, æ, f. ὄλυρα, genus frumenti. *Plin. l. 18. c. 10. l. 22. c. 25.* Quidam putant esse *scandelam.*

Olyssipo, vel Ulyssippo, onis, f. *Lisbona*, Ulyssis civitas, in Lusitania, olim municipium Romanorum, teste *Pl. l. 4. c. 22.*

O ANTE M.

Omāsum, n. 2. *budel genisle*, קֹרֶב, Ger. *der feister darm, klobdarm genendt*, Gal. *le gras boyau*, His. *tripa gruessa*, ἔκτερος, crassior, pinguiorque ventriculi pars, sive, ut alii dicunt, crassius, & pinguius intestinum, quod nonnulli bubulum esse credunt, apud veteres in mensarum deliciis habitum. *Hor. l. 1. ep. 15. v. 34.* patinas cœnabat omasi, Villis & agnini. *Pl. l. 8. c. 45.* Qui concubino procaci, omasum edisse se, negante, bovem occiderit.

Ombria, f. 1. ὄμβρια, gemmæ species, quam nonnulli notiam vocant, quæ cum imbribus, & fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum ceraunia, & brontia, & eumdem, quem illæ, effectum habet. *Pl. l. ult. c. 19.*

Omen, inis, n. *augurio*, נַחַשׁ, Germ. *vorbedeutung, zeigen, gluckwunschung*, Gal. *augure*, His. *agüero*, οἰωνός, proprie est augurium; quod hominum ore fit, ut explicat *Cic. 1. Div. c. 45.* sed accipitur etiam pro quovis auspicio, & augurio. *Cic. loc. cit.* Neque solum Deorum voces Pythagoræi observaverunt, sed etiam hominum; quæ vocant omina; quæ quia valere censebant majores nostri, idcirco omnibus erebis agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. *Id. Phil. 11. c. 5.* Hoc detestabile omen avertat Jupiter. *Id. de Aruſp. resp. c. 20.* Quod Dii omen obruant. *Virg. 2. Æn. v. 178.* Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis, Omina ni repetant Argis. *Ov. 5. Met. v. 550.* Bubo dirum omen mortalibus. *Tac. 2. hiſt. c. 74.* Fausta Vitellio omina precantem. Sic dicimus omen accipere, *Cic. 1. Div. c. 46.* Cum bonis ominibus aliquid incipere, *Liv. in præf. l. 1. in fin.* Secundo omine exire. *Hor. l. 3. od. 11.* &c.

Omentātus, a, um, ἐπιπλώδης, quod est omento fartum. *Apicius l. 2. c. 1.* Isicia omentata, pulpam concisam teras.

Omentum, ti, n. *omento, rete*, חֹתֶר, ἐπίπλοον, vel ἐπίπλοον, membrana tenuis, & pinguis, qua integuntur ventris intestina. *Pl. l. 11. c. 37.* Ventriculus, atque intestina pingui, ac tenui omento integuntur. ¶ Pro membrana cerebri usurpatur a *Macrob. l. 7. Sat. c. 9.* ¶ Usurpatur & de ipsis intestinis. *Juv. Sat. 13. v. 117.* In cathone tuo charta pia thura soluta Ponimus, & viruli fœtum jecur, albaque porci omenta. Adde *Pers. sat. 2. v. 46.*

Ometis, idis, f. *Ovid. 3. de art. amand. v. 273.* Conveniunt tenues scapulis ometides altis. h. e. humerales fasciæ, ab ὦμος, *humeri.* Ita legit & exponit *Turnebus.* V. *Anclectides.*

Ominatio, onis, f. actus ominandi, omen, *Fest. seu potius Paul. in voce Fauentia.* Faventia bonam ominationem significat.

Ominator, oris, m. qui omen capit, vel qui præest ominibus capiendis. *Plaut. Amph. 2. 2. 90.* Ob istuc omen ominator capies, quod te condecet.

Omino, as, n. 1. idem ac ominor, apud vet. *Pompon. apud Non. c. 7. n. 53.* Ita sit & tibi bene, qui recte ominas.

Ominor, aris, d. 1. *augurare*, נִחַשׁ, Germ. *vorsagen, gutes vorsehen*, Gal. *augurer*, His. *agorar*, οἰωνίζω, omen capio, auguror; futurum aliquid pronuntio. *Cic. 2. Off.* Malo enim alteri, quam nostræ ominari. *Pl. l. 4. ep. 15.* Optimus enim tibi, ominamurque in proximum annum Consularum. *Vellej. l. 2. c. 91.* Vera de exitu Antonii ominatio est. *Liv. l. 26. c. 18.* Clamore; & favore ominati sunt felix faustumque imperium.

Ominōse, adv. malo omine. *Quint. declam. 6. c. 5.* Inauspicatum metiens iter, prorsus ominose retentus.

Ominōsus, a, um, δυσοιώνιστος, quod malum omen portendit. *Pl. l. 3. ep. 14.* Notabilis; atque etiam ominosa res accidit.

Omissio, onis, f. *omissione*, actus omittendi. Legitur apud *Symmach. lib. 3. epist. 48. l. 10. ep. 70.*

Omissus, a, um, *tralasciat o*, עָוֹב, παραλιφθεὶς. *Cic. pro Lig. c. 1.* Omissa controversia, oratio omnis ad misericordiam tuam conferenda est. ¶ Aliquando ponitur pro negligenti, languido, remisso. *Ter. Heaut. 5. 2. 9.* Ubi te vidi animo esse omisso. *Id. Adel. 5. 3. 45.* At enim meruas, ne ab re sint tamen omissiores paulo.

Omitto, is, isi, ĭssum, a. 3. *lasciare, tralasciare*, עָזַב, Gér. *unter lassen, unterwegen lassen*, Gal. *omettre*, His. *dexar*, παραλείπω, est rem aliquam penitus dimittere, relinquere, prætermittere, præterire, missam facere, non exequi, ex *ob*, & *mitto. Cic. 3. Off. c. 10* Omisit hic & pietatem, & humanitatem. *Id. in Brut. c. 76.* Itaque omittamus fugere. ¶ Sæpe est tacere, silentio prætermittere. *Cic. pro Sext. c. 12.* Omitto, quid ille Tribunus omnium rerum divinarum, humanarumque prædo fecerit. ¶ Item deponere. *Cic. in Somn. Scip. c. 1. in fin.* Ades animo, & omitte timorem, Scipio. *Ter. Adelph. 2. 4. 3.* Omitte vero tristitiam tuam. ¶ Item dimittere. *Plaut. Mil. 4. 3. 3.* Nullo pacto potest prius hæc in ædes recipi, quam illam omiserim. ¶ Omittere aliquem alicui, pro alicui condonare in gratiam alterius: *Cic. ad Capitom. l. 16. ad Att.* Deinde si me amas, omitte Atticum; Ciceroni tuo totum hoc da.

Ommentans, idem est quod obmanens, manens, inquit *Fest. ex Liv. in Odyſſ.*

Omnicăbus, a, um, adject. q. d. semper canens. *Apul. lib. 2. Floril.* Utilis, & omnicana.

Omnicarpus, a, um, adject. omnia carpens. *Varr. lib. 4. de L. L. cap. 19.* Omnicarpæ capræ.

Omnicŏlor, ris, adject. *di ogni colore*, ut omnicolor pictura, apud *Prudent. in pass. Petri & Pauli v. 39.*

Omnifāriam, adv. *in ogni guisa, παντακῆ*, omnibus modis. *Gel. l. 12. c. 13.* Cum vero omnes terras omnifariam, & undique versum circumfluit. Adde *Macr. l. 7. c. 13. & Apul. 2. Met.*

Omnifer, ra, rum, o. 1. παντοφόρος, omnia ferens. *Ov. 2. Met. v. 275.* Sustulit omnifero collo tenus arida vultus.

Omnifōrmis, e, παντόμορφος, adject. omnium formatum. *Apul. in Trismegisto.* Mundus recapitaculum omniformium specierum. *Prudent. in Rom. v. 339.* Verbo creavit omniformem machinam.

Omnigĕnus, a, um, παντοῖος, ex omni genere. *Virg. 8. Æn. v. 698.* Omnigenumque Deum monstra.

* Omnimădens, entis, *παμάκης*, qui omnibus medetur, ut Omnimedens Dominus *Paulin. Nolan. car. 27. al. 26. v. 17. al. 45.*

Omnimŏde, adv. *in ogni modo, παντακῆ*, omnibus modis. *Lucr. l. 2. v. 588.* Omnimode expertus fueris, quam quisque det ordo. Al. leg. Omnimodis expertus eris.

Omnimŏdis, adv. omnibus modis. *Lucr. l. 2. v. 699.* Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est Omnia. Adde *Apul. l. 1. Florid.*

Omnimŏdo, *in ogni modo*, בכל אופן, omnimode, omnimodis. *Sqn. l. 2. de benef. c. 2.* Evitemus omnimodo, ne liberalle videamur. *Celſ. l. 7. c. 4.* Sed non omnimode res ea defperationem habet. *Gell. l. 18. cap. ult.* Quod omnimodo quinus sempiges verbum finiret.

Omnimŏdus, a, um, כל, παντὸς ξόσπ, quod est omnium modorum. *Lucr. l. 1. v. 684.* Omnimodis ignis. *Apul. Apol.* Omnimodis macerationibus convariat.

Omnino, adv. *totalmente, del tuto*, בכלל, כבל, Germ. *gantz und gar*, Gal. *totalement, entierement*, His. *de todo punto*, ὅλως, παντελῶς, prorsus, plane, funditus, utqueaquaque, ab *omnis*. *Cic. 1. Tusc. c.* Cum defensionum laboribus, Senatorisque muneribus aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus. *Id. pro Cluent. c. 28.* Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum absolverent. *Id. de Amic. c. 6.* Omnino nusquam. *Hor. l. 2. Sat. 8. v. 94.* Omnino nihil. ¶ Ponitur & in principio sententiæ. *Cic. 1. Offic. 20.* Omnino fortis animus, & magnus duabus rebus maxime cernitur; *in fatti.*

Omnipătens, entis, o. παμμήτωρ, qui omnia gignit. *Virg. 6. Æn. v. 595.* Nec non & Tyrion terræ omniparentis alumnum Cernere erat.

* Omnipătens, entis, pro omnipotens quidam male legunt apud *Virg. Æn. l. 10. v. 11.* domus omnipatentis Olympi.

Omnipăter, is, omnium rerum pater. *Prudent. in pass. Eulal. vers. 70.* omnipatremque negare Deum.

Omnipăvus, a, um, adject. qui omnia timet. *Cæl. Aurel. Acut. 3. c. 12.* Pantophobus, ideſt omnipavus.

Omniperĭtus, a, um, valde, & omnino peritus. *Albinov. eleg. 2. v. 110.* Ætis succis omniperita suis.

Omnipŏllens, tis, adj. omnipotens. *Prudent. Apotheos. in præf. v. 31.* Statum lacessunt omnipollentis Dei.

Omnipŏtens, tis, o. *onnipotente*, שַׁדַּי, נוֹשֵׂא כל בדבר כחו, Germ. *allmachtig*, Gall. *toutpuissant*, His. *todo poderoso*, παντοκράτωρ, omnia potens, ex *omnia*, *posse*, & *ens*, ut air *Prisc.* quasi qui omnium potis est. *Cic. 4. Tusc. c. 34. ex quodam Poeta.* Teque omnipotens Neptune invoco. *Virg. 3. Æneid. vers. 334.* Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum his posuere locis. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 17.* Omnipotentissimus Deus.

Omnipotentia, æ, f. *onnipotenza*, כֹּחַ הכל, παντοδυναμία, rerum omnium facultas. *Macr. l. 1. Saturn. c. 16.* Omnipotentiam quoque Fortunæ tribuit.

Omnis, & ne, o. 3. *egnuno, ciascuno*, כֹּל, Ger. *alles*, Gall. *tout*, His. *todo*, πᾶς, universus. Eamdem vim habet in singulari, quam in plurali; *omnis* enim *homo* significat idem, quod *omnes homines. Cic. pro Rosc. Amer.* Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire potiis. ¶ Dicitur *omnis* a toto, quod *omnis* ad numerum referatur, *totus* ad quantitatem, *totum* dicimus corpus aliquod integrum, ut Tota domus, *omnis* de universis numero distinctis, ut Omnis græx. Confundantur tamen plerumque. *Cic. pro Quinct. c. 21.* Ut in hoc singulare judicium causa omnis concluderetur. *Id. 2. Fin. c. 34.* Omne cœlum, tota terra cum omnibus marl. ¶ Omne genus, & omnis generis, pro eodem sumuntur. *Varro l. 2. de R. R. c. 29.* Seminaria omne genus ut ferantur. *Liv. l. 7.* Superbiamque, & omnis generis injurias in se, atque populares. ¶ *Hor. l. 3. od. ult.* Non omnis moriar. *h. e.* aliqua mei parte tantum moriar, cetera immortalis ero. ¶ In plur. numero substantivi naturam induit. *Cic. 2. de Orat.* Omnia quæ in disceptationem cadere possunt. *Liv. l. 31. c. 45.* Macedonum fere omnibus, ut manerent, persuasit. *Id. c. 11.* Demertius iis omnia est; eum jam regem vivo parre appellant. ¶ Omnia facere, *far di tutto*, omnia experiri. *Cic. 5. Fin.* Facere omnia, ut adipiscamur. *Ire, discedere, transire in alia omnia* dicitur de fenatoribus, cum ab auctore ¶ fententiæ in fenatu diffentiunt, *esse d'altro parere. Cic. l. 1. Fam epist. 2.* De tribus lectatis frequentes ierunt in alia omnia. *Id. Fam. 10. ep. 12.* Frequens cum senatus zelicitat, ire in alia omnia discessit. *Hirt. de B. Gall. l. 8. c. 53.* Senatus frequens transivit in alia omnia. ¶ *Alia omnia, quam quæ velit, agere*, est nihil eorum agere, quæ velles. *Pl. l. 7. ep. 15.*

* Omnisŏne. *Quint. l. 9. c. 2.* alii melius, *omni sono.*

* Omnisŏnus, a, um, πάμφωνος, παμφώνος, omnem sonum reddens. *Paul. Nol. Nat. 9. S. Fel. v. 81. Capell. l. 9. p. 309.*

* Omnitĕnens, entis, παντοκράτων, שַׁדַּי, *onnipotente*, omnia tenens. *Tertul. adv. Marc. c. 9. l. 5.* Omnitenris enim solus, quia verba, ministrat.

Omnitŭens, tis, adj. qui omnia videt. *Valer. Flac. l. 5. v. 248.* Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum Omnituens. *Lucr. l. 2. v. 940.* Sensu omnituentes.

Omnivăgus, a, um, qui ubique vagatur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 27. de Luna.* Quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non a venando, sed quod in septem numeratur tamquam Vagantibus. Al. leg. *omnivaga.*

* Omnivŏlus, a, um, *che vuole ogni cosa*, omnia volens. *Catul. carm. 67. ad Mall. v. 140.* Noscens omnivoli plurima farta Jovis.

Omnivŏrus, a, um, πανφάγος, qui nullo discrimine quibuslibet vescitur. *Plin. l. 25. c. 8.* Quoniam boves omnivoræ sunt in herbis.

Omŏle, es, mons Thessaliæ. *Virg. 7. Æn. v. 675.* Omolen, Othrynque nivalem liquentes,

* Omophagia, æ, f. ὠμοφαγία, cruda carnis esus. *Arnob. l. 5. p. 169.*

Omoplatæ, ὠμοπλάται, duo ossa lata, utrinque a cervice ad scapulas tendentia, quæ Latinis scapula operta vocantur. Vox Græca est, & græcis literis scribitur a *Celso l. 8. c. 1.*

Omphacium, cii, n. *agresta*, מְמוֹרִי, Ger. *vuein von un reiffen trauben*, Gal. *verjus*, His. *agraz*, Ὀμφάκιον, succus uvæ immaturæ, atque acerbæ. *Pl. l. 23. in præf.* Omphacium qua fieret ratione, incipientis uvæ pubertate.

Omphacius, a, um, adj. ut omphacium vinum, *agresta*, apud *Pl. l. 14. c. 16.* ¶ Omphacium oleum, dicitur ab eodem *Pl. l. 12. c. 27. & l. 15. c. 2.* quod fit ex oleis albis adhuc, & nondum maturis. Al. leg. *omphacinum*, quod idem est.

* Omphacocarpos, ὀμφακόκαρπος, aparine herba. *Pl. l. 27. c. 5.*

* Omphacŏmel, ellis, n. ὀμφακόμελι, conditura ex omphacio & melle. *Pallad. August. cap. penult. in lemmate.*

Omphăle, es, Ὀμφάλη, f. 1. Regina Lydiæ, quæ Herculem multis muneribus ornavit, quod anguem juxta Sagarim fl. multos homines interficientem interemisset, eumdemque postea sibi servientem, ut tradit *Donatus in Ter. Eun. 5. 8. 3.* ad lasciviam compulit, cum ipsa calathum, & colum, cultusque fœmineos sagittis, & clava, leonisque tegmine muraffet. Alii dicunt, ob Iphiti Euryti Regis filii cædem a Mercurio, justu Jovis, Omphalæ Lydorum Reginæ fuisse in servitutem addictum, & inde esse, quod illi serviſſe, & calathos subministraſſe dicatur, V. *Ovid. 2. Fast. v. 305.* & seq. ¶ Penultima hujus vocis fere corripitur a *Senec. Hippolyt. v. 317. & alibi*, & a *Terent. Eun. 5. 8. 3.* &c. Videtur tamen produxiſſe *Propert. l. 9. eleg. 11. v. 17.* Omphale in tantum formæ processit mores.

* Omphălos, ὀμφαλός, umbilicus, meditullium. *Auson. in Gryph. v. 60.*

O ANTE N.

Onăger, gri, vel onăgrus, i, m. *asino selvatico*, פֶּרֶא, Ger. *ein wyldesel, od. wyelder esel*, Gal. *ane sauvage*, His. *asno montes*, ὄναγρος, asinus agrestis, ex ὄνος, *asinus*, & ἄγριος, *sylvester. Varro l. 2. de R. R. c. 6.* Asinorum duo sunt genera, unum ferum, quos vocant onagros, alterum manfuetum, ut sunt in Italia omnes. *Cic. Aſt. l. 6. epiſt. 1. ad fin.* Erat præterea cynocephalus in esledo, nec ideerant onagri. ¶ Est & onager machina bellica (de qua *Ammianus l. 23. c. 4.* & *Vegez. l. 4. de R. M. c. 22.*) magnis saxis torquendis apta.

Onăgos, ὄνήγος, asinorum ductor. *Plaut. Aſin. prol. v. 10.* Huic nomen Græce est onagos Fabulæ.

Onchesmites. V. *Anchisites.*

Onchestus, i, *Cocino*, urbs Bœotiæ, condita ab Onchesto Neptuni filio. *Stat. 7. Theb. v. 272.* Hinc, Onchestus, a, um. *Ov. 10. Met. v. 605.*

* Onco, as, γρυλλίζω, rudo, vocem asinorum emitto. *Auct. car. de Phil. v. 55.*

Onerārius, a, um, *da carico*, מְטַעֲנָה, Ger. *das da tregt, zur birden geherig*, Gal. *de voiture, de charge*, His. *de carga*, φορτικός, quod onerarur, vel onerari potest, ut *Naves onerariæ*, quibus onera gestantur, quæ magnæ & capaces sunt, obque id reliquis tardiores, ut contra *actuariæ* & minores sunt, & celeritate, agilitateque onerariis præstant, unde & nomen habent, ab agendi scilicet facilitate. *Cic. 3. Ver.* Eaque in onerariam navem suam conjicienda curavit.

Onerātus, a, um, nom. ex particip. *caricato*, onustus. *Curt. l. 4. c. 24.* Armis suis onerati. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 46.* Jumenta onerata plagis. *Salluſt. in Jugurth. c. 46.* Vino & epulis onerati.

Onĕro, as, avi, atum, a. 1. *caricare*, עָמַס, הִכְבִּיד, Ger. *laden, eine birde auffsegen*, Gal. *charger*, His. *cargar*, φορτίζω, *onus impono.* Ter. *Phorm. 5. 6. 4.* Qui non humerum hunc onero pallio. *Virg. 1. Æn. v. 199.* Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. ¶ Sæpe translate ponitur. *Cic. 3. de nat. Deor.* Animadverri, te, cum in foro diceres, quam plurimis posses, argumentis onerare judicem. *Id. 3. Fam. ep. 10.* Te autem quibus mendaciis homines levissimi onerarint! *quante impostore ti anno dato! Virg. 9. Æn.* Æthera oneravit votis. *Terent. Andr. 5. 1. 8.* onerare injuriis. *Salluſt. Jugurth. 12.* onerare promissis. *Liv. l. 4. c. 13.* Onerare laudibus. *Id. l. 35. c. 11.* onerare spe præmiorum. ¶ Onerare populum, est nimia tributa exigendo affligere, *Pl. in Paneg.* ¶ Onerare rationem cultoris, *caricar la spesa della coltivazione. Col. l. 4 c. 2.* ¶ Onerare annonam, *mester carestia ne' viveri. Ulp. l. Annonam Dig. de extraord. crim.* ¶ Onerare se voluptatibus, *ingolfarsi ne' piaceri. Plaut. Stich. 4. 1. 27.* ¶ *Ter. Phorm. 5. 6. 1.* O fortuna, quantis commodatibus hero meo hunc onerasti diem! *h. e.* quot commoditates hoc die her neo attulisti! ¶ Interdum onero absolute politum est in invidiam adducere, odiosum reddere. *Tacit. 4. hiſt. c. 14.* Delectum natura gravem onerabant ministri avaritia, & luxu. *Id. 2. c. 64.*

Onerōse, adv. odiose. *Paulin. Nol. ep. 11.* (al. 5.) Cur in nos oneroſe loqueris.

Onerositas, atis, f. onus. *Tert. de cultu fœm. c. 7.* Tanta ornandi capitis onerositas.

Onerōsus, a, um, *grave, ponderoſo*, כָּבֵד, Ger. *laſtig, bar, chargeaus, pesant*, His. *molesto, pesado*, φορτικός, quod est oneri, quod onerat, & gravat. *Pl. l. 22. c. ult.* Capiti, & stomacho onerosum. *Virg. 9. Æn. v. 384.* Onerosa præda. *Ov. 1. Met. v. 53.* Tanto est onerosior igne.

Oneirocrītes, æ, m. sommiorum interpres, פִּתְרֹנֵי חלומות, ab ὄνειρος, *somnium*, & κρίνω, *judico. Fulgent. l. 1. Mythol.*

Onĭscus, i, ὄνισκος, vermis terrenus, alio nomine centipeda. *Pl. l. 29. c. 6.*

Onochēlos, i, & Onochēlis, is, f. & Onochēles, is, n. ὀνοχήλος, ὀνόχηλος, h. e. labium asini, herbæ nomen est apud *Pl. l. 22. c. 21.*

Onocrotălus, i, m. *grozzo*, ὀνοκρόταλος, avis est aquatica, ansere major, oloris similitudine, mira voracitate. Dicta est ab ὄνος, *asinus*, & κρόταλος, *crepitus*, quia capite in aqua merso spirans rugitum asinino similem edere dicitur. *Plin. lib. 10. c. 47.*

Onomatopœia, ὀνοματοποιΐα, fictio nominis, figura est apud Rhetores, qua rei, cui nomen non sit, aut non satis idoneum, nomen imponimus, aut imitationis, aut significationis gratia.

Onōnis, herba. V. *Anonis.*

Ononychites dictus est a Gentilibus Christianorum Deus, quem illi fingebant asininis auribus, alrero pede ungulato, togatum, & librum gestantem, ut scribit *Tert. in Apolog. c. 16.*

* Onopordon, i, n. ὀνοπόρδον, herbæ nomen. *Plin. l. 27. c. 12.*

* Onosma, atis, n. ὄνομα, genus herbæ. *Plin. ibid.*

Onus, eris, n. 3. *peso, carico*, מַשָּׂא, כֹּבֶד, טֹבֶל, Ger. *burde od. laſt*, Gal. *charge, faix*, His. *carga, peso*, φόρτος, pondus, moles gravans. *Cic. pro Leg. Manil. c. 18.* Quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant. *Plin. l. 8. c. 27.* Per eam partem fe proluens, qua reddi ciborum onera solebat est. *h. e.* excrementa. ¶ Dicitur & de fœtu in utero. *Ov. 10. Met. v. 506.* Tendit onus matrem. ¶ Item de fumpribus, qui rem familiarem onerant. *Suet. in Calig. c. 24.* Nata filia, pauperatem, nec jam imperatoria modo, sed & patria conquerens onera. ¶ Translate sumitur pro molestia. *Liv. l. 23. c. 43.* Ne & ipse oneri esset. ¶ Et sæpissime pro officio, seu munere, quod multam operam exigit, *carica*. Hinc onus fuscipere, sustinere, depenere, subire, alicui imponere, &c. quod *Cic.* sæpissime. *Id. 3. Fam. ep. 13.* Hoc nihil ad te, nostrum est onus. *Id. Ver. 3.* Plus onoris habeo, quam qui cæteros accusarunt. *Quinct. l. 2. c. 6.* Liberare aliquem onere.

Onustus, a, um, *caricato*, φορτισθ

Liv. l. 35. Lanuvinos, quorum opera instauratæ essent feriæ, hostias præbere. *Ter. Hecyr. 2. 1. 31.* Non mea opera, neque pol culpa evenit. ¶ *Plaut. Capt. 3. 4. 31.* Una opera mihi sunt fodales, qua iste. *h. e.* eodem modo, quo iste. ¶ Dicimus præterea, operam consumere, conterere in aliqua re, operam conferre, præbere, impendere, insumere, interponere, afferre, & similia quamplurima, quæ passim leguntur apud *Cic. Liv. Cæs. Hor. & al.* ¶ Operæ pretium, τὸ ἔργον ἄξιον, dignum, cui opera impendatur, fructuosum, & ad rem pertinens. *Cic. 6. Verr.* Ut hæc omnia reperire, ac perfecrutari solitus fit, est operæ pretium cognoscere. *Liv. in prof* Factorus ne operæ pretium sim. *Id. 1. 2. B. Pun.* Et magna opera pretia mereri. *idest* magna præmia militiæ. *Id. l. 25. c. 6.* Operæ pretium habent libertatem, civitatemque, idest censent libertatem, & civitatem dignam opera, & labore militandi. ¶ Interdum *pretium* subauditur. *Per. sat. 6. v. 9.* Lunæ portum est operæ cognoscere cives. ¶ Non raro opera pro opere ponitur. *Cic. 16. Fam. ep. 10.* Tu Musis nostris para ut operas reddas; nostra ad diem dictam sient. Adde *Senec. de Prov. c. 2.* ¶ Item pro ipso homine, qui servilem, aut mercenariam præstat operam. *Hor. l. 2. sat. 7. in fin.* ocyus hinc te Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. Adde *Cic. Att. l. 4. ep. 3.* ¶ Item pro tempore unius diei, quo operari quis potest, seu pro rustico opere unius diei, *giornata. Var. l. 1. R. R. c. 18.* Saserna scribit, satis esse ad jugera octo hominem unum: ea debere eum fodere diebus quadraginta quinque: rameti quaternis operis singula jugera posse: sed relin quere se operas tredecim valetudini, tempestati, inertiæ, indulgentiæ. Adde *Col. l. 2. c. 13.* ¶ In sacris etiam hujus vocis aliquis est usus. *Afran.* apud *Non. c. 12. n. 21.* Jubeo hominem tolli, & colloeari, & confoveri, solvo operam Dianæ, *h. e.* rem divinam solvo, quam debebam.

Operans, tis, nom. ex particip. qui operatur. *Tert. l. 2. adv. Marc. c. 4.* Bonitas operantior. *Cæl Aurel. Acut. 2. c. 39.* Clysteres adhibere operantissimos.

Operaria, æ, f. *lavoratrice*, quæ operatur. *Plaut. Bacch. 1. 1. 41.* Nimium pretiosa es operaria.

Operarius, rii, m. *operario, lavoratore*, פּוֹעֵל, עוֹמֵל, Ger. *werck-mann, ... leute*, Gal. *ouvrier*, Hispan. *trabajador*, ἐργαστὴς, qui laborem operando fert. *Cassius* apud *Varr. l. 1. de R. R. c. 17.* præcipit, operarios parandos esse, qui laborem ferre possint, ne minores annorum duoum, & viginti, & ad agriculturam dociles. *Cicer. in Parad.* Utrum porius de bonis est quærendum, quid bajuli, atque operarii, an quid homines doctissimi fenserint?

Operarius, a, um, ἐργασικὸς, ἐργάσιμος, quod pertinet ad operam, vel ad operarium, quod industria, atque opera fit. *Pl. l. 14. c. 10.* Sed inter vina operaria numerantur. ¶ Operarius homo, qui operatur, mercenarius. *Cic. Att. l. 7. ep. 2.* Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. ¶ Operarium pecus, cujus usum ad operas nostras faciendas convertimus. *Col. l. 6. c. 2* Humilis enim, & modica corporatura pecoris operarii esse debet. *h. e.* illius, quo terram colimus. ¶ Operarius usus, qui ad opus aliquod faciendum adhibetur, vel qui alicui operi accommodatur. *Pl. l. 8. c. 3.* Alterius marconi parcunt, ne sit prællis hebes, alterius operario usu fodiunt radices, impellunt moles. ¶ Operarii lapides, qui ad opus aliquod accommodari, & incidi possunt. *Pl. l. 36. c. 22.* Nunc ad operarios lapides transisse conveniat, primumque cotes ferro acuendo.

Operatio, onis, f. *operazione*, פְּעֻלָּה, Ger. *ein werck, würckung*, Gal. *operation, œuvre*, Hisp. *obra*, ἐργασία, actus operandi, opera. *Cic. Att. l. 6. ep. 3.* Hujus nebulonis operatione ii Brutus moveri potest, idest turpi instigatione. Aliqui legunt *oratione. Pl. l. 11. c. 14.* Tertium arenearum genus, erudita operatione conspicuum. ¶ Ponitur etiam pro sacrificio. *Plaut. in fragm.* apud *Pareum in Lex. Cris.* Ut isthæc operatio crimen expiet.

Operator, oris, m. qui operatur. *Jul. Firmic. l. 3. c. 9.* Artes, quibus vigiliæ perpetuæ operatoribus exiguntur. *Tert. in exhortat. ad castit. c. 3.* Indulgentia patrocinatur operatori.

Operatrix, icis, f. quæ operatur. *Tert. de anim. c. 11.* operatrix prophetiæ. Et *c. 32.* operatrix mortis.

Operatus, a, um, particip. ab operor. *Hor. l. 1. ep. 2. v. 29.* In cute curanda plus æquo operata juventus. *Virg. 3. Georg. v. 136.* Connubiis arvisque novis operata juventus. *Id. 1. Georg. v. 338.* annua magnæ Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis. *h. e.* sacra faciens. ¶ *Tert. de anim. c. 57.* comparat. *operatior* usurpat, *pro activo.* ¶ Passiva significatione *Id. de præscript. adv. Hæret. c. 29.* Tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes, tot charismata perperam operata. *Lactant. l. 7. c. ult.* Subscriptis, operatisque virtutibus, *præticate, efercitate.*

Operculatus, a, um, nom. ex particip. operculo clausus. *Col. l. 11. c. 2.* Si fuit pleni, atque operculati favi.

Operculo, as, a. 1. *coprire*, כָּסָה, πωμάζω, operculo operio. *Col. l. ult. c. 30.* Ab eo tempore, quo primum dolia operculaveris.

Operculum, li, n. *coperchio*, כִּסּוּי, Ger. *decke*, Gal. *couvercle*, His. *topadero*, πῶμα, instrumentum, quo aliquid tegitur, ab *operio. Cic. 2. de nat. Deor. c. 54.* Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo. ¶ Operculum ambulatorium quod facile huc, vel illuc movetur. *Pl. l. 21. c. 14.* Operculum a tergo esse ambulatorium. ¶ *Dignum patella operculum* proverbio dicitur cum magistro dignus aliquis discipulus inventus est: & generatim cum malum malo accessit, Itali dicunt *tal guaina, tal coltello*. Legitur apud *Hieron. ep. 43. ad Chromat. & ep. 16. ad Principiam.*

Operimentum, ti, n. 1. *coprimento*, כְּסוּת, Ger. *decke*, Gal. *couverture*, His. *cobertura*, ἐπίβλημα, quod aliquid tegit. *Pl. l. 8. c. 42.* Detracto oculorum operimento. ¶ *Prudent. in psychom. v. 462.* poetica licentia *opermentum* dixit.

Operio, is, rui, ertum, a. 4. *chiudere*, כָּסָה, Ger. *zudecken, bedecken, beschliessen*, Gal. *couvrir, fermer*, His. *cubrir*, κλέω, claudo, cui aperio opponitur, *Plaut. Men. 2. 3. 1.* Sine fores hic, nolo operiri. *Catul. epigr. 78. de Berecynth.* Sopor operit oculos. ¶ Item regere, *coprire. Cic. Ver. 6. c. 53.* Qui totus fluctu operiretur. ¶ Translate fumitur pro celare, abscondere. *Plin. l. 3. ep. 16.* Abdere lacrymas, operire luctum. ¶ Alia V. in *Operuo*.

Operior, V. *Opperior*.

Operor, aris, atus sum, dep. 1. *operare, lavorare, affaticarsi intorno a qualche cosa*, יָגַע, עָבַד, פָּעַל, עָשָׂה, ἐργάζομαι, opus facio, operam in aliqua re pono. *Pl. l. 11. c. 10. de epith.* Quibus est adolescentia, ad opera exeunt: senfores intus operantur. *Ulp. Dig. lib. 24. tit. 3. leg. 35.* Servi, qui operari in agro consueverunt. *Hor. l. 1. ep. 2. v. 29.* In cute curanda plus æquo operata juventus. *Apul. l. 2. Met.* Quod in ceteris membris floridæ vestis hilaris color, hoc in capite nativus operatur. *h. e.* efficit. ¶ Sæpe habet post se dativum, & ponitur pro operam dare, incumbere, *occuparsi, impiegarsi, attendere. Virg. 3. Æn. v. 136.* Connubiis, arvisque novis operati. *Ov. 2. Amor. eleg. 7. v. 23.* Ancilla operata capillis ornandis. *Tac. 3. Annal. c. 43.* Operari materiis cædendis. *Id. 3. Annal. c. 43.* Operari studiis litterarum. *Ulpian. Dig. lib. 38. tit. 3. leg. 15.* Operari reipublicæ. *Eumen. in orat. pro restaur. Schol. c. 4.* Operari commodis alicujus. ¶ Sæpissime significat rem divinam facere, *far sacrifizj*: adeoque hac notione usitatum est, ut putisure nonnulli, alias ab ista rampquam per translationem descendere. Adhibetur autem tum absolute, tum additivo casu. *Propert. l. 2. eleg. 24. v. 1.* Tristia jam redeunt iterum solemnia nobis: Cynthia jam noctes est operata decem. *h. e.* operam dedit sacris Isidis, vel ceris, quibus initiatæ fœminæ, a viris remotæ fecubabant. *Virg. 1. Georg. v. 339.* Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis. *Hor. l. 1. od. 14.* Unico gaudens mulier marito prodeat justis operata divis. *Juv. Sat. 12. v. 91.* longos erexit janua ramos. Et matutinis operatur festa lucernis. Al. leg. *operantur*; sed recte monet *Lipsius* aliis, legendum esse *operitur*. ¶ Pro valere, effectum habere, *Imp. Gordian. l. 5. Cod. tit. 12. leg. 7.* Id pactum non debere ad fuum dispendium operari. *Imp. Alexand. ib. l. 7. tit. 16. leg. 5.* Operari ad præscriptionem. *Lampr. in Commodo, c. 17.* Primum ei venenum dederunt; quod cum minus operaretur, &c. *Cæl. Aurel. Acut. l. 3. c. 8. a med.* Clysteres vehementius operantes.

Operose, adv. *faticosamente, difficilmente*, בְּעֻמָל, Ger. *schwerlich, mit arbeit*, Gal. *avec peine, & travail*, His. *con mucha ora, y trabajo*, ἐπιπόνως, laboriose, difficulter. *Cic. in Orat. c. 44.* Quod vel maxime defideret diligentiam, nec id tamen operose. *Plin. lib. 28. cap. 26.* Dicemus mox paulo operosius, *hoc est* accuratius, pluribus verbis.

Operositas, atis, f. τὸ ἐπίπονον, יְגִיעָה, עָמָל, diligentia, labor. *Quintilian. l. 8. c. 3.* Est etiam, quæ περιεργία vocatur, supervacua, ut sic dixerim, operositas.

Operosus, a, um, *pieno di faccende*, יָגֵעַ, עָמֵל, פּוֹעֵל, Ger. *arbeitsam*, Gal. *peinible, ou qui travaille beaucoup*, Hispan. *laborioso, de mucho trabajo*, πολυπράγμων, qui agit, qui rebus gerendis operam dat. *Cicer. de Sen. cap. 8.* Ut senectus non modo languida non sit, verum etiam operosa. *Plin. l. 18. c. 26.* Hoc intervallum temporis agricolis maxime operosum est. ¶ Operosus ejus rei quisque dicitur, in qua deludat. *Ov. 2. Fast. v. 177.* Disce metu posito vates operose dierum, quod peris. *h. e.* qui in dirigendis diariis laboras. ¶ Sumitur etiam pro efficaci, seu quod habet magnam vim agendi. *Ovid. 14. Met. v. 22.* Utere tentatis operosæ viribus herbæ. ¶ Quandoque passive accipitur pro eo, quod est multæ operæ, quod multo est labore confectum, difficile, laboriosum. *Ov. in ep. 3. v. 31.* Viginti fulvos operose ex ære lebetas. *Cic. 2. de Leg. c. 26.* Ne quis sepulchrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo. *Pl. l. 7. c. 53.* Operosissima tamen fecuritas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur. *Horat. l. 4. od. 1.* Divitiæ operosiores.

Operranea Sacra, μυσταὶ, sacrificia, quæ in operto fiebant, quæ & Secluſa dicebantur, ne profanorum oculis polluerentur. *Pl. l. 10. c. 56.* Gallinæ puræ non vidennur ad Opertanea Sacra nigræ.

Operre, adv. recte. *Gel. l. 4. c. 11.* Operte, & symbolice, more Pythagoræ.

Operto, as, a. 1. σκεπάζω, freq. ab *operio. Fest.*

Opertorium, rii, n. *copritura, coprimento*, כְּסוּת, περικάλυμμα, operimentum. *Sen. ep. 87.* Ex duabus pernulis altera stragulum, altera opertorium facta est.

Opertum, i, n. mysterium, sacrificium occultum. *Cic. in Parad. 4. in fin.* Ut si Operrum Bonæ Deæ accessisses. ¶ Sumitur etiam pro Oraculo. *Civ. de Div. l. 1. c. 50.* Quo ex genere Apollinis Operta prolata sunt.

* Opertura, æ, f. operimentum. *Ammian. l. 20. c. 7. al. 15.* al. alit.

Opertus, us, ui, m. operimentum. *Apul. in Apolog.* Non modo indutui, & amictui, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur.

Opertus, a, um, κρυπτὸς, tectus, clausus. *Ov. 2. Fast. v. 563.* Opertæ fores. *Cic. de Sen. c. 10.* Nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto sit. *Idem 2. Phil. c. 41.* Ipse lectica operta lætus est per urbem. *Id. 2. Fin. c. 2.* Patefactio rerum opertarum. ¶ Translate *Cic. pro Cluent. c. 22.* Opertus dedecore, & infamia. *Pl. in Paneg.* Opertus præda. *Il. e.* onustus.

Operula, f. 1. *operetta*, πρακτικάριον, dim. ab opera. *Arnob. l. 4. pag. 147.* Non istam fuscepimus operulam. Adde *Apul. l. 1 Asin.*

Opes, opum, opibus, f. *ricchezze, potenza*, עֹשֶׁר, πλοῦτος, δύναμις, divitiæ, opulentia. *Hor. l. 2. sat. 2. v. 112.* puer hunc ego parvus Osellum integris opibus novi non largius usum, Quam nunc accisis. *Ov. 1. Met. ep. 140.* Effodiuntur opes irritamenta malorum. ¶ Translate *Ov. l. 2. de arte am. v. 652.* adoptivas arbor habebit opes. *h. e.* fructus. ¶ Plerumque tamen in eo differunt *divitiæ, & opes*, quod divitiarum nomine veniunt tantummodo facultates, ut agri, aurum, & cæteræ possessiones; opum vero nomen latius patet, & significat omne id, quo possumus. Itaque opibus facultates includuntur, non contra. *Cic. de Amic. c. 6.* Divitiæ, ut utare, opes, ut colare, honores, ut laudere. *Id. Att. l. 11.* Illam miseram tueare meis opibus, iisque funt, tuis, quibus molestum non erit, facultatibus. *Hor. l. 3. od. 3.* pugnaces Achivos Hectoreis opibus refringit. *h. e.* viribus, & virtute. *Nepos in Mil. c. 5.* Nullus unquam tam exigua manu tantas opes prostravit, *h. e.* tantas copias. ¶ Hoc sensu in singulari numero rarissimum est. *Versus Poetæ* apud *Cic. 3. Tusc. c. 19.* Astante ope barbarica. *h. e.* imperio Trojæ, ut ex antecedentibus videre est. ¶ Translate *Ovid. 2. de arte am. v. 343.* Nascitur exiguus, sed opes acquirit eumdo, Quoque venit, multas accipit amnis aquas.

Opheltes, m. 3. filius Lycurgi Regis Thracum, al. Archemorus, alumnus Hypsipyles, qui a serpente necatus est, in cujus honorem Argivi Nemæa certamina instituerunt. *Ovid. Met. 3. v. 605. Stat. 4. Theb. v. 538.*

Ophiaca, um, n. pl. τὰ ὀφιακὰ, quæ ad serpentes, & venena pertinent. *Plin. l. 20. c. 23.* Perridius, qui Ophiaca scripsit, & Micton, qui rhizotomumena, adversus serpentes nihil hippomarathro efficacius putavere.

Ophicardēlius, i, gemma, in qua nigrum colorem binæ lineæ albæ includunt. *Plin. l. 37. c. 10.*

* Ophici, dicti olim Copuentes, quod illic plurimi abundavere serpentes, ὄφιοι. *Serv. Æn. 7. 750.*

Ophidion, i, genus piscis longi, & lævis, serpenti similis. *Pl. l. 32. c. 11.*

Ophiogênes, um, m. 3. ὀφιογενὴς, pop. Asiæ, ad Hellespontum, quos Crates Pergamenus scripsit serpentium ictus tactu solitos levare, & manu imposita venena extrahere corporibus, *Pl. l. 7. c. 2.* ¶ *Var.* apud *Priscian. l. 10. p. 894. Putsch.* scribit, cum arbitrantur suppositum esse aliquem in stirpe, ei admovere, ut pungat, colubrum: cum pupugerit, si de genere sit, vivere, si non sit, mori.

Ophion, ὄφιων, nomen Gigantis cujusdam, qui una cum conjuge Eurynome Oceani filia cum rerum potirus esset, a Saturno fugatus est. *Claud. l. 3. de raptu Proserp. v. 348.* ¶ Item unus e Cadmi sociis illis, qui e serpentinis dentibus prognati sunt.

Ophionides, æ, patronym. Ophionis filius. *Ov. 12. Met. v. 245.*

Ophionius, a, um, adj. ut Ophionia cædes. h. e. Thebana, ab Ophione Cadmi socio. *Senec. Oedip. v. 483.*

Ophiophagi, Arabiæ populi, quos serpentibus vesci solitos scribit *Pl. l. 6. c. 29.* ab ὄφις, serpens, & φάγω, comedo.

Ophioscorĭdon, i, ὀφιοσκόροδον, alii genus. *Pl. l. 13. c. 23.*

Ophiostaphylos, i, vitis genus apud *Pl. l. 23. c. 1.*

Ophites, æ, m. *serpentino*, נָחָשׁ, ὀφίτης λίθος, marmoris genus, serpentis maculas hontis, ab ὄφις, *serpens*, ut echites a maculis viperæ. *Pl. l. 36. c. 7.* duo ejus gene facit, alterum molle, & candidum, alterum nigricans, & durum. *Lucan. l. 9. v. 714.* Quam parvis tinctus maculis Thebanus ophites.

Ophiuchus, m. 2. ὀφιοῦχος, Anguipens, signum cæleste, hominis effigie anguem manu tenentis, ab ὄφις, *serpens*, & ἔχω, *teneo*. Nonnulli Herculem esse putaverunt, qui adhuc in cunis vagiens angues a Junone immissos præcavit, alii Æsculapium, alii Canobontem Getarum Regem, alii Phorbantem Triopæ Thessalorum Regis filium. *Cic. 2. de nat. Deor. Manil. l. 1. v. 331.*

Ophiusa, f. 1. ὀφιόεσσα, herba in Elephantina Æthiopiæ regione nascens, livida, difficilisque aspectu, qua pota minas, terroremque serpentum animo obversari tradidit Democritus, adeo ut mortem sibi eo metu damnati consciscant. Quare & sacrilegis bibenda dari consuevit. *Pl. l. 24. c. 17.*

Ophiusa, f. 1. insula prope Cretam, apud *Pl. l. 3. c. 5.* Hinc

Ophiusius, a, um, quod ad Ophiusam spectat. *Ov. 10. Met. v. 230.* Ipsa suas urbes, Ophiusiaque arva parabat Deterere alma Venus.

Ophrys, ὀφρύς, herba quædam, denticulato oleri similis, foliis duobus, quæ capillis nigredinem inducit. *Pl. l. 26. in fi.*

Ophthalmias, æ, m. ὀφθαλμίας, piscis latino nomine Oculata, sic dictus ab oculorum magnitudine. *Pl. l. 23. c. 11. Plaut. Captiv. 4. 2.* vb. ubi V. *Taubman.*

Ophthalmicus, m. 2. medicus oculorum. *Mart. l. 8. epigr. 74.* Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.

Opici, orum, m. 2. Opisci, pop. Campaniæ, qui postea Ausonii, teste Aristotele dicti sunt, juxta Tyrrhenum mare incolentes, & in Latium novum etiam extensi, in quibus numerabantur Bajani, Cumani, Puteolani, Neapolitani. *Serv. in 7. Æn.*

Opicus, a, um, rudis, impolitus, agrestis, ignarus, ab Opicis pop. antiquissimis Italiæ in Campania, quod rudes præ cæteris, & agrestes fuerint. M. Cato apud *Plin. l. 29. c. 1.* Nos (*Græci*) dicitant barbaros, & spurcius nos, quam alios opicos, appellatione fœdant. *Juven. sat. 6. v. 454.* Nec curanda viris opicæ castigat amicæ verba. *Id. sat. 3. v. 207.* Et divina opici rodebant carmina mures. Similique tatione locutus est *Gel. l. 2. c. 21. l. 11. c. 16. & l. 13. c. 9.* ¶ Sunt qui *opicus* interpretantur fordidus, spurcus: ad quam notionem trahi posse videtur illud, quod modo attulimus ex *Juven. sat. 3.* ubi varii interpretes varias afferunt explicationes. Præterea *Festus* in voce *Oscum* scribit, opicum interdum dici pro Osco; Oscis autem frequentissimum usum fuisse libidinum spurcarum.

Opifer, a, um, *ajutatore*, עָזוּר, βοηθός, opem ferens, Unde Junonem opiferam appellarunt Romani, quod parturientibus opem ferre crederetur. *Pl. l. 11. c. 17.* Cum meditatur in dedicanda æde Opiferæ dicere. Sic *Ov. Met. 15. v. 653. de Æsculapio*: Cum Deus in somnis opifer consistere visus.

Opifex, icis, m. *artefice*, חָרָשׁ, אָמָן, Ger. *wyermeister, werckmann*, Gal. *ouvrier*, His. *oficial*, πρωτοκλάσσης, artifex, operator, fabricator, ab *opus*, & *facio. Cic. 1. de nat. Deor. c. 8.* Opifer, ædificatorque mundi Deus. *Id. 3. Tusc. c. 11.* Zeno Citticus, advena quidam, & ignobilis verborum opifex. *Id. Fam. l. 7. ep. 25.* Stilus dicendi opifex. *Varr. l. 3. R. R. c. 16.* Apes silvestres minores sunt, sed opifices magis. ¶ Per Synecdochen opifices accipiuntur pro iis, qui in fordidis artibus versantur. *Cic. 1. Off. c. 42.* Omnes autem opifices in turpi sunt exercitio.

Opificina, æ, f. officina. *Plaut. Mil. 3. 3. 6.* Stultitia maxima fit, me sibi meam operam pollicitari, si ea in opificina nesciam aut mala esse, aut fraudulenta.

Opi-

Opificium, ii, n. χειρούργημα, עֲשִׂיָה, operis confectio, vel ipsum opus, ab *opifex. Var. l. 3. de R. R. c. 16.* Nisi opificii eas urget tempus.

Opificius, a, um, adject. ad opificem pertinens. *Apul. in Florid. n. 9.* (*al. 1.*) Extare in opificiis opera.

Opigena, æ, f. Juno, quasi Ope genita. Poetæ enim Saturnum, & opem Jovis, & Junonis parentes faciunt. *Festus* scribit, hoc nomine cultam Junonem a matronis, quod in partu laborantibus opem ferret.

Opilio, onis, m. *pecoraio*, רוֹעֶה, Germ. *schaaffhirt*, Gal. *berger*, Hisp. *pastor*, ποιμὴν, pastor ovium, qui ovium gregem servat, & pascit, quasi ovilio. *Col. l. 7. c. 3.* Post fœturam deinde longinquæ regionis pascua petiturus opilio fere omnem fobolem pastioni reservet suburbanæ. ¶ Prima hujus vocis brevis est; itaque Poetæ ut producant, *upilio* scribunt, teste Servio ad illud *Virg. Ecl. 10. v. 19.* Venit & upilio, tardi venere bubulci.

Opilo, vel Opilio, genus avis. *Festus.*

Opimatus, a, um, adject. *ingrassato*, pinguis factus. *Auson. in Mosell. v. 105.* opimato abdomine venter. *Sidon. l. 8. ep. 12.* Opimata vivarii ostrea.

Opime, adv. *abbondevolmente*, בְּעֹשֶׁר, Ger. *reichlich, überflüssiglich*, Gal. *abondamment*, His. *abundantemente*, πολυτελῶς, abundanter, & laute. *Plaut. Bacch. 3. 1. 6.* Omnium ad pericliem intructa domus opime.

Opimiānus, a, um, adj. *Opimianum vinum*, quod & *Opimianum* absolute dicitur, celebre fuit apud Latinos, dictum a L. Opimio Nepote, qui Consul fuit Romæ una cum Q. Maximo Æmiliano tempore Græcorum seditionis, ut est apud *Vellej. l. 2. c. 7. h. e.* circa annum U. C. 633. teste *Plin. l. 14. c. 4. & 14.* Eo anno eum mira cœli temperies, & ad maturanda vina aptissima fuisset, ea condita, & in multos annos servata, in deliciis postea fuere: durabantque adhuc post ducentos annos, *Plinii* tempore, ut idem testatur *cit. cap. 4.* quamquam hanc durationem *Vellej. ib.* negat. Hoc vinum sæpe laudat *Mart. l. 1. epigr. 27. l. 2. epigr. 4. l. 3. epigr. 82.* &c. Adde *Cic. de clar. Orat. c. 8.*

Opimitas, atis, f. abundantia. *Ammian. l. 19. c. 22.* Expletus prædarum opimitate exercitus. *Plaut. Asin. 2. 2. 16.* Maximas opimitates gaudio effertissimas parier. Adde *Captiv. 4. 1. 2.*

Opimius, a, um, Opimianus. *Varr. l. 4. de L. L. c. 32.* Ædes Concordiæ, & basilica Opimia.

Opimo, as, avi, atum, a. 1. *ingrassare*, חָבַשׁ, Ger. *feist machen*, Gal. *engraisser*, His. *engordar*, πιαίνω, pinguefacio. *Col. l. 8. c. 8. & 9.* Hyeme tamen offæ panis vino madefactæ, sicut etiam palumbos, celerius opimant, quam cæteri cibi. ¶ Translate *Auson. epist. 15. v. 1.* O qui venustos uberi facundia Sales opimas Tetradi.

Opimus, a, um, *grasso*, שָׁמֵן, עָשִׁיר, בָּרִיא, רָשֵׁן, Ger. *feist*, *mastig*, Gal. *gras*, His. *gordo*, πίων, pinguis, obesus, a πίειν, o præmisso, quomodo a πίνω, est *opinor, Cic in Brut. c. 16.* Qui non tam habitus corporis opimos, quam graciliares confectentur. *Id. pro Rosc. Am. c. 3.* Ut ad illam opimam, præclaramque prædam damnario Sex. Roscii velut cumulus accedat. *Gell. l. 5. c. 14.* Ferarum membra ad specum mihi suggerebat. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.* Opimi boves. *Cic. Agr. 2. c. 19.* Opimus, & fertilis ager. *Hor. l. 4. od. 4. v. 51.* Opimus Triumphus. ¶ Translate *Cic. in Pison.* Ornamenta non satis opima dicendi. ¶ Opima spolia dicebantur παρ' ἀποκοπὴν, quæ dux exercitus duci hostium detraxisset, ut fuerecto, quæ Romulus de Acrone, Cornelius Cossus de Tolumnio, M. Marcellus de Viridomaro retulerunt, teste *Festo. Liv. c. 1. l. 10.* Jupiter Feretri hæc tibi victor Romulus regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quæ regibus ducibusque hostium cæsis, me auctorem sequentes posteri feterent. *Et mox.* Bina postea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia, adeo rara ejus fortuna decoris fuit. ¶ Dicitur & *opima* absolute. *Flor. l. 2. c. 17.* Scipio singulari certamine opima retulerat. *Sen. Herc. fur. v. 48.* Opima victi regis ad fupetos refert.

Opinabilis, le, o. 3. δοκητὸς, נֶחְשָׁב, quod opinione concipi potest. *Cic. 1. Acad. c. 8.* Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. *Id. 1. Div. cap. 14.* Omnis opinabilis est divinatio: conjectura enim alitur. *h. e.* in opinione consistit.

Opinamentum, i, n. opinatio, opinio. *Apul. de Deo Socrat.* Aliquando eorum nonnulla opinamenta hi eic.

Opinatio, onis, f. δόξασις, מַחְשָׁבָה, actus opinandi, & fere in malam partem accipitur. *Cic. 4. Tusc. c. 11.* Opinatio est, judicare se scire quod nesciat. *Valer. Max. l. 1. c. 8. extern. n. 2.* Sophista inepta, & mordacis opinationis.

Opinātor, adv. opinando, confiderare. *Cic. 3. Fin.* Ut alterum nec opinato videremus. *Liv. l. 3. cap. 15.* Propius aliud novum malum, nec opinato exortum. ¶ Legitur & *necopinato*, conjunctim. V. *Opinatum.*

Opinator, oris, m. qui opinionem tantum, non scientiam habet, qui nihil asserit, sed opinatur. *Cic. 4. Acad. c. 20.* Ego vero ipse & magnus quidam sum opinator, non enim sum sapiens. ¶ Præterea opinatores a JCtis dicuntur, qui in provincias mittebantur ad militarem annonam exigendam. *l. 12. Cod. tit. 38. leg. 11.* Opinatoribus, id est exactoribus militaris annonæ, nullum sit cum provincialibus commercium. V. *Assistat. Parerg. jur. lib. 8. c. 12.* ubi hanc lectionem tuetur, Sunt enim qui *Opimatores* legunt.

Opinatum, i, n. opinio, ut Ex opinato, idest ex opinione, secundum opinionem, *Quintil. l. 8. cap. 5.* Jam hæc magis nova sententiarum genera ex opinato &c. Al. leg. ex inopinato. *Liv. l. 7. c. 17.* Castra quoque nec opinato aggressus cepit. Scribitur & *necopinate*, conjunctis duabus vocibus, quod maxime probatur ex illo ejusdem *Liv. l. 4. c. 27.* Unde ex necopinato adversum hostem invadat.

Opinātus, us, m. idem ac opinio. *Lucr. l. 4. v. 465.* pars horum maxima fallit propter opinatus animi.

Opinatus, a, um, nomen ex partic. opinione conceptus. *Cic. 4. Tusc. c. 6.* Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis. *Flor. l. 3. c. 5.* Italiam nec opinatus invadere cogitavit. *h. e.* improvisus. ¶ Opinatus interdum dicitur, de quo magna opinamur; illustris, celebris, *di gran nome, di gran fama. Florus l. 2. c. 7.* Rhodos opinatissima insula, & totius Asiæ insularum metropolis. In quibusdam editionibus hæc verba desunt. *Sic Gellius* referente *Alciato l. 8. Parerg. c. 12.* opinatissimos auctores dixit. *Eunius*: Cum opinati loquuntur præter atque ignobiles. *Gell. l. 11. c. 4.* hæc Ennii verba afferens, *opulenti*, legit.

Opinio, onis, f. 3. *opinione*, דֵּעָה, מַחְשָׁבָה, Ger. *gefchrey*, Gal. *opinion, avis*, His. *opinio*, δόξα, existimatio, suspicio, persuasio, quam habemus de re aliqua. Distinguunt Philosophi opinionem a scientia, quod opinio incerti sit, scientia vero certi. *Cic. 1. de Leg.* Sed perturbat nos opinionum varietas, hominumque dissensio. *Id. 14. Fam. ep. 23* Opinione celerius venturus dicitur. *Id. Verr. 6. c. 10.* Ut mea fert opinio, *come io stimo. Nepos 1. c. 2.* Præter opinionem res cecidetat. *Id. 14. c. 6.* In opinionem adduci. *Id. 25. c. 9.* Neanti in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. *Sic*, contra, & præter omnium opinionem. *Cic. Ver. 4. c. 74. & pro Rosc. Amer. c. 15.* Præterea *Co. l. 2. n. 12.* Est etiam opinionis Cornelius Celsus. *Cic. Att. l. 8.* In eo opinione fui, qua reliqui omnes. ¶ Sæpe sumitur opinio pro existimatione, vel fama de aliquo concepta. *Cic. 1. Fam. ep. 7.* Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. *Cæs. l. 7. B. G. c. 60.* Quæ civitas in Gallia magnam habet opinionem virtutis. *Cajus l. 8. Dig. Testam. quemad. aper.* Optimæ opinionis viri. *Sidon. l. 2. ep. 1.* Montes nomium opinione vulgatos.

Opinionōsus, a, um, adject. qui opinionibus abundat. *Tertull. l. 4. adv. Marcion. c. 35.* Si cui tam opinionosus videbitur. *Cic. 4. Acad. c. 47.* Principes Dialecticorum Antipater, & Archidemus, opinionissimi homines.

Opinor, aris, atus sum d. 1. *penfare, ſtimare*, סָבַר, חָשַׁב, Ger. *ſchetzen, achten*, Gal. *avoir opinion, eſtimer, penſer*, His. *penſar*, δοξάζω, opinionem habeo, existimo, censeo, arbitror, suspicor. *Cic. 4. Acad. c. 11.* Sapientem nihil opinari. *h. e.* nunquam assentiri rei vel falsæ, vel incognitæ. *Id. pro Dom. c. 40.* Falso multa in vita homines opinantur. *Id. in Pis. c. 20.* De vobis Senatus opinarur non secus, ac de teterrimis hostibus. *Ter. And. 2. 2. 29.* Non videntur convenire hæc nuptiis? *Pa.* Non opinor, Dave. *Da.* Opinor, narras? ¶ Male opinari de aliquo, *aver cattivo concetto. Suet. in Aug. c. 51.* Cum Æmilio Æliano, quod male opinari de Cæsare solerer. ¶ *Opinor*, & *ut opinor*, eleganter sermoni interseruntur. *Cic. l. 1. ad Att.* Primus, ut opinor, introitus. *Id. ib. l. 9. ep. 6.* Sed, opinor, quiescamus. ¶ Invenitur etiam *opino, as*, usurpatum ab *Enn. Cæcil. & Plaut.* apud *Non. c. 7. n. 59.* Adde *Priscian. l. 8. pag. 796. & 800. Putsch.*

Opinus, a, um, adj. ferr cum *nux* jungitur, & in quibusdam Livii editionibus conjunctim, in quibusdam divisim legitur. V. *Necopinus.*

Opipāre, adv. *copiosamente*, Ger. *reichlich, herrlich*, Gal. *richement, abondamment*, His. *abbondantemente*, δαψιλῶς, copiose. *Cic. Off. 3. c. 14.* Opipare a Pythio patarum erat convivium. Adde *Plaut. Bacch. 3. 1. 6.*

Opiparis, re, o. 3. idem ac opiparus. *Apul. l. 1. Met.* Piscatum opiparem expolitum video, & *l. 2.* opipares cibi.

Opiparus, a, um, *fontuoſo*, אָדִיר, עָשִׁיר, Germ. *fehr reichlich, köſtlich*, Gal. *somptueux, magnifique*, His. *ofoſo, de mucho gaſto*, πολυτελὴς, splendidus, sumptuosus, opulento apparatu instructus, ab *opis*, seu opum apparatu. *Plaut. Perf. 4. 4. 1.* Satin' Athenæ tibi vitæ fortunatæ, atque opiparæ? *Id. Mil. 1. 2. 29.* Vino, ornamentis, opiparisque obsoniis.

Opis, V. Ops.

Opis, is, f. ὦπις, nomen Nymphæ comitis & ministræ Dianæ. *Virg. 11. Æn. v. 836.* At Triviæ custos jamdudum in montibus Opis. *Idem v. 867.*

Opistographus, a, um, adject. ὀπισθόγραφος, utraque parte paginæ scriptus. Solebant autem Veteres fere in adversa tantum charta scribere. *Plin. l. 3. epist. 5.* Commentarios reliquit opisthographos, & minutissime scriptos. Adde *Ulp. Dig. l. 37. tit. 11. leg. 4.*

Opisthotonicus, i, ὀπισθοτονικὸς, qui opisthotono laborat. *Plin. l. 20. c. 18.*

Opisthotonus, i, ὀπισθότονος, morbus, quo nervi ita contrahuntur, ut torum corpus, vel ejus membrum aliquod in contrariam flectant partem. *Plin. l. 23. c. 1. & l. 24. c. 12. & l. 28. c. 12. & l. 30. c. 12.*

Opiter, tris, m. dicitur is, cujus pater avo vivo mortuus est, ducto vocabulo, aut quod obitu patris genitus sit, aut quod avum ob patrem habeat, idest pro patre. *Paul. ex Festo.*

Opitergīnus, a, um, ad

Oppidānus, i, m. *citradino*, אִישׁ הָעִיר, Ger. *stadtmann*, *der inder stadt wohnet*, Gal. *citoyen*, Hisp. *ciudadano*, πολίτης, qui oppidum incolit. *Cæs. l. 2. B. G. c. 33.* Ne quam noctu oppidani a militibus injurium acciperent.

Oppidanus, a, um, πολιτικὸς, quod ad oppidum spectat. *Cic. in Brut. c. 69.* Quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam, & incondito genere dicendi. *Id. pro Planc. c. 12.* Jus oppidanum.

Oppidātim, adv. κατὰ πόλεις, per oppida. *Sueton. in Aug. c. 59.* Ludos quinquennales pene oppidatim constituerunt. *Id. in Galb. c. 18.* Cum oppidatim victimæ caderentur.

Oppido, adv. *molto*, מְאֹד, Ger. *woest*, *viel*, *heiffig*, Gal. *beaucoup*, Hisp. *mucho*, *muy*, κομιδῆ, valde, multum. Ortum est hoc verbum ex fermone inter se fabulantium, quantum quisque frugum faceret; utque multitudo significaretur, sæpe respondebatur: Quantum vel oppido satis esset. Hinc in contuendinem venit, ut diceretur oppido, idest valde, multum. Itaque si in aliis rebus eo utuntur, ut puta, si qui dicant, Oppido didici, spectavi, ambulavi, errant, quia nulli eorum subjici possit, Quod vel oppido satis est. Hæc *Festus*. Quidquid tamen contra is dicat, passim usurpatur. *Ter. Heaut. 4. 4. 12.* Dic, me hic oppido esse invitam, *Cic. l. 14. Fam. ep. 4.* Servirent præterquam oppido pauci. *Id. 3. Fin. c. 10.* Eorum definitiones paulum oppido inter se differunt. In hoc lusit *Apulejus in Apol.* Lignum a me toto oppido, & quidem oppido quæsitum.

Oppidulum, n. 2. parvum oppidum. *Cic. Att. l. 10. ep. 7.* Nec tamen in acie, sed Melitæ, aut alio in loco, sive in oppidulo futurum puto.

Oppidum, (vel opidum, ut aliqui scribunt) di, n. *Città*, עִיר, Ger. *einer stadt*, Gal. *ville*, *bourge*, Hisp. *ciudad*, *castillo*, πόλις, locus mœnibus conclusus, in quem homines multi habitandi causa conveniunt. Idem est, ac urbs. A castello differt magnitudine, a vico mœnibus. *Serv. in 9. Æn. Cic. 6. Verr.* Segesta est oppidum perveteris in Sicilia. *Serv. Sulp. Cic.* Quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt. ¶ Oppidum etiam dicebatur locus in Circo, unde quadrigæ emittebantur. *Varr. l. 4. de L. L. c. 32.* & *Fest.* ¶ In genit. plur. *oppidum* pro *oppidarum*. *Sulpic. ad Cic. Fam. 4. ep. 5.* Tot oppidum cadavera.

* Oppignerator, oris, m. qui pignus pro data pecunia accepit. *Aug. ep. 215.*

Oppignĕro, as, avi, atum, a. 1. *impegnare*, עָבַט, חָבַל, עָבַט, Ger. *zupfand verfetzen*, Gal. *engager*, Hisp. *empeñar*, ἐνεχυράζω, aliquid pignori do. *Sic. pro Sext. c. 51.* Libelli pro vino etiam sæpe oppignerabantur. *Terent. Haeut. 4. 5. 46.* Num illa oppignerare filiam meam, me invito, potuit? *Marc. l. 2. epist. 57.* Oppigneravit ad mensam octo nummis annulum, unde cœnaret.

Oppilatio, onis, f. obstructio, סֹכֶר, ἐμφραξις, ut oppilatio nariam, apud *Scribon. Larg. compofit. 47.*

Oppilatus, a, um, nom. partic. clausus, obstructus. *Cic. Phil. 2. c. 9.* Scalis tabernæ oppilatis.

Oppilo, as, a. 1. *serrare*, סָכַר, אָטַם, ἐμφράττω, occludo. *Lucret. l. 6. v. 725.* Fluctibus adversis oppilare ostia contra.

Oppleo, es, evi, etum, a. 2. *empire*, מָלֵא, κατακορῶ, circumquaque, sive maxime impleo, vel impleo simpliciter. *Plaut. Rud. 4. 1. 14.* Jam meas opplebit aures sua vanilocuentia. Al. leg. *oppilabit*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 24.* Nam vetus hæc opinio Græcium opplevit. *Varr. l. 3. R. R. c. 4.* Alienus odor nares opplet.

Oppletus, a, um, partic. ab oppleor. *Cic. post red. in Sen. c. 4.* Quorum mentes angustæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris, ac fordibus.

Oppŏno, as, n. 1. κατεμβάλλω, בָּכָה, contra ploro, plorando obtundo. *Auth. ad Her. l. 4. c. 52.* Ac vos auribus meis opplorare non definitis?

Oppōno, is, sui, (apud *Plaut.* etiam *opposivi*) situm, a. 3. *opporre*, הִצִּיב לְנֹגֶד, רְקִשָׁה, Ger. *entgegen setzen*, Gal. *opposer*, Hisp. *poner*, προτίθημι, contra gono, ex adverso pono. *Cic. Att. l. 7.* Omnes nostra corpora opponimus. *Id. pro Cæc.* Atque ille ad omnes interitus armatos homines opponit. *Id. pro Mur.* Ad omnæ periculum, atque ad omnem invidiam solus opponitur. ¶ Sæpe ponitur pro contrarium esse, adversari. *Cic. 2. de Or. c. 83.* His quatuor causis totidem medicinæ oppenuntur. ¶ Item pro advertari alicui in disputando. *Cic. 4. Acad. c. 42.* Non quo probarer, fed ut opponerer Stoicis. ¶ Item objicere, idest ponere ante oculos, vel animum, *mettere innanzi*. *Cic. pro Quinct. c. 14.* Pericula incundantur, formidines opponantur. ¶ Item deponere, & contra alium provocandum pignus ponere. *Plaut. Cure. 2. 3. 77.* Pocio pallium, ille suum annulum opposivit. *Ter. Phorm. 4. 3. 56.* Ager oppositus est pignori ob decem minas. Hic percipiet illud *Catull. carm. 26.* Furi villula nostra non ad Austri Flatus opposita est, nec ad Favoni, Verum ad millia quindecim & ducentos. h. e. pignori obnoxia est propter eam pecuniæ summam. ¶ Item interponere. *Cic. 4. Acad.* Authoritate tanta movebat, nisi tu opposuisses non minorem ruam. ¶ Item apponere. *Horat. l. 1. sat. 9. in fin.* licet antestari? Ego vero Oppono auriculam. h. e. assentior. *Cato de R. R. in fin.* De petigine porcæ; brassicam opponito; fanam faciet. Ita legit *Turnebus*. alii *petigini parce*, *brassicam opponito*.

Opportūne, adv. *opportunamente*, *a tempo*, *e luogo*, Ger. *zu rechter zeit*, *eben recht* Gal. *en temps*, *& lieu*, Hisp. *oportunamente*, לְעִתּוֹת, ἐπικαίρως, commode, loco, & tempore. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 7.* Atqui mihi, quoque videor veniste opportune. *Id. l. 2. Fam. ep. 9.* Accidere opportunius nihil potuit. *Liv. l. 32. c. 38.* Anticyra opportunissime sita.

Opportunitas, atis, f. *opportunità*, עֵת, Ger. *gelegenheit*, *komlichkeit*, Gal. *opportunité*, Hisp. *oportunidad*, ἐυκαιρία, commoditas, ratio loci, temporis, & personarum. *Cic. 3. Fin. c. 14.* Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non sit major productione temporis. *Cæs. l. 3. B. G. c. 19.* Opportunitas loci. *Sall. in Jug. c. 6.* Opportunitas ætatis. ¶ Ponitur etiam pro aptitudine. *Cic. de Leg. l. 1. c. 9.* Omitto opportunitates, habilitatesque reliqui corporis. ¶ Item pro facilitate. *Plin. ep. ult. l. 1.* Tranquilli stomachum multa solicitant, vicinitas urbis, opportunitas vitæ. ¶ Item pro utilitate. *Cic. de Am. c. 6.* Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet. ¶ Opportunitate venire, *venir a tempo*. *Plaut. Epid. 2. 2. 19.* Optima opportunitate ambo autem venistis.

Opportūnus, a, um, *opportuno*, *comodo*, יָאִי, לְעִתּוֹת, Germ. *fueglich*, *komlich*, Gal. *opportun*, Hisp. *oportuno*, εὔκαιρος, quod idoneum est ad agendum, quod nobis commode obtingit. *Cic. pro Rosc. Am. c. 24.* Locus opportunus captus est ad eam rem. *Id. 2. Ver.* Classes optimæ, & opportunissimæ. *Tac. Ann. 4. cap. 24.* Locorum opportuna permunivit. ¶ Aliquando ponitur pro utili. *Cic. de Amm. c. 6.* Cæteræ res, quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis. ¶ Aliquando pro apto, & idoneo. *Ter. Eun. 5. 9. 47.* Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est. ¶ Aliquando pro proclivi, & obnoxio. *Plin. l. 18. c. 7.* & *l. 36. c. 22.* Opportuniora morbis corpora. *Id. l. 9. c. 31.* Opportunus injuriæ.

Oppositio, onis, f. *opposizione*, *opponimento*, קְשִׁיא, הִתְנַגְּדוּת, ὑπόθεσις, contrarietas. *Cic. 1. de Inv. c. 28.* Disparatum autem est id, quod ab aliqua re oppositione negationis separatur.

Oppositus, us, m. idem ac oppositio. *Cic. pro Marc. c. 10.* Sed etiam laterum nostrorum oppositus, & corporum pollicemur.

Oppositus, a, um, ὑπεναντίος, כְּתַגָּר, part. ab opponor. *Cic. pro Font. c. 1. ad fin.* propugnaculum illis ipsis nationibus oppositum, & objectum. *Juv. sat. 11. v. 18.* Laribus oppositis. *b. e.* oppigneratis. Alii aliter legunt. *Senec. l. 7. Benef. c. 14.* Rebus meis in fecuritatem creditoris oppositis.

Oppressio, onis, f. *oppressione*, חָמָס, κατάθλιψις, actus opprimendi. *Cic. pro Dom. c. 3.* Occupatio fori, oppressio curiæ. *Id. 3. Offic. c. 21.* Legum & libertatis oppressio. *Ter. Adelph. 2. 2. 30.* Per oppressionem eripere, *con prepotenza*.

Oppressiuncula, æ, f. dim. ab *oppressio*. *Plaut. Pseud. 1. 1. 66.* Papillarum horridularum oppressiunculæ. *b. e.* compressiones.

Oppressor, oris, m. 3. *oppressore*, κατάθλιβων, qui opprimit. *Brut. c. 16. Cic.* Ut vindices, atque oppressores dominationis salvi sint?

Oppressus, a, um, *oppresso*, עָשׁוּק, κατεπιβὰς, partic. ab opprimor. *Plin. l. 9. ep. 18.* Oppressa memoria, *piena di troppe cose*. *Cic. 2. Off.* Qui vi oppressos imperio coercent? *Id. Fam. 9. ep. 14.* Oppressus totius corporis doloribus. *Id. 2. Div. c. 23.* oppressus terra, *sepulto*. *Id. 2. Catil. c. 2.* Oppressus invidia. *Id. ibid.* Oppressus ære alieno. *Liv. l. 24.* Oppressus metu.

Oppressus, us, m. oppressio. *Lucret. l. 1. v. 850.* In oppressu valido. *Sidon. l. 9. ep. 11.* Saxei montis oppressu.

Opprimo, is, essi, essum, a. 3. *opprimere*, עשק, ἐπικατακαμβύω, valde premo, obruo. *Ter. Eun. 3. 5.* Somnus eum oppressit. *Cato R. R. c. 46.* Pede opprimere.

Cic. 2. Divin. c. 8. Opprimi ruina. *Liv. l. 29. c. 31.* Opprimere ignem, *spegnere*. *Ter. Phorm. 5. 7. 97.* Os opprime. *b. e.* tace. ¶ Translate est celare, tegere. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 41.* Quo studiosius ab ipsis opprimitur, & abfconditur, eo magis eminet, & apparet. *Val. Max. l. 2. c. 1.* Opprimere oculos mortuorum. h. e. claudere. ¶ Item ex improviso deprehendere. *Cic. Att. l. 18.* Ad quam diem hic ita possim esse, ut ne opprimar. *Ter. Andr. 1. 1. 23.* Ne de hac re pater imprudentem opprimat. Adde *Liv. l. 2. c. 4.* ¶ Item occupare, prævenire. *Liv. l. 26.* Opprimere incautos. *Cic. 15. Fam. ep. 16.* Hæc te tertia epistola ante oppressit, quam tu fchedam aut litteram. *Plaut. Asin. 2. 2. 15.* Occasionem opprimere. *b. e.* arripere. ¶ Item evertere, occidere, vexare. *Cic. 4. Fam. ep. 3.* Quicunque Rempubl. oppressissent armis. *Id. pro Rosc. Amer.* Extinguere, & opprimere potentiam alicujus. *Id. 5. Fam. ep. 6.* Dolore opprimi. *Id. Verr. 3. c. 7.* Opprimi criminibus. ¶ Alia V. in *Oppressus*.

Opprobramentum, i, n. idem ac opprobrium. *Plaut. Merc. 2. 3. 87.* Quam opprobramentum, aut flagitium muliebre efferri domo. Al. leg. *approbramentum*.

Opprobratio, onis, f. ὀνειδισμὸς, חֶרְפָּה, actus opprobrandi. *Gel. l. 12. c. 12.* Tum Cicero inopinata opprobratione permotus. Adde *l. 2. c. 7.*

Opprobrātus, a, um, *rinfacciato*, *esprobrato*, objectus. Apud *Gel. l. 3. c. 5. in lemmate*. Mollities cuidam opprobrata acerbe simul & festiviter.

Opprobriōsus, a, um, adject. opprobriis plenus. *l. 1. leg. 41. Cod. de Epise. & Cler* Abfurdum Clericis est, imo etiam opprobriosum.

Opprobrium, i, n. *vituperio*, *infamia*, חֶרְפָּה, גְּדוּפָה, Ger. *unehr*, *fmachrede*, Gal. *opprobre*, *outrage*, Hisp. *oprobrio*, ὄνειδος, infamia, dedecus, ex *ob*, *probrum*. Quasi objectum probrum. *Horat. l. 1. ep. 9. v. 10.* majoris fugiens opprobria culpæ. ¶ Item exprobratio, reprehentio. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 38.* Mordear opprobriis falsis.

Opprobro, as, n. 1. *rinfacciare*, *villaneggiare*, חֵרֵף, גִּדַּף, Ger. *fchelten*, *unhilligkeit zufügen*, Gal. *reprocher*, Hisp. *denostar*, ὀνειδίζω, opprobrio do, objicio, ex *ob*, & *probrum*. *Plaut. Mast. 1. 3. 143.* Egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier? *Id. Trucul. 2. 2. 25.* Rus tu mihi opprobras? *Gel. l. 17. c. 1.* Ut opprobraret adversariis.

Oppugnatio, onis, f. *oppugnazione*, מִלְחֶמֶת מָצוֹר, πολιόρκησις, actus oppugnandi. *Cic. 3. de Or. c. 48.* De fignorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus. *Liv. l. 4. c. 29.* Nec segnior oppugnatio est, quam pugna fuerat.

Oppugnātor, oris, m. πολιορκητὴς, מֵצִיר, qui oppugnat. *Cic. pro Balb* Et contra oppugnatores Reipubl. de civitate exterminari. *Id. pro Planc. 31.* Salutis meæ oppugnator.

Oppugnatorius, a, um, adject. ad oppugnationem pertinens. *Vitruv. l. 10. c. 22.* Hostes comparant res oppugnatorias.

Oppugnātus, a, um, nom. ex partic. *combattuto*. *Propert. l. 2. eleg. 12. v. 45.* Nec toties propriis circum oppugnata triumphis Roma.

Oppūgno, as, avi, atum, a. 1. *dare assalto*, נִלְחַם, הֵצִיר, πολιορκέω, contra perfonam, vel rem aliquam pugno nocendi causa. *Cic. l. 2. Fam. ep. 10.* Aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum. *Liv. l. de bel. Pun.* Tum vero simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur, ¶ Translate *Cic. l. 5. Fam.* Si sine causa fum a tuis oppugnatus. *Id. l. 3. Fam.* Aut ejus existimationem oppugnare in provincia. *Id. pro Quint. v. 12.* Caput alicujus oppugnare. *Metel. ad Cic. l. 5. Fam. ep. 1.* Capite ac fortunis aliquem oppugnare, *macchinare alla vita*, *e ai beni di qualcheduno*. *Cic. Fam. 1. ep. 1.* Oppugnare aliquem pecunia. *Id. 1. de Invent.* Oppugnare verbis commoda patriæ. ¶ *Plaut. Cas. 2. 6. 60.* Oppugnare os alicui. *b. e.* pugnis cædere.

Oppŭto, as, n. 1. circumquaque puto, propriæque de arboribus dicitur. *Plin. l. 17. c. 21.* Opputatur autem, quicquid proximo tulit fructum.

Oppuvium, is, n. 4. percutio, apud vet. *Festus*.

Oppuvium, ii, n. *sferza*, verber. *Afran. apud Non.* Oppuviis pueri coercentur.

Ops, Opis, f. 3. filia Cœli, & Vestæ, foror, & conjux Saturni, quæ & Terra, Rhea, & Cybele, & Magna Mater, & Mater Deorum, & Berecyntia, &c. vocatur, ita dicta, quasi opulenta, ac dives. *Varro l. 4. de L. L. c. 10* terram Opem vocatam ait, quia hic oinne opus, & hac opus ad vivendum. *Mac. l. 1. c. 1. ait*, terram dici Opem, cujus ope vitæ humanæ alimenta quæruntur, vel ab opere per quod fructus, frugesque nascuntur. Aliqui dicunt esse ab antiquo adjectivo *ops* pro divite, cujus contrarium inops remanfit pro paupere, & egeno. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ? ¶ Sed aliqui opem filiam Oceani, & Salaciæ, neptem Cæli, & Terræ faciunt. *Cic. de Univ. c. 11.* Ut Oceanum, Salaciamque Cæli satu, Terræque conceptu generatos, editosque memoremus, ex his Phorcym, Saturnum, & Opem, deinceps Jovem, atque Junonem.

Ops, opis, f. *ajuto*, *facoltà*, *potere*, auxilium, facultas, vires. *Cic. 4. Fam. epist. 1.* Aliquid opis occidenti Reipublicæ tulissemus. *Id. 5. Tusc. c. 2.* A te opem petimus. *Id. Fam. 14.* Omni ope, atque opere enitar. *Cæsar. Commin.* Opere & mediocri Phœbe tepertor opis. *Id. 8. Met. v. 269.* Hujus ope magnis imporaverere periclis. *Virg. 1. Æn.* Non opis est nostræ. h. e. non possumus. ¶ Est præterea ops, ut inquit *Festus*, idem ac opulentus, cujus contrarium est *inops*. ¶ In plur. numero mutat hæc vox significationem. V. *Opes*.

Opsonium, &c. V. Obsonium.

Optabilis, le, o. 3. *desiderabile*, נֶאֱוֶה, Ger. *zu wünschen*, *wünschens werth*, Gal. *desirable*, Hisp. *desseable*, ἐπιπόθητος, quod optari debet. *Cic. Fam. l. 5. ep. 12.* Quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt. *Id. 4. Fin. c. 23.* Optabilior vita.

Optabilĭter, adv. cum desiderio. *Cic. 1. Tusc. c. 40.* Quam optabiliter illud jucundum esse debet? Optimæ quædam edit. ex MSS. *to optabiliter* omittunt. *Valer. Max. l. 5. c. 1. ad fin.* Ut optabilius in patria, ita speciosius pro patria &c.

* Optandus, a, um, *desiderabile*, *bramato*, נֶחְמָד, ἐπιθυμητὸς, ἐφετὸς, expetendus. *Cic. in Pis. c. 14.* Optandam duco mihi fuisse illam experendamque fortunam.

Optātio, onis, f. *scelta*, בְּחִירָה, חִפָּצָה, optio, eligendi facultas. *Cic. 3. Off. c. 25.* Theseo cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti. Est qui legit *options*. ¶ Est præterea optatio Rhetorum figura. *Cic. 3. de Orat. c. 53.* Purgatio, conciliatio, lætio, optatio, atque exfecratio. Hujus figuræ exemplum fit illud *ejusd. pro Flac.* Utinam hanc mihi facultatem causa concederet.

Optātivus, a, um, εὐκτικὸς. adj. qui optationem continet, ut modus optativus in verbis, quo optandi actus fignificatur, apud Grammaticos. *Diomed. l. 1. p. 330. & Prisc. l. 15.* Optativa conjunctio. *Charis. l. 2. pag. 200.*

Optāto, adv. *defideratamente*, Ger. *erwünfchte*, Gal. *avec desir*, Hisp. *desso adamente*, ἐπιπόθως, cum desiderio. *Cic. Att. lib. 13. ep. 28.* Nisi quid te aliud impediet, mihi optato veneris. *Ter. Andr. 3. 3. 1.* Optato advenis.

Optātum, ti, n. *desiderio*, חֵפֶץ, תַּאֲוָה, Ger. *einwunfch*, Gal. *fouhait*, Hisp. *desseo*, ἐπιθυμία, desiderium. *Cic. in Pison. c. 20.* Illud etiam accidit præter optatum meum. *Id. l. 2. Fam. ep. 13.* Cur mihi non in optatis sit complecti hominem, &c. *Ter. Haut. 3. 3. 50.* Optata loquere.

Optātus, a, um, o. 1. 2. *desiderato*, ἐπιπόθητος. *Cic. l. 16. Fam. ep. 21.* Gratos tibi, optatosque esse, qui de me rumores afferuntur. *Id. l. 1. Fam. ep. 5.* Tametsi mihi nihil fuit optatius, quam &c. *Id. 14. Phil.* Optatissimi nuntii, & literæ venerunt. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 8.* Frater optatissime.

Optice, es, f. ὀπτικὴ, *l'Ottica*. faculras, qua visus ratio dirigitur, ab ὄπτομαι, video. *Vitruv. l. 1. c. 1.* V. Mathematicos.

Optimātes, tum, & tium, com. 3. *primati*, *nobili*, רָאשִׁים, אֲצִילִים, ἄριστοι, quæ optimis fuam causam probatam volunt, ab *optimus*. Duo enim fuere in Repub. hominum genera, qui excellere cæperent: alii ea, quæ agebant, ac dicebant, populo jucunda esse volebant, eoque dicti populares, alii ita sua instituebant, ut optimo cuique suam causam probarent, atque inde appellati optimates. Hanc utriusque nominis causam affert *Tullius ipse pro Sextio c. 45. Cælius ad Cic. sub l. 10. ad Att. ep. 9.* Vide, ne dum puder te param optimatem esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas. *Cic. Fam 7. ep. 6.* Nomen opulentæ, optimates.

Optime, adv. *ottimamente*, *benissimo*, טוֹב מְאֹד, Ger. *es ist gar gut*, *zum allerbesten*, Gal. *très-bien*, Hisp. *muy bien*, ἄριστα, præclare, eximie, omnino. *Cic. 4. Fam. ep. 13.* Sed hæc tu melius, vel optime omnium. *Id. ad Q. Fr.* Si perficiunt, optime; sin minus; ad nostrum Jovem revertamur. ¶ Aliquando ponitur pro opportune. *Ter. Eun. 5. 2. 66.* Adest optime ipse frater. ¶ Est etiam adverbium concedentis, seu annuentis. *Plaut. Bacch. 3. 4. 3.* Habent, optime est. ¶ Apud *Plaute* & *Ter.* plerumque legitur *optime*, sic enim solebant antiqui.

Optimātus, atis, f. utilitas, commodum. *Plaut. Asin. 2. 2. 15.* Maximas optimitates gaudioque offertissimas suis heris ille una mecum parier. Ita quidam Lexicographi, sed legendum videtur, *opimitates*.

Optimus, & (antiquis *optumus*) a, um, *ottimo*, *perfetto*, טוֹב מְאֹד, Germ. *gar gut*,

gut, *der allerbeft*, Gal. *très-bon*, Hisp. *muy bueno*, ἄριστος, præstantissimus, sup. a *bonus*, ab *opto*, idest eligo, quasi electissimus. *Cic. in Brut.* In omnibus rebus difficilis optimi perfectio, atque absolutio. *Id. de Arusp. Resp.* Optimus a populo R. judicatus est. *Id. 1. de Orat. c. 33.* Srilus optimus dicendi magister. ¶ *Optimus maximus* de Deo dicitur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 25.* Jupiter dicitur a majoribus nostris optimus maximus, & quidem ante optimus, idest beneficentissimus, quam maximus; quia majus est, certeque gratius prodesse omnibus, quam opes magnas habere. ¶ Eumdem titulum sibi sumpsit Caligula apud *Suet. cap. 22.* ex quo divinam majestatem asserere sibi cœpit. Item Imperatores postea alii, sed addita conjunctionis particula, *optimus maximusque*. ¶ Optimus maximusque fundus est liber & minimus, *lib. 120. de Verbor. fignif.* Sic optimo jure prædia, apud *Cic. Agrar. 3. c. 2.* eodem sensu. ¶ Optimo jure, h. e. juste, merito. *Cic. 2. Offic.* Ne jure optimo irrideamur.

Optio, onis, f. *elezione*, מִבְחָר, Germ. *wohl*, Gal. *choix*, Hisp. *election*, αἵρεσις, electio, seu eligendi facultas, ab *opto*, qua notat eligere. *Plaut. Cas. 2. 4. 13.* Optio hæc tua est; utram harum vis conditionem, accipe. *Cic. de Fat. cap. 2.* Utio frui malis, optio tua sit. *Id. 3. Fin. cap. 10.* Optio eligendi. *Id. de clar. Orat.* optionem dare. *Id. Att. l. 2.* deferre. *Id. in Divin. Ver. cap. 14.* facere alicui. ¶ Metonymice dicitur gen. masc. de eo, qui eligitur, ac præfertim in militia de iis, quos Centuriones sibi adjutores optabant, seu adoptabant, ut sua privata obirent negotia, dum ipsi publicis curis essent districti, vel etiam universa curarent, si ipsi ægritudine præpediti essent, quos antea *accensos* appellatos esse *Festus* scripsit, ab *arcessendo*. *Var. l. 4. de L. L. c. 16.* Quos hi (*Decuriones militares*) primo adminisiros ipsi sibi adoptabant, optiones vocari cœpit. Adde *Non. c. 2. & 11. Veget. l. 2. c. 7.* ¶ Translate sumitur pro cujuscunque rei adjutore. *Plaut. Asin. 1. 1. 88.* Optionem tibi fumito Leonidam.

Optionātus, us, m. dignites & munus optionis. *Cato* apud *Festum*. Decurionatus, optionatus, hastas donaticas, aliosque honores.

Optivus, a, um, idem ac adoptivus. *Hor. l. 2. ep. 2. v. 100.* Et optivo cognomine crescit.

Opto, as, avi, atum, a. 1. *desiderare*, חָמַד, אוה, Ger. *begeren*, *wünfchen*, Gal. *fouhaiter*, *desirer*, Hisp. *dessear*, εὔχομαι, desidero, cupio, expeto, a *more*, per Metathesim, & converso ὃ in τ, quomodo ab ἔθω, est *uror*. *Cic. in Piso. c. 14.* Optare, & exspetere aliquam fortunam. *Id. Catil. 2. c. 7.* A Diis immortalibus optare, ut aliquid fiat. ¶ Item eligo, *feegliere*. *Id. 1. Off.* Quæ majori parti pulcherrima videantur, ea maxime optant. *Virg. 1. Æn. v. 429.* Pars optare locum tecto. Adde *3. Æn. v. 109.* ¶ Optassis, pro optaveris legitur apud *Plaut. Mil. 3. 1. 75.*

Opŭlens, tis, adj. opulentus. *Sall. in Jug. c. 72.* Civitas magna, & opulens. *Auson. Idyl. 2. v. 7.* Non opulens, nec egens, parcus sine fordibus egi. *Nepos in Chabr. c. 3.* Neque animo pauperes aliorum opulentium intuentur fortunam.

Opulenter, Opulente, adv. *splendidamente*, Ger. *reichlich*, *uberflüfflich*, Gal. *richement*, *abondamment*, Hisp. *ricamente*, ἀνθηρῶς, cum opulentia, sumptuose, splendide. *Liv. l. 1. c. 35.* Ludos opulentius, instructiusque, quam priores Reges, fecit. *Sallust. in Jugur. c. 89.* Neque illos arcte colam, me opulenter.

Opulentia, æ, f. *ricchezza*, עֹשֶׁר, Germ. *reichthumb*, Gal. *richesse*, Hisp. *riqueza*, πλοῦτος, divitiæ. *Sallust. in Catil. cap. 6.* Invidia ex opulentia orta est. *Plaut. Bacch. 3. 4. 22.* Antequam illa meis opulentiis fiat gravior.

Opulentĭtas, atis, f. idem ac opulentia. *Plaut. Mil. 4. 4. 35.* Quasique ejus opulentitatem reverearis.

Opulento, as, a. 1. *arricchire*, הֶעְשִׁיר, πλουτίζω, dito, abundantem facio, fœcundo. *Hor. l. 1. ep. 16. v. 2.* Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivæ.

Opulentus, a, um, *ricco*, *potente*, עָשִׁיר, Germ. *reich*, Gall. *riche*, Hisp. *rico*, πλούσιος, opibus abundans, dives. *Cicer. de Amic.* Ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quam viri; & inopes, quam opulenti. *Hor. l. 3. ode 24.* Intactis opulentior thesauris Arabum. *Liv. l. 23. c. 33.* Opulentissimi in terris populi. *Tacit. 2. hist. c. 6.* Provincia pecuniæ opulenta.

Opulesco, is, n. 3. ditesco. *Furius apud Gel. l. 18. cap. 11.* Quo magis in patriis possint opulescere campis.

Opŭlus, i, f. arbor, quæ a rusticis obierus, vel opierus dicitur, corno similis, ulmi præceritare, caudice recto, & enodi, maritandis vitibus maxime idonea. *Col. l. 5. c. 6.* Sed virem maxime opulus videsur alere. Adde *Var. l. 1. R. R. c. 8.*

* Opunculo, genus avis, opilionis cantus imitans. *Paul. ex Fest.*

Opuntia, f. 1. herba circa Opuntem nascens. *Plin. l. 21. c. 17.*

Opuntius, a, um, adject. ab Opunte, ut Opuntius sinus. *Pomp. Mela.*

Opus, untis, f. urbs Bœotiæ. Item oppidum Locrorum non procul ab Asopo fluvio. *Ovid. l. de Pont. eleg. 4.* Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit.

Opus, eris, n. 3. *opera*, עֲבוֹדָה, מַעֲשֶׂה, פְּעֻלָּה, עֲלִילָה, Germ. *werck*, *geschefft*, Gal. *oeuvre*, *besogne*, Hisp. *obra*, ἔργον, id, quod fit operando, ab ἔπω, qua notat operari. *Cic. in Or.* Magnum opus omnino, & arduum conamur. ¶ Differt ab *opera*, quia *opera* est actio, qua fit aliquid, *opus* est id, quod operando factum est. *Ter. Heaut. 1. 1. 21.* utrumque complexus est, cum ait: Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ. Cæterum interdum opus capitur pro opera. *Virg. 8 Æn.* Sub te tolerare magistro militiam, & grave Martis opus, idest laborem belli. ¶ *Inter opus*, est in ipso opere, cum opus fit, dum quis operatur. *Tibull. l. 2. eleg. 7. v. 8.* Crura sonant ferro, fed canit inter opus. ¶ Opus etiam pro artificio frequenter ponitur. *Cic 6. Ver. c. 14.* Hydria Boeti manu facta, præclaro opere, & grandi pondere. *Id. 5. Tusc.* In aureo lecto, magnificis operibus picto. ¶ Item pro fabrica, seu munitione militari. *Cæs. B. G. l. 5. c. 21.* Locum reperit egregie natura, & opere munitum. ¶ Urbem operibus claudere, est obsidione & machinis oppugnare. *Nepos in Milt. c. 7.* ¶ Item de quocumque ædificio. *Sueton. in Tiber. c. 30.* De exstruendis, reficiendisque operibus ad P. C. referebatur. ¶ Ablativus *opere* pro magnopere. *Plaut. Trucul. 2. 7. 27.* Jussit opere orare, ut &c. *Id. Stich. 2. 1. 93.* Rogare te jussit multum opere maximo. Quod autem addidit *Paterus in Lex. Cris. ex Cic. l. 4. Att. ep. 11* non caret varia lectione.

Opus, nom. indecl. δεῖ, χρὴ, necessitas, vel necesse. Sed tamen *opus*, & *necesse* videntur aliquantum inter se differre. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Legem curiatam Consuli ferre opus esse, necesse non esse; *b. e.* utile esse. Quare *opus* notat indigentiam, seu utilitatem, non necessitatem. ¶ Modo substantive accipitur, modo adjective. Sed quocumque modo usurpetur, semper est indeclinabile. Utroque modo conjungitur cum verbo *sum*, & fere dativum personæ vel expressæ, vel occ ite exigit. Quando usurpatur substantive, verbum *sum* semper numeri singularis esse debet, & tertiæ personæ. Tunc vel usurpatur absolute. *Cic. 2. Fin.* Bonum ipsum etiam quid esset, fortasse, si opus fuisset, definisses. ¶ Vel cum abl. *Cic. Att. l. 12. epist. 27.* Apud Terentium gratia opus est nobis, tuaque auctoritate. ¶ Reperitur etiam cum gen. *Cic. ad Q. Fr.* Opus erit elegantioris alicujus. ¶ A veteribus conjungebatur etiam cum acc. *Plaut. Trucul. 5. 1. 20.* Puero opus est cibum. ¶ Conjungitur etiam cum conjunctivo, & participia *ut*. *Plaut. Trucul. 2. 6. 19.* Nunc tibi opus, ægram ut te assimules. ¶ Item cum infinitivo. *Cic. de Amic. c. 24.* Ante opus fit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. ¶ Item cum participio. *Ter. Heaut. 1. 1.* Tibi ut opus est facto, face. *Cic. pro Mil. c. 19.* Primum erat nihil, cur properato opus esset. ¶ Si adjective usurpetur, exigit nominativum ante se, & verbum *sum* secundum numeros, & personas variandum est. *Cic. l. 1. Fam. ep. 5.* Dux nobis, & auctor opus est, & eorum ventorum, quos proposui, moderator quidem, & quasi gubernator. *Liv. l. 10. B. Pun.* Ad comparanda ea, quæ opus erant. ¶ In utraque usurpatione admirtit etiam accus. cum præp. *ad*. *Cic. l. 3. Fam. ep. 3.* Præsidio firmiori opus esse ad istam provinciam. ¶ Jungitur etiam aliquando cum verbo *habeo*. *Col. l. 9. c. 1.* Fetæ grumientibus opus habent.

Opuscŭlum, i, *operetta*, מַעֲשֶׂה קָטָן, parvum opus. *Cic. 9. Acad. c. 58.* Ut etiam inter Deos Myrmecides aliquis minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.

Q A N T E R.

Ora, æ, *estremità*, שִׂפָה, גְּבוּל, ἔσχατιὰ, extremitas cujuscumque rei, ab ὄρος, *extremitas*, *terminus*. *Lucret. l. 4. v. 13.* Oras poculâ circum concingunt. *Festus*: Oræ vestimentorum. *Cic. 2. Fin. c. 31.* Infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas. ¶ Oræ vulneris, sunt hiantis vulneris extremitates, quæ futura conjunguntur. *Cels. l. 5. c. 26.* Oras vulneris futura jungit. ¶ Speciatim usurpatur de regione litorali. *Cic. l. 12. Fam. ep. 5.* A prima ora Græciæ usque ad Ægyptum. ¶ Per Synecdochen sumitur pro tota regione. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 66.* Omnibus hominibus, qui ubique sunt, quacumque in ora ac parte terrarum. *Id. 1. Tusc. c. 28.* Tum globum terræ duabus oris distantibus habitabilem, & cultum.

¶ Reperitur etiam pro initio rei. *Cæcil.* apud *Fest.* Oram reperire nullam, quam expediam, queo. ¶ Pro fine nautico. Hinc oram solvere, & resolvere, *partirsi dal lido*. *Quint. in ep. ad Tryphon.* Permittamus vela ventis, & oram solventibus bene precemur. *Liv. l. 22. c. 19.* Vixdum omnes conscenderant, cum alii resolvunt oras; aut anchoram vellunt. *Id. l. 28. c. 36.* Trahunt scalas

quandoque pro regione. *Plin. l. 12. cap. 12.* In nostro orbe proxime laudatur Syriacum. ¶ Item pro disco, seu lance, ac præsertim eo disco, super quem carnes in mensa minutim conciduntur, ne magna corrumpatur. *Ov. in Ibin, v. 490.* Quo puer OEbalides, idus ab orbe cadus. ¶ Item pro clypeo. *Petron. in Satyr. c. 89.* Gladios retractant, commoventque orbes manu. Sic sæpe *Stat.* ¶ Item pro mensa rotunda. *Martial. l. 2. epigr. 43.* Tu Libycos indis suspendis dentibus orbes. ¶ Item pro operculo in orbem facto. *Cat. de R. R. c. 10.* Abacum unum, orbes æneos duos, &c. ¶ Item pro rota. *Virg. 3. Georg.* Undique jam tergo ferratos sustinet orbes. *Plin. l. 8. c. 16.* Atque hoc tale, tam sævum animal rotarum orbes circumacti, curruque inanes terrent. ¶ Item pro orbili, hoc est castrimentaribus radiorum in rota, quæ canthis cinguntur. *Var. l. 3. de R. R. c. 5.* ¶ Item pro frontis foraminibus, inter quæ latent oculi. *Prudent. περιστεφ. 3. v. 145.* Illic utrisque obtutibus Orbes cavatos præferens. ¶ Item pro ipsis luminibus sive oculis. *Lactan. de opif. Dei, c. 8.* Orbes ipsos humoris puri, ac liquoris plenos esse vovit. ¶ Item pro multitudine hominum. *Ovid. l. de Ar.* Atque ingens orbis in urbe fuit. ¶ Item pro manu militum, quæ etiam globus dicitur. *Gell. l. 10. c. 9.* Hinc *orbem volvere*, apud *Liv. lib. 4. cap. 28.* est terga vertere; & alio fugæ causa inclinare aciem, *volsar le ordinanze.* ¶ Item pro anno. *Virg. 1. Æn.* Triginta magnos volvendis mensibus orbes imperio explebit, idest triginta annos regnabit. ¶ Item pro contextu, & serie continua, quam periodum vocant: *Cic. 3. de Orat. cap. 51.* Cum circuitum, & quasi orbem verborum consecere non possent. *Id. in Orat. c. ult.* In Thucydide orbem orationis desidero. ¶ Orbis saltatorius, est species quædam motus, cum saltatores se vertant, in orbemque rotant. *Cicer. in Pison.* Cum illum suum saltatorium verfaret orbem. ¶ Orbis ablaqueationis, est fossura, sive fossio illa, quæ in orbem circa vites, aut arbores fieri solet. *Col. lib. 4. cap. 9.* Nam dum exaltare fortis orbem ablaqueationis fossor studet. ¶ Pro rotunditate, *rotondità. Plin. l. 9. cap. 35.* Dos omnis unionum in candore, magnitudine, orbe.

Orbita, æ, *segno della ruota, rotaia*, גלגל, אפן, מועגל, vestigium rotæ decurrentis. *Cic. Att. epist. 21.* Vix impressam orbitam videre possemus. ¶ Item pro vestigio vinculi, quo viris alligatur. *Plin. lib. 17. cap. 23.* Orbita vinculi sentitur vexatione non dubia. ¶ *Sever. in Ætna, v. 230.* Solis scire modum, & quantos minor orbita Lunæ, *h. e.* cursus in orbem circumactus. ¶ Translate: *Juv. sat. 14. vers. 37.* Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ. ¶ Orbita, inquit *Ascon. Padian. in Ver. de prat. Urb. c. 59.* duas res significat; nam orbita & rota ipsa intelligitur, & vestigium in molli solo. *Cic. Ver. 5. c. 3.* Qui ex thensarum orbitis prædati ausus sit.

Orbitas, atis, f. *orbitá, privazione*, ὀρφανία, privatio liberorum, aut parentum, idest status parrum post amissos liberos, vel status filiorum, cum parentes amiserunt. *Cic. 5. Fin. c. 28.* Bonum liberi, misera orbitas. *Id. 1. de Orat. c. 53.* Ac se Pop. Rom. tutorem institusse dixisse illorum orbitati. ¶ Translate sumitur generatim pro quacumque privatione. *Cic. lib. 19. Fam. ep. 3.* Maxima orbitate Reipublicæ vitarum talium. *Plin. l. 7. c. 37.* Citra deformitatem oris cuarata orbitas luminis. *Id. l. 35. c. 3.* Orbitas tecti. ¶ *Orbitates* in pl. num. usurpat *Arnob. l. 5. pag. 188. & Solin. c. 40.* (al. 53.)

Orbitōsus, a, um, adject. rotarum orbitis impressus. *Incert. Auct. in Catalect. Virg. carm. de Sabino pag. m. 95.* Et inde tot per orbitosa millia jugum tulisse.

Orbitūdo, inis, f. idem ac orbitas, apud vet. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 599.* Miseret lacrymarum, luctuum, orbitudinis.

Orbo, as, avi, atum, a. 1. *privare*, חסר, שכל, Germ. *berauben*, Gall. *priver*, Hisp. *privar*, στερεῖν, ὀρφανεύειν, proprie est filios parentibus, vel parentes filiis privare, ab *orbus*. *Cic. 1. Offic. c. 10.* Theseus filio Hippolyto non esset orbatus. ¶ Translate sumitur pro privare generatim. *Cic. in Pison. c. 24.* Cum orbabas Italiam juventute. *Id. 4. Acad.* Non ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus. *Plin. lib. 22. c. 8.* Pene equitatu orbavit Alexandrum.

Orbōna, æ, f. Dea, quæ præest parentibus liberis orbatis, teste *Plin. l. 2. c. 7. & Arnob. l. 4. pag. 131.*

Orbus, a, um, *privo*, משוכל, שכל, חסר, Germ. *beraubt*, Gall. *privé*, Hisp. *privado*, στερηθείς, ὀρφανός, privatus liberis, vel parentibus. *Quintil. lib. 7. c. 4.* In paupere gratior, quam divite, patre, quam orbo. *Cic. in Parad. 5. cap. 2.* Quem putum locupletis orbis senis non observat? *Id. Q. Fr. l. 1. epi 3.* Te incolumi orbi non erunt filii. ¶ Translate accipitur pro eo, qui quacumque re privatus est, *Cic. in Brut.* Quoniam orbæ Eloquentiæ quasi tutores relicti fumus. *Id. pro Elac. c. 23.* Usque eo orba fuit ab optimatibus illa concio. *Plaut. Rud. 2. 3. 19.* Orbi auxilii, opumque. *Plin. l. 7. c. 43.* Orbam luminibus exegit senectam. *Silius l. 13. v. 725.* Pyrrhumque a limine portæ Dejecit visus orbus. ¶ Orbi palmites dicuntur, qui oculis, seu gemmis carent, & nihil pariunt. *Col. l. 4. cap. 27.* Nec orbos tantum detrahere palmites.

Orca, f. 1. *orca*, ὄρυξ, genus belluæ marinæ baleneis infestum. *Plin. l. 9. c. 6.* Hoc fcire oram, infestam his beluam, & cujus imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quam carnis immensæ dentibus truculentæ. ¶ Est etiam genus vasis speciæ teretis, & uniformi, ab *Æoligo ὄρυγη.* quod vasis fictilis genus notat. *Pers. sat. 3. v. 76.* Mœnaque quod prima nondum defecerit orca. *Horat. l. 2. Sat. 4. v. 65.* Non alia, quam qua Byzantia putruit orca. ¶ Ab hujus vasis similitudine ad alia quoque id nomen translatum. Ita vinarium vas orcam dixere. *Var. l. 1. de R. R. cap. 13.* Quod sæpe, ubi conditum novum vinum, orcæ in Hispania fervore musti ruptæ. ¶ Et vasa fictoria. *Col. l. 12. c. 15.* Nonnulli hanc ipsam formam sici orcis sine pice includunt. *Plin. l. 15. c. 19.* At ubi (sicorum) copia abundat, implentur orcæ in Asia. ¶ Phimus quoque, sive pyrgus orca dicebatur. *Pompon.* apud *Priscian. l. 3. pag. 615.* Interim dum contemplor orcam, taxillos perdidi. *Pers. sat. 3. v. 50.* Augustæ collo non fallier orcæ. De talorum ludo agit Satyricus. ¶ Item capsa pigmentorum muliebrium. *Plin. l. 35. c. 7.* Usta casu reperta incendio Pirææi, cerussa in orcis cremata. ¶ Denique est nomen gemmæ. *Plin. l. 37. c. 19.* Orca barbari nominis e nigro, fulvoque, ac viridi, & candido placet.

Orcădes, f. 3. *Orcane*, insulæ Scotiæ ad Bor. in mari Caledonio, ab ea tantum Pictico freto divisæ, extenſæ a Septen. in Merid. num. 40. ab 30. ex quibus undecim majores, reliquæ minores. *Mela l. 3. c. 6.*

Orchămus, m. 2. ὄρχαμος, Assyriorum Rex, qui ex Eurymene uxore filiam Leucothoen suscepit, quam ab Apolline suprattam vivam defodit. *Ovid. l. 4. Met*

* Orchas. V. Orchis.

* Orchestropolarius, ii, m. ὀρχηστροπώλης, qui circumagendo se saltat. *Jul. Firm. l. 8. c. 15.* al. *orcisopolarius*, h. e. *urinator.*

Orchestra, æ, f. 1. *orchestra*, ὄρχηστρα, locus in medio theatro, h. e. interior pars, quæ concava, inter sedilia, sive cuneos, & proscenium, ab ὀρχέομαι, *salto*, quia in ea apud Græcos chorus saltabat. Nam alius fuit orchestræ usus apud Romanos, alius apud Græcos. Apud Romanos quidem orchestræ planities designata fuit Senatoribus ad spectandum, sed apud Græcos in ea chorus canere, ac saltare consuevit. In orchestra erat pulpitum, sive locus editior, qui *thymele* dicebatur, in quo canebatur a citharœdis, ac tibicinibus, qui ex eo aditi *thymelici*. Supra orchestram erat proscenium, (idest locus ante scenam, nempe scena depressior, in medio sui pulpitum habens, qui scenicorum, idest agentium, ac loquentium locus erat. *Juvenal. sat. 3. vers. 177.* Sinistraque videbis Orchestram, & populum, idest sessionem Senatus. *Sueton. in Neron.* Deinde in orchestram, Senatumque descendit. *V. Vitruv. l. 5. c. 6.*

Orchĭa lex, fuit lex de cœnis lata ab Orchio Tribuno pleb. de Senatus sententia, tertio post anno, quam Cato Censor fuerat, quæ certum numerum convivarum præscribebat, cavebatque, ut patentibus januis cœnaretur, nequa legi fraus fieri posset. Hæc fuit prima omnium, quæ de sumtibus ad populum latæ sunt. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 13.*

Orchis, is, f. 3. ὄρχις, herba, al. cynosorchis. *Plin. l. 26. c. 10. Dioscor. l. 3. c. 143.* ¶ item genus piscis. *Plin. l. 32. c. 2.* Duriſſimum esse piscium constat, qui orchis vocatur, rotundus est, & sine squamis, torusque capite constat. ¶ Item genus olivæ Asticæ grandius orchite. *Col. l. 5. c. 8.* Orchis quoque, & radius melius ad escam, quam in liquorem stringitur.

Orchītis, is, seu orchites, is, & Orchita, æ, f. ὀρχίτης, ὀρχίτης, olea grandis. *Var. l. 4. de L. L.* Meminit ejus *Cat. R. R. c. 6. Col. l. 2. c. 47. Virg. 2. Georg.* Est ab ὄρχις, *testiculus*, quod sit testiculorum magnitudinis. *Serv. in 2. Georg. & Fest.* ¶ Inventur & Orchita apud *Colum. l. 12. c. 47.*

Orchomĕnus, f. 3. *Orcomeno*, ὀρχόμενος, opp. & fl. Bœotiæ, inter Thespiam, & Coroneam proximas urbes, ubi templum ditissimum, ac potentissimum Gratiarum, ab Etheocle Rege conditum, cui Thebani tributa pendebant. Hujus solum a talpis totum ferme evertitur, authore *Plin. l. 8. c. penult. & l. 31. cap. 2.* ¶ Item opp. Arcadiæ, inter palustria, & paludosa loca, Mantineæ proximum. *Plin. l. 4. c. 6.* ¶ Est & fluvius Thessaliæ Minyeus antea, & postea Minyeius dictus, cum opp. cognomine. *Plin. l. 4. c. 8.*

Orcinianus, a, um, adjectiv. ab Orco, ut Orcinianæ sponda. h. e. ferretrum, seu fandapila, *feretro. Martial. l. 10. epigr. 5.* Vocet beatos, clamiteque felices, Orciniana qui ferunturin sponda,

Orcinus, a, um, adjectiv. sepulcralis, ad Orcum pertinens. *Nav.* apud *Gell. l. 1. c. 24.* Posquam est Orcino tradita thesauro, obliti sunt Romæ loquier latina lingua: Sunt qui legunt *Orcio*, eodem sensu. ¶ Orcini liberti dicuntur a *Scio*, *l. 2. ff. de pænal. leget. & alibi*, qui ex domini testamento libertatem sunt assecuti, nec asserterem suum videntur. ¶ Hinc Orcini Senatores, Augusti tempore ii dicebantur, qui in Senatum irrepserant post Cæsarem occisum, & Orco demissum, ejus commentariorum auctoritate jactantes, eum se honorem obtinuisse. *Suetun. in Aug. c. 53.* Alii legunt *Orcivus.*

Orcius, a, um, V. vocem præcedentem.

Orcŭla, æ, f. ὀρκίδιον, dim. ab orca, parvum vas. *Cat. de R. R. c. 17.* Mentham in orculam condito.

Orcus, i, m. 2. ἅδης, שאול, Deus Inferorum, ut vetereș putaverunt, quem & Plutonem, & Ditem Patrem vocabant, ab ὅρκος, *juramentum*, quod esset juramenti Deus, quippe per Plutonem, vel per Stygiam paludem Dii jurabant. *Cic. 6. Ver. cap. 50.* Hic dolor erat tantus, ut Veres, alter Orcus, venisse Ennam, & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. ¶ Aliquando etiam pro fluvio Inferorum ponitur, imo pro toto loco. *Prop. lib. 3. eleg. 19.* Arbiter Orci Minos. *Plaut. Asin.* Bene vale, apud Orcum te videbo. *Horat. l. 3. od. 27.* Impudens Orcum moror, *h. e.* mortem differo. ¶ Cum Orco rationem habere, vel ponere, est periculo mortis se se exponere, cum id prævideamus, quod solent agricolæ, qui in pestilenti agro serunt. *Var. lib. 1. de R. R. cap. 4.* Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium vita.

Orcus, i, m. fl. Thessaliæ, ex Styge palude profluens, qui in Peneum labitur, aquis adeo pinguibus, ut Peneo olei in modum supernatet. *Gorat. lib. 2.* Hinc factus est locus fabulæ, ut Orcus Inferorum flu. esse dicatur, cujus apud Deos sanctissimum semper habitum sit juramentum.

Orcynus, i, m. ὄρκυνος, genus magni piscis, qui a Narbonensibus *Ton* dicitur. *Plin. l. 32. c. ult.*

Ordla prima, prima initia, primordia. *Lucret. l. 4. v. 32.* Quove modo distracta rediret in ordia prima.

Ordinālis, le, ordinem significans, ut ordinale nomen, *Priscian. l. 2. p. 581. Putsch.*

Ordinarie, adv. cum ordine. *Tert. de resur. car. c. 2.* Hæretici ex conscientia infirmitatis nunquam ordinarie tractant. *Frontin. de Colon.* Agrum ordinarie dispone.

Ordinārius, a, um, o. 1. 2. *ordinato*, מתוקן, Germ. *ordnen, in ordnung bringen*, Gall. *ordinaire*, Hisp. *ordinario*, τεκτονικὸς, in quo servatur ordo. *Colum. l. 3. c. 16.* Malleolus ordinariis vitibus interferendus est. ¶ Item consuetus, & in quo nihil præter receptum morem, aut legem fit, *ordinario. Suet. in Aug. c. 45.* Spectavit studiosissime pugiles, non legitimos, & ordinarios modo, sed & catervarios pugnantes temere, & sine arte. Sic ordinarius Consularus, apud *eumd. in Galba c. 6.* Ordinaria consilia, *Liv. l. 27. c. 43.* Ordinaria oratio, *Sen. epist. 39.* ¶ Ordinarii servi, *l. 15. ff. de injur.* sunt, qui certum aliquod ministerium (quod ordinarium officium dicitur a *Senecal. 3. de Benef. c. 28.*) in familia exercent, quibus opponuntur servi vicarii. ¶ Ordinaria paria gladiatorum, quæ legitimo loco, tempore, & apparatu inducuntur, quibus opponuntur ex tempore suffecta, & veluti vicaria. *Id. ep. 7.* ¶ Ordinaria structura apud *Vitruv. l. 2. c. 28.* est media inter eam, quæ sit e lapide quadrato, & quæ ex informi cæmento temere congesto, ubi adjectus (qui ideo *ibid.* ordinarii vocantur) etii ad normam non respondent; a se tamen invicem non abhorrent, & ordine coagmentantur. Hæc *Philander in loc. cit. Vitruv.* ¶ Homo ordinarius, qui assidue in foro versatur, & lites gerit: *Festus.* ¶ Item homo vilis conditionis. *Idem.*

Ordinate, adv. *ordinatamente*; Germ. *ordentlich*, Gal. *par ordre*, Hisp. *con orden*, κατὰ τάξιν, cum ordine. *Auct. ad Her. l. 4. c. ult.* Distincte, & ordinate disponemus. *Tert l. 1. adv. Marc. c. 19.* Quo ordinatius retractentur. *Augustin. 1. Retract. c. 24.* Ordinatissime subjunxit.

Ordinātim, adv. idem ac ordinate. *Brut. Cic. l. 11. Fam. ep. 13.* Ille enim iit passim, ego ordinatim.

Ordinātio, onis, f. *ordine*, סדר, ערך, מערכה, טור, Germ. *ordnung*, *und rechte austheilung*, Gall. *ordonnance*, Hisp. *ordenanza*, τάξις, διακόσμησις, dispositio. *Col. l. 12. c. 3.* Ut ordinatio constituta conserveturi. *Vellej. l. 2. c. 59.* Omnem ordinationem & necis, & testamenti. ¶ De ordinatione in architectura V. *Vitr. l. 1. c. 2.* ¶ Interdum sumitur pro administratione provinciæ. *Suet. in Neron. c. 40.* Sponderunt quidam ei ordinationem Orientis. Optimi quidam codices habent *dominationem*. ¶ Est etiam ordinatio magistratuum creatio, & eorumdem per provincias dispositio. *Id. in Domit. cap. 4.* Bequid scirgt, cur sibi visum esset ordinatione proxima ægypto præficere Metium Rufum.

Ordinativus, a, um, *ordinativo*, ad ordinem spectans, ut ordinativa adverbia, apud *Priscian. l. 15. pag. 10.* Adde *Priscian. Anecdot. Hermog. c. 19.*

Ordinātor, oris, m. *ordinatore*, qui recte disponit. *Senec. ep. 110.* (al. 109.) Quomodo advocato, & litis ordinatori.

* Ordinātrix, icis, f. quæ ordinat. *Augustin. epist. 56.* Mens ordinatrix & moderatrix rerum omnium.

Ordinātus, a, um, *ordinato*, *Liv. l. 24.* Ex comparatione tam ordinatæ disciplinæ animadvertit. *Nepos in Iphicr. c. 2.* Ordinatæ acies. *Apul. de Deo Socr. ad. post prine.* Ordinatissimi meatus. *Senec. ep. 74.* Vita ordinatior, & prudentior.

Ordĭno, as, avi, atum, a. 1. *ordinare*, ערך, סדר, Germ. *ordnen*, *in ordnung bringen*, Gall. *ordonner, mettre par ordre*, Hisp. *ordenar, poner en orden*, διατάττω, suo quæque ordine dispono, recte constituo, designo, in ordinem redigo. *Cic. 2. de Or.* Ea mihi videntur in lite ordinanda, & in consilio dando esse posita. *Calum. l. 5. c. 3.* Ordinare locum vitibus. *Suet. in Cæs. c. 40.* Ordinare Reipublicæ statum. *Liv. l. 29. c. 1.* Ordinare milites, *Curt. l. 3. c. 8.* Ordinare aciem. *Flor. l. 3. c. 19.* sub signis ordinare. *Sen. ep. 9. a med.* Ordinare res suas suo arbitrio. Et *ep. 10.* Ordinare cupiditates improbas, *h. e.* in officium redigere. Al. leg. *cogitationes.* Et *ep. 12.* Ordinare diem, *disporre le azioni del giorno.* ¶ Ordinare aliquem, est ad aliquod munus gerendum constituere. *Suet. in Vespas. cap. 23.* Quemdam e charis ministris dispensationem cuidam, quasi fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se vocavit, exactaque pecunia, sine mora ordinavit. ¶ Ordinare testamenta apud Jctos, *l. 5. ff. de inoffic. testam.* est conficere. ¶ *Ordinare medicamenta* dicuntur Medici cum ea ægrotantibus præstituunt. Legitur hæc phrasis apud *Cœl. Aurel. Chronic. l. 1. c. 7. Jul. fin.*

Ordior, iris, orsus sum, d. 4. *cominciare*, החל, Germ. *anfahen, anfangen, e beginnen*, Gal. *commencer*, Hisp. *comencar a dezir*, ἄρχομαι, incipio. *Cic. Att. l. 4 p. 12.* Alterius vitæ quoddam initium ordimur. *Id. in Brut.* Cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere. *Id. pro Marc. cap. ult.* Sed ut unde oft orsa, in eodem terminetur oratio mea. *Nepos in Alcib. in fin.* Satis de hoc; reliquos ordiamur, *h. e.* ordiamur de reliquis dicere. ¶ Significat etiam texere; quæ a nonnullis putantur propria, & præcipua hujus verbi notio. *Plin. l. 11. c. 4.* Aranea ordituræ telas. ¶ Particip. futuri *ordiendus*, & *ordiandus. Liv. in præfat. l. 1.* Ab initio tantæ ordiundæ rei. *Cic. 1. de Or. c. 21.* Crassus princeps ejus sermonis ordiendi fuit. ¶ Particip. præteriti *orditus* pro orsus ponitur a *Diomede in præfat. lib. 1.* & usurpatur a *Sidon. lib. 2. epist. 9.* passiva significatione: narratiunculas bifariam orditas. Adde *Fortunat. lib. 1.* qui tamen imitandi minime sunt. ¶ Particip. *orsu* V. suo loco.

Orditūra, V. Ordior.

Ordĭum, V. Ordia.

Ordo, inis, m. *ordine*, *disposizione*, סדר, טור, ערך, Germ. *ordnung*, *stand*, Gall. *ordre*, *rang*, Hisp. *orden*, τάξις, διάθεσις, digestio, & in suo loco rei cujusque collocatio, quasi ὅρον δῶ, *terminum do*, ut conficit *Cas. Scalig. de caus. L. L. cap. 35.* Posiis & deducere a Græco ὁρδεῖς, *rectus. Cic. 1. Off. c. 40.* Ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis, & accommodatis locis. *Id. de Sen. cap. 17.* Directos in quincuncem ordines. *Quint. l. 10. c. 5.* Dare ordinem studiis, ¶ Sæpe ponitur pro conditione, qualitate, statu hominum. *Cic. 3. Ver. c. 43.* M. Octavium hominem ornatissimum loco, nomine, ordine, virtute. *Idem Ver. 3.* Homo fuit ordinis frugalissimus, *era quelli del suo rango.* ¶ Apud Romanos tres ordines civium fuere, Senatorius, Equester, Plebeius. *Cic. in Cat. pro Domo c. 28. Liv. l. 26. Sigon. de ant. jur. Civ. Rom. l. 2. c. 1.* ¶ Ordo amplissimus, vel nobilissimus Senatorius vocabatur. *Cic. de Prov. Conf.* Reduxit ordo amplissimus, & ordo is, qui est & publici consilii, & morum omnium consiliorum auctor, & princeps. ¶ Aliquando ordo ponitur pro ipsis hominibus, idest iis, qui ejusdem sunt dignitatis, ut Senatores, &c. *Cic. 3. Off.* Qui esset, ut argentarius, apud omnes Ordines, gratiosus. ¶ In inscript. Municip. inveniur *Ordo civitatis*, vel simpliciter *Ordo*, pro summo civitatis Consilio. ¶ Item pro agmine. Hinc ordines ducere dicuntur, qui militibus præsunt, ut Tribuni, Centuriones, atque alii. *Cic. 1. Phil.* Viri fortissimi, atque nobilissimi, qui ordines duxerunt. ¶ Ordinis interioris amici, dicuntur, vel qui sunt infimæ conditionis, vel qui in genere amicitiæ in fimi sunt, & omniam amicorum minimi. *Cic. de Amic.* Nunquam se ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis. ¶ *Ordine*, & *ex ordine* est secundum ordinem, vel distincte, dilucide. *Virg. 1. Ecl. v. 74.* Pone ordine vites. *Cic. in Partit. c. 1.* Testes ordine interrogandi sunt. *Id. 6. Verr. c. 64.* Ut quisque ætate, & ordine antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine. ¶ *Extra ordinem*, est neglecta, & posthabita ordinis ratione, præter morem, & consuetudinem. *Cic. pro Dom. Cn.* Pompejo plurima, periculosissima, maxima terra, marique bella extra ordinem sunt commissa. ¶ *Extra ordinem* per Metaphoram ponitur pro eximie, & quasi præter cæteros. *Cic. l. 6. Fam. ep. 5.* Ad eam spem, quam extra ordinem de te ipso habemus. ¶ Vel pro incidenter. *Quint. l. 10. c. 3.* In quo notentur, quæ scribentibus solent extra ordinem, idest ex aliis, quam qui sunt in manibus loci, occurrere. ¶ Jurisconsulti ponunt *extra ordinem* pro sine verbis, & formulis solemnibus. *Paul. l. penult. ff. de publ. jud.* Cum extra ordinem crimina probantur. ¶ *Ex ordine*, est secundum ordinem, pro ratione ordinis, ordine servato. *Cic. 6. Ver. c. 64.* sententiam dicere ex ordine. ¶ Interdum significat sine intermissione, ut aliqui dicunt. *Virg. 4. Georg. v. 507.* Septem illum totos perhibent ex ordine menses flevisse. ¶ In ordine stare dicuntur, qui stando ordinem servant, vel ordine stant. *Auct. ad Her. l. 3.* Si in ordine stantes notos quam plurimos videremus. ¶ In ordinem cogere, vel redigere, *fare stare, costringere alcuno a che che sia*, proprie dicitur, cum quis per vim prohibet magistratus, ne jure suo utantur, eosque in ordinem, & conditionem privatorum quodammodo redigit. *Liv. l. 43. c. 16.* Eo facto avocatam a se concionem tribunus questus est, & in ordinem se coactum. *Id. l. 25. c. 3.* Consul tribunis, Nonne videtis, inquit, vos in ordinem coactos esse? *Pl. l. 1. ep. 23.* Tribunitiam potestatem in ordinem cogi a nullo decet. Adde *Suet. in Claud. c. 38. & in Vespas. c. 15.* ¶ Translate *Pl. l. 2. ep. 6.* Gula reprimenda, & quasi in ordinem redigenda est.

Orĕa, æ, f. *freno*, *morso*, מתג, χαλινός, frænum, ita dictum, quod ori inseratur, ab *ore*. *Trebel. pro se apud Pop.* Oreas derrahio inspechante Lucio Stertinio. Citat *Festus*, qui & Nævium, Titinnium, Catonem, Cœlium usos docet. ¶ Orea quoque, vel, ut alii scribunt, oria, vel horia, est genus naviculæ. V. Horia.

Orĕades, dum, f. Ὀρεάδες, Nymphæ montium, ab ὄρος, *mons*. Hujus dictionis fecunda a Poetis licenter producitur, quod propter tot brevium syllabarum concursum alioqui carmen hexametrum ingredi non possit. *Virg. 1. Æn. v. 502.* quam mille secutæ Hinc, atque hinc glomerantur Oreades. ¶ In fing. num. *Calpurn. ecl. 4. v. 136.* Per juga ficcato felix pede currit Oreas.

Orĕon, i, ὄρειον, genus herbæ in montibus nascens, refertur inter species polygoni a *Pl. l. 27. c. 12.*

Oreoselīnum, ὀρεοσέλινον, apium montanum. *Pl. l. 20. c. 11.*

Orestes, m. 3. Agamemnonis, & Clytemnestræ filius, sic appellatus ob furinam, atque agrestem, & quasi montanam naturam, ab ὄρος, *mons*, quem foror Electra, necem ei parari ab Ægistho, qui patrem Agamemnonem interfecerat, & cum matre in adulterio vivebat, mentens, per pædagogum in Phocidem clam ablegavit. Istic duodecim annos commoratus cum pædagogo suo Argos rediit, ubi sub specie hospitii intromissus ad Clytemnestram, eamdem in ultionem patris occidit. Deinde Pyrrhum quoque Macharei Sacerdotis ope in Apollinis templo interfecit, eo quod Hermionem Menelai filiam, sibi prius desponsatam, rapuisset. Propter quæ scelera agitatus est furiis, quibus non ante liberari potuit, quam judicium in Areopago expertus sit, ubi cum a sex Diis condemnaretur, a sex absolveretur, tandem a Pallade absolutus, & a furiis liberatus est. Amicum habuit Pyladem, perpetuum omnium suarum profectionum comitem, periculorumque focium, cum quo tam sanctæ amicitiam coluit, ut alter pro altero mori non recusaret. *Cic. de Amic. c. 7. Virg. 3. Æn. & al.* ¶ Pro tragœdia de Oreste, *Juven. sat. 11. v. 6.* Scriptus & integro, necdum finitus Orestes.

Orestĭus, a, um, adject. ad Orestem pertinens, ὀρεστεῖος, ut Orestea Diana, cujus simulacrum Orestes juxta Ariciam collocavit. *Ov. 15. Met. v. 489.*

Orĕus, a, um, ὄρειος, montanus. *Fest.*

Orexis, is, f. *fame*, רעב, appetitus, esuritio, ὄρεξις, ab ὀρέγομαι, appeto. *Juven. sat. 11. v. 217.* Hinc surgit orexis, Hinc stomacho vires.

Organarius, ii, m. qui organa tractat, vel fabricatur. *Firmic. Mathes. l. 3. cap. 14.* Mercurius cum Venere facit organarios, & myropolas.

Organice, adv. per organa seu machinas. *Vitruv. lib. 10. cap. 1.* Organice moveri. Optimæ editiones habent *organicùs*, græca terminatione.

Organĭcus, i, subst. m. 2. *organista*, qui musicis organis canit. *Lucr. l. 2. v. 412.* Ac muſæa mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant.

Organĭcus, a, um, quod ad organa, sive instrumenta spectat. *Firmic. lib. 8. c. 30.* Organicæ machinationes. *Lucr. lib. 3. v. 133.* Saltus organicus Heliconis, h. e. sonorus, musicis organis refertus.

Orgănum, ni, n. *organo, instrumento*, כלי, עגוב, Oργανον, instrumentum. *Cic. lib. 11. Fam. epist. 14.* Oργανον enim meum erat Senatus, id jam est dissolutum. ¶ Per excellentiam organa dicuntur quævis musicorum instrumenta. *Quint. l. 9. c. 4.* Ut illi quoque organorum soni, quamquam verba non exprimunt, &c. *Juven. sat. 6. v. 379.* Prætoribus organa semper in manibus. ¶ Est & organum instrumentum quoddam ædificiis construendis aptum. *Vitruv. l. 10. c. 1.* Inter machinas, & organa id videtur esse discrimen, quod machinæ pluribus operibus in majores coguntur effectus, ut ballistæ, torcularium que præla; organa autem unius operæ prudenti tractu perficiunt, quod propositum est, uti scorpionis, & anisocyclorum versationes. ¶ Item instrumentum idoneum ad metiendum. *Col. l. 3. c. 13.* Sic compositum organum cum in sulcum demissum est, litem dominí, & conductoris sine injuria deducit.

Orgĭa, orum, n. 2. ὄργια, חג, quævis sacra apud Græcos, quemadmodum apud Latinos cæremoniarum appellatio generalis est, sed speciatim, & per excellentiam sacra Liberi Patris. *Serv. in Æn. 4. v. 302.* Innovabantur tertio quoque anno, unde *trieterica* dicta sunt, idest triennalia. *Virg. 4. Æn. v. 302.* Ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia.

* Orgiophanta, æ, m. Ὀργιοφάντης, antistes Orgiorum ritus docens. *Grat. p. 66. n. 9.*

Orĭa. V. Horia.

* Oribăsius, i, ὀριβάσιος, Per montes gradiens. Nomen canis venatici. *Ov. Met. 3 v. 210.*

Oribăta, æ, m. montes ascendens. *Jul. Firm. l. 8. c. 17.*

Orichalcum, V. Auricalcum.

Orĭcilla, V. Auricilla.

Orĭcŭla, æ, f. quod spectat ad Oricum urb. vel montem. *Virg. 10. Æn. v. 136.* Inclusum buxo, aut Oricia terebintho.

* Oricula. V. Auricula.

Oricularius, a, um, adject. auricularius, ad aures pertinens, ut oricularius clyster, quo in aures aliquid injicitur, apud *Cels. l. 6. c. 7. fcd. 2.* bis, & *l. 5. cap. 26.*

Orĭcus, i, m. & fœm. *Orca*, opp. Epiri, in ora Maris Ionii. *Cæs. l. 3. B. C.* Recepto Orico Cæsar Apolloniam profecit itur. *Lucan. l. 3. v. 187.* Tunc qui Dardaniam tenet Oricon. Quadam Editiones habent *Orithon.* ¶ Ibi mens est eodem nomine appellatus. *Plin. l. 2. c. 86.*

Orĭens, entis, *nascente*, זורח, ἀνατολων, nascens, surgens, part. ab orior. *Cic. in Somn. c. 6.* Quis in reliquis orientis, aut obeuntis Solis partibus tuum nomen audiet?

Orĭens, entis, subst. m. *Oriente, Levante*, מזרח, ἀνατολὴ, ea pars mundi, in qua Sol oritur. *Cic. de nat. Deor.* Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

Orientālis, le, *Orientale*, ad Orientem pertinens. *Justin. l. 39. c. 5.* Orientalia regna. *Pallad. in Februar. c. 17.* Ab Orientali arboris parte.

Tom. II.

Orificium, ii, *orificio, apertura*, פתח, שפה, angustus aditus, vel exitus quasi per os. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 4.* Ventris sunt duo orificia.

* Origa. V. Petoriga.

Origantes vinum, origano conditum. *Cato R. R. c. 127.*

Origănum, i, n. & Origanus, i, m. *origano*, ὀρίγανον, parvus frutex tam feratio, quam ramis sylvestri serpyllo similis, comante supra cacumen umbella, in quo flores ex albo purpurei, odore jucundo præditi emicant. *Plin. lib. 20. c. 17.* ubi de eo plura. *Seren. Sammon. cap. 47. vers. 879.* Cumque hoc absumi debebit origanus herba.

Originālis, le, o. 3. *originale*, πρωτότυπος, quod est ex origine. *Apul. l. 11. Met. sub init.* Ceres fugum parens originalis. Adde *Tertul. in Apolog. c. 21.*

* Originaliter, ab origine. *Augustin. lib. 3. de Trin. c. 9. Retract. 1. 15.*

Originārius, a, um, adject. Titulus 38. in Codice lib. 10. est *de municipiis, & originariis*, h. e. de iis, qui origine municipes sunt.

Originātio, onis, f. *etimologia. Quint. l. 1. c. 6.* Etymologia a Cicerone dicta est notatio, sunt qui vim potius intuiti, originationem vocent.

Originītus, adverb. ab origine. *Ammian. lib. 31. cap. 6.* Persæ, qui originitus sunt omnes Scythæ.

Orĭgo, inis, f. *origine, principio*, מקור, תחלה, ראש, Germ. *ursprung, anfang*, Gal. *source*, Hisp. *origen*, γένεσις, ortus, initium, principium, causa. *Cic. de Universit. c. 2.* Nullius enim rei, causa remota, reperiri origo potest. *Id. 2. Fam. c. 10.* Origo summi boni. *Id. de clar. Or.* Eloquentiæ origo est verborum delectus. ¶ Item genus, natales. *Tac. Ann. 6. c. 39.* Sabinus modicus originis. *Hor. lib. 1. od. 17.* Auctore ab illo ducis originem &c. *Virg. 1. Æn.* Trojanus origine Cæsar. ¶ Quod ait *Gell. l. 20. c. 5. Quod est scriptum a M. Catone in sexta origine*: intelligit sextum librum *Originum* ab illo conscriptarum: de quibus *Cic. de Senect. c. 11.* Qui quidem libri ad nos non pervenerunt.

Oriola. V. *Hiriola.*

Orion, onis, m. Ὠρίων, שכיל, filius Jovis, Neptuni, & Mercurii, quasi Urion, ab ὄρος, *urina*. Nam olim Jupiter, Neptunus, & Mercurius, cum terram peragrarent, superveniente nocte ad pauperem quemdam diverterunt, qui eos hilari animo susceperit, cumque Deos esse animadvertisset, occiso bove, iisdem sacrificium obtulit. Quo officio motus Jupiter, præcepit, ut aliquid muneris a se peteret, statim voci compos futurus. Ille nihil se le magis cupere respondit, quam filium, conjugem tamen se non habere, neque velle ducere, quod morienti uxori fidem dedisset, se aliam non ducturum. Jupiter igitur, & reliqui Dii corium imm

bertæ & ornatrix fuit. *Ov. 3. de art. am. v.* 238. Tuta sit ornatrix: odi, quæ saniciat ora Unguibus, & rapta brachia figit acu.

Ornatus, a, um, *ornato*, מְקֻשָּׁט, Germ. *geziert*, Gal. *orné*, Hisp. *aravindo*, κεκοσμημένος, ornamentis decoratus. *Fest.* Ornatus dicitur, qui bonis artibus instructus est, sive qui honores adeptus est a populo, & bene aptus, ut miles, & gladiator, aut actarius fabulas. *Cic. 2. Agr.* Sed tamen magnificentius, atque ornatius esse illo nihil potest, quod &c. *Id. pro Planc.* Inter ornatissimos homines Equites R. summo splendore fuerit. *Nepos 15. c. 3.* Ornatus in oratione. *Ter. Adel. 2. 1. 22.* Ornatus ex suis virtutibus. ¶ Item instructus, paratus, *fornito*. *Cic. pro Leg. Manil.* Domicilia regis omnibus rebus ornata. *Id. 2. Fam. epist. 9.* Satis probe ornatus exercitus. *Id. pro Quint.* Ornatissimus fundus. *Nepos in Annib. c. 3.* Elephantus ornatus, *h. e.* armatus. *Lucr. l. 2. v.* 41. Classem ornatam armis. *Tac. 3. hist. c.* 63. Exercitus ad prælium intentus, ornatusque; *accinto*.

Ornatus, us, m. *ornamento*, תִּפְאֶרֶת, מַאי, κόσμησις, cultus, quo quis ornatur, ornamentum. *Cic. 3. Off. c.* 18. Quod statuas quoque videmus ornatu fere militari. *Id. in Or. c.* 19. Afferunt hæc quasi lumina magnum ornatum orationi. *Id. in Brut.* Ornatum aliquem habere. *Id. 2. Fin. c.* 21. Ornatus regalis. *Plin. l.* 8. *c.* 42. Equus instratus ornatu regio. ¶ *Ornatu* in dat. pro *ornatui*. *Gel. l. 4. c. 16.* Isti & honori erant, & ornatui. ¶ Inventor & *ornati* in genitivo singul. *Terenz. Andr. 2. 2. 28.* In ædibus nihil ornati, nihil tumulti.

Ornеus, a, um, adject. qui est ex orno. *Col. l.* 11. *cap.* 2. Ornеam frondem bubus præbere.

Ornithiæ, m. 1. ὀρνιθίαι, venti Septentrionales, qui decimo cal. Martii, cum Leo desinit occidere, spirare incipiunt, perque dies triginta spirant, teste *Col. l.* 11. *c.* 2. & *Plin. l. 2. cap.* 47. * Etiam Eræne, cum spirant a bruma lenius & paucis diebus. Ornithiæ vocantur. *Plin. ibid.* ¶ Ornithias ting. num. dicitur.

Ornithoboscion, n. 2. ὀρνιθοβοσκεῖον, locus ad pascendum aves. Habet hanc vocem *Var. l. 3. R. R. c.* 9. sed Græcis literis scriptam.

* Ornithogalē, es, f. ὀρνιθογάλη, herba, de qua *Plin. l.* 21. *c.* 17.

Ornithon, onis, m. ὄρνιθων, aviarium. *Var. l. 3. R. R. cap.* 3. Ornithones aviaria sunt, in quibus stabulantur turdi, pavones, & omnes alites, quæ intra parietes villæ solent pasci.

Ornithotrophium, n. 2. ὀρνιθοτροφεῖον, locus, in quo aves educantur; idem ac ornithon. Habet *Var. l.* 3. *R. R. c.* 5. sed græce scribit.

Orno, as, avi, atum, a. 1. *ornare, adornare*, עָרַב, חָרַר, פֹּאר, כּוּן, Germ. *aufputzen*, *zieren*, Gal. *orner*, *accoutrer*, Hisp. *araviar*, κοσμέω, pulchrum facio. *Cic. 1. de Or. c.* 21. Qui mirabilius, & magnificentius augere posset, atque ornare, quæ vellet. *Ov. 2. Amor. el.* 7. Ornare capillos. ¶ Sæpe sumitur pro præparare, adparare, aptare, instruere. *Cic. pro Quinct.* Ornare magnifice, splendideque convivium. *Id. pro L. Man. c.* 4. Ornare classes. *Ter. Eun.* 4. 4. 6. ¶ Translate accipitur pro honorare. *Cic. lib.* 7. *Fam. ep. fi.* 5. Quo minus etiam hisce eum ornes gloriæ indignibus. ¶ Ornare verbis, est laudare, & verbis quodammodo majus facere. *Ter. Eun.* Munus nostrum ornato verbis, quod potens. ¶ Item pro honestare, additis vocibus, quæ beneficium, aut ornatum significent. *Cic. pro Dejot.* Eum regem, quem ornare cunctis cum senatu solebamus. *Id. Ver. 3. c.* 13. Ornare aliquem beneficiis, officiisque omnibus. *Plin. l. 1. ep.* 25. Ornare candidatum suffragio. *Cic. in Pison. c.* 13. Ornare frequentia egressum alicujus.

Ornus, i, f. ὀρνὶς μελία, אֹרֶן, sylvestris fraxinus, arbor procera, candice teretі, levi cortice, quasi ὀρεινὸς, *montanus*, quia montibus propria est. *Hor. l. 2. od. 9. v.* 8. Et foliis viduantur orni.

Oro, as, avi, atum, a. 1. *precare*, הִתְחַנֵּן, הִלָּה, עָתַר, הִתְעַתֵּר, Ger. *bitten*, Gal. *prier*, Hisp. *rogar*, δέομαι, παρακαλέω, peto, precor, rogo, obsecro, ab *ore*. *Cic. pro Planc.* Illud unum vos magnopere oro, atque obsecro. *Ov. Met.* 8. Orare veniam dapibus. V. Daps. *Liv. l.* 21. *c.* 6. Legati auxilium ad bellum orantes. *Nepos* 20. *c.* 5. Oravit omnes, ne id facerent. *Ter. Andr. 3. 2.* 48. Orabo uxorem gnato. *Plaut. Amph. 2. 1.* 295. Orant, ignoscamus. ¶ Cum infinitivo *Virg. Ecl. 2. v.* 43. Jampridem a me illos abducere Thestylis orat. Ubi *Servius*: orat, ut abducat: figuratum est, ut *donat habere* (*v. Æn. v.* 262.) ideſt, donat, ut habeat. ¶ Eleganter interseritur oratori, quemadmodum & *quæso*. *Senec. ep.* 88. Quid enim, oro, liberale habent isti jejuni vomitores? ¶ Significat etiam agere, seu dicere causas. *Quint. lib* 1. *cap.* 10. Perfecta esse sine his orandi scientia non potest. *Cic. de clar. Or. c.* 12. Neminem melius ullam oraviſſe causam capitis. ¶ *Oressis* pro oraveris, *Plaus. Epid. 5. 2.* 63.

Orobanche, es, f. *coda di lione*, *p sticcione*, ὀροβάγχη, cauliculus, fine foliis, & altitudine sesquipedali, fuburbens, flore subalbido in luteum vergente, ab ὄροβος, *ervum*, & ἄγχω, *strangulo*, quod ervum, & cicer, in quibus sere nascitur, circumligando præfocet. *Plin. l. 22. c.* 25.

Orobia, æ, f. thuris genus, minoribus, constans gutris, ab ὄροβος, *ervum*, ob similitudinem. *Plin. l.* 12. *c.* 14.

Orobinus, color est lureo similis, hoc est colore ervi herbæ, quæ Græce ὄροβος dicitur. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Gasidanen Græci mirrum coloris orobini.

Orobitis, f. ὀροβῖτις, chiryſocollæ factitiæ genus, seu coloris ſpecies confecta ex lutea herba. *Plin. l.* 31. *c.* 5.

Orontes, is, m. fl. maximus Syriæ, qui ex Libano M. profluit, multisque urbibus irrigatis, in quibus Antiochia, quam interluit, ad Seleuciam Pieriam in Syrium pelagus prolabitur. *Plin. l.* 5. *c.* 21. & *l.* 2. *c.* 103.

Orontēus, a, um, adject. pro Syriaco. *Propert. l.* 1. *el.* 2. *verſ.* 3. Aut quid Orontea crines perfundere myrrha.

Orōpus, f. 2. *Zuccamio*, *Sisamino*, opp. Bœotiæ, in conf. Atticæ, in ora. *Plin. l.* 4. *c.* 7. ¶ Item urbs Macedoniæ, ubi Seleucus Nicanor natus, ſic ab Oropo filio Lycaonis dicta.

Orphaicus, a, um, adject. Orphicus. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 12. Liberum Patrem Orphaici τὸν ὑπὲρ ἡλίου ſuſpicantur intelligi.

Orphanotrophium, ii, n. *ſpedale per gli orfani*, ὀρφανοτροφεῖον, *lib.* 1. *Cod. Juſtin. tit.* 2. *de ſacroſ. Eccleſ. leg.* 22.

* Orphanotrophus, i, m. ὀρφανοτρόφος, qui orphanos nutrit. *Cod. l.* 3. 32. Videtur & paſſive accipi, ὀρφανοτροφος.

Orpheus, m. 2. Ὀρφεύς, diſyllab. Pocta, ſeu Vates, genere Thrax, Apollinis, & Calliopes filius. Alii dicunt, filium fuiſſe Œagri, & Polyhymniæ, & Regem Ciconum, qui ſunt populi Thraciæ juxta Hebrum. Hinc Œagris appellatur. Hic a Mercurio, ſive, ut alii habent, a patre Apolline lycam acceptile ferrur, eaque tantum valuiſſe, ut illius cantu ſylvas, & ſaxa moverit, fluviorum curſum prohibuerit, ferasque mitiores reddiderit. Cum Argonautis in Colchidem navigavit, ideo ab illis aſſumptus, quod juxta vaticinium Chironis Sirenes præteriri non poterant, niſi præſente Orpheo. Eurydicen uxorem habuit, quæ Ariſtæum vim ſibi inferre volentem fugiens, a ſerpente occiſa eſt. Ob cujus mortem Orpheus incredibilem in modum dolens, accepta lyra ad Inferos deſcendit, ubi carminibus, & cantu Plutonem, & Proſerpinam flexit, ut Eurydicen redderent, hac tamen lege, ne in itinere reſpiceret. Quod cum præ amore non ſervaſſet, eam denuo amiſit. Deinceps cælibem vitam agere ſtatuit. Cum igitur jam multas nuptias rejeciſſet, aliſos inſuper a mulierum conſortio dehortaretur, a Mænadibus inter Bacchi ſacrificia juxta Hebrum fl. occiſus, & diſceptus eſt. Sed alii aliam cauſam afferunt. Dicunt, reverſum ab Inferis in perpetuo luctu vitam duxiſſe, rogarum eſſe quadam die a mulieribus Bacchi Sacerdotibus, ut lyra caneret, recuſantem laceratum fuiſſe. Ejus membra paſſim per agros ſparſa Muſæ collegerunt, & tumulaverunt. Caput vero, & lyra in Hebrum dejecta, ad Lesbon inſ. delata ſunt, ubi caput ab incolis ſepulturæ mandatum eſt, lyra autem a Muſis in cœlum translata. *Oy. l.* 10. *&* 11. *Met.*

Orpheus, a, um, per tres ſyllabas, ὀρφήϊος, quod ad Orpheum ſpectat. *Claudian. epigr.* 24. *ad Alceth.* Orpheos alii libros impune laceſſunt. *Martial. de Spectac. ep.* 21. Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro dicitur. Poeta loquitur de variis beſtiarum generibus, quæ ab Orpheo lyræ cantu congregabantur.

Orphicus, a, um, quod ad Orpheum ſpectat. *Cicer. l. de nat. Deor. c.* 38. Orpheum poetam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe: Et hoc Orphicum carmen Pythagoræi ferunt cujuſdam Cercopis.

Orphænus, i, ὀρφανός, m. unus ex equis Plutonis. V. *Alaſtor*.

* Orphānus, a, um, *orfano*, ὀρφανός, qui caret parentibus, & qui filiis immature privatus eſt. *Gruter. p.* 770. *n.* 9.

Orſa, orum, n. initia, oſtus. *Liv. in præfat. l.* 1. Ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent. *Manild. a. v.* 57. Noſtra loquor, nulli varum debebimus orſa.

Orſus, ûs, m. principium, ab *ordior*. *Cic. 2. de Div. cap.* 30. Scire, ratos ne habeant, an vanos pectoris orſus. *Virg. initio Cul.* Atque ut araneoſi tenuem formavimus orſum.

Orſus, a, um, ὀρξάμενος, qui incipit, vel incepit, partic. ab ordior. *Cic. 1. de Leg. c.* 3. Et ego animi pendere ſoleo, cum ſemel quid orſus, ſi traducor alio. *Virg. 1. Æn. v.* 329. Veneris contra ſic filius orſus, *h. e.* cœpit loqui. *Id. 6. Æn. v.* 125. orſa loqui vates.

* Orphus, i, m. ὄρφος, piſcis marinus rubens. *Pl. l.* 9. *c.* 16.

* Orthampelos, li, f. ὀρθάμπελος, vitis ſe ipſa ſuſtinens, ſine pali adminiculo. *Plin. l.* 14. *cap.* 3.

Orthium carmen, genus eſt modulationis erectum, numeris altiſſimis conſtans, & intentiſſima voce proiatum, quod conſiciebat Arionem, cum in mare eſſet projiciendus, ſcribit *Gel. l.* 16. *c.* 19.

* Orthocillos, i, f. ὀρθόκιλλος, genus hederæ erectæ. *Colum.* 11. 2.

* Orthocōlus, a, um, ὀρθόκωλος. *Veget. de R. R.* 2. 54. Orthocola jumenta ſunt, quæ contractionem nervorum patiuntur in pedibus, & de capitibus ungularum calcant, & tunc rigidis articulis, & plenas ungulas in terram ponere non poſſunt.

Orthodoxus, a, um, *ortodoſſo*, נֶאֱמָן, ὀρθόδοξος, qui rectam habet opinionem in rebus Fidei Catholicæ, ab ὀρθός, rectus, & δόξα, opinio, *lib.* 1. *Cod. Juſtin. tit.* 8. *leg.* 9. *&* 10.

Orthogonius, a, um, quod rectis angulis conſtat, & omnium partium æqualitatem habet. *Col. l.* 5. *c.* 2. Orthogonius ager.

Orthographia, æ, f. *ortografia*, כְּתִיבָה יְשָׁה, ὀρθογραφία, recta ſcriptura, ſcientia recte ſcribendi, ab ὀρθός, *rectus*, & γράφω, *ſcribo*. *Sueton. in Aug. cap.* 88. Orthographiam, ideſt formulam rationemque ſcribendi a Grammaticis inſtitutam non adeo cuſtodiit. Adde *Quint. l.* 1. *c.* 7. ¶ Apud *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. orthographia eſt erecti operis, adverſique deſcriptio, cui opponitur deſcriptio veſtigii, ſeu plantæ. V. *Scenographia*.

Orthomattica poma, genus malorum, quod refert erectam mammam, ab ὀρθός, *rectus*, & μαστὸς, *mamma*. *Plin. lib.* 15. *cap.* 14. Mammarum effigie Orthomattica mala.

Orthophallicus, a, um, obſcenus, ab ὀρθός, *erectus*, & φαλλός, τὸ αἰδοῖον, unde apud *Non. c.* 2. *n.* 249. Orthophallica attulit pſalteria. Al. aliter leg.

Orthopnœa, æ, f. ὀρθόπνοια, difficultas illa ſpirandi, qua ſpirari non poteſt, niſi recta cervice ſpiritus trahatur, ab ὀρθός, *rectus*, & πνέω, *ſpiro*. *Plin. l.* 21. *c.* 21. & *l.* 32. *cap.* 4.

Orthopnoïcus, a, um, adject. qui orthopnœa laborat, ὀρθοπνοϊκὸς. *Plin. lib.* 20. *c.* 19. Mentaſtrum orthopnoïcis officaciſſimum.

Orthoſtăta, æ, m. ὀρθοστάτης, fulcimentum, pila erecta ad aliquid ſuſtinendum, *pilaſtro*, *ſperone*. *Vitruv. l.* 2. *c.* 8.

Orthragoriſcus, i, m. ὀρθραγοϊσκος, piſcis marinus figura tereti, qui grunnire porcorum more dicitur, cum capitur. *Plin. l.* 32. *c.* 2.

Ortivus, a, um, adject. orientalis, ad ortum ſpectans. *Manil. l.* 3. *v.* 189. Ortivo totidem de cardine duces.

Ortus, us, m. *naſcimento*, *natività*, מוֹלֶדֶת, γένεσις, nativitas, origo. *Cic. 2. de Leg. c.* 2. Caro orta Tuſculenſus fuit, civitate Romanus. *Id. de Univ. cap.* 2. Quæ ortum habere, gignique diximus. ¶ Translate uſurpatur pro prima corporis cœleſtis apparitione ſupra noſtrum hemiſphærium. *Cic. 2. de Div.* Ortus occaſuſque ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes, neceſſe eſt. ¶ Item pro loco ille, in quo ſol oritur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 19. Spatiis immutabilibus ab ortu ad occaſum commeans.

Ortus, a, um, nom. ex particip. ab orior, *nato*. *Horat. l.* 4. *od.* 6. Orti claris patribus. *Sallust. in Jug c* 116. Ortus ex concubina. *Liv. l.* 25. *c.* 6. Loco obſcuro, tenuique fortuna ortus. *Id. l.* 2. *c.* 6. Ortus ejuſdem ſanguinis. ¶ Dicitur & de ſideribus. *Virg. 3. Georg. v.* 256. Sol recens ortus. *Tac. 1. Ann. c.* 29. Orto die.

Ortygia, æ, f. inſ. maris Ægæi, eadem ac Delos, ab ὄρτυξ, υγος, *coturnix*, quod in ea primum hæc avis vitæ ſit, vel coturnicum copia. *Serv. ad 3. Æn. v.* 72. ¶ Item inſula circa Siciliam. *Virg. ib. v.* 693.

Ortygomētra, æ, שֶׂלִו, ὀρτυγομήτρα, rex coturnicum, major aliquanto, ac nigrior, ab ὄρτυξ, *coturnix*, & μήτηρ, *mater*. *Plin. l.* 10. *c.* 23. Aquilonę ergo maxime volant ortygometræ duce.

Ortyx, ygis, f. ὄρτυξ, plantago, herba. *Plin. l.* 21. *c.* 17.

* Orum *pro* aurum dicebant ruſtici. *Feſtus* in *Oraea*.

Oryx, ygis, m. *orige*, ὄρυξ, beſtia in Getulia, biſulca, & unicornis, alioqui capræ non diſſimilis, pilo contra aliorum animalium naturam ad caput verſo, quæ ſub ortum Caniculæ, tamquam ejus ſideris adventum præſentiens, fixis oculis eam plagam cœli intuetur, ubi primum ſignum hoc exoritur, eoque conſpecto ſternutat, & veluti venerabunda adorat. *Plinius l* 2. *c.* 40. *l.* 8. *c.* 53. *l.* 11. *c.* 40. *&* 41. & ob figuræ ſimilitudinem nunc cervis, nunc capris accenſet. Adde *Col. l.* 9. *cap.* 1. Nomen eſt ex eo, quia unicum illud cornu, quod geſtat, refert inſtrumentum illud foſſorium, quod Græcis, ὄρυξ, ab ὀρύσσω, *fodio*. *Juv. ſat.* 11. *v.* 140. Et Getuſus oryx heberi lauriſſima ferro Cædritur. ¶ Legitur & *Orux*, *igis*.

Oryza, æ, f. *riſo*, ὄρυζα, אֹרֶז. ὄρυζον, genus leguminis, in locis paluſtribus. & ulginoſis maxime proveniens altitudine cubitali, folia habens carnoſa, porro ſimilia, ſed latiora, florem autem purpureum, ſemen non in ſpicis, quemadmodum frumenta, ſed in paniculis, aut jubis, more milii, aut panici. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 155. agedum, ſume hoc priſanarium oryzæ.

O A N T E S.

Os, oris, n. *becca*, פֶּה, Ger. *der mund*, *das maul*, Gal. *bouche*, Hiſ. *boca*, στόμα, concavum illud, intra quod lingua, & dentes concluduntur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 53. Nam cum tribus rebus animantium vita contineatur, cibo, potione, ſpiritu, ad hæc omnia percipienda os eſt aptiſſimum. ¶ Per Synecdochen ponitur pro facie. *Cic. 1. Off.* Licet ora ipſa cernere iratorum. ¶ Neque ſolum de facie dicitur, ſed etiam de tota ſpecie, quæ cernitur, & quicquid in aliqua re patet, os dici poteſt, *Virg. 3. Georg. v.* 454. Quam ſi quis ferro potuit ſcindere ſummum ulceris os. *Id. 2. Æn. v.* 483. lato dedit ore feneſtram. ¶ Metonymice uſurpatur pro impudentia, & temeritate. *Cic. 1. de Or. c.* 38. Quod eamdem os eſt illius patroni, qui ad cauſas ſine ulla ſcientia juris audet accedere? Hinc os habere, h. e. verecundiam, *Cato* apud *Senec. 3. de ira, c.* 38. ¶ Nonnunquam pro præſentia, & conſpectu. *Tac 3. hiſt. c.* 77. Verberibus fœdatus, in ore ejus jugulatur. ¶ Translate dicitur de aditu, vel de angustiis alicujus rei. *Cic. 6. Verr. c.* 58. In portі ore, & angustiis. *Flor. l. 2. c.* 17. Claſſem ſub ipſo ore urbis incendit. Sic os ſpecus apud *Tacit. 4. Ann. c.* 59. Os Tiberis, *Liv. l.* 1. *c.* 33. ¶ *Ora venarum* dicuntur a *Celſ. l. 2. c.* 7. & 8. venæ hæmorrhoides, *Pomorroidi*. ¶ Os ſublinire, & oblinire alicui, eſt verba dare, & decipere. *Plaut. Asinar. 4. 2. 6. & Cur. 4. 4. 33.* ¶ Uno ore, h. e. uno omnium conſenſu. *Ter. Andr. 1. 1. 69.* ¶ Habere aliquid ſemper in ore, pro ſemper de aliqua re loqui, *Cic. Fam. 6. ep.* 18. ¶ In ore eſt omni populo, ſe *ne parla communemente*, *Ter. Andr. 1. 1. 69.* In ore, & ſermone omnium eſſe, *Cic Ver. 4. c.* 23. venire in ora hominum, *h. e.* celebrem fieri, *Horat. l. 1. ep. 3.* Sic *Tacit. in Agric. c.* 41. Poſcebatur ore vulgi Agricola, *veniva comunemente chiesto*, ¶ *Senec. 7. de Benef. c.* 19. Jugulare filios in ora parentum, *ſu gli occhi*. Sic laudare alicujus in os, *Ter. Adelph. 2. 4. 5.* Nulli lædere os, *h. e.* neminem præſentem lædere. *Et 5. 4. 10.* ¶ *Virg. 2. Æn. v.* 423. ora diſcordia, *linguaggi differenti*. ¶ Duriſſimo ore eſſe, h. e. eſſe impudentiſſimum, *Cic. pro Quinc.* Et oris durities, *h. e.* impudentia, *Senec. de conſtant. Sapient. c.* 17. ¶ Os præbere, eſt offerre ſe contumeliis, convitiis, & verberibus, *Terent. Adelph. 2. 2. 7.*

Os, oſſis, n. *oſſo*, עֶצֶם, Germ. *eine bein*, Gal. *un os*, Hiſp. *hueſſo*, ὀστοῦν, ſolidamentum corporis, quod nervis natura alligavit, a voce Græca allata. *Celſ. l.* 8. *cap.* 2. Omne autem os, ubi injuria acceſſit, aut vitiatur, aut findituг, aut frangitur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 56. Quid dicam de oſſibus, &c. ¶ Oſſa etiam vocantur lapilli illi, qui in prunis, dactylis, ceraſis, ſimilibuſque fructibus medium tenent locum. *Suet. in Claud. c.* 8. Olearum, ac palmularum oſſibus inceſſabatur. ¶ Translate oſſa orationis dicitur orationis corpus, ſed tenue, & exile. *Cic. in Bruto. cap.* 17. Atque utinam imitarentur, nec oſſa ſolum, ſed etiam ſanguinem. ¶ Olim uſurparunt Vet. *oſſum*, *ſi*, & plur. numero *oſſa*, pro oſſa, teſte *Chariſ. l.* 1. *Priſcian. l.* 7. & legitur aliquando in inſcriptionibus, ut apud *Gruter. p.* 575. *n.* 3. &c.

Os

Os leonis, genus herbæ flore purpureo. *Colum. lib.* 10. *verſ.* 99. Et hiantis ſæva leonis Ora feri.

Oſca, f. 1. *Huesca*, urbs Illergetum, in Hiſp. cit. ad Iſuelam fl. *Plin. lib.* 3. *c.* 1.

Oſce, adverb. V. *Oſci*.

Oſcedo, inis, f. *sbadigliamento*, Germ. *einsitzes und ſtetiges geinen*, Gall. *grande ennui*, & *bailler*, Hiſ. *bocezo*, χάσμη, vitium, quo quis ſæpius oſcitat. *Gell. l.* 4. *c.* 20. Tenerique eo vitio, quod oſcedo appellatur.

Oſcen, inis, V. *Oſcines*.

Oſcenſis, e, ad Oſcam pertines. *Liv. lib.* 34. *cap.* 10. & 46. Oſcenſe argentum. ¶ *Oſcenſes*, *ium*, ſunt ejus urbis incolæ. *Cæſ. l.* 1. *B. C. c.* 60.

Oſci, m. 2. pop. Campaniæ, in Latii, & Samnii confinio, qui poſtea Sidicini vocati ſunt, teſte *Strabone*, quorum urbs Teanum, ſic dicti ab oris fœditate. Apud veteres ſermonis impuri notantur, ut tradit *Feſtus* ex *Titinnio*. Unde Oſce, & Volſce fabulari dicuntur, qui Latine neſciunt loqui. *Oſculana pugna* etiam proverbio dicitur, quoties qui victus eſt, paulo poſt victor evadit. Hæc *Feſtus*.

Oſcilla, feſta in honorem Bacchi, in quibus homines ſe per funes jactant. Alii putant Erigones, & Icari feſta. *Feſtus*.

Oſcillatio, onis, f. jactatio per funem, Oſcilli ludus. *Feſt.* V. *Oſcillum*.

Oſcillo, as, ſe per funem jactare, & præcipitem in os ferri. *Feſtus*. ¶ Oſcillantes ait *Cornificius* apud *eumd.* dici ab eo, quod os celare ſoliti ſint, qui eo genere luſus urebantur propter verecundiam. ¶ Oſcillo, pro percutio, V. *Occillo*.

Oſcillum, n. 2. *bocchina*, στομάτιον, dim. ab os, oris. *Colum l. 2. c.* 10. Si humor invaſit, vermes gignit, qui ſimul atque oſcilla lupinorum ederunt, reliqua pars enaſci non poteſt. Quod *Colum.* os vocat lupinorum, id *Plin. l.* 18. *cap.* 14. ſimili translatione vocat umbilicum. ¶ Eſt præterea oſcillum ludi genus, in quo ſune altrinſecus de tigno, in aere quis libratus ſubvectatur, *bindolo*. Hoc ludi genus fiebat tamquam ſacrificium iis, qui ſuſpendio mortui eſſent. Hinc Oſcillationem Athenienſes inſtituerunt in Erigones gratiam, quæ ſe ſuſpenderat. Omnino *Hygimum* adi in *Aſtrophylace*, ubi perſpicue rem narrat, item *Varr.* apud *Serv. in 12. Æn. v.* 603. *Feſtus* dicit, oſcillationem per ſex Feriarum Latinarum dies celebrari ſolitam fuiſſe, in memoriam, & imaginem vitæ humanæ, in qua altiſſima interdum in infima dejiciuntur, infima in altum efferuntur. ¶ Sunt etiam interdum obſcenæ partis imaguncular, φαλλοὶ, ut ſcribit *Servius* ad *Virg. Georg. 2.* 389. Oſcilla ex alta ſuſpenduntur mollia quercu. ¶ Oſcilla etiam parvæ ſtatuæ erant, quæ arte fictili fingebantur, & venales proponebantur, quibus homines pro ſe, atque ſuis Diti patri, & Saturno piacula faciebant. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 7. *&* 11.

Oſcinis, five Oſcen, oſcinis, f. avis, quæ ore canens facit auſpicium, ab *os*, & *cano*. Differunt oſcines ab alitibus, quia oſcines ore, alites alis auſpicium faciunt. Prioris generis ſunt corvus, cornix, noctua, poſteriores buteo, ſanqualis, &c. Picus autem Martius, Feroniuſque, quia & cantu, & volatu faciunt auſpicium, inter oſcines, & alites reponuntur. *Feſt. & Plin. l.* 10. *cap.* 19. *Horat. l.* 3. *od.* 27. Oſcinem corvum prece ſuſcitabo. V. *Ales*.

Oſcinum, i, n. οἰωνισμὸς, augurium avium. *Cic. 2. de Leg. c.* 9. Fulgura, atque oſcina plantо. Alii leg. *obſtra*.

Oſcitabundus, a, um, adject. oſcitans, inertiæ plenus. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Diſcipulis exponere oſcitabundus ordiris. Legitur etiam in lemmate *c.* 20. *lib.* 4. apud *Gell.*

Oſcitans, antis, o. particip. ab oſcito. *Cic. in Brut. cap.* 54. Videt oſcitantem judicem, loquentem cum altero. ¶ Translate ponitur pro otioſo, & negligente. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 26. Quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt. *Id. de Or. c.* 33. & iſtam oſcitantem, & dormientem ſapientiam Scævolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus.

Oſcitanter, adv. *pigramente*, ῥᾳθύμως, negligenter. *Cic. in Bruto, c.* 80. Tam ſolute egiſſet, tam leniter, tam oſcitanter.

Oſcitatio, onis, f. oſcitandi actus, χάσμημα. *Plin. l.* 7. *c.* 6. Oſcitatio quidem in enixu lethalis eſt. *Martial. lib.* 2. *epigr.* 6. longas trahere oſcitationes. ¶ Translate de libellis negligenter ſcriptis. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 9. *v.* 10. Sed Bruti ſenis oſcitationes, De capſa miſeri libellionis.

Oſcito, as, avi, atum, n. 1. *sbadigliare*, פער פה, Germ. *geinen*, Gall *bailler*, Hiſ. *bocezar*, χασμάομαι; eſt os totum aperire, ut fit præ ſomno, aut tædio, ab ore ciendo, hoc eſt commovendo. *Donat. in And. a.* 1. *ſc.* 1. *Gell. l.* 4. *c.* 20. Et in jure ſtans clare nimis & ſonore oſcitavit. ¶ Translate ponitur pro aperiri. *Plin. l.* 26. *c.* 24. Sed omnium folia quotidie ad Solem oſcitant.

Oſcitor, aris, d. 1. idem ac oſcito. *Auct. ad Her. l.* 4. Cum etiam majores calamitates impendere videantur, ſedetis, & oſcitamini. Adde *Plaut. Men.* 5. 2. 80.

Oſculabundus, a, um, adject. oſculans. *Sueton. in Vitell. c.* 2. Detractum ſoccelum dextrum geſtavit aſſidue inter togam, tunicaſque, nonnumquam oſculabundus.

Oſculans, antis, particip. *Cic. in ſomn. Scip. cap.* 3. Ille me complexus, atque oſculans. *Plaut. Mil. 2. 3. 67.* Eam vidiſſe oſculantem cum alieno viro.

Oſculānus, a, um, adject. ab Oſcis. V. *Oſci*.

Oſculatio, onis, f. *baciamento*, נְשִׁיקָה, φίλημα, actus oſculandi. *Cic. pro Cœl. c.* 20. Sed etiam complexu, oſculatione, aquis, navigatione, &c.

Oſculo, as, a. 1. idem ac oſculor, apud vet. *Titinn.* apud *Non. c.* 7. *n.* 77. Laudor, quod oſculav' privignæ caput.

Oſculor, aris, atus ſum, d. 1. *baciare*, נָשַׁק, Germ. *kiſſen*, Gall. *baiſer*, Hiſ. *beſar*, φιλέω, eſt dare oſculum. *Cic. pro Mur.* Filiam mater oſculata eſt. *Id. Ver. 6. c.* 43. Venerari & oſculari.

Oſculum, n. 2. *bocchina*, στομάτιον, φίλημα, parvum os. *Petron. in Satyr. c.* 126. Oſculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit, ¶ Metonymice pro ſuavio, ſive baſio accipitur. Nam baſiando os coarctamus, & quaſi ex ore oſculum facimus. Oſculum, baſium, & ſuavium ita diſtinguit Donatus ad *Ter. in Eun. 3. 2.* Oſcula officioſorum ſunt, baſia pudicorum affectuum, ſuavia libidinum, vel amorum. Sed diſcrimen id non obſervatur. *Cic. Ar. l. 12. ep.* 1. Et ad oſculum Atticæ poſſim currere. *Ovid. de Arte*: Oſcula qui ſumpſit. *Plin. l.* 14. *c.* 13. Oſculum dare. *Virg. l. Æn. v.* 691. Oſcula figere alicui. *Id. ibid.* Oſcula libare. *Ovid. Heroid. ep. 2. v.* 94. Jungere oſcula. *Tac.* 15. *Ann. c.* 71. Fatigare dextram oſculis.

Oſcus, a, um, quod ad Oſcos ſpectat. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 1. Non enim te puto Græcos, aut Oſcos ludos deſideraſſe, præſertim cum Oſcos ludos vel in Senatu veſtro ſpectare poſſis, ideſt impudicum, & ſuperbum Senatorum ſermonem. *Virg.* 7. *Æn.* Oſcorumque manus. *Propert. l.* 4. *eleg.* 2. *in fi.* Tellus Oſca.

Oſi, orum, m. Germaniæ populi, qui nunc ſunt pars Ducatus Sileſiæ. *Tacit. de Ger. c.* 28. & 43.

Oſiris, is, vel idis, m. Οσιρις, Jovis filius ex Niobe Phoronei filia. Succeſſit Phoroneo in Regnum Argivorum. Poſtea tamen Ægialeum fratrem præfecit Regno Achajæ, & ad Ægyptios transfretavit gloriæ deſiderio. Quos cum ſubegiſſet, Iſidem (quæ & Io vocabatur) Inachi primi Regis Argivorum filiam duxit uxorem. Ubi, cum illa literas, Oſiris varias artes Ægyptios docuiſſet, uterque divinos honores meruit. Ferunt, Oſirim apud Ægyptios inſitionem, & araturam, vinique uſum primum reperiſſe, aliaque nonulla. *Tibullus lib.* 1. *eleg.* 8. *v.* 29. Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris. ¶ A Sityphone Ægyptio, vel (ut Servius ait) a Typhone fratre clam occiſus, ab Iſide diu quæſitus eſt. Tandem, apud Phialam, juxta Syenen, laceratus repertus eſt. Curavit eum Iſis ſepeliendum in Abato, inſula ejus paludis, quæ Memphi proxima eſt, quam etiam Stygem, ideſt mœrorem appellavit, nec niſi ſacerdotes certis diebus, eoſque mœrato eo accedere voluit. Sed cum apparuiſſet Ægyptiis deinde bos quidam, Oſirim putarunt; adoraverunteque ut Deum, & vocaverunt Apim, ideſt bovem, eorum lingua. Deinde dictus eſt Serapis. Sed aliqui dicunt, Oſirim Ægyptiis Solem fuiſſe, Iſim Lunam. *Gell. l.* 20. *c.* 8. Plutarchus in quarto in Iſim, & Oſiridem commentario. *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 29. Exclamare libet, populus quod clamat Oſiri invento.

Oſiris, f. 3. herba ramulos ferens nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra ceu lini, ſemenque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubeſcens. Vulgus Herbariorum linariam vocat. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Oſiritēs, m. 1. ὀσιρίτης, ab Ægyptiis dicitur herba, quam cynocephaliam vocant, hoc eſt canis caput, quod canino capiti ſit ſimilis. Tradunt, ſiquis eam totam eruat, ſtatim mori. *Plin. l.* 30. *c.* 2.

Oſmen, pro omen, &

Oſnamentum, pro ornamentum, dicebant Veteres. *Var. l.* 5. *de L. L. c.* 7.

Oſor, oris, m. qui odit, *Argumentum Fœnuli Plautini*. Oſor mulierum, *Pacat. in paneg. Theodoſ. c.* 20. Regni noſtri Brutus oſor.

Tom. II.

Oſpicor, aris, pro *auſpicor* dicebant Veteres, ex commercio ni an cum o, ut in *coda*, *ploſtrum*, *explodo* videre eſt. *Claud. Quadrigar.* apud *Diomed. lib.* 1. *pag.* 378. *Putſch.*

Oſpitos, ma 1. ὄσπιτος, q.d. leguminarius, vox græca ab ὄσπιον, *legumen*. Titulus eſt *libri* 5. *Apicii*, quia in eo de leguminibus condiendis, pulmentiſque faciendis agitur.

Oſſa, æ. f. *Monte Caſſivo*, al. *Oliva*, mons excelſus Theſſaliæ, Pelio, & Olympo

didisse Ancus Martius rex, & feminino appellasse vocabulo fertur. *Liv. lib.* 1. *c.* 33. In ore Tiberis Ostia urbs condita. ¶ Scribitur & *Hostia*.

Ostiarium, ii, n. tributi genus, quod ostiorum nomine pendebatur. *Cæs. lib.* 3. *B. Civ. c.* 32. Columnaria, ostiaria, frumentum, vecturæ imperabantur. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8. exactionem ostiorum vocat.

Ostiarius, ii, m. *portinajo*, שוער, Germ. *portner*, *od. thurhuter*, Gall. *portier*, *huissier*. Hisp. *portero*, θυρωρός, ostii custos. *Plin. l.* 12. *c.* 14. Præter hos & cubiculo, satellitesque, & ostiarii, & ministri populantur.

Ostiatim, adv. *a porta per porta*, פתח אל פתח, Germ. *von hauff zu hauff*, Gal. *d' huis en huis*, *de porte en porte*, Hisp. *de puerta en puerta*, κατὰ θύρας, per singula ostia, *Quinctil. l.* 5. *cap.* 10. Nec sectonda singula, & velut ostiatim pulsanda. ¶ Accipitur etiam pro singulatim. *Cic. 6. Verr. cap.* 24. Uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit, *ideſt* per singulas domos. ¶ Item pro nominatim. *Cic. 6. Verr. c.* 22. Dum ego hoc crimen agam ostiatim.

Ostiensis, & Hostiensis, se, adject. ad Ostiam pertinens, ut Ostiensis ora, *Plin. l.* 9. *c.* 17. & Ostiensis portus, *Id. ib. c.* 5. ¶ Ostiensis porta, una ex portis Urbis Romæ Ostiam ducens, nunc *porta di S. Paolo*. Inde via Ostiensis incipit.

Ostigo, ignis, f. V. *Mentigo*.

Ostiolum, li, n. *usciolo*, exiguum ostium. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Adeo ut ostiola elitora ex his factitari coeperint.

Ostium, ii, n. *porta*, *uscio*, שער, דלת, פתח, Germ. *ein thur*, Gal. *porte*, *huis*, Hisp. *puerta*, θύρα, porta, janua. *Cic. 2. de Or. c.* 68. Eique ab ostio quærenti anire. ¶ Ostium item, vel ostia, orum, *bocca di fiume*, στόμα, dicitur per transpro *L. Man. c.* 12. Ut vos, qui modo ante ostium Tyberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra oceani ostium prædomum navem esse audiatis? ¶ Item de portuum angustis faucibus. *Virg. l.* 1. *Æn. v.* 404. Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo. *Cic.* 7. *Verr.* Propter ipsum introitum, atque ostium portus. ¶ Ostia, absolute pro ostiis Tiberis, ubi Ostia urbs. *Juven. sat.* 12. *v.* 49. Qui vertere solum, Bajas, & ad Ostia currunt.

Ostocopos, i, m. qui ostium dolore laborat. *Serenus Samonic. c.* 48. *v.* 892. Ostocopon lento conducit melle perungi.

Ostracias, æ, m. 1. idem ac ostracites. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Ostracismus, i, m. ὀστρακισμὸς, genus relegationis apud Athenienses, ideſt exilium annorum decem, ab ὄστρακον, testa. Testula enim inscriptum ferebant nomen ejus, quem exterminare volebant. Differebat ab exilio, quod fiebat ob flagitia, ostracismus, quod nimia potentia suspecta esset. Præterea eorum, qui exilio damnati erant, bona publicabantur; iis vero, qui per testulam a civitate erant summoti, pecuniam populus non adimebat. Præterea ostracismo damnatis tempus, & locus præfiniebatur, ii autem, qui exulabant, neutrum horum habebant. *Nepos in Cimone c.* 3. Testarum suffragiis, quod illi ostracismum vocant, decem annorum multatus est.

Ostracites, æ, m. ὀστρακίτης, gemma testacea, ab ostrei similitudine. Duplex est, altera similis achatæ, nisi quod achates politura pinguescit, altera tam dura, ut aliæ gemmæ fragmentis ejus scalpantur. *Plin. l.* ult. *c.* 19. ¶ Item lapidis genem. *Plin. l.* 36. *c.* 19.

* Ostracitis. V. Ostracias.

Ostracum, ii, n. onyx gemma. *Plin. l.* 32. *c.* 10.

Ostrea, æ, f. idem ac ostreum. *Gell. l.* 20. *c.* 7. Ostreæ cum appositæ fuissent, & multæ quidem, sed inuberes, macræque essent. *Metell. apud Macrob. lib.* 2. *Saturn. c.* 9. Echinos, ostreas crudas, quantum vellent.

Ostrearium, ii, n. ubi ostreæ vivunt, & reperiuntur, *Plin. l.* 9. *c.* 51. Nuper compertum est in ostreariis, humorem his fœctificum lactis modo effluere. *Macrob. Saturn. c.* 11. Sergius Orata primus ostrearia in Bajano locavit.

Ostrearius, a, um, quod ad ostreas spectat, ut Ostrearius panis, quo veteres cum ostreis vesci solebant. *Plin. l.* 18. *cap.* 11. Panis ipsius genera prosequi supervacaneum viderur, afias ab obsoniis appellari, ut ostrearii.

Ostreatus, a, um, *duro*, *aspero*, ὀστρώδης, durus, atque asper. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 186. Itaque jam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito.

Ostreidius, a, um, adject. ostreis abundans. *Auctor Priap. carm.* 76. Cyzicus ostreosa. *Catul. ad Priap. carm.* 18. ora fœtidiseportcia exteris ostreosior oris.

Ostreum, i, n. *ostrica*, Germ. *Auster*, *wusser-schnecken*, Gal. *huitre*, Hisp. *ostia*, ὄστρεον, generale nomen est ad omnes eos pisces, qui testam habent asperam, & scabram. *Cic. 2. de Div.* Ostreisque, & conchyliis omnibus contingere, ut cum Luna pariter crescant, pariterque decrescant. *Plin. l.* 32. *cap.* 6. Peculiariter vero contra leporis marini venena, & ostrea adversantur.

Ostriago, inis, f. genus herbæ, de qua *Apul. de herb. c.* 28.

Ostricolor, oris, o. purpureus. *Sidon. carm.* 5. *v.* 18. Ostricolor pepli texrus.

Ostrifer, ra, rum, ostreis abundans. *Virg. l. Georg. vers.* 207. Pontus, & ostrifera fauces tentantur Abydi. Adde *Lucan. l.* 9. *v.* 959.

Ostrinus, a, um, ὄστρινος, ostri colorem habens. *Propert. l.* 3. *eleg.* 11. *v.* 7. Et Tyros ostrinos præbet Cadmea colores. *Id. l.* 1. *eleg.* 14. *v.* 20. Ostrinus torus.

Ostrogothi, orum, m. Gothi, ab Orientem incolentes. *Claudian. lib.* 2. *in Eutrop. v.* 153. Ostrogothis colitur, mistisque Gruthungis. A *Trebell. Poll. in Claud. c.* 6. dicuntur *Austrogothi*.

Ostrum, i, n. 2. *ostra*, *porpora*, תולעת שני, ארגמן, Germ. *der meer-schnecken schweiſſ*, Gal. *pourpre*, *escarlate*, Hisp. *purpura*, ὁ φοινιξ, ὄστρον, fanjes illa, vel ad pretiosarum lanarum infecturam, & color ille, qui ex hac fanie conficitur. *Plin. l.* 9. *c.* 36. & 37. viderur distinctas facere species. *conchylium*, purpuram, *muricem*. Similiter *Nonius c.* 16. *n.* 6. & 9. ostrinum colorem distinguit a colore confundunturque. Et sane ostrum, ut de ejus natura tradiderunt Scriptores, non habet in omnibus locis, quibus nascitur, unius generis colorem, sed solis curiregiones sunt proximæ ad Septentrionem, & Occidentem, invenitur lividum: quod autem legitur ad Æquinoctialem, & Orientem, invenitur violaceo colore: quod vero *Meridianis* regionibus excipitur, rubra procreatur porestate, ut ait *Vitruv. l.* 7. *c.* 13. ubi rationem etiam tradit ostrini coloris conficiendi. *Virg.* 5. *Æn. v.* 111. Vestes ostro perfusæ. *Id. Æn. l. v.* 704. ftratoque super discumbitur ostro, *b. e.* lectis purpureis. *Sever. in Ætna*, *v.* 332. Purpureoque rubens surgat jubar aureus ostro.

Ostrya, æ, f. 1. & ostrys, yos, f. 3. arbor materia dura, atque firma, similis fraxino, cortice, & ramis, & folio pyri, paulo tamen longioribus, crassioribusque, ac rugosis *inciſuris*, quæ solitaria nascitur circa faxa aquosa. *Plin. l.* 13. *c.* 21. Gignit arborem ostryn, quam & ostryam vocant &c.

Ostrus, & } V. *Odi*.
Osus, participia. }

* Osyris, is, f. ὄσυρις, herbæ species, *Plin. l.* 27. *c.* 12.

O A N T E T.

Otacusta, æ, ὠτακουστὴ, ab ὦς, ὠτὸς, *auris*, & ἀκούω, *audio*, apud *Apulegium de Mundo* est emissitius, clam aliorum sermones captans, *spia*.

Otho, onis, m. L. Roscius Otho trib. pleb. legem theatralem tulit, qua quatuordecim gradibus orchestræ proximus equestri ordini assignatis, cautum est, ut pauperes secreti a divitibus spectarent. *Juven. Sat.* 3. *v.* 159. Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni. ¶ M. Salvius Otho octavus R. Imperator post Galbam, tertio imperii mense a Vitellio ingenti clade apud Bebriacum affectus, se ipsum pugione transfixit. Ejus vitam habes apud *Sueton.*

Othone, es, Othonna, æ, ὀθόνη, ὀθόννα, herba in Syria nascens, similis erucæ, flore croci. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

Othonianus, a, um, ad Othonem pertinens, ut Othonianæ partes, *Tacit. 2. histor. c.* 33. Othoniani duces. *Id. ib. c.* 24.

Othrys, m. 3. *Delacha*, mons Thessaliæ ingens, qui contra Ossam in Mer. vergit, sedes Centaurorum, *Virg. 7. Æn. v.* 675. *Lucan. l.* 6.

Othrysius, a, um, adject. ab Othry. *Martial. l.* 10. *epigr.* 7. Quicumque Othrysias bibunt pruinas.

O V

Otis, æ, f. piscis marinus, e genere ostrearum, ab ὠτίον, auricula, *Plin. l.* 32. *c.* 11.

Otis, idis, f. ὠτὶς, avis est, quam Hispani avem tardam vocant, teste *Plin. l.* 10. *cap.* 22. damnata in cibis propter malum odorem, quem emissa ex ejus ossibus medulla reddit. V. *Harduin*.

Otium cum derivatis V. *Otiosus*.

* Otopëta, æ, um, ὠτοπετὴς, h. e. auritus, apud *Petron. in Satyr. c.* 35. videtur leporem significare. Sed incerta loci lectio est.

* Otriculanus. V. Ocriculanus.

Otus, i, ὦτος, שלך, noctua aurita, bubone minor, noctuis major, quam quidam Latine *asionem* vocant; avis parasita, & quodam genere saltatrix. *Plin. l.* 10. *c.* 23. V. *Harduin*. ¶ Est præterea Otus nomen Gigantis, Ephialtis fratris. *Virg. in Cul. vers.* 234. vinctus sedet immanis serpentibus Otus. V. *Aloeus*. ¶ Scribitur & *Oetus*.

O A N T E V.

Ovalis, & le, o. 3. quod ad ovationem spectat, ut Ovalis corona, quæ ex myrto siebat, qua donabantur Imperatores, qui ovantes urbem introibant, neque justi triumphi honorem meriti videbantur. *Gall. l.* 5. *c.* 4.

Ovans. V. *Ovo*.

Ovanter, adv. avando, exsultando. *Tertull. adverſ. Valent. cap.* 28. Propere, & oranter accurrit.

Ovatio, onis, f. *trionfo minore*, θρίαμβος, ἐλάττων, minor triumphus, cum belli duces, rebus quidem prospere gestis, non tamen ita magnis, ut justo triumpho dignæ essent, ex S. C. pedires, vel, ut aliis placet, uno equo vecti urbem ingrediebantur, myrteam coronam, quam ob id ovalem vocabant, in capite gestantes, & a Plebejis, vel ab Equitibus Romanis deducebantur in Capitolium, ibique ovem immolabant. *Serv in 4. Æn. v.* 543. Ovandi autem, & non triumphandi, telle *Gell. l.* 5. *c.* 6. causæ erant, cum aut bella non rite erant indicta, neque cum justo hoste gesta, qualia erant, quæ adversus piracas, & fervos fugitivos aliquando suscepta leguntur, aut quoties deditione repente facta victoria citra magnam sanguinis effusionem contigerat. Ob quam etiam causam coronam ovalem ex myrto, quæ arbor Veneri est sacra, conficiebant, quod inciuentus hujusmodi victorias Venereas potius judicarent, quam Martias. ¶ *Ovatio* item, ὠκισμὸς, tempus est, quo gallinæ ova faciunt, dictum ex forma, qua pallatio, mellatio, &c. *Plin. l.* 29. *cap.* 3. Tamquam congruere ovationem etiam serpentium humani sit arbitrii. Alii legunt *operationem*, rectius.

Ovatus, us, ovantium, & exsultantium lætus clamor. *Val. Flac. l.* 6. *v.* 187. Hinc barbarici glomerantur ovatus.

Ovatus, a, um, *ovato*, *fatto in forma d' ovo*, בביצה, ᾠοειδὴς, quod est in similitudinem ovi factum. *Plin. l.* 15. *cap.* 21. Aliis turbinatio pyri, aliis ovata species, ceu malorum aliquibus. ¶ Item quod diversi coloris maculis variegatum est, ovi speciem referentibus. *Plin. l.* 35. *c.* 1. Ut ovatus esset lapis Numidicus, & purpura distinguereturur Sinnadicus. ¶ Est etiam participp. ab *ovo*, *as*. *Perſ. sat.* 2. *v.* 55. auro facras quod ovato Perducis facies, *h. e.* triumphato, victori acquisito. Sunt qui aliter explicant.

* Ovecula. V. Oviscula.

Ovfentina, vel Ufentina, Tribus Romana erat in Latio, sic dicta ab Ufente fluvio agri Privernatis. Facta est A. U. 435. una cum Falerina.

Oviaria, æ, f. *greggia di pecore*, προβάτων πλῆθος, ovium multitudo. *Var. in prol. l.* 2. *de R. R.* Quod & ipse pecuarias habui grandes in Apulia ovjarias, & Reatino equarias.

Oviaricus, vel oviarius, a, um, προβατικὸς, quod ad ovem spectat. *Colum. l.* 7. *c.* 6. Et quoniam de oviarico saris dictum est, ad caprinum pecus nunc revertar. Al. leg. *ovinario*.

Oviscula, æ, f. προβατίον, ירח, parva ovis. Hinc Q. Fabius Cunctator apud *Aurel. Victor. de Vir. illuſtr. c.* 43. oviscula dictus est, a morum clementia. *Augustin. de doctrin. Christ. l.* 3. *c.* 21. Oviculam exhibuit manducandam.

P. Ovidius Naso, Poeta Latinus, Sulmone natus, quæ urbs est in Pelignis, ex Equestri Nasonum familia, Hircio, & Pansa Coss. 14. Cal. Apr. Romæ educatus, & liberalibus disciplinis institutus est. Multa scripsit, quæ adhuc fere omnia exrant. Ab Augusto in Pontum relegatus, anno ætatis 50. quod ad Julium ejus filium sub Corynnæ nomine lascivas de amoribus elegias scripsisset, Tomis novem post annis mœrore exstinctus est, ibique sepultus.

Ovile, is, n. *ovile*, *ſtalla di pecore*, אגם, Ger. *ein ſchaaffſtall*, Gall. *bergerie*, Hisp. *apiſco de ovejas*, *mol'atoro*, locus, in quo oves morari solent. *Ov. 1. Triſt. eleg.* 5. incusioditum captat ovile lupus. ¶ Præterea ovile locus erat Romæ in Campo Martio, cancellis conclusus, quo populus Romanus suffragia laturus concludebatur, sic dictus a similitudine. Hinc spectat illud *Lucan. lib.* 2. *verſ.* 197. de cæde Syllæ, quæ illo in loco facta fuit: Tum deo Hesperiæ, Latii jam sola juventus Concidit, & miseræ maluavit Ovilia Romæ. ¶ Dicitur etiam de stabulo caprarum. *Ovid.* 13. *Met. verſ.* 820. Sunt quoque, par ætas, alliis in ovilibus hœdi.

Ovillo, onis, m. opillio, ovium custos. *L. Fundi, ff. de fund. inſtr. legat.*

Ovilis, le, adject. ovillus. *Apul. l.* 4. *A. A.* Ovili tabulationi accommodatus.

Ovillinus, a, um, adject. ovillus, ut ovillina caro, *Theod. Priſcian. de D at. c.* 6.

Ovillus, a, um, ovinus. *Plin. l.* 17. *c.* 9. Quin & ovillo fimo uti, quonam aliud herbeficeret. *Liv. l.* 22. *c.* 10. Grex ovillus.

Ovinfus, cognomen Romanum ab ovibus ductum, ut *Porcius* a porcis. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 1. Nomina multa habemus ab utroque pecore: a minore Porcius, Ovinius, Caprilius: sic a majore Equitius, Taurius.

Ovinus, a, um, *pecorino*, προβάτειος, quod ex ove est. *Seren. Sammonic. carm.* 14. *v.* 254. Aut ru fume pilam, quæ caudis heret ovinis.

Oviparus, a, um, adject. ova pariens. *Apul. in Sapol.* Discrevit natura viviparos, & oviparos. *Auſon in Moſell. v.* 133.

Ovis, is, f. *pecora*, צאן, שה, Germ. *einſchaaff*, Gal. *brebis*, Hisp. *oveja*, pecus lanigera, ab ὄις; *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 63. Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis, atque contexris homines vestiantur? ¶ Ovis etiam g. m. legitur, ut admonent *Feſtus*, & *Nonius*. Imo *Gell. l.* 11. *cap.* 1. auctor est, in multis dicendis hoc semper observatum fuisse, ut ovem virili genere appellarent, alioqui multam justam non videri. *Var.* apud *eumd.* Quando ciraras neque respondit, neque excitatus est, ego unum ovem multam dico. ¶ Proverbium est illud *Cic. Phil.* 3. *c.* 11. O præclarum custodem ovium, quod ajunt, lupum! Sic *Terent. Eun.* 5. 1. 16. Lupo ovem committere. ¶ Translare homo simplex, ac stolidus, ovis dicitur. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 3. Amabo, quis hæs hos oves adegit? ¶ *Ovim* pro ovem in accuf. fing habet *Plaut. Merc.* 3. 1. 26. ¶ In ablativo *ovi* dicimus, & etiam *ove* sine teprehensione, inquit *Varr. lib.* 7 *L. L. cap.* 17.

Ovo, as, avi, atum, n. 1. *trionfare*, שוש, גיל, est minorem triumphum, quem vocabant ovationem, peragere. V. *Ovatio*. *Gel. l.* 6. *c.* 6. Scripserunt qui ovare introire solitum equo vehentem: at Sabinus pedibus introire, ovantes dicit. *Solin. c.* 45. Equum insiluit ovaturus. ¶ Sæpe accipitur pro lætari, exsultare, ductum, ait *Feſtus*, ab eo clamore quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites, geminata o littera. *Liv. l.* 1. *c.* 25. Romani ovantes. ac gratulantes Horatium accipiunt. *Valer. Flac. l.* 2. *v.* 507. non Africus alto Tantus ovat.

Ovum, i, n. *ovo*, ביצה, Germ. *ein ey*, Gal. *un œuf*, Hisp. *huevo*, ὠόν. fœtus avium, piscium, & aliquorum animalium terrestrium, unde eorum filii nascuntur, a nomine græco allato. Ovi partes sunt vitellus, & luteum ovi, & albumen, vel album ovi, quæ vide suis locis. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 48. Anatum ova gallinis fæpe supponimus. ¶ Ova incubare, & incubare ovis. V. *Incubo*. Ova ponere, edere, parere. *Plin. Ovid. Col. & al.* ¶ *Ovum ovo tam ſimile non eſt*, proverbialis est hyperbole, de rebus indifferæe similitudinis. *Cicer. 4. Acad.* Videtne, ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? ¶ *Ovo prognatus eodem*, proverbialiter de illis dici potest, quorum ingenium, moresque ita convenisnunt, ut iisdem parentibus nati videri possint. *Horat. lib.* 2. *Sat.* 1. *verſ.* 26. ubi respicit ad fabulam Ledæ, quæ ex Jove in cygnum converso ovum peperit, unde nati Castor, & Pollux. ¶ Ab ovo usque ad mala, h. e. a principio cœnæ usque ad finem. *Id. lib.* 1. *Sat.* 3. *v.* 6. Sic *Cic. Fam.* 9. *ep.* 20. Integram famem ad ovum affero.

O AN-

O A N T E X.

Oxälis, idis, f. ὀξαλὶς, lapathi genus, sativo proximum, foliis acutis, colore beræ candidæ, radice minima. Latini rumicem, vulgus acetosam vocat. *Plin. lib.* 20. *c.* 21.

Oxalme, ὀξάλμη, acida muria. *Pl. l.* 23, *c.* 2. *Idem l.* 24. *c.* 4. acetum salsum vocat.

* Oxime, ociſſime. *Paul. ex Feſt.*

Oxus, m. 2. *Gerebon*, *Driſban*, *Xa*, *Cappanach*, *Abiam*, *Abiamu*, fl. maximus Sogdianæ, qui Chorafanam regionem a Mauritania distinguit, & per Margianam in Hyrcanum mare decurrit. *Pl. l.* 5. *c.* 7.

Oxycedros, f. 2. ὀξύκεδρος, species cedri, ramosa, & nodis infesta. *Pl. l.* 23. *c.* 5.

* Oxycomina, oleæ fale conditæ, aut aceto. *Petron. frag. Tragur. c.* 66. *Eurm.* al. *oxycomia*, al. *ſycamina*.

Oxydracæ, arum, m. Indiæ populi, apud *Curt. l.* 9. *c.* 29. & 14.

Oxygala, æ, f. ὀξύγαλα, lactis in acotem redacti pars coactior, quod a sero separatum origano, capa, mentha, coriandro, thymo, & cunicula conditi solet, ab ὀξὺς, *acerbus*, & γάλα, *lac*, quasi acetosum lac. *Col. l.* 12. *c.* 8. ¶ Dicitur & *oxygala*, *alis*, o. *Plin. l.* 28. *c.* 9.

Oxygärum, n. 2. ὀξύγαρον, garum ex aceto, ideſt, liquaminis genus ex minoribus piscieculis confici solitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti solet admisceri, quod in principio mensæ apponebatur, ab ὀξὺς, *acetum*, & γάρος, *garum*, liquamen piscium ferè sale conditorum. *Marr. l.* 3. *ep.* 50. Affertur protinus ingens inter lactucas, oxygarumque liber.

Oxylapäthum, n. 2. ὀξυλάπαθον, lapathi species, acutis foliis. Quidam tamen putant, dictum a saporis aciditate. Officinæ lapathum acutum nominant, *Plin. lib.* 20. *c.* 21.

Oxymëli, n. 3. *oſſimele*, acetum mulsum, genus potionis ex melle, aceto, thymbra, sale marino, aqua pluvia. *Pl. l.* 14. *c.* 17. Oxymeli hoc vocarunt, &c. *Id. l.* 28. *c.* 9. Item acidus cum oxymelite.

Oxymöron, i, ὀξύμωρον, figura est, seu sententia ita acute, & affectate enuntiata, ut fatua videstur, ut illud *Cic. Catil. l.* 1. *c.* 8. De te, cum tacent, clamant. *Aſcon. Paul.* cujus verba attulimus in *Cacozelus*.

Oxymyrsïne, es, f. 1. ὀξυμυρσίνη, acuta myrrus, frutex, qui habet folia myrto similia, sed acutiora, & rigidiora, & producit baccas rufas ad ceraforum similitudinem. *Pl. l.* 15. *c.* 7. & 29.

* Oxyodontes, um, ὀξυόδοντες, acutis dentibus intructi. *Lucil. ap. Non. c.* 2. *n.* 377.

Oxyparderotïnus, a, um, adject. colorem referens gemmæ, quæ paderota appellatur, qui color maxime ad purpuram accedit. *Papiſc. in Aurel. c.* 40. Vestes oxyparderotinæ.

Oxypörus, a, um, ὀξύπορος, quicquid ex pluribus una tritis, mixtisque ex aceto præbetur, ab ὀξὺς, *acetum*. Sic oxyporum moretum dixit *Col.* lema *l.* 12. *c.* ult. ex caseo, sesamo, aucibus, & herbis constans aceto piperato condiris. *Stat. l.* 4. *ſylv.* 9. *v.* 36. Non sal, oxyporumve, caseusve. *Pl. l.* 20. *c.* 23. Fœniculum condimentis prope omnibus inseritur, oxyporis etiam aptiffime, *condimenti acri*, *e penetranti*. *Id. l.* 24. *c.* 8. Juniperus miscetur antidotis oxyporis.

Oxyrropäla, æ, m. ὀξυρροπάλης, qui cibos vendit aceto conditos. *Pl. l.* 20. *c.* 7. In eos usus & oxyropolæ servant, addito dulci acrementum aceti temperantes. Optimæ editiones habent: *oxyropoli obolis aſperitatem*, *additis*, &c.

Oxys, yos, m. ὀξύς, herba, de qua hoc solum scribit *Pl. l.* 27. *c.* 12. folia ferna habere: dari ad stomachum dissolutum: edi & ab iis, qui enterocelen habent. Vulgo dicitur *trifoglio acetoſo*, *acetoſella*, *luggiola*, *luſula*, *alleluſa*, & Gallice *pain de coeu*.

Oxyschœnos, m. 2. ὀξύσχοινος, acutus juncus, qui & marinus dicitur. *Pl. l.* 21. *c.* 18.

* Oxytriphyllon, ὀξυτρίφυλλον, genus trifolii aceto folio. *Pl.* 25. 9.

Oxyzomus, a, um, adj. *acetoſo*, jure conditus, ut oxyzomus pullus, apud *Apic. l.* 6. *c.* 9. *Priſc. de diæta*, *c.* 6. Oxyzoma nutrium competenter.

O A N T E Z.

Ozæna, æ, f. *ozena*, ὄζαινα, piscis ex polyporum genere, caput habens gravissimi odoris, ab ὄζω, *oleo*. *Pl. l.* 9. *c.* 30 Polyporum generis & ozæna, dicta a gravi capitis odore. ¶ Est item ozæna, narium morbus, concussu acrium humorum ulcera, & pilures crustos intra nares gignere, quæ gravissimum spirant odorem. Nomen trahit ab ozœna pisce. *Plin. l.* 25. *cult.* Narium ozænas emendat aristolochia eum cypero.

Ozænitis, f. 3 ὀζαινῖτις, pfeudonardus, herba ex genere nardi, ad Gangem Indiæ flu. nascens, odore virus referens, ab ὄζω, *oleo*. *Plin. l.* 12. *c.* 12.

Oze, f. 1. ὄζη, oris gravedelentia. *Celſ. l.* 3. *c.* 11. ubi tamen græcis literis scribit.

Ozymum. V. *Ocimum*.

D E L I T E R A P.

Littera muta est, nec aspirationem post se admittit, nisi in dictionibus Græcis, ut *Phaethon*. ¶ In prænominibus majuscula sola posita idem sonat quod *P. blius*, ut P. Virgilius Maro. P. R. est *Populus Romanus*. P. C. *Patres Conscripti*.

P A N T E A.

* Pa pro *parte*, & *po* pro *populo*, in carmine Saliari. *Feſt.*

Pabularius, i, m. *vivandiere*. *Inſcr. apud Donium claſſ.* 9. *n.* 3. & 20.

Pabularis, re, o. 3. νομεακὸς, quod ad pabulum pertinet, seu quod pro pabulo datur. *Col. l.* 2. *c.* 14. De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia.

Pabulatio, onis, νομὴ, προνομὴ, מרעה, actus pabulandi, ut cum milites in agrum egrediuntur cum falcibus capiendi pabuli causa. *Cæſ. l.* 7. *c.* 17. *B. G.* Ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. ¶ Aliquando pro pabulo ponitur. *Var. l.* 3. *de R. R. c.* 16. Si e bono loco transtuleris, ubi idonea pabulatio non est.

Pabulätor, oris, m. *paſcolatore*, מרעה, ὁ περὶ νομὴν πορευόμενος, qui pabulatum vadit. *Liv l.* 29. *c.* 1. est factus in pabulatores Romanos impetus repente ab equitibus.

Pabulatorius, a, um, quod ad pabulum spectat, ut pabulatoria corbis, in qua reponuntur pabula. *Colum. lib.* 6. *c.* 3. Frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficiet.

Pabulor, aris, d. 1. *foraggiare*, רעה, Germ. *auff die ſuetterung gehen weyden*, *od. hirten*, Gal. *fourager*, *paitre*, Hisp. *apacentar*, νέμομαι, dicitur proprie de militibus, cum e castris cum falcibus egressi pabulum in usum jumentorum ex agris capiunt. *Cæſl. l.* 3. *B. C. c.* 37. Quo in loco nostri pabulari consueverant. ¶ Interdum est pascere, *paſcolare*. *Colum. l.* 7. *c.* 6. *de capris*. Sed placide, ac lente pabuletur. ¶ Fimo pabulari oleas, est fimum oleis circumponere, quod veluti pabulum earum est. *Id. l.* 5. *c.* 9. ¶ Pro piscari *Plaut. Rud.* 2. 1. 6. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum.

Pabulōsus, a, um, adject. pabulo abundans. *Solin. c.* 35. *de Britannia*. Ita pabulosa, ut pecua in periculum agat fatietas.

Pabŭlum, i, n. *paſcolo*, מרעה, Ger. *weid*, *viehefuter*, Gal. *fourage*, Hisp. *forraje*, βοσὴ, proprie pecudum, & aliorum brutorum ebus herbaceus, fœniceus, paleaceus, vel stramentitius est, a πάω, *veſco*. *Cæſ l.* 2. *B. G.* Cum pabuli copia esse inciperet. *Cic. 2. de Div.* Pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreat. ¶ Sæpe translate fumitur. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 3. Quid hunc persequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum? ¶ Pabulum studii, est oblectatio, qua animus pascitur, & vegetatur, quemadmodum cibis corpus. *Cic. de Sen.* Habet senectus aliquod tamquam pabulum studii, & doctrinæ. *Id. 4. Acad. c.* 41. Est animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum, confideratio contemplatioque naturæ.

Pacälis, & le, o. 3. *pacifico*, εἰρηνικὸς, pacificus, pacifer, pacem significans. *Ov. 6. Met. v.* 101. Cirenit extremas scies pacalibus oras.

Pacäte, adv. *pacificamente*, Germ *fridlich*, Gal. *pacifiquement*, Hisp. *pacificamente*, εἰρηνικῶς, pacifice, tranquille, sedate. *Petron. in Satyr. c.* 10. Pacatius ad reliqua succeſſimus.

Pacatio, onis, f. pax, seu pacis constitutio, *pacificamento*. *Front. de strateg. in præf.* Quæ ad prælium, & confectam pacationem pertinent.

Pacätor, oris, m. *pacificatore*, משלים, Ger. *fridmacher*, Gal. *appaiſeur*, Hisp. *apazigvador*, εἰρηνοποιὸς, pacis conciliator, turbarum compositor. *Sen. Her. Oet. ad fin.* Sed tu domitor magne ferarum, orbisque simul pacator ades. Adde *Claudian. de II. Conſul. Stil. v.* 13. & *Sil. l.* 2. *v.* 483.

Pacatorius, a, um, adj. *pacifico*. *Terr. l.* 4. *adverſ. Marc. c.* 29. Judicium justum, & pacatorium.

Pacätus, a, um, *pacifico*, *tranquillo*, משולח, Ger. *geſtillet*, *befridiget*, Gal. *appaiſé*, *tranquillé*, Hisp. *apaziguado*, εἰρηνευθεὶς, pacificatus, tranquillus. *Cic. 3. Ver.* Civitates pacatæ. *Id. Fam. l.* 15. *ep.* 4. Male pacatæ. *Id. 7. Phil. c. ult.* Huic tali viro poteritne pacatus esse Antonius? *Id. in Brut. c.* 31. Hujus oratio in Philosophiam translata pugnacior, in judicia pacatior. *Id. pro Ligar. c.* 2. Pacatissima provincia. *Horat. l.* 4. *od.* 5. *v.* 19. Pacatum mare.

Pacensis, e, ad Pacem Juliam pertinens, quæ est urbs Hispaniæ ulterioris, non longe ab Ana fluvio, nunc *Beja*. *Pl. l.* 4. *c.* 22. & *Inſcript.* apud *Gruter. p.* 199. *n.* 4.

Pachynum promontorium, *Capo Paſſero*, unum ex tribus, propter quæ Sicilia Trinacria dicitur, in ora orientali ejusdem insulæ, ubi ad Austrum vergit, sic dictum ab aeris crassitudine: nam πάχος græce crassum significat. *Pl. l.* 3. *c.* 8. ¶ Sus promontorium Pelorus vocatur Italiam versus, Pachynum in Græciam. *Virg.* 3. *Æn.* Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni. ¶ *Priſc. in Perieg. v.* 482. penultimam corripuit, illo versu, Eminet ad Zephyrum Lylibe, Pachynusque subrorum. ¶ Dicitur, & *Pachynus*, i. *Ov.* 13. *Met. v.* 726. Et quibus imbriferos versus Pachynus ad Austros: ubi primam produxit.

Pacifer, a, um, *che apporta pace*, חביא שלום, εἰρηνοφόρος, pacem ferens. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Laurus ipsa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. *Ov. Met* 14. *v.* 291. Pacifer huic florum dederat Cyllenius album.

Pacificatio, onis, f. *pacificazione*, חבאת שלום, Ger. *fridmachung*, Gal. *appaiſement*, Hisp. *pacificacion*, εἰρηνοποίησις, pacis conciliatio. *Cic. 7. Att. ep.* 8. Quæris, ecqua spes pacificationis sit.

Pacificator, oris, m. *pacificatore*, *paciere*, משלים, εἰρηνοποιὸς, pacis faciendæ arbiter deprecator pacificus, conciliator pacis. *Liv. l.* 17. *c.* 30. Adhibitus ab Ætolis pacificator Amynander.

Pacificatorius, a, um, εἰρηνοποιὸς, quod ad pacificationem pertinet. *Cic. 12. Phil. c.* 1. Postquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

Pacificatus, a, um, *Juſtin. l.* 23. *c.* 1. Agathocles pacificatus cum Carthaginiensibus. ¶ Addunt etiam locum *Cic. l.* 13. *ad Att. epiſt.* 7. ubi alii *pacificator*, legunt.

* Pacifice, *pacificamente*, εἰρηνικῶς, sedate, placide. *Cyprian. ep.* 4.

Pacifico, as, a. 1. *pacificare*, השלים, Ger. *befrid gen*, Gal. *pacifier*, Hisp. *pacificar*, εἰρηνοποιῶ, pacem facio, pacem inter aliquos conficio. *Juſtin l.* 6. *c.* 1. Dux pacificari cum altero statuit. ¶ Item de pace transfigere. *Liv. l.* 5. *c.* 23. Inter hæc pacificatum Legati a Vosciis venerunt. ¶ Item placare, delinire. *Claudian. in præf. l.* 2. *in Ruſin. in fin.* Pieriis aures pacificare modis. *Sil. l.* 15. *v.* 424. Pacificans Divos.

Pacificus, a, um, *pacifico*, שלם, Ger. *fridſam*, Gal. *pacifique*, Hisp. *pacifico*, εἰρηνικὸς, pacem faciens, paci studens. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 12. Ecquæ pacifica persona desideretur. *Mart. l.* 12. *ep.* 63. Pacificus Numa. *Lucan. l.* 3. *v.* 304. duramque viri defiectere mentem Pacifico sermone parant.

Pacio, onis, f. idem ac pactio, seu pactum, ab antiquo paco, is, *Feſt.*

* Pacĭo, is, a. 3. pacisco. *Lex XII. Tab. ap. Gell. l.* 20. *c.* 1. Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio est.

Pacisco, sceris, pactus sum, d. 3. *patteuire*, *patteggiare*, יער ברית, Germ. *vertrag machen*, Gal. *paciſer*, *faire un pacte*, Hisp. *pactear*, *hazer pacto*, συντίθεσθαι, pactum facio, convenio, ab antiquo *paco*, *is*, ut ab *apo*, *is*, *apiſcor*, unde *adipiſcor*. Usurpatur vel absolute. *Cic. 5. Ver. c.* 14. Satis hæc magna vis est ad iniquæ pacifcendum. ¶

rum, (qui hanc vocem Veteribus ignotam putant) alii leg. *Patavi moriebatur ad urbem*, alii *apuam pergentur ad ipsam*.

Padus, m. 2. Eridanus, *Πάδος, Ἠριδανός*, fluv. maximus Italiæ, qui in Gallia Subalpina oritur, & vario, longoque cursu in mare Adriaticum se exonerat. *Pl. l. 3. c.16.* ubi de hoc fluvio plura. ¶ *Padus*, i, f. genus arboris circa fontem Padi fluvii nascentis. *Pl. ibid.*

Padusa fossa, *il Pò di Argenta*, fossa ex Pado Ravennam usque perducta. *Pl. l. 3. c.16. Virg.11.Æn.v.457.*

Pæan, anis, m. *παιὼν*, Apollo, sic dictus, ut quidam putant, a *παίειν, curo, medeor. Juvenal.6.v.172.* Parce, precor, Pæan, & tu, Dea, pone sagittas. *Ov. l. 2. de ar. am.* Dicite, io Pæan, & io bis dicite Pæan. ¶ Item hymnus in honorem Apollinis, & etiam aliorum Deorum. *Virg. 6. Æn.v.657.* Iætumque choro paeana canentes. *Stat.4. Theb.v.157.* Herculeum paeana canunt, vastaraque monstris omnia. ¶ Est præterea pæan pes quatuor syllabis constans, cujus quatuor genera enumerat *Diomedes*, scilicet unum, cum primo loco longam habet syllabam, cæteras breves; alterum, cum secundo loco, & sic de reliquis. *Cic.3.de Or.c.47.* & 49. duo tantum genera agnovit, scilicet primum, ut *conficere*, & ultimum, ut *celeritas*. Al. leg. *Pæon*. V. *Cic. in Orat. c.57.* & 64. & *Quinct.l.9.c.4.*

Pæantides, æ, m. 1. Philoctetes Pæantis filius. *Ov. 13. Met.* Nec Pæantiadem quod habet Vulcania Lemnos.

Pæantides, dum, f. *παιωνίδες*, gemmæ, quæ parturientibus mederi dicuntur. *Plin. l.37. c.10.*

Pæantius, a, um, quod ad Pæantem spectat. *Ov. de rem. am.* Quam læsus fuerat partem Pæantius Heros. *h. e.* Philoctetes Pæantis filius.

Pædagium. V. *Pædagogium*.

* Pædagoga, æ, f. quæ puellæ curam habet. *Hier ep.12. ad Gaudent.*

Pædagogandus, instruendus, educandus. *Pacuv. apud Fest. in Repotia.*

Pædagogatus, us, m. institutio, educatio. Est *Tert. adv. Valent. c.13.*

Pædogogianus, a, um, adj. qui est in Pædagogio, ut Pædagogianus puer, *Amian. l.26. c.6.* (*al.17.*) & *l.29. c.18.*

Pædagogium, ii, *παιδαγωγῖον*, locus in ædibus, ubi versantur servi puerilis ætatis. *Pl. l.7. ep.27.* Puer in pædagogio mixtus pluribus dormiebat. *Cassianus* legit *pædagium* eodem sensu. ¶ Item ipsa puerorum turba. *Plin. alter l. 33. c.12.* Jam vero pædagogia ad transitum virilitatis custodianeur argento, *i paggi*. Sicut apud *Suet. in Ner. c.28.* ingenuorum pædagogia. *Ulp. ff l.7. t.7. leg.12.* Si instructum fundum legasset, ea pedagogia, quæ ibi habebat, ut cum eo veniisset, præsto essent in cricliuio, legato contineutur.

Pædagogus, gi, m. *pedagogo, pedante*, אַלְּוּף, Germ. *zuchtmeister*, Gal. *pedagogue*, Hif. *ayo, maestro, παιδαγωγός*, custos, & institutor pueri, a *παῖς, puer*, & *ἄγω, instituor*. *Cic. de Amic. c.20.* Ito enim modo nutrices, & pædagogi maxime erunt diligendi. *Sen. ep. 89.* Nam num locum, qui munitiones continent, fuisse lit, & pædagogi esse dixit, non philosophi: tamquam quicquam aliud sit sapiens, quam humani generis pædagogus. ¶ Differunt autem pedagogus, & præceptor: nam hujus munus est puerum liberalibus instituere disciplinis: ille propric cultos est vitæ, & morum. *Sen. a. de ira, c. 22.* Pertinebit ad rem, præceptores, pædagogosque pueris pluribus dari. ¶ Interdum pædagogus est in contemptu, ut apud Italos, *pedante*. *Plaut. Pseud. l. 5. 32.* Hic dux, hic ille est pædagogus, hunc ego cupio exercuciari. *Suet. in Ner. c. 37.* Pæto Thraïcæ objectus est tristior, & pædagogi vultus.

Pædéros, otis, m. acanthus crispus, & levis, *Pl. l.22. c.22.* ¶ Item gemma, alio nomine opalium. *Id. l.37. c.6. & 9.*

Pædia, f. *παιδεία*, eruditio, disciplina, institutio ad bonas artes. *Gel. l.13. c.5.* & græcam vocem esse ait, & ipse scribit græcis literis.

Pædicator, is, m. idem ac pædico. *Calvus Licin. apud Suet. in Cæs. c.49.*

Pædico, onis, m. *παιγνίδης*, paserarius, amator, concubitorque puerorum. *Auct. Priap. carm. 68.*

Pædico, as, a. 1. *παιγνίζω*, præposteram cum masculis libidinem exerceo. *Mart. l 11. epigr.89.*

* Pædidosus. V. Pedidosus.

Pædidus, a, um, sordidus, squalidus. *Fest.*

Pædor, oris, m. *foeditas, ra*, דֹּפִי, Germ. *unflat, unsauberkeit*, Gal. *ordure, saleté*, Hif. *hedor, hedondez, ῥύπος*, squalor, illuvies, sordes. *Cic. 3. Tusc. c. 12.* Barba pædore horrida, atque inconsita insuscat pectus illuvie scabrum. *Tac.l.6. Ann.c.44.* Neque exuerat pædorem, ut vulgum miseratione adverteret. *Lucan.l.2.c.73.* longusque in carcere pædor. *Senec. Agamemn.v.991.* Pædore obsitus.

Pægniares gladiatores. V. *Pegmarii*.

* Pæmentum, i, pavimentum. *Grater.p.10.n.1.*

Pæmini, m. 2. pop. Galliæ Belg. in Eburonibus, versus Mosam fl. ubi nunc pars Occidentalis Duc. Luxemburgensis, & minuta pars ditionis Leodiensis. *Cæs. de B.G.*

Pæminosus, a, um, pædore olens. *Var. l.1, R. R.c.51* Terra situ pæminosa.

Pæne. V. *Pene*.

Pænula. V. *Penula*.

Pænulissimus, a, um, *penultimo*, מוקדם לאחרון, qui est ultimo proximus, & quasi ultimus, *Gel. l.4. c.7.* Pænultimam circumflectere. *Auson. in Eclog. ar. quotæ Cal. sine mens. v.12.* Sextilis, junius, atque Aprilis: post quos pænultima mea est November. ¶ Est qui scribit *penultimus*.

Pæon, m. 3. *παίων*, Medicus præstantissimus, a quo Pluto ab Hercule graviter vulneratus curatus esse dicitur. *Hom. l.5. Iliad.* Hic herbam illam insignem invenisse traditur, quæ ab illo Pæonia dicta est. *Pl. l.25. c.4.*

Pæon. V. *Pæan*.

Pæones, m. 3. populi Maced. quorum regio Pæonia, in Mysiæ superioris confinio: quos *Herodotus* ad Strymonem fl. describit, *Dion* ad Rhodopen M. *Ptolemæus* ad ortum Haliacmonis fl. alii circa Axium flu. Inter bellicosissimos habiti sunt. *Plin. l. 4. c. 10.*

Pæonia, æ, f. *peonia, παιονία*, herbæ genus. V. *Pæon*.

Pæonia, æ, f. 1. regio Macedoniæ. V. *Pæones*.

Pæonis, idis, f. *παιονίς*, quæ est ex Pæonia. *Ovid. Metam. 5. vers. 303.* Pæonis Evipe matre fuit.

Pæonius, a, um, adject. a Pæonia regione, ut Pæoniæ gentes. *Plin. lib. 4. cap. 10.* ¶ Item adject. a Pæone medico. *Claudian. de B. G. v. 121.* Ulcera Pæoniæ tractat solertia curæ.

Pæstanus, a, um, quod ad Pæstum urb. spectat, ut Pæstanæ rosæ, quæ bis in anno florebant. *Ov. l.2. ex Pont. ep.4. v.28.* Calthaque Pæstanas vincat odore rosas.

Pæstum, i, n. Posidonia, *Pesto, Pesti*, olim urbs, nunc vicus Lucaniæ litoralis, ubi ob cœli clementiam bis in anno fructus producebantur, Majo, & Septembri. Fuit præsertim rosarum abundantissima *Ov.15. Met.v.70.*

Pætulus, a, um, adj. dim. a Pætus. *Cic. 1. nat. Deor c.29.* Redeo ad Deos; equos si non tam strabones, at pætulos esse arbitramur?

Pætus, a, um, *lusciosus*, qui obliquatis oculis est, vel qui alterum oculum minorem habet. Est minus, quam strabo. *Porph. in Hor. l.1. sat.3. v.45.* Strabo, qui est detortis oculis dicitur, pætus, leviter declinatis. Paulo aliter. *Acro*: Pæti dicuntur, quorum huc, atque illuc oculi velociter vertuntur. *Hor. l. 1. sat. 3. v. 15.* Strabonem appellat pætum pater, & pullum, male parvus si cui filius est. ¶ Pœtæ Venerem quoque pætam faciunt. *Ovid. 2. de ar. am. v. 659.* Si pæta est, Veneri similis, si flava, Minervæ. ¶ Fuit & cognomen familiæ Romanæ. *Plin. l. 11. c.37. fest. 55.* Uni animalium homini depravantur oculi: unde Strabonum, & Pætorum cognomina.

Paganalia, um, n. 2. *παγανικά*, rusticorum festa, a *pagus, Varro l. 5. L. c. 3.*

Paganica, æ, f. pilæ species, quæ pluma solida fuit farciri, rigone mollior, seu laxior, folle durior, seu axilior, & firmior, ad usum non adeo agilius, ut quæ nec tam levis est, nec jactata facile refilit, a *pagus*, quia hæc in pagis uterentur. Sed inde in urbem allata est. Nam ea in gymnasiis utebantur. *Martial. l. 7. epigr. 11.* Non pila, non follis, non te paganica thermis præparat. *Id. l. 14 epigr. 45.* Hæc, quæ difficilis turget paganica pluma, folle minus laxa est, & minus arcta pila.

Paganicus, a, um, *casa da villa*, פְּרָזִי, quod paganorum est, h. e. quod ad rusticos pertinet. Unde paganicum peculium, vel paganicum absolute dicitur, quod ex bædiis, vel pastione, aliisve rusticis reditibus provenit, cui opponitur castrense. *Antoninus l.6. Cod. t.21. leg.1.* Frater tuus miles, si te specialiter de bonis, quæ in paganico habeat, hæredem fecit, bona, quæ in castris reliquit, petere non potes. *Varr. l.5. de L. L. c.3.* Paganicæ feriæ agriculturæ causa susceptæ. *Mart. l.14. epigr.45.* Paganica pluma, de qua vide dictionem præced.

Paganitas, atis, f. *Gentilesimo*, גְּוִיּוּת, apud sequioris Latinitatis scriptores. *Cod. Theodos. l.15. tit.5. leg. ult.* Paganitatis stolidæ errore detineri.

Paganus, i, m. *rustico, villano*, פָּגִי, Ger. *dorfmann, baursmann*. Gal. *villageois, paisan*, Hif. *aldeano, aldeanlego, κωμήτης*, rusticus, qui scilicet ruri natus est, & educatus, & qui in pagis habitat. *Cic. pro Dom. c.28.* Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui &c. ¶ Ponitur etiam pro iis omnibus, qui milites non sunt. Unde passim apud *Juris.* opponuntur miles, & paganus. *Juv. sat. 16. v.33.* Cirius falsum producere testem contra paganum possis, quam vera loquentem contra fortunam armati. *Tac. l. hist. c.24.* Vos nisi vincitis, pagani. ¶ Metaphorice quoque ea res translata ad litterarum studium, quæ quasi militia est. *Pl. l.7. ep.25.* Sunt enim, ut in castris, sic etiam in literis nostris plures cultu pagano. Atque hinc *Persius in Prol. v. 6.* modestiæ causa *ne sim paganus* vocat, quasi semipoetam. ¶ Denique a Christianis pagani dicti sunt gentiles omnes, hoc est, qui essent a Religione Christiana alieni. Causa nominis est, quod gentilis religionis homines tantummodo in pagis, sive ruri morarentur. Nam tum demum paganorum nomen inolevit, cum passim in urbibus vigeret Christiana Religio. Non absurde tamen aliqui eos translate sic dici existimant, quod non militent sub Duce JESU CHRISTO. *Augustin. 2. Retract. c.43.* & *Tert. de cor. Mil. c.11.*

Pagânus, a, um, quod ad pagos spectat. *Pl. l.28. c.2.* Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cavetur, &c.

Pagarchus, i, m. pagi præfectus. *Justinian. in Novell.*

Pagasæ, arum, f. *παγασαί, Armiro*, oppidum maritimum Thessaliæ, Phlegræorum navale. *Pl. l.4. c.8.* ¶ Dictæ sunt *ἀπὸ τῶ πηγάσαι*, quod ibi navis Argo fabricata fit. V. *Valer Flacc. l.8. v.451.*

Pagasæus, & Pagaseus, a, um, adject. a Pagasis, ut Pagasæa puppis, h. e. navis Argo. *Ovid. initio l b. 7. Metam.* Eadem *Pagaseis* dicitur a *Valer. Flac. lib. 1. vers. 422.* ¶ *Pagasæa conjux* apud *Ovid. 3. de ar. am. vers. 19.* Est Alcestis, a Pagasis Thessaliæ urbe.

Pagasicus, a, um, adj Pagasæus, ut Pagasicus sinus, *Golfo d'Armiro*. *Pl. l.4. c.8.*

Pagatim, adv. *κατὰ κώμας*, per singulos pagos, ut oppidatim per singula oppida. *Liv. l. 31. c.26.* Templa Deum, quæ pagatim sacrata habebant.

Pagella, æ, f. 1. *σελίδιον* dim. a pagina. *Cic. lib. 12. Famil. ep. 25.* Altera jam pagella procedit.

Pages, is, f. compages, compactio. Affert *Non. cap. 1. num. 327.* sed sine ulla scriptoris auctoritate.

Pagina, æ, f. *facciata della carta*, דַּף נְיָר, דַּף, Ger. *die seiten eines blats*, Gall. *page*, Hif. *hoja, σελὶς*, utraque pars foliі. *Cic. 4. Fin.* Utrum igitur tibi literam videor, an totas paginas commovere? *Id. Att. 13. ep.34.* Complere utramque paginam. ¶ Dicitur & de scriptis ipsis. *Mart. l.1. epig.5.* Lasciva est nobis pagina, vita proba. ¶ Pagioam utramque facere in re aliqua, proverbialiter dicitur, cujus tanta est auctoritas, ut nihil omnino sine ipse rerum geratur, sumta Metaphora a codicillis rationalibus duas habentibus paginas, alteram, quæ dicit, quid fit darum, alteram, quæ quid acceptum sit, ostendit. Sic in rebus humanis fortuna utramque paginam facere dicitur; quia illi cum bona, tum mala vulgus tribuit. *Pl. l. 2. c.7.* Huic omnia expensa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utramque facit paginam. ¶ Paginæ in viribus dicuntur areæ interseptæ inter duo juga. *Plin. l.17. c.22.* Ut quinto quoque palo singulæ jugo paginæ includantur.

Paginârius, a, um, adj. compactus, ab inusitato *pagino* pro pango. *Paul. in Jambo ad Cyther. v. 353.* Solidoque navem paginatam robore.

Paginula, æ, f. *σελίδιον*, dim. a pagina. *Cic. Att. l.4. ep.8.* Ut non minus longas jam in codicillorum fastis futurorum Consulum paginulas habeat, quam fatorum.

Pagmentum, i, n. coegeries materiei coacervatæ, & compactæ. *Vitr. l. 4. c. 6.* Ante secundum pagmentum.

Pago, is, pepigi, pactum, a. 3. *pattuire, far patto*, נָטַע, *συντίθεμαι, ἐμπεδέω*, paciscor, apud ver. tefte *Quinct. l. 1. c.6.* Fuit a *Dorico πάγω* pro *πήγω*, unde *πηγνύω*, seu *πήγνυμι*, quod tum figere notat, tum componere, coagmentare. *Audt. ad Her. l.2. c.13.* Pacta sunt, quæ legibus observanda sunt, hoc modo; Rem ubi pagunt, oratione pagunt. V. *Pango*.

Pagrus, m. 2. *πάγρος*, piscis ex genere cancrorum. *Pl. l.32. c.10.* Pagri fluviatilis longissimus dens capillo adalligatus. ¶ Legitur & *Phagrus*.

Pagur, i, m. *πάγουρος*, cancri marini species. *Ov. Halieut. v.107.* & rutilus pagur, & fulvi synodontes.

Pagurus, i, m. *granciporro*, genus cancri. *Pl. l.9. c.31.*

Pagus, m. 2. *villa, villaggio*, פְּרָזוֹן, Ger. *ein groß dorff*, Gal. *gros village, bourg*, Hif. *barrio, aldea, κώμη*, simul positæ villæ. Pagus, & vicus in eo differunt, quod pagus est villa rusticana in eodem tractu, & parte regionis dispositæ: vicus autem est plurium domorum juxta positarum congregatio. Itaque pagi sunt partes provinciarum; vici autem pagorum. *Tacit. de Germ. cap. 12.* Eliguntur principes, qui jura per pagos, vicosque reddant. V. *Vicus. Cæs. l. 4. B. G. cap. 1.* Ii centum pagos habere dicuntur. *Virg. 2. Georg. 382.* Ingentes pagos, & compita circum.

Pala, æ, f. *pala, badile*, רֹחַת, Ger. *ein schauffel*, Gal. *poelle à four*, Hisp. *pala, σφυρίδιον*, instrumentum rusticum, ligoni simile, æque itidem latum, quo terra fossa vel egeritur, vel aggeritur. *Plin. lib. 18. cap. 6.* Juncofus ager verti pala debet. ¶ Est etiam instrumentum, quo panis in furnum mittitur, & extrahitur. *Cato c. 11. de R.R.* Palæ lignæ quatuor, nec non ventilabrum ¶ Item quo frumentum in area ventilatur. *Tertul. de Perfecut. cap. 2.* Pala illa, quæ dominicum aream purgat. ¶ Item anuli pars plana, & latior, in qua gemma inseritur. *Cic. 3. Off. c. 9.* Cum palam ejus anuli ad palmam converterat. ¶ Palæ etiam dicuntur minoris auri, vel alius metalli purgatioris massulæ, & utique non majores solibra. *Pl. l.34. c.13.* Ac repente vehementiori flatu expuitur æris pala quædam. Aliqui legunt *patea*. ¶ Item arbor in India de pomorum genere. *Plin. lib. 12. cap. 6.*

Palabundus, a, um, adj. palans, dispersus huc & illuc. *Tert. Apol. c. 21.* Judæi dispersi palabundi, & cœli, & soli sui extorres.

Palacra, & Palacrâna, æ, f. major auri massa. Utraque vox legitur apud *Pl. l.33. c.4.*

Palæmon, onis, m. *Παλαίμων*, Melicerta, filius Athamantis, & Inus, qui pâtris furorem fugiens, una cum matre se in mare præcipitavit. Ambo enim Dii marini facti sunt, mutatisque nominibus, mater *Leucothea*, hoc est Alba Dea, dicta est, creditursque esse Aurora, quæ & *Matuta* dicitur, filius vero a Græcis *Palæmon*, a nostris, quod portubus præesse putetur: *Portunus* est appellatus. *Ov 4. Met.v.416* & *Heroid. ep 18.v.137.* ¶ Item Grammaticus Vicentinus, qui Romæ vixit sub Tib. & Claud. Principibus, tanta arrogantia, seu stultitia, ut M. Varronem porcum appellaret, secum & natas, & moriturasliteras jactaret; luxuriæ ita indulgens, ut sæpius in die lavaretur, nec sufficeret sumtibus. *Sueton. de Grammat. c. 23.*

Palæmonius, a, um, quod ad Palæmonem spectat, ut Palæmoniæ coronæ, quæ ex pinu fiebant, & victori dabantur in Isthmiis, quæ a multis in Palæmonis, seu Melicertæ honorem celebrari solita fuisse creduntur. *Claud. de Consul. Mall. v. 289.* Cunctæ Palæmoniis manus explorata coronis Adfit. ¶ Palæmonium Lechæum, *Stat. 2. Theb. v. 380.* dictum est, quia ibi Palæmon a Sisypho, Corinthi rege sepultus est.

Palæphatia papyrus, libri Palæphati patria Parii, seu, ut alii volunt, Prienæi, quî *περὶ ἀπίστων*, hoc est rerum incredibilium, multa conscripsit volumina. *Virg. in Cirì, v. 88.* Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

Palæstes, æ, m. *παλαιστής*, luctator. *Lamprid. in Alex. Sev. c.17.* Palæstes primum fuit, in armis magnus, &c.

Palæstina, æ, f. *Palestina, Terra Santa*, פְּלֶשֶׁת, regio Asiæ. Extenditur a Bor. in Mer. Habet a Sept. Syriam, a Merid. Ægyptum, ab Or. Arabiam Petræam, ab Occ. mare Syrium, vel, ut alii volunt, terminatur a Sept. Syria, a Mer. Arabia Petræa, ab Or. Arabia deserta, ab Occ. mari Mediterraneo. Nunc est pars Syriæ. Divisa fuit in Galilæam ad Bor. Judæam cum Idumæa ad Aust. & Samariam in medio. *Pl. l.5. c.12.* ¶ Palæstinæ etiam nomine appellata est Sitracene Regio Assyriæ, quæ a Tigride fl. irrigatur, teste *Plin.*

Palæstinensis, se, adj. Palæstinus. *Spart. in Severo c.9.* Neapolitani Palæstinenses.

Palæ-

Palæstinus, a, um, quod ad Palæstinam spectat. *Ov. 5. Met.* Matre Palæstina, dubio genitore creatus. ¶ Palæstina aqua pro Tigride ponitur. *Ov. 2. Fast. vers. 463.* Inque Palæstinæ margine fedit aquæ. ¶ Palæstinæ Deæ sunt Furiæ. *Ov. 4. Fast. v. 435.* Et modo, rolle faces, remove, modo, verbera, clamat: Sæpe Palæstinas jurat adesse Deas. Sunt qui putant Palæstinas dictas a Palæstice vico Epiri, ubi templum Ditis sacrum fuit.

Palæstra, æ, f. *palestra, lotta*, מִפְרוֹל, Ger. *das ringen, kampff mittingen*, Gal. *lutte, exercice à lutter*, Hif. *lucha, πάλη, πάλαισμα*, lucta, luctatio, luctatorum certamen, a *πάλλειν, luctor*, quod a *πάλη, lucta*. *Cic. de Orat.* Sed indicat ipse motus, dicitque ne palæstram, an nesciant. ¶ Meronymice ponitur pro loco luctæ & disputationis. *Cic. 2. de Orat.* Porticus hæc ipsa, ubi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones gymnasiorum, Græcarum disputationum memoriam quodammodo commovent. *V. Ver. l.5. c.11.* ¶ Translate ponitur pro quavis re, & quovis loco, in quo præcipue fe quis exercet. *Ter. Phorm. 3.1.* Eccum, e sua palæstra exit foras, ideft e domo Lenonis, quæ eft veluti palæstra, & exercitium ipfius amaroris. *Cic. 1. de Or. c.18.* Sed palæstræ magis, & oleï, quam hujus civilis turbæ, ac fori, ideft exercitationis domeſticæ, vel ludicræ.

Palæstrans, ntis, nom partic. qui fe in palæstra exercet. *Fulgent. l.1. Mythol* Sudore hic opus eft palæstrantis ingenii.

Palæstrice, adv. *παλαιστρικῶς*, more palæstritarum. *Cic. de opt. gen. Or. c. 3.* Sed ita, ut palæstrice fpectari in xyfto liceat.

Palæstricus, ci, m. 2. *παλαιστρικός*, palæstræ gnarus, feu peritus, qui palæstram alios docet. Aliqui dicunt, eumdem eſſe, ac palæstritam. *Quint. l.1. c.11.* Qui paulum etiam palæstricis vacaverint. Adde *l.12. c.3.* ubi palæstricos doctores vocat.

Palæstricus, a, um, *cosa da lotta*, מִפְרוֹלִי, *παλαιστρικός*, quod eſt ex uſu palæstræ ſive quod ad palæstram pertinet. *Plaud. Rud. 2. 1. 2.* Ex urbe ad mare hinc proximus pa ulatum, pro exercitio gymnaſtico, & palæſtrico. ¶ Palæſtrici motus, nimis accurati corporis geſtus. *Cicer. 1. Off. cap. 36.* Nam palæſtrici motus ſæpe funt odioſiores.

Palæstrita, æ, m. *lottatore*, Ger. *ein fechter, od. ringer*, Gal. *lutteur*, Hif. *luchador*, *παλαιστὴς ἴτης*, qui in palæſtra ſe exercet. *Cic. 6. Ver.* De Heraclii hæreditate, quam Palæſtritis conceſſiſſet. ¶ Translate ſumitur pro nimis accurato. *Quinct. l.9. c.4. S cut etiam, quos palæſtritas eſſe nolumus, peritos tamen palæſtræ eſſe volumus, non apalæſtritos. Comparat geſtibus palæſtricis numeros orationis, quam nec plane numeroſam eſſe vult, qualis ſtocrateus panegyricus, nec plane numerorum experteu, uti indoctorum.*

Palafla, æ, f. herba, qua alio nomine Cyclamine dicitur. *Apul. de herb c.12.*

Palam, adv. *palesemente, בְּגָלוּיִם, בְּעֵינֵי, Germ. offentlich*, Gal. *publiquement*, Hif *Publicamente, manifeſtamente, φανερῶς*, manifeſte, aperte, in conſpectu, in ore, atque in oculis omnium, cui *clam*, & *obſcure* opponitur. Differt a *coram*, quia *coram* ad perſonas certas tantum refertur, *palam* ad omnes. *Cic. 4. Acad. c.5.* Alterum quidem, ut videmus, palam, alterum, ut ſuſpicamur, obſcurius. *Id. poſt red. in Sen. c. 5.* Divulgare palam. *Id. Ver. 7. c.26.* Palam ante oculos omnium. *Ter. Eun. 1. 2. 24.* Sin fallum eſt, continuo palam eſt. *Plin. lib. 10. cap. 70.* Palam eſt, piſces audire, *hoc eſt* certum eſt. *Nepos in Aurib. c. 11.* Palam facere alicui. ¶ Reperitur etiam cum abl. pro coram. *Liv. l. 6. c. 14.* Inde rem creditor palam populo perfolvit.

Palamedes, m. 3. *παλαμήδης*, fil. Nauplii Eubœæ Regis, qui Ulyſſis fraudes a Græcis interfectus fuit. Dicitur, cum in bello Trojano & ipſe adeſſet, quatuor græcas literas Θ, Ξ, Φ, X obſervato gruum in volando ordine invenifſe, teſte *Pl. l.7. c.56.* Alii dicunt literam Ψ invenifſe, alii Δ. Hinc *Mart. l.13. ep.75.* Turbandis verſus, nec litera iota volabit, Unam perdideris ſi Palamedis avem. ¶ Invenit etiam eg earumdem avium volatu ordinem acies, item tefferas bellicas, & vigilias. *Pl. loc. cit.* ¶ De ejus morte *V. Serv. in Æneid.*

Palamedæus, a, um, Παλαμήδειος, ad Palamedem pertinens. *Manil. l.4. v.206.* Et Palamedeis cer amen viribus ortum, Qui primus numeros rebus, qui nomina ſummis Impoſuit.

Palamedicus, a, um, ad Palamedem pertinens, ut *Palamediaci calculi*, h. e. calculorum ludus a Palamede inventus. *Caſſiod. l.8. ep.31.*

Palamedicus, a, um, Palamedeus. *Auſon. in Technopagn. de monoſyllab. v.25.* Hæc gruis effigies Palamedica porrigitur Φ.

Palangæ. V. *Poalangæ*.

Palans, V. *Pelor, aris*.

Palara, æ, f. avis, de qua *Auctor Carm. de Philomela, v. 31.* Dulce palara ſonat, quam dicunt nomine Droſtam.

Palaria, ium, neut. 3. genus militaris exercitii, quo milites ad palum pugnandi diſciplinam ediſcunt. Item locus talis exercitii. *Chariſſ. l.1. pag.21. Putſch. Veget. l.1. c.21.* & *l.2. c.23.* & *de R. M.*

Palaris, & re, quod ad palum ſpectat, ut Sylva palaris, ex qua pali ſumuntur. *Ulp. de uſufr. l. ſi fundi.* Niſi forte faliſci ejus, vel ſylvæ palaris, vel arundineti uſusfructus ſit legatus.

* Palasea, Plaſea, æ, f. pars bovis in ſacrificio mactati, una cum cauda reſecta, ſiligine & ſanguine delibuta. *Arnob. l.7 p.230.*

Palatim, adv. *περιπλανωμένως*, paſſim vagando. *Liv. l.5. c.28.* Tuſculum palatim fugerunt. Ita Calepinus, at meliores Codices habent *palati*.

Palatina, æ, f. quarta Regio Romæ circa Palatium M. ¶ Palatina Tribus dicta eſt a Palatio monte, & ſecundum locum dignitatis obtinuit. Erat autem in Palatio, & in Capitolio, & in eo fopto, quod utrumque montem interjacet.

Palatinus, a, um, *παλατῖνος*, quod ad Palatium M. ſpectat. Palatinus mons idem ac Palatium. ¶ Palatina palæſtra, quæ in Palatio M. exercebatur. *Cic. Att l.2.* ¶ Palatina Officia dicuntur Officiales aulici, & Imperatorii. *Jul. Capitin Gallieno.* Cum ire ad hortos nominis fui, omnia Palatina Officia ſequebantur. ¶ Palatini populi, hoc eſt Aborigines. *Var. l.4. de L. L. c.8.* ¶ Prima hujus vocis ſylla ba brevis eſt, cujus producendæ cauſa Poeræ alterum *l* adjiciunt. *Mart. l.8. epigr. 39.* Qui Pallatinæ capieret convivia menſæ.

Palatio, onis, f. *palficata*, dicitur illud fundamenti genus, cum in ſolo uliginoſo, aut alioqui ſuſt nendo ædificio non ſaris tuto, fittuca, vel ſimili aliqua machina palos depangimus, cui ædificium innitatur. *Vitr. l.2. c.9.*

Palatium, ii, n. Palatinus mons, *Monte Palatino*, *παλάτιον, παλάτιον*, unus ex 7. collibus urbis Romæ, in quo urbs primum condita eſt, ita dicta a Palantio, feu Palanteo urbe Arcadiæ, ut ſcribit *Pl l.4. c.6.* vel a Pallante avo Evandri, vel a Pallantia ejuſdem matre, quæ ibi habitavit, vel a Pallantia ulia, ab Hercule vitiata, & poſtea illic ſepulta, vel a Pallante nlio, qui a Turno occiſus, ibi ſepultus fuit, vel a Palatia uxore Latini, vel a Pale Dea paſtorum, aut quod Palatini, qui & Aborigenes, ex agro Reatino, qui appellabatur Palatium, ibi conſederunt, Ex *Var. l.4. de L. L. c.8. Feſto, Serv. in 8. Æn. v.51.* & *Solino, c.2.* Hujus montis pars Foro Boario obverſa nunc dicitur *Palazzo Maggiore*, a palatio Cæſarum ibidem alias excitato. Habet hoc nomen primum indifferentem. *Ovid. 1 de Art.* Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes, *Mart. l. 1. ep.71.* Inde ſacro veneranda petes palatia clivo. ¶ Palatium erat, *βασίλειον, הֵיכָל, בִּירָה*, hodierna die Principis cujuſque domus vocatur. Id factum eſt ex eo, quod Palatinus mons fuerit Imperii ſedes, quando Evander in eo, ac poſt Romulus habitavit, atque etiam Conſules, ut aliqui dicunt, denique ab Octavii Auguſti temporibus omnes Imperatores. *Suet. de Cl. Gramm.* Quare ab Auguſto quoque nepotibus ejus præceptor electus tranſiit in Palatium cum tota ſchola.

Palatûa, æ, f. Dea, in cujus tutela Palarium erat. *Var. l.6. de L. L. c.3.*

Palatual, n. 3. facrificium in monte Palatino, *Var. l.6. de L. L.*

Palatualis Flamen, qui conſtitutus erat ad ſacrificandum ei Deæ, in cujus tutela erat Palatium. *Feſt. & Var. l.6. de L. L. c.3.*

* Palatûar, ſacrificium, quod fiebat Romæ in Palatio feriis Septimontialibus. *Feſt. in Septimontio*, al. *Palatua*.

Palatum, ti, n. *palato, חֵךְ*, Ger. *der rachen*, Gal *palais de la bouche*, Hiſ. *paladar ὑπερῶον*, oris interior cavitas. *Cic 2. Fin.* Voluptatem perſequitur, quæ palato percipiatur. *Id. 2. de nat. Deor c 18.* Epicurus, dum palato, quid ſit optimum, judicat, cœli palacam, ut ait Ennius, non ſuſpexit. *Ov. 1. de Pont. ep.10. v.13.* Sapor exacuit palatum. *Id. 2. Amor. eleg.6. v.47.* Ignavo ſtupuerun verba palato. *Col. l.8. c.16.* Docta & erudita palata faſtidiunt fluvialem lupum. ¶ Palatum, templum linguæ appellat *Lucr. l.4. v.615.*

Palatus, ti, m. idem, ac palatum. *Cic. 2. Fin. c.8.* Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus.

Palæteus, a, um, *vagabondo, πλανήτης, ἀλήτης*, diſperſus, a palor. *Liv. l.8. c.24.* Contrahens ſuos ex fuga palatos. *Id. l.35. c.11.* Repente Menippus palatos aggreſſos, eos cecidit.

Pale, es, f. *lotta, πάλη, מִפְרוֹל*, lucta, palæſtra: vox Græca. *Stat. 2. Achil. v.439.* OEbalios in nubila condere diſcos, Et liquidam nodare ſalem, & ſpargere cœtus. Adde *l.6. Theb v.829.*

Palea, æ, f. *paglia*, תֶּבֶן, Germ. *ſpreuer*, Gal. *paille, la barbe d'un coq*, Hiſ. *paja, ἄχυρον*, ſtipula una cum ſpica in tumento, & ſimilibus. *Colum. l. 6. c. 3.* Minus commode tuenatur armentum paleis, quæ utique quibuſdam regionibus ſolæ præſidio ſunt, & probantur maxime ex milio, tam ex hordeo, imox ex tritico. *Virgil. 1. Georg.* Nequidquam pinguis palear recter area cumos. ¶ Palea quoque dicitur cartilago illa rubens, quæ de collo galli gallinacei dependet, *πῶγων*. *Col. l.8. c.2.* Paleæ ex ruoro aiolcantes, quæ velut incanæ barbæ dependent. ¶ Paleæ æris, V. *Pale*.

* Paleâlis uva, h. e. in paleis ſervata & condita. *Col. Aurel. Acut. l.2. c.37.*

Paleär, aris, n *giogaia*, Ger. *ochſenkehle*, Gal. *fanon de bœuf*, Hiſ. *papada de puey, ὑγρωτὴρ*, pellis dependens ex gartare boum, quia eſt ſimilis paleæ gallinacei. *Sen. in Hipp. v.1044.* Muſco tenaci pectus, ac paleär vire. *Virg 3. Georg. v.53.* Et cruram tenus a mento palearia pendent.

Paleâris, re, *di paglia. Fortun. 3. Mart.* Immanemque hoſtem palearis ariſta removit.

Paleärium, ii, n *pagliajo*, Ger. *ein ſpreuerſtuchen, futter kaſten*, Gal. *paillier*, Hiſ. *pajar, ἀχυρών*, locus, in quo reconditur, & allervatur palea. *Col. l.1. c.6.* Fœnilia, palearíaque, & apotheca, & horrea.

Paleatus, a, um, *fatto di paglia*, Ger. *mit ſpreuer gemiſcht*, Gal. *mêlé parmi la paille*, Hiſ. *hecho de pajas, ἀχυώδης*, quod eſt factum ex paleis, vel quod paleas habet admiſtas. Unde lutum paleatum dicitur, cui, ut tenacius ſit, admiſtæ ſunt paleæ. *Col. de Arbor. c.2.* Atque luto ſubacto paleato oblinito.

Pales, f. 3. *Βουκολικὴ θεὰ*, Dea pabuli, & paſtorum, quam quidam Veſtam, quidam Deorum Matrem, quidam etiam Cererem appellant, ita dicta a pando, vel a pariendo, quod pecorum partui credebatur præſidere. In ejus honorem *Palilia*, ſeu *Parilia* celebrabantur. *Virg Ecl. 5. v.35.* Ipſa Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo. ¶ Eſt etiam Pales Deus quidam jovis miniter, ac villicus, ut ait *Arnob. l. 3. pag. 113.* V. etiam *Serv. in princ. 3. Georg.*

Palici, m. 2. *παλικοί*, dicti gemini fratres, Jovis filii, & Æthæ Nymphæ, five Thaliæ, ut alii volunt. Tradunt, hanc Nymphaam a Jove in Sicilia juxta Simethum fl. non longe a Catina urbe compreſſam metu Junonis operatæ, ut tibi terra dehiſceret, & ita factum eſſe, ſed cum tempus maturicatis infantibus, quos alvo gettaverat, advenifſet, rudus terram hiaſſe, duoſque infantes de alvo Nymphæ progreſſos emerſiſſe. Appellati

palladius, a, um, πτ λλάδιος, quod est Palladis, ut Palladia arbor, h. e. oliva Palladi sacra. *Silius lib. 1. v. 238.* Palladiæ arces, *h. e.* Athenæ, quæ sub tutela Palladis fuere. *Ovid. 7. Metam. vers. 399.* Palladia ars, *h. e.* literarum studium. *Propert. lib. 3. eleg. 7. v. 42.*

Palladius, ii, m. Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, patria Romanus, ut creditur, cujus extant libri quatuordecim de re rustica non inelegantes: scripsit post Apulejum, qui tamen latinior multo est, & a novandarum vocum cacoethe magis abhorret.

Pallans, antis, m. filius Pandionis, qui genuit Clytton, Buten, & Minervam quintam, cujus virginitatem cum violare vellet, ab ea occisus est. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 3. Ovid. 7. Met. v. 500.* Hic dicitur esse Auroræ pater ab *Ovid. 15. Met. v 191.* ¶ Item Rex Arcadiæ, proavus, vel avus Evandri, a quo Pallanteum oppidum cognominatum est. *Virg. 8. Æn. v. 54. & 341.*

Pallanteum, n. 2. opp. Italiæ, in monte palatino, conditum ab Evandro, ubi postea Roma ædificata est, quod posteriores Palatium dixere. *Virg. 8. & 9. Æneid.*

Pallantia, æ, f. filia Evandri, quæ ab Hercule vitiata Latinum peperit, ut aliqui scripsere, a qua etiam Palatinum montem dictum esse volunt. *Serv. in 8. Æn. ex Varrone.*

Pallantias, adis, f. Tritonis palus, παλλαντιὰς, palus in Africa, ad Tritonem fluvium procul ab Aris Philenorum. Circa hanc paludem Palladem primum apparuisse ferunt, unde ex ea natam fuisse incolæ crediderunt. *Plin. l. 5. c. 4.* ¶ Est etiam Pallantis filia, h. e. Aurora. *Ovid. Met. 15. v. 191.* Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.

Pallantis, idis, patronym. f. Aurora Pallantis gigantis filia. *Ovid. 6. Fast. v. 567.* Proximus annus erat: Pallantide cæsus eadem Porcius, &c. *h. e.* eodem die, per synecdochen.

Pallantius, a, um, adj. patronym. a Pallante Arcadiæ rege, avo, vel proavo Evandri. *Ov. 5. Fast. v. 647.* Pallantius heros.

Pallas, adis, f. *Palladè*, Πολλὰς, Dea sapientiæ, alio nomine Minerva. Sunt qui putant, vocatam esse a Pallante gigante ab illa interfecto, cum prius Tritonia vocaretur a Tritonide palude, ubi primum visa est. Sane *Cic. l. 3. de nat. Deor.* quinque Minervas enumerat, quintam filiam Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem. ¶ Fuit oleæ inventrix, quare pro oleo interdum ponitur. *Ov. ep. Heroid. 19. v. 44.* Pallade jam pingui tingere membra putes. ¶ Plura de Pallade V. in *Minerva.*

Pallatinus. V. *Palatinus.*

Pallenæus, a, um, adj. ad Pallenem urbem pertinens, ut Pallenæi triumphi. *Stat. l. 4. Silv. 2. v. 56.* V. *Pallenes.*

Pallène, es, f. *Pataleue*, Πελλήνη, peninf. Macedoniæ, al. Thraciæ, ad fin. Thermaicum, cujus isthmus Pallenfis a Plinio dicitur, apud quem Olinthus urbs erat. Dicta est a Pallene Sithonis filia, al. a Pallene filio Titani. *Ov. Met. 15. v. 357.* Esse viros fama est in hyperborea Pallene.

Pallanenfis, se, adj. Pallenæus, ut Pallenenfis isthmus. *Pl. l. 4. c. 10.*

Pallènes, is, m. filius Titani, qui regnavit in Pallene insula & bellum cum cæteris gigantibus gessit adversus Jovem, in quo a Minerva interfectus est, *Paulo* teste apud *Fest.* in voce *Pallas*. Theodontius scripsit occisum fuisse a Minerva, quod ejus virginitatem violare conatus esset.

Pallens, tis, adj. *pallido. Virg. Ecl. 2.* Pallentes violæ. *Id. 4. Æn. v. 27.* Pallentes umbras Erebi. ¶ Item qui pallidum reddit. *Id. 6. Æn.* pallentes morbi. *Mart. l. 11. epigr. 7.* Pallentes curæ. *Pers. sat. 5. v. 15.* pallentes iadere mores doctus.

Palleo, les, lui, n. 2. *esse pallida*, חָלַךְ, *Gr. bleich sein, werden*, Gal. *pâlir, devenir pâle*, Hisp. *amarillecerse*, ὠχριάω, pallidus sum. *Auct. ad Heren. lib. 2. c. 25.* Quoniam pallet, necesse est, eum ægrotasse. *Cic. Phil. 2. c. 34.* Apparet esse commotum, sudat, pallet, *Propert. l. 1. eleg. 15. v. 39.* multos pallere colores. *h. e.* in multos colores mutari. *Pers. sat. 1. v. 124.* Iratum Eupolidem prægrandi cum fene palles. *h. e.* palles nimia lectione Eupolidis Philosophi. *Quint. l. 7. fub fin.* Vigilandum ducat, contendum, pallendum. ¶ Usurpatur & pro timere, quia pallor timoris interdum indicium est. *Herd. 1. ep. 7. v. 7.* Dum pueris omnia pater, & matercula pallet. *Id. l. 2. ad ep. 2. v. 25.* medisque fraudes Pallor audax.

Pallesco, scis, n. 3. *impallidisse*, pallidus fio. *Propert. l. 1. eleg 12.* Tardis pallescere curis incipit. *Horl 1. ep. 1. v. 61.* nulla pallescere culpa.

Palliastrum, n. a. ταυδάριον, pallium breve, scissum, & sordidum. *Apul. l. 1. Met.* Humi sedebat scissili palliastro tenuiamictus.

Palliatus, a, um, παλλιοφόρος, pallio indutus, seu coopertus. *Cic. l. 3. ad Q. Fr.* Illi palliati topiarium facere videantur. ¶ Fabulæ, seu Comœdiæ, aut Tragediæ palliatæ dicuntur, quæ scriptæ sunt secundum ritus, & habitus Græcorum, qui pallio utebantur, vel cum personæ Græco more palliis indutæ in scenam prodibant. *Donatus*, & *Diomed.*

Palliditas, a, um, dim. a pallidus. *Catul. ad Hortal. carm. 64. v. 6.* Pallidulum manans alluit unda pedem.

Pallidus, a, um, *pallido, f morto*, יָרַק, Ger. *bleych, gelb*, Gal. *pâle, blême*, Hisp. *amarillo*, ὠλφός, quod est sine rubedine, sine sanguine. *Hor. l. 1. sat. 2.* Vel pallida lecto desiliat mulier. *Ov. 4. Met. v. 134.* Oraque buxo pallidiora gerens. *Pl. l. 2. c. 25.* Stellæ pallidissimæ.

Pallfo, as, a. astute celo, dissimulo, quasi pallio abscondo. *Apulejus.* Nec palliari tam aperta res potest.

Palliolatim, adv. cum pallio. *Plaut. Pseud. 5. 1. 29.* Sed palliolatim amictus sic incessi ludibundus.

Palliolatus, a, um, τριβωνοφόρος, palliolo indutus. *Suet. in Claudio*, c. 2. Palliolatus novo more præfedit. Adde *Mart. l. 9. epigr. 33.*

Palliolum, li, n. *cappetta, mantelletto*, τριβώνιον, brevius, & vilius pallium. *Cic. 3. Tusc. c. 23.* Sæpe est etiam sub palliolo fordido fapientia.

Pallium, ii, n. *mantello, fopravveste*, שַׂלְמָה, Ger. *ein mantel*, Gall. *manteau*, Hisp. *manto, capa*, τρίβων, ἐπίβλημα, vestis longe, lateque diffusa, quæ superne injicitur, seu tunicæ superinduitur. Aliqui deducunt a πάλλεσθαι, *vibrari, moveri*. Id fane fensisse videtur *Tert. l. de Pallio, c. 3.* ubi scribit, cum vocem vetitem e Græcia in Latium intrasse. Imo *Varro* ipse pallam ob mobilitatem a πάλλω deduxit, teste *Servio in 1. Æn.* ¶ Est & virorum, & mulierum. Unde ab *Ulpiano* pallia inter communia vestimenta, quæ promiscua appellat, numerantur. Sed tamen pallium muliebre proprio nomine palla dicebatur. Propriè autem Græcorum habitus hoc nomine dicebatur, quemadmodum Romanorum toga. *Cic. 1. de Orat.* Sed anulum, quem haberet, pallium, quo amictus, foceos, quibus indutus esset, se sua manu confeciffe. ¶ Pallium quoque Philosophorum erat. *Gell. l. 9.* Video barbam, & pallium, Philosophum nondum video.

Pallor, oris, m. *pallore, pallidezza*, יֹרֶק, יֶרֶקוֹן, Ger. *bleiche, farb*, Gal. *pâleur*, Hisp. *amarillez*, ὠχρότης, color ille in homine, cum pellis sanguine destituta livescit, quod accidere solet in subito metu, sanguine se ad interiora recipiente. *Cic. 4. Tusc. c. 8.* Ex quo fit, ut pudorem rubor, sic terroræm pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. Apud *Col. l. 12. c. 50.* pallorem capere vasa dicuntur, quæ fumi nitorem amittunt. ¶ Poetæ fabulantur Pallorem filium esse Erebi, & Noctis. *Liv. l. 1. c. 27.*

Pallula, læ, fœm. dimin. parva palla. *Plaut. Truc. 1. 1. 32.* Conscissa pallula est.

Palma, æ, f. *palma della mano*, בַּף, שִׁפְעָה, חֹמֶן, זֹרֶת, חֹמֶט, Ger. *die flache hand*, Gal. *la paume de la main*, Hisp. *palma*, Σφὺρα, παλάμη, vola, planum illud, & ex parte concavum in manu, quod est inter carpum, & digitos intermedium, a πάλλω, quo Græcis cum palma, tum manus tota significatur. *Cic. in Or. c. 32.* Cum autem manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. ¶ Sumitur etiam pro tota manu. *Virg. 1. Æn. v. 97.* Duplices tendens ad sidera palmas. ¶ Palma item arbor est, quæ dactylos profert, quæ a Græcis φοίνιξ dicitur, ita appellata, quod expansis est ramis in modum palmæ hominis, quemadmodum fructus ejus a similitudine digitorum dicti dactyli. Hæc arbor maxime viget in Oriente, ubi ex ejus fructu vinum fit, alicubi etiam panis, & pluribus quadrupedibus cibus. In Italia sterilis est, in maritimis Hispaniæ fructum fert, sed immitem, dulcem in Africa, sed statim evanescentem. Non cedit ponderi, sed adversum pondus surgit, nec contra inferiora, sed in diversum rémittendo fornicatur. *Pl. l. 23. c. 5. & l. 13. c. 4.* ¶ Ponitur sæpe palma pro victoria. Causa locutionis est, quod victori certaminis darerur corona ex palma. Rationem ejus moris aperit ex Plutarcho *Gell. l. 3. c. 6.* quod non cesserit, sed instar palmæ pertinex in prælio perstiterit. *Cic. pro Rosc. Am.* Alter plurimarum palmarum vetus, ac nobilis gladiator habetur. *Quint. l. 1. c. 2.* Ingens palmæ contentio, *Cic. ad Att. l. 4. ep. 15.* Palmam tulit. *Ov. 2. de ar. am. v. 3.* Donare aliquem palma. ¶ Palma etiam vocatur majus vitis flagellum, unde nascuntur uvæ. *Var. l. 1. R. R. c. 31.* Quam vocant minorem, flagellum, majorem etiam, unde uvæ nascuntur, palmam. *Col. l. 4. c. 21.* Sed novellis palmis semper vitis renovetur. ¶ Item de ramis aliarum arborum palma dicitur. *Catul. in Argon.* Cærula verrentes abiegnis æquora palmis. *h. e.* remis. ¶ Item ut *Servius* dicit *in 2. Æn.* genus togæ, quæ usitato magis nomine toga palmata appellatur.

Palmaris, & re, o. 3. σπιθαμιαῖος, טֶפַח, quod ad palmam spectat, ut Palmaris statua, quæ alicui propter palmam, ideft victoriam, ponitur. *Cic. 6. Phil. c. 5.* Sed illa statua palmaris, de qua, si meliora tempora essent, non possem sine risu dicere. ¶ Palmaris sententia, quæ optima est omnium, & veluti palmam meretur. *Cic. 1. de nat. Deor c. 8.* Sed illa palmaris quidem, quod &c. Loquitur de sententia Philosophorum. ¶ Est etiam adj. a *palmus, di un palmo. Var. l. 1. R. R. c. 35.* Rosa concidituir radicirus in virgulas palmares, & obruitur.

Palmarium, ii, n. βραβεῖον, victoria, vel victoriæ pretium. *Ulp. ff. l. 50. tit. 13. leg. 1.* Etsi nomine palmarii cautum sit.

Palmarius, a, um, ἀξιόνικος, κρωλίνικος, quod palma est dignum. *Ter. Eun. 5. 4. 8.* Id vero est, quod mihi puto palmarium, me reperisse, &c. ¶ Est etiam adjectivum a *palmus*, idem ac palmaris. *Col. l. 8. c. 3.* Per spatia palmaria modicis ferantur cavis. Sed in hoc exemplo, & aliis similibus, quæ afferuntur, adject. *palmaria* a *palmaris* esse potest.

Palmatæ, arum, m, quidam terræ motus, & palmationes. *Apulej. de Mundo.* Palmatiæ appellantur, quorum pavitatione illa, quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant.

Palmatus, a, um, adj. φοινικοῦς, *Palmata vestis*, hoc est quæ palmas intextas habet, qualis erat triumphantium toga. *Suet. in Claud. c. 17.* Crassus equo phalerato, & in veste palmata. ¶ Eadem & *toga palmata* dicitur; nihilque differt a picta, de qua V. *Festus. Martial. lib. 7. ep. 1.* Palmatæque ducem, sed cito, redde togæ. ¶ Propriè tamen *toga picta* dicitur, & *tunica palmata*, a clavorum magnitudine, & figura, ut ait *Festus*, quod manus palmam referret, *Liv. l. 30. c. 15.* Massiniffam toga picta, & palmata tunica donat. *Capitolin. in Gordian. c. 4.* Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum privatus suam propriam habuit, cum ante imperatores eodem de Capitolio acciperent, vel de Palatio. ¶ *Palmati lapides* sunt, qui fracti intus palmæ manus figuram referunt, cujusmodi apud Mundam Hispaniæ urbem reperiri, scribit *Plin. l. 36. c. 18.* ¶ Palmatus sanguine paries, hoc est palmæ manus sanguine aspersæ vestigiis maculatus. *Quint. Declam. 1. c. 11. & 12.*

Palmensis, se, adject. Palmensis ager est in Piceno, ubi nunc castellum, *la terre di Palma*. Hinc vina Palmensia inter optima enumerantur a *Pl. l. 14. c. 6.* ita appellata a palma ubi forte enata, ut *Id. ib.* notat. ¶ Legitur & *Palmesia*.

* Palmentum pro pavimentum in tribus inscript. legi contendit *Gravius in præf. ad Tom. XI. Ant. Rom. p. 4.*

Palmes, itis, m. *palmite, tralcio*, זְמוֹרָה, Ger. *rebzweyg, rebstheff*, Gal. *ferment*, Hisf *sermiento*, κλῆμα, vitis sarmentum, pampinus, nempe lignum illud, quod quotannis ex ipsa stirpe emergit, & gemmas producit, quæ deinde in virgulas abeunt, & palmæ cujusdam digitos faciunt, a *palma*, qua dicitur de vitis parte, quæ eadem est, ac *palmes*. *Col. l. 4. c. 17.* Detrahendi sunt eis singuli palmites. ¶ Aliquando pro flagello vitis ponitur. *Col. l. 4. c. 21.* Hæc brachia fat erit interim singulis palmitibus in fructum fummitti. ¶ Dicitur etiam de palmarum virgis, quæ Græce σπάθαι. *Pl. l. 13. c. 4.* Pomum est, non inter folia, ut in cæteris, sed fuis inter ramos palmitibus racemosum. ¶ Interdum palmes pro tota vite ponitur. *Stat. l. 3. Sil. 1. v. 147.* nemorosus palmite Gaurus.

Palmesia vina. V. *Palmensi.*

Palmetum, ti, n. *palmeto*, φοινικών, locus palmis consitus, vel ubi frequentes sunt palmæ. *Pl. l. 5. c. 1.* Exsistere circa vestigia habitati quondam foli vinearum, palmetorumque reliquias. ¶ Aliquando ponitur pro palmarum frequentia. *Pl. l. 5. c. 14.* Hierichuntem palmetis consitam, fontibus irriguam.

Palmeus, a, um, *di palma*, φοινικοῦς, quod est ex palma arbore. *Colum. lib. 5. cap. 15.* Palmeis tegetibus vineas adumbrabat. *Plin. l. 12. c. 17.* Vinum palmeum capiti noxium.

Palmicëus, a, um, adj. palmeus, ut palmicea sporta, ex palmarum foliis texta. *Severr. Dial. 1. de virtutibus Monach. c. 11. & 14.*

Palmifer, ra, rum, *che produce palme*, φοινικοφόρος, ferens palmas. *Ov. Am. 2. eleg. 13. v. 8.* Et Memphin, palmiferamque Pharon.

Palmiger, ra, rum, adject. palmarum ferax, ut Nemea palmigera. *Pl. l. 35. c. 4.*

Palmipedalis, le, o. 3. σπιθαμιαπόδης, quod palmi, & pedis magnitudinem habet. *Col. l. 3. c. 19.* Nam in clivosis potest malleolus palmipedalis deponi.

Palmipes, edis, com. τετρώνυξ, σπιθαμιαπόδης, planos ad palmæ similitudinem habens pedes. *Pl. l. 10. c. 11.* Aut in palmipedum genere sunt, ut anseres. ¶ Item qui mensuram habet pedis, & palmi, quæ mensura definitur spatio a cubito ad summos digitos extensos. *Pl. l. 17. c. 20.* Talea feritur palmipede intervallo. ¶ Apud *Virg.* legitur *palmopes*, *l. 5. c. 6.*

Palmiprimum vinum dicitur genus quoddam vini fictitii e ficis, cujus conficiendi rationem tradit *Pl. l. 14. c. 16.*

Palmo, as, avi, atum, a. 1. ligo, אמד, σωρεύω. Fortasse est a *palma*, h. e. flagelo vitium. *Colum. lib. 11. cap. 2.* Cæterum palmare, hoc est materias alligare, hoc tempore non expedit. ¶ Est item palma signum, & notam imprimere. *Quintil. in Decla. c. 1. c. 12.* Præterea cum manus ex parte, qua palmare vestigium potest, &c.

Palmopes. V. *Palmipes.*

Palmosus, a, um, φοινικώδης, palmis abundans. *Virg. l. 3. c. Æn. v. 705.* Teque datis linquo ventis, palmosa Selinis.

Palmula, æ, f. extrema pars remi, a *palma*, ideft a similitudine palmæ humanæ, teste *Festo*, quod in modum palmæ hominis prorensa est. *Virg. 5. Æn. v. 163.* Et lævas stringat, sine, palmula cautes. ¶ Sunt & palmulæ fructus palmæ, qui & dactyli, & caryotæ dicuntur. *Var. l. R. R. c. 67.* Nucem juglandem, & palmulam, & ficum Sabinam quanto citius promas, jucundiore utare. ¶ Sumitur etiam palmula pro prima mina. *Apul. l. 8. Met.* Decora brachia fœvientibus palmulis conferberat. Adde *l. 2. 11. &c.*

Palmularis, re, adj. a palma manus. *Mart. Capel. in Car. l. 1. 8.* Frictu palmulari madida detergit ora.

Palmus, mi, m. *palmo*, טֶפַח, Ger. *einer hand breit*, od. *spann.* Gal. *la mensure d' une paume*, Hisf. *palmo*. δοχμὴ, mensuræ genus. Est duplex, major, & minor, minor est quatuor digitorum, quem Græci πυγμαῖον appellant; major duodecim, qui & Græco vocabulo σπιθαμὴ, Latino dodrans appellatur, quia ad perficiendum pedem quarta pars deeft. *Vitr. l. 3. c. 1.* ¶ Est etiam palmus idem quod palma manus. *Vitr. l. 2. c. 3.* Doron Græci appellant palmum, quod munerum datio Græce δῶρον appellatur.

Palmyra, æ, f. *Amegara*, al. *Fayd*, urbs Syriæ, Palmyrenes regionis, quæ *Ardon* dicitur, caput, situ loci, soli divitiis, & aquarum amœnitate insignis, in Arabiæ desertæ confinio.

Palmyrènus, a, um, quod Palmyram spectat, ut Palmyrenæ solitudines, quæ a Palmyra usque ad Petram Arabiæ Petrææ metropolin, & ad fines Arabiæ Felicis pertingunt. *Plin. l. 5. c. 26. & l. 6. c. 28.*

Palo, as, avi, atum, a. 1. *palificare*, תָּמַךְ, Ger. *pfel einschlahen*, Gal. *échaleffer, garnir de pieux*, Hisf. *meter palos*, πασσαλεύω, palis munio, & generatim fepio, fulcio. *Col. l. 11. c. 2.* Vitis paletur, & capite tenus alligerur. ¶ Item palari, vagari. *Sulpicia in sat. v. 43.* Sic nostri palare fenes dicuntur.

Palor, aris, atus sum, d. *vagare*, תָּעָה, πλανάομαι, passim vagor. *Liv. l. 5. c. 28.* Ut nequicquam retinente Æmilio Tusculum palati fugerent. *Tac. 3. Hist. c. 80.* Palantur comites, occidirur proximus lictor. *Virg. 12. Æn. v. 738.* dare terga palantia. *Id. 9. Æn. v. 22.* palantesque polo stellas.

Palpabilis, le, adj. *Orofius l. 1. c. 10.* Tenebræ crassitudine palpabiles.

Palpamen, inis, n. &

Palpamentum, ti, palpatio. *Prudent. in Hamartig. v. 103.* Palpamen tenerum blandis e foribus ambit. *Ammian. l. 27. c. 12.* Aptus ad muliebria palpamenta.

Palpatio, onis, f. ψηλάφησις, ψαυσμὸς, actus palpandi. *Plaut. Men. 4. 2. 43.* Auferhinc palpationes.

Palpator, oris, m. adulator. *Plaut. Rud. 1. 2. 38.* Malus, perjurus, palpator.

Palpatus, a, um, *palpato, accarezzato*, molliter tactus, blanditus. *Prud. περὶ στεφ. 4. de S. Hippol. v. 89.* duo cogunt animalia freni Ignara insueto subdere colla jugo. Non flabulis, blandive manu palpata magistri.

Palpebræ, f. 1. *palpebre*, עַפְעַפִּים, Ger. *augbrauen*, Gal. *paupières*, Hisf. *los parpados*, βλέφαρα, p. li prodeuntes ex oculorum tunicis. *Pl. l. 11. c. 37. fect. 56.* ¶ Item ipsæ tunicæ seu tegumenta oculorum. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Palpebræ, quæ sunt tegumenta oculorum, molliffimæ tactu, ne lædereut aciem, aptiffime tactæ & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idque providit, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. ¶ Usurpatur & *palpebra* in singulari num. *Cels. l. 5. c. 26. fect. 23.* palpebra, vel labrum.

Palpebrâlis, le, adj. βλεφάρινος, ad palpebras pertinens, ut palpebrales fetæ. *Pfeud. in Hamartig. v. 880.*

Palpebraris, re, adject. palpebralis. *Cæl. Aurel. Tard. l. 4. c. 2.* Collyria palpebraria.

Palpebratio, onis, f. palpebrarum motus, βλεφάρων βολὴ. *Cæl. Aurel. Acut. l. 1. c. 3.* Sine ulla palpebratione. Adde *Tard. l. c. 5.*

Palpebro, as, n. 1. palpebras frequenter moveo. *Cæl. Aurel. Acut. l. 2. c. 10.* Palpebrant ægrotantes.

Palpicatio, onis, f. *palpitazione*, מְחָרְחֹרֶת, πτωλμὸς, frequens, & continuus motus cordis, item partium singularum corporis animalis. *Pl. l. 32. c. 5.* Imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti. Adde *l. 11. c. 4.*

Palpitatus, us, m. palpitatio. *Pl. l. 9. c. 30.* Ne palpitatu ejiciatur.

Palpito, as, avi, atum, n. 1. *palpitare*, מְחָרְחֵר, Ger. *zittern, od. klopffen*, Gal. *trefaillir*, Hisf. *palpitar*, πάλλομαι, leviter, ac frequenter moveor, & præcipue de corde dicitur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 9* Cum coranimantis alicujus evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur ignem celeritatem. *Pl. l. 11. c. 37. fect. 49.* Palpitat cerebrum. *Stat. 12. Theb. v. 70.* palpitat arduus ignis. *Juv. sat. 3. v. 134* Ut semel, atque iterum super illam palpiter.

Palpo, onis, m. 3. מַחֲלִיק, שׁוּף, adulator, a palpando. *Perf. sat. 5. v. 176.* Jus habet ille sui palpo, quem ducit hiantem cretata ambitio? *Lubinus* hunc locum ita interpretatur, ut *palpo* sit auferendi casus, non nominandi, hoc fermo sensu. Ille ne adulatione sua jus sui habet, quem ambitio ducit, &c.?

Palpo, as, a. 1. *palpare*, מָשַׁשׁ, Ger. *eingreiffen, betaſtehen*, Gal. *toucher doucement*, Hisf. *palpar*, ψηλαφάω, leviter, blande, & quasi tentando tango, contrecto, a Σκάπτω, foveo. *Ov. 2. Met. v. 866.* Modo pectora præbet virginea palpanda manu. *Al. leg.* plaudenda. ¶ Ponitur etiam pro assentari, seu adulari, quia adulantes solent leviter contrectare. *Juv. sat. 1. v. 35.* Quem munere palpat Cæsus.

Palpor, aris, d. 1. idem, ac palpo, ideft adulor, blandior. Fere dativo jungitur. *Plaut. Amph. 1. 3. 9.* Ut blande mulieri palpabitur. *Hor. l. 2. sat. 1. v. 19.* Cui male si palpere, recalcitrat.

Palpum, *vel* Palpus, i, m. vel n. blanda contrectatio, adulatio, חֶלְקָה, ψαυσὶς, *adulazione, carezze*. *Plaut. Amph 1. 3. 28.* Timidam palpo percuit. *Id. Pfeud. 4. 1. 35.* Mihi obtrudere non potes palpum. *h. e.* blandiis me decipere.

Palüda, æ, f. eadem ac Pallas. *Enn.* apud *Var. l. 6. de L. L. c. 3.* Corpore tartarino progenata Paluda virago.

Paludamentum, ti, n. *paludamento*, אַדֶּרֶת, רְעִיל, אַכָּמוֹס, pallium bellicum purpura, aurogue distinctum, proprium Imperatorum, ut indicat cum *Apulejus in Apol.* tum *Isid. l. 19. Orig. c. 24. Festus* ait, paludamento significari omnia militaria ornamenta. Superimponebatur thoraci, non ad tutelam, sed ornatus causa. Idem est quod *Chlamys*, ut *Non. c. 14. n. 11.* docet. *Plin. l. 22. c. 2.* Coccum Imperatoriis dicatum paludamentis. *Suetop. in Cæf. c. 64. de Cæf. narante.* Paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. *Liv. l. 9. c. 5.* Consulibus paludamenta detracta. ¶ Militum quoque paludamenta sunt. *V. Chlamys.*

Paludâtus, a, um, אַכַּמוֹסָיוֹס, paludamento indutus. *Cic. l. 5. Fam. ep. 17.* Pansa noster paludatus, a. d. Cal. Jan. profectus est. ¶ In Libris Augusralibus, teste *Veronio* apud *Fest.* paludati generatim armati, vel ornati accipiantur. Omnia enim militaria ornamenta paludamenta dixit. *Lucil.* apud *Non. c. 14. n. 3.* Pone paludatus sfabat rorariu' velox. ¶ Metonymice paludati pro militibus usurpantur. *Sid. l. 5. ep. 7.* Hi sunt, qui invident tunicatis otia, stipendia paludatis.

Paludester, vel Paludestris, idem ac palustris, ἕλειος, *Cassiod. l. 2. ep. 32.* Famosam vastitatem mare paludestre possedit.

Paludicula, læ, com qui ad paludem incolit, ut paludicolæ Sicambri. *Sidon. lib. 4. ep. 1.*

Paludifer, a, um, adj. ἑλώδης, paludem faciens. *Auctor carm. de Phil. v. 42.* Inque paludiferis barrio bubie aquis.

Paludivagus, a, um, adj. qui per paludes vagatur. *Avien. in descriptione Orbis, v. 312.* Mœsta paludivagos Germania flevit alumnos.

Paludosus, a, um, *paludoso*, ἑλώδης, ἕλειος, quod paludem habet. *Ovid. 15. Met. v. 268.* Eque paludosa siccis humus aret arenis.

Palumba, æ, f. idem, ac palumbes. *Prop. l. 4. eleg. 5. v. 63.* Sed cape torquatæ Venus o regina palumbæ. *Al. leg.* columbæ.

Palumbes, is, com. *colombo felvatico*, יוֹנִים, Ger. *ein wolde taub*, Gal. *pigeon ramier*, Hisp. *paloma*, φάττας, fylvestris columbus, in arboribus, ingiburque nidificans. Horum duo sunt genera, unum torquatum, a torque quo insignitur, quod Aristoteles φάττας, vocat; alterum quod Græci οἰνάδας, Latinorum nonnulli vinaginem dicunt, ab esu lab uscæ. V. *Plin. l. 10. cap. 35. Var. l. El. v. 58.* Raucæ, tua cura, palumbes. *Plin. l. 10. c. 35.* Vivere palumbes ad ic. annaliquos ad 40. habemus auctores. ¶ Translate *Plaut. Bacch. 1. 1. 17.* Dare unum experiris palumbem. *h. e.* amatorem. ¶ *Palumbem aliqui ad aream adducere*, prov. est, quod significat offerre alicui occasionem rei gerendæ. Nam palumbes capiuntur, area frumento strata. *Plaut. Perf. 3. 3. 63.*

Palumbinus, a, um, φάσιανος, quod ex palumbe est. *Plin. l. 30. c. 12.* In contractione nervorum caro palumbina in cloïs prodeit, & inveterata.

Palumbülus, i, m. parvus palumbes. *Apul. l. 8. & 10. A. A.*

Palumbus, i, m. idem, ac palumbes. *Martial. l. 13. ep. 67.* Inguina torquati tardant, herbeantque palumbi.

Palus, i, m. *palude*, גּוּשׁ, יְקֵי, Germ. *ein pfall, zaunpflocken*, Gal. *pieu, eſchalat*, Hisp. *palo*, σκόλοψ, iades, lignum acutum, quod folet in terram defigi, ad fulciendæ vitiferum fundamenta, aut caftra munienda, aut claudendos hortos, aut fundiendas vites, aut fimiles usus. *Tibull. l. 1. eleg. 8. v. 13.* Hic docuit teneram palis adjungere vitem. *Plaut. Men. 2. 3. 32.* Quasi fupplex pellionis, palus palo proximus est. V. *Taubman.* & alios interp. ¶ Sontes, de quibus fupplicium fumendum erat, ad palum deligabantur. *Cic. Ver. 7. c. 5.* Nomine sceleris damnari, ad fupplicium tradi, ad palum alligari, repente multis spectantibus foluti funt.

Palus, udis, f. *palude*, אֲגַם, Germ. *ein pfutz, lache, moſſ*, Gall. *un marais, un marecage*, Hisp. *laguna, palude*, λίμνη, aqua stagnans, quæ æstate plerumque ficcatur, in quo differt a lacu, qui perpetuam habet aquam. *Horat. lib. 3. ed. 47.* Stantes palades. *Cæſ. 2. B. G. c. 16.* Quo propter palades exercitui aditus non esset. ¶ Priorem habet correptam, posteriorem fere semper producit. *Virg. 4. Georg. v. 479.* Cocyti, sardaque palus inhabilis unda. Inveniur tamen etiam cum ultima correpta. *Hor. in Arte, v. 65.* Sterilisque diu palus, aptaque remis.

* Paluſca ficus, eit apud *Clusarium* penes *Maerob. Sat. l. 2. c. 26.*

Palustèr, & palustris, stre, o. 3. *di palude*, ἕλειος, quod est ex palude. *Col. l. 1. c. 5.* Determina aqua palustris. *Cæſ. l. 7. B. G. c. 20.* In loco palustri. *Ovid. 8. Metam. v. 337.* juncique palustres. *Claudian. lib. 2. de rapt. Proſerp.* Palustre vadum. *Virtuv. l. 3. c. 3.* Locus congestitius, aut palustet.

Pamfus, m. 2. *Stromio*, al. *Spirnazza*, fl. Messeniæ, in Peloponneso, cujus ostia a Messene 30. M. P. absunt. ¶ Item fl. Theffaliæ, in Peneum influens. ¶ Pamfus item, vel Pamyfus, fl. Myfiæ inf. qui inter Odyssam, & Mesembriam in mare Euxinum fluit. *Plin. l. 4. c. 8. & 11.*

Pamphylia, æ, f. *Settalia*, al. *Zina*, Πυμφυλία, regio Asiæ m. ad Austr. & versus eam litoralem maris Mediterranei, seu Pamphilii ab ea dicti. Ejus pars occidua, & ad mare terminata nunc dicitur *Scandalor*, pars ad Ortum cum parte Ciliciæ *Caraman*. Dicta est a πᾶν, *omne*, & φῦλον, *gens*, vel φύλλον, *folium, frons*. ideft quasi tota frondosa, propter arborum copiam. *Stat. l. 1. silv. 4. v. 77.* Hunc quoque, perque novem timuit Pamphylia messes.

Pamphylius, a, um, adject. ad Pamphyliam pertinens. *Plin. l. 5. c. 31.* Pamphylium mare. *Cic. 1. Div. c. 15.* A Cilicibus, Pamphiliisq; Lycius tenentur.

Pampillum, n. 2. genus delicati currus. *Lamprid. in Heliogab. c. 29.* Junxit quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pampillum, vel ternas, & sic vectatus est. Plures optimi Codices habent *ad papillam*.

Pampinaceus, a, um, οἰνωρώδης, quod est ex pampino. *Col. lib. 12. cap. 20.* Cripæ pampinaceæ libra.

Pampinarium, ii, n. *pampino, pampinario*, οἰνῶρον, palmes, qui e duro exit, materiamque in proximum annum promittit, five congeries virentium vamasculorum. *Plin. l. 27. c. 32.*

Pampinarius, a, um, *di pampino*, κλημακτικὸς, quod est pampini. *Col. l. 3. c. 10.* pampinarium Sarmentum. *Id. l. 5. c. 6.* Palmes pampinarius.

Pampinatio, onis, f. οἰνωμασία, actus pampinandi. *Col. l. 4. c. 27.* Si quidem vel magis pampinatio, quam putatio, viribus consulit.

Pampinator, oris, m. οἰνωμάτης, κλαδεύτης, qui pampinat. *Col. l. 4. c. 27.* Idque faciet variis de causis pampinator industrius.

Pampinâtus, a, um, κλημακτοειδὴς, quod pampini similitudinem imitatur. *Plin. l. 16. c. 42.* Pampinato semper orbe se volvens. *Trebell. Poll. in Claud. c. 17.* Lanx argentea pampinata.

Pampineus, a, um, idem, quod pampinarius. *Virg. Ecl. 7. v. 58.* Liber pampineas invidit collibus umbras. ¶ Pampineus odor, pro sapore vini ponitur. *Prop. lib. 2. eleg. 24. v. 29.* Pampineus, nosti, quam sit amarus odor.

Pampino, as, avi, atum, n. 1. *pampinare*, Ger. *rablaub abbrechen*, Gal *ebourgeonner*, Hisp. *cortar los pampanos*, οἰνωμάζω, βλαστολογέω, pampinos decerpo, vel ut ait *Varro de R. R. l. 1. c. 31.* ex sarmento coles, qui nati sunt, de his, qui plurimum valent, primum, ac secundum. nonnunquam etiam tertium relinquo, reliquos decerpo, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare fuccum. *Col. l. 3.* Identidem pampinent, ne plura sarmenta, quam debent, excrescant. *Plin. l. 18. c. 27.* Pampinare vineas.

Pampinosus, a, um, *pampinoso*, κλημακτώδης, pampinis abundans. *Col. l. 5. c. 5.* Et, si parum pampinosa vitis est. *Plin. l. 23. c. 1.* Folia pampinosa. *h. e.* pampinea.

Pampinus, m. 2. *pampino*, גֶּפֶן, שֵׂרִיג, זְמוֹרָה, דָּלִית, Germ. *ein rablaub*, *rebſchoſſ mit laub*, Gall. *pampre, feuille de vigne*, Hisp. *pampano*, κλῆμα, dicitur in vite tener, frondosusque colicul is, fructus fovens, & ab æstus vindicans injuria, ab ἔμπλεος, *vitis*, quasi pampelus. *Virg. lib. 1. Georg. verf. 448.* Heu male tunc mites defendit pampinus uvas. ¶ Accipitur aliquando pro cirris ovorum polypi piscis. *Plin. lib. 9. cap. 51.* Polypi pariunt vere ova tortili pampino.

Pan, anos, m. 3. *Pane, Dio della natura*, Πάν, filius Demogorgonis, quem

Pancratium, ii, n. παγκράτιον, gymnicum certamen, quod constabat pugilatu & luctatione, & πᾶν, *omne*, & κράτος, *robur*, quod omnium nervorum, vi riumque contentione transigeretur. Nam non pugnis modo, sed & calcibus, & cubitis utebantur, ut indicat *Quintil. l. 2. c. 8. Plin. l. 35. cap. 11.* Qui olympiæ pancratio citra pulveris tactum vicit *Propert. l. 3. el. 12, v. 8.* Et patitur duro vulnera pancratio.

Pancratium, ii, herba quam & cichorium appellant. *Pl. l. 20. c. 8.* ¶ Item herba scylla. *Id. l. 27. c. 12. Apul. de herb. c. 42.*

Pancratius, ii, m. idem, ac pancratiastes. *Sen. l. 5. de Ben. c. 3.* Lacedæmonii vetant suos pancratios cestu decernere. Rectius tamen legitur *pancratio, aut cestu.*

* Pancŭlo, onis, f. *piantaggine*, actus pangendi, plantatio. In seminat. *l. 11. Palladii.*

Panda, æ, Dea, eadem quæ Ceres. *Arnob. l. 4. pag. 128. Gell. l. 13. c. 22. Varr.* apud *Non. n. 209.*

Pandăna, æ, f. Saturnia, Libera, una ex sortis Romæ, in Capitolio, a *pando*, quod semper pateret ad res, quæ in Urbem ferebantur. *Festus.* Nunc non extat.

Pandarasa, *S. Maria*, inf. parva Italiæ versus oram Latii in sinu Puteolano. *Plin. lib. 3. cap. 6.*

Pandatio, onis, f. incurvatio. *Vitr. l. 7. c. 1.* Contignationes pandationibus fidentes movendo se faciunt vitia pavimentis.

Pandātus, a, um, nom. particip. curvatus, *Quint. l. 11. c. 3.* Sunt & illi breves gestus, cum manus leviter pandata moveatur.

Pandectæ, arum, *le pandette*, אוֹצָרוֹת, οἱ πανδέκται, volumina, quæ omnia continent, seu in quibus de omnibus rebus disseritur, ἀπὸ τοῦ, *omne*, & δέκομαι, *complector*. Pandectas primus Tullius Tiro Ciceronis libertus libros quotidiani sues de variis, ac promiscuis quæstionibus inscripsit, tamquam omne rerum, atque doctrinarum genus continentes, teste *Gell. l. 13. c. 9. Plinius in præf. nat. hist.* ponit hanc inscriptionem inter illecebrosas, & magna promittentes, propterquas, inquit, vadimonium deseri possit. ¶ Eodem modo inscripti sunt a Justiniano libri Digestorum, qui ex triginta septem Jurisconsultis sunt coagmentati: quia omnes leges, atque jura, & omnes Jurisconsultorum disputationes, seu responsa de jure continent. ¶ De genere non conveniunt Grammatici: usus Latinus obtinuit, ut per fœminium efferatur: quia tamen apud Græcos masculinum est. *Vossius* & alii contra communem usum inclamant. Cæterum non est novum Græca masculina transire apud Latinos in fœminina, ut docet *Priscian. l. 7. pag. 759. Pitsch.* ex *Varrone.*

Pandecter, πανδέκτηρ, titulus est libri quarti Apicii de arte coquin. & significat, *omnia continens* eadem origine qua *Pandectæ.*

* Pandēmus V. Epidemus.

Pandicularis dies, idem ac communicarius, in quo communiter omnibus Diis sacrificabatur. *Paul. ex Fest.*

Pandiculor, aris, atus sum, d. 1. *distenderis*, מִתְמַ, σπορδίσσομαι, *Fest.* Pandiculari dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo, quod pandi fiunt. *Plaut. Men. 5. 2. 30.* Ut pandiculans oscitatur.

Pandion, onis, m. πανδίων, filius Erichthei Regis Athenarum, qui patri successit in Regno. Hujus filiæ fuerunt Progne, & Philomela.

Pandionius, a, um, Atticus, a Pandione. *Claudian. l. 2. de rapt. Pros. v. 19.* & Pandionias quæ cuspide protegit arces.

Pando, as, a. 1. *tendere, incurvare*, פָּשַׂח, Germ. *biegen, bucken*, Gal. *courber*, His. *encorvar*, κυρτόω, incurvo. *Plin. l. 16. c. 42.* Facile pandatur juglans. *Quintil. l. 11. c. 3.* Pectus, ac venter ne projiciantur, observandum: pandant enim posteriora, & est odiosa omnis supinitas.

Pando, is, di, passum, & pansum, a. 3. *aprire*, פָּתַח, פָּרַשׂ, Ger. *aufthun, offnen*, Gal. *ouvrir*, His. *abir*, πετάννυμι, aperio, patefacio, a φαίνω, *ostendo*, unde analogice fit φανὸς, *apertus. Virg. 4. Georg.* de alas pandere ad æstivum Solem. *Cic. 5. Tusc. c. 27.* Longe, lateque se pandunt divina bona. *Ov. 1. Amor. el. 6.* Pandere forem. ¶ Particip. *passus* V. suo loco. *Pansus* vero aperte colligitur in usu fuisse tum ex compositis *expansus*, & *dispansus*; tum ex *Prudent. Cathemer. hym. ult.* Pansis in altum brachiis. Et *in præf. l. 1. adv. Symmach.* Vix panso poterat currere carbaso. ¶ Translate *Cic. 4. Tusc. c. 5.* Pandere vela orationis. ¶ Sumitur & pro explicare, exponere. *Virg. 3. Æn.* remque ordine pando. *Lucr. l. 5. v. 55.* Atque omnem rerum naturam pandere dictis. *Valer. Flacc. l. 1. v. 12.* verfam proles tua pandet Idumen. *b. e.* carmine perfequetur, illuftrabitque.

Pandōsa, æ, f. πανδώρα, prima mulier, a Vulcano Jovis juſſu fabricata, quam ſinguli Dii donis ſuis ornaverunt. Pallas enim ſapientiæ donum ei contulit, Venus formæ, Apollo Muſices, Mercurius eloquentiæ. Dicta eſt a πᾶν, *omne*, & δῶρον, *donum*, quaſi omnium donum, vel quaſi ab omnibus donata, vel donata omnium rerum genere. Vide *Hygin. fab. 142.*

Pandosia, æ, f. urbs Epiri, cum lacu cogn. in Theſprotia, in Conf. Caſſiopeæ, apud Acherontem fl. *Pl. l. 3. c. 1.* ¶ Item urbs exc. Bruttiorum, in colle, ſimiliter apud Acherontem fl. ubi Alexander Rex Epiri Tarentinis opem ferens, a Brutiis obtruncatus eſt, juxta Apollinis oraculum, cum non animadvertiſſet, præter Pandoſiam Epiri aliam Pandoſiam ſibi fatalem eſſe poſſe. *Id. l. 4. c. 1. & Liv. l. 8.*

Pandūra. V. Vocem ſequent.

Pandurizo, as, n. 1. panduram pulſo. (Eſt autem pandura muſicum quoddam inſtrumentum a Pane inventum, ut ait *Iſid. lib. 3. c. 20.* ubi *Pandoriam* vocat: quidam autem tradunt inſtrumentum trichordum eſſe, alii multas tibias cera junctas.) *Lamprid. in Heliog. c. 32.* Ipſe ad tibias dixit, tuba cecinit, pandurizavit, organo modulatus eſt.

Pandus, a, um, *aperto, largo*, פָּתוּחַ, Ger. *breit, underſich gebucke*, Gal. *large, courbé en bas*, His. *pando*, πετεινόμενος, apertus, latus, a *pando*, quia ſe pandit, h. e. extendit. *Virg. 2. Georg. v. 194.* Lancibus & pandis fumantia reddimus extа. ¶ Sumitur etiam pro incurvo. *Ov. 14. Met. v. 287.* Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro. *Id. 1. Amor. eleg. 13. v. 16.* juga panda bouum. *Id. 3. Triſt eleg. 10. v. 43.* Pandi delphines.

Panegyricus, a, um, adj. מְהוֹלָל, πανηγυρικὸς, laudatorius, ut panegyrica oratio, *ut panegirico. Cic. in Orat. c. 11.* Laudationum, ſcriptionum, & hiſtoriarum, & talium inaſtionum, qualem Iſocrates fecit panegyricum, ſubaudi *fermonem.* Sic *Quinct. l. 10. c. 4.* Panegyricum Iſocratis decem annis dicunt elaboratum.

Panegyris, is, f. קָהָל, πανήγυρις, nundinæ, vel conventus publicus, quales quinto quoque anno Athenis celebrari ſolitas, ſcribit *Herod. l. 6. a* πᾶν, omne, & Æolico ἄγυρις, pro ἀγορὰ, cœtus. *Cic. Att. l. 1. ep. 14.* Græcis literis ſcribit. Erat, inquit, in eo ipſo loco illo die nundinarum πανηγύρις. ¶ Claudiani carmina omnia, quæ alicujus laudes continent, *panegyris* titulum habent, *h. e.* eloquium magno populi convenu pronunciatum.

Panegyrista, æ, m. *panegirista*, מְהוֹלָל, πανηγυριστὴς, laudator. *Sidon. l. 4. ep. 1.* Si quid heroicus arduum, comicus lepidum, panegyrista plauſibile condiderit.

Panēros, ūris, m. ſ. πανήρης, gemma, qi. panſebaſtos, quæ fœcunditatem credituraſſerre. *Pl. l. 37. c. 10.*

Pangæus, i, m. & in plur. num. Pangæa, orum, n. *Malaca, Caſtagna*, πάγγαιος, mons Thraciæ, in Macedoniæ confinio, Philippis urbi imminens, ad cujus rad. Neſtus fl. decurrit. Roſarum ferax eſt. Abundat item cinnamis. Ibi etiam auri, & argenti fodinæ. *Pl. l. 4. c. 11.* Mons Pangæus, Heraclea, Olynthos. *Virg. 4. Georg. v. 463.* fierunt Rhodopeæ arces, Atraquei Pangæa, &c. ¶ Adjective *Val. Flac. l. 4. v. 631.* Pangæa juga. *Sil. l. 2. v. 73.* Pangæa nemora.

Pango, is, pepigi, (quod tamen *Quinctil. lib. 1. cap. 10.* monuit, a *pago* fieri, non a *pango*) & panxi, pactum, a. 3. *ficcare*, נָעַץ, חָלַל, נָטַע, Germ. *pflantzen*, Gall. *ficher*, His. *hincar*, πήγνυμι, figo, ab antiquo *page*, inſerto, *n*, ut *rango* a *rago. Liv. l. 7. c. 3.* Idibus Septembris clavum pangat. ¶ Sumitur etiam pro plantare. *Col. l. 11. c. 2.* Malleolisque recentiſſimis curioſiſſime pangenda. *Id. ibid.* Oleanum raleam cum panxeris. ¶ Item pro ſcribere, componere. *Cic. l. 16. Fam. ep. 18.* An pangis aliquid Sophocleum? *Gell. l. 13. c. 19.* Si verſum pangis. ¶ Pangere oſculum, eſt oſculari. *Plaut. Curc.* Pangit ſaltem ſuavium. ¶ Pangere fœdus, aut inducias, eſt componere, facere. *Livil. 17. c. 30.* Ne antea quidem ſe aut de pace audiſſe, aut inducias pepigiſſe. Sic pangere pacem cum aliquo populo. *Id. l. 24. c. 29.* ¶ Pangere terminos, eſt figere, ſtatuere. *Cic. 1. Leg. c. 21.* Placere terminos, quos Socrates pegerit. Ita legit *Pareus in Lex. Crit.* ex veteribus libris, & *Turneb.* Alii pepigerit. Idem *Pareus ib.* alia affert exempla ex eod. *in Piſon. cap. 16.* Fines, quos ex cupiditatis tuæ pegerat, ſed hic quoque alii *pepigerat.* At in illo *Pacuvii* apud *Feſt.* in voce *Tabellæ*, tonſiliam pegi læto in litore: conſtans eſt lectio. ¶ Participium *pactus*, pro pactus. *Pallad. l. 3.* [illegible] *c. 9.*

Atque is, qui pacturus eſt, projecta circa ſiculos ſarmenta ſine ullo errore deponet.

Pangonius, ii, gemma pluribus angulis. *Pl. l. 37. c. 10.*

Panicĕus, a, um, adject. a *panis*. Hinc *Plaut. Capt. 1. 2. 59.* per jocum appellat milites paniceos, piſtorienſes, & placentinos. Alii paniceos dictos putant a Pana, urbe Samnii, de qua *Strabo l. 5.*

Panicŭla, æ, f. φόβη, κώθων, אַבְעֶבֶת, lanugo, ſive capillamentum, ſive coma lanoſa in millio, panico, arundine, avellanis, in omnibus fere arboribus Picei generis, in qua ſemen dependet: denique quicquid ſublonga, & ſubrotunda forma tumet. *Pl. l. 16. c. 10.* E ramis generum horum panicularum modo nucamenta ſquamatim compacta dependent. *Id. l. 18. c. 7.* Panicum a paniculis dictum, cacumine languido natante. *Id. l. 21. c. 9.* Græcula roſa convolutas habet foliorum paniculas. ¶ Translate panicula dicitur rumor mammoſus circa inguina præcipue naſcens, *pannocchia. Apul. de herb. c. 13.* Cum caluerit, impones ſuper paniculam, & panno ligabis lineo. *Scrib. Larg. Compoſit. 82.* Malagma ad mammarum duritiem, ad paniculas, ad tubera, & ad cætera, quæ ſubito adnaſcuntur.

Panicum, i, n. *panico*, Ger. *fench, heidel*, Gal. *du panis*, His. *panico*, ἔλυμος, μελίνη, genus frugis, a paniculis ſic dictum, cacumine languido nutante, paulatim extenuato pene in ſarculum, ut *Pl. l. 18. c. 7.* deſcribit. *Cæſ. l. 2. B. C. c. 22.* Panico vetere, atque hordeo corrupto omnes alebantur.

Panicus, a, um, quod ad Panem Deum ſpectat. Panicus terror, eſt pavor repentinus ſine cauſa obortus, terricalamentum inane, quicquid eum ſtupore contingit. Cauſa appellationis eſt, quia veteres exiſtimabant, Panem Deum repentinos terrores, & animi conſternationes immittere. Hujuſmodi timoris exemplum habes apud *Curt. l. 4. c. 12.* Alexandri, inquit, exercitum pavor, cujus cauſa non ſuberat, invaſit: quippe lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente, &c. *Hygin. l. 2. Aſtron. c. 28. de Capricorno:* Hic dicitur, cum Jupiter Titanas oppugnaret, primus objecſe hoſtibus terrorem, qui Panicus appellatur. Quadam exemplaria habent πανικὸς. *Cicero* quoque Græcis literis ſcribit *ad Att. l. 14. ep. 3.* Rumorem magnum afferunt, πανικὸν certe, *ſenza ſuffitione.* Sic *ibid. l. 5. ep. 2.* Scis enim dici quædam πανικά. Quod vero a quibuſdam Lexicographis additur ex *eod. ib. l. 7. ep. ult.* Bellum fœiſſimum futurum puto, niſi quis Panicus caſus extiterit: optimæ quoque editiones habent *Parthicus.*

Panificium, cii, neut. ἄρτοποιΐα, panis confectio, vel etiam ipſe panis. *Celſ. l. 2. c. 18.* Omnia legumina, quæque ex frumento panificia ſunt. *Suet. in Veſpaſ. c. 7.* Verbenas, coronaſque, & panificia obtuliſſe ei viſus eſt. Adde *Varr. l. 4. de L. L. cap. 22.* ¶ *Panificium* pro *panificium* legitur in *Cod. Theod. l. 13. tit. 3. leg. 4. & 22.*

Panſon, i, herba, quæ & Satyrion dicitur. *Apul. de herb. c. 15.*

Panionius, Apollo, Πανιώνιος, cujus meminit *Vitr. l. 4. c. 1. ante med.* Ita dictus eſt, quia communiter tota Ionia colebatur, a πᾶν omne, & Ἰωνία, Ionia. Sic Panionia & Panionium dicta eſt regio juxta Prienem, in Ionia, quod ibi Iones concentum habere, & Neptuno ſacra facere conſueverant. *Pl. l. 5. c. 29. Pomp. Mela l. 1. c. 17.*

Panis, is, m. 3. *pane*, לֶחֶם, פַּת, Ger. *brodt*, Gal. *du pain*, ἄρτος, cibus ex farina, & aqua, qui igne aſſatus ſit, a Dorico πανὸς, *panis*, quod a πάσσω, *edo. Cic. pro Cluent.* Oppianicum veneno eſſe necatum, quod ei datum ſit in pane. ¶ Panis varia ſunt genera. Alii ab obſoniis appellantur, ut *oſtrearii*, alii a deliciis, ut *artolagani*, alii a feſtinatione, ut *ſpuſtici*, alii a coquendi ratione, ut *furnacei*, vel *artopitæi*, qui in clibanis ſunt cocti. V. *Plin. l. 18. c. 11.* ¶ Panis ſecundarius, ſeu cibarius, eſt panis vulgaris. *Suet. in Aug. c. 76.* Secundarium panem maxime appetebat. ¶ Panis ficcus. h. e. ſine obſonio. *Vopiſc. in Tac. c. 11.* Panem niſi ſiccum nunquam comedit eumdemque ſale, atque aliis rebus conditum. Ita interpretatur *Salmaſius.* (additque, panem comedere, & panem guſtare idem fuiſſe veteribus quod jentare.) Sic *Senec. ep. 81.* Non multum mihi ad balneum ſupereſt: panis deinde ſiccus, & ſine menſa prandium, poſt quod non ſunt lavandæ manus. ¶ Panis nauticus, *biſcotto. Plin. l. 22. c. 25.* ¶ Panis ſiligineus, h. e. delicatus, cui opponitur plebejus, apud *Senec. ep. 119.* ¶ Interdum panis dicitur maſſa cujuſvis materiæ in panis morem formatæ, ut panes ærei, apud *Plin. lib. 34. cap. 11.* Panes aphronitri, *Stat. l. 4. Silv. ult. v. 37.* panis ex ſimo bubulo, *Marcel. Empir.* ¶ Docet *Arnob. l. 1. pag. 36.* etiam *hoc pane* in recto caſu ſingulari uſurpatum fuiſſe.

Paniſci, m. 2. πανίσκοι, Dii ſylveſtres, quaſi minuti Panes, ut a Satyro Satyriſcus inclinatur. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 17.* Si Nymphæ, Paniſci etiam, & Satyri. *Id. 2. de Div. c. 13.* Saxo diffiſſo caput extiriſſe Paniſci,

* Pannaria, V. Panarium.

Pannelum. V. *Panucellum.*

* Panniculа. V. Paniculа.

Panniculariа, orum, n. 2. ea, quæ quis in carcerem ductus attuliit. *Calliſtrat. ff. lib. 48. tit. 20. de bon. damn. leg. 6.*

Panniculārius, a, um, adj. ut pannicularia cauſa, apud *Calliſtr. loc. cit.* hoc eſt de bonis eorum, qui in carcere ſunt. V. vocem præced.

Panniculus, i, m. φάκιον, גֶּבֶר, dim. a *pannus. Juv. ſat. 6. v. 259.* Et panniculus bombycinus urit. *Celſ. l. 7. c. 20.* Cui imo loco pila aſſuta eſt, ex panniculis facta. ¶ Fuit hoc nomine mimus quidam tempore Domitiani, qui Latino itidem mimo inſerviebat ad uſum conciliandum. *Mart. l. 2. ep. 72.* Os tibi percisum, quantum non ipſe Latinus Villa Paniculi percutit ora ſono.

Pannonia, æ, f. 1. *Ungaria*, παιονία, πάννονία, οἱ πάννονες, regio Europæ perampla. Habet a Sept. Danubium fl. quo ſeparatur a Jazygibus Metanaſtis, a Mer. Saum fl. quo ab Illyrico, ab Occ. Noricum, ab Or. item Danubium, quo a Myſia. Fuit aliquando pars Illyrici Occidentis late ſumpti. Duplex fuit, prima, ſeu ſuperior, quæ magis ac Occ. ubi nunc pars Orientalis Auſtriæ, maxima pars Stiriæ, Carniola, Cellejenſis Comitatus, pars Vindorum Marchiæ, & Sclavoniæ; & ſecunda, ſeu inferior, quæ ad Or. ſpectat, ubi nunc magna pars Hungariæ inferioris cum parte Sclavoniæ. *Ovid. Triſt. l. 2. v. 225.* Nunc tibi Pannonia eſt, nunc Illyris ora domanda.

Pannoniăcus, a, um, idem ac Pannonicus. *Spart. in Severo c. 10.*

Pannonĭcus, a, um, quod ad Pannoniam ſpectat. *Suet. in Auguſt. c. 20.* Ut tamen quibuſdam Pannonicis, atque Germanicis aut intervenire, aut non longe abeſſet.

Pannonis, adj. fœm. 3. quæ eſt e Pannonia. *Lucan. l. 6. v. 220.* Pannonis haud aliter poſt Rhenum fævior urſa.

Pannonius, a, um, adj. Pannonicus. *Soat. l. 1. Sil. 4. v. 78.* Pannoniuſque ferox.

* Pannositas, atis f. aſperitas, φάκωσις. *Cael. Aurel. Acut. l. 1. c. 1.* Corporis defluxio, & cutis veluti ruginoſa, vel ſuſcata pannoſitas, quam Græci φάκωσιν vocant.

Pannūtis, a, um, *mal veſtito*, מְטֻלָּא, φακιόδης, qui ſordida veſte, & craſſo panno, vilique operatus eſt. *Cic. Att. l. 4. ep. 3.* Clodii veſtibulum vacuum fane mihi quotidiatur, paucis pannutis, ſine laterna. *Juv. ſat. 10. v. 102.* Ædilis pannoſus. ¶ *Perſ. ſat. v. 32.* pannoſam fœcem mortientis forbet acerbi. *b. e.* albis ſtoccis tamquam panno obductam. ¶ *Mayr. l. 3. ep. 72.* Aut tibi pannoſæ pendent a pectore mammæ. *b. e.* rugoſæ, & deciduæ.

* Pannuceātus, a, um, Pannuceus, rugoſus. *Titul. comæd. Pomponii*, cujus fragmenta ſervavit *Non. c. 1. n. 89. & 180. & c. 14. n. 3. &c.*

Pannucĕus, a, um, craſſo, ac vili indutus panno, ſive diverſis pannis obſitus, ut exponit *Iſid. l. 19. c. 22.* idem, ac pannoſus. *Perſ ſat. 4. v. 21.* Dum ne deterius ſapiat pannucea Baucis. ¶ Sumitur etiam pro languido, & mollitie pannum referente. *Mart. l. 11. epigr. 47.* Truditur & digitis pannucea mentula laſſis. ¶ Pannucea poma, quæ lanugine obducuntur. *Plin. l. 15. c. 14.* Celerrime in rugas marcescunt pannuceæ.

Pannulejum. V. *Panucellum.*

Pannulus, i, m. dim. a pannus. *Apul. l. 7. Met.* Diloricaris ſtatim pannulis. *Ammian. l. 31. c. 3. de Hunnis.* Tunica ſemel collo inſerta non ante deponitur, quam diuturna carie in pannulos deſluxerit deſtruſtara. *b. e.* in Panni frufta.

Pannum, i, n. idem, ac pandus. *Navius* apud *Non. c. 3. n. 165.* Qui habet uxorem ſine dote, pannum poſtium in purpura eſt.

Pannus, i, m. *panno*, בֶּגֶד, אַדֶּרֶת, Germ. *ein tuch*, Gal. *drap, du drap*, His. *pano*, φάκιος, id, quo veſtimur. *Hor. l. 1. od. 35. v. 21.* Te ſpes, & albo rara fides colit velata panno. ¶ Sumitur & pro panni fruſto. *Id. de ar. poet. v. 15.* purpureus, late qui ſplendeat, unus & alter Aſſuitur pannus. *Id epod. 17. v. 51.* Pannos cruore rubro lavit obſtetrix. ¶ Item pro veſte pannoſa. *Ter. Heaut. 2. 3. 52.* Ancillula pannis obſita, neglecta, immunda illuvie. ¶ Item pro linamento, quod vulneri imponitur. *Col. l. 6. R. R. c. 12.* Pannis aceto, & ſale, & oleo madentibus inculcatis.

Panochismus, i. m. πανοχισμὸς, exponitur [illegible] gilium, h. e. vigilatio per

anomphæus, Jovis epithetum, a πᾶν, *omne*, & ὀμφὴ, *vox*, quod omnium voce celebretur, vel quod omnium voces audiat. *Ovid. 11. Met. v. 198.* Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata Tonanti.

Panŏpe, es, fœm. & Panopea, Πανόπη, Nympha marina, una de Nereidibus, a πᾶν, *omne*, & ὄπτομαι, *video*, ideſt a perſpicuitate viſus. *Virg. 5. Æn. v. 240.* Nereidum, Phorcique chorus, Panopeaque virgo. *Albinovan. ad Liviam, v. 435.* Illi cæruleum Panope matertera crinem ſolvit.

Panormitānus, a, um, adject. *da Palermo. Cic. Verr. 4. cap. 49.* Legati Catinenſes, Panormitanique dixerunt.

Panormus, f. 2. & Panormum, neut. 2. Litus Pulchrum apud vet. *Palermo*, urbs Siciliæ, caput totius regionis, ampliſſima, amœniſſima, a Phœnicibus condita, circa Græcorum in Sicilium adventum, in prov. ſeu valle Mazaræ, prope oſtia Crethi fl. Dicta eſt a πᾶν, *omne*, & ὄρμος, *ſtatio navium*, propter multitudinem navium, quæ undique illuc conveniunt. *Plin. lib 3. c. 8.* Oppida Panormum, Solus, Himera cum fluvio. *Silius l. 14. v. 262.* Tergemino venit numero fœcunda Panormus. ¶ Scribitur & *Panhormus.*

Panſa, æ, m. 1. qui eſt veſtibus panſis, ſeu latis, & extenſis, a *panſum* ſup. verbi pando. *Plin. l. 11. c. 45. Plaut. Merc. 3. 4. 55.* Subnigris oculis, oblongis malis, panſam aliquantulum, canum, varum, &c. ¶ Hinc cognomen nobiliſſimæ Romanorum familiæ, ex qua C. Panſa Conſul, qui in obſidione Mutinæ mortem occubuit. *Plin. ibid.* V. *Cic. Philip. 14.*

Panſebaſtos. V. *Panēros.*

Panſus, a, um, *aperto, allargato*, explicatus, expanſus, a *pando, is. Germanic. in Arat. v. 68.* pulſpiciter panſis ad numina palmis. *Ammian. l. 29. c. 5. a med. (al. c. 32. ſub fin.)* Sago porrectus panſo.

Pantagāthus, i, πανταγγεθὸς, avis nomen, de qua mentio fit apud *Lamprid. in Anton. Diadum. c. 4.* Putat *Caſaubon.* pantagathum vocari, quod in auguriis omnia fauſta portendat, a πᾶν, *omne*, & ἀγαθὸς, *bonus.*

Pantagĭas, æ, & Pantagies, æ, m. *Porcari*, & *Bruca*, πανταγίας, ſ. Siciliæ, in ora Leontinorum, qui apud Taurum prom. mari excipitur. Dictus eſt a πᾶν, *omnis*, & ἄγω, *ago*, propter nimiam rapiditatem, quia obvia quæque proſternit, atque ſecum rapit. Alii derivant a πάντεγος, *fragor*, quia per ſaxa volutus ſonirum ingentem edit. Secundum fabulas, olim, dum plenus incederet, totam Siciliam ſonitu implebat, poſt raptum autem Proſerpinæ, cum Ceres filiam quærenti obſtreperet, tacere juſſus paruit Numinis voluntati. *Serv. in 3. Æneid. v. 689. Ovid. 4. Faſt. v. 471.* Liquerat Ortygien, Megareaque, Pantagiendque *Claudian. l. 2. de rapt. Proſ. v. 58.* & ſaxa rotantem Pantagiam.

Pantex. V. *Panices.*

Panthĕon, n. 2. *S. Maria Rotonda*, πάνθεον, templum Romæ, in cultum Deorum omnium exſtructum a M. Agrippa Auguſti genero, opere Corinthio, forma rotunda, ædificiorum Urbis, præſertim templorum facile pulcherrimum. Muro continuo 30. palmorum lato circumdatur, unica tantum janua, unico quoque foramine in ſupremo culmine lumen admittens. Altitudo ejus tanta eſt, quanta latitudo, 144. pedum in circuitu. Habet porticum 16. columnarum. Reſtauratum fuit ab Hadriano, Septimio Severo, & Aureliano. V. *Plin. lib. 36. cap. 15.* ¶ A Bonifacio IV. Pont. Max. conſecratum fuit in honorem B. M. V. & omnium Sanctorum, Imperatore Phoca, Dictum eſt a πᾶν, *omnis*, & θεὸς, *Deus.*

Panther, eris, m. πάνθηρ, פַּנְתֵּר, genus ferii, quod humi extenſum, & quiſpuliiis rectum, adducta cum opus eſt ſune, paſcentes aviculas omnes convolvit, & irretit. *Varr. l. 4. de L. L. c. 20.* ¶ Accuſativus *panthera* græco more legitur apud *Ulpianum. Dig. de act. emp. & vend.* Alii tamen leg. *panthernam*, ut ſit gen. foeminini. ¶ Eſt præterea panther animal quoddam, quod a nonnullis lupos cervarius dicitur. *Auct. carm. de Phil. v. 50.* Panther cauiit amans, pardus hiando felit.

Panthēra, æ, f. *pantera*, πάνθηρ, πάρδαλις, animal maculoſum, & prorſus ferum, ita dictum a πᾶν, *omne*, & θήρ, *fera*, quia cætera fere animalia feritate ſuperat, vel, ut alii volunt, quia pene omnium in ea ferarum colores cernere eſt. *Plin. l. 8. c. 17.* Panthera, & tigris maculatum varietate prope ſolæ beſtiarum ſpectantur, cæteris unus, ac ſuus cujuſque generis color eſt. ¶ Magnus pantherarum erat uſus in ludis publicis Romanorum; unde apud *Cic. 2. Fam. ep. 11. & 1. 8. ep. 3. & 9.* de iis conquirendis, & Romam mittendis mentio fit.

Pantherīnus, a, um, πανθήρινος, quod ad pantheram ſpectat. *Plin. l. 31. c. 11.* Sed & nobiliſſimo Satyro cum pelle pantherina. ¶ Pantherinæ menſæ, quæ intorto diſcurſu maculasse ſunt. *Plin. l. 13. c. 15.* Illud oblongo evenit diſcurſu, ideo tigrinæ appellantur; hoc intorto, & ideo tales pantherinæ. ¶ Translate pantherini homines ſunt, qui variis artibus, & dolis agunt, fraudulenti, verſipelles. *Plaut. Epid. v. 116.* Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Panthesĭlea. V. *Penthesilea.*

* Pantheum. V. Pantheon.

Panthoĭdes, æ, m. 1. πανθοΐδης, Euphorbus filius Panthoi, ſeem Pythagoras, qui tempore belli Trojani ſe Euphorbum Panthoi filium fuiſſe gloriabatur. *Ovid. 15. Met. v. 161.* Panthoides Euphorbus eram. *Horat. l. 1. ode 28. v. 10.* Habentque Tartara Panthoidem iterum Orco demiſſum.

Panthūs, æ, per contract. Panthus, m. 2. πάνθους, filius Otrei fratris Hecubæ. Vocativum habet *Panthu*, abjecto *s* finali, more Græcorum. *Virg. 2. Æn. v. 322.* Quo res ſumma loco, Panthu?

* Pantica. V. Panda.

Pantices, cum, f. *ventraglia*, ἔντερα, קְרֶב, מֵעַיִם, inteſtina, lactes, hoc eſt inteſtinum tenue, jejunum, & duodenum, a *pando*, quia in ventre jacente expanſæ, extenæque, & generatim ipſe venter. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 51.* Vino modo cupidæ eſtis: Eo vos, veſtios panticeſque adeo madefacitis. *Mart. l. 5. ep. 64.* Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi, Et rubro pulmone, lanius per compita portat. ¶ In ſing. num. *Tib. in Priapeiis carm. 83.* Latet jacente pantice abditus ſpecu. V. ibi *Scal.*

Pantomīma, æ, f. quæ pantomimum agit. *Senec. de Conſol. ad Helv. c. 12.* Quorum pantomimæ decies *H. S.* nubunt.

Pantomimĭcus, a, um, adject. ad pantomimum pertinens, ut pantomimica ornamenta. *Senec. ep. 29. in fin.*

Pantomīmus, i, m. πανπόμιμος, genus hiſtrionum, qui fabulas in ſcena non voce & cantu, ſed ſolo geſtu & ſaltando repræſentabant: quare & ſaltare fabulas dicebantur. Hi primum Romam inducti ſunt ſub Auguſto, celebreſque fuerunt Pylades, Hylas, Bathyllus, quos refert *Macrob. Saturn. l. 2. c. 7.* & *Suet. in Aug. c. 45.* De his plura vide in *Syntagmate de Mimis, & Pantomimis Nicolai Calliachii* edito *Patavii 1723.* & in *Diſſertatione Octavii Ferrarii* edita *Vuolfenbutelii 1715.* ¶ Interdum Pantomimus accipitur pro ipſa fabula, quæ a Pantomimo agitur. *Plin. in Paneg.* Nunc in pantomimis quoque adverſatur, & damnat effœminatas arbores, & indecora ſæculo ſtudia. Adde *Plin.* alterum *l. 7. nat. hiſt. c. 43.*

Panucellum, n. 7. glomus lanæ carptæ, & ad nendum paratæ, vel fuſus filis involutus, vel radius, quo ſtantes procurruntur tela. Aliqui efferunt *pannuellum*, alii *panuelium*, alii *panuelum*, alii *panuellium*, alii *panuelum*, alii *pannuelum*, alii *pannulejum. Varro l. 4. de L. L. c. 23.* conſtatum putat a *panno*, & *volvendo*. V. *Voſſ. in Etymol.*

Panulum, i, n. idem quod panus, h. e. tramæ involucrum. *Varr. lib. 4. L. L.* ubi alii leg. *panulum.*

Panŭla, læ, f. dim. parvus panus. *Nonius c. 2. n. 623.*

Panus, i, m. עֵרֶב, φόμπη, φῖμα, tramæ involucrum, quo panni texuntur, id, quo trama involvitur, fuſus filis involutus, glomus lanæ carptæ, & ad nendum paratæ. *Non. c. 2. n. 623. Lucil. lib.* Foris ſubtegminis panus eſt. ¶ Translate panus dicitur tuberculi genus *in vertice*, alis, aut inguine, latius, quam altius, quod Plinius mammoſum panum vocat. *Navius* apud *Non. loc. cit.* Qui me miſerum miſeriorem reddidit, quam panus puerum. Ubi *Non.* Quod pueri ægrius patiantur hoc genus morbi. *Plin. l. 22. c. 1.* Et laterum paroridas, & panos ſanat. *Celſ. l. 5. cap. 18.* At adverſus panum tur. primum orientem (quod φύγεθλον Græci vocant) & omne tuberculum, quod phyma nominatur, &c. ¶ In arboribus panus eſt rumor quidam, qui & panicula dicitur. *Plin. l. 16. cap. 8.* E glandiferis ſola quæ vocatur ægilops, fert panos arentes, muſcoſo villo canos, non in cortice modo, verum & e ramis dependentes cubitali magnitudine.

Papa, æ, f. vox infantium petentium cibum. *Varr.* apud *Non. cap. 2. n. 97.* Cum cibum, ac potionem, buas, ac papas vocent. ¶ Legitur & *pappa*. ¶ Significat etiam patrem, aut ſenem. Itaque ea voce honoris cauſa compellare mos fuit Chriſtianis Scriptoribus Epiſcopos, & alios in ſacra dignitate conſtituros. *Tert. de Pudic. c. 13.* & *Sid. in epiſtolis paſſim.* ¶ Per excellentiam vero ſic vocatur Romanus Pontifex, ἀρχιερεὺς, πάπας, אַבָּא, qui eſt Pater Patrum, & Epiſcopus Epiſcoporum.

Papæ, βαβαὶ, interjectio admirantis. *Ter. Eun.* Papæ, hæc ſuperat ipſam Thaidem.

Papaver, eris, n. *papavero*, Germ. *magſamen*, Gall. *du pavot*, His. *la dormidera*, μήκων, genus herbæ fomniferæ, cujus plura genera refert *Plin. lib. 19. cap. 8.* & *l. 20. c. 19. Virg. 4. Æn. v. 486.* Soporiferumque papaver. ¶ Reperitur etiam gen. m. *Plaut. Aſin.* apud *Non. c. 3. n. 177.* Formicis objicis papaverem.

Papaveratus, a, um, adject. Papaverata veſtis, μηκωνοβαφὴς χιτὼν, veſtis tenuis, ac delicata, a *papavere*. Sic a *Lucilio* vocatur Græcorum exemplo, quibus μήκων non ſolum notat papaver, ſed etiam texrum byſſinum, ſive lineum. Nam Heſychius θρυλλεῖται βυσσινοῦν, exponit. Sed de cauſa nominis non conſentiunt. Aliquibus videtur appellatio eſſe ex eo, quia quoddam papaveris genus eſſet, e quo, ut *Plinius l. 19. c. 1.* ait, candorem lintea præcipuum trahunt. Alii cenſent, ſic dici, quia mollis papaveris lanugo neretur, veſtiſque ex ea texeretur. *Plin. lib. 8. cap. 48.* Crebræ papaveratæ antiquiorem habent originem, jam ſub Lucilio poeta in Torquato notatæ. Aliqui legunt *paveratæ.*

Papaverculum, i. n. dimin. a papavere. *Apul. de herb. c. 7.*

Papaverĕus, a, um, μηκώνιος, adject. qui eſt ex papavere, ut papavereæ comæ. *Ovid. 4. Faſt. v. 438.*

Paphages, is, rex Ambraciæ, qui a leæna catulis ſ

Papȳrus, m. & f. papyrum, i, n. πάπυρος, גמא, גיא, arbuſcula Ægypti. *Plin. li. 13. c. 11.* Papyrum ergo naſcitur in paluſtribus Ægypti, aut quieſcentibus Nili aquis, ubi evagatæ ſtagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ craſſitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem faſtigiatum, thyrſi modo eacumen includens, ſemine nullo, aut uti ejus alio, quam flores, ad Deos coronandos. Hæc *Plin. v. Guiland. num.* & quæ adverſus eum *Joſ. Scalig.* item adi *Salmaſ. Exercit. in Solin.* ¶ Radicibus papyri incolæ pro ligno uſuntur, ut ait *Plin.* nec ſunt funes, vela, veſtes, tegetes, ſtragula. Ex hoc item fruticе charta fiebat, philyras, quæ eo meliores erant, quo mediæ papyro propinquiores. Unde etiam hodie chartam omnis generis papyrum vocamus. *Plin. l. 13. c. 11. & 12. Juven. Sat. 7. v. 100.* oblita modi milleſimus pagina ſurgit Omnibus, & craſſeſcit multa damnoſæ papyro. De charta, & diverſis chartæ generibus vide *Plin. l. 13. cap. 12.* ¶ Ex ligno autem papyri faciebant naves. *Plin. l. 13. c. 11.* Sane Ægyptios naves feciſſe etiam ex juncis, legas apud *Herodot. l. 2. Lucan. lib. 4. v. 135.* Cum tenpet omnia Nilus, conferitur bibula Memphitis cymba papyro.

Par, aris, n. ſubſt. *coppia*, זוג, Ger. *ein paar*, Gall. *un pair*, Hiſ. *un par*, ζυγός, numerus duorum inter ſe æqualium. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 6.* A me aubus faculis vix tria, aut quatuor nominantur paria amicorum.

Par, aris, o. *æguale*, בן גיל, Ger. *gleich*, Gall. *pareil*, *ſemblable*, Hiſ. *par*, ἴσος, æqualis. Conſtruitur vel ablaſure. *Cic. de Sen. cap 3.* Pares autem cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur. *Id. 4. Acad.* Ut, ſtellarum numerus par, an impar ſit, neſciatur. ¶ Vel cum dativo. *Cic. l. 4. Fam. ep. 9.* Ut Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus ſim. ¶ Vel cum genit. *Cic. in Piſc. c. 4.* Cujus paucos pares hæc civitas tulit. ¶ Vel cum conjunctione *ac*, vel *atque* *Cæſ. l. 5. B. G.* Pari ſpatio tranſmiſſus, atque ex Gallia, eſt in Britanniam. ¶ Admittit etiam ablat. rei, in qua comparatio fit, ſine præp. vel cum præp. *in*. *Cic. de Sen. cap 3.* Pares autem cum paribus, *Id. de Amic.* Ut, ſtellarum numerus par, an impar ſit, neſciatur. ¶ Vel cum dativo. *Cic. l. 4. Fam. ep. 9.* Ut Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus ſim. ¶ Vel cum genit. *Cic. in Piſc. c. 4.* Cujus paucos pares hæc civitas tulit. ¶ Vel cum conjunctione *ac*, vel *atque* *Cæſ. l. 5. B. G.* Pari ſpatio tranſmiſſus, atque ex Gallia, eſt in Britanniam. ¶ Admittit etiam ablat. rei, in qua comparatio fit, ſine præp. vel cum præp. *in*. *Id. de Amic.* Sunt pares in amore, & æquales. ¶ Cum genitivo *Lucan. l. 10. v. 382.* Quem metuis, par hujus erat. *Plaut. Rud. prol. v. 49.* Ei erat hoſpes, par illius. ¶ Interdum accipitur pro decenti, æquo, convenienti, quod inter omnes æquabile eſt. *Cic. 2. de Div.* Ut conſtantibus hominibus par erat. *Id. in Oratore.* Sed par eſt, omnes omnia experiri. ¶ Pares aliquando pro duobus accipiuntur. Paribus equis utebantur Romani in prælio, ut ſudente alterno tranſiliret in ſiccum. *Feſt.* ¶ Parem eſſe, interdum eſt ſufficere alicui rei, ſive reſiſtendo, ſive exſequendo. *Cic. Art. l. 12.* Sed adhuc pares non ſumus. *Quint. Declam. 15.* Aſpicio par laboribus corpus. ¶ Paria facere, eſt, quod omiſſum eſt, vel quod aliunde acceptum eſt, alibi, vel aliunde compenſare. *Plin. in Paneg. c. 6.* Adhuc ea, qui pro munere tanto paria accipiendo feciſti. *Quint. Declam. 6. c. 6.* Paria faciemus, tu illic eris vicarius meus, ego hic tuus. *Col. l. 11. c. 1.* Paria facere cum rationibus domini, *ſaldare i conti col padrone.* ¶ Par pari referre, vel reſpondere, eſt tale aliquid reddere, quale accepimus. *Ter. Eun. 3. 1. 55.* Denique par pari referto. *Cic. Art. l. 16. ep. 7.* Ut ſit, unde par pari reſpondeatur. ¶ Par, impar, ἄρτιον, ἡ περιττόν, genus ludi. *Suet. Aug. c. 71.* Si vellent inter ſe poſt cœnam vel talis, vel par impar ludere, *giuocar a pari, e caffo*, de *Horat. lib. 2. Sat. 3. v. 248.* ¶ Inventur ſuperl. pariſſimus. *Plaut. Cur. 4. 2. 20.* Eodem hercle vos pono, & paro, pariſſimi eſtis iibus.

Parabilis, le, o. ȝ. δυνάτος, עתי, quod in promptu eſt, & cito haberi poteſt. *Cic. 1. Fin. c. 13.* Divitias natura parabiles eſſe. *Curt. l. 3. c. 5.* Levi, ac parabili cultu corporis eſſe contentum. *Sen. ep. 5.* Res non magno parabiles.

Parabŏla, æ, f. παραβολή, משל, collatio, comparatio, a παραβάλλω, *confero*, *comparo*. *Donat.* Parabola eſt rerum genere diſſimilium comparatio, ut Quales mugitus, fugit cum taucius aram. Taurus, & incertum excuſſit cervice ſecurim. *Quintil. l. 5. c. 11.* Parabola, quam Cicero vocat collationem, longius res, quæ comparantur, reperere ſoler, ut ram foxiter apud Hipponem fecit Scipio, quam utique apud Uticam Cato. Adde *Sen. ep. 59.*

Parabŏlāni, orum, m. 2. homines pauperrimæ ſortis, qui operam ſuam noſocomiis, & xenodochiis accommodant. Quandoquidem parabolani cum alias, tum imprimis graſſante peſte, vitam propriam ſummo exponunt periculo, maxime verſimile eſt, venire a παραβολος, quod notat ad audendum projectum, ut *Cicero* 3. *Ver. c. 1.* loquitur. *Juſtin. Cod. de Epiſc. & Cler. tit. 3. leg. 18.* Parabolani, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur. *V. Voſſ. lib. 4. Inſtitut. cap. 19.*

Parabŏli, orum, παράβολοι, דרים, audaces. Sic dicuntur qui cum beſtiis certant. *Caſſiod. Hiſt Trip. l. 11. c. 17.*

Parabolice, per parabolam. *Sidon. l. 5. ep. 17.*

Paracentēſis, f. ȝ, παρακέντησις, curatio, quæ fit manu chirurgi, cum morbus aliter curari nequit, a παρακεντέω, *pungo*, quia locus vulneris pungitur, deinde hamus, vel acus infigitur, vel quia hoc curationis genus plurimum affert doloris. *Plin. l. 25. c. 13.* Et ideo hoc inunguntur ante, quibus paracenteſis fit.

Paracenterium, ii, n. παρακεντήριον, inſtrumentum chirurgicum perforationi idoneum, de quo *Veges. l. 2. c. 17. de re veterin.*

Paracharactes, æ, m. *monetario*, παρακράκτης, qui falſam monetam cudit: a παρακαράσσω, falſum characterem imprimo. *Impp. Valenſinian. Theodoſ. & Arcad. l. 9. Cod Theodoſ. tit 21. leg. pænult.*

Paraclētus, ti, m. παράκλητος, תנחם, advocatus, conſolator, adhortator, deprecator, a παρακαλέω. Hoc nomine Eccleſiaſtici Scriptores deſignant tertiam Sanctiſſimæ Trinitatis perſonam. *Tertul. de vel. Virg. c. 1. de anim. c. 55. & de reſur. carnis fin.* ¶ Penultimam hujus vocis, quæ natura longa eſt, corripuit *Prudent. cathemer. 5. v. 160.* Spiraſ de patrio colle Paracletum. Adde *Periſteph. 14. v. 430.*

Paracolleticus, a, um, adject. παρακολλητικός, agglutinandi vim habens, ut paracolleticum emplaſtrum. *Celſ. l. 5. c. 19.*

Parăda, æ, f. navigii, vel currus tegumentum, ſeu umbraculum. *Sidon. l. 8. ep. 12.* Superflexa crate paradarum, *Auſon. ep. 5. v. 27.* poſitum ſuper paradas, lectoque jacentem.

Paradiastŏle, es, f. 1. παραδιαστολή, Diſcriminatio, Figura, cum res ſimiles diſcernuntur, contrariis redditis, teſte *Julio Ruffiniano*, vel, ut *Rutilius Lupus* definit, Schema eſt, quod duas, aut plures res, quæ videntur unam vim habere, disjungit, & quantum diſtent, docet, ſuam cuique propriam ſententiam ſubjungendo. *Virg. in Ecl.* Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.

Paradigma, ătis, n. παράδειγμα, תמרון, מופת, משל, משל, comparatio, exemplum factí, vel dicti alicujus, a παραδείκνυμι, *juxta oſtendo*, *confero*. Fit tribus modis, a pari, a majori ad minus, a minori ad majus. *Virg. 1. Æn. v. 246.* Antenor potuit mediis elapſus Achivis Illyricos penetrare ſinus, &c. V. *Quinct. l. 5. c. 11.*

Paradiſiacus, a, um, adject. ad Paradiſum pertinens. *Alcim. Avit. l. 1. v. 300.* In Paradiſiaca ponuntur ſede parentes. Adde *Venant. Fortun. l. 6. carm. 8. v. 2.*

Paradiſicŏla, læ, m. qui Paradiſum incolit. *Prudent. Hamartig. v. 928. de Lazaro.* Et Paradiſicolæ poſt ulcera dira beato.

Paradīſus, m. 2. Παράδεισος, פרדס, גן, pomarium, viridarium, hortus conſitus. *In ſacris Libris* accipitur ſpeciatim pro amœniſſimo horto in Oriente, in quo primi noſtri generis auctores a Deo conſtituti fuere. *Tertul. Apolog. c. 47. Sidon. & Auguſtin. ad Oroſ.* ¶ Hac voce Græcis dicuntur etiam ferarum ſepta, ſive vivaria. *Gel. l. 2. c. 20.* Vivaria, quæ nunc vulgus dicit, ſunt, quos παραδείσους Græci appellant.

Paradoxum, i, n. παράδοξον, נפלאת, inopinatum, dictum admirabile, & præter opinionem omnium hominum, a παρά, *præter*, & δόξα, *opinio*. *Cic. in præf. Paradox.* Quæ quia ſunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipſis etiam παράδοξα, appellantur. *Id. 4. Acad.* Sunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα, nominantur. *Id. 4. Fin.* Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus.

Paradrŏmis, idis, παραδρομίς, xyſtus, ambulatio. *Vitruv. l. 5. c. 11. & l. 6. c. 9.* græcis litteris ſcribi.

Paræněſis, f. ȝ. παραίνεσις, והוראה, præceptio, admonitio, adhortatio, a παραινέω, *admoneo*. *Vulcat. Gallic. in Avid. Caſſ. c. 3.* Per ordinem præneſceon, h. e. præceptionum, per triduum diſputavit.

Paræneticus, a, um, παραινετικός, præceptivus, admonitivus. *Senec.* græcis litteris ſcribit, *epiſt. 95.*

Parætacēne, es, f. regio Aſiæ inter Perſidem, & Mediam, cujus meminit *Curt. lib. 5. cap. 13.*

Paratonium, n. 2. *Berton*, *Alberton*, urbs, & emp. Marmaricæ, in regno Barcæ, in ora Boreali maris Mediterranei. Portum habet ampliſſimum 40. ſtad. patentem. *Plin. l. 5. cap. 5. Ovid. 9. Met. v. 772.* ¶ Hinc Paratonium d'citur coloris quoddam nativi generis ex ſpuma maris cum limo ſolidara, quia circa hanc urbem in litore ſolet inveniri. *Plin. l. 13. c. 5. & l. 35. c. 6.*

Paratonius, a, um, adj. ad Paratonium pertinens, ut Paratonia urbs, *Lucan. l. 10. v. 9.* Paratoniæ fyres, *Id. l. 3. v. 295.* Paratonius Nilus, *Stat. Theb. 5. v. 12.*

Paragnāda, æ, f. & paragnadis, is, faſcia vel aurea, vel ferica auro ornata, quæ veſti intexebatur, non, ut inſtita, adhebatur. *Leg. 2. Codic. de veſt. holoſ. l. 11.* Nemo vir auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragnadas. ¶ Per Synecdochen ſumitur pro ipſa veſte, quæ hiſce faſciis diſtincta, & inſignita erat. Hujuſmodi veſtium quædam monolores erant, quibus una tantum paragnada, ſeu faſcia intexta erat, aliæ dilores, quibus duæ, aliæ trilores, quibus tres, aliæ tetralores, quibus quatuor, aliæ pentalores, quibus quinque. *Vopiſc. in Prob. c. 4.* Intexulas paragnadas duas. *Trebel. Pol. in Claud. c. 17.* Album Paragnadem unam.

Paragōga, παραγωγή, נגזרים, verba dicuntur a Grammaticis, quæ a primitivi verbi declinatione & mutationem, & adjectionem litterarum capiunt, & nihilominus interdum variant ſignificationem, ut *lacesſo*, & *faceſſo* ex eo quod eſt *lacio*, & *facio*. *Chariſ. Grammat. l. 3. pag. 226. Putſch.*

Paragōge, es, f. παραγωγή, Paralepſis, Prolepſis, Adductio, Figura Poetica, cum in fine vocis littera, vel ſyllaba adjungitur, ut *deludier* pro *deludi*. *Virg. 9. Æn.* Conſiſtim alacres admittier orant. ¶ Vox græca eſt, & græce ſcribenda.

Paragōgis, orum, aquarum ductus, & meatus. *Cod. lib. 10. leg. 11. de aquæduct.*

Paralipomĕnon, עזרת דברי הימים, παραλειπομένων, Græcus genitivus plur. neut. h. e. rerum omiſſarum, aut reſectarum: a παραλείπω, omitto, præmitto. Sic inſcribuntur duo ſacrorum Bibliorum libri, in quibus ſupplentur ea, quæ in præcedenti Regum hiſtoria aut omiſſa, aut non plene relata fuere. *Hier. ep. 103. ad med.*

Paralius, m. 2. παράλιος, terria ſpecies tithymali, a παράλιος, *marinus*, quod ex παρά, *juxta*, & ἅλς, *mare*, quod loca maritima amet. *Plin. l. 26. c. 8.*

Parallelogrammus, a, um, adject. παραλληλόγραμμος, lineis parallelis conſtans, ut parallelogramma menſura, apud *Frontin. de Colon. pag. 116. & 130. Goeſii.*

Paralĭēlus, a, um, παράλληλος, מקביל, alterinus, mutuus, invicem comparatus, æqualiter diſtans, a παρά, *ad*, & ἀλλήλων, *invicem*. Lineæ parallelæ ſunt, quæ in immenſum protenſæ æqualibus ſemper ſpatiis inter ſe diſtant, & nunquam concurrunt. *Parallelos linea* legitur apud *Vitruv. l. 5. c. 8.* more Græcorum, quibus παράλληλος, communis generis eſt. ¶ Circuli paralleli, & paralleli abſolute, ſunt ſegmenta ſphæræ, ab Or. in Occ. ducta, alterum ex polis habentia pro centro, omniumque ex parte aſe invicem æqualiter diſtantia. *Plin. l. 6. c. 23.* Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi, quæ noſtri circulos appellavere, Græci paralleloſ.

Parălus, i, m. nomen tabulæ Protogenis apud *Plin. l. 35. c. 10.* & *Cic. Verr. 6. cap. 60.*

Paralysis, ſ. ȝ. paraliſia, παράλυσις, לשרון, diſſolutio, nervorum refolutio, ut *Celſ.* vocat *l. 2. c. 1.* a παραλύω, reſolvo. *Plin. l. 20. c. 3.* Inteſtinorum omnium vitiis medetur, & ileum, & lumborum, & paraſyſi. ¶ Differt ab apoplexia, quod hæc totum corpus infeſtat, paralyſis partem tantummodo. Ita *Celſ. l. 3. cap. 27.* qui tamen ibidem notat, utramque interdum paralyſin appellari.

Paralyticus, a, um, *paraliticus*, משלל אברים, παραλυτικός, diſſolutus, qui paraiyſi laborat. *Plin. l. 20. c. 9.* Ideo paralyticis, & tremulis date jubet. ¶ *Reſtringere paralyticos*, eſt ſanare, cum paralyſis nihil aliud ſit, quam nervorum diſſolutio, quæ aliter ſanari non poteſt, niſi nervi illi diſſoluti, & juſto laxiores reſtringantur. *Tertul. in Apolog. c. 21.* Cum ille verbo dæmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret.

Paramēſe, es, παραμέση, genus chordæ muſicæ, apud *Vitruv. l. 5. cap. 4.* Recentioribus Muſicis eſt *b fa b mi*.

* Paranarellon, ontis, παρανάρελλον, ſimul oriens. *Serv. ad l. 1. Georg. v. 218.*

Paranēte, es, παρανήτη, chorda muſica, ultimæ proximæ. *Vitruv. l. 5. c. 4.* & *l. 6. c. 1.*

Parangaria, orum, n. Angaria dicuntur opera publice ob negotium aliquod imperata. Parangaria vero ſunt, in quibus & operæ perſonarum, & rerum impendia imponuntur propter publicam aliquam neceſſitatem. De utriſque ſit mentio in *Cod. Juſtin. lib. 12. tit. 51. & in Theodoſ. lib. 8. tit. 5.*

Paranītes, æ, m. gemma, al. ſapinos, ex amethyſtorum genere. *Plin. l. 37. cap. 9.*

Paranymphus, i. m. παράνυμφος, שושבין, pronubus. *Venant. Fortun. l. 8. carm. 5. v. 305.* Angelus inde tuos repetens paranymphus honores.

Parapegma, ătis, n. παραπήγμα, græce eſt tabula ænea, quæ columnæ affigitur, cujuſmodi tabulis leges inſcribebantur, a παραπήγνυμι, *affigo*. Aſtrologi etiam ſic dixere tabulas, quibus deſcribebant canonem aſtronomicum, ſive prædictiones ſiderum, eclipſium, aliarumque rerum cœleſtium. Sic Democritum ſcripſiſſe parapegmata, auctor eſt *Diog. Laert.* Meminit & parapegmatum ejuſmodi *Vitruv. l. 9. c. 7.*

Parapetasia, orum, ædificia mœnibus affixa. *Cod. lib. 8. tit. 12. leg. 14.*

Perapeteuma, ris, n. teſſeræ nomen. *Lib, 11. Cod. tit. 24. leg. 2.* Centum viginti quinque modios frumenti, præter ſolitum canonem, nomine parapeteumatis de horreis publicis hujus almæ urbis tribuimus.

Paraphŏron, i, παράφορον, ſpecies aluminis. *Plin. l. 35. c. 15.*

Paraphrăſis, ſ. 3. παράφρασις, תרגום, כוליאה, ejuſdem ſententiæ ac alium ſermonem explicatio, & libertor interpretario, cum quædam mutantes, & addentes, copioſius, ac dilucidius rem aliquam explicamus. *Quintil. l. 10. c. 5.* græcis litteris ſcribit. Neque ego, inquit, παράφρασιν eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen, atque æmulationem.

* Paraphraſtes, æ, m. *parafraſte*, מתורגם, παραφραστής, qui paraphraſi utitur *Hieron. in præfat. ad lib. Regum.*

Parapſis. V. *Parapſis.*

Parărius, a, um, adject. *ſenſale*, προξενητής, כוליטאי, conciliator, qui contractibus faciendis intervenit. *Sen. l. 2. de benef. c. 23.* Quidam volunt nomina ſecum fieri, nec interponi patarios. Adde *l. 3. c. 15.* ¶ Pararium æs appellabatur id, quod equitibus dabatur pro binis equis dabatur, a paribus equis. *Feſt.*

Parasanga, æ, f. modus ſpatii, quo Perſæ itinera metiebantur. *Plin. l. 6. cap. 26.* ſcribit non unius generis parafangas fuiſſe. Nam *Herod.* & *Xenophon* 30. ſtadiis definiunt, & alii 40. alii 60. ut teſtatur & *Strab. l. 11.* Juſtinjani temporibus unum & viginti ſtadia continebat.

Paraſcĕve, es, f. παρασκευή, ערב שבת, תקון, Græce præparationem ſignificat. Apud Hebræos ita vocabatur dies ante Sabbathum, quia eo die panitatur neceſſaria, ne præceptum ceſſandi ab opere die feſto Sabbathi violaretur. *Tert. l. 4. adv. Marc. c. 12.*

Paraſiopēſis, f. ȝ. παρασιώπησις, שתיקה. Figura, eadem ac Apoſiopeſis. Aliqui Latine Præoccupationem vocant, & cum Prætermiſſione confundunt. *Quint. l. 9. c. 3.* ¶ Græca vox eſt, & græce ſcribenda.

Paraſita, æ, f. 1. mulier quæ menſas alienas, & cibaria ſequitur. *Horat. lib. 1. Sat. 2. v. 98.* Cuſtodes, lectica, ciniſiones, paraſitæ, ad talos ſtola demiſſa. *Plin. l. 10. c. 23.* Otis imitatrix avis, ac paraſita.

Paraſitaſter, ſtri, m. παρασιτόμιμος, paraſitorum imitator. *Ter. Adel. 5. 2. 4.* Eſt alius quidam paraſitaſter parvolus, *paraſitello*.

Paraſitatio, onis, f. paraſiti ars. *Plaut. Amph. 1. 3. 23.* Nequiter pene expedivit prima paraſitatio.

Paraſiticus, a, um, adject. ad paraſitum pertinens. *Auct. vita Horat.* qui a quibuſdam *Sueton.* creditur. Veniet ab hac paraſitica menſa ad hanc regiam. *Plaut. Stich. 1. 3. 77.* Perjuratiuncula paraſiticæ. Adde *Stich. 3. 1. 9.*

Paraſitor, aris, d. 1. *ſerocoare*, παρασιτέω, κολακεύω, paraſitum ago, *Plaut. Stich. 4. 2. 54.* Vides, ridiculos cihili fieri, aque ipſos paraſitarier.

Paraſitus, m. 1. *paraſito*, *ſerocono*, אוכל מעון, Germ. *ſchmarotzer*, *tellerlecker*, Gall. *écornifleur*, *paraſite*, Hiſ. *paraſito*, παράσιτος, primo dictus fuit, ut ex *Athen. l. 6.* & *Heſych.* cognoſcimus, qui cum ſacerdotibus victimæ partem caperet, itaque iidem ferè Græcis παράσιτοι, qui Latinis Epulones, quo nomine etiam *Plautarcho refer*, Solon eos appellavit, qui in Prytaneo publico victu epulabantur: poſtea vero in malam partem accipi cœpit, ac de iis dictum, qui cibi gratia aſſentarentur, quos cœnarum aſſeclas ex *orat. contra Salluſt.* poſſis appellare. Eſt a παρά & σῖτος, quo proprie ſignificatur frumentum, & Synecdochice panis, & quivis cibus. *Cic. de Amic. c. 26.* Nec paraſitorum in Comœdiis aſſentatio nobis faceta videretur, niſi eſſent milites gloriofi. *Hor. l. 2, epiſt.*

epiſt. 1. v. 173. Edaces paraſiti. *Mart. lib. 9. epigr. 29.* Vos me laurigeri paraſitum dicite Phœbi, *h. e.* hiſtrionem.

Paraſlăda, æ, f. unt paraſitades lapides utrinque oſtii latus munientes. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Ad medianam paraſladam.

Paraſlas, adis, f. παραστάς, מזוזה, poſtis, lapis oſtio appoſitus. *Vitruv. l. 10. c. 15.* Latitudo paraſtadis mediæ.

Paraſtăta, f. 1. *pilaſtro*, מזוזות, pila quadrata, aut lapides pilarum modo ad columnarum latera appoſiti, teſte *Philandro*. *Vitruv. l. 5. cap. 1.* In columna, aut paraſtata horæ deſcribuntur. *Plaut 33. ſ.* Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, & paraſtatæ. Alii putant in hiſce *Vitr.* & *Plin.* locis legendum eſſe *paraſtaries*, & *paraſtapicæ*.

Paraſtatica, V. dictionem præcedentem.

Paraſtichis, idis, f. ſeries litterarum, ſumma rerum, aut verborum capita, *la tavola, o indice di un libro*, תולדות, לוח, תעודות, πιναξικός. *Guet. de Gramm c. 6.* In Paraſtichide libelli, qui dicitur Pinax. *Gell. l. 14. c. 6.* græcis litteris ſcribit.

Paraſynaxes, f. παραγωγάξες, conventicula, & cotiones hæreticorum. *Impp. Valent. & Martian. Cod. lib. 1. tit. 5. leg. 8.* Paraſynaxes, & conventicula interdicta.

Paratarius, vel ut alii leg. Parietarius, uſurpatur ab *Apicio l. 8. c. 6.*

Parāte, adverb. ἑτοιμοδοκιμέως, cum præparatione, prompte, expedite. *Cic. in Brut. c. 68.* Is tamen ad dicendum vehebat magis audacter, quam parate. *Id. 1. Off.* Dimicareque paratius de honore, & gloria, quam de cæteris commodis. *Plin. l. 3. ep. 9.* Paratiſſime reſpondit.

Paratella, æ, f. herba eadem quæ lapathum. *Æmil. Macer de virtutib. herb. cap. 62.*

Paratĭo, onis, f. *preparazione*, παρασκευή, תכון, comparatio. *Salluſt. in Jug. c. 33.* Fuerit ſane regia paratio, plebi jura ſua reſtituere. Ita habetur in MSS. Alii *reparatio*. *Afran.* apud *Non. c. 3. n. 173.* Silentio opus eſt, nulla ineſt paratio.

Paratragœdĭo, as, 1. παρατραγῳδέω, תהגדיל, exaggero, & verborum magnitudine aliquid augeo. *Plaut. Pſeud. 2. 4. 17.* Vide, ut paratragœdiat cæpriſex! in MSS. eſt *paratragadat*.

Paratūra, æ, f. apparatus. *Tertul. de Pal. c. 3.* paratura materiarum. *Id. de Spectac. c. 4.* paratura ſpectaculorum.

Paratus, us, m. *preparazione*, ἑτοιμασία, מתכונת, תכון, actus parandi, præparatio. *Tac. l. 13. c. 17.* Proviſo ante funebri paratu, qui modicus erat. *Valer. Flac. l. 2. v. 652.* menſæque paratu Regiſco. *Ovid. Heroid ep. 16. v. 191.* decet Hanc lateram largis ſine fine paratibus uti. *Quinctil. l. 10. c. 1.* Verborum paratus.

Paratus, a, um, *apparecchiato*, עתי, מתוקן, מוכן, *invitato*. Conſtruitur vel abſolute. *Ter. Andr. 4. 3.* Amicum amatorem virum, quovis in loco paratum. *Cic. pro Sext.* Conſenſu bonorum omnium tam paratus, tam diligens Italia ad contentionem expedita. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad*. *Cic. l. 6. Fam. ep. 21.* Et ad omnem caventum paratus ſum. ¶ Vel aliquando cum dat. *Quintil. l. 7. c. 3.* Idem certamini paratior. ¶ Vel cum ablat. inſtrumenti. *Cic. Art. l. 9. ep. 13.* Ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, claſſibus. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *a*, vel *ab*. *Cael. Cic. l. 8. Fam. ep. 10.* Quam paratus ab exercitu eſſes. ¶ Vel cum gerundio accuſativi. *Cic. Art. l. 9. ep. 6.* Domiſitas paratus erat ad navigandum. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. pro Quinct. c. 2.* Si qua in re, id quod parati ſunt facere. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *contra*. *Cic. l. 5. Fam. ep. 13.* Te oprime contra fortunam paratum, armatumque cognovi. ¶ Interdum paratus dicitur, qui in promptu eſt, & nullo negotio acquiri poteſt. *Plin. l. 2. ep. 17.* Obvius, & paratus humor. *Id. in Paneg. c. 88.* Paratum id quidem, & in medio poſitum.

Paravĕrĕdus, m. 2. *palafreno*, major equus agminalis. *Cujac. ad rubr. Cod. de curſ. publ. l. 2. & 19. Cod. de curſ. publ. l. 12. Cod. de exceſſ. muner. l. 10. l. 2. Cod. de præp. ſac. cubic. l. 12. l. 3. & alibi.*

Parazonium, ii, n. παραζόνιον, צדה, gladius, qui lateri accinctus geſtatur: vel gladius ſimul, & zona, ſeu baltheus, quo ad latus appendítur. *Martial. lib. 14. epigr. 32. V. Cinctorium.*

Parcæ, arum, f. 1. μοῖραι, *Parche*, tres ſorores vereribus fitere, filiæ Herebi, & Noctis, teſte *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 17.* quæ finguntur vitæ hominum præeſſe, & nendo eam ducere, quæ etiam Fata appellantur, & a Poetis Sorores lanificæ. *Mart. l. 4. epigr. 54.* Theodontius ait, filias fuiſſe Demogorgonis ex Chao. Multis placet, Parcis inde nomen eſſe, quod minime parcant. A Veteribus Latinis appellatæ funt Nona, Decima, Morta, ut eſt apud *Gel. l. 3. cap. 16.* a Græcis vero Clotho, Lacheſis, Atropos, quæ omnia V. ſuis locis. *Virg. Ecl 4. v. 46.* Talia fæcla ſuis dixerunt currire fuſis Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ. ¶ In ſingulari nomeno *Ov. ep. Heroid. 11. v. 105.* Nubite felices, Parca meliore, ſorores, *h. e.* melioribus auſpiciis. *Horat. l. 2. od. 16.* mihi parva rura, & Spiritum Græjæ tenuem Camenæ Parca non mendax dedit, & malignum ſpernere vulgus.

Parce, adv. *parcamente*, מעט, φειδωλέως, frugaliter, moderate. *Cic. 1. Off. c. 30.* Quamque honeſtum parce, continenter, ſevere, ſobrie vivere. *Id. 2. Fin. c. 13.* Cur id tam parce, tamque reſtricte faciant. *Id. pro Mur. c. 13.* Parcius de ejus laude dicerem. *Colum. l. 6. c. 7.* Nec poteſtas aquæ, niſi quam parciſſime, faciendi eſt.

Parciloquium, n. ſermonis parcitas. *Apul. lib. 5. Metam.* Fidei, atque parciloquii mei perpendiſti documenta.

Parcimonia, V. *Parſimonia*.

Parcipromus, i, m. qui parce promit. *Plaut. Pſeud. 5. 1. 22.* Parcipromus victu cætero. *Id. Truc. 1. 2. 81.* Qui cum geniis ſuis belligerant, parcipromi.

Parcitas, atis, f. 1. *parſimonia*, φειδωλή. *Scribon. l. 1. de Clem. cap. 23.* Civitatis mores magis corrigit parcitas animadverſionum.

Parciter, adv. parce. *Pomp.* apud *Non. c. 11. n. 47.* Parciter, tamquam frater mihi ſis.

Parco, cis, peperci, & parſi, parcitum, & parſura, n. 3. *riſparmiare*, *aver riguardo*, *aſtenerſi*, חמל, Germ. *ſchonen*, *verſchonen*, Gal. *pardonner*, *épargner*, Hiſp. *perdonar*, φείδομαι, proprie eſt abſtinere, temperare, ceſſare, continere ſe a re aliqua. Conſtruitur cum dat. & infinit. *Cic. 6. Ver. c. 54.* Ædificiis omnibus, publicis, & privatis, ſacris, & profanis pepercit. *Virg. 1. Æn. v. 261.* Parce metu Cytherea, *ideſt* metu abſtine, metum depone. Ubi *metu* dativus eſt, more antiquorum, qui dativum quartæ in *ui*, & in *u* inflectebant. *Id. 3. Æn. v. 42.* Parce pias ſceleraque manus, *ideſt* noli. *Idem Ecl. 3. v. 94.* Parcite oves nimium procedere, *h. e.* ſervate, ne procedant. Alii exponunt *abſtinete*, & *oves* vocativum eſſe dicunt. ¶ Reperitur etiam cum acc. & dat. *Virg. 10. Æn. v. 531.* Argenti, atque auri memoras quæ multa talenta, natis parce tuis, *riſparmia*. Quo ſenſu dixit *Plaut. Cure. 3. v. 10.* Qui mature acquiſivit pecuniam, niſi eam mature parſit, mature eſurit. Sic apud *Gel. l. 16. c. 19.* Vitam modo tibi ut parcerent, oraviſſe. ¶ Reperitur & cum ablat. cum præp. *a*, aut *ab*. *Liv. l. 25. c. 25.* Ut a cædibus, & ab incendiis parceretur. ¶ Eſt etiam ignoſcere, condonare, veniam, & impunitatem dare, *perdonare*, συγγινώσκειν. Conſtruitur cum ſolo dativo perſonæ. Quod ſi accuſ. criminis, vel culpæ exprimendus ſit, ad verbum *condono*, vel *remitto* confugiendum eſt. *Cic. 3. Ver.* Si homini ſceleraco perciſſent. *Cæſ. lib. 6. c. 28.* Non tetare conſceſis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. ¶ Uſurpatur etiam imperſonaliter. *Cic. Art. l. 2. ep. 14.* Sed tamen ſatisfiet a nobis, neque parcetur labori. *Plin. l. 33. c. 1.* Italiæ parcitum eſt vetere interdicto Patrum. ¶ Partic. *parcens*. *Suet. in Tiber. c. 20.* Ne reliquis quidem nepotibus parſurus creditur. ¶ *Parſo*, pro peperciero, *Plaut. Mil. 4. 9. 3.* ubi ali leg. *parco*.

Parcus, a, um, *parco*, *ſcarſo*, חרוץ, בעלי, Ger. *karg*, *kindig*, Gal. *épargnant*, *chiche*, Hiſ. *guardoſo*, φειδωλός, frugi, ſumptibus parcens, tenax, parvo contentus, a *parcendo*. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. pro Cal. c. 13.* Illum filium familias patre parco, ac tenaci. *Id. 2. de Orat. c. 71.* Colopus parciſſimus, modeſtiſſimus. ¶ Vel cum genit. *Hor. l. 2. ſat. 2. v. 62.* Veteris non parcus aceti. *Plin. ep. 226.* Quamquam ejuſmodi honorum parciſſimus. ¶ Vel cum ablat. *Plaut. Rud. 4. 2. 14.* Opera haud fui parcus. *Plin. Paneg. 43.* Parcus comitaru, *ideſt* paucos habens in comitatu. *Cic. pro Balb. c. 22.* Nimium parcus in largienda civitate. ¶ Tributur & rebus inanimis. *Stat. l. 4. ſyl. 8. v. 13.* Parca tellus. ¶ Accipitur etiam pro modico, exiguo. *Plin. in Paneg.* Parca, & brevis ſomnus. *Virg. 3. Georg. v. 443.* Parco ſale contingere.

Pardalianches, is, n. παρδαλιάγχης, aconiti genus, a *pardali*, & ἄγχω, *ſtrangulo*, quia carnes ex teſtæ pantheras ſtrangulant, & necant. *Plin. l. 2. c. 27.*

Pardalios, i, m. παρδάλιος, gemma maculis quibuſdam variegata, a pantherinæ pellis ſimilitudine. *Plin. l. 37. c. 11.*

Pardălis, is, f. 3. παρδαλις, נמר, animal ferum, Aſiæ, & Africæ peculiare, idem ac pardus. A panthera ſexu differt. Græcis ſimiliter mas παρδαλις, fœmina πανθήρ. *Curt. l. 5. c. 1.* Leones quoque, & pardales caveis præterebantur.

Pardalium, n. 2. παρδάλιον, genus unguenti, quod pardalis odorem reddat. *Plin. l. 13. c. 1.* Pardalium in Thaſo, cujus etiam compoſitio, & mixtura obliterata eſt.

Pardus, i, m. 2. *pardo*, נמר, πάρδος, animal ferum, frequens in Aſia, & Syria, ſolo ſexu a panthera differens. Nam mares pardi dicuntur, fœminæ pantheræ, ut ex *Plin.* conſtat *l. 8. c. 17. Juven. ſat. 11. v. 123.* Et magno ſublimis pardus hiatu.

Parœas, antis, m. tilius Pluti, nepos Philomeli, pronepos Jaſonis, qui regnavit in Minoide inſ. quæ ab eo poſtea Paros dicta eſt. *Iſid. l. 12.

Patiānus, V. *Patriānus.*
* Patias. V. *Pareas.*
Patiatio, onis, f. השׁוּאה, *ἐκοποίησις*, æquatio, solutio, cui opponitur reliquatio, a *patio. Scæv. Dig. l. 12. tit. 6. leg. ult.* An pactum, quod in patiationibus ascribi solet, *pareggiamenti di conti, o di partite.*
Patiātor, oris, m. qui paria facit, cui opponitur reliquator. *Paulus in l. Paulus, ff. de cond. & demonstr.* An Sticho mortuo, antequam rationes redderet, vel patiatore, vel reliqua habente. Aliqui leg. *paria, vel reliqua habente.*
* Patiatoria, æ, f. patiatio. *Augustin. in psal. 61.*
Patalæna, Dea, quæ frumento præerat, cum ejus folliculi patere inciperent. *Aug. de Civ. Dei l. 4. c. 8.*

Patalis, le, o. 3. idem, ac patulus, ut *Bos patalis*, qui cornua diverſa, & valde expanſa habet. *Feſt.* & *Plaut. Trac. 2. 2. 22.* Ego ruri hamaxarî ime mavelim patalem bovem.

Patara, æ, f. *Patera, Paterea*, Πάταρα, urbs Lyciæ, in ora maris Pamphylii, in colle, Xantho urbi proxima, al. prope oſtia Xanthi fl. Dicta eſt a Pataro filio Apollinis ex Lycia Xanthi filia, vel ab alio Pataro filio Lapeonis. *Olim* clara fuit templo, & oraculo Apollinis, ut Delphi. Dicitur Pataræ reſponſa dediſſe ſex menſibus hyemalibus, reliquis ſex menſibus Deli. Unde Patareus vocatus eſt, *Serv. in 4. Æn. v. 143.* & *Plin. l. 5. c. 27.*

Patareis, idos, adject. fœm: quæ eſt a Patara. *Avien. in deſcript. Orbis, v. 684.* Quæ fronſ tenſ tenta ſalo Patareidos eminet arcis.

Patareus, a, um, adject. a Patara; πατάρειος, *Hor. l. 3. od. 4. v. 62.* Patareus Apollo, *Ovid. 1. Met. v. 516.* Patareuque regia ſervit.

Patavinitas, atis, f. πατριβιότης, proprietas, ſeu ratio ſermonis Patavini. Refert *Quintil. l. 1. c. 5.* Pollionem in T. Livii hiſtoria Patavinitatem deprehendiſſe; hoc eſt peculiarem quamdam ſermonis inflectendi rationem, quæ ab ipſius Romæ uſu aliquantum diſcederet.

Patavinus, a, um, adj. *Padovano*, ad Patavium pertinens, ut Patavinus ager. *Plin. l. 3. c. 16.* ¶ Patavinæ tunicæ. *Martial. l. 14. epigr. 143.*

Patavium, n. 2. *Padova*, Πτολίβιον, urbs Venetiæ, in tribu Fabia, condita ab Antenore, Academia totius Italiæ celeberrima. Ex hac urbe prodiere T. Livius, qui res Romanas ſcripſit. Stella Poeta, Valerius Flaccus, qui Argonautica ſcripſit, Voluſius, qui poſt Ennium rerum geſtarum P. R. annales confecit, Aſconius Rhetor, Jul. Paullus Juriſconſultus, & Petrus Aponenſis medicus. *Virg. Æn. v. 251.* Hic tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit Teucrorum!

Patefaciendus, a, um, particip. paſſiv. manifeſtandus. *Arnob. l. 1.* Inexplicabilis ratio fati clauſis patefaciendæ myſteriis.

Patefacio, is, eci, actum, a. 3. *aprire*, פָּתַח, הֹרִיב, נָגַלּ, הִגִּיד, פָּתַר, Germ. *offnen*, Gal. *ouvrir*, *manifeſter*, Hiſ. *abrir*, *manifeſtar*, ἀνοίγω, aperio, patentem facio. *Liv. l. 2. c. 15.* Hoſtibus potius, quam Regibus, portas patefacere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 56.* In ea parte oris, qua eſculentis, & poculentis ire natura patefecit. *Id. Fam. 13. epiſt.* Huic ego aditum ad tuam cognitionem patefacio, & munio. *Id. 1. Off. c. 26.* Patefacere aures aſſentationibus. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. epiſt. 6.* Racilius rem patefecit. *Idem Arr. l. 11. epiſt. 13.* Neque hoc tempore, nec antea patefeciſſet odium ſuum in me: *Id. de Amic. c. 26.* Patefacere verum, & illuſtrare. *Id. 6. Fam. ep. 10.* Liberto tuo me rorum patefeci.

Patefactio, onis, f. *aprimento*, פִּתּוּחִין, ἀνοίξις, *apertio*, manifeſtatio. *Cic. 2. Fin. cap. 2.* Atqui hæc patefactio quaſi rerum opertarum, cum quid quidque ſit, apertitur, definitio eſt.

Patefactus, a, um, ἀνοιχθεὶς, partic. a patefio. *Cic. 3. Catil. c. 6.* Quamquam patefactis indiciis, & confeſſionibus ſuis. *Id. pro Syl. c. 16.* Patefacta veritas. *Id. 2. Div. c. 23.* Patefactus aratro lucem aſpexit Tages.

Patefio, is, factus ſum, a. paſſ. anom. פָּתַח, ἀνοίγομαι, aperior, manifeſtor. *Propert. l. 3. eleg. 19. in fin.* Patefiunt nocte feneſtræ. *Terent. Phorm. 5. 4. 6.* Si hoc celetur, in metu, ſin patefiat, in probro ſim.

* Patelæna, dea frumento præſes. *Aug. de C. D. l. 4. c. 8. al.* Patalena.

Parens, entis, c. *patens*, *aperto*, פתוח, ωϐυμενος, apertus. Differt à *patulo* quia *patens* est, quod ad tempus patet; ut janua; *patulum*, quod semper patet, ut cœlum, arbor. Sed hæc differentia non observatur. *Cic. 1. de Div. c. 1.* Cum cœlum ex omni parte *patens*. Itaque apertum inuerentur. *Liv. l. 7. c. 36.* Via patentiore ad hostem ducuntur. *Colum. lib. 12. cap. 45.* Legens, quæ sit parentissimi oris. *Cypr. de Opinat. c. 10.* Domus parens & exposita cupiditati, & voluptatibus.

Patenter, *adv. διαπεπταμένως*, aperte. *Cic. 2. de Invent. c. 23.* Sed patentius, & expeditius recti, & non recti quæstionem continet.

Pateo, es, ui, absque supino, n. 2. *esse patens*, *esse aperto*, נגלה, פתח, Germ. *offenstehen*, Gall. *être manifesté*, *apparoir*, Hisp. *ser manifiesto*, ωϐυμαι, apertus fum. Possis a *meteo*, deducere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Nates semper propter necessarias utilitates patent. *Idem in Somn. Scipion. 3.* Hæc tibi aditus patere non potest. ¶ Translate eit extendi. *Cicer. 1. Offic.* De ædibus autem reliquis lætissime patet ea ratio, qua &c. *Cæs. l. 7. B. G.* Abit id oppidum platearum, quibus patuum tria in longitudine patebat. ¶ Item in potestate esse. *Sallust. in Catil. c. 10.* Ubi cuncta itaria, terræque patebant, *id est* in Romanorum potestate erant. *Cicer. pro Mur.* Quod omnibus patet, & æque promtum est mihi, & adversario meo. ¶ Item expositum esse. *Liv. lib. 1. Bel. Mac.* In parentem vulneri equum, equitemque sagittas conjicere poterat. ¶ Item obnoxium, sive opportunum esse. *Cæsf. lib. 2. cap. 1.* Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet. ¶ Item permitti, concedi, dari. *Cicer. pro Balbo cap. 9.* His præmiis, & his honoribus, quæ pateant stipendiariis. ¶ Item constare, sive manifestum esse; fere in 3. personis. *Cicer. 5. Tusc.* Cum patere igitur, æternum id esse. *Plaut. Capt. 3. 3. 9.* Patent præstigiæ. ¶ Usurpatur sæpe hoc verbum in rationibus, & supputationibus. *Cicer. pro Rosc. Com. cap. 2.* Non habere se hoc nomen in Cödice accepti & expensi relatum, constetur, sed in adversariis parere contendit. *Idem Philip. 2. cap. 37.* Ubi est scriptes missiles festertium, quod pater in tabulis, quæ sunt ad Opis? ¶ Item de iis dicitur, qui corpora ad libidinem prostituunt. *Ov. 14. Metam. v. 134. & Tibul.*

Pater, tris, m. *padre*, אב, Germ. *vatter*, Gall. *père*, Hisp. *padre*, πατηρ, qui aliquem genuit; genitor, parens, a Græco nomine allato. *Cicer. pro Rosc. Amer. cap. 16.* Certo patre nasci. *Terent. Adelph. 5. 7. 4.* Tuus hercle vero & animo, & natura pater. *Claudian. de 4. Consul. Honor. vers. 293.* Patrem gerere, *portarsi da Padre*. ¶ In plur. num. fumitur pro majoribus, seu ascendentibus, *gli avi, i maggiori*. *Cicer. 1. de Orat. cap. 40.* Quid quod usu memoriam patrum venit, ut &c. *Idem 1. Verr. cap. 22.* Patres, majoresque nostri. ¶ Cum patrum nostrorum memoria aliquid factum esse dicimus, inquit, *Valla*, de proxima ætate intelligimus; itaque patrum nomine veniunt avi, abavi, proavi, atavi (non auctem tritavi) itemque soceri, & reliqui majores in linea tranversa. *Plin. lib. 7. cap. 3. &.* Metellus cum sex relinqueret liberos, undecim nepotes reliquit; nurus vero, generosque, & omnes qui se patris appellatione salutarent; viginti septem. ¶ Pater etiam nomen religionis est, & usurpatur de Diis, tum Deorum, tum hominum quoque ratione. *Horat. lib. 1. od. 12. de Jove.* Gentis humanæ Pater atque cultor. *Virg. 1. Æn. vers. 69.* Divum Pater atque hominum Rex. *idest* Jupiter. Sed & simpliciter Jupiter *Pater* vocatur. *Virg. 1. Georg. vers. 328.* Ipse Pater media nimborum in nocte corusca fulmina moliitur dextra. *Virg. 3. Æneid. vers. 35.* Gradivumque Patrem, Getsicis qui præsidet Arvis. ¶ Etiam minoribus diis tribuitur. *Liv. lib. 2. cap. 10.* Tiberine pater. ¶ Sed peculiariter Baccho tribuitur. Causa est, quia teste *Augustin. de Civ. Dei lib. 7. cap. 21.* Bacchum liquidis seminibus, ac per hoc & liquoribus fructuum, & seminibus animalium præsecerunt. *Virg. 2. Georg. vers. 7.* Huc Pater o Lenæe veni. ¶ Similiter Pater nomen est reverentiæ. Ideo Romulus centum Senatores, quos adhesp. curam elegit, Patres honoris causa vocavit. *Virg. 9. Æn. vers. 449.* Imperiumque Pater Romanus habebit. *Horat. lib. 1. Sat. 3. v. 126.* non nosti, quid pater, inquit, *Chrysippus* dicat. ¶ Sumitur etiam pro effectore, conditore, creatore. *Virg. 4. Georg. vers. 382.* Occasionem rerum. ¶ Pater familias, vel familiæ, *padre di famiglia*, οἰκοδεσπότης, dicitur, qui primus est, & imperium habet in familiam. *Cic. 1. de Leg.* Ut ne morte patris familias factorum memoria occideret. *Liv. lib. 1.* Bos in Sabinis nata cuidam patri familiæ dicitur; &c. *Siseynis* apud *Varr. lib. 7. de L. L.* Patres familiarum. *Cæs. l. 2. Civ. in fine.* Pauci milites, patresque familias. ¶ Pater Patratus, princeps Fecialis. Institutus est a Numa Pompilio, cum bellum Fidenatibus indicendum esset. Aiunt dicunt a Tullio Hostilio. Creabatur a Fecialibus, qui cum, verbena caput, capillosque tangens, consecrabat. Pegerat forderi faciendo. *Liv. l. 1. c. 24.* Fecialis erat M. Valerius, is Patrem Patratum Sp. Fusium fecit. Vide ibi reliqua, quibus Livius cæremonias a patre Patrato servatas in sanciendo fœdere persequitur. ¶ Patres appellari sunt senatores (qui initio centum fuere) a Romulo, cum primum Senatum instituit, tum ob ætatem, quia seniores electi sunt, eum quia sic consulere civibus, tamquam patres filiis debebant, ut ait *Florus lib. 1. cap. 1.* Adde *Sallust. in Catil. cap. 6. & Liv. lib. 1. cap. 8.* Post hos qui in Senatum adscripti sunt, *Patres Conscripti*, & *Senatores minorum gentium* dicti sunt. Hinc cum in Curiam vocabant, ita vocabant: *Qui Patres, quique Conscripti*. Deinde qui propter Senatorum paucitatem rursus in Senatorium ordinem ex equestri adsciti sunt, *allecti* sunt appellati. *Festus.* ¶ Quamquam hi omnes uno Patrum Conscriptorum nomine appellari consueverunt. *Cic. Phil. 13.* Mutavit calceos, Pater Conscriptus repente factus est. Quin cum eorum mentio sit, *Patres* plerumque absolute vocantur, præsertim a *Livio* passim. ¶ Patris Patriæ honorificentissimum titulum primus meruit Cicero ob detectam Catilinæ conjurationem, qua de re is ipse non semel gloriatus est; amissa vero Republica, promiscue sic appellari sunt omnes fere Principes. V. *Sen. lib. 1. de Clement. c. 14.*

Patera, æ, f. *taza*, גביע, Germ. *ein weyte trinckschalen*, Gal. *coupe*, *tasse à boire*, Hisp. *copa*, *vaso para beuer*, κρωβὶς, poculi genus latum, ac patens, a *patendo*, quod pateat, dispariusque labris sit. *Varro l. 4. de L. L. c. 26. Cic. de clar. Orat. c. 11.* Excepisse sanguinem patera. *Id. 6. Verr.* Patera, qua mulieres ad res divinas utebantur. V. *Crater.*

Paterculius. V. *Vellejus.*

Paterfamilias. V. *Pater.*

Paternitas, atis, f. conditio & affectus patris, *Augustin. epist. 232.* Episcopali paternitate Ecclesiæ providere.

Paternus, a, um, *paternus*, πατρῶος, quod est patris. *Ter. Adelph. 3. 4. 4.* Pol haud paternum istuc dedisti. *Cic. 1. de Orat.* Egisseque lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius.

Patesco, is, ui, n. 3. *aprirsi*, נפתח, Germ. *sich offnen*, *sich anfachen*, Gall. *etre decouvert*, *& manifester*, Hisp. *ser manifesto*, ωϐυγομαι, aperior, patens fio. *Virg. Æneid. 2. vers. 483.* Et atria longa patescunt. ¶ Quandoque pro primitivo ponitur. *Liv. l. 22. c. 4.* Deinde paulo latior patescit campus. ¶ Translate usurpatur pro apparere, manifestum fieri. *Virg. 1. Æn. vers. 309.* Dansumque patescunt insidiæ.

* Papetæ, πανέται, f. 1. genus caryotarum. *Plin. l. 13. c. 4.*

Paretón, i, n. πανετὸν, palmæ genus. *Plin. l. 13. c. 4.*

Patherice, adv. affectus adhibendo, seu permovendo, *Macrob. Sat. 4. c. 6.* Utrumque Virgilius bene pathetice tractavit.

Patheticus, a, um, παθητικὸς, quod conflat affectibus, ut Pathetica oratio, quæ ad indignationem, ad misericordiam, & ceteros animi motus dirigitur, apud *Macrob. l. 4. Sat. 2. c. 5. & 6.*

Pathicus, a, um, qui muliebria patitur, a παθὼν, a. 2. iuf. act. verbi πάσχω, *patior*. Nonnullis placet pathicus sine aspiratione, & deducunt a latino *patior*. *Jurisfas. 2. v. 99.* Ille teter speculum pathici gestamen Othonis. ¶ Per translationem pathicus etiam dicitur de rebus inanimatis, pro lascivo, vel obsceno. *Mart. l. 12. epigr. 97.* Mucæi pathicissimos libellos.

Patibilis, le, o. 3. παθητὸς, quod perferri potest. *Cic. 3. Tusc. c. 23.* Patibiles & dolores putandi. ¶ Item quod patitur. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 12.* Cumque omne animal patibilem naturam habeat.

Patibulatus, a, um, adject. qui patibulum, seu furcam fert. *Plaut. Most. 1. 1. 53.* Te forabunt patibulatum per viae stimulis.

Patibulum, i, n. *patibolo*, *horca*, *orce*, צלוב, מוט ועוד, Germ. *ein galgen*, Gall. *potence*, *levier*, *barre*, Hisp. *horca*, *cruz*, σφῦρον, proprie idem est, ac furca, quo nomine intelligitur rectus stipes, sed cum duobus cornibus, qui Græcæ literæ Y figuram refert. Differe a cruce. Nam crux literæ T similis erat. Vectores pro instrumento supplicii usi sunt. Facinorosi inter cornua patibuli cervices interserebant, eorumque manus cornibus sive ramis alligabantur: cæinde si gestantes furcam sive patibulum à pœne sequente carnifice, vel conservis cædebantur virgis. *Plaut. Mil. 2. 4. 7.* Credo, tibi esse eundem acturum extra portam dispessis manibus patibulum cum habebis. *Facit. lib. 14. Ann. c. 33* Sed cædes patibula, ignes, cruces, tamquam redituri supplicium, ac præsepta interim id fugerant, festinabant. *Sall. in frag. 4. hist.* apud *Non. c. 4. n. 355.* Patibulo eminens affligebatur. Quo loco patibulum pro ipsa cruce videtur usurpari. V. *Salmas. & Lips. de Cruce.* ¶ Patibulum item ajunt patum rectaque pro sera lignea, qua ostia claudúntur; teste *Non. loc. cit.* qui cautissi nominis affert, quod hoc ligno remoto valvæ pateant. *Titin. ibid.* Si quifquam hodie præter hanc posticum postrum populetur, patibulo hoc ei caput defringam. ¶ Est præterea patibulum id genus quoddam curvum, vel duo ligna transversim alligata, quibus agricolæ vitium ramos curvant; quo fœcundiores fint. *Plin. l. 17. c. 21.* Novarienis agricolæ traducum tuba non contentus, impositus etiamnum patibulis palmites circumvolvit. Adde *Caton. de R. R. c. 26. & 6.*

Patibulus, li, m. idem, ac patibulum, apud vet. teste *Nonio. Lucil. Rer. hum. l. 21.* Deligata ad patibulos, deligantur, & circumferuntur, cruci defiguntur.

Patibulus, a, um, adject. patibulatus. *Plaut. in fragment. Carbonar.* Patibulus ferar per urbem, deinde suffigar cruci. *Apul. lib. 5. Metam.* Patibulum aliquem relinquere.

Patiens, entis, o. *paziente*, מתעמל, סבל, πάσχων, ferens, tolerans. *Cic. 2. de Or. c. 75.* In quo ego maxime patiens, & lentus existimor. *Plin. lib. 5. epist. 6.* Medio: ille agros fecat navium patiens, *navigabile*. *Cic. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. cap. 34.* Mea quoque literæ te patientiorem, lenioremque fecerunt. *Id. pro Plancio c. 8.* Non jam ut ne offendam tuas patientissimas aures. *Plin. lib 11. cap. 37. sect. 76.* Patiens vetustatis. h. e. diu durans. *Virg. 2. Georg. v. 223.* Tellus patiens vomeris. *h. e.* quæ facile vomere proscinditur.

Patienter, adv. *pazientemente*, בארך אפים, מתאוננים, patienti animo, toleranter, constanter, fortiter. *Cic. de Amic. c. 25.* Alterum patienter accipere, non repugnanter. *Id. Ep. Phil. c. 3.* Quæ tulisse illum fortiter, & patienter ferunt. *Id. l. 1. Fam. ep. 8.* Si quidem homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. *Val. Max. l. 4. c. 3. n. 11.* Ita patientissime Cato toleravit.

Patientia, æ, f. *pazienza*, *sofferenza*, סבלנות, אורך אפים, Germ. *gedult*, Gal. *patience*, Hisp. *paciencia*, ὑπομονὴ, tolerantia. *Cic. 2. de Invent. c. 54.* Patientia est honestatis, aut utilitatis causa rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio. *Id. 1. Cat. c. 10.* Habes, ibi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis, & frigoris. *Id. 1. Offic. c. 34.* Adolescentia a libidinibus arcenda est, exercenda in labore, patientiaque & animi, & corporis. *Id. Agrar. 2. c. 7.* Patientiam alicujus tentare. *Id. Catil. 1. cap. 1.* Abuti patientia. *Tacit. in Agric. c. 16.* Brittannum uno prælio veteri patientiæ restituit, *all' antica soggezione*, *e servitù*. ¶ Interdum in malam partem accipitur pro nimia tolerantia, seu cupiditate. *Plin. l. 6. ep. 31.* Maritum non sine aliqua reprehensione patientiæ amor uxoris retardabat. *Porcius Latro* apud *Senec. l. 2. Controv. 15.* Ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium stuporem arguat.

Patina, æ, f. *tegame*, מחבת, לצוחית, עפרה, λοπὰς, vasis genus, quo urebantur ad condiendos, & coquendos pisces, & alia. Vulgo confundunt cum lance, & desiniunt vasis genus, quo dapes elixæ, & jurulentæ in mensam feruntur. Atqui lanx Græce est πίναξ, patina vero λοπὰς; deinde lancibus & cibi simplices apponebantur, ut carnes assæ, fructus, & similia, patinis vero id factum nusquam legas, ut bene adverfus Guilandinum observat Scaliger, sed iis ad condiendos, coquendosque pisces, & alia utebantur. Itaque ut λοπὰδες, ita patinæ quoque operculum habebant. Id vel docemur proverbio hoc apud *Hieron.* Dignum patella operculum (V. *Operculum*) Nam patella est dim. a *patina*. *Plin. l. 23. c. 2. de face supa.* Decoquitur in patinis cum sale, & adipe. *Cic. Attic. lib. 4. ep. 8.* Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quam patina tyrotarichi. *Ter. Eun. 4. 7. 46.* Jamdudum animus est in patinis. ¶ In mensis quoque patinarum usus fuit. *Horat. l. 2. Sat. ult. v. 45.* Affertur squillas inter muræna natantes in patina porrecta.

Patinarius, a, um, λεκανοθέτης quod est in patina conditum, vel repositum. *Plaut. Asin. 1. 3. 28.* Vel patinarium, vel assum verfes. *Plaut. Menæch. 1. 2. 26.* Struices concinnat patinarias. *Id. Asin. 1. 3. 28. de pisce.* Eum quovis pacto condias, vel patinarium, vel assum. h. e. in jure coctum. ¶ Patinarius absolute dicitur gulosus, heluo. *Suetonius in Vitel. c. ult.* Alijs incendiarium, & patinarium voeiferantibus.

Patior, eris, passus sum, d. 3. *patire*, מתעמל, סבל, Ger. *leiden*, Gal. *souffrir*; Hisp. *sufrir*, *padecer*, πάσχω, fero, tolero, sustineo, a παθὼν. a. 2. inf. act. verbi πάσχω, sive a verbali ejus παθος. *Plin. l. 17. c. 20.* Semina fruticantia suppurare, & falcem pati confuescere. *Ter. Andr.* Qui me tam leni passus est animo usque adhuc. *Cic. 6. Phil. c. ult.* Alias nationes servitutem pati possunt. *Id. de Un. c. 6.* Mundus per se, & a se & patitur, & facit omnia. ¶ Sæpe ponitur pro sinere, permitterè, æquo animo ferre, & conjungitur cum adv. *facile*, *agre*, *indigne*, *molestè*, vel cum abl. *æquo animo*, *iniquo animo*. *Cic. Cat. 1. c. 5.* Non feram, non patiar, non sinam. *Id. Att. lib. 12.* Quem jam etiam gravius accusas, quam tua consuetudo patitur. *Id. pro Rosc. Am.* Quare facile omnes patimur, esse quam plurimos accusatores. *Hor. l. 1. od. 2.* Patiens vocari Cæsaris ultor. *Es od. 3.* Neque per nostrum patimur scelus Iracundia Jovem ponere fulmina. *Ter. Eun. 2. 1. 6.* Ne istuc tam inique patiare animo, *Id. Heaut. 5. 5. 13.* Non possum pati, quin tibi caput demulceam, *non posso contenermi*. *Plin. l. 18. c. 10.* Nec ulla segetum dilationem patitur propter teneritatem, *non permette, che si differisca*. *Tacit. 2. Ann. c. 48.* Ut honestam innocentium paupertatem levavit; ita prodigos, & ob flagitia egentes movit Senatu, aut spontè cedere passus est. h. e. effecit, ut cederent, vel jussit, *fece tanto, che ec.* ¶ Pati æqum dicuntur, quæ diu durant. *Col. l. 2. c. 10.* Reponitur in granario patitur æquum. ¶ Pati absolute pro degere, vivere mala ferendo. *Virg. Ecl. 10. v. 53.* Certum est, in silvis, inter spelæa ferarum malle pati. *Sen. Thyest. v. 468.* Immane regum est posse sine regno pati. ¶ Particip. passurus. *Nepos 5. cap. 1.* Negavit Elpinice, se passuram, &c. ¶ Partic. *patiendus* passiva significatione. *Ovid. 2. Amor. eleg. ult.* Lenius es, & Pateris nulli patienda marito. ¶ Patio, is, activa positione pro *patior*. *Nævius* apud *Diomed. l. 1. pag. 395.* Populus patitur: tu patias moto. *Vetus lex* apud *Cic. 3. de Leg. c. 4.* Doceri a magistratibus patiunto.

Patriscens, is, particip. fatiscens, hians. *Senec. ep. 94. versus fin.* Fulgores cœli patiscentis. Sic legit *Lipsius*.

Patmos, f. 2. Pathmos, *Palmosa*, al. *Petina*, πάτμος, inf. maris Icarii, al. maris Ægæi, una Sporadum, cum urbe. *Plin. l. 4. c. 12.*

Pator, oris, m. *apertura*, χάσμα, hiatus, & apertio, a *pateo*. *Apul. l. 3.* Quod altrinsecus ædium patore perfabili. *Scribon. Larg. Compos. 46. & 47.* Narium pator.

Patræ, arum, f. olim Aroe, Turc. *Badra*, & *Balubasbra*, idest veteres Patræ, *Patrai*, Πατραὶ; Col. & urbs Achaiæ, in Peloponneso, apud Rhium prom. & os sinus Corinthiaci, a *Patreo*, qui mœnia ampliavit. *Plin. l. 4. cap. 4. Ovid. 6. Met. vers. 447.*

* Patrastēr, stri, m. *patrigno*, πατρυιὸς, vitricus. Legitur in quibusdam lapid. apud *Murator. & alios.*

Patratio, onis, f. affectio, perfectio, consummatio alicujus rei. *Velleſ. l. 2. cap. 98.* Gentes ferocissimas in pristinum pacis redegit modum, ejusque patrationæ Asiæ fecuritatem reddidit, *conchiusione della pace*.

Patrator, oris, m. alicujus rei auctor, effector. *Tacit. Ann. 14. c. 62.* Visus idoneus materiæ necis patrator Anicetus. *Avien. in Arat. Phænom. v. 20.* Auctor agendorum, propriique patrator, &c.

Patratus, a, um, *perfectionato*, *condotto a fine*, עשוי, נשלם, תם, ποιητὸς, factus, perfectus, consummatus, partic. a patror. *Tac. l. 2. Ann. c. 66.* Maluit patrati, quam incepti facinoris reus esse. *Vell. l. 2. c. 21.* Commissum, patratumque prælium. Rursus *Tacit. Ann. 11. c. 28.* Multas mortes jussu Messalinæ patratas. *Id. 4. hist. c. 81.* Patrati remedii gloria penes Cæsarem. ¶ Pater Patratus. V. *Pater.*

Patrensis, e, ad Patram urbem pertinens. *Patrenses*, *ium*, sunt ejus urbis incolæ. *Cic. Fam. 13. ep. 19.*

Patria, æ, f. *patria*, אדמת מולדת, Germ. *vatterland*, Gal. *patrie*, Hisp. *patria*, πατρὶς, urbs, sive alius locus, in quo nati sumus. *Cic. 1. Offic. c. 17.* Charissimi parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patriæ una complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? *Id. 5. Tusc. c. 37.* Patria est, ubi bene est. ¶ Aliquando & provincia ipsa, ex qua orti sumus, patria vocatur. Unde *Sallust. in fra.* apud *Serv. ad Æn. 1. v. 384.* Hispaniam sibi antiquam patriam dixit. ¶ In plur. num. *Plin. l. 7. c. 26.* Neque enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant.

Patriānus, a, um, quod pertinet ad Patras urb. *Cic. l. 13. Fam. ep. 54.* Quod ei Patriana civitas decrevit, & dedit. *Al. leg.* Pariana, a Pario urbe Helleſponti.

Patriarcha, æ, m. *Patriarca*, אב, ראש אבות, Πατριάρχης, princeps parrum, vel primus pater. *Vopiscus in Saturn. c. 8.* mentionem facit de Patriarcha Ægypti, seu Alexandrino. ¶ Apud *Tert. de cor. mil. c. 9.* legitur *Patriarches* in recto singulari.

Patrice, adv. *da gentil uomo*, πατρίως, more patricio, nobiliter, apud vet. *Plaut. Cas. 3. 6. 4.* At ar cœlo magnifice, patriceque, amiceque hero meo ireadvorsum:

Patriciātus, us, m. Patriciorum dignitas. *Suet. in Aug. c. 2.* Ac rursus magna vi per D. Julium in Patriciatum rediit. ¶ Alia fuit Patriciatus dignitas Constantini M. & sequentium Imperatorum tempore; erant enim ejus ætatis Patricii Imperatorii ipsi honore proximi, ejusque amici & consiliarii. V. *Cassiod. l. 8. ep. 9.* de honore Patriciatus.

* Patricida. V. Parricida.

Patricii, m. 2. *Patrizii*, Δυναστεῖαι, אצילים, qui a primis illis Patribus, qui a Romulo, vel ab aliis postea electi sunt, oriundi erant; ita dicti, qua Patribus essent progenies. *Liv. l. 1. c. 8.* Patres ab honore, Patricii, qui progenies eorum, appellati. ¶ Quidam dicunt, Patricios vocatos esse, quod patres suos esse possent, iidem etiam Patricios primis Urbis initiis aliud nihil fuisse, quam ingenuos asserunt. *Cincius* apud *Festum*, *P. Decius* apud *Liv. l. 10. c. 8.* ¶ Differebant a Senatoribus. Non enim omnes Patricii Senatores erant, ut perspicuum est de fœminis, pueris, & pauperibus. Et præterea etiam ex plebe in Senatum legi cœperunt. *Tac. Ann. 11. c. 25.* Isdem diebus in numerum Patriciorum adsciti Cæsar verustissimum quemque ex Senatu. ¶ Patricii haud secus, ac Patres, alii majorum, alii minorum erant gentium. Majorum gentium patricii dicti sunt, qui a primis illis patribus a Romulo allectis sunt profecti: minorum gentium, qui a patribus Conscriptis, seu Allectis orti sunt. *Tac. loc. cit.* Paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverunt. V. ibi *Lipſ.* ¶ Exire a Patriciis, est fieri Plebejum. *Cic. pro Dom. c. 14.* Sed ut e Patriciis exeat, ut Tribunus Plebis fieri possit. ¶ Flara de Patriciis V. apud *Sigon. de antiq. jur. Civ. Rom. l. 1. c. 7. Panvin. in 1. Fast. & Manut. de orig. Senatus.* ¶ Diversi generis Patricii erant illi, qui a Constantino M. instituti fuerunt, & sequentium Imperatorum temporibus celebrantur. V. *Patriciatus.*

* Patricidium, dim. a *patricida*. Agnoscitur a *Prisician. l. 3. p. 610. Putsch.*

Patricius, a, um, πατρίκιος, quod ad Patricios spectat, ut Patricia familia, Patricius patricius, &c. *Cic. ad Brut. ep. 5.* Dum unus erit patricius Magistratus. *Vellej. l. 2. c. 59.* Patricia genitus familia. ¶ Patricius, vicus Romæ, quod ibi Patricii habitaverint, jubente Serv. Tullo, ut si quid adversus ipsum molirentur, ex locis superioribus opprimi possent.

Patricus casus, h. e. genitivus, legitur apud *Varron. l. 7. L. L. c. 37. & l. 8. c. 37. & 46.* bis, ubique tamen alii leg. *patrius*.

Patrie, adv. *da padre*, affectu paterno. *Quinct. l. 11. c. 1.* Ut eum non inimice corripere, sed patrie monere videatur.

Patrimis, e, adj. pro patrimus. *Festus.*

Patrimoniālis, le, adj. *patrimoniale*, apud JCros, ut patrimoniale munus, 1. *Dig. de mun. & honor.*

Patrimoniōlum, li, n. parvum patrimonium. *Hieron. ep. 10. ad Fur. ad fin.* Patrimoniolum meum quotidie perit.

Patrimonium, nii, n. *patrimonio*, *beni paterni*, ירושה, אחוזה, δοτὸν, bona paterna, hæreditas a patre relicta. *Cic. pro Rab. Poſth. c. 4* Laurum, & cognosum patrimonium. *Id. pro Flac. c. 36.* Dissipare patrimonium convivijs. *Id. 2. Off. c. 15.* Patrimonium effundere. *Quinct. l. 5. c. 10.* Patrimonium exhaurire. ¶ Patrimonium Principis duplex erat, publicum, quod bona fiscalia complectebatur; privatum, quod bona propria, seu patrimonialia. Ex quo intelliges locum illum *Justin. l. 2. c. 10.* de privato Darii patrimonio, & *Jul. Capitolin. c. 7.* de patrimonio privato Antonini Pii. Huc referendum est illud *Ulpian. l. Cum. servus in fine. dig. de Legat. 1.* Prædia in fundum patrimonii redacta. *h. e.* publica facta; hic enim nomine *patrimonii* intelligitur fiscus.

Patrimus, a, um, ille, cui pater superstes est. Illi, quibus uterque parens in vivis erant, conjunctim patrimi, & matrimi appellabantur. Dicebantur autem vel patrimi matrimi, vel patrimi, & matrimi, quomodo vocantur in veteri inscriptione p. 121. edit. Gruter. *Liv. l. 37.* Patrimi omnes, matrimique ad id sacrificium adhibiti. *Catull. epigr. 1.* Patrima virgo, h. e. Minerva. *Tacit. 4. hist. c. 53.* Cum puellis puellisque patrimis, matrimisque.

Patrisso, as, avi, atum, n. 1. patrem imitor, πατριάζω, πατρικίζω. *Ter. Adelph. 4. 2. 25.* Laudo, Crespho, patrissas. *Plaut. Pseud. 1. 5. 27.* Miraris, si patrissat filius? ¶ Scribitur & *patrizo*.

Patritus, a, um, πατρῶος, quod est patris, ut avitus quod est avi. *Cic. 1. Tusc. cap. 19.* Hæc enim pulchrinodo etiam in terris patritam illam, & avitam, ut ait Theophrastus, Philosophiam excitavit. Alii leg. *patriam*. *Varro* apud *Non. c. 2. n. 703.* Patrito, & avito more precabamur. Afferur & locus *Plaut. Mil. 3. 1. 190.* seu dubia est lectio.

Patrius, a, um, *patrio*, *natio*, πατρικὸς, quod est patriæ, vel patris. *Cicer. pro Flac.* Ut sensum jam percipere possit ex mœrore patrio. *Id. 1. de Or. c. 18.* Hic enim est mos patrius Academiæ adversari semper omnibus in disputando. *Virg. 3. Æn. v. 332.* Patrias ad aras. *Id. 6. Æn. v. 508.* patria decedens ponere terra. ¶ Patrius casus dicitur a Grammaticis casus genitivus, fortasse quod a recto tamquam a patre oriatur. ῾. *Patricus*.

Patrizo. V. *Patrizida*.

Patro, as, avi, atum, a. 1. *πατδοποιῶ*, יוליד, עשה, proprie notat rem veneream consummare, liberis operam dare, a *pater*; *Perf. sat. 1. v. 18.* patranti fractus ocello. ¶ Frequentius tamen accipiur pro rem quamvis perficere, aliquid jam inceptum ad finem perducere, vel simpliciter pro efficere, *fare*, *condurre a fine*. *Sall. in Catil. c. 59.* Si Romæ socii cœpta patravissent. *Liv. l. 23. c. 8.* Si forte abesse, dum facinus patrarur, melis. *Art. l. 1. ep. 14.* Patrare promissa. *h. e.* præstare. *Tacit. 4. hist. c. 83.* Patrare jussa, *h. e.* exequi. ¶ Patrare bellum, dictum est a *Sallust. Vellej. Tacit. & Flor. l. 2. c. 15.* quam phrasim sancte & antique usurpari affirmat *Quintil. l. 8. c. 3.* licet, inquit, a nobis rideantur, si diis placet: quam culpam non scribentium quidem judico, sed legentium, tamen vitandam. Hæc *Quinctilianus* ideo scripsit, quia verbum hoc obscenam etiam, ut dictum est, habuit notionem. ¶ Patror, aris, deponenti forma videtur esse illud *Lucretii l. 5. v. 386.* Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur. Quod tamen si attente expendatur, non satis rem conficit.

Patrocinium, nii, n. *patrocinio*, חנן, Ger. *schutz*, Gal. *defense*, *protection*, Hisp. *padronazgo*, συμπρονοία, protectio, tutela, defensio. *Fest.* Patrocinia appellari caperunt, cum plebs distributa est inter Patres, ut eorum opibus tuta esset. *Cicer. 2. Off. c. 2.* Itaque illud patrocinium orbis terræ veritas, quam imperium, poterat nominari. *Id. 1. de Orat. c. 57.* Arripere patrocinium æquitatis. *Id. 1. de nat. Suscipere patrocinium. Id. 2. de Fin. c. 21.* Repudiare patrocinium voluptatis.

Patrocinor, aris, atum sum, d. 1. *difendere*, *proteggere*, הגן, Ger. *einen vertheidigen*, Gal. *defendre*, *proteger*, Hisp. *defender*, συμπρονοῶ, imbecilliorem protego vel verbo, vel facto. *Quinct. l. 2. c. 4.* Sic, ut non homini patrocinemur, sed fidei. *Pl. l. 14. c. 4.* Patrocinante vicinitate. *Auct. de B. Hisp. c. 29.* Adversarii patrocinari loco iniquo non desinunt, *difender il posto*.

Patrocliānus, a, um, adject. a Patrocio. *Martial. l. 2. epigr. 78.* Sellas aut petit Patrocilianas. Ubi publicas quasdam Romæ latrinas intelligere videtur.

Patrōclus, m. 2. πατρόκλος, Menœtii filius, & Stheneles, qui occiso per ludum astragalorum Cleonymo, seu, ut aliis placet, Æane Amphidamantis filio, solum vertens, Phthiam venit, ubi a Peleo propter genetis propinquitatem susceptus est, & una cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem archisima amicitia junctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Trojanam profectus est, ubi armis Achillis indutus, quo tempore ille iratus Agamemnoni propter ereptam sibi Briseidem bello abstinebat, cum Hectore pugnans, ab eodem confossus occubuit. Quod cum resciviſſet Achilles, acceptis a Theride matre aliis armis a Vulcano fabricatis, ad bellum rediit, amici mortem vindicaturus, Hectoremque interfecit.

Patrōna, æ, f. quæ aliquem defendit. *Teren. Eun. 5. 2. 48.* Te mihi patronam cupio, Thais. *Cic. 2. de Orat. c. 48.* Provocatio patrona illa civitatis, ac vindex li-

bertatis. *Martial. l. 7. epigr. 71.* Ut vocem mihi commodes patronam. Ubi videtur adjective usurpari.

Patronālis, le adject. ut verecundia Patronalis, h. e. quæ patrono debetur, *l. 20. ff. de donat.*

Patronatus, us, m. patrocinium humilium, & pauperum. Jus patronatus a Romulo originem habuit. Nam postquam populum in Patricios, & Plebejos divisit, & fancivit, ut Patricii aulpicia haberent, sacra curarent, Magistratus gererent, jus dicerent, secum &cmp. administrarent, Plebeji agros colerent, pecus alerent, artes quæstuosas exercerent; ne teditiones orirentur, Patricios patronos Plebis, Plebejos clientes Patriciorum esse constituit, commendans Plebem Patribus, & unicuique de Plebe liberam optionem cribuens, ut sibi, quem vellet, patronum eligeret. Hoc igitur sanctissimum necessitudinis vinculum, quo Patricios, & Plebejos inter se astrinxit, ex parte Patriciorum *patronatum*, ex parte plebejorum *clientelam* appellavit. *Dionys. l. 2. Manut. de orig. Sen. Sigon. de ant. jur. C. R. l. 1. c. 7.* De jure Patronatus mentio sæpe fit a JCris *l. 3. & 21. ff. l. 14. l. 37. Digest.* & *in Cod. l. 1. tit. 3. leg. 20.*

Patrōnus, ni, m. *tutore*, *difensore*, שומר, עזר, Ger. *ein furſprach*, *beschirmer*, Gal. *defenseur*, *advocat*, Hisp. *patron*, *defensor*, προστάτης, qui aliquem in periculo defendit, quia patris sit loco. *Fest.* ¶ Proprie patroni apud Romanos Patres, seu Patricii fuere, ex Romuli instituto, qui Patricios patronos Plebis, Plebejos Patrum clientes esse constituit. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 7. Cic. pro Sext.* Qui propter salutem illius urbis Consulatu conservatam meo me unum patronum adoptavit. ¶ Quoniam vero patronum officia fuere, ut clientes omnibus in rebus tuerentur, ac potiſſimum ut iis incognita jura traderent, cautumque eorum in foro, re poſtulante, defenderent, factum est, ut patronus pro oratore, five actore causarum usurparetur. *Pedianus in Divin. Ver. c. 4.* Qui defendit aliquem in judicio, aut patronus dicitur, si orator est, aut advocatus, si jus suggerit, aut præsentiam suam accommodat amico, aut procurator, si negotium suscipit, aut cognitor, si præsens causam novit, & sic tuetur ut suam. *Cic. 2. Off. c. 14.* Judicis est semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile, etiamsi minus sit verum, defendere. ¶ Est etiam *patronus* correlativum *liberti*, & sumitur pro domino, qui servum libertate donavit. *Cic. l. 13. Fam.* Quod est in patronum suum officio, & fide singulari. *Id. 13. Fam. ep. 21.* Ut Antonium libertum in patroni ejus negotio tueare. ¶ Translate pro quovis defensore positum. *Cic. pro Balbo. c. 10.* Patronæ fœderum, & fœderatorum. *Id. pro Sylla. 21.* Patronus consiliæ. *Id. Tusc. 3.* Patronus ætatis. *Id. de Amic. c. 7.* Patronus justitiæ.

Pat

pavidus, a, um, *timide*, חָרֵד, Ger. *furchtsam*, Gal. *craintif, peureux*, Hisp. *medroso*, πτοιώδης, qui natura timidior est, qui semper timet. *Virg. Æn.* Stant pavidæ in muris matres. *Sil. l.10. v.65.* Talin' pavidissime, dignum Me vita, pulchraque indignum morte putasti? *Pl. l.11. c.37.* Quos pavidiores accepimus. ¶ Pavidus etiam dicitur, qui pavidos facit. *Ovid. l. Fast. v.16.* pavidos excute corde metus. *Luc. l.2. v.44.* Pavidæ religiones. *Stat. l.3. Theb. v. 567.* pavidi ferus incola lueri. ¶ *Pavidum* adverbialiter pro pavide. *Ov. 9. Met. v.568.* Deque suis unum famulis pudibunda vocavit, Et pavidum blandita, &c.

pavimentarius, ii, m. pavimentorum faber, unde Collegium pavimentariorum in vetusta Inscript. apud *Murator. p. 527.*

Pavimentātus, a, um, in quo pavimentum stratum est, partic. a pavimentor. *Cic. pro Dom.* In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat. Addе *ad Q. Fr. l.3. ep. 1. c.1.*

Pavimento, as, avi, atum, a. 1. *face pavimente*, Ger. *ein esterich schlagen*, Gal. *paver*, Hisp. *echar suelo*, ἐδαφίζω, pavimentum facio, pavimento sterno. *Plin. l.17. c.4.* Ergo pavimentandum, ubi fata sit, censent.

Pavimentum, ti, n. *pavimento, terraccio*, קַרְקַע, Ger. *ein esterich*, Gal. *pavé*, Hisp. *suelo de casa*, ἔδαφος, domus solidamentum, sive incrustatio, quam gradiendo calcamus, a *pavio. Cato c.18. R.R.* Ibi de testa arida pavimentum struito, ubi structum erit, pavito, fricatoque, oleoque perungito, uti pavimentum bonum fiet. *Juv. Sat.14. v.60.* Verre pavimentum, & nitidas ostende columnas. *Cic. Q. Fratr. l.3. epist. 1. c. 1.* Pavimentum facere. ¶ Pavimentorum plura apud veteres genera recenset *Pl. l.36. c.25.*

Pavlo, is, ivi, itum, a. 4. *percuotere*, הִכָּה, Ger. *schlagen, gleich machen*, Gal. *paver, battre la terre*, Hisp. *pisonar la tierra*, πάω, percutio, cædo, tundo, apud vet. a verbo Græco allato, inserto *v* consono, quomodo ab αἴω, est *æmum. Cat. c.18.* Ubi structum erit, pavito. *Cic. a. de Div. c.34.* Necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pavire.

Pavitatio, onis, f. trepidatio. *Apul. de Mundo.* Quorum pavitatione quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant.

Pavitensis. V. Levidensis.

Pavito, as, avi, atum, a. 1. *temer molto*, πτοέομαι, valde timeo, freq. a *paveo. Lucr. l.2. v.57.* Quæ pueri in tenebris pavitant. *Ter. Hec.3.1.40.* Uxorem Philumenam pavitare nescio quid diserunt.

Pavitus, a, um, pectus, calcatus. *Col. l.1. c.6.* Pavitumque solum habet. *Pl. l.9. c.10.* Terra pavita, & complanata.

Paullatim, vel Paullatim, adv. *a poco, a poco*, מְעַט מְעַט, Germ. *nach und nach, allgemach*, Gal. *peu à peu*, His. *poco a poco*, κατὰ μικρόν, sensim, leniter. *Cel. Cic. l.8. Fam. ep.17.* Cujus amicitia me paulatim in hanc perditam causam impofuit. ¶ Reperitur cum genit. pro paululum. *Cato, 47.* Aquæ paulatim addito.

Paullānus, i, um, adj. a Paulo, nom. proprio, ut Pauliana responsa, h. e. Pauli JCti, *in præf. in Pandect. ad Anteccess. §. 5.* Sic Pauliana victoria. *Valer. Max. l.8. cap. 11. n. 1.* h. e. a L. Paulo parta.

Paulinus, a, & Paulina, æ, nomen Romanum, ut Suetonius Paulinus, Lollia Paulina, &c. apud *Tac.* & *Plin.* ¶ Paulinus Episcopus Nolanus scripsit epistolas, & carmina, floruitque circa sæculi IV. finem, & initium V. Autonii discipulus fuit, & amicus, V. *Auson. epigr. 24.* ¶ Paulinus alter, Petrocorius (vel Petricordius) dictus a Petrocorio Aquitaniæ oppido, scripsit metro vitam S. Martini, vixitque Sæc. V. annis circiter 40. post Nolanum.

Paullisper, adv. *poco tempo, per poco tempo*, מְעַט, Ger. *ein kleine zeit, wenig zeits*, Gal. *un peu de temps*, His. *un rato*, ὀλίγον χρόνον, valde paulum temporis. *Cic. 1. de Leg.* Paullisper facessant, rogamus. *Ter. Heaut. 2. 2. in fin.* Paullisper mane. *Plaut. Bacch. 3. 3. 12.* Paullisper est libido homini suo animo obsequi. ¶ Scribitur & *paullisper.*

Paulo, & Paullo, adv. *un poco*, מְעַט, יְעִיר, ὀλίγῳ, idem ac paulum, nisi quod *paulum* positivus, *paulo*, comparativis, & præp. *ante*, & *post* jungitur. *Cic. 2. Ver.* Ego autem Ædilis, hoc est paulo amplius, quam privatus. *Id. 8. Ver.* Imo vero modo, ac plane paulo ante vidimus. *Id. de Or.* De quibus paulo post dicemus. *Cæs. l. 1. B.C. c.20.* Post paulo tamen cognoscunt. ¶ Paulo magis interdum ponitur pro minium. *Cic. in Brut. c 21.* Et lubenter verbis etiam uti paulo magis priscis. ¶ Paulo mox, est statim, cum parvo intervallo. *Pl. l.18. c.28.* Sicut paulo mox docebimus.

Paullātim, adv. dim. a paulatim. *Apul. l. 1. Met.* Paullulatim labellis minuens. Alii aliter legunt.

Paullŭlo, aliquantum, *un pochetto. Lucejus ad Cic. Famil. 5. epist. 14.* Valeo paululo deterius.

Paullŭlum, seu paullŭlum, adv. *alquanto, un pochetto*, מְעַט מְזֹעָר, ἐπὶ μικρόν, paullisper, dim. a paullum. *Ter. Eun.* Paullulum operirier si vis. *Cic. 4. Acad.* Et paullulum ante dicendum est.

Paullŭlus, seu paullŭlus, a, um, *pochetto*, μικρός, parvus, exiguus, dim. a *paulus*, quod a *parvus. Ter. Adel.* Agelli hic sub urbe est paullulum. *Liv. l.8. c.11.* Pro paullula via magnam mercedem Romanis esse solvendam. *Liv. l.35. c.11.* Equi, hominesque paululi, & graciles. *Cic. Tusc. 5. c.8.* Habeo paullulum, quod requiram.

Paulum, five paullum, adv. *poco*, ἐπὶ μικρόν, dim. a *parum. Ter. Eun.* Quasi vero paulum intersit. *Cic. 1. Acad.* Paulumque cum ejus villa abesse mus. *Quinc. l. 12. c. 3. ad fin.* Paulum aliquid in scholis federunt.

Paulus, vel Paullus, m. a. Παῦλος, cognomen gentis Æmiliæ, Latine pusillus exponitur. Hoc cognomine celeberrimus est L. ille Æmilius, qui in prælio Cannensi pro patria occubuit. *Cic. 2. de Div.* Item Africani minoris pater. *Cic. in Brut.* Item ille, qui Persen vicit. *Cic. 1. Agr. 4. Catil. pro Mur.* &c. ¶ Jul. Paulus Jurisconsultus Patavinus fuit, auditor Papiniani, tempore Alexandri Severi.

Paulus, seu paullus, a, um, idem ac parvus, vel paucus. *Plaut. Curc. 1.2. 31.* Varius de paullo hoc paullulum dabo tibi. *Ter. Andr. 1. 5. 31.* Paulo momento huc, illud impellitur. *Id. And. 5. 3. in fin.* pro pecatis magno paulum supplicii satis est patri. ¶ *Post paulum*, est paulo post. *Quinct. l.9. c.4.* Sed de propositorum diversitate post paulum.

Pavo, onis, m. *pavone*, תּוֹכִי, Ger. *ein pfau*, Gal. *un paon*, His. *pavon*, πάων, avis vario pennarum fulgore conspicua, quam Poetæ Junonis tutelæ assignarunt, a græca voce allata. Junoni sacra esse dicitur, cujus illa caudam ornasse fingitur oculis Argi a Mercurio interempti. V. *Ov. 1. Met. fab.13.* ¶ Tradunt, hanc avem gloriosam esse. Laudata enim expandit colores adverso maxime Sole. Malevola etiam est, quippe quæ simum suum reforbet invidens hominum utilitati. *Ovid. l.1. de ar. am. v.627.* Caro ejus diutissime incorrupta servatur. V. *Plin. l.10. c.20. Juv. Sat.1. v.142.* Et crudum pavonem in balnea portas. ¶ Fœmina dicitur pava. Sed tamen uterque sexus pavo appellari potest cum appositione horum nominum *masculus*, & *fœmina. Col. l.8. c.11.* Masculus pavo gallinaceam falacistratem habet. Et *paulo post*: Nam pavones fœminæ, quæ non incubant.

Pavonacĕus, a, um, quod pavoni simile est. *Pl. l.36. c.22.* At quæ vocant pavonacea legendi genera. Alii legunt *pavimentata*. h. e. pavimentorum more constructa.

Pavonīnus, aum, quod ex pavone est, ut Muscarium pavoninum, ex pavonum caudis confectum. *Col. l.8. c.5.* Pavoninum ovum. *Var. l.3. R.R. c.9.* Si ova gallinis pavonina subjicies. Quidam leg. *pavonia*.

Pavonĭus, V. Pavoninus.

Pavor, oris, m. 3. *paura*, פַּחַד, חֲרָדָה, Germ. *ein grosser schreck und forcht*, Gal. *peur*, His. *miedo*, δέος, timor. *Cic. 4. Tusc. c. 8.* Pavorem, metum mentem loco moventem, ex quo illud Enni, Tum pavor fapientiam mihi omnem ex animo expectorat. *Virg. 3. Georg.* haurit corda pavor pulsans. *Liv. l.24.* Pavor que circa eam spectare milites. ¶ Pavorem, & Pallorem Tullus Hostilius Deos consecravit. *Liv. l.1. c.27. August. de C.D l.6. c.10. Lactant. l.6. c.20.*

Pauper, eris, m. *povero*, אֶבְיוֹן, רָשׁ, עָנִי, Geim. *arm, durftig*, Gal. *pauvre*, His. *pobre*, πένης, inops, indigens, tenuis, cui parva, & angusta res familiaris est, a πάυρος, paucus. *Cicer. in Parad.* Inopes, ac pauperes existimandi sunt, *Sen. l. 1. Thyest.* Lis est de paupere Regno. *Horat. lib. 2. Sat. 3. v.132.* Pauper Opimius argenti potiti intus, & auri. *Cic. in Vatin. c. 12.* Sis ne ex pauperrimo dives factus in illo ipso anno. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 2.* Et carmen vena pauperiore fluit, h. e. steriliore. *Quintil. l. 10. c. 5.* Pauper, & jejuna eloquentia. *Plaut. Rud. 5. 1. 17.* Pauperes res. *Ter. Andr. 4. 5.* Quæ esse inhonesta optavit parare hic divizias potius, quam in patria honeste pauper vivere. Sunt qui legunt *paupera*. Invenitur enim & *pauper, ra, rum. Plaut. in fragm.* Paupera hæc est mulier. *Col. Aurel. Tard. l. c.1.* Caput canibus pauperum. *Varro* tamen *l. 7. de L. L.* improbat hujusmodi terminationem.

Pauperātus, a, um, adj. *impoverito. Sid. l.6. ep.12.* Defectio civium pauperatorum.

Pauperclus, a, um, *poverello. Ter. Heaut. 1. 1. 44.* Est e Corintho hic advena anus pauperula. *Var. l.1. de R.R. c.17.* Ut plerique pauperculi cum sua progenie.

Pauperies, ei, f. 5. עֹנִי, πτωχεία, idem ac paupertas. *Hor. l.3. od.24.* Magnum pauperies opprobrium juber quidvis & facere, & pati. ¶ Pauperiem facere, *dannegiare*, est damnum inferre, propter quod quis pauperior fiat. Hinc *tit. in Pandect. l.9. tit.1.* Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Pauperius, adv. comparativ. *più poveramente. Tert. de cul. fæm. c.11.* Ex quo facta est Christiana, pauperius incedit.

Paupĕro, as, avi, atum, a. 1. *impoverire*, πτωχὸν ποιῶ, רוּשׁ, pauperem facio. *Plaut. Pseud. 4. 7. 27.* Boni viri me pauperant, improbi alunt. ¶ Usurpatur etiam cum accus. & ablat. pro privare. *Hor. l.2. sat.5. v.13.* Quam te contemptum cassa nuce pauperet.

Paupertas, atis, f. *povertà*, חֹסֶר, מַחְסוֹר, חִסָּרוֹן, Ger. *armuth, mangel*, Gal. *pauvreté*, His. *probreza*, πενία, paupertis conditio, egestas, inopia, angustia rei familiaris. *Var. l.1. L. L.* Pecunia, quæ erat parva, ab ea paupertas dicta est. *Cicer. 2. Off.* Vita, mors, divitiæ, paupertas omnes homines vehementissime permovent. ¶ Pauperatem quidam ab egestate ita distinguunt, ut egestas sit, quando ad victum necessaria desunt, paupertas, quando licet non sint opes, tamen necessaria suppeditent. *Mart. l.11. epig.33.* Non est paupertas, Nestor, habere nihil. *Cicer. in Parad.* Itaque istam pauperatem, vel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti. ¶ In plur. num. *Var.* apud *Non. c.2. n.714.* Horum temporum divitias, & illorum paupertates. ¶ Paupertas a poetis Dea fingitur, filia Herebi, & Noctis. *Boce. l.1. Gen.*

Paupertatŭla, æ, f. *Hieronym. in epitaph. Marcellæ ad Princip. virgin. in fin.* Et te paupertatulæ suæ reliquit hæredem.

Paupertīnus, a, um, idem ac pauper. *Var.* apud *Non. c.2. n.715.* Quod si paupertina sit elegantia. *Gel. l.20. c.1.* In jus vocato paupertino homini.

Pausa, æ, f. *pausa*, פֶּרֶק, אַחְנָתָא, Germ. *ruhe, stillhaltung*, Gal. *pause*, Hisp. *pausa*, παύσις, παῦρε, παυσεσθαι, cessatio, requies alicujus rei, a prima voce græca allata, quæ a πάω, *cesso*. In veteri quadam inscriptione *pausa* gemino *ſſ* legitur. *Plaut. Rud. 4. 6. 1.* Aliquando osculando melius est, uxor, pausam fieri. *Lucr. l.3. v.944.* mortem vocat frigidam vitæ pausam. ¶ Usus fuit hujus vocis in sacris Isidis, in quibus, qui Anubis simulacrum circumferebant, subinde subsistere solebant, ut commodius hymnos in ejus laudem canerent. *Spart. in Caracc. c.9.* Cum Antoninus Commodus ita ea (sacra Isidis) celebraverit, ut & Anubin portaret, & pausas ederet.

Pausabĭlis, le, adj. subinde cessans, ut pausabilior inspiratio, *Cel. Aurel. Acut. 2. c.13.*

Pausārius, m. 2. πελεδνὸς, portisculus, ille, qui modos dat remigibus, a *pausa*, quia pro ejus imperio remiges vel remigare incipiunt, vel pausam faciunt. *Senec. ep.56.* Ut audire vel pausarium possim voce acerbissima remigibus modos dantem. ¶ Pausarii item dicti sunt Isidis Sacerdotes, qui in ejus Deæ sacris pausas explebant. V. Pausa. *Vet. Inscript. apud Salmas. in Spartiani Caracc. c.9.* Corpora pausariorum, & argentariorum Isidi, & Osiri mansionem ædificavimus. Ita explicat ibi *Salmasius*.

Pausātio, onis, f. cessatio, pausa. *Plin. Valer. l.1. c.41.* Post pausationem cœnæ.

Pausātus, a, um. *Arnob. l.5.* Et fauciat pectus pausatæ circa arboris robur. Ubi alii leg. *pausare*, h. e. per pausas, certo modo, πεπαυμένος. Nam quid sit pausata arbor, non constat apud interpretes.

Pausīa, f. 1. genus olivæ, a *paviendo*, quia non emittit oleum, nisi antequam molæ subjiciantur, paviatur, seu tundatur, ut *Sarv.* tradit in 2. *Georg.* & *Isid. l.17. c.7. Columb. l.5. c.8.* & *l.12. c.48. Virg. 3. Georg. v.86.* Et amara pausia bacca. Legitur & *pausea*.

Pausĭcens, a, um, adj. ad Pausiam pictorem pertinens. *Hor. l.2. sat.7. v.95.* Vel cum Pausiaca torpes insane tabella.

Pausĭas, æ, pictor Sicyonius, cujus tabulam Lucullus duobus talentis emit. V. *Plin. l.35. c.11.*

Pausĭlўpum, i, n. villa Campaniæ prope Neapolim, ita dicta ab amœnitate; scilicet ἀπὸ παύσεως τῶν λύπης, a curæ, mœrorisque cessatione. *Pl. l.9. c.53.*

Pausō, as, avi, atum, n. 1. *cessare*, חָדַל, שָׁבַת, *desisto*, quiesco, a pausa. *Plaut. Trin. 1.2.250.* Pausa, vicisti castigatorem tuum.

Pausulāni, m. 2. pop. Piceni, quorum ager Pausulensis, & pag. *Pausuli*, in agro Firmano. *Pl. l.3. c.13.*

Pausus, i, Deus pausam, & quietem afferens. *Arnob. l.1.* Vide *Turneb. l.15. c.21.*

Pavus, i, masc. idem ac pavo. *Gel. l.7. c.16.* Pavus e Samo præstantior est.

Pauxillātim, adv. *a poco a poco*, κατὰ μικρόν, paululum, sensim, pedetentim. *Plaut. Epid. 2.2.63.* Cœpi sursum vorsum ad illas pauxillatim accedere.

Pauxillisper, adv. paulisper. *Plaut. Truc. a. 5. v. 21.* Plus decem pendo amotis pauxillisper perdidi.

Pauxillo, adv. dim. a paulo, *un pochettino. Cels. l.5. cap.28.* Medium habet pauxillo levius.

Pauxillŭlum, adv. *un pochettino. Plaut. Rud. 5.4.29.* Occipito modo illis afferre vim joculo pauxillulum.

Pauxillŭlus, a, um, dim. a pauxillus. *Ter. Phorm. 1.1.3.* Jampridem apud me reliquum pauxillulum nummorum. *Plaut. Stich. 1.3.9.* Pauxillulam famem. *Gel. in præf.* Pauxillulas admonitiones.

Pauxillum, adv. paruum admodum, a *paululum. Plaut. Capt. 1.2.73.* Sed si pauxillum potes contentus esse.

Pauxillus, a, um, *pochino*, ὀλίγος, dim. a paulus. *Lucr. l.1. v.835.* Ossa pauxilla, atque minuta. *Plaut. Pœn. 3.1.62.* Res est pauxilla.

Pax, acis, f. *pace*, שָׁלוֹם, Ger. *fried, ruh, versehnung*, Gal. *paix*, His. *paz*, εἰρήνη, publica tranquillitas, a *pacis*, per contractionem, quomodo *vox* est e vocis, *Rex* e Regis, *dux* e ducis, &c. *Pacis* autem est a *pacere*, five *pagere*. Sic enim veteres, *Fabio* teste, dicebant pro pangere. *Cic. 3. Phil.* Pactio pacis. *Id. 3. Offic. c.8.* Pacem cum Samnitibus fecerant. *Id. 10. Fam. ep.27.* Pacem inter aliquos conciliare. *Liv. l.30. c.35.* Pacem imperrare. *Id. l.2. c.13.* Pacem componere. Rursus *Cic. Phil. 7. c.8.* Pacem cum aliquo habere. *Id. de Senect.* Ad pacem inclinare. ¶ Usurpatur & in plur. num. *Var.* apud *Non. c.2. n.621.* Quibus de causis, & quemadmodum constituerint paces. *Hor. l.2. ep.1.* Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi. ¶ Interdum sumitur pro quacumque quiete. *Cic. in Somn.* Quæso, ne me somno excitetis, & pax sit rebus. ¶ Item pro venia. *Virg. 3. Æn.* Sed voris, precibusque jubent expofcere pacem. ¶ Item pro propitiatione. *Virg. 4. Æn.* Pacemque per aras exposcunt. ¶ *Pace tua*, vel *pace alicujus*, honestus est reprehendendi modus, prius capta venia, ideſt tua venia, te non irascente, te non læso. *Ter. Eun.* Pace quod fiat tua. *Cic. in Tusc.* Pace tua dixerim. *Id. 1. de Or.* Pace horum dixerim. *Vellej. l.2. c.129.* Pace majestatis ejus dixerim. ¶ Pax etiam adverbium Comicum est, & significat tantummodo, vel silentium aut quietem, imperantis vim habet. *Ter. Heaut. 4.3.* Unus est dies dum argentum eripio, pax, nihil amplius. *Plaut. Mil. 3. 1.212.* Quam nominibus? Pa. Glyceram. Pl. Nempe eamdem, quæ dudum constituta est. Pa. Pax, abi. ¶ *Flor. l.4. c.2.* Ubi pax fluminis redit. *b. e.* ubi exundatio desit, & flumen non amplius infestum fuit. ¶ Pax ab Romanis pro Dea habita, & culta est. *Ov. 1. Fast. ad fin.* Ejus templum magnificentissimum Romæ fuit prope forum. *Suet. in Vespas.*

Paxæ, arum, insulæ duæ in Jonio mari. *Pl. l.4. c.12.*

Permitto, is, i, ssum, a. 3. *permettere, concedere*, נָתַן, Germ. *verschuiken, vverlaer schicken*, Gal. *permettre, envoyer*, Hisp. *permittir, ἐπιτρέπω*, sino, concedo, potestatem facio. *Cic. pro Syll. c. 26.* Permitto aliquid iracundiæ tuæ. *Id. 4. Verr.* In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ, summæque faciendæ Censori permittitur. *Id. Ast. l. 16.* Quibus & lege, & S. C. permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent. ¶ Sumitur etiam pro committere. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 9.* Totum ei negotium permisi. ¶ Item pro condonare. *Cic. pro Sext. cap. 33.* Eas se dixit & temporibus, & Reip. permissurum. ¶ Item pro dedere. *Cæs. B. G. cap. 3.* Se, suaque omnia in fidem, atque potestatem P. R. permittere. *Liv. l. 36. c. 28.* Nos ipsos, nostraque omnia populi R. permittimus fidei. *Id. l. 31. c. 17.* Quibus cum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus respondiset, &c. *Se non si arrendevano a discrezione.* ¶ Item pro transmittere. *Col. lib. 7. c. 3.* Hoc genus calci potest etiam trans maria permitti. ¶ Item pro immittere, incitare. *Liv. l. 3. cap. 61.* Concitant equos, permittuntque in hostem. *Sisenna* apud *Non. c. 2. n. 710.* Et inde equum concitatum princeps ad hostium permittit aciem. *Ovid. 12. Met. v. 282.* faxum permittere in hostem. ¶ Item pro præcipitare. *Sisenna loc. cit.* Multi præmissis armis ex summo se permittrent. ¶ Item pro defacari etiam imperf. *Plin. l. 4. c. 24.* Si conjectare permittitur. ¶ Permittere vela ventis, pro dare. *Quintil. in epist. ad Trypho.*

Permodéstus, a, um, admodum modestus. *Cic. 2. Catil. c. 6.* Homo videlicet timidus, & permodestus vocem Consulis ferre non potuit. Adde *Attic. l. 4. epist. 8.*

Permodéste, adv. valde modice. *Col. l. 5. c. 11.* Permodice fundito.

Permodícus, a, um, *πολύπαυρος*, valde modicus. *Suet. in Aug. c. 6.* Locus permodicus. Adde *in Tiber. c. 47.*

Permœstus, a, um, valde mœstus. *Dictys Cret. l. 1. c. ult. de B. Trojan.*

Permoleste, adv. *πολυχαλεπῶς*, valde moleste. *Cic. Att. l. 15. ep. 17.* De Pletorio vicino tuo permoleste tuli, &c. Adde *Verr. 6. c. 58.*

Permolestus, a, um, vehementer molestus. *Cic. Att. l. 1. ep. 18.* Atque hi non sunt permolesti.

Permollis, le, adjectiv. valde mollis. *Quintil. lib. 9. cap. 4.* In carminibus est permolle.

Permólo, lis, 2. g. valde molo. Translate, alienas permolere ugores, dixit *Horat. l. 1. ser. 2. v. 34.* h. e. subagitare, violare.

Permonstro, as, a. 1. indico, monstro. *Ammian. l. 28. cap. 13. (al. 6.)* Erupisse hostium manus permonstrantes.

Permorior, eris, d. 3. idem quod moriar, apud *Commodian. Instruction. 27. & 29.*

Permorío, onis, f. *κακμήνησις, χαρόμησις*, commoria, motus, perturbatio. *Cicer. 2. de Div. cap. 3.* Meotis permotione magis, quam natura hæc sentimus ¶ Speciatim dicitur de perturbationibus animi, quas vulgo *passiones* vocamus. *Cic. 4. Acad. c. 44.* Atque illi quidem etiam uziliter a natura dicebant permotiones istas animis nostris datas.

Permótrtus, a, um, permotus. *Commodian. Instruct. 12.* Vino permotatt.

Permótus, a, um, valde motus. *Cæs. l. 1. B. G. cap. 3.* Auctoritate Origetorigis permoti constituerunt, &c. *Cic. Attic. l. 10. ep. 4.* Permotus metu. ¶ Permotus mente, accipitur pro insano, quasi de mente remotus. *Cic. 1. de Div. cap. 37.* Quod maxime contingit aut dormientibus, aut mente permotis.

Permóveo, es, ovi, otum, a. 2. *διακινέω*, vehementer moveo. *Cic. 5. Verr. cap. 62.* Si quem aratorum fugæ, calamitates, exilia, suspendia denique non permovent. *Id. in Orat. c. 38.* Miseratione mens judicum permovenda est. *Cæs. l. 1. B. G.* Adduci, & permoveri aliqua re.

Permulceo, es, si, sum, vel ctum, a. 2. *mitigare, ammollire*, *κατηρεμέω*, valde mulceo, mitigo, lenio, mollio, leniter attrecto. *Cic. de Sen. c. 2.* Præterita enim ætas, quamvis longa, cum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. *Id. in Or. c. 49.* Sonus, & numerus permulcent aures. *Qu. 4. Fast. v. 551.* Terque manu permulsit eum. *Liv. l. 39. c. 23.* Permulsit iram ejus consul.

Permúlctus, a, um, *raddolcito*, a permulceo. *Sallust. in fragm. lib. 4. Hist.* apud *Prisc. lib. 9. pag. 871. Putsch.* Lenita ira, postera die liberalibus verbis permulcti sunt.

Permulsio, onis, f. actus permulcendi, lenis attrectatio, blanditiæ. *Nonius cap. 1. n. 294.* Quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescunt.

Permúlsus, a, um, idem ac permulctus, a permulceo. *Auct. ad Herenn. l. 3. cap. 12.* Arteriæ leni voce permulsæ.

Permulti, æ, a, valde multi. *Cicer. 4. Acad.* Ad has visiones inanes Antiochus quidem permulta dicebat. Adde *3. Leg. c. 14.*

Permúlto, adv. idem ac permultum, nisi quod cum comparativis jungitur. *Cic. 2. de Div. c. 61.* Præfertim cum Chrysippus Academicos refellens permulto clariora, & certiora esse dicat, &c.

Permúltum, *πάμπολυ*, valde multum. *Cic. 1. Off. c. 8.* In omni injustitia permultum interest, utrum, &c. Adde *3. Fam. ep. 11.*

* Permultus. V. Permulti, Permultum.

Permúndus, a, um, valde mundus. *Var. lib. 3. R. R. c. 7.* Permundæ sunt enim hæ volucres.

Permúnio, is, ivi, itum, a. 4. *fortificare*, *κατοχυρόω*, valde munio, aut absolvo, quod munire incoperam. *Tacit. 4. Ann. cap. 24.* Locorumque peroportuna permunivit. Adde *3. Hist. c. 9.*

Permunítus, a, um, *ben fortificato. Liv. l. 7. c. 16.* Cum ante mœnia sua castris permunitis considissent.

Permutátio, onis, f. idem ac mutatio. *Cicer. ult. Parad.* Nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur. *Id. 3. Fam. ep. 5.* Dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, *per pubbliche lettere di cambio.* ¶ Apud Oratores permutatio est oratio, qua aliud verbis, aliud sententia ostenditur, ea dividitur in tres partes, similitudinem, argumentum, contrarium. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 33.*

Permutátus, a, um, nom. ex particip. *mutato. Lucret. lib. 1. v. 826.* Tantum elementa queunt, permutato ordine solo.

Permúto, as, a. 1. *scambio*, חָלַף, *ἀντιλλάττομαι*, idem, quod muto. Differt a *commuto*, teste *Festo*, quia permutari id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur; ac commutatur, cum aliud pro alio subsituitur. Sed hoc non observatur. *Cic. 2. Cat. c. 7.* Si Catilina sententiam permutaverit. *Plin. l. 11. c. 37 Sect. 80.* Lien cum jecinore locum aliquando permutat. *Plaut. Cap. 3. 5. 19.* Nomina inter vos permutatis. ¶ Permutare pecuniam, est curare, ut per trapezitam, aut argentarium alio in loco reddatur, *far cambio, girar danaro. Cic. 2. Fam. ep. 17.* Ait se curasse, ut cum quæstu populi pecunia permutaretur. ¶ Permutare Remp. est perturbare. *Cic. de Leg. c. 9.* C. vero Gracchus nonne omnem Reip. statum permutavit? ¶ Interdum permutare sumitur pro emere. *Plin. l. 31. cap. 8.* Singulis millibus numinum permutantibus congios pene binos.

Perna, æ, f. *coscia di porco, prosciuto*, Ger. *ein schweinshamm, ein schinken*, Gal. *un jambon*, Hisp. *pernil de tocino, πέρνα, περνάν*, coxa porcina tum prior, tum posterior, falita cum toto pede, a primo Græco nomine allato. *Plin. l. 8. cap. 51.* Castrantur fœminæ post bidui inediam, suspensæ pernis prioribus. *Plaut. True. 2. 2. 39.* per convicium pernam vocat hominem stolidum. ¶ Perna item pisces est ex concharum genere, ita dictus a pernæ porcinæ similitudine. *Plin. l. 32. c. ult.*

Pernavígo, as, avi, atum, n. 1. *διανήχω*, idem, ac navigo, vel navigo per aliquam locum navigo. *Plin. l. 2. cap. 67.* Sub eodem fidere pars tota vergens in Caspium mare pernavigata est Macedonum armis.

Pernecessárius, a, um, admodum necessarius. *Cic. Att. l. 5. ep. 21.* Non esse Romæ meo tempore pernecessario, subinolesse fero. ¶ Sumitur etiam pro valde conjuncto, & propinquo. *Cic. pro Flacc. cap. 6.* Contendisse a Lælio patrono amico, ac pernecessario.

Perneco, as, avi, atum, a. 1. *ammazzare*, interficio. *Silius l. 4. v. 611.* Tyrrhenaque pernecet hasta.

Pernégo, as, avi, atum, a. 1. *negare al sutto, ἐξαρνέομαι*, vehementer, vel omnino nego. *Ter. in prol. Eun. v. 33.* Sed eas fabulas factas prius Latinas scisse se, id vero pernegat. *Tibull. 1. el. 6.* Sic etiam de me pernegat illa viro. ¶ Usurpatur etiam impers. *Cic. 6. Ver.* Itaque illo tempore, ac primo istius adventu pernegatur, Pernéo, es, a. 2. idem quod neo, vel totum pensum neo. *Martial. lib. 1. epigr. 89.* Cum mihi supremos Lachesis pernecerit annos.

Pernétus, a, um, nom. particip. absolute netus. *Sidon. carm. 15. v. 167.* vitam Paycarum vellere in ipso Nondum pernetam.

Perniciabílis, le, o. 3. idem ac pernicialis. *Curt. l. 7. c. 3.* Plurimorum oculis præcipue pernicialibis fuit. *Tac. l. 4. Ann. c. 34.* Id pernicialibe reo.

Pernicialis, le, o. 3. *mortifero*, Germ. *verderblich*, Gal. *pernicieux*, Hisp. *pernicioso, ὀλέθριος*, quod perniciem affert, quod ad necem ducit, exitiale. *Liv. l. 27. cap. 23.* Quæ tamen magis in longinquos morbos, quam in pernicialis evaluit. *Plin. l. 25. c. 18

riem perone regi. ¶ Perones quoque pro sacris legi putant, eosque id nomen a pera. Sed rectius *arones* vocantur. V. *Aëro*.

Pero, f. 4. contract. Περώ, filia Neleï, soror Nestoris, & Periclymeni. Tam admiranda fuit pulchritudine, ut omnes accolæ illam ducere in uxorem cuperent. Quam ob rem pater illi sofi eam promisit, qui boves ingentes ex Herculis custodia eriperet. *Hom. Odiss.* 11.

Perobscūrus, a, um, valde obscurus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 1. Tum perdifficilis, & perobscura quæstio est de natura Deorum.

Perōdi, isti, anom. 4. valde odi: *Manil. l.* 5. *vers.* 409. Quisquis favit, culpamve perodit.

Perodiōsus, a, um, valde odiosus. *Cic. Ar. l.* 10. *ep.* 17. Crebro reficat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam. Adde *l.* 13. *ep.* 22.

Perofficiōse, *adv.* valde officiose. *Cic. Fam. p. ep.* 20. Me perofficiose, & peramanter observat.

Perolĕo, es, *n.* 2. valde oleo. *Luer. l.* 6. *v.* 1155. Rancida quo perolent projecta cadavera ritu.

Pecolesco, is, *n.* 3. cresco, adolesco. Hinc *peroleſſe* pro peroleviſſe. *Lucil.* apud *Perſician. l.* 9. *p.* 872. *Putſch.* Qui totum scis corpus jam peroleſſe bisulcis.

Peronātus, a, *om.* peronibus calceatus. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 102. Navim si poscat sibi peronatus arator.

Peronis, idis. V. *Pernonides*.

* **Perŏpācus**, valde opacus. *Lactan. l.* 1. *c.* 22. Spelunca peropaca.

Peropportune, adv. valde opportune. *Cic.* 7. *Ver. c.* 15. Peropportune fortuna te obtulit. Adde 2. *de Orat. c.* 4.

Peropportūnus, a, um, valde opportunus. *Cic. l.* 2. *de Or. cap.* 57. Requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diversorio.

Peroprāto, adv. valde oprato, sive ex animi sententia. *Cic.* 2. *de Orat. cap.* 5. Nunc peroprato nobis datum est.

Peŏpus est, valde opus est. *Ter. Andr.* 1. 5. 30. Sed nunc peropus est, hunc eum ipsa loqui.

Peroratio, onis, f. *peroratione*, ἐπίλογος, ἀνακεφαλαίωσις, קצר דבר, סוף דבר, epilogus, conclusio, ultima pars orationis, in qua tota causa concluditur, vel absolvitur. *Cic. de clar. Or. c.* 33. Extat ejus peroratio, qui epilogus dicitur. V. *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 52. & *Cic. l.* 1. *de Inv. c.* 52.

Perorātus, a, um, *finito di dire*. *Cic.* 5. *Att. ep.* 10. Sed hæc tunc laudemus, cum erunt perorata. *Auct. ad Heren. l.* 1. *c.* 10. peroratæ narrationis.

Peroriga. V. *Prorigæ*.

Perornātus, a, um, valde ornatus. *Cic. in Brut. c.* 43. Crassus in dicendo & perornatus, & brevis.

Perorno, as, avi, atum, a. 1. valde orno. *Tac. l.* 16. *Ann. c.* 26. Detraherer potius Senatui, quem perornavisser, infamiam tanti flagitii.

Perōro, as, avi, atum, a. 1. *perorare*, *concludere*, אסף, Germ. *ausſreden*, *abreden*, Gal. *achever une harangue*, Hiſ. *conclair*, *perorar*, ἐπιλέγω, ἀνακεφαλαιόω, orationem finio, vel absolvo, epilogum orationi impono, a *per*, & *oro*. Construitur vel absolute. *Cic. Att. lib.* 4. *epiſt.* 2. Cum horas fere tres dixisset, odio, & strepitu Senatus coactus est aliquando perorare. ¶ Vel cum acc. *Cic.* 5. *Verr. cap.* 66. De qua cum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. ¶ Vel impersonaliter. *Cic.* 2. *de Or. c.* 19. Alii jubent, antequam peroretur, &c. ¶ Usurpatur etiam de universa oratione, pro ultimo loco causam agere, & concludere. *Cic. pro Quinct. c.* 24. Mihi perdifficile esse contra tales Oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. ¶ Item de tota oratione absolute, pro dicere, vel diligenter dicere. *Cic. pro Sext. c.* 2. Quamquam a Q. Hortensio clarissimo viro, atque eloquentissimo causa est P. Sexti perorata: ¶ Dicitur quoque de disputationibus Philosophicis, & aliis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Restat, ut doceam, atque aliquando peroremi. *Id.* 2. *de Leg. cap. ult.* Video, Platonem idem fecisse, omnemque orationem ejus de legibus peroratam esse uno æstivo die. ¶ Item de quocumque sermone, pro disserere, loqui. *Plin. lib.* 29. *c.* 1. Et rabie quadam in omnes ævi Medicos peroramem.

Perorsi, masc. 2. Perosi, pop. Libyæ interioris, gens ingens, & bellicosa, qui quadrupedum ferarum modo vagantur, carumque visceribus vescuntur. *Plin. l.* 5. *c.* 8. & *l.* 6. *c.* 30.

* **Perosciōsor**, valde osculor. *Martial. l.* 9. *ep.* 81. al. *deosculatur*.

Perōsus, a, um, *chi ha in odio*, שונא, *ἐχθαίνων*, qui valde odit, a *per*, & *osus*, partic. verbi antiqui *odio*, voce passiva, sed activa significatione. *Liv. l.* 3. *c.* 34. Plebs consulum nomen, haud secus quam regum, perosa erat. *Virg. 6. Æn. v.* 435. lucemque perosi. ¶ Passiva significatione pro eo qui odio habetur. *Tertul. de anim. c.* 1. Veritas tanto perosior, quanto plenior.

Perpacātus, a, um, partic. a perpaco. *Liv. l.* 36. *c.* 21. Paucosque per dies omnibus perpacatis, &c.

Perpāco, as, a. idem, ac paco. *Flor. l.* 4. *cap.* 12. Omnes illius cardinis populos perpacavit. *Aur. Vict. de Vir. Illustr. c.* 33. Quos usque ad mare superum perpacavit.

Perpallĭdus, a, um, adject. valde pallidus. *Corn. Cels. l.* 2. *c.* 6. Color perpallidus.

Perparce, adverb. admodum parce. *Ter. Andr.* 2. 6. 24. Tu quoque perparce nimium.

Perpărum, n. 2. valde parum. *Cic.* 5. *Ver. cap.* 57. Perparum ex illis magnis lucris ad te fe pervenire. Alii leg. *perparvum*.

Perparvŭlus, a, um, dim. a perparvus. *Cic.* 6. *Ver. cap.* 43. Duo tamen sigilla perparvula tollunt.

Perparvus, a, um, admodum parvus. *Cic.* 1. *de Leg. cap.* 19. Quæ, & cum adsunt, perparva sunt. *Id. pro Dejot. c.* 3. Perparva culpa.

Perpăsco, is, a. 3. idem quod pasco, vescor. *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 19. Pecus ab eo quod perpascat.

Perpastīno, as, a. 1. evello, eradico, apud *Tertul. lib.* 2. *de cult. fem. cap.* 9. ubi alii leg. *repastino*.

Perpastus, a, um, nom. ex partic. bene pastus, ut perpastus canis, apud *Phædr.* 3. *fab.* 7.

Perpauculus, a, um; dim. a perpaucus. *Cic.* 1. *de Leg. cap.* 21. Deduxitque in Academiam perpaucilis passibus.

Perpaucus, a, um, valde paucus. *Cic.* 4. *Acad. c.* 43. Erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus. Stoicus *Columel. l.* 3. *c.* 20. Tum perpaucissimis agricolis contigerit.

Perpavefăcio, is, a. 3. valde pavefacio. *Plaut. Stich. l.* 2. *v.* 28. Perplexabiliter earum hodie perpavefaciam pectora.

Perpaululus, a, um, dim. a perpaulus. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 35. Inter ingenium quidem, & diligentiam perpaululum loci reliquum est arti.

Perpaulum, adv. valde paulum. *Cic. l. Fin. c.* 6. Declinare dixit atomum perpaulum.

Perpauper, ra, rum, valde pauper. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 3. Erat enim Rex perpauper.

Perpauxillum, adv. dim. a perpaulum. *Plaut. Capt.* 1. 2. 74. Næ, perpauxillum modo.

Perpedio, is, a. 4. impedio, præpedio. *Accius* apud *Non. cap.* 4. *n.* 28. Si unquam perpediar gnato.

Perpello, is, uli, a. 3. *indurre*, ἐπαναγκάζω, impello, induco, cogo. *Liv. l.* 32. *c.* 14. Urbem metu perpulit ad deditionem. *Ter. Andr.* 4. 1. 38. Suadere, orare usque adeo, donec perpulit. *Tacit. l.* 12. *Ann. c.* 50. Perpellunt Vologesum omittere præsentia. *Liv. l.* 12. *c.* 53. Nec tamen perpelli potuere, ut acie dimicarent.

Perpendicŭlāris, & perpendicularius, adject. *Frontinus in Expoſit. formar. p.* 32. *Goes.* Perpendicularis ejus linea. *Et mox*. Subtenden linea perpendicularia.

Perpendiculātor, oris, m. artifex, qui perpendiculo utitur. *Aurel. Victor. Epitom. in Adriano c.* 14. Fabros, perpendiculatores, architectos centuriavit.

Perdendiculātus, a, um, adject. ad perpendiculum factus. *Marcian. Capell. lib.* 6. *pag.* 193. Illæ velut perpendiculatæ suspectantur.

Perpendĭculum, i, *n. perpendicolo*, *pendolo*, אנך, κάθετος, instrumentum fabri materiarii, seu cæmentarii, quo plumbo a filo, & gnomone pendente rectitudo, seu obliquitas operis perpenditur, & examinatur. Ejus inventor, teste *Plin. l.* 7. *c.* 56. fuit Dædalus. *Cic. Ver.* 3. *c.* 51. Ad perpendiculum columnas exigere, κατὰ κάθετον. *Plin l.* 35. *c.* 14. Si ad perpendiculum fiant. ¶ Metaphorice *Ausonius Parental. n.* 5. Ad perpendiculum seque suosque habuit.

Perpendo, is, di, sum, a. 3. ταλαντόομαι, תקן, נמשׁ קו, חשׁב, diligenter pondero, probe examino, diligenter considero. *Cic.* 3. *de Or. c.* 37. Id non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu judicatur. *Id. pro Mur. c.* 36. Hæc omnia ad rationem civitatis si dirigas, recta sunt, sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperientur pravissima. Propter *Gell. l.* 20. *c.* 1. Perpendere in libribili.

Perpensa, æ, f. herba, quæ a nonnullis vocatur baccar. *Plin. l.* 21. *c.* 19. Baccar in medicinæ usu aliqui ex nostris perpensam vocant.

Perpensātio, onis, f. diligens examen. *Gell. l.* 2. *c.* 2. Perpensatio honorum, atque officiorum.

Perpense, adv. ἐξηκριβωμένως, ponderate, considerate. *Ammian. l.* 26. *c.* 12. (*al.* 6.) Utilitate rei perpensius cogitata.

Perpenso, as, avi, atum, a. 1. freq. a perpendo. *Ammian. lib.* 19. *cap.* 24. Altis mentibus perpensantes. *Gratius in Cyneg. v.* 299. Perpensare vires.

Perpensus, a, um, nom. ex partic. accurate consideratus, examinatus. *Colum. l.* 3. *c.* 3. Ut ante perpensum, & exploratum habeamus, an &c.

Perperam, adv. *malamente*, רע, Germ. *übel*, Gal. *mal*, Hiſ. *malamente*, κακῶς, πονηρῶς, leviter, temere, præposttere, prave. *Cic. pro Cæc. c.* 24. Perperam judicare. *Liv. l.* 1. *c.* 23. Recte, an perperam interpreter. *Plin. l.* 3. *epiſt.* 5. Perperam pronunciare.

Perpĕre, adverb. perperam. *Claud. Mamert. Lb.* 1. *cap.* 1. Opiniones perpere præsumptæ.

Perpertŭdo, inis, f. 3. *leggierezza*, περφερεία, levitas, temeritas, pravitas, a *perperus*. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 626. Et eo plectuntur poetæ, quam suo vitio, sæpius ductabilitate nimia vestra, aut perpertudine.

Perperus, a, um, adject. πέρπερος, pravus, vitiosus. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 626. Describere in theatro perperos populares. Ubi *Non.* interpretatur stultos, indoctos. *Vpiſc. in Tacit. c.* 8. Nihil immaturum, nihil perperum. *Plaut. Truc.* 3. 1. 9. Perperas, minas oves, *p. c.* infructuosas. Alii al. leg.

Perpes, etis, o. idem ac perpetuus, sive jugis. *Plaut. Amph.* 2. 2. 105. Atque ibi quievi in navi noctem perpetem. *Capit. in Vero. c.* 9. Nocte perpeti alea ludere.

Perpessio, onis, f. *pollerantia*, סבלנות, ὑπομονή, πάθος, actus perpetiendi, tolerantia. *Cic. pro Rab. c.* 5. Harum omnium rerum non solum eventus, atque perpetio, sed &c. *Id.* 2. *de Invent. cap.* 54. Laborum perpessio. *Et paulo post*. Rerum arduarum ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio.

Perpetĭlitus, a, um, adject. *rollerante*, *patiente*, qui ex multorum malorum perpessione jam didicit facile pati. *Senec. ep.* 53. Levis aliquem motiuncula decipit, sed cum creverit, & vera febris exarserit, etiam a duro, & perpessitio confessionem accipit. *Id. pp.* 24. Socrates perpessitius senex, & per omnia jactatus.

Perpessus, a, um, partic. a perpetior. *Cic. l.* 12. *Fam.* Ubi mihi tam multa pro te perpesso, atque defuncto hoc concederet.

Perpessus, us, m. idem ac perpessio. *Cic. 4. Fin. c.* 26. Si eum asperum, & difficilem perpessu dixero. *Id.* 2. *Tusc. cap.* 8. *ex vet. poeta*. O multa dictu gravia, perpessu aspera. Sed fortasse in hisce locis est supin. passivum; quod singulare esset, quia verba deponentia hoc supino carent.

Perpĕtim, adv. idem ac perpetuo. *Festus* dicit, natura esse accusativum, pro *perpetem*, quasi dicas, perpetem diem, noctemque. Ut *amussim*, unde *adamussim*, pro *amussam*, hoc est ad amussem, si *perpetim* pro *perpetem* dixere. V. *Fest.* in Perpetem. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Et in angulo oculi perpetim humore manans.

Perpetior, oris, essus sum, d. 3. *patire*, *sopportare*, נשא, סבל, Ger. *erleiden*, *erdulden*, Gal. *ſouffrir*, Hiſ. *cufrir*, *padecer*, πάσχω, idem quod patior, aut fortiter patior, sufferо, perfero. *Cic. 1. Fin. c.* 14. Idem etiam dolorem sæpe perpetiuntur. *Id. l.* 2. *Fam. ep.* 16. Nonne tibi assimavi, quidvis me potius perpessurum, quam &c.? *Plaut. Asin. p. l.* 15. Unum hunc dem perpetere, *h. e.* sustine, exspecta. *Perpetrabĭlis*, le, adject. *Tertul. l.* 2. *ad uxor. c.* 1. Nubere in Domino perpetrabile est, *p. e.* permissum est.

Perpetrātio, onis, f. actus perpetrandi. *Tertul. de Fœnit. cap.* 3. Aliqua difficultas perpetrationem ejus intercipit.

* **Perpetrātor**, qui perpetrat. *Auguſt. de C. D. l.* 20. *c.* 1. *Sidon. l.* 8. *ep.* 6.

Perpetrātus, a, um, *fatto*. *Liv. l.* 1. *c.* 6. Perpetrata cædes. *Id. lib.* 33. *cap.* 21. Pace nondum perpetrata. *Et l.* 44. *c.* 37. Sacrificio rite perpetrato.

Perpĕtro, as, avi, atum, *finire*, *compire*, *mandare ad effetto*, השלים, נעשׂה, Ger. *vollbringen*, *begehen*, Gal. *venir à bout*, *achever*, Hiſ. *acabarde hazer*, διαπράττομαι, perficio, a *per*, & *patro*. *Fest.* Sumitur & in bonam partem, & in malam. *Tacit. 4. hiſt. c.* 51. Validissimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua judaicæ belli perpetranda. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 24. Postquam opus meum, ut volui, omne perpetravi. *Liv. l.* 33. *c.* 21. perpetrare paceni, *conchindere*. V. *Perpetratus*.

Perpetuālis, le, o. 3. perpetuus. *Quinctil. l.* 2. *cap.* 13. Καθολικὸς, ideſt, ut dicamus, quo modo pessumus, universalis, vel perpetualis.

Perpetuarius, a, um, adject. perpetuus. Perpetuarius mulio, h. e. qui perpetuo mulionem exercet, apud *Senec. in apocolocynth.* ¶ Perpetuarii, apud *Jctos*, *leg. fin. Cod. de locat.* dicuntur, qui fundum, aut rem aliam perpetuo conduxerunt.

Perpetuātus, a, um, perpetuus factus. *Arator sub fin. lib.* 1. his est tibi, Roma, catenis Perpetuata fides.

Perpetuitas, atis, f. *continuazione*, *perpetuità*, תמידות, Ger. *ewigkeit*, *beharrung*, Gal. *perpetuité*, Hiſ. *perpetuidad*, *dilatòn*, continuatio, perennitas. *Cic. Tusc. c.* 10. Non ex singulis vocibus Philosophi sunt spectandi, seu ex perpetuitate, atque constantia. *Id.* 2. *Off. c.* 7. Contraque benevolentia fidelis est vel ad perpetuitatem.

Perpetŭo, as, a. 1. perpetuum facio. *En.* apud *Non cap.* 2. *n.* 631. Libertatem ut perpetuatissent quam maxime.

Perpetuo, as, avi, atum, a. 1. *perpetuare*, *continuare*, התמיד, Germ. *ohn underlaſſ beharren*, Gal. *perpetuer*, Hiſ. *perpetuar*, *dilatòn*, perenno, continuo sine intermissione. *Cic.* 3. *de Or. c.* 46. Tamen eum perpetuare verba nolimus. *Id. pro Sylla c.* 22. Semper Cæcilius in calamitate fratris sui judicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigendam putavit. ¶ *Dii te perpetuent*, formula fuit acclamantium Imperatoribus, apud *Lamprid. in Alexandr. c.* 6.

Perpetuo, adv. *perpetuamente*, *continuamente*, תמיד, Germ. *immerdar*, Gal. *perpetuellement*, Hiſp. *perpetuamente*, *oiè*, continue, perenniter, assidue, semper, æterne. *Cic. 7. Verr.* Quæ in amicitia, fideque P. R. perpetuo manserant. Adde *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 31. & *l.* 7. *c.* 41.

Perpetŭum, adv. idem ac perpetuo. *Ter. Adelph.* 4. 1. 6. Cupio perpetuum in lætitia degere.

Perpetŭus, a, um, *perpetuo*, *continuo*, תמיד, Ger. *immerwerend*, *ewig*, Gal. *perpetuel*, Hiſ. *perpetuo*, ἀδιάλειπτος, ἀδίδιος, continuus, temporis spatio non intermissus, perennis, constans, a *perpes*. Differt ab æterno, quia æternum dicitur, quod non habet finem, perpetuum, quod est sine intermissione: *Cic. 2. de nat. Deor.* Earum autem perennes cursus, atque perpetui cum admirabili incredibilique constantia declarant, in his vim, & mentem esse divinam. *Ter. Hec.* 1. 2. 12. Biennium ibi perpetuum illum fuli. ¶ Dicitur etiam de eo, quod ratione loci, vel magnitudinis, seu corporis continuarum est, non interruptum, aut solutum, ut *Montes perpetui*, *valles perpetuæ*, *vita perpetua*, *fossa perpetua*, *agger perpetuus*, &c. *Cic. 6. Verr.* Cæteræque urbis partes una lata via perpetua, multisque transversis divisæ privatis ædificiis continentur. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 25. Perpetua palus. *Id. l.* 1. *B. C. c.* 44. Perpetuæ munitiones. *Virg. Æn. v.* 176. hic ariete cæso Perpetuis soliti patres considere mensis, *h. e.* longis. *Id. 8. Æn. v.* 187. Vesciturque Æneas simul, & Trojana juventus Perpetui tergo bovis, *h. e.* longi atque integri. ¶ Item de oratione, & de disputatione, quæ altercatione, aut interlocutione non interrumpitur. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 16. Clodium præsentem fregi in Senatu cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, cum altercatione. ¶ Sæpe sumitur pro æterno, sive pro eo, quod nunquam deerit. *Cic. Att. l.* 1. Tempus est nos de illa perpetua jam, non de hac exigua vita cogitare. ¶ Nonnunquam capitur pro universali, pro eo, quod tam generale est, ut semper habeat locum. *Cæſ. l.* 2. *c.* 20. Cum sit autem minime crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est, *h. e.* non usquequaque verum est. ¶ *In perpetuum*, idem est ac perpetuo. *Cic. pro Cluent.* Quid est, quamobrem quisquam nostrum Censorias subscriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet esse oportere? ¶ *Perpetuius*, & *perpetuissimus* sunt *Catonis* apud *Charisi. l.* 3. & *Pacuvii* apud *Priscian. l.* 3.

* **Perpexus**, a, um, nom. ex partic. diligenter pexus. *Jul. Firmic. lib.* 5. *cap.* 5. Pectora pugnis obtundant, & perpexam barbam permulceant.

Perpĭcus, a, um, exacte picta, picturæ, partic. a perpingo. *Ovid. 10. Metam. v.* 261. Lilia, perpictasque pilas. Alii leg. *Liliaque*, *pictasque pilas*.

Perplăceo, es, *h.* 2. valde placeo. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 23. Vide legem, quam T. Fabio scripsit T. Vifellius: ea mihi perplacet.

* **Perplānus**, perquam planus. *Diomed. l.* 2. *p.* 431. perplana expositio.

Perplexabĭlis, le, o. 3. idem ac perplexus, implexus, involutus, obscurus. *Plaut. Asin.* 4. 1. 47. Neque ullum verbum faciat perplexabile.

Perplexabĭliter, adv. idem ac perplexe. *Plaut. Stich.* 3. 2. 28. Perplexabiliter hodie earum perpavefaciam pectora.

Perplĕxe, adv. *intricatamente*, πλοκικῶς, obscure, implicite, a *perplexus*. *Ter. Eun.* 5. 1. 1. Pergin' scelesta mecum perplexe loqui? *Liv. l.* 6. *c.* 13. Defectionem haud perplexe indicavere. *Prudent. adv. Symmach. l.* 2. *v.* 847. Anfractus dubios habet, & perplexius errat.

Perplexim, adv. idem ac perplexe. *Plaut. Stich. l.* 2. *v.* 18. Utrum ego perplexim facessam orationem.

Perplexio, onis, f. ambages, perplexitas. *Porcius Latro Declam. in Catil. c.* 33.

Perplexĭtas, atis, f. *perplessità*, dubium, ambiguitas. *Ammian. l.* 18. *c.* 14. (*al.* 6.) Ob perplexitatem nimiam.

Perplexor, aris, d. 1. aliquid perplexum facio, & in dubium voco. *Plaut. Aul.* 2. 2. 81. At scio, quo vos pacto soleatis perplexarier.

Perplexus, a, um, *intricato*, *involuppato*, *perplesso*, גבוך, Ger. *verwirret*, Gal. *deuteux*, Hiſ. *enredado*, ἐπίπλοκος, intricatus, implicitus, involutus, a *plexus*. *Pl. l.* 9. *c.* 2. Perplexis, & in semet aliter, atque alibi nunc flatu, nunc fluctu convolutis seminibus. *Virg. 9. Æn. v.* 393. Iter perplexum. ¶ Per translationem accipitur pro obscuro, & ita involuto, ut commode intelligi non possit, *difficile*, *intrigato*. *Liv. l.* 40. *c.* 5. Singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis instituit. *Id. l.* 25. *c.* 12. Perplexius carmen.

Perplĭcatus, a, um, implicitus, perplexus. *Luer. l.* 2. *v.* 394. Aut magis humanis inter se, perque plicatis.

* **Perplōro**, vehementer ploro. *Grat. p.* 928. *n.* 11.

Perpluit, ebat, imperf. 3. *trapiovere*, המטיר, ἔβρεχεται, est per medium pluere. *Cato R. R. c.* 155. Circuire oportet, ficubi perpluat. *Plaut. Most.* 1. 2. 30. Lavat parietes, perpluunt tigna. *Quinct. l.* 6. *c.* 3. Dum cœnaculum perplueret. ¶ Usurpatur etiam translate. *Plaut. Trin.* 2. 2. 41. Benefacta benefactis aliis peregito, ne perpluant. ¶ Et transitive, cum accusat. *Id. Mostell.* 1. 3. 6. Hæc est illa tempestas, quam mihi amor in pectus perpluit meum.

Perplŭres, ium, o. 3. valde plures. *Pl. l.* 13. *c.* 24. Spondetque jugero ejus annuos perplures. Alii leg. *annua H. S.*

Perplurĭmum, adv. valde plurimum. *Pl. l.* 2. *c.* 54. Itaque perplurimum refert, unde venerint fulmina, & quo concesserint.

Perpol, per Pollucem, adverb. jurandi. *Terent. Hec.* 1. 1. 1. Perpol quam paucos reperias meretricibus fideles evenire amatores. Ubi tamen *Donatus* vult dictum esse pro *Pol perquam paucos*, &c. nam, inquit, *perpol* latinum non est. Quod si verum est, idem dicendum erit de illo *Plauti Cas. 2. 6. 18.* Perpol sæpe peccas. h. e. pol persæpe.

Perpolio, is, ivi, itum, a. 4. πλήσσω, valde polio, absolvo, supremam manum adde. *Cic. 2. de Orat. c.* 13. Et tractu orationis leni, & æquabili perpolivit illud opus. Adde *pro Balb. c.* 7.

Perpolītio, onis, f. *abbellimento*, actus perpoliendi. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 13. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.

Perpolitissĭme, adv. omnino polite. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 32. Ut continuatione perfecte, & perpolitissime possint esse absolutæ.

Perpolītus, a, um, valde politus, absolutus, perfectus, ornatus. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 13. Perfecti in dicendo, & perpoliti homines. *Id. in Pison. c.* 29. Perpolita oratio.

Perpopulātus, a, um, *saccheggiato*, partic. passiva significatione. *Liv. l.* 26. *c.* 9. Annibal, perpopulato agro Fregellano, in Labicanum venit.

Perpopŭlor, aris, d. 1. πάμπολιτεύω, totum populor, & vasto. *Liv. l.* 22. *c.* 3. Annibal emissus e manibus perpopulerur Italiam.

Perporro, as, a. 1. idem ac porto. *Liv. l.* 28. *c. ult.* Prædam Etruscam, Ligurumque captivos Carthaginem perportantes.

Perportātio, onis, f. actus perportandi. *Cic. in Pison. c.* 10. Quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperatissimas perportationes prædicem?

Perportor, iris, ri, sum, d. 3. *portare*. *Impp. Theod. Valen. l.* 12. *Cod. sic. c.* 16. *leg.* 3. & *Imp. Zeno*, *ibid. tit.* 7. *leg.* 2.

Perpōto, as, avi, atum, n. 1. valde poto, vel totum tempus in potationibus consumo. *Cic.* 7. *Ver. c.* 33. Similiter totos dies in litore tabernaculo posito perpotabat.

Perpŏtro. V. *Perprimo*.

Perpressa, æ, f. herba quædam, quæ calculos ejicere dicitur. *Pl. l.* 26. *c.* 8.

Perprimo, is, essi, essum, a. 3. valde, vel perpetuo premo. *Hor. epod.* 16. *v.* 38. Innominata perprimat cubilia. *Ov. 1. de art. am. v.* 394. Perprime tentatam, nec nisi victor abi. *Senec. ep.* 99. Adjacentem humorem perprimit, & expellit. Quædam opt. Editiones habent *perpremit*.

Prepropĕre, adv. valde propere. *Plaut. Mil.* 2. 4. 10. Peri perpropere.

Perpropinquus, a, um, valde propinquus. *Cic. 1. de Div. c.* 22. *ex Poeta*. Perpropinqua hæc bene verruncent populo.

Perprosper, a, um, adject. valde prosper. *Sueton. in Claud. c.* 31. Valetudine perprospera usus est.

Perprurisco, is, m. 3. κατακνησμονῶμαι, admodum prurio. *Plaut. Stich.* 5. 5. 20. Ubi perpruriscamus usque ex unguiculis.

Perpudescit, ebat, valde pudet. *Cornelia in ep. ad Gracch.* (*inter fragm. Cornel. Nepot.*) Quando perpudescet miscenda, atque perturbanda republica?

Perpugnax, acis, adj. valde pugnax. *Cic. 1. de Or. c.* 20. Perpugnacem in disputando videri. Quidam perperam leg. *repugnacem*. Adde *Aug. 3. contra Acad. c.* 4.

Perpulcher, chra, um, valde pulcher. *Ter. Eun.* 3. 2. 15. Purpulchra, credo, dolia, haud nostris similia.

Perpunctus, a, um, adj. *punto*. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. 2. 10. Perpuncti sentiunt.

Perpurgatus, a, um. *Plaut. Mil.* 3. 1. 179. Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. *Cic. pro Mur. c.* 26. Locus orationis perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt.

Perpūrgo, as, avi, atum, a. 1. *purgare perfettamente*, ἐκκαθαίρω, omnino purgo, totum purgo. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 50. Cervæque ante partum purgant se quædam herbula. ¶ Translate sumitur pro expedire, absolvere, finire. *Cic.* 2. *de Div. c.* 1. Purpurgatus est is locus a nobis quinque libris.

Perpusillum, adv. aliquantulum. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 60. Non accusabis, perpusillum rogabo. Ambiguum tamen est, adverbium ne sit, an adjectivum: Est enim ibi sermo de pusillo teste & judice magis pusillo. v. locum.

Perpŭto, as, a. 1. perfecte puto, declaro, profero. *Plaut. Cist.* 1. 3. 7. Ut ego argumentum hoc vobis plane purputem.

Perquam, adv. *molto*, מאד, σφόδρα, maxime. Fere jungitur positivis, vel verbis. *Cic.* 2. *de Or.* Quod mihi quidem perquam puerile videri solet. *Id.* 2. *Tusc.* Apud illum enim perquam flebiliter Ulysses lamentatur in vulnere. *Pl. ep.* 27. l. 7. Per quam velim scire, an esse phantasmata, &c. ¶ Interdum & superlativis. *Apul. l.* 2. *Mor.* Tucerum perquam sapidissimum. *Pomp. Dig. l.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2. *a med.* Libros perquam brevissimos.

Perquiesco, is, evi, etum, n. 3. conquiesco. *Apul. Met. l.* 8. Totam perquiescimus noctem.

* **Perquirītatus**, perquisitus. *Claud. Mamer. in præf. l.* 1. *de statu an.* Opuscului usquequaque perquirītatum. *al.* proquirītatum.

Perquiro, is, ivi, situm, a. 3. *cercar diligentemente*, בקש, Ger. *vvol und fleiſſig durchſuchen*; Gal. *rechercher*, Hiſ. *buſcar diligentemente*, ἐξετάζω, diligenter quæro. *Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 8. Aditus, viasque in Sueves perquirit. *Cicer. 5. Fin. c.* 18. Ut pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus, perquirendisque deterreantur. ¶ Sumitur etiam pro interrogare. *Cic. pro Cæl. c.* 22. Possum etiam illa ab accusatore perquirere. ¶ Usurpatur etiam imperf. *Cic. pro Cluent.* Ne multa, perquiritur a coactoribus.

Perquisite, adv. ἐξητασμένως, diligenter. *Cic.* 1. *de Inv. c.* 41. Sed perquisitius, & diligentius conscripsisse pellicemur.

Perquisītio, onis, f. diligens investigatio. *Petr. in Satyr.*

Perquisītor, oris, qui perquirit. *Plaut. Stich. a.* 2. 61. Malevoli perquisitores.

Perquisītus, a, um, ἐπίτηδες, part. a perquiror. *Pl. l.* 18. *c.* 4. Et postea inventis omni cura perquisitis, &c.

Perraro, adverb. παυσπαρῶς, valde raro. *Cic.* 2. *Fin. c.* 16. Quæ perraro appellantur ab Epicuro.

Perrārus, a, um, valde rarus. *Liv. l.* 29. *in fin.* Tunc quod perrarum in mandandis Sacerdotiis erat. *Pl. l.* 31. *c.* 3. Perrarum est, ut levior fit aliqua.

Perreconditus, a, um, adj. valde reconditus. *Cic. 1. de Or. c.* 30. Aut perreconditæ, aut valde difficilis ratio consuetudinis. Alii leg. *perconditæ*.

Perrectātus. V. in *Perge*.

* **Perrectus**, a, um, experrectus. *Apul. l.* 2. *Met.* Perrectis oculis, *al.* perfrictis.

Perrĕpo, is, psi, ptum, *serpere*, *aggrapparsi*, προσέρπω, rependo aliquo pervenio, & æque de inanimatis, ac de animalibus quibuscunque dicitur. *Col. l.* 6. *c.* 5. Ne ad præsepia fus, aut gallina perrepat. *Id. l.* 4. *c.* 24. Et a capite viris emicuerit, & brachiis in aliena jugorum complunia perrepserit. *Tibull. l.* 1. *el.* 5. *v.* 43. Non ego tellurem genibus perrepere fupplex, &c.

Perrepto, as, *n.* 1. undique reptando disquiro, freq. a *perrepo*. Aliqui exponunt tarde, & cum labore incedere, seu ambulare. *Plaut. Rud. l.* 4. Atque in lateribus omnibus perreptavi quærere confervam voce, oculis, auribus. *Ter. Adel.* 4. 6. 13. Perreptavi usque omne oppidum, ad portam, ad lacum.

Perrhæbi, m. 2. περῥαιβοί, pop. Macedoniæ, in confinio Thessaliæ, juxta Peneum fl. & Olympum M. apud Pelasgiotas. Eorum opp. Perrhæbia. Perrhæbi etiam in Ætolia collocantur. Causa est, quia Perrhæborum regio attingens Pindum montem Ætoliæ, ex parte in Ætolia collocatur. Aliqui causam afferunt, quod Perrhæbi a Lapithis fracti in Ætoliam fugerint. Hinc Pindus Perrhæbus dicitur. *Propert. l.* 3. *el.* 5. *v.* 55. Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi.

Perridĭcule, adv. valde ridicule. *Cic. ad Att. l.* 6. *c.* 59. Sed etiam, si quid perridicule possis.

Perridĭculus, a, um, valde ridiculus. *Cic. 4. Verr. c.* 6. Quid in provincia facturus esset perridiculi homines augurabantur. *Id.* 2. *de Or. c.* 19. Sed tamen est eorum doctrina perridicula.

Perrŏdo, is, si, sum, a. 3. vehementer rodo, totum rodo, rodendo penetro. *Pl. l.* 34. *c.* 18. Valet purgare, sistere, excalfacere, perrodere. *Id. l.* 30. *c.* 16. Quæ non perroderetur a veneno Stygis aquæ. Adde *Cels l.* 5. *c.* 28. *n.* 12.

* **Perrogātio**, rogatio. In lap. apud *Maffei. M. V. p.* 288. *n.* 4.

Perrogĭto, as, a. 1. frequentativum a perrogo. *Pacuv. apud Prisc. l.* 4. *pag.* 634. *Putſch.* Perrogitando advenas de natis. *h. e.* scisitando.

Perrogo, as, *n.* 1. idem, ac rogo, seu interrogo. *Tac. l.* 4. *hiſt. c.* 9

scriptiones. Id. l. 12. Att. ep. 11. Tito mihi narravit, debere, non esse dignitatis meæ, perscriptionem tibi placere. *h. e.* solutionem per literas. V. *Perscribo.*

Perscriptor, oris, m. *notajo*, tabellio, sive cantor, qui formulas concipit. *Cic. 5. Verr. c. 72.* Scribam tuum dicit *Verres* hujus perscriptorem ecnerationis fuisse.

* Perscriptūra, æ, f. scriptura. *Ulp. D. l. 29. t. 1. leg. 3.* cum testamenti faciunt perscripturam. *al.* cum testamentum faciunt, per scripturam &c.

Perscriptus, a, um, nom. ex partic. scriptus, exaratus, descriptus. *Cic. Agrar. 2. c. 32.* Hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis. *Id. 1. Fam. ep. 2.* Senatus auctoritas perscripta, *registrata.*

Perscrutatio, onis, f. actus perscrutandi, inquisitio. *Ben. de consol. ad Helv. c. 9. ad fin.* Quid opus est profundi perscrutatione?

Perscrutator, oris, m. qui perscrutatur. *Capitol. in Maxim. jun. c. 1.* Harum rerum perscrutator. Adde *Veget. de re milit. l. 3. c. 3.*

Perscrutātus, a, um, nom. ex partic. passiva significatione. *Ammian. l. 17. cap. 4. (al. 7.)* Montium venis perscrutatis.

Perscrūto, as, a. 1. idem quod perscrutor. *Plaut. Aulul. 4. 4. 30.* Postremo hunc jam perscrutavi: nihil hic habet.

Perscrūtor, aris, atus sum, d. 1. *cercare con diligenza*, διερευνάω, diligenter inquiro. *Cic. 1. Off.* Qui perscrutarentur arcellas muliebres. *Id. 2. de Invent. c. 44.* Sententiam scriptoris domesticis suspicionibus perscrutari.

Perscŭlpo, is, a. um, nom. ex partic. sculptus, vel perfecte sculptus. *Corippus l. 3. v. 377.* Perscalpti lapides, furdæ, mutæque figuræ.

Persēa, f. 1. *περσέα, περσέαν, περσέην*, arbor Ægyptia, procera, fructu pyri, aut mali magnitudine, noxio in Perside, vesco in Ægypto. *Pl. l. 13. c. 9. & l. 15. c. 13.* ubi multa de hac arbore.

Persĕco, as, cui, ctum, a. 1. περικόπτω, idem, ac seco, vel perfecte seco, medium seco. *Cic. 4. Acad. c. 29.* Eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus. *Liv. l. 40. c. 19.* Vitium, ne serpat, persecare.

Persĕctor, aris, atus sum, depon. 1. sector, persequor. *Lucr. l. 2. v. 1044.* Edere sunt persectantes, vivæque volantes. *Id. l. 2. v. 165.* Nec persectari primordia, ubi alii leg. *persentari.*

Persecutio, onis, f. διωξις, actus persequendi in judicio. *Cic. in Orat. c. 41.* In altera persecutionum, cautionumque præceptio.

Persecūtor, oris, m. *persecutore*, qui persequitur, & infectatur. *Capit. in Albino, c. 11.* Averſæ Veneris semper ignarus fuit, & talium persecutor. ¶ Item qui aliquid perquirit, ut persecutor auri, *in Cod. l. 10. tit. 72. leg. 1.*

Persecutorĭa, æ, f. *in Cod. l. 10. tit. 72. leg. 1.* accipitur pro licentia scripto data aliquid persequendi, seu perquirendi.

Persecutrix, icis, f. *persecutrice. Augustin. l. 1. de cons. Evangelist. c. 25.* Juno persecutrix Herculis.

* Persĕctus. V. Persequor. ¶ Passive *Pallad. Februar. t. 26.* gramine persecto.

Persĕdeo, es, edi, essum, n. 2. κατάκειμαι, perpetuo sedeo. *Liv. l. 45. c. 39.* In equo dies, noctesque persedendo. *Sen. ep. 108.* Multis apud Philosophum annis persedere. Adde *Suet. in Claud. c. 34.*

Persegnis, gne, o. 3. valde segnis. *Liv. l. 25. c. 15.* Pedestre prælium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

Persēis, idis, f. Hecate Persis filia. *Sen. Med. vers. 814.* Causa vocandi, Persei, tuos serpius arcus. ¶ Hinc adjective herbæ Persides dicuntur, quibus in veneficiis sagæ utuntur. *Ovid. de remed. amor. v. 263.* Quid tibi profuerunt, Circe, Persides herbæ?

Persĕus, a, um, ad Perseum pertinens. *Valer. Flacc. l. 6. v. 495.* Hecate Perseia.

Persĕneco, is, ui, n. 3. usque ad ultimam senectutem vivo. *Eutrop. l. 1. c. 11.* Atque ibi per quatuordecim annos privatus cum uxore persenuit.

Persĕnex, o. 3. valde senex. *Suet. de clar. Gramm. c. 9.* Namque jam perfenex pupperem fe, & habitare sub tegulis quodam scripto fatetur.

Persentīo, is, nsi, nsum, a. 4. περιαισθάνομαι, idem, ac sentio. *Virg. 4. Æn. v. 448.* Magno perfentit pectore curas.

Persentĭo, is, a. 3. περιαισθάνομαι; idem, ac persentio, vel incipio persentire. *Ter. Heaut. 5. 1. 43.* Ubi possem perfen.ficere, nisi essem lapis, quæ vidi.

Persephŏne, es, f. 1. περσεφόνη eadem, ac Proserpina. *Ovid. 4. Fast. v. 591.* At neque Persephone digna est prædone marito. *Id. Heroid. ep. 21. v. 46.* Persephonæ nostras pulsat acerba fores. *h. e.* mors.

Persephonium, ii, n. περσεφόνιον, herba, papaver sylvaticum, album. *Apul. de herb. c. 53.*

Persepŏlis, is, f. *Siras, περσέπολις*, urbs Persidis olim amplissima, & regia ad Rhogomanen fl. in amœnissima planitie. Ejus arx, quæ ad montis radices jacebat, universa triplici muro cingebatur. Condita fuit, & nominata a Perseo Rege, & incensa ab Alexandro Magno obrio, Thaidis meretricis persuasione. *Curt. l. 5. c. 7.*

Persĕquax, acis, adj. strenuus in persequendo. *Sidon. l. 4. ep. 9.* In reatu perveſtigando perſequax. *Apul. n. 23. Floríd.* Ales ocuſſis perſequax, unguibus pertinax.

Persĕquens, tis, nom. ex partic. qui persequitur, seu sectatur. *Plaut. Cas. 2. 1. 12.* Acheruntis pabulum, flagitii persequentem. h. e. flagitii amatorem. *Auct. ad Herenn. l. 2. c. 19.* Virum integerrimum, inimicitiarum perquisitissimum. h. e. ulciscentem inimicitias.

Persĕquor, eris, cutus sum, d. 3. *seguire, seguitare, παρακολουθέω*, idem ac sequor, vel aliquem præeedentem, seu præeuntem sequor, illius assequendi gratia. *Cicer. l. 3. Fam.* Qui me in castra, & qui trans Taurum persequi non possent. ¶ Translate ponitur pro imitari. *Cic. 1. de Orat. c. 23.* Cujus vestigia qui persequi cupiunt. ¶ Item pro colere, exercere, studere. *Cic. 1. Fin.* Qui studiose antiqua persequeris. *Id. ibid. c. 21.* Eas ego artes persequeretur, &c. ¶ Extrema persequi, eit in re incepta perseverare. *Cic. in Pison.* Extrema si persequitur, qui inchoavit. ¶ Item pro exequi. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 14.* Ut mea mandata digeras, persequare, conficias. *Plaut. Mero. 3. 2. 11.* Hoc, ut dico, facito persequar. ¶ Item pro conquirere, acquirere, *procacciarsi. Id. ibid. 5. 1. 7.* Hodie extollo mea domo patria pedem: alios mihi deos Penates persequar, aliam urbem, &c. ¶ Item pro urgere, insistere, ut promissa alteritus persequi; ideſt urgere, ut ille ſtet promiſſis. *Plaut. Mere. prol. v. 85.* ¶ Item pro oratione consectari, explicare. *Cic. 1. Acad. c. 3.* Sic Philosophiam Latinis literis persequitur. *Id. 2. Off.* Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Œconomicus inscribitur. ¶ Sumitur etiam pro insectari, ulcisci, *perseguitare*, רדף, Ger. *nachfahren, nachejen*, Gal. *poursuivre*, Hisp. *perseguir, κατασκώπτω. Cic. pro Flac. c. 20.* Hunc astutiam, & tergiversantem judicio ille persequitur. *Id. pro Cæc. c. 3.* Jus suum persequi. ¶ Persequi aliquem odio, h. e. valde odisse, *Sen. Hippol.* ¶ Persequi rem suam, *pretendere il suo. Cic. pro Quinct. c. 13.* Rem suam persequi. *Id. Div. in Verr. c. 6. & Terent. Adel. 2. 1.* ¶ Persequi pœnas a cive *Populi in Prov. c. 18.* Probo potius persequi, quam eum honore esse.

Perses, is, m. 3. vel Persēus, i, m. 2. *Hiperu*, filius Persei filii Danaes ex Andromeda Cephei filia, a quo Perſæ originem habuerunt. *Herod. l. 7.* Hic primus sagittas reperit. *Pl. l. 7. c. 56.* ¶ Fuit & alter Perses, Solis, & Perſæ Nymphæ filius, & pater Hecates, ut aliqui dicunt; Rex Tauricæ regionis crudelissimus. ¶ Denique nomen fuit Regis Macedonum, qui ab Æmilio victus, & in acie captus, ductus est in triumpham Romam cum filiis, ubi in carcere inrerit. *Cicer. Agrar. c. 19. Tusc. 3. c. 22.* Adde *Agrar. l. c. 2.*

Perseverabilis, le, adject. constans, perseverans. *Cæl. Aurel. Acut. l. 3. c. 21.* Perseverabilis tenacitas.

Persevĕrans, antis, o. *perseverante. Colum. in præf. l. 1.* Isque mos dum servatus est perseverantissimo colendorum agrorum studio. *Liv. l. 5. c. 31.* Valerius perseverantior fuit cædendis hostibus in fuga. *Curt. l. 6. c. 7.* Averſari ſcelus perseverantem metu mortis terret.

Perseverānter, adv. *perseverantemente, costantemente*, Germ. *beharlich, ſtandhafftiglich*; Gal. *constamment*, Hiſ. *perseveradamente, ἐπιμόνως*, constanter. *Liv. l. 4. c. 60.* Patres bene cœptam rem perseveranter tueri. *Id. l. 21. c. 10.* Vereor, ne perseverantius ſæviant. *Plin. l. 4. ep. 21.* Nam patrem illarum defunctam quoque perseverantissime diligo.

Perseverantĭa, æ, f. *perseveranza*, סבלנות, Ger. *verharrung, ſtandhafftigkeit*, Gal. *perseverance, constance*, Hiſ. *perseverancia, ἐπιμονή*, eſt in ratione bene considerata stabilis, & perpetua permanſio, ut *Cic.* definit *l. 2. de Inv. c. 54. Id. 5. Ver.* Cujus iſte fidei, diligentiæ, perseverantiæ nulla ratione eripi possit.

Perseverātio, onis, f. perseverantia, constantia. *Apul. in Asclep. in fi.* Cognovimus re, æterna perseveratio.

Perseverātus, a, um, nom. ex partic. *continuato. Justin. l. 12. c. 6.* Ob hæc illi quatriduo perseverata inedia est.

Persevēre, adv. valde severe. *Pl. l. 9. ep. 5.* Inquiro enim perseverе. Alii leg. *inquiro, & persevero.*

Persevĕro, as, avi, atum, n. 1. *continuare, perseverare*, שרר, Ger. *verharren, ſtandhafft bleiben*, Gal. *perseverer*, Hiſ. *perseverar, προσκαρτερέω*, severe in sententia permaneo, cum constantia animi, & quasi quadam severitate continuo. *Cic. de Amic. c. 7.* Oreſtes autem, ita, ut erat, Oreſtem ſe eſſe (*dicere*) perseverare. *Cæſ. 5. B. G. c. 36.* atque in eo perseverat. ¶ Usurparur etiam imperf. *Cic. 6. Verr. c. 39.* Non est ab isto primo illo adventu perseveratum. ¶ Cum accuſativo more activorum. *Symmach. l. 1. ep. 90.* Persevera diligentiam. *Jul. Firmic. l. 5. Astron. c. 2.* Iras ſuas perpetuis indignationibus perseverantes.

Perseverus, a, um, valde severus. *Tac. l. 15. Ann. c. 48.* Imperium perseverum.

Persĕus, i, vel Persēs, is, m. *περσεύς*, filius Jovis ex Danae Acriſii Argivorum Regis filia. Educatus fuit a Polydecte Rege Seriphi inſ. qui Persei ingenium veritus, audaciamque, & felicitatem, ſub prætextu immortalis gloriæ eum miſit in Gorgades inſ. quæ sunt in mari Atlantico, Africam versus, & Promontorium viride, ad debellandam Medusam. Accepto igitur a Vulcano enſe adamantino, quem vocant harpen, a Mercurio talaribus, a Pallade clypeo, Pegaſo equo insidens in Regnum Meduſæ pervenit, quam Palladis clypeo impune vidit (illa enim ſe ſe aſpicientes in saxa commutabat) & in aere certans Vulcanio enſe interfecit. Abſciſit Meduſæ caput, cum quo per aerem volans a ventis discordipus in varias mundi partes nunc ad Boream, nunc ad Auſtrum, nunc in Orrum, nunc in Occaſum delatus eſt. Cum ſuper Libycas arenas penderet, guttæ sanguinis ex capite Meduſæ cecidiſſe dicuntur, & in varios ſerpentes animatæ fuiſſe, inde eſſe, quod Libya tanta serpentum multitudine infeſtetur. Sole occidente conſtitit in Mauritania, ubi Atlantem Regem in saxum convertit, quod ſibi hoſpitium denegaviſſet. Sequenti die, cum per Æthiopiam, vel potius per Chaldæam Aſſyriæ regionem transiret, vidit Andromedam filiam Cephei, & Caſſiopes ſcopulo alligatam, eamque facta de illius nuptiis pactione, bellua interfecta liberavit, cui virgo devoranda expoſita fuerat, Jovis Hammonis ſententia, ob crimen matris, quæ ſe Nereidibus formæ præſtantia præferebat. In nuptiali convivio Phineus frater Cephei, cui Andromeda deſponſata ante fuerat, ſponſam reperiit. Ingens igitur rixa exorta eſt, in qua Perſeus multos occidit, tandem oſtenſo Meduſæ capite omnes, qui Phineo favebant, in lapides immutavit. Poſtremo Phineus, cum ſupplex a Perſeo veniam petiſſet, & impetraſſet, caſu, & temere monſtrum intuitus, & ipſe converſus eſt in lapidem. Ex Aſſyria Perſeus cum Andromeda in Græciam venit, & capite Meduſæ in saxum verſis Prœtum, qui Acriſium Argivorum Regno expulerat. Eadem ratione Polydectem ultus eſt, de ſua gloria ob invidiam aſſidue detrahentem. *Ovid. Met. 4. a. v. 609. & init. 5.* Denique Acriſium avum caſu lapidem fecit. Poſt multas tandem res præclariſſime geſtas in cœlum translatus dicitur, ejuſque meritis etiam Cepheus, Caſſiope, & Andromeda. Conſtat ſtellis ſex & vigiati. Filios reliquit Gorgophontem, Sthelenum, Erythræum, Bacchemonem, & Perſen, de quo fugra. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 44. Hered. l. 7.*

Persēus, a, um, o. 1. 2. quod ad Perſeum ſpectat. *Propert. l. 3. eleg. 20. v. 8.* Sectaque Perſea Phocidis arva manu.

Persĭa, æ, f. & Persis, idis, f. 3. *Persia*, inc. *Farsi*, & *Farsistan*, ארץ פרס, Περσίς, prov. Aſiæ, ampla, ad mare rubrum, quod propterea & ſinus Perſicus appellatur, a Perſe, vel Perſeo rege ſic dicta. V. *Plin. l. 6. c. 26. Plaut. Perſ. 4. 3. 28.* Tabellæ e Perſia allatæ. *Virg. 4. Georg. v. 290.* Quaque pharetratæ vicinia Perſidis urget.

Persĭānus, a, um, ad Perſium pertinens. *Lactant. l. 2. c. 2.* Juvat Perſianum illud proclainare (*fat. 2. v. 61.*) O curvæ in terras animæ!

Persĭbe, adv. acute, callide. *Var. l. 6. de L. L. p. 6.* ut *Sealiger* legit, Persibe, perne. Ubi vulgo *Persibus aperite.*

Persĭbus, a, um, peracutus, a *pes*, & *sibus*, callidus, acutus. *Fest.* Persibus peracutum ſignificare videtur. *Plaut.* ac *Nav.* eo uſus docet. Alii leg. *perseus.*

Persĭccātus, a, um, nom. ex partic. valde ſiccatus. *Apic. l. 7. c. 6.* Perſiccatam, & expreſſam.

Persĭcus, a, um, adject. valde ſicus. *Colſ. l. 3. c. 6.* Si oculi graves, & aut persicci, aut ſubhumidi ſunt.

Persĭce, adverb. *alla Perſiana*, Perſarum more. *Quintilian. l. 11. cap. 2. ſub fin.* Perſice loqui.

Persĭcum. V. *Persicus, a, um.*

Persĭcus, a, um, adj. *Perſiano, di Perſia*, ut Perſicus ſinus, *Pl. l. 6. p. 24.* Golfo di Perſia. Perſica regna, *Juven. ſat. 14. ſub fin.* Perſicus apparatus. *h. e.* opulentus, delicatus, ſplendidus, a Perſarum deliciis, & luxu. *Horat. l. 1. od. 38.* ¶ Perſica malus, *peſco, περσικὴ μηλέα, perſicajo*, arbor humilis, folio linguæ ſimili, & amygdalæ, paulo majore, flore ſubpunicco, fructu ſimili cordi, qui *Perſicum malum* vocatur, *peſca, perſico.* Nomen habet a Perſide, ex qua a Macedonibus poſt victum Darium in Græciam translata eſt. ¶ Sacra fuit Harpocrati ſilentii Deo, ut auctor eſt *Plut. l. de Iſide, & Oſiride.* Ratio eſt, quia hujus arboris folium linguæ ſimile eſt, fructus cordi. V. *Macrob. l. 2. p. 15. & Plin. l. 13. c. 9. & l. 15. c. 13.* ¶ Dicitur etiam Perſicus, i, f. abſolute. *Pallad. l. 1. c. 37.* Perſicus, pirus, pomiferæque arbores. ¶ Perſicum malum, *peſco*, fructus Perſicæ arbotis, foris molli lanugine veſtitus, carnoſus, ſucculentus, intus oſſe duro, & ſcabro, quod nucleum amygdalæ ſimilem habet. *Plin. l. 15. c. 12.* Sed Perſicorum palma duracinis, &c. ¶ Eſt etiam Perſica malus eadem quæ Medica, & citrea, apud *Macr. loc. cit.* V. *Aſſyrius.*

* Persĭcus, *Feſtus*: Perſicus, peracutum ſignificare videtur, ut Plautus: nihil deconciliare ſibi, niſi qui perſicus ſapis. Nævius: & qui fuerit perſicus carponſi eſt ratio. *Critici* hæc ita legenda putant: Perſibus peracutum ſignificare videtur, ut Plautus: nihil deconciliares illi, niſi quid perſibus ſapis. Nævius: & qui fuerit, perſibus captanda eſt ratio. *Sibus* enim apud *Feſt.* eſt callidus, vel acutus.

Persĭdeo, es, edi, essum, *ἀκροκαθέζομαι*, permaneo, ex *per*, & *ſedeo*. *Pl. l. 27. c. 24.* Pruinæ pernicioſior natura, quoniam dapſa perſident, & gelatque.

Persĭdes, um, m. pisces ex genere polyporum. *Pl. l. 32. c. ult.*

Persĭdicus, a, um, idem quod Perſicus. *In vet. epigr. ætatis Gratiani Imp. apud Panvin. de civ. Romana, c. 38.* Perſidicique Mithræ antiſtes Babylonie templi.

Persĭdo, is, n. 3. *ἐπικαθέζομαι*, deorſum feror, deſcendo, penetro. *Lucr. l. 1.* At neque quo pacto perſederit humor aquai, viſum eſt, *ideſt* immiſſus ſit, intrarit, penetrarit. *Virg. 3. Georg. verſ. 442.* Ubi frigidus imber altius ad vivum perſedit. Rurſus *Lucret. l. 2. v. 1124.* Fruges perſidit in ipſas Pexilitas.

Persĭgno, as, a. 1. *ſuggellare, ἐπισημαίνω*, obſigno. *Liv. l. 25. c. 7.* Uni facies conquirendis, doniſque perſignandis.

Persĭlium vocant ſacerdotes rudiculum picatum, in quo unguen eſt, quo Flamen arma Quirini ungit. *Feſt.*

Persĭmilis, le, o. 3. valde ſimilis. *Cic. in Part. c. 7.* Memoria eſt germana literaturæ quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis. Adde *in Pis. c. 38.*

Persĭmplex, icis, adj. valde ſimplex. *Tac. 15. Ann. c. 45.* Perſimplici victu, & agrestibus pomis vitam tolerat.

Persĭs, idis, f. idem quod Perſia, V. *Perſia.* ¶ Item adjective, quæ eſt ex Perſia. *Ovid. 1. de ar. am. v. 172.* Perſidas induxit, Cecropiaſque rates.

Persĭſto, is, ſtiti, n. 3. *perſiſtere; perseverare, διαμένω, ἐφίσταμαι*, duro, perſevero. *Cic. 2. de Div.* Pertinacissimus fueris, ſi in eo perſtiteris. *Liv. l. 38. c. 14.* In eadem impudentia perſiſtere.

Persītes, æ, tichymali ſpecies. *Apul. de herb. c. 108.*

C. Persĭus, Civis Roman. doctiſſimus omnium Romanorum. *Cic. 2. de Or. c. 6. & in Brut. c. 126.* ¶ Perſius Flaccus, Poëta Satyricus, Volaterris Hetruriæ oppido natus. Conſtat, eum clariuſſe iisdem fere temporibus, quibus Domitius Noro imperium Urbis Romæ ſuſcepit. Magiſtros habuit, in Grammatica Rhemnium Palæmonem Vicentinum, in Rhetorica Virginium. Fuit amiciſſimus Annæi Cornuti. Scripſit ſatyras multo quidem ſale, & acumine, ſed non minore obſcuritate, adeo ut affectaſſe cum quidam putent, & in eo dediſſe operam, ut minus intelli-

figeretur. *Mart. lib. 4. ep. 29.* Sæpius in libro laudatur Perſius uno: Quam levis, in tota Marſus Amazonide.

Perſolata, *vel* Perſollata, æ, f. *κρηνον, προσωπίον, πρόσωπις*, genus herbæ circa rivos, & flumina, quam Officinæ lappam majorem vocant. Ita ſcribitur apud *Plin.* in manuſcriptis, & ita ſimiliter eſt in veteri editione Parmenſi. Quibuſdam tamen dicitur *perſonata*, vel *perſonaca. Plin. l. 25. c. 9. Colum. l. 10. c. 17.*

Perſolemnis, ne, adject. valde ſolemnis. Quidam Lexicographi aſſerunt exemplum *Suetonii in Neron. c. 28.* quod tamen nihil conficit. Verba ſunt: Cum dote & flammeo per ſolemne nuptiarum ad ſe deductum pro uxore habuit.

Perſolido, as, avi, atum, a. 1. idem ac ſolido. *Strat. p. Theb. v. 353.* Sicco quos aſper hiatu perſolidat Boreas. *h. e.* congelat.

Perſolla, læ, f. diminut. parva perſona, ut corolla a corona. *Plaut. Cure. 1. 3. 36.* ubi tamen Codices mire variant. V. *Perſolus.*

* Perſollāta. V. Perſolata.

Perſolvo, is, lvi, utum, *pagare affatto*, שקל, *ἐκτελέω*, perfecte, ſeu in totum ſolvo. *Sic. Aur. l. 5. ep. 1.* Stipendiumque eis uſque id. Quintil. perſolutum. ¶ Item pro reddere, quod acceptum eſt, quodcunque illud ſit, *rendere. D. Bruſ. Cic. l. & ep. 21. Fam.* Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſolvere difficile eſt. *Cic. 7. Ver. c. 71.* Et receptum officium Siculis neceſſariis meis erit perſolutum. *Virg. 1. Æn. v. 604.* Grates perſolvere dignas non opis eſt noſtræ. ¶ *Perſolvere pœnas*, eſt dare pœnas, puniri. *Cic. 11. Phil. c. 12.* Pœnas Diis, hominibuſque meritas, debicalque perſolvat. ¶ *Perſolvere promiſſum*, eſt promiſſum perficere. *Cic. pro Sext.* Sinite, me, quod vobis fretus huic ſæpe promiſi, id a vobis perſolvere. *Caſſ. Cic. l. 12. Fam.* Dum promiſſa militibus perſolvo. ¶ *Perſolvere epiſtolæ*, eſt ſatisfacere, ſeu reſpondere. *Cic. Att. l. 14.* Perſolvi primæ epiſtolæ, verio ad ſecundam. ¶ Perſolvere quæſtionem, eſt expedire, explicare. *Id. Att. l. 7. ep. 3.* Si hoc mihi χίμαιρα perſolveris. ¶ Poëtæ metri cauſa *perſoluo* dicunt quadriſyll. pro *perſolvo. Albinovan. ad Liviam, v. 369.* Vita data eſt extenda, data eſt ſine fœnore nobis Mutua, nec certa perſoluenda die.

Perſŏlus, a, um, o. 1. 2. idem ac ſolus, ſeu merus, *unico. Plaut. Cure. 1. 3. 36.* Ethiola, perſolæ nugæ. Alii aliter legunt. *Id Menach. 1. 2. 46.* Oculum effodio perſolum mihi, ſi ullum verbum faxo. Verba ſunt cujuſdam luſci, ſeu coclitis.

Perſollāta, æ, f. 1. herba hortenſis, apud Ægyptios, al. perſolyton. *Plin. l. 21. c. 33.* Et perſolatam Ægyptus in hortis ſerit coronarum gratia.

Perſōna, æ, f. 1. *maſchera, μορμολύκειον*, proprie eſt hiſtrionum larva, imago hominis, ſatyri, beſtiæ, aut hujuſmodi. *Gell. l. 5. c. 7. ex Gabio Baſſo* ſcribit dici a *perſonando*, nempe quia caput, & os coopertmento perſonæ tectum, *undique*, unaque tantum vocis emittendæ via aperrum, quoniam non vaga, nec diffuſa eſt: in unum tantummodo exitum coarctat vocem, & magis claros, canoroſque ſonitus facit. *Juvenc. ſat. 3. v. 174.* tandemque redit ad pulpita notum Exodium, cum perſona pallentis itiarum In gremio matris formidat ruſticus infans. ¶ Translate, ſeu figurate varie accipitur. Imprimis per Metonymiam pro fabulæ actore, ideſt pro uno ex iis, qui ad fabulam agendam in ſcenam producuntur. *Ter. in prol. Eun. v. 15.* Eas ſe non negat perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam. ¶ Deinde per Metaphoram pro ſpecie, imagine, idea rerum incorporearum. *Cic. 4. Ver.* Imponatur honeſtæ civitati turpiſſima perſona calumniæ? Item pro ſpecialis hominis natura, moribus, ſtatu, dignitate. Hoc ſenſu in uno homine multæ poſſunt eſſe perſonæ, mariti, patris, præceptoris, magiſtratus, mimis, læti, iracundi &c. *Cic. pro Cluent. c. 29.* Hujus Staleni perſona populo jam noia atque perſpecta a nulla turpi ſuſpicione abhorrebat. *Id. de Amic.* Quia nulla videbatur aptior perſona, quæ de illa ætate loqueretur, quam ejus, &c. *Id. pro Planc. c. 41.* Abjecta Quæſtoria perſona, comitiſque ſumpta. ¶ Item pro opere munere, officio. *Cic. in Piſon. c. 11.* Non capiunt anguſtiæ pectoris tui tantam perſonam, tam gravem, tam ſeveram. *Id. de Leg. Agr.* Vos mihi Prætori biennio ante hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis, ut, &c. ¶ Per Metaphoram, & Metonymiam ſimul ponitur pro ipſo homine, *perſona*, נפש, Ger. *perſon*, Gal. *perſonne*, Hiſ. *perſona, πρόσωπον*, *Cic. 2. Agr.* Grave eſt enim nomen imperii, atque eriam in levi perſona pertimeſcitur. *Id. l. 6. Fam. ep. 6.* At in ejus perſonam multa fecit aſperius. ¶ Denique per Catachreſin perſonæ appellantur eminentes figuræ in ædificiis, vel in hortis, quæ varios vultus, & geſtus expiimunt, vel aquas ore, aut mentula fundunt. *Ulp. l. ſtendi. §. de act. empt.* ¶ Apud Grammaticos perſonæ in nominibus, & verbis ſunt, *ego, tu, amo, amas*, &c. *Varr. l. 7. de L. L. c. 8. & l. 8. c. 23.*

Perſonācia, æ, f. apud *Apul. de herb. c. 36.* eadem herba eſt, quæ *Plinio* perſolata, ſeu perſonata.

Perſonālis, le, o. 3. *perſonale, προσωπικός*, quod ad perſonam pertinet, ut *Actio perſonalis*, quæ in perſonam datur, cui opponitur *actio realis*, quæ datur in rem. *Paul. lib. 2. ff. tit. 5. leg. 1.* Perſonalis uſus aquæ. Adde *Ulp. l. 63. ff. pro ſoc.* ¶ Verbum perſonale eſt, quod habet omnes perſonas utriuſque numeri, ut *amo, amas, amat, amamus, amatis, amant, Charif. Diomed. Priſcian.*

Perſonāliter, adv. apud Grammaticos ſignificat, cum perſonis, ut Verbum perſonaliter dictum. *Gell. l. 15. c. 13.* ¶ *Arnob. l. 3. pag. 124.* alia ratione uſurpat: Etiamſi, inquit, perſonaliter ignoramus, qui ſunt Lares, Penates, &c. *non ſuppiamo preciſamente.*

Perſonāta. V. *Perſolata.*

Perſonātus, a, um, *maſcherato*, חולב בכותנ פנים מעושה, Ger. *verlarret*, Gall. *maſqué*, Hiſ. *maſcharado, ὑποδεδυκώς, ὁ ἐν προσωπίῳ*, qui perſona, h. e. larva indutus eſt. Proprie perſonati, teſte *Feſto*, dicebantur hiſtriones Arellani, quia jus erat iis non cogi in ſcena ponere perſonam, quod cæteris hiſtrionibus pati neceſſe erat. *Cic. 3. de Orat. c. 59.* Qui perſonatum ne Roſcium quidem magnopere laudabant. ¶ *Perſonata fabula* dicitur, quæ agitur a perſonatis hiſtrionibus. Hoc nomine fabula quædam *Nævii* inſcribitur, non quod primum ab hiſtrionibus perſonatis acta ſit, ut quidam putant, cum multis poſt annis comœdi, & tragœdi perſonis uti cœperint, ſed quia propter inopiam comœdorum acta nova eſt per Atellanos, qui proprie vocabantur perſonati. *Feſt.* ¶ Per translationem etiam folia herbæ perſonata dicuntur. *Plin. l. 21. c. 15.* Foliis latiſſimis ad ſimilitudinem eorum, quæ perſonata in noſtris amnibus vocamus. ¶ Item translate perſonatus dici poteſt, quiſquis foris aliud oſtendit, & intus aliud ſentit, & machinatur. *Cic. Att. l. 15. ep. 1.* Quid eſt autem, cur ego perſonatus ambulem? ¶ *Perſonata felicitas*, quæ vera non eſt, ſed ſimulata, *Sen. ep. 80.*

Perſŏno, as, ui, itum, n. 1. *ſonare molto, gridare, riſonare*, נתן קולו, *ἐκπέμπω*, valde ſono, clamo, perſtrepo, *Cic. pro Cæl. c. 20.* Illæ vero non loquuntur ſolum, verum etiam perſonant, huc unius mulieris libidinem eſſe prolapſam, &c. *Virg. 1. Æn. v. 744.* Cithara crinitus lopas perſonat aurata. *Id. 6. Æn. v. 417.* Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat. *Hor. 2. ſat. 6. v. 114.* Simul domus alta Moloſſis Perſonuit canibus. *Id. l. 1. ep. 1. v. 7.* Eſt, mihi purgatam crebro qui perſonet aurem, *h. e.* in aurem clamet.

Perſŏnus, a, um, adj. *riſonante. Val. Flac. l. 4. v. 418.* Io Aſpide cincta comas, & ovanti perſona ſiſtro.

Perſorbĕo, es, n. 2. *ἀποῤῥοφέω*, totum ſorbeo. *Plin. l. 31. c. ult.* Spongiæ perſorbentes.

Perſpecte, adv. *διαφανῶς*, diligenter, & docte. *Plaut. Mil. 3. 1. 161.* Ut docte, & perſpecte ſapit.

Perſpectĭo, onis, f. perſpicientia. *Lactant. l. 2. c. 7.* Terrenum animal rerum cœleſtium perſpectionem non capit. Adde *de ira Dei, c. 1.*

Perſpecto, as, a. 1. freq. a perſpicio, *κατόπτομαι. Plaut. Mil. 3. 1. 2.* Sinite, me prius perſpectare, ne ufpiam inſidiæ ſient. *Suet. in Domit. c. 4.* Navales pugnas inter maximos imbres perſpectavit. *h. e.* uſque ad finem ſpectavit.

Perſpectŏr, oris, m. qui perſpicit. *Juvenc. l. 2. v. 275.* Mentis perſpector Ieſus.

Perſpectus, a, um, *διαγνωσμένος*, viſus, cognitus, exploratus, diligenter animadverſus, certus. *Cic. pro Balb. c. 6.* Hujus (*virtus*) præſens, experta, atque perſpecta obtrectatorum voce lædetur? *Cic. Att. l. 11. ep. 1.* in tua erga me mihi perſpectiſſima benevolentia. *Id. ad Brut. ep. 1.* Perſpectum, & cognitum habere animum alicujus.

Perſpĕcŭlor, aris, d. 1. *περισκοπέω*, diligenter ſpeculor. *Hirt. de B. B. Afric. c. 31.* Cum de vallo perſpecularetur.

Perſpergo, is, rſi, rſum, a. 3. *καταπάττω*, idem ac aſpergo. *Cicer. 1. de Orat. c. 34.* Quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio.

Perſpicabĭlis, le, adject. conſpicuus. *Ammian. l. 14. c. 8. (al. 25.)* Tarſus urbs perſpicabilis.

Perſpicācĕ, adv. perſpicaciter. *Afran.* apud *Non. c. 11. n. 31.* Quam perſpicace, quam benigne. Al. *perſpicat.*

Perſpicācia, æ, f. idem ac perſpicacitas. *Cic. Att. l. 15. ep. 16.* Quod ipſum perſpicaciam aliquam ſignificaret. Alii pro *perſpicaciam* reponunt προκοπήν.

Perſpicācitas, atis, f. *acutezza*, תבונה, דעת, שכל, Ger. *verſtandt*, Gall. *claire vene*, Hiſ. *agudeca*, πολυβέρεια, acumen. *Cic. Att. l. 1. ep. 1. in fin.* Etſi ex iis, quæ ſcripſimus, tanta eſt perſpicacitate, eriam a me non ſcripta perſpicies. Pleræque optimæ editiones omittunt *ea perſpicacitate.*

Perſpicācĭter, adv. acute, cum perſpicientia. *Ammian. l. 29. c. 5. (al. c. 9.)* Omnibus perſpicaciter inquiſitis.

* Perſpĭcatus. V. Perſpicax.

Perſpĭcax, acis, o. 3. *acuto*, קשוב, Ger. *verſtandig*, Gal. *clairvoyant*, Hiſ. *agudo, ὀξυδερκής*, conſideratus, acutus. *Cic. 1. Off. c. 28.* Id, quod acutum, & perſpicax natura eſt. *Apul. 2. A. A.* Perſpicacior Lynceo, vel Argo.

Perſpicibĭlis, le, adject. qui perſpici poteſt. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Perſpicibilis, & parens Solis ſplendor.

Perſpicientĭa, æ, f. 1. *cognizione*, דעת, תבונה, *ἐπιστήμη*, perfecta viſio, vel cognitio. *Cic. 1. Off. c. 5.* Aut enim in perſpicientia veri, ſolertiaque verſatur.

Perſpĭcio, is, exi, ctum, a. 3. *vedere, o conoſcere perfettamente*, ראה, ידע, *διοράω*, perfecte video, cognoſco, intelligo. *Cic. pro Cluent.* Hæc niſi omnia perſpexeritis in cauſa. *Id. de Amic. c. 17.* Quidam ſæpe in parva pecunia perſpiciuntur quam ſint leves. *Idem pro Leg. Manil. c. 9.* Conjectura perſpicere.

Perſpĭcŭe, adv. *chiaramente, φανερῶς*, clare, evidenter. *Cic. 2. Nat. Deor. c. 7.* Aperte, & perſpicue nulla eſſe judicia. &c. Adde *3. Fin. c. 3.*

Perſpicŭitas, atis, f. *chiarezza*, בהירות, ברור, Germ. *clarheit*, Gal. *evidence, clarté*, Hiſ. *claresa, ευδιάγνωστον*, ſplendor, evidentia, facilitas. *Cic. 1. Acad. c. 6.* Propterea, quod nihil eſſet clarius ἐναργείᾳ, ut Græci, perſpicuitatem, aut evidentiam nos, ſi placet, nominemus. Adde *3. n

Perfultēātor, oris, m. qui perfultat. *Symmach. l. 7. ep. 22* Bājani litoris perfultator.

Perfulto, as, avi, atum, n. 1. πυρπίω, super rem aliquam salto, quod proprie saltum est, & pecudum, quæ in pabuli ubertate identidem subiliunt. *Lucr. l. 1. v. 14.* Inde feræ pecudes perfultant pabula læta. ¶ Est item cum petulanti quadam insultatione locum, agrumve percurrere, & interdum saltando lætitiam animi ostendere. *Liv. l. 34. c. 20.* Quam sæpe in agro eorum impune perfultassent. *Tac. 11. Ann. c. 27.* Dum histrio cubiculum principis perfultarer, dedecus quidem illatum. *Id. 5. hist. c. 15.* Germani notis vadis perfultabant.

Pertabesco, is, ui, n. 3. valde tabesco. *Sever. in Ætna, v. 472.* Tum si quis lapidum summo pertabuit igne.

Pertædĕo, es, dui, n. 2. ἀδημονέομαι, tædio vehementer afficior. *Gell. l. 1. c. 2.* Jamque omnes finem cuperent, verbisque ejus defatigati pertæduissent.

Pertædefcit, ebat, inp. 3. idem ac pertædet, vel incipit pertædere. *Cat. R. R. c. 156.* Nolite multum dare, ne pertædefcat.

Pertædet, ebat, tæsum est, imp. 2. *vincefcere molto*, ἀδημονέω, est tædio vehementer affici. *Cic. ad Fr. l. 1. ep. 2. c. 2.* Pertæsum est enim levitatis, &c. *Gell. l. 15. c. 20.* Quarum matrimonii pertædebat.

Pertæsus, a, um. *stredato*, πεπληρωμένος, partic. a pertædeo, voce passiva, sed significatione activa. Construitur cum genit. *Tac. l. 15. Ann. cap. 51.* Lenitudinis eorum pertæsa. ¶ Vel cum accus. *Suet. in Cæs. c. 7.* Et quasi pertæsus ignaviam suam, &c.

* Pertango, is, pertigo. *Apic. l. 6. c. 9.* suo sibi jure pertangis, h. e. intingis, perfundis. Adde *l. 8. c. 8.*

Pertĕgo, is, exi, ctum, a. 3. *coprire da ogni parte*, καταστεγάζω, omni ex parte tego. *Plaut. Rud. 1. 2. 35.* Quin pertegamus villam. *Id. Trinum. 2. 2. 41.* Beneficia beneficiis aliis pertegito, ne perpluant.

* Pertemerarius, a, um, valde temerarius. *Cod. 12. 21. 2.* Cum perabsurdum, perque temerarium sit.

Pertendo, is, di, ntum, a. 3. διήκω, διατείνω, valde tendo, extendo. *Cat. de R. R. c. 52.* In arboribus, ubi radices capiant, calicem, aut qualum pertendito. Aliqui legunt *pertundito*. ¶ Aliquando est ad finem ducere id, quod cœperamus. *Ter. Heaut. 5. 5. 9.* Video non licere, ut cœperam, hoc pertendere. ¶ Ponitur & pro proficisci, recta tendere. *Liv. l. 5. c. 8.* Pars maxima, atque ipse Sergius Romam pertendebant. ¶ Item pro perfistere, perseverare. *Propert. l. 2. eleg. 12. vers. 17.* Quod si pertendes animo vestita cubare. Al. leg. *Quod si pertendens animo vestita cubaris.* ¶ Pertendere cum aliquo pro contendere, afferunt nonnulli Lexicographi ex *Cic. pro Balb. c. 5.*

Pertentātus, a, um, nom. ex partic. valde tentatus, affectus. *Apul. Met. 1.* Fatigatione pertentatus. *Tac. 6. Ann. c. 20.* Diversis sermonibus pertentatus.

Pertento, as, avi, atum, a. 1. *tentare bene*, πάνυ πειράζω, vehementer tento, exploro, expiscor. *Ter. Andr. 3. 4. 9.* Sed ea gratia simulavi, vos ut pertentarem. *Tac. 2. hist. 49.* Allatis pugionibus duobus, cum utrumque pertentasset. *Id. 1. hist. c. 29.* Placuit pertentari animum cohortis. ¶ Item pro considerare. *Cic. ad Q. Fratr. d. 1. ep. ult.* Sed tu perspice rem, & pertenta. ¶ Item pro permovere, commovere. *Virg. 1. Æn. v. 506.* Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. *Id. 3. Georg. v. 250.* Ut tota tremor pertenter equorum corpora.

Pertĕnŭis, e, o. 3. πολύλεπτος, valde tenuis. *Plin. l. 16. c. 43.* Secatur in laminas pertennes & ilex. ¶ Translate sumitur pro valde parvo. *Cic. lib. 14. Fam. ep. 3.* Spes salutis pertenuis ostenditur. *Id. 2. Agr. c. 32.* Cum pertenui discrimine separarentur.

Pertepĭdus, a, um, adject. valde tepidus, ut aqua pertepida. *Vopisc. in Carino, c. 17.*

Pertĕrĕbro, as, avi, atum, a. 1. διατορνῶ, idem ac terebro, seu plane terebro. *Cic. 1. de Div. c. 25.* Annibalem Cœlius scribit columnam auream perterebraviſſe. *Vitr. l. 8. c. ult.* Lapis perterebratus.

Pertergĕo, es, &

Pertergo, is, ersi, ersum, a. 3. ἀκριβῶς τέρπω, diligenter tergo. *Col. l. 12. c. 9.* Extrinsecus munda spongia vasa pertergere. *Hor. l. 2. sat. 8. v. 11.* Gausape purpureo mensam pertersit. *Lucr. l. 4. v. 248.* Itque ita per nostras acies perlabitur omnis, Et quasi perterget pupillas, atque ita transit.

Pertĕro, is, trivi, itum, a. 3. *consumare fregando*, κατατρίβω, terendo comminuo. *Plaut. Men. 1. 1. 9.* Tum compediti januam lima perterunt. Alii leg. *proterunt. Col. l. 12. c. 38.* Cum eam paululum siccaverunt, perterunt. *Et mox.* Per lineum siscum, quod perstiverunt, *exprimunt.*

Perterrefăcio, cis, a. 3. ἐκπλήσσω, valde terrefacio, idem ac perterreo. *Ter. Andr. 1. 1. 42.* Perterrefacias Davum.

Perterrefactus, a, um, partic. a perterrefio. *Brut. ad Cic. l. 11. Fam. ep. 20.* Sperate eos, te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia. Alii leg. *perstimfacto.*

Perterrĕo, es, ui, itum, a. 2. κατατρομάττω, valde terreo. *Cic. pro Cæc. c. 9.* Ferro, inquit, te reject, atque perterrui. *Ter. Eun. 3. 3. 13.* Hunc perterrebo facrilegum.

Perterricrĕpus, a, um, ἐκπληκτικός, quod terrorem crepando inducit. *Lucr.* de tonitru, *l. 6. v. 128.* Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorem. *Cic. in Or. c. 49. ex Poeta.* Habeo istam ego perterricrepam.

Perterrĭto, as, a. 1. frequentat. a perterreo. *Avien. in phænom. Arat. v. 1169.* Scorpius ingentem perterritat Oriona.

Perterritus, a, um, κατατεταγμένος, valde territus. *Cic. pro Cæl. c. 28.* Ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent. *Id. pro Cæc. c. 10.* Omnes metu perterriti. *Id. ib. c. 13.* A tuis ædibus vi, atque armis perterritus. *h. e.* expulsus.

Pertexo, is, xui, xtum, a. 3. διήκω, ad finem usque texo, perago, perficio. *Cic. 2. de Or. c. 33.* Pertexe modo, quod exorsus es. *Id. Att. l. 1. ep. 14.* Totum hunc locum valde graviter pertexuit. *Lucr. l. 6. v. 41.* Pertexere inceptum.

Pertĭca, æ, f. 1. *pertica*, מוט, Ger. *ein lange stange, eine ruthe*, Gal. *perche*, Hisp. *vara*, κάμαξ, baculus oblongus, ut quo fructus decutiunt. *Ov. de Nuce, v. 69.* Pertica dat plenis immitia vulnera ramis. ¶ Sumitur etiam pro regula, qua agros metiuntur. Unde in vet. Gloss. non solum κάμαξ, sed etiam κανών, exponitur. Crebra hujus perticæ mentio est apud *Aggenum, Siculum Flaccum*, & alios agrimensores. *Poeta in Diris, v. 45.* Pertica, quæ nostros metata est impia agellos. *Propert. l. 4. eleg. 1. v. 130.* Abitulit excultas pertica tristis opes. ¶ Pertica militaris erat, qua militibus agri dividebantur. *Serv. ad 9. Ecl. v. 8.* Usque ad eum autem locum perticam militarem Octavius Musca porrexerat. ¶ *Una pertica tractare*, prov. est una ulna metiri, feu tractare eodem modo. Alii explicant, eadem opera. *Pl. l. 8. ep. 2.* Ex his etiam, quos non una, ut dicitur, pertica, sed distinctæ, gradatimque tractavi.

Perticālis, le, o. 3. ex quo fiunt perticæ. *Col. l. 4. c. 31.* Perticalis fere salix eumdem agrum, quem viminalis, desiderat.

* Perticātus. *Fronte perticata*, al. *pertinaci*, apud *Mart. l. 5. ep. 12.*

Pertimefactus, a, um, perterritus. *Pacuv.* apud *Non. c. 7. n. 2.* Is triplici pertimefactus meerore. *V. Perterrefactus.*

Pertimesco, is, mui, n. 3. περιφοβέομαι, valde timeo. *Cic. 6. Ver. c. 35.* Hanc tu tam igitur religionem si tum in imperio propter cupiditatem, & audaciam non pertimescebas. *Id. in div. Ver. c. ult.* De capite, fortunisque omnibus pertimescunt. *Ovid. 6. Fast.* Attoniti Mauras pertimuere manus.

Pertinacia, f. *pertinacia, ostinazione*, עקשׁ עקש, Ger. *halsstarrigkeit*, Gal. *obstination, opiniâtreté*, Hisp. *pertinacia*, αὐθάδεια, obstinatio. *Cic. 2. de Inv. c. 54.* Ut audacia, quæ fidentiæ, pertinacia, quæ perseverantiæ finitima est. *Id. 1. Fin.* Cum pertinacia, & iracundia recte disputari non potest. ¶ Sumitur etiam in bonam partem pro constantia. *Cic. 1. Acad. c. 12.* Non pertinacia, aut studio vincendi. *Suet. in Cæs. c. 68* Ne patientia, & pertinacia hostis animi suorum frangerentur.

Pertinaciter, adv. *pertinacemente*, ἐπιμόνως, obstinate, perseverantes. *Plane. Cic. l. 10. Fam. ep. 22.* Ne cui obtrectatorum videret & nimium pertinaciter Lepido infensus, &c. *Liv. l. 26. c. 38.* Pertinacius defensa Capua. Et in bonam partem, *Sen. ep. 5.* Quod pertinaciter studes, & omnibus omissis, hoc unum egis, ut te quotidie meliorem facias. ¶ Proprie significat valde tenaciter. *Plin. l. 33. c. 5.* Cum æra inaurantur, sublitum bracteis pertinacissime retinent. *Quintil. lib. 1. c. 1.* Pertinaciter hærere.

Pertinax, acis, adj. *molto tenace*, קשה עורף, ὑπερήνωρ, Ger. *halsstarrend*, Gal. *obstiné, opiniâtre. Hor. l. 1. od. 9. in fin.* Pignusque direptum lacertis, aut digito male pertinaci. ¶ Translate sumitur pro avaro. *Plaut. Capt. 2. 2. 39.* Tenax ne pater ejus sit? Ph. imo adepol pertinax. ¶ Item sæpissime pro obstinato, nimisque in sua sententia pristente, *obstinato, pertinace. Cic. 1. Fin. c. 8.* Certe pertinax non eo, tibique, si mihi probabis ea, quæ dices, libenter assentiar. *Hor. 3. od. 29.* Ludum insolentem ludere pertinax. Rursus *Cic. 2. Fin. c. 33.* Pertinacissimus fuerit, si in eo perstiterit. *Liv. l. 29. c. 33.* Pertinacior in repugnando. ¶ Item pro duro, acri, diuturno, ut pertinax imperus, *Liv. l. 28. c. 22.* certamen, *Id. l. 2. c. 30.* pertinax dolor, *Sen. in Herc. Oet. v. 1859.* ¶ Sumitur interdum in bonam partem pro firmo, & constanti, *constante. Apul. in Apol.* Pertinax justitiæ. *Liv. l. 25. c. 14.* Vicit omnia pertinax virtus. *Mart. l. 8. epigr. 38.* Qui præstat pietate pertinaci.

* Pertinens, entis, πρόσκων, προσήκων. *Pl. l. 28. 5.* Scrutati maxime pertinentia, *le cose che fanno più a proposito.*

Pertinenter, adv. convenienter, apte, *a proposito. Tert. l. 4. adv. Marc. c. 38.* Vides, quam pertinenter ad causam? *Id. ib. c. 31.* Pertinentissime ad hanc parabolam. *Et c. 9.* Pertinentius volebat agnosci.

Pertingĕo, es, nui, n. 2. *arrivare, giugnere*, בוא, נגשׁ, προσήκω, pertingo, pervenio, a *per* & *tango.* Construitur cum accus. & præpos. *ad*, vel *in. Sen. ep. 12.* Hoc pertinet a natali ad diem extremum. *Ulp. l. 1. ff. de cloacis.* Cloaca, quæ ex ædibus ejus in tuas pertinet ædes. *Cic. l. 2. Div.* Quo poteſt igitur contagio ex infinito pene intervallo pertinere ad Lunam, vel potius ad Terram? *Id. de Sen.* Tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent. ¶ Vel cum accus. & præp. *per*, vel *in. Cic. 2. de nat. Deor.* Eam caloris naturam vim in se habere vitalem per omnem mundum pertinentem. Al. leg. *peregingentem. Liv. l. 25. cap. 24.* Et in vastæ magnitudinis urbe partium sensu non satis pertinente in omnia. ¶ Vel cum abl. sine præpos. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* Eorumque implicationem loto corpore pertinentem. ¶ Vel cum adv. *quo. Cic. 2. Agr. c. 8.* Quo pertineat, videre.

Pertinet, ebat, nuit, imp. 2. *appartenere*, ש׳, προσήκει, est spectare, attinere, dominio cujuspiam subjectum esse. *Pompon. l. 50. ff. tit. 16. de verb. signif. l. 181.* Verbum illud Pertinere latissime patet. Nam & eis rebus petendis aptum est, quæ dominii nostri sint, & eis, quas jure aliquo possideamus, quamvis non nostri dominii sint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint. Construitur cum accus. & præpos. *ad. Curt. l. 10. c. 7.* Affectaverant nihil ad ipsos pertinens regnum. ¶ Vel interdum cum præpos. *in. Cic. 2. de Orat. c. 2.* Non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerent. Sed aliqui hic accipiunt pro *peringerent*. ¶ Sæpe ponitur pro attingere, cadere in aliquem, vel in aliquid. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 7.* Ad quem suspicio maleficii pertineat. *Idem pro Cluent.* Pertinuisse hoc ad causam, tunc, cum reliqua cognoveritis, intelligetis. ¶ Item pro referri. *Cic. pro Cluent.* Id quoque ad corrumpendum judicium pertinet. ¶ Hæc acceptione eleganter admittit adverbia *huc, illuc, eo, eadem, quo, quorsum. Cic. 7. Ver. c. 10.* Summa illuc pertinet, ut sciatis. *Idem Att. l. 8. ep. 9.* Eodemque pertinet, quod causam ejus probo. *Id. 3. de nat. Deor. c. 23.* Interpretando, quorsum quidque pertineat. *Cajus in l. si id, de duobus reis*, Hæc sententia eo pertinet, idem hujus sententiæ effectus eo usque proditur, vel hæc sententia eo tendit. ¶ Item pro interesse, utile esse, expedire. *Cin. ad Brut. ep. 2.* Id valde pertinuit, ut ego tum intelligebam, ad Rempublicam, ut nunc judico, ad dignitatem tuam. ¶ Item pro officium esse, munus esse. *Cic. de Amic. c. 4.* Si nihil ad eos pertinere arbitrarentur. *Id. pro Rosc. Amer. c. 13.* Quod prima illa res ad meum officium pertinet. ¶ *Pertinere ad rem*, est e re esse, *far a proposito. Cic. l. 13. Fam. ep. 13.* Si quod hoc ad rem pertinet.

Pertingo, is, tigi, tactum, n. 3. *giugnere, arrivare*, הגיע, מגיע, προσήκω, ἱκάνω, pervenio. *Plin. l. 11. c. 37. fcct. 55. Hard.* Venana ab oculis pertingere ad cerebrum, peritissimi auctores tradunt. V. aliud Ciceronis exemplum in pertinet.

Pertĭnsus, a, um, idem ac pertæsus. *Fest.* Distinsum, & pertisum dicebant, quod nunc distæsum, & pertæsum.

Pertŏlĕro, as, a. 1. tolero, fero. Legitur in *suppositis Plauti, Amphytr. scena quæ incipit, Dj vostram fidem, v. 20.* Pertolerarem vim tantam, cladesque exantlarem impatibiles.

Pertŏno, as, n. 1. *Hieron. ep. 61. ad Pammach. c. 4.* Et morantem in populis, laudis cupidum pertonabas.

Pertorquĕo, es, orsi, rtum, idem ac torqueo, distorqueo. *Lucret. l. 2. v. 401.* Ferique Centauri fœde pertorquent ora sapore.

Pertractātē, adv. *Plaut. Capt. prol. v. 55.* Profecto expediet Fabulæ huic operam dare: non pertractate facta est, neque item ut cæteræ. *h. e.* non vulgariter, non ratione in aliis usitata, & pertractata, sed nova, & singulari. Alii leg. *pretextate. h. e.* lascive, quemadmodum *Gellius* dixit *pretextata verba.*

Pertractātio, onis, f. διηκρίβωσις, actus pertractandi, frequens revolutio. *Cic. 1. de Orat. c. 42.* In Grammaticis Poetarum pertractatio, histriarum cognitio. ¶ Legitur & pertractatio. *Gell. l. 5. c. 1.* Ut conficientiam ejus affecerit animi partium aut sinceratum, aut ægratum pertractatio.

Pertractātus, a, um, adject. valde tractatus, exploratus, cognitus. *Cic. 3. Tusc. c. 14.* Hæc est divina sapientia, & perceptas, & pertractatas res humanas habere.

Pertracto, as, a. 1. *maneggiare*, משׁשׁ, καταθίγγανω, manibus frequentius tracto, & tango. *Cicer. Parad. 5. c. 2.* Barbatulos nullulos receptantem de piscina, & pertractantem. ¶ Translate ponitur pro examinare, diligenter considerare. *Cic. 2. Rep.* Eamque omni cogitatione perractans percontare ipse te. ¶ Item pro differere, disputare de re aliqua. *Cic. 4. Tusc. c. 10.* Ea, quæ rem continent, pertractemus. ¶ Dicitur etiam *pertracto. Just. l. 1. c. 9.* Tum pertractare dormienti caput jubet.

Pertractus, us, m. mora, perduratio. *Tertul. de Orat. c. 5.* Quidam pertractum quemdam in sæculo postulant.

Pertrăho, his, xi, ctum, a. 3. *tirare*, משׁך, ἑφέλκω, valde traho, ad destinatum finem traho, dum molimine traho. *Liv. l. 11. c. 28.* Ea ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur. *Id. l. 5.* Ut ad terga collis ab equite suo insessi hostem incautum pertraherent. ¶ Translate ponitur pro producere, extendere. *Plin. l. 28. c. 1.* Vitam quidem non adeo extendendam censemus, ut quoquo modo pertrahenda sit.

Pertransĕo, is, ivi, itum, n. a nom. διαβαίνω, idem, ac transeo. *Plin. l. 37. c. 5.* Cum viridis non pertransit aspectus. *Sinec. ep. 4.* Aut perveniat, aut pertranseat.

Pertransĭcŭlus, a, um, quod valde translucet. *Plin. l. 13. c. 12.* Alias indecoro visæ pertransiucida.

Pertrectātio, V. *Pertractatio.*

Pertrecto. V. *Pertracto.*

Pertrepĭdus, a, um, valde trepidus. *Capitolin. in Max. & Balb. c. 1.* Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ concurrit.

Pertribŭo, is, bui, a. 3. idem, ac tribuo *Plin. ep. 18. l. 10.* Apud me & milites, & pagani certarim ei qua privatim, qua publice testimonium pertribuerunt.

Pertricōsus. V. *Pertricosus.*

Pertrīstis, & ste, o. 3. valde tristis. *Cic. pro Cæl. c. 11.* Fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister.

Pertritus, a, um, nom. ex partic. valde tritus, comminutus. *Colum. l. 8. c. 5.* Uva pertrita, & cum aqua potui data. ¶ Item ufu tritus, vulgaris. *Senec. controvers 28.* Vulgaris in ejusmodi controversiis, & pertrita quæstio.

Pertrux, ucis, adject. valde trux. *Apul. l. 3. Metam.* Pertrux bestia. Alii leg. *trux.*

Pertumultuōse, adv. valde tumultuose. *Cic. l. 15. Fam. ep. 4.* Pertumultuose, neque tamen non vere, Parthos in Syriam transisse, nuntiaverunt.

Pertunda, æ, f. Dea, quæ pertundendo eugio præesse credebatur. *Arnob. l. 4. pag. 131*

Pertundo, is, udi, usum, a. 3. *rompere, spezzare*, Ger. *zerbrechen zerknirschen*, Gal. *piler, rompre, briser*, Hisp. *quebrar, romper*, πρήσσω, πρήθω, valde percutio, percutiendo frango, perfodio. *Colum. lib. 6. c. 15.* Aut acuta testa, vel lapide ungulam pertuderit. *Plaut. Pseud. 1. 2. 17.* Ne quisquam pertundat crumenam, cautio est.

Perturbāte, adv. *confusamente*, ἀκαταστάτως, confuse, non servato ordine rerum & temporum. *Cic. de Inv. c. 20.* Ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur.

Perturbātio, onis, f. *confusione*, עכור, עכבה, Germ. *verwirrung, betriebnuss* Gal. *perturbation, trouble*, Hisp. *perturbacion*, ταραχή, confusio. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 2.* Quibus sublatis perturbatio vitæ sequitur, & magna confusio. *Id. 2. Divin. c. 45.* Perturbatio cæli. ¶ Speciatim dicitur de commotione, seu motu animi *Cic. 4. Tusc. c. 6.* Est igitur Zenonis hæc definitio ut perturbatio sit, quod πάθος ille dicit, aversa a recta ratione contra naturam animi commotio. *Id. 3. Off.* Ut perturbationes fugiamus. *Id. 1. Off. c. 36.* in perturbationes incidere. ¶ De animi perturbationibus *Cicero* disserit *in libris Quæst. Tusc.* præsertim *l. 4.* item *l. 1. & 2 de Or. & in Or.*

Per-

* Perturbātor, ōris, m. ταραχώδης, qui perturbat. *Sulpic. Sever. l. 2. hist. sacr. cap. 49.* perturbator Ecclesiarum.

Perturbātrix, icis, f. *turbatrice*, quæ perturbat. *Cic. 1. de Leg. c. 13.* Perturbatricem autem harum omnium Academiam hanc ab Arcesila, & Carneade recentem exoremus, ut sileat.

Perturbātus, a, um, *turbato, confuso*, διηκριβωμένος, confusus. *Cic. 5. de Or. c. 1.* Non confusis personis, non perturbato ordine. *Id. Att. l. 10. ep. 4.* Nunquam vidi hominem perturbatiorem meo. *Id. Agrar. 1. c. 8.* Civitas seditionibus perturbata. *Senec. l. 7. quæst. nat. c. 10.* Perturbatissimum tempestatis genus.

Perturbĭdus, a, um, valde turbatus, ut perturbida civitas, *Vopisc. in Saturn. c. 7.*

Perturbo, as, avi, atum, a. 1. *turbare, confondere*, עבר, בלבל, ערב, Germ. *verwirren*, Gal. *troubler*, Hisp. *perturbar*, παράττω, valde turbo, confundo, commoveo. *Cic. 3. Off. c. 19.* Regulus non debuit conditiones, pactionesque bellicas, & hostiles perturbare perjurio. *Id. 5. Ver.* Hæc te vox non perculit? non perturbavit? *Id. pro Mil. c. 1.* De Reip salute magis, quam de sua perturbari. ¶ Significat etiam deturbare, expellere. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 8.* Ut eum præcipitem perturberis ex civitate. *Cæs. l. 7. B. G. c. 81.* Fundis, fagitris, lapidibus nostros de vallo perturbare. *Ov. Met. 3. v. 79.* ceu concitus imbribus amnis Fertur, & obstantes perturbat pectore silvas. Sunt tamen qui ubique *disturbare* reponunt.

Perturpis, & pe, o. 3. valde turpis. *Cicer. pro Cæl. cap. 20.* Cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis non tibi perturpe, aut perflagitiosum esse videatur?

Pertusātra, æ, f. perforatio. *Cæl. Aurel. Tard. l. 5. c. 1.* Pertusuræ patiens locus.

Pertūsus, a, um, *traforato*, perforatus. *Cato c. 157.* In vas pertusum congesta omnia. *Plaut. Pseud. 1. 3. 135.* In pertusum ingerimus dicta dolium.

Pervādo, is, si, sum, n. 3. *trapassare*, בא, Ger. *durchfahren, durchgehen*, Gal. *surpasser*, Hisp. *trapassar*, διαβαίνω, valde eo per aliquem locum, pertranseo penetro, ingredior. Construitur vel absolute. *Cic. 3. Ver. c. 16.* Non ut legatus P. R. sed ut quidam calamitas pervadere videretur. *Tac. l. 2. Ann. c. 17.* Nisi tamen corporis, & imperii eum pervasit. ¶ Vel cum acc. & præp. *per. Cic. 5. Ver. cap. 26.* Quod & quantum incendium Decumanorum impetu non solum per agros, sed etiam per reliquas fortunas aratorum, non solum per bona, sed etiam per jura libertatis, & civitatis ilto Prætore pervaserit. *Id. pro Leg. Man. cap. 9.* Opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaserat. ¶ Vel cum acc. & præp. *in*, vel *ad. Cicer. 2. de nat. Deor. c. 57.* Ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere. *Liv. l. 7. c. 36.* Inter trepidationem, tumultumque Samnitum, præsidium ad castra Consulis pervasit. ¶ Vel cum acc. sine præp. *Cic. pro Syl. c. 19.* Quas oras maxime quasi morbus quidam illius furor pervaserat. *Liv. l. 5. c. 7.* Famaque ea forum, atque urbem pervasisset. ¶ Vel cum adv. motus ad locum. *Cic. pro Leg. Man.* Quo non illius dici fama pervaserit.

Pervagabĭlis, le, adject. pervagans. *Sidon. l. 2. ep. 2.* Pelagi campus cymbis late fecatur pervagabilibus.

Pervagātus, a, um, partic. a pervagor. *Liv. l. 38. c. 17.* Inter mitissimum genus hominum fœcox natio pervagata bello prope orbem terrarum, fedem cœpit. ¶ Sæpe sumitur pro divulgato. *Cic. 4. Ver.* Ut in re tam clara, tam testata, tam pervagata tabulas publicas corrumpere auderes? *Id. 2. de Inv.* Pars autem est pervagatior, & aut in omnes ejusdem generis, aut in plerasque causas accommodata. *Id. in Orat. c. 43.* Pervagatissimus ille versus, qui vetat, Artem pudere proloqui, quam fatcites, dissimulare non finit.

Pervăgo, as, avi, atum, n. 1. idem ac vagor. *Auct. ad Her. l. 3.* (*si salva est lectio*) Ut identidem primos quosque locos imaginum innovandarum causa celeriter animo pervagemus.

Pervăgor, aris, atus sum, d. 1. *andare vagando*, תעה, περιφέρομαι, per aliquem locum vagor. Construitur vel absolute. *Cic. 7. Ver. c. 37.* Hic, te Prætore, prædonum naviculæ pervagatæ sunt. ¶ Vel cum acc. & præp. *per*, vel etiam sine præp. *Cic. 1. de Leg. c. 11.* Molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores similiter omnium mentes pervagantur. *Liv. l. 1. cap. 29.* Nunc errabundi domos suas ultimum illas visuri pervagarentur.

Pervăgus, a, um, valde vagus. *Ovid. l. 2. de Arte v. 18.* Puer pervagus vasto orbe.

Pervăleo, es, lui n. 2. multum valeo. *Lucr. l. 6. v. 916.* Usque adeo permanenter vis pervalet ejus. Al. leg. *prevalet.*

Pervălĭdus, a, um, adject. multum validus. *Ammian. lib. 29. sub init.* Agminibus pervalidis. Aliud exemplum, quod afferrur ex *Liv. l. 40. c. 47.* dubiam habet lectionem.

Pervarie, adv. πολυποικίλως, valde varie. *Cic. l. 2. de Orat. c. 80.* Reliqua pervarie jucundeque narrantur.

* Pervarius, valde varius. *Apul. de Deo Socrat. Al. al. leg.*

Pervastātus, a, um, *Tac. 15. Ann. c. 45.* Interea conferendis, pecuniis pervastata Italia, provinciæ everſæ.

Pervasto, as, avi, atum, a. 1. prorsus vasto. *Liv. l. 6. cap. 4.* Ad pervastandos fines duxere.

Pervāsus, a, um, nom. ex particip. a pervado, penetratus, invasus. *Ammian. l. 24. c. 7.* Pervasa urbe. *Id. l. 31. c. 8.* Pervasis regionibus.

Perubique, adverb. idem quod *ubique*, addita per pleonasmum præpos. *per Tert. de Pall. c. 3.*

Pervector, oris, m. qui pervehit. *Symmach. lib. 4. ep. 64.* Pervector apicum. *h. e.* tabellarius.

Pervectus, a, um, nom. ex partic. allatus, perlatus. *Pl. l. 9. c. 8.* Pervectus in litus. *Sil. l. 8. v. 126.* Illa cito passu pervecta ad litora.

Pervĕho, is, xi, ctum, a. 3. *condurre*, διακομίζω, usque in aliquem locum porto. *Pl. l. 35. c. 6.* Inde non pervehuntur ad nos. *Liv. l. 5.* Virgines, sacraque in plaustrum impositæ, & Cære pervexit. *Cic. 2. Off. c. 6.* Nam & cum prospero flatu ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos. *Tac. 2. Ann. c. 8.* Secunda navigatione pervehi. *Cic. 8. Fam. ep. 12. in fin.* Mulo Romam pervehi.

Pervĕlim, V. *Pervolo, it.*

Pervello, lis, elli, a. 3. κατατίλλω, vellico. *Ascon. in Ver. 3. c. 13. ad fin.* Pervellere pilos alicui, *cavar i peli. Cic. 3. Tusc. c. 17.* Quæ pervellere te forsitan potuit, & pungere, non potuit certe vires frangere. *Id. 2. Tusc. c. 20.* Si te forte dolor aliquis pervellerit, exclamabis ut mulier? *Id. 1. de Or. in fin.* Neque tam mihi molestus fuit, quod jus nostrum civile pervellit. *h. e.* jari civili obtrectat. *Valer. Max. l. 1. c. 5. n. 8.* Pervellere aures. *Horat. l. 2. sat. 8. v. 8.* Pervelle stomachum. *h. e.* edendi appetitum excitare.

Pervĕnio, es, eni, entum, a. 4. *pervenire, arrivare*, בא, Ger. *darkommen*, Gal. *parvenir*, Hisp. *llegar*, φθάνω, ἐφικνέομαι, usque ac venio, vel ad constituram locum venio, ad finem venio. *Cic. in Pison. c. 25.* Ipse cum hominibus XV. male vestitis ad portam Cœlimontanam sitiens pervenerim. ¶ Translate sumitur pro afferri, incurrere. *Cic. Att. de epistola:* Ne in illius manus perveniret. *Cic. Ver. 6. c. 28.* Pervenit res ad istius aures, nescio, quo modo. *Colum. l. 5. c. 8.* Pervenire in notitiam. ¶ Item pro consequi, adipisci. *Cic. pro Sylla cap. 4.* Nondum ad propositum mihi finem honoris perveneram. *Id. de Orat.* Te paucis annis ad maximas pecunias perventurum. ¶ Item pro obtingere, in dominium venire. *Cicer. pro Rab. Post.* Quo, & ad quos pecunia pervenerit. ¶ Item pro dari. *Cic. 2. Off. cap. 8.* Nunquam ad unum tanta licentia perveniſſet. ¶ Item pro inferri. *Cic. ad Brut. 15.* Ad liberos, qui nihil metuerunt, pœna parentum pervenit. ¶ Item pro ferire. *Cic. in Parad.* Jactam a te in me injuriam semper duxi, tamen perveniſſe ad me nunquam putavi. ¶ Item pro adduci. *Id. Fr. 4. c. 18.* In maximam invidiam pervenit. *Cæs. l. 2. B. C.* Pervenire ad deprecationem. ¶ In scripta alicujus pervenire, est ejus scriptis illustrari, & celebrari. *Cic. l. 5. Fam. ep. 12.* Si in tua scripta pervenero. ¶ Usurpatur etiam cum accusativo sine præpositione, quæ ineſt in ipso verbo. *Quint. l. 3. Mez. v. 962.* Verba refers aures non pervenientia nostras. Adde *Claudian. de 8. Ges. 2. 73.* ¶ Item imperf. *Cic. Att. l. 1. ep. 17.* Ad quem propter diei brevitatem perventum non est. *Id. pro Sext. c. 36.* Vix fero, & raro ad manus pervenitur, *idest* pugnatur.

Pervĕno, aris, atus sum, d. 1. κατατρέφομαι, diligenter venor, solertia adhibita investigo. *Plaut. Merc. 4. 5. 3.* Defessus sum urbem totam pervenarier.

Perventĭo, onis, f. actus perveniendi. *Augustin. l. 2. de consens. Evangelistar. c. 20.*

Perventor, oris, m. qui pervenit, *Augustin. lib. 2. de consensu Evangelistar. cap. 20.* Vulgo perventores appellantur, qui porentium quorumlibet tamquam inaccessibiles animos, per convenientium personarum interpositionem, ambitionis arte pertingunt.

Tom. II.

R. Per-

Pervenustus, a, um, adjectiv. valde venustus. *Sidon. l. 2. ep. 13.* Elegans homo, perque venustusque.

* Perverro. V. Praverto.

Perverse, adv. *perversamente*, Germ. *beſslich*, Gal. *méchamment*, Hisp. *perversamente*, διεστραμμένως, præpostere, inverso ordine, prave. *Cic 3. de nat. Deor. c. 25.* Utuntur perverse deorum beneficio multi. *Id. 1. de Orat. c. 33.* Perverse dicere. *Plaut. Merc. 3. 3. 12.* Perverse facies. *Id. ib. 2. 2. 20.* Perverse vides. *Cic. 5. Tusc.* Dicere perversius. *Hieronym. in cult. Matth.* perversissime suspicantur.

Perversio, onis, f. *perversione*, διαστροφή, תהפוכה, *Tert. l. 4. adverſ. Marc. c. 5.* Ut si qui Evangelium pervertebant, eorum curarent perversionem, qui &c. ¶ Est etiam oratoria figura. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 32.* Transgressio est, quæ verborum perturbat ordinem, perversione, aut trajectione. Perversione hic: hoc vobis deos immortales arbitror dedisse pro gratiæ vestra.

Perversĭtas, atis, f. *perversità*, עון, מהפכה, Ger. *boſsheit*, Gal. *méchancetè*, Hisp. *perversidad*, διαστροφή, ordo præposterus rei cujusliber, pravitas. *Cic. in Orat. c. 9.* Quæ est autem in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur? *Id. 3. Tusc. c. 1.* In omni continuo pravitate, & in summa opinionum perversitate versamur. *Suet. in Aug. c. 62.* Perversitas morum.

Perversus, a, um, *rovesciato, riverso*, inversus. *Pl. l. 10. c. 16.* Pondere capitis perversa ova, posteriorem partem corporum fovendam matri applicant. ¶ Translate est præposterus, pravus, qui ordinem in agendo invertit, *perverso*, מעוות, תהפכן, Ger. *verkehrt, verſihrt*, Gal. *tourné au rebours, gâté*, Hisp. *perverso*, διεστραμμένος. *Cic. pro Cluent. c. 26.* Itaque ut erat semper præposterus, atque perversus, initium facit a Bulbo. *Brut. Cic. Fam. 12. ep. 10.* Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sunt in me. *Plaut. Men. 5. 5. 1.* Ædepol ne hic dies perversus, atque adversus mihi obtigit. h. e. ineptus, incommodus, intempestivus. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 28.* At erat, ficut hodie est, perverſiſſimis oculis. *h. e.* strabo, *di occhi stravolti. Id. 4. Fin. c. 8.* Quid perversius, quid intolerabilius, quid stultius?

Perverto, is, ri, rsum, a. 3. *rovesciare, voltare sotto sopra*, הפך, עקל, Ger. *verkehren, umwerffen*, Gal. *pervertir, tourner au rebours, gâter*, Hisp. *pervertir*. διαστρέφω, extra ordinem pono, inverto. *Cic. 5. Off. c. 2.* Quidam propositis bonorum

Pervinca. V. *Vinca pervinca*.

Pervinco, is, ici, ictum, omnino vinco, obtineo. *Cic. Att. l. 11. ep. 1.* Restitit, & pervincit Cato. *Liv. l. 4. c. 12.* Neque ut de agris dividendis plebi referrent Consules ad Senatum, pervincere potuit.

* Pervirens, entis, admodum virens. *Paulin. Nolan. poem. 7. v. 11.* fronde nunquam defluente pervirens.

Pervirgidis, & de, o. 3. valde viridis. *Plin. l. 6 c. 21.* Mare id colore pervirgidi.

Pervirĭo, is, a. 3. *vetere*, cerno, oculis luſtro, *Manil. l. 2. v. 925.* Parvula ſic totum pervirit pupula cœlum.

Pervīvo, is, n. 3. *ſuperſum vivo*, ſuperſtes vivo. *Plaut. Capt. 3. 5. 64.* Etſi pervivo uſque ad ſummam ætatem.

Pervius, a, um, *acceſſibile*, פָּרוּץ, Ger. *durchgehend ort*, Gal. *accessible*, *par où on peut passer*. Hiſ. *que se puede passar*, *Hyſtrix* 6, per quod iri poteſt. *Ter. Adelph. 4. 2. 40.* Id quidem angiporum non eſt pervium. *Liv. l. 9. c. 43* Pervii ſaltus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 27.* Pervia tranſitiones. *Ov. 2. Met. v. 764.* domus non ulli pervia vento. *Tacit. 3. hiſt. c. 8.* Ne pervium illa Germanis exercitibus fieret, ſubaudi *iter*. ¶ Translate *Claud. de bello Get. v. 130.* & nulli pervia culpæ Pectora Fabricii.

Perula, æ, f. *trafoleta*, parva pera, facculus. *Senec. ep. 90.* Fingit exemptum e perula calicem. *Apul. l. 5. M. el.* Quantum boni geris in iſta perula?

Pervnctĭo, onis, f. idem ac unctio. *Ph. l. 29. c. 16.* Perunctione prodeſſe dicitur.

Pervnctus, a, um, nom. ex participip. unctus. *Horat. epod. 5. v. 59.* Nardo perunctus. *Id. de ar. poet. v. 277.* Incibus ora perunctî.

Pervngo, is, nxi, unctum, a. 3. valde ungo, circumquaque ungo. *Cic. l. Tuſc. c. 47.* Corpora oleo perunxerunt.

Pervolatĭcus, a, um, adject. qui pervolat. *Tertul. de anim. cap. 46.* Vis vaga, & pervolatica.

Pervolgo, as, n. 1. pervagor, apud vet. *Lucr. l. 2. v. 163.* Tempore, quo Solis pervolgant fulgura cœlum. Adde *v. 356.*

Pervolitantĭa, æ, f. circumvolutio. *Vitr. l. 9. c. 7.* Mundi circa terram pervolitantia.

Pervolito, as, n. 1. *ſæp.* a volo. *Virg. Æn. v. 24.* Omnia pervolitat late loca.

Pervŏlo, as, avi, atum, n. 1. *διὰ πτέρυγος*, idem ac volo, vel valde volo, celeriter volo. *Ov. 2. Faſt. v. 252.* Et aerium pervolat arbus iter. ¶ Translate *Cic. in Somn. c. ult.* Quibus agitatus & exercitatus animus velocius in hanc ſedem, & domum ſuam pervolabit. *Juv. ſat. 6. v. 397.* pervolare urbem totam.

Pervŏlo, vis, lui, a nom. 2. valde volo, *πολλὰ βούλομαι*. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 23.* Faciant adverſus eos, qui pervolunt. Alii rectius leg. *quod volunt*. Itaque ex hoc verbo in uſu ſunt *pervelim*, *pervellem*, & *pervelle*. *Cic. l. 1. Att. ep. 1.* Quod abs te mihi ignoſci pervelim. *Liv. l. 39. c. 43.* Illam neglegentiam unquam vidiſſe quemquam, & pervelle id videre. *Cic. Att. l. 11. ep. 14. extr.* Quem videre pervelleſm. ¶ In aliis perſonis, & temporibus exempla nondum vidiſtus.

Pervolvo, is, olvi, utum, a. 3. *volgero da ogni parte*, גלל, *περιελίσσω*, magna vi volvo; valde verſo. *Plin. lib. 33. c. 4.* Erumpit tortuns tanta vi, ut ſaxa pervolvat. ¶ Translate ſimitur pro valde exercere. *Cicer. 2. de Orat. c. 35.* Deinde ut in iis locis pervolvatur animus. ¶ Item pro diligenter legere. *Catull. de Smyrna carm. 93. v. 6.* Smyrnam incana diu ſæcula pervoluent, ubi diæreſi uſus eſt metri cauſa.

Pervolvo, as, a. 1. *διαπτύσσω*, ſæq. a *pervolvo*, & uſurpatur pro omni adhibita diligentia legere. *Cic. Att. l. 5. ep. 12.* Quoniam meos cum Thallumento noſtro pervolutas libros. *Id. 1. de Or. c. 34.* Omnium bonarum artium ſcriptores, ac doctores & legendi, & pervolutandi.

* Pervolūtus, a, um. *Liv. 24. 34.* quæ pondere ſuo pervoluta eſſent. al. provoluta. *Apul. de Mor.* in ſuo ſibi pervoluta ſanguine.

Perurbāne, adv. *molto civilmente*. *Sidon. l. 5. ep. 17.* Reſpondit ille perurbane.

Perurbānus, a, um, valde urbanus. *Cic. in Brut. c. 68.* Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens, toto genere perurbanus.

Perurgĕo, es, ſi, a. 2. valde urgeo. *Spartian. in Severo*, *c. penult.* Cum videret ſe perurgeri hora mortis. *Trebell. Poll. in Gallien. cap. 5.* Cum Aureolus perurgeret Illyricum.

Perūro, is, uſſi, uſtum, a. 3. *διαφλέγω*, valde uro, urendo conſumo. *Plin. lib. 31. cap. 17.* Eadem in aqua, calculus æreus quadrans ſi addatur, vas peruri. *Plin. alib r lib. 7. epiſt. 1.* Ardentiſſima febre peruri. Adde *Ovid. 3. de ar. am. v. 543. Suet. in Tiber. c. 25.*

Perusĭa, æ, f. *Perugia*, Περυσία, urbs Italiæ, una ex 12. primis Thuſcorum Colonĭis, condita ab Achæis, ampla, & culta, cum arce munita, in monte, apud Tyberim in confinio Umbriæ, media fere inter urbem Romam, & Florentiam. A quibuſdam dicitur *Peruſinum*, n. ſed *Plin.* tamen *l. 3. c. 5.* & *Velleï. l. 2. c. 74.* in fœminino genere uſurpant.

Perusīnus, a, um, quod ad Peruſiam urb. ſpectat, ut *Peruſina fames*, quæ in proverbio eſt, poſtquam M. Antonius ab Auguſto obſeſſus, fame coactus eſt deditionem facere. *Lucan. l. 1. v. 41.* His Caſar, Peruſina fames, Mutinæque labores Accedant fatis. ¶ *Peruſini*, *orum*, Peruſiæ incolæ. *Velleï. l. 2. c. 74.* In Perusĭnos ira inſiſtum ſævitum.

Pervstus, a, um, partic. a peruror. *Prop. l. 4. el. 9. v. 46.* Coma Sole peruſta. ¶ Sumitur etiam translate pro vehementer cupido. *Cic. l. 13. Fam. ep. 16.* Etiam hominem peruſtum etiamnum gloria volunt incendere. ¶ Item pro pertrito, *logorato*. *Horat. epod. 4. v. 3.* Ibericis peruſte ſunibus latus, & crura dura compede: ¶ Et translate *Senec. in Med. v. 547.* peruſtum pectus curis. ¶ Terra perusta gelu, apud *Ov. Triſt. l. 4. v. 49.* dicitur, quæ ita frigore conſtringitur, ut herbas non pariat, vetĭat ſi igne perusta eſſet.

Pervtĭlis, le, o. 3. πάνχρηστος, valde utilis. *Cic. Att. l. 9. ep. 17.* In hac enim fortuna pervtilis ejus & opera, & fidelitas eſſet.

Pervulgāte, adv. valde uſitato more. *Gel. l. 16. c. 7. Cocionem* pervulgate dicit, quem veteres *anulatorem* dixerunt.

Pervulgātus, a, um, adj. valde uſitatus, notus, conſuetus. *Cic. 4. Verr. c. 34.* Pervulgatum apud omnes. *Id. ib. c. 42.* Res clara, teſtata, & pervulgata. *Gel. l. 7. c. 17.* Quod videtur notius, pervulgatiuſque eſſe. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 8.* Ex infima, & pervulgatiſſima verborum dignitate.

Pervulgo, as, avi, atum, a. 1. *divulgare*, διαφέρω, divulgo, in vulgus ſemino. *Cic. pro Syl. c. 15.* Illas tabulas deſcribi ab omnibus ſtatim librariis, dividi paſſim, & pervulgari, atque edi populo impefavi. ¶ Interdum eſt corpus ſuum proſtituere. *Cic. pro Cœlio, c. 16.* Mulier, quæ ſe omnibus pervulgat.

Pes, pedis, m. *piede*, רֶגֶל, Germ. *der fuſs*; Gal. *pied*, Hiſp. *pié*, πούς, extrema & infima pars in corpore animalis, qua incedit, ſive graditur, a πέζω, quod Æolice πέδω, unde *pes o* in *e* converſo. *Cic. 2. Tuſc. cap. 22.* Si pes condoluit, ſi dens, ferre non poſſumus. *Id. 1. de Or. c. 54.* Calcei habiles, & apti ad pedem. *Ov. 5. Metam. v. 264.* Ictus pedis, *an calcio*. *Id. 12. Metam. v. 304.* certamine pedum vincere, *nel corſo*. ¶ Pede preſſo, *a pié fermo*. *Liv. l. 8. c. 8.* Si haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. ¶ Pedem inferre in aliquem locum, eſt ingredi, accedere. *Cic. Liv. Plaut.* ¶ *Ferre pedem*, eſt ire, *venire*. *Virg. 1. Geor. v. 11.* Ferte ſimul Faunique pedem, Dryadeſque puellæ. *Senec. in Med. v. 862.* Huc fert pedes, & illuc. Sic *Horat. Epod. 11.* incerto pede ferri. *h. e.* titubare eundo, vel quo eundum ſit, dubitare. ¶ Referre pedem, *tornar indietro*, *ritirarſi*. *Quin. l. 6. c. 4.* Ab iis, quæ non adjuvant, quam molliſſime pedem oportet referre. Sic, *revocare pedem*, apud *Virg. 9. Æn. v. 125.* ¶ Pedibus ſtipendia facere, & pedibus merere, *militare in qualità di pedone*. *Liv. l. 24. c. 8. & alibi.* ¶ Conficere iter pedibus, *andar per terra*. *Cic. in Verr. c. 5.* Cum iter illud Hiſpanienſe pedibus fere confici ſoleat, aut, ſi quis navigare velit, certa ſit ratio navigandi. Adde *Cæſ. l. 2. B. Civ. cap. 21.* ¶ Item *andar a piedi*. *Cic. de Sen. c. 10.* ¶ Pedem porta efferre, *uſcire*, *Cic. Att. l. 6. ep. 8.* ¶ Conferre pedem cum aliquo, eſt congredi, *azzuffarſi*, *abracciarſi*, *contrattare*. *Cic. pro Planc. c. 19.* Non poſſum magis pedem confertre, ut ajunt, & propius accedere. *Liv. l. 26.* Collato pede prælĭari. *Quintil. l. 9. cap. 13.* Tam moleſta ſunt (*adverſariorum objecta*, *vel argumenta*) ut pedem conferre cum ſingulis non expediat. Sic, congredi pede, *Virg. 12. Æneid.* ¶ *Deſcendere ad pedes* dicuntur equites, cum ex equis deſcendunt, *ſmontare*. *Liv. l. 9. c. 22.* ¶ *Pedem prahere*, eſt claudicare, *zoppicare*. *Ovid. de remed. Amor. v. 377.* Liber in adverſos hoſtes ſtringarur iambus; Seu celer, extremum ſeu trahet ille pedem. ¶ *Trahi pedibus aliquid* dicitur, cum contemnitur, & nihil penſi habetur: ex eo ductum, quod victi hoſtes ſolebant pedibus trahi, quemadmodum de Hectore ab Achille, & de Caco ab Hercule raptatis legimus apud *Virg.* & *Ovid.* Hinc *Cic. Att. lib. 4. ep. 16.* Fratrem mecum, & re ſi habebo, per me iſta pedibus trahantur. Alii leg. *trahuntur*. h. e. non laboro, etiam ſi iſta peſſime adminiſtrentur. *Id. 7. Fam. ep. 32.* De judiciis multo laboro minus; trahantur per me pedibus omnes rei. ¶ *Ante pedes* eſſe dicuntur, quæ præſentia ſunt, & omnibus obvia. *Terent. Adelph. 3. 4. 21.* Iſthuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt, videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt. *Cic. 1. de Or. c. 40.* Poſita ante pedes tranſilire, & alia longe repetita ſumere, ſpecinen eſt ingenii. ¶ *Suo pede jhuere*, eſt ſponte, *di ſua piede*. *Serv. in Æneid. auream ætatem deſcribens verſ. 13.* Ipſe ſuo fluereſ Bacchus pede, *h. e.* vinum proveniret ſine laboribus agricolarum. ¶ *Accidere ad pedes alicujus*, eſt ſupplicare, *Cic. 1. Attic. epiſt. 14.* Sic ſternere ſe ad pedes. *Id. Attic. l. 10.* Abjicere, ſeu projicere ſe ad pedes, eodem ſenſu. *Id. l. 4. Attic. ep. 2. pro Sext. c. 21.* ¶ Ponere pedem in aliquo loco. *Cic. 13. ad Attic.* Pedem ubi ponat in ſuo, non habet, *non ha palmo di terreno*. ¶ *Poſſere terram pede*, ſaltare. *Ballare*. *Horat. l. 2. od. 37.* Sic alterno pede terram quatere. *Id. v. 7. od. 4.* ¶ Servus a pedibus, *valletto*, *lacchè*. *Cic. Att. l. 8. ep. 5.* ¶ *Pedem*, vel *pedes tollere*, eſt in obſcenis apud *Martial. l. 10. epigr. 81. & l. 11. epigr. 72.* Hinc jocus *Cic. Attic. l. 2. epiſt. 1. ex. med.* Noli de uno pede fororis queri: licet etiam alterum tollas. ¶ Suo ſe pede metiri, *regolarſi ſecondo le ſue forze*. *Horat. l. 1. ep. 7. in fine*. ¶ *Stans pede in uno* aliquid facere dicitur is, qui nullo labore, imo multa facilitate aliquid facit. *Id. ſat. 4. l. 1. v. 9.* In hora ſape ducentos, Ut magnum, verſus dictabat, ſtans pede in uno. ¶ *Nec caput*, *nec pedes*, proverbium eſt, quod dicitur de re aliqua incondita, & confuſa. *Plaut. Aſin. 3. 3. v. 139.* & *Captiv. 3. 4. 28.* ¶ Conjicere ſe in pedes, *darſi a fuggire*. *Terent. Phorm. 1. 4. 13.* Aliquid convaſſem, atque hinc ne conjicerem protinus in pedes. *Id. Eun. 5. 2. 5.* omiſſo *in* conjicere. Ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo, in angiporum quoddam deſertum. ¶ *In pedes* ſignificat ſtando, *in piedi*. *Plin. l. 10. c. 53.* Aves omnes in pedes naſcuntur, contra quam reliqua animalia. ¶ *Pedibus pecuniam compenſari*, proverbium eſt *Catonis*, apud *Cic. pro Flacc. c. 29.* & ſignificat, agros ab urbe remotos minore prætio emi, ſed itinerum labore prærum compenſari. ¶ Translate de multis rebus dicitur, nam de fulcris menſarum, & lectorum ſæpe uſurpatur. *Ov. 8. Met. v. 660.* menſæ ſed erat pes tertius impar. *Senec. 2. de Benef. cap. 35.* Pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. ¶ Itaque *pes veli* eſt imus veli angulus, vel potius funiculus ad imum veli angulum, quo ad latera navis religato, velum expanditur; quem Græci quoque πόδα appellant. Is duplex eſt, dexter, & ſiniſter. *Catull. carm. 4. v. 19.* Læva ſive dextera vocarer aura, ſive utruinque, Jupiter ſimul ſecundus inciditſet in pedem. ¶ Hinc *pedem facere*, eſt dimidio vento navigare, cum ſcilicet altero veli angulo adjucto, altero remiſſo, recto curſu navis ferrur, licet ventus oblique ſpiret, *andare a poggia*, *o ad orza*, Gall. *aller à la bouline*. *Virg. Æn. 5. v. 830.* Una omnes fecere pedem, pariterque ſiniſtros, Nunc dextros ſolvere ſinus. Sic *Lucan. l. 5. v. 487.* Et flexo navira cornu Obliquat lævo pede carbaſa. *Pl. l. 2. c. 47.* Iiſdem autem ventis in contrarium navigatur, prolatis pedibus, ut nodus plerumque adverſa vela concurrant, hoc eſt, laxatis funiculis veli, & longius productis. *Virg. l. 5. Æn. v. 16.* obliquare ſinus, dixit eodem ſenſu. V. *Obliquo*. ¶ In carminibus pes eſt pars verſus duabus, aut tribus, aut etiam pluribus ſyllabis conſtans, qua de re V. *Grammaticos*. *Cic. 1. de Orat. c. 47.* Heroici pedes dactylus, anapæſtus, & ſpondeus. *Hinc Horat l. 2. ſat. 1. v. 28.* claudere verba pedibus, *hoc eſt* verſus facere. *Ovid. 1. Amor. eleg. 1. in fine*. Muſa per undenos emodulanda pedes, hoc eſt hexametro verſu, qui ſex, & pentametro ſimul, qui quinque pedibus conſtat. ¶ Præterea curſus aquarum interdum a Poëtis *pedis* nomine deſignatur. *Horat. epod. 16. v. 48.* Lævis crepante lympha deſit pede. ¶ Item quidquid fundamenti rationem habet, *pes* vocatur; hinc qui fundamentum inſtituit, pedem ponere dicitur, teſte *Varr. l. 4. de L. L. Senec. de Tranquil. animi*, *c. 10.* Exiguæ ſæpe areæ in multos uſus deſcribentis arte patuere, & quamvis anguſtum pedem diſpoſitio fecit habitabilem. *Auſon. in Moſell. v. 247.* Artificis humili pede condita prariis, hoc eſt humili ſolo, vel ſitu. ¶ Imæ quoque montium partes, *pedes* dicuntur. *Ammian. l. 14. c. 36.* Imoſque pedes Caſſii montis prætermeanes, fundítur in mare. ¶ Eſt item *pes* menſuræ genus, quam *Frontinus* palmis quatuor, & tenuis duodecim denis, alii palmis quatuor, unciis duodecim, & digitis ſex. V. *Digitus de Limitib. conſtit. pag. 219. Plin. l. 6. cap. 26.* Muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis. *Cic. Attiqu. l. 14. ep. 22.* Pedem in Italia video nullum eſſe, qui non in iſtius ſit poteſtate, *non vi è pié di terra*, &c. ¶ Hunc pertinet & illud *Cic. pro Dejot. c. 11.* Nunquam a te pedem diſceſſit. *Et 13. ad Attic. ep. 16.* Pedem e villa egreſſi non ſumus. Quamquam in his, & ſimilibus exemplis non acciditur pes pro ea menſura, quæ modo explicata eſt, ſed pro ipſa humani pedis magnitudine, nam *pedem non diſcedere*, eſt ne tantillum quidem diſcedere. ¶ Pes quandoque pro pediculo fructuum, & pro cauliculo herbarum ponitur, ut pes uvæ apud *Col.* pes beræ apud *Varr.* ¶ Pedes navales. *Plaut. Menæch. 2. 2. 11.* Aſſervatore hoc, ſuſtis, navales pedes. *h. e.* remiges. Alii ipſos remos interpretantur, inter quos eſt *Non.* Alii denique intelligunt pueros, ſeu ſervos qui in navi ſunt, h. e. παῖδες. ¶ *Pedes* pro pediculis, ſeu vermibus, *pidocchi*. *Plaut. Curc. 4. 2. 13.* Muſcæ, culicesque, pedeſque, pulicesque. Adde *Varr. l. 3. R. R. c. 9.* ¶ *Pes gallinaceus*, herbæ genus, alio nomine fumaria. *Plin. l. 25. c. 11.* ¶ *Pes milvoi*, & *pes milvinus*, alia herba, apud *Col. l. 12. c. 7.* ¶ *Omni pede ſtandum eſt*, proverb. agricolarum apud *Quinct. l. 12. c. 9. ad fin.* quod ſignificat omni contentione, totiſque viribus.

Pesennĭanus, a, um, ad Peſcennium Nigrum Imp. R. pertinens. *Spartian. in ejus vita cap. 12.* Domus ejus Romæ viſitur, in campo Jovis, quæ appellatur Peſcenniana.

Peſcĕa, orum, n. 3. in Saliari carmine Ælius Stilo dici ait capiria ex pellibus agninis facta, quod Græci vocent pelles πέσεα, neutro genere pluraliter. *Feſtus*.

Peſtĕſtas, ātis, f. peſtilentia, apud vet. *Feſtus*.

Peſtĭfarium, ii, n. *peſſario*, πεσσάριον, genus medicamenti, idem quod peſſum, vel ei ſimile, apud *Theod. Priſc. l. 3. c. 5.*

Peſtĭme, *peſſimamente*, רַע רַע, *πάνυ κακῶς*, adv. ſuperlat. a com. *male*. *Cic. 5. Ver. cap. 50.* Intelliget, ſecum actum eſſe peſſime. *Id Phil. 14. c. 7.* Peſſime de Republica ſentire. *Ter. Heaut. 3. 1. 28.* Peſſime iſtud in te conſulis.

Peſſĭmus, a, um, *peſſimo*, רַע מְאֹד, *πάνυ κακός*, ſuperlat. anom. nominis *malus*. *Pl. l. 11. cap. 37. ſect. 74.* Eſt autem jecur nihil aliud, quam purgamentum peſſimi ſanguinis. *Ovid. 14. Met. v. 489.* ſors peſſima rerum. *Catull. carm. 49. v. 6.* Peſſimus omnium poeta. ¶ Peſſimum abſolute, more ſubſtantivi. *Varr. l. 1. R. R. c. 13.* Villis peſſimo publico adificatis certant. *Liv. l. 2. c. 1.* Neque ambigitur, quam Brutus peſſimo publico id factarus fuerit. ¶ Apud *Plaut.* & *Terent.* ſæpiſſime legitur *peſſumus*, & *peſſume*.

Peſſinuntĭcus, & Peſſinuntĭus, a, um, adject. a Peſſinunte. *Cicer. pro Sext. cap. 26.* Peſſinuntius ſacerdos magnæ Matris. ¶ Ipſa Cybele Peſſinuntica dicitur ab *Apul. l. 11. Metam.*

Peſsĭnus, untis, f. 3. *Peſſene*, Πεσσινοῦς, urbs Galatiæ, in Phrygiæ Magnæ confinio, ſub Agdiſti monte, in quo Atys tumulatus creditur: ita dicta a conditore, teſte *Strabone*. Ibi Cybele magnificentiſſimum templum habuit, quæ indicco Dea Peſſuntia, vel Peſſinuntia vocata eſt. *Liv. l. 29. c. 10. Pl. l. 5. c. 30.*

* Peſtĭlum, i, idem quod peſſum. *Cæl. Aurel. Acut. l. 3. c. 18.*

Peſtĭlus, li, m. 2. *cæpenacio*, *chiavistello*, בְּרִיחַ, גְּנָעוּר, Ger. *ein rigel*, Gal. *verrouil*, Hiſ. *herrejo*, *κλεῖθρος*, obex, ſive id, quo obducto fores clauduntur. Duos fere obdebant, qui ſecuriores eſſe vellent, unus erat ſuperior, alter inferior. *Ter. Heaut. 2. 3. 37.* Anus foribus obdit peſtillum. *Plaut. Aulul. 1. 2. 25.* Oſtium intus ambobus occludé peſſalis. *Apul. l. 3. Met.* Et cum dicto peſtillis injectis, & unchno firmitor immiſſo ſit ad Juven. verſa.

Peſtum, *in profundo*, *a baſſo*, תַּחַת, תַּחְתִּי, *κάτω*, adverb. idem ſignificat quod in profundum, vel deorſum; quæ ſub pedes, fortaſſe a βυθός, Jonice pro βυθός, profunditas, *Col. l. 12. c. 6.* Eſt aliud materiæ naturæ experimentum, nam ubi dulcem eaſeum demiſeris in eam, ſi peſtum ibit, ſcies eſſe adhuc crudam, ſi innabit, maturam, *Lucr. l. 6. v. 588.* mulæ per mare peſtum ſubfedere ſuis pariter cum civibus ſuis. *Lucan. l. 3. v. 674.* fidentia peſtum Corpora cæſa tenent. Sic abire peſtum, *affondarſi*, dictum de navi, & rete, a *Plaut. Trucul. 1. 1. 15. Aul. 4. 1. 12.* & *Rud. 2. 3. 64.* ¶ Translate peſtum ire, eſt ruere, perdi, *andar in rovina*, *o in malore*: *Plaut. Ciſtell. 2. 1. 12.* Neque, niſi quia miſer non eo peſtum, mihi ulla abeſt perdito pernicies. ¶ Peſtum dejicere. *Apul. l. 5. Met.* Nec ſum mulier, niſi eam peſtum de tantis opibus dejecero. *h. e.* exturbavero. Peſtum premere, pro peſſundare, perdere. *Plaut. Moſtell. ſc. ult. verſ. 49.* Quidvis imperrari a me facilius perferam, quam ut non ego iſtum pro ſuis factis peſſimis peſtum premam. *Æſtaſeſſum acta eſt* tranſacta, ad finem perducta. Ita locutus eſt *Ennius*, ſi credimus *Lactantio lib. 1. c. 11.* Alii leg. *peſſuma acta*.

Peſſum, i, n. *peſſario*, πεσσός, medicamentum molli lana compoſitum, quod fœminis inter naturalia inditur, ſi doleant. Deſcribit illud *Celſus lib. 5. c. 21.* ſed græca voce utitur, quam attulimus. *Apul. de herb. cap. 121.* Herbæ anethi medicamine peſſum factum injiciatur ab obſtetrice.

Peſſundo, as, dedi, atum, a. 1. proprie videtur ſignificare deorſum mitto, in profundum mitto, vel, ut alii interpretantur, proculco, pedibus prorero, quaſi ſub pedes do. Sed uſurpatur translate pro perdere, *rovinare*, *mandar a male*. *Ter. And. 4. 2. 9.* Quæ ſi non ita providentur, me, aut herum peſſundabunt. *Ovid. 3. Triſt. 3. 3

sect. 26. ¶ Petrense stagnum, h. e. ad Petram urbem spectans. *Solin. cap. 11.*

* Petrēus, a, um, a *petra* & *Petro*. Ista spinæ, Petra & Petro ramiente, perreis pedibus triæ sunt. *August. serm. 297. c. 2.*

Petricōsus, a, um, adj. petrosus, difficilis, *scabroso, difficile. Mart. l. 3. ep. 63.* Res petricosa est, Cotile, bellus homo. Alii leg. *pertricosa*, h. e. tricis plena.

Petrimum, n. 3. *Rocca di Monte Dragone*, opp. & Duc. Campaniæ, cum arce, apud Sinuessam urb. exc. in monte dictæ urbi imminente. *Hor. l. 1. ep. 5. v. 5.* Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum. ¶ *Petrini*, incolæ ejus oppidi. *Cic. Ver. 5. c. 39.*

Petrīnus, a, um, adject. qui est ex petra, ut petrina aetes, apud *Vers. l. 3. adverf. Marc. c. 16.* & *adverf. Judæos, c. 9.*

Petrītes, æ, m. genus vini, ita dictum, ut videtur, quia circa Arabiæ Petram nascitur. *Plin. l. 14. c. 7.*

Petro, onis, m. rusticus, a petrarum asperitate, duritiaque. *Fest.* ¶ A petra quoque asteres vocantur *petrones*, idest a duritie, & asperitate, qua referunt Petram. *Plaut. Capt. 4. 2. 40.* Qui petronii nomen indunt verveci sectario. Sententia est, qui petronum, sive asterem carnem vendunt pro verveeina, quæ sapore magis commendatur.

Petrocorii, m. 2. *les Periguordins*, pop. Aquitaniæ, quorum regio Petrocoricensis provincia, *le Perigord*. Eorum caput fuit Petrocorii, seu Vesunna, recentioribus Petrocorium, *Perigueux*, ad Illam fl.

Petronia, æ, m. fl. Latii, apud Romam fluens in Tiberim, quem Magistratus in campo aliquid acturi transibant. *Festus.*

Petronius Arbiter Massiliensis, Equestri genere natus, Vir Consularis, & inter familiares Neronis Imp. a cujus familiaritate, & favore cum artibus Tigellini æmuli excidisset, sectis venis vitam finivit A. C. 67. Scripsit Satyricon, quo corruptissimos suorum temporum mores insectatur, eleganti quidem, & polito loquendi genere, verum tot obscœnitatibus aspersо, ut non sine pudoris detrimento perlegi possit.

Petroselīnum, i, n. *petroselino, πετροσέλινον*, herba semine nigro, gustu amaro, radicibus apio multo major, quasi petrarum apium, ita dicta, quod optime in petris, hoc est in rupibus proveniat, præsertim in Macedonica, ubi in crepidine rupium peculiariter nascitur, unde etiam Macedonicum a quibusdam cognominatur. *Pl. l. 20. c. 12.*

Petrōsus, a, um, adj. πετρώδης, petris plenus, asper, incultus. *Pl. l. 9. c. 31.* Vivunt petrosis in locis.

Petrosuma. V. *Pyrisma.*

Petulans, antis, o. *petulante*, עושק, זר, Germ. *muthwillig, frevel*, Gal. *petulant, effrontè*, Hisp. *desvergonçado, ὑβριστὴς*, procax, improbus, immodestus. *Festus.* Petulantes, & petulci etiam appellantur, qui proterво impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia. *Cic. 2. de Or. cap. 75.* Illud assequor, ut, siquis mihi forte maledicat, petulans, aut plane insanus mihi esse videatur. *Id. pro Mur.* Dictum petulanti proferre. *Id. in Salluft.* Bonos petulantissima lingua confectari. *Arn. l. 4. p. 151.* Aures alicujus petulantiore convicio pulsare. ¶ Quandoque accipitur pro lascivo. *Cic. in Parad. 3. c. 1.* Lapsa est libido in mulierе ignota, dolor ad pancіores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua nobili virgine.

Petulanter, adv. *ſrevelmaessig*, Germ. *muthwilliglich, schandbarlich*, Gal. *effrontement, impudiquement*, Hisp. *desvergoncadamente, ὑβριστικῶς*, procaciter, improbe. *Cicer. Ass. lib. 2. epist. 19.* Diphilus tragœdus in nostrum Pompejum petulanter invectus est. *Id. pro Cœl. cap. 3.* Quæ si petulantius jactantur. *Id. Att. lib. 9. ep. 19.* Cum a perditis in civili nefario bello petulantissime fiant. ¶ Item lascive. *Id. pro Cœl. c. 16.* Si vidua libere, proterve petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viverer.

Petulantia, æ, f. *immodestia*, זרון, עשק, Germ. *muthwill, frefel*, Gal. *petulance, lascivetè*, Hisp. *desvergueença, ὕβρις*, immodestia, improbitas illa, qua alios per contumeliam petimus, & generatim effrænatio immodica ad quodlibet vitium. *Cic. 3. de Rep.* apud *Non. cap. 1. num. 8.* Itaque a petendo petulantia, a procando, i. e. poscendo, procacitas nominata est. *Id. de Sen. cap. 11.* Petulantia, & libido magis est adolescentium, quam senum, nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum. *Gel. l. 3. c. 3.* Cum delicta sua, & petulantias dictorum diluisset. ¶ Translate dicitur etiam de pecudibus. *Col. 7. c. 6.* Quoniam comtu fere pernicioli sunt, propter petulantiam. ¶ Et de arborum ramis. *Plin. l. 16. c. 30.* Præpudueque domibus expetitur ramorum petulantia. ¶ Et de morbis. *Gel. l. 12. c. 5.* Itaque vidisti Philosophum ratione decreti sui nixum petulantia morbi, doloriseque exfultantia colluctantem.

Petulcus, a, um, idem ac petulans, idest qui in alios contumeliosus est, vel qui lascivus est, a *petendo*. *Charif. lib. 1.* & *Fest.* V. *Petulantes*. *Virg. 4. Georg. verſ. 10.* Hœdique petulci. Ubi *Serv.* Id est lascivi, & exsultantes. Unde & meretrices petulcas vocamus. *Col. lib. 7. cap. 3.* Itaque capri, vel arietis petulci sævitiam pastores hac astutia repellunt. ¶ Petulcam vaccam, quæ cornu petit, apud *Sulpit. Sever. dial. 2. c. 9.*

Petusium Palatii, dicta est ea regio Urbis, quam Romulus obversam posuit ei parti, in qua plurimum erat agri Romani, mare versus, quia mollissime inde adibatur urbs, cum Hetruscorum agrum a Romano Tyberis discluderet, cæteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppositos. *Festus.*

Peuce, es, πεύκη, species arboris. *Plin. l. 11. c. 35.* & *l. 14. cap. 7.* ¶ Græce pinum significat.

Peucedānum, i, n. & peucedanos, i, m. *peucedano, finocchio porcino, πευκέδανος*, herba genus, a πεύκη, *pinus*, quia ejus folia imitatur, ut *myrtidanum* a *myrtus*: unde & pinastellum nonnulli ex recentioribus appellaverunt. *Pl. l. 25. c. 9.* Sed inter primas celebratur peucedanum, laudatissimum in Arcadia, mox Samothrace. *Apul. de herb. c. 94.* A Græcis peucedanos dicitur, &c.

Peucetia, æ, f. *Terra di Bari*, regio Italiæ, in Regno Neapolitano, ad oram maritimam, una ex Apulis inter Apuliam Dauniam, a qua Aufido fl. separatur, & Japygiam.

Peumone, es, πάμμον, spumæ argenteæ genus. *Pl. l. 33. c. 6.*

Pexātus, a, um, qui pexa veste est indutus, hoc est cujus flocci nondum sunt detriti. *Mart. l. 2. epigr. 58.* Pexatus pulchre rides mea, Zoile, trita.

Pexitas telæ, est languo illa, quæ pectitur. *Pl. l. 11. c. 24.* Quam non ad hoc videtur pertinere citibratæ pexitas telæ?

Pexus, a, um *pectinato*. קרוץ, partic. a pecto. *Quinct. l. 1. c. 5.* Doctor pexus, & pinguis. ¶ Vestis pexa dicitur, quæ nova est, cui trita opponitur. Dicta est a *pecto*, quia in texendo pectinis morsibus vestes feriuntur. Quidam pexam vestem arbitrantur esse, quam Græci d cunt μαλλωτήν, hoc est villosam, quæ ob eminentes villos pecti soleat. *Hor. l. 1. ep. 1. v. 95.* Si forte subducula pexa Tritaſubest tunicæ. *Pl. l. 8. c. 48* Iltriæ, Liburniæque pilo propior, quam lanæ, pexis aliena vestibus. ¶ Translate pexa folia dicuntur, quæ crassa sunt, & in medio exubérantias quasdam habent in modum panni pexi. *Col. l. 11. c. 3.* At Cappadocia, quæ pallido, & pexo, densoque folio viret mense Februario. ¶ Pexa munera, crassa, & opima. *Mart. l. 7. epigr. 45.* Divitibus poteris musas, elegosque fonantes Mittere, pauperibus munera pexa dato. Alii alter legunt.

Pezizæ, vel Pezitæ, f. τ. πεζίζαι, fungi sine radice, aut pediculo, a πεζὸς, pedes, quasi pedestre, quod non tollant se fe altius a terra. *Pl. l. 19. c. 3.*

P A N T E H.

* Phacelis. V. *Fafcelis.*

Phacēes, m. 3. φάκαις, pop. Phæaciæ inf. h. e. Corcyræ. In singulari num. est Phæax, cis. *Hor. l. 1. ep. 15. v. 29.* Pinguis ut inde domum possis Phæaxque reverti, h. e. obesus, bene nutritus. Phæaces enim luxu infames fuere.

Phæacia, æ, f. inf. maris Jonii, eadem ac Corcyra. *Pl. l. 5. c. 12.*

Phæācis, idis, f. quæ est ex Phæacia. *Ovid. 4. de Pont. epist. 12. v. 27.* Dignam Mœoniis Phæacida condere chartis.

Phæacius, a, um, φαίακος, quod ad Phæaciam inf. spectat. *Tibull. l. 4. ad Meſſalam carm. 1. v. 78.* Tellus Phæacia.

Phæācus, a, um, φαίακος, idem ac Phæacius. *Prop. l. 3. el. 1. v. 51.* Nec mea Phæacas æquant pomaria sylvas.

Phæax. V. *Phæaces.*

Phæcasiāni Dii, Græcii Dii dicebantur, quod simulacra Deorum in Græcia cum Phæcasiis fingerentur. *Juv. sat. 3. v. 219.* Phæcasianorum vetera ornamenea Deorum. Al. leg. *phæcasiatorum*, al. *hac Asianorum.*

Phæcasiātus, a, um, Phæcasiis indutus. *Senec. ep. 113.* Quæ decent phæcasiatum, palliatumque. *Pers. in Satyr. v. 82.* Phæcasiati milites.

Phæcasium, ii, n. φαικάσιον, calceamenti genus. *Poll. l. 7. c. 22.* Hujusmodi phæcasia alba erant, fatrem illa, quibus Sacerdotes utebantur, ut ex Appieno, & Herodiano cognoscimus. Sacerdotes Alexandrinos, atque etiam Athenienſium candidis usos esse, scimus ex *l. 5. Appiani de B. Civ.* Cæterum Philosophorum phæcasia colore nigro erant. *Sen. l. 7. de Ben. c. 21.* Pythagoricus quidam emeiat a furore phæcasia.

Phædra, æ, f. φαίδρα, Minois Cretensium Regis filia ex Pasiphae, soror Ariadnes, uxor Thesei filii Ægai Regis Athenarum, qui eam se secutam relicta Ariadne uxorem sibi copulavit, atque ex ea Demophoontem, & Antigonum suscepit. Hæc amore Hippolyti privigni capta, cum ipsum adducere non potuisset, ut paternum thalamum conspurcaret, apud patrem eum detulit, tamquam stuprum sibi per vim inferre voluisset. Tandem Hippolyti morte audita, qui patris iram fugiens ab equis disceрptus fuerat, scelus suum Theseo narravit, & Hippolyti ense, vel laqueo, ut *Servius* ait *ad Æn. 6. v. 14.* ipsa sibi mortem conscivit.

Phædrus, m. 2. φαίδρος, adolescens Myrrhinusius, seu Myrinensis, intiginis pulchritudine, inter Platonis discipulos numeratur, qui ejus ingenio adeo delectatus est, ut illi primitias studiorum suorum dicaverit. Ad hunc epigrammata scripsit, ad hunc elogia, ad hunc primum suum de pulchritudine librum, qui *Phædrus* inscribitur. *Ficin. in Conv. Plat. c. 2.* & *Orat. 7. c. 4.* ¶ Phædrus alter, Philosophus Epicureus, qui valde elegans fuit, *Cic. 2. de nat. Deor.* Auditus est a Cicerone. *Cic. 1. Fin.* Item a Pomponio Attico. *Cic. 1. de Leg.* ¶ Denique Phædrus, Thrax, Augusti libertus fuit, & sub Tiberio Imperatore libros fex conscripsit Latino eleganti carmine, fenariis versibus, ex Æsopi fabulis græcis materia desumpta.

Phænomēna, orum, n. תולדות, φαινόμενα, a φαίνω, *ostendo*, ab Astronomis dicuntur, quæ in aere, & cœlis digna observatione apparent. *Lactant. l. 2. c. 5.* Hunc librum, quo phænomena breviter comprehendit, &c. Quædam *Lactantii* editiones hanc vocem habent Græcis literis exaratam.

* Phænon, stella Saturni. *Auſon. Edyll. 18. v. 11. Capell. l. 8. p. 287.*

* Phæreus. V. Pheræus.

Phæstias, adis, f. quæ est ex Phæstio, oppido Cretæ in mediterraneo, ut *Plin.* ait *l. 4. c. 12.* non procul ab Olyssa, & Metallo promontorio. *Ov. 9. Met. v. 715.* Inter Phæstiadas quæ laudatissima formæ Dore fuit virgo.

Phæstius, a, um, pertinens ad Phæstium Cretæ oppidum, & Phæstum oppidum Locrorum in Græcia. *Ov. Met. 9. v. 668.*

Phaëthon, ontis, m. φαέθων, filius Solis Ægyptii, & Clymenes, a φαέθω, quod idem, ac φάω, *splendeo*. Hic cum a patre impetrasset, ut uno die currus sui habenas sibi permitteret, aurigandique imperitus cœlum, & terram combureret, a Jove fulmine e curru excussus, in Padum fluvium decidit. *Cic. 3. Off. c. 25.* & *3. de nat. Deor. c. 31. Ovid. 2. Metam.* ¶ Græci Poetæ interdum Phaethontem vocant ipsum Solem. Hos itaque imitatus videtur *Virg. 5. Æn. v. 105.* Auroram Phaethontis equi jam luce vehebant.

Phaethontēus, a, um, adject. ad Phaethontem pertinens. *Ov. 4. Met. v. 246.* Post Phaethonteos vidisse dolentius ignes.

Phaethontīades, f. τ. tres Heliades virgines, Phaethusa, Lampetie, & Lampetusa, filiæ Solis, & Clymenes, sorores Phaethontis, quæ dum exstinctum fratrem flerent, conversæ sunt in alnos arbores, seu in populos, ex quibus perpetuo guttæ, tamquam lacrymæ, fluunt, quæ deinde in electrum rigescunt, & durantur. *Ov. 2. Met. a v. 340. Virg. 6. Ecl. v. 62,* & *10. Æn. v. 190.*

Phaethontis, idis, patronymicum fœmin. *Avien. in Phænom. Arat. v. 793.* Illum proclivis duræ Phaethontides ulnis Planxerunt; *h. e.* sorores Phaethontis.

Phaethontius, a, um, adject. Phaetonteus, ut Paethontius amnis, h. e. Padus, in quem Phaethon decidisse dicitur. *Silius l. 7. v. 149.*

Phaethusa, æ, f. φαέθουσα, filia Solis, & Clymenes, soror Phaethontis, Lampeties, & Lampetusæ. *Ovid. 2. Met. v. 346.* ¶ Phaethusa altera, filia Solis ex Neæra Nympha, & soror Lampeties, al. Salempeties, quæ in Sicilia patris sui armenta cum sorore custodivit, de quibus socii Ulyssis contra Circes præcepta degustantes naufragium fecerunt. *Hom. l. 12. Odyſſ.*

Phædræna, æ, f. τ. φαγέδαινα, idem ac bulimus, seu bulimia, idest immodicus cibi appetitus, edacitas præter consuetudinem: a φάγω, *edo*, & ἄδην, *affatim*, quod in ea affatim edatur. Translate sic dicitur exulceratio usque ad ossa, celerirer depascens, cum inflammatione, faniem male olentem emittens, & ad mortem perducens. *Plin. lib. 26. c. 11.* Phagedænis, quod nomen sine modo exedentium est, & ulcerum, tithymali medentur cum sesamis sumpti. ¶ Item de morbo apum, cum ceræ partes vacuæ computrescunt, & serpente latius vitio ipsæ quoque apes intereunt. *Col. l. 9. c. 13.* Sæpe etiam vitio, quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt.

Phagedænicus, a, um, adject. ad phagedænam pertinens, ut phagedænica ulcera *Plin. l. 24. c. 4.*

Phager, vel phagrus, i, m. φάγρος, genus pisсis, qui lapidem in capite habere existimatur. *Plin. l. 32. c. ult.* qui *l. 9. c. 16.* pagrum vocat; nam Græce etiam πάγρος dicitur.

Phago, onis, m. edax, vorax, heluo. Edones, & phagones, inquit *Non. c. 1. n. 237.* ab edacitate (scilicet a φάγω, edo) unum Latinum, alterum Græcum. *Vopisc. in Aureliano, c. ult.* Vehementissime delectatus est phagone, qui eo usque multum comedit, ut uno die aprum integrum, centum panes, vervecem, & porcellum comederet. V. *Lipſ. Centur. miſcell. 3. ep. 51.*

Phagrus. V. *Phager.*

Phalacrocōrax; acis, m. φαλακροκόραξ, corvus aquaticus, ita dictus a naturali calvitie. *Pl. l. 10. c. 48.*

Phalæ, (vel Falæ, ut scribunt *Non.* & *Fest.*) arum, f. ligneæ turres, seu machinæ, ex quibus ludi spectabantur. *Enn.* apud *Non. c. 2. n. 351.* Moles diffindunt, fiunt tabulata, phalæque. *Juven. sat. 6. v. 589.* Consulit ante phalas, Delphinorumque columnas. ¶ Erant etiam phalæ militares, ex quibus milites in obsidionibus tela in hostilem urbem jaciebant. De his intelligendum videtur illud *Plaut. Moſtell. 2. 1. 10.* Isti, qui rium nummorum causa subeunt phalas. h. e. parvo stipendio, seu mercede pericula gravia adeunt. ¶ Translate, ut machina, sic & phala poniur pro dolo, & fallacia. *Nævius apud Non.* Me non vocavit; ob eam rem hanc feci phalam.

Phalæcium. V. *Phalæcium.*

Phalæcius, i, m. nomen Poetæ cujusdam, a quo Phalæcium carmen nomen habet, teste *Terentiano Mauro, v. 71.*

Phalanga, *seu* palanga, æ, f. *carro, ſpanga*, מוט, Germ. *wuller*, Gal. *rouleteux*. Hisp. *palancas*, φάλαγγες, vel φαλάγγια. *Non. c. 2. n. 725.* Phalangæ, inquit, dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora subducuntur; unde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt. *Varro de vita P. R. ibid.* Item *Cæsar l. 2. B. C. c. 10.* Palangis fubjectis ad turrim hostium admovenc. ¶ Sumitur etiam pro fuste generatim. *Pl. l. 7. c. 56.* Prœlium Afri contra Ægyptios primum fecere fustibus, quos vocant phalangas.

Phalangarii, *seu* Palangarii, m. 2. qui aliquid oneris fustibus transvehunt. V. *Phalanga. Vitr. l. 10. c. 8.* Onerum vero maxima pondera, cum feruntur a palangariis. ¶ Phalangarii dicuntur etiam milites phalangis. *Lamprid. in Alexand. Sev. c. 50.* Fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari jusserat.

Phalangītæ, m. 1. milites ex phalange. *Liv. l. 37. c. 40.* Decem, & sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.

Phalangītes, æ, m. τ. φαλαγγίτης, genus herbæ. *Pl. l. 27. c. 12.* Phalangites a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemon, (ut in quibusdam exemplaribus invenio) leucacantha.

Phalangium, ii, n. φαλάγγιον, genus aranei, a φάλαγξ, quod idem notat, *Plin. l. 18. c. 17.* Nascitur & phalangion in ervo, bestiola aranei generis, si hyems aquosa fit. ¶ Est & herbæ nomen. V. *Phalangites.*

Phalango, seu palengo, as, a. 1. onus aliquod fuste transveho, a *Phalanga. Afranius.* Et capream unam semilaceram quaterni simul phalangabant.

Phalantēus, a, um, adject. &

Phalantinus, a, um, adj. a Phalanto, ut Phalanteum Tarentum, h. e. a Phalanto conditum, *Sil. l. 11. v. 16.* Et, Agna Galesi Phalantini, apud *Mart. l. 5. epig. 38.* Est autem Galesus fluvius Tarentini agri.

Phalantus, i, vir quidam Lacedæmonius, qui cum aliquibus sociis in Italiam venit, & Tarentum condidit. *Justin. l. 3. c. 4.*

Phalanx, angis, f. *falange*, מגר, Germ. *ein ſtarck von achttauſend fuſsknechten*, Gal. *une armée de huit mille hommes de pied*, Hisp. *gente de pie puesta en ordenança*, φάλαγξ, agmen peditum apud Macedones, figura quadrata, vel cunei, ubi pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conferebatur. Amplior militum numerus erat in phalange, quam in legione, Nam, ut *Vegetius* scribit *l. 2. de R. Mil. cap. 2.* continebat phalanx octo hominum millia, cum legio tantum sex millibus constaret. Accurate imprimis phalangem Polybius describit. *Curt. l. 3. c. 2.* Macedones phalangem vocant peditum stabile agmen, ubi vir viro, armis arma conserta sunt. ¶ Dicitur etiam de exercitibus aliarum gentium. *Cæſ. l. 1. B. G. c. 21.* Milites nostri e loco superiore pilis missilis facile hostium phalangem perfregerunt. Ubi procul dubio accipitur pro armorum connexione, atque tetitudine. *Liv. l. 8.* Et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse. *Virg. Æn. 2. v. 254. de claſſe.* Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat.

Phalarica, seu Falarica, æ, f. φαλαρική, genus teli ad modum hastæ, valido præfixum ferro, quod in longitudine habet pedes tres, ut cum armis corpus transfigat, inter cujas tubam, & hastile sulphur, resina, bitumen, stupa convolvuntur, infuso oleo, quod incendiarium vocant, deinde ballistæ impetu emissum, figitur ligno, turritaque machinas incendit. Becmano placet esse a φαλὸς, *ſplendidus*, quod a φάω, *ſplendeo*. Phalaricæ descriptio est apud *Livium*, & *Silium*, utrumque in Saguntina historia: item apud *Serv. ad 9. Æn.* Aliis placet esse a *phalis*, quomodo dicebantur turres, e quibus phalaricæ mittebantur. *Feſt.* ¶ Duplex fuit, magna, quæ ballistæ impetu emittebatur, & parva, quæ manu jaciebatur. Vide quædam de phalarica apud *Stewechium ad Veget. l. 4. cap. 18.* & imprimis *Juſt Lipſ. l. 5. Poliorcet. c. 5. Virg. 9. Æn. v. 705.* Sed magnum ftidens contorta phalarica venit, Fulminis acta modo.

Phalāris, idis, m. φάλαρις, Tyrannus immanissimus Agrigentinorum in Sicilia. Præter cætera novorum suppliciorum instrumenta, taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum; in quem immissi damnati, igneque subjecto, bovis mugitum edebant: cujus muneris nomine cum artifex non leve manus sperarer, jussu Tyranni in taurum conjectus, primus artis suæ specimen præbuit. Ad extremum ipse quoque Phalaris, cum nimia ejus atrocitas ulterius ferri non posset, facto in eum universorum civium impetu, correptus, & ipti tauro, quo alios exsufflarat, inclusus, vivus crematus est. *Cic. 2. Off. c. 7.* & *3. de nat. Deor. c. 33. Plin. l. 7. c. 56.* & *l. 34. c. 8.* & *Sil. l. 14. a v. 211.*

Phalāris, idis, f. genus herbæ. *Plin. l. 27. c. 12.* Phalaris thyrsum habet longum, tenuem, ceu calamum, in summo florem inclinatum, semen simile sesamæ. ¶ Est etiam genus avis aquaticæ apud *Varr. l. 3. R. R. c. 11. Plin. l. 10. c. 48.* & *Colum. l. 8. c. 15.* apud quos legitur & *phaleris* eodem sensu.

Phalēræ, arum, f. *abbigliamenti di cavalli*, תפארת סוס, φάλαρα, ornamenta equorum, a Græca voce allata. *Liv. l. 22. cap. 52.* Et si quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat. ¶ Per Catachresin etiam ornamenta viro rum nobilium phaleræ vocantur. *Liv. l. 9. ſub fin.* Ut plerique nobilium aureos anulos, & phaleris deponerent. ¶ Translate hæc vox usurpatur pro rebus externis, & fucatis, quæ animi bonis opponuntur. *Perſ. ſat. 3. v. 30.* Ad populum phaleras: eo ne intus, & in cute novi. *Cic. Att. l. 15. ep. ult.* Plancum se ajebant hunc Buthrotium pridie, quam hoc scribebam, idest tertio nonas, vidisse, demissum sine phaleris, *h. e.* sine honore.

Phalerātus, a, um, adject. phaleris ornatus, ut phaleratus equus, apud *Liv. l. 30. c. 17.* ¶ Translate *Terent. Phorm. 3. 2. 15.* Phaleratis dictis tuis ductas me, *h. e.* fucatis, *ceu belle parolinæ.*

Phalereus, a, um, adject. ut Phalereus portus Athenis, de quo *Nepos in Themiſtocl. cap. 6.*

Phalēris. V. *Phalaris.*

Phalēro, as, a. 1. phaleris ornare, est metaphorice fucum facere. *Ambroſ. l. 2. in c. 2. Luc.* Plebs simplex, quæ phalerare audita, & fucare nescit. V. *Phalerat.*

Phalērus, i, unus ex Jasonis comitibus in expeditione Colchica. *Valer. Flacc. l. 1.* & *6. Argon.*

Phalucidum carmen, apud Grammaticos est genus carminis constans ex quinque pedibus, spondeo, dactylo, & tribus choreis. *Terentianus Maurus* appellat Phalæcium, & dicit nomen accepisse a Phalæco inventore. Alio nomine dicitur Hendecasyllabum, quia undecim syllabis constat, ut *Martial. l. 1.* Commendo tibi Quintiane nostros.

Phallica, orum, n. 2. carmina in honorem Bacchi. *Ariſtoteles in Poetica* scribit, sua etiam ætate in plerisque urbibus Phallica obtinuisse, cumque in sacris Bacchi obtinerent dirhyrambica, & phallica, ex illa quidem tragœdiam, ex his comœdiam cœpisse incrementum. ¶ Phallicus auctor est ille, qui Priapea scripsit, quæ perperam *Virgilio* quidam tribuunt.

* Phallopora. V. Diplopora.

Phallovitrobōlus, i, m. poculum obscœnæ figuræ. Priapus ex vitro apud *Capitol. in Pertinace, cap. 8.* ubi alii leg. *Phallovitrobelum*, alii *Phaloveretrobeli*, sed eodem sensu.

Phallus, i, m. φαλλός, Græce est penis ligneus, vel vitreus, vel coriaceus. Specjatim dicitur de veretro ficulneo, quod in Bacchi festis plaustro impositum, per rura primum, deinde per urbem, magno honore vectabatur, teste *S. Augusſ. l. 7. de Civ. c. 21.* Item de privatis veretris, quæ *singuli*, qui Dionysia celebrabant, fibi de collo suspendebant, & palam gestabant, ut *Plutarchus* scripsit. ¶ *Phallus Deo*, prov. ubi parum quidem honeste, fed tamen apta tribuuntur, tractum a Bacchi sacris, in quibus phallus ferebatur.

Phanæus, i, promontorium in Chio insula, optimo vino celebre. *Virg Georg. 2. v. 98.*

* Phanerōsis, is, f. *Falæ, ut ſcribunt Non.* & *Feſt.*) arum, f. ligneæ turres, seu machinæ, ex quibus ludi spectabantur. *Enn.* apud *Non. c. 2. n. 351.* Moles diffindunt, fiunt tabulata, phalæque. *Juven. sat. 6. v. 589.* Consulit ante phalas, Delphinorumque columnas. ¶ Erant etiam phalæ militares, ex quibus milites in obsidionibus tela in hostilem urbem jaciebant. De his intelligendum videtur illud *Plaut. Moſtell. 2. 1. 10.* Isti, qui rium nummorum causa subeunt phalas. h. e. parvo stipendio, seu mercede pericula gravia adeunt. ¶ Translate, ut machina, sic & phala poniur pro dolo, & fallacia. *Nævius apud Non.* Me non vocavit; ob eam rem hanc feci phalam.

Phalæcium. V. *Phalæcium.*

Phalæcius, i, m. nomen Poetæ cujusdam, a quo Phalæcium carmen nomen habet, teste *Terentiano Mauro, v. 71.*

Phalanga, *seu* palanga, æ, f. *carro, ſpanga*, מוט, Germ. *wuller*, Gal. *rouleteux*. Hisp. *palancas*, φάλαγγες, vel φαλάγγια. *Non. c. 2. n. 725.* Phalangæ, inquit, dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora subducuntur; unde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt. *Varro de vita P. R. ibid.* Item *Cæſar l. 2. B. C. c. 10.* Palangis fubjectis ad turrim hostium admovenc. ¶ Sumitur etiam pro fuste generatim. *Pl. l. 7. c. 56.* Prœlium Afri contra Ægyptios primum fecere fustibus, quos vocant phalangas.

Phalangarii, *seu* Palangarii, m. 2. qui aliquid oneris fustibus transvehunt. V. *Phalanga. Vitr. l. 10. c. 8.* Onerum vero maxima pondera, cum feruntur a palangariis. ¶ Phalangarii dicuntur etiam milites phalangis. *Lamprid. in Alexand. Sev. c. 50.* Fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari jusserat.

Phalangītæ, m. 1. milites ex phalange. *Liv. l. 37. c. 40.* Decem, & sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur.

Phalangītes, æ, m. τ. φαλαγγίτης, genus herbæ. *Pl. l. 27. c. 12.* Phalangites a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemon, (ut in quibusdam exemplaribus invenio) leucacantha.

Phalangium, ii, n. φαλάγγιον, genus aranei, a φάλαγξ, quod idem notat, *Plin. l. 18. c. 17.* Nascitur & phalangion in ervo, bestiola aranei generis, si hyems aquosa fit. ¶ Est & herbæ nomen. V. *Phalangites.*

Phalango, seu palengo, as, a. 1. onus aliquod fuste transveho, a *Phalanga. Afranius.* Et capream unam semilaceram quaterni simul phalangabant.

Phalantēus, a, um, adject. &

Phalantinus, a, um, adj. a Phalanto, ut Phalanteum Tarentum, h. e. a Phalanto conditum, *Sil. l. 11. v. 16.* Et, Agna Galesi Phalantini, apud *Mart. l. 5. epig. 38.* Est autem Galesus fluvius Tarentini agri.

Pharisæus, a, um, φαρισαῖος, פרוש, quod ad Pharisæos spectat. *Hieron. contra Vigilant. sect. 9.* Quasi sepulchra Pharisaica foris dealbata.

Pharius, a, um, adject. a Pharo, ponitur pro Ægyptio, vel Alexandrino, ut Pharia unda, h. e. Nilus, *Lucan. l. 3. v. 260. Ovid. 1. de Pont. el. 1. v. 38.* Jactans Pharia tinnula sistra manu. *Juvenal. sat. 13. v. 85.* Pharium acetum. V. *Acetum.* ¶ *Pharias flammas* pro igne, qui in turri Phari ardebat, *Lucan. l. 9. v. 1005.* ¶ *Pharius annus* apud *Stat. l. 3. Silv. 2. v. 22.* & *Claud. de B. Gild. v. 57.* est annona ex Ægypto.

Pharmaceutrice, es, f. φαρμακευτική, רפואה, ea medicinæ pars, quæ medicamentis curat. *Col. in præf. l. 1.* scribit Græcis literis.

Pharmaceutria, f. τ. *maga, ſtrega*, מכשפה, φαρμακεύτρια, saga, venefica. Hoc nomine *Virg. Eclogam* octavam inscripsit, in qua Theocriti imitatione veneficа quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animum *viri*, a quo spernebatur, ad sui amorem conatur revocare.

Pharmacopōla, æ, m. *chi vende medicine*. תרפש דפואות, Germ. *ein apotecker*, Gal. *apoticaire*, Hisp. *boticario*, φαρμακοπώλης, qui pharmaca vendit, a πωλέω, *vendo*, & φάρμακον, *medicamentum*. Olim alii erant pharmacopolæ, quam hodie. Nunc etiam simplicia divendunt, atque ex Medicorum præscripto pharmaca concinnant. Olim simplicia divendebant sesplasiarii, qui Græcis πωνιοπῶλαι. Pharmacopolæ autem non ex alieno agebant præscripto, sed ipsimet remedia concinnabant, venaliaque habebant, quales nunc Medici circumforanei, qui per fora, atque urbes curfitant, & peritiam suam, ac remedia jactando simplicі popello sublimere os solent, *ceretani. Cato* apud *Gell. l. 11. c. 15.* Itaque auditis, non auscultatis, tamquam pharmacopolam. Nam ejus verba audiuntur, verum ei se nemo committit, & ager est. *Cic. pro Cluent. c. 14.* Tum repente Anicium quemdam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum aggreditur.

Pharmacotrōphi, m. 2. φαρμακοτρόφοι, pop. Asiæ, Margianis, & Susianis finitimi, qui se venenis alere consueverunt, a φάρμακον, *venenum*, & τρέφω, *nutrio. Plin. l. 6. c. 16. Mela l. 1.*

Pharmācum, ci, n. φάρμακον, רפואה, רפואות, medicamentum. Vox media est, quales multas recenset *Gell. l. 12. c. 9. Cajus l. qui venenum, ff. de verb. ſign.* Sumitur enim & pro medicamento salutifero, & pro veneno malo, seu toxico, quemadmodum & Latine *medicamentum* vox media est, & tam in malam, quam in bonam partem accipitur; ut *Nonius* auctor est, *c. 4. n. 297.*

Pharmăcus, i, m. φάρμακος. Pharmaci, inquit *Cael. Rhodig. l. 6. antiq. lect. c. 12.* dicebantur ignobiles quidam homines, & inutiles, qui ad civitates sua morte expiandas deligebantur, & publice alebantur, quos & κεκαθάρθαι vocant Græci. Hinc pharmacus convicium est in hominem scelestum, & abjectum. *Petron. in Satyr.* Quid tu dicis, latro? quæ sola falamandra supercilia tua excussit? cui Deo crinem vovisti? pharmace, respondе.

Pharnacēon, i, n. herba, genus panacis, folio longiore, & ferrato: ita dictum a Pharnace rege inventore. *Plin. l. 25. c. 4.*

Pharsalia, f. τ. regio Thessaliæ, Pharsalo opp. circumjacens, a quo nomen accepit. Sunt tamen, qui vocatam fuisse exitimant a Pharsalo duce, quæ primo Æmathia ab Æmathio, postea Thessalia a Thessalo, deinde a Macedone Macedonia dicta. Apud *Ptol.* pars est Æmathiæ in Thessaliæ confinio. *Luc. l. 9. v. 985.*

Pharsalicus, a, um, quod ad Pharsaliam spectat, ut Campi Pharsalici, in quibus duorum maximorum bellorum civilium procellæ detonuerunt, primi inter Cæsarem, & Pompejum, alterius inter Augustum, & percussores Cæsaris, Brutum, & Cassium. Hi & Philippici dicti sunt, a Philippis urbe. *Cic. 1.* & *2. de Div.* & *Lucan. l. 7.*

Pharsalius, a, um, adject. idem ac Pharsalicus. *Catul. de nupt. Pel.* & *Thet. carm. 63. v. 37.* Pharsalium coeunt, Pharsalia tecta frequentant.

Pharsālus, i, m. φάρσαλος, oppidum Thessaliæ, a quo Pharsalia dicta est.

Pharus, f. *Faro, Farjon*, inc. *Magrach*, col. & opp. Ægypti, olim urbs Regia apud Alexandriam, in insula oblonga, parvaque, continenti pene jundta, contra Canopicum ostium Nili. In ea ingens turris a Ptolemæo Philadelpho Rege Sostrati Gnidii opera 800. talentis exstructa est albo lapide, quæ inter septem orbis miracula numeratur, ex qua lumen per noctem navigantibus elucebat. Unde ut *Solinus ſcribit c. 32.* machinæ in portubus ad prælucendi ministerium æde ut *Solinus ſcribit

ribus, teste *Plinio*, seu Caucasiis, teste *Ptolemæo*, & influit in mare Euxinum. Juxta hunc Phasis insula parva est, ex qua genus illud avis exportatum est, teste *Isidoro*, quod phasianus propteréa nominatur. Ibidem herbæ venenosæ nascuntur. Inter præcipuos amnes habetur, cum septem ostiis in Euxinum exeat. *Plin. l. 6. c. 4. Ovid. 7. Met. v. 6.* ¶ In vocativo est *Phasi*. *Valer. Flacc. l. 5. v. 206.*

Phasma, atis, n. 3. φάντασμα, ראה, visum, spectrum, idem ac Phantasma. Hinc nonnulli *phasmata* legunt pro *phantasmata* in *epist. Plinii*, quam in *Phantasma* attulimus. ¶ Est etiam nomen unius ex fabulis Menandri. *Terent. Eun. prol. v. 9.* Item cujusdam Catulli mimographi, apud *Juven. sat. 8. v. 186.*

Phasmachares, æ, φασμαχάρης, nomen gemmæ. *Plin. l. 37. c. 10.*

Phatnæ, arum, φάτναι, stellæ in Cancri signo. *Cic. in progn.* apud *Prisc. l. 16.*

Phaullæ, f. 1. φαυλίαι, olivæ, corpore grandissimo, pusillo nucleo, minimo succo. *Plin. l. 15. c. 3.*

* Phaylleus. V. Paphageus.

Phegeius, a, um, adject. a Phegeo. Phegeius ensis. *Ovid. Metam. 9. v. 412.*

Phegeus, i, m. 2. fil. Inachi fl. qui primus in Græcia Diis templa erexit, & sacra instituit, & vulgus docuit tempus in annos, & menses dividere. Adolescens occubuit. Templo, & sacrificiis honoratus fuit. ¶ Phegeus alter, pater Alphesiboææ, Themonis, & Axionis, de quo multa *Ovid. 9. Met.*

* Phegis, idis, f. φηγίς. Alphesiboæa Phegei filia. *Ovid. rem. am. v. 452.*

Phellandrion, ii, n. φελλάνδριον, herba paludris, folio apii, cujus potu levari ve sicæ vitia, tradit *Plin. l. 27. c. 12.*

Phellus, i, φελλός, Græcis est suber, genus arboris. A *Vitruv. l. 9. c. 9.* sumitur pro ea horologii parte, quæ ex subere facta est.

Themsus, ii, citharedus Homeri præceptor, quem ipse cantantem inducit *Odyss. 1.* Hinc *Ovid. 3. Amor. el. 7. vers. 61.* Quid juvat, ad surdas si cantet Phemius aures?

Phemonöe, es, f. 1. φημονόη, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, & carmen heroicum invenisse. *Stat. l. 2. Sylv. 2. v. 39.* ¶ Est & nomen Phœbados cujusdam, quem quidam dicunt Phœbi filium fuisse. *Hesiod. in Theog.* & *Lucan. l. 5. v. 126.*

Phencătæ, m. 1. φησεᾶται, cives Phenei urbis, qui Mercurium quintum colebant. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 22.*

Phenëus, f. *Feneo*, al. *Phineo*, φινεύς, opp. Accadiæ, in Peloponneso, apud Cyllenem M. Inter Clitorium, & Æginam. Ibi moly herba contra venefícia omnia provenit. *Plin. l. 4. c. 6.* & *l. 25. c. 4.* ¶ *Phenëus φένεος*, item, m. 2. fl. al. lacus Arcadiæ, qui in Alpheum defluit. Ejus aqua noctu perniciosa est, interdiu salutaris. *Ovid. l. 15. Met. v. 332.* & *Plin. l. 4. c. 6.*

Phengites, m. 1. φεγγίτης, lapis duritia marmoris, candidus, & translucens, a φέγγος, *splendor*. *Plin. l. 36. c. 22. Sueton. in Domit. c. 14.*

Phenion, n. 2. herba, al. anemone. *Plin. l. 22. c. 23.*

Pheos, i, n. φέος, herba foliis, & caule spinoso, alio nomine ftœbes. *Plin. lib. 32. c. 15.*

Pheræ, arum, f. *Cheramidi*, φεραί, opp. Peloponnesi, in Messenia, in ora finMessenaici. ¶ Pheræ item, *S. Giorgio*, opp. Achajæ Peloponnesiacæ, apud Helicen. *Plin. lib. 4. cap. 5.* ¶ Item opp. Atticæ, inter Megara, & Thebas. *Plin. lib. 4. cap. 7.* ¶ Pheræ etiam, *Fere*, *Jenizar*, *Sidro*, opp. Thessaliæ geminum, in Magnesiæ tractu, ad Bebeidem lac. inter Demetriadem, & Pharsalum, ubi tyrannidem Alexander ille exercuit, qui inde Pheræus cognominatus est. *Cic. 1. de Div. 2. Off.* & *Plin. l. 4. c. 8.*

Pheræus, a, um, adject. ad Pheras pertinens, ut Pheræi campi, *Val. Flacc. lib. 1, v. 444.* Pheræus conjux, *Senec. in Med. v. 662.* h. e. Admetus Thessaliæ (in qua Pheræ oppidum) rex. ¶ Alexander Pheræus tyrannidem exercuit in Pheræos adeo crudelem, ut ab ipsa uxore noctu cubans interfectus sit. *Ovid. in Ibin, v. 321. Cic. 2. Inv. c. 49.*

Phereclëus, a, um, adject. ad Phereclum pertinens, qui fuit architectus, & Paridi naves fabricavit ad rapiendam Helenam. *Ovid. Heroid. ep. 16. v. 21.* Hac duce Sigeo dubias a litore feci Longa Phereclea per freta puppe vias.

* Phereclades, a *Silio* dicuntur incolæ Pureolorum. *Sil. l. 12. v. 159.*

Phereclides, is, Philosophus Syrus, qui primus animorum immortalitatem docuit, teste *Cic. 1. Tusc. c. 16.* & *2. Divin. cap. 50.* Morbo pediculorum consumptum tradit *Plin. l. 7. c. 52.*

Phereclëus, a, um, adject. ad Phereclum spectans. *Cic. 2. Divin. c. 13.* Quale Phereclydeum illud, quod est a te dictum.

* Pereclides, æ, m. φερεκλείδης, Admetus Phereis filius. *Ovid. de ar. am. 3. 19.*

* Phereum, φρέαρ, locus in quem conveniunt qui sunt ejusdem curiæ vel fodalitii, *Senec. Ep. 114. 215. n. 1.*

Phiala, æ, f. φιάλη, אגן, vas vini, vel aquæ, plerunque ex auro confiarum. *Martial. l. 8. ep. 51.* Quis labor in phiala? *Juven. sat. 5. v. 38.* Vitro tenet phialas, tibi non committitur aurum.

Phidiăcus, a, um, quod ad Phidiam spectat. *Martial. l. 7. ep. 73.* Quis te Phidiaco formatam Julia cælo, Aut quis Palladiæ non putet artis opus? *Juven. sat. 8. v. 103.* Phidiacum vivebat ebur.

Phidias, æ, m. φειδίας, nobilis statuarius qui in ebore scalpendo citra æmulum claruit, Diis tamen ut inquit *Quintil. l. 12. c. 10.* quam hominibus efficiendis melior. Inter hujus opera præcipue commendata est Minervæ statua, quam Athenis ex ebore fecit 26. cubitorum altitudine, in cujus clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam insculpsit, in soleis vero Centaurorum, & Lapithārum certamen. Proximam commendationem meruit Jupiter Olympius, & ipse totus ex ebore. Cælavit & Venerem, quæ postea Romæ sita fuit in porticu Octaviæ. Item statuam Nemesis Deæ denum cubitorum apud Rhamnuntem Atticæ opp. fecit. *Cic. 4. Acad. c. 47. 1. Tusc. c. 15. 2. de Or. c. 17. in Orat. c. ult.* & *Plin. l. 34. c. 8.*

Phidităa, orum, n. cœnationes, sive convivia apud Lacedæmones ita dicta, sive quod φειδίας, ideft, amicitiæ causa, inftituta fint, sive potius a parsimonia, ideft φείδομαι, *parco*, *parce utor*. Conveniebant enim ad Phiditia conferentes singuli farinæ modium, vini caros octo, casei quinque minas, ficuum quinque semis minas. *Cic. 5. Tusc. cap. 34.* Quid ? vitium Lacædemoniorum in Phiditiis nonne videmus ?

Philadelphia, æ, f. *Filadelfia*, urbs Lydiæ, ad Tmoli M. radices. ¶ Philadelphia altera urbs Cœlesyriæ, in Decapolitana reg. a Philadelpho Rege condita, de qua *Plin. l. 5. c. 18.* ¶ Hinc Philadelpheni, Philadelphiæ incolæ, *Id. l. 5. cap. 29.*

Philæ, arum, f. inf. parva Ægypti, aspera, & undique præruptа, duobus in unum coeuntibus amnibus cincta, qui Nilo murantur, & ejus nomen ferunt. *Strabo lib. 17* ¶ Item opp. Ægypti, in Thebaide, apud Nili catarractem. V. *Plin. lib. 4. cap. 12.*

Philammon, onis, m. filius Apollinis ex Chione Nympha, clarissimus carmine, & cithara. *Ovid. 11. Met. v. 317.*

Philanthropia, æ, f. φιλανθρωπία, humanitas, amor erga homines, liberalitas. *Ulpian. lib. 2. Dig. de Proxeneticis.* Si quid philanthropiæ nomine acceperit.

Philanthrōpos, m. 3. lappæ genus, Dioscoridi aparine, Officinis rebulus, a φίλος, *amicus*, & ἄνθρωπος, *homo*, quia vestibus hominum adhærens eos amare videtur. *Plin. l. 24. c. 19.*

Philëma, atis, n. φίλημα, osculum. *Lucret. l. 4. v. 1162.* Simula, Silena, ac Satura est, labiosa, Philema.

Philetæria, æ. φιλεταιρία, herba rutæ similis. *Plin. l. 25. c. 6.*

Philētas, æ, poeta Græcus, Elegiacus, patria Cous, acerrimus poetarum censor, Ptolemæi Philadelphi præceptor. *Propert. l. 3. eleg. 1.* Callimachi manes, & Coi sacra Philetæ.

Philetëus, a, um, adject. a Philera. *Propert. l. 3. el. 2. in fin.* Ora Philetea nostra rigavit aqua, h. e. docuit me Elegiaci carminis rationem.

Philippensis, se, adject. a Philippis, ut Philippense prælium, *Plin. l. 7 c. 45.* Philippensis acies, *Valer. Max. l. 1. c. 5. n. 7.*

Philippēus, a, um, adj. Φιλίππειος, ad Philippum Macedonum regem pertinens. *Propert. l. 3. el. 9. v. 40.* Una Philippeo sanguine inusta nota. ¶ Philippeus nummus erat moneta aurea pretiosa, dicta ab eodem Philippo. *Plaut. Asin. 1. 3. 1.* Nummis philippeis aureis. *Id. Rud. 5. 2. 27.* Centum denaria philippea.

Philippi, orum, m. *Filippo*, urbs Macedoniæ, in Thraciæ confinio, ad Pangæi M. radices, apud oram maris Ægæi, olim clara, nunc pene jacens, & deserta. Dicta est a Philippo Alexandri Magni patre. Celebris fuit pugna Octaviani, & Antonii contra Brutum & Cassium, qua hi ab illis devicti, & debellati fuerunt. V. *Flor. l. 4. c. 7.* ¶ *Virgilius* prælium hoc cum Pharsalico confundit, cum inquit *1. Georg. v. 490.* Romanasque acies iterum videre Philippi.

Philippicus, a, um, adject. ad Philippum pertinens, ut Philippicum talentum, apud *Plaut. Trucc. 5. 1. 60.* ¶ *Philippicæ orationes*, Φιλιππικοὶ λόγοι, dictæ sunt, quas Demosthenes in Philippum regem Macedonum habuit, quem imitatus Cicero, eodem nomine suas inscripsit in Antonium.

Philippopŏlis, f. 3. *Filippopoli*, urbs Thraciæ, ampla, sine mœnibus, ad Hebrum fl. in Bessica, opus Philippi Imperatoris. *Plin. l. 4. c. 11. Tacit. 3. Ann.*

Philippus, i, m. filius Amyntæ, pater Alexandri Magni, Rex Macedonum. V. *Justinum l. 3. & 9.*

Philŏxia. V. *Philyra.*

Philocalĭa, æ, f. φιλοκαλία, hoc est amor pulchritudinis, honestatis, rerum honestarum studium. *Augusc. l. 2. cont. Acad. c. 3.*

Philochăres, n. 3. herba, al. marrubium. *Plin. l. 20. c. 22.*

* Philoxomastum, ii, f. φιλοκωμάσιον, nomen meretricis, a φίλος amicus, & κῶμος, comissatio. Vox est diminut. *Plaut. in Mil.*

Philoctetæus, a, um, quod ad Philoctetem spectat. *Cic. 2. Tusc.* Refuterur, ac rejiciatur Philoctetæus ille clamor.

Philoctētes, æ, m. 1. Φιλοκτήτης, Pœantis filius, & comes Herculis. Huic Hercules moriens in Oeta monte mandavit, ne cui corporis sui reliquias indicaret, idque jurare eum adegit, dedituque pro munere pharetram, & sagittas Hydræ felle intinctas. Sed cum Delphico Oraculo moniti essent Græci ad evertendam Trojam sagittis Herculis opus esse, inventus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negavit primo, se aliquid de Hercule scire, tandem vero mortuum esse confessus est, & cum graviter ad indicandum sepulchrum cogeretur ne jusjurandum violaret, ictu pedis locum ostendit. Igitur constituere Principes Græciæ, ut ad bellum Trojanum deduceretur, quia ipse solus Lernæis sagittis uti poterat. Verum unius sagittæ casu in pede, quo Herculis tumulum monstraverat, vulnere pene immedicabili affectus est. Quare cum vulneris fœtor a Græcis ferri non posset, in Lemno relictus est. Sed occiso Achille, Ulysses in Lemnum regressus, ad Trojam illum perduxit. Devicta autem Troja, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique Petilium condidit. Tandem opera Machaonis medici sanatus est. *Serv. ad Virg. 3. Æn. v. 402. Ovid. 13. Met. 2. v. 328. Propert. l. 2. el. 1.* Sed *Servio* auctore *loc. cit.* Græci Philoctetem in Lemno fublatis sagittis reliquerunt.

Philogræcus, m. 2. φιλέλλην, qui libenter utitur dictionibus Græcis. *Var. lib. 3. R. R. cap. 10.* Transi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod vos philograeci vocatis αμφίβιον.

Philologĭa, æ, f. φιλολογία, חכמה, *studio di belle lettere*, studium eruditionis, seu humaniorum litterarum, quam eruditionem appellant *Sueton. in Aug. cap. 89.* & *in Calig. c. 53. Cicero filius Fam. 16. ep. 21.* Quid de Bruto dicam? cujus cum frugi, severaque esset vita, tum etiam jucundissima convictio: non est enim sejunctus locus a philologia, & quoridiana συζητήσει. *Cicero pater Attic. 2. ep. 17.* Ne & opera, & oleum philologiæ nostræ perierit. Adde *Vitruv. præfat. lib. 7.* ¶ Proprie philologia est amor sermonis, loquacitas, nimium verborum studium, a φίλος, *amicus*, & λόγος, *sermo*. Hinc *Seneca. ep. 108.* Quæ philosophia fuit, facta est philologia.

Philologus, m. 2. Φιλολόγος, חכם, יורע מפלים, studiosus Philologiæ. *Cic. Art. 1. 3. ep. 12.* In qua homines nobiles illi quidem, sed nullo modo Philologi, nimis acute loquuntur. *Sen. ep. 108.* Cum Ciceronis libros de Republica prehendit hinc Philologus aliquis, & hinc Grammaticus, hinc Philosophiæ deditus. ¶ Adjective *Vitruv. l. 6. proœm.* Philologis rebus delectari, *di cose erudite*.

Philomĕla, f. 1. Φιλομήλη, Pandionis Athenienfis Regis filia, soror Prognes, quæ cum a Tereo compressa fuisset, tandem Deorum miseratione in avem fui nominis conversa fuit, quæ & luscinia dicitur, quæ etiam nunc deflere non cessat cantu dulcissimo injuriam, quam passa est. *Ovid. 6. Met. v. 424.*

Philomēlus, m. 2. filius Jasonis, frater Thoantis, Eunei, & Pluti. Filium reliquit nomine Plutum.

Philomūsus, m. 2. φιλόμουσος, amator, sive amicus musarum. Nomen proprium est apud *Martial. l. 3. ep. 10.* & *l. 7. ep. 75.*

Philonĭum, ii, n. φιλώνιον, Pharmaci genus. *Seren. Sammon. cap. 22. v. 396.* Quid referam multis composita philonia rebus?

* Philopător, ōris, φιλοπάτωρ, patris amans, per antiphrasim vocatus fuit unus ex Ptolemæis parentum suorum interfector. *Justin. l. 29. c. 1.*

Philosarca, æ, m. amicus, vel amator carnis: a φίλος, amicus, & σάρξ, caro. *Hieronym. ep. 61. ad Pammach. c. 6.*

Philosophĭa, æ, f. *Filosofia*, אהבת חכמה, פילוסופיא, Ger. *philosophey, liebe und fleiß der weisheit*, Gal. *philosophie, amour de la sagesse*, Hisp. *filosofia*, Φιλοσοφία, amor, & studium sapientiæ, a φίλος, *amicus*, & σοφία, *sapientia*. *Cicero* ita describit *1 2. Off. c. 2.* Quid est enim per Deos optabilius sapientia? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius? Hanc qui experunt igitur, Philosophi nominantur, nec quicquam aliud est Philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiæ. Sapientia autem est, ut a veteribus Philosophis definitum est, rerum divinarum, & humanarum, causarumque, quibus eæ res continentur, scientia. V. *Senec. ep. 89.* ¶ Triplex est, Physica, Ethica, Logica, quo nomine etiam Metaphysica a veteribus comprehenditur. Prima rerum naturam fecutatur, secunda animum componit, tertia bene differendi rationem docet. *Cic. 1. de Acad. 5. Fin.* & *1. de Orat. c. 15.* De divisione Philosophiæ secundum sectas *Cicero* differit *1. Acad. 1. de Leg. 3. de Orat.* ¶ Antonomastice, per excellentiam Philosophiæ nomine Ethica, seu Moralis intelligitur. *Cic. 2. de Div.* & *1. de Or.* ¶ In plur. numero Philosophias usurpat *Cic. 3. de Or. c. 27. Gel. l. 4. c. 1.* & *Senec. ep. 48.*

Philosophicē, adv. *da Filosofo*, ut Philosophice vivere, apud *Lactant. l. 3. cap. 14.*

Philosophĭcus, a, um, *Filosofico*, φιλοσοφικός, פילוסופי, quod ad Philosophiam spectat. *Cic. 5. Tusc. cap. ult.* A quo non modo impulsi fumus ad Philosophicas scripriones, verum etiam lacessiti.

Philosŏphor, aris, arus sum, d. 1. *filosofare*, *studiar Filosofia*, נתפלסף, Germ. *seinen fleiß und arbeit auff die weisheit legen*, Gal. *philosopher, s' adonner & s' étudier à la philosophie*, Hisp. *filosofar*, φιλοσοφέω, sapientiæ studeo, rerum naturas perscrutor, Philosophorum more disputo. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 3.* Et cum minime videbamur, tum maxime philosophabamur. *Id. 2. de Or. c. 37.* Decrevi philosophari potius (ut Neoptolemus apud Ennium) paucis: nam omnino haud placet. ¶ Reperitur etiam imperf. *Plaut. Pseud. 2. 3. 21.* Sed satis est philosophatum.

Philosŏphus, phi, m. 2. *Filosofo*, *amatore della sapienza*, פילסופא, Germ. *ein liebhaber der weisheit*, Gal. *philosophe, adonné à la sagesse*, Hisp. *Filosofo*, φιλόσοφος, amator sapientiæ, naturæ interpres, magister virtutis, qui rerum cognitione delectatur, a φίλος, *amicus*, & σοφία, *sapientia*. *Cicero* sic describit *1. 1. de Or. c. 49.* Philosophi denique ipsius, qui de sua vi, ac sapientia unus omnia pene profiterur, est tamen quædam descriptio, ut is, qui studeat omnium rerum divinarum, atque humanarum vim, naturam, causasque nosse, & omnem bene vivendi rationem tenere, & persequi, nomine hoc appelletur. ¶ Hoc nomen a Pythagora originem habuit. Cum enim Philiuntem venisset, & cum Leonte principe Philasiorum docte, & copiose disseruisset, ejus ingenium, & eloquentiam cum admiratus esset Leon, quæsivit ex eo, qua maxime arte confideret; at ille, artem quidem se scire nullam, sed esse Philosophum, respondit. *Cic. 5. Tusc. c. 3.* ¶ Primus Philosophus Thales Milesius fuit. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 10.* & *in Fragm. de Philosophia* apud *Lact. l. 3. cap. 16.* ¶ Adjective *Pacuv.* apud *Gell. l. 13. c. 8.* Ego odi homines ignava opera, philosopha sententia.

Philotechnus, a, um, adject. a φίλος, *amicus*, & τέχνη, *ars*, artificiosus, industrius. *Vitruv. l. 6. proam.* Philologis, & philotechnis rebus me delectans.

Philtrum, i, n. φίλτρον, genus veneni, quod amorem, & ut plurimum insaniam ingerit, a φιλέω, *amare*. A Martiano dicitur amatorium. Ac fimiliter Glossæ vett. exponunt. *Cicero* vocat amatorium poculum. *Horat. Epod. 17. v. 80.* defideriі poculum appellat. *Juven. sat. 6. v. 609.* Thessala vendit Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti. Adde *Ovid. 2. de ar. am. v. 106.*

Philus, i, φίλος, amicus. Vox Græca est, quam tamen usurpavit *Petron in Sat. tyr. c. 110.* ubi ait. Quam facile (*mulieres*) adamarent: quam cito etiam philorum oblivisceretur.

Philyra, æ, f. φιλύρα, membrana tenuissima inter corticem, & lignum tiliæ arboris, coronarum lemniscis celebris, quam describit *Plin. lib. 16. cap. 14.* Hinc *Horat. lib. 1. od. ult.* Displicent nexæ philyra coronæ. *Ovid. 5. Fast. vers. 337.* Ebrius incinctus philyra conviva capillos. ¶ Ex philyra chartas fieri solitas scribit *Plin. l. 13. c. 11.*

Philyra, æ, filia Oceani, mater Chironis Centauri. Hinc

Philyreius, a, um, adject. ut Philyreia tecta, *Ovid. 7. Met. v. 252.* Philyreius heros, *h. e.* Chiron, *Id. 2. Met. v. 676.*

Philyrides, (*vel* Philyrides, metri causa) æ, patronymicum. Chiron filius Philyræ. *Ovid. 1. de ar. amand. v. 11.* Phillyrides puerum citharæ præfecit Achillem.

* Philyricus, a, um, φιλύρινος, e philyra. *Serv. ad 3. Georg. v. 91.*

Phimus, i, φῖμος, fetitilus, pyrgus. Quidam hanc vocem legunt in illo *Horatii l. 2. sat. 7. v. 17.* Mitteret in phimum talos. At pienique *pygmæ*.

Phineüs, a, um, quod Phineï est. *Virg. Æn. 3. v. 212.* Phinea postquam Clausa domus.

Phineus, i, Φινεύς, filius fuit, teste Hellanico, Agenoris, vel, ut *Hesiodus* ait, Phœnicis, & Cassiepeæ, regis Agenoris, frater Cilicis, Doryclī, & Atamini. Hic Rex Arcadiæ, vel, ut alii scribunt, Thraciæ, vel, ut rursus alii, Paphlagoniæ, uxorem duxit Cleopatram, quam quidam Sthenoboeam vocant, ex qua genuit Oxynium, & Cranbium, ut *Sophocles*; ut alii, Mariandynum & Thynum, vel, ut rursus alii, Palæmonem, & Phineam, quibus, mortuis patore contigit, Harpalycen filiam Boreæ, & Orithyiæ, sororem Calais, & Zetæ nonnulli reperiuntur. *Sed Flaccus*, cui etiam *Apollonii Commentarius l. 1. Mentitur*, dicit, Phineum Cleopatram filiam Boreæ, & Grinthyiæ, uxorem duxisse, secundam vero Idæam Dardani filiam novercam superduxisse. Suasu secundæ uxoris Filos suos ex priore susceptos excæcavit. Quapropter & ipse excæcatus est a Diis, & Harpyiæ contra eum missæ, quæ mensam ejus, & cibos turpissime fœdabant. Postea vero, cum Argonautas humanissime excepisset, Jason præcepit Calai, & Zetho fratribus alaris, ut ayes illas ex ejus Regno expellerent, a quibus usque ad Strophades insulas fugatæ sunt. Postremo occisus est ab Hercule, cum is in solitudine liberos Phinei invenisset excæcatos, audivisseque, eos calumnüs novercæ ejectos fuisse. ¶ Phineus alter, Cephei frater, qui cum promissam sibi Andromedam filiam fratris a Perseo, cui ex pacto postea nupserat, repeteret, post ingentem rixam, viso casu capite Medusæ, in lapidem mutatus est. *Ovid. 5. Met. a v. 1.*

Phinidæ, arum, m. φινίδαι, duo filii Phinei de quibus V. in voce præced. *Ovid. in Ibin. vers. 273.* Ut duo Phinidæ, quibus idem lumen ademit, Qui dedit.

Phison, m. 3. פישון, unus ex quatuor fluviis, qui e terrestri Paradiso egrediuntur. Aliis est Ganges, aliis Nilus, aliis Phasis, qui est in Colchide. *Aleim. Anil. l. 1. v. 290.* Quartus Phison erit, quem possider India Gangem.

* Phlebotomĭce, es, f. φλεβοτομική, phlebotomia. *Aurel. Acut. 1. 3. & 2. 18.*

Phlebotŏmo, as, a. 1. vena incisa sanguinem exæraho, ראל, φλεβοτομέω, *Vegezii* est *l. 1. c. 24. Theod. Prisc. l. 1. c. 37.* Et *Cæl. Aurel. Acut. l. 1. c. 14.* Hinc Phlebotomice, Phlebotomia, & Phlebotonatus, apud eundem.

Phlebotŏmus, i, m. φλεβοτόμος, ראל, vénæ incisor, & Phlebotomum, i, n. φλεβοτόμον scalpellum, quo vena inciditur. *Theod. Priscian. l. 2. c. 4.* Intra tertium diem phlebotomo subvenire nos convenit. *Et c. 9.* Si molestia perseveverit, phlebotomum adhibeo. Adde *Veget. l. 1. Rei veterin. c. 19.*

Phlegĕthon, ontis, m. φλεγέθων, flu. Inferorum, a φλεγέθω, poetice pro φλέγω, *ardeo*, *uro*, quia ignéis undis fluit. A poetis filius Cocyti fingitur. *Virg. l. 6. Æn. v. 264.*

Phlegethontēus, a, um, quod ad Phlegethontem spectat. *Claudian. lib. 1. de raptu Proserp. v. 88.* Ripa Phlegethontea.

Phlegethontis, idis, f. quæ Phlegethontis est. *Ovid. 5. Met. v. 544.* Sparsumque caput Phlegethontide lympha.

Phlegma, & Flegma, atis, n. *flemma*, φλέγμα, humor in corpore frigidus & humidus, hyeme potissimum exuberans. *Fallad. in Jul. cir. 6.* Hoc vini genus ventrem purgabit, phlegma dissolvet. *Veget. de re veterin. l. 2. c. 12.* Jumentum infaniens multum flegmatis ex ore profundet. ¶ Volunt esse a φλέγω inflammo, per antiphrasim, quia minime calidum est.

Phlegmŏne, es, f. φλεγμονή, inflammatio, five collectio, quories sanguis utilis, & mediocriter crassus fertur subitus in aliquam corporis partem, & speciatim ac propriè quælibet incensio cum rumore, & ulcere. *Plin. l. 20. c. 4.* Phlegmonæ prodesse ipsos (*raphanos*) illinire tusos.

Phlegon, ontis, m. φλέγων, unus ex equis Solis, a φλέγω, *ardeo*. *Ovid. Met. 2. v. 154. V. Æthon.*

Phlegontis, idis, f. φλεγοντίς, gemmæ genus, a φλέγω, uro, quod in ea flamma quædam intus ardere videtur. *Plin. l. 37. c. 11.*

Phlegra, æ, f. postea Pallene, *ubi Macedoniæ, circa quam vallis fuit*, in qua Gigantes olim cum cælestibus confixisse, & ab Hercule exstinchi esse dicuntur. *Solin. c. 9. (al. 14.) Plin. l. 4. c. 10.* ¶ Theagenes, & Eudoxus, qui ad historicam fidem pugnam hanc conantur reducere, ita scripserunt, ut refert *Strabo lib. 5.* Pallenem, quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines renuerunt, quibus immanitas, & superbia morum Gigantum cognomen peperit. In hos, ineunte prælium Hercule, fulmina de cælo missa sunt, donec ii fugere coacti sunt, sicque ingenti victoria superati. Ex hac re rumor in vulgus ortus, ut Gigantes moverint bellum Diis.

Phlegræus, a, um, adject. a Phlegra, ut Phlegræa prælia. *Stat. l. 5. silv. 3. v. 196.* tumultus Phlegræi, *Propert. l. 2. el. 1. v. 39.* ¶ Phlegræi Campi, φλεγραῖοι πεδία, campi in Macedonia, vel Thessalia, ubi Gigantes cum Cœlestibus pugnavere. Dicti sunt a Phlegra urbe. ¶ Phlegræi item Campi, al. Forum Vulcani, *la Solfatara*, locus Campaniæ, a Puteolis 2. M. P. Neapolim versus, a φλέγω, *ardeo*, quia sulphur gignunt, & in morem ingentis theatri ignes perpetuos emittunt. *Plin. l. 3. c. 5.*

Phlegўæ, m. 1. φλεγύαι, pop. insulani Thessaliæ, a Phlegya Ixionis patre cognominati, qui cum sacrilegi essent, Deosque, & homines spernerent, ab irato Neptuno immisso diluvio submersi sunt. *Ovid. Met. 11.*

Phlegўas, m. 1. φλεγύας, Martis filius, Rex Lapithārum in Thessalia, pater Ixionis, & Coronidis Nymphæ, quam cum ab Apolline vitiatam sensisset, contestim ira percitus, templum ejus Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipsum sagittis interfectum ad inferos detrusit, ubi hac pœna afficitur, ut sub ingenti saxo, ruinam minitante, sedens semper illud casurum suspicetur, & timeat. *Serv. ad Virg. Æn. 6. v. 618. Stat. 3. Theb. v. 713.*

Phleos, m. 2. φλέος, σπυθή, herba caulem habens aculeatum, & folium hispidum, quam nonnulli stoeben vocant, a φλέω, *abundo*, quod in Orchomenio lacu copiosissime proveniat. *Plin. l. 20. c. 25.*

Phliasius, a, um, adject. a Phliunte urbe. *Cicer. 5. Phil.* Phliasius sermo. ¶ Et Phliasii, orum, Phliuntis incolæ. *Id. 5. Tusc. c. 4.*

Phlius, untis, fem. Ant. *Ruspela*, al. *Phoicæ*, opp. Peloponnesi, conditum a Phlante, teste *Pausania*, in Sicyonia, ad fontes Asopi fl. *Plin. l. 4. c. 5.*

Phlogītes, i, & Phlogites, æ, & phlogitis, idis, f. φλόγινος, & φλογίτης, nomina sunt duarum gemmarum igneo, vel flammeo colore nitentium. *Plin. l. 37. c. 10.* & *11.* & *Solin. c. 50. V. Chrysites.*

Phlomis, idis, f. & phlomos, i, m. φλομίς, φλόμος, verbascum, quo pro eligychnio utuntur. *Plin. l. 25. c. 10.*

Phlox, ogis, f. genus floris flammeo colore, a φλόξ, flamma. *Plin. l. 21. cap. 11.*

* Phoberor. V. Morpheus.

Phoca, æ, f. *vecchiomarino*, φώκη, עגל הים, vitulus marinus, bellua, quæ corio, & pilis tecta est, canum modo coit, & parit in terra pecudum more, & in somno instar bovis magit. *Plin. l. 9. c. 7.*

Phocæa, æ, f. *Foccia vecchia*, al. *Fochia vecchia*, al. *Foglia vecchia*, φώκαια, urbs Æolidis, in Asia minore, & in ora maris Ægæi, cum portu capaci, & amplo, cui adjacet altera Phocæa, *Fochia nova* dicta, Athenienfium colonia, apud ostia Hermi fl. Dicta creditur, quod virili marini magno numero apparuissent urbem condentibus. *Plin. l. 5. c. 29.*

Phocæensis, se, adject. ad Phocæam pertinens. *Plin. l. 3. cap. 4.* Massilia Græcorum Phocæensium fœderata.

Phocæus, a, um, quod est ex Phocide. *Ovid. 11. Met. v. 354.* Advolat armenti cuftos Phocæus Anetor. *Hor. Epod. 16. v. 17.* Phocæorum civitas, *h. e.* eorum, qui Massiliam condiderunt.

Phocaicus, a, um, φωκαϊκός, quod ad Phocæam urb. spectat. *Ovid. 6. Met. v. 9.* Murice Phocaico. ¶ *Lucil. 3.* Phocaicæ carinæ, *h. e.* Massilienfium. ¶ Item quod ad Phocidem spectat. *Lucil. 5. v. 144.* Candida Phocaica complectitur insula lauro,

Phocăis, idis, adject. patronym. fœmin. a Phocide. *Lucan. l. 3. v. 301.* Phocais in dubiis ausa est fervare juventus. Ubi Massilienses intelligit, qui a Phocide oriundi dicuntur. Alii leg. *Phocica*, eodem sensu.

Phocenses, ium, m. populi Phocidis. *Justin. l. 8 c. 1.* ¶ Item incolæ Phocææ urbis. *Strab. l. 4. Herod. l. 1.* ¶ Idem aliquando religa Græcia ultra Italiam navigantes Massiliam dicuntur vel condidisse, vel instaurasse. V. *Massilia.*

Phocĭus, a, um, Focensis. *Ovid. 5. Metam. v. 276.*

Phocĭas, V. *Phocais.*

Phocis, idis, f. φωκίς, regio Achajæ, inter Bœotiam ad Or. & Æroliam ad Occ. in qua Delphi urbs, & Parnassus, & Helicon montes, Castalius fons, & Cephisus flu. *Lucan. l. 3.* Exustæ Phocidos arva.

Phocus, m. 2. φῶκος, filius Æaci, qui a Peleo occisus est. *Ovid. 7. Met. v. 476.*

Phœbas, adis, f. φοιβάς, Phœbi facerdos, ita dicta, teste *Serv.* quod Phœbei Numinis concepto afflatu fureret. & agitaretur in bacchantis imaginem. *Sil. l. 15. v. 282. de Cassandra.* Sanctius Iliaca fervata est Phœbade virgo.

Phœbe, f. 1. φοίβη, Phœbi foror, Diana, five Luna. *Virg. 1. Georg. v. 431.* Ventosque semper rubet aurea Phœbe.

Phœbeïus, a, um, adject. &

Phœbēus, a, um, quod ad Phœbum spectat. *Virg. 4. Æn. v. 6.* Phœbeæ lampadis instar. *Ovid. 15. Met. v. 632.* Quam colat, explorant, juvenis Phœbeius urbem.

Phœbigĕna, æ, m. Phœbi filius. *Virg. 7. Æn. vers. 773.* de *Æsculapio*. Fulmine Phœbigenam stygias detrusit ad undas.

Phœbus, m. 2. *Febo*, φοῖβος, Idem ac Apollo, ita dictus a specie, & nitore, ut aliqui fenfere apud *Macrob. l. 1. Saturn. c. 17.* Nam φοῖβος notat splendidum, lucidum, purum, teste *Hesych Hes. in carm. suc. v. 61.* Augur, & fulgente decorus arcu Phœbus. ¶ Revera φοῖβος Apollinis Pradikit. ¶ Ponitur interdum pro Sole. *Horat. l. 3. od. 21.* Dum rediens fugat astra Phœbus.

Phœnice, es, & Phœnicia, æ, *Fenicia*, נען, φοινίκη, regio Syriæ maritima, inter reliquam Syriam ad Eor. Eleuthero fl. disterminante, & Palæstinam ad Mer. Cherseo fl. ab ea divisa. Olim Phœnice erat, quicquid terrarum inter Eleutherum fl. & Pelusium opp. Ægypti mari interno objacebat. Dicta est a Phœnice filio Neptuni, & Libyes, qui in hac regione regnavit. Phœnicia inter alia abundat murice, gypso, gentiana, liliis, myrtis, & circa Orontem myrrha. Sed ostro maxime Tyrio claret. V. *Plin. l. 5. c. 12.* & *19. l. 36. cap. 26.* ¶ Phœnicia item inf. parva maris Ægæi, Sigeo promont. objecta. *Plin. lib. 5. c. 31.* & alibi.

Phœnicĭa, æ, f. φοινίξ, herba, quam Latini hordeum marinum appellant, quidam hodie sterilem avenam. *Plin. l. 22. c. 25.*

Phœnices, im. 3. φοίνικες, pop. Phœnicieæ, qui a Poetis etiam Agenoridæ, & Pygmalionai dicuntur. Nomen accepere a Phœnice filio Neptuni, & Libyes, A mari rubro profecti Tyrum, Sidonem, & alias urbes in Phœnicia condidere. Iidem Thebas, Uticam, Hipponem, Leptim, Massiliam, Emporias, & alias urbes ædificavere in Bœotia, Africa, Gallia, Hispania, & aliis Provinciis. Fuere inventores literarum. *Lucan. l. 3. v. 220. Plin. l. 5. c. 12.* ¶ Item artis navigandi. *Pl

nem, Euryalem. *Virg. 5. Æn. v. 240. Serv. ib.* ¶ Est etiam *phoreus* nomen piscis cujusdam, apud *Plin. l. 32. c. ult.*

Phorcȳnis, idos, f. Medusa filia Phorci. *Ovid. 5. Metam. v. 230.* in partem Phorcynida transtulit illam.

Phorcys, ydis, f. Medusa filia Phorci. *Propert. lib. 3. eleg. 21. v. 8.* Spectaque Persea Phorcydos ora manu.

Phormĭo, onis, m. 3. parasitus apud *Terent.* a φορμὸς, sporta. *Donat. in Phorm. 1. 2. 72.* Phormio non a formula, sed a phormio dicitur sparteo, quem nos zorem dicimus trivialiter, & pro consuetudine. *Id. in prol. ejusd. Comœdiæ v. 27.* Scribit. phormium dici tegeticulum, quo pavimentum insternitur. ¶ Fuit etiam Phormio Philosophus Peripateticus, qui Ephesi coram Antiocho, & Annibale disertissime locutus est de Imperatoris officio; & de omni re militari, de quo Annibal interrogatus, quid sentiret, dixit, multos se deliros senes vidisse, sed qui magis, quam Phormio deliraret, vidisse neminem. *Cic. 2. de Orat.*

Phormĭum, ii, n. 3. φορμίον, hero, sive aro, cophinus. V. *Phormio.*

Phoronēus, *m. 2.* per tres syllabas φορωνεὺς, filius Inachi fl. frater Ius, sive Ionis, Rex Argivorum. *Eusseb. l. de Temp.* Aliqui dicunt, Phoroneum Argivorum Regem filium habuisse Inachum, qui a se fluvium Inachum denominarit, hinc esse, quod Poetæ fluvium pro filio Phoronei acciperant. Hic initio dispersos populos in urbem coegit, quam appellavit Phoroneon. Filium genuit Ægialeum, & filiam Niobem. *Stat. 4. Theb. v. 389. Plin. l. 7. c. 56.*

Phoronĭdes, a, um, per quatuor syllabas, φορωνὶς, quod ad Phoroneum spectat. *Stat. l. 3. syl. 2. v. 101.* Ili Phoroneis quondam stabulata sub antris.

Phorōnis, idis, f. φορωνὶς, Io filia Inachi, soror Phoronei. *Ovid. 1. Met. v. 668.* Nec superum Rector mala zanta Phoronidos ulrya Fegre potest. *Sen. in Thyest. v. 114.* Phoronides latuere venæ, *h. e.* undæ Inachi fluvii, filii Phoronei.

Phosphorĕus, a, um, adject. *Prudent. Cathem. 5. v. 147.* Et qua Phosphoreum temo regit jugum. Al. leg. *Bosphoreum.*

Posphŏrus, i, m. *Lucifero*, הֵילֵל, נוגה, בֶּן שָׁחַר, φωσφόρος, Lucifer, stella Veneris matutino tempore. Nam vespere eadem *Hesperus* vocatur. Est a φῶς, *lumen*, & φέρω porto. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 20.* Infima est quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ Phosphoros Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur Solem; cum subsequitur autem, Hesperos.

Phradmon, ŏnis, m. φραδμων, Ituræarius infignis, qui paucis annis post Phidiam floruit: de quo *Plin. l. 34. c. 8. Colum. l. 10. v. 30.*

Phragmītis, is, φραγμῖτις, genus arundinis tenuis, & gracilis. *Plin. lib. 32. c. 10.*

Phrasis, is, f. *frase*, φράσις, לָשׁוֹן, מִלִּיצָה, dictio, stylus, elocutio, genus plegans, & ornatum loquendi. A *Quintil. l. 10. c. 1.* definitur eloquentiæ corpus, & dicendi modus; est a φράζω, *edissero. Quint. l. 10. c. 1.* Macer, & Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasim, ideft corpus eloquentiæ, faciant.

Phrenes, um, φρένες. *Plin. l. 11. c. 37.* Extra homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis, quas præcordia appellant. Græci appellaverunt phrenas.

Phrenēsis, is, f. *frenesia*, φρένησις, idem ac phrenitis, hoc eft insania, furor. *Senec. l. 1. de Ira, c. 13.* Dic & phrenesim, & insaniam viribus necessariam, quia sæpe validiores reddit. *Juven. Sat. 14. v. 136.* Cum furor haud dubius, cum fit manifesta phrenesis. *Seren. Sammon. c. 7. v. 90 & Prudent. Hamartig. v. 125.* secundam hujus vocis corripuere, licet Græce scribatur per η.

Phrenetĭcus, a, um. o. 1. *frenetico*, φρενητικὸς, qui phreneli laborat. *Cicer. 1. de Divin. 38.* Ego haud scio, an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis.

Phrenitĭcus, a, um, phrenitide laborans. *Celsus l. 3. c. 18.*

Phrenītis, itidis, f. *frenesia*, Ger. *unsinnigkeit*, Gall. *phrenesie*, Hisp. *frenesia*, φρενῖτις, deliratio, insania, cum febri acuta, proveniens ex immoderata sanguinis effervescentia. Pluta de illa leges apud *Celsum l. 3. c. 18.*

Phrenitizo, as, n. 1. phreneli laboro. *Cal. Aurel. in præfat. Acut.* Phrenetizandi causas dicere.

* Phrixēus, φρίξεος, melius quam Phryxeus. V. Phryxeus.

* Phrixus. V. Phryxus.

Phronesium, f. 2. φρονήσιον, a prudentia, meretricis nomen, apud *Plaut. Tuc.*

Phryganĭon, ii, n. nomen animalis, quod adalligatum quartanas fanare creditum fuit, teste *Plin. l. 30. c. 21.*

Phryges, gum, m. pop. Phrygiæ. Barbari, ac servili ingenio esse feruntur, solifque verberibus in officio contineri. Hinc adag. *Phryx plagis melior fieri solet*, apud *Cic.* in eos, qui non monitis, nec pudore, sed verberibus tantum emendantur. *Cic. pro Flacc. c. 27.* Utrum igitur nostrum est, an vestrum hoc proverbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem. ¶ Pastores erant. *Cicer. 1. de Div. c. 42.* ¶ Avibus, & earum significationibus obtemperabant. *Id. ibid.* ¶ Populi Phrygiæ minoris, ideft Trojani, innumeris acceptis calamitatibus ob Helenæ raptum, vix decimo demum anno de ea restituenda consultare cœperunt, quam si statim reposcenti Menelao reddidissent, iis ærumnis se fe subduxissent. Hinc prov. *Sero sapiunt Phryges*, quod est in Tragœdia Livii Andronici, quæ inscribitur *Equus Trojanus*, in eos, quos sero puniret male, vel stulte factorum. *Cic. l. 7. Fam. ep. 16.* In Equo Trojano scis esse in extremo, Sero sapiunt. ¶ In sing. num. *Claud. l. 2. in Eutrop. v. 153.* Ostrogothis colitur, mixtisque Gruthungis Phryx ager. *Phædr. l. 3. in præfat.* Si Phryx Æsopus potuit, &c.

Phrygia, f. 1. *Frigia*, φρυγία, regio Asiæ minoris, ita dicta a Phrige fl. qui eam a Caria dividit, vel a Phrygia filia Cecropis, vel a Phrygio, sive Brygio oppid. Macedoniæ, unde colonos profectos ajunt in Phrygiam. Duplex est, magna, seu major, & parva, seu minor. Phrygia magna, est regio empla in mediterraneis Galatiæ, Tamphyliæ, Lydiæ, Cariæque confiniis. Regio est versus Hellespontum, & oram maris Ægæi, ad Occas. Ante *Troas* dicebatur, a Phrygibus occupata Phrygia minor dici cœpit. V. *Plin. l. 5. c. ult. & Curt. l. 3. cap. 1.*

Phrygianus, a, um, Phrygionum opera confectus, ut Phrygianæ vestes, ideft acu pictæ, & stlis aureis decoræ. *Plin. l. 8. c. 48.* Togas rasas, Phrygianasque D. Augusti novissimis temporibus cœpisse, scribit *Fenestella. Hardoin.* legit ex quibusdam MSS. *Phryxianas*; & exponit vestes villosas, & crispas ad similitudinem phryxei velleris.

Phrygĭcus, a, um, Phrygius. *Valer. Max. l. 7. c. 5. n. 2.* Qui Matrem Idæam Phrygicis sedibus ad nostras aras focosque migrantem excepit.

Phrygiōnes, m. 3. *vicamatori*, φρύγιοι, qui non pingunt, vel qui vestes auro texunt, a *Phrygibus*, qui artificio vestes acu pingendi nobiles erant, atque adeo artem hanc inveniffe existimantur, ut auctor est *Serv. ad 3. verf. 484. & 9. Æn. v. 614. & Plin. l. 8. c. 48.* his verbis: Acu facere Idæi Phryges inventerunt, ideoque Phrygiones appellari sunt. *Hardoin.* ex MSS. omnibus legit: *ideoque Phrygionia appellata sunt*, subaudi *vestes. Plaut. Aul. 3. 5. 34.* Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. *Id. Men. 2. 3. 72.* Pallam illam ad phrygionem ut deferas, ut recolligneatur. Adde *ibid. 3. 2. 4. & Tit. in* apud *Non. p. 1, n. 20.*

Phrygiōnius, a, um, adject. V. *in* diesione præcedenti.

Phrygĭus, a, um, φρύγιος, quod eft e Phrygia. *Cic. pro Rosc. Am. c. 32.* Quis ibi eft vulneratus ferro Phrygio? *Ovid. 13. Metam.* Phrygiæ aures, *h. e.* Trojæ. ¶ Phrygius lapis, gleba pumicosa, unde pressi vestibus utilis, a Phrygia, ubi nascitur. *Plin. l. 36. c. 19.* ¶ Phrygii modi, h. e. cantus, & choreæ adhibitæ a Sacerdotibus Cybeles, quæ in Phrygia maxime colebantur. *Ovid. in Ibin, v. 456.* Arrhinatisque feces, ut quos Cybeleia mater incitat, ad Phrygios vilia membra modos. Adde *Tibul. l. 1. eleg. 4.* ¶ Phrygiæ, mulieres e Phrygia. *Virg. Æn. 9.* O vere Phrygiæ; neque enim Phryges. ¶ Idem *Virg.* sæpissime Phrygium pro Trojano usurpat. ¶ Phrygia nox apud *Stat. 12. Theb. v. 224.* eft, qua sacra magnæ deum matris a Phrygibus in Dindymo Phrygiæ monte fiebant. ¶ *Phrygium canere* apud *Quintil. l. 1. c. 10. (al. c. 17.)* eft Phrygium modum canere.

Phryne, es, f. 1. φρύνη, pobilis Athenis meretrix, Thespiensis genere. Cum in judicium capitis adducta esset, plurimisque criminibus premeretur, nulla ei res alia ad absolutionem suffragata est, quam forma præstantia. Nam Hyperides Orator, qui eam defendebat, cum opinio esset, condemnatum iri, illam constituit in eorum conspectu, tunicasque a pectore abscidit, ut nudum ejus pectus aspicerent, tantamque & oratione, & hoc facto judicum misericordiam commovit, cum eam tanquam Veneris Sacerdotem oleo perfunderet, ut judices, religione quadam animis eorum occupatis, ac deterritis, non sint ausi eam condemnare. Phryne absoluta, Euthias accusator ipsius, quod e judicio victus in re tam aperta discessisset, nullam postea causam dixit. *Quint. lib. 2. cap. 15.* ¶ Tantam vim pecuniæ conficiffe quæstu corporis dicitur, ut excifas ab Alexandro Thebas reficere proprio ære potuerit. *Propert. lib. 2. eleg. 5.*

(al. 6.) verf. 3. ¶ Apud *Horat. epod. 14.* Phryne pro quovis scorto ponitur

Phrynĭon, ii, φρύνιον, herba efficax remedium præbens contra rubetas, quas Græci φρύνους, vocant. *Plin. l. 25. c. 10.*

* Phrynos, i, Φρῦνος, rubeta venenata, in reptibus vivens. *Plin. 32. 5.*

Phrȳa, gis, adject. V. *Phryges.*

Phrȳx, gis, m. fl. Phrygiæ minoris, unde universa Phrygia nomen accepit, qui Phrygiam a Caria disterminat, & in Hermum Smyrnæ fl. influit. *Plin. l. 5. c. 29.*

Phryxēus, a, um, Φρίξειος, quod ad Phryxum spectat. *Ovid. 7. Met.* Phryxeaque vellera poscunt.

* Phryxianus. V. Phrygianus.

* Phryxonides Nymphæ, tamquam primæ apum nutrices ex Evhemero poeta memorat *Columel. l. 9. c. 2.*

Phryxus, masc. 2. Athamantis ex Nephele filius, qui cum novercales insidias ferre non posset, una cum Helle sorore profugit, accepto a patre ariete, cui vellus erat aureum. Eo conscenso cum in Asiam trajicere vellent, Helle puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ex ejus nomine Hellespontus appellatur; Phryxus vero incolumis in Colchidem pervenit, ad Regem Æetem, ubi arietem Jovi, vel ut aliis placet, Marti immolavit, vellusque illud aureum in templo suspendit, quod postea Jason Medeæ ope adjutus abstulit. Aries vero inter sidera locatus, pristinam effigiem tenuit. Phryxus Cithorum genuit. *Justin. l. 42. Tac. 6. Annal. c. 34.*

Phthia, æ, f. Φθία, opp. Phthiotidis reg. in Theffalia, patria Achillis, apud fin. Maliacum, & Apidanum fl. *Plin. l. 4. c. 7.*

* Phthias, ădis, pro phthia, quidam legunt apud *Ovid. Heroid. ep. 7. v. 165.*

Phthiōtis, idis, f. Φθιῶτις, regio Helladis, pars Theffaliæ æstualis. *Plin. l. 4. c. 8.*

Phthiōtæ, arum, m. Phthiæ incolæ. *Plin. l. 4. c. 7.*

Phthiotĭcus, a, um, adject. a Phthia, ut Phthiotica Tempe, apud *Catul. carm. 65 (al. 63.) v. 35.*

Phthiriāsis, is, f. 3. Φθειρίασις, חֹלִי כִּנִּים, morbus pedicularis, a Φθεὶρ, *pediculus*, quod a Φθείρω, *corrumpo*, quia pascitur ex corporis corruptione. *Plin l. 20. c. 1.* Sic & contra Phthiriasim bibitur, & hydropises.

Phthirophăgi, masc. 2. pop. Sarmatiæ Asianæ, in Gorocondama peninf. ad Euxinum mare, a φθεὶρ, *pediculus*, & φάγω, *edo*, propter tenuitatem victus, quasi pediculis vescantur. *Plin. l. 6. c. 4.*

* Phthirophthoros, Φθειροφθόρος, genus piceæ. *Plin. l. 16. c. 10.*

Phthisĭcus, a, um, adject. *tifico*, Φθισικὸς phthisi laborans. *Plin. l. 20. c. 6.* Sanguinem vero excreantibus, & phthisicis fuccus prodeft.

Phthisis, is, f. 3. *tifica*, שַׁחֶפֶת, Φθίσις, tabes, morbus, qui totum corpus exsenuat, & consumit, conjunctus cum tussi, sputo purulento, aliisque sympto matibus. Provenit ex ulcere pulmonum, vel etiam alterius visceris nobilioris sanguinei, a Φθίω, sive Φθίνω, *corrumpo. Colum. l. 6. c. 4.* Cum pulmones exulcerantur inde tussis, & macies, & ad ultimum phthisis invadunt. *Juven Sat. 13. v. 95.* Et phthisis, & vomicæ purres.

Phthisĭsco, is, n. 3. Φθίνομαι, שָׁחַף, phthisi laboro. *Sidon. l. 5. ep. 14.* Jecorosis & phthisiscentibus medicabilis.

Phthitărus, i, m. nomen piscis noftris temporibus incogniti. *Plin. l. 34. c. ult.*

Phthius, a, um, Φθιὰς, quod eft ex Phthia urbe Theffaliæ. *Ovid. in epist. Ericid.* Quam sine me Phthiis canescant æquora remis. *Hor. lib. 4. od. 6. verf. 3* Phthius Achilles.

Phthongus, m. 2. Φθόγγος, קוֹל, fonus, tonus. *Plin. l. 2. c. 22.* In ea Saturnum Dorio moveri phthongo, Jovem Phrygio. Adde *Vitruv. l. 5. c. 2.*

Phthorĭus, a, um, adject. Φθόριος, corrumpendi, seu exstinguendi vim habens a Φθορὰ, *pernicies. Plin. l. 14. cap. 16.* Hoc vinum phthorium vocant, quoniam facit abortus.

Phu, *fu, valeriana*, Φοῦ, herba Valerjana. *Plin. l. 12. c. 12.*

Phy, interjectio miranti, teste *Donato. Terent, Adelph 3. 3. 59.* Phy! domi habuit unde difceret.

Phycis, idis, Φῦκις, piscis verno tempore varii caloris, reliquis anni partibus candidus. *Plin. l. 9. c. 26.*

Phycĭtes, æ, vel phycitis, idis, f. Φυκῖτις, gemma algæ colorem habens. *Plin lib. 37. cap. 10.*

Phycos, i, Φῦκος, fcutex marinus. *Plin. l. 13. c. 25.* ubi ait, a Latinis appellatum algam, fed minus proprie, cum alga herba fit, phycos autem frutex.

Phygēthlon, n. 2. Φυγέθλον, tuberculum inflammatorium, vel porius erisipelas ceum absque suppuratione, ad glandulas plerunque subcutaneas obortum, cum dolore insigni urente, & mordicante, proveniens ab ichore sanguineo acriore ibidem stagnante. *Celf. l. 5. c. 18.*

phylăca, f. 1. *prigione*, locus custodiæ, ideft carcer, a Φυλάσσω, vel πύλη, quia *studio. Plaut. Capt. 5. 5. 93.* Illinc est abductus recta in phylacam.

Phylăce, es, f. 1. oppi Theffaliæ, al. Magnesiæ, in Epiri seu Molossidis. quæ Epiri regio est, confinio, conditum a Phylaco Dejonis filio, ubi Protesilaus regnavit. *Plin. l. 4. c. 9.*

* Phylacēis, idis, f. Φυλακηὶς; quæ est ex Phylace urbe. *Ovid. Her. 13. 35. Stat. l. 5. Silv. 3. v. 273.*

Phylacĕsius, a, um, quod ad Phylacen urbem spectat. *Ovid. Trist. l. 5. el. ult. v. 3.* Ut vivat fama conjux Philacæia. *ideft Laodamia* uxor Protesilai.

phylacĭdes, æ, m. Protesilaus, a Phylace urbe Theffaliæ, in qua regnavit. *Ovid. l. 2. de Art. v. 356.* Phylacides aberat, Laodamia, tuus. Ubi Poeta primam prodixit contra primitivi naturam. Alii *scribunt Phylacydes.*

Phylacĭta, æ, masc. 1. Φυλακίτης, carceris custos, a Φυλάσσω. *custodio. Plaut. Aul. 3. 5. 44.* Trecenti constant phylacitæ in atriis. Ubi translate intelligit in portunos creditores, qui hoc minus custodiunt debitores suos, quam custos carcere detentos.

Phylactērium, ii, n. Φυλακτήριον, קֶמֶץ, שׁוֹטָפָה, amuletum, remedium, quo gestatur, ad avertendos morbos, & incantamenta: a φυλάσσω, custodiro. *Marcell. Empir. c. 8.* Lapillos perrundes, & lino inserto pro phylacterio uteris. ¶ Apud Hebræos *phylasteria* erant pittacia, seu membranæ decalogi legem præscriptam habentes, quas gestabant in capite supra frontem: de quibus V. *Hieronym. in Matth. cap. 23.*

phylarchus, i, Φύλαρχος, tribunus, vel tribunus princeps; a Φῦλη, tribus, & ἄρχω, princeps. *Cic. Fam. 15. ep. 1.* Phylarchus Arabum. *Ammian. l. 24.* Phylarchus Saracenorum.

* Phyllaeides. V. Phylacides.

* Phyllēis, idis, f. Φυλλὶς; ad Phyllantem pertinens. *Ovid. Her. 13. 35.*

* Phyllēius, a, um, Φυλλήϊος, ad Phyllantem pertinens. *Ovid. Met. 12. v. 67.*

Phyllis, idis, f. Φυλλὶς, filia Lycurgi Regis Thracum, quæ Demophoontem Thesei filium Regem Athenienfium ex Trojano bello redeuntem hospitio, lectoque excepit; accepta prius ab eo fide, ut domi compositis rebus, illam uxorem duceret. Profectus itaque Demophoon cum ultra statutum tempus variis distractus negotiis in partia detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quod se spretam esse crederet, laqueo vitam finivit, & converfa est in arborem amygdalum sine foliis. Postea reversus Demophoon, cognita re, ejus arboris plexus est truncum, qui, velut sponsi sentirer adventum, folia emisit. Unde eam *phylla* sunt dicta a Phyllide, quæ ante *pepala* dicebantur. Aliqui dicunt Phyllidem, cum se veller in mare desiceret, Deorum miseratione in amygdalum esse conversam. *Serv. in 5. Ecl. v. 10.* Cremutius auctor est, nusquam vivere arborem, ex qua Phillis se suspenderit. *Plin. l. 16. c. 24.*

Phillon, n. 2. Φύλλον, spina, ex polygonaton, ischias, & leucacantha, sine cattle, sine sloge, sine echino, foliis longis, aculeatis, & lactuce similibus. *Pl. l. 22. c. 1*

Phyma, atis, Φῦμα, tuberculum furunculo simile, sed rotundius, & planius: sæpe etiam majus. *Celf. l. 1. c. 28. Sect. 9.*

Phynon, onis, m. Φύνων, nomen est collyrii, cujus conficiendi rationem trad *Celf. l. 6. c. 6. Sect. 20.*

Phyrama, atis, n. Φύραμα, lacrymæ genus, ex metopio arbore stillans, piogue & resinosum. *Plin. l. 12. c. 23.*

Physēter, eris, m. Φυσητὴρ, bellua ex balænarum genere, in mari Gallico & Indico. Nomen habet a Φυσάω, *flo*, quod non ore, sed fistulis quibusdam in vertice prope oculos positis ingentem aquarum vim eructet. *Plin. l. 9. c. 4.* Maximum animal in Indico mari pristis, & balæna est, in Gallico Oceano physeter, ingentis cujusmodo se attollens, afperque navium velis, diluviem quamdam eructat

Physĭca, æ, *vel* Physice, es, f. חָכְמַת טֶבַע, Germ. *die kunst od. der verstand der natürlichen dingen*, Gall. *physique, la science des choses naturelles*, Hisp. *fisica*, φυσικὴ, scientia naturalis, ideft quæ scitica res naturales versatur, *Cic. 1. Acad. cap. 7.* Sed enitar, ut Latine loquar, nisi in hujusce modi verbis, ut Philosophiam, aut Rhetoricam, aut Physicam, aut Dialecticam appellem, quibus, ut aliis multis, consuetudo jam utitur pro Latinis.

Physica, orum, n. φυσικὰ, res naturales, scientia naturalis, libri, in quibus de rebus naturalibus disseritur. *Cic. in Orat. c. 14.* Quem etiam, quo grandior sit, & quodammodo excellior, ne physicorum quidem esse ignarum volo. Adde *1. Fin. c. 6.*

Physĭce, adv. *sificamente*, more physicorum. *Cic. 3. de nat. Deor. cap. 7.* Quæ é te physice dicta sunt de vi ignea.

Physĭcŭlo, as, φυσικδύομαι, *res naturales investigo*, physicum ago. *Marp. Capel. l. 1. p. 5.*

Physĭcus, ci, subst. m. *sifico*, טֶבְעִי, Germ. *naturkundiger*, Gall. *physicien*, Hisp. *sifico*, φυσικὸς, Philosophus naturalis, seu qui Physicæ dat operam, qui rerum naturam rimatur, vel, ut *Cic.* definit *de Univ. c. 1.* acer investigator, & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ videntur. *Id. 1. de nat. Deor. cap. 30.* Non pudet igitur Physicum, ideft speculatorem, venatoremque naturæ, ab animis confuetudine imbutis petere testimonium veritatis.

Physĭcus, a, um, *naturale*, φυσικὸς, naturalis, sive ad rerum naturam pertinens. *Cic. 2. de Div. c. 59.* Aut geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. *Id. 2. de nat. Deor. c. 21.* Physica ratio.

Phisiognōmon, onis, m. *sisionomo*, φυσιογνώμων, qui hominum mores ex vultu, & corpore cognoscit. *Cic. de Fato, cap. 5.* Quid? Socratem, nonne logimus que *macimodum notarit Zopyrus physiognomon*, qui se profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere?

Physiologia, æ, f. φυσιολογία, scientia, quæ de naturis rerum disserit, eadem ac Physica. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 8.* Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse Physiologiam? *Id. 1. de Div. cap. 41.* Qui & naturæ rationem, quam Physiologiam Græci appellant.

Physis, is, f. φύσις, Græce naturam significat. Hinc Physes appellari ait *Plin. l. 37. c. 12.* quasdam gemmas proprio nomine carentes, quia ipsius naturæ admiratione nem in se continent.

Phyteuma, atis, φύτευμα, herba amatoria. *Plin. l. 27. c. 12.*

P A N T E I.

Piabĭlis, le, o. 3. *che si può purgare*, נִכְפָּר, καθάρσιος, quod purgari, seu placari potest. *Ovid. 3. Fast. v. 289.* Piabile fulmen.

Piaculāris, & re, o. 3. *espiatorio*, מְכַפֵּר, καθαρτήριος, ἀγνιστικὸς, quod vim habet expiandi, quod ad satisfactionem peccari pertinet, vel datur, a *piaculum. Plaut. Epid. 1. 2. 36.* Men' piaculacem oportet fieri, ob stultitiam tuam, Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succideneum? ideft, oportet ne, tuam stultitiam meis scapulis expiari? *Liv. l. 1. c. 26.* In quibusdam piacularibus sacrificiis factis, &c. ¶ *Piacularia auspicia* dicebantur, teste *Festo*, quæ sacrificantibus tristia portendebant, cum aut hostia ab ara profugisset, aut jecur sine magnum edidisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, cecidisset. ¶ *Piacularis porta*, quædam porta urbis Romæ, ita appellata ob quædam piacula, quæ ibi fieri solebant. *Idem Fest.*

Piaculariter, adv. ira ut piaculo opus sit, impie. *Tertul. de pudic. c. ult.* Piaculariter negare. Al. leg. *peculiariter.*

Piaculo, as, avi, atum, a. 1. expio, piaculis placo. *Cato R. R. c. 141.* Mars Pater, te hisce fuovetaurilibus piaculo.

Piaculum, i, n. scelus, delictum, a *pio. Virg. 6. Æn. verf. 569.* Dissulit in seram commissa piacula mortem. Ubi *Serv.* Piacula, commissa, propter quæ expiatio deberetur. ¶ Metonymice fumitur pro quolibet sacrificio piaculari, seu expiatorio, *sacrificio, purgazione*, כִּפּוּר, Germ. *opfer, suendopffer, eine versohnung*, Gall. *sacrifice, offrende pour le pechó*, Hisp *sacrificio por el peccado, purgacion*, καθάρσιον, καθάρμα. *Hor. l. 1. od. 28.* Teque piacula nulla resolvent. *Cic. 2. de Leg. c. 22.* Contra censet, habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum pati. Aliqui pro *pati* corrigunt *dandum. Liv. l. 2. c. 38.* Piaculum mereri.

Piaculus, a, um, adject. piacularis, ut porco piaculo facere, apud *Cat. de R. R. c. 139.*

Piămen, inis, n. idem ac piamentum. *Ovid. 2. Fast. v. 19.* Februa Romani dixere piamina patres.

Piamentum, ti, n. *purgazione*, כִּפֻּרִים, *satisfazione*, expiatio, actus expiandi, vel id ipsum, quo in expiando utebantur. *Plin. l. 25. c. 4.* Hac evulsa, scrobem repleri vario genere frugum, religio est, ac terræ piamentum.

Piatio, onis, f. piamentum, expiatio. *Liv. l. 28. c. 2.* In mensa id reponi, adoleriique ad Lares, piatio est.

Piātrix, icis, f. πιάστρια, Sacerdos, quæ expiare erat solita, quam quidam simulatricem, alii fagam, alii expiatricem vocant. *Fest. Plaut. Mil. 3. 1. 101.* Tum piatricem non potest quin munerem.

Piātus, a, um, purgatus, lustratus, expiatus. *Ovid. heroid. epist. 19. verf. 193.* Nec minus hesternæ confundor imagine noctis, Quamvis est sacris illa piata meis. *Plin. l. 2. c. 25.* Cometes, terrificum magna ex parte sidus, ac non leviter piatum, ut civili motu Octavio consule, iterumque Pompeji & Cæsaris, *h. e.* non levi calamitate & clade Reipublicæ expiatum.

Pica, æ, f. *pica*, גַּזְלָא, אַיָּה, Germ. *ein atzel*, Gall. *une pie*, Hisp. *pega, picaca*, πίττα, avis magnitudine palumbæ, alis vario colore, & præsertim cæruleo depictis, humana intimans verba. In has aves fabulantur Poetæ mutatas esse Pierides, ideft, novem filias Pieri, & Evippes, quod cum Musis certare ausæ essent, indeque illis pristinam loquacitatem, humanaque lingua studium remansisse. *Pers. in prol.* Quod si doloti spes refulserit nummi, cervos poetas, & poetrias picas cantare credas Pegasejum melos. V. *Plin. l. 10. c. 33. & 42. & Ov. 5. Metam. a. v. 294. & 663.* ¶ Est & alia pica, sub ventre alba, superius nigra, cauda longa, quæ varia appellatur, quæ ab Apennino Romam versus Plinii ætate cerni cœpit. *Plin. l. 10. c. 29.*

Picarda, æ, f. locus ubi pix effoditur (est enim pix quædam fossilis, teste *Plin. l. 16. c. 12.*) vel ubi coquitur. *Cic. de clar. Orat. c. 22.* Liberi societatis ejus, quæ picarias redemiffet. Al. leg. *picearias*, al. *pecuarias. Ulp. l. 17. de V. S.* Vectigal falinarum, metallorum, & picariarum. Sed alii leg. *pisciariarum.*

Picātus, a, um, *impeciato*, מְפֻאָּר, πιττωτὸς, pice illitus. *Colum. l. 11. c. 2.* Dolia partim picata, partim defricata. ¶ *Vinum picatum* dicitur, quod pice conditum est. Solebat enim musto in primo fervore (qui fere novem diebus peragitur) pix aspargi, ut odor vino conciliaretur, & quoddam saporis acumen. *Plin. l. 14. c. 19. & 20.* ¶ Fuit & vinum picatum naturale, ex uva picata, quæ natura picis odorem, & saporem habebat, in agro Viennensi. *Plin. l. 14. c. 1. & 2. Id. l. 3. c. 1.* Ad omnia hæc utilius id, quod pontes naturæ sua picem reliqui picaturumque appellatur.

Picĕa, æ. f. *picea*, πεύκη, πίτυς, arbor ejusdem generis, ac pinus, teste *Dioscoride*, nisi quod minus alta, minusque recta assurgit, pinguiore, ac tenuiore folio est, conum minorem, ac magis algentem, nucleos quoque resina perfusos gerit. Aliquibus definitur arbor larici similima, folio brevi, tædæ proximo, immortali virore. Est a πεύκη, mutato *ε* in *ι* breve, vel a *pice*, quam fundit. De ea *Plin. l. 16. c. 9. 10. 24. 25. 26. l. 17. c. 12. 18. l. 24. c. 6. Virg. Æneid. l. 9. v. 87.* Nigranti Picea, trabibusque obscurus acernis.

Piceāria. V. *Picaria.*

Picĕaster, stri, m. picea sylvestris. *Plin. l. 14. c. 20.* Fit e picea resina, in Hispania autem e picea stris minime laudata.

Picĕātus, a, um, *pinoso*, בְּפוּר, pice illitus. *Martial. l. 8. epigr. 59.* Non fuit Autolyci tam picearia manus. Ubi *piceatam manum* dicit pro furaci, quasi quæ picis instar, quod tangit, auferat.

Picentes, tium, & tum, Picentini. *Cic. pro Syll. c. 8. Silius lib. 10. v. 313.* ¶ In singulari numero *Prudent. in Hippolyto, v. 206. Liv. l. 10. Gell. 15. 4.*

Picentia, f. 1. *Bicenza*, olim opp. Picentinorum, nunc tenuis vicus, quem allabitur fl. *il Bicentino*, inter Salernum, & Ebolos. *Sil. l. 8. v. 579.*

Picentinus, a, um, adj. ad Picenum pertinens. *Mart. l. 13. ep. 47.* Picentina Ceres niveo fic nectare crescit. ¶ *Picentini*, pop. Italiæ, in fecunda regione, in ora maris Tyrrheni, a Surrento, sive Minervæ promontorio ad Silarum usque fl. teste *Plin. l. 3. c. 5.* inter Campanos ad Occ. Lucanos ad Or. Silaro fl. dividente, & Hirpinos ad Bor. in Regno Neapolitano, ubi nunc pars Borealis Principatus citerioris, juxta finum Salernitanum, quorum ager Picentinus, & ora Picentinum litus Plinio dicitur, vulgo *Costa d' Amalfi*, & *Principato citra. Plin. l. 3. c. 5. & 13.*

Picēnum, n. *Marca d' Ancona* regio Italiæ, juxta mare Hadriaticum. Habet ab Or. Æsim fl. quo ab Apruzio dividitur, est aliqui ab hac parte terminum Piceni constituant Truentum fl. ab Occ. Æsim fl. quo separatur ab Umbria, a Sept. mare Hadriaticum, a Mer. Apenninum M. quo ab Umbris, & Sabinis sejungitur. Nomen accepit a *pica*, vel a *pico* Martio, qui, cum populi Piceni a Sabinis, a quibus originem traxerunt, Æsculum commigrarent, in eorum vexillo insedisse dicitur, teste *Strabone l. 5. V. Plin. l. 3. c. 13.*

Picēnus, Picenianus, a, um, quod ad Picenum reg. spectat, ut Picena tellus, *Sil. l. 8. v. 425.* Picena oliva, *Martial. l. 5. epigr. 19. Gruter. p. 471. n. 8.*

Picēus, a, um, πίττινος, quod eft ex pice, vel quod eft viscosum, ac tenax instar picis: item quod nigrum eft. *Martial. l. 2. ep. 41.* Et tres sunt tibi Maximina dentes, sed plane piceique, buxeique. *Virg. 2. Georg. verf. 309.* picea caligo. *Ovid. 11. Met. v. 549.* piceæ nubes. *Valer. Flacc. l. 1. v. 617.* Piceum cœlum.

Picīnum oleum. V. *Picinum.*

Picīnus, a, um, ut picina uva, a colore picis dicta. *Plin. l. 14. c. 3.*

Pico, as, a. 1. *impegolare, impeciare*, πιττόω, pice linio. *Colum. l. 12. cap. 18.* Et ferventissima pice infusa novo alio rutabulo, & scopula picatur. *Sueton. in Claud. c. 16.* Picare dolia.

* Picridĭæ, arum, f. picrides. *Aug. in serm. ad Catech. de catechiz. c. 4. tom. 6. p. 601.*

Picris, f. 3. πικρὶς, lactucæ, vel cichorei agrestis genus, a πικρὸς, *amarus. Plin. l. 19. c. 8. l. 21. c. 17. l. 22. c. 22.*

Pictăcium. V. *Pittacium.*

Pictăvi, m. 2. *Poictevins* pop. Galliæ Aquitanicæ, quorum regio Pictaviensis Provincia, *le Poitou.*

Pictăviēnsis, a, um, adject. ad Pictavos pertinens. *Auson. epigr. 51.* Imago Rufi Rhetoris Pictavici.

Pictĭlis, le, adject. pictus, ut pictilis baltheus. *Apul. l. 10. Metam.*

Pictŏnes, um, ildem ac Pictavi. *Plin. l. 4. c. 19.*

Pictŏnicus, a, um, adj. ad pictones pertinens, ut Pictonicum litus *Ausf. ep. 9. v. 36.*

Pictor, ōris, m. *pittore*, צַיָּר, γραφεὺς, qui pingit, seu picturam excercet. *Cic. 4. Acad. c. 7.* Multa vident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus. *Hor. de Arte Poet. v. 6.* Pictoribus, atque poetis Quidlibet audendi &c.

Pictōrius, a, um, adject. ad pictores pertinens. *Tertul. l. 1. adv. Marcion. c. 3.* Pictorica, & pictoria licentia.

Pictūra, æ, f. γραφικὴ, צִיּוּר, מִשְׁרֶה, ars pingendi. *Cic. 2. de Or. c. 7.* Una eft ars, ratioque picturæ, dissimillimique tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles. ¶ Metonymice accipitur pro tabula, vel tela, vel alia re, quæ picta eft. *Cic. 6. Verr. c. 1.* Nego, ullam picturam neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit. *Id. in Or. c. 11.* In picturis alios alia delectant.

Pictūrātus, a, um, ποικιλόγραπτος, מְצוּיָר, מִשְׁרֶה, pictura exornatus. *Claud. ep. ad Serenum. v. 3.* pictæ volucres. *Stat. Theb. 5. v. 58.* picturatis floribus agger. ¶ Vestes picturatæ dicuntur, quæ acu pict

Est enim pietas justitia adversum Deos. ¶ Interdum ponitur pro benignitate, & clementia. *Claudian. de IV. Cons. Honor. v.* 513. Quæ pietas, quantusque rigor, tranquillaque magni Vis animi. ¶ Pietas a Romanis Dea putata est, ædemque habuit Romæ eo in loco, ubi postea Marcelli theatrum exstructum est. *Cic. 2. de Leg. Plin. l.* 7. *c.* 36.

Pietaticultrix, icis, quæ pietatem colit. *Petron. in Satyr. cap.* 55. Ciconia etiam grata, peregrina, hospita, Pietaticultrix.

Pigendus, a, um, particip. a Piget, *cosa da rincrescere. Propert. l.* 4. *el.* 1. *vers.* 74. Poscis ab invita verba pigenda lyra. *Ovid. ep.* 7. *v.* 110. causas habet error honestas: Adde fidem, nulla parte pigendus erit

Pigéo, es, gui, n. 2. idem, ac piget, apud vet. *Plaut. Men.* 5. 9. 7. Adolescens, quæso, loquere tuum mihi nomen, nisi pigeo. Plerique al. leg. piget. ¶ Particip. *pigens, ntis. Apulej. l* 3. *Metam.* Pigens tristisque retro domum pergit.

Piger, gra, grum, *pigro*, נִרְאֶה, עָצֵל, Ger. *faul und trag, langsam*, Gal. *paresseux, faineant*, His. *perezoso*, ὀκνηρός, segnis, iners, tardus. *Horat. l.* 1. *sat.* 4. *v.* 12. piger scribendi ferre laborem. *Id. ibid.* Discedit prigrior ultro. *Id. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 124. piger militiæ. *Cic. Fam. 8. ep.* 1. Ad litteras scribendas pigerrimus. *Id. ib. ep.* 17. Piger in re militari. ¶ Interdum ponitur pro lento, seu viscoso, & minime fluido. *Colum. l.* 2. *c.* 2. Qui modo pigrum teneat humorem. *Sil. l.* 16. *v.* 504. Arar pigerrimus undæ. *Ov. 4. de Pont ep.* 10. *v.* 61. Pigra palus. ¶ Item pro longo, & diuturno. *Hor. l.* 1. *ep.* 1. Piger annus. *Ov. 2. Fast. v.* 727. pigrum bellum. ¶ Præterea piger dicitur, qui pigros facit, ut frigus pigrum, *Auct. ad Heren. l.* 4. pigra hyems, *Ov. 3. Amor. el.* 5. ¶ *Martial. l.* 2. *epigr.* 11. Lugubre, quiddam quod facet piger vultus, *h. e.* triste. ¶ *Pigerrimus* pro *pigerrimus*, est *Tertull. in Exhortat. ad cast. c. ult.*

Piget, ebat, guit, vel pigitum est, imp. 2. *rincrescere, essere molesto*, קץ, נִלְאֶה, Germ. *bereuen*, Gall. *être marri d'avoir fait quelque chose*, His. *aver dolor o vergüenca*, κχοπάω, μεταμέλει, doleo, molestum est, a *piger*. Quibusdam contra placet, *piger* esse a *piget*. Differt a *pudet*, quod *pudet* de iis dicitur, quæ turpiter fiunt, *piget* de iis, quæ cum damno, & malo; *pudere* ad dedecus refertur, *pigere* ad dolorem. *Don. & vetus interpres Terentii.* Construitur cum genitivi, vel utrumvis loco genitivi, & cum acc. personæ. *Cic. pro Dom. c.* 11. Ut me non solum pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat. *Id. in Brut. c.* 50. Ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum. *Id. in Sallust.* Quærere non piguit. *Silius l.* 7. *v.* 173. Nec pigitum parvolos fabire. ¶ Reperitur etiam cum nom. seu accus. *Ter. Phor.* 3. 3. 21. Ne quid plus, minusve faxit, quod nos postea piget. *Id. in prol. Heaut. v.* 18. Neque sed id pigere. *Plaut. Pseud. 4. 3. 47.* Id, quod pudet, facilius fertur, quam id quod piget. ¶ Interdum ponitur pro tardare. *Fest.*

Pigmentarius, ii, m. μυροπώλης, ῥοὴκη, qui divendit pigmenta, item thus, aliaque aromata, ac unguenta. *Jul. Firm. l.* 8. *c.* 27. Thurarios facies, vel pigmentarios, seu pharmacopolas, *l.* 3 *ff. de ficar.* Pigmentarii sicui temere circumdederint. *Cic.* 15. *Fam. ep.* 17. Accius pigmentarius valde gaudebat, se adversarium perdidisse.

Pigmentitius, a, um, πεφυρμένος, מְרוּקָח, pigmentis ornatus. *Tertul. de cultu fæm. in fin.* Taliter pigmentate Deum habebitis amatorem. *Prudent. Hamrtig. v.* 316. Pigmentato meretrix crine.

Pigmentum, ti, τὸ χρῶμα, מִרְקָחוֹת, רֹקַח, צֶבַע, צִיר, colores pictorum, a *fup.* pictum verbi *pingo*, c in g converso. *Plaut. Epid.* 5. 1. 20. Quem Apelles, Zeuxisque duo pingent pigmentis ulmeis, ideft virgis ulmeis arentur ad corpus meum sanguine pingendum. *Cic. 1. de Div. c.* 13. Asperia temere pigmenta in tabula, oris lineamenta efficere possunt. ¶ Speciatim fumitur pro unguento, quo mulieres utuntur ad venustandam faciem, qualis est cerussa, aliique id genus fuci, quibus cuti candorem, & rubOrem inducunt, *bellet to, liscio*, צִפָּה, Germ. *farbe*, Gal. *fard*, His. *afeyte*, φῦκος. *Plin. l.* 16. *c.* 43. Nuper portentosis ingeniis principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderet se. ¶ Quandoque accipitur pro succo herbarum, unde pigmenta fiunt. *Firmicus lib.* 8. *c.* 17. Marsi erunt, vel qui venenis ex herbarum pigmentis confectis salutaria soleant hominibus remedia comparare. ¶ Translate dicitur de coloribus Rhetoricis, ideft de exornationibus. *Cicer. Att. l.* 2. *ep.* 1. Meus autem liber totum Isocratis παραδειγμα, atque omnes ejus disciplinorum areulas, & nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit. ¶ Item de ornamentis inanibus, de mendaciis, de fraudibus. Nam ejus, qui pingitur, non est naturalis color, sed artificialis. *Cic. 2. de Orat. cap.* 45. Tam integræ sententiæ, tam veræ, tam novæ, tam sine pigmentis, fucoque puerili.

Pigneratio, onis, f. actus pignerandi, pignus. *Cajus l.* 9. *Dig. de pign. & hyp.* Quod emptionem, venditionemque recipit, etiam pignerationem potest recipere. ¶ Quidam scribunt *pignoratio*.

Pigneratitius, a, um, ὑπόδουλος, עַבְדוּת, qui pignori datur, ut fundus pigneratitius, *l. Quamvis, Dig. de pign. act.* Pigneratitius creditor dicitur, cui pignus capere licet. *Ulp. l.* 1. *ff. de pign. act.* Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur. ¶ Pigneratitia actio a JCtis dicitur, quæ instituitur ad pignus persequendum. Vide *Dig. l.* 3. *tit.* 7. ¶ Eadem dicitur & pigneratitia, absolute, ut *l.* 3. *Dig. de transact.* Si agat pigneratitia debitor. ¶ Scribitur & pignoratitius.

Pignerator, oris, m. ἐνεχυριαστής, qui pignus accipit. *Cic.* 5. *Ver. cap.* 11. Cum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, non creptor, neque possessor soleat esse,

Pigneratus, a, um, nom. ex particip. passiva signif. *impegnato. Liv. l.* 24. *c.* 1. Vejur obsidibus datis pignoratos habere animos.

Pignéro, as, a. 1. *dare in pegno*, תִּבֵּל, עִבֵּט, Germ. *zum pfand geben, verfetzen*, Gal. *engager, bailler en gage*, His. *empenar*, ὑποτίθεμαι, ἐνεχυράζω, eft rem pignori dare? ab antiquo *pignera* pro *pignora. Suet. de Vitell. c.* 7. Utque ex aure matris detractum unionem pignaverit ad itineris impensas. *Juvenal. 7. v.* 73. Cujus & alveolos, & lanam pignerat Atteus, *h. e.* Rubrenus Poeta (de quo sermo est) dum tragœdiam de Atreo scribit, cogitur ob paupertatem lanam pignori dare.

Pignĕror, aris, atus sum, dep. 1. pignus capio, obnoxium me reddo. Translate *Sueton. in Claud. c.* 10. Primus Cæsarum fidem militum præmio pigneratus. *Cic. Phil.* 14. *c.* 12. Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet, *h. e.* sibi asserere, veluti in pignus accipere. Itaque sensus est, fortissimum quemque primum in prælio occumbere solere.

Pignorisc̆apio, onis, f. *sequestro*, quasi capeio pignoris. *Cato* apud *Gell. l.* 7. *c.* 10. Pignorisc̆apio ab *æs militare*, quod æs a Tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum ferosum fit.

* Pignósia, vel Pigneśa, pro Pignora dicebant Veteres. *Festus*,

Pignus, oris, n. *pegno*, חֵבֶל, עֵרֻבּוֹת, חִבּוּל, Germ. *ein pfand, underpfand*, Gal. *gage, hipotegue*, His. *prenda*, ὑποθήκη, id quod creditori datur, ut fit securus, & dicitur de re mobili æque, ac de immobili. *Ulp. l. firmum alienam, Dig. de pign. act.* Caveret sibi pignoribus. *Scævola l. ult. Dig. eod. tit.* Sub pignoribus pecunias accipere. Sic pignori obligare aliquid, pignus liberare, solvere, sufcipere, &c. apud *JCtos Dig. loc. cit. Ter. Pharm* 3. 5. 6. Pignori opponere V. *Oppono*. *Plaut. Most.* 4. 2. 62. Quadraginta dedit huic, quæ essent pignori. ¶ Auferre pignora dicitur Magistratus, cum bona alicujus capi jubet, & sub custodia publica retineri, *mettere in sequestro Cic. 3. de Orat. c.* 1. Philippus Consul pignoribus ablatis Crassum instituit coercere. ¶ Sæpe pignus accipitur pro re, quod deponitur ab iis, qui simul de re aliqua decertant, ut sit victoris. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 31. Dic, mecum quo pignore certes. *Catull. carm.* 44. *v.* 4. Pignore contendere. ¶ Translate pignus dicitur argumentum, indicium, ratio, quo aliquid evincitur. *Sever. in Ætna, v.* 459. Certaque venturæ præmittit pignora flammæ *Cic. l.* 6. *c.* 7. Dexteram reconciliatæ gratiæ pignus obtulit. *Cic. pro Sext.* pignus Reip ubliæ videbatur, *la sicurezza della Repubblica.* ¶ Filii quoque sæpissime pignora dicuntur. *Ovid.* 3. *Fast.* Dulcia sollicitæ gestabant pignora matres. *Stat. lib.* 2. *Silv.* 1. *v.* 86. Addcita pignora, *h. e.* filii adoptivi. ¶ Item parentes, nepotes, & quicumque alia necessitudine cariores. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 134. Pignora cara nepotes. *Quintil. lib.* 6. *cap.* 1. Quare & obfecratio illa judicum, per carissima pignora, utique, si reo sint liberi, conjux, parentes, utilis erit.

Pigre, ad. *pigramente*, בְּעַצְלוּת, Ger. *faulich, gemechlich*, Gel. *paresseusement*, His. *perezosamente*, ὀκνηρῶς, segniter, tarde. *Plin. l.* 10. *c.* 34. Pigrius intrante fœmina ad pullos. *Senec. l.* 3. *de Ira, c.* 17. Pigre in servitutem transiens.

Pigréo, es, n. piger fum. *Enn.* apud *Non. c.* 3. *num.* 170. Pigreat fufferre laborem. *Accius ibid.* Omnes gaudent facere recte, mali pigrent.

Pigresco, is, n. 3. *divenir pigro*, פִּגֵּר, עָצַל, Germ. *langfam treg werden*, Gal. *devenir paresseux*, His. *empereczarse*, κατοκνέω, fio piger, vel lentus. *Plin. l.* 18. *c.* 18. *de Nilo*, Mox pigrescit, in Virginem transgressio Solis.

Pigritia, æ, *pigrizia*, עַצְלוּת, Ger. *fauligkeit, langsamkeit*, Gall. *paresse*, His. *pereza*, ὀκνία, ignavia, tarditas. *Cic.* sic definit 4. *Tusc. c.* 8. Pigritiam, metum consequentis laboris. *Id. 1. Offic. c.* 29. Nec propter pigritiam, aut ignaviam deserant. *Marsial. l.* 12. *ep.* 4. Tu das ingeniæ munera pigritiæ, h. e. honesti otii.

Pigro, as, n. 1. piger fum, tardo, idem ac pigeo. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 655. Melius pigrasse, quam properasse est nefas. *Id. ibid.* Sed cur propter te pigrem hanc, aut hujusce dubitem parcere capiti?

Pigror, aris, d. 1. *tardare*, עָצַל, שָׁנַע, ὀκνέω, per pigritiam cunctor, moror, tardo, differo. *Cic. Att. l.* 14. *epist.* 1. Tu, quæso, quicquid erit novi, scribere ne pigrere. Adde *Lucret. l.* 1. *v.* 409.

Pigror, oris, m. pigritia. *Lucil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 169. Languor enim oppressit, pigror, torporque quietem.

* Pigŭus, a, um, quem piget. Agnoscitur a *Prician. l.* 4. *p.* 635. *Putsch.*

Pila, æ, f. *mortaro*, מַרְוֵכָה, Germ. *ein morsel*, Gal. *mortier*, His. *mortero*, דִּיכָא, *mortarium*, seu vasis genus, in quo aliquid tunditur, ut vas illud concavum, quo antiqui siccata frumenta pinsebant, ac contundebant; item vas illud, in quo pharmacopolæ res ad medicinam pinsunt. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Tundatur granum ejus in pila lignea. ¶ Sumitur etiam pro structura erecta ad aliquid sustinendum in modum columnæ, fed differunt *pila*, & *columna*, quod columna uno consister scapo, hoc est lapide oblongo perpetuo, pila vero exstruatur ex lapidibus, cæmentis, aut lateribus, unde & columna structilis vocatur ab Ulpiano. *Apul. l.* 3. *Met.* Pila media, quæ stabuli trabes sustinebat. *Plin. lib.* 11. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar. ¶ Pilæ etiam dicuntur saxa illa, quæ præstruunntur muro litorali ad frangendam undarum vim, murumque ab iis defendendum. *Virg. 9. Æn.* Qualis in Euboico Bajarum litore quondam Saxea pila cadit, magnis quam mollibus ante Constructam jacuit ponto. V. *Vitruv. l.* 5. *Colum. l.* 9.

Pila, æ, f. 1. *palla*, גִּירוֹר, Ger *eine schaufel, das ballspiel*, Gal. *paume*, His. *pildora, esphira, σφαῖρα*, rotunda illa sphæralia, qua ludirur. *Cicer. 1. de Orat.* Ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio palæstræ, &c. *Id. l.* 3. *c.* 15. Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt. ¶ Pilarum genera quatuor fuere, trigonalis, paganica, follis, & harpastum. V. suis locis. ¶ Pilæ primus inventor fuit Pythus. *Plin. l.* 7. *c.* 50. ¶ Pila etiam dicitur, quicquid est rotundum instar pilæ. *Plin. l.* 12. *c.* 10. Cucurbitæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo fiunt. *Ovid. 10. Met. v.* 262. Munera fert illi lilia, pictasque pilas, *h. e.* succini globulos. ¶ Præterea pilæ dicuntur vestes in globi modum confectæ, & interdum in effigiem hominum ex panno purpureo stramine farcto, quibus urebantur in publicis ludis ad irritandos taucros, aliasque feras. *Martial. de spectac. ep.* 19. Sustulerat raptas taurus in astra pilas. ¶ Claudi more tenere pilam. V. *Claudus*. ¶ *Mea pila est*, proverb. h. e. res est in mea potestate. *Plaut. Truc.* 5. 1. 8.

Pilāni, m. 2. idem, ac triarii, πιλοφόρος, a *pilum*, telum, sive hastile proprium Romanorum. *Fest. Ovid.* 3. *Fast. v.* 129. Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora.

Pilarii, m. 2. præstigiatores, qui levi agitatione parvas pilas videntur emittere, aut in vias injicere, cum secus faciant. *Quintil. l.* 10. *c.* 7. Quod constant miracula illa in scenis pilariorum, ac ventilatorum, ut ea, quæ emiserint, ultro venire in manus credas, & qua jubentur deducere.

Pilāris, e, ad pilam lusoriam pertinens. *Stat. in præfat. l.* 4. *silv. fub fin.* Pilaris lusio admittitur.

Pilātes, m. 1. genus lapidis candidissimi. *Cato l.* 5. *Orig.* apud *Fest.* Lapis candidior, quam pilates.

Pilātim, adv. per pilas, seu columnas, vel in pilarum modum. *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. Quæ pilatim struuntur ædificia. ¶ Item strictim, seu dense, presse. *Asellius* apud *Servium 12. Æn. v.* 121. Quartum signum accedebat, sive pillatim, sive passim tecta facere volebat. *Scaurus ibid.* In agrum hostium veni: pilatim exercitum duxi.

Pilātrix, icis, fem. quæ pilat, hoc est furatur. *Titinn.* apud *Non. c.* 2. *num.* 259.

Pilatrix pallii.

Pilātus, a, um, adj. denfus, fpiffus, preffus. *Ennius* apud *Serv.* Contemplor inde loci liquidas, pilatasque ætheris oras. *Varro ibid.* Quadratum agmen, quod immixtis etiam jumentis incedit: pilatum, quod sine jumentis incedit, sed inter se denfum est. ¶ Item pilis, & hastis armatus. *Virg. 12. Æn. v.* 121. pilatoque plenis Agmina se fundunt portis. Quidam hic quoque *pilata* exponunt *denfa*. Alii intelligunt in longitudinem directa, qualia esse solent cum portis exeunt, quasi in modum pilæ dispositæ. ¶ *Mart. l.* 10. *ep.* 48. Nunciat octavam Phariæ sua turba juvencæ, Atque pilata redit jamque, subitque cohors, *h. e.* cui pili e capite cecidere, calva. Sacerdotes Isidis intelligit. Alii legunt, & *pilata redit*, h. e. pilis armata; & de cohorte prætorianorum militum sermonem esse putant.

Pilĕātus, a, um, πιλοφόρος, pileo tectus, *Liv. l.* 14. *c.* 16. Pileati, aut lana alba velatis capitibus Volones epulati sunt. *Martial. lib.* 11. *epist.* 7. Versu ludere non laboriosò Pernittis, puto, pileata Roma. Ubi *Turneb.* Romani Saturnalibus pileum gerebant, aliis diebus nudo capite erant, aut caput veste velabant. ¶ Pileati servi, qui pileo impositò vendebantur. *Gell. l.* 7. *c.* 4. Pileatos servos venum ire solitos, quorum nomine venditor nihil præstaret, Cœlius Sabinus Jurisperitus scriptum reliquit.

Pilentum, ti, n. *carozza*, מֹרְכָּבָה, μετέωρον ὄχημα, vehiculi genus, quo matronæ ferebantur, ita liberatum duabus rotis, ut consistentes in pulvinis, in aere suspensæ agitari viderentur. Differebat a petorito, nam pilentum duabus, petoritum quatuor roris constabat: pilentum fuit inventum Hispanorum, petoritum Gallorum. *Fest.* Pilentis, & carpentis per urbem vehi matronis concessum est; quod, cum aurum non reperiretur, ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt. *Virg. 8. Æn. v.* 665. Cattæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus. *Hor. l.* 2. *Ep.* 1. *v.* 192. Effeda festinant, pilentaque, petorita, naves.

Pilĕŏlus, i, m. πιλίδιον, exiguus pileus. *Ovid. 1. de Arte.* Nec turpe putaris, Pileolum nitidis imposfuisse comis. *Colum. de Arbor. c.* 25. Pileolos induere. ¶ Pileolum in neut. genere usurpatur ab *Hieronymo ep.* 153. *ad Paulinum.*

Pilĕus, i, m. & pileum, i, n. *cappello, berretta*, מִגְבַּעַת, Germ. *ein hut*, Gal. *chappeau*, His. *sombrero*, πίλος, πίλιον, tegmen capitis. *Plaut. in fragm.* apud *Non. c.* 3. *n.* 178. Pileum, quem habuit, deripuit. ¶ Vulgaris forma pilei Romani erat non absimilis pileolis nostris dormitoriis, aut nauticis. Diversi ab iis erant pilei Thessalici, qui latos habebant margines ad faciendam umbram, videnturque iidem fuisse, ac petasi. Qua de re erudite *H. Junius l.* 2. *Animadv. c.* 6. Quando vero Romani, qui nudo alioqui capite prodibant, pileis uti solerent. Vide *Just. Lip. l. de Amphith. c.* 19. & 20. *Plaut. Amph. l.* 1. *in fin.* Ut ego hodie raso capite calvus capiam pileum. *Pers. sat.* 5. *v.* 82. Hoc nobis pilea donant. ¶ Pileus fuit signum libertatis apud Romanos. Nam libertatem impositione pilei servis conferebant, quam pilei impositionem antecedebat rasura, quæ fiebat in templo Deæ Feroniæ. *Serv. in 8. Æn. v.* 564. Causam affert *Nonius c.* 12. *n.* 38. Qui, inquit, liberi fiebant, ea causa calvi erant, quod tempestatem servitutis videbantur effugere, ut naufragio liberati solent. *Liv. lib.* 24. *c.* 32. Postero die servi ad pilum vocati. ¶ Pileus etiam, vel pileum, est membrana, seu pellicula, qua fœtus contecti nascuntur, quæ unum erat ex amuletorum generibus. *Lamprid. in Antonino Diadum. cap.* 4. Solent pueri pileo infigniri naturali, quod obstetrices rapiunt, & advocatis credulis vendunt; siquidem causidici hoc juvari dicuntur, &c.

Pilicrepus, i, m. Pilicrepi, ut censet *Turnebus lib.* 7. *c.* 4. vocantur, qui datatim pila ludunt, idque, vel quod pilas crepent, vel quod, crepante pila, ludant, quod paulo ante balnea facere solent, vel dum hypocausta, & fudationes calefecunt. Aliter tamen *Cæl. Rhod. l.* 3. *c.* 10. *Hieron. Mercurialis, l.* 1. *Artis Gymnasticæ*, & *Jo. Savaro, ad ep.* 2. *l.* 11. *Sidonii*, qui pilicrepos dictos putant, qui in balneis pilas pice illitas in vaporarium conjicerent, ut incalescerent. V. *Virr. l.* 5. *c.* 10. Hanc vocem legere est apud *Senecam ep.* 56. & in *inscript.* apud *Gruter. pag.* 637. *n.* 1. V. etiam *Lips. ad Senec. loc. cit.*

Pililudius, a, um. idem ac pilarius, vel pilicrepus. *Jul. Firmic.*

Pīlo, as, avi, atum, n. 1. πτίσσω, pilos accipio, vel emitto. a *pilus*. *Fest.* Pilat, pilos habere incipit; alias pro detrahit pilos, a quo depilari. *Non. cap.* 1. *num.* 184. Pilare dictum est, ut plumare plumis vestici. *Afranius in Compitalibus.* Præterea corpus meum nunc pilare primum cœpit. *Accius ibid.* Tunc primum pilabant genæ. ¶ Est etiam activum, pro pilos evellere, seu detrahere. *Martial. l.* 6. *ep.* 56. Teque pilare tuas restificare nates. *Id. l.* 12. *ep.* 32. Summoeniane qua pilantur uxores.

Pilo,

Pīlo, as, a. 2. 1. πιλέω, vel πτίσσω, premo, a verbo Græco allato. Aliter *Non.* cum air, Supplare est involare, vel rapere, a pilonia capta, unde & furtum pafli compilari dicuntur. Etymon satis aprum est, sed modulus syllabæ refragatur. *Ammian. l.* 31. *c.* 2. Castra inimica pilantes. *Histius de bello Hystrico*, apud *Serv. in 12. Æn. v.* 121. Percutit, atque hastam pilans præ pondere frangit, h. e. frigens, ut *Serv.* exponit. V. *Pilatus*. ¶ Est etiam expilo, furor, spolio. *Ammian. l.* 31. *cap.* 14. Pilando villas, & incendendo. *Petron. in fragment. Tragur. c.* 43. & 44. *Burn.* Singulas pilabat.

Pilōsus, a, um, *peloso*, שָׂעִיר, τριχώδης, pilis plenus. *Cic. in Pison. c.* 1. Non color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deteperunt. *Plin. l.* 20. *c.* 6. E contrario quæ mollis vocatur, pilloriboris foliis, ac ramis, & aculeatis.

Pilŭla, æ, f. *palletta, pillola*, σφαιρίδιον, parva pila, globulus, sphæricum quiddam, & rotundum. *Plin. lib.* 16. *c.* 7. Nascuntur in eo pilulæ nucibus non absimiles. ¶ Speciatim usurpatur de venenis, sive pharmacis, quæ hac forma fiunt, quæ Græcis dicuntur κατατρῖτα, & κατατείνω, *deglutio*. Non enim comminuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pilulæ, sed integræ devorandæ, *Plin. l.* 28. *c.* 9. Verus axungia phthisin in pilulis sumpta sanat.

Pilum, i, n. ὄπερος, עֵלִי, pistillum, instrumentum, quo quippiam in mortario teritur. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Pinsente pilo *præterrato*. ¶ Pilum Græcum est, teste *Turnebo, l.* 6. *Advers. c.* 18. quod in pinsendo tritico una deprimitur parte, altera attollitur, *Plaut. in fragm.* apud *Fest.* Quasi tolleonem, aut pilum Græcum reciproces plana via. ¶ Pilum item, πῶλος, fuit telum Romanum, cujus hastile, teste *Vegetio l.* 2. *R. M. c.* 15. erat quinque pedum, & semis, & ferrum trigonali figura novem unciarum. Generaliter tamen pila, *Varrone* auctore *l.* 4. *de L. L.* tela Romana sunt, sicut gesa Gallorum, & fassiæ Macedonum. *Cic. 2. Phil. c.* 2. Cervicibus caput abscidit, idque fixum gestari jussit in pilo. ¶ Pilum alicui injicere, apud *Plaut. Mostel. 3. 1. 43.* est impedimentum afferre, & quasi injecto pilo morari. ¶ Ex hoc pilo fecere *primum pilum*, quo nomine significatur prima centuria pilanorum, sed triariorum. *Cæsl. l.* 5. *B. G. c.* 35. Superiore anno primum pilum duxerat. *Id. ib. l.* 3. P. Sextius Baculus primi pili centurio. ¶ Hoc sensu Lexicographi neutrius generis fecere, ita nimirum postulante analogia: fed nullo exemplo genus confirmant. Certe masculi. generis est apud *Suetom. in Calig. c.* 44. Plerique Centurionum maturiis jam primos pilos ademit. ¶ Poetæ carminis causa *pilum* simpliciter dicunt pro *primum pilum*. *Martial. l.* 1. *ep.* 32. Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili. Adde *l.* 6. *epigr.* 58. ¶ Sunt qui putant, *pilum* significare etiam pilum, hoc est columnam structilem, ducti illo *Livii* loco *l.* 1. *c.* 26. Spolia Curatiorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur. *Et non*, Modo inter illa pila, & spolia hostium. *Dionys.* enim *Halicarnass. l.* 3. de eadem re verba faciens, columellam erectam fuisse narrat, eique imposita spolia Curatiorum: quæ tamen suo tempore vetustate periisse, columellam adhuc extitisse.

Pilumni, m. 2. Romani, *Fest.* Pilumnæ populæ, in Carmine Saliari, Romani, velut pilis uti adsueti, vel quia præcipue pellant hostes,

Pilumnus, m. 2. filius Jovis, Deus pistorum, itemque infantium, alio nomine Stercurus, frater Picumni, seu Pitumni. Dictus est a *pilo* pistorio, quia pilum invenit, quo frumentum, & aliæ fruges pinsebantur. Sed Pilo Pilumnum dictum voluit, quia pelleret mala infantiæ. *Serv. in 10. Æn.* Ad hanc Danae Acrisii filia, quæ forte ad Apulum litus acta fuerat, a pastore una cum Perseo parvulo ducta est, quam ipse cognito genere uxorem duxit, ex qua Danum filium suscepit. *Virg. 10. Æn.*

Pilus, i, m. *pelo*, שֵׂעָר, Germ. *haar*, Gal. *poil, ou cheveu*, His. *pelo*, θρίξ, excrementum in pelle animalis. Differt a *capillo*, quia *pilus* dicitur de omnibus corporis partibus, *capillus* proprie est pilus ille, qui caput vestit. Sed hæc differentia nonnunquam confunditur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 57. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. ¶ Proverbialiter ponitur pro re nullius momenti. *Cic. Att. l.* 5. *epist.* 20. *a med.* Interea e Cappadocia ne pilum quidem. *Catull. epigr.* 17. Ludere hanc sinit, nec pili facit uni. Ubi *uni* gen. antiquus est.

Pimpla, Pimplēa, æ, f. πίμπλεια, πίμπλεα, mons Macedoniæ, fortasse idem, ac Pierus, in confinio Thessaliæ, al. Thraciæ, Olympo vicinus, & Musis sacer, cum fonte cogn. ubi etiam antrum Pimplæum. ¶ Item locus Phocidis apud Parnassum, qui similiter Musis facer erat. *Strab. l.* 10.

Pimplæus, vel Pimplēus, a, um, πίμπλειος, adject. ad Pimplam pertinens. *Catull. carm.* 103. Pimplæum scandere montem. *Martial. l.* 12. *ep.* 11. Pimpleum antrum. ¶ *Pimplea*, absolute pro una ex Musis. *Horat. l.* 1. *od.* 26. *v.* 8. Necte coronam Pimplea dulcis. ¶ Videtur etiam usurpari pro fonte Musis facto. *Stat. l.* 1. *Silv.* 4. *v.* 26. Excludat Pimplea fitim.

Pimplēis, idis, adject. fœmin. Musa. *Martial. l.* 11. *epist.* 4. Non urbana mea tantum Pimpleide gaudent Otia.

Pimplĭas, adis, f. Πιμπλιάς, & Πιμπλιάς, eadem quæ Pimpleis. *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 2. ¶ Subducta altera vocali diphthongi, secunda syllaba corripitur. *Sidon. carm.* 10. *v.* 17. Pimpliades induxerat optimus Orpheus. Adde *carm.* 22. *vers.* 77.

* Pina. V. Pinna.

Pinacothēca, æ, & Pinacothece, es, f. πινακοθήκη, אוֹצָר, *galleria*, locus, in quo tabulæ pictæ, argentum cælatum, stragula vestis, signa, & ornamenta reponuntur, a πίναξ, ακος, *tabula*, & θήκη, *repositorium*, quia tabulæ in hoc loco præcipue asservabantur. *Varr. l.* 1. *R. R. cap.* 59. Ut in pinacothece faciant, quod, &c. *Plin. l.* 35. *c.* 2. Et inter hæc pinacotheças veteribus tabulis consunt.

Pinaria gens, una ex gentibus Patriciis Romæ, sic dicta a Pinariis, qui Herculi faciebant sacra anniversaria, vel a Pino Numæ Regis filio, ut auctor est *Plut. in Numa.*

Pinarii, m. 2. familia nobilissima in Latio, quæ una cum familia Potitiorum sacris Herculis operabatur, a πένω, esurio. Cum enim Evander Herculi adhuc viventi, qui ex Hispania victo Geryone cum armento boum in Italiam venerat, rem divinam facere vellet, adhibuit ad ministerium, dapemque duas familias, ex quibus una ad tempus præsto fuit, altera extis jam adesis venit. Igitur Hercules irritatus, ut ii, qui ad tempus præsto fuere, eorumque posteri extis solemnibus vescerentur, qui tarde, & negligenter accessere, ii cum omni posteritate extis excluderentur, & interea ministrarent, his verbis, ὑμεῖς δὲ πινάσεις, *Vos vero esurietis*. Hinc primi Potitii appellari cœpti sunt, quod extis potiri essent, *certi Pinarii*, quod iis fames extorum indicta fuisset. *Liv. lib.* 1, *c.* 7. & *Serv. ad 8. Æn. v.* 269.

Pinastellus, i, herba eaule fœniculi, radice magna, & nigra, flore nigro, alio nomine pencedanos. *Apul. de herb. c.* 97.

Pinaster, stri, m. πίτυς ἄγρία, pinus sylvestris. *Plin. lib.* 16. *cap.* 10. Pinaster nihil aliud est, quam pinus sylvestris, mira altitudine, & a medio ramosa, sicut pinus in vertice.

Pinax, acis, f. πίναξ, Græce tabulam significat. A *Vitruv. l.* 10. *c.* 3. pinax dicitur tabula illa in organo hydraulico, quæ foramina habet, in quibus fistulæ immittuntur. Scribit tamen & ipse Græcis literis. Itali artifices vocant *fommiero*.

Pincerna, æ, m. *coppiere*, מַשְׁקֶה, Germ. *mundschenck*, Gal. *sommeiller*, His. *escanciano, copero*, οἰνοχόος, poculator, poculorum minister, vini ministrator. *Ascon. in Ver. l.* 2. *c.* 26. Provocant se invicem; majoribus autem poculis poscunt a pincerna. *Lamprid. in Alexandro, c.* 41.

Pindarĭcus, Pindarēus, a, um, adject. a Pindaro. *Ovid. l. & ep. ult. ex Pont. vers.* 28. Pindaricæ fidicen tu quoque, Rufe, lyræ. Adde *Capell. l.* 2. *p.* 29.

Pindărus, m. 2. Πίνδαρος, Poeta Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps, temporibus Æschyli Poetæ, & Persarum expeditionis in Græciam. Primum a patre tibiam, mox ab Hermione lyram edoctus est. Scripsit lingua Dorica Olympia, Pythia, Nemeæa, Isthmia, quæ extant. Altissimus fertur & verborum, & sententiarum copia, ut ait Quinct. gravitate arduus, constructioneque, ac ordine immensus, ac prolixus. Eum *Hor. lib.* 4. *od.* 2. dicit inimitabilem. Ejus gratia Lacedæmonii in reliquam Bœotiam sævientes Thebis pepercerunt. Alexander etiam cum Thebas everteret, & in omnes sæviret sine discrimine, Pindari vatis penatibus, familiæque parci jussit. Duas fuscepit filias. Expiravit fertur in gremio pueri adamati, *Valerio Max.* teste *lib.* 9. *cap.* 12. *extern.* 7. V. *Quintil. l.* 10. *c.* 1.

Pindus, m. 2. Μεζζοῦο, mons ingens Macedoniæ, inter illam, & Ætoliam, ac inter Epirum, & Thessaliam. Ab Acrocerauniis jugis ad Thermopylas excurrit, & ex medio sui brachium emittit, quod Parnassum facit, & definit in Helicona. Hæc causa est, cur apud Poetas tria hæc nomina, *Pindus, Parnassus, Helicon*, confundantur, & in omnibus promiscue Musæ collocentur. Ætolos ab

Tom. II.

Acarnanibus dividit. Ex Pindo Inachus, & Æas, teste Strabone, & Peneus, teste Ovidio, flumina effluunt. In eo inventur lapis galactites. *Plin. lib.* 4. *cap.* 8.

Pinĕa, æ, f. idem ac pinus. *Col. lib.* 5. *cap.* 10. Eodem tempore juglandem, & pineam, & castaneam serere oportet.

Pinetum, i, n. *pineto*, πιτύων, locus pinis consitus. *Plin. lib.* 27. *cap.* 8. Chrysolachanon in pinero lactucæ simile nascitur. ¶ Hujusmodi est *la Pineda*, sylva pinorum in Æmilia, apud Ravennam urb.

Pineus, a, um, πιτυώδης, quod est ex pinu. *Plin. l.* 25. *cap.* 10. Pineæ corona apud Isthmum victores coronabantur.

Pingo, is, pinxi, pictum, a. 3. *dipingere*, צִיר, צָבַע, Germ. *mahlen*, Gall. *peindre*, His. *pintar*, γράφω, formam alicujus rei ductis lineis regrædiens. *Cic. 2. de Orat. c.* 16. Qui hominis speciem pingere perdidicerit. *Id. l.* 5. *Fam. epist.* 12. Neque Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat. ¶ Pingere humum variis floribus, est versicolorem florum varietatem humi spargere. *Plaut. Stic.* 2. 3. 28. Age tu ocyus pinge humum, consperge ante ædes. ¶ Aliquando pro describere, & formare ponitur. *Cic. 2. Fin. l.* 2. *ep.* 25. Pingam coloribus tuis, penicillo meo. *Id. in Bruto, c.* 37. Σχήματα quæ vocant Græci, (*h. e figura

Pinsito, as, a. 1. πιεσκέτνω, freq. a *pinso*. *Plaut. Aspin.* 1.1.18. Qui polenram pinsitant. Alii legunt, *pransitant*.

Pinsitus, a, um, *pestato*, partic. a pinsor, eris. *Col. l.* 2. *c.* 9. Panicum pinsitum, & evolutum furfure, &c.

Pinso, is, si, & sui, pitum, pinsum, pinsitum, a. 3. *pestare*, ד, כתת, פשש, Germ. *zerstossen, in einem mortsel stossen*, Gall. *piler en un mortier, broyer*, Hisp. *majar en un almirez, moler*, מכתש, tundo, contundo, frango, a *mortar*, quod idem notat. *Var. l. 3. R. R. c. 16. a med.* Alii ivam passim, & ficum cum pinserunt, affundunt sapam. *Auctor Panegy. ad Pison. v.* 17. Humida calloſa cum pinseret hordea dextra. *Pompon.* apud *Diomed. l. 1. pag.* 370. *Putsch.* Cum neque molis molui, neque palmis pinsui. ¶ Aves pinsere dicuntur cum rostrum rei alicui cerebro impingunt. *Perſius. v.* 58. O jane, a rergo quem nulla ziconia pinsit. Loquitur translate. *Ziconiam* enim intelligit digitos in formam rostri ziconiæ contractos, quod genus olim erat irrisionis apud Italos: *pinsit* vero usurpat pro irridet, vel illudit. ¶ Pinsi flagris apud *Plaut. Merc.* 2. 3. 81. eſt cædi. ¶ Reperitur & pinso, is, ire, in 4. conjugat. *Enn.* apud *Varr. lib.* 4. *de L. L.* In terram cadentes humeris pinsibant humum. *Terent. l.* 10. *c.* 29. ex MSS. legit *pinsabant*.

¶ Particip. *pinsitus, pistus*, & *pinsus* V. suis locis.

Pinsor, oris, m. 3. idem ac pistor. Quidam legunt in *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 643. sed alii plerique *pistor*.

Pinsus, a, um, nom. ex particip. a pinso, *pestato calcato*. *Vitruv. l.* 7. *cap.* 1. Rudus pinsum.

Pinus, i, f. *pino*, Germ. *fichtenbaum, zirnen, baum, ein fichtenbaum*, Gall. *un pin*, Hisp. *pino, mirto*, genus arboris, quod nuces fert omnium maximas, quas Græci κώνους vocant, a Græca voce allata. In quibuſdam exſibus eſt 2. declin. in quibuſdam 4. *Plin. l.* 23. *c.* 2. Pinorum ernecæ, *Virg. Ecl.* 7. Hic argura ſacra pendebit ſtiſnula pino. *Id. Ecl.* 1. Ipſæ te, Tityre, pinus. *Id. Æn.* 11. *v.* 136. Actas ad ſidera pinus. *Id. Ecl.* 8. *v.* 22. argutumque nemus, pinoſque loquentes. Rurſus *Plin. l.* 23. *c.* 8. Decoctum corticis e pino. *Id. l.* 37. *c.* 3. Gummi in cerasis, reſina pinis. *Plin. Valer. l.* 2. *c.* 28. Pini arboris corticem. ¶ A Poetis pinus accipitur pro navi, quia pinus ad naves fabricandas aptiſſimæ ſunt. *Virg.* 5. *Æn.* Conſequitur melior ſemis, ſed pondere pinus Tarda tenet. ¶ Eſt etiam pinus floris genus, alio nomine chamæpytis. *Virg.* 4. *Georg. v.* 122. Ipſe thymum pinoſque ferens e montibus altis. ¶ Fuit pinus arbor Cybele ſacra, quia, ut ait *Ovid.* 10. *Metam. v.* 105. Cybeleius Atys Exuit hæc hominem, truncoque induruit illo.

Pio, as, avi, atum, a. 1. σιβόομαι, מפל, propitium reddo, ſive, ut *Nonius c.* 2. *n.* 636. explicat, colo, forte a Σώω, *ſacrifico*. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 3. Ubi piem pietatem, ſi iſto more moratum tibi poſtulem placere. ¶ Quandoque eſt pie amare. *Nævius* apud *Non.* Nemo eſt, qui magis ſuos piet liberos. ¶ Aliquando purgare, expiare. *Cicer.* 2. *de Leg.* Idemque fulgura, atque oſtenta pianto. *Id. pro Dom. c.* 51. Siquid tibi aut piandum, aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica. *Virg.* 2. *Æn. v.* 140. Et cuipiam miſerorum morte piabunt.

Pipatio, onis, f. clamor plorantis, lingua Oſcorum. *Feſtus*.

Pipatus, us, m. vox pullorum. *Varr. lib.* 6. *de L. L. cap.* 5. Pipulum declinatum a piparu pullorum.

Piper, eris, n. *pepe*, פלפל, Germ. *pfeffer*, Gal. *poivre*, Hisp. *pimienta*, πέπερι, fructus cujuſdam arboris in India, condimentis aptus, & calidus, a voce Græca allata per Apocopen, ut mel a μέλι. *Plin. l.* 12. *c.* 7. Paſſim vero, quæ piper gignunt, junipiris noſtris ſimiles. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 55. Rugoſum piper. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. Piper album.

Piperatum, i, n. condimentum ex pipere. *Celſ. l.* 4. *c.* 19. *Apic. l.* 3. *c.* 14.

Piperatus, a, um, quod pipere conditum eſt. *Colum l.* 12. *c.* 47. Piperatum acetum. ¶ Translate *Sidon. l.* 5. *ep.* 2. piperata facundia, *h. e.* fale, & dictis aſperſa.

Piperitis, is, vel idis, f. *γεωγιονε*, πεπερῖτις, genus herbæ. *Plin. lib.* 20. *cap.* 17. Piperitis, quam & ſiliquaſtrum appellavimus, contra morbos comitiales bibitur. Caſtor & aliter demonſtabat, caule rubro, & longo, denſis geniculis, foliis lauri, ſemine albo, tenui, guſtu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris ſuavitati, & ructibus.

Pipilo, as, n. 1. πιπίλω, eſt canere proprium paſſeris. *Catul. carm.* 3. *verſ.* 10. Ad ſolam dominam uſque pipilabat.

Pipinna. V. *Pinnus*.

Pipo, as, r. ploro, clamo. *Tertul. de monogam. c.* 16. Et ateros naufragantes, & in fantes pipantes. *Id. adverſ. Valentin. cap.* 15. Cœleſtes imbres pipiavit Achamoth. *h. e.* plorando effudit.

Pipo, is, n. 4. *pipire, pigolare*, קרר, πιπίζω, proprium eſt vocis pulloram gallinicearum, item paſſerum, & aliarum avium infantarum, à Græco verbo allato. *Colum. l.* 8. *cap.* 5. Et auſcultet, ſi pipiant. *Aulor Philom. v.* 30. Peſſimus at paſſer triſtia ſtendo pipit. ¶ Per Metaphoram Oſcis notabat cum ejulatu conqueri, *Feſto* teſte.

Pipio, onis, m. *piccione, pippione*, עוף, אפרוח, pullus avium, & præcipue columbarum, πιππόπουλον. *Lamprid. in Alex. c.* 41. Et ſervos ex pipionibus alerent.

Pipo, as, n. 1. idem ac pipio. *Varro* apud *Non. cap.* 2. *n.* 676. Mugit bos, balat ovis, equi hinniunt, gallina pipat. ¶ Apud *auctorem carm. de philom. verſ.* 24. tribuitur, & accipitri.

Pipulum, i, n. *vel* Pipulus, i, m. ploratus inconditus, convicium, irriſio, *beffa*. *Varro l.* 6. *de L. L. c.* 5. Pipulum declinatum a pipatu pullorum. ¶ Pipulo differe aliquem, eſt conviciari, *ſtrapazzare*. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 32. Pipulo hic differam te ante ædes.

* Piracium, ii, n. vinum ex piris. *Hieron. l.* 2. *adv. Jovinian. act.* 5. Vinum ſuadet bibere, non piracium, *al. piraticum*.

Piræus, *vel* Piræus. *Porto di Settino*, & *Porto Leone*, πειραιεύς, πειραιάς, Portus Athenienſium, capax quadraginta navium, ab Athenis 40. ſtad. in Auſtr. Opera Themiſtoclis urbi conjunctus fuit. *Cic. Att. l.* 7. *epiſt.* 3. Venio ad *Piræa*, in quo magis reprehendendus ſum, quod homio nonnunus *Piræea* ſcripſerim, non *Piræum* (ſic enim noſtri homines locuti ſunt) quum quod in addiderim. Non genim hoc, ut oppido præpoſui, ſed ut loco; ſecutuſque ſum non dico Cæcilium: *mane ut ex portu in Piræum*: ſed Terentium: *heri aliquot adoleſcentuli* limi: *mane ut ex portu in Piræum*; &c. Hactenus *Cic.* ¶ Uſurpatur & num. pl. & n. gen. *Ov. 4. Faſt. v.* 653. Piræaque tuta receſſu ſinquit. V. *Plin. l.* 4. *c.* 12.

Piræus, a, um, adject. ad Piræum portum pertinens. *Propert. l.* 3. *el.* 19. *verſ.* 23.

Piræi capient me litora portus. *Ovid. Met. l.* 6. *v.* 446. Piræaque litora tangit.

Piráta, æ, m. *corſaro*, שׁר הגדוד, πειρατής, prædo maritimus, a nomine Græco allato. *Cic.* 3. *Offic. c.* 29. Nam piratæ non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. *Vellej. lib.* 2. *cap.* 31. piratæ orbem claſſibus terrebant.

* Piraticum. V. Piracium.

Piraticus, a, um, *corſareſco*, πειρατικός quod ad piratas ſpectat. *Cic.* 7. *Verr. c.* 28. Myoparone piratico capto, dux liberatus, ſymphoniaci Romam miſi. ¶ Piraticam facere, *corſeggiare*. *Cic. poſt red. in Sen. c.* 5. Egeſtate, & improbitate coactus piraticam ipſe feciſſet.

Pirene. V. *Pyrene*.

Pirithous, m. 2. πειρίθοος, Ixionis filius, non ex Nube, quemadmodum Centauri, ſed ex legitima uxore, Rex Lapitharum. Arctiſſimo amicitiæ fœdere Theſeo Athenienſi conjunctus fuit. Duxit in uxorem Hippodamen Atracii filiam, quam cum ei Centauri eripere in nuptiis vellent, a Pirithoo ope Theſei, & Lapitharum ſuperati ſunt. Mortua autem Hippodame, cum Theſeo, qui tum forte cœlebs erat, convenit, ut uxorem, niſi ex Jove ſatam, nullam ducerent. Et cum ſam Theſeus Helenam Jovis, & Ledæ filiam rapuiſſet, nec alia ea tempore noſceretur, quæ Jovis eſſet, præter Proſerpinam, Plutonis conjugem, ad rapiendam illam ſimul profecti ſunt ad Inferos. Verum Pirithous primo impetu a Cerbero interfectus eſt, quem Theſeus adjuvare volens, ipſe quoque in vitæ diſcrimine fuit, atque ad extremum captus, a Dite detentus eſt, ſed poſtea ab Hercule liberatus, ſuperſque reſtitutus, Filium Polypitem ex Hippodame ſuſcepit.

* Pirpit, *vel melius* Pitpit, Oſce quidquid. *Feſtus*.

Pirum, i, n. *pero*, אגס, ὄχιον, fructus piri arboris, a πῦρ, *ignis*, quia ſlammæ inſtar & ſato in oblongum faſtigiatur, ac protenditur, v in i tranſeunte, ut a φύω, eſt *fio*. Legitur tamen & *pyrum*. *Horat. Epod.* 2. *v.* 19. Ut gaudet inſitiva decerpens pira. ¶ Pirorum variæ ſunt genera. *Decumana pira* ea dicuntur, quæ maxima ſunt. Nam decumanus pro maximo accipitur, quia in rerum natura fere inſunenit, ut decima quæque ſint maxima. *Colum. l.* 12. *cap.* 10. *Cucurbitina* ſunt, quæ ſimilitudinem cucurbitæ habent. *Cat. R. R. c.* 7. *Tyberina* ſunt pira autumnalia, acidulo ſapore jucunda, ita dicta, quod maxime Tyberio Imperi placuere. *Plin. l.* 15. *c.* 15.

Pirus, *vel* pyrus, i, f. *pero*, ἄπιος, genus arboris, cujus fructus pirum dicitur. *Virg.* 1. *Ecl. v.* 74. Inſere nunc Meliboce piros. V. *Plin. l.* 15. *c.* 15. 17. *lib.* 16. *c.* 18. 25. 26. *l.* 17. *c.* 2. 13. 14 18.

Piſa, æ, f. Πίσα, urbs Peloponneſi, in Elide, ad Alpheum flu. & montem Piſæum, eadem ac Olympia. Piſæ Milo Tyranus cum ſubditos variis cruciatibus affeciſſet, ab eis in mare demerſus eſt. *Ovid. in Ibin, v.* 327. ¶ Juxta Piſam ludi Olympici celebrabantur. *Virg.* 3. *Geor. verſ.* 180. Aut Alphea zonis præſabi flumina Piſæ.

Piſæ, arum, f. 1. *Piſa*, Πίσαι, urbs Hetruriæ, ampla. cum arce præmunita, ad Arnum fl. interfluentem. Condita fuit a Piſæis, ſeu Piſanis pop. Peloponneſi, teſte *Strab. l.* 5. qui Neſtorem ad Iliam ſecuti, in reditu tempeſtate disjecti. alii quidem Metapontum, alii Ilus Tyrrhenum tenuerunt. *Lucan. l.* 2. *verſ.* 401. Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Piſæ.

Piſæus, a, um, quod ad Piſam Elidis ſpectat. *Ovid. l.* 3. *Amor. el.* 2. *verſ.* 15. Ah quam pene Pelops Piſæo concidit axe. *Juven. ſat.* 13. *v.* 99. Piſææ ramus olivæ. ¶ Piſæi, orum, Piſæ incolæ. *Plin. l.* 4. *c.* 5.

Piſani, orum, m. incolæ Piſarum Hetruriæ. *Liv. l.* 40. *c.* 43.

Piſatiles pro Piſanis dixit *Nævius* apud *Feſtum*.

* Piſatio, onis, f. actus piſandi, *h. e.* piſcendi. *Senec. ep.* 86. al. *ſpiſſatio*.

Piſaurenſis, e, adject. qui eſt e Piſauro urbe. *Cic. de clar. Orat. c.* 78.

Piſaurum, n. 2. *Peſaro*, Πίσαυρον, col. & urbs Umbriæ, parva, ſed elegans, ad Iſauri fl. oſtium. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Piſaurus, i, (qui & Iſaurus) fluvius Piceni, a quo Piſaurum, urbs ei impoſita, nomen traxit.

Piſcaria, æ, f. *peſcaria*, מחוז דגים, locus, ubi piſces venduntur. *Varro*. Nullus in piſcaria piſcis erat. Adde *Ulpian. lib.* 27. *Dig. de V. S.* ubi tamen dubia eſt lectio. V. *Picaria*.

Piſcarius, a, um, ὀψωνητικός, דגי, quod ad piſces ſpectat. *Plaut. Stich.* 2. 1. 17 Arundinem fert, ſportulamque, & hamum piſcarium. *Id. Curc.* 4. 1. 13. Symbolorum collatores apud forum piſcarium.

Piſcatio, onis, f. *peſca*, דיגה, γυμνίς, ἁλιεία, piſcatus. *Ulp. l.* 14. *Dig. Comm. prædittam urb. &c.* Piſcationem thynnariam exercere. Adde *l.* 9. *Dig. de Uſufr. & quemad. &c*

Piſcator, oris, m. *peſcatore*, דיג, Germ. *ein fischer*, Gal. *pescheur*, Hisp. *pescador*, ἁλιεύς, qui piſcatur. *Cic.* 3. *Offic. cap.* 14. Piſcatores ad ſe convocat.

Piſcatorius, a, um, *da peſcare*, דיגי, ἁλιευτικός, quod ad piſcatorem ſpectat. *Plin. l.* 24. *c.* 9. Cum ex linea piſcatoria apud eos faſtitari docuerim. ¶ Piſcatorii ludi vocabantur, qui quotannis mense Junio trans Tyberim fieri ſolebant a Prætore Urbano pro piſcatoribus Tyberinis, quorum quæſtus non in macellum perveniebat, ſed ſere in aream Vulcani, quod id genus piſciculorum vivorum dabatur ei Deo pro animis humanis. *Feſt.* ¶ Piſcatorium ex ventu more appellabatur, quod in Monte Albano dabatur pro piſcibus. *Feſt.*

Piſcatrix, icis, f. *peſcatrice*, דיגת, ἁλιεύτρια, quæ piſcatur. *Plin. l.* 9. *c.* 42. Nec minor ſolertia ranæ, quæ in mari piſcatrix vocatur.

Piſcatus, us, m. *peſcagione*, דיגה, Germ. *reich, fischzug, das fischen*, Gal. *pescherie*, Hisp. *pescadura, ygualá*, ἁλιεία, piſcatio, actus piſcandi. *Feſtus l.* 12. *c.* 21. Eſt in piſcatu voluptas, maxime teſtudinum. *Cic.* 2. *Fin. c.* 8. Vivere piſcatu, aucupio, venatione. ¶ Olim fuit ſecunda declinat. *Pomp.* apud *Non. c.* 8. *n.* 38. Omne piſcati genus.

* Piſciculensus. V. Piſculentus.

Piſciculus, i, m. *peſcetto*, דג, ἰχθύδιον, parvus piſcis. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 49. Itaque cum piſciculi parvi in concham hiantem innataverint.

Piſcina, æ, f. *peſchiera*, בריכה, Germ. *fischerpuh*, Gall. *vivier à poisson, piscine*, Hisp. *vivar*, ἰχθυοτροφεῖον, lacus, & ſtagnum, in quo vivi piſces coercentur. *Cic.* 5. *Parad. c.* 2. Barbatulos nullulos exceptantem de piſcina. ¶ Et quoniam in piſcinis etiam homines natare ſolebant, invaluit conſuetudo, ut omnes in hunc uſum collecta aquæ, ſive frigida, ſive calidæ, piſcinæ dicantur, quamvis in his nihil piſcium ſit. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. Si natare latius, aut tepidius velis, in area piſcina eſt. ¶ Imo piſcinæ etiam vocantur, ubi anates innatant, unde pecora bibunt, denique ubicunque aqua eſt ad uſum aliquem hominum, *Colum. l.* 1. *c.* 6. piſcinas minimum duas, alteram, quæ anſeribus, ac pecoribus ſerviat, alteram, in qua lupinum, vimina, & virgas, aquæ alia, quæ tunc uſibus noſtris apta, macceremus. ¶ Denique piſcina dicitur quoque de vaſis ligneis ampliſoribus, ad tendendam aquam. *Plin. l.* 34. *cap.* 12. Et in piſcinas ligneas fundituv.

Piſcinalis, & le, o. 3. ἰχθυοτροφικός, quod eſt piſcinæ, vel quod ad piſcinam ſpectat. *Pallad. l.* 1. *tit.* 40. Piſcinales cellæ in æſtivis balneis?

Piſcinarius, ii, m. ἰχθυοτρόφος, qui piſcinis delectatur. *Cic. Att. l.* 1. *epiſt.* 14. *de Horſenſio, & Lucullo*. Mihi vero ut invidenſ piſcinarii noſtri. Adde *ep.* 19.

Piſcinenſis, ſe, adject. piſcinalis. *Lucil.* apud *Feſt.* Piſcinenſis res eſt.

Piſcinella, æ, f. &

Piſcinula, læ, f. diminutiva ſunt a piſcina. *Varr. l.* 8. *de L. L. cap.* 45.

Piſcis, is, m. *peſce*, דג, Germ. *ein fisch*, Gal. *un poisson*, Hisp. *pescado*, ἰχθύς, animal, quod in aquis degit, & proprie, quod teſtas squammis, ut ex *Plinio* apparet *lib.* 9. *c.* 12. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 51. Eſſi piſces, ut ajunt, ova eum genuerunt, relinquunt. *Hor. l.* 4. *od.* 3. *v.* 19. O multis quoque piſcibus donatura cyceni, ſi libeat, ſonum. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 26. Quaſi piſcis, itidem eſt amator lenæ: nequam eſt, niſi recens. ¶ Piſces etiam ſunt unum ex ſignis Zodiaci lenæ: nequam eſt, niſi recens. ¶ Piſces etiam ſunt unum ex ſignis Zodiaci conſtans ex quatuor, & triginta ſideribus. Cum olim bello Gigantco Venus Typhonem fugiens, ad Euphratem una cum Cupidine venifſet, repentino arborum, & canna ſuum ſtrepitu, quæ circa flumen erant, perterrita in ipſum invocatis Nymphis profiluit. Duo piſces accurrerunt, atreique Venerem, alter Cupidinem trans Euphratem incolumes deruleruut. Hoc merito in Cœlum translati ſunt. *Ovid l.* 2. *Faſt. a. v.* 457. Sed aliqui dicunt, cum Venus, & Cupido in Euphratis ripa animi gratia eſſent, Typhœum repente apparuiſſe. Illos terrore ingenti correptos ſe ſe in piſces imminuravile, periculo defunctos voluiſſe, ut in Cœlo piſcium illorum imago exſtaret. Etiam pars Cœli Auſtralis piſcis figura ab Aſſyriis ornata fuit, quæ duodecim ſtellas habet. *Ovid. l. Faſt. verſ.* 400. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Quintodecimo Calendas Martii Sol in piſces tranſitum facit, ideſt, die 15. Februarii. *Virg.* 4. *Georg. v.* 234. Aut eadem ſidus fugiens ubi piſcis aquoſi triſtior hybernas cœlo deſcendit in undas.

Piſcor, aris, d. 1. *peſcare*, דוג, Germ. *fischen*, Gal. *pescher*, Hisp. *pescar*, ἁλιεύω, *pisces* venor. *Cic.* 3. *Off. cap.* 14. Ut ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur. ¶ *Piſcari in aere*, prov. eſt operam ludere, fruſtra laborare. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 85. Jubeas una opera me piſcari in aere.

Piſcoſus, a, um, *che abbonda di peſci*, ἰχθυώδης, piſcibus abundans, vel in quo piſcari facile eſt. *Ovid. l. Faſt. v.* 581. Eſt prope piſcoſos lapidoſa Cratidis amnes purera ager.

Piſculentus, a, um, idem ac piſcoſus. *Plaut. Rud.* 4. 2. 2. Qui fatſis locis incolit piſculentis. *Solin. de Gard. nili, c.* 4. Piſculentiſſima ſtagna.

Piſidæ, arum, m. Piſidiæ populi. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 241. Finibus obliquis Lydi, Piſidæque feroces. *Cic.* 1. *Div n. c.* 1. Piſidarum gens. ¶ *Piſidæ in Periegeſi*, uſurpat in 3. declin. & primam, & ſecundam ſyllabas producit. (*v.* 808.) Poſt hos Piſidum pinguiſſima rura colunter.

Piſidia, æ, f. *Piſidia*, Turc. *Verſacegli*, ſeu *Verſacili*, Πισσίδια, pars Borealis Pamphyliæ. *Plin. l.* 5. *c.* ult. & *l.* 6. *c.* 34.

Piſinnus, i, m. vetus vocabulum ſignificans puerum, infantem, puſionem, quaſi *puſillus*. *Labeo* apud *veterem Scholiaſt. Perſii ad Sat.* 1. *v.* 4. Crudum manduces Priamum, Priamque piſinnos. *Martial. l.* 11. *ep.* 73. Draci Nara ſui vocat piſinnam, *h. e.* parvam puellam. Quamquam ibi tranſlate loquitur. Alii legunt *pipinnam*, hoc eſt parvam mentulam. Alii *nepenem* eodem ſenſu.

Piſinnus, Piſinnus. V. *Piſſus*.

Piſo, onis, as, 3. 1. frequentativum a piſo, verbum exprimens vocem ſturni. *Auct. arm. de Philom. v.* 17. Sturnus tunc ſiſtat ore.

Piſo, as, a. 1. idem ac piſo, is, ſeu pinſo. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 63. Far promendum in hieme, ut in piſtrino piſetur, ac torreatur.

Piſo, is, ſi, a. 3. πτίσσω, דרר, pinſo, calco, tundo, purgo, ut ſit in hordeo, & aliis frugibus, a verbo Græco allato. *Var. R. R. l.* 3. *c.* 16. Alii ficum, & uvam paſſam cum piſere, affundunt ſapam. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Ut niſi intenti piſant ſunt, concidantur grana. *Id. ib.* Cum piſtur ſpica. Ita legit *Harduin.* Alii ubique *pinſo* reponunt, etiam in loco *Varronis*.

Piſo, onis, m. mortarium, in quo aliquid piſitur. *Marcel. Empir. cap.* 8. Radices beræ lavabis, ficca is, deinde tundes in piſone marmoreo.

Piſones, m. 3. πισῶνες, familia nobiliſſima Romæ, a piſorum ſatione, quod ipſe optime ſereret; ut *Ciceronos* a cicere, *Fabii* a faba, *Lentuli* a lente. Sed *Plinius l.* 18. *cap.* 3. deducit a pinſendo. ¶ E Calpurnionum proſapia, ſeu gente fuere, quæ a Numa Pompilio deſcendit. Calpurnius enim Numa filius fuit, ut ait *Feſtus*. ¶ Ex hac familia fuit L. Piſo cognomento Frugi. Hic ſemper contra legem frumentariam C. Gracchi dixerat. Lege tamen lata, *Frumentum* adjudicato, ſi frumentum accipiendum venit. Animadvertit Gracchus in concione Piſonem ſtantem, & quæſivit audiente P. R. qui ſibi conſtarer, cum ea lege frumentum petereter, quam diſſuaſerat. Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi vitrix dividere liceat, ſed ſi facias, partem petam. *Cic.* 3. *Tuſc.* & 2. *Fin.* ¶ Item M. Piſo Philoſophus Peripateticus, æqualis Hortenſii. Item C. Piſo Orator. Item C. al. Cn. Piſo Orator gener Ciceronis. Item Cn. Piſo ſocius Catilinæ. Item L. Piſo ininicus Ciceronis, homo omniſus vitiis infamis. *Cic.* 1. *nat. Deor. de clar. Orat.* & *poſt redit. in Sen.* Piſonum etiam familia plebeja fuit, in qui natus eſt L. Piſo Orator, qui Tribunus plebis legem primus de pecuniis reperundis Cenſorino, & Manilio Coſſ. tulit. *Cic. in Brut. c.* 27.

Piſoniánus, a, um, adj. ad Piſones pertinens, ut Piſonianum vitium, h. e. nimia loquendi libido, qua L. Piſo laborasſe fertur. *Hieronym. ad Oceau. ep.* 83.

Piſtaſpháltus, i, m. *paſtaſſalto, marzapane*, πιστασφάλτος, pix mixta bitumini, quæ in Apolloniatarum agro reperitur. *Plin. l.* 24. *c.* 7.

Piſtácium, i, n. πιστάκιον, hoc eſt oleum piceum, a πίσσα, pix, & Ἔλαιον, oleum. Ita appellatur oleum factum ex ſucco, ſeu pice cedrina, ut *Plin.* docet *lib.* 23. *cap.* 5. item ex cedriis malis, ut idem tradit *lib.* 5. *cap.* 7. ubi alii pro *piſſinum* legunt *cedrelaon*, hoc eſt cedri oleum, κεδρέλαιον. Sed *Harduin.* ubique *piſſinum* retinet.

Piſinum oleum eſt, quod e pice fit, a πίσσα, *pix*. *Plin. lib* 15. *cap.* 7. E pice fit quod piſſinum appellant. Ubi quidam editi libri habent *piceinum*; at MSS. omnes *piſſinum*, teſte Harduino. *Id. l.* 23. *cap.* 4. Piſſino oleo uſus ad quadrupedum ſcabiem eſt. ¶ Perperam itaque quidam Lexicographus *piſinum* legit, & a piſo leguminc deduxit.

Piſſoceron, πισσόκηρον, genus melliginis, mixtum ex cera, & pice, ſive gummi, ſive reſina. *Plin. l.* 11. *c.* 7. Prima operis fundamenta comoſin appellant periti, ſecunda piſſoceron, tertia propolin.

Piſtácium, & Piſtaceum, n. 1. *piſtacchio*, לוז, πιστάκιον, nucis genus apud Alexandriam Ægypti, & Berrhœam Syriæ copioſiſſime proveniens. *Pallad. de inſitione, v.* 157. Quin & amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos. *Plin. lib.* 13. *cap.* 5. In nucum genere piſtacea nota. ¶ *Piſtacia, arum*, f. legitur apud eumd. *Pallad. in Februar. tit.* 25. *in fine*.

Piſtána, æ, f. herba ex ulvarum genere. *Plin. l.* 21. *c.* 7.

Piſtia Diana, & Piſtia Ceres legúntur in Inſcriptionib. apud *Reines. claſſ.* 1. *n.* 230. & 232. & videri poſſunt ita cognominatæ a πίστις, *fidelis, fidus*, ut quemadmodum πίστιος apud Græcos Jovis cognomentum eſt, ita Diana Fidia, Ceres Fidia dici potuerit. Ipſe tamen *Reines.* marmorarii errorem eſſe arbitratur, & unibique *Fiſica* fuiſſe ſcribendum. V. *eumd. ib.* ad Inſcriptionem XVIII.

Piſtillum, li, n. *peſtello*, עלי, Germ. *morſelſtossel*, Gal. *pilon*, Hiſ. *mexadero*, ὑπέρεις, inſtrumentum, quo in mortario quippiam tunditur, a ſup. *piſtum* verbi *pinſo*. *Colum. l.* 12. *c.* 55. Aut bene emundatum conficito, & piſtillis conterito.

Piſtillus, i, m. idem ac piſtillum. *Auſſ. Moreti, v.* 111. Sed gravior lentos ibat piſtillus in orbes.

Piſto, as, a. 1. *peſtare*, pinſo. *Veget. de re Veterin. c.* 32. *l.* 1. In pila lignea piſtabis, cernefque ſubtiliter.

Piſtolochia, πισολοχία, herba, genus Ariſtolochiæ, denſis radicis capillamentis. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

Piſtor, oris, m. σιτοποιός, אופה, qui ante inventum molarum uſum frumentum in pila contundebat, a *pinſendo*. Piſtor autem antiquitus idem, qui coquus, teſte *Feſto*. *Varro* apud *Non. c.* 2. *n.* 643. Nec piſtorem ullum noſſent, niſi eum, qui in piſtrino pinſeret farinam. *Id. l.* 1. *de vita P. R.* Nec piſtoris nomen erat, niſi ejus, qui far pinſebat. ¶ Inventis molis dici cœpit de eo, qui farinam ſubigit, panemque conficit, *piſtore, fornajo*, ἀρτοκόπος. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum uſque bellum, annis ab Urbe condita ſuper quingentos octoginta. *Suet. in Cæſ. c.* 48. Ut piſtorem alium, quam ſibi, panem convivis ſubjicientem compedibus vinxerit.

Piſtoricus, a, um, idem ac piſtorius. *Ulp. l. ſervos autem ſuos, ff. de leg.* 3. Sed quorum operas locabat vel piſtoricas, vel hiſtrionicas. Alii legunt *piſtorias*.

Piſtorienſes milites dicuntur a *Plauto* jocoſe, & ambigue, *Captiv.* 1. 2. 57. poſſunt enim intelligi, ut ſint e Piſtorio oppido, & ut ſtrenui ſint in arte piſtoria, h. e. in pane, & frugibus conſumendis. Verba ſunt: Opus eſt militibus piſtorienſibus, opus paniceis, placentinis, turdetanis, ficedulenſibus.

Piſtorium, n. 2. *Piſtoja*, Urbs Hetruriæ, in agro Florentino, ad Stellam fl. *Plin. lib.* 3. *cap.* 5.

Piſtorius, a, um, *da piſtore*, σιτοποιικός, ἀρτοποιικός, quod ad piſtorem pertinet, ut *Ars piſtoria*, quod fuit nomen generale ad panem, & ad omnia delicatiora panis genera, cujuſmodi erant, quas placentas, & mazas appellabant. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Ad operis piſtorii genera tranſeunte cura. Adde *Celſ. l.* 2. *c.* 18.

Piſtríger, *vel* Priſtíger, a, um, adject. a Piſtris. *Sidon. lib.* 4. *ep.* 8. *in carm.* Piſtrigero quæ concha vehit Tritone Citheren.

Piſtrilla, æ, f. mola truſatilis, quæ manibus verſatur. *Ter. Adelph.* 4. 2. 45. Apud ipſum lacum eſt piſtrilla, & ex advorſum eſt fabrica.

Piſtrina, æ, f. idem ac piſtrinum. *Plin. l.* 18. *c.* 9. E ſiligine laudatiſſimus panis, piſtrinaſque opera laudatiſſima.

Piſtrinalis, le, adj. ad piſtrinum pertinens, piſtrinenſis. Piſtrinales fues dicuntur, quæ in piſtrino alantur furfuribus, & farina. *Col. l.* 7. *cap.* 9. *R. R. de ſuibus*. Si regio temperata eſt, glabrum pecus, vel etiam piſtrinale album poteſt paſci. Huc facit illud *Plauti Capt.* 4. 2. 27. Piſtores ſcrophipaſci, qui aiunt furfure ſues, quarum odore præterire nemo piſtrinum poteſt. Quidam in verbis *Colum.* legunt *priſtinale*, ſed non facile confirmant.

Piſtrinarius, ii, m. qui piſtrinum exercet. *Ulpian. lib.* 1. *Dig. Depoſiti*. Actionem eſſe adverſus piſtrinarium.

Piſtrinenſis, ſe, o. 3. μυλίκιος, quod ad drſtrinum pertinet. *Sueton. in Calig. c.* 39. Comprehenſis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & piſtrinenſibus jumentis.

Piſtrinum, ni, n. *piſtrino, moline*, בית ריחים, μύλων, locus, in quo frumentum, & aliæ fruges ante molarum truſatilium inventionem in pilis conterebantur; item poſt molas inventas omnis locus, in quo fruges molis circumactis, opera jumentorum, vel ſervorum, vel impulſu aquæ, aut venti, comminuuntur, a *pinſendo*. *Ter. Andr.* 1. 2. 28. Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam uſque ad necem. *Cic.* 1. *de Or. cap.* 11. Oratorem in judicia, tamquam in aliquod piſtrinum, detrudi, & compingi videbam. *Suet. in Aug. c.* 4. Exercere piſtrinum, n. ſ. artem piſtoriam. ¶ Tranſlate pro quovis operoſo loco, vel labore accipitur. *Cic.* 2. *de Or. c.* 33. Tibi mecum exit, Craſſe, in eodem piſtrino vivendum.

* Piſtrinus. V. Priſtinus.

Piſtris V. in dictione ſeq.

Piſtrix, icis, f. *fornaja*, אופה mulier, quæ grana in pila pinſit, vel quæ panem conficit. Nam panis confectio apud Romanos fuit opus præcipue mulierum, teſte *Pl. l.* 18. *c.* 11. *Lucil.* apud *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 31. ¶ Eſt etiam piſtrix, icis, vel piſtris, is, φύσαλος, marina bellua longi corporis, & anguſti. *Flor. l.* 3. *c.* 5. *de quodam nuncio natante*: Videntibus procul, quaſi marina piſtrix, evaſerat. V. *Plin. l.* 9. *c.* 3. & 4. ¶ Item ſidus cæleſte, quod & Cetus dicitur. *Cic. in Arat. v.* 154. Piſtricis ſpinæ valida cum luce refulgent. *Germanicus Cæſar. in Arat. de piſce Notio*. E quibus una magis ſub cauda flamma relucet Squammigeræ Piſtris. *Idem ib. v.* 157. *Auſter Piſtrin agit*. ¶ Eſt etiam Piſtris nomen navis in formam marinæ piſtris efformatæ, quæ & Priſtis dicitur per Metathelin. *Virg.* 5. *Æn. v.* 116. Velocem Mneſtheus agit acri remige piſtrim. *Liv. l.* 35. *c.* 26. Tres tectas naves, & lembos, piſtreſque.

Piſtúra, æ, f. σιτοποΐα, ἀρτοποΐα, ars pinſendi, ideſt hordea, & frumenta conterendi. *Plin. l.* 18. *c.* 10. piſtura non omnium facilis. *Et paulo poſt*. Variam piſturarum rationem habent.

Piſtus, a, um, *peſtato, peſto*, partic. a pinſor, *Plin. lib.* 18. *c.* 10. Si piſtæ ferantur. ¶ *Feſtus*. Piſtum pro politum antiqui frequentius uſurpabant.

Piſum, i, n. *piſello*, פרשׁ, πισός, genus leguminis, cujus caules ſparguntur in terram, niſi habeant adminicula. *Pl. l.* 18. *c.* 12. Piſum in apricis ſeri debet frigorum impatientiſſimum.

Pithaules, is, πιθαύλης, qui pulſat quodlam tibiæ genus in modum dolii factum, a πίθος, *dolium*, & αὐλός, *tibia*. *Senec. ep.* 76. Hoc ingenii ſtudio quis ſit pithaules bonus, judicatum. *Tapſe in Cybrina, c.* 19. Centum choraulas, etiam pitha

inſcripſionibus non ſemel reperitur, ut apud *Grut. pag. 369. n. 5.* Patri pientiſſimo & *pag. 636. n. 7.* Fratri optimo pientiſſimo.

Pix, icis, f. *pyx*, נֹפֶת, כֹּפֶר, *Gefirneth*, Gal. *poix*, Hiſ. *pex*, πίτυξ, fluxus combuſtæ in ſæda ſua reſinæ, ut definit *Ruellius*. Differt a *reſina*. Nam eſt liquor craſſus ex arboribus fluens, & ſæpe ſua ſponte ſiccatus ad ſolem, *pix* eſt, quæ fit ex arboribus reſinis ad ignem decoctis, idque ad navium, & aliarum mulrarum rerum uſum. *Pl. l. 23. c. 1.* Sed & picem meminiſſe debemus non aliud eſſe, quam combuſtæ reſinæ fluxum. *Id. l. 14. c. 20.* Craſſiorem vero, & ad pices faciendas cedrus. *Gn. hiſt. l. 2. c. 7.* Cœlum pice nigrius. ¶ Eſt etiam pix inter tormenta ſervorum. *Luer. l. 3. v. 1030.* Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ. Adde *Plaut. Capt. 3. 4. 65.*

Pixacanthum, *ſeu* piſſacanthum, n. a. πυξάκανθον, ſpinæ ſpecies, al. chironium. *Pl. l. 24. c. 13.* Pixacanthi bacca contra ſerpentium ictus bibuntur.

P A N T E L.

Placabilis, le, o. 3. *placabile*, מוֹחֲלֵת, ἱλάσκος, qui facile placatur, propitiabilis, *Cic. Acrſ. l. 1. ep. 17.* Animi placabiles. *Id. Ver. 4. c. 38.* Omnia placabiliora, quam animum Prætoris. ¶ Item qui facile placat. *Lactant. epitom. Inſtit. c. 6.* Sacrificium placabile, & *c. 28.* Placabiliores ſuoſtiæ. Videtur etiam *Terentius* hoc ſenſu uſurpaſſe, cum inquit *Adelph. 4. 3. in fin.* Quapropter te ipſum purgare ipſi coram, placabilis eſt, *h. e.* magis inſervit ad placendum.

Placabilitas, atis, f. רָצוֹן, τὸ ἱλάσκεσθαι, lenitas, manſuetudo. *Cic. 1. Off. c. 25.* Nihil enim laudabilius, nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia.

Placabiliter, adv. placate. *Gell. l. 7. c. 3.* Judices conciliandos eſſe laudabiliter, ac placabiliter.

Placamen, inis, n. idem ac placamentum. *Liv. l. 7. c. 2.* Fuit quoque ſcenici, nova res bellicoſo populo, inter alia cæleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur.

Placamentum, ti, n. *placamento, pace*, id, quo quis placatur. *Pl. l. 2. c. 7.* Hoc veluti placamento terræ blanduntur. *Tac. l. 15. Ann. c. 44.* Non largitionibus Principis, non Deum placamentis decedebat infamia.

Placate, adv. *pacificamente*, ἀκρατέως, quiete, ſine turbate. *Cic. l. 6. Fam. ep. 1.* Omnia humana placate, & humane feramus, & *ep. 13.* Sed hoc ipſum intelligamus, cum quotidie remiſſius, & placatius ferre.

Placatio, onis, f. ἱλάσκομαι, נִחוּם, נִצָּרוֹן, mitigatio, pacificatio. *Cic. 4 Tuſc. c. 28.* Sed omnis ejuſmodi perturbatio animi placatione abluatur. Adde *3. nat. Deor. c. 2.*

Placatorius, a, um, ad placandum pertinens. *Tertul. de patient. cap. 13.* Hoſtia placatoria.

Placatus, a, um, *placato, quieto, mite*, מְכֻמָּר, רָצוּי, ἱλάσκεσθαι, ἥμερος, lenitus. *Cic. 3. Catil. c. 8.* Niſi Dii immortales omni ratione placati ſuo numine prope ſtra ipſa flexiſſent. *Pl. l. 12. c. 18.* Imo vero, ut palam eſt, placatiores. *Cic. 2. Tuſc. c. 41.* Qui nonnunquam etiam ſine vitiis ſomniorum placatiſſimam quietem affert.

Placendus, a, um, *che deve piacere*, partic. a placeo. *Plaut. Trin. 5. 2. 25.* Si illa tibi placet, placenda dos quoque eſt, quam dat tibi.

* **Placens**, entis, *caro, dilecto*, placitus, ut Placens uxor. *Horat. l. 2. od. 14. v. 21.*

Placenta, æ, *focaccia*, קֻלָּה, עֻגָה, Ger. *ein kuch, leb kuch, fladen*, Gall. *gâteau, fouraeau*, Hiſ. *toria*, πλακοῦς, panis, ſive cibi genus, quod circa fermentum in furno coqui conſuevit, ex farina fere conſtans ſiliginea, caſeo, & melle adjecto. *Hor. l. 1. ep. 10. v. 11.* Pane ego, jam mollitis potiore placentis.

Placentæa, æ, *placenteria*, ἀρέσκεια, ſtudium nimium ubique & omnibus placendi. *Apul. Dogm. Plat. l. 2.* Ad placentiam flecti.

Placen Yi, æ, f. *Piacenza*, Πλακεντία, urbs Galliæ Togatæ, &Ciſpadanæ, colonia Romanorum, ampla, cum arce probe munita, circa finem Æmiliæ, apud Padum *M. Silius l. 8. v. 594.* Certavit Mutinæ quaſſata Placentia bello.

Placentinus, a, um, πλακεντῖνος, quod ad Placentiam ſpectat. *Cic. in Brut. cap. 46.* Ego memini T. Tincam Placentinum, hominem facetiſſimum. Adde *Ver. 7. c. 33.* ¶ Placentini milites ambigue dicuntur a *Plauto*, vel Placentiæ incolæ, vel placentarum ſtudioſi. V. *Feſtus in verſus*, ubi veſtra Plauti rerulimus.

Placeo, es, cui, citum, n. 2. *piacere*, רָצָה טוֹב בְּעֵינַיִם, Germ. *gefallen, gelieben*, Gal. *plaire, agréer*, Hiſ. *plaſer, agréer*, χαρίζομαι, gratus ſum, arrideo. *Cic. 2. de Or. c. 9.* Ego enim nunquam mihi minus, quam heſterno die, placui. *Id. ad Q. Fr.* Suſpicabar placiturum tibi eſſe libtum meum. *Ovid. ep. 6.* Facie placere. ¶ Placere ſibi, *complacerſi*, efferri, gloriari, confidere. *Quinctil.* Placeas, licet, tibi opum tuarum fiducia dives. Particip. *placendus* V. ſuo loco. ¶ Sæpe uſurpatur impersonaliter.

Placet, ebat, cuit, vel placitum eſt, *piacere, parere*, יָשַׁר טוֹב בְּעֵינַיִם, δόξαι, δοκεῖν. *Cic. pro Dom.* Ut populo de Cypro Rege placeret, de exulibus Byzantiis diſplicerent? ¶ Sæpe ponitur pro videri, eſſe alicujus opinionis. *Cic. 1. de Div.* Ut doctiſſimis, ſapientiſſimiſque placuit. *Id. l. 1. Fam ep. 2.* Itaque poſtridie placuit, ut breviter ſententias diceremus. *D. Brutus l. 11. Fam. ep. 1.* Placitum eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam mihi reliquiſque noſtris. ¶ Hinc in placitis, & tractus publicis ſenatus, vel aliorum Magiſtratuum fere ſemper hoc verbo utebantur, ut apud *Cic. Ver. c. 39.* Cum Stheniis abſens reus factus eſſet, de abſente nullum fieri judicium placere; ſi quod eſſet factum, id ratum eſſe non placere. ¶ Placitum eſt, placuit. *Tacit. 6. Ann. c. 7.* Placitum, eamdem pœnam irrogari. ¶ *Res mea mihi placent*, ſuccedunt, proſpere fluunt, *mi van bene. Liv. lib. 33. c. 31.* Antiochum transgreſſurum in Europam, cum primum ei res ſuæ placuiſſent, non duſitabant.

* **Placibilis**, le, placens, gratus. *Tert. de reſ. car. c. 43.*

Placida, æ, V. *Bareplacida*.

Placide, adverb. *placidamente*, ἡσύχως, ἡμέρως, quiete, ſine tumultu. *Cicer. 4. Verr.* Prætoris injurias tacite, hoſpitis placide ferendas arbitrabatur. *Id. in Orat. cap. 27.* Placide, ſedateque loqui. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 14.* Placide ire. *Salluſt. in Catil. c. 40.* Plebem placidius tractare. *Plaut. Bacch. 4. 7. 35.* Placide oſtium aperire, *pian piano*.

Placidianus, *vel* Placideianus, i, præſtantiſſimus ſui temporis gladiator, cujus meminere *Cic. Tuſc. 4. c. 21. Hor. l. 2. ſat. 7. & Lucil. apud Non. c. 4. n. 62.*

Placiditas, atis, f. עֲנָוָה, ἐκμέτριος, lenitas. *Varr. l. 2. de R. R. c. 1.* Et propter utriſtitatem, & propter placiditatem. *Gell. l. 3. c. 21. ex comment. Servilii Claudii.* Nerio dictum quaſi Neirio, hoc eſt ſine ira, cum placiditate.

Placidulus, a, um, adj. dimin. a placidus. *Anſon. in Parental.* 27. Cinis placidula.

Placidus, a, um, *piacevole*, נַחַת דּוֹרוֹת, עָנָו, שָׁלֵו, Germ. *ſtill, freidſam*, Gal. *paiſible*, Hiſ. *blando, plazentero*, πρᾶος, ἄμυθος, ſedatus, placatus, tranquillus, lenis, quietus, mitis. Differt a clemente, quia, teſte Donato, clemens eſt circa ſcelerum agentes, placidus etiam circa delinquentes, clemens animo, placidus vultu. *Ter. Adelph. 5. 4. 9.* Ille ſemper egit ſuam vitam in otio, in convivii, clemens, placidus. *Cic. pro Cæc. 5. 16.* Ita cum placidum, mollemque reddidi. *Id. ad de Orat. c. 43.* Non ſemper fortis oratio quæritur, ſed ſæpe placida, ſummiſſa, lenis. *Idem 5. Tuſcul. c. 16.* Semper in ejus animo placidiſſimam pacem eſſe. ¶ Arbor placida eſt, cui ſylveſtris opponitur. *Plin. lib. 16. cap. 5.* Præterea ſunt aliquæ ſylveſtres, aliæ placidiores, quæ cultu obtinent. ¶ Cœlum placidum, ſerenum notat. *Sil. lib. 12. v. 667.* Nec placido commota tonitrua cœlo. ¶ Dies placidus, tranquillus; & ſereous dicitur. *Plin. epiſt. 101.* Accipit ab hoc auras quam libet ſereno, & placido die.

* **Placifer**, V. Pacifer.

Placitis, idis, f. cadmiæ ſpecies. *Pl. l. 34. c. 10.*

Placito, as, n. 1. freq. a *placeo*. *Plaut. Bacch. 4. 10. 10.* Neque placitant mores.

Placitum, ti, ſubſt. n. *decreto, ſpreto, ἀρεσκόμενον*, decretum, a *placet, ebat*, qua notat cenſere, opinari. *Pl. l. 29. c. 1.* Delentem cunctorum majorum placita. *Id. l. 14. c. 22.* Medicorum placitis novitate aliqua ſe ſe commendantium.

Placitus, a, um, *piaceinto*, ἀρεσκόμενος, quod placuit, part. a *placeo*. *Ter. in prol. Hec.* Ubi ſunt cognitæ, placitæ ſunt. *Id. ibid.* Quæ vobis placita conditio eſt, datur. *Ov. Heroid. ep. 18. v. 98.* Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

Placo, as, avi, atum, a. 1. *placare, pacificare*, נִכֵּר, πράϋνω, ἀρίσκομαι, ſedo, mitigo, placidum facio. *Cic. 2. Catil. c. 2.* Quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non tam alcifci ſtudeo, quam ſanare, & ipſos placare Reipubliçæ. *Idem de Aruſp. reſp. c. ult.* Noſtræ nobis ſunt inter nos iræ, diſcordiæque placandæ. *Idem Fam. 13. ep. 1.* Placare ſibi aliquem. ¶ Translate *Hor. l. 1. ſat. 8.* Eſca placat iratum ventrem.

Plaga, æ, f. *piaga, percoſſa*, מַכָּה, נֶגַע, πληγή, ictus, percuſſio, vulnus. *Celſ. lib. 8. cap. 4.* Plagam, ſi ex vulnere eſt, talem neceſſe eſt habeamus, qualem acceperimus, *piaga, che viene da ferita. Cic. pro Flac. c. 27.* Utrum noſtrum eſt, an veſtrum hoc proverbium: Phrygem plagis fieri ſolere meliorem? ¶ Ponitur & pro inciſione arboris. *Pl. l. 12. c. 25.* Succus a plaga manat. ¶ Translate accipitur pro damno, calamitate, exitio. *Cic. pro Sext. c. 19.* Ac non ſenibus illa plaga mihi infanabilis illa mortifera, quam Reip. impoſuiſſet. *Id. pro Mur. c. 23.* Atque omnibus illa plaga eſt injecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. *Id. in Or. c. 68.* Sic oratio nec plagam gravem facit, niſi petitio fuerit apta.

Plaga, æ, f. *clima*, מְקוֹם, תֵּבֵל אֶרֶץ, מְצָרִים, κλίμα, χώρα, ſpatium amplum cœli, vel terræ, quod etiam dicitur tractus, a πλατὺ æquor, *planities. Virg. 7. Æn. v. 227.* plaga Solis iniqui. *Cic. 2. de Div. c. 13.* Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat, cœli ſcrutantur plagas. ¶ Interdum etiam ſignificat retis genus, ideſt rete rarum ad capiendas feras, vel funem, quo retia tenduntur, & uſurpatur fere in num. plur. *Virg. 4. Æn. v. 131.* Retia rara plagæ, lato venabula ferro. Ubi *Servius* ſcribit, plagas proprie illos funes dici, quibus retia tenduntur circa imam, & ſummam partem. ¶ Hinc incidere in plagas, translate pro incidere in periculum. *C. 7. Ver. c. 58.* Si mehercules ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi, ac ratione explicaris, in illas tibi majores plagas incidendum eſt. ¶ Præterea plaga, *Nonio* teſte *c. 4. n. 161.* accipitur pro torali, ſeu lecticaria, ſeu lecticaria ſtodone, ideſt pro grandi lecti tegmine linteo, & candido. *Varro ibid.* Eburneis lectis, & plagis ſigillatis. ¶ Item pro parte veſtis, quæ aliter *clavus* vocatur. *Pacuvius, Atalanta.* Et ſimitu pictæ plagæ pallam. Ita enim legendum apud *Nonium*, ut in Notis ad fragmenta veterum *Voſſius* obſervavit.

Plagiarius, ii, m. ἀνδραποδιστής, qui plagii crimine tenetur. *Cicer. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 2. c. 2.* Licinium plagiarium cum ſuo pullo Milvino tribura exigere. ¶ Per ſynecdochen hæc vox etiam ad librorum fures extenditur. *Mart. l. 1. ep. 53.* Impones plagiario pudorem.

Plagiator, oris, m. idem qui plagiarius. *Tert. l. 1. adv. Marc. c. 23.*

Plagiger, ra, rum, πληγοφόρος, qui plagas gerit, qui gentius eſt ad plagas ferendas, *Plaut. Pſeud. 1. 2. 20.* Plagigera genera hominum.

Plagigerulus, a, um, idem ac plagiger. *Plaut. Moſtel. 4. 1. 19.* Peculii ſui prodigi, plagigeruli.

Plagiopiippus, i, m. vox ficta ad ſignificandum eum qui plagas infert: vel (ſi malis dicere a *plagium*) eum qui furtis delectarur. *Auct. ad Herenn. lib. 4. cap. 32.* pronominario eſt, quæ cognomine quodam extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt, ut ſi quis de adverſario dicat: Videte, judices, quemadmodum me plagioſiſppus iſte tractarit. *Turneb. l. 20. c. 25.* ex conjectura lectionem mutare conatur.

Plagipatida, æ, com. qui plagas patitur. *Plaut. Capt. 3. 1. 12.* Nihil morantur jam Lacones ini ſtibilis viros plagipatidas.

Plagium, ii, n. ἀνδραποδισμός, גְּנֵבַת אָדָם, crimen illud, quo quis hominem, quem ſciv liberum eſſe, emit; & pro ſervo tenet, vel vendit, item quo alieno mancipio præſidet, ut a domino fugiat, vel ipſum invito, vel inſciente domino celat, vinctum habet, emit, vendit, donat. Eſt a πλάγιος, quod proprie notat obliquum, metaphotice autem pro doloſo ſumitur. *Calliſtrat. l. non ſtatim, ff. ad l. Fabiam, de Plagiariis.* Servos alienos qui ſolicitaverit, aut interceperit, crimine plagii, quod illi intenditur, tenetur, nec ne, facit quæſtionem. ¶ Eſt etiam retis genus. *Gratius in Cyneg. verſ. 24.* Armorum caſſes, plagique exordiar altas.

Plago, as, a. 1. *impiagare*, plagam facio, vulnero. *Aug. l. 21. de Civ. Dei, c. 11.* Servus, qui vejbo aut ictu laceſſivit dominum, vel plagavit.

Plagoſus, a, um, *impiagato*, נָגוּעַ, πληγώδης, plenus plagis. *Apul. l. 9. Metam.* Plagoſum dorſum. ¶ Sumitur etiam active pro eo, qui frequentes, & multas plagas infert. *Horat. lib. 2. epiſt. 1. verſ. 70.* Memini quæ plagoſum mihi parvo Orbilium dictare.

Plagula, æ, f. breve pallium, veſtimentum, aut velum textile, linteum. *Suet. Tito c. 10.* Lectice dimoris plagulis. *Liv. l. 39. c. 6.* Inde primum lectos æratos, veſtem ſtraguiam pretioſam, plagulas, & alia textilia, &c. ¶ Item byblus, ſeu papyri philyra. *Pl. l. 13. c. 11.* Premitur deinde præſis, & ſiccantur Sole plagulæ, atque inter ſe jungunt.

Plaguſa, f. t. genus piſcis, a πλάγιος, *obliquus*, quia oblique incedit, ideſt, non verſus caput, ſed in latera. *Plaut. in Rud. 2. 1. 9.* Muſculos, plaguſas, ſtriatas. Al. aliter leg.

Planarátrum, i, n. aratrum cum duabus rotis, a Gallis primo inventum. *Plin. lib. 18. cap. 18.* ubi Harduinus mavult legere *plaustrarratrum*, compoſita voce ex *plaustro*, & *aro*, *as*.

Planaria, f. t. *Planara*, inſ. parva maris Ligutici, inter Caprariam, & Corſicam. *Pl. l. 3. c. 6.* dictam ſcribit a *planicie*, quod æqualis freto ſit, ideoque navigiis fallax. ¶ Planaria item, una ex inſulis Fortunatis. *Pl. l. 6. c. 32.*

Planarius, a, um, adj. qui in plano ſit, ut planarius conſictus, apud *Ammian. l. 19. c. 5.* Planaria interpellatio, *l. 4. Cod. de dilat.* h. e. compellatio Magiſtratus, quæ ſit de plano, h. e. antequam in tribunal aſcendat.

Planca, æ, f. πλαξ, tabula plana, vel complanata. *Feſt. Plin. l. 8. c. 41.* Nec pontes aſini tranſeant per rariratem plancarum translucentibus fluviis. Aliqui legunt, *per rariratem eorum. Pallad. l. 1. tit. 21.* Plancæ roborcæ ſupponantur ſtationibus equorum cum ſtramine.

Plancianus, a, um, adj. a Planço nom. proprio, ut Plancianum Senatuſconſultum, *l. 1. Dig. de l. ag. oſc.*

Planctus, us, m. *percuſſa*, מַכָּה, κοπετός, percuſſio, a *plango*, quod proprie notat verberare. *Lucan. l. 2. v. 24.* Exigit ad ſævos famularum brachia planctus. ¶ Specialim fumitur pro ſtetu, & lamentatione cum pectoris percuſſione, *piange*, ὄρκισος. *Senec. in Here. Oet. v. 1545.* Planctus immenſas reſonet per urbes.

Plancus, a, um, πλάγκος, qui ſupra modum planis pedibus eſt, ideſt, qui pedes imos graciles, planoſque æqualiter habet; qui alrter *plarus*, & *planus* dicitur. *Plin. l. 11. c. 45.* Vola hominí tantum, exceptis quibuſdam. Namque & hinc cognomina inventa Plauti, Planci, &c. ¶ Eſt præterea plancus, i, aquilæ genus. *Id. l. 30. c. 3.*

Plancus, m. 2. Romanus quidam, cujus extant epiſtolæ inculenter ſcriptæ inter *Cic. Fam.* Hic, teſte *Euſebio*, cum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit, quæ urbs Senecæ temporibus deflagravit incendio.

Plane, adverb *apertamente, pianamente, chiaramente*, בְּאֹר הַשֶּׁמֶשׁ, בַּל, φανερῶς, πρόδηλος, aperte, manifeſte. *Cicer. 6. Phil. cap. 6.* Plane; & Latine loqui. *Idem 1. de Orat. cap. 61.* Nemo planius eo locutus. *Idem 2. Div. cap. 46.* De moſthenem ſcribit Phalereus, cum *rho* dicere nequiret, exercitatione feciſſe, ut planiſſime diceret. ¶ Significat etiam omnino, penitus, *realmente, affatto*. *Id. 14. Fam. ep. 4.* Non videbor mihi plane periiſſe. *Id. de clar. Or. c. 21.* Perfecte plaçhequc eruditus. ¶ Item certo, *certamente, ſicuramente. Ter. Heaut. 5. 1.* Qui alia tanç plane ſcias.

Planeta, æ, m. *pianeta*, כּוֹכָב, Ger. *planet, ſchweiffender ſtern*, Gal. *planete*, Hiſp. *planeta*, πλανήτης, fidus errans, a πλανάομαι, *erro, vagor*. Ita autem planetæ vocantur, non quia errent re vera, ſed quia errare videantur, idque idcirco, quia non alio, atque alio ab octavi cæli ſtellis diſtent intervallo, cum idem ſemper ſpatium ſervent fidera firmamenti, utpote orbis ejuſdem ſtellæ, atque partes. *Cic. 1. & de nat. Deor.* ¶ Planetæ ſeptem ſunt. Saturnus ſummum locum obtinet, proximum, Jupiter, tertium Mars, quem deinde Sol ſubſequitur, Solem Venus, ſub Venere Mercurius ſitus eſt, Luna ultimum, terriſque proximum, eumdemque minimum orbem poſſidet. *Cicer. 2. de natur. Deor. & in Somn. Scipion. cap. 4.* ¶ In plurali num. *planetes*, pro *planetæ. Gel. l. 14. cap. 1.* Ut alii planetes pari poteſtate eſſent. ¶ De genere hujus nominis V. dicta in *Cometes*.

Planetarius, ii, m. *oſſervator de' Pianeti*, aſtrologo, aſtrologus. *Aug. l. 4. Conſe. c. 3.* Illos planetarios, quos mathematicos vocant, conſulere non deſiſtebam. Al. rectius leg. *planos*. Adde *Serv. ad Æn. 3. v. 284.*

Planericus, a, um, adject. ad planetam pertinens. *Sidon. l. 8. ep. 11.* Planeticorum ſederum globus.

Plango, is, xi, ctum, a. 3. *percuotere*, תָּקַע, κόπτομαι, proprie eſt verberare, ab antiquo *plago*. Plago autem fuit a πλαγή, quod Doricum pro πληγή, *percuſſio. Lucr. l. 2. v. 1153.* Nec mare, nec fluctus plangentes faxa crearunt. *Mar. Mer. v. 584.* Plangere nuda meis conabar pectora palmis. ¶ Significat etiam lugere cum clamore, & pectus, aut caput præ dolore percutere. *Stat. 11. Theb. v. 117.* Plangunt ſua damna coloni. ¶ *Virg. 1. Georg. v. 334.* Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt, *h. e.* reſonant.

Plangor, oris, m. κοπετός, ictus, percuſſio. *Catul. Arg. 59.* Leviterque ſonant plangore cachinni. ¶ Ponitur quandoque pro ſtetu cum pectoris percuſſione, aut alio doloris ſigno. *Cic. in Or. c. 38.* Plangore, & lamentatione complenemus forum.

Plangunçula, æ, f. puſilla pupa, a πλάττγω, quod pupam notat. Unde *Scholiaſtes Callimachi* ἐπίγειον πάϊγνιον ὑμφίμ, ceream nymphan. *Cic. Ast. l. 1. ep. 8.* Tulliola, deliciæ noſtræ, tuam plangunculam flagitat. Alii leg. *tuum manuſculum*. *Id. ib. l. 6. ep. 1.* Inventæ ſunt quinque plangunculæ matronarum. Al. leg. *lagunculæ*.

Planiloquus, a, um, qui & plane, & libere dicit, quod ſentit. *Plaut. True. 4. 4. 11.* Planiloqua eſt, paucis ut rem ipſam attigit.

Planipedes mimi dicti ſunt, qui nudis pedibus in ſcenam introibant, ad differentiam comœdorum, qui ſocis, & tragœdorum, qui cothurnis induti pedes agebant. *Feſtus*. Vel quia non in ſuggeſtu ſcenæ, ſed in plano orcheſtræ actitabant. *Diomed. lib. 3. pag. 487. Puſch. Atra* apud *eumd. ibid.* Daturin' eſtis aurum? exultat planipes.

Planipedius, a, um, adj. humilis, ut planipedia Comœdia apud *Donat. in fragm. de Comed. & Trag. V. Planipes*.

Planitas, atis, f. *chiarezza*, ſermonis perſpicuitas, ſimplicitaſve. *Auctor. dial. de orator. c. 23.* Sententiarum planitas.

Planitia, æ, f. &

Planities, ei, f. *pianura*, מִישׁוֹר, שְׁדֵמִים, Germ. *ein ebenfeld, boden od. ebne*, Gal. *une plaine, lieu uni, & egal*, Hiſ. *el llano, llanura*, ὁμαλότης, πεδίον, æqualitas loci, locus planus. *Cic. 1. de Div. c. 1.* Principio Aſſyrii propter planitiem magnitudinem regionum, quas incolebant, &c. *Virr. l. 7. c. 3.* Planitiæ coronarum ſunt periculoſæ.

Planitudo, inis, f. idem ac planities. *Col. l. 4. c. 30.* Perticæ cacuminum modicæ planitudinis.

Planſtus, adv. idem ac plane. *Tert. de Pal. c. 4.* Quo planitus adeantur.

Plano, as, avi, planum facio, *appianare*. *Cat. ipſ. l. 2. v. 223.*

Planta, æ, f. *pianta*, נְטִיעָה, Ger. *ein zweyg*, Gal. *plante*, Hiſp. *planta*, φυτόν, φύτευμα, ſtirps, ſurculus, vel germen tum herbæ, tum arboris. *Cic. de Sen. c. 15.* Malleoli, plantæ, farmenta, vites, traduces, propagines nonne ea efficiunt? &c. ¶ Hinc planta ponere, *trapiantare*, contrarium eſt τοῦ ſemine ponere. *Col. lib. 11. c. 3. de ruſt.* Menſe Februario vel planta, vel ſemine teſte ponetur. ¶ Planta item eſt tota pars inferioris pedis, כַּף רֶגֶל, πρόβς, πέλμα, *la pianta del piede. Virg. 11. Æn. v. 718.* Pernices plantæ, *Ov. 2. Met.* Ut terſis nitçant talaria plantis. *Plaut. Caſ. 4. 4. 20.* Inſtitit plantam, h. e. pedem pede preſſit.

Plantago, inis, f. *piantaggine*, ἀρνόγλωσσον, genus herbæ, a *planca*, quia plantæ pedum ſimilis eſt. *Pl. l. 25. c. 8.* Celebrayit & Themiſon medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam invenror.

Plantâris, & re, o. 3. πεζομαχικός, quod ad plantam pedis ſpectat. *Stat. l. 1. Thel. v. 304.* Summa pedum proprie plantaribus affigat alis. ¶ *Juven. ſat. 13. v. 123.* ſubſtantivum facit. Non Epirum ſuſcipit exigui lætum plantaribus horti, *h. e.* oleribus.

Plantarium, ii, n. עוּרְכָה, φυτώριον, locus plantarum, ſeminarium. *Pl. l. 13. c. 4. de palmis*. Ego plantaria inſtituunt, anniculaſque transferunt, & iterum bimas. ¶ Sumitur etiam pro ipſa planta in terra nata, teſte *Servio*, quæ cum radice transfertur de uno loco in alium. *Virg. 2. Georg. v. 27.* Et viva ſua plantaria terra. ¶ Translate *Pers. ſat. 4. v. 19.* Quinque pælæſtritæ, licet hæc plantaria vellant, hoc eſt pilos in corpore. ¶ Plantaria Perſei ſunt alæ, quæ Perſei pedibus affixæ a Poetis fingunrur. *Valer. Flac. l. 1. v. 67.*

Plantarius, a, um, φυτώλιος, quod plantari debet, feu quod eſt aptum, ut plantetur. *Col. l. 5. c. 9.* Antequam plantarias arbuſculas effodias ſolo.

Plantatio, onis, f. *Piantagione, piantamento*, φύτευσις, actus plantandi, *Pl. l. 21. c. 4.* Ipſaque plantatione proficiuntur.

Plantator, oris, qui plantat, apud *Auguſtin. ep. 89.* (al. 157.) *c. 20.*

Plantiger, ra, rum, φυτοφόρος, plantas gerens, vel ex ſe pullulando emittens. *Pl. l. 13. c. 8.* Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

Planto, as, avi, atum, n. 1. *piantare*, נָטַע, שָׁתַל, φυτεύω, eſt herbas terræ mandare, vel arbores, aut partem arborum in terra figere, vel alteri arbori inſerere. *Pl. l. 17. c. 20.* Hoc modo plantantur punicæ. ¶ Differt a *ſero*. Seruntur enim ſemina, plantantur germina ex ſeminibus nata. *Pallad. in Mart. tit. 5.* Nunc ſinapis, & caules optime ſeruntur, vel plantantur.

Planus, ſubſt. m. *ingannatore*, תַּרְמִית, מַכְשֵׁלָה, πλάνος, ſycophanta, ſeductor, impoſtor, a græca voce allata. *Cic. pro Cluent. c. 26.* Hic ille planus improbiſſimus. *Horat. l. 1. ep. 17. v. 49.* Nec ſemel iriſus trivii attollere curat Fracto crure planum. Quo in loco *Acron* annotavit, *Planum* nomen eſſe notiſſimi fui temporis impoſtoris, qui, ut in vehicula tolleretur, fingebat, ſe crus fregiſſe; ſed cum poſtea vere crus fregiſſet, rogareteque, ut vehiculo in Urbem reveheretur, non eſt ei creditum. *Petr. in Satyr. c. 82.* Notavit me miles, five ille planus fuit, ſive nocturnus graſſator. *Arnob. l. 2. pag. 66.* Aliiſque inſtitoribus, atque planis.

Planus, a, um, *piano, eguale*, יָשָׁר, Ger. *eben, flach*, Gal. *égual*, Hiſp. *llano*, ὁμαλός, æqualis, in quo nihil eminet. *Cic. de Univ. c. 5.* Quod ſi univerſitatis corpus planum, & æquabile explicaretur. *Ov. 10. Met.* Planitiima campi area. *Id. 3. Tr. ſt. el. 4. v. 17.* Cadere in plano. *Luc. l. 34. c. 29.* Aditus planior erat. ¶ Plani pedis ædificia dicuntur a *Vitruv. l. 6. c. 11.* quæ hypogæa, & concamerationes non habent. ¶ Plani piſces dicuntur, qui ſuperficiem planam, non rotundam habent. *Plin. l. 9. c. 24.* Planorum piſcium alterum eſt genus, quod pro ſpina cartilaginem habet. ¶ *De plano*, vel *e plano* aliquid facere, eſt e ſolo, ſeu e loco humili, nihil a terra aſſurgente, in quo populus ſtat, & ſpeciatim Principe, vel Judice non ſedente. Solent enim Reges, Judices, & hujuſmodi in thronis, vel tribunalibus editioribus ſedere. *Paul. ſt. de Quæſt. l. unic. in fine*. Cuſtodiæ non ſolum pro tribunali, ſed & de plano audiri poſſunt, atque damnari. *Suet. in Tiber. c. 33.* Judicaſque aut e plano, aut e Quæſtoris tribunali admonebat. ¶ *De plano promittere*, eſt facile promittere, & ſine ulla dubitatione, ducta translatione a Prætoribus, qui lites difficiles, atque implicatas e tribunali, faciles de plano dijudicabant. *Lucr. l. 1. v. 411.* Hoc tibi de plano poſſum promittere Memmi. ¶ Translate ponitur pro aperto, & manifeſto, quod quæ plana ſunt, nullam impedimentum habent, quin undique videri poſſint. *Plaut. Perſ. 2. 2. 1.* Satin' hæc tibi ſunt plana, & certa? ¶ *Planum facere*, eſt declarare, & rem difficilem, aut dubiam ſolvere, & ante oculos veris explanando ponere, & patefacere. Translatio ſumpta eſt a loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. *Cic. 2. Ver. c. 14.* Cum planum facere multis teſtibus poſſim.

Plasea, æ, f. pars omenti. *Arnobl. 7.* Plaſea ſiligine, & ſanguine delibuta. Alii interpretantur bovis caudam.

Plaſma, atis, n. יֵצֶר, מַחֲשָׁבָה, πλάσμα, figmentum, opus figlinum, id, quod ex lutu formatum eſt, a πλάσσω, ſeu πλάττω, *formo, fingo*. *Anſon. ep. 10. v. 9.* Si qua ſæpe uſurpat pro homine, qui e luto factus eſt; ut *Cathemer. 7. v. 184.* Emancipator ſervientis plaſmatis. ¶ Eſt item dulcis quædam potio, qua colluebant, os, & fauces, ne caucedine læderentur, qui voci ſtudebant. *Quinctil. l. 1. c. 8. (al. 14.)* Sit lectio virilis, & gravis, non in canticum diſſoluta, nec plaſmate, ut nunc a guttur Colluerís.

Plaſmatio, onis, actus plaſmandi. *Hier. ep. 22. ad Euſtoch. ſect. 38.*

Plaſmator, oris. m. qui plaſmat, *Tert. adv. Jud. c. 2.* Deus hominis plaſmator.

Plaſmo, as, a. 1. fingo, efformo, a πλάσμα, יצר, *figmentum. Tert. adv. Jud. c. 13.* corporis effigiem.

Plaſſo, as, a. 1. πλάσσω, *formo, fingo*. Eſt *Apicii l. 2. c. 1.*

Plaſtes, m. πλάστης, יוֹצֵר, fictor, figulus, qui figulinam artem exercet; qui vaſa, vel ſtatuas ex argilla conficit. *Pl. l. 35. c. 12.* Plaſtæ laudatiſſimi fuere Damophilus, & Gorgalus. *Tert. de Idolol. c. 3.* Plaſtes effingit idolum. Adde *Veller. l. 1. c. 17.*

Plaſticator, oris, m. plaſtes. *Firm. l. 8. c. 16.* Inuratores, plaſticatores.

Plaſtice, es, f. τὸ πλαστικόν, ars figlina, qua ſinguntur imagines ex argilla, a πλάσσω, ſeu πλάττω, *fingo, formo*. *Pl. l. 35. c. 7.* In ea, quam plaſticen Græci vocant.

Plaſticus, a, um, adject. vim fingendi habens, ut plaſtica manus, *Tertul. lib. 1. ad Nation. cap. 12.* Plaſtica ratio. *Vitruv. lib. 1. cap. 1.* h. e. plaſtice. ¶ Plaſtici abſolute iidem qui plaſtæ. *Jul. Firm. c. 1 7. c. 25.* Faciet pictores, plaſticos, aurifices

Platææ, f. t. Πλαταιαί, רַחֲבוֹת עִיר, urbs exc. Bœotiæ, apud Citharonem M. Theſpiis proxima, inter Citharonem, & Thebas. Apud hanc urbem Themiſtocles dux Athenienſium, & Pauſanias dux Spartanorum vicerunt Mardonium ducem Xerxis cæſis trecentis millibus pedirum, & viginti millibus equitum, ideſt univerſis fere copiis Perſarum, quos illi Xerxes in regnum revertens reliquerat. *Cic. 1. Offic. 18. Nepos in Ariſtid. c. 2.*

Platææſis, fe, adject. a Platææ, ut Platæenſes, Platæarum incolæ, *Nepos in Milt. c. 5.* Adde *Juſtin. l. 2. c. 9.*

Platæus, a, um, Platæenſis. *Virr. l. 1. c. 1.* Platæum prælium.

Platalea, æ, f. *palettone*, avis, al. Platea, & Pellecanus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 49.* Legi etiam ſcriptum, eſſe avem quamdam, quæ Platalea nominetur, eam ſibi eibum quærere advolantem ad eas aves, quæ ſe in mare mergerent, quæ cum emerſiſſent, piſcemque cepiſſent, uſque eo premere earum capita m

Plaufus, us, m. *plauſo*, מְחִיאַת כַּף, Germ. *froeckung*, *die klandkloppffen*, Gall. *applaudiſſement*, *frappement des mains*, *en ſigne de joye*, Hiſp. *aplauſo*, κρότημα, actus plaudendi. *Cic. de Sen. c. 18.* Quibus cum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus. *Id. Att. l. 2. ep. 18.* Plauſus impertiri. *Id. 2. Tuſc. cap. 26.* Captare plauſus. ¶ Ponitur aliquando pro ſonora percuſſione, *Plin. de gallinaceis l. 10. c. 21.* Diem venientem nuntiant cantu, ipſum vero cantum plauſu laterum, ideſt alarum concuſſu.

Plauſus, a, um, percuſſus, motus, partic. a plaudor. *Virg. 3. Georg. v. 185.* Et plauſæ ſonitum cervicis amare. *Ovid. 14. Met. v. 576.* Et remos plauſis circumvolat alis.

Plautinus, a, um, adject. ad Plautum pertinens. *Horat. de ar. poet. v. 270.* Plautinos & numeros, & laudavere ſales. *Gell. l. 3. c. 3.* Plautiniſſimi verſus, h. e. abſque dubio auctorem Plautum habentes, non ſuppoſiti. ¶ *Plautina profapia*, proverbium de iis, qui adeo obſcuro genere nati ſunt, ut eorum parentes qui ſint, ignoretur. Nam Plautus ſervili genere fuit, & in piſtrino vitam egit. *Minuc. Felix in Oct. c. 14.*

Plautius, a, um, a Plautio Sylla no, ut Plautia lex apud *Aſcon. in Cic. pro Cornel. in ſ.* V. *Plotia*.

Plautus, a, um, cui aures latæ, ac flaccidæ. *Feſt.* Plauri appellantur canes, quorum aures languidæ ſunt, ac flaccidæ, ut latius videantur patere. ¶ Alteram quoque hæc vox ſignificationem habet. Notat enim eriam eum, qui planis eſt pedibus. *Feſt.* Plori appellati ſunt Umbri, pedibus planis quod eſſent. Unde ſoleas dimidiatas, quibus utuntur in venando, quo planius pedes ponerent, vocant ſemiplocia. Et ab eadem cauſa M. Accius Poeta, quia Umber Sarſinas erat, a pedum planitie, initio Plautus, poſtea Plautus cœptus eſt dici.

Plaurus, m. 2. olim Plorus, cognomen M. Accii Poetæ Umbri Sarſinatis, ita dicti a Πλατύς, *latus*, propter pedum planitiem. Sed Plori, & Plauti communiter omnes Umbri propter eam cauſam cognominati ſunt. *Feſt.* V. *Plautus*, *a*, *um*. Cum propter pauperiem inolam in piſtrino verſaret, horis ſubſecivis, quibus ab eo labore otium erat, fabulas componebat, quas venditaret. *Gell. l. 1. c. 24.* Atque hæ fabulæ illæ ſunt, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. Excelluit linguæ latinæ puritate. Cæteris Comicis præfertur ſententia multorum, præſertim *Varronis*, qui ait: Si Muſæ Latine loquerentur, Plautino ſermone loquerentur. Eſt plenus facetiis, & Latinorum omnium feſtiviſſimus. Mirifice gaudebat Comœdia illa ſua, quæ *Tyndaridis* inſcribitur. Mortuus eſt P. Claudio L. Portio Coſſ. *Cic. in Brut. c. 15.*

Plebecŭla, æ, f. *plebecŭla*, dim. a plebs. *Cic. Att. l. 1 ep. 16.* Quod illa concionalis hirudo ærarii, misera, & jejuna plebecula, me ab hac Magno unice diligi putat.

Plebejus, a, um, *plebeo*, עַל עַם אַרְצוֹ, Ger. *deß gemeinen volcks*, Gal. *vulgaire*, *du menu peuple*, Hiſ. *menudo*, *plebejo*, δημοτικός, quod eſt ex plebe, vel ad plebem ſpectat. *Liv. l. 6. c. 40.* Duos plebejos fieri conſules jiceat, duos patricios non licet. *Id. l. 29. c. 11.* Ludi Romani ter, plebeji ſepties inſtaurati. *Aſcon. in proœm. in Verr.* docet, plebejos ludos fuiſſe, quos exactis zegibus pro recuperata libertate faceruut Romani, vel pro reconciliatione plebis poſt ſeceſſionem in montem Aventinum. ¶ Translate, vel meraleptice ſumitur pro vulgari, humili abjecto. *Cic. 1. Tuſc. c. 23.* Licet concurrant plebeji omnes Philoſophi (ſic enim it qui a Platone, & Socrate, & ab illa familia diſſident, appellandi videntur) non modo &c. *Id. l. 9. Fam. ep. 21.* Nonne plebejo ſermone agere tecum? *Id. pro Sext. c. 3.* Purpura illa plebeja, ac pene fuſca. ¶ Item pro paupere, tenui. *Mart. l. 13. epigr. 8.* Imbue plebejas Cluſinis pulibus ollas. ¶ *Plebeji*, *orum*, tertius Romani populi, infimuſque ordo. *Cic. Fam. 9. ep. 21.* Ad partes cenſeo revertare: plebji quam fuerint importuni, vides. V. *Plebs*.

Plebes, is, f. pro Plebs, is, forteſſe a πλῆθος. *Lucan. l. 7. v. 760.* Capit impia plebes Cæſpite Patricio ſomnos. *Tacit. Ann. 3. c. 2.* Atrata plebes, trabeati equites. Adde *Cic. 3. de Legib. c. 3.* & *Salluſt. in Catil. c. 34.*

Plebicŏla, æ, com. δημοτικός, qui plebem colit, & plebi ſervit. *Cic. pro Sext. c. 52.* Qui, credo, non libidinis cauſa, ſed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. Adde *2. Agrar. c. 31.*

* Plebis. V. Plebes.

Plebiſcitum, n. ψήφισμα, χειροτονία, ſtatutum plebis; ideſt id, quo Plebs ſuo ſuffragio, ſine Patriciis, & Senatoribus, Plebejo Magiſtratu interrogante, e. g. Tribuno, juſſit, a *Plebs*, & *ſciſco*, quod ſignificat decernere. Senatus enim cenſere, & auctor eſſe, Populus ſciſcere, & jubere ſolet. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 5. Cic. pro Domo c. 17.* Hoc Plebiſcitum eſt? hæc lex? hæc rogatio eſt? *Id. 2. Fin. c. 16.* Quo Plebiſcito decreta a Senatu eſt Conſuli quæſtio Cn. Scipioni.

Plebĭtas, atis, f. conditio plebeji, ignobilitas. *Cato* apud *Non. c. 2. n. 619.* Propter teniuitatem, & plebitatem.

Plebs, ebis, f. *Plebe*, עָם, דַּלַּת הָאָרֶץ, Ger. *volck*, *das gemein unachtbar volck*, Gal. *peuple*, Hiſ. *pueplo*, πλῆθος, vulgus, vilior pars populi. Romæ plebs ea civitatis pars erat, quæ a patribus diſtinguebatur, & differt a *populus*, quia populi nomine cives omnes veniebant, ſive patricii eſſent, ſive plebeji. *Capit.* apud *Gell. l. 10. c. 20. Salluſt. orat. 2. ad Cæſ. c. 5.* In duas partes civitatem diviſam arbitror, patres, & plebem. *Liv. l. 2. c. 56.* Huic actioni gratiſſimæ plebi cum ſumma vi reſiſterent patres. ¶ Aliquando populus patricios tanoum notat, plebs vero cæteros cives. *Cic. pro Mur. c. 1.* Ut ea res populo, plebique Romanæ bene atque feliciter eveniret. ¶ Interdum plebs ſignificat infimos homines, pauperiores, & viliores. *Cic. Tuſc. 1. c. 45.* In Hircania plebs publicos alit canes, optimates domeſticos. *Id. pro Mil. c. 23.* Plebs, & infinita multitudo. ¶ Plebs interdum figurate de quocumque infimo cœtu dicitur. *Ovid. in Ibin*, v. 81. Vos quoque plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Lareſque. ¶ De uno tantum. *Hor. l. 1. ep. 1. v. 59.* Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint, Plebs erit. Ludit autem Poeta in celebri illa Populi Romani di viſione ſecundum cenſum, de qua *Auſonius*: Martia Roma triplex, equitatu, plebe, ſenatu: Quo ſenſu etiam *populus* pro plebe uſurpatur a *Mart. l. 1. b. 8. ep. 15.* Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus. De hac porro civitatis Romanæ diviſione V. *Sigon. de ant. jur. Civ. Rom.* ¶ In plurali numero. *Col. l. 9. c. 11.* Duas, vel tres plebes. *Auguſt. ep. 166.* Recedite a plebibus noſtris. ¶ Legitur & *plebei* apud *Plin.* in genit. & dativo, pro *plebis*, & *plebi*, vetere ſcribendi more. *Pl. l. 10. c. 43.* Tanta plebei conſternatione, ut &c. *Id. l. 11. c. 11. de apibus*. Domos primum plebei exædificant, deinde regibus.

Plectibĭlis, le, adj. plecti dignus. *Sidon. l. 4. ep. 6.* Plectibilis invidia, *Id. ibid. ep. 13.* Et quoniam nemo ferme eſt, qui plectibilibus careat occultis. *h. e.* criminibus. Alii leg. *protectibilibus*, h. e. malis illecebris, a *protecto*, *as*.

Plectĭlis, & le, o. 3. πλεκτός, quod plexum eſt. *Plaut. Bacch. l. 2. 37.* Pro inſigni ſit corolla plectilis. *Prudent. Apotheoſ. præfat. v. 26.* Syllogiſmi plectiles.

Plecto, is, ſine præt. & ſup. 3. *percutere*, תָּקַע, πλήσσω, ferio, percutio, a πλήσσω, *percuſſor*. *Hor. l. 2. ſat. 7. v. 105.* Tergo plector enim. *Ter. Phorm. 1. 4. 42.* Tu jam lites audies, ego plectar pendens. ¶ Per Synecdochen ponitur pro punire, ſupplicio afficere. *Cic. de Off.* Mulcis in rebus negligentia plectimur. *Id. 3. Leg. c. 20.* Plecti capite. *Nepos 25. c. 11.* Cavit, ne qua in re jure plecteretur.

Plecto, is, a. 3. *unire*, *conjungere*, אָחַז, πλέκω, necto, implico, texo, a verbo Græco allato, *Auctor Paneg. ad Piſones*, v. 169. Mobilitate pedum celeres ſuper orbibus orbes Plectis. Al. leg. *plectis*. *Hieronym. ad Ruffin. Monachum.* Vel ſiccellam texe junco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus. ¶ Partic. *Plexus*. V. ſuo loco.

Plectripŏtens, tis, adj. poeticæ, & muſicæ peritus. *Sidon. in metro epiſt. 13. lib. 9.* Flaccus lyricem Pindaricum ad melos Fræuis flexit equos plectripotentibus.

Plectrum, i, n. *pletro*, עֲנָב, Ger. *der fidelbogen*, Gal. *archet*, Hiſ. *pletro*, πλῆκτρον, inſtrumentum citharœdi, quo ab illo fides, five chordæ percutiuntur, a nomine Græco allato, quod a πλήσσω, *ferio*. *Cic. 2. de Nat. Deor. c. 59.* Itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere. ¶ A Poetis fere uſurpatur pro lyra ipſa; item pro ipſis carminibus. *T buſl. l. 2. el. 2. v. 19.* Plectro modulatus eburno. *Hor. l. 2. ed. 13. v. 26.* Et te ſonantem plenius aureo, Alcæe, plectro. ¶ Plectra linguæ titubantia afferunt quidam Lexicographi ex *Suetou. in Claud. c. 30.* ſed ibi pro *plectra* legendum eſt *præterea*. ¶ Eſt etiam plectum navis gubernaculum, vel ipſius gubernaculi ſumma pars. *Sil. l. 14. v. 549.* Non plectro ratis, aut frangendæ in vulnere proræ parcitur, & *v. 403.* Deduxit telum, & reſidentis puppæ magiſtri affixit plectro dextram.

* plegus, fidejuſſor. V. Pligoriæ.

Plejădes, dum, f. *le Plejadi*, *le Gallinelle*, כִּימָה, πλειάδες, ſeptem filiæ Atlantis, ex Plejone Nympha, nempe Electra, Halcyone, Celæno, Maja, Aſterope, Taygete, Merope, quæ in cœlum translatæ, & ante genua Tauri collocatæ fingun-

tur. *Ovid. 5. Faſt. v. 165.* Quis tunc aut Hyades, aut Plejades Atlanteas Senſerat? ¶ Dicta ſunt ἀπὸ τοῦ πλεῖν, ideſt a navigando, quia exortu ſuo indicant tempus navigationi idoneum. Alii dictas putant, quaſi πολέειν, quod nunquam ſingulæ appareant, ſed fere omnes ſimul, præter Meropen, quæ vix cernitur. Cauſa hujus rei afferitur, quod, cum reliquæ ſorores Diis nupſiſſent, Maja, Electra, & Taygeta Jovi, Halcyone & Celæno Neptuno, Alcyone Marti, ſola Merope mortali viro Siſypho nupſit: quam ob cauſam veluti pudibunda latitat. Sed aliorum opinio eſt, hanc eſſe Electram matrem Dardani, & idcireo obſcuriorem videri, quod excidium Trojæ ſpectare non potuerit, ſed oculis manum oppoſuerit. *Ov. 4. Faſt. a. v. 169.* A Latinis appellantur Vergiliæ, a verni temporis ſignificatione, quod indicant, dum in noſtro hemiſphærio oriuntur. Nam vere exoriuntur, & circa æquinoctium earum ortus mortivus eſt. *Hygin. in Aſtron. Poet. l. 2. c. 21.* Inter hujus Tauri finitionem, & caudam Arictis ſtellæ ſunt, quas noſtri Vergilias, Græci πλειάδας dixere. ¶ Hæc dictio aliquando fit terraſyllaba. *Propert. l. 3. el. 3. v. 58.* Pleiadum denſo cur coit igne chorus? ¶ Aliquando ex diphthongo ει Poetæ abjiciunt e, & dicunt *Pliades*. *Sear. l. 1. Sylv. 3. v. 95.* Nec per & Ægæas Hyadas, Pliadumque nivoſum Sidus. ¶ In ſingulari numero. *Id. l. 1. Sylv. 6. v. 21.* Terras obmit aut ſoluta Plias. *Virg. 4. Georg. v. 233.* Plejas, & Oceani ſpretos pede reppulit amnes. ¶ *Ovid.* triſyllabum facit, 1. *Metam. v. 670.* Pleias enixa eſt, lethoque dat imperat Argum.

Plejŏne, es, fem. 2. Πληϊόνη, Nympha, filia Oceani, & Tethyos, uxor Atlantis, ex quo Plejades ſuſcepit. *Ovid. 5. Faſt. v. 83.* Hinc fata Pleione cum cœlifero Atlante.

* Plemina. V. Flemina.

Plemmyrium, neut. 2. *Maſſa Olivieri*, Πλημμύριον, promontorium Siciliæ, in ora Orientali, apud Anapi fl. oſtium, cum fl. cognom. Fortaſſe dictum eſt quaſi undoſum, ut vocatur a *Virg. 3. Æn. v. 693.* a πλημμύρα, exundo, vel a πλημμύρα, maris æſtuantis acceſſus, quod maris fluctibus alluatur. Sed aliqui putant, *undoſum* eſſe epitheium fluvii.

Plene, adver. *pienamente*, מָלֵא, ἐκπλέως, perfecte, cumulate, abundanter. *Cic. 1. Off. c. 15.* Quoniam virtur non cum perfectis hominibus, plenequc ſapientibus. *Horat. l. 2. epiſt. 2. v. 10.* Ubi plenius æquo Laudat venales, qui vult extruere merces. *Cic. 4. Fin. c. 6.* E quibus plenißime Polemo ſecundum naturam vivere ſummum bonum eſſe dixiſſet.

Plenilunium, ii, n. *plenilunio*, יֶרַח מָלֵא, πανσέληνον, oppoſitio Lunæ, & Solis cum Luna Soli ex diametro oppoſita tora ab illo illuminatur, tempas illud, cum Luna quintadecima, & rotunda eſt. *Pl. l. 18. c. 32.* Cum vero occidente Sole oriretur ex adverſo, ita ut pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. *Col. l. 11. c. 2.* Ut pridie, quam plenilunium fit, fabam ſpargas.

Plenĭtas, atis, f. *plenezza*, plenitudo. *Vitruvol. 8. c. 2.* Propter plenitatem, & gravitatem. Adde *l. 5. c. 9.* ubi in plurali num. uſurpat.

Plenĭtūdo, inis, f. *pienezza*, מְלֵאָה, πλήρωμα, perfectio. *Auct. ad Her. l. 4. c. 20.* Ut longitudo, aut plenitudo harum multitudinem alterius aſſequatur, & exæquet. ¶ Sumitur etiam pro corpulentia, ſive craſſitudine. *Pl. l. 11. c. 37.* Homo creſcit in longitudinem ad annos uſque ter ſeptenos, tum deinde ad plenitudinem.

Plenus, a, um, *pieno*, מָלֵא, Ger. *voll*, *ſtam vollhabend*, *reich*, Gal. *plein*, *remply*, Hiſ. *lleno*, πλήρης, μεστός, integer, perfectus, refertus, in quo nihil vacui eſt, a πλέος, vel a πλήρης, quæ idem notant. Conſtruitur vel abſolute. *Plaut. Stich.* Propino tibi ſalutem plenis faucibus. *Cic. pro Mil. c. 9.* Ut habeaner ad Pœnarum gerendam, plenum annum atque integrum. ¶ Vel cum gen. *Cic. pro Leg. Man.* Forgus Cajetæ pleniſſimus navium. ¶ Vel cum abl. *Cic. l. 16. Fam. ep. 14.* Habui noctem plenam rimoribus, ac miſeriis. Alii tamen leg. *rimoris*, ac *miſeriæ*. *Id. Att. l. 3. ep. 14.* Ex tuis literis plenus ſum exſpectatione. *Liv. l. 26. c. 42.* Urbem omni bellico apparatu plenam. ¶ Ponitur aliquando pro divitiis onuſto. *Cic. 4. Verr. c. 4.* Verrem ipſum, qui plenus deceſſerat, &c. ¶ *Plena manu facere*, vel, *dare*, eſt ample, copioſe. *Cic. Att. l. 2. ep. ult.* Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit. ¶ *Plena gradu ingredi* dicuntur, qui magno ſtudio rem aliquam aggrediuntur, cui opponitur, Summo pede ingredi, hoc eſt leviter rem aliquam attingere. *Trebon. Cic. l. 12. ep. 16.* Illum paratum, ut video, & ingreſſum pleno gradu cohortari non intermittemus. ¶ *Plenus in dicendo* eſt, qui copioſe dicit, cui opponitur jejunus. *Cic. 3. de Or. c. 4.* Qui ductus opinione vulgi aut Antonium ipſum, aut Craſſum fuiſſe pleniorem putet. ¶ Plena pro gravida. *Plaut. Amph. 2. 2. 49.* Et cum te gravidam, & cum pulcre plenam aſpicio. *Ov. 10. Met. v. 469.* Plena patris thalamis excedit. *Feſtus*: Plena fue Telluri facrificare. ¶ Pleno ore laudare, eſt valde laudare, *a piena bocca*. *Cic. 1. Off. c. 18.* Quæ magno animo geſta ſunt, ea neſcio quemodo, quaſi pleniore ore laudamus. ¶ *Pleni* a medicis dicuntur qui pingues ſunt. *Cic. l. 2. de Div. c. 59.* Medici ex quibuſdam cauſis intelligunt nonnullas valetudinis ſignificationes, pleni, enective ſimus &c. ¶ *Plenus aer*, h. e. craſſus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 6.* Quibuſdam regionibus contingere videmus, hebetiora ut ſint hominum ingenia propter Cœli pleniorem naturam. ¶ Ad plenum, *penamente*, plene, penitus. *Horat. l. 1. od. 17.* Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu. *Virg. 2. Georg. v. 244.* dulceſque a fontibus undæ Ad plenum calcentur. ¶ *In plenum*, univerſim, omnino. *Pl. l. 16. c. 40.* In plenum dici poteſt.

* Pleo, impleo. *Paul.* ex *Feſt.*

Pleonaſmus, m. 2. שִׁירוּת, πλεονασμός, abundantia, redundantia, vitium Grammaticale, cum ſupervacaneis verbis oratio oneratur, ut Ego oculis meis vidi, Sic ore locuta eſt, Nam *oculis meis*, & *ore*, ſuperflua ſunt. *Quinct. l. 1. c. 5.* ¶ Sed vox Græca eſt, & Græcis litreris ſcribenda.

Plerimus. V. *Plerus*.

Plerique, pleræque, pleraque, num. plur. *molti*, *la maggior parte*, רַבִּים, οἱ πολλοί, πλείονες, multi, major, vel maxima pars. *Cic. 1. de Orat.* Eſt magni laboris, quem plerique fugimus. *Id. 1. Acad.* Ut dies pleroſque deduceret. *Id. 1. de Inv.* Pleraque viribus corporis adminiſtrabat. *Idem in Tuſc.* Pleræque quæſtiones. ¶ Interdum additur adject. *omnes*. *Terent. Andr. 1. 1. 28.* Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli, *quaſi tuti*. *Nepos in Eumen. c. 12.* Cum plerique omnes admirarentur. V. *Donat. ad loc. cit. Ter.* & *Scal. l. 7. Poet. c. ult.* ¶ Interdum etiam uſurpatur in ſing. num. *Salluſt. in Jug. c. 79.* Qua tempeſtate Carthaginienſes pleræque Africæ imperitabant. *Gel. l. 4. c. 8.* Ita in pleraque hiſtoria ſcriptum eſt. ¶ Videtur etiam quibuſdam, interdum uſurpari pro nonnullis. *Quinct. l. 6. c. 5.* Videas pleroſque ira percitos exclamantes, ut judex audiat contrarium eſſe, quod admoneatur.

Pleroma, atis, n. πλήρωμα, plenitudo, complementum: vox Græca, quam uſurpat *Tert. de Præſcriptionib. c. 49.*

Pleropſeus, a, um, *ſupplito*, *aggiunto per compire qualche coſa*, ſuppletus; a πληρόω, impleo. *Frontin. de Colon.* apud *Goeſ pag. 131.* Plebe deficiente, aliis paucioribus ager eſt aſſignatus terminis pleropicis.

Plerumque, adv. *il più delle volte*, לְרֹב, ἐπὶ πολύ, fere. *Cic. in Bruto.* Cadit etiam plerumque numeroſe. *Id. 2. Div.* Plerumque, non ſemper quæ eveniunt, fortuita ſunt. ¶ Uſurpatur interdum cum genitivo, more ſubſtantivi, *Liv. l. 45. c. 9.* Per Europæ plerumque, atque Aſiam omnem, *per la maggior parte dell' Europa & Aſia*. *In Jug. c. 21.* Ubi plerumque noctis proceſſit. ¶ Videtur etiam poni pro nonnunquam, interdum. *alle volte*. *Quinct. Declam. 25.* Exceuſſa ſunt plerumque languentium verberibus, redemptaque debilitate vitia. Adde *Ulp. l. Falſus*, *Dig. de furt.*

Plerus, a, um, adj. antiquum. *Pacuv.* apud *Feſtum*. Periere Danai, plera pars peſſumdata eſt, *h. e.* major pars, plerique. *Cic. 3. Leg. c. 3. leges veteres referens*. Minores magiſtratus, patritii juris, plures in plera ſunto. Al. leg. *pralia*. ¶ Superl. *plerimus*. *Gel. l. 4. c. 19.* Plerimo cibo uti. Al. leg. *plurimo*. ¶ Plerus Græce πλήρους, plenum ſignificat, quo ſenſu *Cato in Originib.* apud *Priſcian. l. 5. pag. 668. Putſch.* Agrum, quem Volſci habuerunt, campeſtri plerus Aboriginum fuit. V. *Plenus*.

Plerusque. V. *Plerique*.

* Pleſura, æ, f. *riempimenso*, πλήρωμα, πλήρωσις, expletio. *Paulin. poem. 21. al. 13. v. 47.* creſcente pleſura fui.

Pletus, a, um, nom. ex partic. a *pleo* inuſit. idem quod plenus, *pieno*. *Lucr. l. 2. v. 631.* Sanguine pleti. Al. leg. *fleti*. h. e. reſperſi. *Id. l. 6. v. 1201.* Corruptus ſangais pletis ex naribus ibat. Al. leg. *pluris*.

Plevĭtas, atis, fem. ignobilitas, apud vet. quaſi plebitas, a *plebs*, *a* in *u* tranſeunte. *Cato* apud *Non. c. 2. n. 619.* Propter tenuitatem, & plevitatem. *Hemina ibid.* Quicumque propter plevitatem agio publico ejecti ſunt.

Flem-

Pleuriticus, a, um, adj. πλευριτικός, *laterale*, ut pleurici termini, apud *Front. de Colon. pag. 117. Goeſ.*

Pleuritis, is, f. morbus idem quod pleuritis. *Prudent. in Romano*, v. 484. Mucrone quanto dira pulſat pleuritis.

Pleuriticus, a, um, πλευριτικός, qui pleuritidem patitur. *Pl. in l. 20. c. 27.* Datur & pleuriticis, & peripneumonicis.

Pleuritis, idis, f. *mal di punta*, πλευρῖτις, lateris dolor acutus, ac pungens cum febre aſſidua, ſpitandi difficultate, tuſſi, ſputo citius, vel tardius ſuiſequente, orta ab inflammatione pleuræ, ſeu membranæ coſtas ſuccingentis, ob ſanguinis bilioſi efferveſcentis impeditum per venas ibidem refluxum. Tunc enim inter membranam, & coſtas ſanies colligitur, & apoſtema generatur. Eſt a πλευρά, vel πλεύρον, *latus*. *Cæl. Aurel. l. 2. c. 13.* Serenus Sammonicus auctor eſt, vulgo quoque telum appellari, quia reli inſtar membranam pungat. *Vitr. l. 1. c. 6.* Gravitudo, tuſſis, pleuritis, phthiſis. ¶ Sunt etiam plenritides *i regiſtri dell'organi*, *che non entrano nel ſimmiero*, *e turano*, *ed aprono le diverſe claſſi delle canne per mutare la voce*. *Vitr. l. 10. c. 13.*

Pleuron, n. 2. *Bozichiffran*, opp. medit. Ætoliæ, ad Evenum fl. proximum Calydoni, patria Meleagri. *Virr. Pl. l. 4. c. 2.*

Pleuronius, a, um, adj. a Pleurone oppido, ut Agmon Pleuronius. *Ov. 14. Met. v. 494.* ¶ Pleuronia, æ, ipſa Ætoliæ regio. *Auſon. Epitaph. n. 20.*

Plexus, us, m. colligatio. *Manil. l. 5. v. 147.* tortos in plexum ponere crines.

Plexus, a, um, nom. ex participio a plecto, *intorſigliato*, implexus, colligatus, ἐμπεπλεγμένος. *Lucr. l. 5. v. 1198.* caput plexis redimire corollis. *Id. l. 4. v. 623.* plexa foramina linguæ.

Plias, adis, f. una ex Pleiadibus, πλειάς. *Sear. l. 1. Syl. v. 21.* Non tantis Hyas inſerena nimbis Terras obruit, aut ſoluta Plias.

Plicatilis, & le, o. 3. *pieghevole*, כַּפּוּף, πτεκτός, quod plicatur, aut plicari poteſt. *Plin. lib. 10. cap. 29.* Upupa criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigenſque per longitudinem capitis. ¶ *Navis plicatilis*, eſt navis facta ex corio, quæ complicata circumferrur ad trajiciendos amnes. *Plin. l. 5. c. 9.* Ubi Æthiopiæ conveniunt naves. Namque eas plicatiles humegis transferunt, quoties ad cataractas ventum eſt.

Plicatĭūra, æ, f. *piegatura*, actus plicandi. *Pl. l. 7. c. 51. de ſignis mortis*. Stragulæ veſtis plicatura.

Plicātus, a, um, complicitus. *Lucr. l. 6. v. 1085.* quaſi ut anellis hamiſque plicata inter ſe quædam poſſint copulata teneri.

Plico, as, a. 1. *piegare*, כָּפַף, נִכְבַּן, Ger. *falten*, Gal. *plier*, Hiſ. *doblar*, πλέκω, pecto, veluti rugas facio, a verbo Græco allato. *Lucr. l. 4. v. 826.* Ideo faltigia poſſe ſuſtarum, ac feminum pedibus fundata plicari. *Mart. l. 4. epigr. 83.* Plicare chartam. *Virg. 5. Æn. v. 279.* ſeque in ſua membra plicantem. ¶ In compoſitis quibuſdam habet præteritum *cui*, *itum*, in duplicatum *cavi*, *atum*. Simplicis vero *plico* exempla in præteritis nondum vidimus.

* Pligoriæ, five Plegoriæ linex, in re agraria ſunt quæ in lateribus agrorum, pro media, quæ principalis dicitur quaſi ſpondere videntur (*plegus* enim eſt fidejuſſor) atque in omnem eventum cavere, ne limitis rectura oblivioni manderur. *Innocent. de caſ. lit. p. 224. Goeſ.*

Plinĭānus, a, um, ad Plinium pertinens, ut Pliniana cœnſa. *Pl. l. 15. c. 25.*

C. Plinius Secundus, Novocomenſis, Philoſophiæ Naturalis ſcientia, & omni genere doctrinarum inſignis, vixit temporibus Veſpaſiani Imp. cujus etiam negotia adminiſtravit. Noctibus, & ſubſecivis horis ſcripſit 37. libros de Rerum natura, qui adhuc extant, unus omnium parciſſimus temporis. Periit in Veſevi M. incendio, dum ejus cauſam indagare cuperet. Ejus vitam *diligentius* narrat C. Plinius Cæcilius ejus ſororis Filius, *l. 3. ep. 5. & l. 6. ep. 16.* & *C. Plinius Cæcilius*, qui junior dicitur, natus ex ſorore C. Plinii Secundi, ut diximus, ſcripſit Epiſtolas, & Panegiricum in laudem Trajani Imp. in quo gratias egit, quod ab illo Conſul factus eſſet. ¶ *Plinius Valerianus* medicus Empiricus ſcripſit libros quinque de re medica, quos quidam olim Plinio Secundo perperam tribuerunt. Floruit paulo ante Conſtantini M. tempora. Ex quibuſdam inſcriptionibus viri docti colligunt, ipſum quoque patria Comenſem fuiſſe.

Plinthigonātos, ad latera habens angulos. *Vitr. l. 10. c. 17.*

Plinthis, idis, f. plinthi baſis, ut exponit *Philander* apud *Vitr. l. 3. c. 2. V. Bald. in Lex. Vitr.* ¶ Apud Gromaticos eſt ſpatium agri conſtans ex jugeribus quingentis, & quinquaginta, al. quinque mille, & quinquaginta, per ſex millia pedum quinquaginta limitibus incluſum. *Hygin. de limitib. pag. 210.*

Plinthium, ii, n. lacunar. Ita uſurpat & exponit *Vitr. l. 9. c. 9.* Plinthium. inquit, ſive lacunar, quod in Circo Flaminio eſt poſitum.

Plinthus, i, f. πλίνθος, laterem ſignificat, apud *Vitr. l. 4. c. 7.*

* Plisima. V. Plusima.

Pliſthĕnes, is, m. Πλεισθένης, filius Pelopis, & Hippodames, nepos Tantali primi, frater Atrei, Thyeſtis, & Lyſidices. Filios duos habuit, Agamemnonem, & Menelaum, quos mortens Atreo fratri commendavit, qui ab illo inſtar filiorum educati fuere. Quare progreſſu temporis, memoria Pliſthenis ſublata, filii Atrei habiti ſunt, & appellati Atridæ. ¶ Pliſthenes alter, filius Thyeſtis ex uxore Atrei, qui una cum fratribus Tantalo, & Harpogyge, ab Atreo interfectus, a patri epulandus appoſitus eſt. *Sen. in Thieſt. v. 726.*

Pliſthenium, a, um, adj. ad Pliſthenem pertinens, ut Pliſthenius vir, hoc eſt Agamemnon, *Ov. de remed. v. 107.*

Pliſtolochĭa, æ, πλειστολοχία, herba ex malvatum genere. *Pl. l. 20. c. 4.*

* Pliſtonices, æ, m. πλειστονίκης h. e. plurimorum victor, appellatus fuit *Apion*, *Gramm. Gell. 5. 14.*

Plodo. V. *Plaudo*.

Plorabĭlis, adj. fletu dignus, lugubris. *Perſſat. 1. v. 34.* Vatum & plorabile ſi quid. *Claud. in Eutrop. l. 1. v. 261.* Verbiſque ſonat plorabile quiddam.

Plorabundus, a, um, plojanti ſimilis, vel qui multum plorat. *Plaut. Aul. 2. 4. 38.* Homo ad prætorem plorabundus devenit. Al. leg. *deplorabundus*.

Ploratŏ, onis, f. *pianto*, בְּכִי, οἰκωγή, ploratus. *Auguſt. ſerm. 17. de SS. circa med.* A convalle ploationis uſque ad montem pacis.

Plorator, oris, m. οἰμωκτής, quid plorat. *Mart. l. 14. epigr. 54.* Siquis plorator collo tibi vernula pendet.

Ploratus, us, m. *grido*, *pianto*, κλαυθμός, actus plorandi, clamor cum fletu. *Cic. 2. Tuſc. c. 8. ex Poeta*: Heu virginalem me ore ploratum edere. *Liv. l. 29. c. 17.* Omnia mulierum ploratibus ſonant.

Plorātus, a, um, partic. a ploro. *Sear. l. 5. Syl. 3. v. 164.* Quos Veneri ploratа domus, neglectaque tellus, &c. *Ov. l. 1. de ar. am. v. 75.* Veneri ploratus Adonis.

Ploro, as, avi, arum, n. 1. *gridare piangendo*, קוֹנֵן, Ger. *weynen*, Gal. *pleurer*, Hiſ. *llorar*, κλάω, proprie ſignificat plane inclamare, cum quaſtu vociferari, teſte Feſto, qui affert in hanc rem illud fragmentum ex legibus Ser. Tullii: *Sei parentem puer verberit, aſt olee ploraſſit*, &c. Hinc differt a *lacrymari*: addit enim præter lacrymas clamorem ſtelbem. *Sen. ep. 63.* Nec ſicci ſint oculi, amiſſo amico, nec fluant; lacrimandum eſt, non plorandum. *Cic. pro Dom. c. 21. in fin.* Senatum pro me plorare, & ſupplicari prohibuerunt. *Hor. l. 1. ep. 17. v. 54.* Aut ciſtam effractam, & ſubducta viatica plorat, *h. e.* queritur. *Id. l. 2. ep. 1. v. 9.* ploraverе, ſuis non reſpondere favorem Speratum meritis.

Plofor, oris, m. idem quod plauſor, quemadmodum *ploſtrum* pro *plauſtrum* dicitur. *Sidon. ep. 25. l. 4.* Plofioribus ſuis præda eſſe. *Id. carm. 9. v. 300.* Plofores cui ful gidam Quirites ſtatuam locarunt.

Ploſtellum, i, n. 2. ὁμαξίς, dim. a *ploſtrum*. *Varro l. 1. R. R. c. 52.* Ploſtellum Phœnicum. *Hor. l. 2. ſat. 3. v. 247.* Ploſtello adjungere mures.

Ploſtrārius, a, um, ad ploſtrum pertinens. *Cato R. R. c. 11.* Aſinos ploſtrarios duos.

Ploſtrum, i, n. 2. idem ac plauſtrum, apud vet. *Au in o abit*, quomodo *a clauſtrum* eſt *cloſtrum*. *Colum. l. 6. c. 2.* Poſt ejuſmodi experimenta vacuo ploſtro ſubjungendi. Adde *Caton. R. R. c. 2.*

* Ploſus. V. Plauſus.

Plotæ, arum, f. duæ inſulæ maris Ionii, quæ & Strophades dictæ. *Pl. l. 4. c. 12.*

Plotia lex, qua peregrinis prohibebatur acceſſus ad Romanam civitatem, commoratur a *Cic. 8. Fam. ep. 8.* & alibi.

Plotiānus, a, um, adjectiv. ad Plotium pertinens, ut Plotiana bona. *Cicer. 13. Famil. ep. 8.*

Plotinus, m. 2. πλωτῖνος, inſignis Academicæ ſectæ Philoſophus, Ægyptius natione, ex urbe Lyco, vel Lycopoli, diſcipulus Ammonii, præceptor Porphyrii, *Tom. II.*

temporibus Galieni, Taciti, & Probi. Fuit corpore gracili, tenuique valetudine, morboque ſacro obnoxius. *Suid.*

Plotĭus, m. 2. vir Gallus, patria Lugdunenſis, Rhetor inſignis. Floruit Romæ tempore Ciceronis, a quo & ipſe, & Quinctus ejus frater Latinas litteras edoctus fuit. *Cic. de Orat. Quinctil. l. 2. c. 4.*

Plotus. V. *Plautus*.

Ploxĕmum, i, n. capſa in ciſio. *Feſtus*. Eſt vox Gallica. *Quinct. l. 1. c. 5. (al. 9.)* dicit, a *Catullo* circa Padum inventam eſſe. *Catul. epig. 95. (al. 92.)* Gingivas vero ploxemi habet veteris. Aliqui putant, hoc loco eſſe nomen proprium viri. ¶ Scribitur etiam *Ploxinum*.

Pluit, ebat, pluit, vel pluvit, imp. 3. *piovere*

Pluralitas, atis, f. pro plurali numero. *Charif. Grammat. lib.* 1. In pluralitate tantum declinari.

Pluraliter, adverb. in plurali numero. V. *Pluralis*.

Pluralivus, a, um, adj. pluralis, ut pluralivus numerus, apud *Gell.l.1.c.16. & l.20. c.6. & l.10. c.8.*

* Plures. V. Plus.

Pluries, adv. *plus vicies*, sæpius. *Cæs.l.1.B.C.c.79.*

Plurifariam, adverb. *in plu modi*, πολλαχῶς, pluribus modis, vel locis. *Suet. in Vsp. c.43.* Cubicula plurifariam disposita tabellis, ac figillis lascivissimarum picturarum adornavit.

Plurifarius, a, um, πολλαπλοῦς, varius, multiplex. *Suet. in Claud. c. 21.* Gladiatoria munera plurifaria, ac multiplicia exhibuit. Quædam exemplaria habent *plurifariam*.

Pluriformis, e, adjectiv. *di molte maniere*, ut pluriformi modo. *Apul. lib. 1. Florid.*

* Plurilaterus. V. Trilaterus.

Plurimum, adv. *grandissimamente*, מאד, permultum, maxime, sup. a *plus*, *Cic. ad Brut. l. 11. ep. 16.* Hoc ego utor uno omnium plurimum. *Id. 2. de Invent.* Præstare peugam, ibi plurimum est. ¶ *Ut plurimum*, est sæpius, frequenter, *Pl. l.15. c.3.* Tribus ut plurimum bonitatibus distat.

Plurimus, a, um, *assissimo*, מאד מאד, Ger. *sehr*, *gar viel*, Gal. *en très grand nombre*, His. *muchissimo*, πλεῖστος, sup. a *plus*. *Plaut. Aulul. 1. 1. 27.* Quod me solicitat plurimis miserum modis. *Ter. Eun. 2. 2.* Plurima salute Parmenonem suum impertit Gnatho. *Cic. 4. Ver.* Plurimum ætatis meæ versor in causis. *Id. 3. de Fin.* Est illud quidem plurimi æstimandum. *Horat. l. 1. od. 7. v. 8.* Plurimus in Junonis honorem Aptum dicit Argos. *h. e.* plurimi dicunt, *Martial. lib. 8. epigr. 51.* Plurima cum tota lampade luna niteat, *h. e.* luna plœna. *Virg. 1. Æneid.* Jamque ascendebant collem, qui plurimus urbi imminet, *h. e.* altissimus est, & torus imminet, &c.

* Plurivõcus, a, um. *Capell. l. 4. p. 97.* Quæritur, quid sit æquivocum, quid univocum, quid, ut ita dicam, plurivocum.

Plus, pluris, n. *più*, יתר, Ger. *mehr*, *viel*, Gal. *plus*, *d'avantage*, His. *mas*, πλέον, πλεῖον. Constituitur cum ablat. *Cic. de Amic. c. 16.* Ne plus æquo quid in amicitia congeratur. *Id. pro Quinct. c. 12.* Plus anno recum vixit. ¶ Vel cum conjunctione, *quam*. *Cic. de Amic.* Et hercle ita fecit, vel plus etiam, quam dixit. ¶ Interdum conjunctio *quam* supprimitur. *Ter. Adelph. 2. 1. 46.* Plus quingentos colaphos infregit mihi. ¶ Admittit etiam genitivum, ut omnia adjectiva, cum substantive usurpantur. *Cic. de Leg.* Ex iis alio plus habet virium. ¶ Interdum geminatur. *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Pompejum plus plusque in dies diligo. ¶ Conjungitur etiam sæpe cum minus. *Pl. l. 16. c. 6.* Continentur hispido *calyce*, per genera plus minus complectente, *poco più, poco meno, in circa*. *Marc. l. 8. epigr. 72.* Venerunt plusve, minusve duæ. ¶ Item cum adverbiis in *o*, ut nihilo plus, paulo plus, nimio plus, &c. *Cic.* sæpe, & *Auct. ad Heren. l. 4. Teren. & alii*. ¶ *Plus satis*, est plus, quam satis. *Plaut. Epid. 3. 2. 10.* Quantum sat est, & plus satis. ¶ In numero plurali est generis omnis, & masculinum quidem, ac fœminino est *plures*, neutrum *plura*. *Cic. pro Leg. Man. c. 7.* Ut non plures secum in eamdem calamitatem trahant. *Pl. l. 9. c. 12.* Aquatilium tegumenta plura sunt. *Tac. l. 32. c. 47.* Simulque concursu plurium injiciuntur catenæ, ac compedes. ¶ *Plura* reperitur pro amplius. *Lucr. l. 1. v. 92.* Ne te in promissis plura moremur. ¶ Pluris facere, æstimare, esse, *stimare più, ed essere stimato più*. *Cic. Fam. 3. ep. 4. in Topic. & Att. l. 8. ep. 2.* ¶ Pluris ædificare, h. e majore impensa. *Col. l. 1. c. 4.* ¶ *Pluri* in dat. & abl. singulari non est in usu. Sunt sane, qui scriptoris alicujus Latini exemplum conantur afferre, sed non ejusmodi, ut varia lectione careat. *V. Gocclu. Problem. Grammat. p. 30.* ¶ *Pluria* pro plura dixere Veteres. *Lucr. l. 1. v. 876.* Apparere unum, cujus sint pluria mixta. Adde *Gell. l. 5. c. 21.* apud quem *Labeo* asserit *pluria* Latinum esse, *plura* barbarum. Verum consuetudo nullam reddit Labeonis auctoritatem.

Plus, adv. *più*, πλέον, πλεῖον, comp. adv. *multum*. Construitur vel absolute. *Cic. in Top.* Verba ne plus, an sententiæ valere debeant. ¶ Vel cum abl. *Cic. 1. de nat. Deor.* Alterum profecto fieri potest, ut earum nulla, alterum certe non potest, ut plus una vera sit. ¶ Vel cum conjunctione *quam*. *Cic. de Arusp. Resp. c. 3.* Eum nunquam plus a me esse accusandum putavi, quam stipitem illum, &c. ¶ Interdum conjunctio *quam* supprimitur. *Cic. Att. l. 6. ep. 6.* Num est hoc plus annum obtinere provinciam? ¶ Interdum jungitur cum *ac pro quam*. *Hor. l. 2. sat. 3. v. 270.* nihilo plus explicer, ac si insanire paret certa ratione modoque.

Plusculum, i, subst. n. *un poco più*, aliquanto plus, dim. a *plus*. *Cic. 2. ad Or. c. 24.* Et eas quidem, in quibus pluscului negotii est. *Id. l. 5. Fam. ep. 12.* Pluscului etiam, quam concedit veritas, amori nostro largiare.

Pluscullum, adv. *un poco più*, aliquanto plus. *Plaut. Amph. 1. 1. 227.* Nisi invitavit se *le* in cœna pluscullum.

Pluscullus, a, um, *un poco più*, περισσοτερός, aliquanto plus, paulo plus, dimin. a *plus*. *Ter. Phorm. 4. 3. 60.* Tum pluscula fupellectile opus est.

Plusimus, a, um, idem ac plurimus apud vet. a *plus*. *Varr. l. 6. de L. L. c. 3. & Fest.*

Pluteālis, & le, c. 3. quod ad pluteum spectat, ut Sigilla plutealia, idest imagunculæ pluteis, seu tabulis inclusæ. *Cic. Att. l. 1. ep. 10.* Præterea typos tibi mando, quos in tectorio attrioli possim includere, & plutealia figilla duo. Al. leg. *pupealia*.

Pluteus, i, m. machina ad expugnandos muros urbium, ad similitudinem cassidis, contexta e vimine, coriis tecta, insitens tribus rotis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, quibus in quamcumque partem volueris, admoveatur, quam obsidentes muris admovent, applicantque, & ejus munitione sagittis, aut aliis missilibus defensores de propugnaculis exturbant, ut scalis ascendendi præsteatur occasio. *Fest.* Plutei; crates, corio crudo intextæ, quæ solebant opponi militibus opus facientibus, & appellebantur militares. Nunc etiam tabulæ, quibus quid præsepitur, eodem nomine dicuntur. *Plaut. Mil. 2. 2. 211.* Ad eum vineas, pluteosque agam. *Cæs. l. 7. B. G. c. 25.* Eo magis, quod deustos plutcos turrium videbant. ¶ Plutei etiam, tabulæ pocantur, quibus aliquid præsepitur. *Martial. l. 3. epigr. 91.* Excidunrque senem spondæ qui parte cubabat; namque puer pluteo vindice rutus erat. *h. e.* interiore lecti spouda. ¶ Item pluteus accipitur pro fulcro tori discubitorii. *Suet. in Calig. c. 26.* Quosdam summis honoribus functos cœnare modo ad pluteum, modo ad pedes stare succinctos linteo passus est. ¶ Item pro repositorio librorum, picturarum, statuarum, & aliarum rerum. *Juven. sat. 2. v. 7.* Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas. ¶ Item pro tabula, qua utimur, dum literis damus operam, & scribimus. *Pers. sat. 1. v. 105.* Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues. ¶ Pluteum, i, neut. gen. *Virr. l. 10. c. 21.* Supra caput collocarum erat pluteum, turriculæ similitudine ornatum. Quæ verba *Athenæo* sumpsit, apud quem pro pluteo est Σωρήκιον, h. e. loricula, *parapetto*. ¶ Apud eumd. *Virr. l. 4. c. 4.* plutei dicuntur septa ex marmore, aut lateribus, aut alia materie, quibus intercolumnia sepiri, intercludique solent. ¶ Præterea apud *Upian. l. Fundi, ff. de action.* plutei dicuntur spondæ scamnorum parietibus affixæ, quibus sedentes tergo adhæremus. Reticuli, inquit, circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia, vela, pdium non sunt. Plura de his vide apud *Bald. in Lex. Virr.*

Pluto, *vel* Plutos, onis, m. *Plutone*, Πλούτων, Ἀΐδης, filius Saturni, & Opis, Deus Inferorum, a Πλοῦτος, divitiæ; quia opes omnes ab inferis, idest ex intimis terræ visceribus effodiuntur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 26.* ¶ Fratres habuit Jovem, & Neptunum, sororem Glaucen, quæ cum ipso eodem partu nata est. *Cic. 3. de nat. Deor.* ¶ Fabulantur; cum ad Regni divisionem venissent, Jovi imperium cæli, Neptuno maris, Plutoni, qui natu minor erat, inferorum obtigisse, quia Jupiter plagam Orientalem Regni paterni, idest Cretam, sortitus est, Neptunus insulas, idest Peloponnesum, & alias, Pluto partem Occid. & inferiorem, idest Epirum. Ejus currus a quatuor equis trahitur, de quibus V. in *Mastor*. ¶ Rapuit Proserpinam filiam Cereris. Hunc raptum *Claudianus* Poeta tribus libris describit. *Juven. sat. 5. v. 50.* Sicula torvus cum conjuge Pluton. *Hor. l. 2. od. 14.* Illacrymabilem Plutona placare.

Plutonia, orum, n. 2. speeus sunt in Asia, quæ tetrum, & pestiferum halitum evomunt, omniaque accedentia animalia statim enecant; seu *Plutonium* dicitur ad Hierapolim in Phrygia Magna, & *Charonium* ad Thymbriam vicum Cariæ. *Cic. 1. de Div. c. 36.*

Plutonius, a, um, quod ad Pluronem spectat. *Horat. l. 1. od. 4. v. 17.* Jam te premet nox, fabulæque Manes, Et domus exilis Plutonia.

* Plutor, qui pluit. *August. ser. 8. de diversc. 3.* Seminator, plutor, rigator.

Plutus, i, m. Πλοῦτος, Dis, Deus divitiarum. Hujus domicilium constituit *Posidonius* in subterraneis Hispaniæ locis, eo quod regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat. *Phadr. l. 4. fab. 11.* ¶ Plutus item, filius Philemonis, nepos Jasonis, pater Parcaritis. ¶ Est item hoc nomine comœdia Aristophanis.

Pluvia, æ, f. *pioggia*, מטר, Ger. *regen*, Gal. *pluye*, His. *lluvia*, ὑετός, βροχή, aqua ex aere decidens. *Cic. Acad. l. 1. c. 9. ep. 16.* Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt. *Virg. 1. Georg. v. 92.* tenues pluviæ.

Pluvialis, & le, o. 3. ὄμβριος, quod ad pluviam spectat, ut Aqua pluvialis. *Virg. 3. Georg. v. 429.* Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Austris. *Col. l. 2. c. 13.* Pluviales dies. ¶ Hædi pluviales, stellæ duæ sunt, quas Auriga (quod signum cœleste est super cornua Tauri) in manu tenet, ita dictæ, quod earum ortus, & occasus tempestates gravissimas facit. *Virg. 9. Æn. v. 668.* Quantus ab occasu veniens pluvialibus hædis verberat imber humum.

Pluviatilis, a, um, adject. pluvialis, ut pluviatica aqua. *Marcel. Empir. c. 8.*

Pluviatilis, & le, o. 3. idem ac pluvialis. *Col. l. 9. c. 1.* Qui receptam pluviatilem continenant. *Celsl. 1. c. 3.* Aqua pluviatilis.

Pluviosus, a, um, *piovoso*, Germ. *vollregen*, Gall. *pluvieux*, Hispan. *lluvioso*, ὑετώδης, pluviis abundans. *Plin. lib. 18. cap. 25.* Nubilo occasu pluviosam hyemem denunciat.

Pluvius, a, um, idem ac pluvialis, vel pluviosus. *Cic. pro Mur. c. 9.* Tu scis, ut aquæ pluviæ arceantur. *Hor. l. 1. od. 17. v. 4.* Et igneam defendit æstatem capellis usque meis, pluviosque ventos, *h. e.* pluviam inducentes. *Virg. 3. Georg.* Nascitur, & pluvio contristat frigore cœlum.

P A N T E N.

Pneumaticus, a, um, πνευματικός, spiritalis, ut Pneumatica organa, spiritalia, hoc est, quæ vi flatus, vel spiritus aliquid hauriunt, vel attrahunt, item quæ inflatis fistulis musicum sonum edunt. *Plin. 19. c. 4.* E puteo pertica, pneumaticisve organis, vel tollenonum haustu rigandos. *Id. l. 7. c. 37.* Cteſibius laudatus, pneumatica ratione, & hydrauliciis organis repertis.

Pnigeus, ei, m. πνιγεύς, a πνίγω, *suffoco*, machina quædam, seu vas ad instar infundibuli inversi, quæ in organo hydraulico aerem ascendentem coercet, & valvi militi suffocat, ne extra exhalet. *Vitr. l. 10. c. 13.* V. *Bald. in Lex. Vtr.*

Pnigitis, f. πνιγῖτις, terra quædam Eretriæ simillima, grandioribus tantum glebis, & glutinosa. *Pl. l. 35. c. 16. & 17.*

P A N T E O.

* Po. V. Pa.

Pobilia Tibius, *vel* Poblilia, *vel* Popillia, una ex Rusticis, in Volsci constituta, anno Urbis 395. *Manutius* Pobiliam a Popilia distinguit, & duas facit.

Pocillator, oris, m. *coppiere*, משקה, Ger. *mundschenck*, Gal. *ecuyer a coupe*, His. *escanciador*, *copero*, οἰνοχόος, qui est a poculis, pincerna, qualis fuit Ganymedes in mensa Jovis, a *pocillum*. *Apul. l. 6. A. A.* Quo, ductu Cupidinis, Jovi pocillatorem Phrygium fuisse natum. *Id. ibid.* Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum est, Jovi quidem suus pocillator ille rusticus puer, cæteris vero Liber monstrabat.

Pocillum, n. ὑποκύμβιον, parvum poculum. *Liv. l. 30. c. 42. in fin.* Voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi.

Poclum, i, per syncopen dictum pro *poculum*, legitur in quodam carmine apud *Arnob. l. 5. pag. 175.* Inde manu poclum sumit, &c.

Pocolentus, a, um, *che si può bere*, πόσιμος, quicquid potari potest. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 56.* Qua esculentis, & pocolentis iter natura patefecit. Alii leg. *potulentibus*, tamquam a recto *potulens*. *Gell. l. 4. c. 1.* Penus est, quod esculentum, aut pocolentum est.

Pocolum, li, n. *bicchiere*, כוס, Ger. *ein trunck*, Gal. *vaisseau à boire*, His. *vaso*, *copa*, ἔκπωμα, ποτήριον, vas, quo bibitur, a potione, vel a potu, quasi potaculum. *Cic. 6. Verr.* In his pocula duo quædam; quæ Heraclia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. ¶ Poscere majoribus poculis, est copiosius, & liberius potationi indulgere, & convivas ad potandum invitare. *Cic. 3. Verr. c. 26.* Poscunt majoribus poculis, celebratur omnium sermone, lætitiaque conviviuin. ¶ Quandoque sumitur pro potu, sive potione. *Virg. 3. Georg. v. 529.* Pocula sunt fontes liquidi. *Flor. l. 2. c. 10.* Ubi essent, præ poculis nescientes, *h. e.* præ ebrietate. *Horat. epod. 5. v. 37.* Amoris poculum, *h. e.* philtrum. ¶ Translate *Plaut. Cas. 5. 2. 44.* Ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet, *h. e.* in eamdem calamitatem incidere.

Podager, gra, grum, idem ac podagricus. *Enn.* apud *Prisc. l. 7.* Nunquam poetor nisi podager. *Caudian. epig. 30.* Atque nihil prorsus stare putat podager.

Podagra, æ, f. חולי רגלים, ποδάγρα, pedum dolor, seu morbus articularis, qui pedes præcipue infestat, *podagra*, *gotta*. Ger. *zipperlein*, *das podagram*, Gal. *goutte aux pieds*, His. *gota*. Vox Græca est, quasi ἀγρα πρὸς πόδων. Si manus infestet, *chiragra* dicitur. Morbus peregrinus est. Nam si in Italia fuisset antiquus, Latinum nomen invenisset. Non enim Roma, cum sudando, & laborando vivebat, hoc malum cognovit, teste *Pl. l. 26. c. 10. Marc. l. 1. ep. 99.* Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat, sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est. *Cic. 2. Tusc. c. 19.* Doloribus podagræ cruciari. *Id. 5. Fin. c. pen. ult.* Ardere doloribus podagræ. ¶ In plur. numero *Celsl. 4. c. 24.* Vitia longiora sunt, quæ in podagris, chiragrifve esse consueverunt.

Podagricus, a, um, *gottoso*, Ger. *podagramisch*, *der groß fusse hat*, Gal. *goutteux*, His. *gotoso*, ποδαγρικῶν, qui podagra laborat. *Pl. l. 10. c. 8.* Omnes hæ & podagricis utiles, & sanguinem rejicientibus.

Podagrosus, a, um, idem ac podagricus. *Plaut. Merc. 3. 4. 8.* Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eurychus.

Podalirius, m. 2. Æsculapii filius, qui ex Creta ob insignem medicæ artis peritiam una cum fratre Machaone ad bellum Trojanum evocatus fertur, ita dictus, ut aliqui ajunt, ob pedum magnitudinem. *Ovid. 5. Trist. el. 6. v. 11.* Quem semel excepit, numquid Podalirius ægro Promissam medicæ non tulit artis opem? ¶ Podalirius alter, vir Trojanus, qui Æneam in Italiam navigantem secutus est. *Virg. Æn. 12. v. 304.*

Poderes, *vel* poderis, is, m. תחרי, ποδήνης, vestis species, quæ usque ad pedes, vel ad crura descendit, ita adhærens corpori, & ita arcta, & ita strictis manicis, ut nulla omnino in ea sit ruga, *camicione*, a πούς, ποδός, *pes*, & ὄρνυμι, *apto*. *Tert. adversf. Judæos, c. 11.*

Podex, icis, m. עפת, פרשדונה, πρωκτός, κῶλος, idem ac culus, ideſt posterior pars corporis pudenda, a *pedo*. *Juv. sat. 2. v. 12.* Sed podice lævi caduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.

Podismatus, a, um, pedibus mensuratus, ut Ager podismatus. *Front. de Colon. pag. 132. edit. Goes.*

Podismus, i, m. ποδισμός, idem ac pedatura, ideſt mensura jugeri, areæ, aut alterius rei pedibus definita, a ποδίζω, *pedibus dimetior*. Pedibus enim, vel passibus, vel func, aut pertica pedum mensuram habente colligebatur magnitudo loci. *Veget. l. 2. c. 7.* Mensores sunt, qui ad podismum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, &c. Usus est etiam *Frontinus de Colon. pag. 130. edit. Goes.* ¶ Podisma, atis, n. eodem sensu legitur apud *eumd. ibid. 132.*

Podium, ii, n. *poggio*, *poggiolo*, גב, πόδιον; projectura in summo muro arenam circi, vel amphitheatri proxime cingente. Quia vero podium arenæ proximum erat, ideo dignissimus is orchestræ gradus (nam plurium orchestra graduum erat) qui proximus podio; fuitque is latior, cum in eo suggestus fuerit Imperatoris, & Consules, Prætores, aliique, quibus id jus, sederint in eo sellis curulibus, cum lictoribus, apparitoribus, & Magistratus sui pompa. Sed & in eodem fuit tribunal editoris, & Virginum Vestalium sedes. Plura de podio *Lipsl. de Amphith. c. 11. Juv. sat. 2. v. 145.* Generosior & Marcellis, & Carulis, Paullique minoribus, & Fabiis, & omnibus ad podium spectantibus. ¶ Dicitur etiam de quolibet loco porrecto extra domus parietem instar pulpiti, qui aliter dicitur Mœnianum *Plin. l. 5. epist. 6.* Est & aliud cubiculum a proxima platano viride, & umbrosum marmore excultum podio tenus. Adde *Virr. l. 3. c. 3.*

* Pœantiades, æ, Pœantis filius, Philoctetes. *Ovid. Met. 13. v. 313.*

* Pœantius, a, um, ad Pœantem pertinens. *Id. ibid. v. 45.*

Pœc-

Pœcile, es, f. r. ποικίλη, porticus Athenis, in qua Stoici philosophabantur, a Polygnoto Thasio gratis picta, Ποικίλος, *varius maculosus*; quia varia, sive variegata propter multiplicem picturam. *Plin. l. 35. c. 9.* ¶ Fuit & in Helide porticus Pœcile, quæ a Plinio *Heptaphonos*, appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur.

Poema, atis, n. *poema*, שיר, Germ. *ein gedicht vermennweis gestellet*, Gall. *un poéme*, His. *poema*, Ποίημα; figmentum, fictio, & præcipue opus Poetarum, a Græca voce allata, quæ a Ποιέω, *facio*, quod Poetæ proprium est. *Nonius* distinguit *poema* a *poesi*, quod *poesis* sit totum opus Poetæ, ut Ilias, & Odyssea, *poema* sit quædam pars operis, ut singuli libri Iliadis, vel Odisseæ, vel aliqua descriptio, ut armorum Achillis. Sed hæc differentia non observatur. Alii dicunt, poema illud esse, quod poesis naturam exprimit. *Cic. 1. Acad. c. 3.* Atque ipse varium, & elegans omni fere numero poema feci sti. *Id. in Or.* Platonis, & Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius Poema putanda m, quam Comicorum Poetarum. ¶ In dat. & abl. pl. habet *poemaris* sapius, quam *poematibus*. *Cic. 3. Offic. c. 3. ad fin.* Quod item in poematibus, & picturis usuvenit. *Auct. ad Heren. l. 4. cap. 4.* Cum ex orationibus, aut poematis elegeris exempla. *Plaut. quoque Asin. 1. 3. 22. & Var. l. 6. L. L. pag. 78. poematis* dixere. ¶ In genitivo fere *poematum* usurpamus, quamquam & *poematorum* dixere, ut ex *Acc. Lelio*, & *Cic.* oftedit *Charisl. l. 1.*

Poematium, ii, n. *poemetto*, parvum poema. *Auson. Idyll. 7. in præfat. ad Pal.* Poematia, quæ in alumnam meam luseram.

Pœnënis, idis, f. nomen canis, a ποίμην, grex, quod oves servaret. *Ovi. 3. Metam. v. 215.*

Pœna, æ, f. *pena*, *gastigo*, נאב, נגע, עגש, Ger. *ein straff.*, *pein*, *buss*, Gal. *peine*, *amende*, *punition*, His. *pena*, τιμωρία, animadversio, supplicium, quo quis ob delictum afficitur, a ποινή, quod idem notat. *Cic. pro Flacc. c. 17.* Pœna est, ut opinor, Dorylai graviot, quam apud alios, falsarum, & corruptarum literarum. *Id. in Fragm. de Leg.* apud *S. August. de Civ. l. 21. c. 11.* Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, mors, servitus. ¶ Interdum sumitur pro Furia. *Virg. in Cul. v. 217.* Et flammas, & fœva quatit mihi verbera Pœna. *Valer. Flacc. l. 1. v. 796.* Ultricesque Deæ, Fas, & grandæva sororum Pœna parens. ¶ Item pro quacumque calamitate. *Lucan. l. 7. v. 105.* Mors ultima pœna est. *Cic. in Pison. c. 37.* O pœna, o Furia fociorum. ¶ Item pro labore, *pena*, *travaglio*. *Ovid. initio Amor.* Ut jam nulla tribi nos sit legisse voluptas, At leviter demptis pœna dnobus erit. ¶ Ad primam notionem quod attinet, dicimus pœna aliquem afficere, pœnam alicui irrogare, in aliquem constituere, statuere, exeogitare, *Cic.* sæpe, *Liv. Terent.* & alii. ¶ Pœnas exigere. posscre, petere, repetere ab aliquo, *Plin. Sallust. Cic. Virg.* ¶ Dare pœnas *pagar il fio*. *Cic. 9. Attic. ep. 10.* Et, eodem sensu, pœnas pendere, dependere, persolvere, *Id. pro Sext. ad Brut. ep. 5.* & al. ¶ Pœnam subire, sufferre, sustinere, *soggiacer al castigo*. *Id. 2. Catil. pro Dom. & pro Flac.* ¶ *Capere pœnas pro aliquo*, h. e. subire, *Sallust. in Jug. c. 71.* ¶. Capere pœnam in hostem, h. e. hostem pœna afficere, *Curt. l. 4. c. 6.* Sic capere pœnam de aliquo, *Liv. l. 2.*

Pœnālis, & le, o. 3. *penale*, quod ad pœnam spectat. *Plin. l. 18. c. 11.* Pilo vinorum pœnali opera. *Id. l. 4. c. 8.* Pœnales aquas, dirisque genitas.

Pœnaliter, adv. per pœnam, ut penaliter interire, *Ammian. l. 16. c. 12.*

Pœnarius, a, um, idem ac pœnalis. *Quinct. l. 4. c. 3.* Aut pœnarias actiones inferemus.

Pœni. V. *Pœnus*.

Pœnice, adverb. Punice. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* De agricultura scripserunt & Pœnice, & Græce, & Latine.

Pœnicĭus. V. *Phœnicius*.

Pœnicus, a, um, idem ac Punicus, ut Pœnicæ fœminæ, *Val. Max. l. 2. c. 6. n. 15.* Plostellum Pœnicĭum, *Varr. l. 1. R. R. c. 52.* ¶ *Pœnica pavimenta* dicuntur marmore Numidico constrata. *Cato* apud *Fest.* ¶ *Pœnicum*, absolute, genus vestimenti a Pœnis primo allatum, *Varr. l. 4. de L. L. c. 23.*

Pœninæ Alpes, *vel* Penninæ, *Monte maggiore di S. Bernardo*, vel etiam *Monte di Giove*, Germ. *Groß S. Bernartsberg*, pars Alpium, mons, qui Allobroges, & Centrones a Salassis, hoc est Gallisin Narbonensem, in qua Sabaudia, ab Italia separat. Hæ Alpes extenduntur inter summum Pœninum, & Adulam M. ex quo Rhodanus, Rhenus, Ticinus, & Arela fl. exiftunt, inter Lepontios, & Sedunos pop. *Plin. l. 3. c. 17.*

Pœnio, is, a 4. pro punio, legitur in quibusdam Editionib. & MSS. apud *Gell. l. 20. c. 1. & l. 11. c. 18.* item apud *Cic. pro Mil. c. 31. & 1. Tusc. c. 44.* ut testatur *Paræus in Lex. Crit.* ubique tamen alii *punio* reponunt.

Pœnitendus, a, um, *da pentirsi*, μεταμελητέος, cujus nos pœniter, parvi æstimandus, vilis, partic. a pœnitet. *Col. l. 2. c. 2.* Hic ager, sive exercentur, sive ceſſat, colono est pœnitendus. *Liv. l. 1. c. 35.* Sub haud pœnitendo magistro.

Pœnitens, tis, nom. particip. *chi si pente*, שוב, *Sueton. in Vitell. c. 15.* Pœnitens fácti. *Id. in Claud. c. 43.* Pœnitens de matrimonio. *Cic. Phil. 12. c. 2.* Portus optimus pœnitenti mutatio consilii.

Pœnitenter, adverb. cum pœnitentia. *Minuc. Fel. in Octav. c. 26.* Auspicia, & auguria pœnitenter omissa, observata feliciter.

Pœnitentia, æ, f. *penitenza*, תשובה, German. *buss*, *reu*, Gal. *penitence*, *repentence*, His. *penitencia*, μετάνοια, actus ipse pœnitendi, quo aliquem facti pœnitet, dolor obstactum aliquod toxium, occasionisve prætermissionem. *Plin. l. 17. c. 12.* Nihil est fœdius agricolis, quam gestæ rei pœnitentia. *Plin. ep. 20. l. 7.* Agatque pœnitentiam pœnitentiæ sua. *Curt. l. 3. c. 2.* Sera pœnitentia subiit regem. ¶ *Plin. l. 5. c. 17.* de Essenis populis sine mulieribus vitam agentibus. Ita persæculorum millia gens æterna est, in qua nemo nascitur: tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia est. h. e. tædium, vel contemptus.

Pœnĭtet, ebat, uit, imp. *a. pentirsi*, נחם, שוב, Germ. *sich etwas lassen gereuen*, Gal. *se repentir*, His. *arrepentirse*, μεταμέλει, tædet, piget, doleo, molestefero. Constituitur cum gen. rei, & acc. personæ. *Cic. 1. Fam.* Ut eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. ¶ Vel cum infinitivo loco genitivi. *Cic. pro Cœl.* Ut eum pœniteat non deformem esse natum. ¶ Usurpatur etiam præter acc. personæ cum nominativo. *Plaut. Stich. 1. 1. 50.* Me quidem hæc conditio nunc non pœniter. ¶ Item cum accus. communi. *Cic. 5. Tusc. c. 28.* Sapientis est proprium nihil, quod pœnitere possit, facere. ¶ Usurpatur pro dolere generatim, pigere, & interdum pro pudere. *Cic. de Sen. c. 6.* Num igitur, si ad centesimum vixisset annum, senectutis eum suæ pœniteret? *Id. 6. Fam. ep. 1.* Ut suæ quemque fortunæ maxime pœniteat. *Ter. Eun. 5. 7. 12.* An pœnitebat flagitii, te auctore quod fecisset adolescens? ¶ Item pro non satisfacere, non magni facere. *Cic. 4. Acad. c. 22.* Quid eum Mnesarchi pœnitebat? quid Dardani? qui erant tunc principes Stoicorum. *Id. pro Planc.* Quæ, quam me verbi tui pœniteat. ¶ Pœnitendum est, *è da pentirsi*. *Cic. Fam. 9. ep. 5.* Consilii nostri nobis pœnitendum putarem. ¶ *Pœnitendi*, gerund. *Id. 4. Tusc. c. 37.* Alexander cum interemisset Clytum familiarem suum, vix a se manus abstinuit; tanta fuit vis pœnitendi. ¶ Particip. *Pœniturus*, & *Pœnitendus* V. suis locis.

Pœnītio, onis, f. pro punitio, apud *Gell. l. 11. c. 1. & l. 6. c. 14.* ex MSS. Idem tamen dicendum de hac, atque de *Pœnio* dictum est, quod V.

Pœnitūdo, inis, f. pœnitentia. *Pacuv.* apud *Non. c. 2. n. 646.* Desiderio, pœnitudine. *Auson. in Sapient. de Thal. v. 22.* Prædes, vadesque pœnitudinis rei. Adde *Sidon. l. 6. ep. 9.*

Pœnitūrus, a, um, part. temporis futuri verbi pœniteт. *Quinct. l. 9. c. 3.* Eo usque processum est, ut non pœniturum pro non acturum pœnitentiam, & visuros ad videndum missos Sallustius dixerit. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 685.* Neque quemquam arbitror tuæ pœniturum laudis.

Pœnŭlus, m. dim. a *Pœnus*, unde Plautina fabula nomen sumpsit; in qua Pœnus Hanno punice loquens introducitur.

Pœnus, m. 2. Ἄφρος, Carthaginiensis, a φοῖνιξ, *Phœnix*. Pœni enim e Phœnicia erant, quæ Græce φοινικία. *Vir. l. Æn. v. 306.* Pœnuntque ferocia Pœni Corda volente Deo. *Cic. 2. de Or. c. 18.* Hic Pœnus non optime Græce, sed tamen libere respondisse fertur. ¶ Usurpatur etiam adjective pro Punicus. *Virg. Ecl. 5. v. 27.* Pœnos ingemuisse leones. *Plaut. Pœn. 5. 2. 31.* Nullus me hodie Pœnus Pœnior. *h. e.* callidior. Pœni enim vafertimi habiti sunt. ¶ In genit. plur. *Pœnum* pro *Pœnorum* dixit *Silius l. 7. v. 714.*

Poëfis, is, f. *poesia*, Ger. *dichtung*, *poetenkunst*, Gal. *poesie*, His. *poesia*, ποίησις, ars, vel opus Poetarum, a ποιέω, *facio*. V. *poema*. *Cic. 4. Tusc. c. 33.* Anacreontis tota poesis amatoria est. *Horat. de ar. poet. v. 361.* Ut pictura poesis erit.

* Poëmis, poenis. *Festus*.

Poëta, æ, m. *Poeta*, שיר, Ger. *ein Poet*, Gal. *Poéte*, His. *Poeta*, ποιητής, carminum scriptor, a ποιέω, *facio*, *fingo*. *Hor. in Arte v. 9.* Pictoribus atque Poetis quidlibet audiendi semper fuit æqua potestas. *Cic. 2. de Or. c. 46.* Bonus Poeta nem. o fine inflammatione animorum exigere potest. ¶ Pro artifice. *Plaut. Asin. 4. 1. 3.* Nam tu poeta prorsus ad eam rem unicus.

Poetica, æ, *vel* Poetice, es, f. 1. *Poetica*, ποιητική, ars scribendorum versuum. *Cic. 1. Tusc. c. 1.* Serius Poeticam nos accepimus. *Idem 4. Tusc. c. 32.* O præclaram emendatricem vitæ poeticam.

Poetice, adv. *poeticamente*, ποιητικῶς, more Poetarum. *Cic. 5. Fin. cap. 4.* Ut poetice loquar.

Poeticus, a, um, *di Poeta*, ποιητικός, quod ad Poetam pertinet. *Cic. 3. de Or. c. 38.* Sed tamen raro habet etiam in oratione poeticam aliquod verbum dignitatem. *Quinctil. l. 10. c. 1.* Poetica virtute.

Poetĭficus, a, um, quod Poetas facit. Usus *Ennius in fragm.* qui Caballinum fontem poetificum nominavit.

Poetilla, æ, m. *poetuzzo*, diminutivum a *poeta*, per ludibrium effictum a *Plauto Trucul. 2. 6. 4.*

Poetor, aris, *il. 1. poetare*, ποιητεύω, in Poetica me exerceo, sive Poetam ago, a *Poeta*. *Enn.* apud *Prisc. l. 8. v. 839.* Nunquam poetor, nisi podager.

Poetria, æ, f. 1. *Poetessa*, Ger. *ein Poetin*, Gal. *Poetesse*, His. *Poetamujer*, ποιήτρια, mulier Poeticæ peritia. *Cic. pro Cal. c. 27.* Hæc tota fabella veteris, & plurimarum fabularum Poetriæ.

Poëtris, idis, f. idem ac poetria. *Pers. prolog. in fin.* Corvos poetas, & poetridas picas cantare credas Pegaseium melos.

Pogonias, æ, f. 1. πωγωνίας, genus cometæ, stellæ barbatæ similitudinem referens. *Plin. l. 2. c. 25.*

Pol, per Polluceum, adv. jurandi, quod juramenti genus tam viris, quam mulieribus erat commune. *Hor. l. 1. ep. 7. v. 92.* Pol, me miserum patrone vocares. *Ter. Eun. 4. 5. 5.* Certe tu quidem pol multo hilarior. Verba sunt ancillæ. *Plaut. Amph. 1. 1. 215.* Pol profecto.

Polaticus, a, um, ad polam pertinens, quæ est urbs Istriæ maritima: unde Polaticus sinus, idem qui Flanaticus, apud *Pompon. Mel. l. 2. c. 3. Solin.*

Polea, æ, f. 1. πῶλος, fimus pulli asinini, quem mater ante fœtum effundit.

Politor, oris, m. cui polit. *Firmic. l. 4. c. 7.* Politores gemmarum. ¶ Translare politores dicebantur, qui agros excolere consueverunt. *Ulp. l. 52. §. venit, ff. pro socio.* Aut agrum politori damus in commune, quærendis fructibus. Adde *Catonem. R. R. c. 5.*

Politulus, a, um, dim. a *politus*. *Cic. l. 7. Fam. ep. ult.* Opus est huc limatulo, & politulo tuo judicio.

Politura, æ, f. *pulitura*, Λεπυγκτική, ornatus, politio. *Pl. l. 36. c. 6.* Thebaica polituris accommodatur. Adde *l. 11. c. 24.* & *Vitruv. l. 7. c. 1.*

Politus, a, um, *polito, ornato*, מְתֻקָּן, ξεστός, γλαφυρός, ornatus, cultus, nitidus. *Cic. Att. l. 2. ep. 21.* Sic hanc omnibus a me pictam, & politum artis coloribus, &c. *Id. in Pison. c. 25.* Ut ea homo facetus, ad persuadendum concinnus, perfectus, politus e schola. *Id. in Brut.* Oratio accurata, & polita. *Id. 3. Fin.* Quæ abhorret ab omni politiore elegantia. *Id. l. 1. Fam. ep. 9.* Nunc, ut Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit.

Polla, *pro* Paula, nomen Romanæ fœminæ, legitur in veteribus quibusdam Inscriptionibus, quas collegit *Manut. in Orthograph.*

Pollen, inis, n. idem ac pollis, m. & f. *Frisician. lib. 6. pag. 708. Putsch. Cato R. R. c. 156. & 157.*

Pollens, tis, adject. *potente*, גִּבּוֹר, potens, opulentus, a *polleo*; δυνάμενος. *Plaut. Capt. 2. 2. 28.* Genus pollens, & honoratissimum. *Id. Cur. 1. 2. 21. de Bacch.* Vini pollens. *Lucret. l. 1. v. 60.* Pollens opibus. *Tertul. adv. Hyach. c. 6.* Multo pollentioris mentis. *Alcim. Avit. l. 5. v. 63.* pollentissime, cursus Tethor, Nile, tuos. *Solin. c. 2.* Ingenia pollentissima.

Pollenter, adverb. porenter. *Claudian. de IV. Cons. Honor. v. 254.* Cæsaque redit pollentius hydra.

Pollentia, æ, f. *potentia*, δύναμις, potentia. *Plaut. Rud. 3. 2. 4.* Ne impiorum potior sit pollentia. Adde *Casin. 4. 4. 3.*

Pollentia, urbs, V. *Polentia*.

Polleo, es, n. 2. sine pret. & sup. *potere, valere*, יָכוֹל, גָּבַר, Ger. *vermögen, vermöglich seyn*, Gal. *pouvoir*, Hisp. *poder*, ἰσχύω, possum, potentia valeo. Antiqui dixere *poleo*, quia consonantes non geminabant. *Fest. Cic. in Parad.* Nec eis ulla res, quæ plus apud eum polleat. *Id. 4. Tusc.* Qui moderatione, & constantia polleat. *Id. 2. Off. c. 9.* Pollere ad idem faciendam. ¶ Interdum accipitur pro præstare, melius esse, vel utilius. *Pl. l. 36. c. 22.* Ex oleo, & aqua Ciliciæ cotes pollent. *Id. l. 19. c. 3.* Cum vastu nullo polleant.

Pollex, icis, m. *pollice, dito grosso*, בֹּהֶן, Ger. *ein daumen od. zehen*, Gal. *le pouce de la main ou du pied*, Hisp. *pulgar, ἀντίχειρ, μέγας δάκτυλος*, digitus primus in manu, & in pede, a *pellendo*, quod inter cæteros polleat vi, & porestate. Dicitur autem vel simpliciter, pollex, vel cum adjectione digitus pollex. *Cic. 3. Off. c. 11.* Ut Æginetis, qui classe, valebant, pollices præciderentur. *Cæs. B. G. l. 3. c. 14.* Digiti pollicis crassitudine. ¶ Antiquitus in pollice erat favoris, studiique ingenium. Igitur qui faverent, pollicem premebant, qui male alicui vellent, cuperent, pollicem vertebant. Hinc *Premere pollicem* proverbialiter pro favere, vel suffragari ususpartur, *Vertere pollicem* pro refragari, male alicui velle. *Plin. l. 28. c. 2.* Pollices, cum faveamus, premere etiam proverbio jubemur. *Juven sat. 3. v. 36.* Et verso pollice vulgi, Quemlibet occidunt. ¶ *Utroque pollice*, est utraque manu, per Synecdochen, idest summo favore. *Horat. lib. 1. epist. 18. vers. 66.* Favor utroque tuum laudabit pollice ludum. ¶ *Pollex* etiam in vite dicitur de sarmento crassiore, & breviore duarum, vel trium gemmarum. *Colum lib. 4. c. 21.* In pollicem tondeatur, quem quidam custodem, alii resecem, alii præsidiarium appellant, idest sarmentum gemmarum duarum, vel trium. ¶ Item de nodis, vel partibus prominentibus in corticibus arborum. *Pl. l. 13. c. 4. de palmis.* Reliquæ teretes, atque proceræ densis, gradatisque corticum pollicibus, facile se ad scandendum Orientis populis præbent.

Pollia, æ, f. Tribus Romana, dicta a Pollio oppido in Marsis. *Inscripc. apud Gruter. pag. 400. n. 1.* C. Curtio C. F. Pollia Rufino, &c. Adde *Liv. l. 8. c. 37.* & *l. 29. cap. 37.*

Pollicāris, & re, o. 3. *ὠλεκρανιαῖος*, quod pollicis latitudinem, sive crassitudinem habet. *Pl. l. 15. c. 24.* Et interim fa cata pollicari latitudine.

Pollicĕor, eris, citus sum, d. a. *promittere*, יָעַד, הִבְטִיחַ, Ger. *verheissen, sich erbieten*, Gal. *promettre*, Hisp. *prometer*, ἐπαγγέλλομαι, proprie est pro merce pretium offerre, ac promittere, a *pellicere*, e in o abeunte, quod a *licere*, ut *pollucĕo* a *lucĕo*. Nam licitantium verbum proprium est. Sed generatim postea accipi cœpit pro promittere, hoc solum discrimine, quod, ut *Servius* distinguit, *pollicitatio* ponte, promittimus rogati, sive quod, ut *Donatus* censet, pollicitatio majoris est affeverationis. *Priscianus* air, esse verbum commune. *Cic. pro Planc. c. 41.* Nihil tibi ego tam de meis opibus pollicebar. *Id. l. 5. Fam. ep. 5.* De Alexandrina re, causaque Regia tantum habeo pollicori. *Id. Fam. 16. ep. 21.* Te buccinatorem fore existimationis meæ, polliceris. ¶ Cum infinitivo præsentis temporis. *Cæs. l. 6. B. G. c. 9.* Si amplius obsidum velit, dare pollicentur. ¶ Ponitur aliquando pro affirmare. *Cic. 2. Fam. ep. 5.* De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te, &c. ¶ Legitur etiam polliceo, es. *Varr.* apud *Non. c. 7. n. 25.* Ne dares, ne polliceres. ¶ Hinc passive *Metell. Numid.* apud *Priscian. l. 8. pag. 792. Putsch.* Ut alliis ob metum statuæ polliceantur, ἐπαγγέλλωνται.

Pollicitatio, onis, f. *promessa*, חִבְטָחָה, ἐπαγγελμα, promissio. *Asin. Cic. l. 10. Fam. ep. 32.* Reliquas quoque legiones non destitit literis, atque infinitis pollicitationibus incitare. Adde *Sallust. in Jug. c. 65.*

Pollicitator, oris, m. qui pollicetur. *Tert. adversf. Jud. c. 1.* Habemus Deum idoneum pollicitatorem.

Pollicitātrix, icis, f. quæ pollicetur. *Tertul. in Apolog. cap. 23.* Virgo pluviarum pollicitatrix.

Pollictor, aris, d. 1. freq. a pollicĕor. *Plaut. Mil. 3. 6.* Aut tibi meam operam pollicitari, *Ter. Andr. 5. 4. 9.* Pollicitando eorum animum lactas.

Pollĭctum, ti, n. promissio. *Ov. t. de art. v. 444.* Pollicitis dives quilibet esse potest. *Col. l. 11. c. 3.* Memores pollicti nostri.

Pollictus, a, um, nom. passivum ex particip. *promisso*. *Ov. in ep. 21. v. 140.* Exige pollicti debita jura tori. *Vellej. l. 2. c. 111.* Ad id bellum operæ pollicitæ.

Pollinarius, a, um, γυρινδής, quod ad pollinem spectat, ut Cribrum pollinarium, quod de lino, non de seris equorum fit, ad pollinem purgandum, quemadmodum cribrum, quod ad excutiendam farinam fit, excussorium dicitur. *Pl. l. 18. cap. 11.* Cribrorum genera, Galliæ seris equorum invenere, Hispaniæ lino excussoria, ac pollinaria. Adde *Plaut. Pœn. 3. 1. 10.*

Pollinctor, oris, m. vel pollictor, ut alii scribunt, *pizzicamorti*, Ger. *todtenfaber, grebr*, Gal. *corbeau*, Hisp. *el que cura el entierro*, ταφεύς, νεκροτάφος, qui funera procurat, & cadavera ungit, a *pollingo*. *Plaut. Asin. 3. 2. 61.* Ecquis currit pollinctorem accersere? *Id. in prol. Pœn. v. 63.* Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. ¶ Dicitur etiam de vespillonibus, quorum proprie munus erat cum rogi accensio, tum sepultura. *Sidon. l. 3. ep. 13.* Moxque fidente strue torrem devolutum reddere pyræ fastidiosus pollinctor exhorret.

Pollinctorius, a, um, adj. ad pollinctorem pertinens. *Plaut. in suppos. Aulul. scen. 4.* *Quid hic, v. 14.* Libitinarius, sive pollinctorius efferat.

Pollinctūra, unctio, & curatio cadaveris. V. *Pol uctura.*

Pollinctus, a, um, adj. curatus, unctus. Translate *Senec. de vita beata, c. 7.* Voluptas medicamentis pollincta. Alii leg. *polluta*.

Pollingo, is, inxi, inctum, a. 3. *gubernare i corpi morti*, חָנַט, ταριχεύω, νεκρὸν σορῷ πλύνω, ἐκτρεφίζω, πράσσω, ut in *vett. Gloss.* expon tur, est corpus mortuum curare, lavare, ungere, & cætera præstare, quæ cadaveri super pyram locando oppus sunt. *Plaut. prol. Pœn. v. 63.* Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. ¶ Digladiantur inter se Etymologi in assignanda hujus verbi radice. V. *Voss. in Etym.* ¶ Quidam *pollincio* putant esse in præsenti tempore.

Pollintio, onis, f. actus pollinem cribro cemendi, apud *Catom. R. R. c. 136.* ubi alii *politio* legunt.

Pollintor, oris, m. qui pollinem cribro purgat. *Cato de R. R. c. 136.* sed dubia est lectio.

Pollio, is, n. 4. pila ludo. *Festus.*

Pollio, onis, m. Asinius Pollio Orator celebris fuit Romæ, Augusti amicus, & Virgilii patronus. *Horatius*, tragœdiarum etiam, & historiarum scriptorem fuisse testatur, *l. 1. sat. 10. v. 85.* ¶ De Trebellio Pollione V. *Capitolinus, in.*

Pollis, inis, m. 3. *πόλις*, קֶלַח, farina a furfuribus e purgata, paullo tamen minus, quam flos. Marcellus Dioscoridis interpres dicit, pollinem esse tenuissimum pulverem, subtilioremque farinæ partem, qualis circa molas plerumque, & loca, in quibus panis pinsitur, parietibus hærens invenitur, unde sit panis omnium infirmissimus. Idem *Plinius* dicere videtur *l. 18. c. 10.* Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo fusum est e modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita autem appellant in tritico, quod florem in siligine. *Ter. Adelph. 5. 3. 60.* Atque illa, favillæ plena, fumi, ac pollinis. ¶ Dicitur etiam de pulvere aliarum rerum. *Col. l. 6. c. 30.* Et thuris polline cum eo, qui profluit, sanguine immisto armi linantur.

Pollŭbrum, *vel* Polubrum, i, n. *catino*, Germ. *handbecken*, Gal. *bassin*, Hisp. *fuente*, κέρνιψ, pelvis, vas latum ad manus, pedesque lavandos. *Fabius Pictor. l. 6.* apud *Non. c. 15. n. 11.* Aquam manibus, pedibusque dato, pollubrum sinistra manu tenetto, dextra vasum cum aqua.

Pollucĕo, es, uxi, uctum, a. 2. *offerire*, הֵנִיף, ἐκτείνω, sacrorum verbum est, de illis, qui Dii libamenta offerunt. Dicitur a porriciendo, quia Diis libamenta porriciantur. *Varr. l. 5. de L. L.* Vel est a *pellucendo*, seu quia in eo sacrificii genere, quod *pollūctum* dicebatur, sacrificii lumina admodum lucerent, ut air Perottus, seu quia in eodem splendor epuli pelluceret, quæ *Turnebi* sententia est *l. 28. cap. 31.* Verum quidquid sit de origine, illud de significatione certum est, pollucere idem esse ac, convivio lauto instituto, sacra facere, Diis offerre, conficere. *Cato R. R. c. 132.* Jovi Dapali culignam vini, quantum vis, pollucето. *Plaut. Stich. 1. 3. 80.* Uti decumam partem Herculi polluceam. *Plin. l. 32. c. 2. ex Cassio Hemina*, pollucere parrimonia.

Pollucibilis cœna, opulenta, opipara, splendida, a *pollucto*, quia pollūctum plane oppiparum, ac sumptuosum erat. *Macr. l. 3. Saturn. c. 13.* Altera die Cleopatra, pertentans Antonium, pollucibilem fane cœnam parayit, fed quam non imitaretur Antonius. ¶ Comparativum *pollucibilior* legitur apud *Tert. de jejun. c. ult.*

* Pollucibilitas, aris, f. *Fulgent. Mythol. l. 1. c. 2.* Pollucis filius, five a pollendo, five a pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus.

Pollucibiliter, adv. πολυτελῶς, opipare, splendide, laute. *Plaut. Most. l. 1. 23.* Pascite parasitos, obsonate pollucibiliter.

Pollucte, adv. opipare, a *pollūctum*. *Plaut. in fragm.* apud *Fest.* Pollucte prodigum esse amatorem addecet. Id sine dubio verius est, quam quod in vulgatis legitur *producte*.

Pollūctum, i, n. sacrificium, sive convivium, quod Jovi Dapali, Herculi, aliive Deo fiebat, a pollucendo. *Cassius Hemina* apud *Pl. l. 32. c. 2.* Ni qui ad pollūctum emerunt. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 12.* Proprie autem Catilones dicebantur, qui ad pollūctum Herculis ultimi cum venirent, catillos liguriebant. ¶ Porro quia pollūctum hoc plane oppiparum, ac sumptuosum erat, hinc est, quod vocabulo eo generatim utereturur pro cœna lauta, ac sumptuosa. *Plaut. Rud. 4. 5. fc. ult. v. 63* Spectatores vos quoque ad cœnam vocem, ni daturus nihil sim, neque fit quicquam pollucti domi.

Pollucŭla, æ, f. laurum convivium, cœna lauta, ac sumptuosa. *Plaut. Stich. 5. 4. 6.* Quisquis præterea, comessatum volo vocari. *St.* Convenit, dum quidem hercle quisque veniat cum vino suo. Nam hinc quidem hodie pollucŭra, præter nos jam dabitur nemini. Est qui legit *pollinctura*, sed hoc ad rem hic non facit.

Polluctus, a, um, partic. a polluceo, in medium positus, omnibus communis, ductum a *pollūctis*, ad quæ quilibet conveniebat. *Plaut. Rud. 2. 4. 11.* Non ego sum pollucta pago, potin' ut me abstineas manum? ¶ Significat etiam opipare accepeus, laute habitus, nempe quia pollucentes Veteres convivia lauta instituebant. Hinc jocose *Id. Cur. 1. 3. 37.* pollūctus virgis servus.

Pollŭo, is, lui, lutum, a. 3. *macchiare, imbrattare*, מָגַל, Ger. *beflecken, befudlen*, Gal. *salir, souiller*, Hisp. *enfuziar*, μολύνω, inquino, fædo, contamino. *Cic. pro R. Am.* Qui cum omnia divina, atque humana jura scelere nefario pollluisset. *Hor. l. 3. od. 5.* Domus casta pollluitur stupris.

Pollurio, onis, f. actus polluendi, inquinatio. *Pallad. l. 9. tit. 10.* Aqua colore perjucido, carens musco, & omni labe pollutionis aliena.

Pollūtus, a, um, *macchiato, imbrattato*, מְגֹאָל, מְגֻאָל, μεμιαμμένος, inquinatus, fœdatus. *Cic. Ver. ult. c. ult.* Polluta, & violata sacra. *Silius l. 11. v. 323.* Polluta dolis fœdera. Et *v. 46.* Pollutior ipsa senectus, *Apul. l. 9. Met.* Pollutissimus dives. *Stewech. in Arnob.* legit *pollentissimus*. ¶ *Pollutus* præterea a *porriciendo* fictus, idem est ac Diis oblatus, teste *Varrone l. 5. de L. L. c. 7. Scalig.* tamen *ad Festum* legit *pollustus*, quod multo rectius est. V. *Polluceo*.

Pollux, ucis, m. Jovis, & Ledæ filius, frater Castoris, Helenæ, & Clytemnestræ. Hunc Poetæ fabulantur immortalem fuisse, tantoque amore fuisse erga fratrem, qui mortalis genitus fuerat, ut cum eo immortalitatem suam divideret. V. *Cæsur.* ¶ *Pollūces* in plurali num. etiam legitur, licet de uno tantum fermo sit. *Plaut. Bacch. 4. 8. 52.* Ita me Jupiter, Juno, Ceres, Castor, Pollūces, Mars ament. Similiter & *Castores* dicebant, unum Castorem significantes; interdum & utrumque fratrem. *Arn. l. 1.* Dii Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugillator bonus. Adde *Serv. in 3. Georg.* & *Var. l. 4. de L. L. c. 10.*

Polonia, f. *Polonia*, Regnum peramplum Europæ, ubi alias Germano-Sarmatia cum parte Orientali Germaniæ, prope Vistulam fl. Terminatur a Sept. mari Baltico, Livonia, & Moscovia, seu Russa alba, a qua etiam terminatur ab Or. ab Occ. Germania, a Mer. Hungaria, Transylvania, & Moldavia. Dividitur in duas partes, in Poloniæ Regnum proprium, & in Magnum Ducatum Lithuaniæ.

* Polōse, per polos. *Capell. l. 1. p. 14.* decussata polose.

Polŭtbrum, V. *Pollubrum*.

Polītius, a, um, adj. antique, pro paullulus. *Cato R. R. c. 10.* Labellum polutum. *Et c. 21.* Laminæ polutæ.

Polus, i, m. קוֹטֶב, מְדָן, שְׁחָקִים, Πόλος, cœlum, circuitus cœli, a πολέω, verto. Fabulantur, Polum filium fuisse Demogorgonis, Demogorgonem prope aquas maris sedentem, ex aqua, & ex limo molem finxisse, quæ Polus dicta est, illam in sublime evolaviss e, & in immensam magnitudinem excrevisse ita, ut omnia ambiret, cum patrem circumstarer lucis globulum fabricantem, cum cerneret plurimas favillas ictibus mallei accensas, & hinc, atque illinc evolantes, gremium expandisse, omnes illas favillas collectas suum in domicilium tulisse, illisque ipsum ornavisse. *Virg. 3. Æneid. v. 580.* Humentemque Aurora polo dimovet umbram. ¶ Posteriores Græci πόλους, & Latini polos, vel vertices dixere extrema axis, idest duo puncta immobilia in cœlo, circa quæ ejusmodi circa cardines quosdam cœlum vertitur. Duo enim sunt poli, quorum alter Arcticus, vel Borealis dicitur, estque altissimus his, qui sunt in nostro hemisphærio, & perpetuo apparet, alter Antarcticus & Australis vocatur, qui Arctico ex diametro opponitur, imus, & depressus est, neque a nobis cerni potest. Ab horum uno ad alterum imaginaria quædam linea per mundi centrum ducitur, quam axem appellant, cujus extrema poli occupant. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 41.* Extremusque adeo duplici de cardine vertex Dicitur esse polus. Adde *Pl. l. 2. c. 15.*

* Polteio, pro ulteriore. *Festus.*

Polyacanthos, i, πολυάκανθος, herbæ genus, spinosas habens lanugines. *Plin. lib. 21. c. 26.*

Polyægos, f. *2. Poliguſa, Polaguſa*, inf. maris Ægæi, una Sporadum sic dicta a caprarum multitudine. Aliis est *Falconara*, al. *Policandro*. *Pl. l. 4. c. 12.*

* Polyandrĭon, πολυανδρίον, sepulcrorum. *Arnob. l. 6. p. 194.* Polyandria illa Varronis, *cimiteri, sepolcri communi*.

Polyanthēmum, i, πολυανθεμον, herba, quam nonnulli barbarbion appellant. *Plin. l. 27. c. 12.*

Polycarpos, i, f. πολύκαρπος, herba, eadem quæ polygonus. *Apul. de herb. c. 18.*

Polychronĭus, a, um, adject. לאֲרֹךְ יָמִים, πολυχρόνιος, diuturnus, longævus. *Jul. Firmic. l. 8. c. 28.*

Polycrētæus, a, um, adj. ad Polycletum pertinens, *Stat. l. 2. silv. 2. v. 67.* Aut Polycleteo jussum est quod vivere cœlo.

Polyclētus, m. 2. Πολύκλειτος, statuarius eximius, genere Sithonius, discipulus Ageladæ. Duas eodem argumento statuas fecit, alteram arte sua, alteram de vulgi opinione, quam de sententia cujusvis prætereuntis cælaverat. Quibus perfectis turbam ad misit, & primum illam ostendit, quam arte sua cælaverat, quæ magnopere laudata est, deinde eam, quam ex vulgi opinione, quæ non æque placuit. Tunc, *Atqui*, inquit, *hanc, quam tantopere laudatis, ego feci, quam vero vituperatis, vos fecistis*. Fecit astragalizontes; hoc est talis ludentes, quo opere nullum absolutius judicant. Hujus etiam Doryphorus celebratus, quem Lysippus ajebat sibi magistrum fuisse. *Cic. 2. de Orat. c. 16. in Bruto c. 18. & 86.* & alibi.

Polyonēmon, i, πολύκνημον, herba odorifera, cuniculi similis. *Pl. l. 26. c. 14.*

Polycrĭtes, m. 3. Tyrannus, qui regnavit in Samo insula, ætate Pythagoræ, & Anacreontis, celebris apud Historicos opibus, & felicitate. Nihil enim ei in vita adversi unquam contigit. Anulum habuisse dicitur incredibilis pretii, sibique charissimum, quem, ut nimis sibi blandientem fortunam aliqua adversitate temperaret, in mare abjecit: quem tamen postea in præcordiis piscis inventum recuperavit. Sed ejus mors ærumnosa, & infamis docuit, neminem ante obitum merito dici posse felicem. Fuit enim ab Oronte Satrapa Persarum capetus, suspensusque. *Cic. 3. Fin. c. 30.* & *Strab. l. 14.*

Polydamas, antis, m. Πολυδάμας, vir Trojanus, filius Antenoris ex Thelamone sorore Hecubæ. Alii Panthoi filium fuisse dicunt. Fuit æqualis Hectoris, ejusdemque socius, & magister. Eloquentia valuit. Lycaëm Priami filium ex concubina uxorem duxit. *Dares* Historicus *cap. 39.* hunc dicit ad castra Græcorum noctu profectum de consilio Antenoris patris, & Æneæ Trojam prodidisse. *Ov. 12. Met. v. 547.* ¶ Polydamas alter, Pancratiastes nobilis, qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus superavit, taurum ingentem apprehensi extremis pedibus retro tenebat, currum agitarum se se opponendo altera manu apprehensum ex cursu retrahebat, in equosque insiliebat dejecto auriga. Accersitus a Dario Artaxerxis magni filio ter apud eum ex provocatione victor fuit. Postremo post cœnam in caverna, cum saxum a vertice ruinam minaretur, diffugientibus convivis, confisus ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere, oppressus est. *Pausan.*

Polydamantēus, a, um, adject. ad Polydamantem pertinens. *Sil. l. 12. v. 212.* Polydamanteis juvenis Pedianus in armis.

Polydectes, m. 1. Πολυδέκτης, filius Magnetis, Rex Seriphi insulæ. Hic Persæum Jovis, & Danaes filium educavit. Cujus tandem ingenium veritus, audaciamque, & felicitatem, suo præsertim ætatis gloriæ illum ad superandam Gorgonem Medusam misit. Sed Perseus devicta Medusa victor reversus est. Polydectes, cum Perseo semper detraheret, convivis est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ. *Ov. 5. Met. v. 242.* ¶ Polydectes alter, filius Molossi, nepos Pyrrhi, ex genere Æacidarum.

Polydōreus, a, um, adjectiv. ad Polydorum pertinens. *Ov. 13. Met. v. 629.* Et Polydoreo manantem sanguine terram.

Polydōrus, idis, f. filia Pelei, quæ adamata est a Sperchio flu. ex quo Mnestheum peperit, qui cum Achille ad bellum Trojanum profectus est. Hæc postea Borysthenidi nupsit.

Polydōrus, m. 2. Πολύδωρος, filius Priami ex Hecuba, quem pater initio belli Trojani cum magno auri pondere conservandum misit. Polymnestori Regi Thraciæ, non solum antiquo amico, & hospiti, sed etiam genero suo, data ei in matrimonium Ilione maxima filiarum. Sed ille, incensa Troja, cæterisque Priami filiis fere omnibus interfectis, auri cupiditate adductus Polydorum in litore spatiantem telis aggressus est, & frustra idem Deorum hominumque imploranteem occidit. *Virg. 3. Æn. v. 40.* Sed *Ov. l. 13. Met. a. v. 429.* rem aliter narrat. V. etiam *Serv. in 3. Æn. v. 49.* ¶ Polydorus secundus, filius Priami ex Laothoe Alsai Lelegum Regis filia, frater Lycaonis, minimus natu omnium liberorum. Pedum velocitate omnibus illius ævi adolescentibus præstitisse fertur. Cum præ cæteris a patre amaretur, ei interdictum fuerat, ne in prælium exiret. Sed quadam die ex urbe inscio patre egressus in Achillem incidit, a quo hasta confixus est, Hectore fratre nimis sero opem ferente, quo extincto, Lycaon ejus frater multis precibus vitam ab Achille deprecans, ramen ab illo in Scamandrum fluvium projectus, natandi imperitia interiit.

Polygăla, æ, f. πολυγάλη, genus herbæ, quæ pota lactis abundantiam facit, a πολύ, multum & γάλα, lac. *Plin. l. 27. c. 12.*

Polygnōtus, ti, m. Πολύγνωτος, pictor præstantissimus filius Aglaophontis, patria Thasius. *Plin. l. 33. c. 13.* & *l. 34. c. 8.*

Polygonăton, i, *Sigillo di Salomone, Sigillo S. Mariæ*, n. 2. πολυγόνατον, herba sine foliis, hasparagi caule, in cacumine aculeum habens, a πολύ, multum, & γόνυ, genu, propter multitudinem geniculorum. *Plin. l. 27. c. 12.*

Polygonŏsum, V. *Polygonus*.

Polygonus, a, um, adject. πολυγώνιος, multos habens angulos, ut polygoniæ turres, apud *Vitr. l. 1. c. 5.* ¶ Apud *Hyginum* legitur *polygonus*, eodem sensu.

Polygonoĭdes, is, n. 3. πολυγονοειδές, genus herbæ, folio lauri, longa, tenuisque, adversus serpentes, ac privatim aspides acero pota efficax. Ægyptus hanc maxime gignit. *Plin. l. 24. c. 15.*

Polygŏnus, i, f. *coreggiuola*, πολύγονος, species herbæ, al. sanguinaria, a πολύ, *multum*, & γόνη, *semen*, propter multitudinem seminis. *Plin. l. 27. c. 12.* Polygonon Græci vocant, quam nos sanguinariam. *Id. l. 26. cap. ult.* Polygonus pota menses ciet. ¶ Apud *Scribon. Larg. compos. 193.* legitur *polygonium*.

Polygrammos, f. 2. πολύγραμμος, genus gemmæ lineis albis multis distinctæ, cætera smaragdo similis. *Plin. l. 37. c. 9.*

Polygynæcon, n. 2. πολυγυναικεῖον, frequentia, seu senatus mulierum. *Plin. l. 35. c. 11.* Pinxit in templo Eleusine Phylarchum, Athenis frequentiam, quam vocavere polygynæcon. Aliqui legunt *gynæoniten*, alii *polygynæeon*.

Polyhistor, oris, m. πολυΐστωρ, multiscius. Hoc nomine appellatus fuit Appion, de quo *Gel. l. 5. cap. 14.* item *Solinus*, ob variarum rerum commemorationem, item Cornelius Alexander Græcus Grammaticus, teste *Suet. de illustr. Gramm. c. 10.*

Polyhydron, i, πολυώδιον, herba cesauræ major. *Apul. de herb. c. 34.*

Polyhymnia, *seu* Polymnia, æ, f. Πολυμνία, Πολύμνια, Musa, quæ laudationibus præest, a πολύς, multus, & ὕμνος, hymnus, cantus. Aliqui dictam volunt, quasi multæ memoriæ, ex πολύς multus, & μνήμη, memoria. *Hor. l. 1. od. 1.* Nec Polyhymnia Lesboum refugit tendere barbiton. Aliqui leg. *Polymneia*. Adde *Ov. Fast. 5. v. 9.* & *53.*

* Polymachæroplacides, vox ficta a *Plaut. Pseud. 4. 2. 31. q. d.* Probe quidem armatus, sed tamen placidus.

Polymĭtus, a, um, πολύμιτος, quod multis verticoloribus liciis in longum, transversumque ductis contextum est, a πολύ, multum, & μίτος, licium. *Plin. l. 8. c. 48.* Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. *Hieronym. epist. 128. ad Fabiol.* Baltheum ita polymita arte distinctum, ut diversos flores, ac gemmas artificis manu non texras, sed additas arbitreris.

* Polymneia, V. Polyhymnia.

Polymœstor, oris, Thracum Tyrannus in ea regione, quæ Bistonia, & Pallene dicta est, gener Priami, cujus filiam Ilionem uxorem duxerat. Polydorum Priamum, Priami filium, quem pater ejus fidei cum magno auri pondere crediderat, incensa Troja, auri cupiditate interfecit. Quod cum Hecuba in Græciam cum aliis captivis mulieribus navigans, ubi in Thraciam pervenit, cognovisset, Tyrannum adiit, tamquam aliud ei auri pondus veller indicare, eique ab aliis mulieribus adjuta oculos unguibus eruit. *Ov. 13. Met. v. 536.*

Polymyxos, m. 2. *lucerna di molti stoppini*, πολύμυξος, lucerna, quæ multis ellychniis lumen in diversa spargit, a πολύς, multus, & μύξα, quod inter alia etiam de lucernæ ellychnio dicitur. Legitur apud *Martial. in lemmate epigr. 41. lib. 14.*

Polyneuron, i, πολύνευρον, herba multas fibras veluti nervos habens. *Apul. de herb. cap. 1.*

Polynices, is, m. Πολυνείκης, filius OEdipi Regis Thebarum ex nefando Jocastæ matris concubitu editus, frater Eteoclis. Hi mortuo patre inter se convenere, ut alternis annis regnarent. Sed cum Eteocles pactis non staret, bello a Polynice indicto, post varia discrimina, ambo fratres singulari certamine mutuis confecti vulneribus, periere. *Stat. 7. Theb. vers. 689.* Parcior ad eives Polynicis inhorruit enfis.

Polyonymos, i, πολυώνυμος, herba perdicalis. *Apul. de herb. c. 81.*

* Polyphăgus, i, *magione*, זוֹלֵל, πολυφάγος, vorax, heluo. *Suet. in Nero. c. 37.* ¶ Polyphagum insignem exhibet *Vopisc. in Aurelian.* prope finem.

Polyphēmus, mi, Πολύφημος, Cyclops, Neptuni filius ex Thoa Phorci filia, monstrum ingenti corpore, uno tantum oculo in fronte, Galateam Nympham adamavit, a qua spretus, animi dolore Acin puerum, quem illa prætulerat, saxo interfecit. Ad hunc venit Ulysses cum duodecim comitibus, & optimo vino soporatum titione obcæcavit. *Virg. 3. Æn. 2. v. 619.*

Polyplustus, a, um, πολυπλάστιος, bene nummatus, ubertim dives, ex πολύ, multum, & πλοῦτος, dives. *Plaut. Capt. 2. 2. 27.* Quo de genere natus est illic Philocrates? *P.* Polyplusio.

Polypodĭum, ii, n. *felce quercina, polipodio*, πολυπόδιον, genus herbæ, al. doli-chos, & serpillum, vulgo filicula, a *polypus*, five quod radix ejus veluti citros ad multitudinem polypi pisces habeat, five quod farina ejus indita naribus polypum consumat. *Plin. l. 26. c. 11. l. 25. c. 12.*

Polypōdus, a, um, qui polypo morbo laborat. *Martial. lib. 12. epigr. 37.* Mafurum volo, non polypodum.

Polypōton, i, πολύπτωτον, traductio, figura locutionis, qua casibus diversis oratio distinguitur, ut apud *Virg. 4. Æn. v. 626.* Litora litoribus contraria, fluctibus undas imprecor, arma armis pugnent, &c. Sed vox Græca est, & Græce scribenda. *Quint. l. 9. c. 3.*

* Polypȳchus, a, um, πολύπτυχος, multos plicas habens. *Veter. l. 2. de re milit. c. 19. Casson. l. 5. ep. 14.* aliique, apud quos fere subintelligitur *libelli*. Res annonaria vel civilis polypeychis annotantur.

Polypus, pi, & podis, m. *polpo*, πολύπους, pisces ex genere eorum, qui molli cute leguntur, a πολύς, *multus*, & πούς, *pes*, quia multos pedes habet, idest octo, unde & ὀκτώπους, idest octipes usitatius dicitur. De polypo *Plin.* scribit *l. 9. c. 12. 29. 30. 29. & 51. l. 10. c. 70.* ¶ Polypus item nasium morbus est, hoc est cancrum in naribus ossi inhærens, quæ interdum adeo exerescit, ut reipirationem impediat, hominemque strangulet, teste *Cels. l. 6. c. 8. Scrib. 2.* Nomen ei a polypo pisce. Nam & carne eum refert, & multas habet radices, uti pisces ille pedes. *Horat. Epod. 12. v. 4.* Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis. *Cato de R. R. c. 157.* Et, si polypus in naso introierit, brassicam erraticam, anidam, tritam in malum conjicito, & ad nasum admoveto. ¶ Translate etiam de homine rapaci usurpatur, nempe quia polypus magna cum solertia acetabulis suis conchas, ac pisciculos attrahat, constrictoque tuneat, ut nequeant avelli. *Plaut. Aulul. 2. 2. 21.* Ego istos novi polypos, qui ubi quid attigerint, tenent. ¶ In fœminino gen. ususpavit *Lucil. apud Non. c. 3. n. 175.*

Polyrhizos, i, πολύρριζος, herba radice multa, alio nomine plistolochia. *Plin. l. 25. cap. 8.*

Polysēmus, πολύσημος, h. e. multa significans: Græca vox, a πολύ multum, & σῆμα, signum, nota. *Polysemus sermo* dicitur a *Servio ad l. 1. Æn. v. 1.* & *86.* cum vox aliqua adhibetur, quæ plures habeat significationes.

Polysĭpatos machina dicitur a *Vitruv. lib. 10. cap. 5.* quæ multis orbiculis constat atque adeo magnam trahendi vim habet, a πολύ, *multum*, & σπάω, *trahe*.

Polysynthēton, n. 2. Figura verborum per adjectionem, per quam eadem conjunctio in membris, vel incisis orationis frequenter repetitur, a πολύ, multum, & σύνθεσις, simul pono. Quidam ex *Rutilio Lupo* duas figuras distinguunt, *Polysyndeton*, & *Polysynthecton*: de *Polysyndeton* esse volunt, cum eadem conjunctio sæpius in incisis repetitur; *Polysynthecton*, cum in membris ejusdem conjunctionis repetitio fit, vel etiam plures conjunctiones diverſæ afferuntur. Exemplum prioris est in illo *Virg. 3. Georg. Tectumque, laremque, armaque, Amyclæumque canem, Cressamque pharetram*. Posteriorisi hoc modo; *Ille hunc puma consfcribum prahebat, hic autem vociferabatur: concursus vero non mediocris erat, cum tamen omnes opitulari vellent, sed nemo auderet: neque ibi Magistratus adesrat, neque circumspicientes, qui potissimum confugeremus reperiebamus*. Sed utraque voce Græca est, & Græcis literis scribenda.

Polytēles, πολυτελής, titulus est libri septimi *Apicii*, & significat sumptuosus, impendiosus, a πολύ, multum, & τέλος, vectigal, impensa: quia in eo libro multa traduntur condimenta quæ magnas impensas requirunt.

Polytrichon, i, πολύτριχον, herba, capillus Veneris, a multitudine tenuium fibrarum, seu capillamentorum in radicibus sic dicta; nam πολύ, multum, θρίξ, τριχός, capillum significat. *Plin. lib. 22. c. 21.* ¶ Eadem dicitur & Polythrix, icis, πολύθριξ, ab *eod. l. 26. c. 14.* ¶

tione, & ſpecie quadam triumphi, tam in adverſis, quam in proſperis, & lætis. *Nep. in Att. c. ult.* Pompa funeris. *Virg. 3. Georg. v. 22.* Solemnes ducere pompas. *Cic. 1. Off. c. 36.* Ut pomparum feruculis ſimiles eſſe videamur. ¶ Speciatim dici ſolet de Circenſi pompa. *Tertul. lib. de Spectac. cap. 7.* Sed Circenſium paulo pompatior ſuggeſtus, quibus proprie hoc nomen pompa, præcedit. *Ovid. 4. Fast. v. 391.* Circus erit pompa celebris, numeroque Deorum. Erat autem pompa Circenſis ſimile aliquid noſtris Proceſſionibus, ut appellant, cum Magiſtratus, Sacerdotes, & multi præterea cives rite atque ordine a templo Jovis Capitolini in Circum procedebant, multis circumlatis ferculis cum Deorum, Semideorum, & Imperatorum ſtatuis, quas in Circo ipſo ante ludos ſacrificaturi collocabant. V. *Dionyſ. Halic. l. 7.* ¶ Sumitur etiam pro longo incedentium ordine. *Ter. Heaut. 4. 4. 27.* Et tua pompa eo traducenda eſt. Loquitur de prolixo mercenis comitatu. *Cic. Fam. 2. ep. 15.* Moleſta hæc pompa lectorum meorum. ¶ Transfertur ad orationem quoque, atque alia, & ſumitur pro ſplendore, magnificentia, faſtu. *Cic. 2. de Orat. c. 72.* Adhibere quamdam in dicendo ſpeciem, atque pompam. *Q. Cic. de petit. Conſul. c. penult.* Tota petitio, cura, ut pompæ plena ſit, ut illuſtris. *Sen. l. 2. de Benef. l. 12.* Detrahere pompam muneri ſuo, *h. e.* dare ſine faſtu.

Pompabĭlis, le, adject. *pompoſe, magnificus, ſplendidus. Trebel. Pol. in Zenobia, ſeu in xxx. Tyrann. c. 30. n. 29.* Ducta per triumphum ea ſpecie, ut nihil pompabilius populo Romano videretur.

* Pompabĭliter. V. Pompaliter.

Pompālis, le, o. 3. quod cum pompa eſt. *Capitol. in Gordian. c. 6.* Canitie decora, pompali vultu.

Pompālitas, atis, f. pompa. *Priſc. ſub init. l. de verſib. comicis edit. Purſchii pag. 1320.*

Pompālĭter, adv. cum pompa. *Trebel. in Gallien. c. 8.* Caladiatores pompaliter ornati. Al. leg. *pompabiliter.*

Pomparĭcus, a, um, quod cum pompa conjunctum eſt. *Tert. de cult. fœm. c. 9.* Fœminæ pomparicæ progrediuntur. *Apul. lib. 10. Miles.* Pompatico favore deducor.

Pompātus, a, um, quod pompam habet. *Tert. l. de Spectac. cap. 7.* Sed Circenſium paulo pompatior ſuggeſtus.

Pompejānum, i, n. *Pompejliano*, al. *S. Mariæ Nunciata, Terre dell' Annonciata, Annoneiata*, villa Ciceronis, prope Nolam. *Baudrand* idem videtur ac oppidum Pompeji.

Pompejānus, a, um, quod ad Pompejum ſpectat. *Lucan. l. 3. verſ. 166.* Pompejani triumphi. *Vellej. l. 2. c. 51.* Prælio Pompeianis proſpero. ¶ Pompejanus coloſſus, ſeu Pompejanus Jupiter, ſtatua Jovis in Campo Martio a Claudio Cæſare dicata, ita dicta a vicinitate theatri Pompeji. *Plin. l. 34. cap. 7.* ¶ Pompejana vitis, vel uva, eadem ac Murgentina, ita dicta ab inſitore. *Col. l. 3. c. 2. Plin. l. 14. c. 2. 3. 6.* ¶ Ficus Pompejanæ, vel Pompejæ, genus ficuum ab auctore nomen habens, optimum ad ficcandum. *Plin. l. 15. c. 18.*

Pompeji, orum, gens Romæ, Plebeja. *Vellejus Paterculus* tres Pompejæ gentis fuiſſe familias *libi* 2. tradit, ſed quæ ſint, non explicat. Alii dicunt, duas omnino hujus gentis familias diverſas occurrere. Prima Ruforum eſt, in qua tres ante bellum civile Syllanum, tres poſt Pompejanum Curules Magiſtratus geſſere. Nam Birhynici ejuſdem plane ſunt ſtirpis. Hujus familiæ auctor fuit, & princeps A. Pompejus Rufus, a quo Q. Pompejus is, qui Conſul fuit cum Cn. Servilio Cæpione anno 609. alias 642. & rem ad Numaſtam male geſſit. *Cicer. in Bruto, pro Mur. 5. Ver. & Flor. lib. 2.* Altera eſt Cneorum, ex qua Cn. Pompejus Magnus filius Cn. Pompeji Strabonis, qui cum Cæſare bellum civile geſſit, & in Ægypto occiſus fuit. V. *Vellej. lib. 2. Lucan. &c.* ¶ Pompeji homines novi fuere. *Cic. pro Mur.*

Pompeji, orum, m. *Caſtel a mare di Stabia*, al. *Civitá*, opp. Campaniæ, in ora ſinus Neapolitani, apud Sarnum flu. *Baudrandus* credit, idem eſſe ac Pompejanum, *Torre dell' Annunciata*, & ait eſſe ad oſtia Sarni flu. Conditum fuit ab Hercule, cum boves Geryonis abduceret, teſte *Solino*. Sub Nerone terræmotu concidit. Ejus meminit *Plin. l. 3. c. 5.*

Pompeſŏpŏlis, Ciliciæ urbs, poſtea Trajanopolis dicta, teſte *Solin. c. 51.*

Pompejus, a, um, πομπήϊος, quod ad Pompejum ſpectat. *Ovid. lib. 4. de Pon. epiſt. 5. v. 9.* Protinus inde domus vobis Pompeja peratur. ¶ Lex Pompeja, quæ lata eſt a Cn. Pompejo Strabone Conſule parte Pompeji Magni anno U. C. 664. ut Ligures, Veneti, & Galli Ciſpadani Civitate Romana, Galli vero Tranſpadani jure Latii donarentur. *Plin. lib. 3 cap. 20. Sigon. de ant. jur. Ital. l. 1. c. 1. & l. 3. c. 1. & 2.* ¶ Pompejæ ficus, eædem ac Pompejanæ. *Plin. l. 15. c. 18.* ¶ Pompeja umbra. V. *Porticus.*

Pompēlon, *ſeu* Pompelo, onis, f. 3. *Pamplona*, πομπελών, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, a Pompejo condita, teſte *Strabone*. ¶ Populi Pompelonenſes. *Plin. l. 3. c. 3.*

Pomphŭlyx, ygis, f. *ponfolice*, ſuzia, πομφόλυξ, fuligo, ſeu cinis metallicus in officinis potiſſimum æratiis e fornacibus evolans; & ſummis camini partibus adhærens. *Plin. l. 34. c. 13.*

Pompillĭa genus, una ex gentibus Patriciis Romæ, cujus auctor fuit Pomponius, vel Pompo, homo imprimis nobilis, & clarus, urbe Sabinorum oriundus. *Plut.*

Pompilĭus, ii, ſecundus Rex Romanorum. V. *Numa.* ¶ Pompilius, a, um. *Horat. de Ar. poet. v. 292.* Pompilius ſanguis.

Pompilus, i, m. πομπίλος, *vexillos*, nautilus, piſcis thynno ſimilis, qua ſimilitudine quidam decepti eum inter thynnos retulerunt, ut ex *Plinio* diſcimus, a πρωΐ ἔμπω, *deduco*, quia per mare uſque ad litus deducat naves. *Ovid. in Halieut. v. 101.* Tuque comes ratium, tractique per æquora ſulci, Qui ſemper ſpumas ſequeris, Pompile, nitentes. Adde *Plin. l. 9. c. 29. & l. 32. ſub fin.*

Pompo, ōnis, m. 1. cum pompa aliquid ago. *Sedul. l. 1. v. 2.* Grandiſonis pompare modis, tragicoque boatu.

Pomponĭa, æ, πομπωνία, inter Scipionis, ex congreſſu Jovis, ut creditvolebat, in anguem mutati. *Sil. l. 13. v. 615.* Aſtabat fœcunda Jovis Pomponia furto.

Pomponiāna pyra, genus pyrorum, ita dictum ab Inſitore. Eadem mammoſa ob ſimilitudinem mammæ cognominantur. *Plin. l. 15. c. 15.* ¶ Eſt etiam Pomponiana Inſula, una ex Stœcadibus. *Id. l. 3. c. 5.*

Pompōſe, adverb. *pompoſamente*, magnifice, cum pompa. *Sidon. lib. 9. ep. 9.* Pompoſe ſcribere.

Pompōſus, a, um, adject. *magnifico, pozpoſo. Sidon. l. 4. ep. 9.* Pompoſus inceſſus.

Pomptīna Tribus Rom. in Latio fuit, in Volſcis, ſic dicta ab urbe Pometia, *vel* Pontina. Facta eſt anno U. C. 395. una cum Popilia. ¶ Pomptina palus. V. *Pontina.*

Pomum, i, n. *pomo*, תַּפּוּחַ, Germ. *ein apffel*, Gall. *une pomme*, Hiſp. *mançana*, μῆλον, omnis fructus, qui ex arboribus eſui aptus provenit, ſive mollis, ſive duris ſit. Quidam enim etiam nucem hoc nomine complexi ſunt, quæ Græcis κεφάλωτον. *Macrob. lib. 2. Sat. c. 15.* ſcribit ficum, tamquam non pomum, ſeceruni a pomis apud idoneos Scriptores; additque exempla ex *Cic. de Republ. & ex Afranio.* Nihilominus *Plin. l. 15. c. 18.* non ſemel pomum pro fico poſuit.) Sed alii in hoc diſtinguunt nucem a pomo, quod nux generale ſit nomen omnibus, quæ duro operimento teguntur, ut ſunt nuces juglandes, avellanæ, amygdalæ, caſtaneæ, & hujuſmodi, pomum vero de iis proprie dicatur, quæ molem habent corticem, quamvis etiam pro nucibus aliquando uſurpetur. *Plin. l. 16. c. 32. de nuce juglande.* Solum hoc pomum natura compactili operimento clauſit. Adde *Plaut. Scium, l. 105. Dig. de verb. ſignif.* ¶ Mora etiam inter poma annumerat *Plin. l. eod. cap. 24.* At non item glandes, *ibid. Cic. de Sen.* Poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur. ¶ Fuit & pomi vox inter obſcœna. Nam ſic coleos vocabant. Hinc legere poma, *h. e.* concubitu uti. *Properti. lib. 2. el. 23. v. 25.* Cum quibus Idæo legiſti poma ſub antro. *Servius* etiam ad illud *Virgil. Eclog. 2. verſ. 51.* Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala: notat, velaſſe Virgilium honeſtis verbis, quod *Theocritus* liberius expreſſiſſet. V. *Lipſ. ll. 3. antiq. lection.* ubi alia in hanc rem exempla affert; quæ tamen omnia qui velit, nullo fortaſſe negotio ad alium ſenſum traducere poterit. ¶ Reperiuntur etiam pomum in neutr. gen. pro ipſa arbore. *Plin. l. 5. ep. 6. villam quandam deſcribens:* Alternis merulæ ſurgunt, alternis inſerta ſunt poma.

Pomus, i, f. μηλέα, arbor pomifera. *Tibull. l. 2. eleg. 1. v. 43.* Tunc victus abiere feri, tunc conſita pomus.

Ponderabĭlis, le, adject. qui ponderari poteſt. *Claud. Mamert. l. 2. c. 4.* Corpora numerabilia, ponderabilia, & menſurabilia.

* Ponderāle, is, n. ponderarium, σταθμάριον. *Lap. apud Rein. cl. 7. n. 15.*

* Ponderans, antis, *grave, peſante*, βαρύς, כָּבֵד, habens pondus. Hinc com. Affectu ponderantiore, *Sidon. l. 8. q. 6.* al. *ponderatione.*

* Ponderārium, ii, n. σταθμάριον, locus in quo publica pondera aſſervantur, & res publicæ ponderantur. *Gruter. p. 126. n. 10.*

Ponderātio, onis, actus ponderandi, examen, libra. *Vitruv. l. 10. cap. 8.* In ſtatera æquipondium cum examine progreditur ad fines ponderationum. *Theodor. Priſcian. l. 1. c. 13.* Æqua ponderatione confici.

Ponderātor, oris, m. *peſatore*, שׁוֹקֵל, ζυγοστάτης, qui ponderat, penſitator. *De ponderatoribus* inſcribitur *titulus 71. l. 10. Cod. & tit. 7. l. 12. Cod. Theodoſ.*

Ponderātus, a, um, adject. *peſato, examinato. Sidon. l. 8. ep. 6.* Sententia affectu ponderatiore prolata.

Ponderōſus, a, um, *grave, peſante*, כָּבֵד, βαρύς, quod eſt grave, ſive gravis ponderis. *Plin. l. 36. c. 19.* Pyritarum ponderoſiſſimi. *Varro l. 2. de R. R. c. ult.* Ex fudore ejus lana fit mollior, & ponderoſior, & colore meliore. ¶ Translate *Cic. 2. Act. epiſt. 11.* Da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actorum, ſed etiam opinionum tuarum.

* Pondiculum, i, n. ponduſculum. *Claudian. Mamert. l. 2. cap. 4.* pondiculi trutinæ certum eſt pondus.

Pondo, n. indecl. *libra*, מָנֶה, Germ. *einpfund*, Gal. *livre*, Hiſp. *libra*, λίτρα, libra, hoc eſt pondus duodecim unciarum; a *pendo. Cic. pro Cluent. c. 64.* Et auri quinque pondo abſtulit. *Quintil. lib. 6. cap. 3.* Tuorpes aureus centum pondo. *Plaut. Aſin. 2. 2. 33.* Quot pondo te cenſes eſſe nudum? ¶ Accipitur etiam pro pondere. *Liv. lib. 4. cap. 20.* Scribitur, coronam auream libræ pondo Jovi dicatam fuiſſe. *Colum. lib. 12 cap. 11.* Cum dodrante pondo mellis. *Id. ibid. cap. 20.* Amomi pondo quadrans. *Gel. lib. 2. cap. 24.* Argenti plus pondo, quam libras centum.

Pondus, eris, n. *peſo, carico*, מִשְׁקָל, כֹּבֶד, Germ. *gewicht, ſchwere*, Gal. *pois, peſanteur*, Hiſp. *peſo*, βάρος, rei alicujus gravitas, onus, gravis moles, ut pondus auri, argenti, & ſimilium, a *pendo. Cic. de Sen.* Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus Samnites cum attuliſſent. *Virg. 6. Æn. v. 413.* Gemuit ſub pondere cymba. *Plin. l. 12. c. 7.* Pondere emere, *comperare a peſo.* ¶ Ponitur etiam pro pondo, ideſt pro libra. *Cic. pro Planc.* Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, &c. ¶ Reperitur quoque pro multitudine, ſeu numero, earum etiam rerum, quæ non ponderantur, ſed tantum numerantur. *Varr. de vita P. R.* E Græcia comportaſſe magnum pondus omnium artificum. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Cic. 3. de nat. Deor. cap. 35.* Grave ipſius conſcientiæ pondus eſſet. ¶ Per translationem interdum notat amplitudinem, magnitudinem, magnificentiam. *Cic. 2. de Or. cap. 17.* Omnium ſententiarum gravitate, omnium verborum pondere ibus eſt utendum. ¶ Interdum magnitudinem animi, firmitatem, conſtantiam. *Cicer. Act. lib. 11. ep. 6.* Addit etiam, cæteris quoque, ideſt qui pondus habeant, factum noſtrum probari. ¶ Interdum auctoritatem, & vim. *Cic. lib. 2. Fam. epiſt. ult.* Sed tuæ literæ maximi ſunt apud me ponderis. *Id. in Top. cap. 19.* Pondus teſtimonii. *Id. Artic. lib. 10. epiſt. 1.* Eodem eſſe apud aliquem pondere. *Horat. lib. 1. epiſt. 19. verſ. 42.* Nugis addere pondus. *Senec. Hippolyt. verſ. 799.* Et pondus vereris triſte ſupercilii, *h. e.* ſeveritas. *Nemeſian. ecl. 1. v. 5.* plenum tibi ponderis æqui Pectus erat, *h. e.* morum gravitate. ¶ *Horat. lib. 1. epiſt. 6. v. 51.* cogar trans pondera dextram Porrigere, *h. e.* extra pondera rogæ brachio convolutæ & ſuſtentatæ. ¶ *Lucan. lib. 8. verſ. 280.* Mentis pondera, h. e. momenta, & conſilia mentis. ¶ Pondera elavæ, *Sil. lib. 2. v. 246. h. e.* clava magni ponderis. Eadem ratione pondus pili, & pondera conti. *Id. lib. 9. verſ. 336. & lib. 15. verſ. 187.*

Ponduſculum, i, n. *picciol peſo*, dim. a *pondus. Col. l. 12. c. 51.* Et ita cum ſaxi ponduſculo in olei, atque muſti partem demitti. *Adde Plin. l. 11. c. 20.*

Pone, adv. *dietro*, אָחוֹר, Ger. *hinten, hinten hinten zu, hinterwerts*, Gal. *par derriere, après*, Hiſ. *de tras, ὀπίσω*, ὄπισθεν, poſt, retro, in loco poſtico, a tergo, cui *ante* opponitur. *Cic. de Univ. c. 13.* Ita totum animal movebatur illud quidem, ſed immoderate, & fortuito, ut ſex moribus veheretur. Nam & ante, & pone, & ad lævam, & ad dextram, & ſurſum, & deorſum, modo huc, modo illuc. ¶ Interdum præp. eſt, eadem ac poſt, & acc. regit. *Cic. de Un.* Et pone quos, aut ante labantur. *Tacit. 3. hiſt. c. 85.* Vinctæ pone tergum manus. Pone verſus, *h. e.* retro & verſus aliquem locum. *Cato ap. Charif l. 2. p. 191. Putſch.* Pone verſus caſtra hoſtium. *Id. ibid.* Pone verſum illac more eſt.

Pono, is, ſui, ſitum, a. 3. *ponere, mettere*, שִׂים, שִׁית, תִּצִּיב, נָתַן, Ger. *ſetzen, legen, ſtellen*, Gal. *mettre, poſer*, Hiſp. *poner*, τίθημι, loco, colloco, conſtituo. *Liv. l. 5. c. 28.* Ponere caſtra in plano. *Colum. l. 4. c. 1.* Ponere vitem. *Cic. de Fin.* Ponere fundamenta. *Id. 4. Fin. cap. 25.* Sapientia pedem ubi ponere, non habebat. ¶ Uſurpatur etiam pro ædificare, erigere. Unde in antiquis marmoribus legimus: Bene merenti poſuit. *Virg. Æn. 6. v. 19.* Poſuitque immania templa. ¶ Item pro pingere, ſculpere, efformare. *Hor. l. 4. od. 8.* Hic ſaxo, liquidis ille coloribus ſolers nunc hominem ponere, nunc Deum. ¶ Item pro apponere, ideſt ponere ante aliquem. *Martial. l. 8. ep. 22.* Invitas ad aprum, ponis mihi Gallice porcum. *Juven. ſat. 1. v. 155.* Pone Tigillinum, *ideſt* affer aliquid de Tigillino ſcriptum. ¶ Item pro proponere, aſſignare. *Cic. 1. Tuſc. c. 4.* Ponere jubebam, de quo quis audire vellet. *Id. pro Cal.* Res minime dubitanda in contentione ponitur, utrum &c. ¶ Item pro componere, temperare. *Horlib. 1. od. 3. v. 15.* Tollere, ſeu ponere vult freta. ¶ Item pro deſinere, quieſcere, quoniam cum ceſſamus ab opere, collocare quodammodo, ac reponere videmur id, quod agebamus. *Virg. 7. Æn. verſ. 27.* Cum venti poſuere, omniſque ſepente refedit flatus. ¶ Item pro deponere. *Virg. 1. Æn. v. 306.* Ponuntque ferocia cordi ſolvere Deo. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 8.* Quos quidem libros non ſine cauſa noſter ille Africanus de manibus ponere non ſolebat. *Liv. lib. 4.* Ponere arma. *Hor. l. 3. od. 10.* Ponere ſuperbiam. *Sueton. in Calig. cap. 5.* Ponere barbam. ¶ Item pro conſerere, dare. *Cic. l. 13. Fam. ep. 27.* Quam id beneficium bene apud Meſcinium poſituras eſſes. ¶ Item pro adhibere. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Totum ut animum, curam, cogitationemque ruam ponas in omnium laude undique colligenda, *Id. ib. l. 3. ep. 1. c. 2.* Ponere ſumptus. ¶ Item pro dicere, ſcribere, uſurpare. *Cic. 2. de Legib. c. 3.* Recte igitur Magnus ille noſter me audiente poſuit in judicio, &c. *Id. poſt. red. ad Quir.* Tum in perorando poſuit, vos rogari a Senatu, &c. ¶ Item pro ſupponere, præmittere. *Cicer. 3. Fin.* Sed primum poſitum ſit, noſmetipſos commendatos eſſe nobis. ¶ Item pro numerare, cenſere. *Cic. 1. Tuſc.* Ut qui mortem in malis ponit. *Id. pro Cluent. cap. 20.* Ut, quæcumque dicendi poteſtas eſſet data, in honore, atque beneficio ponerent. *Id. 3. Tuſcul.* Ponere aliquid in vitio. *Id. Fam. 15. ep. 4.* Ponere in beneficii loco. *Id. 5. Verr.* Ponere in laude. ¶ Item pro ſtatuere, cenſere, arbitrari. *Cic. in Bruto c. 45.* Tamen pono, ſatis in eo fuiſſe orationis, atque ingenii. *Id. 5. Fin.* Qui multum in fortuna fecunda, aut adverſa, multum in bonis, aut malis corporis ponerent. ¶ Item pro conſiſtere, contineri. *Cic. in Or.* Negat in eo poſitas eſſe fortunas Græciæ. *Id. pro Quinct.* Quorum vita in alterius manu poſita eſt. ¶ Item pro exponere. *Plaut. Capt. 3. 5. 30.* Meum me potius caput periculo præoptaviſſe, quam ſi periret, ponere. ¶ Item pro deponere in ſponſione. *Virg. Ecl. 3. v. 36.* Ponere fagina pocula. Sic ponere pignori veſtem, *dar in pegno. Scævola, l. Uxori. Dig. de legat. 3.* ¶ Ponere rudimentum, ſeu tirocinium, V. *Rudimentum*, & *Tirocinium.* ¶ Poſivi pro poſui, *Plaut. Pſeud. 5. 1. 35.* Commuto illico pallium: illud poſivi. *Id. Trinum. 1. 2. 108.* Ubi poſiveris.

Pons, ontis, m. *ponte*, גֶּשֶׁר, Germ. *ein bruck*, Gal. *pont*, Hiſp. *puente*, γέφυρα, omne, per quod ſuper aquas, vel foveas, vel quid ſimile tranſimus. *Cic. 6. Verr. c. 52.* Eorum conjunctione pars oppidi, quæ appellatur Inſula, mari diſjuncta anguſto, ponte rurſum adjungitur, & continetur. *Nepos in Milit. cap. 3.* Pontem facere. *Flor. l. 1. c. 4.* Tyberim interfluentem urbi ponte commiſit. *Plin. l. 8. ep. 8.* Ponte flumen tranſmittere. *Curt. l. 5. cap. 1.* Fluvio pontem imponere. *Plin. l. 34. c. 15.* Jungere pontem. ¶ Pontes etiam dicuntur viæ in aggeribus conſtitutæ, & lignis ſtratæ in locis paludoſis. *Tacit. Ann. 1. cap. 63.* Pontes longos quam maturrime ſugerare: anguſtus is trames vaſtas inter paludes, &c. ¶ Co-

mitiorum tempore Romæ in Campo Martio, vel in Foro pontes ad tempus conſtruebantur, per quos Cives Romani tranſirent, cum e primo ſepto in alterum ad ſuffragandum vocarentur, acceptis tabellis, quæ a diribitoribus ex ipſis pontibus miniſtrabantur, *Sigon. lib. 1. de ant. jur. C. R. cap. 17. Panvin. de Comit. Cent. Cic. Att. lib. 1. epiſt. 14.* Operæ Clodinæ pontes occuparant, tabellæ miniſtrabantur ita, ut nulla daretur, uti rogas. ¶ Narrant autem, cum primum per pontes ſuffragia ferri cœpta ſunt, juniores conclamaviſſe, ut de ponte deſcenterur ſexagenarii, ne forte ſuæ ætati in mandandis Magiſtratibus ſuffragarentur. Sexagenarii enim a publicis negotiis liberi erant. *Ovid. 5. Faſt. Simmius Cap. 10. Feſt. Sigon. & alii. Ovid. loc. cit. v. 633.* Pars putat, ut ferrent juvenes ſuffragia ſoli, Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes. ¶ Hinc *de ponte dejicere* prov. uſurpatur pro ſuffragia privare, vel auctoritatem adimere. Huc *Cicero* alludit *pro R. Am.* cum inquit *c. 35.* Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum minorem annis 60. de ponte in Tyberim dejecerit. ¶ Interdum pons de ſcalis navium dicitur. *Virg. 10. Æn. v. 287.* Interea Æneas ſocios de puppibus altis Pontibus exponit. ¶ Ad pontes ſedere ſolebant mendici, ſtipem a viatoribus poſtulantes, ut videre eſt apud *Sen. de vita beata, c. 25.* Hinc *Juv. ſat. 14. v. 134.* Invitatus ad hæc aliquis de ponte, &c. *Id. ſat. 4. v. 116.* Cæcus adulator, dirufque a ponte ſarelles.

Ponticŭlus, i, *ponticello*, γεφυρίς, pons exiguus. *Cic. 5. Tuſc. c. 20.* Ejuſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet.

Ponticus, a, um. quod ad Pontum prov. ſpectat. *Col. l. 12. cap. 15.* Pontici abſynthii pondo libram. *Ovid. 1. Triſt. el. 2. v. 94.* Pontica terra. ¶ Nuces Ponticæ, eædem ac Prænestinæ, & Avellanæ, ita dictæ, quod in Ponto maxime abundent circa Ponticum mare, & inde in Græciam, & ex Græcia in Italiam translatæ fuerint. *Plin. l. 15. c. 22.*

Pontifex, icis, m. *Pontefice*, כֹּהֵן גָּדוֹל, Germ. *ein Prieſter, Papſt*, Gall. *Pontife*, Hiſp. *Pontifice*, ἱερέαρχης; facer Magiſtratus, ut inquit Scævola. Sacerdotes hujus generis appellati ſunt Pontifices a *ponte faciendo*, quod pontem ſublicium ſuper Tyberim primum fecerint, & ſæpe reſtituerint. *Varro lib. 4. de L. L.* Porro pons hic plane ligneus erat, nullo ære, aut ferro compactus, quem Romani adeo ſacrum exiſtimarunt, ut ſi collaberetur, non niſi cæſa victima, & perfecto ſacrificio, eum reficere Pontifex poſſet. Cauſa hujus pontis faciendi fuit, ut etiam trans Tyberim ſacra fierent. Sacra illa Pontifices ipſi apud pontem non mediocri ritu faciebant. Primum factus eſt Anco Martio regnante. Quare videntur a Numa Romanorum ſacrorum auctore non Pontifices, ſed Sacerdotum Principes nominati. *Cic. 3. de Leg.* Sed ut Pontifices veteres propter ſacrificiorum multitudinem Trefviros Epulones eſſe voluerunt. ¶ Eos diu, præterquam e Patribus, creari non licuit. Sed M. Valerio, & Q. Apulejo Conſſ. etiam Plebs ad hujuſmodi Sacerdotium admiſſa eſt. Dividebantur in majores, & in minores. Omnibus unus præfectus fuit a Numa, iſque *Pontifex Maximus* appellabatur. Primus Pontifex Maximus fuit Martius Martii filius, Numæ gener. *Liv. l. 1. c. 20.* ¶ Fuerunt ab initio quatuor. Poſtquam autem Plebi quoque communicatus Pontificatus eſt, quatuor alios creari ex plebe Pontifices placuit. Hinc Pontificum Collegium dicebatur. Summum Sacerdotium, & ſummam poteſtatem habebant. Præerant omnibus ſacris publicis, privatiſque. Leges etiam de ſacris ferre ſolebant, deque omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus ipſi tamquam ſupremi judices cognoſcebant; qua in re & multandi jus habebant, cum ipſi nullis multæ, nulliuſque arbitrio obnoxii eſſent. *Liv. loc. cit.* ¶ Pontifex vero Maximus habebat ex Numa ſacra omnia exſcripta, exſignataque, quibus diebus, quæ ad templa, quibus hoſtiis ſacra fieri deberent, atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Hinc commentarii, & apud *Liv. l. 4. c. 3.* libri Pontificum, & *Hor. l. 2. ep. 1. v. 26.* ¶ Cœnæ Pontificum in proverbium abiere pro lautis, & opiparis: quod inde natum eſt, quia Pontifices, facrificiis cœnæ exquiſitiſſimis epulis ſolebant inſtrui. *Macr. 3. Sat. c. 13. Hor. l. 2. od. 14.*

Pontificālis, le, o. 3. *pontificale*, ἱερατικός, quod ad Pontificem pertinet. *Cic. 2. Leg. cap. 21.* Si pontificalis maneret auctoritas. ¶ Pontificales cœnæ prov. dicuntur de cœnis opiparis, vel quia Pontifices lautiſſime vivebant, vel quia cœnæ ſacrorum cauſa inſtitutæ exquiſitiſſimis epulis parari ſolebant. *Macr. 3. Satur. c. 13.*

Pontificātus, us, m. *Pontificato*, הַכְּהֻנָּה, Germ. *des Papſt-Amt*, Gal. *Pontificat*, Hiſp. *Pontificado*, ἀρχιερωσύνη, Pontificis dignitas. *Cicer. de Aruſp. Reſp. cap. 9.* Qui ſtatus, ſolemneſque cæremonias Pontificatus, rerum bene gerendarum auctoritates augurio contineri putaverunt. *Vellej. l. 2. cap. 59.* Pontificatus ſacerdotio puerum honoravit.

Pontificium, ii, poteſtas, auctoritas, licentia aliquid faciendi, *Gel. l. 1. c. 13.* Ab eo, cujus id negotium, pontificiumque eſſet. *Symmach. l. 3. ep. 17.* Pontificio irerati honoris auctus, nullum mihi indicium communis gaudii deſiſti. *Arnobl. 2. pag. 89.* Ita unius pontificium Chriſti eſt, dare animis ſalutem.

Pontificius, a, um, *de pontifice*, ἱερατικός, quod eſt Pontificis, ut Jus Pontificium. *Cic. 3. de nat. Deor.* Docebo, meliora me didiciſſe de colendis Diis immortalibus jure Pontificio, & more majorum. *Id. 1. nat. Deor. c. 30.* Nominum non magnus numerus ne in pontificiis quidem noſtris, *ſubaudi* libris.

Pontĭlis, le, adject. ad pontem pertinens, ut ſtratus pontilis, apud *Veget. l. 1. c. 56.*

Pontīna, *ſeu* Pomptina palus, *Paludi Pontine, Auſente Palude*, palus Volſcorum, in Latio, ſeu Campania Romana, inter Apii Forum, Tarracinam, & Circeios, olim adeo late patens, ut illam, teſte *Plin. l. 3. c. 5.* viginti tres urbes circumſtarent, in quibus erat Pometia. In eam Ufens fl. influit. Per hanc Trajanus viam ſaxo ſtravit ingenti ſumptu, & ejus etiamnum videntur reliquiæ. *Id. Plin. l. 26. c. 4.* Pontinas paludes vocat in plur. num. ¶ Sedes latronum fuit, teſte *Juven. ſat. 3. v. 306.* & *Lucan. lib. 3. v. 85.*

Pontōnes, f. 3. naves, quibus in trajiciendis amnibus loco pontium utimur. *Paul. l. ult. ff. de ſerv. ruſt. prad.* Diverſum, ſi pontibus trajiciatur. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 29.* Pontones, quod eſt genus navium Gallicarum, Lyſi relinquit.

Pontus, i, m. *mare*, פּוֹנְט; mare in genere, & per excellentiam mare Euxinum, vel mare illud, quod a Palude Mæotide uſque in Tyrrhenum protenditur, teſte *Strabone l. 1.* & *Euſtachio.* Eſt a Græca voce allata. *Virg. 1. Æn.* Interea magno miſcerei murmure pontum. *Cicer. 6. Verr.* Quod autem eſt ad introitum ponti, id, cum ram multa ex illo mari bella emerſerint, &c. *Id. 1. de Or.* Citius hercle is, qui duorum ſcalmorum naviculam in portu everterit, in Euxino ponto Argonautarum navem gubernarit.

Pontus, i, f. 2. *Ponto*, regio Aſiæ minoris. Habet a Sept. mare ponticum, ſeu Pontum Euxinum, a Mer. Aſiam minorem, ab Occ. Birhyniam, ab Or. Paphlagoniam. Sed a Pompejo Magno an. 683. Q. Hortenſio, Q. Cæcilio Metello Conſſ. conjuncta eſt cum Bithynia. Igitur terminari cœpit a Sept. mari Pontico, a Mer. Aſia min. ab Occ. Propontide, ab Or. Galatia. Dicta eſt a Ponto Rege. Ferax eſt herbarum venenatarum. Nobilitata eſt crudelitate Medeæ. Hinc regnavit Mithridates, Eupator, & Pythodoris Regina. *Ptolem. l. 5. c. 6.* ¶ Aliæ etiam regiones ad Euxinum Pontum ſitæ, Pontus appellantur, ut pars Cappadociæ, & Tomitana regio in Myſia inferiore, ubi *Ovid.* exulavit, &c.

Popa, æ, m. βώμος, victimarius, ideſt, ut aliqui explicant, qui victimas venales habebat, & qui ligabat eas ad altare, feriebatque. *Prop. l. 4. el. 3. v. 62.* Succinctique calent ad nova lucra popæ. *Suet. in Calig. cap. 32.* Admota altaribus victima, ſuccinctus poparum habitu, elato alte malleo, cultrarium mactavit. ¶ Sumitur etiam pro guloſo, & inſatiabili. *Perſ. ſat. 6. verſ. 74.* Aſt illi tremat omento popa ventre. Ubi ſignat helluonem ſe popæ inſtar delicateſſimis Sacerdotum cibis explentem.

Popānum, i, πόπανον, placenta lata, tenuis, orbicularis, teſte *Suida*, a πέπτω, *coquo*, utpote genus rerum, quæ coquuntur. Harum placentarum uſus in ſacrificiis fuit, quemadmodum indicat Ariſtophanes in Pluto, & Lucianus de ſacrificiis. *Juven. ſat. 6. v. 540.* Scilicet & tenui popano corruptus Oſiris.

Popellus, i, m. *popoletto*, δημάτιον, parvulus populus, plebecula, dim. a *populus, Perſ. ſat. 4. v. 15.* Ante diem blando caudam jactare popello.

Popilĭa Tribus, *vel* Popillia. V. *Pabilia.*

Popillĭi, m. a familia plebeja Romæ. Ex hac fuit Marcus Popilius, M. F. qui cum Conſul eſſet cum C. Manlio anno Urb. Cond. 394. eodemque tempore facrificium publicum cum lana faceret, quod erat Flamen Carmentalis, Plebis contra Patres concitatione, & ſeditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, ſeditionemque cum auctoritate, tum oratione ſedavit. *Cicer. in Brut.* Hinc *Lanas* cognominatus eſt. ¶ Fuere præterea alii in oratoria facultate inſignes, quos enumerat *Id. in Bruto.*

Popīna, æ, f. 1. ὀπτανεῖον, locus, ubi publice caro cocta, ac delicate confecta, & alia obſonia venditantur, & comeduntur. *Cic. 2. Phil. cap. 28.* Hujus in ſedibus pro cubiculis ſtabula, pro tricliniis popinæ funt. ¶ Accipitur etiam pro delicatioribus cibis, qui in ganea vendi conſueverunt. *Cic. 3. Phil. c. 8.* Si epulæ potius, quam popinæ dicendæ ſunt. *Id. in Piſon. c. 6.* Et cum ſito ore fœtido tertimam nobis popinam inhalaſſes.

Popinālis, le, o. 3. καπηλικός, quod ad popinam ſpectat. *Col. l. 8. c. 16.* Tunc celebres erant deliciæ popinales.

Popinārius, ii, m. popinæ miniſter, vel dominus. *Lamprid. in Alexand. c. 49.* Contra popinarii dicerent, ſibi eum deberi. Adde *Jul. Firmic. l. 4. c. 15.*

Popinātio, onis, *crapula*, κῶμος, heluatio, a popinor. *Gell. l. 10. cap. 17.* Dives ὀψωτίαν, & popinationem filii deplorans. In pleriſque editionibus legitur ὀψοτίαν filii, &c. τὸ *popinationem* gloſſema putatur.

Popinātor, oris, m. qui popinæ indulget. *Macrob. l. 7. Sat. cap. 14.* Apud popinatores proponi.

Popino, onis, m. *lecardo*, זוֹלֵל, Germ. *ein zecher, ſchlemmer*, Gal. *yurogne, hanteur de cabarets*, Hiſp. *golofo, borrachonaco*, ὄψοφος, heluo, gulo, qui ſe popinis dedit. *Hor. lib. 2. ſat. 7. v. 39.* Imbecillus, iners, ſim quidvis, adde popino. *Suet. de Cl. Gramm. c. 15.*

corruptela. ¶ Pro populi multitudine. *Sedul. l. 4. v. 275.* Flebant germanæ, flebat populatio præsens.

Populātor, oris, *rubatore*, ἐπαρπάκτωρ, qui populatur. *Ovid. 13. Met. v. 655.* Hoc ubi cognovit Troiæ populator Atrides. Adde *Liv. l. 3. c. 68.*

Populātrix, icis, πορθήτειρα, quæ populatur. *Martial. lib. 13. epist. 104.* Hæc tibi Thesei populatrix misit Hymetti Pallados a sylvis nobile nectar apis. Adde *Stat. l. 3. silv. 2. v. 86.*

Populātus, a, um, *chi ha rubato*, πορθήτας, qui populatus est, vel diripuit, depræd atus. *Virg. 12. Æn. v. 524.* amnes in æquora currunt Quisque suum populatus iter. ¶ Usurpatur etiam passive. *Cic. Divin. in Ver. cap. 1.* Qui nunc populati, atque vexati cunctis ad me publice fæpe venerunt. *Virg. Æn. 6. v. 496.* populataque tempora rapris Auribus.

Populātus, us, m. idem ac populatio. *Lucan. l. 2. v. 634.* Ardent Hesperii fœvis populatibus agri. Adde *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 244.*

Populētum, ti, ἀλσυρώς, locus populis consitus. *Plin. l. 14. c. 6.* Antea Cæcubo erat generositas celeberrima palustribus populetis.

Populēus, a, um, *di pioppo*, αἰγειρικός, quod est ex populo arbore, aut quod ad eam arborem pertinet. *Virg. 4. Georg. v. 512.* Qualis populea mœrens Philomela sub umbra. *Hor. l. 1. od. 7. v. 23.* Populea corona.

Populifer, a, um, adject. populorum arborum ferax. *Ovid. 2. Amor. eleg. 17. v. 32.* Frigidus Eurotas, populiferque Padus.

Populifugia, orum, n. dies festi Romæ celebrati mense Junio (al. Julio) quo die populus a Thusceis in fugam versus fuit. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 2.* V. & *Var. l. 5. de L. L. c. 3.* ubi aliter narrare videtur.

Populiscrum, i, populi decretum, plebiscitum. *Nep. in Alcib. c 5.* Populiscito restituitur. *Id. in Epamin. c. 7.* Populiscito non paruit. Ita MSS. sed editi codices utroque loco habent *Plebiscitum.*

Populitor, aris, dep. 1. frequentat. a populor, *lib. 21. ff. de appellation. & relat.* Cum populitarentur ab adversario. Alii leg. *depopulitarentur.*

Populōsus, a, um, idem ac populnus, se populeus. *Col. l. 6. c. 3.* Probatur maxime ulmea, post fraxinea, & ab hac populnea frons.

Poſtēa *dopo, dappoi*, אַחֲרֵי כֵן, Ger. *darnach, demnach*, Gal. *après, puis*, Hiſ. *deſpues*, ἔπειτα, exinde, ex *poſt*, & *ea*. *Cic. in Brut. c. 3.* Poſteaque proſperare res deinceps mulræ conſecutæ ſunt. *Ter. Hec. 4. 1. 36.* Quid tum poſtea? *Celſ. l. 7. c. 8.* Trajicere id cavum candente acu, poſtea deinde imponere id, quod purget. ¶ Pro præterea *in olive, oltre a ciò*. *Plaut. Merc. 2. 3. 35.* Neſcio quid meo animo eſt ægre, pater: poſtea hæc nocte non quievi ſatis ex mea ſententia.

Poſteāquam adv. *dappoichè, poichè*, כַּאֲשֶׁר, אַחַר, ἐπεὶ, ἐπειδὴ, poſt illud tempus, quo aliquid actum fuit. Significat tempus, & indicativum poſtulat. *Cic. l. 6. Fam. ep. 1.* Et poſteaquam de medio curſu Reipubl. fum voce revocatus. ¶ Aliquando interponitur conjunctio *vero*. *Cic. l. 3. Fam. ep. 7.* Poſtea vero quam ita cœpi, &c.

Poſteō. V. *Poſtive*.

Poſtĕri, orum, ſuſt. m. *poſteri, diſcendenti*, אַחֲרוֹנִים, דּוֹר אַחֲרוֹן, γενεὰ μετὰ, ἐπιγονοὶ, quicumque ex nobis, & poſt nos etiam ex aliis naſcentur. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 38.* Exſpectantur hæ pœnæ a liberis, a nepotibus, a poſteris. *Anton. ad Cic. lib. 4. ad Att.* Non eſſe poſteris tradendas inimicitias.

Poſterganĕus, a, um, adject. a tergo poſitus. *Arnob. l. 4. pag. 130.* Occaſus ab ſole poſterganeus habebitur.

Poſterior, & us, o. 3. *poſtĕriore*, אַחֲרוֹן, Germ. *der folgende, nachgehend*, Gal. *poſterieur, ſuivant*, Hiſ. *poſtrero*, μεταγενέστερος, ὑπολοίπερος, inferior tempore, vel ordine, comp. a *poſterus*. *Cic. 3. de Or. c. 48.* Patia eſſe debent poſteriora ſuperioribus. *Plin. l. 11. c. 45.* Poſteriores pedes, *i pieđi di dietro*. Rurſus *Cic. de Clar. Or. c. 11.* Ætate poſterior. ¶ Interdum idem eſt, quod vilior, minor. *Ter. Adel. 5. 4. 26.* Si id ſit dando, atque obſequendo, non poſteriores feram. Ubi *Donatus ait*: ſubauditur, *partes*; ideſt, Non vincar a Mitione. *Cicer. in Phil. 13. c. 3.* Ut hæc poſteriora libertate ducas. *Id. in Piſon. c. 27.* Poſterius & nequius iſto nihil eſt. *Plaut. Mil. 4. 1. 7.* Omnes res poſteriores pono, atque operam do tibi, *tralaſcio tutto*. ¶ Quemadmodum omnes cognati ante tritavum *majores* vocantur, ita poſt trineporem *poſteriores*. Ita *Paul. Dig. lib. 38. tit. 10. leg. 10.* Frequentius tamen ii appellantur *poſteri*.

Poſteritas, atis, *poſteriră, diſcendenti*, אַחֲרִית, אַחֲרוֹנִים, Ger. *unſere nachkomenen*, Gal. *notre poſterité*, Hiſ. *poſteriđad*, ὁ μέλλων χρόνος, οἱ ἀπόγονοι, posterum ſæculum, vel ipſi poſteri, ſive homines, qui poſt nos naſcentur. *Cic. 1. Tuſc. c. 15.* Cum optimus quiſque maxime poſteritati ſerviat. *Id. de Am. c. 4.* Quo in genere ſperare videor, Scipionis, & Lælii amicitiam notam poſteritati fore. ¶ Dicitur etiam ſimpliciter de tempore mox futuro, etiam viventibus nobis. *Cicer. Fam. 2. ep. penult.* Si me audies, vitabis inimicitias, & poſteritatis otio conſules.

Poſterius, adv. *dopo, nell' av

ut Bibuli sententia divideretur. ¶ Vel cum infinito: & sæpe accipitur pro cupere, velle. *Terent. Adelph.* Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet. *Id. Eun. 1. 1. 16.* Si tu postules certa ratione facere. ¶ Item pro requirere, exigere, ut persona, res, causa, locus, tempus postulat. *Cic. in Or.* Ut causæ natura, & temporis ratio postulabit. *Id. l. 2. Fam. ep. 15.* Ut amicitia nostra, & tua fides postulabit. ¶ Item pro æquum censere. *Plaut. Asin. 3. 1. 3.* Ubi ipsum pietatem, ti isto more moratam tibi postulem placare, mater, mihi quo pacto præcipis? ¶ Item pro interrogare. *Cic. pro Balbo n. 15.* Sapientes homines, & publici juris periti Gaditani M. Lepide. Q. Cæcilio Cæs. a Senatu de fœdere postulaverunt. *Cæs. l. 1. B. G. 42.* Postulare de colloquio, *demandar d'abboucarſi*. ¶ Et etiam desiderium furum, vel amici in jure, apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. *Ulp. l. 1. ff. de postul.* ¶ Item accusare, seu querelam dicere de altero apud alterum. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 5.* Gabinium tres adhuc factiones postulant. *Id. ib. l. 2. ep. 7.* Sextus ab Indice Cn. Nevio Pupinia de ambitu est postulatus. *Suet. in Cæs. c. 4.* Dolabellam Consularem, & triumphalem virum reperunda postulavit. ¶ *Postulare quæstionem*, ejus est, qui injuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat. *Liv. l. 2. c. 29.* Quæstionem postulantibus iis qui pulsati fuerant. Sic postulare servos in quæstionem, apud *Cic. pro Mil. c. 22.*

Postumárius, ûs, m. locus posterior. *Tertull. adversſ. Valentin. c. 35.* Sunt qui nec principatum Pyrrho defendant, nec postumarium.

Postumiánus, a, um, ad Postumium aliquem pertinens, ut Postumiana imperia, *Gell. l. 1. c. 13.* Postumiana cædes, *Liv. l. 4. c. 51.*

Postumius, a, um, Postumianus: ut Postumia lex, *Plin. l. 14. c. 12.* Postumia via, *Tacit. 3. hiſt. c. 21.* quæ fuit in Gallia Togata, apud Bebriacum, in Veronensi agro, ferebatque ad occidentem, Genuam versus.

Postúmo, as, n. 1. posterior fum. *Tertull. Apolog. c. 19.* Prophetæ Mosy postumant. Adde *de resurr. carn. c. 45.*

Postúmus, a, um, adject. *ultimus*, postremus, ultimus, a *post*, ut extimus ab *extra*, intimus ab *intra*. *Apul. l. 4. Metam.* Postuma spes. *Virg. 6. Æn. v. 763.* Silvius. Albanum nomen, tua postuma proles, Quem tibi longævo serum Lavinia conjux Educet, &c. sunt hic magnæ interpretum lites. Ajunt enim quidam, Silvium post mortem Æneæ natum, atque ideo scribunt *posthume, longævo* autem exponunt, inter Deos agenti, immortali: Aliis tamen hujusmodi interpretario durior videtur. ¶ Postumus cognomen Romanum, rectius scribitur sine aspiratione: sic enim plerumque legitur in antiquis monumentis. *Manut. in Orthogr.* ¶ Posthumus alio sensu V. suo loco.

Postvórta. V. *Postversa*.

Postvórta, æ, epithetum Veneris apud *Servium ad Æneid. 1. v. 724.*

Postus. V. *Positus*.

Potabílis, le, adject. *potabile*, qui potari potest. *Auson. de urbib n. 14. v. 31.* Fons modico potabilis haustu. *Cæl. Aurel. Chron 1. c. 4.* Medicamentis potabilibus uti.

Potaculum, i, n. potio, potatio. *Tertull. Apolog. c. 39.* Non epulis, nec potaculis.

Potamantis, is, f. ποταμάντις, herba, qua pota homines insanire dicuntur. *Plin. lib. 24. cap. 17.*

Potamogíton, onis, ποταμογείτων, herba fluviatilis. *Plin. l. 26. c. 8.*

Potatío, onis, f. πόσις, actus potandi. *Cic. 1. de Div.* Si modo temperatis esceis, modicisque potationibus ita est affectus, ut sopito corpore ipse vigilet.

Potátor, oris, m. *bevitore*, שׁוֹתֶה, זוֹלֵל, מְרַבֶּה שְׁתִיָּה, φιλοπότης, qui potationibus indulget. *Plin. l. 20. c. 23.* Radix cujusque ex aqua decocta potatoribus sitim facere narratur. Adde *Plaut. Men. 2. 2. 34.*

Potatórius, a, um, adj. ad potandum aptus, ut potatorium vas. *Plin. Valer. l. 3. c. 3.*

Potátus, a, um, *bevuto*. *Plin. l. 2. c. 103.* In Falisco Clitumni amnis aqua potata candidos boves facit.

Potátus, us, m. potus, potatio. *Apul. l. 7. Met.* Vinum potarui affatim sufficiens.

Póte, particula, quæ cum *ut* juncta significat quippe, nempe, quoniam. *Cicer. 5. Fam.* Utpote qui peregre depugnavit. ¶ Adhibetur etiam pro *potest*. *Terent. Addph. 2. 3. 11.* Nihil pote supra. *Perſ. Sat. 1. v. 56.* Qui pote? vis dicam? &c.

Potens, entis, o. *potente*, נְבוֹן, זְרוֹעַ, Germ. *mechtig, gewaltig*, Gal. *puiſſant*, ἰσχυρὸς, *potenſo*, ἰσχυρὸς, qui multum potest, qui in magna potentia est, magnis opibus, & copiis præditus, atque affluens. Construitur vel absolute. *Cic. pro Domo, cap. 19.* Cum tu florens, ac potens per medium forum popularis volitares. *Id. 6. Att. ep. 3.* Potentissimi homines. ¶ Vel cum abl. *Virg. 1. Æn. v. 535.* Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ. ¶ Vel cum gen. *Liv. l. 8.* Inter sarcinas objacentes, neque pugnæ, neque fugæ satis potentes cæduntur. *Id. l. 26. c. 11.* Dum liber, dum mei potens sum. ¶ *Potens Imperii*, qui Imperium obtinet. *Tac. Ann. 12. c. 31.* ¶ *Potens Regni*, est Regno maturus. *Liv. l. 1.* Juvenem jam esse dictitans, ac Regni potentem. ¶ *Potens uteri*, est præses mulieribus parturientibus. *Ovid. 9. Met. v. 315.* Diva potens uteri, *ideſt* Diana, seu Ilithya, seu Lucina. Sic Potens scelerum, apud *Stat. 11. Theb.* h. e. qui in sceleri bus patrandis valet plurimum. Potens mentis, hoc est compos, *Senec. Thyeſt. v. 347.* Iræ potens, qui iram coercet, *Curt. lib. 4. cap. 2.* Non tenuit iram Alexander, cujus alioquin potens non erat, *la collera, da cui ordinariamente ſi laſciava tranſportare*. Sic potens superstitionis, *chi non ſi laſcia vincere dagli ſcrupoli. Id. Curt. lib. 7. cap. 7.* ¶ *Voti aliquem potentem facere*, h. e. compotem. *Ovid. 8. Metam.* ¶ Construitur & cum infinito. *Ulpian. l. ſi ambo, Dig. de compenſat.* Si quis igitur potens compensare solverit. ¶ Et cum ablat. & præpos. *in*. *Catull. epigr. 98.* (*al. 101.*) Sis in amore potens. *Quintil. l. 6. cap. 2.* Potentissimus in affectibus. ¶ Et cum accus. & præpos. *ad*. *Id. l. 6. c. 1.* Potentior ad efficiendum. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Ovid. 3. Amor. v. 31.* potentia verba. *Id. ibid. el. 8. v. 29* Auro nihil potentius. *Quintil. lib. 6. cap. 4.* potentissima argumenta. *Plin. l. 13. c. 2.* Potentissimus odor. ¶ *Potens* absolute, more substantivi. *Cic. Fam. 9. ep. 16.* Contra potentes ne quid stulte dicam, aut faciam. *Horat. l. 3. od. 30.* Ex humili potens.

Potentátor, oris, m. potens, princeps. *Tertull. de reſurr. carn. c. 23.* Solus potentator, & rex regnantium,

Potentátus, us, m. *potentato*; *principato*, מֶמְשָׁלָה, גְּבוּרָה, δυναστία, potentia, principatus, a *potens*. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 31.* Cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent. *Liv. l. 26. c. 38.* At ille cum ab re aversus, tum æmulo potentatus inimicus rem Annibali aperit.

Potenter, adv. *potentemente*, κατὰ δύναμιν, quantum fieri potest. *Hor. in Arte v. 40.* Cui lecta potenter erit res. *Quintil. l. 6. c. 4.* Quod in altercatione fit potentius. *Id. Declam. 274.* Potentissime dicere.

Potentia, æ, *potenza*, *podeſtà*. יְכֹלֶת, אֵילוּת, גְּבוּרָה, יְד, כֹּחַ, Ger. *macht, vermugen*, Gal. *puiſſance*, Hiſ. *potencia*, δύναμις, vis, vires, potestas, a *potens*. *Virg. 3. Georg. v. 92.* Ne tenues pluviæ, rapidive potentia Solis Acrior. ¶ Sæpe sumitur pro auctoritate, & opibus civilibus. *Cic. 2. de Inv. c. 56.* Potentia est ad sua conservanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. ¶ Differunt secundum Prisicianum potentia, & potestas, quod potestas magis pro vi accipitur, potentia pro dominatione. Sed hæc differentia non observatur. *Cic. Offi.* Dummodo potentiam consequantur. *Id. pro Mur. c. 11.* Erant in magna potentia, qui consulebantur. *Plin. l. 3. ep. 7.* Fuit inter principes civi artis sine potentia, sine invidia.

Potentialíter, adverb. *Sidon. l. 7. ep. 14.* Cui ine animus potentialiter notum morum similitudine facit.

Potérion, n. 2. genus herbæ. *Plin. l. 27. c. 12.* Poterion, aut, ut alii vocant, phrynion, vel neurada, large fruticat, spinis retorrida, lanugine spissa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo, herbacei coloris, seminis nullo usu, sed gustu acuto, & odorato.

Poterium, ii, ποτήριον, poculum. *Plaut. Stich. 5. 4. 12.* Nos nostro Samiolo potesio tamen vivimus. Adde *Trinum. 4. 3. 10.*

Poteſſe, & **Poteſſim**. V. *Poſſum*.

Poteſta, æ, f. 1. idem ac potestas, apud vet. *Plaut. Merc. Prol. v. 63.* Neque potestam sibi fuisse. Sed rectius legitur *potestatem* in opt. editionib.

Poteſtas, atis, *podeſtà*, *licenza*, *potere*, כֹּחַ, Germ. *vermeglichkeit und gevualt*, Gall. *puiſſance*, Hiſ. *potencia*, *facultad*, δύναμις, potentia, vis, facultas, a *potens*. *Cic. 3. de Leg. c. 2.* Regina potestas. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Redigere aliquem in suam potestatem. *Id. ib.* Tenere motum animi in sua potestate. *Id. 5. Fam. ep. 4.* Omnibus in rebus me fore in tua potestate, tibi confirmo. *Id. Catil. 2. c. 12.* Habere familiam in potestate. V. *Familiam*. In potestate sua aliquos continere. *Id. Phil. 8. c. 10.* Conveniendi sui potestatem omnibus facere. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2. c. ult.* Cum neque Prætores diebus aliquot adiri possent, vel potestatem sui facerent. *Id. Fam. 1. ep. 7.* Quosies mihi certorum hominum potestas erit, quibus dem, nos prætermittam. *Id. pro Dom. c. 29.* Vitæ, necisque potestatem habere in aliquem. Sic dare, deferre, permittere, concedere, tradere potestatem alicujus rei alicui, *dar facoltà*, *dar licenza*, *dar comodo*. *Cic. pro Balb. c. 16. pro Qui. 1. 1. de Orat. poſt red. in Sen.* & alibi. ¶ In potestate mea est hoc facere, *è in mio potere*, *in mio arbitrio*. *Cic. 4. Ver. c. 60.* Potis a me, quod in tua potestate est. ¶ Dicitur etiam *potestas* de consilio, & ratione. Hinc Exire de potestate, est mentis impotem fieri. *Cic. 3. Tusc. cap. 5.* Itaque nihil melius, quam quod est in consuetudine sermonis Latini, cum exisse ex potestate dicimus eos, qui effrænati feruntur aut libidine, aut iracundia. Quamquam ipsa iracundia libidinis est pars. Sic enim definitur iracundia, ulciscendi libido. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. *Id 4. Tusc. c. 36.* Iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente. ¶ Metonymice accipitur pro eo, qui Magistratum gerit, vel Judiciis præest, denique pro Principe potenti, quem Græci Dynastam vocant. *Cic. 1. Tusc. c. 30.* Sed tamquam a Magistratu, aut ab aliqua Potestate legitima, sic a Deo evocatus, atque emissus exierit. ¶ Hinc Prætores urbium *Poteſtates* appellantur. *Sueton. in Claud. c. 23.* Jurisdictionem de fidei commissis, quotannis, & tantum in urbe delegari Magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam per Provincias Potestatibus demandavit. *Juv. sat. 10. v. 100.* An Fidenarum, Gabiorumque esse potestas. Adde *Plin. l. 9. c. 8.* ¶ Hinc *potestas* dicitur de imperio, seu jurisdictione in Rep. *giurisdizione*, *comando*. *Auct. ad Herenn. l. 3. c. 7.* Potestates gerere. *Cic. Phil. 1. c. 7.* Versari cum imperio, & potestate in Republica. *Sueton. in Cæsare c. 20.* Potestate abire.

Poteſtatívus, a, um, adject. qui potestatem habet. *Tert. adv. Hermog. c. 19.* Ἀρχικὸν, non tantum ordinativum, sed & potestativum capit principium.

Poteſtur. V. *Poſſum*.

Pothos, i, m. πόθος, flos vaga specie, cujus duo genera tradit *Plin. l. 22. cap. 11.*

¶ Quidam putant esse eumdem illum, quem recentiores florem Constantinopolitanum appellant. Galli *Croix de Hierusalem*.

Potiens, entis, particip. a potior, iris. *Cicer. 3. Tusc. cap. 18.* Natura voluptatibus potiens dolore caret.

Potílis, le, adject. potabilis. *Cæl. Aurel. Tard. 3. c. 8. & l. 5. c. 10.*

Potín', *ſi puis? puoi tu?* potes ne? potis ne es? *Terent. Adelph. 4. 1.* Potin', ut desinas? *Id. Andr. 2. 6. 6.* Potin' es mihi verum dicere?

Potína, æ, Dea apud Romanos, quæ puerorum potui præsidere putabatur, ut Edusa eorumdem alimentis. *Varr. Non. c. 2. n. 310.*

Potío, onis, f. *bevanda*, שְׁתִיָּה, Germ. *ein tranck, das ſincken*, Gall. *breuvage*, *boiſſon*, Hiſ. *bevida*, πόσις, potus. *Cic. 5. Tusc. c. 35.* Quin, quod ne mente quidem recte uti possimus multo cibo, & potione repleti? *Id. 1. Fin. c. 11.* Cum cibo, potioneque fames, sitisque depulsa est. *Id. de Sen.* Tantum cibi, & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. ¶ Dicitur & de medicamento, quod bibitur. *C. c. pro Cluent. c. 14.* Pharmacopola circumforaneus prima potione mulierem fustulit. *Celſ. l. 5. c. 8.* Potiones efficaces ad id. Adde *Plaut. Men. 5. 5. 21.* ¶ Servus *a potione*, est pincerna. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 578. n. 1.*

* **Potío**, is. V. Potior, iris.

Potióno, as, a. 1. *dar da bevere*, ποτίζω, potum præbeo. *Sueton. in Calig. cap. 50.* Creditur potionatus a Cæsonia uxore amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verteret. Adde *Veget. de Re Veter. l. 1. c. 34.*

Potíor, & potius, o. 3. *migliore*, טוֹב מִן, πρείτων, βέλτιων, melior, præstantior, charior, antiquior. *Cic. de Amic. c. 5.* Itaque cives potiores sunt, quam peregrini, & propinqui, quam alieni. *Id. 1. Fin.* Judicabit, nulla ad legendum his esse potiora. *Id. in Somn. Scip. c. 1.* Nihil mihi fuit potius, quam ut Matinsiam inviserem. *Tacit. in Agric. c. 33.* Honesta mors turpi vita potior. ¶ *Potiorem habere*, est præferre. *Celſ. l. 1. B. C. c. 8.* Semper se Reipublicæ commoda privatis necessitudinibus habuisse potiora. ¶ In rebus amatoriis *potiores* dicuntur, qui apud amicam magis gratia valent. *Tibull. lib. 4. el. 6. v. 33.* At tu, qui potior nunc es, mea furta caveto. *Horat. Epod. 15. v. 14.* Non feret assiduas potiori te dare nuctes. ¶ *Potior* pro compos, h. e. qui re aliqua potitus est. *Plaut. Caſ. 1. 1. 22.* Hercle me suspendio, quam tu ejus potior sies, satius est mortuum. Alii tamen legunt *potitor*.

Potíor, iris, d. 3. *impadronirſi*, קִנְתָה, חָזַק, יָרַשׁ, Germ. *eroberen*, *beſitzen*, Gall. *jouir de quelque choſe*, Hiſ. *alcancar*, κρατῶ, est potem, seu comporem alicujus rei fieri, vindicare sibi, adipisci, acquirere, a *potis*. Construitur vel absolute. *Cic. de Sen. c. 12.* Cujus voluptatis avide libidines temere, & effrænate ad potiundum incitarentur. ¶ Vel cum gen. *Cic. pro Rosc. Am. c. 25.* Prudentissima civitas Athenienssum, dum ea rerum potita est, fuisse dicitur. *Auct. ad Her. l. 4. c. 25.* Athenienssum portiri sunt Spartiatæ. ¶ Vel cum abl. *Cic. 2. Offi.* Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus. ¶ Vel cum acc. *Nepos Eumen. c. 3.* Qui summam imperii potirentur. *Lucr. lib. 3. verſ. 1050.* Homerus sceptra potitus. ¶ Sumitur interdum passive pro venire in alienam potestatem. *Plaut. Capt. 1. 1. 24.* Nam postquam meus Rex est potirus hostium. ¶ Est etiam compotem esse, dominum esse, possidere, in potestate habere, tenere, frui. *Id. lib. 1. Fam.* Ii, qui potiuntur rerum, *ideſt* imperium tenent, imperio fruuntur. *Id. de Sen.* Deinde iis, quibus senectus si non abunde potitur, non omnino caret. *Ter. Adelph. 5. 4. 17.* Ille alter sine labore patria potitur commoda. ¶ Est etiam tertiæ conjugationis. *Virg. 3. Æn. v. 55.* Fas omne abrumpit, & auro Vi potitur. *Ovid. 13. Met. v. 130.* Tuque tuis armis, nos te poteremur Achille. Alii legunt *potiremur*. *Valer. Flac. l. 7. v. 54.* Scilicet Æoliæ potiretur ut auro. Alii *poteretur*. ¶ Legitur & *potio*, *is*, activa positione. *Plaut. Amph. 1. 1. 23.* Qui fuerim liber, cum (h. e. *me*) nunc potivit pater servituris. *Festus:* Potitus servitute ab antiquis dicebatur, qui, ut ait Labeo, serviturem fervit. Eodem sensu *Ter. Phorm. 3. 1. 5.* Ne quid decepta potiretur mali. Al. leg. *poteretur*.

Potis, & te, o. 3. *Potente chi può*, יָכוֹל, δυνατὸς, potens. *Plaut. Mil. 3. 1. 90.* Alteri sapienter potis es consulere. *Virg. 3. Æn. v. 671.* Nec potis Ionios fluctus superare sequendo. *Cic. 2. Tusc. cap. 16. ex antiquo Poeta.* Neque sanguis ullo potis est pacto profluens consistere. ¶ Adhibetur etiam in plurali numero: *Varr. l. 2. R. R. cap. 2. Ut* videamus, quid pastores potis sint. *Plaut. Pœn. 1. 2. 17.* Duæ populo plus satis dare potis sunt.

Potíssime, adv. idem ac potissimum. *Cic. pro Mur. c. 2.* Is potissime honore affecto defensor daretur. *Id. 2. de Or.* Non potissime confirmo.

Potíssimum, adv. *principalmente*, לְמַעְלָה, μάλιστα, maxime, præcipue, adv. sup. a *potis*. *Cic. 1. de Leg.* A Deo nobis causa ordienda est potissimum. ¶ Differunt potius, & potissimum, quod potius ad duo tantum, potissimum ad plura refertur, ut fit in cæteris comp. & sup. ut Quem potius instituam hæredem? Fabium, an Lucium? Quem Jurisperitorum potissimum consulam? *Auct. ad Her. l. 1.* Cum quæritur, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimum dicat. ¶ Invenitur tamen quandoque potissimum referri ad duo. *Cic. de Inv. c. 58.* Quamquam præstat honestas incolumitati, tamen utri potissimum consulendum sit, deliberetur.

Potíssimus, a, um, *ottimo*, *ſpeciale*, *ſingolare*, κράτιστος, βέλτιστος, optimus, præstantissimus, præcipuus, sup. a *potis*. *Quintil. l. 10. c. 3.* Denique ut semel, quod est potissimum, dicam, id est præcipuum. *Plin. l. 14. cap. 2.* Hactenus potissima nobilitas datur peculiaribus, ac vernaculis Italiæ.

* **Potíssum**. V. Possum. Potis.

Potítii, orum, m. 2. Herculis Sacerdotes, a *potiendo*, quod soli extis solemnibus vescerentur, uti Pinarii, a πινάω, esurio, quod non ederent, sed ministrarent. *Serv. ad 8. Æn.* V. *Pinarii*.

Potíto, as, a. 1. κατατίνω, sæpe poto, consuetudinem potandi habeo, freq. a *potare*. *Plaut. Amph. 1. 1. 105.* Prærela Rex, qui potitavit. *Id Asin. 4. 1. 26.* Tecum una postea æque pocula potitet.

Potiúncula, æ, f. *picciola bevanda*, parva potio. *Sueton. in Domit. cap. 21.* modicam in ampulla potiunculam sumere.

Potíus, *piuttoſto*, μᾶλλον, ἐπὶ μᾶλλον, יֹתֵר, magis, adv. compar. a *potis*. *Cic. 2. Tusc. cap. 22.* Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius, quam consciis delendæ tyrannidis indicaret.

Potnía, æ, Potniæ, πότνιαι, opp. exc. Bœotiæ, Thebis proximum, prope Potnium fontem. Ibi Glaucus ab equis dilaceratus fuit. ¶ *Potnia* item, opp. Magnesiæ, in Macedoniæ, & Thessaliæ confinio. *Plin. l. 4. c. 9.* Apud Potnias pascua sunt, in quibus asini in rabiem vertuntur. *Plin. l. 25. c. 8.*

Potnídes, f. 3. mulieres, vel equæ ex Potnia, urbe Bœotiæ, vel etiam Magnesiæ. *Virg.*

Virg. in Georg. 3. v. 268. Quo tempore Glauci Potniades malis membra absumpserc quadrigæ. *Ovid. in Ibin, v. 557.* Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum. V. *Potnia*, & *Glaucus*. ¶ Hoc etiam nomine Bacchæ, & Mænades appellatæ sunt, sc. ab eadem urbe Bœotiæ. *Hesych.* & *Lil. Greg. Girald. primo suo Syntagmate de Hiſt. Deor.* Aliqui pro Bacchis, & Mænadibus Potniades dictas esse volunt Deas quasdam, quæ furorem facerent, a Potnio fonte, vel puteo, ex quo si aqua potita fuisset ab equis indigenis, furore agitabantur.

Poto, as, potavi, & potus sum, potatum, vel potum, a. 1. *bere*, שָׁתָה, כָּבָא, Ger. *trincken*, *ſaufen*, Gal. *boire*, *yurognar*, Hiſ. *bevar*, *mi'vm*, bibo. V. *potus*, *us*. *Cic. in Brut. c. 83.* Si potare velis, de dolio tibi hauriendum est. *Virg. 3. Georg.* Et lac concretum, cum sanguine potat equino. *Ter. Phorm. 5. 5. 9.* Apud me potaturus est. *Claudian. in Eutrop. l. 2. v. 250.* Pro Rheno potarus Halyn. *Virg. Ecl. 7. v. 11.* potum venient per prata juvenci. *Col. l. 12. c. 51.* Dabitur potatum bobus imbecillis. *Varr.* apud *Gell. l. 2. c. 25* Cum a cœno, & prandeo, & poto, & cœnatus sum, & prandius sum, & potus sum dicamus. ¶ Arbores quoque potare dicuntur, *inacquarſi*, cum liquor earum radicibus affunditur. *Pl. l. 12. c. 1.* Docuimus, etiam arbores vina potare. ¶ Item lanæ, cum colores accipiunt. *Plin. l. 9. c. 38.* Quinis lana potat horis, rursusque mergitur. Adde *Horat. lib. 1. epiſt. 10. verſ. 27.* ¶ Usurpatur & impers. *Cic. 2. Phil. c. 27.* Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum, totos dies potabatur.

Potor, oris, m. idem ac potator. *Hor. l. 1. ep. 19. v. 2.* Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Potorium, rii, *bicchiero*, כּוֹס, ποτήριον, vas, quod ad potum destinatum est, al. poterium. *Pl. l. 33. c. 10.* Mille convivas toridem aureis potoriis mutantem vasa cum ferculis saginasse.

Potorius, a, um, ποτήριος; quod ad potandum pertinet. *Paul. l. 3. ff. de ſupell. leg.* Vitrea efcaria, & potoria in supellectile sunt, sicut fictilia. Adde *Mart. l. 14. in ris. epigr. 110.*

Potrix, icis, f. quæ potat. *Phædr. l. 4. fab. 4. v. 25.* Seponit potrici plenam antiquis Aporhecam cadis.

Potua, æ, Dea quæ potui præest, ut Victa, quæ victui. *Arnob. l. 3. pag. 115.*

Potulens, V. *Poculentus*.

Potulentus, a, um, *ubbriaco*, שִׁכּוֹר, πότως, ebrius, *Suet. in Oth. c. 2.* Atque invalidum quemque obviorum, aut potulentum corripere. ¶ Aliqui adduut poni etiam pro re, quæ potui idonea est. *Gell. l. 4. c. 1.* Penus est, quod esculentum, aut potulentum est. Sed & hic, & apud alios Scriptores *poculentum* legi debet.

Potúra, æ, idem ac potio. *Varro l. 4. de L. L. cap. 5.* Sic potura a potu, non ut nunc a πόσις.

Potus, i, m. 2. עֲרֵלָה, ἀκροβυστία, pudendum, pellis, qua glans virilis tegitur, a πόδη, quod idem notat. *Auct. Catalectorum p. m. 96.* Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam, Dispeream, nisi me perdidit iste potus. Sin autem præcepta vetant me dicere, sane Non dicam, sed me perdidit iste puer. Nequisquolo inquit, vocabulo puerum, quem amo, potum, sive putum, hoc est, πόδιον appellarem: verum quia merri ratio impedit, quominus id in pentametri fine utiurpem, sane pro eo utar pueri vocabulo, si non rei, at metro tamen magis apto. *Cæſ. in Etymol.* in voce *Præputium*.

Potus, a, um, *bevanda*, מִשְׁקֶה, שֵׁכָר, Ger. *tranck*, Gal. *breuvage*, Hiſ. *bevida*, πόσις, πόμα, potio. *Cic. de Divi. l. 1. c. 30.* Cum fit immoderato obstupefacta potu, atque pastu. *Celſ. l. 2. c. 13.* Medicamentum potui dare.

P A N T E R.

Practícus, a, um, *pratico*, פּוֹעֵל, πρακτικὸς, activus, ad actionem spectans, actu ipso aliquid perficiens, ut Artes practicæ, quæ in exercitatione, & actione consistunt. *Quintil. lib. 2. cap. 18.* hanc vocem scribit græcis literis. Est enim a πράσσω, *facio*, *operor*.

Præ, *avanti*, לִפְנֵי, עַל, מִן, Ger. *vor*, *voran*, Gall. *devant*, *peur*, Hiſp. *antes*, *devante*, πρὸ, ante, præp. ex iis, quæ abl. inserviunt, a Græca voce allata, o in a mutato. Construitur vel absolute. *Ter. Eun. 5. 2. 69.* I præ: sequor. ¶ Vel cum abl. *Liv. l. 1. c. 7.* Quæ præ se armentum agens nando trajecerat. ¶ *Præ se ferre*, est dicto, vel facto, ipsa statim fronte, palam, & publice aliquid profiteri, ostendere, demonstrare. *Cic. Agr. 2. c. 2.* Sed vomem vivam præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatum, ac studiorum tulistis. ¶ *Præ se gerere*, idem, ac præ se ferre. *Cic. 2. de Inv. c. 9.* Nam affectionis quidem ratio perspicuam fobet præ se gerere conjecturam. ¶ Reperitur etiam cum dat. *Plaut. Pœn. 3. 3. 57.* Trecentos nummos Philippeos portat præ sibi. Alii rectius leg. *præſidii*. ¶ Sæpe accipitur pro respectu, sive ad comparationem, in *paragone*. *Cic. pro R. Am.* Hominem præ se neminem putat. *Id. in Off.* In quibus utilitatis species præ honestate contemnitur. *Plaut. Stich. 2. 2. 38.* Imo res omnes relictas habeo, præ quod tu veiis, ideſt præ eo, quod, &c. *Id. Mil. 1. 1. 20.* Nihil quidem hoc, præ ut alia dicam. ¶ In hac significatione construitur etiam cum adv. *quam*. *Plaut. Amph. 2. 2. 1.* Parva res est voluptatum in vita, præ quam quod molestum est. ¶ Item pro *ob*, propter. *Cic. 1. Tusc. 42.* Solem præ jaculorum multitudine non videbitis. *Id. in Fam.* Non hercule præ lacrymis possum reliqua scribere. Sic præ gaudio, præ amore, præ ira. *Liv. Ter.* & al. ¶ Item pro extra, præter. *Gel. l. 1. c. 2.* Præque se uno cæteros omnes linguæ Atticæ principes, sentemque omnem togatam, quodcumque nomen Latinum, rudes, atque agreites prædicabat. ¶ *Præ manibus*. V. *Manus*.

Præácio, is, a. 3. προῤῥίπτω, ante acuo, valde acuo. *Cato de R. R.* Vitem utriufque teneram præacuito. Alii leg. *proacuito*.

Præácute, adv. valde acute. *Apul. Apol.* An præacute vobis repetisse videbamini.

Præáctus, a, um, πάνυ ὀξὺς, valde acutus. *Cæſ. l. 2. B. G.* Præacutas trabes in muro collocabant. Adde *l. 4. c. 17.*

Præalte, adverb. valde alte. *Veget. l. 4. de re milit. cap. 21.* Trabs in terram præalte defigitur.

Præaltus, a, um, valde altus. *Liv. l. 10. c. 2.* Ostium fluminis præalti, quo circumagi naves in stationem turam possint.

* **Præambúlo**, as, ante ambulo. *Capella l. 9. p. 306.*

* **Præambúlus**, anteambulo, præcedens. *Id. l. 9. sub fin.* divisque præambulis. Sic *l. 2.* matre præambula.

Præauditus, a, um, nom. ex partic. ante auditus. *Ulpian. l. 6. Dig. de Offic. Proconſ.* Ut præauditas custodias ad se remittant.

Præbéo, es, bui, bitum, a. 2. *dare*, נָתַן, Ger. *geben*, *darbieten*, Gal. *donner*, *bailler*, Hiſ. *dar*, παρέχω, do, tribuo, præsto, exhibeo, impertio, suppedito, a *præhibeo*, per Sync. quod a *præ*, & *habeo*. *Pl. l. 13.* Turbidus liquor vim glutini præbet, *ſerve di colla*. *Liv. l. 30. c. 10.* Præbere accessum. *Cic. 2. de nat. Deor.* Vitalem, & salutarem spiritum præbet animantibus. *Ter. Eun. 5. 6. 9.* Nunquam pol hominem stultiorem vidi; non possum satis narrare, quos ludos præbueris intus, *quanta materia ci dai di ridere di te*. *Id. Adelph. 2. 2. 7.* Adolescenti morem gestum opportunit. *Sa.* Qui potui melius, qui hodie usque os præbui. *sc.* ad plagas. *Cic. Att. l. 1.* Præbere os ad male audiendum, *laſciarſi dir male in faccia*. *Liv. l. 38. c. 52.* Præbere aures conviciis. *Perſ. Sat. 2. v. 28.* stolidam præbet tibi vellera barbam Jupiter. *Sen. ep. 70.* Præbere se legibus. *h. e.* ultro se legibus submittere. *Nepos in Ast. c. 4.* Fidem alicui præbere in periculis. ¶ *Præbere* etiam dicuntur, qui Magistratibus in provinciam euntibus necessaria suppeditant. *Hor. l. 1. Sat. 5. v. 46.* rectum Præbuit, & parochi, quæ debent, ligna, salemque. *Gell. l. 15. c. 4.* Comparandis mulis, & vehiculis, quæ magistratibus præbenda publice consuevisset. ¶ Frequenter sumitur pro ostendere, gerere. *Cic. Fam 4. ep. 18.* Rogo, atque oro, te colligas, virumque præbeas, *portati da uomo*. *Id. 2. Fam. ep. 1.* Præbere se æquum. *Er ep. 18.* Præbere se dignum suis majoribus. *Nepos in Datam. c. 2.* Pari se virtute postea præbuit. ¶ Præbere absolute aliquando est præbere ocenam. *Hor. l. 1. Sat. 4. verſ. 88.* quavis aspergere cunctos Præter eum, qui præbet, aqua. V. *Aqua*.

Præbía, orum, n. 2. alexipharmaca, sive amuleta, cujusmodi erant lora, quæ de puerorum collo suspendebantur, a *prohibendo*, quod mala prohiberent. *Fest.* Sed idem *Fest.* prius dixit, esse curandi mali remedia; dictaque esse, quod ægrotantibus curationis causa præbeantur. *Nævius* apud *Varron. l. 6. de L. L.* Præbia a præbendo, ut sit rutum, quod sint remedia in collo pueris.

Præbíbo, is, a. 3. *bere innanzi*, προπίνω, ante bibo. *Apul. l. 10. Metam.* Catha-

tum mulso contempera, & offer parasito meo, simulque, quod ei præbiberim commonito.

Præbítero, is, n. 3. præterco, apud vet. *Plaut. Pœn. 5. 3. 43.* At ne intex vias præbiterames eas, metuo. Optimæ Edition. hab. *præterbitamus*.

Præbítio, onis, f. *il dare*, מַתָּן, πόσις, actus præbendi, seu suppeditandi. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 647.* Quod ea die mea erat præbitio, *Justin. l. 38. c. ult.* Cum gravari se copiarum præbitione civitates viderent. *Aurel. Vict. de Cæſ. c. 41.* Olei frumentique præbitiones, quibus angebantur.

Præbíto, is, a. 3. perimo, occido. *Plaut. Pſeud. 3. 1. 10.* Eum eras cruciatu maximo præbitere. Alii leg. *perbitere*.

Præbítor, oris, m. qui præbet, dator, dispensator. *Cic. 2. Off. c. 15.* Ut Macedones te non Regem suum, sed ministrum, & præbitorem putent?

Præbítus, a, um, datus, suppeditatus. Hinc præbita in plurali numero gen. neutr. *Col. l. 1. c. 8.* Ne aut in vestiariis, aut in cæteris præbitis injuriose tractentur. *Sueton. in Tiber. c. 50.* Sed & peculio concesso a patre, præbitisque annuis privavit.

Præcándens, entis, ante cadens. *Cæl. Aurel. Cronic. l. 5. c. 4.*

* **Præcædo**, præcido, apud *Gell. l. 9. c. 13.* caput præcædit.

* **Præcalefáctus**, Præcalfactus, a, um, ante, vel valde calefactus. *Scrib. Larg. comp. 156. Cæl. Aurel. Acut l. 1. c. ult.* Præcalefacta apponere.

Præcálidus, a, um, adject. valde calidus. *Tac. Ann. 13. c. 16.* Præcalida potio traditur Britannico.

Præcálvus, a, um, ἠλιτροδὸν φαλακρὸς, calvus in anteriore parte capitis. *Suet. in Galb. c. 2.* Statura f

rium sterit, h. e. in summo, ita ut progredi sine Reip. ruina non possit. ¶ Olim nominativus fuit *præcipes*, genit. *præcipis*, teste *Prisc. l. 6. Plaut. in Commorientibus*. Saliam in puteum præcipes. *Liv. in fine*. Sequi in alta maria præcipem, inops, ægra, sanitatis heros. *Enn. 17. Ann.* Occumbunt multi lerum ferroque, lapique, aut intra muros, aut extra præcipe casu. Hæc omnia refert. *Id. Priscianus loc. cit.* Adde *Plaut. Rud. 3. 3. 8.*

Præceptio, onis, actus præcipiendi, præceptum. *Cic. 1. Off. c. 2.* Itaque propria est ea præceptio Stoicorum, & Academicorum, & Peripateticorum. *Id. 2. de nat. Deor. c. 31.* Lex est recti præceptio, pravi depulsio. ¶ Est etiam actus præcipiendi, hoc est ante capiendi. Hinc apud JCtos legare aliquid alicui per præceptionem, est ita legare, *ut* aliquam rem hæredes, quibus ea legata est, sibi sumant, antequam tota hæreditas dividatur, & partes aliis cohæredibus distribuantur. *Leg. Sextiam, 32. Dig. de Legat. 3. & leg. ult. Dig. de legat. 2.*

Præceptive, adv. præcipiendo. *Tert. l. 5. adv. Marc. c. 10.*

Præceptivus, a, um, adj. *præcettivo*, qui præcepta dat. *Senec. ep. 95.* Pars hæc philosophiæ, quam Græci παραινετικὸν vocant, nos præceptivam dicimus.

Præcepto, as, a, ὑποτίθεμαι, freq. a præcipio, *In Saliari Carmine*, apud *Festum*.

Præceptor, oris, m. *præceptore, maestro*, מוֹרֶה, διδάσκαλος, doctor, instructor, magister. *Cic. 3. de Or. c. 15.* Sed iidem erant vivendi præceptores, atque dicendi. *Id. Phil. 2. c. 6.* Hunc tu auctorem, & præceptorem omnium consiliorum, rotiusque vitæ habere debuisses.

Præceptorius, a, um, quod ad præcipiendum spectat, quod præcepta continet. *Plin. l. 4. ep. 13.* Hæc quasi præceptoria epistola rogo. Rectius aliæ editiones habent *præcursoria*.

Præceptrix, icis, f. quæ præcipit, magistra. *Cic. 1. Fin. c. 13.* Qua præceptrice in tranquillitate vivi potest.

Præceptum, i, *precetto, comandamento*, מִצְוָה, חֹק, פְּקֻדָּה, Germ. *ein gebott*, Gal. *commandement*, Hisp. *mandamento*, πρόσταγμα, jussio. *Tac. in Agric. cap. 37.* Transvectæ præcepto ducis equitum alæ. *Nepos in Eumen. c. 5.* Curare præcepta diligenter. *Virg. 6. Æn. v. 230.* Explequi præcepta. ¶ Sumitur etiam pro disciplina, admonitione, regula bene vivendi. *Cic. 1. Off.* Neque ulla officii præcepta firma, stabilia, conjuncta naturæ tradi possunt. *Id. in Brut. c. 76.* Hermagoræ disciplina ea dat rationes certas, & præcepta dicendi.

Præceptus, a, um, προκαλυμμένος, ante captus, prægustatus. *Liv. l. 1. c. 7.* Tempore illi præcepto. *Cic. 3. Tusc.* Præfertim si & ante præceptis bonis contentus esset. Alii legunt *perceptis*.

Præcerpo, is, erpsi, ptum, a. 3. προδέρπω, ante carpo. *Plin. l. 18. c. 19.* Ne germinum tenera præcerpant. ¶ Sumitur & translate. *Cic. 6. Verr. c. 37.* Non præcerpo fructum officii mei. ¶ Hinc *præcerptus*, a, um, part. *Liv. l. 41. c. 1.* Victoriæ nuntii præcerptam ejus rei lætitiam invenerunt.

Præcertatio, onis, f. quoddam futuræ pugnæ quasi præludium. *Auct. ad Her. l. 4. c. 30. Mihi* tecum præcertatio non est.

Præcessor, ris, m. *predecessore*. *Tertull. adv. Prax. c. 1.* Præcessorum ejus auctoritates defendendo.

Præco, æ, m. idem ac præco, a ciendo. *Fest.* Præcias dicebant, qui a Flaminibus præmittebantur, ut denuntiarent opificibus, manus abstinerent ab opere, ne, si vidisset Sacerdos facientem opus, sacra polluerentur. *Apul. l. 11. A. A.* Præciæ, qui facilem sacris viam dari prædicarent.

* Præciagum vinum, quale fit docet *Plin. l. 14. c. 6. V. Pucinus*.

Præcidaneus, a, um, quod præcedit, sive antecedit, a *præcedendo*, quemadmodum succidaneus, quod succedit, sive subsequitur, a *succedendo*, ut Hostia præcidanea, quæ ante alias cædebatur, sive, ut aliqui interpretantur, quæ ante sacrificia solemnia pridie sacrificabatur. Porca præcidanea, quam qui justa defuncto non fecerant, vel in faciendo peccaverant, vel, ut *Varro* ait *lib. 3. de vita P. R.* qui defunctum non humaverant, e. g. quod in mari interiisset, familiæ expiandæ gratia. Telluri & Cereri singulis annis immolabant, antequam novæ fruges præciderentur, vel, ut alii, antequam ipsa porca novam frugem caperet. *Gell. l. 4. c. 6. Festus Marius Victorinus l. 1. Artis Gramm. c. de Orth.* censure; hostiam, & porcam præcidaneam esse a *præcidendo*, quod ante alias cæderetur. ¶ Feriæ præcidaneæ apud *Gell. loc. cit.* erant, quæ festum aliquod præcedebant, Græce προπάτωρ ἡμέρα.

* Præcidarius, a, um, præcidaneus, ut Præcidaria porca. *Festus*.

Præcido, is, cidi, cisum, a. 3. *tagliare*, גָּזַר, בָּתַר, Ger. *abscheiden*, Gal. *couper, trancher*, Hisp. *cortar antes*, ἐκκόπτω, ante cædo, hoc est ante immolo, ut *Festus* interpretatur, & generatim cædo, amputo, obtrunco, ex *præ*, & *cædo*. *Cic. 5. Tusc.* At Cinna Collega sui Consulis Cn. Octavii præcidi caput jussit. ¶ Translate *Cic. in Verr. 3. c. 7.* Ut una hora, qua cœpi dicere, reo audaci, pecunioso, profuso, perdito spem judicii corrumpendi præciderem. *Id. de Amic.* Magis decere, amicitias sanctas dissuere, quam repente præcidere. *Id. 5. Verr. c. 1.* Præcidere ibi libertatem vivendi. *Id. 2. de Or. ad.* Præcidere dubitationem. ¶ Item pro designare, ut cum quis non simpliciter, & in universum admittitur ad dicendum, aut oppugnandum, sed cogitur id designare, quod dicere, aut oppugnare velit. Translatio sumpta est a fabris, qui quod fecare ferra volunt, prius linea ducta signant, & præcidunt. *Cic. in Acad. l. 4. c. 43.* Præcide, & statue, quid libeat. ¶ Item pro dure negare. *Cic. Att. l. 10. ep. 16.* Quod quia plane, cum in Formianum veniffet, præciderat. *Id. ib. l. 8. ep. 4.* Plane sine exceptione præcidit. ¶ Significat etiam verberare, percutere, sed in hac significatione facile mutatur in *percido*, quod V. ¶ Item prædicare. *Mart. l. 4. ep. 48.* Præcidi gaudes, præcisus, papile, plorasti. *Id. l. 2. ep. 72.* utramque notionem verberandi, & prædicandi spectans, ludit in ambiguo: Os tibi præcisum, quanto non ipse Latinus Villa Panniculi percutit ora sono. Ubique tamen alii *percidi*, & *percisum* repopunt.

Præcinctio, onis, f. Apud *Vitr. l. 5. c. 3.* præcinctiones sunt intervalla graduum in theatro, & divisiones ordinum sedendi. *V. Balteum. Id. l. 2. c. 8.* Per medium altitudinis curvaturam, præcinctionemque placea ampla facta. *h. e.* per locum planum, quo collis cingitur.

Præcinctorius, a, um, adject. qui circumquaque præcingit, ut præcinctorii funes, apud *Vitr. l. 10. c. 21.*

Præcinctura, æ, f. ὑποζώνιον, *cintura*, אַזוֹר, חֲגוֹרָה, fascia, zona, qua vestem mediam corpori astringimus. Narrat *Macrob. l. 2. Saturn. c. 3.* cum post Cæsaris de Pompejo victoriam interrogatus esse Cicero, cur in electione partis errasset, & non a Cæsare potius steterit, respondisse, *præcinctura me decepit*. Utebatur autem Cæsar laxiore præcinctura, ita ut incedendo togæ laciniam traheret, propter quod mollis & effœminatus habitus est.

Præcinctus, us, m. præcinctura, præcinctio. *Non. c. 16. n. 5.* Castula est palliolum præcinctui, quod &c.

Præcinctus, a, um, περιεζωμένος, חָגוּר, *cinto*, circum cinctus. *Ov. ep. 4.* præcincti flore capilli. *Plin. l. 10. ep. 48.* Parietes restaceo opere præcincti. *h. e.* obducti. *Hor. 2. Ep. 2. 8. v. 70.* ut omnes Præcincti rectæ pueri, comptique ministrent. *h. e.* tunicas bene cincti, ate cincti, ut præsto esse ad omnem nutum possint, *accinti*. Hinc male præcinctus dicitur, qui mollis est, tardus, iners *Macrob. l. 2. Saturn. c. 3.* Sylla Pompejum sæpius admonuit, ut illum puerum (*Cæsarem*) male præcinctum caveret. Eadem leguntur apud *Suet. in Cæs. c. 45.* ubi alii *percinctum*, reponunt. V. vocem præcinctorium.

Præcingo, ere, a. 3. περιζώννυμι, אָזַר, חָגַר, idem ac cingo, vel circum cingo. *Ovid. 2. Trist. v. 271.* Et latro, & caurus præcingitur ense viator. *Id. 14. Met.* fulvo cervix præcingitur auro. *Silius l. 3. v. 243.* Præcingere litora muro.

Præcino, is, ui, centum, a. 3. *cantare innanzi*, προᾴδω, ante cano. *Cicer. 4. Tusc. c. 2.* Deorum pulvinaribus, & epulis Magistratuum fides præcinunt. ¶ Interdum fumitur pro prædicere, prædivinare. *Plin. l. 8. c. 46.* Hi greges repente lymphati futura præcinunt.

* Præcipes. V. Præceps.

Præcipio, is, epi, eptum, a. 3. *pigliare innanzi, preoccupare*, פָּקַד, עָוַר, Germ. *befehlen, gebieten*, Gal. *commander*, Hisp. *mandar*, προκαλλιβάω, ante capio, prævenio, prænecupo. *Liv. l. 3. c. 46.* Dum præcipierent iter nuntii missi in castra. *Tac. 3. hist. c. 15.* Festinato prælio victoriam præcepit. *Flor. l. 3. c. 9.* Veneno fata præcepit. *Lucr. l. 6. v. 802.* Nisi aquam præcepimus ante. *Cic. 2. Off.* Præcipiant oratione benigna multitudinis animos, ideft concilient. *Id. 1. Off. c. 23.* Illud etiam ingenii magni est præcipere cogitatione futura, ideft providere. ¶ Est etiam jubere, imperare. *Cic. 1. Fam.* Ego quidem, ut debeo, & ut tute mihi præcepisti. ¶ Item præceptis instruere, docere, monere. *Cic. 2. de Orat. c. 11.* Num igitur placet, cum de eloquentia præcipias, &c. *Id. pro Mur. c. 2.* Præcipere tempestatum rationem, & prædonum, & locorum. *Quint. l. 3. c. 1.* Præcipere artem oratoriam. ¶ Sufficiunt etiam imperf. *Cic. de Am. c. 20.* Recte etiam præcipi potest in amicitiis, ne, &c. ¶ Hinc absolute usurpatur pro præceptorem esse. *Suet. de Gramm. c. 16.* Scholam aperuit, sed ita ut paucis, & tantum adolescentibus præciperet. ¶ *Præcepso* Pro præcepero. *Cato de R. R. c. 142.* Villici officia quæ sunt? quæ dominus præcepsit.

Præcipitans, antis, partic. a præcipito, ut Respublica præcipitans, quæ cadit, seu evertitur, *Cic. pro Cyll. c. 31.* Sol præcipitans, *ideft* occasui vicinus. *Id. 3. de Or. c. 55.* Imber præcipitans, *Lucr. l. 6. v. 291.*

Præcipitanter, adv. *precipitosamente*, ἐπὶ κεφαλὴν, cum præcipitatione, inconsiderate, temere. *Lucr. l. 3. v. 1076.* Currit agens mannos ad vitam hic præcipitanter.

Præcipitantia, æ, מְהוּמָה, καταβρόχησις, præcipitatio. *Gell. l. 6. c. 2.* Causam quidem ei, & initium præcipitantiæ feceris.

Præcipitatio, onis, *precipitazione*, מְהוּמָה, καταπρήνισις, actus præcipitandi. *Sen. l. 1. de Ira c. 12.* Etsi ira aliquando, ut venenum, & præcipitatio, & naufragium, ex inordinato profuit, non ideo, &c.

Præcipitatus, a, um, καταπρήνιστος, in præceps datus, *precipitato*. *Cic. pro Cæc. c. 17.* Qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent. *Vellej. l. 2. c. 49.* Præcipitata morte fungi. *Ov. 1. Trist. el. 3. v. 47.* moræ spatium nox præcipitata negabat. *h. e.* ad diem vergens. *C. Matius ad Cic. l. 11. Fam. ep. 28.* Ætas præcipitata. *h. e.* decrepita.

Præcipitium, ii, *precipizio*, מַפֵּלָה, מוֹרָדָה, ἀπόκρημνον, locus præruptus, unde præcipitari facile quis potest. *Quintil. l. 1. c. 10.* Acto illo in infantiam, & per præcipitia delato. *Senec. ep. 8.* In præcipitia cursus ille deducit. *Lactant. l. 2. c. 3.* Dum aliorum præcipitia vident.

Præcipito, as, avi, atum, a. 1. *precipitare*, שָׁמַד, נָפַל, יָרַד, Ger. *hinabstürtzen*, Gal. *precipiter*, Hisp. *despeñar*, καταπρανίζω, in præceps dejicio, præcipitem ago. *Cic. 4. Tusc. c. 18.* Qui se e Leucade præcipitaverit. *Liv. l. 23. c. 37.* Præcipitare se de turri. *Cæs. l. 3. B. C. c. 69.* In fossas se præcipitare. ¶ Translate *Cic. pro Dom. c. 37.* Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari. *Virg. 2. Æn. v. 116* furor, iraque mentem præcipitant. ¶ Præcipitare palmitem, est deorsum flectere. *Colum. l. 5. c. 6.* Quæ pars palmitis præcipitata est, fructu indutur. ¶ Præcipitare moras, est festinanter moras abjicere. *Virg. 12. Æn. vers. 699.* Præcipitatque moras omnes. Eodem sensu *Silius l. 13. v. 774.* tu magna gerendi præcipita tempus. ¶ Præcipitare fata sua, apud *Lucan. l. 7.* est accelerare sibi mortem. *Sic Quintil. in ep. ad Trypho.* Suadet ne præcipiteur *editio*. Et *Silius l. 3.* prisosque referre labores præcipitat. *h. e.* festinat. ¶ Sumitur etiam neutrorum more pro præcipirem cadere, ruere, celeriter descendere. *Plaut. Trinum. 2. 1. 30.* Qui in amorem præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat. *Cicer. in Somn. Scip. cap. 5.* Ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus. *Cæs. l. 3. B. C. cap. 15.* Multi jam menses transierant, & hiems jam præcipitaverat. *h. e.* ad ver proxime accedebat. *Virg. 2. Æn. v. 9.* nox humida cœlo præcipitat.

Præcipue, adv. *specialmente, massimamente*, מִן, Germ. *fürnemlich, sonderlich*, Gal. *sur tout*, Hisp. *senaladamente*, μάλιστα, ante alia, potissimum, præsertim. *Cic. 1. 2. Fam. ep. 5.* In qua sum præcipue ab illo adjutus. *Brut. ad Cic. l. 11. Fam. ep. 19.* Me, & M. Brutum præcipue obtervant.

Præcipius, a, um, *principale*, רֹאשׁ, גִּבְעָה, שׁוּם, Ger. *der fürnemst*, Gal. *le principal*, Hisp. *principe*, πρωτεύων, potissimus, optimus, magnus, a *præcipio*, qua notat ante capere, quia præ aliis capitur. *Tac. 12. Ann. c. 40.* Præcipuus scientia rei militaris. *Id. 6. Ann. c. 4.* Præcipuus circumveniendi Sabini. *Cic. 3. Fin.* Hoc, quod præpositum, vel præcipuum nominamus. *Plin. l. 8. c. 27.* Sit & ad serpentis ictus præcipua. *Quint. l. 6. c. 3.* Vir in eloquentia præcipuus. ¶ Sæpe sumitur pro peculiari, vel singulari, *Cic. Att. lib. 11.* Quod negas, præcipuum mihi ullum incommodum impendere. ¶ Apud JCtos præcipuum dicitur, quod per præceptionem peculiarem, & præter hæreditariam portionem legatum est, & ait eo cui legatum est, præcipitur seu ante capitur, quam partes hæreditatis distribuantur. *Scævola l. 6. ep. 12.* Illud autem deberi tibi quodam, ut jurisconsulti dicunt, præcipui titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias. Adde *l. 90. Dig. ad leg. Falcid. & l. 15. Dig. de legat. 2.*

Præcise, adv. *precisamente*, בְּקִצּוּר, *συντόμως*, abrupte, abscisse. Præcise dicere cum compendio sermonis dicere, & per ellipsim alicujus vocis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 29.* Sed id præcise dicitur, ut si quis dicat, Athenienium Rempublicam consilio regi, desit illud, Areopagi. Sic cum dicimus, providentia inundum administrari, deesse arbitrator, deorum: plene autem & perfecte, &c. ¶ Præcise negare, est dure negare. *Cic. Att. l. 8. epist. 4.* Nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise negavi, quam hic mihi.

Præcisio, onis, *precisione*, ἀποτομή, actus præcidendi. *Vitr. l. 9. c. 2.* Præcisiones tignorum. ¶ Apud Rhetoras Figura sententiarum est, quæ Græce Aposiopesis, Latine etiam Reticentia, & Interruptio vocatur, per quam membrum aliquod orationis reticetur, quod prætermissum magis significat, quam si exprimeretur. *Cic. 3. de Or. c. 53. Quint. l. 9. c. 2. Auct. ad Heren. l. 4. c. 30.*

Præcisum, n. 2. pars carnis viscerum, ideft circa quod viscera involuta sunt, a *præcidendo*, quod oras circumcisas habeat. *Nævius* apud *Non. c. 2. n. 653.* Præcisum, omasum, pernam, callum, glires, glandia.

Præcisura, æ, f. præcisio, abscissio. Præcisuræ asparagorum ab *Apic. l. 4. c. 2.* dicuntur, quæ præcisæ abjiciuntur. ¶ Apud *Frontin. de colon. pag. 102.* præcisuræ dicuntur pinguiores agrorum laciniæ, ut interpretatur *Goesius*.

Præcisus, a, um, κρημνώδης, in præceps datus, *precipitato*. *Cic. pro Cæc. c. 17.* Qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent. *Vellej. l. 2. c. 49.* Præcipitata morte fungi. *Ov. 1. Trist. el. 3. v. 47.* moræ spatium nox præcipitata negabat. *h. e.* ad diem vergens. *C. Matius ad Cic. l. 11. Fam. ep. 28.* Ætas præcipitata. *h. e.* decrepita.

Præcipitum, i, *precipizio*, מַפֵּלָה, מוֹרָדָה, ἀπόκρημνον, locus præruptus, unde præcipitari facile quis potest. *Quintil. l. 1. c. 10.* Acto illo in infantiam, & per præcipitia delato. *Senec. ep. 8.* In præcipitia cursus ille deducit. *Lactant. l. 2. c. 3.* Dum aliorum præcipitia vident.

Præcipito, as, avi, atum, a. 1. *precipitare*, שָׁמַד, נָפַל, יָרַד, Ger. *hinabstürtzen*, Gal. *precipiter*, Hisp. *despeñar*, καταπρανίζω, in præceps dejicio, præcipitem ago. *Cic. 4. Tusc. c. 18.* Qui se e Leucade præcipitaverit. *Liv. l. 23. c. 37.* Præcipitare se de turri. *Cæs. l. 3. B. C. c. 69.* In fossas se præcipitare. ¶ Translate *Cic. pro Dom. c. 37.* Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari. *Virg. 2. Æn. v. 116* furor, iraque mentem præcipitant. ¶ Præcipitare palmitem, est deorsum flectere. *Colum. l. 5. c. 6.* Quæ pars palmitis præcipitata est, fructu indutur. ¶ Præcipitare moras, est festinanter moras abjicere. *Virg. 12. Æn. vers. 699.* Præcipitatque moras omnes. Eodem sensu *Silius l. 13. v. 774.* tu magna gerendi præcipita tempus. ¶ Præcipitare fata sua, apud *Lucan. l. 7.* est accelerare sibi mortem. *Sic Quintil. in ep. ad Trypho.* Suadet ne præcipiteur *editio*. Et *Silius l. 3.* prisosque referre labores præcipitat. *h. e.* festinat. ¶ Sumitur etiam neutrorum more pro præcipirem cadere, ruere, celeriter descendere. *Plaut. Trinum. 2. 1. 30.* Qui in amorem præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat. *Cicer. in Somn. Scip. cap. 5.* Ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus. *Cæs. l. 3. B. C. cap. 15.* Multi jam menses transierant, & hiems jam præcipitaverat. *h. e.* ad ver proxime accedebat. *Virg. 2. Æn. v. 9.* nox humida cœlo præcipitat.

Præclare, adv. *nobilmente, egregiamente, ottimamente*, optime, egregie. *Cic. 3. Phil. c. 10.* Præclare facitis, qui de præsidio Consulum referatis. *Id. pro Mil. c. 35.* Nihil in vita nisi præclarissime fecisse. *Id. 9. Fam. epist. 24.* Si in hac administratione vita mini ponenda sit, præclare actum mecum putem. *Id. Verr. 4.* Omnino præclare te habes. *Id. Phil. 13. c. 19.* Pacem vult Lepidus? præclare. *Id. 1. Acad. cap. 9.* Præclare explicare.

Præclarèo, es, *vel* Præclaresco, is, ui, n. valde clareo. *Alcim. Avit. l. 6. ad Soror. v. 508.* sancto cunctis præclaruit ore.

Præclariter, adv. præclare. *Quadrigar.* apud *Non. c. 11. n. 56.* Rebus præclariter gestis.

Præclarus, a, um, *molto, chiaro*, מְפֹאָר, περίφανος, valde clarus. *Lucr. l. 5. v. 121.* Præclarumque velint cœli restingere Solem. ¶ Translate sumitur pro valde bono, præstanti, celebri. *Cic. 1. de Or. c. 29.* Egregia, & præclara indoles ad dicendum. *Id. Verr. 4.* præclara & luculenta reclamatio. *Id. ib. c. 11.* Multi erant præclari in Philophia. *Tac. Ann. 4. c. 33.* T. Livius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis. *Stat. 3. Theb. v. 284.* Armis præclari *Sallust. in Jug. c. 85.* Præclarior vita. *Hirt. de B. Alex. c. 24.* Præclarissima patria.

Præclavium, ii, προπλατύσμιον, pars vestis, quæ ante clavum texebatur. *Afran.* apud *Non. c. 1. n. 326.* Tertium diem præclavium unum texere.

Præclido, is, si, sum, a. 3. *serrare, chiudere*, סָתַם, ἀποκλείω, claudo, intercludo, præcido. *Cæsl. 2. B. C. c. 19.* Per se cohortes ejecit, portasque præclusit. *Cicer. pro Planc. c. 40.* Nam maritimos cursus præcludebat hyemis magnitudo. *Id. in Pison. c. 17.* In perpetuum tibi curiam præclusisses. *Id. anteq. iret. in exil.* Animus adexponendam rei imaginem præcluditur.

Præclūdo, es, n. 2. valde clareo, celebris sum. *Prudent. cathemer. 4. v. 37.* Sic olim tua præclusens potestas. *Terentian. Maurus de metro Iambico*; Vel *pag. 2433. Putsch.* quæ in vetusta præcluor comœdia.

Præclūsis, e, adject. qui præcluet, illustris, nobilis. Usurpatur a *Mart. Capell. l. 1. pag. 2. & 10.*

Præclusio, onis, f. conclusio, inclusio, ut præclusiones aquarum. *Vitr. l. 9. c. ult.*

Præclusor, oris, m. qui præcludit, ut præclusores legis. *Tertull. lib. 4. adverf. Marcion. c. 27.*

Præclusus, a, um, *chiuso*, נָעוּל, ἀκλειδωμένος, partic. a præcludor. *Ov. 1. Met.* Sed nocet esse Deum, præclusaque janua lethi. *Cic. 7. Verr. c. 8.* Omnes tibi aditus misericordiæ præclusi sunt? quæ dominus præcepsit.

Præco, onis, m. *banditore, trombetta*, קוֹל, קוֹרֵא, Germ. *ausruffer*, Gall. *crieur*, Hisp. *pregonero*, κήρυξ, buccinator, prædicator, quales erant, qui in Curia Senatusconsulta prædicabant, postquam decreta erant, qui in Senatu literas publice legebant, qui jussu Magistratuum publice aliquid ore denuntiabant, qui in Comitiis Tribus, & Centurias citabant, & similia faciebant. Dici videtur quasi prædico, per Syncopen, vel a *præco*. *Plaut. Bacch. 4. 7. 17.* Stulte nescis nunc vendi te, atque in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat. *Cic. 6. Fam. ep. 18.* Per præconem vendere. *Id. l. 2. Off. c. 23.* Præconis voci bona fua subjicere. *Id. pro Dom.* Ut Cyprius Rex cum omnibus bonis suis sub præcone subjiceretur. ¶ Translate dicitur de laudatore, qui res a nobis gestas laudando divulgat. *Cic. pro Arch. c. 10.* O fortunate adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!

Præcoctus, a, um, adj. vel bene coctus. *Pl. l. 14. c. 9.* Dum præcocta alba faciunt, siccantes sole.

* Præcogitatio, onis, f. antecedens cogitatio. *Tertull. 4. adv. Marcion. c. 49.* Cohibuit præcogitationem.

Præcogitatus, a, um, adj. *premeditato, preveduto*. *Liv. l. 40. c. 4.* Præcogitatum facinus. *Senec. ep. 76.* Præcogitati mali mollis ictus venit.

Præcogito, as, a. 1. *pensare innanzi*, προνοῶμαι, ante cogito. *Quintil. l. 12. c. 9.* Licet præcogitare plura, & animum ad causas componere.

* Præcognitio, onis, anticipata cognitio, πρόγνωσις. *Boeth. de C. Ph. l. 5. pr. 4.*

Præcognitus, a, um, προεγνωσμένος, ante cognitus. *Plane. Cic. l. 10. Fam. ep. 15.* Quo si latro, præcognito nostro adventu, rursus in Italiam se recipere coeperit.

* Præcōlo, is, colo, præfero. *Tac. Ann. 14. 22.* nova & ancipitia præcolere.

Præcommŏdo, as, a. 1. commodo, præbeo. *Coripp. l. 1. v. 7.* Officio quocumque datur præcommodo linguam.

* Præcommovĕo, es, commoveo, προσυγκινέω. *Senec. in Thyest. v. 299.* liberos ejus rudes & faciles capi præcommovebunt.

Præcomposĭtus, a, um, ante compositus, præparatus, partic. a præcomponor. *Ov. 6. Fast. v. 674.* Cum præcompolito nuntius ore venit.

* Præcōnans, antis, præconem agens. *Capell. l. 1. p. 17.* fama præconans.

Præconcepta, æ, um, προσυλληφθείς, ante conceptus. *Pl. l. 2. c. 82.* Præconceptum enim spiritum exhalat.

Præcondĭo, is, a. 4. idem ac condio. *Apic. l. 8. cap. 8.* hunc præcondies, sicut hæc dum Tarpejanum.

Præconinus, a, um, adj. a præconio. *Sust. de Grammat. c. 3. L.* Ælius præconjnus, quod pater ejus præconium fecerat, vocabatur.

Præconium, ii, *preconio*, תְּהִלָּה, שׁוּעָה, קְרִיאָה, κήρυγμα, vox, vel officium præconis. *Cic. 1. 6. Fam. ep. 18.* Rescripsit, eos, qui facerent præconium, veniri esse in Decurionibus, qui fecissent, non venari. *Id. 13. ad Att. ep. 1.* Deferre alicui præconium. *h. e.* rem aliquam vendendam dare. ¶ Quoniam vero a præcone res gestæ etiam pronuntiari solent, ideo quandoque pro laude, fama, & gloria sumitur, cum scilicet aliquis laudatur a genere, aut a virtutibus, cæterisque bonis corporis, aut fortunæ. *Cic. pro Arch. c. 9.* Qui non mandari verfibus æternum fuorum laborum facile præconium patiatur. *Id. Fam. 5. ep. 12.* Præconium alicui tribuere.

* Præconor. V. Præconans.

Præconsūmo, is, a. 3. προαναλίσκω, ante consumo, vel consumo, simpliciter. *Ov. 7. Met. v. 489.* Atque suas ibi præconsumere vires.

Præconsumptus, a, um, προαναλωθείς, partic. a præconsumor. *Ovid. 4. Trist. el. 6. v. 29.* Nec præconsumptum temporis esse malis.

Præcontrecto, as, a. 1. ante contrecto. *Ov. 6. Met. v. 478.* Spectat eam Tereus, præcontrectatque videndo.

Præcōquis, & que, o. 3. idem ac præcox. *Nav. apud Non. c. 2. n. 627.* Huic puellæ præcoquis libido inest. *Col. l. 3. c. 1.* Præcoques vires. Et *c. 21.* Serum fructum cum præcoquis.

Præcŏquo, is, oxi, ctum, o. 3. πρὸ τῆς ὥρας πεπαίνω, est ante tempus suum coquere, seu maturare, præmature coquere. *Col. l. 5.* Uvæ commodius infolatæ præcoquuntur. ¶ Nonnunquam valde, vel nimis coquere. *Pl. l. 18. c. 29.* Acinique præcoquuntur in callum.

Præcōquus, a, um, idem ac præcox. *Colum, l. 12. c. 37.* Uvas præcoquas quam maturissimas legito. *Martial. l. 13. epigr. 46.* Villa maternis fueramus præcoqua ramis. Usus & *Tertul. l. 1. de Pallio*, ubi Uticam vocat Romanam præcoquam, quasi quæ præcoce, & præpropero consilio Romana facta esset.

Præcordĭa, orum, n. קֶרֶב. ὑδροφραγμὸς proprie sunt membrana cordi prætensa, sive septum transversum, quod vitalia viscera a naturalibus separat, quia cordi præ renditur. Græci diaphragma dixere. *Plin. l. 31. c. 37. Sect. 77.* Exta homini ab inferiore parte separantur membranis, quæ præcordia appellantur, quia cordi præ rendunturque, quod Græci appellaverunt φρένας. ¶ Metonymice *præcordia* dicta sunt cor, & pulmo, & generalius hoc nomen ponitur pro quibuscumque partibus interioribus cordi vicinis. *Plin. l. 30. c. 5.* Præcordia vocamus uno nomine exta in homine. ¶ Imo & ita appellantur partes laterales præcordiis subjectæ, quæ Græcis dicuntur ὑποχόνδρια, quia adjacent χονδροῖς, sive cartilaginibus notharum costarum. *Cic. 5. Fin. c. 30.* Ipse anulus in præcordiis piscis inventus est. ¶ Quia vero cor præcipua animæ sedes existimatur, hinc etiam præcordia sumuntur pro animo, & animi affectibus. *Virg. Æn. 2. v. 367.* Redit in præcordia virtus.

Præcorrumpo, is, a. 3. *corrompere innanzi*, προφθείρω, ante corrumpo. *Ovid. 14. Met. v. 134.* Dum præcorrumpere donis Me cupit.

Præcorrumpus, a, um, προφθορὰς, ante corruptus, partic. a præcorrumpor, *Ovid. 9. Met. v. 596.* Illa quidem venit, sed præcorrupta.

Præcox, cis, adject. omn. gen. *primaticio*, בִּכּוּר, Ger. *frühzeitig*, Gal. *mûr avant la saison*, Hisp. *temprano antes la sazon*, πρώϊμος, quod ante alia coctum, maturumque est, qui serotinum opponitur. *Colum. l. 11. c. 6.* Præcocem maturitatem contrahere. *Plin. l. 15. c. 12. de perficis duracinis.* Post autumnum maturescunt, æstare præcocia intra triginta annos reperta. ¶ Translate dicitur de omnibus, quæ ante tempus fiunt, vel contingunt, ut Præcox ingenium, quod nimis cito maturitatem est consecutum, nimisque cito videtur adoleviste. *Quinct. l. 1. c. 3.* Illud ingeniorum velut præcox genus non tenuere unquam pervenit ad frugem. *Id. in præfat l. 6.* Risus ille præcox. *Stat. l. 2. Silv. 1. v. 39.* Modestia præcox. *Curt. l. 8. c. 5.* Nullum esse eundem & diuturnum & præcocem fructum: cœlestes honores non dare te Regi, sed auferre.

Præcrassus, a, um, παυύπαχυς, valde crassus. *Plin. l. 16. c. 8.* Cortex præcrassus, ac renascens.

Præculco, as, a. 1. antea inculco. *Tertul. de monogam. c. 10.* Ad cujus sensum perspiciendum, tanto instantius præculcandum est.

Præcultus, a, um, ante cultus, præparatus. *Cic. in Partit. c. 23.* Sunt autem alii quidam perfecti animi habitus ad virtutem quasi præculti, & præparati rectis studiis, & artibus.

Præcupĭdus, a, um, adject. *voglioso*, valde cupidus. *Sueton. in Aug. c. 70.* Pretiosæ supellectilis præcupidus.

Præcūro, as, a. 1. ante curo. *Cæl. Aurelian. Acutor. l. 2. c. 37.* Corpus erit præcurandum unctione olei lentiscini.

Præcurro, is, præcurri, & præcucurri, rsum, n. 3. *correre innanzi*, προτρέχω, ante curro. *Cæs. 6. B. G.* Præcurrunt equites: quanto res sine in periculo, cognoscunt. *Cic. 1. de Div, c. 52.* Sed ita a principio incœptum esse mundum, ut certis rebus certa signa præcurrerent. *Id. in Or. c. 52.* Horum utrique ipsa ætate præcurrit. *Id. Catil. 4. c. 9.* Vos, qui mihi studio præcurritis. *Nepos in Thrasyb. c. 1.* Cum eum nemo anteirer virtutibus, multi nobilitate præcurrerunt. *Plin. l. 4. ep. 15.* Amor votis suis plerumque præcurrit. *Id. l. 6. ep. 28.* Præcurrere adventum alicujus in aliquem locum. *Plaut. Merc. 1. 2. in fine.* Ea ego huc Præcucurri gratia, ne te opprimerer.

Præcursio, onis, προδρομὴ, actus præcurrendi. *Cic. de Fat. c. 19.* Confitentes, non fieri affensiones sine præcursione visorum. ¶ Sumitur etiam pro causa præcurrente, seu præcursoria. *Cic. in Top. c. 15.* Alia autem præcursionem quamdam adhibent ad efficiendum.

Præcursor, oris, m. רֶגֶל לִפְנֵי, πρόδρομος, qui præcurrit. *Cic. 7. Ver. c. 41.* Quem ita in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat, & emissarium. *Lactant. l. 6. c. 7.* Præcursor viæ. Alii leg. *percursor*. ¶ Præcursores in exercitu, *i forieri*. *Liv. l. 26. c. 17.* Levia prælia inter extremum Punicum agmen, præcursoresque Romanorum fiebant.

Præcursorius, a, um, adject. qui præcurrit. *Ammian. l. 15. c. 1.* Præcursorius index. Eadem verba habet *l. 31. c. 9.* ubi alii leg. *procursoritus*. V. *Præceptorius*, ubi aliud ex *Plin ep. 13.* exemplum habes.

Præcursus, us, m. idem ac præcurso. *Plin. l. 16. c. 25.* Omnia intra 8. Julii Idus Etesiarum præcursu.

Præcursus, a, um, nom. ex particip. *præcurso*. *Ammian. l. 18. c. 2.* Rumore præcurso.

* Præcultus. V. Præcutio.

Præcutio, is, ussi, ussum, a. 3. ante, vel prius quatio. *Ovid. 4. Metam. v. 757.* radas Hymenæus, Amorque præcutiunt.

Præda, æ, f. *preda, bottino*, שָׁלָל, Ger. *raub, beut*, Gal. *proye, pillage*, Hisp. *robo*, λεία, λάφυρα, corpora rerum quæ capta sunt, ut definit *Gell. l. 13. c. 24.* & differt a manubiis, quæ proprie sunt pecunia a quæstore ex venditione prædæ redacta, quamquam interdum promiscue usurpantur, teste *eod. ibid.* V. *Manubiæ*. *C. c. 7. Ver. c. 31.* Cum ea res non solum provinciæ saluti, verum etiam prædæ esse posset. *Id. Phil. 4. c. 4.* Proponere ibi urbem ad prædam. *Id. 1. Fin. c. 16.* Præda

æ. 13. Quæ de illo viro Sylla, quæ Muræna, quæ Servilius, quam ornate, quam honorifice sæpe in Senatu prædicaverunt! *Id. 1. Catil. c. 9.* Si mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare vis invidiam. *Id. pro Arch. c. 11.* prædicari de se, ac nominari volunt. *Id. pro Leg. Man.* Medeam prædicant in his locis fratris sui membra dissipavisse.

Prædĭco, is, ixi. ictum, o. *3. predire,* אמר, התנבא, Ger. *warsagen, vorhin sagen,* Gal. *prédire,* Hisp. *predizir, προλέγω*, ante, sive prius dico, præmunio, præmonstro. *Cic. 1. Catil.* Quos ego jam multis viris ad me venturos id temporis esse prædixeram. *Id. q. Phil.* Si enim prodigiis, atque portentis Dii immortales nobis futura prædicunt. *Vellej. l. 1. c. 4.* Chalcidenses orti, ut prædiximus, Artichi Cumas condiderunt. *Sen. ep. 102.* Nisi aliquid prædixero, intelligi non poterunt quæ refellentur. ¶ Significat etiam indicere, *intimare, far' intendere. Terent. And. 1. 1. 19.* Hoc primum in hac re prædico tibi. *Tac. Ann. 2. c. 79.* Reo, atque accusatoribus diem prædixisset. *h. e.* agendæ causæ diem præstituisset.

Prædĭctio, onis, *prædizione,* נבואה, Ger. *verfag, weiffagung,* Gal. *prédiction,* Hisp. *prediccion, προαγόρευμα*, actus prædicendi, vel id, quod prædicitur, sive prænuntiatur, sive prædivinatur. *Cic. 1. de Divin. c. 2.* Hariolorum etiam, & vatum furibundas prædictiones audiendas putaverunt.

Prædĭctum, i, *pronostico, προρρήσις*, prædictio, quod prædictum fuit. *Cicer. 2. de Div. c. 42.* Qui hæc Caldæorum natalitia prædicta defendunt.

Prædictus, a, um, *predetto, προρρηθείς*, ante, vel prius, vel supra dictus, part. a prædicor. *Cic. 4. Acad.* Quæque ab his dicuntur, sic persequamur, ut nihil in prædictis relinquamus. ¶ Sæpe ponitur pro præmunitato, seu prædivinato. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 61.* Defectiones Solis, & Lunæ in omne posterum tempus cognitæ, prædictæque sunt. ¶ Item pro præstituto. *Suet. in Claud. cap. 8.* Prædicta scenæ lora. *Tac. Ann. 2. c. 6.* insula flatuorum, in quam convenirent prædicta. ¶ Reperitur *prædicto* in ablat. abs. sine nomine. *Tac. l. 16. Ann. c. 33.* Prædicto, ne in Repub. haberetur.

Prædifficilis, e, adj. valde difficilis. *Tert. de baptif. c. 2.* Prædifficilia penes homines, facilia penes Deum.

Prædĭolum, i, *podereijo, χωρίδιον*, parvum prædium. *Cic. pro Cal.* Mea prædiola tibi nota sunt. *Id. Attic. 1. 16. epist. 3.* Prædiola belle ædificata.

Prædĭrus, a, um, adj. valde ditus. *Ammian. l. 31. c. 24.* (*al. 8.*) Facto, dicto visuque prædira.

Prædĭsco, is, didici, a. 3. *προμανθάνω*, ante disco. *Virg. 1. Georg. v. 51.* Ventos, & cœli varios prædiscere mores. *Cic. 1. de Orat. c. 12.* Quæ in foro agenda sunt, exercitatione prædiscere.

Prædispŏsĭtus, a, um, ante dispositus. *Liv. l. 40. c. 56.* Nuntios prædispositos, ita, ut convenerat, misit.

Prædĭtus, a, um, *ornato,* בעל, Ger. *begabt, der etwas hat,* Gal. *doué,* Hisp. *dotado, ἔχων, λαχὼν τίνων*, qui aliqua re præ aliis donatus est, re aliqua ornatus, vel affectus, a *præ,* & *do. Cic. pro Leg. Man. c. 17.* Itemque summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus Q. Hortensius. ¶ Sumitur etiam in malam partem pro polluto, contaminato. *Cic. pro Syl. c. 3.* Nisi vero me unum vis ferum præter cæteros, me asperum, me inhumanum existimari, me singulari immanitate, & crudelitate præditum. ¶ Item simpliciter pro eo, qui habet. *Id. 5. Ver.* Quid ageret illa ætate præditus, nesciebat. *Id. 6. Ver.* Magistratu summo præditus. *Id. de Amic.* Præditus studio venandi. *Auct. ad Her. l. 2. cap. 27.* Tumore præditus. *Cic. 2. Invent. c. 47.* Vitio perspicuo præditum exemplum posuimus.

Prædĭtes, itis, o. *molto ricco, ὑπερπλούσιος*, valde dives. *Pl. l. 34. c. 3.* Prædites illud candelabrum coluit. *Claud. l. 2. in Rufin. v. 142.* fores prædivitis aulæ.

Prædivinatio, onis, idem ac divinatio. *Pl. l. 8. c. 25.* Eaque extra eum locum transferens semper incubat prædivinatione quadam.

Prædivino, as, a 1. idem ac divino. *Plin. l. 11. c. 10.* Prædivinant enim apes ventos, imbresque. *Plaut. Trucul. 2. 3. 17.* Prius prædivinant, quo die esuri sient.

Prædivinus, a, um, valde divinus. *Plin. l. 37. c. 10.* Promittitur prædivina somnia repræsentare.

Prædĭum, ii, *poſſeſſione, podere,* שדמה, ירושה, Germ. *ein ligend guet,* Gal. *heritage, un fonds,* Hisp. *heredad de bienes rayzes, κτημάτων*, possessio tum rustica, tum urbana. *Festus* censet, prædia a *prædium* nomen accepisse. *Ascon. in 3. Ver. c. 54.* distinguit inter prædia, & bona prædia. Ait enim; *bona prædia dicuntur bona fatisfactionibus obnoxia, sive sint in mancipiis, sive in pecunia numerata; prædia vero domus, & agri.* Quod illo uno *Ciceronis* loco confirmat: *Ubi illa consuetudo in bonis, prædibus, prædisque vendendis?* Verum hinc nihil tale conficitur. *Cic. ibid.* Prædibus, & prædiis populo caurum est. ¶ Differt a *poſſeſſione*; quia *poſſeſſio* generale nomen est. Nam *prædium* dicitur de omnibus bonis immobilibus; *poſſeſſio* etiam de mobilibus, ut de pecunia, de servis, de bestiis, &c. Differt etiam a *fundo*, quia *fundus* est poſſeſſio rustica, sive pars agri; *prædium* tum rustica, tum urbana. Itaque singula prata, vineæ, horti, oliveta, pomaria, pascua, salicta, nemora, loca venatoria, & piscatoria, sive villam, atque ædificium, sive piscinam, sive vivaria habeant, sive non habeant, singuli fundi sunt, sed in agro duntaxat: in urbe, oppido, castello, vico, quicquid tale est, prædium vocatur. Sed prædium, & fundus sæpe promiscue usurpantur. *Cic. pro Rosc. Am. c. 15.* Fructuosa prædia colenda, ac fuenda pater filio tradiderat. *Id. 11. Att. ep. 2.* Fructus prædiorum abeunt in sumptus.

* Prædo, as. V. Prædor.

Prædo, onis, m. *ladro, corſaro,* גנב, גדוד, גזול, בזוז, Ger. *rauber, meerrauber,* Gal. *pilleur, ecumeur de mer,* Hisp. *ladron,* ληστής, qui iter facientes terra, marive spoliat, quasi prædator. *Cic. pro leg. Man.* Cum vestros portus in prædonum fuisse potestatem fcjecis. *Id. pro Dom. c. 55.* Omnium templorum, atque fectorum, totiusque urbis prædo.

Prædocĕo, es, ui, ctum, a. 2. idem, quod doceo, vel ante doceo. *Prudent. Cathem. 12. v. 72.* myrrheus pulvis sepulcrum prædocet.

Prædoctus, a, um, non ex partic. ante doctus. *Sallust. in Jugur. cap. 94.* Prædoctus a duce.

Prædŏmo, as, ui, itum, a. 1. *προδαμάζω*, ante domo, comprimo, fedo. *Sen. epist. 113.* Et omnes casus, antequam exciperet, prædomuit meditando.

Prædonĭus, a, um, adj. ad prædonem pertinens. *Ulp. ff. l. 5. tit. 3. leg. 25.* Prædonio more versari cœpit.

Prædonĭus, i, dim. a *prædo. Cat.* apud *Fest.*

Prædor, aris, atus sum, d. 1. *rubare,* שלל, גזל, גזר, Ger. *rauben, entplinderen,* Gal. *piller,* Hisp. *robar, λῄζω*, est diripere, vi auferre, quemadmodum prædæ in bello solent. *Cic. 5. Verr. c. 78.* Tunc apparitor de aratorum bonis prædatur. *Ov. 1. Amor. eleg. 3.* Quæ me nuper prædata puella est. *Nepos in Alcib. c. 8.* In terram prædatum exire. * Active, *Plaut. Rud. 4. 7. 16.* præda prædatum irier.

* Prædotiunt, *vel* prædopiunt, *vel* præoptiunt, *h. e.* præoptant. *Paul. ex Fest.*

Prædŭco, is, xi, ctum, a. 3. ante duco. *Pl. l. 35. c. 16.* Et quod si æra prædu cantur, violaceum reddit colorem. ¶ *Prædu cere alicui vallum,* seu *foſſam,* est circumvallare. *Tac. l. 14. Ann. c. 32.* Neque foſſam, neque vallum prædu xerunt.

Prædŭctorĭus, a, um, adject. ad prædu cendum aptus, ut loca prædu ctoria, apud *Cat. R. R. c. 135.*

Prædŭctus, a, um, nom. partic. ante ductus. *Sen. 2. de Ira, c. 8.* Prædu ctam obsessis parentibus foſſam.

Prædulcis, & ce, o. *3. molto dolce, πολυγλυκής*, valde dulcis. *Plin. l. 12. c. 5.* Fructus per folia solibus coctus prædulci sapore. *Stat. l. 5 silv. 3. v. 82. de Sirenibus:* nautis prædulce minantur.

Prædurātus, a, um, nom. ex partic. valde induratus. *Pl. l. 23. c. 7.* Prædu ratum vas fole torrebant.

Prædūro, as, a. 1. *ὑπερσκληρύω*, præter morem duro, sive valde durum facio. *Col. l. 3. c. 11.* Nec nimium siccam, quia nimium prædu ratur. Al. leg. *præduras.* Adde *Apic. l. 7. c. 9. l. 7. c. 4. & 8.*

Prædūrus, a, um, *molto duro, ὑπερσκληρός*, valde durus. *Col. l. 6. c. 2.* Illa ætas adhuc tenera est, hæc jam prædura. *Virg. 10 Æn. v. 749.* Prædurus viribus.

* Præeminens, entis, & Præminens, eminens, insignis. *Ulpian. D. 21. l. 12. Prud. Cathemer. 11.*

Præeminentĭa, æ, f. *preminenza,* excellentia, præstantia. *Claud. Mamert. in præf. lib. 1.*

Præmĭnĕo, es, n. 2. *ὑπερέχω*, valde emineo, antecello. *Senec. l. 1. controv. 4.* Albutium, qui Græcis præminet. *Tacit. Ann. 12. c. 12.* Ea tempestate Cassius cæteros præmineb at peritia legum. Alii legunt *præminebat*, sublato altero *e*: & sic legitur etiam *3. Ann. c. 56.*

Præĕo, is, ivi, itum, n. anom. *andare innanzi,* קדם, Ger. *vorgehen, vorauhin gehen,* Gal. *aller devant,* Hisp. *preceder delante,* προηγέομαι, ante eo. *Liv. lib. 2.* Præierat Aruns Tarquinius filius Regis. *Quint. l. 2. c. 5.* Si legentibus discipulis singula præire semper ipsi (*præceptores*) velint. ¶ *Præire verba*, est certam verborum formam alicui dictare, quam ille totidem referat verbis. Solebant enim veteres ad exfecrationes, vel devotiones hostilis exercitus, & ad fœdera percutienda, similesque publicos ritus peragendos, certam verborum formulam habere conceptam, quod *carmen* vocabant, a qua ne minima quidem syllaba recedere licebat. Itaque ne Imperatores, qui se, hostilemque exercitum erant exfecraturi, aut ii, per quos fœdera sanciebantur, in proferendis formulis laberentur, adhibebatur Pontifex, aut Sacerdos, qui verba præiret, ideoque conceptam verborum formulam dictaret, quam alter totidem verbis repeteret. Sic præire verba jurisjurandi dicitur, qui jurisjurandi verba concipit, & juraturo dictat. *Liv. l. 8. c. 9.* Agedum Pontifex publicus Pop. Rom. præi verba, quibus me pro legionibus devoveam. *Gell. l. 14. c. 2.* Si de omni officio judicis præire tibi me vis, ideſt pronuntiare, quod sequaris. Sic præire obsecrationem, apud *Suet. in Claud. c. 22.* Ecprafari carmen, *Liv. l. 5.* ¶ Præire verba de scripto, est dictare legendo. *Pl. l. 28. c. 2.* Ne quid verborum præreteatur, de scripto præire. ¶ Præire voce alicui, est idem fere, quod præire verba. *Cic. pro Mil. cap. 2.* Qui hesterna concione inciti sunt, vobis voce præirent, quid judicaretis.

Præexercitamentum, i, n. *Prisc. de Rhet. pag. 1329. Putsch. τὸ προγυμνάσμα* vertit præexercitamenta. *h. e.* præludia.

Præfacilis, le, o. *3. molto facile, πάνυ ῥᾴδιος*, valde facilis. *Plaut. Epid. 5. 2. 21.* De præfacili exoras Epidice. Al. leg. *facile.*

Præfactus, a, um, antefactus, *Cæl. Aurel. l. 2. Chronic. c. 1. & 14. & l. 5. c. 4.* Al. leg. *præfectus*, eodem tamen sensu.

Præfämen, inis, n. præfatio, proœmium. *Symmach. l. 2. ep. 34.* Recordaris, hoc te præfamine epistolam texuisse.

Præfamĭno, imperativum pro præfator. *Cat. de R. R. c. 141.* Janum Jovemque vino præfamino. Ita explicat *Turneb.* quem consule *l. 15. c. 14.*

Præfāris, re, arus sum, d. 1. *parlar innanzi, far proemio,* Ger. *vorreden,* Gal. *avantparler,* Hisp. *hablar antes, προοιμιάζω*, est ante fari, proloqui. *Virg. 11. Æn. v. 301.* Præfatus Divos solio Rex insit ab alto. Ubi *Serv.* Præfatus Divos, more antiquo. Nam majores nullam orationem, nisi invocatis numinibus, inchoabant. *Cic. de Univ. c. 10.* Quæ de Deorum, qui cernuntur, quique sunt orti, natura præfati sumus. *Id 1. Div. c. 45.* Majores nostri omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. *Cels. l. 3. c. 1.* Incipiam a prioribus, pauca de omnibus præfatus. *Catul. carm. 63. de nupt. Pel. v. 382.* Talia præfantes quondam felicia, &c. ¶ Præfari aliquem, est ejus nomen, auctoritatemque præmittere. *Plin. l. 8. c. 16.* Aristoteles diversa tradit, vir, quem in iis magna securitas ex parte. præfandum reor. ¶ Præfari honorem dicimur, cum rem non satis honestam dicturi, aliquot verbis præmissis mollimus, quod alioqui pudicis auribus indignum esset. *Cic. l. 9. Fam. epist. 22.* Nos autem ridicule, si dicimus, Illa patrem strangulavit, honorem non præfamur, sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. Adde *2. Fin. c. 10.* ¶ *Præfari carmen.* V. *Præco.*

Præfatio, onis, *f. 3. prefazione, proemio,* הקדמה, Ger. *vorrede,* Gal. *preface,* Hisp. *prologo, πρόλογος, προοίμιον*, id, quod præloquimur. *Cic. 5. Ver. c. 80.* Quæ porro præfatio tuæ donationis fuit. *Suet. in Claud. c. 26.* Cum regibus fœdus in foro icit, vetere fecialium præfatione adhibita. *Pl. in præf. natur. histor.* Vocabula cum honoris præfatione ponenda.

Præfatiuncŭla, æ, f. brevis præfatio. *Hieron. epist. 128. ad Fabiol.* Et de observatione Pontificis præfatiuncularn struerem.

Præfātum, i, n. præfatio. *Symm l. 6. ep. 3.* Præfato opus est, si ardua postulentur.

Præfātus, us, m. prædictio. *Symmach. l. 10. ep. 29.* Comperit meo præfatu.

Præfātus, a, um, nom. ex partic. passiva signif. prædictus, ante dictus. *Quintil. l. 8. c. 3.* In præfata videmur incidere. *Vopisc. in Aureliano, c. 1.* Vir illustris, ac præfata reverentia nominandus. *Arnob. l. 5. pag. 176.* Sine honoribus appellare præfaris. ¶ *Senec. l. 5. de Benef. c. 17.* Quis sine querela moritur? quis non recusans? quis non gemens exit? Atqui hoc ingrati est, non esse contentum præfato tempore. *h. e.* in fatis præfestinato.

Præfectĭānus, a, um, adj. ad Præfectum pertinens. *Ammian. l. 17. c. 3.* Nec præfectianus, nec præsidialis apparitor. Adde *l. 2. & 3. Cod. de apparit. Præf. Præt.*

Præfector, oris, m. idem ac Præfectus. Vetus lapis Romæ, quem refert *Ferret. in Mus. lapid. pag. 167.* Sextilius Agesilaus Præfector per Hispanias.

Præfectorĭus, a, um, qui præfecturæ præfectus est. *Ulp. de Sent. l. 1.* Sed vir Præfectorius an fœminæ Consulari præferatur, videndum.

Præfectūra, æ, *Prefectura,* פקדה, *ἐπαρχία, πρωτατεῖα*, officium, vel dignitas Præfecti *Cic. Att. l. 5.* Præfecturam petivit: negavi, me cuiquam negotianti dare. *Hirt. l. 8. B. G. c. 12.* Præfectura equitum. ¶ Sumitur item pro administratione alicujus urbis, vel provinciæ, & pro ipsa urbe, vel provincia, in quam Præfectus mittitur. Perſæ vocant Satrapiam, Ægyptii Nomon, Græci Eparchiam, Prostatiam, Strategiam. *Plin. l. 5. c. 9.* Ægyptus dividitur in Præfecturas oppidorum, quas Nomos vocant, Ombiten, Phathniten, &c. ¶ Apud Romanos Præfecturæ erant urbes Italiæ cum suis agris, quorum populi, cum iniqui, ingrative erga Pop. Rom. fuissent, ac fidem datam semel, atque iterem fefellissent, tandem, ubi in potestatem, ditionemque sunt adducti, pro simplici legibus iisque *Magistratibus*, qui imperium, & jurisdictionem exercebant, spoliati fuere, & Magistratuum Romanorum arbitrio regi cœperunt, qui in eas urbes singulis annis nomine Præfectorum mittebantur. Formula enim Præfecturæ non longe a provinciæ formula viderur abfuisse. Ut enim quorannis in Provincias Prætores Roma mitti soliti, sic in Præfecturas Præfecti, qui eas administrarent, ac jus dicerent. Deinde Prætores, & Præfecti non legibus perpetuis, quæ a Pop. Rom. datæ essent, Provincias, & Præfecturas regebant, sed arbitrariis, ideſt edictis, quæ ipsi promulgabant. Itaque inter omnes Italicas civitates Præfecturarum conditio infima erat, & incommodissima. *Sigon. de ant. jur. Ital. l. 2. c. 10. &c. Fest.* Præfecturæ eæ appellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, quarumque quædam erat Respublica, neque tamen Magistratus suos habebant, sed quotannis ad eas Præfecti mittebantur, qui eis jus dicerent. *Cic. de nat. Deor.* Cum e Præfectura Reatina Romam venienti noctu duo juvenes cum equis albis dixissent, &c.

Præfectus, i, m. *Prefetto,* פקיד, *ἐπίσκοπος*, qui rei alicui agendæ præpositus est, a *præficiendo*, ut præfectus moribus, qui ad componendos mores est constitutus, al. Censor. *Cic. pro Cluent. c. 46.* Tu es præfectus moribus? tu magister veteris disciplinæ, & severitatis? *Idem post Redit.* His utitur quasi præfectis libidinum suarum. ¶ *Præfectus Urbis*, vel *Urbi*, Magistratus Romæ, qui urbanis negotiis præerat. *Gell. l. 12. c. 16.* Qui Præfectus Urbi, & bis Consul fuit. A principio creabatur, quotiescumque Regem ab urbe abesse oporteret. Reipublicæ tempore creabatur, quoties Consules, & alii Magistratus in Monte Albano Feriis Latinis operam darent. Sub Imperatoribus magistratus hic cœpit esse perpetuus; multæque Reipubl. partes ejus procurationi tributæ sunt, quas enumerat *Ulpian.* variis locis. ¶ *Præfectus Prætorio*, fuit Magistratus Romæ, temporibus Cæsarum, talis apud Cæsares, quales apud Reges fuerant Tribuni Celerum, & apud Dictatores Magistri equitum, qui disciplinæ militari præerat, & fecundas post Cæsarem partes gerebat. *Sueton. in Claud. & Cod. Justin. de Præf. Præt.* ¶ *Præfectus Vigilum* fuit Magistratus Romæ, qui cum septem cohortibus invigilabat, ne Urbs incendiis flagraret, neve scelera noctu in Urbe admitterentur. Creatus fuit ab Octaviano Augusto. Nam esti apud veteres Romanos incendiis accendis Triumviri nocturni præessent, nonnunquam etiam Ædiles, & Tribuni Plebis interverunt, familia publica circa portas, & muros dispolita, quæ inde, si opus esset, vocabatur; ersi essent & privatæ familiæ, quæ incendia vel mercede, vel gratia extinguerent, ut ait *Paul. l. 1. ff. tit. 15. leg. 1.* tamen pluribus uno die incendiis exortis, teste *Ulp. ibid.* n. 2. quibus occurrere, fatisque facere non posse eos appareret, D. Augustus falutem Reipublicæ tueri nolli magis credens convenire, quam suæ diligentiæ, nec alium sufficere ei rei, quam Cæsarem, coercendorum incendiorum causa septem cohortes opportunis Urbis locis dispoluit, ita ut binas regiones (tunc enim quatuordecim erant) unaquæque cohors tueretur, præpositis eis Tribunis, & super omnes spectabili viro, qui Præfectus Vigilum appellaretur. ¶ Apud *Præfectum Vigilum* erat cognitio omnium scelerum, quæ nocturno tempore fieri solerent, præsertim de incendio & latrocinio. Cognoscebat ergo de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptoribus; nisi figura tam atrox, tamque famosa esset persona, ut ad Præfectum Urbis remitteenda videretur. *Ulp. & Paul. JCti.* ¶ *Præfectus annonæ*, Magistratus Romæ fuit extraordinarius, qui rei frumentariæ curam gerebat. *Liv. l. 4. c. 12.* ¶ *Præfectus Ærarii* cui publica pecuniæ custodia & cura demandata erat. *Teſoriere. Id.* ¶ *Præfecti Provinciarum* erant, qui Provinciis præerat. Sed potius appellabantur Præfecti Provinciarum erant, qui Provinciis præerat. Sed potius appellabantur Præfectores, vel Proconsules, vel Præsides, vel Correctores. Ex *Sigon. de ant. jur. Ital. l. 1. c. 26. Cic. Att. l. 5. ep. 4.* De quinque Præfectis quid Pompejus factus si, faciam scias. ¶ *Præfectus Augustalis*, fuit Præfectus Ægypti, cui imperium ad similitudinem Proconsulis lege sub Augusto datum est. *Ulpian. l. 2. ad edict. lib. 1. ff. tit. 16.* ¶ *Præfectus in militia* dicebatur, qui alicui ordini præerat. Singulorum enim ordinum aliquando Præfecti creati sunt. Hoc est, quod sæpe de Præfectis alarum, & cohortium, &c. legimus apud *Tac. Cæs.* & *Sueton.* Sic Præfectus castrorum, *Maresciallo di Campo*, *Tac. Sueton.* ¶ *Præfectus fabrum*, fuit Magistratus militaris, cui artifices, qui castra sequebantur, ut fabri lignarii, carpentarii, ferrarii, & cæteri, qui ad fabrilia ædificia deputati erant, obtemperabant. *Cæs. ad Opium poſt ep. 8. l. 9. ad Att.* Jam duo Præfecti fabrum Pompeji in meam potestatem venerunt.

* Præfecundus, a, um, valde fecundus. *Plin. l. 16. c. 17.* Omnia celerius senescunt præfecunda.

Præfericŭlum, vas æneum, sine ansa, patens veluti pelvis, quod præferre in sacrificiis solebant. *Fest.*

* Præfermento, as, ante fermento. *Pl. l. 18. c. 11.* farina ei præfermentabatur. *al.* ipsa fermentabatur.

Præfĕro, fers, tuli, latum, a. anom. *portare innanzi,* הקדים, Ger. *vortragen, hoher achten,* Gal. *preferer, porter devant,* Hisp. *preferir,* προφέρω, ante fero. *Cic. 6. Ver. c. 34.* Dextra ardentem facem præferebat. *Id. 1. Cat. c. 6.* Præferre facem ad libidinem. ¶ Translate fumitur pro ostendere, prænuntiare, signo illustri indicare. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 31.* Avaritiam præfers, qui societatem coleris de municipis, cognatique fortunis cum alienissimo. *Curt. l. 4. c. 10.* Vultus tuus nescio quod ingens malum præfert. ¶ *Præferre* etiam est præponere, anteponere. *Cic. 6. Phil.* Quem vos hominem a se ortum hominibus nobilissimis omnibus honoribus prætulitis. *Id. 2. de Or. c. 84.* Præferre se aliis. *Col. l. 1. c. 3.* Adeo ut multi prætulerint carere pecuniis: h. e. maluerint. *Pl. l. 22. c. 21.* Præferrur illa bonitate olei. ¶ Item anticipare. *Liv. l. 39. c. 5.* Ne plus in triumpho certaminum, quam in bello haberet, prætulit triumphi diem. *Cæs. l. 1. B. C. c. 47.* Præferrur opinio. *h. e.* jactatur. ¶ *Præferre opem*, pro afferre. *Stat. 6. Theb. v. 476.*

Præferox, ocis, o. *πολυάχθος*, valde ferox. *Liv. l. 5. c. 36.* Præferoces legatos, Gallisque magis, quam Romanis fimiles habuisset.

Præferrātus, a, um, *ferrato in cima, προσεσιδηρωμένος*, cujus anterior pars ferro munita est. Pilum præferratum est, quod ferrum habet in summitate, quo Hetrusci olim utebantur ad pinsenda grana, diversumque est a pilo rudo, quod sine ferro est, ad usum molarum, quas aqua versat, utile. *Plin. l. 18. c. 10.* ¶ Sumitur etiam pro eo, quod ferro vinctum est. *Plaut. Perf. 1. 1. 22.* Plusculum annum sui præferratris apud molas Tribunus vapularis.

Præfertĭlis, le, valde fertilis. *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 1025.* præfertile germen luxuriat.

Præfervĭdus, a, um, *πολύζεστος*, valde fervidus. *Col. l. 3. c. 1.* Nisi tamen glaciali, vel præfervida. Translate *Liv. l. 9. c. 18.* trux, ac præfervida ira.

Præfestĭnātim, adv. idem ac præfestine. *Sisen.* apud *Non. c. 2. n. 708.* Judices quos vellent, instituerent præfestinatim, & cupide.

Præfestĭnātus, a, um, *accelerato. Col. l. 11. c. 2.* Quia neque præfestinatum opus nimium immature videri possit ante quindecim dies factum.

Præfestine, adv. *προσπεφειδωμένως*, valde celeriter. *Plaut. Rud. c. 2. 5. 4.* Ut sine labore extraxi hanc præfestine satis. Ita quidam Lexicographi, sed rectius alii *præfiscine*, vel *præfiscini.*

Præfestīno, as, n. 1. *προσπείγω*, ante tempus festino. *Liv. lib. 23. 14.* Ne desistere præfestinarent. *Plaut. Rud. 2. 2. 31.* Qui præfestinet, ubi herus adit, præloqui. ¶ Significat etiam festimando præcurrere, præterire. *Tac. Ann. 6. c. paul.* Totonæum, Thermæumque simul præfestinans, inox Eubœam, angustias Isthmi evadit.

Præfica, æ. f. *ή Goluδωσα*, מקוננת, muller in exfequiis ad plorandum pretio conducta, ut familiaribus, & cæteris flere cupientibus suo ejulatu, fusisque lacrymis præiret. Unde dicta sit, docet *Festus*. Præficæ, inquit, dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant cæteris modum plangendi, quasi in hoc præfectæ. ¶ Næniasque quasdam in laudem mortuorum canere solebant, quæ tamen ineptæ erant, & nugaces, mutatoque nomine in omnes convenirent. *Plaut. Truc. 2. 6. 14.* Præfica, quæ alios collaudare assentes, se fe vero non poteſt. *Gel. l. 18. c. 6.* Vos, Philosophi, mera estis, ut Cato ait, mortuaria glossiaria; namque colligitis lexidia, res tetras, & inanes, & frivolas, tamquam mulierum voces præficarum. ¶ Quomodo præfica differat a Funera. V. *Funera.* V. etiam *Hieron. Barufaldi Disſertat. de Præficis.*

Præfĭcio, is, eci, ctum, a. 3. *preporre,* הפקיד, Ger. *zu einem furgeſetzten und obmann machen,* Gal. *charger, commettre,* Hisp. *poner en algun oficio, ἐφίστημι*, præpono, ex *præ,* & *facio. Cic. 4. Verr. c. 59.* An aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præesset. *Liv. l. 4.* Quos & pro Centurionibus sibi præfecerant Tempanio auctore Equites. Rursus *Cic. pro Leg. Man. c. 16.* Imperatorem bello præficere. *Id. pro Dom. c. 33.* populo ducem Præficere. ¶ Pro simplici facere. *Liv. l. 1. c. 19.* Sacerdotes suos cuique Deorum præficere.

Præfĭdens, tis, nom. partic. valde fidens. *Cic. 1. Off. c. 26.* Homines secundis rebus esfiænatos, fibique præfidentes.

* Præfidenter, *confidenter, τολμηρῶς, בזרון, ביר רמה, audacemente. Aug. ep. 55. ad Macedon.* Præfidentius, tamquam suis viribus, cucurrerunt.

Præfīgo, is, a. 1. *ficcare innanzi. προπήγνυμι*, ante figo. *Pl. l. 33. c. 4.* Lineas itineri præfigunt. *Virg. 9. Æn. v. 465.* Capita in hastis præfigere. ¶ Sumitur etiam pro præcludere. *Virg. 3. Georg. v. 399.* Primaque ferratis præfigunt ora capistris.

* Præfiguratio, *tipo, figura.* Tenentes, non ea sine aliqua præfiguratione futurorum gesta, atque conscripta. *Aug. de C. D. l. 16. c. 2.*

Præfĭgŭro, a. 1. *ὑποτυπόω*, repræsento, præmonstro. *Lactant. l. 6. c. 20.* Ac se quisque in illis imaginibus præfigurat.

Præfīnio, is, a. 4. *prefinire, determinare,* גזר, Ger. *vorfchreiben,* zieleu, Gal. *prefinir, limiter,* Hisp. *determinar,* προορίζω, limites præfigo, determino, præscribo. *Cic. de Prov. Conſ. c. 15.* Præfinit enim successori diem. *Id. 7. Ver. c. 2.* Quod præfiniti, quo ne pluris emerem. *Id. 7. Ver. c. 68.* Neque de illo quicquam tibi præfinio, quominus, &c. *Id. 2. de leg.* A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus a minis quinque usque ad minam.

Præfinītio, onis, f. determinatio. *Julian. l. cum fine, ff. quando dies leg. vel fideicom ced.* Cum fine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit.

Præfinītus, a, um, adjectiv. *determinato,* definitus, præscriptus. *Scav. 47. ff. de Pact.* Intra præfinitum tempus. ¶ *Præfinito*, ablat. absolute positus, pro præfinito tempore, vel ex præscripto. *Ter. Hecyr. 1. 2. 19.* Nam illic haud licebat, nisi præfinito loqui.

Præfĭscīne, adv. *vel* præfiscini, *αβασκάντως*, h. e. præpter fascinum, citra invidiam, idem ac locutio illa, *absit invidia*, a *præ*, & *fascino.* Sane præpos. *pre* hic accipi pro *sine*, differte apud *Charisi. l. 1. pag. 210. Putsch.* legitur. Laudaturi, *præfiscini*, vel *præfiscine* dicebant, quod putarent, homines effascinari, si impensius laudarentur. *Plaut. Asin. 2. 4. 84.* Præfiscine hoc dixerimus, nempe etiam me accusavit merito meo, neque me Athenis alter bodie fit quifquam, qui credi recte aque putent. Usus etiam *Titinnius*, apud quem, Paula laudante immodice, persona altera meæ fascini interrumpens ait: Paula mea, amabo, polru ad laudem addiro, præfiscini: ne puella fascinetur. Citat *Charisi bid. pag. 189.* Sed pastrema verba ipsius *Charisi* videntur esse, non *Titinnii*. Adde *Afran. ibid.*

Præfixus, a, um, ante fixus. *Liv. l. 26. c. 4.* Et feptena jacula quaternos longa pedes data præfixo ferro. *Virg. Æn. 10. v. 479.* Robur præfixum ferro. *h. e.* acumine ferrato. *Suet. in Cæs. c. 85.* Caput hasta præfixum.

Præflorātus, a, um, adj. libatus, degustatus, corruptus, ut præflorata virgo, apud *Apulian. Apolog.* cui flos pudicitiæ est imminutus. *Plin. in Paneg. c. 38.* Summamque illud purpuræ decus, nonnisi præcerptum, præfloratumque transmittere. Adde *Liv. l. 37. c. 58.* ubi tamen al. leg. *defloratus.*

Præflŏreo, es, n. 2. *προανθέω*, antco floreo. *Plin. l. 16. c. 29.* Ideoque præflorent talia, & prægerminant.

Præflōro, as, a. 1. *προανθίζω*, præfloro. *Gel. l. 14. c. 1.* Ei futuri gaudii fructum spes tibi jam præfloraverit.

Præfluo, n. 3. *προρρέω*, ante fluo, præterfluo. *Plin. l. 5. c. 29.* Pergamum, quod intermeat Silenus, præfluit Cetius profusus Pindaro monte. Adde *Tac. Ann. 15. cap. 15.* ¶ Cum accusativo *Plin. l. 2. c. 5.* Asiadius ex Alpinis montibus Canusium præfluens.

Præfluus, a, um, qui ante fluit. *Plin. l. 19. c. 4.* Hortos esse rigues habendos præfluo amne.

Præfocabĭlis, le, adj. præfocandi vim habens, ut præfocabilis spiratio, apud *Cæl. Aurel. Acut. 2. c. 37.*

Præfocatĭo, onis, actus præfocandi. *Scrib. Larg. Compoſit. 100.* Subitæ præfocationes.

Præfĭco, as, a. 1. *affigere,* תלה, Ger. *erſticken, erwurgen,* Gal. *etouffer, etrangler,* Hisp. *ahogar, ἄγχω*, spiritum obstructis faucibus, claudo. *Ovid. in Ibin, v. 560.* Præfocent animæ Gnosiia mella viam.

Præfŏdio, a. 3. *προορύττω*, idem ac fodio, vel ante fodio. *Virg. 11. Æn. v. 473.* Præfodiunt alii portas. Ubi *Serv.* Præfodiunt, ideſt ante portas foſſas faciunt. *Ov. 13. Met. v. 60.* Et ostendit, quod jam præfoderat, aurum.

Præfŏcundus, a, um, *πολυφόρος*, valde fœcundus. *Plin. l. 16. c. 27.* Omnia autem celerius senescunt præfœcunda.

Præfōmentare, *præfovere. Theodor. Priscian. l. 1. c. 19.* Præfomentare vulnera aqua gelida.

Præfōmator, oris, m. *Tertul. de Præscript. c. 30.* Marcion institutor, & præformator Apellis.

Præfōrmatus, a, um, ante formatus. *Quint. l. 2. c. 6.* Namque incipientibus danda erit velut præformata materia secundum cujusque vires.

Præfōrmido, as, a. 1. *προφοβοῦμαι*, valde formido. *Quintil. l. 3. c. ult.* Quem judex si providet, non aliter præformidat, quam, &c. Alii legunt *reformidat.*

Præfōrmo, as, a. 1. *προτυπόω*, ante, vel prius formo. *Sil. l. 7. v. 385.* Atque his præformat dictis, fingitque monendo.

Præfŏris, te, adject. valde fortis. *Tertul. de car. Chr. cap. 5.* Hinc infirmum, inde præfortem.

Præfŏtus, a, um, ante fotus. *Cæl. Aurelian. Tard. l. 4. c. 2.* Præfotis partibus aqua marina, vel aceto falso.

Præfrācte, adv. *obſtinatamente, σκληρῶς*, obstinate. *Cic. 3. de Off. c. 22.* Nimis præfracte videbatur ærarium, vectigaliaque defendere.

Præfrāctus, a, um, *rotto prima,* שבור, Germ. *fchwanger,* Gal. *enceinte,* Hisp. *preñada, ἔγκυος ἐγκυμονέσα*, ut veteres Glossæ interpretantur, gravida, plena, in utero gerens, fœta, quæ occupata est in efformando, quod conceperit. Pro eo in antiquis codicibus legitur *pragnas*, absque *n*; atque id, quantum ex *Charisio

Prægravo, as, avi, atum, a. 1. *gravare supra modo*, הכבד, Ger. *beschwerer machen*, *überladen*, *Fürwegen*, Gal. *peser fort*, *fort charger*, Hisp. *mucho pesar* ὑπερβάλλω, supra modum gravo, opprimo, obruo. *Hor. l. 2. sat. v. 77.* Quorum omnium Hetterius vitiis animum quoque prægravat una. *Id. l. 2. ep. 1. v. 13.* Utit enim fulgore suo, prægravat artes Infra se positas, h. e. gravis est inferioribus, & infra positis nocet, qui bonis artibus cæteros vincit: invidiam enim inferiorum in se concitat. ¶ Est etiam verbum neutrum, & significat *graviorem esse*, præponderare. *Ib. l. 17. c. 22.* Ne prægravet fructus parte aliqua. Quidam hunc locum active intelligunt. *Suet. in Cæs. c. 76.* Prægravant tamen cætera facta, dictaque ejus. *Coll. l. 7. c. 6.* Flaccidis auribus, & prægravantibus *orecchie pendenti*.

Prægredior, eris, o. prægressus. *Cic.* 3. *Phil. c.* 2. Sequentes alios, alios prægredientes amicos.

Prægredior, eris, essus, sum, d. 3. *andar innanzi*, קדם, Ger. *vorgehen*, Gal. *aller devant*, Hisp. *yr adelante*, προέρχομαι, ante venio. *Liv. l.* 10. *c.* 25. Qui lictores prægredi viderunt. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 7. Equus gregi prægreditur. ¶ Aliquando est prætergredi, *passare*: *Plin. lib.* 28. *cap.* 8. Ut prægressi hominis vestigium occupent. ¶ Transitive sumitur pro antecellere. *Sallust. in Orat. 1. ad Cæs. c.* 1. Qui tantum ai os prægressus es, ut &c.

Prægressio, onis, προπόδισις, antecessio. *Cic. de Fat. c.* 19. Ut nihil fieret sine prægressione causæ.

Prægressus, a, um, partic. a prægredior, *ebi ha preceduto*. *Suet. l.* 5. *Aug.* 1. *vers.* 109. Fama prægressa diem. *Plin. lib.* 28. *cap.* 8. Prægressi hominis vestigia occupare.

Prægressus, us, m. prægressio. *Ammian. l.* 21. *c.* 10. Quid in rebus tumultuosis præverso valeat, & prægressus. *Cic. l. Offic. c.* 4. Causas rerum videt, earumque prægressus, & quasi antecessiones non ignorat. Alii leg. *progressus*.

Præguberno, as, a. 1. ante guberno. *Sidon. l.* 5. *ep.* 13. Maiculi balnearum corpulentiam prægubernantibus.

Prægustator, oris, m. *credenziero*, προγευστής, qui cibos Principis prægustat. *Suet. in Claud. c.* 44. ¶ Transfertur ad alia. *Cicero Dom. c.* 10. Scilicet tu heluoni spurcissimo, prægustatori libidinum tuarum, &c.

Prægustatus, a, um, partic. a prægusto. *Plin. l.* 21. *c.* 3. Nec nisi prægustatos cibos sumente.

Prægusto, as, avi, atum, a. 1. *gustare innanzi*, *far la credenza*, Germ. *vorkosten*, *vor versuchen*, Gal. *gouter & taster devant*, Hisp. *hazer falsa*, προγεύομαι, ante gusto. *Juvenal sat. c.* 6 *v.* 633. Timidus prægustet pocula pappas.

Prægypso, as, a. 1. gypso obduco. *Cæl. Aurel. l.* 3. *Chronic. cap.* 2. Os vasculi prægypsare.

Prahendo. V. Prehendo.

Præhibeo, es, a. 2. idem ac præbeo, apud vet. *Plaut. Pseud. 1. 2. 49.* Cur ego vestem, aurum, atque ea, quibus est vobis usui, prahibeo? *Id. Men. 5. 2. 51.* Ancillas penum recte præhiber. *Id. Rud. 1. 1. 5.* Ut verba præhibes, me perisse prædicas, h. e. uti narras. *Perron. in Satyr.* Prahibere mendacio fidem. Alii leg. *prabere*.

Præjacens, entis, o. ante jacens. *Plin. lib.* 3. *c.* 4. Oppida de cætero rara præjacentibus stagnis.

Præjacio, es, cui, n. 2. πρόκειμαι, ante jaceo, *Tac. l.* 12. *Ann. cap.* 36. Campo, qui castra præjacet.

Præjacio, is, a. 3. *gettar innanzi*, προβάλλω, ante jacio. *Col. l.* 8. *c. ult.* Mox præjaciuntur in gyrum moles.

Præ ens, entis, o. 3. partic. a præeo. *Albinovan. ad Liviam.* Ea venit, stella non præeunte, dies.

* Præjicio. V. Prajacio.

Præinfusus, a, um, ante infusus. *Cæl. Aur. Acut. l.* 2. *c.* 34. Malsum, in quo præcocta, vel præinfusa fuerit ruta.

* Præinnio, is, a. 3. præligusico. *Var. ap. Non. c.* 2. *n.* 172. al. *perrinquerint*.

Præjudicatio, onis, f. idem ac præjudicium. *Quintil. l.* 5. *c.* 2. Aut jam præjudicatione Senatus damnatus esset Milo. Al. leg. *præjudicio*.

Præjudicatus, a, um, ante judicatus. *Cic. pro Cluent. c.* 17. Ut re semel, atque iterum præjudicata, condemnatus in judicium venerit. *Id. l.* 1. *nat. Deor. c.* 5. tantum opinio præjudicata poterat. *Id. pro Cluentio. c.* 2. Antequam de ipsa causa dicere incipio, hoc postulo, ut ne quid præjudicati afferatis.

Præjudicialis, le, adj. ut præjudicialis mulcta, *Cod. Theod. leg.* 50. & 65. *de Appellationib. & Symm. l.* 10. *ep.* 58.

Præjudicium, ii, n. 2. *pregiudizio*, משפט, נגח, Ger. *ein vorgehend urtheil*, *schad*, Gal. *un prejugé*, Hisp. *preiuy'o*, πρόκριμα, id est, quod judicium præcedit, seu, quod ante judicium fit. *Ascon.* Præjudicium dicitur res, quæ, cum statuta fuerit, affert judicaturis exemplum, quod sequantur in eadem causa, vel paribus causis: judicium autem res, quæ causam, litemque determinat. *Cic. in Di Ver. c.* 4. De quo non præjudicium, sed plane judicium factum putatur. *Id. pro Cluent. c.* 22. Cum is duobus præjudiciis jam damnatus esset. *h. e.* uno in Scamandrum, altero in Fabrium, in eadem venditi causa factis. *Plin. l.* 5. *ep.* 1. Curianus orabar, ut sibi donarem portionem meam, seque præjudicio juvarem. *Quint. lib.* 4. *c.* 5. Præjudicia fuere. ¶ Translate *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 32. Vestri facti præjudicio demotus Italia excessit. *Tacit. de Germ. c.* 10. Victoria hujus, vel illius pro præjudicio accipitur. ¶ Præjudicia tripliciis generis sunt, alia posita sunt in exemplis, ideft in rebus, quæ aliquando ex paribus causis sunt judicatæ; alia in judiciis ad ipsam causam pertinentibus, qualia in Milonem a Senatu facta dicuntur; alia in pronunciatione, seu in sententiis de eadem causa, qualia fuerunt judicia de Scamandro, & de Fabricio in causa Oppianici, quale item est, cum duobus de officio aliquo contendentibus, lite in longum procedente, Magistratus jubet interea, dum sententiam ferat, alterum officio fungi, quasi judicans jam nunc, se pro ea parte sentire, genes quam vult esse rem. de qua litigatur, quod præjudicium jurisconsultis dicitur, quia possidentem adjuvat, & obest excluso. *Quintil. l.* 5. *c.* 2. ¶ Interdum præjudicium usurpatur pro damno, sive jactura. *Ulp. l.* 1. §. *quemadmodum ff. de agnosc. vel alend. lib.* Si maritus, uxore denuntiante, cultodes miserit, nullum præjudicium facit.

Præjudico, as, avi, atum, a. 1. *giudicare innanzi*, דון, שפט, Ger. *zu vor urtheilen*. Gal. *prejuger*, Hisp. *prefudicar*, προκαταγινώσκω, ante judico, præjudicium facio, *Cic. 3. de Leg. ult.* Edant, & exponant, quid in Magistratu gesserint, dequæ iis Censores præjudicent. ¶ Translate sumitur pro ante tempus censere, arbitrari, opinari, statuere, *Brut. ad Cic. ep.* 4. Quod enim nondum Senatus censuit, nec P. R. jussit, id arroganter non præjudico. ¶ Item pro nocere, *pregiudicare*. *Ulp. l.* 1. *ff. de Magistr. conven.* pupillo præjudicare.

Præjuratio, onis, f. προόμοσις, juramentum illud, quod ii facere dicuntur, qui ante alios conceptis verbis jurant, post quos alii in eadem verba jurantes tantummodo dicebant. *Festus*.

Præjuro, as, avi, a. 1. προμόνω, ante juro. *Tac. l.* 3. *hist. c.* 65. Et credebatur affectum ejus fidem præjurasse.

Prælabens, entis, o. partic. a prælabor. *Cel. l.* 11. *c.* 1. Prælabentis vero temporis fuga quam sit irreparabilis, quis dubitet?

Prælabor, eris, psus, sum, *trasscorrere*, προολισθέω, ante labor, præterfluo. *Cic. in Arat. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 43. Pisces, quorum alter paulo prælabitur ante. *Lucan. l.* 6. *v.* 76. Romæ prælapsus mœnia Tibris.

Prælambo, is, a. 3. προλείχω, ante lambo. *Horat. l.* 2. *sat.* 7. 109. Prælambens omne, quod affert.

Prælargus, a, um, adj. valde largus, abundans. *Pers. sat. 1. v.* 14. Pulmo animæ prælargus anhelet.

* Prælassatus, ante lassatus. *Frontin. lib.* 2. *stratagem. cap.* 5. Prælassatos facile superavit.

Prælatio, onis, f. *prelazione*, actus præferendi, seu anteponendi. *Valer. Max. lib.* 7. *cap. ult. num.* 4. Sed etiam contumeliosa prælatio videri posset. Adde *Tertul. in Apolog. c.* 13.

Prælator, oris, m. qui præfert, & anteponit. *Tert. de pudic.* 2. Misericordiæ prælator, quam sacrificii.

Prælatus, a, um, nom. ex partic. *antepostо*. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 56. Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis. *Virg.* 5. *Æneid. v.* 581. prælato invidit honori. *Tertull. l.* 1. *cont. Marcion. cap.* 9. In utroque prælatior nostro creatore. *Tacit. Ann. 6. c.* 35. Vulnus per galeam adegit, nec iterare valuit, prælatus equo, *trasportato dal cavallo*.

Prælavo, is, a. 3. ante lavo. *Apul. in Apolog.* Ejus merito os, ut bono potui poculum, prælavitur.

Prælautus, a, um, adject. valde lautus, splendidus. *Suet. in Ner. c.* 30. Prælautos, vereque magnificos. Adde *in Vitell. c.* 2.

Prælaxo, as, a. 1. ante, vel valde laxo. *Cæl. Aurel. Tard. l.* 2. *c.* 1. Motus beneficio prælaxato ægrotante.

Prælectio, onis, f. ἐξήγησις, explicatio, eruditio, institutio: & pertinet proprie ad magistrum: dicitur autem *prælectio*, quia is legendo præit discipulis, *lexione magistrale*. *Quintil. l.* 2. *c.* 5. Prælectio in hoc adhibetur, ut facile, atque distincte pueri scripta oculis sequantur. Adde *l.* 1. *cap.* 3.

Prælector, oris, προαναγνώστης, qui prælegit. *Gell. l.* 18. *c.* 5. Si magistrum, prælectorumque habuisset.

Prælectus, a, um, adject. selectus. *Apul. lib.* 7. *Metam.* Prælectum, hircum vindemiare.

* Prælegatio, actus prælegandi. *Ulp. Dig.* 33. 4. 1. & 2. al. *relegatio*.

Prælegatus, a, um, nom. ex particip. ante legatus, h. e. relictus testamento. *Papinian. l.* 67. *ff. de legat. & fideicom.* Partes cohæredibus prælegatas restituere.

Prælego, as, avi, atum, a. 3. ante lego, seu testamento relinquo. *Plin. l.* 33. *c.* 2. Eam coronam testamento ei prælegavit. Adde *Scævol. Dig. lib.* 33. *tit.* 8. *leg. ult.*

Prælego, is, egi, ctum, a. 3. *leggere innanzi*, προαναγινώσκω, ante lego, ut solent præceptores suis discipulis. *Quint. l.* 1. *c.* 14. Sed pueris, quæ maxime ingeniure alant, prælegenda. ¶ Est etiam præterire, seu prætervavigare. *Tac. lib.* 6. *Ann. cap.* 1. Campaniam prælegebat ambiguus, an urbem intraret.

Prælialis, & re, o. 3. *cosa de guerra*, μαχητικός, quod ad prælium pertinet. *Plaut. Curc.* 4. 4. 17. Mœreque pugnæ prælialres obtritæ jacent. ¶ Prælialres dies sunt, quibus præliari licet. *Fest. & Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16. ubi al. leg. *pelialis*.

Prælibator, oris, m. qui prælibat ut. *Tacit. l. Ann. c.* 73. *de Germanico*. Nec minus præliatorem (Alexandro) etiamsi remeritas absuerit.

Prælibo, as, avi, atum, a. 1. *giudicare innanzi*, דון, שפט, Ger. *zu vor urtheilen*. Gal. *prejuger*, Hisp. *prefudicar*, προκαταγινώσκω, ante judico, præjudicium facio, *Cic. 3. de Leg. ult.* Edant, & exponant, quid in Magistratu gesserint, dequæ iis Censores præjudicent. ¶ Translate sumitur pro ante tempus censere, arbitrari, opinari, statuere, *Brut. ad Cic. ep.* 4. Quod enim nondum Senatus censuit, nec P. R. jussit, id arroganter non præjudico. ¶ Item pro nocere, *pregiudicare*. *Ulp. l.* 1. *ff. de Magistr. conven.* pupillo præjudicare.

Prælibo, as, a. 1. προλείβω, ante libo, & degusto. *Stat. 1. Silv. 4. vers.* 60. Care puer, fuperis qui prælibare verendum Nectar, &c. ¶ Prælibare visu, usurpatur pro aspicere. *Stat. 4. bil.* 2. *v.* 38. Vultum, & pectora alicujus prælibare visu.

Prælicenter, adv. nimis licenter. *Gell. l.* 16. *c.* 7. Quam verba finxit prælicenter!

Prælibo, is, a. 3. præstringo, currendo tango. *Manil. l.* 5. *v.* 80. Obstantemque inota tornum prælibere Circum. Al. leg. *perlubere*, hoc est ludere per Circum.

Prælignæum, inis, n. amuletum. *Marcel. Empir. c.* 8.

Prælignatum vinum, dicitur, quod vel prælignatum est, vel præ omnibus legitur, quod & *precipuum* Virgilio dicitur, a prælegendo. *Cato R. R. c.* 23. Uvas miscellas ac vinum prælignaneum legito.

Prælignatus, a, um, nom. ex partic. ante, vel circum ligatus. *Cic. 2. de Inv. c.* 50. Os obvolutum folliculo, & prælignatum. ¶ *Plaut. Bacch. 1. 2. 28.* O prælignatum pectus! *h. e.* insanum, ducta metaphora ab iis, qui veneficiis & incantamentis ceu vinculis ligat de mentis statu decidunt.

Prælligo, as, avi, atum, a. 1. προδέω, anteriori parte ligo. *Liv. l.* 24. *c.* 36. Facesque vinctarum, atque arida farmenta prælligantur cornibus boum.

Prælino, is, livi, litum, a. 3. idem, quod lino, vel circum, vel ante lino. *Gell. lib.* 13. *cap.* 23. Villas inexcultas, & rudes ne tectorio quidem prælitas fuisse. ¶ Translate *Id. l.* 17. *c.* 14. Cum fucatur, atque prælinitur, fit præstigiosum.

Prælino, as, a. 1. idem quod prælior. *Enn.* apud *Non. c.* 7. *n.* 38. Ita mortales inter se prælinant.

Prælior, aris, atus sum, d. 1. *combattere*, נלחם, Germ. *streiten*, *ein schlacht thun*. Gal. *combattre*, Hisp. *pelear*, μάχομαι, dimico, pugno, congredior, prælium ineo, pugnam committo. *Cæs. l.* 4. *B. G. c.* 2. Equestribus præliis sæpe ex equis desiliant, ac pedibus præliantur. *Cic. 1. Div. c.* 25. Eudemus prælians ad Syracusas occidit. ¶ Translate sumitur pro contendere verbis. *Cic. Arr. lib.* 1. *ep.* 16. Ego acriter, & vehementer præliatus sum. ¶ Passive impersonaliter. *Justin. l.* 29. *c.* 1. Grave bellum, in quo & diu, & varia victoria præliatum fuit.

* Præliter. V. Prælino.

Prælium, ii, *battaglia*, *conflitto*, *fatto d' arme*, קרב, חלחמה, Germ. *streit*, *ein feld schlacht*, Gal. *combat*, *bataille*, Hisp. *pelea*, μάχη, conflictus, dimicatio, pugna. In marmoribus antiquis scribitur per *q*, eodemque modo in Romano Maronis codice scribi testatur *Pierius ad Ecl. 6. v.* 3. ac similiter in aliis plerisque manuscriptis. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 2. Prælio dimicare cum aliquo. *Id. 2. de Orat. c.* 67. Multaque prælia præclara fecit. *Nepos Milriad. c.* 3. prælium committere. *Virg. 3. Georg. v.* 220. miscere prælia. *Et l.* 2. *v.* 265. Imbelles dant prælia cervi, *h. e.* committunt. *Liv. l.* 2. Elicere ad prælium, *tirar a battaglia*. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 53. Prælium restituere, *rimettere*, *rinnovare*. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 9. Secundis præliis uti. ¶ Differunt *prælium*, & *bellum*, ut pars, & totum. Nam illo pugna significatur, hoc vero notat totum illud tempus, quo in militia fumus, quod & fine prælio esse potest. *Virg. l.* 11. *Æn.* Infantem fugiens media inter prælia belli. ¶ Invenitur tamen *prælium* pro bello. *Perron. in Sat. c.* 89. Decenne prælium, *h. e.* bellum Trojanum. *Liv. l.* 31. *c.* 2. Consultatio de Macedonico bello integra ad Consules, qui in prælio cum Bojis erant, rejecta est. ¶ Translate *Virg. 1. Georg. v.* 318. Omnia ventorum concurrere prælia vidi.

Prælogo, as, a. 1. ante loco, præpono, præmitto. *Martian. Capell. lib.* 5. *pag.* 170. Si pro troehæo penultimo spondeum prælocaveris. *Augustin. l.* 7. *de Gen. ad litteram. c.* 17. Sensus in sola facie prælocati sunt.

Prælocutio, onis, f. præfatio, exordium. *Senec. l.* 3. *controv. excerpt. in præfat.* Silo hæ bererur differtus, si a prælocutione dimitteret. Al. leg. *prolocutione*, ex MSS.

Prælongo, as, a. 1. longum facio. *Plin. lib.* 11. *cap.* 2. Qua subtilitate pedum crura prælongavit.

Prælongus, a, um, προμήκης, valde longus. *Liv. l.* 22. *c.* 46. Dispares, ac dissimiles gladii: Gallis prælongi, ac sine mucronibus. *Quinc. l.* 6. *c.* 3. Homo prælongus.

Prælóquor, eris, d. 3. προλαλέω, ante, seu prius loquor. *Cæl. Aur. l.* 8. *Fam. ep.* 12. Vix hoc erat prælocutus, cum ego Appium Censorem eadem lege postulavi. *Plin. l.* 8. *ep.* 21. Quod mihi causam prælóquendi dedit, *h. e.* præfandi.

Præluceo, es, uxi, n. 2. προφαίνω, ante luceo, vel valde luceo. *Marcial. l.* 12. *ep.* 42. Prælucere faces, velarunt flammea vultus. ¶ Prælucere alicui, est faces præferre. *Suet. in Aug. c.* 29. Servumque prælucentem examinasse. ¶ Translate sumitur pro nobilitate. *Cic. in Soll.* Ego majoribus meis virtute mea præluxi. *Id. de Am. c.* 7. Prælucere bona spe. ¶ Interdum pro præpollere, amœniorem esse. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 83. Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis.

Præluciduus, a, um, valde lucidus. *Plin. l.* 37. *c.* 8. Arabiæ excellunt candore cicerculi prælucido, atque non gracili.

Præludium, ii, *vicercata*, προοίμιον, præcentio, illa modulatio vocum, quæ ante initium cantus fieri solet, & generatim quodvis initium, quod rei seriæ præmittitur. Hinc translate, & in malam partem. *Cicer. Phil. cap.* 3. Præludium illud, & portentum L. Antonius. Alii leguat *preludium*, alii *protulium*, alii *propudium*.

Præludo, is, si, sum, a. 3. προπαίζω, ante ludo, leve quiddam, ceu majoris rei initium præmitto. *Virg. l.* 3. *Georg.* Et sparsa ad pugnam præludit arena. *Sen. epist.* 103. Illi meliori vitæ, longioriique præluditur.

Prælum, *vel* prælum, i, *torchio*, πίεζω, Germ. *ein presse*, Gall. *un pressoir*, *une presse*, Hisp. *viga*, μίεστήριον, trabs illa in torculari, qua uva, oliva, aliudve premitur. *Vitruv. l.* 6. *c.* 9. *Plin. l.* 31. *c.* 12. *Serv. in 2. Georg. v.* 241. Est a *premo*, contractum ex *premulum*. Aliqui censent esse a *praluendo*, quod humore profluente præhatur, ideft madefiat. Qui deducunt a *premo*, omittunt diphthongum, qui a *prælum*, diphthongo utuntur. Meliores libri absque diphthongo *prelum* habent. *Virg. 2. Geor. v.* 241. Colaque prelorum fumosis postibus ædes. ¶ Dicitur & de aliis machinis, quibus aliquid compimitur. *Plin. l.* 13. *c.* 12. *de charta*. Premitur denide prelis, & siccantur sole plagulæ, atque inter se junguntur. *Martial. l.* 2. *ep.* 46. Sic tua suppositis perluctet prela lacernis. Hypallage est pro lacernæ tuæ suppositæ prelis perluctent.

Prælumbo, as, a. 1. ἀποσφύω, lumbos præfingo. *Nav.* apud *Non. c.* 2. *n.* 673. Cœpit unumquemque prælumbare fustibus.

Præluminatus, a, um, adject. ante illustratus, seu explicatus. *Tertull. de resurr. carn. c.* 33. Parabola a commentatore præluminata.

Prælusio, onis, f. idem ac præludium. *Plin. l.* 6. *ep.* 13. Cujus quasi prælusio, & quæ præcursio has contentiones excitavit.

Præ-

Præclustris, e, adj. *molto illuminato*, o *illustre*, multo lumine illustratus, & translate valde illustris, nobilis, clarus, πολυλαμπρός, περιδόξαστος. Utramque notionem complexus *Ovid. l.* 3. *Trist. el.* 4. *v.* 5. Vive tibi, quantumque potes, præclustria vita. Sævum præclustri fulmen ab igne venit.

Præclutus, a, um, adj. bene lotus, nitidus, ut prælura habitacula. *Sid. l.* 4.

Præmacero, as, a. 1. ante macero. *Scrib. Larg. compos.* 193. Præmaceranrur mala cydonia.

Præmaledico, is, xi, ctum, a. 3. ante maledico. *Tert. adv. Marc. l.* 5. *c.* 3. Quomodo præmaledixisset eum creator, quem ignorat?

Præmalo, vis, idem quod malo. *Apul. l.* 3. *Met.* Adjuro per istum nodulum, me nullam aliam meæ Foridi præmalle.

Præmando, as, avi, atum, a. 1. προεπιτάττω, ante mando. *Vatinius Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 9. Ego tamen, terra, marique ut conquireretur, præmandavi.

Præmando, is, di, nsum, a. 3. ante mando. *Gell. l.* 4. *c.* 1. Si me id tibi præmandere, quod ajunt, postulas, *h. e.* minute explicare, ductum a nutricibus, quæ tenellis infantibus cibum ante manfum in os inferunt.

Præmaturè, adv. *acerbamente*, *avanti tempo*, πρωΐως, immature, ante tempus. *Plaut. Most. 2. 2. 69.* Quia præmature vita careo. *Gel. l.* 10. *c.* 11. Coactius factum & festinantius, præmature factum dicitur. Comparativ. *pramaturius* est apud *Papin. ff. 8. 45. tit. 1. l. 118.*

Præmaturus, a, um, πρώωρος, præcox, maturus ante alios, sive ante tempus. *Columel. l.* 11. *c.* 3. Sed qui præmaturum fructum cucumeris habere volet. ¶ Translate accipitur pro omni eo, quod ante tempus fit, vel accidit, ut Senectus, vel mors præmatura, ideft immatura, legitimum tempus prævertens. *Plaue. ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 8. Præmatura denuntiatio boni civis imparati quam periculosa esset, ex casu Collegæ videbam. *Plin. l.* 7. *c.* 51. Senilem juventam præmaturæ mortis esse signum. *Tacit. l.* 1. *Ann. cap.* 30. Præmatura hiems. *Id. l.* 14. *cap.* 57. Prærnatura canities.

Præmedicatus, a, um, pharmacis, aut incantatione præmunitus. *Ov. ep.* 12. *Heroid. v.* 15. Isser anhelatos non præmedicatus in ignes.

Præmeditatio, onis, f. *previsione*, προμελέτησις, meditatio, & cogitatio rei futuræ. *Cic. 3. Tusc. c.* 14. Hæc igitur præmeditatio malorum lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videris.

Præmeditatorium, ii, n. locus, ubi meditatio fit, & præparatio. *Ter. de jejun. c.* 6. Torum illud domicilium interioris hominis efcis stipatum, vinis inundatum, decoquendis jam ftercoribus æstuans, præmeditatorium efficitur latrinarum.

Præmeditatus, a, um, partic. a præmeditor. *Cic. 2. Offic. c.* 13. Id se in foro optime jam præmeditatum facere. ¶ Reperitur etiam passive. *Plaut. Epid.* 3. 2. 19. Ut parate eam præmeditatam meis dolis, astutiisque onustam mittam. Alii leg. *permeditatam*.

Præmeditor, aris, d. 1. *antivedere*, *considerare innanzi*, Germ. *vor betrachten*, Gal. *premediter*, Hisp. *penser antes*, προμελετάω, prius meditor, præcogito. *Cicer. 11. Phil. c.* 3. Est enim sapientis, quicquid hominí accidere possit, id præmeditari. Adde *Auct. ad Her. l.* 2. *c.* 5.

Præmensus, a, um, ante mensus. *Tibull. l.* 3. *el.* 3. *v.* 9. Tunc cum præmensæ defunctus tempora lucis, Nudus Lethæa cogeret ire rate. Alii rectius leg. *permenso*. *Fronsde re agrar. pag.* 283. Præmensi foli spatium.

Præmercor, aris, d. 1. προωνέομαι, prius emo. *Pl. l.* 32. *c.* 2. Pretio minus parcerent, eaque præmercarentur. *Plaut. Epid.* 3. 3. 26. Istam gnato tuo fumus præmercati.

Præmelsium. V. *Præmetium*.

Præmetatus, a, um, partic. qui ante metatus est. *Solin. c.* 40. (*al.* 53.) Dinocratem Alexandri jussu Alexandriam præmetatum, supra expostuimus. ¶ Passive *Martian. Capell. l.* 8. *pag.* 273. Præmepata divum itinera.

Præmetium, ii, n. primitiæ frugum, quæ Cereri offerebantur. *Fest.* Præmetium, quod prælibationis causa ante præmetitur. Alii leg. *premessum*, alii *premessum* eodem sensu.

* Præmẽto, is, a. 3. ante metere, V, in Præmetium.

Præmẽtor, aris, dep. 1. ante metor, *Solin. c.* 40. Dinocratem Alexandri jussu Alexandriam præmetatum, supra expostuimus.

Præmetuenter, adverb. ante metuendo, caute, provide, *Lucret. l.* 4. *v.* 822. errorem vitareque præmetuenter. Ita legit *Gronov* ex MSS. Alii aliter.

Præmetio, is, a. 3. ante metuo. *Lucr. l.* 3. *v.* 1032. At mens sibi conscia facti præmetuens adhiber stimulos, torretque flagellis. *Cæs. l.* 7. *B. G. c.* 49. Cæsar præmetuens fuis. *Prudent. l.* 2. *adv. Symmach. v.* 521. Præmetuit cultus inolescere Christi.

Præmiator, oris, prædo, & speciatim prædo nocturnus, a *præmium*, qua notat prædam. *Nav.* apud *Non. cap.* 2. *n.* 629. In scena vos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

Præmiatrix, icis, f. quæ præmium dat. *Ammian. l.* 22. *c.* 39. Bonorum præmiatrix Adrastia, ultrix facinorum impiorum.

Præmicco, as, cui, n. 1. valde mico, refplendeo. *Apul. l.* 11. *Metam.* Præmicantis lunæ candor. *Prudent. in hymn. Celegurris. v.* 84. Quæ viam patere cœli præmicando ostenderent.

Præmigro, as, n. 1. προαποικέω, ante migro. *Plin. l.* 8. *c.* 28. Ruinis imminentibus musculi præmigrant.

Præminens, entis, prominens. *Ulpian. Dig. l.* 21. *tit.* 1. *leg.* 12. Si quis natura gutturosus fit, aut oculos præminentes habeat, sanus videtur. Ita *Holoand.* sed *Torrentin.* habet *eminentes*.

Præminẽo. V. *Præmineo*.

Præminister, i, m. minister, vel qui ante ministrat. *Tert. de Orat. c.* 1. Opus præministri. h. e. Joannis Baptistæ Præcursoris. *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 8. scribit *camillum* apud Tuscos significare præministrum Deorum.

Præministra, æ, f. quæ præministrat, famula, ministra. *Macr. l.* 3. *Satur. c.* 8. Camilla Dianæ præministra. *Apul. in Apol.* Lingua mendaciorum præministra.

Præministro, as, a. 1. ante ministro, famulor. *Apul. l.* 2. *Milef.* Assidue respiciens præministrantem Fotidem. *Gel. l.* 10. *c.* 3. Magistratus præministrare.

Præminor, aris, dep. 1. valde minor. *Apul. lib.* 5. *A. A.* Malum grande præminatur. *Tert. Apol. c.* 21. Cum illis præminarentur.

Præmior, aris, atus sum, depon. 1. prædam, seu quæstum facio, *Suet. in Tito*, *c.* 7. Suspecta & rapacitas, quod constabat, in cognitionibus patris nundinari, præmiarique solitum.

Præmiosus, a, um, o. 1. 2. pecuniosus. Nam antiqui commodum, utilitatemque omnem præmium vocabant, *Accius*, Divitem, ac præmiosum avum. Adde *Festum*.

Præmissus, a, um, προπεμφθείς, *mandato innanzi*. *Virg.* 9. *Æn.* Interea præmissi equites ex urbe Latina.

Præmistus, *vel* Præmixtus, a, um, adject. ante mixtus, ut præmixta olera. *Apic. l.* 4. *c.* 5.

Præmitis, e, valde mitis. *Venanf. Fortun. l.* 3 *carm.* 12. *v.* 37. Horrea præmitis condita servans. Adde *Juvenl. l.* 3 *hist. Evang. c.* 21. *Matth. v.* 633.

Præmitto, is, isi, issum, a. 3. *mandare innanzi*, προπέμπω, ante mitto. *Cic. 2. Off.* Præmittebat de stiparoribus suis, qui scrutarenrur arculas muliebres, *Virg. l. Æn.* Rapidum ad naves præmittit Acharem. *Senec. ep.* 5. Cogitationes in longinqua præmittere. ¶ Dicitur interdum præmittere aliquem, qui ante se mori eum videt. *Tert. ad uxor.* Quid gestiamus liberos ferere, quos cum habemus, præmittere optamus? *Senec. in Apocolocynth. ad fin.* Quos omnes Claudius, necubi imparatus esset, præmiserat.

Præmium, ii, n. שחד, שכר, עטרת, γέρας, ἔπαθλον, βραβεῖον, apud Veteres usurpatur pro pecunia, & quocumque commodo, & utilitate. *Nævius*. Sine præmio fum, marsupium reliqui domi. *Lucret. l.* 3. *v.* 970. Omnia perfructus vitæ præmia liquit. ¶ Interdum etiam pro præda, & spoliis ponitur, quæ notio videtur esse propria: nam præmium a *præda* deducit *Varro l.* 4. *L. L. ad fin. Virg. 11. Æn. v.* 78. Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ Aggerat, & longo prædam jubet ordine duci. *Tacit. 1. hist. c.* 51. Exercitus expeditionem & aciem, præmia, quam stipendia malebat. *Tibul. l.* 1. *el.* 2. *v.* 25. qui corpora ferro Vulneret, aut rapta præmia veste petat. ¶ Frequentius tamen usurpatur pro mercede, quæ pro recte factis datur, *premio*. *Cic. 1. de Or. c.* 58. Proposita virtutibus sunt præmia, & supplicia vitiis. *Id. ib. c.* 4. Commoveri amplius præmiis ad perdifcendum. *Id. Catil. 4. cap.* 3. Amplissima præmia alicui dare. *Id. pro Arch. c.* 4. Præmiis aliquem donare. *Quinct. l.* 3. *c.* 6. Præmio afficere. ¶ In ludis quoque & certaminibus præmia dicuntur, quæ proponuntur victoribus. *Vir. 5. Æneid. v.* 485. celeri certare fagita invitat qui forte velint, & præmia ponit. ¶ Accipitur etiam in malam partem pro mercede, quæ datur fceleri. *Tacit. l. hist. c.* 12. Minore metu, & majore præmio peccabatur. *Cic. de provinc. Conf.* Quas provincias peftiferi illi Consules pro everfæ Reip. præmiis occupaverunt. ¶ Item pro mercede, seu pretio laboris. *Plin. l.* 3. *ep.* 17. Data opera tabellario misso; ego viaticum, ego etiam præmium dabo.

Præmixtus, a, prius mixtus. *Apic. l.* 4. *c.* 5. Præmixta olera componis.

Præmoderor, aris, d. 1. προρρυθμίζω, ante moderor. *Gell. l.* 11. *c.* 11. Præcidente, ac præmoderante cithara gressibus.

Præmodulatus, a, um, partic. *Quint. l.* 11. *c.* 3. Præmodulati gestu cogitationem.

Præmodum, adv. πρὸ τοῦ μέτρου, supra modum. *Gell. l.* 7. *c.* 7. ex *Livio poeta*. Parcentes præmodum.

Præmonẽo, is, a. 2. pro præmunio. Ita scripsum invenitur in plerisque editionibus apud *Gell. l.* 13. *c.* 17. & *l.* 14. *c.* 2.

Præmolestia, æ, πολυπραγμοσύνη, molestia ex malo, quod imminere putamus, anticipata, hoc est timor ipse malum futurum antecedens. *Cic. 4. Tusc. c.* 30. Alii metum præmolestiam appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiæ.

Præmolior, iris, d. 4. *preparare*, προκατασκευάζω, ante molior, vel præparo. *Liv. l.* 28. *c.* 17. Itaque præmoliendas ibi rarus jam res, &c.

Præmollio, is, a. 4. προμαλάττω, ante mollio. *Quint. l.* 4. *c.* 3. Si quid erit asperum, præmolliemus, quo facilius aures judicum admittant.

Præmollis, & le, o. 3. πολυμαλακός, valde mollis. *Pl. l.* 9. *c.* 51. Intra se parit ova præmollia. Adde *l.* 11. *c.* 37. *fell.* 69.

Præmollitus, a, um, προμαλαχθείς, partic. a præmollior. *Quint. l.* 2. *c.* 9. Nisi illa præmollitus foveret fulcus. *Id. l.* 6. *c. ult.* Præmollitæ mentes.

Præmonẽo, es, a. 3. *ammonire innanzi*, ὑπομιμνήσκω, ante moneo. *Cic.* 2. *Verr. c.* 8. Animo sane benevolo, ut magnopere caverem, præmonebat. *Ovid. 5. Trist. eleg.* 1. *v.* 16. Præmoneo, nunquam scripta quod ista legat.

Præmonitio, onis, f. præmonitus. *Tert. l.* 2. *adv. Marc. c.* 4. Agnosce boniratem Dei ex præmonitionibus.

Præmonitor, oris, m. qui præmonet. *Apul. de Deo Socr.* Incertis prospector, dubiis præmonitor, periculosis turator.

Præmonitorius, a, um, adj. ad præmonendum aptus, ut præmonitorium edictum. *Tert. de anim. c.* 3.

Præmonitum, i, n. præmonitus. *Gell. l.* 14. *c.* 2. Generalia quædam præmonita, & præcepta.

Præmonitus, us, m. προτιμρόρρησις, præcedens monitio, prædictio. *Val. Max. l.* 1. *c.* 6. Deorum spreti præmonitus. *Ovid.* 15. *Met. v.* 799. Nec tamen insidias, ventura que vincere fata Præmonitus potuere Deum.

Præmonitus, a, um, προπαρεσκευασθείς, *avvisato innanzi*. *Pl. l.* 16. *c.* 39. Fuitque arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo.

Præmonstratio, onis, f. actus præmonstrandi. *Lact. l.* 7. *c.* 13. Sæpe diximus, minora

Præmotatus, a, um, nom. ex partic. ante notatus, præsignuratus. *Prudent. in Romano, v. 629.* Crux præmotata est prius. *Apul. l. 11. Metam.* Libri literis ignobilibus præmotati.

Præmotio, onis, πρόγνωσις, præcedens cognitio. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 17.* Hanc nos habere sive anticipationem, sive præmotionem Deorum.

Præmitto, as, *t. προμαντεύομαι*, ante noto, inscribo. *Pallad. in Aug. tit. 8.* Signo aliquo præmotabis.

Præmulus, a, um, *ὑπερσκοτεφὴς*, valde nubilus, & obscurus. *Ov. 3. Amor. el. 10. v. 7.* Stat ventis, & densi præmulus arbore lucus.

* Præmunio, i, n. in *Gloss.* exponitur, *πωλίον λίνου*, vel *monitum*, h. e. lini pecten. ¶ Transl. *Tertul. Apolog. c. 5.* Tentaverat & Domitianus prænam Neronis, *h. e.* crudelitatem. Al. al. leg.

Prænuncupo, as, a. 1. ante nuncupo, nomino. *Prudent. Cathemer. 1. v. 179.* Prænuncupans ore qui prophetico.

Prænuntiatio, onis, f. actus prænuntiandi. *Tertul. de anim. cap. 46.* Beneficia prænuntiationum.

Prænuntiativus, a, um, adj. prænuntiandi vim habens. *Pl. l. 2. c. 71.* Propter piraticos terrores in speculis prænuntiativi ignes accendi.

Prænuntiatrix, icis, f. quæ prænuntiat. *Prudent. in pass. Laurent. v. 29.* vox prænuntiatrix gloriæ.

Prænuntio, a. 1. *προαγγέλλω*, ante nuntio. *Cic. 1. de Div. c. 6.* Est enim vis, & natura quædam, quæ instinctu, inflatuque divino futura prænuntiat. *Ter. Phorm. 5. 2. 12.* Abi, prænuntia hanc venturam.

Prænuntius, a, um, *προαγγελτικὸς*, quod prænuntiat. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 5.* Quæ nuper bello Octaviano magnarum fuere calamitatum prænuntiæ. *Sen. 3. de Ira, c. 10.* Procellarum sunt quædam prænuntia. Ubi videntur subitantivi more usurpari. Sic apud *Plin. l. c. c. 7.* Hæc ingentium malorum fuere prænuntia.

Præobtūro, as, a. 2. ante obturo, præclude. *Vitruv. lib. 10. cap. 12.* Præobturatores formabimus.

Præocēdo, is, di, ĭsum, *n. 3.* ante occido, ante ad occasum pervenio. *Plin. l. 18. c. 29.* Cui præcidere canticulum necesse est.

Præoccupatio, onis, f. idem ac occupatio. *Nepos in Eumen. c. 1.* Effecit etiam illud locorum præoccupatione, ut equitatu potius dimicaret, quam pedibus.

Præoccupatus, a, um, ante, vel valde occupatus. *Sen. ep. 51.* Omnes præoccupati sumus virtutes discere, vitia dediscere. *Vellej. l. 2. c. 69.* Præoccupata Alia. *Liv. l. 6. c. 23.* Præoccupati beneficio animi.

Præoccŭpo, as, avi, atum, a. 1. *præoccupare, anticipare*, קדם, Ger. *vor einnehmen, und besitzen, vorfassen*, Gal. *preoccuper, prevenir*, Hisp. *prevenir, preocuper, ganar por la mano, προμαχαιρίζω*, prævenio, anticipo. *Cic. 10. Phil. c. 1.* Quas enim partes ipse mihi sumpseram, eas præoccupavit oratio tua. *Cæsar l. 6. B. G cap. 40.* Præoccupavit animos timor. *Liv. l. 4. c. 30.* Præoccupavit ferre legem. *Col. l. 7. c. 11.* Præoccupari ulceribus.

Præopīmus, a, um, adject. valde opimus. *Tertul. de pœnit. cap. 8.* Immolat vitulum præopimum.

Præopto, as, avi, atum, a. 1. *προαιρέομαι*, ante opto, prius opto, potius opto, seu eligo, seu antepono. *Liv. l. 23.* Punicam Romanæ focicetem, atque amicitiam præoptandam esse? *Terent. Hecyr. 4. 1. 17.* Adeone pervicaci esse animo, ut puerum præoptares perire. *Nepos in Attico. c. 12.* Præoptare equitis Romani filiam generosarum nuptiis. *Plaut. Capt. 3. 5. 10.* Meumque me potius caput præoptavisse periculo ponere, quam is periret. Ubi adverte Pleonasmum *& potius*.

* Præortinātus, ante ordinatus, ut Causæ præordinatæ atque fixæ. *Aur. Acut. 1. 4.*

* Præostensus, prænonstratus. *Tert. adv. Judæos. 4. & 5.*

* Præpalpans, ante palpans. *Paul Nolan. ep. 49. al. 36*

Præpando, is, di, nsum, a 3. *πρωτεκτείνω*, ante aperio. *Lucret. l. 1. v. 144.* Clara tuæ possim præpandere lumina menti. Adde *Cic. in Acat. v. 40.* ¶ Aliquando pro prætendere sumitur. *Plin. l. 11. c. 24.* Majores interna, & cavernis exigua veltibula præpandente.

Præparātio, onis, *preparazione, πρασκευὴ*, apparatus. *Cic. 1. Off. c. 21.* In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.

Præparāto, adv. cum præparatione. *Quintil. l. 4. c. 2. de narratione.* Quam nihil præparato, nihil festinato videtur fecisse Milo!

Præparātor, oris, m. qui præparat. *Vers. l. 9. adv. Marc. c. 33.* Joannes præparator viarum Domini.

Præparatorius, a, um, adj. ad præparandum pertinens. *Ulp. l. 3. Dig. de liber. exhibit.* Superius edictum præparatorium est hujus interdicti.

Præparatūra, æ, f. præparatio. *Tert. l. 4. adv. Marc. c. 18.*

Præpărātus, us, m idem ac præparatio. *Gell. l. 10. c. 11.* Namque in præparatu rei rusticæ, per tempestates pluviasque, cum otium est, maturari potest. *Vellej. lib. 2. c. 76.* Præparatus Cæsaris habuit belli metum.

Præparātus, a, um, *præparato, προμεμελετημένος & ἕτοιμος. Cic. in Or. c. 28.* Si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit. *Horat. l. 2. ad. 10.* bene præparatum pectus.

Præparcus, a, um, *πάνυ φειδωλὸς*, valde parcus. *Pl. l. 11. c. 19.* Cætero præparcæ, & quæ alioquin prodigas, atque edaces prorumpent. *Id. l. 22 c. 24.* Animi esse humilis, & præparci.

Præpăro, as, avi, atum, a. 1. *preparare, apparecchiare*, הכין, Ger. *verbereiten, vorbinrusten*, Gal. *preparer, apparailler*, Hisp. *aparejar, πρασκευάζω*, ante paro. *Cic. 1. Off. c. 4.* Ad eamque degendam præparat res necessarias. *Id. pro Cæl. c. 15.* Habes hortos, ac diligenter eo loco præparasti, quo omnis juventus venit. *Id. de Am.* Præparare amicitias. *Id. 2. Tusc.* Philosophia præparat ad ordine, consilio, ratione. *Id. l. 8. c. 17.* Præparare hyemi cibos.

Præparvus, a, um, adject. perparvus. *Juvenc. l. 3. in Matth. cap. 13.* Præparvi sinapi grano.

Præpascor, eris, dep. 3. ante, vel valde pascor. *Cæl. Aurel. Acut. l. 2. c. 34.*

Præpedimentum, ti, n. *impedimento, προσκόλημα*, impedimentum. *Plaut. Pœn. 3. 2. 29.* Nec fallaciæ præpedimentum objectatæ.

Præpedio, is, ivi, itum, a. 4. *πεφράσσω*, idem ac *impedio*, vel valde impedio. *Plaut. Asin. 5. 2. 25.* Timor præpedit dicta linguæ. *Liv. l. 8. c. 38.* Sine modo, inquit, sese præda præpediant. *Ovid. Her. ep. 14. v. 11.* Præpedit ossa timor.

Præpēditus, a, um, impeditus. *Ter. Heaut. 3. 1. 100.* Quia in re nostra aut gaudio fumus præpediti nimio, aut ægritudine. *Cicer. pro Rab. c. 7.* Confectus senectute, præpeditus morbo. *Tacit. Ann. 2. c. 73.* Etiamsi præpeditus sit Germaniam servitio premere.

Præpendĕo, es, n. 2. *προκρεμάω*, ante pendeo. *Mart. l. 9. ep. 48.* præpender mento nec tibi barba minor. *Cæs. l. 2. B. C. c. 9.* Præpendent tegumenta.

Præpes, ĕtis, o. *veloce*, קל, *ὠκύπτερος*, quod ante aliquem volat, velox, facile accessibile. Proprie de avibus dicitur. Aves igitur præpetes erant, quæ propero volatu ante eum, qui auspicabatur, volabant. Sed tamen præpetes dumtaxat dicebantur, si superiora tenerent. Nam quæ ex altiore aeris parte in inferiorem volarent, inferæ nuncupabantur. *Serv. in 3. Æneid. v. 361.* & *Ngid.* apud *Gel. l. 6. c. 6. Fest.* Præpetere, dicebant veteres pro anteire, inde aves dicuntur præpetes, quæ se ante aspicantem ferunt. *Liv. l. 7. c. 26.* Si divus, si diva tibi præpetem misisset. *Virg. 3. Æn. v. 361.* Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ. ¶ Sumitur etiam pro alacri. *Cn. Matius* apud *Gell. l. 6. c. 6.* Dum dec vincenti præpes victoria palmam. ¶ Item pro veloci. *Cic. 1. de Div.* Præpetibus pennis, lapsuque volantem. *Val. Flac. l. 8. Arg. de columba.* Quæ super ingenti circumdata præpetis umbra, *ideest* avis rapacis, desuper circumvolantis. ¶ Item de eo, unde, vel ad quod lapsus facilis est. *Enn.* Præpetibus hilares sese, pulcrisque locis dant. *Gel. loc. cit.* dicit, locos præpetes metaphorice dici ab Auguribus, quod ut aves, quæ prosperius prævolant, præpetes vocantur, sic præpetes etiam dicuntur loci, quos capiunt ad augurandum, quod idonei, felicesque sunt. *Enn.* apud *Gel. ibid.* Brundusium pulchro præcinctum præpete porta.

Præpĕto, is, a. 3. *andar innanzi, προορμᾶν*. *Fest.* Præpetere dicebant antiqui pro anteire.

Præpigneratus, a, um, nom. partic. oppigneratus. *Ammian. l. 29. c. 12.* Colloquiis præpigneratus abstrusis.

Præpilātus, a, um, adject. *in anteriori parte in modum pilæ effornatus*, ut præpilata hasta, quæ in acumine nullum ferrum præfixum habet, sed instar pilæ rotunda & obtusa est: ut apud nos ensis præpilatus, *spada da bottone*. Hujusmodi hastis se exercebant milites in pugnis ludicris, quemadmodum apud *Hirt. de B. Afric. c. 72.* legimus, a Cæsare edoctos milites rationem pugnandi contra elephantos: hos enim in castra adductos hastis præpilatis feriebant, ut discerent, in quam corporis eorum partem tela tendere possent, cum adversos in veris præliis habuissent. Similiter apud *Liv. l. 26. c. adr.* ubi describuntur exercitationes militares sub duce P. Scipione, dicuntur milites rudibus (al. *fudibus*) inter se in modum justæ pugnæ concurrisse, præpilatisque missilibus jaculari. *Plinius* quoque *l. 8. c. 6.* narrat, inductos in circum elephantos a L. Pisone, atque, ut contemptus eorum incresceret, ab operariis hastas præpilatas habentibus per circum totum actos. *Idem l. 9. cap. 30. de cornibus lucustarum*: Cornibus, inquit, quæ sunt propria romanitate præpilata. Et translate. *Quinc. l. 5. c. 12.* Declamationes, quibus ad pugnam forensem, velut præpilatis exerceri solebamus. ¶ Nihilominus apud *Ammian.* præpilata missilia videntur esse, quæ ferro acuto prædita sunt. *Is enim l. 23. c. 6. de* pugna Romanorum cum Persis ita loquitur: Romani levius procedebant, & præpilatis missilibus, per procuratores principiis pugna tentatis. *V. Lipsii 4. Poliorcet. dial. 4.* exponit *propilatis*. h. e. emissis, conjectis. V. dictionem sequentem.

Præpilo, as, a. 1. pila emitto, pilis pugno. *Ammian. l. 16. c. 29.* Dato signo ad pugnandum, utrinque concursum est; præpilabantur missilia, &c. Al. leg. *propilabantur* eodem sensu. *Id. l. 24.* Præpilatis missilibus. V. *Præpilatus*.

Præpinguis, & gue, o. 3. *molto grasso, ὑπερπίων*, valde pinguis. *Col. l. 3.* Iraque non est vineis apta, vix etiam arbusto, nisi præpingui, & vivida terra. Adde *Virg. 3. Æn. v. 698.*

* Præpolio, is, a. 3. ante polio. *Quint. l. 2. c. 12.* literæ præpoliuntur, *al.* perpoliuntur.

Præpollens, tis, nom. ex partic. *assai potente, ὑπερέχων*, plurimum potens. *Liv. l. 1. c. 57.* Gens divitiis præpollens. *Id. l. 5. c. 34.* Virtute, & fortuna præpollens.

Præpolleo, es, n. 2. *esser più potente*, magis polleo. *Tac. 2. Ann. c. 45.* Langobardi decesse ad eum: quibus additis, præpollebat. *Apul. l. 6. Met.* Siqua in terris puella præpolleat pulchritudine.

Præponderātus, a, um, pondere valde pressus. *Solin. c. 11. a med.* (al. c. 18.) Coturnices vela incidunt, & præponderatis finibus alveos vertunt.

Præpondĕro, as, avi, atum, a. 1. *προρροπόω*, prius pondero, examino. *Stat. 8. Theb. v. 615.* Quem vicisse velint, tacite præponderat exul. ¶ Item pro pluris facere, seu æstimare. *Cic. 3. Off. cap. 4.* Neque ea volunt præponderari honestate. ¶ Item p. o anteferre. *Quintil. 8. Declam. c. 9.* Non præponderabit alterutrum, non eliget. Est etiam verbum neutrum, pro prepondere, vergere. *Sen. l. 1. de elem. c. 2.* In partem humaniorem præponderet. ¶ Item pro pluris esse, seu pluris æstimari debere. *Gell. l. 1. c. 3.* Honestas procul dubio præponderat.

Præpōno, is, si, sĭtum, a. 3. *mettere innanzi*, הקדים, Germ. *furseczen, mehr achten*, Gal. *preferer*, Hisp. *preponer, poner adelante, προτίθημι*, est ponere ante. *Sal. in Jug.* Ubicumque res postulabat, præsidium est præpositum. *Cic. 11. Fam. ep. 28.* De qua prius quam respondeo, pauca præponam. ¶ Sumitur etiam pro præficere. *Cic. pro L. Man. c. 22.* Quem bello prædonum præponeretis. ¶ Item pro præferre, pluris æstimare. *Cic. Phil. 9. c. 7.* Salutem populi Romani vitæ suæ præposuit. ¶ *Præpositi* in præterito. *Plaut. Rud. 4. 2. 11.* Lucrum præpositi fopori, & quieti.

Præporto, as, a. 1. *προφορέω*, ante me fero, vel porto. *Lucr. l. 2. v. 621.* Telaque præportant violenti signa furoris. ¶ Translate sumitur pro præ se ferre, idest signo aliquo exteriore animi affectus ostendere. *Catul. Argon. v. 194.* Frons exprantis præportat pectoris iras.

Præpositio, onis, *preposizione*, מלת מקדמות, *προθεσις*, adhus præponendi. *Ulp. l. 1. §. igitur, ff. de ædet. edict.* Igitur præpositio certam legem dat contrahentibus. *Cic. 3. Fin. c. 16.* Neque tamen illa præpositio tali ad eum, quem dici, finem pertinebit. ¶ Apud Grammaticos præpositio est pars orationis indeclinabilis, quæ cæteris partibus aut separata, aut conjuncta fere præponitur. *Cic. in Top. c. 11.* Præpositio enim *In* privat verbum ea vi, quam haberet, si *In* præpositum non fuisset.

Præpositivus, a, um, adj. qui præponitur, ut vocales præpositivæ, apud *Priscian. l. 1. pag. 561. Putsch.* Conjunctio præpositiva, apud *Diomed. l. 1. pag. 409.*

Præpositum, i, n. res quæ aliis præponitur, *τὸ προηγούμενον*. *Cic. 4. Fin. c. 26.* Ista bona non dico, sed dicam Græce προηγμένα, Latine autem producta; sed præposita, aut præcipua malo. *Id. ib.* Bonum ex quo appellatum sit, nescio, præpositum ex eo credo, quod præponatur aliis. *Id. 1. Acad. c. 10.* Zeno bona, quæ pluris essent æstimanda, ea præposita appellabat. *Luer. l. 6. v. 996.* Quapropter bene ubi hæc confirmata, atque locata Omnia constiterint nobis præposita, *quæque promessa, questi principii.*

Præpositūra, æ, f. *prepositura*, פקדה, *προστασία*, officium, & dignitas præpositi. *Lampr. in Heliogab. c. 6.* Militaribus etiam præposituris, & legationibus venditis, Adde in *Alexandro, c. 46.*

Præpositus, i, m. *prepósito*, שׂר, *ἔπαρχος*, præfectus, præsertim in re militari. *Suet. in Othone, c. 1.* Ausus etiam milites quosdam, quod præpositos suos occiderant, capite punire. Adde *Tac. 1. hist. c. 36.*

Præpositus, a, um, nom. ex partic. *prepósto*, præfectus alicui rei. *Cic. 1. Divin. c. 24.* Præpositæ oraculo sacerdos. *Tacit. 1. hist. c. 20.* Præpositi exactioni equites.

Præpŏsĭum, tis, n. anom. præpolleo, prævaleo. *Tacit. l. 5. Ann. c. 8.* Postquam Macedones præpotuere.

Præpostĕre, adv. *arrovescio*, לאחר, לְמוֹרִיא, *ὕστερον πρότερον, πρωϋστέρου*, ordine contrario, perturbato ordine, perverse. *Cic. Act. l. 7. ep. 16.* Omnes arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentium. *Id. Acad. l. 4. c. 20.* Ut præpostere tecum agam.

Præpostĕritas, atis, f. ordo præposterus. *Arnobi. l. 3. p. 118.* Græci nominis præposteritas.

Præpostĕrus, a, um, *rovescio, fuor d'ordine, confuso*, מעורך, Ger. *verkehrt, derælles hinderfich thun*, Gal. *qui fait tout au rebours*, Hisp. *bevbo, dicho, o fuesto al reves, πρωϋστέρος*, inversus, perversus, confusus, perturbatus, qui rerum ordinem perturbat. *Cic. l. 15. Fam. ep. 17.* Præposteros habes tabellarios. *Id. 3. de Or. c. 1.* Non disceptis sententiis, non præposteris temporibus. *Id pro Rab. Post. c. 3.* Quid tam insolens, tam perversum, præposterumve dici, aut excogitari potest? ¶ *Præpostera libido*, h. e. prædicendi artium: *præposteri homines*, h. e. prædicatores. *Jul. Firmic.* ¶ Interdum sumitur pro contrario, vel adverso. *Ovid. l. Trist. el. 8. v. 5.* Omnia naturæ præposteta legibus libant.

Præpŭtens, entis, o. *molto potente, ὑπερίσχυος*, valde potens. *Cic. pro Balbo, c. 15.* Præpotens terra, marique Carthago. *Pl. l. 36. c. 5.* Præpotens opibus.

Præpotentia, æ, f. magna potentia. *Tert. l. 2. adversus Marcion. c. 7.* Deus per præscientiam, & præpotentiam suam interceſſisse potuisse.

* Præpōto, as, ante poto, præbibo. *Cæl. Aurel. Acut. lib. 3. cap. 17. Sect. 159. & 160. & lib. 5. Chron. cap. pen. Sect. 120.* præpotat ægrotantes: præpotandus æ grotus, &c.

Præpropĕranter, adv. præpropere. *Lucret. l. 3. v. 781.* certareque præproperanter.

Præpropĕre, adv. *λίαν πρωΐως*, valde celeriter, nimium celeriter. *Liv. l. 37. c. 23.* Præpropere festinans. *Id. l. 22. c. 19.* Præpropere, & raptim.

Præpropĕrus, a, um, *molto frettoloso*, טורח, Ger. *zu viel schnell, fruh*, Gal. *fort hâtif, & foudain*, Hisp. *muy presuroso, yabincado, μετὰ σπουδερχὴς*, valde, seu nimis celer. *Cic. l. 7. Fam. ep. 8.* Sed ex tuis literis cognovi præproperam quamdam festinationem tuam. *Liv. l. 22. c. 41.* Ingenium præproperum, *precipitoso. Val. Max. l. 5. c. 3. n. 6.* Præproperus amor.

Præpulcher, a, um, adj. valde pulcher, ut præpulchra lucra. *Juven. c. l. 1. 432.*

* Præpurgo, as, *προκαθαίρω*, ante, vel valde purgo. *Cæl. Aurel. Tard. l. 1. c. 4. Sect. 128.* ægri præpurgentur.

Præpuriatio, onis, f. præputii conservatio: cui opponitur circumcisio. *Tert. l. 5. adv. Marcion. c. 9. a med.* (ex *Apost. ad Galat. 5. 6.*) & *c. 13.*

Præputiātus, a, um, adject. præputium habens, incircumcisus. *Tert. l. 5. adversus Marcion. c. 9.*

Præputium, ii, *πόδη*, pellis, quæ glandem, hoc est summam colis partem tegit, a *προτόδιον*, elisio σ. *Juv. Sat. 14. v. 99 de Judæis.* Mox & præputia ponunt.

* Præquam, plus quam, præter quam. *Plaut. Merc. 1. 1. 22.* præquam res patitur.

Præquĕror, eris, stus sum, dep. 3. ante, vel multum queror. *Ov. 4. Met. v. 251.* Multaque præquestus, Tanges tamen æthera, dixit.

Prærabidus, a, um, adj. valde rabidus. V. *Præripidus*.

Præradio, as, a. 1. *ὑπερλάμπω*, præluceo. *Ovid. Heroid. ep. 6. v. 116.* Præradiant stellis signa minora suis.

Prærādo, is, a. 3. *ἀποξέω*, idem ac rado, vel abrado. *Cato R. R. c. 41.* Vitis utriusque latus alterum præradito oblique.

Præ-

Prærancidus, a, um, *πεπαλαίωμενος*, valde rancidus, exoletus. *Gell. l. 13. c. 20.* Non finitiones illas prærancidas, neque facundas grammaticas spostaveris.

Prærapidus, a, um, *πανσθοὸς*, valde rapidus, five celer. *Sil. l. 16. v. 564.* Præraptus fuga. *Seneca 1. de Ira, c. 12.* Ita præripida, & anceps. Al. leg. *prærabida.*

* Præræfus, a, um, ante rasus, in anteriori parte rasus. *Paul. Nolan. ep. 7. al. 22. Cæl. Aurel. Tard. l. 5. c. 4.* Prærasi capilli.

Præreptus, a, um, nom. ex partcip. fublatus, ablatus, furreptus. *Aurel. Vict. de Vir. illustr. c. 5.* Immatura morte præreptus. *Sil. l. 4. v. 240.* Virtus Præcepta. *Claudian. de B. Gildon. v. 253.* cupidis præreptus ab altris.

* Præreptor, oris, qui præripit. *Hier. ep. 125. al. 36.* præreptor adstiterat.

* Prærigĕo, es, valde rigeo. *Pacuv. Ann. 13. 35.* ita præriguisse manus, ut oneri adhærentes trunci brachiis decideretur.

Prærigĭdus, a, um, adject. valde rigidus, seu asper. *Quint. declam. 17. cap. 7.* Vos ignoros prærigidæ mentis affectus vocabulo molliore lenitis.

Præripia, orum, n. loca vicina ripis fluminum, ut præripis fluminis, apud *Apul. in Apol. & Serv. ad Æn. 6. v. 704.* Quæ est juxta præripia fluminis. Alii utroque loco *præruptis* legunt. *Gronov. lib. 1. Observat. c. 20.* ex MSS. priorem lectionem retinet.

Præripio, is, ipui, eptum, a. 3. *rapire innanzi, προαρπάζω*, ante rapio, ante capio. *Plaut. Cas. a. 1. ver. 14.* Hinc venisti sponsam præreptum meam? ¶ Transferur etiam ad res inanimatas. *Cic. de Arusp. resp. 3.* Cui me præripere despondam jam, & destinatam laudem, valde esset iniquum. ¶ Sæpe sumitur pro prævenire, præoccupare. *Cic. 1. Off. c. 30.* Facile celare, tacere, dissimulare, indistri, præripere hostium consilia. *Sed alii legunt præcipere. Id. 5. Fam. ep. 16.* Præripere aliquid consilio.

Præroborātus, a, um, adject. valde, vel ante roboratus, firmatus, ut præroboratum corpus. *Cæl. Aurel. Tard. l. 4. c. 1.*

Prærŏdo, is, a. 3. *παρεροίγω*, vehementer rodo, *Col. de arb. c. 15.* Id fere præroditeneros adhuc pampinos, & uvas. *Id. lib. 2.* Nam si sæpius cacumina manu præfracta, aut a pecore prærosa fuerint. *Adde Plin. l. 9. c. 43.*

Prærogativa, æ, f. *prerogativa*, יתר, יתרון, *προτιμὴ, προτέρημα*, proprie significat suffragium, quod a Centuria, seu Tribu prærogativa datur, h. e. a Centuria habente jus, ac privilegium, ut prior suffragia conferat; & quia plerumque cæteræ Tribus, vel Centuriæ prioris exemplum sequuntur, ideo prærogativa, aut ait *Asconius* significat etiam aliquid dictum, aut factum liberaliter ab eo, qui nobis beneficturus est, ante ipsum beneficium præstitum; quo demonstrat suam in nos propensam voluntatem, unde bene sperare debeamus. *Cic. in Verr. act. 1. c. 9.* Qui (*Metellus*) quam isti sic amicus, attendite, dedit enim prærogativam fuæ voluntatis ejusmodi, ut isti pro prærogativis eam dedisse videantur, h. e. dedit restimonium fuæ benevolentiæ pro tribubus prærogativis, Verris pecunia ebladitis ad Metellum consulem ereandum. *Idem 1. de Div. c. 45.* Prærogativam majores omen justorum comitiorum esse voluerunt. *Cato ad Cic. l. b. 15. Fam. epist. 5.* Quod si triumphi prærogativam putas supplicationem, *h. e.* si putas supplicationem antelie triumphum, illumque necessario portendere. *Liv. lib. 21. c. 3.* Haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, qua exemplo juvenis Annibal imperator ingenti omnium assensu appellatus erat, favor etiam plebis sequeretur. ¶ Translate sumitur pro privilegio, auctoritate, aut præstantia, qua quis alteri in aliqua re præfertur. *Ulpian. l. Observare. Dig. de offic. Proconf.* Magni enim faciunt provinciales, servari sibi consuetudinem istam, & hujusmodi prærogativam. *Arrius Actus l. 1. Dig. de veteran.* Veteranorum privilegium etiam in deliciis habet prærogativam. V. in dict. sequenti.

Prærogativus, a, um, quod primo rogatur, seu interrogatur, ut Tribus, & Centuria prærogativa, quæ prima ferebat suffragia, Comitia prærogativa, quæ instar Tribus, vel Centuriæ prærogativæ bonam voluntatem erga aliquem Candidatum ante secundam suffragationem præ se ferebant. Suffragium prærogativum, quod primo latum est, Omen prærogativum, quod Tribus, vel Centuria prærogativa alicui Candidato offerebat de Magistratu adipiscendo, vel non adipiscendo. *Cicer. pro Planc.* Cujus in honore non unius Tribus pars, sed Comitia tota Comitiis fuerint prærogativa? hoc est, præjudicatam opinionem, auctoritatemque afferentia. Alii legunt *prærogata. Id. pro Mur. cap. 18.* Tanta illis Comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit prærogativum. ¶ *Prærogativa Tribus* (ut iterum diligentius explicem) dicebatur, quæ in Comitiis Tributis sorte educta prima omnium ante Tribus jure vocatas, suffragium ferebat: similiter Centuria Prærogativa erat, quæ in Comitiis Centuriatis sorte educta ex aliqua Tribu, seu ex Centuriis alicujus Tribus (quæ & ipsa ex 35. Tribubus sorte educta fuerat) prima omnium Centuriarum ad suffragium ferendum vocabatur. Cæteræ Tribus, vel Centuriæ, quæ post Prærogativam suffragabantur, dictæ sunt jure vocatæ, quod non sorte, ut Prærogativa, ad suffragium vocarentur, sed singulæ jure, & ordine suo. *Cic. 2. Phil.* Ecce Dolabellæ Comitiorum dies: sortitio Prærogativæ, quieſcit: renuntiatur, tacet: prima classis vocatur, deinde, ut assoler, suffragia: tum secunda classis. *Id. 2. de Div.* Qui in prærogativa referenda subito concidisset. *Liv. l. 10. c. 22.* Q. Fabium & Prærogativa & primo vocatæ omnes Centuriæ Consulem cum L. Volumnio dicebant.

Prærōgo, as, a. 1. *προερωτάνω*, ante rogo, primo loco rogo, seu interrogo. *Cic. pro Planc. c. 20.* Cujus in honore non unius Tribus pars, sed Comitia tota Comitiis fuerint prærogata? Ita legunt *Siganius, Doletus*, & alii. Alii *prærogativa*. ¶ Interdum sumitur pro repræsentare, ante diem solvere. Ulp. *l. sed addes, ff. loc. & conduc.* Nam inter eum, qui per errorem solvit, & eum, qui pensionem intregram prærogavit, multum interest.

Prærōsus, a, um, partic. corrosus. *Horat. lib. 2. sat. 5. v. 25.* Insidiatorem prærosofugerit hamo.

Prærumpo, is, upi, uptum, a. 3. *προκαταβρήγνυμι*, idem, ac rumpo, vel prius rumpo. *Ovid. 14. Met. v. 547.* Stuppea prærupit Phrygiæ rectinacula puppis.

Prærupte, adv. *ruinosamente, κρημνωδῶς*, abrupte. *Plin. l. 34. cap. 14.* Mons præ rupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materia est.

* Prærupte, abrupte, ut Mons prærupte altus. *Plin. 34. 14.*

Præruptus, a, um, *erto, scosceso, precipitoso*, נופל, נורא, *ἀπότομος, κρημνώδης*, abruptus, disjectus, præceps. *Cic. 7. Verr. c. 56.* Prærupta saxa tenuisse, dicuntur. *Virg. 3. Georg.* Tot congelta manu præruptis oppida saxis. *Col. l. 3. c. 13.* Præruptior collis. *Hirt. lib. 8. Gallic. 53.* Præruptissima saxa. ¶ Absolute prærupta, orum, *precipizj. Plin. l. 8. c. 32.* Ad prærupta ducunt, saltumque demonstrant.

* Prærutĭlus, valde rutilus. *Auct. carm. de jud. Domini, cap. 8.* Omnia prærutila miscet non invida lucet.

Præs, ædis, m. *mallevadore, sicurtà*, תוקע יד, בן תערובות, Germ. *vertreter ad. burg von einen andern*, Gal. *répondant, garant, caution*, Hisp. *fiador*, ἔγγυος, sponsor, qui se pro alio obligat, ideit promittit, se, si quid incommodi fiat, plene satisfacturum. Secundum *Varronem l. 5. de L. L. c. 7.* dictus videtur, quia pro alio præstat, seu quia præs est, secundum *Festum*. ¶ Differt a vade, quia vas appellatur, qui pro alio vadimonium promittit in re capitali, præs est fidejussor in re numinaria. *Asconius in Verrem.* Quis subit in pœnam capitali judicio? vas. Quid, si lis fuerit nummaria? quis dabitur? præs. *Cic. lib. 2. Fam. ep. 17.* Laodicea me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, ut & mihi, & populo cautum sit sine vecturæ periculo. *Nepos in Att. cap. 6.* Nullius rei neque præs, neque manceps factus est. *Cic. 3. Verr. c. 57.* Prædes accipere. *Id. ib. c. 54.* Prædibus, & prædiis populo cavere. *Idem pro Fabio. Postho. c. 4.* Prædes dare. *Id. Att. l. 9. ep. 9.* Agere per prædem. ¶ *Boni prædes* qui sint, V. in *Prædium*. ¶ *Vendere prædes*, est vendere bona ejus, qui præs feu fidejussor fuit pro illo, qui fidem obligatam non liberavit; quemadmodum Claudius dicitur *venalis pependisse lege prædatoria* apud *Suet. in ejus vita, c. 9.* non quod ipse Cladius, sed quod bona ejus vendita sint. *Cic. Phil. 1. c. 31.* Ne L. Plancus prædes suos venderet. ¶ Translate *Id. Att. l. 6. ep. 1.* Cum sex libris, tamquam prædibus, me ipsum obstrinxerim.

* Præsagātus, a, um, præsagiendo formatus. *Hier. ep. 41.* fcalam præsagatam Jacob somniante jam scandit.

Præsāgio, is, a. 4. *presentire, indovinare*, קסם, Ger. *vormere ken und spuren, voeissagen*, Gall. *présager, déviner*, Hisp. *divinar, προφητεύω*, præsentio, sentio rem, antequam contingat, a *sagio*, quod est acute sentire. *Cic. 1. de Div. c. 31.* Neque enim illud verbum temere confuetudo approbavisset, si ea res nulla esset omnino Præsagibat animus, frustra me ire, eum exitium domo. Sagire enim sentire acute est. Ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt, & sagaces dicti cantores. Is igitur, qui ante sagit, quam oblata res est, dicitur præsagire, ideſt futura ante sentire. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. epist. 10.* Exiguitas copiarum recessum, non diminicationem mihi tuam præsagiebat. *Liv. l. 30. c. 20.* Præsagire animo.

Præsăgior, iris, d. 4. idem, ac præsagio. *Plaut. Bacch. 4. 4. 28.* Jam animus isthoc dicto plus præsagiatur mali.

Præsāgitio, onis, *presezione, προαισθησία*, præsensio rerum futurarum, divinatio. *Cic. 1. de Div. c. 31.* Inest igitur in animis præsagitio exterinseus injecta, atque inclusa divinitus. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. *Id. ibid. cap. 54.* Cum ureter, qua soleo, præsagitione divina.

Præsāgium, ii, *presagio, profezia*, נחש, Germ. *vorsagung, vorsissagung*, Gall. *présage, prévoyance*, Hisp. *divinativo, presagio, προμάντευμα, προφητεία*, præsensio, divinatio. *Col. l. 11. c. 1.* Quantumvis utile contingat villico tempestatis futuræ præsagium. *Ov. 6. Met. v. 510.* Præsagia mentis.

Præsāgus, a, um, *presago, indovino*, קוסם, Germ. *vormerekend, forspurend*, Gall. *qui prévoit, devin*, Hisp. *el que divina, y prevee, μάντικος*, qui præsagit, futura præsentiens, vates. *Virg. 10. Æn. vers. 463.* Agnovit longe gemitum præsaga mali mens.

Præsanātus, a, um, nom. ex partcip. nimis celeritee fanatus. *Plin. l. 26. cap. 14.* Vulneribus præsanatis radix decocta, &c.

Præsano, as, n. 1. ante sanus fio, *προγυιάσκομαι*. *Plin. l. 24. c. 10.* Cortex ejus interior cicatrices, quæ præsanavere, aperit.

Præsauciātus, a, um, nom. ex partcip. valde, vel ante sauciatus, ut præsauciatæ vires. *Cæl. Aurel. Acut. l. c. 3.*

Præscatĕo, es, n. 2. *abbondare*, idem ac scateo, abundo. *Gell. l. 14. c. 6.* Et simul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat, præscatentem.

Præscientia, æ, f. *presciezza, προγνωσις*. *Martian. Capell. l. 1. pag. 12.* & *Augustin. l. 5. de civ. Dei, c. 9.*

Præscindo, is, idi, issum, a. 3. ante scindo, separo, divido. *Vitruv. l. 5. c. 7.* Inferiores sedes præscindantur. Alii leg. *præcindantur.*

Præscio, is, ivi, itum, a. 4. *saper innanzi, προγινώσκω*, ante scio. *Ter. And. 1. 5. 4.* Nonne oportuit præscisse me ante?

Præscisco, is, n. 3. idem ac præscio, vel præsentisco. *Liv. l. 27. c. 35.* Præsciscere, quam quisque eorum provinciam, quem hostem haberet. *Virg. 4. Georg. v. 70.* Longe præsciscere.

Præscītio, onis, f. præscitum. *Ammian. l. 29. c. 1.* Præscitionum auctor.

Præscītum, i, *pronostico, προγνωστικὸν*, divinatio, augurium, ostentum. *Plin. l. 10. c. 18.* Unum eorum præscitum transire non possum. *Id. ib. sub fin.* Utrum ne sint aliqua præscita animi quiescentis.

Præscius, a, um, *προειδὼς*, qui ante scit. *Virg. 6. Æn. v. 66.* Tuque o sanctissima vates Præscia venturi.

Præscribo, is, psi, ptum, a. 3. *prescrivere, scrivere innanzi*, צוה, Ger. *vorschreiben*, Gal. *prescrire*, Hisp. *prescrivir, προγράφω*, ante, five prius scribo. *Cic. l. 13. Fam. ep. 29.* Cui enim præscripsimus iis, quibus ea negotia mandavimus. ¶

ad nocendum habent vires. *Id.13.Phil.* A quo tibi præsentem pestem vides comparatam. *Virg.2.Georg.v.126.* quo non præsentius ullum auxilium venit. *Colum. l.6.c.14.* Præsentissimum remedium. *Horat.l.1.od.35. de Fortuna.* Præsens vel imo tollere de gradu. ¶ Quandoque pro forti, ut Animus præsens. *Cic. 1. Off. c.23.* Præsentis animi tui consilio. ¶ Quandoque pro propitio, queniam is, qui præsens est, nobis propitiator facilius, si invocetur, & citius, quam is, qui præsens non est. *Virg. 1. Georg.* Et vos agrestium præsentia numina, Fauni, ferte simul, Faunique pedem, Dryadesque puellæ. Adde *Cic. Catil. 1. c. 9.* ¶ Quandoque pro *paato*, vel in promptu. *Cic. Att. l. 2.* Pro eo tibi præsentem pecuniam solvi imperavi. ¶ In præsens, significat præsenti tempore. *Cic. ad Brut. epist. 15.* Quam ut in præsens sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterreremus. ¶ *In præsens*, est præsenti tempore. *Cicer. 1. Fam. ep. 10.* Hæc ad te in præsenti scripsi. ¶ Eodem sensu dicimus *ad præsens*. *Sueton. in Tito, c. 6.* Ita ad præsens multum contraxit invidiæ. Adde *Tacit. Ann. 13. c. 22.* Venire in rem præsentem, est in eum locum venire, de quo controversia est, ex. gr. in agrum, in ædes, vel venire in judicium, cum res agitur coram judice. *Cic. 1. de Orat. c. 58.* An vero si de re ipsa, si de finibus, cum in rem præsentem non venimus, &c. ? *Id. 1. Offic.* Ut si constituëris te cuipiam advocatum in rem præsentem venturum. ¶ *In re præsenti*, est in loco, de quo controversia est, *sul facto. Quintil. l. 6. c. 2.* Occisum hominem queror; non omnia, quæ in re præsenti accidisse credibile est, in oculis habebo. *Plaut. Casin. 2. 8. 63.* In re præsenti consulere æquum est. ¶ Veteres dixere *præsente pro præsentibus*. *Pompon.* apud *Non. c. 2. n. 660.* Præsente testibus mihi vendidit. *Mav. ibid.* Præsente omnibus. Si absente nobis, apud *Terent. 4. 3. 7.* Præsente suis, apud *Fenestell.* teste *Non. c. 2. n. 660.*

Præsensio, onis, *presensione, profezia, προνοια*, actus præsentiendi, præsagitio, divinatio. *Cic. 1. de Div. c. 1.* Versari quamdam inter homines divinationem, quam Græci *μαντικὴν* appellant, idest præsensionem, & scientiam rerum futurarum. *Id. 2. de nat. Deor. c. 3.* Prædictiones vero, & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant, &c.

Præsensus, a, um, *presentito. Cic. 1. de Div. c. 55.* Si unum aliquid ita sit prædictum, præsensumque. *Id. ib.* Pauciora divine præsensa, & prædicta.

Præsentalis, le, adject. præsens, qui præsens adest, ut præsentales milites, *h. e.* præsentes in comitatu principis, *l. ult. Cod. de re militi.* Et præsentales domestici, *l. ult. Cod. de domest. & protect.*

Præsentanée, adv. in præsenti, statim, brevi tempore. *Theodor. Priscian. in præfat. l. 1. ad Timot. Fr.* Confeci nonnullos præsentanee libellos.

Præsentaneus, a, um, *che opera subito*, προχειρικὸς, quod in præsens subito fit, seu potius quod præsentem habet efficaciam. *Plin. l. 21. c. 31.* Præsentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos. *Id. l. 24. c. 1.* Præsentaneum venenum.

Præsentarius, a, um, quod præsens est, vel quod præsentatur. *Plaut. Most. 2. 1. 14.* A me argentum perito præsentarium.

Præsentia, æ, *presenza*, לִפְנֵי, Germ. *gegen wertigkeit*, Gal. *presence*, Hisp. *presencia*, actus ille, quo quis præsens est. *Cicer. 2. de nat. Deor.* Præsentiam sæpe Divi suam declarant. *Id. ibid. c. 66.* Præterea ipsorum Deorum sæpe præsentias, quales supra commemoravi, declarant, &c. ¶ In præsentia, est præsenti tempore, idest quod vel præsens est, vel fuit, vel erit. *Cic. Att. lib. 8.* Quot in præsentia cohortes contra te habeat Cæsar. *Id. 3. Verr.* Neque in præsentia, Tymachidi quid responderet, habuit. *Nepos in Alcib. cap. 4.* Id quod in præsentia vestimentorum fuit, arripuit. ¶ Præsentia animi, *παρόντμα*, est præsidentia, & robur animi. *Cic. pro Mil. c. 23.* Videbant enim sapientissimi homines facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam. ¶ In præsentiarum. V. *Imprasentiarum*, ¶ Præsentiam sui facere, *comparire*, apud JCtos, *Paul. l. 42. Dig. tit. 1. leg. 47.* & 53.

Præsento, as, si, tum, a. 4. *presentire*, יָרֵא, Germ *vermercken, und spuren*, Gal. *presentir*, Hisp. *presentir*, *προαισθάνομαι*, ante, vel prius sentio, præsonco, futura ante sentio. *Plaut. Trin. 5. 2. 135.* Feciffet ædepol, nisi hæc præsensissent canes, *Cic. 2. de Div. c. 48.* Censent esse in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, ex quo futura præsentiant. *Id. pro Arch.* Certe si nihil animus præsentiret in posterum. *Liv. l. 21. c. 49.* Præsensum tamen est, quia luna pernox erat. ¶ Inzerdum idem est, ac simplex sentio, vel a longe sentio. *Plin. l. 28. c. 2.* Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est.

Præsentisco, is, n. 3. idem ac præsentio. *Plaut. Amph. 1. 3. 29.* Nunc, ne legio præsentiscat, clam illuc redeundum est mihi. Adde *Terent. Heaut. 4. 5. 23.* Utrobique tamen alii leg. *persentisco*.

Præsento, as, a. 1. *presentare*, הִקְרִיב, Ger. *zugegen bringen, furstellen*, Gal. *presenter, ou representer*, Hisp. *representar*, *παρίστημι*, præsens facio, præsens exhibeo, offero, a *præsens. Aurel. Vict. de Vir. Illustr. c. 77.* Caput ab Achilla Ptolemæi satellite Cæsari præsentatum est. ¶ Est etiam referre, speciem præbere, *rappresentare. Plin. l. 37. c. 19. sect. 67.* Sarcites bubulas carnes præsentat. ¶ Asseruntur a plerisque Lexicographis duo insuper exempla, alterum ex *Quintil. l. 11. c. 2.* alterum ex *Plin. l. 37. c. 10.* sed utroque loco optimæ quæque Editiones habent *representa*.

Præsepe, is, n. *presepio, stalla*, אֻרְוָה, Ger. *ein krippfe, ein stall*, Gal. *la creche ou auge d'un étable, creche*, Hisp. *pesebre*, *φατνη*, locus præsepius, ubi pecudes stabulantur, a *præ*, & *sepis*, vel *sepio. Virg. 7. Æn. v. 275.* Stabant ter centum nitidi in præsepibus altis. ¶ Per Synecdochen præsepe linter concavus dicitur, in quo pabulum jumentis ponitur, *presepio, mangiatoja. Colum. l. 1. c. 6.* Non altius præsepia edita esse convenit, quam ut bos, aut jumentum sine incommodo stans vesci possit. ¶ Dicitur etiam de alveo, seu loco apum. *Virg. 4. Georg. v. 168.* Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent. ¶ Translate ponitur pro tupanari. *Cic. in Pison. c. 18.* Verum audis in præsepibus, audis in stupris. ¶ Item pro mensa. *Horat. l. 1. ep. 15. v. 28.* Non qui certum præsepe teneret imprudens. ¶ *Præsepia, orum*, num. pl. & gen. n. est parva pubecula in cœlo, ita dicta, quod in ea aselli stabulari videantur. *Plin. l. 18. c. ult.* V. Asellus.

Præsæpes, is, f. præsepe. *Cato R. R. c. 5.* Bubilia bona, bonas præsæpes.

Præsepia, æ, f. idem ac præsepe. *Varro de R. R. l. 9.* ut citat *Non. c. 3. n. 160.* Is habebat culinam rusticam unam, præsepiam latam, cellam vinariam. *Id. l. 1. R. R. c. 13. in fin.* Habere præsepias laxas.

Præsepio, is, ipsi, ptum, a. 4. *serrare d' ogni intorno, περιφράττω*, sepe, vel septo includo, circummunio. *Cæs. l. 1. B. C. c. 27.* Aditus aurem, & itinera duo, quæ extra murum ad portam ferebant, maximis defixis trabibus, atque eis præacutis præsepit.

Præsæpio, *vel* Præsæpes, is, f. idem præsepe. *Plaut. Curc. 2. 1. 13.* Reciperet se huc etiam ad præsepim suam. *Nonius c. 3. n. 160.* legit *præsepiam. Id. Cæs. prolog. v. 57.* Futurum quod amat intra præsepes suas, *h. e.* in sua potestate.

Præsepium, ii, n. idem quod præsepe. *Apul. lib. 9. Metam.* Cibariis abundanter instruxit præsepium.

Præsepultus, a, um, adject. ante sepultus. *Quintil. declam. 9. sub fin.* Video senem, meliore sui parte præsepultum.

Præseratus, a, um, referatus, apertus. V. *Præsecatus.*

* Præsero, is, ante femino, ut Præferere æternæ femina lætitiæ, *Paul. Nolan. car. 32. v. 445.*

Præsertim, adv. *specialmente*, מִן, Ger. *voraus, sondarlich*, Gal. *principalmente, specialement*, Hisp. *specialmente*, ἄλλως τε, præcipue, ante alia, a *præ*, & *sero*, qua notat nectere, seu jungere. Dicitur enim præsertim, quando aliquid serie est ante alia. *Cic. pro Flac. c. 17.* Præsertim quod tua negligentia factum arbitremur. *Terent. Phorm. 1. 2. 5.* Præsertim ut nunc sunt mores.

Præservio, is, n. 4. idem ac servio. *Plaut. Amph. prol. v. 126.* Ut præservire meo amant possim patri.

* Præservo, as, observo, conservo. *Aurel. lib. 3. cap. 8.* vitæ consuetudinem præservare.

Præses, idis, com. *presidente*, פָּקִיד, נָצִיב, Ger. *ein landvogt, landpfleger*, Gall. *president*, Hisp. *alcade*, ἡγεμών, qui dignitate præsidet, qui aliis præest, a *præsidendo. Cic. Agr. 2. c. 6.* Per Tribunum plebis, quem majores præsidem libertatis, custodemque esse voluerunt. *Id. pro Dom. c. 55.* Custos, & præses templi. *Ovid. 15. Metam.* Cæsar rerum præses. ¶ Dii Præsides, *Dei tutelari. Cicer. pro Sext. c. 65.* Senatus Reip. custos, præsides sunt Penates. ¶ Nomen præsidis, inquit *Mater. JCtus l. 1. Dig. de offic. Præs.* generale est, eo quod & proconsules, & legati Cæsaris, & omnes Provincias regentes præsides appellentur. V. *l. 1. Dig. tit. 18.* ¶ Aliquando ponitur pro auxiliatore, & defensore. *Liv. l. 6. cap. 16.*

Jupiter, Junoque regina, siccine vestrum militem, ac præsidem finitis vexari? hæc dextra, qua Gallos fudi, &c. ¶ Præses locus, pro tuto. *Plaut. Cas. 5. 1. 12.* Senex, quo nequior nullus vivit, ne illum quidem nequiorem arbitror esse, qui locum præbet illi nunc præsidem. ¶ In fœmin. gen. *Sen. Hippolyt. v. 108.* Adjudicatam præsidem terræ Deam.

* Præseft. V. Præs.

Præsiccatus, a, um, adject. ex particip. bene, vel ante siccatus. *Apul. de herb. c. 124.* Succus sole præsiccatus.

Præsiccus, a, um, adject. valde siccus. *Prudent. peristeph. 2. v. 141.* Præsicca rursus vulnera diluere.

Præsidalis, le, adject. ad præsidem pertinens, ut præsidalis justio, *lib. 11. Cod. de stagnat. alt.* Adde *Ammian. l. 29. c. 1. (al. c. 2.)*

Præsidatus, us, m. officium, & dignitas præsidis. *Auson. in Professorib. 15. v. 18.* Honore gesti præsidatus inclytus. *Aurel. Vict. de Cæsarib. c. 29.* Qui Macedonas præsidatu regebat. Adde *Mostell. l. 6. Dig. de Excusat.*

Præsidens, tis, m. *presidente*, idem a præses. *Tertull. de cor. milit. c. 3.*

Præsideo, es, edi, ssum, n. 2. *presedere, esser presidente*, יָשַׁל, Germ. *vorstehen, verwalter seyn*, Gall. *presider*, Hisp. *ser presidente*, προεστῶτα, sedeo ante alios, præsum, sedeo ad gubernacula alicujus provinciæ. *Cic. 13. Phil. c. 9.* Et omnes Deos, qui huic urbi præsident. *Suet. in Tiber. c. 6.* Præsedit & Actiacis ludis. *Cic. pro Mil. c. 37.* Alicui judicio præsidere. ¶ Significat etiam præsidio esse. *Plaut. Mostell. 5. 1. 47.* Hic ego tibi præsidebo. *Curc. 1. 3. c. 1.* Naves, quæ Helispontо præsiderent. ¶ Reperitur etiam cum accusativo. *Tacit. Ann. 1. c. ap. 29.* Scripsit P. Atellio, qui Pannoniam præsidebat. *Id. Ann. 3. c. 39.* Is proximum exercitum præsidebat. ¶ Præsidere dicuntur Magistratus, cum officio suo funguntur. *Sueton. in Aug. c. 35.* Quo tempore existimatus lorica sub veste munitus, ferroque cinctus præsedisse. Adde *c. 26.*

Præsidero, as, n. 1. est, quando sidera citius hybernam tempestatem apportant, quam ex anni tempore rusticum vulgus collegisset, *προκαμάτιον*, *Fest.* Præsiderare dicitur, cum maturius hyberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus.

Præsidialis, le, adject. idem quod Præsidalis, ut præsidialis apparitor. *Ammian. l. 17. c. 3.* Adde *l. 28. c. 1.*

Præsidiarius, a, um, שׁוֹמֵר, φρουρὸς, quod paratur, ut præsidio sit. *Liv. l. 29. c. 8.* Præsidiarii milites, *soldati di guarnigione.* ¶ *Præsidiarius palmes* in vitibus, idem est qui custos. *Colum. l. 4. c. 15.* Et præsidiarii malleoli propagandi sunt. ¶ *Toga præsidiaria* est, quam Præses gestat. *Spartian. in Severo, c. 1.* Cum ad cœnam imperatoriam palliatus veniffet, qui togatus venire debuerat, togam præsidiariam ipsius Imperatoris accepit.

Præsidiatus, tus, m. idem quod Præsidatus, *Monumentum vetus in Spon. Miscell. pag. 36.*

Præsidium, ii, n. *presidio, guardia*, מִצְפֶּה, Germ. *beschutzung*, Gal. *garnison*, Hisp. *guarnicion*, φρουρὰ, custodia, statio militum, qui ad defensionem castrorum, vel urbis, vel arcis, vel personæ destinati sunt, & metonymice ipsi milites cum præfecto, qui custodiam gerunt, a *præsidendo. Cæs. l. 1. B. G. cap. 8.* Præsidia disponere. *Cic. Phil. 1. c. 10.* Collocare armatos in præsidiis. *Id. pro Cluent. c. 57.* Constituere præsidia in arce, *mettere soldati di guarnigione. Liv. l. 24. c. 7.* Imponere præsidium civitati. *Cæs. l. 1. B. Civ. cap. 13.* Introducere præsidium in oppidum. *Et cap. 12.* Cohortes ex præsidiis deducere. *Et l. 3. c. 15.* Præsidii locum tenere. *Et c. 23.* Præsidium dejicere. *Cic. 1. Fam. ep. 7.* Præsidiis aliquem locum firmare. ¶ Pro loco. *Cic. Phil. 12.* Hæc mea sedes est, hæc vigilia, hoc præsidium statuum. *Id. pro Ligar.* Esse in præsidiis. *Cæs. l. 3. B. Civ. c. 45.* Præsidium occupare. ¶ Pro auxilio, seu subsidio militari. *Tacit. Ann. 1. c. 39.* Legatos præsidio auxiliarium equitum dimisit. ¶ Translate sumitur pro quovis auxilio, & tutela. *Ter. Heaut. 5. 2. 14.* Tuæ stultitiæ exstitimo semper erit præsidium Clitipho. *Cic. pro Syll. cap. 18.* Tegi præsidio amicorum. *Id. Verr. 7. c. 65.* Hanc sibi rem præsidio sperant futuram. *Id. 1. de Orat.* Naturæ præsidiis omnibus ad dicendum paratus. *Id. ad Brut.* Ferre præsidium Reip. labenti. *Id. pro Leg. Manil.* Quærere sibi præsidia periculis.

* Præsignanus. V. Profignanus.

Præsignator, oris, m. designator. *Inscript.* apud *Fabert. p. 38.* D. M. Primo Aug. Ser. Præsignator. Hæreditat. filio piissimo. *Fabrettus* legit: *præsignatori hereditatium*, & putat pertinere ad procuratorem, seu administratorem vectigalis vicesimæ hereditatium. Quod si verum est, *præsignator* fuit, qui præsiniebat, quantum ex quaque hereditate pendendum ærario esset vicesimæ partis nomine; vel qui testamenta, in quibus hereditas vicesimæ subjecta perscripta esset, Principis nomine, ne qua fraus interponeretur, præsignabat. Alia apud *Murator. pag. 915. n. 6.* Saturninus Cæsaris præsignator fecit contubernali suæ, &c.

Præsignificatio, onis, f. actus præsignificandi. *Lactant. lib. 7. cap. 15.* Præsignificatio, & figura.

Præsignifico, as, a. *predire*, προσημαίνω, prædico, prænoneo, ante ostendo. *Cic. 1. de Divin. c. 38.* Aut non censent, esse suæ majestatis præsignificare hominibus, quæ sunt futura.

Præsignis, & gne, o. 3. *illustre*, ἔνδοξος, præ aliis insignis, præstans. *Ovid. 6. Fast. v. 628.* Præsignis facie Corniculana fuit. *Stat. l. 4. Silv. 8. vers. 12.* Libyca præsignis avunculus hasta.

Præsigno, as, a. 1. *segnare prima*, προσημαίνω, prius signo. *Cato cap. 154.* Et ad summum, qua sini culeum capier, præsignato. ¶ Sumitur etiam pro linire, ungere, *Plin. l. 28. c. 4.* Incipientes furunculos ter præsignare jejuna saliva.

Præsilio, is, a. 4. *προπηδάω*, ante salio. *Plaut. Stich. 3. 2. 13.* Ut præ lætitia lacrymæ præsiliunt mihi!

Præspere. V. *Adspere.*

Præsolidus, a, um, adject. valde solidus, constans. *Juvenc. l. 1. hist. Euang. v. 427.* Præsolidum Simonem, dignum cognomine Petri.

Præsono, as, ui, itum, n. 1. ante sono. *Ovid. 3. Amor. eleg. 13. vers. 11.* Hinc ubi præsonuit solemni tibia cantu. Ita legit *Heins.* alii *personuit.*

Præsonoratus, a, um, nom. ex particip. passiva significatione, ante examinatus, consideratus. *Ammian. l. 25. c. 27.* Gemina utilitate præsperculata.

Præspargo, is, rsi, rsum, a. 3. *προπάσσω*, ante spargo. *Lucr. l. 5. vers. 738.* Flora quibus mater præspargens ante viai cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet. Alii legunt *præspergens*, a præspergo.

Præspēro, as, a. 1. ante vel valde spero. *Tertull. 5. adversf. Marcion. c. 17.* Qui præsperavimus in Christum.

Præspicio, is, a. 3. ante aspicio, prospicio. *Cal. Aurel. Chronic. l. 1. c. 4.*

Præstabilis, & le, o. 3. *eccellente*, נִכְבָּד, ἔξοχος, excellens. *Cic. 2. de Or. c. 85.* Summendæ autem res erunt aut magnitudine præstabiles, aut novitate primæ, aut genere ipso singulares. *Id. 1. Fin. cap. 12.* Quem tandem hoc statu præstabiliorem, aut magis expetendum possumus dicere? *Gel. l. 18. cap. 3.* Homo sapientia præstabilis. *Terent. Hecyr. 3. 1. 4.* Quanto fuerat præstabilius, ubivis gentium ætatem agere, quam huc redire!

* Præstabilis, le, *eccellente, nobile*, נִכְבָּד, אַצִיל, ἔξοχος, excellens, insignis. *Cic. de Har. resp. c. 19.* Præstabilis insignisque virtus. ¶ Item bonus, utilis. *Cic. in Vatin. c. 4.* huic reip. melius & præstabilius me civem nasci, an te.

Præstana, æ, Dea, cujus ope aliquis aliis præstat, seu antecellit, a *præstando. Arnob. l. 4. p. 128.* Præstana est, ut perhibetis, dicta, quod Quirinus in jaculi missione cunctorum præstiterit viribus.

Præstandus, a, um, dandus, exhibendus, partic. vel gerund. a præsto, verbo activo. *Ovid. l. 4. de Ponto, el. 10.* Sed præstandus amor, res non onerosa volenti,

Præstans, antis, o. *eccellente*, טוֹב, προέχόμενος, ἔξοχος, excellens, superans. *Cic. pro Planc.* Ingenio, justitia, integritate omnibus præstans vir. *Virg. 3. Æn. v. 19.* O præstans animi juvenis. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nulla est species præstantior. *Id. de Am. c. 1.* Quem unum nostræ civitatis & ingenio, & industria præstantissimum audeo dicere. *Virg. 1. Æn. v. 75.* Seprem præstanti corpore Nymphæ.

Præstanter, adverb. *eccellentemente.* Superlat. legitur apud *Plin. l. 28. c. 12.* Lichenas oris præstantissime vincit glutinum.

Præstantia, æ, f. *eccellenza*, יִתְרוֹן, Germ. *furtrefflichk*, Gall. *excellence*, Hisp. *excellencia*, ἔξοχὴ, excellentia. *Cic. 1. Off. c. 28.* Nobis personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia, præstantiaque animantium reliquorum. *Id. de Amic. c. 19.* Si quam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consecuti sunt.

Præstat, abat, itit, impers. 1. *è meglio*, טוֹב מִן, *πρόκειται ἐστι*, melius est. *Cicero*

Att. l. 4. ep. 9. Mori millies præstitit, quam hæc pati. *Id. 3. de Nat. Deor. c. 31.* Tacere præstat Philosophis, quam loqui.

Præstatio, onis, f. actus præstandi, exhibitio. *Paul. l. si plures gradus, ff. de legat.* Itaque si quis velit non omnes hæredes honorare legatorum præstatione. *Seneca de brev. vitæ, c. 14.* Ut concedas, omnia eos fide bona dicere, ut ad præstationem scribant, *h. e.* ut parat sint præstare, & probare quæ scribunt.

Præstator, tris, m. qui præstat in valimonio, *mantenitore. Fronsin. de Colon. p. 128. edit. Goes.* Qui advocantur ut præstatores.

Præstantari, V. *Præsto, as*, in fine.

Præstaturus, a, um, partic. futuri, a præsto, as. *Cic. Fam. 6. ep. 8.* Se præstaturos, nihil ex eo te ostensionis habiturum. *Planc. ad Cicer. lib. 10. epist. 11.* Idque me præstaturum spero. *Liv. lib. 30. cap. 15.* Magnisiam libenter primum ei fidem præstaturum fuisse.

Præstauro, as, a. 1. præstruo, subministro. *Diomed. Grammat.* Præstaurare materiam dicendi. *Voss. in Etym.* in voce *Instauro.*

Præstega, æ, f. *προστέγιον*, locus, ubi otii causa sumus, sub tecto tantum, parula reliqua parte, tamquam sub porticu. *Plaut. Pseud. 1. 2. 31.* Vorsa præstega, strata, lautaque, coctaque omnia uti sint. Alii leg. *prætega*, h. e. omnino terra, & munda, ut ait antique dictum pro *prætersa* a *prætergeo.*

Præsterga V. in dictione præced.

Præsterno, is, a. 3. *χῶ ὑποστρώνυμι*, ante sterno. *Stat. l. 1. Sylv. 2. v. 114.* Quæ sibi præsternat vivax altaria phœnix. ¶ Translate ponitur pro præparare. *Plin. l. 5. ep. 8.* Illud pecu, præsternas, ad quod hortaris. Alii leg. *prosternas.*

Præstes, itis, com. *presidente*, נָצִיב, *προστάτης*, idem ac præses, seu antistes. *Fest.* Antiqui sic præstites dixerunt, ut nunc antistites. ¶ *Dii Præstites* cognomen est Larium publicorum, hoc est eorum, qui urbis sunt custodes, ideoque in compitis, semitis, ac viis publicis statuebantur. Dicti sunt a *præstando*, quod in compitis, semitis, ac viis publicis præstandum sit. *Ovid. 5. Fast. v. 129. & seq.* ¶ His Romæ ara constituta fuit Cal. Maji. *Id. ibid.*

Præstigia, orum, n. idem ac præstigiæ. *Cic. 6. Verr. c. 24.* Non per præstigia, sed palam per poreftarem, uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit. Plures tamen legunt *præstigias.*

Præstigiæ, arum, f. *prestigii*, לְחֻשִׁים, כְּשָׁפִים, Germ. *zauberey, geschwinde list*, Gall. *enchanterie*, Hisp. *juegos de passa passa*, μαγεῖαι, γοητεῖαι, incantationes, delusiones, cujusmodi sunt, quæ manuum quadam dexteritate fiunt, a *præstringendo*, quod celeritate manuum præstringantur oculi, ita ut miracula videantur fieri. *Plin. l. 29. c. 1.* Præstigiarum Mercurius inventor fuisse dicitur. *Lic. 4. Acad. c. 14.* Ne iis, qui clara sint ipsa per se sc, quasi præstigiis quibusdam, & captionibus depellamur. ¶ Translate hæc vox dicitur de quavis fraude, & impostura. *Cic. pro Rab. Post.* Illine omnes præstigiæ, illinc, inquam, omnes fallaciæ, omnia denique. ¶ In singulari num. *Quintil. l. 4. c. 1.* Petere plausum præstigiæ.

Præstigiator, oris, m. *giocolatore*, מְעוֹנֵן, מְנַחֵשׁ, מְכַשֵּׁף, Germ. *ein gaukler, zauberer*, Gall. *joueur de passe passe*, Hisp. *jugador de manos*, Θαυματοποιὸς, præstrictor, qui celeritate lusitandi, & ludibria illa oculorum factitandi ita præstringit visum intuentium, ut miracula facere credatur, seu qui circumstantibus ita oculorum aciem præstringit, ut non advertant dolum. *Plaut. Pan. 5. 3. 6.* Præstigiator hic quidem Pœnus probus est. *Senec. ep. 45.* Quomodo præstigiatorum acetabula, & calculi, in quibus fallacia ipsa delectat.

Præstigiatrix, icis, f. quæ præstigias facit. *Blanc. Amph. 2. 2. 159.* Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxima est.

Præstigiosus, a, um, adject. *prestigioso*, præstigiis plenus, captiosus, ad fallendum compositus. *Gel. l. 7. c. 14.* Unumquodque genus cum caste ornatur, fit illustrius cum fucatur, atque prælinitur, fit præstigiosum. *Arnob. l. 2. p. 32.* Nihil magigicum, nihil præstigiosum, aut subdolum.

Præstingo, is, nxi, nctum, a. 3. exstinguo, obscurum facio, tenebras offundo. *Lucret. l. 3. v. 1056. de Epicuro.* Qui genus humanum ingenio superavit, & omnes Præstipxit stellas exortus uti ætherius sol. *Vellej. l. 2. c. 118.* Omnem animi ejus aciem præstinxerant. ¶ Adduntur a Criticis loca multa ex Cicerone, in quibus alii *perstringo* reponunt.

Præstino, as, avi, atum, a. 1. emo, vel emendo teneo, apud vet. a *præ*, & obsoleto *stano*, vel *sino*, quod a *sto. Fest.* Præstinare apud Plautum emere est, ideft emendo tenere, *Plaut. Pseud. 1. 2. 36.* Ego eo in macellum, ut piscium quicquid est, pretio præstinem. *Apul. lib. 1. Met.* Festivus accurri, id omne præstinaturus.

* Præstites. V. Præstes.

Præstitor, oris, m. qui præstat, seu efficit, aut tribuit. *Apul. in Æsclep. p. 92.* Præstitor, tributor omnium.

Præstituri. V. *Præsto, as*, in fine.

Præstitio, is, ui, itum, a. 3. *preferiuere, ordinare*, προτιμῶ, prius statuo, præscribo, præfinio. *Cic. 3. Verr. cap. 56.* Diem præstituit operi faciundo ealendas Decembris. *Id. pro Cæc. c. 3.* Prætoris, qui judicia dat, petitori non præstituit, qua actione uti eum velit.

Præstitūtus, a, um, *prefisso, determinato, stabilito. Cic. 1. Tusc. c. 39.* Ad ea quidem dedit ufuram vitæ tamquam pecuniæ, nulla præstituta die.

Præsto, as, præstiti (in quibusdam editionibus apud *Ulp. l. Et in contraria, Dig. de Usur.* præstavi) præstitum, & præstatum (a quo particip. *præstaturus*) n. 1. a *præ*, & *sto*, proprie significat ante stare. *Lucr. l. 4. v. 28.* subita circumdedit agmina fossa. Tum primæ præstant acies. Sunt qui leg. *perstant.* Quidam afferunt præterea locum *Plaut. Mostell. 5. 1. 18.* Ego illum ante ædes præstabo sudificatorem meum, *h. e.* adducam, præsentem esse jubebo. At optimus quisque Plautinus Codex habet *præstolabor.* ¶ Frequenter ponitur pro superare, antecellere, διαφέρω, & constituitur cum dativo, vel accus. addito interdum abl. excessus. *Ter. Eun. 2. 2. 1.* Homo homini quid præstat. *Cic. 4. Fin. c. 18.* Virtus præstat cæteris stipendo. *Id. de Clar. Orat. c. 43.* Totidem annis mihi ætate præstat. *Et cap. 64.* Inter suos æquales longe præstitit. *Nepos in Att. c. 3.* Qui humanitate præstare omnes. *Liv. l. 5. c. 36.* Quantum Galli virtute cæteros mortales præstarent. *Lucret. l. 5. v. 1355.* longe præstat in arte. ¶ *Præstat* impers. quod ad hanc notionem reducitur. V. supra suo loco. ¶ Frequentissime sumitur pro efficere, perfolvere, obire, *fare. Cic. ad Brut. ep. ult.* Quod promisi, vix videor præstare posse. *Id. Fam. 7. ep. 17.* Ultima exspectato, quæ ego tibi & jucunda, & honesta præstabo. *Id. Fam. 14. ep. 4.* Præstare jus, & officium. *Id. in Orat.* Præstare munus suum. ¶ Item pro exhibere, & adhibere, dare. *Balb. ad Cic. 9. ad Attic. ep. 8.* Præstare alicui benevolentiam. *Cic. de clar. Or. c. 33.* Præstare pietatem non tam fiatri, quam patriæ. *Id. Phil. 9. c. 5.* Præstare alicui debitum honorem. *Plin. l. 3. ep. 18.* Præstare sedulitatem alicui. *Liv. l. 29. c. 25.* Præstare alicui silentium. *Sueton. in Domit. c. 9.* Ut quorannis ingredientibus Curiam senatoribus certam summam viritim præstaret heres, h. e. solveret. ¶ Item pro ostendere. *Cic. 5. Fam. ep. 16.* Eum semper te & privatis in rebus, & publicis præstitisti, tuenda tibi ut sit gravitas, *si sei portato in maniera, che &c. Id ibid.* Gravitatis & sapientiæ tuæ, quam tu a puero præstitisti. *Brut. ad Cic. l. 11. Fam.* Præstare se propugnatorem acerrimum. ¶ *Præstare se alicui*, h. e. aditum alicui ad se dare. *Pompon. l. 2. Dig. de orig. jur.* Consultatoribus potius, quam discere volentibus se præstabant. ¶ Usurpatur præterea sæpissime pro fide jubere, cavere, alicujus rei exitum in se recipere, *mantenere. Cic. pro Flac. c. 12.* Prædones nullos fore, quis præstare possit? *Idem l. 5. Fam. ep. 21.* Quamcumque rei fidem dederis, præstabo. *Id. ib. ep. 17.* Communem, & incertum casum neque vitare quisquam nostrum, neque præstare ullo pacto potest. *Id. l. 6. ep. 1.* Simus ea mente, ut nihil in vita a nobis præstandum putemus, nisi culpam, h. e. de nulla re laboremus, aut solliciti simus, nisi de culpa vitanda. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 3.* Inter hos eos, quos tibi comites, & adjutores negotiorum publicorum dedit ipsa res, dumtaxat finibus his præstabis, quos ante præscripsi. Quos vero aut ex domesticis convictionibus, aut ex necessariis apparitionibus tecum esse voluisti, horum non modo facta, sed etiam dicta nobis præstanda sunt. *Id. Att. l. 10. epist. 4.* Præstare Remp. h. e. incolumem conservare. Sic præstare se incolumem. *Id. 16. Fam. ep. 9.* Præstare fidem promissi, & præstare promissum, h. e. servare. *Liv. l. 30. & 33.* ¶ *Præstare alicui damnum, noxam, periculum*, est in se recipere, & velari vadem se constituere, si quid periculi, aut damni in re sit. *Cic. pro Mur. 3. Offic. 16.* & alibi. Sic præstare culpam. *Id. 1. de Or.* præstare vitium ædium. *Id. 3. Offic.* ¶ *Luoret. l. 3. v. 215.* mors omnia præstat, Vitalem præter sensum,

caligumque vaporem, *h. e.* omnia integra relinquit. ¶ *Præstaturus* particip. V. supra suo loco. *Præstitum iri*, pro præstandum esse, *lib. 66. Dig. de contrahend. empt.* Viam, iter, aquæd, cum præstitum iri. *Et tit. 10. Dig. de hæred. vel act. vend.* Nec postea quicquam præstitum iri. Utroque loco in quibusdam Editionibus legitur *præstaturi*, vel *præstituri* eodem sensu.

Præsto, *presente*, לִפְנֵי, תֵּכֶף, *αὐτίκα*, adverbium est, vel ut alii volunt, nomen indecl. omnis generis, quod jungitur verbo *sum*, vel *adsum*, & significat adesse, præsentem esse, paratum esse, in prompru esse. *Ter. Eun. 5. 9. 20.* Sed ubi est frater? *C.* Præsto adest. *Id. Heaut. 1. 1. 120.* Domi præsto apud me esse ajunt. *Cic. l. 3. Fam ep. 5.* Ibi mihi præsto fuit L. Lucilius cum literis mandatisque tuis, ideft occurrit. ¶ Ponitur etiam pro advenire, comparere. *Auct. ad Her. lib. 4.* Hirundines æstivo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt. *Tribull. l. 1. el. 6. v. 25.* Pauper erit præsto tibi, præsto Pauper adibit. ¶ Meraleptice ponitur pro opem ferre, præsidio esse, juvare. *Cic. pro Mur. c. 9.* Jus civile didicit, multum vigilavit, laboravit, præsto multis fuit.

Præsul, is, m. *Prelato*, נָגִיד, פָּקִיד, בֶּחֶן, *προεστὼς*, princeps Saliorum, a *præsiliendo.* Nam Saliis inde nomen fuit, quia ancilia per Urbem gestantes salire, solebant. *Capitol. in M. Antonino Philos. cap. 4.* Fuit in eo sacerdotio (*Saliorum*) & præsul, & vates, & magister. Legitur etiam in quibusdam Editionib. apud *Cic. l. 1. de Div. c. 26.* & *l. 2. cap. 66.* ¶ Late accipitur, quandoque pro eo, qui alicui rei præest. *Sidon. l. 4. ep. 14.* Præsul fori. *Pallad. l. 1. R. R. tit. 6.* Recordari, arbori huic (*oleæ*) esse præsulum cattitatem. ¶ In fœminin. genere *Avien. in descripti Orbis, v. 519.* Et Junone calent hic aræ præsule semper.

Præsulsus, a, um, valde salsus. *Gel. l. 6. c. 2.* Libralesque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas.

Præsultator, oris, m. idem ac præsultor. *Liv. l. 2. c. 36.* Jovi præsulatorem displiciisse.

Præsulto, as, n. 1. *προπηδάω*, ante salio. *Liv. l. 7. c. 10.* Quando adeo ferox præsultat hostium signis.

Præsultor, oris, m., *ὁ ἐν τοῖς ἑτοίμοις Προορχούμενος*, qui in sacris choream ducit, & ante alios salit. Narrant *Lactant. l. 2. cap. 7.* Jovem per quietem cuidam Attinio dixisse, ludis Circensibus proximis præsultorem sibi displiciisse. Idem refert *Valer. Max. l. 1. c. 7. n. 4.*

Præsum, es, fui, n. anom. *esser presidente*, מֹשֵׁל, Germ. *vorstehen*, Gall. *présider*, Hisp. *presider*, ἐπιστατέω, ante alios sum, præfectus sum, curam alicuj

* Præsumtiosus. V. Præsumptuosus.
Præsumptor, oris, m. *presontuoso*, qui audacter aliquid sperat, vel conatur. *Tertull. de panit. cap. 6.* At ille præsumptor, cum sibi promitteret, &c. Adde *Ammian. l. 26. c. 8.*
Præsumptorie, adv. *con presunzione*, pimia fiducia. *Tertull. lib. 4. contra Marcion. c. 41.* Petrum præsumptorie elocutum negatio negavit destinando.
Præsumptuose, adv. præsumptorie. *Sidon. l. 7. ep. 6.* Hoc ipsum præsumptuose, arroganterque loquor.
Præsumptuosus, a, um, adject. *presonzuoso*, nimis confidens, superbus, audax. *Sidon. l. 1. ep. 1.* Præsumptuosis vestigiis C. Plinii maturitatem consecuturus. *Id. l. eod. ep. 11.* Quod præsumptuosum fuisset. Al. leg. *præsumptuosus* eodem sensu.
Præsumptus, a, um, προλαφθείς, ante sumptus, anticipatus. *Sil. lib. 5. vers. 213.* Ipsa suis manibus præsumpta piacula mittens. *Claudian. de IV. Consul. Honor. v. 166.* Festinaque voti Præsumptum diadema dedit, *h. e.* ante legitimam ætatem. ¶ Præsumpta opinio, est opinio ante capta de re aliqua. *Quinct. l. 2. cap. 17.* Nihil invidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta. Sic suspicio præsumpta, apud *Tacit. 2. Ann. cap. 73.* Huc etiam referendum illud *Ulpian. leg. 33. tit. 1. lib. 21. D. g.* Qui mancipia veniunt, nationem cujusque exprimere debent: præsumptum enim est, quosdam servos bonos esse, quia natione sunt non infamata, *si presupponc.*
Præsuo, is, sui, sutum. a. 3. προϋφαίνω, ante suo. *Plin. l. 12. c. 19.* Mox præsuunt recentibus cœtiis quadripedum.
Præsütus, a, um, particip. a præsuo. *Ovid. 11. Met. v. 9.* Quæ foliis præsuta notam sine vulnere fecit.
Prætactus, a, um, ante tactus. *Cæl. Aurel. Chronic. l. 4. c. 3.* Oleo prætactus venter, *h. e.* præunctus.
Prætango, is, si, a. 3. ante tango. *Cæl. Aurel. Chronic. l. 4. cap. 7.* Corpus prætangi accessione ventosa.
Prætego, is, xi, ctum, a. 3. προκαλύπτω, ante tego, prævelo. *Lact. l. 5 c. 2.* Tum vitia sua capillis, & pallio, & vitiis prætegebat. *Plin. in Paneg. c. 15.* Quæ resectiones tuas arbores, quæ somnum saxa prætexerint, quod denique tectum magnus hospes impleveris.
Prætendo, is, di, tum, a. 3. *porre innanzi*, נטה, יצב, Germ. *surspannen, fürsetzen*, Gal. *prétendre, tendre devant*, Hisp. *poner delante*, προτείνομαι, est aliquid ante tendere, vel opponere. *Virg. 1. Georg. v. 270.* Segeti prætendere sepem. *Plin. l. 9. c. 8.* Quis de causa non queunt retia prætendi. *Tac. 2. hist. c. 6.* Quidquid castrorum Atticeiæ prætenditur. ¶ Quandoque est præferre. *Virg. 4. Georg. v. 230.* Fumosque manu prætendere fequaces. ¶ Translate ponitur pro ponere ante, opponere, allegare, &c. *Cic. in Verrin. c. 6.* Hominis doctissimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus prætende. *Quinct. lib. 8. cap. 3.* Prætendebat, se id metu facere. *Id. l. 7. c. 1.* Ignorantia prætendi non potest. ¶ *Plaut. l. 5 in pers. ff. de pæd.* Unus utor plurium pupillorum nomine, unum debitum prætendentium, h. e. suum esse contendentium.
Prætener, ra, rum, πολυτρόφος, valde tener. *Plin. l. 25. c. 13.* Sed alia est caprios, fruticosa; prætenera, foliis coriandri. Adde *l. 14. c. 2.*
Prætenta, æ, f. idem ac prætentura, *Manil. l. 4. v. 691.* Gallia prætentis, Hispania maxima bellis. Al. leg. *per census.*
Prætentatus, us, m. actus prætentandi. *Plin. l. 11. c. 37. sect. 52.* Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent.
Prætentātus, a, um, particip. a prætentor *Cic. 2. de Or. c. 78.* Idcirco tota causa prætentata, atque perfecta, locis omnibus inventis, atque instructis, considerandum est, &c. *Suet. in Aug. c. 35.* Prætentato sinu.
Prætento, as, a. 1. *tentare innanzi*, Germ. *vorihm anhingreiffen*, Gal. *tenter, essayer*, Hisp. *tentar primiero*, προπειράομαι, prius tento, ante experior, inquiro, inspicio. *Tibull. 1. 2. el. 1. v. 77* Et pedibus prætentat iter suspensa timore. *Quintil. lib. 4. c. 1.* In egressu parcius, & modestius prætentanda est judicis misericordia.
Prætentūra, æ, f. custodia militaris posita in confiniis provinciæ, & veluti prætenta. *Ammian. l. 14. c. 9.* Mesopotamiæ tractus omnes crebro inquietari sueti, prætenturis, & stationibus servabantur agrarijs.
Prætentus, a, um, προπεφθείς, ante extensus. *Sueton. in Claud. c. 10.* Interque prætenta vela se abdidit. *Tacit. Ann. 2. c. 56.* Gens provinciis late prætenta. *Claudian de B. Get. vers. 416.* Legio prætenta Britannis, h. e. opposita, seu custodiæ Britanniorum apposita.
Prætenuis, & nue, o. *g.* πολυλεπτός, valde tenuis. *Plin. l. 26. c. 31.* Et tractu prætenuia fila nitritit.
Prætepeo, es, n. 2. προκαταίνομαι, ante tepeo. *Ovid. 2. Amor. eleg. 4. v. 6.* Si tum in quavis prætepuisset amor.
Præter, *fuorchè, eccetto, oltre*, מלבד, זולת, Germ. *ausserenommen*, Gall. *excepté outre*, Hisp. *fuera, demas, de*, παρά, πλήν, χωρίς, extra, excepto, nisi, præp ex iis, quæ acc. inserviunt, a *pra*, ut subter a *sub*, inter ab *in. Prisc l. 14. Cic. in Fam. 1. ep. 5.* Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video, præter Lucullum. ¶ Sumitur etiam pro ultra. *Cic. Att. l. 15. ep. 13.* Præter spem, si quid erit, facies, ut sciam, ideft ultra spem, ex insperato. *Id. 2. de Or.* Nihil magis ridetur, quam quod est præter exspectationem. ¶ Item pro supra. *Cic. lib. 2. Offic.* Cujus est præter cæteros crudelitas nobilitata. *Id. pro Planc.* Quod gratum præter modum dicas esse. ¶ Item pro contra. *Plaut Epid. 1. 2. 3.* Præter ætatem, & virtutem stultus es; *hoc est* dedecet ætatem tuam te stultum esse, contra ætatem facis. *Trent. Andr. 5. 3. 8.* Præter civium morem atque legem. ¶ Item pro ante. *Cic. 5. Verr. c. 15.* Præter oculos Lolii hæc omnia ferebant. ¶ Aliquando adverbium est pro prætérquam, *excetto che. Cic. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. c. 5.* Arqui etiam e Græcis ipsis diligenter cavendæ sunt quædam fabulitatibus, præter hominum perpaucorum. *Sallust. in Catil. c. 37.* Cæteræ multitudini diem statuit, præter rerum capitalium condemnatis. ¶ Vel pro insuper. *Plin. l. 11. c. 4.* Habent autem oculos, præterque e sensibus tactum, atque gustatum. *Id. lib. c. 26.* Stelliones rore tantum viventes, præterque araneis. ¶ *Frater propter* significat, plus minus, cliciter. *Gell. l. 16. c. 10.* Cum Architectus dixisset, necessaria videri sestertia trecenta, unus ex amicis Frontonis, & præter propter, inquit, alia quinquaginta. ¶ *Vivere præter propter* est inconstantem vitam agere, modo huc, modo illuc ferri, nullum in vita instituendi rationem sequi. *Enn.* apud *Gell. loc. cit.* Imus huc, hinc illuc, dum illuc venium est, ire illinc lubet, incerte errat animus. Præter propter vivitur. Alii leg. *præter propter vitam vivitur*, hoc est vivitur præter id, quod propter vitam est. Sed lectio hæc minus proba est.
Prætergo, is, a. 3. ago ultra aliquem locum. *Hor. l. 1. ep. 15. v. 10.* Et diversoria nota Prætergendus equus.
Prætergrédior, eris, ssus sum, d. 3. *trapassare*, παρέρχομαι, a *præterito*, *ei*, interposito *b*. *Plaut. Epid. 3. 4. 1.* Care, præcribites ullas ædes, quin roges, &c. Alii leg. *præterbitas*, ut sit 3. conjungat. quemadmodum est in illo ejusdem in *Pœn. 5. 3. 43.* Ne inter vias prætebitamus, inertio.
Prætercurro, is, ri, rsum. n. 3. *scorrer oltre, o da vicino*, currendo prætereo, *Virg. l. 3. de R. R. c. 24.* Equis prætercurrentibus.
Prætercursus, a, um, partic. passiv. *trascorso*, currendo prætéritus. *Ammian. l. 22. (al. 9.)* Transgressus itaque fretum, prætercursa Chalcedone, & Libyssa, inde Nicomediam venit.
Prætercūdo, is, xi, cum, a. 3. ultra, vel ante aliquem duco. *Plaut. Mil. l. 2. 67.* Ut te hodie quasi pompam illac prætercducerem.
Prætera, adv. *oltre a ciò*, עוד, Germ. *uber das, weiter*, Gal. *outre cela, d'avantage*, Hisp. *demas desto, fuera desto*, ἀλλά τε, ἔτι, ultra ea, quæ dicta sunt, ad hæc, insuper, a *præter*, quasi dicas præter hæc. *Cic. 5. Phil.* Est enim Ehædri Philosophi nobilis filius, homo præterea festivus. ¶ Interdum habet pronomen inclusum tam singularis numeri, quam pluralis. *Cic. l. 4. Fam. ep. 3.* Ubi tibi uni concedam, præterea nemini, ideft præter te. *Id. l. b. 1. ep. 7.* Præterea quidem de Consularibus nemini possum aut studii erga te, aut officii, aut amici animi esse testis. ¶ Usurpatur etiam pro postea, sive posthac, deinceps. *Virg. 1. Æn. v. 52.* Et quisquam numen Junonis adoret præterea?
Prætereo, is, ivi, itum, n. anom. *passar oltre, trapassare*, עבר, שתק, Ger. *furgehen, weitergehen*, Gal. *passer outre*, Hisp. *passer allende*, παρέρχομαι, ultra eo, prætergredior, ultra id progredior, quo inter præfinitum est. *Ter. Eun.* Dum hæc reputo, imprudens villam prætereo. ¶ Ponitur etiam pro labi, excutere, evanescere. *Ov. 3. de Art. v. 63.* Nec quæ prætérit, rursum revocabitur unda, nec quæ præterit, hora redire potest. ¶ Translate capitur pro antecellere, vincere, *Var. R. R. l. 1. c. 1.* Hos nobilitate Mago Carthaginiensis prætériit. ¶ Item pro effugere, vitare. *Ter. Hec.* Nescis, quid mali prætérieris. ¶ Item pro omittere, prætermittere, tacere. *Cic. de Prov. Conf.* Cædes relinquo, libidines prætereo. *Id. ad Brut.* Sed tamen tantam omnium laudum excellentiam non queo silentio prætérire. *Id pro Planc. c. 3.* Populus solet nonnunquam dignos prætérire, *h. e.* candidatos negligere. *Id. 5. Tusc. c. 19.* Cum sapiens, & bonus vir suffragiis prætéritur. ¶ *Hoc me prætérit*, h. e obstius sum, memoria excidit. *Ter. Hec. 5. 4. 38.* An temere quidquam Parmenonem prætereat, quo facto usus sit? *Cic. 1. Fam ep. 8.* Non te prætériz, quam sit difficile. *Id. 13. Fam. ep. 65.* Non me prætérit, nos eam rem expertos esse.
Præterequito, as, n. 1. *cavalcare avanti*, παρεππεύω, equitando prætereo, vel transeo. *Liv. l. 3. c. 61.* Præterequitantesque absterrent.
Prætereunter, cuffim. *August. tract. 118. in Joan.* Non est prætereunter loquendum.
Prætérfĕror, ferris, latus sum, pass. anom. *passare*, prætereo, transeo. *Liv. l. 23. c. 55.* Simul ac latebras eorum improvida prætérlata acies est.
Prætérfluo, is, xi, xum, n. 3. *trapassare scorrendo, scorrere vicino*, παρρέω, fluendo prætereo, vel juxta fluo. *Varr. R. R. lib. 3. c. 16.* Quæ prætérfluat, aut in aliquem locum influat. *Liv. l. 43. c. 11.* Amnem prætérfluentem mœnia novo alveo avertit. ¶ Translate usurpatur pro elabi, pertransire, evanescere. *Cicer. 5. Tusc. c. 33.* de voluptate, Nec prætéritam prætérfluere sinere.
Prætergeo, es, rsi, a. 2. quidam Lexicographi afferunt ex *Lucret. l. 4.* sed optimæ notæ Codices habent *pertergeo*.
Prætergrédior, eris, d. 3. *trapassare*, παρέρχομαι, prætereo, transeo. *Cic. l. 3. Fam. ep. 7.* Currens Lepta mihi nuntiavit, te jam castra prætergressum esse. *Tacit. Ann. 14. c. 23.* Fines suos prætergredientem.
Prætérhac, adv. prætérea, pro præter hæc, ut *antehac* pro ante hæc *Plaut. Rud. 4. 4. 74.* Si prætérhac unum verbum faxis. Adde *Men. 1. 2. 3.*
PrætérIens, euntis, partic. *chi passa, o oltrepassa*, παρερχόμενος. *Tibul. lib. 2. eleg. 5.* Et plaudat curru prætereunte pater. *Cic. 4. Acad.* Nihil prætériens eorum, quæ pro hac causa dici possunt. ¶ *Prætériens* facere aliquid dicitur, qui obiter fecit, nec diu immoratur. *Cic. de Clar. Or.* Uno aspectu & peteriens de aliquo judicat. *Id. Ver. 1.* Quasi prætériens satisfaciam universis, *di passaggio*.
Prætériniquiro, is, si. 3. insuper inquiro. *Ammian. l. 15. c. 10.* Statuit, in negotium prætériniquiro, ut &c.
Prætérnio, onis, f. *il lasciar fuori*. *Cod. l. 6. tit. 29. leg. 4.* Pœnam pari prætéritionis.
Prætéritūrus, a, um, partic. futuri a prætereo. *Ovid. l. 3. de art. am. v. 612.* Quæque vigil custos, prætériturus eram.
Prætérītus, a, um, *passato*, παρελήλυθώς, עבר, quod prætériit, quod elapsum est, vel transactum. *Cic. de Sen. c. 19.* Nec prætéritum tempus unquam revertitur. *Id. l. 2. de Divin. 30.* Tum meminit prætéritorum, præsentia cernit, futura prævidet. *Id. 4. Acad. c. 14.* Nihil in prætéritis relinquere, *lasciar in dietro*. ¶ Interdum prætéritus pro exstincto, seu mortuo accipitur. *Propert. l. 2. el. 10. v. 52.* Fas est prætéritos semper amare viros. ¶ Sæpe pro omisso. Sic *Senatores veteres* dicebantur prætériti; quos Censores in recitando Senatu notę causa omittébant; & *Candidati prætériti* dicebantur, qui in petitione Magistratuum repulsam habuissent. *Cic. pro Planc. c. 21.* Quos omnes scimus Ædilitate prætéritos, Consules esse factos. ¶ Prætéritum tempus in verbis dicitur a Grammaticis; quod rem jam prætéritam significat. *Quinct. Prisc. & alii.*
Prætérlabor, eris, lapsus sum, d. 3. *trascorrere*, παρρέω, juxta labor, præfluo, prætereo. *Virg. 6. Æn.* Cum tumulum prætérlabere recentem. ¶ Translate sumitur pro evanescere. *Cic. 2. de Or. c. 25.* Ante enim prætérlabitur, quam percepta est.
Prætérlambo, is, si. 3. leviter attingo, pertereundo lambo. *Ammian. l. 17. c. 4.* Oppidum, quod Mosa fluvius prætérlambit.
Prætérlātus, a, um, παραφερόμενος, partic. a prætérferor. *Lucret. lib. 4. v. 570.* Prætérlata, frustra diffusa per auras.
* Prætérliens, prætérfluens. *Apul. 6. Met.* Nemus, quod fluvio prætérluenti, rupique longe attendítur.
Prætermĕo, as, n. 1. παραπορεύομαι, juxta meo, prætérfluo. *Lucr. l. 1. v. 318.* Sæpe salutantum tactu prætereque meantum. *Ammian. l. 31. c. 2.* Quos Ister prætermeat.
Prætermissio, onis, *omissione*, παράλειψις, actus prætexmittendi. *Cic. in Top. cap. 7.* Formæ igitur sunt hæ, in quas genus sine ullius prætermissione dividitur.
Prætermissus, a, um, nom. partic. *ommesso*. *Cic. 3. Off. cap. 4.* Negat, eum locum prætermissum a Padætio.
Prætermitto, is, si, ssum, a. 3. *tralasciare*, עזב, Germ. *firlassen, uberschen*, Gal. *laisser passer, omettre*, Hisp. *dexar, παρακλείω*, omitto, prætereo, relinquo, intactum relinquo. *Cic. l. 1. Fam. ep. 8.* Neque ullum officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi prætermisit. *Id. 12. Fam. ep. 24.* Nullum locum laudandi, tui prætermitto. *Id. 3. de nat. Deor. c. 15.* prætermittere voluptates. *Id. l. 11. Fam. ep. 21.* Neminem prætermisit, cui non eadem ista dixerit. ¶ Prætermittere pœnam scelcris, idem est, quod vocatur ignoscere. *Cic. ad Brut. 15.* Sed scelcris pœnam prætermittere (id enim est, quod vocatur ignoscere) etiamsi in talibus reipublicæ est. ¶ Sæpe ponitur pro tacere. *Cic. 1. Agr.* Prætermitto illa, quæ nemo est, quin gravissime & verissime conqueri possit. *Idem 13. Phil. c. 6.* Ac ne illud quidem silentio prætermittendum puto.
Prætermonstro, as, a. 1. præmonstro. *Gel. lib. 20. c. 10.* Usus consilio fum magistri, quod docere ipse me debuerat, a quo differem, prætermonstrantis, h. e. monstrantis alium, qui quod ipse debebat, doceret.
Prætermavigātio, onis, παραπλόησις, navigatio juxta, vel ultra aliquem locum. *Pl. l. 4.* Prætermavigatio, onis, παραπλόησις, navigatio juxta, vel ultra aliquem locum. *Plin. l. 4. c. 12.* Ab hac Ægina liberæ conditionis 17. M. P. cujus 20. M. P. prætermavigatio est.
Prætermavigo, as, n. 1. *navigare avanti*, παραπλέω, juxta, vel ultra navigo. *Suet. in Tiber. c. 37.* Quoties Ilajanum sinum prætermavigaret. Adde *in Tiber. c. 12.*
Prætĕro, is, rivi, itum, a. 3. Idem quod tero, vel valde tero. *Plin. l. 11. c. 37. sect. 63.* de dentibus. Frater Timarchi non mutavit primores, ideoque prætrivit. *Plaut. Men. 1. 1. 9.* Anum lima prætérant. Alii leg. *proterunt*.
Prætérpropter, V. *Prater*.
Prætérquam, *fuorchè, salvo che, eccetto che*, מלבד, זולת, Ger. *dann, ausserenommen*; Gal. *excepté que, si non*, Hisp. *si no que*, πλὴν ἤ, præter, excepto, nisi, adv. seu conjunctio excipiendi. Requirit semper præcedentem casum, quia idem verbum subintelligitur, & post se regit casum præcedenti similem. *Cic. 3. Catil. c. 11.* Quibus pro tantis rebus nullum ego a vobis præmium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo, prætérquam hujus diei vestram memoriam sempiternam. *Plin. l. 25. c. 2.* Omnium diligentissimus vitæ fuisse argumentis, prætérquam fama intelligitur. ¶ Dividitur interdum per Tmesin. *Plaut. Perf. 3. 1. 38.* Quæ præter sapiet, quam placet parentibus. ¶ Jungitur sæpe cum aliis particulis, ut Prætérquam etiam, prætérquam semper, prætérquam si. *Cels. l. 1. c. 9.* Aqua vero frigida infusa, prætérquam capiti, etiam stomacho prodest. *Gel. l. 15. c. 1.* Declamaverat Antonius Julianus rhetor, prætérquam semper alias, tum vero nimium quam delectabiliter, & feliciter, ideft eum semper. *Plinl. l. c. 25.* Prætérquam si humore madeant. ¶ *Prætérquam quod*, est, nisi quod *senonchè. Cic. 2. Q. Fr. epist. 13.* Ego me in Cumano, & Pompejano, prætérquam quod sine te, cæterum satis commode oblectavi. ¶ Significat etiam *non modo*. *Id. Att. l. 15. ep. 25.* Suram autem prætérquam quod nefarium hominem cognovi, prætérea in me contumacem, semel omnino domi meæ vidi, *oltre che*. *Id. 1. Divin. c. 12.* Id præter quam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest.
Prætertrādo, is, a. 3. *radere intorno*, παροξέω, idem ac rado: *Lucret. l. 4. v. 531.*
Prætertradit enim vox fauces sæpe.
Prætérsum, es, fui, n. anom. absum, extra sum. *Tertul. in Apolog. c. 38.* Ipsis rebus, de quibus transigunur spectacula, prætérsumus.
Prætervĕho, is, xi, ctum, a. 3. παρακομίζω, prætermavigatio. *Cic. 7. Ver. c. 66.* Prætervectioni omnium, qui ultro, citroque navigarent.
Prætervectus, a, um, particip. a prætervehor. *Cic. pro Cæl. c. 21.* Sed quoniam e merssiste jam e vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea, *h. e.* difficilioră percurrit, & explicavit *Stat. 5. Theb. v. 472.* Litora rectis Prætervectus aquis
Prætervĕhor, eris, ctus sum, pass. 3. παρελαύνω, trans, vel ultra vehor, navi currū, vel jumentis aliquid præter locum aliquem veho. *Cic. 5. Fin. cap. 8.* Ac vocare eos solitæ, qui prætervehebantur. *Virg. 3. Æn. v. 688.* Vivo prætervehor ostia saxo Pantagiæ. *Liv. l. 1.* Tamen cum prætervehcrer navibus Galliæ oram ¶ Legitur & absolute pro prætervehi, prætervavigare. *Suet. in Aug. c. 93.* Quo Judæam prætervehens apud Hierosolymam non supplicasset, *i. e.* prætervectus Sed potest subintelligi accuf. *exercitum*, aut quid simile. ¶ Translate ponitur pro prætermittere, omittere, & tacere. *Cic. 7. Philip. c. 3.* Quoniam periculosissimum locum silentio fum prætervectus.

Præ-

P R P R P R P R

Prætorverto, is, a. 3. verto, converto. Afferri solent duo exempla; alterum *Plin. l. 2. c. 71.* alterum *Cic. 1. de Div. c. 6.* in quibus rectius legitur *prævorto*.
Prætervŏlo, as, n. 1. *trapassare volando*, περιπέτομαι, ultra volo, volando prætereo. *Cic. in Arat. v. 412.* Quem rutila fulgens pluma prætervolat ales. ¶ Translate ponitur pro celeriter prætérire, & quasi ultra volando effugere. *Cic. 3. de Or. c. 59.* Sententiæque sæpe acutæ non acutorum hominum sensus prætervolant, ideft antequam intelligantur, prætersugiunt.
Prætestātus, a, um, partic. prius, seu ante testatus. *Tertul. l. 4. carm. contr. Marcion. c. 6.* Prætestatam viam vitæ.
Prætexo, is, xui, extum, a. 3. *tessere*, אָרַג, προϋφαίνω, idem ac texo, vel prius texo, ante, vel circum vestem, aliudve quippiam attexo. *Plin. l. 16. c. 1.* Uva, & plaustri juneo funes nectunt ad prætexenda piscibus retia. ¶ Translate sumitur pro præordinare, præordiri. *Cic. 2. de Orat. c. 78.* Sic omnia, quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, levioribus principiis natura ipsa prætexuit. ¶ Item pro cooperire, quasi supra texere. *Auson. ad Gratian. Imp.* Assultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubii ora prætexitur. *Virg. 6. Æn. v. 5.* Et litora curvæ Prætexunt puppes. ¶ Item pro obtendere, contegere, causam aliquam non veram afferre, colorem quærere. *Virgil. 4. Æn. v. 172.* Hoc prætexit nomine culpam. *Cic. in Pison. c. 24.* Ut non prætexat cupiditatem triumphi. ¶ Item inferre, attexere. *Plin. l. 18. c. 3.* Sapientes vero quamplures, quos sequentes prætexuimus in hoc volumine.
Prætexta, æ, *vel* toga prætexta, *pretesta*, מעיל, πεπλόπρωρος, genus vestimenti oblongum, a *prætexendo*, h. e. toga alba, purpureo prætexta limbo. Unde *Plutarchus* vocat περιπόρφυρον. *Cic. 3. Ver. c. 44.* Neque te tam commoverbat, quod ille cum toga prætexta, quam quod sine bulla venerat. ¶ Quatuor hominum genera prætexta utebantur, omnes Magistratus urbani; Senatores omnes, eum Deorum dies festos celebrabant; magistri Collegiorum, dum ludos compitalitios faciebant; pueri ingenui, & puellæ, illi usque ad diem tirocinii, ideft usque ad annum ætatis 17, (*al.* 15.) hæ usque dum nubcrent. *P. Manut. in Orat. pro Sext. 11. Phil. & in Pison.* Itaque prætextatus a togato non tantum differt, ut puer a viro, sed etiam ut privatus a Magistratu. Hinc est, quod turba togata pro plebe fæpe usurpatur. Pueri prætexta utebantur ex institutione Tarquinii Prisci, qui cum de Sabinis triumphum egisset, filium suum annos quatuordecim natum, quod hostem in eo bello manu percussisset, pro concione laudavit, bullaque aurea, & toga prætexta donavit. Hinc deductus mos, ut prætexta, & bulla in usum puerorum nobilium cuderetur, ad omen, & vota concitlandæ virtutis. *V. Macrob. l. 1. Saturn. c. 6.* ubi alias quoque hujus rei causas affert. *Cic. de Amic.* Quod summi puerorum amores sæpe una cum prætexta, sumpta toga, deponerentur. *Id. 1. Ver.* Eripies igitur pupillæ rogam prætextam? detrahes ornamenta non solum fortunæ, sed etiam ingenuitatis? ¶ Fuit & in usu prætexta bulla, qua nulli alii licebat uti, nisi ei, qui sumus faciebat. V. *Manut. de Quæst. per Epist.* ¶ *Prætexta* etiam dicitur eft fabula gravis, simile tragediæ, in quo publica negotia agebantur, & Reges Romani, Magistraturique indecebantur. Nomen a prætexta veste, quod in his fabulis fere Regum, aut Magistratuum acta comprehendebantur, qui toga prætexta usi sunt. *Don. ad prol. Adel.* Sicut apud Græcos δράματα, sic apud Latinos generaliter fabula dicitur, cujus species sunt Tragœdia, Comœdia, Togata, Tabernaria, Prætexta, Crepidata, Atellana, μιμικὸν, Rhintonica. *Horat. in Arte, v. 288.* Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Alii in verbis Donati legunt *prætextata*.
Prætextātē, adv. V. *Pertractate*.
Prætextātus, a, um, πεπλόπρωρος, quod ad prætextam spectat. Hinc prætextati dicuntur pueri, qui nondum decem, & septem annos prætexerant, quia eo usque prætextam ferebant. *Justin. Instit. l. 4. tit. 4. §. 1.* Sive quis matremfamilias, aut prætextatum, prætextatamve affectatus fuerit. Adde *Suet. in Aug. c. 24.* ¶ Sermo prætextatus, verba prætexta, modus prætexti dicuntur de obscœnis, & impudicis. *Festus:* Prætextatum sermonem quidam putant dici, quod prætextatis nefas sit obscœno verbo uti: alii, quod hubentibus, depositis prætextis, a multitudine puerorum obscœna clamentur. *Suet. in Vespas. c. 22.* Erat enim dicacitatis plurimæ, & sic scurrilis, ac fordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abstineret. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 1.* Vice planipedis, & fabulonis impudica, & prætextata verba jacientis. *Juvenal. sat. 2. in fin.* Sic prætextatos referant Attaxata mores. ¶ *Prætextata fabula*. V. *Prætexta*.
Prætextum, i, n. idem ac prætextus. *Suet. ad Cæl. c. 30.* Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit. ¶ Sumitur etiam pro ornatu. *Senec. ep. 71.* Sed illud pulcherrimum Reip. prætextum, optimates, & prima acies Pompejanorum partium, Senatus, uno prælio profligabuntur. *Valer. Max. l. 7. c. 1. n. 1.* Consulatus deous, imperatoriam porefiatem, speciosissimi triumphi prætextum (*fortuna*) largita est. Al. leg. *prætextam*.
Prætextus, us, m. *pretesto*, סבה, Germ. *firwendung*, Gal. *couleur, excuse*, Hisp. *so color, cobertura*, πρόσχημα, obtentus, illud velamen, quo moveri se aliquis simulat ad aliquid agendum, cum tamen alia causa moveatur. *Suet in Tiber. c. 28.* Omnium inimicitiæ hoc prætextu ad nos deferentur. ¶ Item decus, splendor. *Tac. 1. hist. c. 19.* Censuerant Patres mittendos ad exercitum Legatos; agitatum secreto, num & Piso proficisceretur, majore prætextu. Illi auctoritatem senatus, hic dignationem Cæsaris laturus.
Prætextus, a, um, προκεκαλυμμένος, *tessuto*. *Cic. Fam. 2. ep. 16.* Togam prætextam texi Appio, puto te audisse. *Ovid. 5. Fast. v. 567.* Spectat & Augusto prætextum nominé templum, *h. e.* inscriptum, vel decoratum. ¶ Prætexta calumnia, apud *Cic. Catil. 2. c. 2.* qui sit non facile eft dicere; nam ille locus ab interpretibus varie & legitur, & exponitur.
Prætimĕo, es, a. 2. ὑπερφοβέομαι, valde timeo. *Plaut. Amph. prol. v. 29.* Mirari non eft æquum, si sibi prætimet.
Prætimidus, a, um, adject. valde timidus. *Tertul. in carm. de Jona, v. 65.* famulum se se ille fateur Prætimidum.
Prætinctus, a, um, adject. *tinto*. *Ovid. 7. Met. v. 123.* Semina mollit humus valido prætincta veneno.
Prætondĕo, es, a. 2. idem quod tondeo. *Apul. l. 5. Met. sub fin.* Cum ejus pinnas prætotondcrim.
Prætor, oris, m. *Pretore, Podestà*, שֹׁלִט, שָׂר, ἄρχων, qui Rempubl. regit, vel qui exercitui præeft, & speciatim qui jurisdictionem exercet, seu jus populo dicit. Prætoris enim appellatio longe aliter accepta eft post annum U. C. 388. aliter ante. Quippe Regibus exactis iidem erant Consules, ac Prætores, qui etiam progressu temporis Judices dicti sunt. *Cic. l. 3. de Leg. c. 3.* Regio imperio duo fuere, hique prænundo, judicando, consulendo Prætores, Judices, Consules appellantor. *Id. 1. de Div.* Cum apud Delium mala pugnatum esset, Lachete Prætore. Ubi Imperatorem Atheniensem more Romano Prætorem vocat. *Varl. 2. de Vit. P. R.* apud *Non. c. 2. n. 107.* Quod iidem dicebantur Consules, & Prætores; quod præirent Populo, Prætores; quod consulerent Senatum, Consules. *Liv. l. 3. c. 55.* Fuere, qui interpretarentur, eadem hac Horatia lege Consulibus quoque, & Prætoribus, quia iisdem auspiciis, quibus Consules crearentur, cautum esse. Judicem enim Consulem appellari. Quæ refellitur interpretatio, quod his temporibus (ideft anno 307.) nondum Consules fuerint, sed Prætorem appellari mos fuerit. ¶ Duravit hæc appellatio, usque dum crescente Pop. Rom. imperio, bellis pluribus implicarentur; eoque, cum plurimum Urbe abessent, jus Populo reddere nequirent; ideft usque ad L. Æmilium Mamercum, & L. Sextium Coss. videlicet anno U. C. 388. Tum enim Patricii pro communicato Plebi alterо Consulatu quæstore fibi hunc honorem, & impetrarunt. Postquam igitur Prætorium nomen peculiarem habuit Magistratum, Consules nomen Prætorum amisere, quod proprium iis factum est, qui jus Populo dicerent. *Cic. pro Mur. c. 20.* Qua in sorte sapiens Prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. ¶ Primum unus tantum Prætor creatus est, ut Consulibus bello avocatis, jus in urbe redderet, ique *Prætor Urbanus* dictus est. Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo Prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in urbem veniret, creatus est & alius Prætor, qui *Peregrinus* appellatus est, quod inter cives, & peregrinos, vel inter peregrinos, & peregrinos jus diceret. *Pompon. leg. 2. ff. tit. 2. lib. 1.* ¶ Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi Provincia, Prætores Provinciales totidem creari sunt, quot Provinciæ in ditionem venerant, qui in Provincias cum imperio, & exercitu mitterentur, & partim rebus urbanis, partim provincialibus præessent, ideft & jus dicerent, & Provincias regerent, bellum gesturi, si opus esset. *Pompon. Tom. II.*

loc. cit. ¶ Varie deinde auctus est Prætorum numerus; nam C. Julius Cæsar duos novos Prætores creavit. *Dio 42. Pompon. loc. cit.* Augustus sexdecim Prætores constituit, Claudius denique duos adjecit. *Pompon. ibid. V. Sigon. de ant. jur. Civ. Rom. Manut. & alios.* ¶ Prætor primus erat ille, qui in Comitiis plura, quam cæterzi, suffragia ferebat, & primus omnium renunciabatur. *Cic. pro Leg. Manil. c. 1.* Nam cum Prætor primus centuriis cunctis renunciatus fum, &c. ¶ Transfertur etiam hæc vox ad quoivis præfectos, sive rei facræ præsint, sive profanæ, teste *Ascon. in 3. Verr.* Hinc Prætores Ærarii, apud *Tacit. 1. Ann. cap. 75.* Prætor sacris Vulcani, in *Inscript.* apud *Gruter. pag. 318. n. 7.*
Prætoriānus, a, um, adj. ad Prætorem pertinens, ut Prætoriana comitia, h. e. Prætori creando habita. *Liv. l. 22. c. 35.* Alii leg. *Prætoria*. ¶ Prætoriani dicebantur milites cohortis Prætoriæ, qui ad custodiam corporis Prætoris, hoc est Imperatoris deligebantur; hi pacis tempore castra Romæ habebant, quæ Prætoria dicebantur, eranteque cæteris militibus honoratiores. *Tacit. 2. hist. c. 44. Plin. l. 6. cap 29.*
Prætoritius, a, um, idem ac Prætorius. *Martial. lib. 8. epigr. 33.* De Prætoritia folium mihi Paulle corona Mittis.
Prætorium, ii, *pretorio*, דִּיר, הֵיכָל, Germ. *des hauptmans hauff, richthauff*, Gal. *prétoire, le logis du preteur*, Hisp. *casa del corregidor*, πραιτώριον, πραιτήριον, tabernaculum Prætoris, ideft ejus, qui præeft exercitui, a *Prætor*, quæ vox olim notabat omnem Magistratum, qui in urbe, vel in exercitu imperium habebat. *Ascon. in 3. Verr. c. 14.* & *Fest.* ¶ *Prætorium* quoque dicebatur in Provincia locus, in quo Prætor jus dicebat. *Cic. 7. Verr.* Curritur ad Prætorium. *Id. ib.* Procedit iste repente e Prætorio. ¶ Item domus, in qua Prætor, sive Princeps habitabat. Alio nomine à *Quintil.* dicitur Augustale. *Liv. l. 3. c. 25.* Quercus, ingens arbor, Prætorio imminebat. ¶ Item Prætorianæ militiæ ordo. *Suet. in Ner. c. 9.* Antium coloniam deduxit, adscripris veteranis e Prætorio. *Tac. 4. hist. c. 46.* In Prætorium accepit, *h. e.* prætorianis adscripsit. ¶ Posteriore ævo *Prætoria* dicere villas omnes elegantiores, & non rustici usus. *Suet. in Calig. c. 37.* In extructionibus Prætorium, atque villarum, omni posthabita ratione, nihil tam efficere concupiscebat, &c. ¶ Metonymice *Prætorium* ponitur pro consilio. Hinc dicimus, Prætorium dimittere, ut dimittere Senatum, ideft eos, qui in Prætorio convenerant. *Liv. l. 37. c. 5.* Ubi, Prætorio dimisso, signa continuissent.
Prætorius, a, um, πραιτωριακὸς, quod pertinet ad Prætoram, vel ad Prætorem. Hinc *Vir Prætorius* eft, qui Præturam gessit. *Cicer. in Brut.* L. etiam Cetta

Tamen interdum non defendere, sed prævaricari accusatori videbatur, *ideſt* prævaricando ſubſervire.

prævārus, a, um, adject. valde tortus, obliquus. *Apul. lib. 4. Florid.* Ut qui animadverteret venarum pulſus inconditos, vel prævaros. *Cic.* apud *Iſid. l. 10 Orig. lit. P.* Quid enim tam prævarum?

Prævĕhtus, a, um, *portato innanzi. Sil. lib. 7.* Ac prævectus equo, nunc dextra provocat hoſtem. *Liv. lib. 9. cap. 35.* Equites Romani prævecti per obliqua campi, *avanzati ſi.*

Prævĕho, is, a. 1. προεκφέρω, ante veho, vel fero. *Tac. 4. hiſt. c. 71.* Dum miſſilia hoſtium prævehuntur. ¶ Transiate ſumitur pro continuate, & copioſe tractare, ſeu dicere. *Plin. l. 1. ep. 16.* Omnia hæc mire placent, cum impetu quodam, & flumine prævehuntur. Ubique paſſive occurrit.

Prævello, is, a. 3. vello, avello. *Tert. adv. Gnoſt. c. 13.* Sicubi ab idololatria divellit, quid ei magis, quam martyria prævellit? *Laber.* apud *Diomed. l. 2. pag. 369.* Aliqua parte prævulſerat.

Prævĕlo, as, a. 1. *coprire davanti,* προκαλύπτω, ante velo, ſeu rego. *Claudian. l. 2. de raptu Proſerp. v.* 325. Et vultibus addunt Flammea ſollicitum prævelatura pudorem.

Prævĕlox, ocis, o. valde velox. *Plin. l. 11. c. 31.* Quamvis prævelocibus camelis fugientes.

Prævĕnio, is, eni, entum, *venire innanzi, anticipare,* קדם, Germ. *furkommen,* Gall. *prevenir,* Hiſ. *prevenir* ; προέρχομαι, ante venio, anticipo. *Cic. 3. Off. c. 7.* Niſi aliquis caſus, aut occupatio conſilium ejus prævenieſſet. *Liv. l. 24. c. 21.* Cæterum prævenerat non fama ſolum, ſed nuntius etiam ex Regiis ſervis. *Id. lib. 8. c. 16.* Prævenire beneficio deſiderium urbis. *Tac. Ann. l. 4. c. 44.* Multa ſceleris indicia prævenjunt ſervi. ¶ Dividitur interdum per tmeſin, interjecto verbo. *Virg. ecl. 8. v. 17.* Naſcere, præque diem veniens age, Lucifer, almum. *Tac. Ann. l. 4. c. 7.* Niſi prævenirerur Agrippina, percundum Neroni eſſe.

Præventor, oris, m. qui prævenit. *Ammian. l. 18. c. 22.*

Prævĕntus, us, m. occupatio, ut mortis prævenrus. *Tertul. l. 5. adv. Marcion. cap. 12.*

Prævĕntus, a, um, præoccupatus, *prevenuto, prevenuto, præoccupato. Tac. l. 1. hiſt. c. 53.* Atque in eo ipſo ſacramento vexillis inferioris Germaniæ prævenrus erat. *Id. ibid. cap. 5.* prævenram gratiam intelligit.

Prævĕrbium, ii, n. πρόρρησις, verbum, quod in compoſitione alterius verbi præponitur. *Varr. l. 5. de L. L. c. 5.* Ab iiſdem principiis, antepoſitis prævĕrbiis paucis, immanis verborum accedit numerus.

Prævĕrno, as, n. 1. *Plin. l. 18. c. 26.* Sive ante, quando prævernat, ſive poſt, quando hiemat, *h. e.* quando ver præmature advenit.

Prævĕrro, is, a. 3. ante verro. *Ovid. 3. Amor. el. 13. v.* 24. Prævĕrrunt latas veſte jacente vias.

Prævĕrto, is, a. 3. *preponere, prevenire, fare innanzi,* προτίθημι, eſt ali quid ceteris rebus anteponere, præferre in agendo, vel æſtimando. Conſtruitur ferre cum acc. & dat. *Cic. 1. de Div. c. 6.* Neque habes aliquid, quod huic ſermoni prævertendum putes. *Liv. l. 2.* Ægre impetratum a Tribunis, ut bellum prævertí intenent. *Gell. lib. 4. c. 3.* Jurisjurandi religionem animo, atque amori prævertiſſe. ¶ Reperitur etiam cum abl. & prep. *pro. Plaut. Amph. l. 3. 30.* Ne mé uxorem prævertiſſe dicant pro Rep. h. e. me uxorem prætuliſſe Reipublicæ. ¶ Ponitur quoque pro præoccupare, prevenire. *Cicero Sylla c. 16.* Nemo unquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non præverterim. *Tacit. Ann. 4. c. 19.* Iniminentem damnationem voluntario fine prævertit. *Virg. 12. Æn. v.* 724. Et vivo tenrat prævertere amore Jampridem reſides animos. ¶ Item pro occurrere, providere. *Cæſ. l. 7. B. G.* Cæſar huic rei prævertendum exiſtimavit. ¶ Item pro tranſire, vel divertere. *Tac. l. 4. Ann. c. 32.* At ſi quando ad interna præverterent. ¶ Item pro ſuperare. *Virg. 7. Æn. v.* 807. curſuque pedum prævertere ventos. *Plaut. Amph. 5. 1. 17.* Ea res me horrore afficit: herilis motus prævertit; ocyus accurro, *h. e.* metus domino magis apud me valer, quam meus. ¶ *Id. Perſ. 5. 2. 20.* Sultitia eſt, cui bene eſſe licet, cum prævorti litibus, *hoc eſt* occupati, lites perſequi.

Prævertor, eris, verſus, ſum, d. 3. anteverto, precedo, pretereo. *Virg. 1. Æn. v.* 321. Volucremque fuga prævertitur Hebrum, *ideſt* tranſit. ¶ Interdum eſt exiſtimare, cenſere. *Plaut. Amph. 3. 2. 39.* Siquid dictum eſt per jocum, non equum eſt, id te ſerio prævortier, ideſt exiſtimare dictum eſſe ſerio. ¶ Norandus eſt uſus hujus verbi apud *Plaut. Merc. a. 3. 40.* Mandatis rebus prævorti volo, h. e. volo prius exequi, quę mihi mandata ſunt, & *infra.* Rei mandatę omnes ſapientes primum prævorti decet. Adde *Capr. a. 3. 100.*

Prævĕrtus, a, um, nom. ex partic. ante, prius veritus. *Sil. l. 13, v.* 255. Prævertius namque, & capital committere martem ſponte virís.

Prævexātus, a, um, nom. ex partic. ante, vel valde vexatus, ut prævexatæ vires *Cal. Aurel. l. 2. c. 32.*

Prævĭdeo, es, idi, iſum, a. 2. *prevedere, antivedere,* השגיח, Germ. *forſehen vorſehen morſehen,* Gal. *prevoir,* Hiſp. *ver antes, προορῶ,* ante video. *Cic. 1. de Div. c. 30.* Tum meminit preteritorum, preſentia cernit, futura prævidet. *Nepos in Hannib. c. 3.* Vidit autem vir omnium callidiſſimus, magno ſe fore periculo, niſi quid prævidiſſet, *h. e.* niſi ante caviſſet, ſibi prævidiſſet.

Prævinctus, a, um, nom. ex partic. ante vinctus, conſtrictus. *Gel. l. 15. c. 10.* Cum eodem laqueo, qui eſſent prævincte. *Id. l. 19. c. 2.* ferinis voluptatibus prævinctus.

Prævĭridans, tis, nom. ex particip. *Laber.* apud *Macrob. l. 2. Satur. c. 7.* Cum vigebam membris prævĭridantibus, *h. e.* prævalidis, vegetis.

Prævĭridis, de, adject. valde viridis. *Fronſin. de aquæductib. art. 7.* Colore prævĭridi.

Prævĭſus, a, um, προορᾶτός, *prevenduto,* ante viſus. *Ovid. 1. Faſt. v.* 327. An, quia prævilos in aqua timet hoſtia cultros, &c. ? *Tac. Ann. 12. cap. 63.* Prævĭſa locorum utilitate.

Prævĭtio, as, a. 1. προκατειργάζομαι, ante vitio, vel corrumpo. *Ovid. 14. Met. v.* 55. Hunc Dea prævitiat, portentificiſque venenis Inquinat.

Prævĭus, a, um, ὁδηγός, qui prę eundo viam monſtrat, qui antecedit. *Cic. 1. in Arato* apud *Non. c. 1. n.* 330. prævius Auroræ, Solis, Noctiſque ſatelles. *Ovid. 11. Met. v.* 65. Nunc precedentem ſequitur, nunc prævius anteir.

* Præulcerātus, a, um, ante ulceratus. *Cæl. Aurel. ford. l. 5. c. 1 ſect. 18.* Pulviſculum locis prælceraris apponimus.

Præumbro, as, a. 1. *coprire d'ombra,* προσκιάζω, caligine offundo, & involvo, tego. *Tacit. l. 14. Ann. c.* 47. Obſit Memnius, auctoritate, conſtantia, fama, in quantum prærumbrante imperatoris faſtigio datur, clarus.

Præunctus, a, um, nom. ex particip. prius unctus. *Cæl. Aurel. Tard. l. 4. c. 3.* Adipe anſerino præunctus.

Præungo, is, a. 3. prius ungo. *Theod. Priſcian. l. 1. c. 19.* Pręungendum eſt vulnus.

Prævŏlans, antis, o. particip. a prævolo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 49.* Eaque in tergo prævolantium colla, & capita reponunt.

Prævŏlo, as, n. *volare innanzi,* προπέτομαι, ante volo. *Plaut. Mil. l. 1. 42.* Ut prævolet mihi, quo tu veljs.

* Præuro. V. Peruro.

Præustus, a, um, προκαυθείς, ante uſtus. *Liv. l. 1. c. 32.* Ut Fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret, *h. e.* in cacumine adurtam, ſeu cujus extremitas erat uſtulata. *Plin. l. 3. c. 20.* Præuſta Alpium vive membra.

Præut. V. Præ.

Pragmaticarius, ii, m. qui verſatur circa pragmaticas ſanctiones. Legitur in *leg. Zenonis ult. Cod. de diverſis reſcriptis.*

Pragmaticus, a, um, πραγματικός, עניני, negotialis. *Cic. Att. l. 14. ep. 3.* Tu, ſi quid pragmaticon habes, ſcribe, hoc eſt, quod in Rep. geſtum ſit. ¶ *Pragmatici homines,* rebus gerendis exercitati. *Cic. Att. l. 2. ep. 20.* Sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus hiſtoricis præceptis, verſibus denique cavere jubent, & verant credere. ¶ *Pragmatica ſanctio* eſt, quæ a Principe conceditur, adhibita cauſæ cognitione, in modum ſententiæ, vel ad alicujus univerſitatis preces; *l. ult. Cod. de diverſ. reſcr.* Dicta eſt, quod per eam a ſupremo, atque ordinario judice diſcedatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur. ¶ Pragmatici præterea dicuntur negotiatores forenſes, juris, & fori periti; qui mercede adducti cauſarum actores juris ignaros monebant; dicendaque ſuggerebant. *Cic. 1. de Orat. c.* 59. Diſertiſſimi illi (*Graci*) homines miniſtros habent in cauſis juris peritos, qui pragmatici vocantur. *Ex mon.* Oratori pragmaticum adjutorem dare. *Quintil. l. 12. c. 3.* Neque ego ſum noſtri moris ignarus, obliturve eorum, qui velut ad arculas ſedent, & tela agentibus ſubminiſtrant; neque idem Græcos quoque neſcio factitare; unde nomen his pragmaticorum datum eſt. ¶ Pragmatici inſcripti ſunt quidam libri ab Accio conſcripti, quos citat *Gell l. 20. c. 3.* Hos eoſdem *Plinius* Praxidicos vocat *l. 1. in indice c. 18. & l. 18. c. 24.* nam πρᾶξις ſonat idem quod πρᾶγμα.

Pramnĭum vinum, πράμνιος οἶνος, genetoſi vini genus, in Smyrnæorum agro, juxta delubrum Cybeles. *Plin. l. 14. c. 4. & l. 37. c. 10.*

Prandeo, es, di, & pranſus ſum, n. 2. *deſinare,* סעד, Ger. *zu mittag, zu Imbiſſ eſſen,* Gal. *dîner,* Hiſp. *comer,* δειπνέω, prandium ſumo. *Cic. pro Cluent.* Cum ejus in nuptiis more Latinatium multitudo hominum prandereť. *Id. Att. l. 8. ep. 11.* Prandimus in Arcano. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 51.* Apertis papilionibus prandit, atque cœnavit. *Plaut. Rud. 4. 2. inſi.* Hic rex cum aceto prunſurus eſt, & ſale. *Liv. l. 26. c. 14.* Teſſeram ſimitur pro in prandio comedere, cum acc. *Hor. l. 2. ſat. 3. v.* 245. Luſcinias ſaliti impenſo prandere coemptas.

Prandĭcŭlum, i, jentaculum, dim. a prandium. *Feſt.*

Prandĭum, ii, *colezione, pranſo,* δεῖπνον, אכל בצהרים, סעודה, cibus, quiſumitur ante meridiem. Cibum enim meridianum, qui nobis prandium dicitur, olim cœnam vocabant. *Nonius,* Quæ nunc prandia ſunt, cœnas Sabini habebant. *Feſt.* Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium. ¶ *Prandium* non fuiſſe præcipuum cibum antiquis apparet ex *Celſo l. 1. c. 3.* cum de hyeme loquitur. Si prandet aliquis, *inquit,* utilius eſt exiguum aliquid, & ipſum ſiccum ſine carne, ſine portione ſumere. *Id. ibid.* Æſtate vero & portione, & cibo corpus ſæpius eget, ideo prandere quoque commodum eſt. *Id. l. 4.* Famem facilius fert adoleſcens, quam puer, & uno cibo, quam prandio quoque aſſuetus. Adde *Plin. l. 2. c. 39. Cic. 3. Verr. c. 19.* Quid ego iſtius prandia, & cœnas commemorem! *Id. pro Mur. c. 35.* At ſpectacula ſunt tributim data & ad prandium vulgo vocati. *Sueton. in Vitell. c. 13.* Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula, & prandia, cœnas, comeſtationeſque. *Plaut. Men. 1. 3. 25.* Prandium accurare. *Id. Truc. 3. 1. 2.* Ut bubus glandem prandio depromerem, *h. e.* in prandium.

Pransĭto, as, n. 1. freq. a prandeo. *Plaut. Aſin. 1. 1. 20.* Nequam homines, qui polentam pranſitant.

Pranſor, oris, m. ἀριστητήρ, qui prandet, aut qui invitatus eſt ad prandium. *Plaut. Men. 2. 2. 2.* Bonum anteponam prandium pranſoribus.

Pranſorĭus, a, um, quod ad prandium ſpectat. *Quint. l. 6. c. 3.* Mirantibus, quod humile candelabrum emiſſet, Pranſorium erit, inquit.

Pranſus, a, um, *cotto,* ἀρίστητος, qui prandit, partic. a prandeo vocis paſſivæ, ſed ſignificationis activæ. *Horat. l. 1. ſat. 6. v.* 27. Pranſus non avidè. ¶ Pranſos quoque veteres vocabant, non ſolum qui ediſſent, ſed etiam quibus nihil deeſſet. *Varro* apud *Non. cap. 6. n.* 59. Pranſum te, ac paratum eſſe oportere. *Cato in Origin.* Exercitum ſuum pranſum ac paratum, *h. e.* omnibus rebus inſtructum. Contra *pranſus, potus* dicitur homo diſſolutus, qui negligenter res ſuas agit. *Cicer. pro Mil. c. 21.* Adde inſcitam pranſi, poti, oſcitantis ducis. Quo ſpectat & illud *Plauti Men. 3. 2. 11.* Prandi, potavi, ſcortum accubui, &c. & *Martial. lib. 4. epiſt. penult.* Prandeo, poto, cano, &c.

* Prapedĭon, i, leontopodion. *Apul. de herb. c. 7.*

Prapedĭon, n. herba, alio nomine flammula Veneris. *Apul. de herb. c. 7.*

Praſianus, a, um, adject. Praſina Gens, populi Indiæ. *Plin. l. 6. c. 12.*

Praſii, m. 2. pop. Indiæ, qui tigres habent miræ magnitudinis, leonibus duplo majores. *Plin. l. 6. c. 19.*

Praſinātus, a, um, adject. praſina veſte indutus. *Petron. in Satyr. cap. 28.* In abitu ipſo, ſtabat oſtiarius præſinatus, ceraſino ſuccinctus cingulo.

Praſinus, a, um, *di color di porro, πράσινος,* viridis ad ſimilitudinem porri, quod Græce πράσον vocatur, quaſi dicas porraceus. Qui & color ſegetis late virentis, unde chryſocolla *Plinius* loquitur. Hinc veſtes praſinæ, quæ hujus coloris. *Martial. l. 10. ep. 29.* De noſtra praſina eſt ſynthetis empta toga. ¶ Factio praſina in ludis Circenſibus erat illorum athletarum, qui veſtibus coloris viridis utebantur. *Sueton. in Caligc. c. 55.* Praſinæ factioni ita addictus, & deditus, ut &c. *Id. in Ner. c. 22.* Praſinus agitator.

Praſium, ii, n. herba, marrubii ſpecies. *Plin. lib. 20. c. 17. Apul. de herb. c. 45.*

Praſius, ii, m. πράσιος λίθος, gemma viridis, a praſino, ſive porraceo colore. *Plin. l. 37. c. 8.* Viridantium & alia plura ſunt genera. Vilioris turbæ eſt praſius, cujus alterum genus ſanguineis punctis obhorret.

Praſoides, æ, m. πρασοειδής, genus topazii, a πράσον, *porrum,* quaſi porraceus, *Plin. l. 37. c. 8.* Et duo ejus genera faciunt, praſoidem, atque chryſopteron ſimillem chryſopraſo.

Praſon, i, πράσον, frurex marinus, foliis latis colore viridi. *Plin. l. 13. c. ult.*

Pratenſis, & ſc, o. 3. λειμώνιος, quod eſt ex prato, ut Pratenſes fungi, qui in pratis naſcuntur. *Hor. l. 2. ſat. 4. v.* 20. Pratenſibus optima fungis.

Pratŭlum, i, n. *praticello,* λειμώνιον, parvum pratum. *Cic. in Brut. c. 6.* Tum in pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.

Pratum, i, *prato,* Germ. *matten, od. wieſe,* Gal. *pré,* Hiſp. *prado,* λειμών, locus in agris, ex quo fœnum percipitur. *Varr. l. 4. de L. L. c. 4. & l. R. R cap. 7. Colum. l. 7. c. 17. Ulpian. de verb. ſign.* cenſent, prata dicta eſſe ab eo, quod ſine opere parata ſint. His ſubſcribit & *Plinius,* qui *l. 18. c. 5.* auctor eſt, veteres diviſſe *parata. Cic. 2. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.* Pratum irrigare. *Plin. l. 18. c. 20.* Cratire prata. *Col. l. 2. c. 18.* renovare pratum. *Plaut. Pſeud. 3. 2. 22.* Qui condita prata in patinis proferunt, *h. e.* varia olera.

Prave, adv. *malvagiamente,* רע, πονηρῶς, diſtorte, non recte, male. *Cic. 2. Fin. c. 8.* Ille porro male, prave, turpiter cœnabat. *Id. 1. Acad. c. 10.* Recte facta in bonis actionibus ponens, prave in malis. *Liv. l. 1. c. 32.* Prave colere religiones. *Salluſt. in orat. Lepidi cont. Sull.* Praviſſime adhuc tutus fuit.

* Pravicordĭus, a, um, πονηροκάρδιος, qui pravo eſt corde. *Auguſt. in Pſ. 146. n. 7.* Quid eſt pravicordius? torticordius, torcum cor habens.

Pravĭtas, atis, *f. difetto,* תהלה, עשה, πονηρία, deformitas, obliquitas mala, perverſa alicujus rei conſtitutio, & compoſitio. *Cic. 4. Tuſc. c. 13.* Vitium, cum corporis partes inter ſe diſſident, ex quo pravitas membrorum, diſtorſio, deformitas. ¶ Translate ſumitur pro vitio, malitia, improbitate. *Cic. Phrad. 3. c. 1.* Pravitates animi recte vitia dicuntur. *Id. 4. Acad. c. 8.* In pravitate perſtare, *Id. 5. Tuſc. c. 27.* Erroribus pravitatis mentes imbuere.

Pravus, a, um, *torto, diſtorto,* נכוחה, עקש, Ger. *krumb, nicht gerad, ungeſchlacht,* Gal. *tortu, malicieux,* Hiſp. *torcydo,* πονηρός, perverſus, diſtortus, vitioſus, a παραβαίνω, ſeu παραβαίνω, *tranſgredior, pecco. Horat. l. 1. ſat. 3. v.* 48. Talis pravis fultus. *Cic. 5. de Finib. c. 17.* Si qua in membris prava, aut debilitata, aut imminuta ſunt. *Id. 1. Acad.* Quid reſtium in oratione, pravumve. *Lucret. l. 4. v.* 514. Denique ut in fabrica ſi prava eſt regula prima. ¶ Translate accipitur pro malo, vitioſo, improbo. *Cicero R. Com. c. 10.* Nihil ab hoc pravum, & perverſum produci poſſe arbitrabantur. *Id. 3. Tuſc. c. 33.* Quo pravius nihil eſſe poſſit. *Id. de clar. Orat. c. 74.* Praviſſima conſuetudinis regula. *Velleſ. l. 2. c. 10.* A vitiis ad prava, a pravis in præcipitia pervenitur. *Virg. 4. Æn.* Fama ficti, pravique retinax. ¶ Cum genit. *Silius l. 3. v.* 252. Pravus fidei. ¶ *Pravus,* & *depravatus* differunt, quod *pravus* natura, *depravatus* dicitur mala diſciplina. Aliqui dicunt, *pravum* majus eſſe, quam *depravatum,* quod *pravus* ſit & corporis, & animi; *depravatus,* tantum animi, quo beſtiæ carent. *Cic. 2. Fin.* Beſtiarum vero nullum judicium puto. Quamvis enim depravatæ non ſint, pravæ tamen eſſe poſſunt.

Praxĭdica, orum, n. τὰ πραξίδικα, libri ab Accio conſcripti, de quibus *V. Pragmaticus.*

Praxitĕles, is, m. Πραξιτέλης, egregius ſtatuarius, natus in Magna Græcia, quæ eſt ora Italiæ; Olympiade 104. & vixit circa Pompeji Magni ætatem. Opera ejus fuere Athenis in Ceramico. Duas Veneres fecit, alteram velata ſpecie, quam populi inſ. Coi emerunt, alteram nudo corpore, quam Gnidii. Alia opera quamplurima ejus refert *Plin. l. 34. c. 8. & l. 36. cap. 5.* Scripſit etiam quinque volumina nobilium operum in toto orbe, teſte *Varrone* apud *Plin. l. 36. c. 5.*

Praxitĕlius, & Praxitelicus, a, um, ad Praxitelem pertinens. *Cic. l. 2. Div. cap. 21.* Non in omni marmore neceſſe eſt ineſſe Praxitelia capita. *Plin. l. 36. c. 5.* Veneris Praxitelicæ ſpecimen.

Precabundus, a, um, adject. in modum precantis compoſitus. *Pacatus in panegy. Theodoſ. c. 36.* Manus illa ſubmiſſis precabunda vexillis petiit veniam neceſſitatis.

Précandus, a, um, particip. verbi precor. *Tacit. 4. An. c. 7.* Precandum poſt hæc Modeſtiam; ut &c.

Precans, tis, nom. particip. *ebi prega. Virg. 12. Æn. v.* 930. Ille humilis, ſupplexque oculos, dextramque precantis Protendens. *Ovid. 7. Met. verſ.* 590. Pro gnato genitor dum verba precantia dicit,

Pre-

Precatio, adv. μετὰ δεήσεως, חנם, prece, vel precibus. *Ulp. l. 43. Dig. tit. 25. l. 2.* Habere precario videtur, qui poſſeſſionem vel corporis, vel juris adeptus, ex hac ſolummodo cauſa, quod adhibuit preces, & impetravit, ut ſibi poſſidere, aut uti liceat. *Cic. pro Cæc.* Ita ſe poſſeditſe, uti nec vi, nec clam, nec precario poſſederit. *Curt. c. 2.* Mori præſtat, quam precario imperator eſſe. *Aurel. Vict. de Viſt. de vir. illuſtr. cap. 7.* Precario regnare cœpit.

Precarium, ii, n. locus in ædibus precibus faciendis deſtinatus, ſacrarium. *Petron. in Satyr. c. 30.* ubi alii leg. *prætorium.*

Precarius, a, um, *ottenuto con preghiere,* חנם, δεδωπημένος, quod habetur ex precibus, quod tamdiu obtinetur, quamdiu is, qui conceſſit, permiſerit. *Ulpian. l. 43. Dig. tit. 25. lib. 1.* Precarium eſt, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur: quod genus liberalitatis ex jure gentium deſcendit, & diſtat a donatione eo, quod qui donat, ſic dat, ne recigentium deſcendit, & diſtat a donatione eo, quod qui donat, ſic dat, ne recipiat; qui precario concedit, ſic dat, quaſi tunc recepturus, cum ſibi libuerit precarium ſolvere. *Brut. Cic. ep. 16.* Salutem abs ſe peti precariam. *Curt. lib. 10. cap. 6.* Sed precarium ſpernabatur imperium. *Tac. l. 1. c. 42.* Meque precariam animam inter infenſos trahere. *Liv. l. 3. c. 47.* Prenſare homines cœpit, & non orare ſolum precarium opem, ſed pro debita petere. *Id. lib. 8. c. 35.* Precarium auxilium. *Ovid. 9. Met. v. 76. de Acheloo:* quem forma precaria celat, *h. e.* quaſi commodata.

Precatio, onis, *preghiera,* תחנונים, תפלה, δέησις, actus precandi, rogando, obſecratio. *Cic. 1. Tuſc. c. 47.* Simili precatione Trophonius, & Agamedes uſi dicuntur. *Liv. l. 31. c. 5.* Cum pronunciaſſent conſules, rem divinam rite perfectam eſſe, & precationem admiſiſſe Deos. *Id. l. 39. c. 18.* Precationem facere.

Precative, adverb. precario. *Ulpian. tit. 24. in tit. ex corp. Ulp.* Fideicommiſſum precative relinquitur.

Precativus, a, um, adject. idem ac precarius. *Tit. 24. in tit. ex corp. Ulpian.* Ea, quæ precativo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur. *Ammian. l. 17. c. 10.* Precativa pax.

Precător, oris, m. δεητήρ, qui precatur pro re aliqua. *Ter. Heaut. 5. 2. 22.* Nec tu aram tibi, neque precatorem pararis.

* Precatorius, a, um, δεητικός, ad precandum pertinens. *Donat.* ad *Ter. Phorm. 1. 2. 92.* Ars præcatoria.

Precatrix. V. Precatrix.

Precātus, us, m. *preghiera,* precatio, preces. *Stat. 10. Theb. v. 71.* Sed nec perſiſte precatus, Tantaque dona velit.

Precārius, a, um, particip. paſſivæ ſignificationis, *pregato. Juvenc. l. 3. v.* 85. Suſpicientique dehinc cœlum, genitore precato.

Preces. V. Prex.

Precĭæ, uvæ, πρῶπαι, σκαφικαί, quæ ante alias maturelcunt, quaſi præcoquæ, ut exponit *Serv.* in illud 2. *Georg. v.* 95. Tenuiſque Lageos Tentatura pedes olim, vincturaque linguam, Purpureæ, preciaque.

* Precĭanum, pitorum genus. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 15.* ex *Clotario.*

Precĭus, ſeu Pretius lacus in Campania. *Cic. pro Mil.* Ut inſulam in lacu Precio venderet.

Precor, aris, atus ſum, d. 1. *pregare,* התחנן, תחנן, Germ. *bitten, begehren,* Gall. *prier,* Hiſp. *rogar, δέομαι,* rogo, obſecro, obteſtor. Conſtruitur cum acc. perſonæ. *Cic. pro Balb.* Ut Deos immortales ſcientia peregrina, mente domeſtica precaremur. ¶ Vel cum accuſ. perſ. & præp. *ad. Liv. l. 38. c. 43.* Quos adorent, ad quos precentur, aut ſupplicent. Ambracienſibus non ſuperesſe. ¶ Vel cum accuſ. *Cicer. in Piſon. cap. 14.* Ut omnes ſui cives ſalutem, incolumitatem, reditum precentur. ¶ Vel cum accuſ. perſ. & altero accuſ. communi. *Cic. ad Q. Fr.* Quod precarer Deos, niſi meas preces audire deſiſſent. ¶ Vel cum accuſ. perſ. & accuſ. *preces,* quemadmodum dicimus, Vivere vitam, currere curſum, &c. *Cato cap. 134.* Jane pater te hac ſtrue commovenda bona preceor. ¶ Vel cum accuſ. perſ. & conjunctivo cum partic. *ut. Cicer. 2. Catil.* Quos vos precari, venerari, atque implorare debetis, ut &c. ¶ Vel cum acc. rei, & abl. perſ. cum præp. *a,* vel *ab. Cicer. ad Quir. poſt red.* Quod precatus a Jove O. M. cæteriſque Diis immortalibus ſum. ¶ Vel cum accuſ. & dat. *Cic. in Piſon. cap. 19.* Si unquam vobis mala precarer. ¶ Vel cum dat. perſ. & adv. loco accuſ. rei. *Cic. in Piſon. cap. 14.* An, quod tibi proficiſcenti evenit, ut omnes exſecrarentur, male precarentur? *Quintil. in epiſt. ad Trypb.* Et oram ſolventibus bene precemur.

Prehendo, is, endi, enſum, a. 3. *prendere,* לקח, לכד, Ger. *ervviſchen, faſſen,* Gal. *prendre,* Hiſp. *prender aſir, λαμβάνω.* capio. Quidam ſcribunt per *æ, prahendo,* ducentes ab inuſitato *hendo,* & pra præpoſit. *Cic. 1. de Or. c. 56.* Prehendere manu aliquem. *Id. 1. Div. c. 28.* Prehendere manum alicujus. *Plin. l. 30. c. 15.* Prehendi tribus digitis. *Cic. in Arat. v. 116.* Stirpes tellus amplexa prehendi. *Ter. Heaut. 3. 1. 89.* Syrus eſt prehendendus, atque adhortandus mihi. *Gell. l. 4. c. 10.* Catonem prehendi loquentem, & in carcerem duci juſſit. *Plaut. Bacch. 4. 4. 45.* Quem mendacii prehendit manifeſto modo, *h. e.* deprehendit, *convince.* ¶ Per ſyncopen dicimus *prendo, is, Virg. 6. Æn. v. 61.* Italiæ prendimus oras. *Ter. Phorm. 4. 3. 15.* Viſum eſt mihi, ut ejus tentarem ſententiam: prendo hominem ſolum, &c. *Plin. lib. 2. ep. 9.* Prendo amicos, ſupplico, ambio domos. Alii leg. *prenſo.* ¶ Præterit. *prendidi,* apud *Sil. l. 15. v. 632.* Fert lethum caſcumque viro, quem prendidit ictus. Al. leg. *prenderit.*

Prehenſio, *vel* Prenſio, onis, f. *preſa, preſura,* actus prehendendi. *Aſcjus Capito* apud *Gell. l. 13. c. 12.* In magiſtratu habent alii vocationem, alii prehenſionem, *h. e.* jus prehendendi, & in carcerem trudendi. *Var. ib. c. 13.* Poteſtatem prenſionis habere. ¶ Apud *Cæſarem l. 2. B. C. c. 9.* prehenſio videtur eſſe machinæ quoddam genus, qua pondera in altum extolluntur. Quidam tamen Interpretes ex MS. quibuſdam leg. *preſſo.*

Prehenſo, & Prenſo, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a prehendo, *acchiappare, prendere. Horat. l. 1. ſat. 9.* Prenſare manu lentiſſima brachia. *Virg. 1. Æn. v. 444.* Prenſant faſtigia dextris. *Liv. l. 12.* Ad conſilium prenſandum tempus opus eſſe. ¶ Frequentiſſime ſumitur pro blande tractare, ambire, poſcere, præſertim in petitione honorum, nam Candidati comitiorum tempore ſingulos ſuffragia laturos circumibant, & manum prehenſando ſupplices ſe ipſi commédebant. *Cic. Att. l. 1. ep. 1.* Prenſat unus P. Galba. *Liv. l. 3. cap. 47.* Prenſare homines cœpit. *Tacit. 4. hiſt. c. 46.* Prenſare commanipularium pectora, convicibus innecti.

Prehenſus, & Prenſus, a, um, nom. ex particip. *preſo. Virg. 2. Æn. verſ. 592.* dextraque prehenſum Continuit. *Horat. lib. 2. od. 16.* in patenti prenſus Ægeo. *Gell. l. 11. c. 18.* Furti manifeſti prenſus. *Id. ibid.* Qui manifeſto furto prenſus eſſet, *preſo ſul fatto.*

* Prelium. V. Pœlium.

Prelum. V. Prælum.

Prema, æ, f. Dea nuptiarum, de quâ *Auguſt. l. 6. de Civ. Dei, c. 9.*

Premo, is, preſſi, preſſum, a. 3. *premere, calcare,* דרך, Germ. *truken, drengen,* Gal. *preſſer, ſerrer,* Hiſp. *apretar,* θλίβω, calco, innitor alicui rei cum pondere. *Virg. 2. Æn. v.* 397. Veluti qui ſentibus anguem preſſit. ¶ Per Synecdochen ponitur pro ſtringere. *Virg. 4. Georg.* Et ſpumantia cogere preſſis Mella favis. ¶ Item pro infodere, demergere. *Virg. 2. Georg.* Quæcumque premes virgulta per agros. ¶ Item pro effodere. *Virg. 10. Æn.* Sulcumque ſibi premat ipſa carina. ¶ Item pro claudere. *Virg. 9. Æn. v.* 486. Preſſive oculos, ac vulnera lavi. ¶ Item pro vitare. *Caro.* Qui toties villici tui uxorem abſente preſſiti viro. Premere quippiam leges apud *Sueton. in Caligc. c. 25.* ¶ Item pro inſequi, inſiſtere, *Virg. 1. Æn. v.* 471. Hæc fugerent Graji, premeret Trojana juventus. ¶ Item pro urgere, *Virg. 3. Georg. v.* 412. Ingentem clamore premes ad retia cervum. ¶ Item pro occidere. *Virg. 9. Æn.* Armigerumque Rhemi premit. ¶ Item pro removere. *Virg. 1. Georg.* Et turris opaci falce premes umbras. ¶ Translate eſt occultare. *Virg. 1. Æn.* Premit alcum corde dolorem. ¶ Item cohibere. *Virg. 1. Æn. v. 57.* Imperio premit, ac vinclis, & carcere frenat. ¶ Item aſtringere, obſidere. *Cæſ. l. 3. B. G.* Quibus anguſtiis Cæſar a Venetis prematur. ¶ Item vim adhibere, neceſſitatem afferre. *Cic. pro R. Am. cap. 34.* Quæ neceſſitas te tanta premebat? ¶ Item adverſari. *Virg. 10. Æn. v.* 375. Numina nulla premunt. ¶ Item vexare, affligere. *Cicer. 1. de Or. cap. 53.* Cum invidia, & odio populi Galba premeretur. *Id. Att. l. 7. ep. 3.* Ære alieno premuntur. ¶ Item impedire, retinere. *Cic. in Brut. cap. 97.* Curſum ingenii tui premit hæc importuna clades civitatis. ¶ Item inſtare, dicendo immorari, adverſarium in anguſtum redigere. *Cicer. de Div.* Premam te, cum ex te cauſam uniucujuſque rei exquiram. *Plin. l. 3. ep. 9.*

Nihil magis preſſi, quam quod accuſator ejus, &c. *Quinct. l. 12. de Cic.* Præcipuę vero preſſerunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupiebant. ¶ Item ſuperare. *Ov. 7. Met. v.* 448. Si titulos, annoſque tuos numerare velimus, Facta premunt annos, ideſt plura ſunt facta, quam anni, aut majora, quam pro ætate. ¶ *Premere veſtigia,* eſt conſiſtere, *fermarſi. Virg. 6. Æn. v.* 331. At, veſtigia alicujus premere eſt proxime ſequi. *Tacit. 2. Ann. c. 14.* ¶ *Premere vocem,* eſt tacere, *Virg. 9. Æn.* Sic premere ſilentia, *Sil. l. 12.*

* Prendo. V. Prehendo.

Prenſatio, onis, f. *broglio,* ambitus. *Cic. Att. lc. l. 1. ep. 1.* Fuit illius hæc præproperæ prenſatio.

Prenſĭto, as, a. 1. frequent. a prenſo. *Sidon. l. 2. ep. 8.* Cum Libitinam ipſam flentes omnes prenſitarent.

Prenſo, as. V. *Prehenſo.*

Prenſus. V. *Prehenſus.*

Presbўter, eri, m. *prete,* πρεσβύτερος, זקן, כהן, ſenior, qui eſt grandioris ætatis, a Græco nomine allato, quod eſt compar. nominis πρέσβυς, ſenex. Apud Eccleſiaſticos eſt Sacerdos ſecularis. *Tert. de Præſcript. c. 4. Sid. l. 6. ep. 2. Prud. Periſteph. 4. v.* 20.

* Presbyterātus, us, m. πεσβυτερσύνη, munus & dignitas Presbyteri. *Hier. ep. 22

redemptus. Hecubam filiam Diamantis, vel Cissei Regis Thraciæ uxorem duxit. Habuit etiam concubinas quadraginta novem. Quinquaginta filios suscepit, septenoecim ex uxore, reliquos ex concubinis. Ex his Helenus, & Cassandra vates fuere. Paris Helenam rapuit. Cum Primus nullis legationibus adduci potuisset, ut Helenam redderet, bellum a Græcis decennale passus est. Vidit in eo bello filios suos fere omnes ab hostibus interfectos. Tandem capto Ilio & ipse a Pyrrho Achillis filio occisus est prope aram Jovis Hercei, quæ in ædibus Regiis erat, in oculis Hecubæ. Hæc ex *Virg. 2. Æn. v. 506.* & *Cic. 1. Tusc. cap. 35.* ¶ Priamus alter, filius Politis, nepos Priami Regis, quem puerum Æneas ex Troja incendio fecum in Italiam duxisse dicitur. *Virg. 5. Æn. v. 564.*

Priapeia, orum, *n.* πριαπεῖα, carmen obscœnum, quod alii *Virgilio*, alii *Ovidio* asscribunt. Sed verisimilius est, multorum id opus esse ob argumenti similitudinem unum in volumen congestum.

Priapinus, a, um, adjectt. ad Priapum pertinens. *Petron. in Satyr.*

Priapiscus, i, πριαπίσκος, herba, alio nomine Satyrion. *Appul. de herb. c. 15.*

Priapismus, mi, m. πριαπισμός, tentigo, morbus, cum genitale membrum in longitudinem protenditur, & in circulum intumescit sine Veneris appetitu: quod vitii genus iis potissimum solet usvenire, qui supini cubare consueverunt. *Cœl. Aurel. Acut. 3. c. 18.*

Priaponnesas, f. 2. ins. parva Cariæ, in sinu Ceramico. *Plin. l. 5. c. 31.* Hoc tempore caret habitatoribus, & nomine.

Priapus, i, m. Ὕριαπος, filius Liberi Patris, seu Bacchi, & Veneris. Hunc superstitiosa antiquitas horrorum præsidem credidit. Cum Venus Bacchum amaret, cum eo concubuit, & Baccho in Indiam profecto, cum Adonide. Postea Baccho ex India reverso coronam illi obviam progredienti obtulit, eumque sic coronatum tamquam sponsum sequi se jussit. Ex quo cum concepisset, in Lampsacum oppidum Hellespontiæ abiit. Aristæne autem (aliqui Junonem scripsere) infensa illi ob zelotypiam, manu uterum illius incantando tetigit: ex quo factum est, ut pareret filium non modo præter omnes alios deformem, sed & ingenti pene præter modum dehonestatum. Cujus cum filam puderet, reliquit in urbe Lampsaco ab se rejectum. Hinc Lampsacenus, & Hellespontiacus dictus est. Hunc postea, cum Lampsacenis mulieribus nimium gratus esset, a civibus ejectum ferunt. Ob quam rem, cum nocivo quo malo premi cœpissent, templa eidem, & sacra constituerunt, factaque etiam hominum Deus est. Immolabant ei asinum, quod cum olim hic Deus in festis Bacchi, ad quæ Panes, Satyri, Najades, Dryades, aliique Dii Deæque convenerant, intempestate noctis silentio, Lethidem Nymphan, humi dormientem, stuprare veller, repentino asini, quo Silenus vehebatur, clamore fuisset impeditus. *Ovid. Fast. l. 1. & 6.* Hyginus vero tradit, ob id Lampsacenos asinum Priapo immolare consuevisse, quod ab asino, cum de magnitudine membri certarent, superatus videretur. ¶ Sumitur interdum pro ipso virili membro. Hinc *Juven. sat. 2. v. 14.* Virreo bibit ille priapo, *h. e.* calice in modum penis elaborato.

Priapus, i, f. Priapum, *Lapsi*, urbs Mysiæ Asianæ, ad Hellespontum, maritima, cum fl. cognom. finitima Pario, & Lampsaco. *Plin. l. 5. c. 32.* Et sic dicta a Priapo Deo horrorum, qui illam condidit, & ibi colebatur.

Pridem, adv. *poco innanzi, già poco tempo*, מִבְּנֵי לְפָנִי, כְּמוֹ, Germ. *langstens vor etlicher zeit*, Gall. *il y a long temps*, Hisp. *dias a, ya ha dias*, sub. ἡμέρα, die uno ante, præcedenti die, a *pra*, vel *pri*, & *die*, quasi priore die. *Fest.* Constituitur vel absolute. *Cic. 7. Phil. c. 4.* Cui cum pridie frequentes effectis assensi. ¶ Vel cum gen. *Cic. Leur. l. 1. Fam. ep. 4.* Quod jam illam ferentiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus diei fregeramus. ¶ Vel cum accusf. *Cicer. lib. 3. Fam. epist. 4.* Pridie Nonas Junias, cum illum Brundusii. *Id. Att. lib. 2.* Ibi esse usque ad pridie Calendas Majas volo. ¶ Vel cum adv. *quam*. *Cic. de Amic.* Pridie, quam excessit e vita.

Prídne, es, f. 1. *Palatia*, Ἴλιον, urbs maritima Ioniæ, in Cariæ confinio, proxima Heraclex, patria Biantis Philosophi. Fanum inter alia Minervæ præclarum habuit. *Anson. de 7. Sapient. v. 8.*

Prienensis, se, ad Prienem pertinens, oppidum Ioniæ maritimum in confinio Cariæ. *Valer. Max. l. 1. c. 5. num. 1. ext.* Prienensibus auxilium adversus Carras implorantibus. *Plin. l. 20. c. 2. ante med.* Prienense scammonium.

Prienēus, a, um, adjectt. a Priene. *Sidon. carm. 2. v. 161.* Prienee Bia, quod plus tibi turba malorum est. ¶ Apud *Anson. de 7. Sapient. in Biante v. 1.* est trisyllabum. Verba sunt: Βίας Πριηνεὺς ἦλθε, οἱ πλεῖστοι κακοί.

Primævitas, atis, *f. gioventù, adolescenza*, primum ævum, primi anni adolescentiæ. *Inscript.* (IV. Christi sæculo exarata) apud *Gruter. pag. 462. n. 1.* Cujus primævitas officio Sedis Urbanæ advocationis exercitio, &c.

Primævus, a, um, *primo, primogenito, più vecchio*, πρωτόγονος, quod est primæ ætatis, sicut grandævus, grandioris ætatis. *Virg. 9. Æn. v. 544.* Quorum primævum ferebat. *Catull. de nupt. Pel. & Thet. v. 40.* Oquavit genitor primævi funera nati, *h. e.* primogenici. ¶ Item juvenis, velut qui primos vitæ annos nondum excesserit. *Sil. l. 5. v. 424.* Primævos juvenes. *Virg. 7. Æn. v. 162.* primævo flore juventæ. *Id. Æn. 10. v. 345.* fidens primævo corpore.

Primāni, m. 2. Primæ legionis milites, ut Secundani secundæ, Tertiani tertiæ. *Tacit. lib. 2. hist. c. 43.* Primani, fratris una & Vicesimanorum principibus, aquilam abstulere.

Primanus Tribunus, is dicebatur, qui primæ legioni tributum scribebat, ut tradit *Festus*, citans *Catonis* orationem, quam de suis virtutibus contra Theriumum habuit.

Primarius, a, um, *primiero, principale*, רִאשׁוֹן, Ger. *furnemste, der erst, vorderst*, Gal. *le premier, le plus excellent*, Hisp. *primiero*, ἀρχικός, quod aliunde non habet originem, vel quod est primum in aliquo ordine, ut Primarii cives, vel viri, qui sunt primi in civitate, qui etiam primates dicuntur. *Cic. 3. Fin. c. 16.* Sic in vita non ea, quæ primario loco sunt, &c. *Id. de Sen. c. 17.* In quem illud elogium unicum plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. *Id. 5. Ver.* Hæc omnia docco civitatum, & privatis primariorum virorum testimoniis. *Id. 3. Ver. c. 58.* Siciliæt magno præsidio fuit Anniæ pupillæ mater fœmina primaria.

Primas, tis, o. primarius. *Apul. l. 2. Met.* Apud primatem fœminam.

Primātim, adv. *la prima volta*. *Plaut. Cas. prol. v. 17.* Hæc cum primatim acta est, vicit omnes Fabulas. Al. leg. *primum*.

Primātus, us, m. πρωτεῖον, primarium auctoritas. *Var. l. 1. de R. R. c. 7.* Alii dant primatum bonis pratis. *Plin. l. 13. c. 12.* Primatum mutavit Claudius.

Prime, adv. apprime, valde. *Nevius* apud *Charisf. l. 2. pag. 188.* Acontizomenos fabula est prime proba.

Primicepsos. v. *Bicepsus*.

Primiceriatus, us, m. officium, & dignitas Primicerii. *Leg. 1. Cod. de Decan.*

Primicerius, ii, אַלּוּף, רֹאשׁ, magister, vel princeps officii, h. e. qui primum obtinet locum inter aliquos munere publico fungentes. Amplissime enim hæc vox accipitur, & generatim ita vocantur, qui in aliquo munere principes sunt, adeo quidem ut & scholæ, collegiaque fuum habuerint primicerium. Unde *Suidas* generatim interpretatur πρῶτον πᾶς τάξεως, ideft qui in quocumque ordine primum locum obtinet. Itaque *Primicerius in officio Prafectorum Prætorio*, legitur apud *Veget. de R. M. l. 2. c. 21.* & *Primicerius protectorum* apud *Ammian. Marcell. l. 18. c. 3.* Ac *in Cod. Justinianeo*, & *Theodosiano* similiter habetur, *Primicerius fabricæ, equitum, deputatorum, sacri cubiculi, scriniorum*, & aliarum rerum, ut *Brissonius*, & *Donatus* docent. ¶ De ejus etymologia varii varia, sed plures, & saniores ita dictum putant, quia primus scriberetur in cera, h. e. in tabula cerata, seu catalogo alicujus ordinis. Itaque *D. Aug. ferm. 21.* D. Stephanum vocat primicerium martyrum. Nunc vox hæc ad Ecclesiasticam dignitatem transiit Episcopali proximam.

Primigenius, a, um, נִבְחָר, προηγούμενος, primitivus, qui aliunde non habet originem. *Var. l. 2. de R. R. c. 2.* Dicam de primigenia pecuaria, ideft de ovibus, quæ sint ad fœturam utiles. Primigenia verba, seu vocabula πρωτότυπα φωνή, quæ non sunt ab alia voce, sed fuas habent radices, ut *lego, scribo*. *Varl. 5. de L. L. c. 5.* ¶ *Primigenia femina* dicuntur, quæ a natura insita sunt, quæ *Cicero* prima naturæ, & Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant. In his numerant incolumitatem, conservationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem exteraque hujusmodi. *Var. lib. de R. R. c. 9.* In his intus primigenia femina dedit natura. ¶ *Primigenius sulcus* dicitur, teste *Festo*, qui in condenda nova urbe junctis tauro, & vacca, designationis causa imprimitur. ¶ *Primigenia Fortuna*, Dea quædam apud Romanos, ita dicta a primum gignendo. Hujus ædem dedicavit Q. Martius Ralla in colle Quirinali Duumvir ad id ipsum creatus. *Cic. 2. de Leg. c. 11. Liv. l. 34. c. 53. a med.*

Primigĕnus, a, um, πρωτόγονος, quod primo genitum est. *Lucret. lib. 2. v. 1104.* Dicunque primigenum maris, & terræ, solisque coorrum.

Primipăra, f. 1. *di primo parto*, πρωτοτόκος, fœmina in quovis animalium genere, quæ primo peperit. *Plin. l. 8. c. 40.* Et ab ea, quę fœmina sit ex primipara genita, citius cerni. Adde *c. 47.*

Primipilāris, & re, o. 3. qui fuerat, vel qui est primipilus. *Quintil. lib. 6. c. 3.* An primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema judicia. *Inscript. apud Gruter. pag. 416. num. 1.* Primipilari Leg. VIII. ¶ Legitur & *primopilaris* in Inscript. apud *eumd. pag. 50. n. 6.*

Primipilārius, ii, m. idem ac primipilaris. *Sen. de Constan. Sap. c. 18.* Nec impune cessit principiario, quod &c. *Spartian. in Juliano, c. 5.* Nigrum, missio primipilario, occidi imperat.

Primipīlatus, us, m. primipili dignitas. *Impp. Valerian. & Galen. lib. 12. Cod. tit. 63. leg. 1.* Commoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi.

Primipilus, *sive* primopilus, m. 2. πρώτος πίλος ἔχων. Centurio primi pili, hoc est dux primæ centuriæ in ordine pilanorum, seu triariorum. Sed *Dionysf. l. 9.* scribit, omnes Centuriones legionis, qui sexaginta erant, generatim primipilos appellaros esse. *Veget. l. 4. c. 8.* sic scribit: Vetus consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primi pili, qui non solum aquilę pręerat, verum etiam quatuor centurias, h. e. quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tamquam caput totius legionis merita consequebatur, & commoda. *Celf. l. 2. B. G. c. 25.* P. Sextio primipilo multis vulneribus confecto. *Val. Max. l. 1. c. 6.* Aquilarum altera vix convelli a primipilo potuit. ¶ *Primipilus* legitur in Ver. Inscr. apud *Manut. de quæst. per epist.* ¶ Differunt autem *primipilus*, & *primus pilus*, nam *primus pilus* est prima centuria: *primipilus* vero ejus centuriæ ductor. V. *Pilum*. ¶ Summa erat primipili dignitas, quique eam obtinebat, statim in equestrem ordinem referebatur. *Martial. l. 10. epigr. 58.* Et referes pili premia clarus eques. V. *Just. Lipf. de milit. Rom. l. 2. dial. 8.*

Primipŏtens, tis, adjectt. primus potentia. *Apul. in Asclep.* Deus primipotens, & primus gubernator mundi.

Primiscrinius, ii, m. primus in ordine scriniariorum, *leg. ult. Cod. de munerib. leg. 3. Cod. de Divers. offic. & Symmach. l. 1. ep. 33.*

Primister, adv. idem ac primo, seu primitus. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 661.* Sicuti cum primister ficos populare sentis.

Primitæ, arum, f. *primizie*, רֵאשִׁית, Germ. *die erstling*, Gal. *primices*, Hisp. *primicias*, ἀπαρχαί, primę res in quocumque genere, ut Primitiæ operum, armorum, fugum, vel fruchuum, &c. a *primus*. Sunt, qui censent, primitias proprie dici de primis fructibus ex agro susceptis, qui Deo offerebantur, translate etiam de aliis rebus. *Plin. lib. 18. c. 2.* Piniquam Sacerdotes primitias libasient. *Colum. l. 4. c. 10.* Primitias vitis refecare consuevernt, *ideft* prima flagella. *Stat. l. 11. Theb. v. 285.* Primitiæ armorum. *Id. Theb. 2. v. 742.* Ferre primitias operum. *Tacc. 4. hist. c. 53.* Metallorum primitiæ.

Proconſul, is, m. *Proconſule, Vicecoſule*, ἀνθύπατος, qui cum poteſtate Conſulari ad aliquam provinciam adminiſtrandam mittebatur, a *pro*, & *Conſul*, quod eſſet loco Conſulis, ſeu Conſulis vice fungeretur. Hinc nominis cauſam eſſe ex eo cognoſcimus, quod non tantum dicebatur *Proconſulem eſſe*, ſed etiam, & quidem uſitatius *pro Conſule*; qua de re V. *Manut. in princip. commentar. in Cic. epiſt. ad Fam. Cic. 2. de Div.* Quam multi ſunt anni, cum bella a Proconſulibus, & Propraetoribus adminiſtrantur? *Id. pro L. Man. c. 22.* Quo quidem tempore eum eſſet non nemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum pro Conſule, L. Philippus diſſile dicitur, non ſe illum ſua ſententia pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere. Tanta in eo Reip. bene gerendae ſpes conſtituebatur, ut duorum Conſulum munus unius adoleſcentis virtuti committeretur. *Id. l.1. de Or. c.18.* Cum Proconſul in Ciliciam proficiſceres Athenas veniſſem. *Tac. 4. Ann. cap. 23.* Proconſul ejus anni P. Delabella. *Tac. 15. Ann. c.22.* Propraeturibus, proconſulibus. ¶ *Ulp. l. 14. ff. de Off. Proconſ.* Proconſules non amplius, quam ſex faſcibus utuntur. ¶ Fere qui conſulatum priore anno geſſerat, poſteriore ad provinciam adminiſtrandam proconſul mittebatur; cujus rei paſſim occurrunt exempla: apud *Livium* tamen *l. 3. c. 4.* leginus, in magno Reipublicae periculo, T. Quinctius privatum proconſulem in provinciam miſſum, ut ſubſidio caſtris obſeſſi conſulis eſſet.

Proconſulāris, & re, o. 3. ἀνθυπατικός, ad Proconſulem pertinens. *Gell. l. 5. c. 14* Cum provinciam Africam Proconſulari imperio meus dominus obtineret.

Proconſulātus, us, m. ἀνθυπατεία, dignitas Proconſulis. *Plin. l.14. c. ult.* Ad Proconſulatum uſque e Praetura honoribus geſtis.

Procor. V. *Proco.*

Procraſtinātio, onis, *dilatione*, ὑπέρθεσις, dilatio. *Cic. 6. Phil. c.3.* Nam cum pleriſque in rebus gerendis tarditas, & procraſtinatio odioſa eſt.

Procraſtīno, as, n. 1. *prolongare di giorno in giorno*, אחר, Ger. *langer verſparen*, Gall. *differer, delayer*, Hiſ. *differer*, ὑπερβάλλομαι, diem de die traho, differo. *Cic. pro R. Am. c.9.* Rem differre quotidie, ac procraſtinare iſti coeperunt. ¶ Et paſſive. *Id. Ver. 6. c.45.* Res non procraſtinatur. *Gell. l.17. c.10.* Quae procraſtinata ſunt ab eo.

Procreātio, onis, παλιγγενεσία, generatio. *Cic. 1. Tuſc. c.14.* Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis? *Id. 2. Div. c.46.* Diſſimilitudo locorum diſſimile hominum procreationes habet.

Procreātor, oris, maſc. יוֹלֵד, γεννήτης, genitor, parens. *Cic. de Univ. c.8.* Animum igitur cum ille procreator mundi Deus ex ſua mente, & voluntate genuiſſet. *Id. 4. Fin. c.7.* A procreatoribus amati.

Procreātrix, icis, f. אֵם, יוֹלֶדֶת, παιδοποιητικὴ, genitrix, parens. *Cic. 1. de Or. c.4.* Neque te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quamdam, & quaſi parentem eam, quam Philoſophiam Graeci vocant, &c.

Procreatus, a, um, nom. ex partic. genitus. *Cic. 3. Fin. c.19.* Ut natura & procreari velles, & dirigi procreatos non curaret.

Procrēo, as, a. 1. *generare*, γεννάω, genero, efficio. *Cic. 3. Fin.* Uxorem ſibi adjungere, & ex ea liberos procreare, *Id. de Senect. cap. 15.* Terra ex minutiſſimis ſeminibus tantos truncos procreat. ¶ *Procreare alicui periculum*, h. e. intentare, moliri. *Cic. Att. lib. 2. epiſt. 22,* Si mihi periculum procreareiur ab eo, quem &c. Al. leg. *crearetur.*

Procreſco, is, n. 3. idem ac creſco, *Lucr. l. 2. v.566.* Et res progigni, & genitas procreſcere poſſe.

Procris, is, f. Πρόκρις, filia Erichthei Regis Athenienſium, ſoror Orithyae, uxor Cephali, qui eam in ſilvas ſecutam, eodem telo, quod ab ipſa dono acceperat, putans feram eſſe interfecit. *Ovid. Met. 7. v.795.*

Procrustes, m. 3. Προκρούστης, latro inſignis in Attica regione, ſuper Cephiſſum ſi. latrocinia exercens, qui cogebat hoſpites in lectum aliquem aſcendere, quo ſi longiores fuiſſent, pars ſuperemines amputabatur, ſi breviores, vi extendebantur, a quâ re etiam nomen illi inditum putant. Hunc poſtea Hercules, vel, ut alii ſcripſere, Theſeus interfecit. *Ovid. 7. Met. v.438.* Vidit & immirem Cephiſſus prae Procruſten.

Procubītor, oris, m. *guardia*, φρουρός, qui noctu cuſtodiae cauſa excubat, cum caſtra hoſtium in proximo ſunt, *Feſt.*

Procubo, as, bui, bitum, n. procumbo, jaceo. *Virg. 3. Georg. v.145.* Speluncaque tegant, & ſaxea procubet umbra. Aliqui legunt *protegat.*

Procūdo, is, di, ſum, a. 3. *affretigliare, aguzzare battendo*, דקק, πυρτεύειν, cudendo extenuo, probe cudo, exacuo. *Virg. 1. Georg. v.261.* Durum procudit arator vomeris obtuſi dentem. ¶ Saepe translate ſumitur pro petulcare. *Cic. 3. de Orat. c.30.* Non ſolum acuenda nobis, neque procudenda lingua eſt. *Horat. l. 4. od. ult. v.19.* Ira procudit enſes. ¶ Ponitur etiam pro generare, aut invenire. *Lucret. l.5. v.854.* Nec poſſiſſe propagando procudere prolem. *Id. l.3. v.1095.* Nec nova vivendo procuditur alia voluptas. ¶ Procudere dolos, eſt, artificioſe machinari. *Plaut. Pſeud. 2. 2. 29.* Hic mihi incus eſt; procudam ego hodie hinc multos dolos.

Procul, adv. *di lontano*, מֵרָחוֹק, Germ. *fern, von fernen*, Gal. *loin, de loin*, Hiſp. *de lexos*, πόρρω, longe; quaſi *porro* ab *eodem*, ut ait *Serv. 3. Aen. v.12. Caſſ. l.3. B.G. c.46.* Tum flumi incendiorum procul videbantur. ¶ Dicitur & de loco minus longinquo. *Virg. Ecl. 5. v.16.* Serta procul tantum capiti delapſa jacebant. ¶ Saepe conjungitur cum aliis adverbiis, *hinc, ibinc, illinc, inde, aliunde*, ut Procul hinc, ideſt longe ab hoc loco. *Ter. Hec. 4. 3. 2.* Procul hinc ſtans. *Cic. pro Mil.* Sciebat Pompejum eſſe procul inde. *Id. 4. Verr. c.20.* Non quaeſivit procul aliunde. ¶ Interdum etiam conjungitur cum longe. *Plaut. Curc. 2. 2. 11.* Procul ſedere longe a me. ¶ Eſt etiam praepoſitio, ut Grammatici ajunt, deſerviens abl. *Cic. 1. 7. Fam. ep. 6. ex quodam poeta:* Multi fuam rem bene geſſerunt, & publicam patria procul. *Quint l. l. 7. c.1.* Procul a literis. *Ter. Adelph. 3. 2. 50.* Mihi conſcia ſum, a me culpam hanc eſſe procul. ¶ Frequenter recipit praep. *a*, vel *ab. Cic. 1. Acad. c.4.* Coelestis procul eſſe a noſtra cognitione. ¶ *Procul dubio*, eſt certe, profecto, *Sust. in Claud.* Reliquit filium omnibus gentis ſuae procul dubio praeferendum. ¶ *Procul vero*, eſt longe a veritate. *Col. in praef. lib. 1.* Nam illud procul vero eſt, quod plerique credideruni. ¶ *Procul errare*, eſt longe errare, *Gallar di groſſo. Salluſt. in Jug. c.89.* Caeterum homines ſuperbiſſimi procul errant. ¶ *Procul eſſe, procul hinc*, ſolemnis erat formula, qua ante ſacra profanos ejiciebantur. *Virg. 6. Aen. v.258.* Procul o, procul eſte profani. *Silius l. 17. v.26.* Tum puppe e media magno clamore facerdos: Parcite pollutis contingere vincula palmis, Et procul hinc, moneo, procul hinc aerumque profanae.

Procurcātio, onis, f. conculcatio. *Plin. l. 8. cap. 18.* Obturbata proculcatione prius aqua. *Alii leg.* conculcatione. *Senec. de tranquill. c. 11.* Ruina & proculcatio.

Procurcātor, oris, m. Proculcatores in militia dicuntur, qui agmen praecuntes, itinera explorant, & hoſtium progreſſus, *forieri. Ammian. l. 27. c.23.* Inveniri poſſe aliam viam, quam inſpexere proculcatores. Al. leg. *procuſtatores.*

Proculcātus, a, um, calcatus, pedibus preſſus. *Plin. l. 8. c. 50. de duabus capris:* Alteram deciduiſſe, alteram proculcatae ſupergreſſam.

Proculco, as, a. 1. *conculcare*, רמס, דרך, καταπατέω, protero progrediendo, vel agendo conculco. *Col. 2. c.20.* Nam a pecudibus legumina proculcantur. ¶ Translate *Senec. Theb. v.193.* Qui fata proculcavit. *h. e.* contempſit.

Proculino, as, &

Proculſo, is, idem ſunt ac promitto, apud veteres, teſte *Feſto.*

Proculus, m. 2. πρόκλος, qui natus eſt patre peregrinante, vel, ut aliis placet, qui a parentibus ſenibus genitus eſt, a procul. *Feſtus:* Proculum inter cognomina eum dicunt, qui natus eſt patre peregrinante a patria procul: Proculos ſunt qui credant ideo dictos, quia patribus ſenibus, quaſi procul progreſſis aetate, nati ſint.

Procumbo, is, cubui, bitum, n. 3. *giacere in terra*, שכב, השתחוה, Germ. *ſich legen, niderlegen*, Gal. *être couché, choſir*, Hiſ. *abaxarſe*, καταπίπτω, proclivi ter jaceo, humi jaceo *Liv. l. 1.* Ipſum ſeſſum via procubuiſſe. ¶ Item cadere, proſterni, *cadere. Curt. l.9. c.5.* Procumbere ad genua. *Virg. 5. Aen.* procumbit humi bos. *Ovid. Heroid. ep. 12.* Procumbere ante pedes. *Id. 13. Met. v.585.* Genibus alicujus procumbere. *Mart. l. 1. ep. 61.* Quod ſuet in tergum, vel quos procumber in armos? ¶ Significat etiam inclinari, vergere. *Lucan. l. 3.* Taxi procumbentes. *Plin. 16. c.10. de calamis aquaticis:* Deſinunt veſtire, procumburtque.

Procupīdo, inis, m. amor anteceptus. *Minuc. Felix in Octav. c. 26.* Movet etiam in nos procupidinem amoris. Alii aliter legunt.

Procūro, onis, *amminiſtrazione*, השגחה, משגח, ἐπίσκεψις, adminiſtratio, gubernatio. *Cic. 1. de nat. Deor. c.2.* Qui omnino nullam habere cenſerent rerum humanarum procurationem Deos. *Id. pro Sex. c.10.* publici negotii procuratio. ¶ Sumitur etiam pro expiatione. *Cic. 1. de Div. c.45.* Ut ſue plena procuratio fieret.

Procuratiuncula, ae, f. parva procuratio. *Senec. ep. 31.* Quae tamen omnia tranſiti procuratiuncula pretio.

Procūrator, oris, maſc. *procuratore*, בן משק, ἐπιμελητὴς, ἐπίτροπος, negotiorum geſtor, qualis eſt ille, cujus opera in litibus utimur. *Ulp. l.13. Dig. tit.3. de procur. & defenſ. l.1.* Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. *Cic. pro Quinct. c.6.* Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quinctii, familiaris, & propinquus Sex. Naevii dejicit. *Id. Att. l.4. ep.16.* Agere per procuratorem. *Id. l. de Or at. c.58.* Mandare aliquid procuratori de agricultura. *al Fattore.* ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, ut procurator regni, hoc eſt, qui regnum adminiſtrat, rege mortuo, vel adhuc puero, apud *Caſar. l.3. B. Civ. c. ult.* ¶ Procuratores provinciae dicebantur, qui a Caeſare mittebantur in quaſdam minores provincias, in quas nec Legatos, nec Propraetores mitti mos eſſet, horum praecipuum munus erat tributa exigere, & fiſci rationem habere. Hinc Veſpaianus, apud *Suet. in ejus vita, c. 16.* dicebat, ſe procuratoribus uti pro ſpongiis.

Procuratorius, a, um, quod ad procuratorem ſpectat. *Ulp. l.3. Dig. tit. 3, leg. 31.* Si quis, cum procuratorio nomine condemnatus eſſet.

Procuratrix, icis, f. *procuratrice*, ἐπίτροπος, quae procurat, gubernatrix. *Cicer. 4. Fin. c.7.* Sapientia totius hominis cuſtos & procuratrix.

* Procuratus, a, um, curatus, ut Valetudo procurata ſalubriter, *Apul. l.1. de dogm. Plat. in fin.*

Procūro, as, avi, atum, a. 1. *procurare, amminiſtrare*, שמר, נהג, ישר, διοικέω, eſt curare, gubernare, diligenter rem ſuam, vel alienam adminiſtrare. *Plaut. Poen. prol. v.28.* Nutrices pueros, infantes minutulos domi procurent. *Idem Trucul. 2. 4. 60.* Tu te hic quaſi pro puerpera procuras. *Cic. l.13. Fam. ep.24.* Is procurat rationes, negotiaque Dionyſii noſtri. *Id. 1. Acad.* Procurantem coeleſtia maxime, deinde in terris ea, quae pertinent ad homines. ¶ Procurare arbores, eſt adhibita diligentia excolere, & providere, ut exeſcant. *Cato c.43.* Eodem modo caeteras arbores procurato. ¶ Aliquando eſt expiare, purgare. *Cic. 2. de Div.* Quem admodumque ea procurentur, atque expientur. *Id. ibid. l.1. c.63.* Procurare monſtra. ¶ Interdum praeſſe. *Leg. 86. Dig. de acquir. & amit. hared.* Pannonius Avitus cum in Cilicia procuraret.

Procurro, is, curri, & procucurri, curſum, n. 3. *correre innanzi*, רץ, προτρέχω, ultra, five longe curro, velociter curro. *Ceſ. l.3. B. C. c.93.* Cum milites inſeſtis pilis procurriſſent. *Liv. l.34. c.2.* Procurrere in publicum. *Ovid. 3. Triſt. el.4.* Procurrere vitae ſpatium inoſſenſo pede. *Horat. Epod. 16. v.29.* In mare procurrit Appenninus. *h. e.* protenditur. *Ov. 5. Am. v.204.* Infelix ſaxis in procurrentibus haeſit. *h. e.* promineniibus.

Procurſatio, onis, f. actus procurſandi, *ſcaramuccia. Liv. l.28. c.33.* quibus ubi per procurſationem commiſſa pugna eſſet. *Id. l.22. c.44.* Annibal dirigit aciem, laceſſitque Numidarum procurſatione hoſtes.

Procurſātor, is, m. qui procurſat. *Liv. l.42. c.64.* Breve certamen levis armaturae maxime cum procurſatoribus fuit.

Procurſio, onis, f. excurſio, digreſſio. *Quint. l.4. c.3.* Non ſemper eſt neceſſaria poſt narrationem illa procurſio.

Procurſo, as, avi, atum, n. 1. *correr innanzi, ſcaramucciare. Liv. l. 27. c. 2.* ibi per dies aliquot cum ab ſtationibus procurſaretur. *Plin. l. 8. c. 5.* Procurſantibus inter eos qui laceſſerent.

Procurſorius. V. *Procurſarius.*

Procurſus, us, m. קְרִיצָה, ὁδρομή, actus procurrendi, procurſatio, *ſcaramuccia. Liv. l.22. c.41.* Tumultuario praelio, ac procurſu magis militum, quem ex praparato, aut juſſu Imperatorum orto. *Strat. 4. Theb. v.787.* ſternit procurſibus herbas, dextra laevaque angulosſo procurſu. *h. e.* extenſo in anteriorem partem.

Procurvo, as, a. 1. idem quod curvo. *Tertul. in Geneſ. cap. 1.* Pomiferique ſimul procurvant brachia rami. *Stat. 6. Theb. v. 853.* celſum Procurvae Agyllea Tydeus Summiſſus urgeo.

Procurvus, a, um, κάμπυλος, curvus, valde curvus. *Virg. 2. Georg. v. 421.* Nec illae praecuryam exſpectant falcem. *Id. 5. Aen. v.765.* procurva litoria.

Procus, ci, m. מְאַהֵב, μνηστὴρ, matrimonii petitor, qui virginem aliquam, aut viduam, poſcit in matrimonium, a *procando*, ideſt poſcendo. *Feſt. & Non. Virg. 4. Aen.* Ruſus ne procos irriſa priores experiar? ¶ Sumitur etiam translate. *Cic. in Brut. c.96.* Hos ignoros, & impudentes procos repudiemus. ¶ In ſing. num. *Claudian. de nupt. Honor. & Mar. v. 22.* faſtigia ſupplex Depoſui, geſſique procum. ¶ In plurali genitivo *procum* rectius dici, quam *procorum* teſtatur *Cic. in Orat. c.46. hi verbis:* Jam ut cenſoriae tabulae loquuntur, fabrum & procum audeo dicere, non fabrorum, & procorum. ¶ *Proci* interdum ſunt iidem, qui proceres. *Feſt.* Procum patricium, in deſcriptione claſſium, quam fecit Servius Tullius, ſignificat procerem. Haec *Feſtus.* Eumdem ſenſum habet in verbis *Cic.* modo allatis.

Procuſtes. V. *Procruſtes.*

Procyon, onis, m. 3. προκύων, praecanis, ſive, ut *Cicero* transfert *l.2. de nat. Deor. c.44.* antecanis, vel anticanis, ſignum coeleſte, diverſum a Cane Sirio, ſive Canicula, conſtans ex duabus ſtellis, a πρὸ, ante, & κύων, canis, quod Canicular orum praecedit. Nam Procyon exoritur Idibus Julii, ideſt die 15. Julii, mane, Canicula autem apparet 7. Cal. Auguſti, ideſt die 26. Julii. *Col. l.12.* ¶ Procyonem *Vitruvius* vocat minuſculum canem, ad diſcrimen alterius, qui & Arato μέγας κύων, ac Hygino major canis dicitur *Cicer. in Aratois v.221.* Et hic geminis eſt ille ſub ipſis Antecanis, Grajo Procyon qui nomine fertur. *Plin. l. 18.* Procyon apud Romanos non habet nomen, niſi canſculam hanc velimus intelligi, hoc eſt, minorem canem, ſane, ut in aſtris pingitur. Sunt, qui Plinium rogi prehendant, quod putarit, Latinos carere vocabulo, quo προκύονα appellent, quia, ut ajunt, Antecanem Latinis dici ex Cicerone patet. Sed recte *Plinius*, quia, ut ajunt, Antecanem Latinis dici ex Cicerone patet. Sed recte *Plinius*, quia loquitur de vocabulo recepto, quale minime erat Antecanis, quod nove erat a Cicerone confictum. Nec recte culpant alii, quod ambigat, num *Procyon* erat a Cicerone confictum. Nec recte culpant alii, quod ambigat, num *Procyon* erat a Cicerone confictum. Neque enim ignorare potuit *Sirium* ſic vulgo appellari, ſed rem ſit *Canicula*. Neque enim ignorare potuit *Sirium* ſic vulgo appellari, ſed rem ipſam ſpectavit: non dubium autem, quin, cum Procyon longe ſit minor Sirio, illi potius, quam huic, nomen Canicular convenitat.

Pro-

Prodactus, a, um, partic. a prodigo, is. profuſus, prodige inſumptus. *Tertul. de pudicit. 8.* Minor filius, prodacta ſubſtantia Dei, in aliena regione mendicat.

Prodaembulo, as, n. 1. foras deambulo. *Ter. Adelph. 5. 1. 4.* Prodeambulare huc libitum eſt.

Prodeo, is, ivi, vel ii, itum, n. anom. *uſcir fuori, comparire*, יצא, התהלך, Ger. *ausgehen herfurgehen*, Gal. *ſortir*, Hiſ. *ſalir*, πρόειμι, ultra eo, five foras exeo, ex *pro*, & *eo*, *d* interpoſito, quaſi porro eo. *Cic. 1. Off. c. 35.* Ut in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo. *Id. l.3. Fam. ep.7.* An ego tibi obviam non prodirem? *Plaut. Men. 1. 3. 30.* Nos prodimus ad forum. *Caſſ. l.5. B.G. c.26.* Ut aliqui ex noſtris ad colloquium prodirent. ¶ Uſurpatur etiam imperſ. *Cic. pro Mur.* Eccui autem non prodiiur reverteuti? Subaudi *obviam*. ¶ Significat etiam procedere, progredi. *Virg. 6. Aen. v.199.* illa tantum prodire volando, Quantum acie poſſunt oculi ſervare ſequentum. ¶ Item in publicum edi, exire. *Plaut. Caſ. prol. v.9.* Novae quae prodeunt Comoediae.

Prodeſſe. V. *Profum.*

Prodico, is, xi, dum, a. 3. Prodicere diem, eſt aliam diem dicere, pro ea, quae dicta fuit, differre, producere. *Liv. l.3. c.57.* Tribunus ei diem prodixit.

Prodictātor, oris, m. qui in locum Dictatoris ſubſtituitur, & extraordinariam Dictaturam gerit. *Liv. l.22. c.8.* Prodictatorem Populus creavit Q. Fabium Maximum.

Prodictio, onis, f. actus prodicendi, ſeu aliam diem dicendi. *Feſtus* in voce *Puplicus.*

Prodictus, a, um, nom. partic. a prodico. *Liv. l.3. c.58* Prinſquam prodicta dies adeſſet, Appius ſibi mortem conſcivit.

Prodigalitas, atis, f. *prodigalità*, prodigentia. *Auct. declam. in Catil.* quam *Porcii Latroni* tribuunt *c.9.* Summum pecuniae deſiderium, ſummam ſimul prodigalitatem.

Prodige, adv. *prodigamente*, ἀσώτως, profuſe, abundanter. *Cic. 11. Phil. c.6.* Sed non poſſunt non prodige vivere, qui noſtra bona ſperant, cum eſſent ſua.

Prodigentia, ae, f. *prodigalità*, profuſio, a *prodigo*, is. *Tacit. l.13. Ann. cap.1.* Cujus abditis adhuc vitiis per avaritiam, ac prodigentiam mire congruebat.

Prodigialis, & le, o. 3. περάτιος, מוֹפֵת, quod prodigium procurat, ſeu averrit, ut Jupiter prodigialis, cui expiandorum prodigiorum gratia facra fiebant. *Plaut. Amph. 2. 2. 107.* Prodigiali Jovi aut mola falſa hodie, aut thure comprecatum opor tuit. ¶ Item portentoſus, prodigioſus, monſtruoſus. *Claudian. l. in Rufin. v. 434.* aſſiduis flagrant elidere ſaxis prodigiale caput. ¶ Item ad prodigia pertinens. *Ammian. l. 25. c.32.* Gnari rerum prodigialium. ¶ *Prodigiale*, adv. pro prodigialiter. *Claudian. l.1. de rapt. Proſ. v.232.* Prodigiale rubens cometes.

Prodigialiter, adv. idem ac prodigioſe, *Col. l.3. cap.3.* Nam illa videntur prodigialiter in noſtris Ceretanis acciditſe. *Horat. de art. poet. v.29.* Qui variare cupit rem prodigialiter unam, Delphinum ſilvis appingit, fluctibus aprum.

Prodigiator, oris, m. 3. περατοσκόπος. *Feſtus:* Prodigiatores, aruſpices, prodigiorum interpretes.

Prodigioſe, adv. *prodigioſamente, miracoloſamente*, περατιωδῶς, praeter morem, vel naturam. *Plin. l.11. c.37. Sett. 80. Hard.* Lien cum jecinore locum aliquando permutat, ſed prodigioſe.

Prodigioſus, a, um, *prodigioſo, meſtruoſo, miracoloſo*, מוֹפְתִי, נִפְלָא Germ. *widernatürlich, ungluckſich*, Gal. *prodigieux*, Hiſp. *prodigioſo*, περατώδης, quod prodigium facit, vel quod praeter naturam eſt, & conſuetudinem. *Plin. l.10. c.63.* Partus aliquando ſinguli, quod prodigioſum putant. *Ovid. 3. Amor. eleg. 6.* Prodigioſa emendacia vatum. *Trebell. Poll. in 30. Tyrannis, c.31.* Quo nihil prodigioſius paſſa eſt Reſpublica: *Quintil. l.1. c.1.* Prodigioſa corpora.

Prodigſtras, atis, f. profuſio, apud ver. *Lucil.* apud *Non. c.2. n.695.* Nequitia accupat hoc, petulantia, prodigitaſque.

Prodigium, ii, n. *prodigio, miracolo*, מוֹפֵת, Germ. *ein widernaturlich, ungluckſich, zeichen*, Gall. *prodige*, Hiſp. *prodigio*, τέρας, monſtrum, oſtentum, portentum, a *pro*, vel *porro*, & *ago*, quia porro agitur, hoc eſt averruncatur. *Cicero* deducit a praedicendo. *l.2. de nat. Deor. cap. 3.* Praedictiones vero, & praeſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quae ſint, oſtendi, monſtrari, portendi, praedici? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Eadem reperit *l.2. Divc. 42. Id. in Piſon. c.4.* P. Clodius fatale portentum, prodigiumque Reipublicae. *Plin. l.10. c.18.* Implere prodigium. *Id. l.19. c.4.* Heu prodigia ven tris! *Id. l.11. c.37.* Laetum prodigium. *Virg. 6. Aen.* Prodigiis acta coeleſtibus. *Quintil. l.1. c.10.* Prodigium factum divinitus. *Tacit. 3. hiſt. c.13.* Prodigia piare.

Prodigo, is, egi, prodactum (V. ſupra ſuo loco) a. 3. proprie eſt propellere, procul agere, procul adigere, a *pro*, ſive *porro*, & *ago*, *d* interpoſito, euphoniae cauſa. *Varr. l.2. R. R. c.4.* Admiſſurus eum faciunt, prodigunt in luſtoſos limites. ¶ Translate ponitur pro immoderate conſumere, liberalitatis limites egredi, *conſumare prodigamente*, אכל וזולל היה, אבר, πανσυδίην, σπεύδω. *Plaut. Aul. 2. 8. 10.* Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto die egere liceat. *Laſtant. l.6. c.11.* Patrimonia in res ſupervacaneas prodiguntur.

Prodigus hoſtiae, quae totae igne conſumebantur. *Feſt.* Prodigus hoſtiae vocantur, ut air Veranius, quae conſumuntur: unde homines quoque luxurioſi prodigi.

Prodigus, a, um, *prodigo, ſcappo liberale*, נוֹאֵב, זוֹלֵל, Ger. *geudig, verthuig, un hauſslich*, Gal. *prodigue*, Hiſ. *prodigo*, ἄσωτος, praeter modum liberalis, profuſus, effuſus, *nimius. Cic. 2. Off. c.16.* Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales: Prodigi, qui epulis, & viſceralionibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam ſunt relicturi omnino. Liberales autem, qui &c. *Id. ad Brut. epiſt. 16.* Quod in honoribus decernendis eſſemus nimius, & tamquam prodigus. ¶ Translate *Horat. l. 1. ad 2.* Animaque magnae prodigum Paulum, ſuperante Poeno. *h. e.* contemptorem vitae. *Velleſ. lib. 2. c.48.* Prodigus pudicitiae. *Stat. 6. Theb. v.767.* Prodigus nocendi. Rurſus *Horat. l. 1. epiſt. 7. v. 41.* locus prodigus mulrae herbae. *h. e.* paſcuis abundans.

Prodino, is, n. 3. idem ac prodeo, apud vet. *Enn. l. 3. Ann.* apud *Feſt.* Prodinunt famuli, cum candida lumina lucent.

Prodispĕro, as, a. 1. Prodiſpetare alvum, pro ſolvere, laxare, quidam legunt apud *Plaut. Rud. 2. 7. 51.* Itaque alvum prodiſperavit nobis falſis poculis. At plerique interpretes *proſperavit*, reponunt. V. *Taubman.*

Prodītio, onis, *tradimento*, מְסִירָה, προδοσία, actus prodendi. *Cic 4. Acad. c.9.* Quo e vitio & amicitiarum proditiones, & Rerumpublicarum naſci ſolent. *Plin. l.7. c.45.* Proditio arcanorum, *h. e.* divulgatio. ¶ Eſt etiam idem ac prodictio, h. e. in alium diem dilatio, prolatio. *Cas.* apud *Feſt.* Te, C. Caecili, diem prodidiſſe militibus legionis tertiae, cum proditionem non haberent. ¶ Item actus prodeundi. *Sidon. l.5. ep.13. amed.* Dicitur haec ipſa pernicies appropinquare: ejus proditionibus Deus obviet.

Proditor, oris, m. *traditore*, מוֹמְנִי, προδότης qui prodit. *Cic. 3. Fin. c.19.* Nec magis vituperandus eſt proditor patriae, quam communis jutilitatis, aut ſaluris deſertor. *Id. ad Quir. poſt red. c.5.* Proditores ſalutis meae.

Proditrix, icis, *traditrice*, quae prodit. *Laſtant. l.1. c.10.* Patris proditricem in conjugium ſibi vindicavit. ¶ Item quae evulgat. *Prudent. periſteph. 1. v.11.* Fama percurrit proditrix.

Proditus, a, um, *tradito*, προδεδομένος, ante datus, deceptus, circumventus, partic. a prodor. *Caſ. l.1. B.C. c.30.* Queritur, ſe ſe projectum, ac proditum a Cn. Pompejo. ¶ Item editus, evulgatus. *Cic. pro Rabir. Poſt. c. 7.* Imago ad memoriam poſteritatis prodita. *Id. pro Dom. c.17.* Prodita die, qua die judicium ſit futurum. *Lucret. l.3. v.603.* Extra prodita corpus. *Lucan. l.3.* Ira turbato prodita vultu.

Prodĭus, adv. interius, propius, a *prodeundo. Var.* apud *Non. c.1. num. 231.* Primum venit in urbem, atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introiit domum.

Prodo, is, didi, ditum, a. 3. *dare innanzi, tradire*, נתן, Ger. *hinſtoſſen, anzeigen*, Gal. *trahir, accuſer, jetter loin*, Hiſ. *hazer trahycion, echar laxos*, προδίδωμι, antre do, a *pro*, & *do*, ut Prodere parriam, eſt clanculum cum hoſtibus adverſus patriam ſentire, ejus conſilia hoſtibus enuntiare, urbem, arcem, propugnacula in manus hoſtium dare, antequam ab hoſtibus capiantur. *Salluſt. in Jugur. c.35.* Antequam arcem proderent hoſtibus. *Cic. 7. Ver. c.41.* Quod claſſem prodendo hoſtibus didiſſent. ¶ Eſt etiam porro dare, propagare, proferre. *Virg. 4. Aen. v 230.* Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri proderet. ¶ Item differre, protrahere. *Ter. Andr. 1. 1. 13.* Ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies. *Cic. 7. Ver. c. 14.* Imagines ad memoriam, poſteritatemque prodendam. ¶ Item dare, edere. *Tacit. 1. hiſt. c.3.* Non tamen adeo virtutum ſterile ſaeculum, ut non & bona exempla prodiderit. *Cic.*

pro Flac. Ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum proderetis. ¶ Item perdere, tradere inimicis. *Cic. ad Q. Fr. l.1. ep.3.* Amici partim me deſeruerunt, partim prodiderunt. *Id. in Piſon. c.24.* Cum prodetas caput, & ſalutem meam mercede provinciae. ¶ Item oſtendere, patefacere. *Cic. 4. Acad.* Scelus enim dicebas eſſe dogma prodere. *Id. 2. Tuſc.* An coli juſtitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commiſſa, prodente confeio? *Ovid. 2. Amor. eleg. 2. v. 53.* Prodere indicium ad aures alicujus. ¶ Item nominare, renuntiare. *Liv. l. 5. c. 31.* Is L. Valerium Interregem prodidit. *Cic. pro Milon. c.17.* Prodere Flaminem. ¶ Item dicere, ſignificare, narrare. *Plaut. Ciſt. 4. 2. 75.* Tibi nunc prodimus, & contremur, ciſtellam habere. *Ceſ. lib. 2. c.6.* Quoſdam fama prodidit in ipſis funeribus reviviſſe. ¶ Item tranſmittere, poſteris tradere, literis mandare, ſcribere, quod poſteri legant. *Cic. 3. Offic.* Ut quidam Poetae tragici prodiderunt. *Id. pro Arch.* Quorum virtutes literis prodiiae ſunt. *Id. 1. de Leg.* Factaque, & conſulta fortium, & ſapientum cum improborum ignominia ſempiternis monumentis prodere. *Id. pro Mil. c.3.* Itaque hoc non fine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriae prodiderunt. *Id. 2. Offic.* Quorum memoria liberis, poſteriſque prodatur. *Caſ. lib.5. B.G. c.12.* Quos natos in ipſa inſula, memoria prodirum dicunt. *Pl. lib. 8. c.16.* Quos terra natos, prodirur. ¶ *Prodere fidem*, eſt jurjurando non ſtare. *Salluſt. in Catil. c.26.* Saepe antehac fidem prodiderat. ¶ *Legem prodere*, eſt deſtituere. *Ulp. ad leg. Jul. de adult.* Legem prodidiſſe dicitur. ¶ *Officium prodere

definit: Profanum, quod sani religione non teneatur. *Sed Var. l. 5. de L. L. cap. 7.* profanum explicat, quod est ante fanum, his verbis: Profanum est, quod ante fanum, ideit conjunctum fano. Hinc profanatum quod in sacrario pollutum. ¶ Caterum sic dicitur & id, quod nunquam sanctum fuit, & id, quod ex religioso, vel sacro in hominum usum conversum est. *Plaut. Merc. 2. 3. 17.* Nec sacrum, nec tam profanum quicquam est, quin &c. *Cic. 6. Verr. c. 55.* Cum omnia illa victoria sua profana fecisset. *Id. pro Dom.* Si ista consecrario legitima est, quid est, quod profanum in tuis bonis esse possit? ¶ Non loco solum, sed & personis convenit. Nam & profani dicuntur, qui Græcis βέβηλοι, sive ἀμύητοι. h. e. homines non initiati sacris, quia nempe talibus pro fano solum consistere, non autem fanum ingredi, ac interesse sacris liceret. Vulgo *laicos* vocant, quo vocabulo & *Tertullianus*, aliique Patres antiquissimi utuntur. *Virg. 6. Æn. v. 258.* Procul hinc, procul este profani. ¶ Dicitur & de rebus, ut Profanus usus, h. e. communis, vulgaris, non sanctus. *Pl. l. 15. c. ult.* Adeoque in profanis usibus pollui laurum, & oleam fas non est. ¶ Translate ponitur pro impio, sceleste. *Stat. in prine. Theb.* Fraternas acies, alternaque bella profanis decertata odiis. ¶ Item pro imperito homine, quia Musarum sacris initiatus non est. *Hor. l. 3. od. 1. v. 1.* Odi profanum vulgus. ¶ *Misere sacra profanis*, est confundere fas nefasque. *Hor. l. 1. ep 16. v. 57.*

Profāris, *vel* re, atus sum, d. 1. *profetizare*, προφημι, proprie est ante fari, quod Græci dicunt προφητεύειν, ideſt futura prædicere. *Ulp. de Ædil. S. exempli, l. 1.* Si servus inter fanaticos non semper caput jactaret, & aliqua profatus esset. ¶ Frequenter sumitur pro simplici fari, sive dicere, *Virg. 1. Æn. v. 565.* Tum breviter Dido vultum demissa profatur.

Profatum, i, n. effatum, dictum. *Gell. l. 16. c. 8.* Ἀξιώματα Varro alias profata, alias proloquia appellat.

Profātus, as, m. *il parlare*, actus profandi. *Gel. l. 18. c. 11.* Neque dictu, profatuve ipso fœtæ, aut insuaves esse. Adde *Stat. l. 5. silv. v. 103. & Senec. in Apocol. ante med.*

Profectio, onis, f. *partenza*, πομπή, πορεία, actus proficiscendi. *Cic. 1. Phil. c. 1.* Exponam vobis breviter consilium & profectionis, & reversionis meæ. *Cæs. l. 1. B. C. c. 27.* Profectionem parare.

Profectitius, a, um, ἐπεξεργαστικός, quod ab aliquo proficiscitur, ut Dos profectitia, quæ a parentibus profecta est de bonis eorum, *Leg. 5. ff. de jure dotium.*

Profecto, *certamente*, אָכֵן, Ger. *fürwar, gewiss*, Gal. *certainement, assurement*, His. *certamente*, ἀληθῶς, certe, sane, adv. confirmandi, quasi pro facto. *Cic. pro Flacc. c. 22.* Non est ita, Judices, non est profecto. *Id. Ver. 4. c. 18.* Profecto negare non pores. *Plaut. Pœnul 5. 1. 7.* Profecto ædepol. *Id. Cas. 5. 2. 29* Profecto hercle.

Profectus, us, m. *profitto*, צֶבַע, Ger. *zunemmung, nutz, besthuss*, Gal. *profit, avancement*, His. *provecho, προκοπή*, progressus in re aliqua, utilitas, quæ ex rei alicujus tractatione provenit. *Quinct. l. 10. c. 2.* Sic profectus non a summo petitus studiorum fructus effundit uberius. ¶ *Profectum facere*, est proficere. *Pl. in ep.* Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit.

Profectus, a, um, partic. a proficiscor. *Cic. de nat. Deor. c. 55.* Qui, sicut venæ, & arteriæ a corde tractæ, & profectæ, in corpus omne ducuntur.

Profĕro, ers, tuli, latum, a. anom. *portar fuori*, הוֹצִיא, הִרְאָה, Ger. *herfürbringen, aufbringen*, Gal. *proferer, manifester*, His. *sacar a fuera, manifestar, προφέρω*, extra foro, extra porto. *Plaut. Amph. 2. 2. 138.* Tu Thessala intus pateram profer to foras. *Cæs. l. 2. B. C. c. 22.* Arma, tormentaque ex cœpido, ut est imperatum, proferant. ¶ Ponitur etiam pro exercere, extrahere. *Plaut. Asin. 4. 3. 50.* Ut cuique linguam in ruisiendo proferat. *Cic. pro Rosc. Com. c. 10.* Tu festertia quinquaginta tria ex arca proferas. ¶ Proferre gradum, & pedem, est efferre, exire. *Plaut. Men. 5. 2. 22.* Gradum proferam, progredi properabo. *Hor. de ar. poet. v. 134.* nec descriptiones imitator in arctum, unde pedem proferre pudor vetet. ¶ Translate ponitur pro edere, in publicum afferre. *Cic. pro Arch. c. 6.* Ut nihil possint ex his in aspectum, lucemque proferre. ¶ Item pro protendere, extendere. *Cic. pro Mur. c. 31.* Fines officiorum Stoici videntur longius protulisse, quam natura vellet. *Justin. l. 1. J. 1.* Fines imperii tueri magis, quam proferre, mos erat. ¶ Item pro extendere secundum tempus, differre, prorogare. *Cic. Arr. l. 13.* Quod si laxius volent proferre diem. *Id. b. ep. 14.* Paulum proferant auctionem. ¶ Item pro palam facere, prodere, vulgare. *Cic. pro Mil. c. penult.* Indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, extinxi. *Id. pro Cœl. c. 23.* In qua domo nihil geritur quod foras proferendum sit. *Id. Fam. 15. ep. 2.* Proferre in medium. ¶ Item pro citare, in medium afferre. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 16.* Quali vero mihi difficile sit multos nominatim proferre vel tribules, vel vicinos meos. *Id. 2. Phil.* Quid prandiorum apparatus proferam. *Id. 2. de Invent.* Deinde majorum fuorum beneficia, si qua extabunt, proferre. ¶ Item pro producere, *dar in nota. Cic. 4. Verr.* Et possessiones hæreditatum, non secundum eos, qui proferrent, &c. ¶ Item pro conferre. *Cic. pro Mur.* Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum. ¶ Item pro ostendere. *Sen. ep. 52.* Hos maxime laudant, quibus ex se impetus fuit, qui seipsos protulerunt. *Tac. Ann. 16. c. 29.* Proferre ingenium. *Suet. in Ner. c. 25.* Proferre artem. ¶ *Res proferri*, quid sit, V. *Prolatus.* ¶ pro enuntiare, *prefferire. Quinct. l. 11. c. 3. ante med.* Plerique extremas syllabas non proferentibus, dum priorum sono indulgent.

Professio, onis, f. *deposizione, descrizione, il dar in nota*, confessio alicujus rei palam facta, census, descriptio. *Cic. pro Arch. c. 5.* Iis tabulis professus est, quæ solæ ex illa professione obtinent publicarum tabularum auctoritatem. *Id. 5. Ver. c. 47.* Professio est agri Leontini ad jugera tringinta millia. *Id. Fam. 16. ep. 23.* Tu vero confice professionem, si potes; etsi hæc pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat. *Curt. l. 10. c. 2.* Professioni æris alieni pudorem obstare. ¶ Est etiam ars, secta, societas, quam quisque sequitur, seu profiteretur. *Cic. 1. de Or. cap. 6.* Vis Oratoris, professioque ipsa bene dicendi. *Lampr. in Heliog. c. 20.* Promoturus ultimæ professionis homines. *Vellej. l. 2. c. 87.* Canidius timidius, quam professioni ejus, qua semper usus erat, congrueret, & *c. 89.* Nos memores professionis, universam imaginem Principatus ejus oculis subjecimus, *h. e.* memores brevitatis, quam initio professi sumus.

Professor, oris, m. *professore*, ἐπαγγελτής, qui publice faretur, Inde qui liberales artes docent, profectores, διδάσκαλοι, dicuntur, qui artes illas se scire, & posse tradere publice fatentur. *Pl. l. 3. c. 53.* Diodorus Dialecticæ sapientiæ professor. *Suet. de Grammat. c. 9.* Reliquit filium Orbilium, & ipsum Grammaticum professorem. *Quinct. l. 1. c. 9.* Etiam consummatis professoribus difficile.

Professorius, a, um, ἐπαγγελτικός, quod profiteatur, ut Lingua professoria, quæ meritoriam exercet eloquentiam. *Tac. l. 3. Ann. c. 14.* Trunca scilicet manu, & professoria lingua.

Professus, a, um, ἐπαγγελλόμενος, partic. a profiteor. *Cic. 2. Tusc. c. 4.* Ut enim si Grammaticum se professus quispiam barbare loquatur. ¶ Reperitur etiam positive pro aperto, manifesto, *dichiarato, manifesto. Ovid. 2. Fast. vers. 198.* Sumunt gentiles arma professa manus. *Justin. l. 8. cap. 4.* Bœotii orant, ut professum adversus Phocenses ducem Græciæ exhibeant. ¶ *Ex professo*, est non dissimulate, & quasi ex professione, *Quinct. l. 11. c. 1.* Ex professo philosophiam ostentantibus, parum decori sunt plerique orationis ornatus. *Val. Maxi. l. 4. c. 1. n. 8.* Cum ex professo inimicitias cum Scipionibus gereret. ¶ Eodem sensu *de professo* dixit *Apul. in Apol.*

Profestus, a, um, *non festivo, di lavoro*, יוֹם מַעֲשֶׂה, Ger. *werckteag*, Gal. *un jour ouvrier*, His. *dia de entre, ἀνεόρτασος*, quod contrarium est festo. Dies profesti illi erant, qui actionibus hominum profanis, vel privatis, vel publicis assignati fuerant. *Pl. l. 18. c. 6.* Pejorem, qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet. *Liv. l. 34. c. 3.* Festis, profestisque diebus. ¶ Profesti dies partim erant festi, partim nefasti, partim Senatorii, partim non Senatorii, partim Comitiales, partim non Comitiales. Senatus haberi poterat omnibus diebus profestis nefastis, sed non omnibus profestis fastis. Nam ex profestis fastis aliqui Comitiales erant. Illis diebus profestis, quibus Senatus poterat haberi, non poterat agi cum Populo; illis, quibus Senatus haberi non poterat, cum Populo agi poterat. Sed non semper agebatur. Nam in eorum voluntate positum erat, penes quos erat jus Populum congregandi. *Manut. de veter. dier. ratione.*

Profĭcio, is, ci, ectum, n. 3. *fare profitto*, הוֹעִיל, יָאַה חֵן, Germ. *zunemmen, fördern, beschliessen*, Gal. *profiter*, His. *approvechar, τελείδωμι*, procedo, progredior, progressum facio. *Cic. pro Leg. Man.* Et quisquam dubitabit, quod virture profecturus sit, qui tantum auctoritate profecerit? *Id. 3. Off. c. 2.* Si modo in Philosophia aliquid profecimus. *Id. 6. Fam. ep. 21* Cum consilio profici nihil possit. *Sen. ep. 108.* Idem & docenti, & discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere. ¶ Ponitur etiam pro prodesse. *Ulpian. l. ult. Prætor, de jurejurando.* Matris igitur jusjurandum patrui non proficiet. *Plin. l. 28. c. 17.* Adeps e lupis illitus in his, quæ rumpere opus est, plurimum proficit. *Cic. 3. Fin.* Multum ad ea, quæ quærimus, explicatio tua sita profecerit. *Liv. l. 3. c. 61.* Proficere in summam spei. *Ov. 3. de Pont. el. 1.* Profectura aliquid tunc tua verba putaProficisco, is, n. 3. idem ac proficiscor. *Plaut. Mil. 4. 8. 19.* Obsecro, licet comprofectî, profusquam proficisco?

Proficiscor, ceris, fectus sum, d. 3. *andare, partirsi*, הָלַךְ, יָצָא, נָסַע, Germ. *gehen, fahren, reisen*, Gal. *partir, aller*, Hispan. *yr camino, andar*, πορεύομαι, eo, vado. *Cic. ad B. Fr. l. 3. ep. 12.* Salvius Otiam vesperi navi profectus erat. *Id. 2. Fam. ep. 6.* Ex Asia Romam versus proficisci. *Cæs. l. 7. B. G.* Proficisci obviam alicui. *Plaut. Amph. 5. 2. 8.* Tu gravidam fecisti, cum in exercitum profectus. *Propert. l. 3. el. 22. v. 1.* ad doctas proficisci cogor Athenas. ¶ Jungitur interdum cum ire, *metterssi in cammino. Plaut. Rud. 3. 6. 8.* Etiamne nunc sedebant, cum ad me profectus ire? Al. leg. *ires.* ¶ Est etiam discedere, venire de aliquo loco. *Cic. Att. l. 2. ep. 8.* Calendis Majis de Formiano proficiscemur. ¶ Translate sumitur pro pergere, prosequi. *Cic. 5. Ver.* Nunc proficiscemur ad reliqua. ¶ Item pro incipere, originem ducere. *Id. pro L. Man. cap. 2.* Atque ut inde oratio mea proficiscatur. *Id. 4. Acad.* Pythagorei ex numeris, & Mathematicorum initiis proficisci volunt omnia. *Id. 5. Fam. epist. 5.* Omnia a me in te profecta sunt, quæ ad tuum commodum, ad honorem, ad dignitatem pertinerent. *Id. Fam. 13. ep. 30.* Ab his initiis noster in te amor profectus.

Profindo, is, fidi, fissum, a. 3. *fendere*, בָּקַע, προσχάσκω, profeindo. *Sent. 10. Theb. v. 512.* Quanta pariter cervice gementes profindunt ignata diu Pangæa juvenci. Alii leg. *profringunt.*

Profitĕor, eris, essus, sum, d. 2. *professare, protestare, confessare pubblicamente, faire profession*, הִתְפָּאֵר, לִמֵּר, Germ. *frey offentlich sagen*, Gal. *dire franchement, faire profession*, Hisp. *confessar claramente, professar*, ἐπαγγέλλομαι, ὁμολογέομαι, est confiteri sive affirmare publice, palam, aperte prædicare, jactare, præ se ferre. Plus enim est profiteri, quam fateri. Fatemur conscii, teste *Servio*, sponte, & publice profitemur. *Cic. pro C. Rab. c. 5.* Quamobrem fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero, te &c. *Id. 5. Ver.* Sed me omnium provinciarum defensorem esse profitebor. ¶ Sumitur etiam pro nomen, & bona sua in censum referre; Item publice, & apud acta aliquid ultro denuntiare, seu testari, *dare in nota. Cic. pro Arch. c. 9.* Professus est apud Prætorem Q. Metellum. *Id. 5. Verr. c. 15.* Edixerat, ut aratores jugera fationum suarum profiterentur. *Liv. l. 26. c. 18.* Ut, qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. *Curt. lib. 10. cap. 2.* Ut omnes milites æs alienum profiterentur. ¶ Item pro palam pollicori, ultro offerre. *Cic. pro Rosc. Am. c. 53.* Et eadem in re operam vestram profitemini. *Id. in Rul.* Quod si vos vestrum mihi studium ad communem dignitatem defendendam profitemini. ¶ Item pro fectam, vel artem aliquam, seu scientiam publice docere. *Cic. de Amic. cap. 5.* Quæ disputari de amicitia possunt, ab eis, censeo, petatis, qui ita profitengur. *Id. in Pison. c. 29.* Profiteri Philosophiam.

* Profŏmen, nis, qui flaminis vicem agit. *Inscr. ap. Murator. p. 341. & 142.*

Profŏtus, us, m. actus profandi. *Col. l. 5. c. 5. c. 9.* Æstivo profluxu refrigerentur.

Profŏtus, a, um, partic. a profluo. Hinc profluatum, more substant. *Plin. l. 34. c. 9.* Mox in profluatum additur tertia portio æris collectanei. V. *Prosto.*

Profluctus, a, um, nom. partic. profligatus. *Gell. l. 15. c. 5.* Res profluctæ, & perditæ

Profligatio, onis, f. *ruina*, eversio, dispersio, dissipatio. *Auson. periorh. 2. Odyss.* De contumelia domus, & bonorum profligatione conquestus.

Profligātor, oris, m. καπηλεμπὸς, qui profligat, seu prodigit, consumit. *Tacit. Ann. 16. c. 18.* Habebaturque non ganeo, & profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu.

Profligātus, a, um, *gettato a terra*, נִדְחָה, נוֹפֵל, אוֹבֵד, ἀνωφελής, prostratus, dejectus, afflictus, partic. a profligor, ut Exercitus profligatus, Copiæ profligatæ, &c. V. *Profligo.* ¶ Translate dicitur de eo, quod in pessima conditione est, de redacto ad perniciem, perdito, desperato. *Cicer. pro R. Am.* Et denique omnia ad perniciem profligata, atque perdita. *Id. 2. Ver. c. 3.* Profligata judicia. ¶ Per Metalepsin sumitur pro eo, quod prope absolutum est. *Cic. l. 12. Fam. epist.* Qui profligato bello, ac pene sublato renovatum bellum gerere conamur. *Id. 5. Tusc. cap. 6.* Profligata jam hæc, & pene ad exitum adducta quæstio est. ¶ Item pro scelerato, in quo nihil est salubre, nihil integrum. *Cic pro Archia.* Nunquam me pro salute vestra in tot, ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objecissem. *Cic. 5. Ver. cap. 26.* Hæc tu omnium mortalium profligatissime, ac perditissime cum scires.

Profligo, as, a. 1. *gettare a terra*, נָדַח, נָפַל, אָבַד, נָגַף, κατεβάλλω, ἐκφεύγω, dejicio, sterno, prosterno, ab antiquo *fligo. Cic. pro Rab. Posth.* Expugnare urbes, aciem hostium profligare. *Nepos in Pelopid. c. 2.* Ab tam tenui initio tantæ opes sunt profligatæ. ¶ Translate sumitur pro mœrore afficere, ad perniciem deducere. *Cic. 2. Catil.* Quanto tandem illum mœrore afflictum esse, & profligatum putatis? ¶ Item pro rem cœptam promovere, & prope finem adducere. *Augustus in monum. Ancyrano de suis gestis.* Cœpta profligataque opera a patre meo perfeci. *Flor. l. 2. c. 15.* Primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est. *Liv. l. 21. c. 40.* Commissum, ac profligatum bellum conficere.

Profligo, is, xi, ctum, n. 3. καταπονέω, late, sive multum certo. *Colum. l. 1. c 3.* Quos hostis profligendo defolasset agros. Rectius tamen legitur *profugiendo.*

Profluo, as, avi, atum, a. 1. *soffiare, spirare*, נָפַח, ἐκπνέω, flo, effio. *Val. Flac. l. 6. v. 435.* Noctem tartareum profluentes pectore tauri. *Idem lib. 7. v. 571.* Taurus immani profluvit turbine flammas. ¶ Est etiam stando resolvere. *Plin. l. 14. c. 9.* Massa profluatur in primis, mox in profluatum additur tertia portio æris collectanei. ¶ *Profluere pectore somnum*, est inter dormiendum ex pectore somnorum flatum emittere. *Virg. 9. Æn. v. 326.* Qui forte rapetibus altis extructus toro profluabat pectore somnum. ¶ *Profluere iram*, est iram concitare, vehementer commovere, vel flatu iram testari, ut solent feræ. *Plin. l. 8. c. 4.* Subfiltere ab olfactu, circumspectare, iras profluere.

Profluens, entis, o. προρρέων, quod profluit, partic. a profluo. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.* Pernultis locis aquam profluentem, & eam uberem. ¶ Translate sumitur pro copioso. *Cic. 2. de Orat. c. 38.* Genus orationis liquidum, fusum, ac profluens. ¶ Usurpatur etiam mote substantivi gen. fœmin. *la corrente*, ῥεῦμα, aqua profluens, fluentum. *Cic. 2. de Inv. c. 50.* In quem conjectus in profluentem deferretur, subaudi *aquam.*

Profluenter, adv. abundanter. *Cic. 5. Tusc. c. 18.* Ergo omnia profluenter, absolute, prospere. *Gel. l. 14. c. 1.* Hæc nos sicca & incondita oratione artigimus; At Favorinus splendidius, & profluentius exsequebatur.

Profluentia, æ, f. *abbondanza*, προρρόη, abundantia. *Cic. in Partit. cap. 23.* Inanis quædam profluentia loquendi.

Profluo, is, xi, xum, n. 3. *scorrere*, נוֹל, Ger. *her fur fliessen, auss'rinnen*, Gal. *couler hors*, Hisp. *correr mucho*, προρρέω, deorsum fluo, longe fluo, abundanter effluo. De omnibus liquidis dicitur. *Cic. 1. de Div. c. 44.* Si lacus emissus lapsu, & cursu ad mare profluxisset. ¶ Translate dicitur de oratione. *Auct. ad Her. l. 4.* Cujus ore fermo mille dulcior profluebat. ¶ Item per translationem ponitur pro devenire, consequi. *Cic. pro Cæl. c. 3.* Equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam.

Profluvium, ii, *corso*, זוֹב, Germ. *durchlauff, fluss*, Gal. *un flux, coulement*, His. *fluxo*, κατάῤῥοια, fluxio. *Colum. l. 6. c. 33.* Profluvium sanguinis. *Id. l. 9. cap. 13.* Profluvium alvi. *Plin. l. 7. c. 15.* Profluvium mulierum. *Id. l. 31. c. 10.* Profluvium narium. *Cels. in præf. post med.* Si corpus profluvio laborat, *fluisso.*

Profluvius, a, um, profluens, labilis. *Cæcil.* apud *Priscian. lib. 6. pag. 699. Putsch.* Ita ne Antipho inventus profluvia fide? iran' est immemoris?

Profŭius, a, um, *che scorre*, ἀπορῥέων, quod profluit, ut Profluus amnis, qui perpetuo fluit. *Plin. l. 19. c. 4.* Si contingat profluo amne. *Colum. lib. 8. cap. ult.* Quæ profluo recessu nunquam destituitur. *Sidon. l. 4. ep. 23.* Lacrymæ profluæ.

Profŏre, profuturum esse. *Hor. l. 1. ep. 8.* Fugiam, quæ profore credam.

Profringo. V. *Profindo.*

Profugio, is, ugi, *fuggire lungi*, נוּס, נִפְלַט, בָּרַח, Ger. *entfliehen, wveit hinvvegfliehen*, Gall. *s'enfuir loin, echapper*, His. *huir lexos*, ἀποφεύγω, procul fugio, aut quantum possum, inde fugio. *Cic. de Am.* Hac itaque amentia quæstione nova perterritus in Asiam profugit. *Id. 1. Off.* A negotiis publicis ad otium profugere. *Curt. l. 10. c. 2.* Nec servi quidem uno grege profugiunt dominos.

Profugium, ii, *rifugio*, מִחְסֶה, מָנוֹסָה, καταφύγιον, illud, quo quis in periculis velut ad portum quemdam profugit. *Cic. 1. Tusc. c. ult.* Portum potius paratum nobis, & profugium putemus. Afferuntur & alia ex eodem *Cic.* loca, ut *pro Cæcin. c. 34. Fam. 5. ep. 15.* &c. sed ubique alii *perfugium* reponunt.

Profugus, a, um, *fuggitivo*, נָד, Ger. *fluchtig, feldflüchtig*, Gal. *fuyard, qui s'ait enfui*; His. *retrahido, αὐτόμολος*, qui longe aliquo fugit, procul a finibus fuis vagans, quasi porro fugatus. *Liv. l. 34.* Annibal patria profugus pervenerat ad Antiochum. *Pl. l. 7. c. 28.* Bis ab Annibale captus, bis vinculorum ejus profugus. ¶ Interdum sumitur pro errante, seu pro eo, qui diversa petit loca, etiam non fugatus, ut profugi Scythæ, quia crebro domicilia mutant. *Hor. l. 1. od. 35.* Te Dacus asper, te profugi Scythæ, &c.

Profundātus, a, um, fundatus. *Plaut. Mil. 3. 3. 43.* Nunc hæc carina satis profundata bene, & statuta est.

Profunde, adv. *profondamente*, βαθέως. *Pl. l. 8. c. 42. pe oquis.* Quo quis acrior, eo profundius naves mergit.

Profundĭtas, atis, *profondità*, βαθότης, altitudo, vorago. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 6.* Corporum tres sunt dimensiones, longitudo, latitudo, profunditas. Adde *Vopisc. in Saturnino, c. 8.*

Profundo, is, udi, usum, a. 3. *spargere largamente*, הִשְׁפִּיעַ, שִׁפֵּר, Ger. *ausgiessen*, Gal. *epandre*, His. *derramar*, προχέω, extra fundo, large fundo. *Cic. in Somn.* Quem ut vidi, equidem vim lacrymarum profudi. *Id. pro Cluentio c. 6.* Sanguinem suum profundere omnem cupit. ¶ Translate sumitur pro edere, emittere, proferre. *Cic. 4 Acad. c. 27.* Res jam universas profundam. *Id. 2. de Orat.* Quod se universum profundat, & quod totum repente evolet. *Id. in Pison. c. 7.* Odium inclusum in aliquem profundere. ¶ Item pro prodigere, immoderate insumere, ducta Metaphora ab aqua, quæ profunditur ex vasis. *Cic. in Catil. 2. c. 5.* Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt. ¶ *Verba profundere ventis*, est frustra loqui. *Lucr. l. 4.* ¶ *Profundere vires animi*, est omnes nervos intendere, & omnem ingenii vim applicare. *Cic. Arr. l. 1. ep. 18.* Et omnes profudi vires animi, atque ingenii mei. ¶ *Viram profundere*, est mori. *Cic. 1. Off. c. 24.* Qui non modo pecuniam, sed etiam vitam profundere pro patria parati essent. ¶ *Profundere se totum in aliquem*, est omni studio fovere. *Id. Arr. l. 7. ep. 3.*

Profundum, i, *profondità*, βάθος, idem est ac profunditas, sed multo latinius. *Cic. 1. Acad. c. 10.* Natura veritatem in profundo abstrusit. ¶ Speciatim sumitur pro mari. *Ov. 17. Epist.* Frigora ne possim gelidi sentire profundi. *Val. 3. Arg.* Pater profundi, *ideſt* Neptunus, *Silius l. 10. v. 591.* Thusci stagna profundi. *h. e.* Tyrrhenus lacus.

Profundus, a, um, *profondo*, עָמֹק, Ger. *tieff, das ein tieffes*, Gal. *profond*, Hisp. *profundo*, βαθύς, quod deorsum magnam habet altitudinem, a *porro*, longe, & a *fundus. Cic. pro Planc. c. 6.* Si campus, atque illæ undæ Comitiorum, ut mare profundum, & immensum, sic effervescunt quodam quasi æstu. *Id. pro Sext. c. 45.* Profundissimus gurges. *Tacit. in Agric. c. 12.* Profunda montium, & silvarum. *Sdlin. c. 29.* Ursi villis profundioribus. ¶ Quandoque sumitur pro alto, seu sublimi. *Virg. 1. Æneid.* Maria, ac terras, cœlumque profundum. ¶ Translate capitur pro ingenti, immenso. *Cic. in Pison. c. 22.* Cum partem ejus prædæ profundæ libidines devorassent. *Sallust. in Jug. c. 81.* Profunda avaritia. *Id. 4. Hist.* Profunda cupido imperii. *Suet. in Vitell. c. 7.* Profunda gula. *Hor. l. 4. od. 2. v. 7.* Immensusque ruit profundo ore. *h. e.* resonanti, & magnifico. ¶ *Profunda nox* dicitur nox media, & silens, & valde obscura, *Virg. 4. Æn. v. 16.* Sic profundæ tenebræ, apud *Gel. l. 6. c. 4.*

Profūse, adv. κατακεχυμένως, effuse, abundanter. *Liv. l. 10. c. 36.* Hæc ipse minitans obstitit profuse tendentibus in castra. *Sallust. in Catil. c. 13.* Profusius quæstui dedituS. *Suet. in Aug. c. 75.* Profusissime celebrare dies festos.

Profusio, onis, f. effusio, prodigentia. *Vitruv. in præf. l. 10.* Infinitæ sumptuum profusiones. *Cels l. 7. c. 21.* Sanguinis profusio. *Id. l. 2. c. 7.* Profusio alvi.

Profūsor, oris, m. prodigus, qui profundit. *Tert. l. 1. Marc. c. 24.* Dispensatorem bonitatis, non profusorem.

Profusus, a, um, *sparso*, κατάχυτος, רָב, large fusus, partic. a profundor. *Cic. 2. Fin.* Ita multo sanguine profuso, in lætitia, & in victoria est mortuus. ¶ Item copiosus, extensus. *Pallad. l. 4. tit. 13. de equis*; Aures breves, & argutæ, coma & cauda profusior. ¶ Translate sumitur pro supra modum sumptuoso. *Cic. pro Mur. c. 36.* Non amat profusas epulas; sordes, & inhumanitatem multo minus. *Sall. in Catil.* Alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus. *Suet. in Vespas. c. 7.* Comissationes cum profusissimo quoque extendebat. ¶ Item pro abundante, immoderato. *Cic. 1. Off. c. 29.* Ipsumque genus jocandi non profusum, neque immoderatum, sed ingenuum, & facetum. ¶ Item pro abjecto, & jacente. *Pacuv.* apud *Fest.* Profusus, fugasus, fordidus, ab omnibus derelictus.

Progemmo, as, n. 1, *germogliare*, ἀβλαστάνω, gemmas emitto. *Col. l. 4. c. 27.* Si palmis incipientibus, progemmantibusque fossorem immiseris.

Progĕner, eri, m. *bisgenero*, πρόγαμβρος, neptis vir comparatione avi, & aviæ, cui respondet proloeer, & prosocrus. *Modest. c. 4. Dig. de gradib. & affin.* Socer magnus dicitur uxoris meæ avus; ego illius tum progener: item prosocrus mihi uxoris meæ avia est: ego illius tum progener. *Suet. in Aug. c. 19.* Lucii Pauli progeneri sui. Erat autem L. Paulus marius Juliæ, quæ ex Julio Augusti filia nata erat. Perperam igitur ex hoc Suetonii loco Lexicographi quidam asserunt, progenerum accipi pro patre generi.

Progenerātio, onis, f. idem ac generatio. *Pl. l. 8. c. 43.* Opera sine dubio geruli miriſica, arando quoque, sed mularum maxime progeneratione.

Progenĕro, as, a. 1. idem ac genero. *Hor. l. 4. od. 4.* Nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam. Adde *Plin. l. 11. c. 16.*

Progenies, ei, f. 5. *stirpe*, מוֹלֶדֶת, דּוֹר, בַּיִת, זֶרַע, Ger. *geschlecht, zucht*, Gal. *lignée, race*, His. *casta, linage*, γένος, genus, familia, a *progignendo. Cic. 9. Phil.* Quæ multos per annos progeniem ejus honestarent. *Nepos in Agesil. c. 1.* Qui principes ex progenie Herculis. ¶ Item ipsi liberi. *Cic. 1. Tusc. c. 35.* Etiamum tanta progenie orbarum. ¶ Translate *Col. l. 3. c. 9.* Vitis progenies.

Progenitor, oris, *avo*, אָב, προπάππος, avus. *Ov. 11. Met. v. 319.* Et forti genitore, & progenitore Tonante esse fatam.

Progenĭtus, a, um, *nato, generato, prodotto*, genitus, procreatus, natus. *Claud. de IV. consul. Honor. v. 148.* Nec te progenitum Cybeleius ære canoro Lustrabit Coribas. *Pallad. in Jan. sit. 15.* Arbores ex pomis sponte progenitæ.

Progermĭno, as, n. 1. idem ac germino. *Colum. lib. 4. c. 12.* Antequam furculus progerminet.

Progĕro, is, essi, estum, a. 3. *portar fuori*, ἐκκομίζω, extra gero, effero. *Pl. l. 11. c. 18. de apibus*: Defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exequias. *Id. l. 18. c. ult.* Formicæ concurlantes, aut ova progerentes.

Progesto, as, a. 1. progero. *Apul. de Met. sub fin.* Sinu serico progestans nucleos.

Progigno, is, a. idem ac gigno. *Cic. 3. Off.* Ut enim cæteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. *Id. 1. Div. c. 56.* In seminibus vis ineſt earum rerum, quæ ex his progignuntur. *Lucr. l. 4. vers. 671.* Quæ penetrata queunt sensum progignere acerbum. Ubi quidam minus recte leg. *propingere.* h.e. impellere, impingere, a *pange.*

Prognāte, adv. *Fest.* in *Gnarus.*

Prognariter, adv. γνωσίμως, audacter, strenue. *Plaut. Pers. 4. 4. 39.* Age, indica prognariter. Al. leg. *prognaviter*, Alii *pregnaviter.*

Prognatio, onis, f. *nascimenro*, nativitas. *Mart Capell. l. 6. pag. 210.* Oppidum Calydon, Diomedis Tydeique progenitore notissimum.

Prognātus, a, um, o. 1. 2. *oriondo*, ἀπόγονος, originem trahens, oriundus, descendens ab aliquo, partic. a *pro*, & *nascor.* Proprie dicitur, non de filio, sed de nepote, respectu avi, aut proavi, aut alius ex majoribus. *Cic. 3. Tusc. cap. 12.* Qualis enim tibi ille videtur Tantalo progenatus, Pelope natus? ¶ Sumitur etiam pro nato, & de filio dicitur. *Liv. l. 1. c. 40.* Post centesimum fere annum, quam Romulus Deo progenatus, Deus ipse tenuerit Regnum.

* Prognaviter. V. Prognariter.

Progne, f. 3. πρόκνη, Pandionis Athenienſium Regis filia, & soror Philomelæ, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio juncta, Itym illi peperit. Hæc cum dediderio videndæ sororis teneretur, exoravit virum, ut Athenas profectus, Philomelam ad se duceret. Qui mandata peragens, adventum Philomelæ a Pandione impetravit. Verum cum in itinere essent, in libidinem virginis exardens, quamvis repugnantem compressit, &, ne facti obscœnitatem exprimere posset, linguam ei abscidit, & fervo in vinculis custodiendam tradidit, reversusque ad uxorem maris nausea perisse simulavit. Philomela interim tædio carceris affecta, rem omnem, uti gesta fuerat, acu in tenuissima tela depinxit, hanc ancillæ Prognes

clam deferendam tradidit. Progne, re intellecta, ac dissimulato ad tempus dolore, postquam Orgiorum dies advenit, thyrsis, & pellibus pro more instructa, fororem adiit, eamque eodem indutam habitu, ad regiam duxit. Hic, communicato consilio, veluti furiis agitata, arreptum Itym filium interfecit, viroque domum redeunti epulandum appofuit. Qui randem, re cognita ex pueri capite, quod Progne sub finem cœnæ per fororem afferendum curavit, dum fugientem uxorem furibundus persequitur, mutatam Deorum commiseratione in hirundinem vidit, quæ consuetudinem habitandi intra hominum tecta semper servavit: ipse in upupam conversus est, ideoque militarem cristam adhuc in capite gerit, & quasi adhuc filium quæritans, clamat, πῦ, πῦ, quod significat, *ubi, ubi.* Itys autem in Phasianum mutatus est, quæ avis frequens est juxta Phasim fluvium in Colchis; at Philomela in avem sui nominis, quæ ne nunc quidem cessat dolere casu dulcissimo injuriam, quam paulo ante elinguis promere non potetat. *Ov. 6. Met. in fin.*

Prognostĭcon, n. *prognostico*, אוֹת הַאֲחֲרִית, προγνωστικὸν, rei futuræ signum, a προγινώσκω, præscio, præcognosco, Unde *Hippocratis Prognostica*, quibus facile ægrotorum salus, vel mors a Medicis prædici solet. *Cic. 1. de Div. c. 8.* Atque his rerum præsensionibus prognostica tua referta sunt.

Programma, atis, n. דָּת, πρόρρημα, *editto*, scriptura, seu tabula publice exposita, qua Princeps aliquid edicit. *Vulcat. in Avid. Cass. c. 6.* Edici jussit, & programma in parietibus fixit. Adde *Spart. in Hadr. l. 11. c. 16.*

Prognāvo, as, a. 1. *sforzarsi, adisto*, scriptura, seu tabula publice exposita, qua Princeps aliquid edicit. *Vulcat. in Avid. Cass. c. 6.* Edici jussit, & programma in parietibus fixit. Adde *Spart. l. 13. Cop. de leg. & constit. Princ.*

Prognāve, *vel* procnave, pro prognaxiſſe, hoc est indicasse, effariſſe, ab aoristo τ. ἔπραξα verbi πράζω, clamo. *Lucr. l. 5. v. 1158.* Quippe ubi se multi per somnia sæpe loquentes, Aut morbo delirantes prognave ferantur, Et celata diu in medium peccata dediſſe. Alii leg. *protrave* pro protraxiſſe; a protraho, palam trahο

projectum, quasi quoddam telum orationis. ¶ Projecta ædificia quid sint, & quomodo different ab imminsis, V. *Projectum*. ¶ Item projectus capitur pro prostrato, jacente. *Cic. 1. de Div.* Simonides ignotum quemdam projectum mortuum cum vidisset, humavit. ¶ Item pro exposito. *Plaut. Cist. 1. 2. 5.* Parvulam puellam projectam ex angiportu sustuli. ¶ Translate sumitur pro effrænato, immoderato, ad omnia progrediente. *Cic. pro Dom. c. 44.* Videte hominis intolerabilem audaciam cum projecta quadam, & effrænata cupiditate. *Id. Ver. 3. c. 1.* Ad audendum projectus. *Tac. 5. hist. c. 5.* Projectissima ad libidinem gens. ¶ Item, contemptus, vilis, abjectus. *Tac. 1. Ann. c. 42.* An appellem civem, quibus jam projecta senatus auctoritas? *Id. 3. Ann. c. 65.* Etiam illum, qui liberrimam publicam nollet, tam projectæ fervientium patientiæ tædebat. *Proæresiphth. 14. v. 253.* Quid esse vobis æstimem projectius?

Projicio, is, jeci, jectum, a. *jacere, jactare, jungi*, יָרָה, הִשְׁלִיךְ, Ger. *hinwerffen*, Gal. *jetter*. Hif. *echar, arrojar, προβάλλω*, idem ac jacio, vel procul jacio, abjicio. *Virg. 6. Æn.* Projice tela manu. *Cic. 1. Tusc. c. 43.* Durior Diogenes, & id quidem sentiens, sed ut Cynicus asperius, projici se jussit inhumarum. *Cæs. 1. 3. B. C.* Atque arma projecere jussit. *Virg. Æn. 12. v. 255.* Pæadamque ex unguibus ales Projecit fluvio. *h. e.* in fluvium. ¶ Item pro extra facere, ejicere. *Cic. in Catil. 2. c. 1.* Quod tantam pestem evomueris, forasque projecerit. *Id.* Quid si eum ex urbe projeceris? ¶ Item pro prosternere, ut projecere se ad pedes. *Cæs. 1. 1. B. G.* Qui cum eum in itinere convenissent, se feque ad pedes projecissent. ¶ Item pro effundere. *Hirt. c. 24. bel. Alex.* Ut lacrymas, quas in colloquio projecerat, &c. *Gener. epist. 10.* Repeto memoria, quam magno animo quædam verba projecerxis. ¶ Item pro porrigere, extendere. *Cic. in Top. c. 4.* Quantum parietis communis tegendi causa rectum projecerent. ¶ Translate capitur pro relinquere, mittere. *Cæs. 1. 2. B. C.* Et patriam virtutem projicifient. *Hor. de ar. poet. vers. 97.* Projicit ampullas, & sesquipedalia verba. *h. e.* verborum magnificentiam abjicit, & humili sermone utitur. ¶ Item pro exercere, ostendere. *Cic. 2. Fin.* Quod stuprum, quæ libido non se protipiet, ac projiciet? ¶ Item pro animum desponere, seu demittere. *Cic. Att. lib. 9.* Primæ movent, & rogant, ne me projiciam. ¶ Item prostrare, vel exponere. *Stat. 1. Theb. v. 388.* hic arrus imbri, ventoque rigentes projicit.

Proin, adv. idem ac proinde. *Ter. Eun. 5. 1. 31.* Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita.

Proinde, adv. *pereà, per la qual cosa*, לָכֵן, Ger. *darum, derhalben*, Gal. *pourquoi*, Hif. *por esto, wherefore*, ideo, ideoque, propterea, quapropter ex *pro*, & *inde*. Semper dependet ex superiore sententia. *Cic. 1. 12. Fam. ep. 6.* Proinde fac, magnum animum habeas. ¶ Ponitur aliquando pro adverbio similitudinis, eamdemque significationem habere videtur, ac perinde, vartifque particulis jungitur. *Cicer. pro Dom.* Proinde quasi isti aut de Cn. Pompejo aliter, atque ego existimo, sentiant. *Tac. Ann. 12. c. 60.* Decreta eorum proinde haberi jusserat, ac si Magistratus Romani constituissent. *Id. 3. hist. c. 30.* Proinde a nobis donativum ob fidem, quam ab aliis pro facinore accipiebis. *Ter. Phorm. 2. 3. 35.* Proinde expiscare, quasi non nosses.

Proilium, ii, pro prælium quidam legunt apud *Plaut. Men. 5. 3. 3.*

Prolabor, eris, lapsus sum, d. 3. *trasforrere*, נָפַל, Germ. *niederfallen*, Gal. *gliffer, tomber*, Hif. *caer, destizar, προπίπτω*, ultra labor. *C. c. a. de nat. Deor. cap. 44.* ex *Poeta*. At canis ad caudam semper prolabitur Argo. ¶ Sumitur etiam pro cadere. Hinc prolabi dicuntur, qui vestigio in loco lubrico pedem produnt, aut ægre se sustinent. *Liv. l. 5.* Tradiur memoriæ prolapsum cecidisse. *Id. l. 27. c. 32.* Prolabi per caput. ¶ Translate accipitur pro longius oratione provehi, seu excurrere. *Cic. pro Cæc. c. 35.* Tamen me longius prolapsum esse, quam ratio vestri judicii postulavit. Item pro sensim ad rem aliquam accedere. *Cic. 1. de Leg.* Libenter ad istam orationem tecum prolaberer. *Senec. Controvers. 15.* Eo jam prolapsi sunt mores. *Liv. l. 30. c. 12.* Prolabi in misericordiam. *Tac. 3. Ann. c. 10.* Paularim ad jurgia prolabi. ¶ Item errare, falli, *Cic. pro Quinct. c. 24.* Fore, ut in multis rebus timore prolaberer. *Id. Agr. l. 1. ep. 17.* Se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse.

Prolapsio, onis, f. *lo strucciolare*, actus prolabendi. *C. c. pro Cæl. c. 17.* Quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset.

Prolapsus, a, um, particip. *caduto*, προπτώς, *Virg. 2. Æn. v. 555.* prolapsa vides Pergama.

Prolatatio, onis, f. dilatio, *dilazione*. *Tac. l. 3. hist. c. 82.* Sed omnem prolatationem ut inimicam victoriæ suspectabant.

Prolatatus, a, um, dilatus, protractus extensus, particip. a prolator. *Tac. lib. 13. Ann. c. 34.* Prolatatum inter Parthos, Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter fumitur.

Prolatio, onis, מִגְבָּא, עִבּוּר, *ὑπέρθεσις*, extensio, protensio. *Liv l. 31. c. 5.* Et prolationem finium, victoriamque, & triumphum portendi. ¶ Sumitur etiam pro dilatione. *Cic. pro Rab perduell. c. 3* Cum alteri ad prolationem judicii biduum quæreretur. *Id. Act. 7. ep. 12.* Nec cum rerum prolatio, nec Senatus discessus tardabit, *Suspensione de' pubblici affari, tempo di ferie*. V. *Prolatus*. *Plaut. Mil. 2. 2. 95.* Trecentæ possunt causæ colligi; non domi est, abiit ambulatum, dormit, quantumvis prolationum. ¶ Item narratio, expositio. *Cic. in Or. c. 34.* Commemoratio antiquitatis, exemplorumque prolatio.

Prolato, as, a. *dilatare, ampliare*, עִבֵּר, הֶאֱרִיךְ, *πκρεκτείνω*, dilato, extendo. *Col. in præf. l. 1.* Quibus diuturna promittente pace prolatare licuit rem rusticam. ¶ Est etiam producere secundum tempus, differre, protrahere. *Cic. in Catil. 4. c. 3.* Id opprimi tussentando, ac prolatando nullo pacto potest. *Sall. in Catil. c. 44.* Dubitando, & dies prolatando. *Tac. l. 6. c. 43.* Sed ubi diem ex die prolatabant. *Idem Ann. 1. c. 37.* Prolatare vitam. *Liv. l. 21. c. 5.* Nihil prolatandum ratus.

Prolatus, us, m. prolatio. *Tert. adv. Valent. c. 13.*

Prolatus, a, um, nom. ex particip. expositus, allatus, allegatus. *Cicer. 2. Div. c. 66.* Multa sunt ex Historiis prolata somnia. *Id. Att. lib. 10.* Prolatus de re rumor. *Tert. l. Hec. 1. 2. 29.* Non est opus prolato. ¶ Item valde commotus, *trasportato. Lucan. lib. 2.* Cæsar calida prolatus ab ira. ¶ Item dilatus, productus. *Id. 9. Fr. lib. 3. epist. 8.* Prolatæ res, ad interregnum comitia adducta. *Lucanus* (Qui quis alius auctor est) *Paneg. ad Pison. vers. 73.* si quando, judice fesso, Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus; *in tempo di ferie*, res enim proferri, est justitium indicere. & a foro, & publicis muneribus cessare. Jocose *Plaut Capt. 1. 1. 10.* Ubi res prolatæ sunt, cum rus homines eunt, simul prolatæ res sunt nostris dentibus. *Manilius* trahit hunc locum *Cic. pro Mur. c. 13.* sed ibi *res prolatæ* sumuntur pro expositis, & in publicum productis: alludit enim ad fastos, quos Cn. Flavius singulis diebus edisscendos populo proposuerat, cum antea arcani essent.

* **Prolectabundus**, a, um, *allettato*, illectus. *Capell. lib. 8.* Nuptialis gratiæ nomine prolectatus.

Prolectibilis. V. *Pleftibilis*.

Prolecto, as, a. 1. *allettare, lusingare, ἐπάγω*, illecto, allicio, a *lacto*, qua notat blanditiis trahere. *C. c. pro Flacc. c. 8.* Egentes, & leves spe largitionis, & viatico publico, privata etiam benigeitate prolectat.

Prolepsis, is, f. *πρόληψις*, figura rhetorica, alio nomine occupatio, anticipatio, præsumptio. *Ascon. Pedian.*

Proles, is, f. *prole*, יֶלֶד, Ger. *geschlecht, zucht, stamm*, Gal. *génération, race, lignée*, Hif. *generacion, hijos, γένος, γονὴ, γόνος*, progenies, liberi. Dicitur non solum de hominibus, sed etiam de bestiis, imo etiam de plantis. *Cic. 3. de Leg. c. 3.* Equirum, pediumque prolem describunto. *Col. l. 7. c. 6. de caprino pecore.* Partu autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. *Virg. 2. Georg. v. 2.* Prolem tarde crescentis olivæ. *Id. 6. Æn. v. 753.* Silvius tua postuma proles. ¶ In plur. numero *Col. l. 10. v. 143.* Privignasque rogat proles. ¶ *Cic. 1. de nat. Deor. c. 63. ex poeta.* Ferrea tum vero proles exorta repente est, *h. e.* ferreum sæculum. ¶ Proles interdum dicuntur ipsi testiculi, in quibus tota vis inest prolis generandæ. *Apuleius. 7. p. 230.* Polimina sunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus. *Id. l. 5. p. 172.* Circumjectæ prolibus membranulæ.

Proletarii, m. 2. homines pauperrimi in plebe Romana, qui secundum *Dionysium* minus, quam duodecim minas cum dimidia possidebant, secundum *Livium* minus, quam undecim millia æris, secundum *Gellium l. 16. c. 10.* non plus, quam mille, & quingenta æris. Dicti sunt a *proles*, quod vix alio Remp. juvarent, quam prole, quod raro ad militiam conscriberentur, & fere procreandæ prolis gratia in urbe relinquerentur. *Arnob. lib. 2. Fest. Gel. l. 16. c. 10.* & *Sigon. de ans. jur. C. R. lib. 1. c. 4.* ¶ Proletariorum melior conditio fuit, quam capite censorum. Nam capite censi aut nullo, aut minore æstimo, quam proletarii, ære censebantur. *Gell. l. c. Sigon. l. 1. c. 4.* ¶ Translate proletarius sermo pro vili, ac plebejo accipitur. *Plaut. Mil. 3. 1. 157.* Nam proletario sermone nunc quidem hospes utere.

Prolevo, as, *sollevare*, sursum levo. *Tertul. de pœnit. c. 4.* Hæc te peccatorum fluctibus mersum prolevabit.

Proliho, as, a. 1. *προλείβω*, ante libo, prægusto. *Pl. l. 28. c. 4.* Alii e tribus puteis pari mensura aquas miscent, & prolibant novo fictili.

Prolicio, es, icui, n. 3. emano, profluo, *Plin.* Myr. apud *Isidor. in Gloss.* Demum ubi prolicuit dulcis unda.

Prolicio, is, exi, ectum, a. 3. *ἐπάγω*, allicio, induco. *Plaut. Cur. 1. 2. 2.* Ejus amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

Proliquatus, a, um, nom. part. eliquatus. *Apul. in Apol.* An, ut alii Philosophi disputant, radii nostri meatus oculis proliquati, & lumini extrario mixti &c.

* Proliquo. V. Prolireo.

Prolixe, adv *largamente, ἐκτενῶς*, admodum liberaliter, large, abundanter, cumulate, copiose. *Cic. l. 7. Fam. ep. 5.* Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi. *Id. pro Flacc. c. 36.* Prolixe, cumulateque facere aliquid. *Ter. Eun. 5. 9. 52.* Accipit hominem nemo melius prorsus, nemo prolixius. *Suet. in Tito, c. 7.* Prolixius fovere aliquem. *Apul. l. 4. M. A.* Arbores prolixe foliatæ.

Prolixitas, atis, f. 3. *μῆκος*, longitudo. *Arnob. l. 7. pag. 250.* Colubra prolixitatis immensæ. *Symmachus l. 2. ep 8.* Literarum prolixitas.

Prolixitudo, inis, f. idem ac prolixitas. *Pacuvius* apud *Non. c. 2. n. 697.* Oro, in me ne flectas fandi prolixitudinem.

Prolixo, as, a. 1. *allungare*, longum facio, extendo. *Col. l. 4. c. 24.* Monendus putator est, ut prolixet aciem ferramenti, & quantum potest, novaculæ similem reddat.

Prolixus, a, um, *copioso, abbondante, lungo*, אָרֵךְ, Ger. *lang, und breit*, Gal. *long, ample*, Hif. *largo, μακρὸς, ἐκτενὴς*, longus, & latus, quasi porro laxus. *Terent. Heaut. 2. 1. 49.* Capillus passus, prolixus, circum caput negligenter rejectus. *Var. l. 1. de R. R. c. 9.* Licet videre fructuosas segetes, ac pestibiles, & arbores prolixas. *Virg. Ecl. 8. v. 14.* Prolixa barba. *Suet. in Claud. c. 30.* Nam & prolixo, nec exili corpore erat. ¶ Translate sumitur pro liberali, benevolo, propenso. *Cic. Att. lib. 6. ep. 3.* Ariobarzanes in Pompejum prolixior. *Id. ad Capitom. post epist. 26. l. ult. ad Att.* Plancum hoc animo libenti, prolixoque facere. *Id. l. 3. Fam. ep. 8.* Etsi de tua prolixa, beneficaque natura limavit aliquid posterior annus. ¶ Item pro promptu, facili. *Cicer. Att. l. 3. ep. 1.* Cætera spero prolixa esse his dumtaxat utrabis competitoribus.

Prologium, ii, *πρόλογον*, principium, prologus. *Pacuvius* apud *Fest.* Examinavit me prologio suo.

Prologus, gi, m. *prologo, prefazione*, הַקְדָּמָה, Ger. *ein vorred*, Gal. *prologue, ou préface*, Hif. *prologo, πρόλογος*, proloquium, sive præfatio fabulæ, in qua aut poeta excusatur, aut fabula commendatur, aut aliquid lucem ei afferens præmittitur. *Ter. in prol. Phorm. v. 14.* Vetus si poeta non lacessisset prior, nullum invenire prologum potuisset novus, quem diceret. ¶ Ponitur aliquando pro ipso homine prologum referente. *Id. in prol. Heaut. v. 11.* Oratorem esse volunt me, non prologum. *Id. Eun. prol. 2. v. 1.* Orator ad vos venio ornatu prologi.

Prolongo, as, a. 1. *prolongare*, מָשַׁךְ, Germ. *verlengeren, verlängern*, Gal. *prolonger*, Hif. *alargar, prolongar, πάντα μακρύνω*, protrago, profero, longius facio. *Pl. l. 13. c. 3.* Vestes prolongant tempus. *Sen. de Benef. l. 5. c. 17.* Ut prolongetur tibi dies mortis, nihil proficiet ad felicitatem. Utroque tamen loco optimæ editiones habent *prorogo*.

Proloquium, ii, n. *sentenza, proposizione*, מִשְׁפָּט, *Var.* apud *Gell. l. 16. c. 8.* Proloquium est sententia, in qua nihil defideratur: est autem hujusmodi (subdit ipse *Gell.*) Hannibal Pœnus fuit: Scipio Numantiam delevit, &c. Addit præterea, a Cicerone dictum *pronunciatum*: a Dialecticis *ἀξίωμα* appellari: duo ejus esse genera, disjunctum, & copulatum, &c. Eum consule.

Proloquor, eris, utus sum, d. 3. *parlare*, דָּבַר, *πρόφημι*, idem est, ac loquor, seu quod in animo habeo, loquendo effero, animi mei sensa claris, apertisque verbis effero. *Var. c. 5. de L. L. c. 7.* Prolocutum dicimus, cum animo quod habuit, extulit, loquendo, *Ter. And. 1. 5. 21.* Censen', me ullum potuisse verbum proloqui? *Cic. in Or. c. 43.* Qui verat artem pudere proloqui, quam fachites. *Enn.* apud *Cic. Tusc. 3. c. 26.* Proloqui cœlo, atque terræ Medeæ miserias.

Proloquitor, *vel* Prolocutor, oris, m. *caudidico, avvocato*, qui pro aliquo loquitur. *Quint.* (*Seu quicumque alius auctor est*) *declam. qua inscribitur*, Tribunus Marianus *c. 3.* Crimen quod Tribuno mendacissimus proloquutor objecit.

Prolubido, idinis, f. idem ac prolubium. *Var. l. 5. L. L.*

Prolubium, ii, cupiditas, voluptas, a *lubet. Gell. l. 16. c. 19.* Feros, & immanes naturas prolubium tamen audiendi fubit. *Ter. Adel. 5. 9. 27.* Quod prolubium? quæ istæc fubita est largitas? *Donatus* hoc loco interpretatur promptum animum ad largiendum. Quidam legunt *prolusium*, hoc est profusio, prodigentia.

* Prolucent, *Senec. de otio Sapient. c. ult.* leg. *produxit*.

Proludium, ii, n. idem quod præludium. Legitur hæc vox in quibusdam Codicibus *Gelli l. 5. c. 10.* sed meliores habent *prolubium*.

Prolúdo, is, usi, sum, n. 3. *provarsi*, הִתְנַכֵּל, *προγυμνάζομαι*, est futurum certamen meditari, & exercendarum virium causa, confirmandique animi, veluti simulacrum quoddam certaminis inire. *Virg. 3. Georg. v. 234.* Et sparsa ad pugnam proludit arena. ¶ Translate *Cic. 2. de Or. c. 80.* Sed ut ipsis sententiis, quibus proluserunt, pugnare possint. *Juven. sat. 5. v. 26.* Jurgio proludunt, sed mox & pocula torques.

Prolugeo, es, n. 2. diu lugeo. *Fest.* Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent.

Prolúo, is, ui, utum, a. 3. *lavare*, הִרְחִץ, *ἀποκλύω*, idem, ac lavo, vel multum, sive multo tempore lavo, ex *pro*, & *lavo*. *Pers. in prol.* Nec fonte labra prolui Caballino. *Hor. l. 2. sat. 4. v. 26.* Leni præcordia multo Prolueris melius. ¶ Proluere cloacam, est, aquam in cloacam infundere, quæ secum rapiat sordes, *Plaut. Curc. 1. 2. 29.* Age, effunde hoc cito in barathrum, proluc cloacam. ¶ Sæpe proluo ponitur pro superfluere. *Col. l. 2. c. 18.* Quoniam impetus aquarum proluit terram. *Virg. Georg. 1. v. 481.* Proluit insano contorquens vortice silvas. Fluviorum rex Eridanus. ¶ Translate *Gell. l. 2. c. 24.* Cum plerique familiam pecuniamque suam prandiorum gurgitibus proluissent. *h. e.* dilapidassent.

Prolusio, onis, *prolusione, prova*, נִסָּיוֹן, *προγύμνασμα*, actus proludendi, præexercitatio, principium certaminis. *Cic. 2. de Or. c. 80.* Atque ejusmodi illa prolusio debet esse, non ut Samnitium, &c. ¶ Transfertur ad causas, & alia. Sic Cicero Divinationem suam prolusionem Verrinæ accusationis vocat. In ea enim de constituendo accusatore Verris agebatur. Verba *Cic.* sunt *in divin. c. 14.* Si mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus?

Proluforius, a, um, adj. ut proluforium judicium, h. e. præjudicium, *l. 14. Dig. de Appellat. & relat.* Alii leg. *perfuforium*.

Prolúrio, as, a. um, Partic. a proluor. *Hor. l. 1. sat. 5. v. 15.* Abstentem cantat amicum Multam prolusus vappa nauta. *h. e.* qui multam vappam bibit.

Proluvies, ei, f. 5. *immondezza*, אָצֵא, Ger. *wust, unflat*, Gal. *ordure, faleté*, Hif. *immunditia, suziedad, λύμη*, sordes, immundities, abundantia cujuscumque rei sordidæ, sordis effusio, a *proluendo*. *Virg. 3. Æn. v. 216.* Fœdissima ventris Proluvies. ¶ Ponitur etiam pro alluvie, sive aquarum redundantia. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 7.* Romæ, & maxime Appia, ad Martis, mira proluvies. Nonnulla exemplaria habent *alluvies*. ¶ Proluvies alvi est profluvium, fluxus. *Col. l. 12. c. 38.*

Proluvio, onis, f. *sferescenza d' acque, diluvio*. *Apul. de mundo*: In Occidentis plagis scaturigines quædam, ac proluviones easdem ftrages dederunt.

Proluviosus, a, um, adj. *Q. Fabius Lucullus* apud *Fulgent. de prisco serm. m. 31.* Prolusiosa pestis. h. e. proluvionis more se diffundens.

Proluvium. V. *Prolubium*.

Prolyte. V. *Lyte*.

Promagister, tri, qui magistri vices gerit, *sostituto*. *Inscript.* apud *Gruter. pag. 426. n. 5.* C. Junio C. F. Quir. Flaviano Promagistro XX. Heredit. &c.

* Promagistratus, & Pro magistratu, qui vicem magistratus gerit. *Gruter. pag. 629. ad fin.*

Promano, as, n. 1. mano, emano. *Senec. de constant. sapient. c. 18.* Chæreæ tribuno militum sermo promanaverat. Ita habent Editiones quædam: sed Critici ex MSS. fide correxerunt *pro manu erat*.

Promatertera, æ, f. *Cujus l. 1. Dig. de Gradib.* Proavunculus, promatertera, i. e. proaviæ frater, & soror.

* Promedio. V. Promeito.

Promello, is, n. 3. est procrastinare, & speciatim litem differre, a *μέλλειν, morari, cunctari. Fest.* Promellere Verrius ait significare litem promovere.

Promenervat, monet. Est in Saliari carmine, apud *Festum*.

Promercalis, & le, o. 3. *da vendere*, מִקְנְיָנוּ, Germ. *kauffig, das zu werkauffen ist*, Gal. *qui est à vendre, mis en vente*, Hif. *vendedero, ώνιος*, quod venditioni expositum est. *Suet. in Cæs. c. 54.* Ut auro abunderet, terniisque millibus nummum in libras promercale per Italiam, provinciasque divenderet. Ubi autum promercale vocat id, quod Cæsar vendidit superans sibi, reservata tanta auri copia, quanta suo usui satis esset. ¶ Promercale etiam dicitur, quod primo minoris emitur, ut postea pluris distrahatur, Hujusmodi negotiatores Græco vocabulo propolæ nuncupantur. *Suet. de Grammat. c. 23.* Cum & officinas promercalium vetitum exercerer. *Col. l. 1. c. 8.* Pecuniam domini neque in animalibus, aut aliis rebus promercalibus occupet.

Promercium, ii, n. *negozio, mercatanzia*, negotiatio, qua aliquid emitur, ut pluris vendatur. *L. 3. Dig. ad leg. Cornel. de fcar.* Qui hominem libidinis, vel promercii causa castraverit. *Et lib. 41. Dig. de legat. & fideicom. 1.* Promercii causa aliquid habere.

Promerĕo, es, a. 2. idem ac promereor. *Plaut. Trin. 3. 2. 15.* Quin dicam ea, quæ promeres. *Ter. Adelph. 2. 1. 47.* Quando bene promeruit, fiat. ¶ Item concilio, propitium reddo. *Stat. lib. 5. silv. 1.* Vota tua promeruere deos dextros marito.

Promerĕor, eris, ritus sum, d. 2. זָכָה, *ἀξίωμαι*, idem ac mereor. Sumitur & in bonam partem, & in malam. *Cic. 2. Inv. c. 28.* Reus levius punitus est, quam sit promeritus. *Id. ad Q. Fr. l. 1. epist. 1.* Erenim si in promerendo, ut tibi tanti honores haberentur, fuisti diligentissimus. ¶ Sumitur etiam pro beneficium præstare, conferre beneficium in aliquem, adjuvare, prodesse. *Virg. 4. Æn.* Numquam Regina negabo Promeritam. *Cic. 2. Off. c. 15.* Et tamquam exercitatiores ad bene de multis promerendum.

* Promerito, præcipuum præter cæteros meritum, ut promedio, hoc est participem, & pro indivifo dicimus. *Festus* ex lect. *Scaligeri*.

Promeritum, i, idem ac meritum. *Cic. ad Quir. post red. c. 4.* Quare hoc majus est in nos vestrum promeritum, quod &c.

* **Promeritus**, a, um, *che merita*. *Virg. Ovid.* ¶ Pass. *meritato*. Non vel sola generis claritate promeritum? *Plin. paneg. c. 58.* Adde *Plaut. Men. 5. 6. 23.*

Promethēus, i, m. Προμηθεύς, filius Japeti, ex Asia Nympha conjuge, frater Epimethei, pater Deucalionis, cui mandatum est, secundum fabulas, ut hominem effingeret, & ornaret, quemadmodum Epimetheo, ut brutа animantia. Dictus a *προμήθεια, providentia*. Fuit enim prudentissimus. Aliqui hoc nomine Divinam providentiam intelligunt. Alii Prometheum volunt esse ordinem subtilimum Dæmonum, Epimetheum inferiorum. Dicitur hominem ex luto formasse, & ex cœlesti igne animasse, quem ignem fertur, Mineryæ auxilio in cœlum cum ascendisset, admota facula ad rotam solis furatus esse. Ob quam causam irati Dii terris immiserunt febrem, & morbos: ipsum vero Prometheum in Caucaso monte rupi alligarum damnaverunt, immisso vultture, qui æternum ejus viscera exaderet, nec unquam consumeret. Hæc *Servius* pluribus tradit in *Eclog. Virg. 6. v. 42.* ¶ Accipitur interdum pro quovis figulo. *Juvenal. sat. 4. vers. 133.* Debetur magnus patinæ fubitusque Prometheus.

Promethēus, a, um, per 4. syllabas, Προμήθειος, quod ad Prometheum spectat, ut Juga Promethea, idest Caucasus. *Propert. l. 2. el. 12. v. 10.* An quæ Lecta Promethei dividit herba jugis? Loquitur de aconito, quod nascebatur ex cruore Prometheo. *Martial. l. 10. ep. 59.* Prometheum lutum.

Promethĭdes, æ, m. Προμηθίδης, Deucalion, fil. Promethei. *Ov. 1. Met. v. 390.* Inde Promethides placitis Epimathida dictis Mulcet.

Promĭco, as, cui, n. 1. *gettare da lungi, sfargere*, est extendere, vel longe jacere, ut *Navius* inquit. *Navius* apud *eund. c. 1. v. 329.* Multa longe promicanda oratio est. *Apul. l. 3. A. A.* Lacrymis promicantibus, *h. e.* emanantibus.

Prominens, tis, nom. ex particip. *prominente, sporto in fuori*. *Martial. l. 5. epigr. 4.* de muliere bibaci. Flanc tu rubentem prominentibus venis &c. *Plin. l. 10. cap. 3.* Prominentior cauda. *Liv. l. 27. cap. 48.* Prominens collis. *Tac. 2. Ann. c. 16.* Prominentia montium.

Prominenter, adv. prominendo. *Cæl. Aurel. l. 1. Acut. c. 11.* Paulo prominentius a lecto producendis ægre.

Promĭnĕo, es, *f. prominenza*, locus prominens. *Vitr. l. 6. c. ult.* Habere summam prominentiam. *Solin. cap. 27.* Africa extenta in duas prominentias, *h. e.* in duo promontoria.

Prominĕo, es, nui, n. 2. *estendersi in fuori*, אָצָא, Germ. *fraussehen, erscheinen*, Gal. *saillir hors, apparoir*, Hisp. *sobrepojar, ὑψόομαι*, exito, emineo, ultra emineo. *Plin. lib. 11. cap. 37. sect. 62. de dentibus.* Præterquam eos, qui prominent. *Ovid 13. Met. vers. 778.* Prominet in Pontum collis. ¶ Translate ponitur pro extendi, durare. *Liv. l. 28. c. 43.* Maximaque pars ejus in memoriam, ac posteritatem prominet.

Promĭno, as, a. 1. idem ac mino, idest pecus ago, duco. *Apul. l. 9. Met.* Jumenta ad lacum proximum bibendi gratia prominabat.

Prominŭlus, a, um, adject. diminut. aliquantum prominens. *Solin. c. 27.* Prominulæ mammæ. *Capitolin. in Pertin. c. 12.* Venter prominulus.

Promiscam, adv. idem ac promiscue. *Plaut. Pseud. 4. 5. 11.* Ut mea lætitia lætus promiscam flet. Adde *Festum*, & *Var.* apud *Taubman. ad loc. cit. Plauti*.

Promiscĕ, adv. idem ac promiscue. *Voss. in Misc. Plaut. Pers. 5. 2. 62.* Promisce hanc volo ludificari. Ita quidem emendat Acidalius. Alii aliter leg.

Promiscĕo, es, a. 2. commisceo, permisceo. *Macrob. l. 1. in somn. Scip. c. 6.* Nec aliter tam controversa sibi ac repugnantia promisceri, terram dico, & ignem, potuisse, nisi duobus mediis aeris & aquæ nexibus vincirentur.

Promiscŭe, adverb. *confusamente, συμμιγῶς*, miste, confuse, incerte, a *misceo*. *Cic. pro Font. c. 6.* Unum est enim, & simplex aurium judicium, & promiscue, & communiter stultis, ac sapientibus ab natura datum, *Liv. l. 3. c. 47.* Pecudum, ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere, *Gell. lib. 20. c. ult.* Indistincte, atque promiscue.

Promiscŭs, a, um, adject. idem ac promiscuus. *Gell. l. 16. c. 13.* De cujus opinionis tam promiscæ erroribus Hadrianus peritissime differuit, *Id. l. 13. cap. 28.* Ingenterem, atque promiscam multitudinem volens ostendere.

Promiscŭus, a, um, *mescolato, confuso*, בִּלְבֹל, Germ. *vielen gemein, vermischt*, Gall. *mêlé, mis pêle mêle, commun à plusieurs, συμμιγὴς*, mistus, confusus, incertus, a *misceo*. *Liv. lib. 39.* Stupra promiscua ingenuorum, fœminarumque erant. *Sallust. in Catil. c. 12.* Divina atque humana habere promiscua, h. e. confundere. *Tac. 1. Ann. c. 48.* Promiscua cæde uti, *h. e.* nullo habito discrimine innocentium, & reorum, ¶ Apud Grammaticos genus promiscum, vel epicœnum est illud, quod utrumque complectitur. *Quinct. l. 1. c. 4.* Qui promiscua, quæ epicœna dicuntur, ostenderit. ¶ Sumitur etiam promiscuus pro mutuo. *Plaut. Rud. 4. 4. 139.* Quando operam promiscuam damus. *Liv. l. 4. cap. 2.* Quam enim aliam vim connubia promiscua habere?

Promissio, onis, *promessa*, ἐπαγγελία, actus promittendi. *Cic. 8. Phil. cap. 3.* Scelerum promissio. *Id. 4. Fam. ep. 13.* Promissio auxilii.

Promissive, adv. promittendo, cum promissione. *Tertul. lib. 4. adv. Marcion. cap. 10.* Portemus, inquit, non portabimus, præcepitve, non promissive,

* **Promissivus** modus, h. e. futurum indicativi. *Diom. l. 1. p. 328.*

Promissor, oris, m. qui promittit. *Hor. de ar. poet. v. 138.* Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?

Promissum, i, *promessa*, הִתְנַשְּׂאוּת, ἐπάγγελμα, id quod promittitur. *Cic. pro Dejot.* Istam, inquam, dexteram non tam in bellis, & in prœliis, quam in promissis, & fide firmiorem. *Id. 3. Off. cap. 24.* Servare promissa. *Id. Phil. 1.* Promissa facere. *Id. Off. l. 1. c. 10.* Stare promissis. *Id. 7. Ver. c. 53.* Satisfacere promisso. *Tac. 3. hist. c. 58.* Largus promissis. Sic dicimus, promissa implere, solvere &c. *Cic. sæpe*, & *Liv.*

Promissus, a, um, *lungo*, longus, productus. *Plin. lib. 7. ep. 27.* Promissa barba. *Liv. l. 28. c. 17.* Comæ promissæ. *Col. l. 7. c. 9.* Promisso ventre sues. ¶ Item *promesso*. *Virg. Æn. 4. v. 552.* Promissa fides. *Hor. epod. 14.* Promissum carmen.

Promissus, us, m. promissio. *Manil. l. 5. v. 577.* flentesque parentes Promissi vitæ recreat.

Promitor, oris, m. qui promit. *Servius in 1. Georg. ex Fabio Pictore* tradit, Flaminem Cereasem, dum sacrum faceret, inter alios Deum promitorem invocasse.

Promitto, is, si, ssum, a. 3. *allungare, distendere*, הִגְבִּיהַּ, יָעַר, הֶאֱרִיךְ, *προβάλλω*, propriæ est producere, & porro mittere. *Liv. l. 6. c. 16.* Muros mortales capillum, ac barbam promisisse. *Cæs. l. 8. B. G. c. 9.* Audacius, longiusque tela promittere. *Plin. l. 16. c. 26.* Nec ulla arbor avidius fe promittit. ¶ Sumitur etiam pro polliceri, spondere, recipere, *promettere*, Germ. *verheissen, zusagen*, Gal. *promettre, accorder*, Hisp. *prometer, ὑπισχνέομαι*. *Cic. 1. de Div.* Ut primis minentur extis, bene promittant fecundis? *Id. Fam. l. 1. ep. 20.* Promitto, in meque recipio, fore eum tibi & voluptati, & usui. ¶ Promittere ad cœnam, ad fratrem, &c. est polliceri, se iturum ad cœnam, ad fratrem, &c. *Cicer. 2. de Or. c. 7.* Tum, cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiseral. *Plaut. Most. 4. 3. 13.* Promisi foras ad cœnam, *h. e.* promisi, me iturum foras. ¶ Interdum est minari. *Virg. 2. Æn. v. 94.* Et me, fors si qua tulisset, Si patrios unquam remeassem victor ad Argos, Promisi ultorem. *Plaut. Asin. 5. 2. 80.* Quin farreputurum pallium promisit mihi. ¶ Damni infecti promittere, est spondere se, si quod damnum opera sua inferatur, compensaturum. *Cic. in Top. cap. 4.* At si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit præstare quod fornix vitii fecerit. ¶ Cum infinitivo præsenti, *Plin. lib. 37. c. 9.* Eas gemmas Magorum vanitas resistere ebrietati promittit, *h. e.* affirmat.

Promo, is, si, tum, a. 3. *dar fuori, cavar fuori*, הוֹצִיא, Germ. *beerfir nemmen*, Gal. *mettre hors*, Hisp. *sacar a fuera, προκομίζομαι, ἐκφέρω*, profero, expono, in medium affero, a *pro*, & *emo*, qua antiquis notabat sumpte, capere. *Cic. 5. Ver. cap. 94.* Cum tibi Senatus ex ærario pecuniam promisserit. *Id. 2. Fin.* Promere de narthecio medicamenta. *Hor. epod. 2. vers. 47.* Promere vina dolio. ¶ Translate sumitur pro eloqui, manifestare, palam facere. *Cic. Att. l. 9. epist. 18.* Nunc certe promenda tibi sunt consilia. *Id. 1. de Or. c. 14.* Aliquid ex scientia obscuriore promere. *Plin. in Paneg. c. 66.* Jubes, quæ sentimus, promere in medium. *Hor. Epod. ult. seu carmene sæculari.* Alme Sol, curru nitido diem qui Promis, & celas, *h. e.* aperis.

Promonstrum, i, idem ac monstrum, prodigium. *Fest.*

Promontorium, ii, *promontorio*, הַר בַּיִת, *ἄκρα*, rupes in mare prominens, sive promintenia mari incumbens. Est a *mons*, ut quidam putant, vel a *promineo*, ut alii, qui & *promunturium* legi ajunt in veteribus quibusdam libris. *Cic. 6. Ver.* Ab eo oppido non longe in promontorio fanum est Junonis antiquum. ¶

Promulgo, ás, avi, atum, a. 2. *publicare*, השמיע, Germ. *auskundschaften, offenlich sagen*, Gal. *publier*, Hisp. *publicar*, ἀνακηρύττω, publico, palam pronuntio. *Fesso* placet dici a *vulgo*, quasi provulgo. Fere dicitur de legibus. *Cic. pro Leg. Manil.* Cum Gabinius de uno Imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset. *Id. in Verin.* Promulgarisne quæstionem de tot amplissimis, & talibus viris ob judicium. *Id. pro Sext.* De meo reditu ecto Tribuni promulgarunt.

Promulsidarium, ii, n. genus vasis præbendæ promulsidi apium. *Ulp. l. 19. ff. de aur. arg.* Et ideo scutellas, & promulsidaria continent. ¶ Est etiam promulsidare, ris, n. 3. decl. *Petron. in Satyr. c. 31.* In promulsidari acellus erat Corinthius.

Promulsis, idis, *f.* cibi, quibus ante primum hausturn vescebantur, caput, sive initium cœnæ; a *mulsum*, non tam, uti volunt, quod vice mulsi apponebatur convivis ad provocandum appetitum, quam quod daretur ante mulsum. Nam, ut scribit *Turneb. Advers. l. 1. c. 24.* & *Lipsius lib. 3. Antiq. Lect. c. 3. p. 111.* veteres primam sitim non aliter, quam mulso sedabant, idque, quod putarent, vacuis venis dulcem conducere potionem. *Cic. l. 9. Fam. epist. 20.* Quem tu es solitus promulside conficere, integram famem ad ovum affero. ¶ Egregie promulsidis voce lusit *Petronius*, apud quem scortillum, cum dicere vellet, pueri Gytonis peculium tantum sibi fore ad Venerem irritandam, non explendam. *Hoc*, inquit, *tam rude de belle cras in promulside libidinis nostræ militabis.*

Promulsus, a, um, partic. ab inusitato promulceo. *Apul. l. 1. Florid.* V. *Prælusus.*

Promus, i, m. *dispensiere*, מוכן, Germ. *kelterer, speissmeister*, Gal. *dispensier*, Hisp. *despensero*, πτμίας, cellarius, is, qui victum familiæ ex cella penaria promit, qui præest cibariis promendis, a *promo*. Differt a condo. Nam condus est, qui penora in cellam penariam recondit. Cæterum hæc nomina conjungi solent, quia duo hæc officia fere ab eodem administrabantur. *Plaut. Pœn. 3. 4. 6.* Ædepol fecisti prodigum promum tibi. *Id. Pseud. 2. 2. 14.* Ego sum promus condus, procurator peni. *Colum. lib. 12. cap. 3.* Promis quoque, & cellariis aliquid attendendus, aut metuentibus intervenire. ¶ Transfertur ad alia. *Plaut. Trin. 1. 2. 44.* Ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori. Sic *Apul. in Apol.* promum librorum appellat illum, qui libris promendis præest. ¶ Adject. usurpant *Terr. de resur. carn. cap. 27.* In cellis promis caro salita, & usui reposita servatur. Et *Colum. l. 3. cap. 2.* Cum tam suburbanus est ager, ut ratio postulet incondirum fructum mercantibus velut promum vendere, *h. e.* uvas non repositas vendere tamquam conditas. *Id. Tertul. de resur. carn. cap. 27.* Cella proma, *h. e.* promptuaria, seu penaria.

Promuscis, idis, f. proboscis elephanti. *Plin. l. 8. c. 7.* Promuscidem elephantorum facillime amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit. Al. rectius leg. *probascidem.*

Promutius, a, um, adject. promutina pecunia dicitur, quæ prætogatur, h. e. antequam debeatur, persolvitur. *Ulpian. l. 15. ff. locat.* Eadem ratione Promutuum vectigal dixit *Cæs. l. 3. B. C. c. 32.*

* Pronăon, i, n. *facciata del tempio*, πρόναος, πρόνεων, templi frons. *Vitruv. l. 3. c. 1. l. 4. c. 4. Gruter. p. 27. n. 2.*

Pronăto, as, n. 1. idem quod nato, vel natando procedo. *Hygin. lib. 2. Astron. c. 17.* Delphines e toto mari pronatant.

Pronātus, a, um, nom. ex partic. inclinatus. *Sidon. lib. 5. ep. 17.* Per cataftropham sæpe pronatus, ægre de ruinoso flexu se recolligeret.

Pronæum, i, πρόναον, structura, vel spatium ante templum, cui posticum opponitur. *Vitruv. l. 3. c. 1. de sacris ædibus loquens.* Dipteros autem octastylos & prostylos, & postico. Adde *l. 4. c. 4. & l. 5. c. 1.*

Prone, adverb. cum propensione. *Ammian. l. 30. cap. 29.* Ad fugillandum pronius inclinat.

Pronecto, is, a. 3. in longum tempus necto, produco. *Stat. 4. Sylv. 3. v. 145.* Vidi, quam seriem moraquis ævi pronectant tibi candidæ sorores.

Pronēpos, otis, m. *pronipote, bisnepote*, πάππογονος, filius nepotis. *Cic. 13. Phil.* M. Lepidi Pontificis Maximi fueris pronepos.

Pronepotis, is, *f.* προέγγων, filia neptis. *Cajus l. 38. Dig. tit. 10. lib. 3.* Tertio gradu sunt, *sororis*, proavus, proavia, infra, pronepos, pronepotis. Adde *Pers. sat. 6. vers. 83.*

* Pronis, ne, pronus. *Varr.* apud *Non. c. 8. n. 94.* Trabes pronis in humum.

Pronĭtas, atis, *inclinazione*, κατωφέρεια, inclinatio, propensio. *Sen. in præf. Decl.* Nescio, qua iniquitate, & ad malum promitate naturæ eloquentia fe retro tulerit.

Pronno, as, a. 1. inclino, pronum facio. *Sidon. l. 8. epist. 11.* Ipsi latrones ad pavimentum defuncti ora pronaverant.

* Pronœa, æ, f. πρόνοια, mens mundi, providentia. Vide *Cic. lib. 1. de N. D. c. 8. l. 2. c. 22. Gell. l. 6. c. 1.*

Pronōmen, inis, n. ἀντωνυμία, pars orationis, quæ loco nominis ponitur, & personam determinatam significat, ut ego, *tu*, *ipse*, *is*, *idem*, &c. *Var. l. 7. de L. L. c. 23. Quint. l. 9. c. 3.*

Pronominālis, le, adject. ad pronomen pertinens, ut pronominalis constructio. *Prisc. an. l. 17. pag. 1069. Putsch.*

Pronominātio, onis, ἀντονομασία, figura rhetorica, quæ cognomine extraneo aliquid demonstrat, omisso proprio nomine, ut si quis *Africanum* dicat, omisso *Scipione*. *Auct. ad Her. l. 4. c. 31.*

Pronŭbo, is, n. 3. nuptiis præsum. *Fest.*

Pronŭbus, a, um, qui nuptiis præest celebrandis ex parte uxoris, sicut auspex ex parte viri. Inde Juno pronuba dicebatur, quia nuptiis præesset, *Virg. 4. Æn. vers. 166.* Prima & Tellus, & pronuba Juno Dant signum. ¶ Translate dicitur de ingenito quodam ardore, qui ætate matura virgines ad nuptias provocat. *Claudian. lib. 1. de rapt. Proserp. v. 131.* Tenerum jam pronuba flammæ pudorem sollicitat.

Pronumĕro, as, a. 1. idem quod numero, vel ante numero. *Sidon. lib. 2. epist. 10.* Petis, ut si qui versiculi mihi fluxerunt, hos tibi pro quadam morarum mercede pronumerem.

Pronuntiabĭlis, le, adject. qui pronuntiari potest. Apud *Apul. de dog. Plat. lib. 3. sub init.* oratio pronuntiabilis idem est, ac Logica propositio.

Pronuntiātio, onis, *f. pronunzia*, מבטא, ἐκφώνησις, actus pronuntiandi. *Cic. pro Cluent. c. 20.* Oppianico lege, & pronuntiatione nondum condemnato, tamen Habitus Oppianicum reum statim non fecit. ¶ Sumitur etiam pro propositione; *Cic. de Fat. c. 11.* Quid est, quod non omnis pronuntiatio aut vera, aut falsa sit? ¶ Apud Rhetores pronuntiatio idem est, atque actio. *Auct. ad Her. l. 1. c. 2.* Pronuntiatio est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. *Cic. 1. de Inv. c. 7.* Pronuntiatio est ex rerum, & verborum dignitate vocis, & corporis moderatio. ¶ Interdum ponitur pro ipsa appellatione. *Val. Max. l. 7. c. 4.* Illa pars calliditatis egregia, cujus opera, quia appellatione nostra vix apte exprimi possunt, græca pronuntiatione strategemata dicuntur.

Pronuntiātivus, a, um, adject. ut pronuntiativus modus, quo aliquid pronuntiamus, h. e. indicativus. *Diomed. Grammat. l. 1. pag. 329. Putsch.*

Pronuntiātor, oris, m. ἐκφωνητής, qui pronuntiat, vel scribit. *Cic. in Brut. cap. 83.* Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sinceras, & grandis etiam fuit.

Pronuntiātum, i, n. 2. ἀξίωμα, propositio, oratio veri, vel falsi significativa. *Cic. 1. Tusc. cap. 7.* Omne pronuntiatum (sic enim mihi in præsentia occurrit ut appellarem ἀξίωμα, utar post alio, si invenero melius) id ergo est pronuntiatum, quod est verum, aut falsum.

Pronuntiatus, us, m. idem ac pronuntiatio. *Gel. l. 4. c. 17.* Et numerus in versu, & ratio in pronuntiatu maner. Adde *l. 15. c. 3.*

Pronuntiātus, a, um, *pronunziato*, ἐκφωνηθείς, *Cic. Parad. 3. sua fin.* Versus pronuntiatus syllaba una brevior, aut longior. ¶ Item editus, narratus. *Curtil. 10. c. 6.* Ipsum ad pronuntiatam prædam sequebantur.

Pronuntio, as, a. 1. *pronunziare*, מבטא, דבר, Germ. *aussprechen, aussuvendig sagen*, Gal. *prononcer, déclarer, dire par cœur*, Hisp. *pronunciar*, προφέρω, ἐκφωνέω, clara voce aliquid profero, memoriter recito. *Cic. 1. de Orat. c. 61.* Summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare confuescebat. *Plin. l. 7. c. 48.* Luceja mima centum annis in scena pronuntiavit. Ponitur etiam pro dicere. *Cic. 2. Fin. c. 12.* Æquam pronuntiabit sententiam rasis, &c. *Plin. l. 5. ep. 13.* Nec tamen adhuc possum pronuntiare, utrum sit difficilius capere aliquid, an scribere. ¶ Item pro nominare. *Liv. l. 24. c. 27.* Seditionem meruentes, pronuntiant eos Prætores. ¶ Item pro palam, & clasico nuntiare. *Curt. l. 4. c. 8.* Imminens Dario, iter ad Euphratem pronuntiavit. ¶ Item pro expresse, & nominatim prædicere, præsertim ex bona fide in rebus contrahendis. *Cic. 3. Offic. c. 16.* Cum in vendendo eam rem scisset, & non pronuntiasset, emptori damnum præstari oportere. ¶ Item pro decernere, judicare. *Cic. pro Rosc. Amer.* Ea pro me ipso ex animi mei sensu, ac dolore pronuntio. *Quint. l. 2.* Sed ii, qui sint, non cujusvis est pronuntiare. ¶ Item pro palam promittere. *Cic. pro Cluent. c. 29.* Suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiasset. *Liv. l. 2.* Pronuntiavit militi præmia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Plin. l. 16. c. 4.* Patriam ab eo coronari pronuntiatur.

Pronŭper, adv. ἐσχάτως, valde nuper, admodum nuper, a *pro*, & *nuper*. *Plaut. Trin. 2. 4. 26.* Qua sponione pronuper tu exactus es pro illo adolescente.

Pronĭrus, us, *f.* πρόνυμφος, uxor nepotis. *Ovid. Heroid. ep. 17. vers. 206.* Pronurus & magni Laomedontis ieo.

Pronus, a, um, *chinato, chine*, נוטה, נפל, Ger. *geneigt, geartet*, Gal. *courbeto, enclin*, Hisp. *enclinando*, κατωφερής, flexus in anteriorem partem, vel inclinatus generatim. Videtur esse a πρανής, quod idem significat, *n* abit in *o*, quomodo ab *i* n est *io*. Constituitur vel absolute. *Cicer. 1. Tusc.* Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt. *Ovid. 1. Met. vers. 84.* Pronaque cum spectent animalia cætera terram. ¶ Vel cum dat. *Col. l. 1. c. 5.* Quantoque fuerit ædificii solum pronius Orienti. ¶ Vel cum accus. & præp. *ad*. *Columel. l. 2. cap. 9.* Campo patente, & ad Solem prono. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod supino contrarium est. *Cic. 1. Div. c. 53.* Morus corporis pronus, obliquus, supinus. ¶ Translate ponitur pro propenso ad virtutem, vel ad vitia, quamquam usitatius in malam partem accipiatur. *Plin. in Paneg.* Nihil est tam prouum ad simulatem, quam æmulatio. *Horat. l. 1. ep. 18.* In obsequium plus æquo pronus. *Capitol. in Pio. c. 10.* Pronissimus ad indulgentiam. ¶ Item pro facili. *Plin. l. 8. epist. 10.* Pronum ad honores iter. *Tacit. in Agric. cap. 33.* Omnia prona victoribus. *Id. 1. hist. cap. 1.* Obtrectatio, & livor pronis auribus accipiuntur, *h. e.* facile, & libenter audientibus. ¶ *Pronus* etiam dicitur alicui propensus, & favens. *Id. 1. hist. c. 13.* Prona in eum aula Neronis. *Sueton. in Galb. c. 12.* Remisit in patriam, quasi Cn. Dolabellæ proniorem. *Virg. 5. Æn.* ventisque vocatis prona petit maria, *h. e.* navigationi apta. ¶ *Prona dies* dicitur, cum ad vesperam vergit. *Stat. 2. Theb.* ¶ *Auni, & menses proni*, h. e. cito decurrentes, & quasi in declivi positi. *Hor. de ar. poet. l. 4. od. 6. v. 39.*

Proœconomĭa, æ, προοικονομία, dispositio, ordo. Usurpatur a *Servio in Virg. 5. Æn. v. 858.* & alibi aliquoties.

Proœmĭor, aris, d. 1. exordior, a *proœmium*. *Plin. epist. 3. l. 2.* Proœmiatur apte, narrat aperte. Adde *Sidon. l. 4. ep. 3.*

Proœmĭum, ii, n. *proemio, esordio*, הקדמה, ראשית דבר, Ger. *eine vorrede, anfang, einer red*, Gal. *préface, proime*, Hisp. *principio, prologo*, προοίμιον, proprie est id, quod a citharœdis certamen instituris præcini solet, ut proaulion est initium tibiis canendi; translate usurpatur pro exordio orationis, a πρό, *ante*, & οἴμη, *cantus*. Alteram etymologiam affert *Quintil. l. 4. c. 1.* a πρό, & οἶμος, *via*. *Cic. pro Cluent. cap. 21.* Incipit longo, & alte petito proœmio respondere major Cepasius. *Id. 2. de Leg. c. 7.* Habes legis proœmium. Sic enim hoc appellat *Plato*. ¶ Sumitur etiam per translationem pro quocumque initio. *Juven. sat. 3. v. 288.* Miseræ cognosce proœmia rixæ.

Propagatio, onis, *f. ostensione, propagazione, propagginazione*, פריה ורביה, πτοφάνεια, περίκτησις, actus propagandi, extensio. *Cic. 1. Off. c. 17.* Quæ propagatio & soboles origo est Reipublicæ. *Id. de Prov. Cons. c. 12.* Propagatio finium Imperii. *Id. de Sen. c. 15.* Propagatio vitium.

Propagātor, oris, m. qui propagat. *Cic. Ast. l. 8. ep. 3.* Ille provinciæ propagator, ille absentis in omnibus adjutor. Alii legunt *prorogator*.

Propagātus, a, um, *propagato*. *Cic. 3. Catil. c. 11.* Memoria Consulatus mei propagata. *Colum. de arbor. c. 7.* Vitis propagata.

Propāges, is, f. propago, progenies. *Pacuv.* apud *Non. c. 1. n. 327.* Salvete gemini, mea propages. ¶ Propages, inquit *Festus*, dicitur a rusticis vitis vetula, ex qua recisis ramis, & plantatis plures vites fiunt.

Propaginātus, a, um, partic. propagatus. *Tertul. de pal. cap. 2.* Quot populi propaginati.

* propagmen, inis, n. propagatio, productio. *Enn.* apud *Non. c. 1. n. 327.* al. al.

Propago, inis, f. 3. *propaggine*, שלוחה, Germ. *wuider eingelegt schoss*, Gal. *provin de vigne*, Hisp. *provana*, πτοφυάς, vitis vetula, & suppressa, ut ex una plures fiant, a *propagando*, quod a *pagendo*. *Virg. 2. Georg. v. 26.* Pressos propagginis arcus. *Cic. de Sen. c. 15.* Malleoli, plantæ, farmenta, vites, traduces, propagines. ¶ Aliquando significat genus, stirpem, progeniem. *Virg. 12. Æn. v. 827.* Si Romana potens Itala virtute propago. ¶ Sumitur etiam translate. *Plin. lib. 7. c. 14.* Qua de causa aliorum ejus librorum propago Licinianæ sunt cognominati.

Propăgo, as, avi, atum, a. 1. *propagare, propagginare, innestare*, שתל, Germ. *reben einlegen, fortpflantzen*, Gall. *provigner*, Hisp. *provanar*, πτοφύω, est vitem verulam supprimere, ut ex ea una plures fiant. a *pago*. *Cat. c. 32.* Vitem propages in sulcos. ¶ Translate ponitur pro extendere, protrahere, proferre. *Cic. 7. cap. 70.* Cum ipse sui generis initium, ac nominis ab se gigni, & propagari vellet. *Id. pro Sext. cap. 48.* Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. *Idem pro Dom.* Hujus viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagavit. *Id. 1. de Invent.* vitam propagare. *Nepos Amilc. c. 2.* Propagare fines imperii.

Propăla. V. *Propola*.

Propălam, adv. *apertamente, in palese, ἐν τῷ φανερῷ*, clare, aperte, in propatulo. *Cic. 1. de Orat. c. 35.* Neque tabulis, & signis propalam collocatis. *Liv. l. 34. c. 33.* Hæc propalam dicebat.

* Propălātus, a, um, palam factus. *Oros. lib. 6. car. 5.* Jam propalata & publica veritas.

Propălo, as, a. 1. *propalare, divulgare*. *Sidon. lib. 9. epist. 11.* Quæ populare dissimulat, excolere detrectat.

Propansus, a, um, nom. ex partic. expansus. *Apul. l. 6. A. A.* Aquila propansis utrinque pinnis.

Propātor, oris, πρωπάτωρ, avus, generis auctor. *Tertul. de præscript. 1. 49.*

Propatrĭus, i, m. πρωπατρίδελφος, maximus patruus, frater proavi. *Cujus l. 38. ff. tit. 10. l. 1.* Quinto gradu sunt, supra, atavus, atavia, infra, atnepos, atneptis, ex transverso fratris, & sororis, pronepos, proneptis, & convenienter propatruus, proamita, idest proavi frater, & soror.

Propatŭlus, a, um, *aperto*, προφανής, late patens, atque apertus, quasi porro patulus. *Cic. 6. Verr. c. 49.* Ante ædem Cereris in aperto, ac propatulo loco signa duo fuit. ¶ In propatulo, adverbialis formula est pro palam, in publico. *Sallust. Catil. c. 13.* Mulieres pudicitiam in propatulo habere, Et omissa præposite. *Pompon. Mel. l. 1. c. ult.* Propatulo vescuntur.

Prope, *appresso, vicino*, אצל, Germ. *nahe, bey*, Gall. *près, auprès*, Hisp. *cerca*, ἐγγύς, juxta, apud, præposit. ex iis, quæ accusativo serviunt. *Cic. pro Mil.* Illi, si insidiaretur, nocte prope urbem exspectandum erat. ¶ Dicitur etiam de tempore. *Cic. 3. Fam. epist. 5.* Prope Calendas Sextilis puto me Laodiceæ fore. ¶ Est etiam adverbium & notat *in propinquo*, vel *ex propinquo*. *Ter. And. 1. 1. 125.* Prope adest, cum alieno more vivendum est tibi. *Cic. pro Leg. Man.* Vident eum prope esse, quo etiam cæsent ægrius. *Id. 7. Ver. c. 2.* At cum in Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. *Liv. lib. 40.* Jam prope erat, ut finitimum cornu pellereturr Romanis. ¶ Ponitur aliquando pro *fere*, seu *quasi*. *Cic. pro Planc.* Quorum honoribus agri prope dicam ipsi, montesque faverunt. *Id. 2. Ver. c. 13.* Annos prope quinquaginta continuos. *Ter. Heaut. 1. 1. 96.* Prope jam ut pro uxore haberes. ¶ Gradus, propius, proxime, V. suis locis.

Propedĭem, adv. *in breve*, בקרוב, Germ. *bald hernach, in kurtzen*, Gal. *bien tôt, en peu de jours*, Hisp. *de a qui a poco*, αὐτίκα, ἐν βραχεῖ, brevi, post paucos dies, cito, a *prope* & *dies*. *Cic. 3. Offic.* Tum & præsens recum propedíem, ut spero, & dum aberis, absens loquar.

Propello, is, puli, pulsum, a. 3. *scacciare lontano, rimovere*, הדחה, נהרא, Germ. *abtreiben, vor hinweg treiben*, Gall. *rebouter, pousser*, Hisp. *empunar, ἐνέργειν*, longe pello, procul amoveo. *Cæs. l. 5. B. G.* Atque, uno interfecto, reliquos pauloum propellit. *Liv. l. 40. c. 11.* Periculum vitæ propellere a me potes. ¶ Sumitur etiam pro impellere, promovere, ultra ducere. *Lucan. lib. 3.* Propulit ut classem velis cedentibus Auster Incumbens. *Colum. l. 2. c. 2.* In priorem partem jugum propellat. ¶ Translate *Cic. 4. Tusc. c. 5.* Navem remis propellere.

Propemŏdo, adverb. propemodum. *Liv. lib. 24. cap. 20.* Cum propemodo muris accessissent.

Propemŏdum, adv. *quasi*, כמעט, Ger. *gar nahe, schier*, Gal. *presque*, Hisp. *quasi*, ὀλίγου δεῖν, πρὸς βραχύ, pene, ferme, quasi. *Cic. l. 6. Fam. ep. 4.* Alteros propemodum jam famus experti.

Propempticus, a, um, πρωπεμπτικός, comitativus, a πρωπέμπω, *comitor*. In titulo ultimi carminis *Sidonii*: Propempticum ad libellum, *h. e.* propempticum carmen, quo librum emittit, abeuntemque profequitur. Tale est Metii Celeris propempticum, quod habetur apud *Stat. l. 3. silv. 2.*

Propendens, entis, o. *pendente, chino, βέπων*, demissus. *Col. 7. c. 12.* Dejectis, aut propendentibus auribus.

Propendĕo, es, di, sum, n. 2. *pendere*, נטה, Germ. *wernider hangen*, Gal. *pencher*, Hisp. *inclinar, βέπω*, inclino, deorsum vergo, propriteque dicitur de lance in statera præponderante. *Cic. 5. Tusc. c. 17.* Libra illa Critolai, qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram, & maria deprimat. *Et cap. 31.* Majore, & graviore ex parte bona propendent. ¶ Sæpe translate sumitur pro affici, affectum esse, animatum esse. *Cic. 2. de Or. c. 29.* Aut inclinatione voluntatis propendeat in nos.

Propendo, is, di, nsum, n. 3. idem quod *propendeo*, in propria significatione. *Plaut. Asin. 2. 2. 39.* Nec dependis, nec propendis, quin malus nequaquam sies, *h. e.* nullam unciam habes viri probi, totus malus es.

Propendŭlus, a, um, adject. pendens in anteriorem partem, ut propenduli crines, apud *Apul. l. 1. Florid.*

Propense, adv. *di cuore, volentieri*, בנדבה, ἐπιβρεπῶς, ex animo, cum inclinatione, aut propensione. *Lentulus ad S. P. Q. R. l. 12. Fam. Cic. ep. 15.* Ut hanc concordiam, & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense non crederent esse factam.

Propensio, onis, *f. inclinazione*, נטיה, נדבה, ἐπιβροπή, προθυμία, inclinatio. *Cic. 4. Fin. c. 17.* Qui nulla in re, nisi in virtute, aut vitio propensionem, ne minimi quidem momenti, ad summum bonum adipiscendum esse diceret.

Propensus, a, um, *inclinato*, נוטה, נכון, Germ. *fehr fertich geneigt und gehencket*, Gal. *fort enclin*, Hisp. *inclinado*, ἐπιβρεπής, ἀξιωτάρορος, vehementer inclinatus. *Cic. Att. l. 8. ep. 3.* Propensus in alteram partem. *Id. pro Mur. c. 31.* Animus paulo ad veritatem propensior. *Liv. l. 37. c. 54.* Propenso animo aliquid facere, *in genio. Hirt. de B. Alex. c. 26.* Propensissima civium voluntate, & sua diligentia magnas copias confecerat. ¶ Sumitur etiam pro propendente, sive extenso. *Pers. sat. 1. v. 57.* Cum tibi Calve pinguis aqualiculus propenso lesquipede extet, *idest* cum abundantia ciborum pinguis sis, & ventrem habeas ultra fex pedes extensum. ¶ Item pro multo, & magno. *Argum. Truculi. Plauti*, quod creditur esse *Sidonii*; Natique causa dat propensa munera.

Properabilis, le, adject. properans, celer, ut properabilis calor, apud *Tertul. de anim. cap. 43.*

Properans, tis, nom. ex particip. *chi s'affretta*, ἐπείγων, festinus, citus, celer. *Cic. Att. l. 7. ep. 4.* Hæc properantes scripsimus. *Ovid. 5. de Pont. epist. 5. v. 9.* lingua properante legere. *Claudian. 2. in Rufin. vers. 337.* Festinamque iotam solito properantior urget.

Properanter, adv. *presto, con velocità*, celeriter. *Lucret. lib. 5. v. 301.* Usque adeo properanter ab omnibus ignibus ejus &c. *Sallust. in Jugurth. c. 8.* Si properantius pergeret. *Leg. 8. Cod. Theodos. de appellat.* Properantissime volumus afferri.

Properantĭa, æ, f. idem ac properatio. *Sall. in Jug. c. 40.* Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, discordia magis, quam dolo, crederent. Adde *Tacit. 12. Ann. c. 20.*

Properātim, adv. idem ac properato. *Cæcil.* apud *Non. c. 2. n. 663.* Properatim in tenebris isthuc coctheum est opus. Adde *Sisenn.* apud *Gel. l. 12. c. ult.*

Properatio, onis, f. *fretta*, σπουδή, actus properandi, festinatio. *Cic. l. 16. Fam. ep. ult.* Nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet, & properatione.

Properāto, adv. *frettolosamente, prestamente*, ὑπεγγύως, festinanter, celeriter. *Tac. l. 13. Ann. c. 1.* Nimis properato Narcissus Claudii libertus ad mortem agitur.

Properātus, a, um, nom. ex particip. *fatto in fretta, accelerato*, propere factus. *Quintil. l. 10. c. 3.* Stylus properatus. *Tacit. 2. Ann. c. 6.* Naves properatæ. *Ovid. 2. de Pont. ep. ult. v. 1.* Opus brevi properatum tempore. *Solin. c. 39.* Lucinæ illis properatio tempus est. ¶ *Properato est opus*, h. e. properandum est. *Cic. pro Mil. c. 29. Plaut. Mil. 3. 1. 216.*

Propĕre, adv. *subitamente*, σπουδαίως, celeriter. *Virg. 6. Æn. v. 236.* Propere exequitur præcepta Sibyllæ.

* Properĭpes, edis, veloc. *Catull. carm. 62.* ducem sequuntur Gallæ properipedem, *al.* pede propero.

Properiter, adv. idem ac propere. *Catull.* apud *Non. 11. n. ult.* Animula miserrima properiter obit.

Propĕro, as, avi, atum, n. 1. *affrettarsi, sollecitare*, חוש, מהר, Germ. *eylen*, Gal. *se hâter*, Hisp. *apresurarse*, σπεύδω, festino, celeriter eo, a *properus*, vel a *pro*, ante, & *paro*, muraro *a* in *e*, ut fic dicatur quasi ante alia paro. Properare, & festinare quid differant, docet *Nonius c. 5. n. 81.* his verbis: Festinare, & properare veteres diviserunt. Cato, qui unum quid mutare transigit, properat; qui multa simul incipit, nec perficit, festinat. Verum utraque verborum ratio sub hac significantia proxima est veritati, ut sit sæpe animi properare studiose ad res aliquas contendentis, festinare corporis necessitati obsequentis. V. *Gell. l. 15. c. 14. Cic. l. 12. Fam. ep. 25.* Atque inde ventis, remisque in partiam omni festinatione properavi. ¶ Construitur etiam cum infinitivo. *Virg. 4. Æn. v. 310.* Et mediis properas Aquilonibus ire per altum. ¶ Ponitur quoque pro festinanter aliquid agere, vel dicere. *Virg. 1. Georg. v. 259.* Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno Maturare datur. *Plin. in Paneg. c. 51.* Hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur. *Tacit. hist. 3. cap. 40.* Properare iter, *Id. 2. Ann. c. 31.* Properare mortem voluntariam. *Horat. Epod. 12.* Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ Cui properabantur? tibi nempe.

Sex. Propertius, m. 2. poeta Elegiarum scriptor, ex Hispello opp. Umbriæ oriundus. Sunt, qui scribant, ejus patrem Equestri dignitate ornatum, ac Triumvirali potestate fuisse, tum inter eos connumeratum, qui L. Antonium secuti, Perusia capta, ex Octavii Cæsaris auctoritate, ad aram D. Julii perducti, ibidem occisi fuerunt. Illud omnino constat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis, Romam se recepisse, cum patrem suum in tenera adhuc ætate amisisset, quod illis versibus patet: *Aspice me, cui parva domus fortuna relicta est, Nullus & antiquo Marte triumphus avi.* Elegias scripsit nitidissimas, & eruditissimas.

Propĕrus, a, um, *veloce, frettoloso*, מהיר, Ger. *schnell, behend, ring*, Gal. *hâtif*, Hisp. *presuroso*, σπουδαῖος, celer, festinus, a *prope*, quia qui properat, hoc agit, ut magis, & magis appropinquet. *Tac. l. 11. c. 26.* Si prævenirent Claudium ut insidiis incautum, ita ire properum. *Valer. Flac. lib. 4. v. 176.* Gressus properi. *Catull. de Berecynth.* propero pede sequi.

Propes, edis, m. funis nauticus, quo pes veli alligatur. *Turpil.* apud *Isidor. l. 19. Orig. cap. 4.*

Propetro, as, *a.* 1. est mandare, quod perficiatur. *Accius*. Age vero propetra, quod cœpisti, fieri. Adde *Fest.*

Propexus, a, um, κατάπεκτος, in longum pexus, a *pecto*. *Virg. 10. Æn. v. 838.* Propexam in pectore barbam. Adde *Ovid. 1. Fast. v. 259.*

Propheta, æ, *vel* Prophetes, æ, m. *Profeta*, נביא, ראה, Germ. *Prophet*, Gal. *Prophete*, Hisp. *Profeta*, προφήτης, qui futura pronuntiat a se primum intellecta, a Græco nomine allato, quod a πρόφημι, quod est profari, idest prædicere. Propheta rum nomine Gentiles vocarunt Antistites fanorum, oraculorumque, ut ait *Festus*, qui & hos veteris Poetæ Tragici versus citat: Cum capita viridi lauro velare imperant Prophetæ, sancta casse qui puram loca. Ita eos versus restituit *Jos. Scaliger ad Festum*. ¶ Speciatim prophetas vocant Sacerdotes Ægyptios. *Macrob. l. 7. Satur. c. 13.* Adeo verum ita, ut dicis, Ægyptios opinari, ut ego Sacerdotes eorum, quos Prophetas vocant, cum in templo vidissem, &c. Adde *Apul. de deo. c. 2.*

Prophetālis, & Prophetālis, le, adject. *di Profeta*, ad Propheram pertinens, ut Prophetiale, *Tertull. adverf. Valentin. c. 28.* Prophetalis virgo, *Venant. Fortun. l. 5. carm. 4. v. 58.*

Prophetia, æ, *f. profezia*, divinatio, prædictio. *Tertul. de anim. cap. 35.* & alibi.

Prophetice, adv. *profeticamente*, *Tertul. de monogam. c. 4.*

Prophetĭcus, a, um, adject. *profetico*. *Tertul. de oor. Milit. cap. 7. Prudent. in hymno jejun. v. 179.*

Prophētis, idis, & Prophetissa, æ, *profetessa*, προφῆτις, ίδος, mulier divinans. *Tertull. de præscriptionib. c. 51. Hieron. ep. 10. ad Eur.*

Prophēto, as, a. 1. *profetare, predire*, נבא, προφητεύω. *Tertul. de resurrect. carn. c. 28. Prudent. περιστεφ. 5. v. 105.*

Propilo. V. *Prapilo*.

Propinātio, onis, *f.* πρόποσις, שקוי, actus propinandi, idest, porrigendi poculi, ad bibendum invitandi, vel denique ad salutem alicujus bibendi. *Sen. lib. 2. de Benef. c. 21.* Ego ab eo beneficium accipiam, a quo propinationem accepturus non sim? ¶ Sumi etiam videtur pro consessatione. *Gell. l. 10. cap. 17.* Sumptum plurimum, ἀναισιώσω τε, & propinationem adolescentis filii deplorantis. Al. leg. *potationem*.

Propinātor, oris, m. προπότης, qui propinat. *Ovid. lib. 1. de art. v. 587.* Inde propinator nimirum multa propiner. *Alii leg.* inde procurator nimium quoque multa procurat.

Propingo. V. *Progigno*.

Propĭno, as, avi, atum, a. 1. *far brindesi*, השקה, Germ. *vor trincken*, Gal. *boire à chaq un*, Hisp. *beuer à la salud*, προπίνω, est præbibere, seu prægustato leviter vino poculum alteri offerre, a verbo Græco allato. Hæc consuetudo a Græcis originem habuit. Nam principes Græciæ solemni die, quem *Philotesiam* vocabant, miscere aureis, atque argenteis poculis vina solebant, quæ e manu gestantium sumentes, ori parumper admovebant, deinde alteri, quem vellent, offerebant, ingens hoc argumentum benevolentiæ existimantes. Nos tamen propinare ufurpamus pro ante bibere, totum etiam poculum exhauriendo, & sic amicum invitare ad bibendum. *Plaut. Stich. 3. 1. 16.* Propino tibi salutem plenis faucibus. *Cic. 1. Tusc. c. 40.* Arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ: Græci enim in convivijs solent nominare, cui poculum tradituri sint. *Suet. in Tiber. c. 42.* Ob epotam in convivio; propinante se, vini amphoram. ¶ Translate *Ter. in fine Eun.* Hunc comedendum, & deridendum vobis propino. *Eun.* apud *Non. c. 1. n. 140.* Qui mortalibus versus propinas flammeos medullitus.

Propinque, adv. *da vicino*, πλησίως, ἀγχιστήνων, prope, in propinquo. *Plaut. Truc. 2. 7. 21.* At ut eccam, adest propinque.

Propinquĭtas, atis, *f. vicinanza*, קורבה, גאולה, קרבה, συγγένεια, loci vicinitas. *Cic. 3. Offic. c. 11.* Nimis imminebat propter propinquitatem Ægina Piræo. ¶ Translate sumitur pro affinitate, agnatione, conjunctione sanguinis. *Cic. de Am.* Afcifcant sibi quasi propinquitate conjunctos, atque natura. *Id. pro Planc. c. 11.* Maximis vinculis, & propinquitatis, & affinitatis conjunctus. *Tac. de Germ. c. 7.* Familiæ, & propinquitates.

Propinquo, as, avi, atum, n. 1. *avvicinarsi*, קרב, נגש, Germ. *nahen*, Gal. *s'approcher*, Hisp. *allegarse*, προσεγγίζω, prope accedo, propinquus fio, proximus fio. *Virg. 12. Æn. v. 150.* Vis inimica propinquat. *Id. 2. Æn.* Jamque propinquabam portis. *Sallust. in fragm. l. 4. hist.* Bithyni propinquantes jam amnem Tartanium *h. e.* ad amnem accedentes. *Stat. 10. Theb.* Animis propinquare alicui, *h. e.* ingenio similem esse. ¶ Significat etiam propere agere, statim expedire. *Virg. 10. Æn. v. 154.* Tu rite propinques Augurium. *Silius l. 2. v. 281.* mortem licet arma propinquet.

Propinquus, a, um, *vicino*, קרוב, מורע, ἐγγύς, vicinus, proximus, qui prope est, a *prope*. *Cic. 11. Phil. c. 13.* Fuimus nuper ego, & M. Bibulus in propinquis, finitimisque provinciis. *Liv. l. 28.* Spem alicujus rei propinquam facere. *Id. l. 24. c. 39.* In propinquo esse. *Varr. lib. 9. L. L.* Propin

suam stabilimentum, quo omnes frigoris, aut injuriæ aditûs obstruuntur. *Plin. l. 11. c. 7.* Prima fundamenta comosin vocant periti, secunda pisloceton, tertia propolim, &c.

Propôma, atis, n. *πρόωμα, potio*, quæ ante cibum sumitur, h. e. vinum conditum melle, vel vinum rosatum, aut violatum. Legitur apud *Pallad.* in titulo *c. 32. l. 3.* his verbis. *Ut propomata sponte nascantur.*

Propōno, is, sui, situm, a 3. *proponere, esporre*, שׂם, Ger. *fürsetzen, fürlegen*, Gal. *proposer, montrer*, Hisp. *poner, aportillar*, extra pono, expono, palam ostendo. *Cic Verr. 4. c. 32.* Proponere aliquid venale *Cic. pro Cluent.* Proponere periculum ante oculos. *Cæs. l. 7. B. G.* Proposuit sua in illos merita. *Id. l. 1. B. C. c. 3.* Proponere alteri voluntatem alicujus. ¶ Sumitur etiam pro promulgare. *Suet. in Calig. c. 41.* Tandem flagitante P. R. proposuit quidem legem, &c. *Id. Aug. l. 2. c. 21.* Proponere edicta. ¶ Item pro ponere ante aliquem, apponere, offerre. *Plin. l. 10. c. 50.* Ne quid volucrum proponeretur præter unam gallinam. ¶ Item pro exponere, objicere. *Cic. l. 5. Fam. ep. 16.* Ut omnibus telis fortunæ propósita sit vita nostra. ¶ Translate accipiur pro promittere, constituere. *Cic. 5. Tusc.* Proposuit præmium Xerxes, qui invenisset novam voluptatem. *Vellej. l. 2. c. 6.* Pretium se datúrum proposuit. ¶ Item pro præmittere, enuntiare, innuere id, de quo dicturi sumus. *Cic. in Brut.* Ut aliquoties, tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quæreret, quasi ponere ante oculos mentis. *Cic. de Univ. c. 2.* Atque eam sibi proponet exemplar. *Id. l. 1. Fam.* Omnibus propositum esse debet cum dignitate otium. *Liv. l. 30.* Proponere animo martem belli communem. ¶ Item pro statuere, constituere, deliberare. *Cic. in Brut.* Laudare igitur eloquentiam neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium. *Vellej. l. 2. c. 53.* Ægyptum petere propositi. ¶ Item pro revelare, *palefare. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 17.* Liscus oratione Cæsaris adductus, quod antè tacuerat, proponit.

Propontĭcus, a, um, *πρωποντικός*, quod ad Propontidem spectat. *Ovid. l. 1. Trist. el. 10. v. 29.* Hinque Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

Propontis, idis, f. Mare Bosporicum, Mare Thracium, *Mar di Marmora, πρόποντις*, sinus maris Mediterranei, inter Europam, & Asiam, seu inter Thraciam, & Asiam minorem. Nam Geographi primas angustias maris se coarctantis Hellespontum vocant, inde expatiatur æquor, quæ laxitas Propontis appellatur, ubi iterum in arctum coit, & stringitur, illæ angustiæ Bosphorus Thracius nuncupantur, ubi iterum effunditur, Pontus Euxinus, qui curvatus in figuram Scythici arcus committitur ostio Mœotidis paludis, idque ostium Cimmerius Bosphorus vocatur. *Ovid. 4. de Pont. eleg. 9. v. 118.* Misit in has fi quos longa Propontis aquas.

Proporro, adv. porro, ulterius, præterea. *Lucret. l. 2. v. 978.* Et sibi proporro quæ sint primordia, quærunt. Adde *l. 4. v. 888.*

Proportĭo, onis, f. *proporzione*, יחס, הקש, קשקש, Ger. *gegenfug, eine vergleichung*, Gal. *proportion*, Hisp. *proporcion, αναλογία*, duarum rerum invicem facta comparatio. *Cic. de Univ. 4.* Id optime assequitur, quæ Græce *ἀναλογία* c, Latine comparatio, proportione dici potest. *Id. pro Flac.* Qui cum omnes Asiæ civitates proportione in provincias descripsisset.

Proportionalis, le, adject. *proporzionato*, ut proportionales termini, apud *Frontin. de Colon. pag. 111. Goesii.*

Proportionātus, a, um, adject. *proporzionato*, ut corpus satis proportionatum, apud *Jul. Firmicd. 4. c. 13.*

Propositĭo, onis, f. *proposizione*, משפט, *πρόταοις*, actus proponendi. *Cic. 3. Tusc. c. 18.* Hujusne vitæ propositio, & cogitatio Thyestem levare poterit? ¶ Apud Rhetores sumitur pro eo, ad cujus probationem omnia diriguntur argumenta. *Auct. ad Her. l. 2. c. 18.* Propositio dicitur, per quam ostendimus summatim, quid sit, quod probare volumus. ¶ Item pro Figura genere. *Cic. 3. de Or. c. 53.* Propositioque, quid sis dicturus, & ab eo, quod est dictum, sejunctio. ¶ Item prima pars syllogismi, *la maggiore. Cic. l. 1. de Invent. c. 37.* Propositio, per quam breviter locus is exponitur, ex quo omnis vis, oporter, emanet ratiocinationis.

Propositum, i, *scopo, fine*, מגמה, ראיה, יעד, *σκοπός, πρόθεσις, ὑπόθεσις*, id quod propositum est, scopus, finis. *Cic. in Brut. c. 21.* Ut egrederetur a proposito ornandi causa. *Id. 1. Tusc.* Utrum inter has sententias dijudicare malumus, an id quod propositum redire? ¶ Sumitur etiam pro sententia animi, pro eo, quod mente statutum est, *proposito, invenzione, βάλημα, προαίρεσις. Cic. 1 Offic. 31.* In proposito permanere. *Vellej. l. 2. c. 2.* Vir vita innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus. *Senec. ep. 68.* Aliud propositio tuo nomen impone. ¶ Dicitur quoque propositum tenere, assequi, a proposito aberrare, declinare, averti, egredi, &c. *Cic.* & *Liv.* sæpe. ¶ Præterea propositum dicitur quæstio ad disceptandum proposita, *Σήτημα. Cic. in Top. c. 21.* Duo sunt quæstionum genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est, quod *ὑπόθεσιν* Græci, nos causam; infinitum, quod *θέσιν* illi appellant, nos propositum possumus nominare.

Propositus, a, um, *proposto, ὑποτεθειμένος*, partic. a proponor. *Cic. 1. de Or.* Non explicata vestæ, neque proposito argento. *idest* expolito, explicato, prolato. *Id. pro Mur. c. 31.* Exemplar propositum ad imitandum. *Horat. l. 2. sat. 6.* propositum iter peragere. ¶ Item promissus, oblatus. *Sueton. in Tito c. 8.* Proposito gladiatorio munere. *Cic. pro Rabir. c. 5.* Libertatis spe propósita. ¶ item objectus, intentatus. *Id. Fam. 1. epist. 5.* Injuriis ab aliquo propositis resistere. ¶ Item expositus, obnoxius. *Liv. l. 28. c. 2.* Quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore tutus.

Propræfectus, i, m. *vicepresetto*. Præfecti vicem gerens. *Ammian. l. 29. c. 1.* Asiam paulo ante propræfectis rexerat.

Proprætor, oris, m. & Proprætore, indeclinabiliter, ut de voce *Proconsul* dictum est, *Vice Pretore, ἀντιστράτηγος*, qui extraordinariam Præturam gerebat, qui cum uno anno Prætor fuisset, sequenti cum imperio Prætorio in Provinciam mittebatur. *Cic. 2. de Div. c. 36.* Quam multi anni sunt, cum bella a Proprætoribus, & Proconsulibus administrantur? *Id. Philipp. 13. c. 10.* Neque se imperatorem, neque Hirtium consulem, nec proprætore Cæsarem. *Tacit. 2. Ann. c. 66.* Latinius Pandus proprætor Mœsiæ.

Propriassit, proprium fecerit. *Festus*,

Propriatim V. *Proprium*.

Propriē, adv. *propriamente*, באמנה, Ger. *eigentlich, sonderlich*, Gal. *proprement, particuliérement*, Hisp. *propriamente, ιδίως, κυρίως*, peculiariter. *Cic. 2. de Orat.* Quam proprie de unoquoque dixit? *Id. 9. Fam. ep. 15.* Id proprie tuum est. *Id. 2. Phil. c. 31.* O hominem nequam, qui enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere.

Proprietarius, ii, m. *proprietario*, apud JCtos est, qui proprium alicujus rei dominium habet, & opponitur ei, cui usus tantum competit. *Leg. 13. ff. de pecul. &c.*

Proprietas, atis, *proprietà, ἰδιότης*, quod alicujus rei proprium est. *Cic. 4. Acad. c. 18.* Singularum rerum singulas proprietates esse. *Liv. l. 38. c. 17.* Terræ proprietas, cœlique. *Plin. l. 13. c. 22.* Proprietatem habet fructum emittendi lanugine, quod nulli alii arbori evenit.

Proprio, as, a. 1. proprium facio. *Cæl. Aurel. Acut. l. 1. c. 15.*

Propritim, adv. idem ac proprie. *Lucr. l. 2. v. 973.* Quid? genus humanum propritim de quibus actum est? Ita legit *Non. c. 11. n. 18.* Alii *propriatim. Arnobl. 3.* Res exigit, propritim Deos scire. *Al.* propriatim, *al.* proprietim.

Proprius, a, um, *proprio, ἴδιος, κύριος*, quod peculiare est unicuique, cui commune contrarium est. Construitur vel absolute. *Cic. 5. Tusc.* Propriis, & suis argumentis, & admonitionibus tractanda quæque res est. *Id. pro R. Amer. c. 52.* Omnia, quæ erant nostra propria. ¶ Vel cum gen. *Cic. 3. Phil. c. 11.* Libertatem propriam Romani generis, & nominis recuperemus. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro Syll.* Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam æteris. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod alicui convenit, & ab eo maxime observari debet. *Cic. in Brut.* Animum judicis impellere, quocumque res postulat, hoc est unum Oratoris maxime proprium. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Hoc est epistolæ proprium, ut &c. ¶ Item pro eo, quod alicui adscribitur, seu attribuitur. *Cic. pro R. Am.* Quicquid maleficii, scelleris, cædis est, proprium id Rosciorum esse debebit. ¶ Aliquando pro stabili, & diuturno. *Ter. Andr. 4. 3.* Nihi ne esse proprium cuiquam? Dii vestram fidem! *Virg. 1. Æn. v. 76.* Conjugio jungam stabili, propriamque dicabo. *Cic. pro Leg. Man. c. 16.* Quod ut illi proprium sit, atque perpetuum, Quirites, velle, & optare debetis. *Nepos in Thrasyb. c. ult.* Parva munera diutina, locupletia, non propria esse consueverunt. ¶ Nonnunquam proprius ponitur pro suus. *Liv. l. 7. c. 9.* Quæsita ea propriæ familiæ laus leviorem auctorem Licinium facit. *Id. l. 2. c. 53.* Mos non placebat, sine Romano duce hostes propriis viribus conflisque bella gerere. ¶ Dicitur etiam *proprius suus. Liv. l. 3. c. 70. Suo proprio* prælio. *Cic. 1. de Or. c. 10.* Crassus videbitur sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse. *Cæs. l. 3. B. C. c. 20.* Calamitatem aut propriam suam, aut temporum queri.

Propter, *appresso*, על, מפני, בעבור, Ger. *von wegen, darbey*, Gal. *pour, à cause*, Hisp. *por, δία, ἕγγυς*, prope, apud, juxta, præp. ex iis, quæ acc. serviunt, a *prope. Cic. in Brut. c. 6.* In prætulo propter Platonis statuam consedimus. ¶ Aliquando adverbium est. *Cic. 6. Ver.* Etenim propter est spelunca quædam. ¶ Translate sumitur pro ob, sive alicujus causa, *per cagione. Cic. pro Quinct.* Si propter partium studium potens erat Alphenus. *Id. Parad. 5. c. 1.* Legibus propter metum parere. ¶ *Propter viam*, sacrificium est, quod profiscisendi causa fit, auctore *Festo*; quod quidem sacrificium Herculi fieri consuevit: in eo necesse erat omnia, quæ asserrentur, omnino igne absumi. Itaque *Cato* apud *Macrob. l. 2. Saturn. c. 2.* ad hoc facti genus alludens, jocatur in quemdam Albidium, qui sua bona comederat, & novissime domum incendio consumptam amiserat, quod quæ comedere non potuisset, ea combussisset. Huc pertinet & illud *Plaut. Rud. 1. 2. 62.* Propter viam illi vocati sunt ad prandium. *Da* Qui? *Sc.* Quia post cœnam, credo, laverunt heri; contracta navis in mari est illis. In loco *Macrobii* cit. sunt qui legunt *procervia*, sed temere.

Propterea, ad. *perciò*, לכן, Ger. *darumb, derhalben*, Gall. *pour cela, pourtant*, Hisp. *por esto, διὰ τοῦτο*, ob eam causam, ideo, idcirco. *Ter. Andr. 5. 5. 4.* Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror. ¶ Sæpe conjungitur cum partic. *quod*, vel *quia. Cic. l. 9. Fam. ep. 18.* Cum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram. *Serv. Cic. l. 4. ep. 5.* Etsi genus hoc consolationis acerbum est, propterea quia per quas &c. ¶ Item cum partic. *ut. Cic. pro Lig. c. 3.* Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se eadem diceret, ignosceret.

Propudianus porcus, dictus est, quia in sacrificio gentis Claudiæ velut piamentum, & exsolutio omnis contractæ religionis erat. *Ateius Capito* apud *Fest.*

Propudiōsus, a, um, *ἀναισχυντότατος*, נבל, impudens, impudicus. *Plaut. Stich. 2. 2. 10.* Men' fastidis, propudiose? *Gell. l. 2. c. 7.* Sed enim timuerat uxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam. *Sidon. l. 9. ep. 6.* Igitur hic proxime abrupto contubernio ancillæ propudiosissimæ, cui se totum consuetudine obscœna addixerat. *Arnobl. 5. pag. 175.* Propudiosi facinoris obscœnitas.

Produdum, ii, *αἰσχύνη*, נבלות, obscœnitas, res pudenda, a *porro*, & *pudor. Fest.* Propudium dicebant, cum maledicto nudare turpitudinem volebant, quasi porro pudendam. Quidam propudium putant dici, a quo pudor, & pudicitia procul sint. *Plin. l. 28. c. 8.* Hoc cinere poro propudia vitrorum, ejusdem aspersu fœminarum libidines inhiberi. ¶ *Scaliger ad Festum* addit, propudium idem esse, quod *πάρεργον*, idest purgamentum, ac homines facinorosos, ut Græcis *περίψημα*, ita Latinis dici propudia. *Plaut. Cur. c. 1. 3. 34.* Quid ais propudium? *Ciceronem* quoque *Phil. 14. c. 3.* usum putat *Hier. Ferrarius*. V. *Praludium*.

Propugnaculum, li, n. 2. *rocca, fortezza, bastione, forse*, בחן, *πρεβολή*, arx, vel alius locus munitus, unde urbs, provincia, castra procul defendi pugnando possint. *Cic. pro Font. c. 1.* Est in eadem provincia Narbo Martius colonia nostrorum civium, specula P. R. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum, & objectum. *Id. Verr. 7. v. 34.* Navis ita magna, ut propugnaculo cereris posset esse. ¶ Translate *Id. in Pison. c. 4.* Lex Ælia, & Fufia, propugnacula, muricque tranquillitatis.

Propugnātor, oris, f. 3. *difesa*, מגן, *ὑπερασπισμός*, actus propugnandi. *Cic. l. 5. Fam. ep. 8.* Susceptum mihi perpetuum propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. Adde *l. 1. ep. 7.*

Propugnātor, oris, m. *difensore*, מגן, *ὑπερασπιστής*, qui propugnat. *Cic. 7. Ver. c. 33.* Classis infirma propter dimissionem propugnatorum, & remigum. *Id. ad Brut. ep. 11.* Acerrimus propugnator communis libertatis.

Propugnātrix, icis, f. *difenditrice*. Legitur in fragmento orationis cujusdam funebris apud *Fabrett. pag. 169.*

Propugnatus, a, um, *difeso*, defensus. *Gell. l. 9. c. 11.* ad *fin.* Et sua virtute nisus, & opera alitis propugnatus.

Propūgno, as, n. 1. *combattere, difendere*, נלחם, גנן, *προμαχομαι*, depugno, pugnando defendo, pugnando resisto. *Cic. pro Rab. perduell. c. 10.* Testor me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus ac pro patriis fanis, atque delubris propugnandum putare. *Id. 1. Offic. c. 19.* Virtus propugnans pro æquitate. ¶ Cum accusat. *Sueton. in Cæs. c 23.* Non alios ad honorem pati pervenire, quam qui sibi recepissent, propugnaturos absentiam fuam.

Propulsātio, onis, f. *διάκρουσις*, actus propulsandi. *Cic. pro Syll. c. 1.* Cum hujus periculi propulsatione conjungam defensionem officii mei.

Propulsātor, oris, m. *διακρουστής*, qui propulsat. *Val. Max. l. 7. c. ult. n. 7.* Auctorem harum rerum benevolentia, propulsatorem odio infecutus. *Arnobl. 7. pag. 249.* Valetudinum pessimarum propulsator.

Propulso, as, a. 1. *scacciare*, שלח, נדף, *ἐλαύνω*, arceo, depello, procul fugo, freq. a *propello. Cic. pro Cluent. c. 52.* Displicear ne mihi legum præsidio acapite periculum propulsare? *Cæs. l. 1. B. G. c. 49.* Propulsare hostem. *Liv. l. 3. c. 69.* Bellum mœnibus propulsare.

Propulsus, us, m. *πρόωσις*, impulsus. *Sen. Nat. Quæst. l. 5. c. 14.* Ventum propulsu suo concitare.

Propulsum, a, um, *προωθὲς*, impulsus. *Lucan. l. 7. v. 789.* Cernit propulsa cruore Flumina.

Propylæum, i, n. *antiporto, προπύλαιον*, vestibulum, vel porticus ante templum. *Cic. 2. Offic. c. 17.* Quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa profuderit. Adde *Plin. l. 35. c. 10.*

Propræstor, oris, & Proquæstore indeclin. ut dictum est in voce *Proconsul*, *ἀντιταμίας*, qui Quæsturam extraordinariam gerit, sive qui Quæstoris auctoritate acceperit, mittitur in aliquam regionem. *Cic. 4. Acad. c. 4.* Cum Alexandriæ Proquæstor essem. *Id. Ver. 3. c. 15.* Ipse in eum, cui Legatus, cui proquæstore fuerat, improbissimum testimonium dixit. *Id. Phil. 10. in fin.* Cum quæstoribus, prove quæstoribus. ¶ Legitur & *pro quæstore* divisum.

Proquam, adv. *secondo che, quanto che*, prout. *Lucret. l. 3. v. 200.* igitur parvissima corpora, proquam Et lævissima sunt, ita mobilitata feruntur.

Proquiritāto, as, a. 1. quirito, auxilium imploro, exclamo. *Apul. in Apol.* Epistolam sæpe aperiens, proquiritabam. ¶ Item promulgo, proclamo. *Sidon. l. 8. ep. 6.* Per ipsum fere tempus, ut decemviraliter loquar, lex de præscripzione ricennii fuerat proquiritata.

Prora, æ, f. *prora, πρῷρα*, אנית, anterior pars navis, a Græco nomine allato. *Liv. l. 24. c. 34.* Ferrea manus firmæ catenæ illigata cum injecta proræ esset. *Virg. 7. Æn. v. 35.* Terris advertere proram. ¶ *Prora*, & *puppis* proverbiali metaphora dicitur de eo, in quo negotii totius cardo vertitur, propterea quod a prora, & puppi, tamquam a capite, & calce pendeat tota navis. *Cic. l. 16. Fam. ep. 24.* Mihi prora, & puppis, ut Græcorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes meas explicares.

Prorēpo, is, psi, ptum, *ἕρπω*, שרץ, ultra repo. *Colum. l. 3. c. 5.* Quamcumque in partem prorepserint. ¶ Translate fumitur pro fenim in lucem prodire. *Horat. l. 1. sat. 3. v. 99.* Cum prorepserunt primis animalia terris. *Colum. l. 3. c. 10.* Illæ fertiles, ac firmæ, quia e tenero prorepunt. *Id. l. 5. c. 5.* Radices vitium prorepunt in luxuriem.

Prorēra, æ, m. *pedotto, o pedoto*, וב חובל, *πρωρεύτης*, qui in navis prora sedet, ibique ventos captat, & de eprum conversionibus gubernatorem monet; docet etiam rupes & scopuli ubi sint, ut is converso clavo eos decliner. *Plaut. Rud. 4. 3. 75.* Si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero.

Prorēus, i, dissyllab. idem ac proreta, *πρωρεύς*. *Ovid. 3. Met. v. 634.* Pone metum, proreus, & quos contingere portus, Ede, velis, dixit.

Proriga, æ, m. qui præest jumentis prurientibus, admissarius. *Varr. l. 2. de R. R. c. 7.* & 8. est *peroriga. Plin. l. 8. c. 42.* Æque eadem ex causa in Reatino agro iacerarum prorigam invenimus.

Prorĭpio, is, pui, reptum, a. 3. *rapire, rapire fuori*, חלזל, *ὑπερχαρπάω*, rapio, extra rapio, extra fero. *Liv. l. 29. c. 9.* Domo sese proripere. *Id. l. 8. c. 28.* Proripere se in publicum. *Horat. l. 1. ad 8. in fi.* Proripere aliquem in cædem. *Cic. Ver. 7. c. 62.* Juber undique hominem proripi, vehementissimeque verberati. *Id. 2. Fin. c. 22.* Quod stuprum, quæ libido se non proripiet, ac projiciet aut occultatione propulsa, aut impunitate, aut licentia? ¶ Ponitur etiam pro subducere, subtrahere. *Cic. de Aruspic. Resp. c. 1.* Exanguis, atque exæstuans se ex curia repente proripuit. *Liv. l. 22.* E manibus sacrificantium cum se se proripuisset.

Pro-

PR PR PR PR

Prorĭto, as, a. 1. *irritare, provocare, προρρίπτω*, ittito, provoco. *Plin. lib. 26. c. 8.* Amagallis cœrulea procidentia sedis retro agit, e diverso rubens proritat. ¶ Amagallis pontur pro allicere, invitare. *Col. lib. 2. cap. 10.* Nisi magnus est ejus in ea regione, quam colis, proventus, & pretium proritat. *Senec. ep. 23.* Quem spes proritat.

Prorogatio, onis, f. *prolungazione, accrescimento*, אורך, *ἀναβασις*, amplificatio. *Liv. l. 8. c. 26.* Duo singularia hæc ei viro primum contigere, prorogatio imperii, non ante in ullo facta, & acto honore triumphus. ¶ *Prorogatio legis*, est dilatio promulgandæ legis. *Cic. pro Mur. c. 23.* Confusionem suffragiorum flagitafti, prorogationem Legis Maniliæ.

Prorogātivus, a, um, adject. *Senec. l. 2. quæst. nat. c. 47.* Prorogativa fulmina sunt, quorum minæ differri possunt, averti, tollique non possunt.

Prorogātor, oris, dispensator, erogator. *Cassiod. lib. 10. Variar. epist. 28.* Prorogatores tritici, casei, &c. *Vetus Persii Scholiast. ad sat. 1.* Assis solebat pensari porius, quam numerari: unde dispensatores dicti prorogatores. Al. leg. *prærogatores.*

Prorogātus, a, um, *prorogato, allungato*, prolatus nova rogatione in longiora tempora. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 1.* Quod si tibi bellum aliquod magnum, & periculosum administranti prorogatum imperium videremus.

Prorōgo, as, a. 1. *prolungare*, האריך, Germ. *verziehen, vollstrecken*, Gal. *prolonger, proroger*, Hisp. *alargar, dilatar, αναβάλλομαι, παρατείνω*, est nova rogger, *proroger*, Hisp. *alargar, dilatar, αναβάλλομαι, παρατείνω*, est nova rogatione, seu lege proferre, prorahere. *Cic. l. 3. Fam. ep. 8.* Illud pugna, & orientere, seu lege proferre, prorahere. *Cic. l. 3. Fam. ep. 8.* Illud pugna, & orientere, nequid nobis temporis prorogetur. *Plaut. Aulul. 3. 5. 57.* Spes prorogatur militi in alium diem. *Cic. Att. l. 5. ep. 11.* Prorogare provincias. *Id. Phil. 12. c. 6.* Nec solum prorogare bellum, sed concedere etiam victoriam. *Plin. lib. 16. c. 22.* Prorogare moras in hyemem. *Horat. in carm. sæcul. v. 67.* Prorogare ævum. ¶ Prorogare nummos, pro erogare, *sborsare*, quidam legunt apud *Ulp. l. 4. ff. de manumissionib.* ubi alii *prærogare*, & quidem rectius.

Prorsum, adverb. idem ac prorsus, idest recta ad locum aliquem, vel ante. *Ter. Hec. 3. 1. 35.* Trepidari sentio, cursari rursum prorsum. *Ubi Don.* Rursum prorsie *retro*, prorsum, *ante* significat. ¶ Ponitur etiam pro omnino. *Cic. 2. de Orat. c. 14.* Verbum prorsum nullum intelligo.

Prorsus, adv. *diritamente*, recte, recta via. *Plaut. Mil. 4. 4. 56.* Prorsus Athenas protinus abibo tecum. ¶ Sumitur etiam pro omnino, *affatto*, in tutto, Germ. *gentzlich, gar*, Gal. *du tout, totalement*, Hisp. *del todo, πάνυ, παντελῶς*, כלל, כלל, *Cic. 3. de nat. Deor. c. 8.* Nullo modo prorsus assentior. ¶ Item pro generatim. *Cic. l. 4. Fam. ep. 10.* Neque solum nobis, idest tuis, sed prorsus omnibus. ¶ Item pro certe, vere. *Ter. Adelph. 4. 3. 58.* Eo pacto prorsus illic alligaveris filium. *Cic. Att. l. 13. ep. 45.* Prorsus ex his libris non videtur esse dubium.

Prorsus, a, um, *dritto*, rectus, a *pro* & *versus. Plaut. Pseud. 4. 1. in fi.* Non prorsus, verum ex transverso cedit, quasi cancer solet. Potest tamen hic & pro adverbio accipi. ¶ *Prorsa oratio* est, quam non inflexit cantilena. *Donat. ad Ter. Eun. 2. 3. 14.* *Prorsi limites* sunt in agris, qui ad orientem directi sunt. *Festus.* ¶ *Apul. l. 4. Florid.* Prorsa facundia veneratus fum, *h. e.* soluta oratione, & carmine. V. *Prosa.*

Prorumpo, is, upi, uptum, a. 3. *rompere, rovinare con impeto*, שבר, יצא, Ger. *durchbrechen, hinausfallen*, Gal. *rompere*, Hisp. *romper, διεξεκαίνω*, valde rumpo, cum impetu rumpo, effringo. *Cæs. lib. 3. B. G.* Celeriter ad eas munitiones pervenerunt, atque proruptis his prius in hostium castris constiterunt, &c. Alii legunt *prorustis. Virg. 2. Georg. v. 97.* Rursus in obliquum verso prorumpit aratro. Multa exemplaria habent *perrumpit.* ¶ Interdum ponitur pro ultra emittere, effundere, evomere. *Virg. 3. Æn. v. 572.* de *Ætna.* Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem. ¶ Est etiam verbum neutrum, pro irrumpere, cum impetu ferri, ruere. *Cæs. l. 8. B. G.* Sub ipsius enim oppidi nutrum magnus fons prorumpebat ab ea parte, &c. *Id. l. 5. B. G. c. 15.* Novo genere pugnæ perterritis nostris per medios audacissime proruperunt. *Cic. pro R. Am. cap. 3.* Eo prorumpit hinc prorumpitur in mare venti vis.

Prorŭo, is, ui, utum, n. 3. *cadere*, נפל, Germ. *niderfallen, umwerffen*, Germ. Gal. *jetter par terre*, Hisp. *derribar, πίπτω*, cum impeto decido. *Flacc. 7. Arg. v. 599.* Ille fatifcens in caput, inque humeros ipfa vi molis, & iræ pronit. ¶ Est etiam verbum activum, pro projicere, facere, ut aliquid ruat, *far cadere, καταβάλλειν. Liv. l. 26. c. 13.* Albam, unde ipsi oriundi erant, a fundamentis proruerunt. *Tacit. Hist. 3. c. 22.* Profligare, & proruere hostem. ¶ *Prorucre se* est fe efferre, prorumpere. *Ter. Eun. 3. 5. 51.* Foras simul omnes prorunt se. *Curt. l. 4. c. 16.* Proruere in hostes.

Prorupti, onis, f. eruptio. *Martian. Capell. l. 6. pag. 201.* Undarum illa prorupti interfluentis Oceani, &c.

Proruptor, oris, m. qui prorumpit. *Ammian. lib. 24. c. 5.* Promptores alii jumenta intercipiunt.

Proruptus, a, um, nom. partic. a prorumpo, ut prorupta audacia, h. e. quæ temere erumpit, & audet. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 24.* Nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab infania. ¶ Item effusus, profusus. *Virg. 7. Æn. v. 459.* toto proruptus corpore fudor. ¶ Item prorutus, everfus. *Cæs. l. 3. B. G. c. 26.* Proruptæ munitiones. Alii leg. *prorutæ.*

Prorŭtus, a, um, *καταρραχθὲς, rovesciato, rovinato*, a *proruo. Vellej. l. 2. c. 63.* Prorutum vallum. *Curt. l. 4. c. 3.* Proruti lapidum cumuli. *Stat. 4. Theb. v. 819.* Prorura gramina.

Prosa oratio, *prosa*, מאמר, גולייצה, Ger. *schrifft, eine ledige ungezwungene red*, Gal. *prose*, Hisp. *prosa, πεζὸς λόγος*, oratio soluta. Prosa Latine dici negant *Cælius Calcagninus, in Epistol. eis Quæst. l. 1. ep. 24.* & *Ant. Mureetus priorib. Annot. in Ter.* Jubenc autem dici *prorsa*, quia in antiquis codicibus sic legatur, atque id quoque comprobet etymologia, cum fit a *versus.* Sed utrumque rectum est. *Prosa* enim factum e *prorsa*, quia veteres r in hujusmodi omittere gaudebant, unde & *rusus* dixere pro *rursus. Quint. l. 1. c. 18.* In qua eum magis, quam in prosa placuisse, Hygimus refert. *Quint. l. 1. c. 10.* Prosa oratione prioribus subnecterur exor diis. *Vellej. l. 1. c. 17.* Perfectum prosæ eloquentiæ decus. ¶ *Prosa Dea*, vel *Prorsa* dicta est, quæ recto partui præsidebat, sicut Postverta perverso, ut cum non caput, sed pedes primi in nascendo existunt. *Varro* apud *Gell. l. 16. c. 16.*

Prosăicus, a, um, *prosaico*, quod ad prosam spectat. *Plin. l. 7. cap. 56.* Prosaicam orationem condere primus Phærecides Syrus instituit. Alii leg. *prosam. Venant. Fortun. l. 7. carm. 11. v. 1.* prosaico quoties direxi scripta relatu.

Prosapia, æ, f. *prosapia, stirpe, prole*, בית, זרע, יחס, Ger. *geschlecht, stamm*, Gal. *lignée, génération*, Hisp. *linaje, γενεὰ, γένος*, generis longitudo, sive progenies antiqua. Videtur dicta quasi *προτάπιπα, a πρόσπτος, proavus. Plaut. Curc. a. 3. v. 23.* De Coclitum prosapia te esse arbitror. *Cic. de Univ. c. 11.* Deineeps Jovem, atque Junonem, reliquosque fratres inter se, agnatosque usurpare, atque appellare solemus, & eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam. *Suet. in Galba, c. 2.* Magna, & vetere prosapia. *Sallust. in Jug. c. 87.* Veteris prosapiæ, & multarum imaginum homo. *Cato* apud *Non. c. 1. n. 343.* Veteres prosapiæ.

Prosapĭes, ei, f. 5. idem ac prosapia. *Non. c. 1. n. 343.*

Prosapodōsis, is, f. *προσαποδόσεις*, figura rhetorica, qua pluribus propositis sententiis, singulis ratio statim subjicitur. Vox græca est, & græcis literis scribitur a *Quint. l. 9. c. 3.*

Prosarsus, a, um, adject. prosaicus. *Sidon. lib. 3. epist. ult.* Meas nugas confectas opere prosario. *Id. l. 9. ep. 13.* Prosarium loquendi genus.

Prosātus, a, um, nom. partic. a profero, natus, genitus. *Nemesian. eclog. 3. v. 63. de Bacche.* Quin etiam Deus ille, Deus Jove prosatus ipso.

Proscenium, ii, *proscenio, προσκήνιον*, locus porrectus ante scenam, in quo pulpitum erat excitatum, quo prodirent fabularum actores, eratque pulpitum id inter scenam, & orchestram, scena quidem depressius, sed altius orchestra. *Virg. 2. Georg. v. 381.* Et vereres ineunt proscenia ludi. *Liv. l. 40. c. 51.* Theatrum, & proscenium ad Apollinis, Ædem Jovis in Capitolio, &c.

Proschŏlus, i, m. *fosco maestro*, idem, qui subdoctor, a schola. Legitur in titulo *epigram. Ausonii in Professorib. n. 22.*

Proscindo, is, idi, scissum, a. 3. *fendere*, קרע, Germ. *zerschneiden, aufshauen*, Gal. *couper, fendre*, Hisp. *hender, κατακόπτω*, primo scindo. Proprie dicebatur de terra, cum primo arabatur. Nam in secunda aratione dicebant offringere, in tertia liare. *Varr. l. 1. de R. R. cap. 29.* Terram cum primum arant, proscindere

appellant. *Col. lib. 11. c. 2.* Quam velut fcita, legemque in proscindendis agris sequantur agricolæ. ¶ Sumitur eriam pro scindere, simpliciter, vel pro valde scindere. *Lucan. l. 3. v. 434.* Et aeriam ferro proscindere quercum. ¶ Translate sumitur pro rectam alicujus existimationem lacerare, aliquem contumeliis afficere. *Suet. in Aug. c. 13.* Hunc fœdissimo convicio coram prosciderunt. *Ovid. 4. de Pont. fab. 8.* fummorum patria proscindere livor desine.

Proscissio, onis, actus proscindendi. *Colum. l. 2. c. 13.* Sesami sextarii sex tribus jugis a proscissione colunrur. Adde *l. 6. c. 2.*

Proscissum, i, terra proscissa. *Colum. l. 2. c. 2.* Bubulcum autem per proscissum ingredi oporter.

Proscissus, a, um, partic. a proscindor. *Virg. 1. Georg. v. 97.* Proscisso quæ suscitat æquore terga, *&c. id est* terra, quam jam araverat. *Stat. Theb. 10. vers. 439.* Proscissum vultere pectus. ¶ Translate sumitur pro intamato, maledictis lacerato. *Plin. lib. 36. cap. 6.* Hic namque est Mamurra, Catulli Veronensis carminibus proscissus.

Proscribo, is, psi, ptum, a. 3. *spovere qualche scrittura, προγράφω*, פרסם, est aliquid scribere, deinde exponere. *Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 6.* Racilius tabulam proscripsit, fe familiam Catonianam venditurum. *Id. Assic. lib. 16. ep. 4.* Ut venationem etiam, quæ postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent. ¶ Est etiam rem aliquam appolita inscriptione venalem, vel locandam significare. *Cic. 3. Off. cap. 16.* Claudium ædes postea proscripsisse, quam esset ab Auguribus demolisi justas. ¶ Speciatim sumitur pro aliquem damnare morte, vel exilio, ejusque bona venalia publice proponere, *condannare, confiscare, προγράφεσθαι.* Tractum est ab eo, ut *Ulpianus* testatur in *leg. sed etsi, de inspic. act.* quod nomina reorum, illorumque bona claris literis, ut de plano recte legi possent, in foro, ubi auctio exercebatur, non in loco remoto, sed evidenti scribebantur. *Cic. pro Dom. cap. 17.* Hanc vos igitur, Pontifices, judicio, atque auctoritate vestra, Tribuno Plebis potestatem dabitis, ut proscribere possit, quos velit? Quæro enim, quid sit aliud proscribere, Velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit, bonaque ejus ut mea sint: Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. *Idem pro Rosc. Amer. cap. 6.* Cum proscriberentur homines, atque ex omni regione caperentur. *Macrob. lib. 2. Sat. cap. 4.* Temporibus Triumviralibus Pollio, cum fescennino in eum Augustus scripsisset, ait, At ego taceo. Non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.

Proscriptio, onis, f. *proscrizione, pubblicazione, confiscazione*, פרסום, *προγραφή*, actus proscribendi. *Cic. pro Flac. cap.

liceret. Ille respondit, posse eam reverti, si nihil apud Inferos gustavisset. Illa autem jam tria Punici mali in Elysio grana gustaverat: quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Quare Proserpina ad Superos remeare non potuit. Quod agre ferens, Ascalaphum commutavit in bubonem, noctis avem, & tristium semper rerum nuntiam. Postea tamen Ceres a Jove dicitur impetrasse, ut Proserpinæ fenis quotannis mensibus secum apud Superos, & totidem cum marito apud Inferos esse liceret. *Ovid. Met.* 5. *a v.* 346. *Serv. in* 1. *Georg. v.* 39. ¶ Poetis interdum accipitur pro morte. *Hor. l.* 1. *od.* 28. Nullum sæva caput Proserpina fugit.

Proserpinæa, æ, f. herba eximii adversus scorpiones remedii, *coreggiuola*. *Plin. lib.* 27. *cap.* 12.

Proserpinālis herba, alio nomine draconticum. *Marc. Empir. c.* 10.

Proserpo, is, n. 3. prorepo, *andar serpendo*. *Plaut. Asin.* 3. 3. 105. Fac me proserpentem bestiam, duplicem ut habeam linguam. *Ammian. l.* 15. *c.* 20. Malum ultra proserpens.

Prosecuba, æ, f. *oratorio*, תְּפִלָּה, בֵּית תְּפִלָּה, locus, in quo Judæi orasuri convenichant, ita dictus a voce Græca allata, quæ orationem significat. Et quia apud Romanos tum ipsi Judæi, tum quæcumque ad eos pertinebant, contempui & derisui habebantur, hinc *Juvenal. sat.* 3. *v.* 296. Ede ubi consistas, in qua te quæro proseucha? V. *Turn. l.* 1. *Adversar. c.* 19.

Prosferārī, impetrari. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 687. Nec minimo prosferatur pax: quod Callandram signo decipit.

Prosiciæ, arum, f. partes hostiæ in sacrificio cœtæ, & dissectæ, quæ & prosecta dicuntur. *Arnob. l.* 2. *pag.* 231. Quod si omnes has partes, quas prosicias dicitis, Dii amant. *Solin. c.* 11. Cum prosicias intulerint. Alii leg. *porricias* eodem sensu.

Prosicies, ei, f. idem ac prosecta, a *prosecando*. Nam veteres in compositis a *seco* mutabant e in *i*, ut *Profico*. *Varro* apud *Non. cap.* 3. *n.* 179. Prosicieri extorum vel in mensam portieri. *Lucil. sipd.* Cœnam, inquit, nullam, neque Divo prosiciem ullam. Ita legit *Scaliger*, alii *prosectam ullam*.

Prosicīum, ii, idem ac prosicies. *Fest.* Prosicium, quod prosecatum projicitur. *Vossius Prosicia* legere mavult.

Prosĭco. V. *Profico*.

Prosignānus, i, miles qui in secunda acie pugnat, & differt ab antesignano, qui in prima. *Frontin. l.* 2. *stratagem. c.* 3.

Prosilio, is, lui, livi, lii, ultum, n. 4. *saltare fuori*, רָלַע, Germ. *herfürspringen*, Gal. *saillir hors*, Hisp. *saltar a fuera*, ἐκπηδάω, est ultra, seu foras, vel ante salire, cum saltu, & festinatione prodire, prorumpere. *Cic. pro Cœl. c.* 26. Dein de temere prosiluerunt. *Curt. l.* 7. *c.* 4. Bessus e convivio prosilivit. *Liv. l.* 5. *c.* 2. Prosilire in concionem. *Col. l.* 7. *c.* 6. Frutices in alritudinem prosiliunt, *h. e.* excrescunt. *Hor. l.* 1. *ep.* 19. Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma prosiluit dicenda, *idest* impetu & furore poetico incitatus se contulit.

Prosimurium, ii, idem ac pomœrium. *Fest.* apud quem alii legunt *prosmurium*.

Prosisto, is, n. 3. ante sto, promineo. *Apul. l.* 11. *Metam.* Foliis in modum radiorum prosistentibus.

Prosĭtus, idem ac propositus. apud vet. *Fest.*

Proslambanomĕnos, προσλαμβανόμενος, nomen est cujusdam toni musici, qui videtur esse idem cum eo, qui a recentioribus Musicis appellatur *Are. Vitr. l.* 5. *c.* 4.

Prosŏcer, i, πενθερός, socer magnus, hoc est uxoris meæ avus, cui respondet progener. *Ovid. Heroid. ep.* 3. *v.* 74. Cuique senex Nereus prosocer esse velit.

Prosŏcerus, us, f. uxoris meæ avia, *l.* 4. *Dig. de Gradib.* V. *Progener*.

Prosodia, æ, προσῳδία, τόνος, טַעַם, accentus, lex, sive regula ad acuendam, deprimendam, aut circumflectendam syllabam uniuscujusque particulæ orationis accommodata, a προς, *ad*, & ᾠδή, *cantus*. *Gell. l.* 13. *c.* 6. Προσῳδίας, Græci, Latini accentus dicunt. Eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiuncülas, tum vocalationes appellabant. *Quintil. etiam l.* 1. *c.* 5. græcis litteris scribit: at latine *Var.* apud *Gel. l.* 18. *cap.* 12. In priore verbo graves prosodiæ, quæ fuerunt, manent, reliquæ mutant.

* Prosodiācus, a, um, *Mar. Victorin. l.* 3. *art. Gramm. p.* 2580. *Putsch.* Dimetro anapæstico catalectico si phalæcii colon, idest partem e tribus trochæis, seu fyzygiam ejus adjunxeris, prosodiacum metrum efficies, quod semper a dissylabo quolibet (*incipit*) ut, Heu, heu date nunc fonitus, date bella tela.

Prosonomasia, f. προσωνομασία, figura est, quæ fit ex aliqua vocum similitudine, ut Deligere oportet, quem velis diligere. Vox græca est, & græce usurpanda.

Prosŏpis, idis, m. & Prosopites, æ, f. πρόσωπις, & πρόσωπίτης, herba, quæ a Latinis dicitur personacia, teste *Apul. de herb. c.* 36.

Prosopopœa, æ, προσωποποιΐα, Sermocinatio, Confirmatio, Figura sententiarum, per quam personæ, vel aliæ res loquentes inducuntur vel ad suadendum, vel ad objurgandum, vel ad quærendum, vel ad laudandum, vel ad movendam miserationem, &c. a πρόσωπον, persona, facies, & ποιέω, facio. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. *l.* 2. *c.* 1. & *l.* 9. *c.* 2.

Prosopopœĭcus, a, um, adj. a prosopœia, apud *Jul. Firm. de error. profa. religion.*

* Prosparalepsis. V. Paragage.

Prospecte, adv. ἐκκεκμένως, consulte, *con circonspezione*. *Tertul. Apol. cap.* 6. Prospecte decernere.

Prospectīvus, a, um, adject. ut prospectivæ fenestræ, unde prospicitur, *l.* 8. *Cod. tit.* 10. *leg.* 12.

Prospecto, as, a. 1. freq. a prospicio. *Cic. 7. Ver. c.* 17. Navis omnibus, qui eam a speherent, prospectare jam exilium, atque exportare fugam domini videbatur. *Liv. l.* 24. *c.* 21. Pars ex rectis, fenestrisque prospectant. *Id. l.* 5. *c.* 48. De die diem prospectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret. *Phædr. l.* 2. *fab.* 5. *v.* 9. Villa Misenensis, quæ summo monte posita prospectat Siculum mare.

Prospector, oris, m. qui prospicit. *Apul. de Deo Socrat.* Deus in rebus incertis prospector, in dubiis præmonitor.

Prospectus, us, m. *prospetto, veduta, vista*, רְאִי, שִׁקּוּף, Germ. *gesichte das aussihen*, Gal. *vûe, regard*, Hisp. *vista*, πρόοψις, actus prospiciendi, visio a longe. Docet *Paulus J. C.* prospectum ex inferioribus, & ex superioribus locis esse, lumen ex inferiore loco non esse. *Cæs. lib.* 2. *B. Gall. c.* 22. Sepibusque depilissimis interjectis prospectus impediretur. ¶ Sumitur etiam pro loco, unde prospicimus. *Cic. pro Dom. c.* 44. Porticus in Palatio pulcherrimo prospectu. *Liv. l.* 1. *c.* 18. Inde ubi prospectu in urbem, agrumque capto, Deos precatus, regiones ab Oriente ad Occasum determinavit. ¶ Item pro oculis, vel præsentia. *Cic.* 3. *Ver. c.* 47. Cum eum, quem virgis iste ceciderat, in prospectum P. R. produxit.

Prospeculor, aris, dep. longe speculor. *Liv. l.* 33. *c.* 1. Multitudo e muris adventum imperatoris Romani prospeculabatur. *Id. l.* 3. *c.* 43. L. Siccium prospeculatum mittunt.

Prosper, *vel* prosperus, ra, rum, *prospero, felice*, אַשְׁרַי, מַצְלִיחַ, Germ. *glucklich, das gute zeit bringt*, Gal. *qui donne prosperité, & bonheur*, Hisp. *prospero*, εὐημερος, felix, secundus, a προσφορος, *commodus, utilis*, quod a προσφέρω, *offero*. *Cic. 2. Offic. 6.* Prospero statu fortunæ uti. *Id. l.* 9. *Art. ep.* 6. Prosperos exitus consequi. *Id. in somn. Scip. c.* 4. Hominum generi prosperus & salutaris ille fulgor, qui dicitur Jovis. Al. leg. *prosper*. *Valer. Max. l.* 3. *cap.* 7. *n.* 1. Minus animosus, minusve prosper transitus. *Al. leg.* prosperus. *Silius l.* 10. *v.* 202. Occidit immoriens magnis non prosperus ausis. *Liv. l.* 1. *in præfat.* Ut orsis tanti operis prosperos successus darent. *Suet. in Cæs. c.* 45. Prospera valetudo. *Tac. Ann.* 14. *c.* 51. Prospera fama, *h. e.* integra, inviolata. *Id. Ann.* 6. *c.* 51. Erat Drusus prosperiore civium amore. *Vellej. l.* 2. *c.* 69. Acre, atque prosperrimum bellum.

Prosperātus, a, um, nom. particip. ut prosperata felicitas. *Tertul. in Apol. cap.* 6.

Prospēre, adv. *prosperamente*, εὐτυχῶς, feliciter, ex voto. *Cicer. 2. de nat. Deor. c. penult.* Magnis autem viris prospere eveniant semper omnes res. *Sueton. in Cæs. c.* 36. Prosperrime dimicare. *Colum. l.* 4. *c.* 32. Arundo prosperius loco resoluto, quam denso deponitur.

Prospergo, is, a. 3. idem ac aspergo. *Tac. l.* 15. *Ann. c.* 44. Unde hausta aqua templum, & simulacrum Deæ prosperfum est.

Prosperĭtas, atis, *prosperità*, אֹשֶׁר, Germ. *gluck, wolstand*, Gall. *prosperité, bonheur*, Hisp. *prosperidad*, εὐημερία, εὐτυχία, felicitas. *Cic. 3. de nat. Deor. cap.* 36. Commoditatem, prosperitatemque vitæ a Diis habemus. *Id. ibid.* Prosperitates, secundæque res improborum. *Nepos in Attic. c.* 21. Prosperitas valetudinis. *Sueton. in Calig. c.* 31. Prosperitas rerum.

Prosperĭter, adv. idem ac prospere. *Enn.* apud *Prisc. l.* 15. *p.* 1010. *Putsch.*

Prospĕro, as, a. 1. *prosperare, felicitare*, אָשַׁר, מַצְלִיחַ, εὐδαιμονα ποιῶ, Prosperum facio, secundo. *Liv. l.* 2. *c.* 9. Uti populo R. Quiritum vim, victoriamque prosperetis. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 56. Ut consilia sua Reip. prosperarent.

Prospersus, a, um, *asperso*, aspersus. *Tac. Ann.* 15. *c.* 44. Mausta aqua, templum & simulacrum deæ prosperfum est.

Prosperus. V. *Prosper*.

Prospĕtus, i. *Prosper*.

Prospex, icis, m. qui prospicit. *Tertul. de anim. cap.* 5. Recogita in præfagiis vatem, in ominibus augurem, in eventibus prospicem.

Prospicienter, adv. *riguardevolmente*, προνοίως, circumspecte. *Gel. l.* 2. *cap.* 29. Res salubriter, ac prospicienter animadversas, &c.

Prospicientĭa, æ, πρόνοια, cura, providentia. *Cic. Phil.* 7. *c.* 7. Vigilia & prospicientia. Al. leg. *providentia*.

Prospicio, is, exi, ectum, a. 3. *vedere da lungi*, חָזָה, חָשַׁק, Ger. *sehen*, *indie weite sehen*, Gal. *voir, regarder*, Hisp. *mirar de lexos, proveer*, προοράω, idem ac aspicio, vel longe aspicio, procul vel ante video, prævideo, provideo. *Cic. pro Syll. c.* 19. Sed tamen munere servili obtulit se ad ferramenta prospicienda. *Ter. Phorm.* 5. 1. 8. Nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt. ¶ Translate sumitur pro præsentire, præfagire, præcognoscere. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 3. Multo ante tamquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram. *Id. l.* 2. *Fam. ep.* 8. Ut ab homine longe in posterum prospiciente. *Id. in div. Ver. cap.* 13. Jam nunc mente, & cogitatione prospicio, quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sunt. *Id. pro Cluent.* Ut illum Magium intelligatis longe animo prospexisse morientem. ¶ Item pro cavere, commodis alicujus consulere, cum dativo. *Cic. Ver.* 3. *c.* 61. Sibi, & saluti suæ prospicere didicit. *Ter. Heaut.* 2. 4. 11. Nisi prospectum interea aliquid nobis est. *Plin. l.* 1. *epist.* 14. Petis, ut fratris tui filiæ prospiciam maritum.

Prospicĭte, adv. prospicienter, provide. *Apul. lib.* 1. *Met.* Benigne, & prospicue in me consuluit.

Prospĭcus, a, um, adject. providus, intentus. *Navius* apud *Non. c.* 2. *num.* 667.

Prospĭcuus, a, um, conspicuus, qui longe conspici potest: vel ex quo longe prospectus extenditur. *Sen. l.* 12. *Theb. v.* 15. prospicuæ scandentem limina turris.

Prospĭro, as, n. 1. ὑπερπνέω, ultra, seu longe spiro, extra spiro. *Apul. in Apolog.* Ea namque tabes si foras corporis prospiravit, majore dedecore, quam nova diffunditur. Lexicographi addunt aliud exemplum *Catonis*.

Prosplsio, adv. tarde, valde sero. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 47. Si quid boni promittunt, prosplsio evenit. Rectius tamen divisum legas pro sspisso.

Prostans, antis, o. particip. Sumitur sæpe pro eminens, prominens, extans. *Lucr. l.* 2. *v.* 428. Anguli prostantes. ¶ Item pro eo, qui prostituitur ad Venerem patiendam. *Juven. sat.* 1. *v.* 46. Cum populum gregibus comitum premar hic spoliator Pupilli prostantis?

Prostas, adis, f. προστάς, vestibulum, porticus. *Vitruv. l.* 6. *c.* 10. sed Græce in plerisque lib.

Prostasĭa, æ, προστασία, *preminenza*, primus dignitatis locus inter aliquos, *lib.* 8. *Cod. de munerib. patrim.* ubi alii leg. *prostasiis* eodem sensu.

Prosterno, is, strávi, strarum, a. 3. *gittare a terra, atterrare*, הִפִּיל, Germ. *nieder werffen, zu boden schlagen*, Gall. *mettre à terre, abbattre*, Hisp. *derribar, echar a tierra*, κατεβάλλω, profligo, ante sterno, in terram dejicio. *Colum. l.* 11. *cap.* 3. Prosternere in terram vineas. *Cic.* 2. *Phil. c.* 18. Ille se ad meos pedes prostravit lacrymans. *Liv. l.* 9. *c.* 6. Circa viam, haud procul Capua, omnium egena corpora humi prostraverunt. ¶ Translate sumitur pro exitium alicui afferre. *Cic. pro Cluent. c.* 6. Iræcipitantem igitur impellamus, & perditum prosternamus. *Id. Phil.* 14. *c.* 10. Hirtius hostes prostravit, fudit, occidit. ¶ Item pro dimittere, *avvilire*. *Cic. in Parad.* 1. Sic te ipse abjicies, atque prosternes, ut nihil inter te, atque inter quadrupedem aliquam putes interesse? ¶ Item pro evertere, pervertere. *Cic. pro Cluent. c.* 16. Perfregit, ac prostravit omnia cupiditate, ac furore. *Vabin. ad Cic.* 5. *Fam. ep.* 9. Malevolorum obtrectationes, & invidias prosternere, atque obterere. ¶ Item pro aperire, patefacere. *Plin. in Paneg.* Nonne manifestum est, tuis virtutibus, tuisque laudibus materiam campumque prosterni? ¶ Item pro prostituere. *Arn. l.* 2. Flatrire venalia prosternunt corpora.

Prosthĕsis, & Prothesis, is, f. πρόθεσις, & πρόθεσις, additio, Figura, qua litera, vel syllaba voci alicui apponitur, ut *gnatus*, pro *natus*, *setuli* pro *tuli*. Vox græca est, & græce scribenda. V. Grammat.

Prostibĭlis, & le, o. 3. quod prostat, seu prostituitur, a *prosto*. *Plaut. Pers.* 5. 2. 56. Hic faceret te prostibilem propediem, *idest* ut prostares. Aliqui legunt *prostibulam*. *Id. Stich.* 5. *c.* 4. Prostibile est stantem stanti suavium dare, h. e. prostibuli, vel meretricis proprium. Alii aliter legunt.

Prostibŭla, æ, f. idem ac prostibulum, meretrix. *Plaut. Cist.* apud *Non. c.* 5. *n.* 8. Intro ad bonam meretricem, adstat ea in via sola, prostibula sane est. *Tert. Apol. c.* 6. Inter matrones, & prostibulas nullum discrimen relictum. Addit *Nonius l. c.* discrimen esse inter meretricem, & prostibulam, quod meretrix honestioris loci, & quæstus sit, & copiam sui tantummodo noctu faciat; prostibula vero ante stabulum sedeat quæstus diurni, & nocturni causa.

Prostibŭlum, i, n. *meretrice*, זוֹנָה, ἑταίρα, meretrix quæ prostat quæstus ex corpore faciendi causa. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 6. Bellum & pudicum vero prostibulum populi! ¶ Discrimen inter prostibulum & meretricem V. in *Prostibula*. ¶ Qui vocem hanc pro ipso lupanari accipiunt, magis nituntur analogia, quam ulla Latin. scriptoris auctoritate.

Prostĭtio, is, tui, tutum, a. 3. *prostituire*, הִזְנָה, προίστημι, est corpus suum, vel alienum quæstui exponere, corporis potestatem facere, pudicitiam venalem habere, se, vel alium, sive puerum sive puellam, meretriciæ arti dedere, quasi ante, vel publice statuere. *Suet. in Ner. cap.* 29. Suam pudicitiam usque adeo prostituit, &c. ¶ Transfertur & ad alia. Hinc vocem foro prostituere, idest, ex causarum actione lucrum aucupari. *Ovid. l.* 1. *Am. el.* 15. *v.* 5. Non me ingrato voces prostituisse foro.

Prostĭtutor, oris, f. *il prostituirsi*. *Arnob. l.* 2. *pag.* 53. In libidinem publica venasium corporum prostitutione damnari.

Prostĭtūtor, oris, m. qui prostituit. *Tert. de cultu fœm. c.* 9. Lenones & prostitutores. *Id. de pudic. c.* 10. Prostitutor Christiani sacramenti.

Prostĭtūtus, a, um, *prostituto*, προαχθείς. *Plin. l.* 30. *c.* 2. Quam lupanaribus, atque prostitutoris mandatiler inquisitiones eas. *Tert. Apol. c.* 25. Prostitutissima lupa. *Sidon. l.* 3. *ep. panult.* Sermones prostituti, & theatrales.

Prosto, as, stĭti, atum, n. 1. προέστημι, ante sto, promineo, emineo. V. *Prostans*. ¶ Item venalem me expono, prostituor, & dicitur de iis, qui pudicitiam suam prostituunt, ut meretrices, quæ corporum quæstum faciunt. *Juvenal. sat.* 9. *v.* 65. Ad Circum jussas prostare puellas. *Quintil. in declam. de Milite Mariano*. Ut in medio belli strepitu jubere prostare gladio cinctum. *Plaut. Curc.* 4. 2. 23. *lenones comparans cum lanionibus*. Hi (*lenones*) in occultis locis prostant, vos in foro ipso. ¶ Translate *Qu.* 2. *de Pont. epist.* 3. Illud amicitiæ fastum, & venerabile nomen Prostat, & in quæsto pro meretrice sedet.

* Prostōmis. V. Postomis.

Prostrātio, onis, f. actus prostrandi, dejectio. *Tert. de præscript. c.* 41. Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinæ.

Prostrātor, oris, m. qui prosternit. *Firmicus de err. prof. relig. c.* 21. Prostratores ethis omnium hostium vestrorum.

Prostrātus, a, um, *prostrato, gettato a terra*, καταβλημένος, part. a prosterno. *Cic.* 2. *Catil.* Jacet ille nunc prostratus, & percussum se, atque abjectum esse fentit. *Id. in ep. ad Quint.* Affecta, & prostrata Respublica. *Id.* 2. *Leg. cap.* 17. Prostratæ religiones. *Lucret. l.* 6. *v.* 1262. Prostratus siti.

Prostўlos, πρόστυλος, ædes prostylos dicitur a *Vitruv.* quæ habet in fronte columnas, *l.* 3. *c.* 1. V. *Amphiprostylos*.

Prostўpus, V. *Protypus*.

Prosubĭgo, is, egi, actum, a. 3. καπνίζω, ante subigo, valde subigo. *Virg.* 3. *Georg. de sue v.* 256. Et pede prosubigit terram, *idest* lutum facit, in quo se volutet. *Val. Flacc. l.* 4. *v.* 288. Et fulmina Cyclops prosubigit, h. e. malleo domat, tractat.

Prosum, des, fui, n. anom. *giovare*, הוֹעִיל, ὠφελέω, utilitati sum, juvo, quæ pro aliquo sum. *Cic.* 3. *Acad.* Sed etiam, ut multis prosimus, enitimur. *Liv. l.* 2. Id mirum, quantum profuit ad concordiam civitatis. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. Prodesse in commune. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Putant eam contra araneorum ictus prodesse.

Prosumĭa, æ, f. genus navigii speculatorium parvum, teste *Festo*. *Cæcilius* apud *Non. c.* 13. *n.* 17. Qui pro gubernatore se gerens prope vertit prosumiam.

Prosumnus, i, impudicus quidam Bacchi amator, qui pactus ab eo corporis usuram, ad inferos descendentem comiter viam docuit. *Arnob. l.* 5. *pag.* 176.

Prosŭmo, is, msi, mtum, a. 3. insumo, fruor. *Plaut. Trin.* 5. 2. 6. Beneficium, homini proptium quod datur, prosumpserit: nam quod datum est utendum, id repetundi copia est. Al. leg. *propsum sumpserit*.

* Prosus. V. Prosa.

Prosymna, æ, πρόσυμνα, regio Argolica, ubi Juno colebatur. *Stat. lib.* 1. *verf.* 383. *Theb.*

Protagŏras, æ, m. 1. filius Menandri Thracum locupletissimi, ex Abdera urbe Thraciæ, maximus Sophista, auditor Democriti. Ejus pater Menander fertur Xersem adversus Græcos proficiscentem domo, muneribusque excepisse. Ob hanc liberalitatem Magi, qui cum Xerxe erant, facta a Rege potestate, Protagoram tunc adolescentem sua disciplina erudierunt. Nam injussu Regis eam communicare non licebat, quod de Diis haud bene sentirent, dubitareque se dicerent, eos esse. Illud quoque eum sacrificabant, ne clara religionis professione illis fevire. aut per illos nonnihil posse videretur. igitur ex hac consuetudine, & ritu duæ magorum sectæ, quæ Persis sunt. Vulgo traduut, non fine omine quodam, & futuræ mortis præsagio sic appellarum videri, a πρῶτος, *primus*, & λαός, *populus*, quod primus Græcorum in Trojana expeditione periturus erat. Huic enim a vatibus prædictum fuit, primum occisum iri, si ad bellum Trojanum proficisceretur. Nonnulli dicunt, oraculum ab Apolline Delphico editum fuisse, & quidem generatim, qui primus Græcorum ex navibus descenderet, eum perieturum. Contempris nihilominus vaticiniis, navigavit in Troadem cum cæteris ducibus. Cum igitur primus ex navibus in litus prosiliisset, ab Hectore est interfectus, qui cum agmine Trojanorum Græcis obviam venerat. *Ovid. l.* 13. *Met. v.* 6. Habuit uxorem Laodamiam Acasti filiam, quæ cum viri interitum resciisset, in solarium mœstoris optavit, ut mortui umbram videret, quod eam impetrasset, in illius amplexibus expiravit.

Protestor, aris, dep. 1. ἐκμαρτύρομαι, אִעִיד, *testimoniare, provare manifestamente*. *Justin. in præam. inst.* Bellicos fudores nostros innumeræ provinciæ ditioni Romanæ additæ protestantur. *Quint. Decl.* 4. *c.* 21. Prædito, protestor: non ego parricidium facio. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 17. Floris species florem rerum protestatur. ¶ Olim & *prosefso, as*, dictum fuit, teste *Prisc. l.* 8. *p.* 799. *Putsch.*

Proteus, m. 2. per duas syllabas, Πρωτεύς, filius Oceani, & Terhyos, quem in fabulis est Deum marinum fuisse, Neptuni phocas in mari pafcere confuevisse, vatem præstantissimum fuisse, sed non nisi ligatum, sive coactum vera dedisse responsa, denique in varias sese formas vertere solitum, ut nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. *Ovid. l. Fast. v.* 367. *Virg.* 4. *Georg. a v.* 387. Aliqui eumdem esse credunt, atque Vertumnum, quem ajunt captum amore Pomonæ in omnigenam speciem se variasse. *Serv. us in* 4. *Georg. v.* 387. auctor est, Proteum aliquando in Carpatho insl. regnasse, Pallene urbe Thessaliæ relicta, ad quam tamen postea reversus est. Alii, ex quibus Diodorus, malunt, Regem Ægypti fuisse, patria Memphitem, peritum fuisse omnium artium, & Pharaoni succeisisse.

Prothĕsis. V. *Prosthesis*.

Prothўme, adv. *allegramente*, προθύμως, prompte, alacri animo, a Græca voce allata. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 23. Ego atque herus hanc diem sumpsimus prothyme.

Prothymĭa, æ, f. *prontezza, allegrezza*, יְשׁוּעָה, προθυμία, promptitudo, alacritas. *Plaut. Stich.* 4. 2. 53. Vides benignitates hominum perire, & prothymias.

Prothўris, idis, f. πρόθυρις, ancones, ornamenta quædam in januis. *Varro. lib.* 4. *cap.* 6. Ancones, sive prothyrides vocentur, exceulptæ dextra, ac sinistra prependeant. V. *Ancon*.

Prothўrum, i, n. πρόθυρον, vestibulum in janua domus privatæ, ut propylæum est vestibulum urbis, vel templi, vel regiæ. *Varr. l.* 6. *c.* 10. Item prothyra Græce dicuntur, quæ sunt ante in januis vestibula. Nos autem appellamus prothyra, quæ Græce dicuntur diathyra.

Protinam, adv. idem ac protinus. *Var. l.* 6. *de L. L. c.* 6. *Ter. Phorm.* 1. 4. 13. Aliquid convasissem, atque hinc me conjicerem protinam in pedes. Quem in locum versus interpres monet, etsi in vulgatis sit *protinus*, tamen rectum esse *protinam*, ac sic legisse Nigidium Figulum. Citat & hoc pacto *Festus in Protinam*, qui & ipse *protinus* exponit. *Plaut. Curc.* 2. 3. 84. Ubi ostium conspexi, extinde me illico protinam dedi. Adde *Non. c.* 4. *n.* 384.

* Protinis, Protenis, protinus. *Afron.* apud *Non. cap.* 4. *n.* 384. Protinis recta domum digredimur.

Protĭnus, vel protenus, adv. *continuatamente, subito*, מְהֵרָה, Germ. *von stund an, flugs, schnell*, Gal. *tout de suite, soudainement*, Hisp. *luego*, σωνεχῶς, continuo, continuare, jugiter, quantum fieri potest. Constatum est ex *pro*, & *tenus*, *Servio* teste in 1. *Eclog. v.* 13. Itaque continuationem significat, five loci, five temporis ratione. *Caper* inter *protenus*, & *protinus* hoc discriminis ponit, ut per *E* sit locale, per *I* tempori inserviat. Verum discrimen hoc non observatur in antiquis, & optimæ notæ codicibus, ut Pierius quoque agnoscit, Castig. *Virg.* 3. *Æn. v.* 415. Cum protinus utraque tellus una foret. *Cic. l. de Div.* Pergeret protinus, quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret. *Liv. l.* 9. Cum ad alias angustias protinus pergerent. *Plin. l.* 2. *c.* 9. Lacu protinus stagnante. ¶ Ratione temporis pro statim, illico, *teyente*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 1. Protinus aerii mellis cælestia dona exsequar. *Cic. 1. de Inv. cap.* 15. Principium est oratio perspicue & protinus perficiens auditorem benevolum. *Pin. l.* 15. *c.* 17. In cinere lixivio tingunt protinus, quam detraxere viribus, idest statim postquam. ¶ Translate capitur pro immediate, idest continuare respectu personæ. *Ulpian.* apud *Bud.* Parvi refert, protinus libertus patrono cognatu dare, an per interpositam fiduciariis, vel rei personam. ¶ Item pro ideo, idest continuare, ratione causæ. *Quintil. l.* 10. *cap.* 1. Non, ut quidque præcipue necessarium est, sic ad efficiendum Oratorem maximi protinus erit momenti.

Protorecusum, i, prima coma, vel locus, ubi coma incipit. *Vegetius de re Veter. lib. a. cap.* 11.

Protogĕnes, is, m. πρωτογένης, Pictor præstantissimus, ex Cauno urbe Rhodiorum. Tabularum ejus palmam habet falysus, quem cum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustineret, & sitim, ne sensus animi dulcedine obtrueret. *Plin. l.* 35. *c.* 10. *Quintil. l.* 12. *c.* 10.

Protogenia, æ, f. πρωτογένεια, filia Deucalionis, & Pyrrhæ. *Arist. arch. in lib.* 10. *Odyss.* ¶ Fuit præterea hoc nomine una ex filiabus Erichthei Athenienfium Regis, quæ se pro patriæ falute jugulandas præbuerunt.

Protollo, is, a. 3. μηκύνω, differo, protraho. *Plaut. Cas.* 2. 8. 11. Protollo mortem mihi. *Gell. l.* 3. *c.* 16. Neque ultra decimum mensem fœtura mulierum protolli potest. ¶ Ponitur & pro ultra tollere, five extendere. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 71. Manum si protollet, pariter profecto manum.

* Promagister, πρωτοδιδάσκαλος, primus magister. *Gruter. p.* 121. *lin.* 17. alii putant legendum *promagister*.

* Promedia, æ, f. πρωτομανδία, nomen herbæ apud *Plin. l.* 24. *cap.* 17.

Promymsta, primus inter mystas. *Sidon. l.* 2. *ep.* 9.

Pronŏnat, abat, imp. 1. προβρυντᾶ, ante tonat. *Val. Flacc. lib.* 4. *v.* 205. Sed tali prononat ira.

Protoplastus, i, πρωτόπλαστος, quod primo fictum est, a πλάσσω, *figmentum*. Protoplasti dicuntur primi parentes Adam, & Heva a *Terr. in exhort. ad Cast. c.* 2.

Protopraxĭa, f. 1. πρωτοπραξία, prima actio, h. e. jus exigendi ante alios pecunias a debitoribus, privilegium, quo quis cæteris creditoribus anteponitur. *Plin. l.* 10. *ep.* 109. Ego inveni, a plerisque proconsulibus concessam eis protopraxiam, eamque pro lege valuisse.

Protosedĕo, es, n. 1. *seder in primo luogo*, vox hybrida a græco πρῶτος, *primus*, & latino *sedeo*. *Tertul. de cor. Mil. c. ult.* Protosedent & Presbyteri coronati. *Scioppius* in notis ineditis ad *Tertul.* legit *Perro sedent*.

Protostăsia. V. Prostasia.

Protostŏmus, a, um, πρωτόστομος, quod est primæ sectionis. Unde primus caulis, qui succiditur, seu cyma brassicæ ita appellatur, a prima nempe sectione, quæ vere fit. *Colum. l.* 10. *v.* 369. Sed jam protostomos tempus decidere caules. *Mantuan. l.* 10. *epigr.* 48. Et faba fabrorum, protostomique rudes.

* Prototypia, æ, f. πρωτοτυπία, prima forma, exemplar. *Cod. Teod. l.* 13. *t.* 3. Officium erat quod occupabatur circa titulum præstationem.

Protractĭo, onis, productio, *allungamento*. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scipion. c.* 12.

* Protractus, a, um, edoctus, ut Protractus teneris. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 8. *num.* 6. ¶ Patefactus, *Id. l.* 2. *c.* 5. *n.* 3. Marronæ unius ancillæ indicio protractæ. ¶ Redactus. *Plaut. Trin. l.* 2. 72. Ad pauperiatem protractus.

Protrăho, is, axi, actum, a. 3. *ti are*, מָשַׁךְ, Ger. *herfürziehen*, Gal. *mener, tirer avant*, Hisp. *traer*, παρέλκω, palam traho, in aliquem locum traho. *Cic. 6. Ver.*,

laceffendum. *Cic. 5. Fin. c.* 12. Et fluxi, fractique motus, quales proterviorum hominum, aut mollium esse solent, contra naturam sunt. *Id. pro Cal. c.* 16. Si vidua liberis, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meritorio more viveret. *Justin. l.* 30. *c.* 2. Meretrix protervior. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, præter homines, ut de oculis, de manibus, de lingua, de ventis, &c. *Hor. l.* 1. *od.* 25. Tristitiam, & metus tradam protervis in mare Creticum portare ventis. *Id l.* 2. *od.* 5. *v.* 15. Proes proterva. *Ovid. in Ibin, v.* 524. Lingua proterva.

Protesilāeus, a, um, adject. a Protesilao. *Catull. ad Manl. carm.* 67. *v.* 73. Protesilaeam Laodamia domum.

* Protesilaodamia, nomen veteris tragœdiæ Levii poetæ Latini. *Gell. l.* 12. *cap.* 10.

Protesilaus, m. 2. Πρωτεσίλαος, filius Iphicli, fortasse illius, qui frater Herculis nominatur, ex Phylace opp. Thessaliæ, unus ex Græciæ Principibus, qui ad bellum Trojanum profecti sunt. Vulgo traduut, non fine omine quodam, & futuræ mortis præsagio sic appellarum videri, a πρῶτος, *primus*, & λαός, *populus*, quod primus Græcorum in Trojana expeditione periturus erat. Huic enim a vatibus prædictum fuit, primum occisum iri, si ad bellum Trojanum proficisceretur. Nonnulli dicunt, oraculum ab Apolline Delphico editum fuisse, & quidem generatim, qui primus Græcorum ex navibus descenderet, eum perieturum. Contempris nihilominus vaticiniis, navigavit in Troadem cum cæteris ducibus. Cum igitur primus ex navibus in litus prosiliisset, ab Hectore est interfectus, qui cum agmine Trojanorum Græcis obviam venerat. *Ovid. 11. Met. v.* 6. Habuit uxorem Laodamiam Acasti filiam, quæ cum viri interitum resciisset, in solarium mœstoris optavit, ut mortui umbram videret, quod eam impetrasset, in illius amplexibus expiravit.

Protestor, aris, dep. 1. ἐκμαρτύρομαι, אִעִיד, *testimoniare, provare manifestamente*. *Justin. in præam. inst.* Bellicos fudores nostros innumeræ provinciæ ditioni Romanæ additæ protestantur. *Quint. Decl.* 4. *c.* 21. Prædito, protestor: non ego parricidium facio. *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 17. Floris species florem rerum protestatur. ¶ Olim & *prosefso, as*, dictum fuit, teste *Prisc. l.* 8. *p.* 799. *Putsch.*

Proteus, m. 2. per duas syllabas, Πρωτεύς, filius Oceani, & Terhyos, quem in fabulis est Deum marinum fuisse, Neptuni phocas in mari pafcere confuevisse, vatem præstantissimum fuisse, sed non nisi ligatum, sive coactum vera dedisse responsa, denique in varias sese formas vertere solitum, ut nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. *Ovid. l. Fast. v.* 367. *Virg.* 4. *Georg. a v.* 387. Aliqui eumdem esse credunt, atque Vertumnum, quem ajunt captum amore Pomonæ in omnigenam speciem se variasse. *Serv us in* 4. *Georg. v.* 387. auctor est, Proteum aliquando in Carpatho insl. regnasse, P

cap. 10. Hinc in convivium Sen. Cominium potrahi jussit. *Liv. l. 28. c. 29.* Nudi in medium protrahebantur. ¶ Est etiam extrahere, elicere. *Lucr. lib. 1. v. 409.* Verum protrahere inde. ¶ Item prodere, publicare. *Liv. lib. 27. c. 3.* Novum in occulto glisceus per indicium protractum est facinus. *Id. lib. 45. c 5 a med.* Ne damnatus auctorem se nefandi criminis protraheret. ¶ Item differre. *Suet. in Ner. c. 32.* Ut stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi, ac differre necesse esset. *Ter. Andr. 2. 1. 15.* Ut aliquos saltem nuptiis protrahat dies. ¶ *Protractis* pro protractis. *Silius l. 16. v. 84.* Vos hodie posco, Superi, protraxtis ad arma Quod profugos, satis est.

Protraxe. V. Progræxe.

Prorrepticus, a, um, *sortatorio*, προτρεπτικός, adhortatorius, instructivus, a *προτρέπω, adhortor. Ausson. in epist. ad Idyll. 4.* Libellum instar prorrepticæ luseram. *Adde Sidon. l. 1. ep. 11. & Trebell. Poll. in Gallien. c. 2.* ¶ Absolute prorrepticon, h. e. adhortatio, admonitio, instructio, legitur in titulo *silvæ 2. l. 5.* apud *Stat.*

Prorrimentum, i, ἐρέτισμα, edulium minutim tritum, confusumque, qualia etiam hodie in pulmentariis plurima concinnant ex carnibus frustillatim concisis, a *proterendo. Apul. lib. 2. Met.* Et accurantius in prorrimentis sapidissime coctum.

Prorsitus, a, um, κωπηλικὸς, valde tritus, conculcatus. *Liv. l. 34. c. 26.* Viride, ne hostes mox habeant, prorsitum, & corruptum. *Tacit. 2. hist. c. 70.* Prorsitæ arbores, atque freges, *Id. ibid. c. 26.* Prorsita acies.

Prorsùm, i, πρόσρωσον, genus potus, idest mustum, antequam uvæ calcentur, a *προρρέπω, praverto*, quod calcatu ram, & prelum præverrat sponte effluendo. *Plin. l. 14. c. 9.* Sed inter hæc genera potum ponere debeo & protropum; ita appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ.

Protrūdo, is, si, sum, 2. 3. *spingere innanzi*, Germ. *fir und fir ihm anhin stossen*, Gal. *pousser en avant*, Hisp. *empuxar*, προωθέω, porro, five ultra trudo, impello. *Cic. de Fat. c. 19.* Ut igitur qui protrusit cylindrum.

Protrygĕton, i, n. προτρύγετον, stella ad dexteram Virginis, quam Latini provindemiam vocant. *Vitruv. l. 9. c. 6.*

Protubĕro, as, n. 1. extubero, excrisco in formam tuberis. *Solin. c. 45. (al. 57.) de bucephalo:* De fronte ejus quædam exstantium corniculorum minæ protuberant.

Protumĭdus, a, um, adject. in anteriorem partem tumidus, ut protumida luna, apud *Apul. de Deo Socrat. sub init.*

Proturbo, as, a. 1. *fenestare*, ἀνωθίζομαι, porro, five ultra, five extra turbo, idest repello, abigo, arceo. *Liv. l. 5. c. 47.* Telis, missilibusque saxis proturbare hostes. *Plin. l. 11. c. 19.* Apes pigras, & ignavas proturbant. *Sil. lib. 5. v. 605.* Itaque ambelanum protrusbat pectore murmur, *h. e.* emittit.

Protutĕla, læ, f. manus protutoris. *Ulpian. lib. 1. ff. de eo qui pro tut.* In protutela judicio.

Protūtor, oris, m. *vicetutore*, qui tutoris vice fungitur. *Ammian. l. 29. cap. 5.* Domesticis protutoribus custodiendum mandavit. Alii leg. *protectoribus.*

Protўpum, i, n. *originale, primo esemplare, o modello*, חבנית, πρότυπον, primum exemplar, ad cujus rationem cæteta effotmantur. *Plin. l. 35. c. 12.* Primus personas regularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocavit. Alii leg. *prælypa*, & intelligi jubent effigies, seu figuras, quæ parum extant, & prominent, *di basso rilievo.*

Protўrum, i, πρότυρον, genus vini apud insulam Lesbum. *Vitruv. l. 8. c. 3.*

Provectio, onis, f. *promozione*, actus provehendi. *Legist. l. 5. c. 11.* Provectio dignitatis.

Provectus, us, m. *avanzamento, promozione. Sidon. l. 4. epist. 3.* Provectu ætatis. *Aurel. Vict. de Cæsaribus. c. 39.* Provectu honestiorum, & suppliciis flagitiosi cujusque virtutum studia augebantur.

Provectus, a, um, προηκὼς, *avanzato. Cic. de Sen. c. 4.* Quanquam eum colere cæpi non admodum grandem natu, sed tamen jam ætate provectum. *Arnob. l. 6. pag. 195.* Provectior senectute. *Auson. epigr. 19.* Nestore provectior. *Pallad. in Mart. v. 13.* Equi provectiores, *cavalli che hanno serrato. Tac. Ann. 13. c. 20.* Provecta nox erat. *Id. ibid.* Ut Burrum demovere præfectura destinarer, tamquam Agrippinæ gratia provectum, *promosso. Id. 3. hist. c. 46.* Provectum longius bellum, *h. e.* protractum.

* Provegĕo, es, promoveo, excito. *Pacuv.* ap. *Non. c. 2. num. 656.* illinc si usquam provegeam gradum, al. *provigeam.*

Provĕho, is, xi, ctum, a. 2. *menare lungi, menare oltre*, הוֹלִיךְ, Germ. *fortfuhren, weiter fuhren*, Gal. *porter loin, ou avant, pousser avant*, Hisp. *llevar lexos*, προΐημι, duco, ultra duco, produco. *Cic 8. Phil. c. 11.* Homines agrestes inani spe ad aquas usque Puteolanas provehuntur. ¶ Translate in constructione passiva fumitur pro progredi, procedere, ulterius pergere in quacumque re, *inoltrarsi. Cic. ad Brut. ep. 15.* Sed provehor amore, *idest* capior amore. *Id. 3. Fin. c. ult.* Sed jam sentio, me esse longius provectum, quam proposita ratio postulatet. *Id. pro R. Com. c. 11.* Paulo longius oratio mea provecta est. *Id. 2. Off.* Provehi ad exitus oratoris. *Liv. l. 23. c. 47.* Provehi equo. *Id. l. 35. c. 48.* Provehi in maledicta. *Tac 4. Ann. c. 10.* Eo audaciæ provectus, ut &c. ¶ Provehere aliquem ad dignitatem, est promovere, evehere. *Plin. l. 10. ep. 8.* Rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, augurarum adjicere dignetis. *Velleji. 2. c. 69.* Ab ep in consulare provectus est fastigium. *Tac. 2. hist. c. 75.* Provectus ad summa militiæ.

Provendo, is, 3. 3. *Afran. in Simulante* apud *Donat. ad Terent. Adelph. 3. 4. 34.* Is ut fervorum caprus est, facillime domo, atque nostra familia provendito.

Provenio, is, eni, ntum, n. 4. *comparire, uscir fuori*, יָצָא, בּא, Ger. *herfür kommen, vorhin ankommem*, Gal. *apparoitre, venir avant*, Hisp. *parecer*, πρόερχομαι, prodeo. *Plaut. Pseud. 1. 5. 155.* Qui in scenam proverit novo modo. ¶ Translate ponitur pro gigni, nasci. *Plin. lib. 9. cap. 10.* Neque ibi aliud animal provenit. *Cic. de Senect. cap. 6. ex poeta.* Proveniunt oratores novi, stulti, adolescentuli. *Ovid. 1. Trist. eleg. 1. vers. 39.* Carmina proveniunt animo deducta sereno. ¶ Item pro evenire, contingere. *Cic. lib. 1. de fin. cap. 14.* Nec quid proventurum sit, provident. *Ovid. 1. Amor. el. 5.* Proveniant medii sic mihi sæpe dies. ¶ Bene, vel nequiter provenire is dicitur, cui res bene, vel infeliciter cadit, εὐτυχέω, vel δυτυχέω. *Plaut. Rud. 3. 5. 57.* Ædepol proveni nequiter multis modis. *Id. Stich. 2. 2. 73.* Enimvero provenisti furile, si neque ille adest, neque hic qui venit, quicquam subvenit. *Id. T me 2. 4. 33.* Cum bene provenisti salva, gandeo. *Adde ibid. 2. 6. 35.*

Provento, as, n. 1. advento, provenio. *Navius* apud *Cic. de Senect. c. 6.* Proventabant oratores novi, stulti, adolescentuli.

Proventus, us, m. reditus, abundantia, *copia, rendita, abbondanza*, תְּבוּאָה, רֹב, πρόσοδος. *Sueton. in Claud. c. 16.* Proventu uberi vineatum. *Plin. l. 20. c. 12.* Extinguit lachis proventum. *Id. l. 8. c. 55.* Certum est, Balearicos adversum proventum cuniculorum auxilium militare a D. Augusto petiisse. *Plin. alter lib. 1. ep. 13.* Proventus poetarum. *Lucan. lib. 2. v. 61.* novorum proventus scelerum. ¶ Item successus, prosper exitus. *Cæs. lib. 2. B. C. cap. 38.* Multum ad hanc rem adjuvat adolescentiæ, magnitudo animi, superioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ. *Apul. in Apol.* Proventum alicui cupere. *Plin. l. 9. ep. 13.* Tanta conversio nel negotii dignitatem, vel proventum brationis, vel actoris constantiam subsecura est.

Proventus, a, um, partic. a provenio. *Macrob. l. 7. Satur. c. 12. ad fin.* Ideo ex aspiratione oris proventa suavitas excluditur.

Proverbiālis, le, adject. *proverbiale. Gel. l. 2. c. 22.* Ex quo versum istum proverbialem factum ait.

Proverbialĭter, adv. *proverbialmente*, per modum proverbii. *Ammian. l. 29. cap. 17.* Proverbialiter dici solet. Adde *Donat. ad Ter. Eun. 2. 2. 37.*

Proverbĭum, ii, *proverbio*, מָשָׁל, Germ. *ein Sprichwort, eine gemeine Sage*, Gall. *proverbe*, Hisp. *refran*, παροιμία, adagium accommodatum rebus, temporibusque, sententia, quæ in ore omnium versatur. *Cic. 4. Acad.* Vides ne, ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? *Id. de Senect. c. 3.* Pares cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur. *Id. 13. Phil. cap. 12.* Quod in hoc Planco proverbii loco dici solet. *Id. 2. Offic. c. 15.* Jam in proverbii consuetudinem venit. *Id. Verr. 3. c. 46.* In communi proverbio versari. *Id. 3. Off. c. 19.* Tritum vetustate proverbium. *Liv. l. 40. c. 46.* In proverbium venire. *Plin. l. 23. c. 1.* Cessit in proverbium.

Proversus, a, um, nom. ex partic. *rirro, drisso*, qui recta eo tendit, quo versus est. *Plaut.* apud *Varr. l. 6. de L. L. cap. 5.* Ut transversus, non proversus cedit, quasi cancer soler.

Provĭde, adv. *con prudenza, providamente*, ἐυ προνοίας, prudenter, caute, diligenter. *Plin. l. 10. c. 33.* Tabulata ramorum sustinendo nido provide eligere.

Providens, entis, o. *provido, prudente, cauto*, רֹאֶה, προμηθὴς, qui procul videt, seu qui futura prævidet, & cavet. *Cic. l. 6. Fam. ep. 6.* Homo valde est acutus, & multum providens. *Id. l. 3. Fam. ep. 1.* Id mihi & ad brevitatem est aptius, & ad reliquas res providentius. *Tacit. 1. hist. c. 85.* Providentissimus quisque.

Providenter, adv. *prudentemente*, προνοητικῶς, prudenter. *Ulp. l. 1. ff. de ign. junct.* Quod providenter lex effecit. *Cic 3. de nat. Deor. c. 40.* Quæ de providentia Deorum ab illis sanctissime, & providentissime constituta est.

Providentia, æ, *providenza, prudenza, cautela*, רְאִי, הַשְׁגָּחָה, Germ. *fursichtigkeit, vorsorg*, Gal. *prevoyance*, Hisp. *provecimiento*, πρόνοια, prudentia præcognoscendi futura, iisque consulendi. *Cic. 1. Div. c. 51.* Deorum providentia mundus administratur. *Id. de Leg.* Sic ingenii acicm ad bona deligenda, rejicienda contraria, quæ virtus ex providendo est appellata providentia. *Id l. 2. de nat Deor. c. 12.* Talis mens mundi cum sit, ob eamque causam providentia appellari recte possit, Græce enim προνοία dicitur. *Tacit. 4. hist. c. 29.* Nec feriendi, neque declinandi providentia est. *Pompon. l. Quintus, ff. de annuis leg. & jud.* Ut providentia filiorum suorum hoc feciste videatur, *h. e.* ut filiis suis consuleret.

Provĭdeo, es, di, sum, 2. 2. *provedere, prevedere, antivedere*, רָאָה, חָשַׁשׁ, Germ. *forsehen, fürsorgen*, Gal. *prevoir de loin, pourvoir à quelque chose*, Hisp. *proveer, proveo*, προοράω, ante video, longe video, furtum aliquid video, ante quam factum sit. *Cic. 2. de Divinat. c.* Medicus morbum ingravescentem ratione provider, insidias imperator, tempestates Gubernator. ¶ Quoniam vero ea, quæ providemus, si mala sunt, aut vitamus, aut emendamus, factum est, ut providere vitare significet, sive cavere. *Terent. Andr. 1. 3. 4.* Quæ simon actu providentur, me, aut herum pestitendabant. *Cic. 3. Ver.* Nisi providisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset. *Id. 3 de Or.* Patavi esse Censoris, ne longius id serpeiet, providere. *Plin. l. 3. ep. 9.* Provisum hoc legibus, h. e. cautum. ¶ Item prospicere, consulere, res necessarias comparare. *Cic. 1. de nat. Deor.* Ab iisdem vitæ hominum consuli, & provideri. *Id. 11. Phil. c. 11.* Est etiam de Brundusio, atque illa ora Italiæ providendum. *Id. in Catil.* Omnia provisa, parata, constituta sunt, P. C. mea summa cura, atque diligentia. *Cæs. l. 5. B. C. c. 8.* Providere rei frumentariæ. *Id. lib. 1. b. c. 9.* Providere rem frumentariam. *Plin. l. 8. c. 18.* In hygines aliis provisum pabulum. ¶ Item operam dare. *Cic. l. 1. Fam. ep. 2.* Ut quam rectissime agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia providebo. ¶ Item videre, animadvertere, *osservare. Plaut. Asin. 2. 4. 43.* Quam dudum tu adventsi? non hercule te providebam, quæso, ne vitio vertas: ita iracundia obstitit oculis.

Providus, a, um, *prudente, provido*, πρόνοος, videns ante, prudens, solers. *Cicer. pro R. Am. c. 40.* Illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti, providique fuisse. *Id. 2. Div. c. 57.* Mens provida rerum futurarum. *Stat. 6. Theb. v. 779.* Providus astu. *Ovid. 2. Fast. v. 60.* Provida cura. *Claudian. lib. 1. in Eutrop.* Provida virtus.

Provincia, æ, f. *provincia*, מוֹרָשָׁה, ἐπαρχία, regio armis a Populo Romano devicta, aut quomodocumque in potestatem adducta, quam Magistratui suo administrandam subjeceraț. Dicta est a *pro*, idest, procul, sive foris, & a verbo *vinco*. Proprie enim provincia dictæ sunt regiones extra Italiam, quæ armis vicæ fuissent. Interdum tamen etiam de regionibus Italiæ, & etiam nondum devictis usurpatur. *Liv. l. 2. c. 40.* Consules T. Sicinius, & C. Aquilius. Sicinio Volsci, Aquilio Hernici (nam ii quoque in armis erant) Provincia evenit. ¶ In Provinciæ formam redigere nihil erat aliud, quam leges domesticas, & proprios Magistratus adimere, & dare leges Romanas, ac Prætorem singulis annis cum imperio, & exercitu mittere, qui Provinciam ex legibus datis administraret, & bellum etiam gereret, si opus esset, Quæstorem quoque instituere, qui curam gereret rei frumentariæ. *Suet. in Cæs. c. 25.* Omnem Galliam in Provinciæ formam redegit. ¶ Decernere provincias, est sententiam dicere, ut quis mittatur ad provinciam administrandam. *Cic de Prov. Consul. c. 1.* Quas sim provincias decreturus. *Id. 15. Fam. ep. 4.* provinciam administrare. *Id. 5 Fam. ep. 2.* Provinciam deponere, *h. e.* provinciæ administrationem. ¶ Sortiri provincias, est sortem ducere, quænam Provincia, & cui obtingat administranda. *Cic. Agr. l. 1. ep. 8.* Provincias Prætores nondum sunt sortiti. ¶ Ornare provincias, est una cum ipsis provinciis decernere eas res, quæ ad eas administrandas necessariæ putantur, assignando exercitus, pecuniam, & hujusmodi. *Cic. Agr. l. 3. ep. 24.* Cum ad me scripsissetis, vestro consensu consulum provincias ornatas esse. *Suet. in Cæs. c. 18.* Ex prætura ulteriorem sortitus Hispaniam, neque more, neque jure, antequam provinciæ ornarentur, profectus est. Est qui legit *ordinaturus.* ¶ Translate provincia accipitur pro quovis negotio, seu munere. *Ter. Phorm. 1. 2. 22.* O Geta, provinciam cepisti duram. *Cic. 4. Ver. c. 23.* Ferebat graviter, illam sibi ab isto provinciam datam. *Id. pro Sylla, cap. 18.* Illam sibi officiosam provinciam depoposcit. *Plaut. Pseud. 1. 2. 25.* Te cum securi caudicali præscio provinciæ, *h. e.* ut ligna findas. *Id. ibid. v. 15.* Heri ante diseram omnibus, dejeramque eas provincias.

Provincĭa, æ, *Provenza*, inc. *Provence*, alias pars Galliæ Narbonensis, nunc provincia ampla Regni Franciæ, inter Alpes maritimas ad Rhodanum fl. *Cæs. l. 1. B. G. c. 1.*

Provincialis, le, adject. *di provincia*, ad provinciam pertinens, provincialis molestia, *Cic. 2. Fam. ep. 7.* provincialis scientia, *h. e.* provinciarum administrandarum, *Id. 9. Fam. l. 1. ep. 1. c. 15.* provincialia auxilia. *Liv. l. 40. c. 32.* ¶ Provinciales, ium, ἐπαρχιῶται, qui propriis legibus, & Magistratibus spoliati, Romanis legibus, & Magistratibus obtemperabant, qui ad eos singulis annis cum imperio vel Consulari, vel Prætorio, nomine Proconsulum, vel Proprætorum, &c. mittebantur. *Sigon. l. 1. de ant. Jur. Italiæ, c. 26. Cic. ad 9. Fr. l. 1. ep. 1. c. 5.* Non quin possint illi vel esse Provinciales viri boni. *Sueton. in Calig. c. 39.* Provincialis locuples. ¶ Speciatim Provinciales dicti sunt reliqui Italiæ populi præter Romanos, Latinos, & Italicos, qui habitabant inter sinum Hadriaticum, Rubiconem fl. a mari supero, Arnum a mari infero, Varum ab Alpibus Ligustinis, Formionem a Carnicis. Hi fuere Ligures, Galli (in quibus Boji, Insubres, & Cenomani recenseutur) Veneti, Cani. Causa appellationis est, quia more Provinciarum regnabantur. *Sigon. l. 1. de ant. jur. Italiæ, c. 22, 26.* Hinc *Col. l. 5. c. 4.* caput facit de agricultura Provincialium vinearum, cum alibi de agricultura Italicarum scribat.

Et *Plinius l. 9. epist. 23.* ait, Italicus es, an Provincialis?

Provinciātim, adv. κατ' ἐπαρχίας, per singulas Provincias. *Suet. in Aug. cap. 49.* Ex militaribus copiis legiones & auxilia provinciatim distribuit.

Provindemia, æ, fem. *protrygnytir, protrygesis*, stella lucidissima super dextrum humerum Virginis. *Vitruv. l. 9. c. 6.*

Provisio, onis, *provisione, previsione*, πρόνοια, actus providendi. *Cic. 3. Fusc. c. 14.* Tamen, quoniam multum potest provisio animi, & præparatio ad minuendum dolorem, &c. ¶ Item paratio, præparatio, *provisione. Trebel. Poll. in 30. Tyran. num. 17.* Fuit in expeditionibus clarus, in provisione annonaria singularis. *Et infra.* Non eit ulla alia provisio melior, quam ut in locis erogentur, quæ nascuntur.

Provīso, is, si, sum, a. 3. πρὸς τῷ ὁρᾶν προέρχομαι, video, vel ad videndum eo & procedo. *Ter. And. 5. 5. 1.* Proviso, quid agat Pamphilus. *Id. Eun. 3. 2. 4.* Huc provisa, ut, ubi tempus fier, deducam, *sto qui a vedere. Plaut. Stich. 5. 1. 2.* Si quem hominem exspectant, num solent provisere? quo hercle illi causa nihil ocyus venit, *andargli incontro.*

Provisor, oris, *provveditore*, qui providet. *Hor. in Art. v. 164.* Utilium tardus provisor, prodigus æris.

Provīsus, us, m. idem ac provisio. *Tac. l. 2. hist. c. 6.* Dispositu, provisuque civilium rerum peritus. *Id. 1. Ann. c. 27.* Provisu pericli. *Id. Ann. 15. cap. 8.* Nullo rei frumentariæ provisu. *Id. Ann. 11. c. 6.* Quod provisu Deum vidua jungeretur Principi, h. e. providentia. ¶ Extra hunc ablat. casum ne facile usurpaveris, antequam exempla reperias.

Provīsus, a, um, *provveduto, provisto*, προμαιένος. *Cic. 3. Tusc. cap. 22.* Et mari subita tempestas, quam ante provisa, terret navigantes vehementius. *Horat. lib. 1. ep. 18. v. 109.* provisæ frugis in annum copia.

Provivo, is, xi, ctum, n. 3. *prolungare la vita*, ulterius, vel amplius vivo, vitam protraho. *Tac. lib. 6. Ann. cap. 25.* Quam interfecto Sejano ipse sustentatam provixisse reor.

Provocabĭlis, le, adject. qui provocari potest. *Col. Aurel. Acut. l. 3. c. 21.* Provocabiles liquidorum fluxionibus motus.

Provocabĭlium, i, n. pronomen. *Var. l. 7. de L. L. c. 23.* E queis dicta a quibusdam provocabula, ut quisque.

Provocatĭo, onis, f. 3. *il provocare*, πρόκλησις, actus provocandi. *Plin. l. 37. c. 1.* Ex provocatione interfecit eum. ¶ Frequenter sumitur pro appellatione, quæ in

inventa fuit adversus injurias Magistratuum, idest Consulum, & hujusmodi, *appellazione. Cic. 1. Phil. c. 9.* Quibus cum provocatio datur, nonne acta Cæsaris rescindantur? *Id. 2. de Or. c. 48.* Neque provocationem, patronam illam civitatis, ac vindicem libertatis, populo dari potuisse. *Id. 2. Agr. c. 1. 3.* Dare pœnam sine provocatione. *Liv. l. 1. c. 26.* Si a duumviris provocarit, provocatione certato. *Id. ibid.* De provocatione certatum ad populum est.

Provocatĭtius, a, um, adject. qui evocari, seu extra vocari potest. *Tert. l. 2. adv. Marc. c. 3.*

Provocatīvus, a, um, adj. provocatitius. *Tert. de anim. c. 37.* Animæ crementa non substantiva, sed provocativa.

Provocātor, oris, m. *sfidatore*, προκλητὴς, qui alterum ad certamen provocat. *Gel. l. 9. c. 13.* Insolens provocator. ¶ Provocatores dicebantur quoddam gladiatorum genus, qui adversarium primi lacessendo provocabant. *Cic. pro Sext. c. 64.* Cum ex ergastulis emptores nominibus gladiatoriis ornarit, & fortito alios Samnites, alios provocatores fecerit.

Provocatorĭus, a, um, προκλητικὸς, quod ad provocationem spectat, ut Provocatoria dona militaria, idest quæ meruit provocatus, quod humanius est, quam provocasse. *Gel. lib. 2. cap. 11.* Spolia habuit multisuga, in his provocatoria pleraque.

Provocātrix, icis, f. quæ provocat, ut provocatrix improbitas. *Lactant. l. 6. c. 18.*

Provocātus, a, um, *provocato*, προκεκλημένος. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Qui mecum sæpissime non solum a me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet. *Id. 1. Off. c. 15.* Beneficio provocatus. ¶ *Plin. l. 7. ep. 9.* Ajunt, mustum legendum esse, non multa, qui sint hi, adeo notum, provocatumque est, ut demonstratione non egeat. h. e. exploratum, examinatum, certum: nam cauæ sæpius provocatæ melius intelliguntur. Vel, apertum, foras elicitum: nam provocare significat etiam extra vocare.

Provŏco, as, avi, atum, a. 1. *chiamar fuori*, קָרָא, הֵעִיר, מָרָה פֶּה, חִכְּית, Ger. *anreitzen, hinausfruffen*, Gal. *provoquer, irriter*, Hisp. *desafiar*, προκαλέω, longe voco, ex ædibus, vel ex loco interiore foras voco. *Plaut. Pseud. 2. 2. 43.* Herus si domi est tuus, quin provocas? ¶ Sæpe ponitur pro in certamen vocare, sive lædendi, sive ludendi gratia, *provocare. Cic. 4. Tusc. c. 22.* Ut ipsum Hectorem toto pectore trementem provocasse ad pugnam pœniteret. *Liv. l. 7.* Provocat per interpretem unum ex Romanis, qui secum ferro decernat. *Quint. l. 10. c. 1.* Elegia quoque Græcos provocamus. ¶ *Plaut. Cur. c. 3. 75.* Poscit talos, provocat me in aleam. ¶ Provocare minimo, apud *Horat. l. 1. Sat. 4.* quid significet, V. Minimus. ¶ Translate est incitare, irritare, invitare. *Velleji. 2. c. 118.* Provocare alterum injuria. *Cic. Mario, in Fam.* Tuis literis amantissimis sum provocatus. *Id. 2. Phil.* Aliquem maledictis provocare. ¶ Item pro confugere, & ferme idem est, quod appellare; nisi quod provocare magis est, quam appellare, & proprie est potentioris opem implorare. *Liv. l. 2. c. 2.* Horatius, provoco, inquit. *Idem l. 8. cap. 33.* Provoco ad populum. *Idem lib. 1. c. 26.* provocare a Duumviris. *Cicer. Art.* Cum alter ad Senatum provocasset, alter vero appellasset Tribunos. *Brut. Cicer. lib. 16. in Tiber. c. 21.* Non potuisse quemquam prudentius gerere se. *Val. Max. l. 3. c. 3. n. 4.* Prudentissime, & facundissime expromsit.

Prudentĭa, æ, *prudenza*, שֵׂכֶל, בִּינָה, Ger. *vueisheit, klugheit*, Gall. *prudence, sagesse*, Hisp. *prudencia*, φρόνησις, scientia bene agendi. *Cic. 5. Fin. c. 6.* Quoniam igitur, ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. *Id. 2. de Invent. c. 53.* Prudentia est rerum bonarum, & malarum, & utrarumque scientia. Partes ejus, memoria, intelligentia, providentia. *Id. 1. Tusc.* Nihil est enim profecto homini prudentia dulcius, quam ut cætera auferat, asferr certe senectus. ¶ Est etiam scientia, peritia. *Nepos in Cimone, c. 2.* Habebat magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris. Adde *Cic. 1. Tusc. q. & 3. de Or c. 24.* ubi prudentiam pro philosophandi facultate adhibere videtur.

Prudens, entis, o. *prudente*, מֵבִין, מַשְׂכִּיל, Ger. *vueisse, gelehrt*, Gal. *prudent, & sage*, Hisp. *prudente, sabio*, σοφὸς, φρόνιμος, providus, fagax, sapiens, qui res agendas videt, a *providens*, quasi procul videns. *Sallust. Catil. c. 8.* Prudentissimus quisque negotiosus maxime erat. *Cic pro Cluent. c. 38.* Quis Balbo ingenio prudentior, jure peritior? *Id. in Brut. c. 68.* Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens. ¶ Sæpe accipitur pro eo, qui rem videns, data opera aliquid facit. *Cic. pro Marcel. c. 5.* Prudens, & sciens ad interitum ruebam. *Plin. l. 10. c. 29.* Multa præterea similia, quæ prudens subinde omittо, idest sciens, & de industria. ¶ Item pro sciente, gnaro, perito. Unde *Jurisprudentes* vocantur, qui jus sciunt. In hac acceptione construitur cum genit. *Col. l. 2. c. 2.* Prudens agricolationis vir. *Juv. sat. 3. v 86.* adulandi gens prudentissima. *Tac. in Agric. 19.* Prudens provinciæ. *Id. 2. hist. c. 25.* Celsus doli prudens. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *in. Cic. de Amic. c. 2.* Quia prudens esse in Jure Civili putabatur. ¶ Vel cum infinitivo. *Plin. lib. 8. c. 31.* Ob ea fe peti prudens. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Ovid. Heroid. ep. ult. v. 137.* Consilium, prudensque animi sententia jurat.

Prudenter, adv. *prudentemente*. Ger. *vueislich*, Gal. *prudemment, sagement*, Hisp. *prudentemente*, φρονίμως, provide, sapienter. *Cic. 5. Fin. c. 6.* Facit igitur Lucius noster prudenter, qui &c. *Id. 2. de Divin. cauls.* Sententias suas prudentissime defendere. *Suet. in Tiber. c. 21.* Non potuisse quemquam prudentius gerere se. *Val. Max. l. 3. c. 3. n. 4.* Prudentissime, & facundissime expromsit.

Prudentĭa, æ, *prudenza*, שֵׂכֶל, בִּינָה, Ger. *vueisheit, klugheit*, Gall. *prudence, sagesse*, Hisp. *prudencia*, φρόνησις, scientia bene agendi. *Cic. 5. Fin. c. 6.* Quoniam igitur, ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. *Id. 2. de Invent. c. 53.* Prudentia est rerum bonarum, & malarum, & utrarumque scientia. Partes ejus, memoria, intelligentia, providentia. *Id. 1. Tusc.* Nihil est enim profecto homini prudentia dulcius, quam ut cætera auferat, asferr certe senectus. ¶ Est etiam scientia, peritia. *Nepos in Cimone, c. 2.* Habebat magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris. Adde *Cic. 1. Tusc. q. & 3. de Or c. 24.* ubi prudentiam pro philosophandi facultate adhibere videtur.

Prugnus, privignus, contracte. *Paulus Festi abbreviator.*

Prŭina, æ, *brina*, כְּפוֹר, Ger. *reiff*, Gal. *gelée*, Hisp. *elada*, πάχνη, ros concretus, ut definit *Aristoteles*, vel quisquis auctor libelli de mundo. Non enim fit, nisi hyemali tempore, & sereno. Dicta est a peruro, auctore *Festo*, quod fruges, & arbusta perurat / *Cic. 1. de nat. Deor.* Pars obrigueric nive, pruinave longinquo Solis abscessu. *Id. 2. c. 10.* Nive, pruinaque concrescerent. *Id. 2. in Catil. c. 10.* Quo autem pacto illi Apenninum, arque illas pruinas, ac nives perferent?

Pruinōsus, a, um, πάχνωδης, pruinæ obnoxius, pruinæ abundans. *Ovid. 2. Amor. eleg. 19. v. 2.* Longa pruinosa frigora nocte pati. *Auson. Idyl. 14.* Eruteta pruinosa. *Ovid. 4. Met. v. 82.* Pruinosæ herbæ.

Pruna, æ, *bragia*, פֶּחָל, פַּחַם, Ger. *glut*, Gal. *braise, charbon ardant*, Hisf. *brasa*, ἀνθρακιὰ, vivus carbo, a πῦρ, πυρὸς, *ignis*, vel a πυρέω, *ignitum esse. Plin. l. 19. c. 6.* Si radicem beræ in pruna tostam superederint. Adde *Virg. 5. Æn. v. 103.*

* Prunitius. V. Primitius

Prunum, i, *pregno, susina*, κοκκύμηλον, fructus pruni arboris. *Martial. l. 13. epigr. 29.* Pectina peregrinæ carie rugosa senectæ fume, solenti duri solvere ventris onus. *Virg. Ecl. 2. v. 53.* cerea pruna.

Prunus, i, f. *prugno*, arbor, quæ pruna producit. *Col. l. 2. c. 2.* Ut gramen, & trifolium, ebulum, nisi prunis sylvestres.

Prurigĭnōsus, a, um, adject. prurigine laborans. *Leg. 3. ff. de adil. edict.* Pruriginosi, vel scabiosi.

Prurīgo, ginis, f. חֶרֶס, κνησμὸς, idem ac pruritus. *Plin. l. 20. c. 8.* Nigræ radices ita in aqua coctæ pruriginem tollunt. *Martial. l. 14. epigr. 23.* Si tibi morosa prurigine verminat auris. ¶ De venerea tentigine. *Id. l. 4. epigr. 48.* Pœniter obscænæ prurigīnis.

Prurīo, is, ivi, vel ii, itum, n. 4. *prurire, aver prurito*, חִיתּ לִי חִכּוּךְ, Ger. *beyssig und kretzig seiu*, Gal. *se demanger*, Hisf. *tener comecon*, κνήθομαι, est libidine scalpendi ardere, excrementis sibi per poros exitum quæsitis quasi perurī. Est igitur prurio, quasi perurio, a *peruro. Plaut. Bacch. 5. 2. 75.* Caput prurit. *Id. Mil. 2. 4. 44.* Dorsus totus prurit. *Id. Pan. 5. 5. 35.* Num tibi malæ, an dentes pruriunt, qui huic molestus es? h. e. an vis, tibi malas, & dentes pugois perfricari? ¶ Translate significat gestire, vehementer cupere. *Mart. l. 3. epigr. 58.* Vitrulusque inermi fronte prurit in pugnam. ¶ Hinc pruire dicuntur, qui obscæna libidine tentantur. *Mart. l. 14. epigr. 203.* Tam tremulum crissat, tam blandum prurit. ¶ Et pro ad libidinem incitare, titillare. *Id. l. 1. epi. 36.* Lex hæc carminibus data est jocolis, Ne possint, a nobis prurīat, juvare.

* Pruritīva altera, *h. e.* pruritum facientia. *Plin. 19. 8.* al *proveniensia*,

Prurītus, us, m. *prurito, pizzicore*, חִכּוּךְ, Germ. *das beissen*, Gal. *demangeaison*, Hisf. *comecon*, κνησμὸς, excursus humoris spirabilis inclusi contra naturam, sensu / levis morsicationis circa cutem ad scalpendum nos invitans. *Plin. l. 9. c. 45.* Vis pruritu mordax, eademque, quæ terrestris urticæ. *Id. ib.* Pruritum scalpere attritu petræ.

Prusa, æ, f. *Bursa*, Prusa, urbs Bithyniæ ab Hannibale sub Olympo condita. *Plin. l. 6. c. ult.* Alii dicunt conditam esse a Prusia rege. *Strabo l. 12.*

Prusensis, se, pertinens ad Prusam Bithyniæ oppidum, ab Annibale sub Olympo conditum, *Plinio* teste *l. 5. c. 32.* Hinc Prusenses, ejus cives. *Plin. alter l. 10. ep. 28. 34. & ult.*

Prusiācus, a, um, adj. a Prusia rege, vel a Prusa oppido. *Sil. l. 13. v. 882.* Donec Prusiacas delatus segniter oras.

Prusĭas, æ, Prusiădes, æ, m. Προυσίας, Bithyniæ rex, mollis, & effœminatus, de quo vide *Liv. l. 45. c. ult. Varr. frag. Non. c. 4. n. 297.*

Prusĭa, f. i. *Prussia*, prov. ampla R. Poloniæ, Ducali titulo ornata, atque fertilissima. Terminatur a Septent. mari Baltico, a Mer. Polonia inf. & Mazovia, ab Occ. Pomerania, ab Or. Lithuania, & Samogitia. In duas partes dividitur, Prussiam Regiam, quæ est ad Occ. subestque Regi Poloniæ, & Prussiam Ducalem, quæ magis in Or. tendit, parentque Electori Brandeburgico. Totius Prussiæ caput est Gedanum, quæ etiam Prussiæ Regiæ primaria, uti Regiomons Ducalis.

Prymnesĭus, a, um, πρυμνήσιος, quod pertinet ad puppim, a πρύμνη, *puppis. Fest.* apud *Voss in Etymol.* Prymnesius palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii tonsillam dicunt.

Prytanēum, i, n. πρυτανεῖον, locus Athenis, in arce, in quo Prytanes judicia exercebant, & in quo viri bene de Repub. meriti publicis sumptibus alebantur. *Cic. 1. de Orat. c. 54.* Ut ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur: qui honos apud Græcos maximus habetur.

Pryt nis, m. 2. Præfectus, administrator, custos, summus Magistratus Athenis, cui Reipublicæ administrandæ cura incumbebat, *Senec. de tranquil. anim. c. 3.* Non vis nisi

nisi Consul, aut Prytanis, aut Ceryx, aut Sufes administrare Rempublicam, V. *Archon*.

P A N T E S.

Psallo, is, *sonare*, זמר, Ger. *singen*, Gal. *chanter*, Hisp. *cantar*, ψάλλω, instrumentum aliquod musicum pulso, tango, leni moru percutio, fidibus cano. *Gell. l. 19. c. 9.* Qui canerent voce, & qui psallerent. *Cic. 2. Cupid. c. 10.* Qui non solum amare, & amari, neque cantare, & psallere sed etiam ficas vibrare, & spargere venena didicerunt. *Hor. l. 4. od. 13.* Hic virentis, & doctæ psallere Chiæ pulchris excubat in genis.

Psallocitharista. V. Chorocitharista.

* Psalma, tis, n. ψάλμα, cantus citharæ, & carmen quod ad citharam canitur. *Aug. in Psal. 4.* Psalma, est quod psallitur: diapsalma, interpositum in psallendo silentium: symphalma vocum copulatio in cantando.

Psalmicen, inis, m. qui psalmos canit, ut psalmicines clerici, apud *Sidon. lib. 5. epist. 17.*

Psalmista, æ, m. *salmista*, ψαλμιστής, qui psalmos facit, & cantat. *Hieron. adv. Pelag. l. 1. c. 1. & in Esai. c. 38.*

Psalmographus, i, m. ψαλμόγραφος, qui psalmos facit. *Sidon. l. 7. in concione, quæ est post epist. 9.* Sicut psalmographus ait. h. e. Rex David. Adde *Tert. carm. 3. adv. Marcion. c. 5.*

Psalmus, mi, m. *salmo*, מזמור, Germ. *psalm*, Gal. *pseaume*, Hisp. *salmo*, ψαλμός, canticum, a ψάλλω, *cano*, quod ad psalterium cantaretur. *Tert. adv Jud. c. 14.*

Psalterium, ii, n. *salterio*, נבל, Ger. *psalter*, Gal. *psautier*, Hisp. *salterio*, ψαλτήριον, instrumentum musicum, quod ita describitur ab *Hier. in epist. ad Cassiod. in expositi. Psalt. c. 4.* Psalterium in modum δ literæ formatum, ligni sonora concavitas, obesum ventrem in fastigiolum huiusce, cui chordarum tila relegata, disciplinabiliter plectro percussa, suavissimum dicunt reddere cantilenam. Huic citharæ positio videtur esse contraria, dum quidam ita in imo continet, illud converla vice gestit in capite. *Varr* apud *Non. c. 3. n. 149.* Scientia docetur, quemadmodum in psalterio tendamus nervos. *Quintil. l. 1. c. 10 (al. 17.)* Psalteria, & fpadices e rtisan virginibus probs recufanda. Adde *Virg. in Ciri n. 178.* ¶ Interdum psalterium dicitur fameli carminis genus, & mordacis, fortasse quia ad psalterium canebatur. *Paul. Jctus l. 5. sent. c. 4.* Psalterium, quod vulgo dicitur canticum in afterius infamium compositum, & publice cantatum.

Psalter, æ, m. *l. suonatore, o cantatore*, qui instrumentum aliquod musicum pulsat; item qui voce canit, ψάλτης. *Quinct. l. 1. c. 10. (al. 17.)* Rationem impendiorum exponens, psaltis fe, & geometris multa dicit dedisse: *Sidon. l. 8. epist. 9. in carm* Chorda, voce, metro stupende psalter.

Psaltria, æ, f. *cantatrice*, ψάλτρια, cantrix, quæ instrumento aliquo musico canit. *Cic. 3. Tusc.* Qui in coetum mulierum pro psaltria adducitur.

Psaltrius, ii, m. idem qui psaltes. *Cic. de Aruspi. resp. c. 21.* P. Clodius a crocota, a psaltria, a muliebribus foleis, purpureisque fasciolis, a strophio, a psaltrio, a flagitio, a stupro eit factus repente popularis. Alii legunt *psaltria*.

Psamate, vel Psamathe, es, f. ι. ψάμαθος, Crotopi Argivorum Regis filia, quæ ab Apolline compressa Linum peperit, quem inter fentes occulteram capes dilacerarunt. *Stat. l. 1. Theb. v. 570.* ¶ Psamate alia, Nympha, filia Nerei, mater Phori. *Ov 11. Met. v. 399.*

Psamate, vel Psammate, es, fem. ι. ψαμάθη, fons Bœotiæ, apud Thebas. *Pl. l. 4. c. 7. & 8. Val. Flacc. l. 3. v. 364.* Qui tenet undisonam Psamaten. Al. leg. *Psamath n.*

Psamontus, ii, n. ψαμμίτης, lapis variegati coloris, qui & pyrrhopoecilus dicitur. *Plin. l. 36. c. 22.* Eit à ψηφὶς, *varius*.

Piecas, adis, f. *gaccola*, נטפת, רלל, ψακάς, gutta, ftilla. *Apul. l. de Mundo, ex Aristotele*; pfecadas interpretatur ftillicidia. ¶ Ancillæ etiam, quæ delicatarum matronarum capillos medicato fuco conspergunt, hoc nomine appellatæ sunt. Ita pinatricem nominat *Juv. sat. 6. v. 489. & Ov. l. Met. v. 172.* Hinc Pfecade natus dicitur, qui humili est genere. *Cic. 2. Fam. ep. 15.* Veliem, Venere prognatus tantum animi habuisset, quantum Pfecade natus in hoc habuit.

Psegma, atis, n. ψῆγμα, ramentum auri, arena aurea, al. chrysitis, & chrysammos. *Justinian l. 11. Cod.* Ut psegma terdecies tanto argenti rependatur. ¶ Sunjutur etiam pro flore gemis. *Plin. l. 33. c. 13.* In ararüis officinis & psegma fit. Al. leg. *smegma*.

Psephisma, atis, n. רזת, ψήφισμα, decretum, vel plebiscitum per suffragia factum. *Cic. pro Flacc. c. 6.* Sic sunt expressa ista præclara, quæ vocant psephismata, non fementitis, nec auctoritatibus declarata. Adde *c. 7 & 8. & 10.*

Psephopoeæ, m. ι. ψηφοποιοί, computatores, vox Græca. Quidam accipiunt pro illis, qui calculis fuffragia ferebant. *Jul. Firmic.* Mercurius facit psephopoetas.

* Pfetta, æ, f. ψῆττα, *pluris thombus*. *Pl. 9. 16. al. fistra.*

Pfeudanchusa, æ, f. herba, anchusæ species. *Pl. l. 22. c. 20.*

Pfeudapostolus, i, masc. ψευδαπόστολος, *falsus Apostolo*. *Tert. de Præscript. c. 4.*

* Pfeuderēdarus, *insidiatore occulto*, אורב, ψευδώνδρος. *Jul. Firm. l. 3. c. 8. fed. 7.*

Pfeudisodomon. V. Isodomum.

Pfeudubunion, ii, n. *navone bastardo*, herba napi folia habens, fruticans palmi altitudine. *Pl. l. 24. c. 16.*

Pfeudocato, onis, m. qui falso Cato videri cupit, Catonis falsus imitator. *Cicer. 1. Att. ep. 14.* Bonjs utimur tribunis plebis, Cornelio vero pfeudocatone.

Pfeudochristus, i, ψευδόχριστος, *Antichristo, falso Cristo*. *Tertul. lib. 3. adversi. Marcion. c. 3.*

Pfeudocyperus, i, frutex cypero similis, celeritate crescens. *Plin. lib. 17. cap. 13.* * al. *Pseudocyprus*.

Pfeudodamasippus, i, fictus Damasippus. *Cic. Fam. 7. ep. 23.*

Pfeudodecimiana pyra, decimianis pyris fimilia, apud *Pl. l. 15. c. 15.*

Pfeudodiaconus, i, m. ψευδιάκονος, falsus diaconus, *Hieronym. epist. 79. ad Alip. & Augustin.*

Pfeudodictamnus, i, *dittamo bastardo*, ψευδδίκταμνος, herba, similis acrimonia dictamno. *Apul. de herb. cap. 62.* ¶ Apud *Plin. l. 27. c. 8.* legitur Pfeudodictamnum, neutro genere.

Pfeudodipteros, edis, ψευδοδίπτερος, dicitur a *Vitruv.* quæ dipteros quidem videtur, fed vere non est, aliquo columnarum ordine fublato. *V. eumd. in præfat. l. 7. & l. 3. c. 1. & 2.*

* Pfeudofidudomus. V. Isodomon.

Pfeudoepiscopus, i, m. ψευδεπίσκοπος, falsus episcopus. *Cyprian. ep. 55. post. med.*

* Pfeudoflavus, leoninus, a flavo degenerans. *Marcel. Empir. c. 8.*

Pfeudographe, adv. falfe fcribendo. *Donar. in vit. Virgil.* Multa pfeudographe sub alieno nomine sunt profata.

Pfeudographia, æ, ψευδογραφία, falfa, vel fitta fupputatio. *Quinct. l. 1. c. 10.* Falfa quoque verisimilia Geometria ratione deprehendit: Fit hoc in numeris per quadriam, quas ψευδογραφίας vocant, quibus pueri ludere solebamus.

Pfeudoliquidus, a, um, *mezzo liquida*, liquido fimilis. *Mario. Empir. c. 16. ante med.* Melli is adjicitur, quantum sufficiat, ut fit pfeudoliquidum.

Pfeudulus, i, servi vetcratoris, & fraudulenti nomen. Titulus est unius ex Plautinis comœdiis.

Pfeudoménus, ψευδόμενος, mentiens, captiosus, falsus. *Cic. 4. Acad. c. ult.* De oculorum, sensuumque reliquorum mendaciis, & de sorite, aut pfeudomeno. Intelligit *Cic.* captiosum quoddam genus syllogismi, quo facile adversarii in disputando capiantur. cujus meminit etiam *Senec. ep. 45.*

Pfeudonardus, i, *nardo bastardo*. *Pl. l. 12. c. 12.*

Pfeudonēdrus, i, *insidiatore occulto*, ψευδόνεδρος. *Jul. Firm. l. 3. c. 8.*

Pfeudopastum, i, n. ψευδόπαστον, falfum, feu fictum tabulatum in ædificiis. *Lib. 8. Cod. tit. 10. l. 12. §. 3.*

Pfeudoperipteros, a, um, adj. falfos ordines, feu latera habens, ψευδοπερίπτερος, ut genus figuræ pfeudoperipteram. *Vitr. l. 4. c. 7.*

Pfeudophilippus, i, ψευδόφιλιππος, fictus Philippus. *Cicer. Agr. 2. cap. 33. Vellej. lib. 1. c. 11.*

Pfeudoportícus, i, f. *falso portico*. Affertur a quibusdam locus *Plin. l. 6. c. 27. ad fin.* fed varia ibi lectio est.

Pfeudoprophēta, æ, m. *falso Profeta*, ψευδοπροφήτης. *Tert. adv. Haret. c. 4.*

Pfeudoprophetia, æ, f. *falsa profezia*. *Tert. de jejun. c. 11.*

Pfeudoprophetícus, a, um, adj. ficte propheticus, prophetico fimilis, ut pfeudogropheticus spiritus, apud *Tert. de pud. c. 21.*

Pfeudoprophētis, idis, f. *falsa profetissa*, ψευδοπροφῆτις, *Tert. de anim. c. 57.* Eundem spiritum in pfeudoprophetide mentiri.

Pfeudoselinum, i, n. ψευδοσέλινον, herba, aplastrum. *Apul. de herb. c. 2.*

Pfeudosmaragdus, i, ψευδοσμάραγδος, lapillus smaragdo similis, h. e. ex dimidia parte smaragdus, ex dimidia jaspis, ut ait *Pl. l. 27. c. 5. a. med.*

Pfeudosphex, ecis, f. ψευδόσφηξ, vespa quædam, quæ singularis volitat. *Plin. l. 30. c. 11.*

Pfeudothyrum, n. 2. *porta secreta*, ψευδίθυρον, falsum ostium, posticum. Translata *Cic. post red. in Sen. c. 6.* Quam intemperans, non janua receptis, sed pfeudothyro intromissis voluptatibus.

Pfeudourbana ædificia, dicuntur a *Vitr. l. 6. c. 8.* ædificia rustica, urbana elegantia exstructa, in quibus turis dominus rusticans habitat.

Pfila, æ, f. ψιλή, *vellito*, a ψιλός, *rasus, lævis*, vellis est, seu pannus, una parte villosus, altera rasus. *Lucil.* apud *Non. c. 14. n. 24.* Pfilæ, atque amphitapæ; villis ingeniibu' molles.

Pfilocitharista, V. Chorocitharista.

Pfilothrum, n. 2. ψίλωθρον, unguentum depilatorium, quo mulieres, virique molliores utebantur, ut corpus glabrum, & læve redderent. *Mart. l. 6. epig. 93.* Pfilothro niter, aut acida latet oblita creta. *Pl. l. 24. c. 10.* Lacryma hederæ pfilothrum est. ¶ Pfilothrum præterea dicitur vitis alba, quod ejus semen, & uva vitis cutis in facie detergat, & quasi faciem depiler. *Pl. l. 23. c. 1.* Vitis alba est, quam Græci ampeloleucen, alii pfilothrum, alii madon appellant.

Pfimmythium, ii, n. ψιμμύθιον, cerussa, a ψιμύειν, *tenue facio*. *Pl. l. 34. c. ult.* Pfimmythium, hoc est cerussam, plumbariæ dant officinæ.

Pfitta, f. ι. ψίττη, piscis genus, al. passer. *Plin. l. 9. c. 16.* Terra quidem, hoc est vado maris excavato, condi per hyemes torpedinem, pfittam, soleamque tradunt. V. *Pfetta*.

Pfittacinus, a, um, adj. a pfittaco, ut pfittacinum collyrium, a colore ita dictum. *Scribon. Larg comp fis. 27.*

Pfittācus, i, m. *papagallo*, תוכי, Ger. *papagey*, Gal. *perroquet*, Hisp. *papagayo*, ψίττακος, avis ex India, aut occidui Oceani insulis, vocem humanam miro naturæ artificio exprimens. *Mart. l. 14. ep. 37.* Pfittacus a vobis aliorum nomina disco, hoc per me didici dicere; Cæsar ave. De pfittaco differit *Var. l. 3. de R. R. c. 9. Pl. l. 6. c. 29 l. 10 c. 42. & 74. l. 11 c. 37.*

Pfitténus, i, m. filius Deucalionis, & Pyrrhæ, qui eruditus ab avo Prometheo, profectus est in Æthiopiam, ubi summo honore cultus fuit. Cum ad extremam senectutem pervenisset, mortem a Diis deprecatus, in avem fui nominis convertus fingitur.

* Pfoa, Ptoæ. V. vocem seq.

Pfoadicus, a, um, adj. *Cœlii Aurel. c. 1. libri 5. Tardor.* inscribitur *de Ischiadicis & Pfoadicis*, h. e. his qui clunium dolore labonant. Nam musculos clunium sub spinæ finem, ex interioribus atque exterioribus adhærentes, *psoas* vocaverunt, ut *ibid.* dicitur. Ψόας, & ψοϊκὸς Græci vocant.

* Pfolphis, entis, ψολφὶς, fumidus, ardens, vel a ψώλεον, h. e. τὸ ἀφανισμὸν αἰδοῖον, pudendum virile. *Auct. 1. Apocr. cat. 62.*

Phopsus, idis, f. 3. prius Phegia, & ante etiam Erymanthus, *Soss*, al. *Dimizana*, urbs Arcadiæ, in Azania, ad Erymanthum fl. in lim. Elidis, inter Clitorium, & Nonacrim *M. O.: 5. Mel. Sic. 4. Theb.*

Pfora, æ, f. *rigna*, גרב, ψώρα, scabies, asperitas cutis, a ψαρὸν, *frico*, quia fricari solet. *Pl. l. 20. c. 1.* Arida cum resina imperiginem, & scabiem, quæ pforam, & lichenas vocant, parotidas, & panos fanat.

Pforanchen is, idis, ψωραγχὴς, herba quædam, rosmarini species, infructuosa. *Apul. de herb. c. 79.*

Pforicum, i, n. ψωρικὸν, medicamentum contra pforam. *Pl. l. 34. 12.*

Pforicus, a, um, adj. a pfora, ut pforicum collyrium. *Scrib. Lar. compos. 32.*

Phyche, es, f. 1. filia Apollinis, & Eudelichiæ. *Apul. Met.*

Phychicus, a, um, adj. ψυχικὸς, animalis, a ψυχὴ, *anima*. Phychicos vocat *Tert. in l. de jejun & alibi* homines animales, & carnales, qui non capiunt ea, quæ spiritus sunt, secundum illud *Pauli Apost. 1. Cor. 2. 14* ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος ὁ δὲ πνεῦμα τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ.

Phychomachia, æ, f. ψυχομαχία, pugna animi, seu animæ: a ψυχὴ, anima, & μάχη, pugna. Ita inscribitur a *Prudentio* carmen, in quo pugnam virtutum & vitiorum describit.

Phycomantium, ii, n. ψυχομαντεῖον, a ψυχὴ, *anima*, & μαντεία, *divinatio*, erat locus, ubi Manium habat evocatio, ad fciscitandum de statu mortuorum. *Cic. 1. Tusc. c. 48.* Cum graviter filii mortem mœreret, veniste in Phycomantium, quæsitum, &c.

Phycliophthoros, ψυχοφθόρος, q. d. animicida, vox Græca a ψυχὴ, *anima*, & φθείρω, *occido*. Ita appellatur a *Justiniano l. 1. Cod. tit. 1. leg. 6. sub fin.* Apollinaris hæreticus, qui in Christo humanam animam non admittebat.

Psychocophon, i, ψυχόκοφον, herba, alio nomine vettonica, & ferratula. *Plin. lib. 25. c. 8.*

Psychrolūra, & Psychrolutes, æ, m. 1. qui frigida lavat, a ψυχρὸς, *frigidus*, & λούω, *lavo*. *Sen. epist. 53.* Frigidæ caltor mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus. *Id. epist. 83.* Ille tantus psycholutes, qui Euripum salutabam.

Psydracton, ii, n. ψυδράκιον. *Celf. l. 5. c. 28. ad fin.* Psydracion durior pustula est, subalbida, acuta, ex qua quod exprimitur, humidum est.

Psylli, m. 2. ψύλλοι, pop. Libyæ, sic dicti a Psyllo Rege, quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus. Hinc, teste *Pl. l. 7. c. 2.* mos illis fuit liberos genitos protinus objiciendi fæviffimis serpentium, eoque modo pudicitiam uxorum experiendi. Serpentes enim adulteiino sanguines natos non profugiunt. Et *Plutarchus* scribit in vita Catonis, eum iter per deserta Libyæ facientem secum Psyllos duxisse, qui morsibus serpentum mederentur, partim ore trahentes venenum, partim serpentes cantibus medicantes.

Psyllion, ii. n. *pulicaria*, ψύλλιον, herba pulicaria, a ψύλλος, *pulex*. *Pl. l. 25. c. 11. l. 26. c. 7. & 10. l. 14.*

Psyre, f. ι. Psyra, *Psara, Pissera*, inf. maris Ægæi, cum portu, & castro munito, *Pl. l. 5. c. 31.* ¶ Psyra item, *Antipissera*, inf. minor ejusdem maris.

Psythia, æ, f. uvæ genus, ex qua optimum fit passum. *Virg. 2. Georg. vers. 93.* Et passo psythia utilior. ¶ Adjective, *Id. Georg. 4. v. 269.* vel Psythia passos de vite racemos.

Psythium, ii, n. passum, h. e. vinum ex uvis psythiis. *Pl. l. 14. c. 9.* Psythium, & melampsythium passi genera sunt.

P A N T E T.

Ptarmica, æ, f. πταρμική, frutex acri odore, sternutamenta excitans. *Plin. lib. 21. cap. 16.*

Pte, ptis, dictio syllabica, ut *mes, piam, te, ce*. Jungitur cum ablativis pronominum *meus, tuus, suus, noster, vester*. *Ter. Phor. 5. 2. 1.* Nostrapte culpa facimus, ut malus expediat esse. *Tac. 2. Ann. c. 63.* Suopte ingenio.

Ptereles, æ, m. rex Taphiorum, apud *Ovid. in Ibin, v. 362.*

Pteris, idis, f. πτερὶς, *species silicis*, sic dicta, quod folia expansa habet in alarum similitudinem. *Pl. l. 27. c. 9.*

* Pternix, icis, caules rectus cacti fructicis. *Plin. 21. 16.*

Pteromata, um, n. 3. πτερώματα, duo muri in templis, qui ad altitudinem ipsorum templorum utrinque surgunt, a πτερὸν, *ala*, quod alarum specie quasi protegant. *Vitr. l. 3. c. 2.*

Pteron, πτερὸν, n. idem quod pteroma, h. e. pars ædificii alte consurgens in modum alæ. *Pl. l. 36. c. 5.*

Pteronithica pugna, quæ fit cum hominibus volantibus. *Plaut. Pœn. 4. 2. v. 25.* ubi alii aliter legunt.

Pterophoros, i, πτεροφόρος, regio apud Riphæos montes, ubi nix pennarum similitudine continuo decidit. *Pl. l. 4. c. 12. ad fin.*

Pterotus, i, πτερωτὸς, ut pterotus calix, h. e. alatus, duabus ansis velut alis instructus; nam πτερὸν, alam significat. *Plin. l. 36. c. 26.*

Pterygium, n. 2. πτερύγιον, morbus oculi; qui consistit in membranacea quadam materia, duriuscula, vel molli, adhærente tunicæ plerumque adnatæ, aliquando cum visus abolitione, dum ad pupillam usque protenditur. *Pl. l. 34. c. 10.* Cadmiæ esse-

effectus siccare, sanare, sistere fluxiones, pterygia, & sordes oculorum purgare. ¶ Item incrementum carnis præternaturale in unguibus pedum, & manuum partem unguis operiens. *Pl. l. 23. c. 1.* Illinitur eadem cum fico & pterygiis digitorum ex vino. *Celsus* pterygion esse ait, cum caro ab ungue digiti recedit. Verba ejus sunt *l. 6. c. 19.* In iis (digitis) recedere ab ungue carunculæ cum magno dolore consuevit; πτερύγιον Græci appellant.

Pterygōma, atis, n. πτερύγωμα, pegma quoddam, in modum alæ, constans transversis, & arrectis lignis, continensque nervos, quibus brachia machinæ continuntur. *Vitr. l. 10. c. 17.*

Ptisāna, æ, fem. ὀρκαττα, πτισάνη, πτισανὴ, hordeum decorticatum, vel hordei succus, sive pultis genus ex farina hordeacea, in quo est maxima vis restaurandi vires, & nutriendi. *Pl. l. 18. c. 7.* Italici quidem maxime oryza gaudent, ex qua ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo.

Ptisanarium, ii, n. πτισανάριον, decoctum ex ptisana. Aliqui dicunt esse vas, in quo ptisana tunditur, vel coquitur. *Hor. l. 2. Sat. 3. v. 155.* Quid cessas? agedum, fumme hoc ptisanarium oryzæ.

Ptochium, ii, n. πτωχεῖον, idem quod prochorrophium. *L. 15. Cod. de sacrof. Eccles.*

Ptochotrophium, n. 2. πτωχοτροφεῖον, hospitale, diversorium, sive locus, in quo *mendici nutriuntur*, a πτωχὸς, *mendicus*, & τροφὴ, *alimentum*. *Justinian. l. illud, Cod. de sacrof. Eccles.* Si quis vero donationes usque ad quingentos solidos in quibuscumque rebus fecerit, vel in fanctam Ecclesiam, vel in xenodochium, vel in nosocomium, vel in orphanotrophium, vel in prochortrophium. Adde *ibid. leg. 10. 22. & 23.*

Ptochotrŏphus, i, m. πτωχότροφος, qui pauperes alit. *V. l. 1. Cod. tit. 3.* qui inscribitur de Ptochotrophis.

Ptolemæus, a, um, per quinque syllabas, πτολεμαῖος, quod ad Ptolemæum pertinet. *Propert. l. 2. eleg. 1. v. 30.* Et Ptolemææ litora capta Phari, ideft Ægyptiæ.

Ptolemæus, i, m. πτολεμαῖος, filius Lagi. Hunc ex gregario milite Alexander Magnus virtutis causa ad summos honores provexit. Post Alexandri mortem illi Ægyptus, & Africæ, Arabiæque pars forte evenit. Ab eo deinceps Ægyptii Reges Ptolemæi appellati sunt. Duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum.

Ptolemāis, idis, f. *Suachen, Suaquem*, urbs Troglodytiæ, in Abyssinia, in ora maris Rubri, cmp. celebre. ¶ Ptolemais item, *Tolometa*, ante Barce, urbs Cyrenaicæ, in ora litorali. ¶ Item urbs Ægypti, in Thebaide, ad Nilum, inter urbem Crocodilorum, & Abydum. ¶ Ptolemais quoque, Ace, Acon, *Acon, Acre, Acri, S. Jean d' Arce, Tolemaida*, urbs marit. Phœnices apud fin. Palæstinæ. *Pl. l. 2. c. 7. 3.*

Ptolemāis, idis, adject. fœmin. a Ptolemæo. *Sidon. carm. 5. v. 461.* Dorida diffusam premeret Ptolemaide gaza. ¶ Est etiam patronymicum, & significat Ptolemæi filiam. *Lucan. l. 10. v. 69. de Cleopatra.* Misceit incestam ducibus Ptolemaida notam. Alii legunt *Ptolemæida*, quod idem est.

Ptyas, adis, f. πτυὰς, aspidis genus, virus ejaculans etiam in distantes, a πτύω, *exspuo*. *Plin. l. 28. c. 6.*

P A N T E U.

Pubēda, æ, m. adolescens, pubes. *Mart. Capel. l. 1. pag. 12. & l. 9. p. 308.*

Pubēo, es, n. 5. *essere nella pubertà*, בגר, ἡβάω, pubes sum, proprieque de adolescentulis dicitur, qui primam lanuginem emiserunt. *Claudian. de Consul. Olibr. & Prob. v. 142.* pubentes alto de semine fratres. *Virg. 12. Æn.* Pubentesque gena. *Ulp. l. Carbonianum, 5. plane si mater, ff. de Carbon. edicto.* Si duo impuberes pariantur & status controversiam, & alter eorum pubuerit. ¶ Translate dicitur de herbis, pro maturum esse. *Virg. 3. Georg. v. 126.* Pubentesque secant herbas. *Id. 4. Æn. v. 514.* Falcibus & messe ad Lunam quæruntur ahenis pubentes herbæ. *Stat. l. 3. Silv. 3. v. 129.* Pubentes rosæ.

Puber. V. Pubes adject.

Pubertas, atis, f. *pubertà*, בגרות, עלומים, Ger. *mannbar alter an knaben um vierzehen an tochtern um zwölff jahr*, Gal. *pubertè*, Hisp. *edad de mancebo*, ἐφηβία, emissio pubis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 33.* Ut siquis dentes, & pubertatem natura dicat existere. *Colum. l. 4.* At citra naturæ quandam pubertatem. ¶ Sæpe fumitur pro illa ætate in pueris, puellisve, qua pudenda prima lanugine obducuntur, qui est in maribus annus 14. in fœminis 12. Itaque qui propior huic anno, quam septimo, qui infantiæ terminus, is pubertati proximus dicitur. *Modestin. l. arrogatio, ff de adoption.* ¶ Item pro generandi virtute. *Tacit. de Germ. c. 20.* Sera juvenum Venus; eoque inexhausta pubertas. ¶ Transfertur ad alia. *Plin. in Proam. l. 23.* Omphacium qua fieret *ratione incipientis* uvæ pubertate.

Pubes, is, f. *lanugine*, בגרות, עלומים, lanugo quæ maribus 14. anno, fœminis 12. circa pudenda oriri incipit. *Celf. l. 7. c. 19.* Si inguen *incidendum* est, idque jam pube contegitur, ante radendum est. ¶ Meronymice pro parte pudenda honeste ponitur. *Virg. 3. Æn. v. 427.* Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo pube tenus. ¶ Item pro juventute, vel pro juvenum multitudine. *Cic. pro Mil. c. 23.* Cui Senatus totam Rempublicam, omnem Italiæ pubem, cuncta P. R. arma commiserat. *Virg. 1. Georg. v. 343.* Pubes agrestis. ¶ Pube præsente, inquit *Paulus Festi abbreviator*, est populo præsente, συμπαρόντος τοῦ δήμου. ab iis, qui puberes sunt, omnem populum significans.

Pubes, eris, *giovine*, ἔφηβος, qui ad pubertatem pervenit, a *pube*. Quia enim pubes maturitatis est signum, factum est, ut mas pubes vocetur, cum primum ad generandum aptus est, & fœmina similiter ad concipiendum. Igitur nomine puberum tam seniores, quam juniores comprehenduntur, ut patet ex Censu. *Sigon. l. 1. de ant. jure C. R. c. 14.* In gignendi cafu *puberis* facit, ut *Ceres Cereris*. *Cic. pro Rab.* Neminem esse dico ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerint, pubesque tum fuerit, quin arma ceperit. *Id. 1. Off. c. 35.* Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur. *Liv. l. 1. c. 3.* Tamen id imperium ei ad puberem ætatem inviolate mansit. ¶ Translate usurpatur etiam de vegetabilibus, pro adulto, maturo. *Virg. 12. Æn. v. 413.* Puberibus caulem foliis. ¶ *Puber* in singulari recto recte dici, *s* in *r* abeunte, putant quidam Grammatici. Quin & *Catull. de Aty, carm. 62. v. 63.* Ego puber, ego adolescens, ego ephebus, ego puer. Ita legit Scaliger. Alii *mulier*.

Pubesco, is, n. 3. בגר, ἡβάσκω, lanuginem emitto. *Cic. 1. Off. c. 22.* Namque Herculem Prodicus dicit, cum primum pubescceret. *Valer. Flac. l. 7. v. 340.* Pubescunt malæ. ¶ Translate sumitur pro crescere, sive maturitatem assequi. *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 2.* Quibus omnia, quæ terra gignat, maturata pubescant. *Virg. 2. Georg.* Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu.

Publianus, a, um, ad Publium aliquem pertinens. *Senec. l. 3. controv. 18. 4. med.* Publiana sententia. *b. e.* Publii Syri mimographi.

Publicāna, æ, f. *gabelliera*. *Cic. Ver. 5. c. 34.* Mulieri publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare.

Publicānus, i, m. *gabelliere*, Ger. *zollner*, *zoll meister*, Gal. *fermier*, Hisp. *almojarife*, τελώνης, qui vectigalia, & alios Populi, Principumve reditus exigendos certo confituto pretio redimit. Erant autem Publicani equites Romani, qui tributa, & publica vectigalia P. R. quæstus sui causa conducebant Ex *Plin. l. 33. c. 2. Cic. pro Plancio c. 9. pro Rab. Posth. pro Domo*, & ex *Liv. l. 43. c. 16.* ¶ De origine vocis ita *Ulpian. l. 19. ff. tit. 4. de Public. & vectig. l. 1.* Publicani autem sunt, qui publico fruuntur. Nam inde nomen habent, sive fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur. Omnes, qui quid a fisco conducunt, recte appellantur Publicani. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 11.* Non esse autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quam nostros Publicanos, hinc intelligi potest. *Id. pro Planc. c. 9.* Fios equitum R. ornamentum civitatis, firmamentum Reip. Publicanorum ordine continetur. ¶ Neque vero solum Publicani vectigalia publica redimebant, sed alia quoque præterea multa, quæ ultro tributa dicuntur. Nam bello Punico secundo redemerunt, quæ ad exercitum Hispaniensem opus essent. *Liv. l. 25. c. 31.* Item Cerhego, & Tuditano Censoribus redemerunt reficienda, quæ circum forum incendio consumpta erant, seprem tabernas, macellum, atrium regium. *Liv. l. 27. c. 11.* item Catone, & Flacco Censoribus conduxerunt lacus sternendos lapide, & cloacas degrendas, qua opus esset, in Aventino, & faciendas in aliis partibus, qua nondum erant. *Liv. l. 39. c. 44.* ¶ Ex Publicanis alii *Mancipes* erant, alii *Prædes*, alii *Socii*. Mancipem definit *Festus*, quisquis a Populo aliquid emit, conducitve, quia sublata manu significat, se auctorem emptionis esse. *Padianus* Mancipes

principes Publicanorum esse ait, qui quæstus sui causa exigenda a sociis fuo periculo exigant, & Reip. repræsentent. Præs, teste *Festo*, est, qui Populo se obligat, interrogatus a Magistratu, videlicet pro mancipe, qui conducit. Dictus est a præstando, quia, si manceps non solvisset, debebat præstare, quod ab eo promissum fuerat. Manceps etiam præs est, quia tam debet populo præstare, quod promisit, quam is, qui pro eo præs factus est. Socii erant, qui in partem quæstus, & jacturæ a mancipibus, & prædibus vocabantur. *Rigalt. l. 2. de ant. jure C. R. c. 4.* ¶ Deinde Publicanorum alii erant *Decumani*, alii *Pecuarii*, seu *Scripturarii*, alii *Portitores*. *Ascon. in Div. Verr. c. 10.* Decumani erant illi, qui decumas redimebant, ideft vectigalia, quæ capiebantur ex agris. Pecuarii, sive Scripturarii erant, qui scripturam redimebant, ideft vectigalia ex sylvis, sive e pastione pecorum. Portitores erant, qui portoria redimebant, ideft vectigalia, quæ capiebantur ex rerum importatione, & exportatione. *Sigon. l. 2. ex Cic. pro L. Manil. c. 6. pro Flacc. c. 8.* &c.

Publicatio, onis, *publicazione, confiscazione*, פרסום, δήμευσις, actus publicandi. *Cic. in Catil. 4. c. 5.* Adjungit etiam publicationem bonorum. *Id. pro Planc. c. 42.* Proponere publicationem bonorum.

Publicātor, oris, m. *chi pubblica, e divulga*. *Sidon. l. 3. ep. 13.* Publicator occulti.

Publicātrix, icis, f. quæ publicat. *Arn. l. 1. p. 20.* Venus publicatrix intestini dedecoris.

Publicātus, a, um, nom. ex partic. *confiscato*. *Nepos in Thrasyb. cap. 1.* Plurimorum bona publicata inter fe dividere. *Id. in Alcib. c. 4.* Postquam fe capitis damnatum, bonis publicatis, audivit. *Tacit. de Germ. c. 19.* Publicatæ pudicitiæ nulla venia, h. e. prostituatæ, violatæ.

Publice, adv. *pubblicamente*, בריבים, Ger. *offentlich*, Gal. *publiquement*, Hisp. *publicamente*, κοινῇ, δημοσίᾳ, vulgo, palam. *Cic. 5. Verr. c. 34.* Itaque cum Philinus Herbitensis de calamitate atratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publice diceret. *Id. 1. Ver.* Cuncti ad me publice fape venerunt. ¶ Sæpe ponitur pro ex Republica. *Terent. Adelph. 3. 4. 78.* Haud cito mali quid ortum ex hoc fit publice, ideft obfurorum Reipublicæ. *Cic. 5. Fin.* Qui publice focii, atque amici funt. *Id. 6. Verr. c. 8.* Navi ædificandæ publice præeste, *con autorità pubblica*. ¶ Item pro ex publico, ex ærario, sumptibus publicis. *Cic. pro Rosc. Am.* Locantur publice cibaria anferibus. *Id. 7. Ver.* Quem ab illis prædonibus Locrenses postea publice redemerunt. *Aurel. Victor. de vir. Illustr.* Dati ei sumptus publice.

Publicānus, a, um, adj. ad Publicos pertinens, ut Publicanus locus. *Cic. 12. Att. ep. 38.* ¶ *Publiciana actio* a nomine Prætoris, a quo primum proposita fuit, appellata, dabatur ei, qui ex justa causa rem aliquam non a domino traditam accepisset, v. gr. ex causa emptionis aut donationis; & necdum ejus rei dominus factus esset, ejusque possessionem casu amisisset: dabatur, inquam, ut eam rem persequi judicio posset. *V. Dig. l. 6. tit. 2. qui de* Publiciana in rem actione *inscribitur*, & *Institut. Justin. l. 4. tit. 6. §. Namque si cui*, &c.

Publicii, m. 2. familia plebeja Romæ. *Ovid. 5. Fast.* Plebis ad Ædiles perducta licentia talis Publicios.

Publicītus, adv. idem ac publice. *Terent. Phorm. 5. 7. 85.* Nonne hoc publicitus fcelus hinc deportarier in solas terras? Ubi Don. *Publicitus*, publica cura, & consilio. *Plaut. Amph. 1. 1. 8.* Hospitio publicitus accipiar, ideft carcere publico.

Publicius, a, um, quod ad Publicios pertinet. *Ovid. 5. Fast.* Utile nunc iter est, Publiciumque vocant.

Publico, as, avi, atum, a. 1. *pubblicare*, הוציא, Germ. *offentlich ausstrussen*, *und ausskindten*, Gal. *publier*, Hisp. *publicar*, δημοσιεύω, publicum facio, edo in publicum. *Plin. ep. 27. l. 4.* Ad hunc gustum torum librum reprimittit, quem tibi, ut primum publicaverit, exhibebo. ¶ Sæpe ponitur pro rem aliquam publicam facere, seu in Reip. potestatem redigere, & præcori publico publicos, confiscare. *Cic. 2. Fin.* Non singulorum civium bona publicaret. *Id. pro Sext.* Ut Rex cum bonis omnibus publica

Pudendus, a, um, *verecundo, verecundus, pudore dignus est, quod ejusmodi est, ut illius nos pudere oporteat*, partic. a pudet. *Virg. 11. Æn. v. 55.* At non Evandre pudendis vulneribus pulsum aspicies. *Quint. l. 1. c. 2.* Dicta pudenda. *Ov. 2. de Ponto ep. 2. v. 108.* Pudenda vita. ¶ Pudenda, absolute pro membris genitalibus. *Augustin. l. 14. de Civ. Dei c. 17.*

Pudens, entis, o. *modesto, verecundo, vergognoso, αἰδήμων*, verecundus, abhorrens a flagitio, atque dedecore. *Cic. 5. Ver. c. 69.* Metelli est filius in provincia, non puer, sed adolescens bonus, ac pudens. *Id Phil. 3. c. 11.* Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. *Id. 3. Verr. c. 37.* Cur pudentissimas, lectissimasque fœminas in tantum virorum conventum infolitas, invitaque prodire cogis? *Id. Ver. 5. c. 68.* Quo pudentior, & melior esses.

Pudenter, adv. *con vergogna, con verecondia*, Germ. *mit scham, und zucht*, Gal. *avec honte*, His. *con verguenca, αἰδημόνως*, cum pudore, verecunde, cum verecundia. *Cicer. pro Quintil. c. 11.* Eum tum pudenter appellare nolebas? *Idem 1. de Orat. c. 89.* Quem ego paulo sciebam vel pudentius, vel invitius ad hoc genus sermonis accedere. *Id. 7. Fam. ep. 27.* Rogare aliquem parum pudenter. *Id. 16. Att. ep. 15.* Pudentissime hoc Cicero petierat.

Pudĕo, es, dui, ditum, n. 2. idem ac me pudet. *Plaut. Cas 5. 2. 3.* Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ita in ridiculo fumus ambo. *Terent. Adel. 4. 7. 36.* Non hæc te pudent? *Lucan. l. 8. v. 49.* Semper metuet, quem fœva pudebunt.

Pudescit, ebat, m. 3. idem quo pudet. *Prudent. cathem. 2. vers. 26.* Piget, pudescit, pœnitet.

Pudet, pudebat, puduit, & puditum est, imp. 2. *vergognarsi*, בוש, Ger. *sich schemen*, Gal. *avoir honte*, His. *tener verguenca, αἰσχύνομαι*, pudore afficior, verecundor. Differt a *piget*, quod *pudere* verecundiæ est, *pigere* pœnitentiæ, *pudere* est in his, quæ turpiter fiunt, *pigere* in his, quæ cum damno, ac malo; *pudere* ad dedecus, *pigere* ad dolorem referrur. *Cic. de clar. Orat. c. 50.* Ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum. ¶ Construitur cum gen. rei loco nom. & cum acc. personæ. *Cic. 2. Ver. c. 12.* Quos libidinis, infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat, *Id. pro Flac. c. 22.* Nonne esset pudium, non modo legatum, sed Trallianum omnino dici Mesandrum? *Plin. lib. 36. c. 15.* Cum puderet vivos, tanquam puditurum esset extinctos. ¶ Loco genitivi admittit infinitivum. *Cic. in Fam.* Plura me ad te de hac re scribere pudet. ¶ Interdum usurpatur cum solo acc. *Cic. 1. de Orat. c. 26.* Quem vero non pudet, hunc ego non reprehensione solum, sed etiam pœna dignum puto. ¶ Reperitur etiam cum abl. loco gen. rei. *Plaut. Bacch. 3. 1. 12.* Neque mei, neque tui intus puditum est factis, quæ facis. ¶ Particip. *pudendum est. Cic. 5. Phil.* Ut jam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quam Senatus.

Pudibilis, le, adject. *vergognoso. Lamprid. in Heliogab. c. 12.* Pudibilium enormitate membrorum.

Pudibundus, a, um, *verecondo, rispettoso, αἰδήμων*, qui pudore ducitur, pudens. *Pl. l. 10. c. 20.* Pudibundus, ac mœrens quærit latebram. *Ov. 3. Amor. el. 7. v. 69.* Pars nostri pudibunda. h. e. cujus nos pudet. *Hor. de art. poet. 232.* Matrona pudibunda. ¶ *Stat. 5. Theb. v. 295.* Exoritur pudibunda dies. h. e. aurora colore purpureo.

Pudice, adv. *pudicamente, castamente*, Ger. *schamhafftiglich, zuchtiglich*, Gal. *pudiquement*, His. *pudicamente, μετ' αἰδοῦς*, cum pudore. *Albinov. ad Liv.* Quid tibi nunc mores profunt, actumque pudice omne ævum? *Plin. l. 4. ep. 13.* Ubi enim jucundius morarentur, quam in patria, aut pudicius continerentur, quam sub oculis parentum? Adde *Ter. Andr. 1. 5. 39.*

Pudicitia, æ, *pudicitiæ, castitæ*, שְׁטְהוּת, נְקִיוֹן, Ger. *keuschheit, reinigkeit*, Gal. *pudicité, chasteté*, His. *pudicitia, castitad, ἁγνεία*, castitas, a *pudor*. *Cic. pro Cœl. c. 18.* Parcat juventus pudicitiæ fuæ, ne spoliet alienam. *Virg. 2. Georg.* Casta pudicitiam servat domus. *Liv. l. 2. c. 58.* pudicitiam amittere. *Salluſt. in Catil. c. 13.* Pudicitiam in propatulo habere. *Suet. in Tiber. c. 35.* Prostrare pudicitiam. *Id. in Augusto, c. 68.* Pudicitiam alicujus delibare. Sic pudicitiam imminuere, violare, eripere. *Cic.* & *Plaut.* ¶ In lege Julia de adulteriis caput etiam de pudicitia fuit, ut ex *Suet. in Aug. c. 34.* liquet. Eo puniebantur maxime masculam libidinem patrantes, ut declarat *Justinian. l. 4. Institut. tit. 17.* Hinc pudicitiæ quæstio apud *Val. Max. l. 6. c. 1. n. 7.* ¶ Pudicitia Deæ nomine a Romanis culta fuit, teste *Pl. l. 2. c. 7.* Ejus signum erat in foro Boario, teste *Festo*.

Pudicus, a, um, *pudico, casto*, שָׁהוֹר, עָנָן, Ger. *schamhafftig, zuchtig*, Gal. *pudique, chaste*, His. *pudico, ἁγνός*, castus, a *pudor*. *Tac. Hist. 2. c. 72.* Pudicum ingenium. *Ovid. 7. Met. v. 720.* fidem pudicam sollicitare donis. *Id. in Ibin, v. 349.* Nec tibi contingat matrona pudicior illa. *Plin. l. 7. c. 35.* Pudicissima fœmina. ¶ Interdum ponitur pro pudente, & verecundo. *Plaut. Trin. 3. 2. 71.* Is est honor homini pudico, memínisse officium suum. *Ovid. 3. de Pont. eleg. 1.* Æmula Penepoles fieres, si fraude pudica Instantes velles fallere docta procos. ¶ Pudicabus in dativ. plurali dixit *Gallus historicus* apud *Charisl. 1. pag. 59. Putsch.* V. dicta in *Asina*.

Pudor, oris, m. *rossore, vergogna*, בּשֶׁת, בּשָׁה, עֲבֵרָה, Ger. *scham, zucht*, Gal. *pudeur, honte*, His. *verguenca, empacho, αἰδώς, αἰσχύνη*, est metus infamiæ, ut Stoici definiunt, qui animum reprimit, ne procacieer, aut inordinate, aut turpiter quid peragat. Differunt *pudor*, & *pudicitia*, ut *impudens*, & *impudicus*, quorum illud ad animum, hoc ad corpus pertinet. Ita manifeste qui negat, *impudens*, qui libidinose agit, *impudicus* dicitur. *Cic. pro Cluent.* Ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas revocaret. *Id. in Catil. 2. c. 11.* Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulentia; hinc pudicitia, illinc stuprum. ¶ Nonnunquam tamen pro pudicitia usurpatur. *Ovid. 14. Met.* Flos intemeratus virginei pudoris. ¶ Interdum ponitur pro probro, dedecore, vel scelere ipso, quod pudorem affert. *Ovid. Heroid. epist. 11. v. 79.* Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem. *Liv. l. 34. c. 58.* Amicitia, quæ impetrata gloriæ fibi, non pudori fit. ¶ Item pro existimatione. *Pl. l. 2. ep. 4.* Debes famam, pudoremque defuncti suscipere. *Id. l. 5. ep. 1.* Neque aderat alius, qui defunctæ pudorem tueretur. ¶ Item pro reverentia, timore, quo veremur aliquem. *Ter. Andr. 1. 5. 25.* Tot me impediunt cùræ, amor, hujus mifericordia, nuptiarum solicitatio, tum patris pudor.

Pudoricŏlor, oris, adj. colorem pudoris, hoc est purpureum, seu rubentem habens, ut purpuricolor aurora. *Navius apud Gell. l. 19. c. 7.*

Puella, æ, *f. fanciulla*, נְעָרָה, Ger. *magdlein*, Gal. *fille, fillette, pucelle*, His. *moca, nina, κόρη*, fœmina in tenera ætate, dimin. a *puer*. Elique id magis viridioris ætatis nomen, quam virginitatis. Nam puellæ quoque dicuntur, quæ jam maritum habent, imo & gravidæ sunt, atque adeo ex etiam, quæ peperernnt. Sane *Horatius l. 3. Carm. ode 22.* dixit, Laborantes utero puellas. Et *Ovid. 2. Fast. v. 557.* Viduæ cessare puellæ, hoc est abstinere maritorum complexibus. Apud *eundem Heroid. ep. 21. v. 115.* Penelope se puellam vocat, quæ jam Telemachum Ulyssi pepererat. *Scævola* quoque puellam vocat, quæ vidua erat, & post alteri nupta. Et *Gellius l. 12. c. 1.* bis puellam vocat puerperam. *Cic. Att. l. 1. ep. 3.* De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi potest. ¶ *Puellabus* in dativo plurali dixit *Gellius historicus*, teste *Charisl. l. 1. pag. 59.* V. dicta in *Asina*.

Puellāris, & re, o. 3. *fanciullesco*, Ger. *kindlich*, Gal. *appartenant à fille, de fillette*, His. *perteneciente a moca, κορασιώδης*, quod ad puellam spectat. *Ov. 4. Fast. v. 441.* Prædа puellares animo oblectat inanis.

Puellariter, adv. *da fanciulla, κορασιωδῶς*, more puellarum. *Pl. ep. 10. l. 8.* Dum se prægnantem puellariter nescit.

Puellarius, a, um, adj. puellaris. *Petron. in Satyr.*

Puellasco, is, n. 3. *διακώμαι*, effœminor. *Varro apud Non. c. 2. v. 657.* Verum etiam vereres puellascunt.

Puellatorius, a, um, adject. ad puellos, vel puellas pertinens, ut puellatoriæ tibiæ, quibus a fono clariore vocamen datur. *Solin. c. 11.*

Puellitor, aris, d. 1. rem Veneream habeo. *Laber. apud Non. c. 8. n. 56.* Quænam vos dementia suppolitores facit cum cano eugio puellitarier? Al. leg. *velitari*.

Puellula, æ. dim. a *puella*. *Catul. carm. 60. Nupt. v. 57.* Floridani ipse puellam Matris e gremio suæ Dedis.

Puellus, i, m. *fanciullino*, יֶלֶד, Ger. *knablein*, Gal. *petit enfant*, His. *nino, pequeno, moco, παιδίον*, parvus puer. *Lucr. l. 4. v. 1246.* unde puellos suscipere, & partu posſint ditescere dulci.

Puer, eri, m. 2. *fanciullo*, נַעַר, Ger. *kind*, Gal. *enfant*, His. *moco, παῖς*, qui est in ætate prætextata, ideſt usque ad annum decimum septimum, vel 15. tu alii putant. V. *Ætas*. *Cic. pro Arch. c. 3.* Ut primum excessit e pueris. *Varro* pueros ita dictos ait, quod sint puri, h. e. impubes. Idemque traditum a *Censorino de Die Natali c. 14.* Secundum *Prisicianum l. 6. pag. 697. Putsch.* est generis communis. *Liv.*

in Odyſ. apud *eumd.* Sancta puer Saturni filia. *Cicer. 1. Off.* Et casu formosus puer præteriret. ¶ Etsi vero puer proprie est in ætate prætexrata, tamen interdum etiam eo nomine vocantur adolescentes. Sic *Cicero* fœpe Octavium vocat puerum, quem alibi adolescentem, & prope puerum appellat. *Apulejus* quoque *in Apol.* Pudentem privignum puerum vocat, qui jam curatorem haberet, non tutorem. Sed hæc per imminutionem dici videntur, more Oratorum. ¶ Interdum marem, sive masculum notat, & puellæ opponitur. *Ov. 9. Met. v. 711.* Cultus erat pueri, facies, quam sive puellæ, sive dares puero, fieret formosus uterque. ¶ Alias accipitur pro filio. *Virg. 2. Æn. v. 597.* Afcaniusque puer. Sic *Ov. el. de morte Tibulli v. 597.* Cupidinem vocat Veneris puerum. ¶ Metonymice accipitur pro servo. *Paul. de verb. sign. l. puer.* Sic Regii pueri apud Macedonas vocabantur principum liberi ad ministerium Regis electi, apud *Liv. l. 45. Cic. ad Q. Fr. l.* 1. Ne ego iracundia aliqua adductus pueros ad te fine literis miserim. ¶ *A puero* cum nominibus singularis numeri, & *a pueris* cum nominibus pluralibus significat a tempore pueritiæ, *da fanciullo, fin da fanciullo. Cic. 4 Acad. c. 36.* Diodorus, quem a puero audivi. *Id. 1. Tusc. c. 24.* Ut a pueris tot notiones haberemus.

Puĕra, æ, idem ac puella, apud vet. a *puerus*. *Suet. in Calig. cap.* 8. Quod antiqui etiam puellas pueras, sicut & pueros puellos dictitarant. *Var. apud Non. c. 2. n. 674.* Properate vivere pueræ, quas finit ætatula ludere, & amare, & Veneris tenere leges.

Puerasco, is, *n. 3. νηπιάζω*, est exacta infantia pueritiam inchoare. *Suet. in Calig. c. 7.* Novem liberos tulit; quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens insigni festivitate.

Puercŭlus, i, m. puerulus. *Arnob. l. 2. pag. 59. extr.* Ex puerculo scifcitari. Adde *l. 4. pag. 134. & l. 7. pag. 247.*

Puerilis, & le, o. 3. *puerile, fanciullesco*, Ger. *kindisch*, Gal. *d'enfant*, His. *do moco, παιδαριώδης*, quod est pueri, vel quod puerorum proprium esse solet. *Cicer. pro Arch. c. 3.* Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. ¶ Ponitur & pro vano, inconsulto. *Ter. And. 2. 6. 18.* Quidnam est? Da. Puerile est. *Hor. l. 2. sat. 3. v. 250.* Si puerilius his ratio esse evincet amare.

Puerilitas, atis, f. *puerilità*, נְעוּרוֹת, *τὸ παιδαριώδες*, actus aliquis puerilis. *Senec. ep. 4.* Adhuc non pueritia in nobis, sed, quod est gravius, puerilitas remanet. ¶ Ponitur aliquando pro ipsa puertitia, פְּתָיוּת, Ger. *kindheit*, Gal. *enfance*, His. *mocedad. Varro apud Non. c. 3. n. 90.* Velim mehercules, inquit, ipse ufu magno puerilitatis formam audire.

Puerilĭter, adv. *puerilmente, da fanciullo, παιδικῶς*, more puerorum. *Cic. 1. Fin. c. 6.* Quæ cum res tota ficta fit pueriliter. Adde *4. Acad. c. 31.*

Puerĭtia, æ, *puerizia, fanciullezza*, יַלְדוּת, נְעוּרִים, Ger. *kindheit*, Gal. *enfance*, His. *mocedad, mocidio*, ætas puerilis. *Cic. l. 5. Fam. ep. 8.* Qui me a puertia sua semper obfervabit. V. *Ætas*. ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. *Col. l. 7. c. 6. de capris.* Primis puertiæ temporibus exhaustus est. ¶ Quandoque sumitur pro puritate, five castitate. *Varro apud Non. c. 2. n. 672.* Ea erat matronæ simplicitas, & puertitia, & honestas. ¶ *Puertia* per syncop. *Hor. l. 1. ed. 36.* memor Actæ non alio rege puertiæ.

Puerĭtes, ei, f. puertitia. *Auſon. in Profeſſor. Burdegal. 10. v. 15.*

Puerpĕra, æ, *donna di parto*, יוֹלֶדֶת, Ger. *kindbetterin*, Gal. *une accouchée*, His. *parida*, λεχώ, mulier, quæ recens peperit. *Pl. l. 7. c. 4.* Editis geminis raram esse aut puerperæ, aut puerperio, præterquam alteri, vitam. Adde *Hor. Epod. 17.*

Puerperium, ii, n. יוֹלֶדֶת, חִיל, λοχεία, nisus, & dolor parientis, vel etiam tempus ipsum, quo parit mulier, vel quo post partum ex dolore cubat. *Pl. l. 28. c. 8.* Lingua adalligata pericula puerperii tolli. *Gell. l. 12. c. 1.* Quam diutinum puerperium, & quam laborioſi nixus fuiſſent. *Plaut. Truc. 2. 5. 22.* puerperio cubare. ¶ Aliquando ponitur pro prole ipſa. *Pl. l. 7. c. 11.* Uno aborsu duodecim puerperia egesta. *Tac. 12. Ann. c. 6.* Femina puerperiis insignis.

Puerpĕrus, a, um, quod ad puerperam ſpectat. *Ov. 10. Met. v. 511.* Admovitque manus, & verba puerpera dixit.

Puerŭlus, i, m. parvus puer. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 41.* Ut inter ſuos omnium deliciarum, atque omnium artium puerulos, ex tot elegantiſſimis familiis lectos, velit hos verſari homines pene operarios.

Puĕrus, i, m. idem ac puer, apud vet. *Plaut. Merc. 5. 2. 89.* Tu puere abi hinc intro ocyus.

Pugax, arum, f. *natiche, πυγαί*, nates. *Novius* apud *Non. c. 1. n. 184.* In ſing. numero *Hor. l. 1. ſat. 2. extr.* Ne nummi pereant, aut puga, aut denique fama. ¶ Scribitur & pygæ Græco more.

Pugil, ilis, com. 3. *πύκτης*, qui pugnis decertat. *Cic. 2. Tuſc. 17.* Pugiles cæſtibus contuſi ne ingemiſcunt quidem. *Hor. l. 2. ep. 1. v. 185.* Aut verſum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

Pugilatio, onis, f. *πυκτομαχία*, pugilum exercitatio. *Cic. 2. de Leg. c. 15.* Jam ludi publici ſint corporum certationes curſu, & pugilatione, luctatione, curriculiſque equorum.

Pugilator, oris, m. qui pugilatu certat. *Arnob. l. 1. pag. 20.* Tyndaridæ Caſtores, equos unus domitare conſuetus, alter pugilator bonus.

Pugilatorius, a, um, adj. ad pugilatorem, ſeu pugilem pertinens. *Plaut. Rud. 3. 4. 16.* Ego te follem pugilatorium faciam. Alii leg. *pugillatorium*. h. e. qui pugillis, ſeu pugnis feritur.

Pugilātus, us, m. *πυγμαχία*, pugilum certamen. *Pl. l. 8. c. 22.* Eumdem decimo anno reſtitutum athleticæ certaſſe in pugilatu. *Plaut. Cap. 4. 2. 13.* Hic homo pugilatum incipit.

Pugilĭce, adv. *ἀθλητικῶς*, firmiter, valenter. Summam enim tam pugiles, quam athletæ corporis robori curam impendebant. *Plaut. Epid. 1. 2. 18.* Quid herilis noſter filius valet? T. Pugilice, atque athletice.

Pugillar, aris, n. 3. idem ac pugillaris, ſubſt. *Auſon. epigr. 146.* Bipatens pugillar expedi. *Catul. de Acme, carm. 42. v. 4.* En negat mihi veſtra reddituram pugillaria. *Gell. l. 17. c. 9.* Pugillaria *nova nondum cera illita*.

Pugillāris, is, ſubſt. m. 3. לוּחַ כַּפֵּר, *πινακίς*, tabella cerea, vel lignea, ſive alterius materiæ, in qua ſcribimus. Variis autem nominibus dicebantur pugillares apud veteres. Erant *citrei* dicti, qui ex citro erant confecti, *eborei*, qui ex ebore, *membranei*, qui ea membranis, &c. Alii item duplices nominabantur, alii triplices, alii quintuplices, &c. *Pl. l. 13. c. 11.* Pugillarium enim uſum fuiſſe etiam ante Trojana tempora invenimus apud Homerum.

Pugillāris, & re, o. 3. quod pugillum, five pugnum implere poteſt, feu quantum pugnus poteſt continere. *Juven. ſat. 11. v. 156.* Nec pugillares defert in balnea rauceus Teſticulos.

Pugillariarius, ii, m. pugillarium artifex. *Inſcript.* apud *Murator. pag. 982. n. 2.* M. Cœcilio Hilaro pugillariario.

Pugillatorius, V. Pugillatorius.

Pugillo, vel pugillo, as, a. 1. pugilatu pugno, pugnis percutio. *Trebel. Poll. in Gallien. c. 8.* Pugiles faculis, non veritate pugillantes. *Apud. de Deo Socr.* Valide pugillare. ¶ Et deponenti forma. *Id. l. 7. A. A.* Primoribus in me pugillatur unguibus.

Pugillus, i, m. *pugnello, pugnetto*, parvus pugnus, dim. a *pugnus*, קֹמֶץ, *δράκιον*. *Plin. l. 20. c. 22.* Marrubii ſemen cum farris pugillo decoctum. h. e. quantum pugno exiguo capi poteſt.

* Pugillus, Pugillor. V. Pugillo.

Pugio, onis, m. *pugnale*, שֶׁלַח, חֶרֶב, Ger. *ein dolch*, Gal. *poignard*, His. *pugnal, ἐγχειρίδιον*, brevioris gladii genus, ab antiquo *pugo* pro *pungo*, quia eo punctim pugnatur. Niſi cum *Feſto* malis, eſſe a *pugno*. *Cic. 2. Phil. c. 12.* Qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit. ¶ *Pugio plumbeus*, translate pro invalido argumento accipitur. *Cic. 4. Fin. c. 18.* O plumbeum pugionem! ¶ Erat pugio apud Romanos ſummæ poteſtatis inſigne, eoque accingebantur Imperatores. Hinc Vitellius ceſſurus imperio pugionem depoſuit, uti narrat *Suet. in ejus vita c. 15.* Eamdem rem narrans *Tac. 3. hiſt. c. 68.* Poſtremo, inquit, ſletu præpediente, aſſiſtenti conſuli exſolutum a latere pugionem, velut jus necis vitæque civium, reddebat. *Lamprid.* quoque de Commodo ſcribit *in ejus vita c. 6.* creatos ab eo primum tres præfectos prætorios, inter quos unum fuiſſe libertinum, qui a *pugione* appellatus eſt, nempe quia, ut *Salmaſ.* adnotavit, ei Commodus pugionem, inſigne imperii, tradiderat.

Pugiuncŭlus, i, m. *pugnaletto*, parvus pugio. *Cic. in Or. c. 67.* Nam in iis, quibus, ut pugiunculis, uti oporter.

Pugna, æ, f. *pugna, battaglia*, נִפְתּוּל, קְרָב, Ger. *ein ſtreit*, Gal. *combat*, His. *pe-*

lea, μάχη, dimicatio, prælium, certamen, a *pugnus*, quia principio homines pugnis confligere ſolebant, ut ait *Don. ad prol. 2. Hecyr. v. 25. Cic pro Mur. c. 16.* Quibus ex omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, vel acerrima videtur illa, quæ cum Rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata. *Id. 3. Catil. c. 3.* Pugnam committere. *Cæſ. l. 3. B. G. c. 43.* Pugna decertate, *Id. ib. l. 5.* Erocare ad pugnam. Rurſus *Cic. Ver. 7. c. 11.* Res venit ad manus, & ad pugnam. *Nepos in Conone, c. 5.* Pugnam facere. ¶ Translate ponitur pro quacumque contentione. *Cic. 2. Div. cap. 51.* Quanta pugna eſt doctiſſimorum hominum. *Quinct. l. 5. c. 12.* Pugna forenſis.

Pugnacĭtas, atis, f. pugnandi vis. *Pl. l. 11. c. 33.* Perdices capiuntur quoque pugnacitate ejuſdem libidinis. *Quint. l. 5. c. 3.* Pugnacitas argumentorum.

Pugnacĭter, adv. *μαχίμως*, pertinaciter, conſtanter. *Cic. 4. Acad. c. 20.* Ergo de omni ſtatu, conſilioque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari eum alios, tum eriam me ipſum. *Id. ib. c. 3.* Eamque ſententiam, quam adamaverunt, pugnaciſſime defendere. *Sen. de ira, c. 36.* In illa diſputatione pugnacius locutus eſt. *Quint. l. 9. c. ult.* Alia lenius, alia ſublimius, alia pugnacius, alia gravius eſſe dicenda. Al. leg. *pugnantius*, ut ſit a poſitivo *pugnanter*.

Pugnacŭlum, i, n. *forte, fortezza, προμαχών*, locus munitus, unde pugnatur, ſeu ex quo hoſtilis vis arcetur. *Plaut. Mil. 2. 3, 63.* Deturbabo ego jam illum de pugnaculis.

Pugnans, antis, o. partic. a pugno. *Ov. 13. Met.* Ego Telephon haſta pugnantem domui. ¶ Sæpe ponitur pro contrario, ſeu contradictorio. *Cicer. 1. Fin. c. 18.* Atqui pugnantibus, & contrariis ſtudiis, conſiliiſque ſemper utens nihil quieti videre, nihil tranquilli poteſt. *Pl. l. 8. ep. 18.* Quæ diſtinctio pugnantium ſententiarum? ¶ Abſolute *Cic. 1. Tuſc. c. 7.* Pugnantia te loqui non vides?

Pugnanter. V. Pugnaciter.

Pugnātor, oris, m. qui pugnat, *combattente. Liv. l. 24. c. 15.* Fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſinet.

Pugnatorius, a, um, adj. ad pugnam pertinens, ut pugnatorius mucro, *Senec. in præf. l. 2. Contr.* Pugnatoria arma, *Suet. in Calig. c. 54.*

Pugnātrix, icis, f. quæ pugnat. *Prudent. in Pſychom. v. 681.* Intulit hoc vulnus pugnatrix ſubdola. *Arnmian. l. 23. c. 6.* Pugnatrix natio, & formidanda.

Pugnātus, a, um, *combattuto, μεμαχεσμένος*, partic. a pugno. *Hor. l. 3. od. 19.* Et pugnata facro bella ſub Ilio. *Nep. in Annib. c. 5.* Hac pugnata pugnata, Romam profectus eſt. Adde *Cic. pro Mur. c. 16.*

Pugnax, acis, o. *bellicoſo, guerriero*, אִישׁ מִלְחָמָה, Ger. *rauch am ſtreit*, Gal. *vaillant*, His. *peleador, μαχίμος*, bellicoſus. *Cic. 8. Phil. c. 9.* Centurio pugnax, & lacertoſus. *Tac. 5. hiſt. c. 60.* Pugnaciſſimus quique. ¶ Interdum ſumitur pro pertinaci. *Cic. in Piſ. c. 28.* Græcus facilis, & valde venuſtus, nimis pugnax contra Senatorem P. R. eſſe noluit. ¶ Interdum pro vehementi, efficaci. *Cic. 2. de Or. c. 28.* Quin exordium dicendi vehemens, & pugnax non fæpe eſſe debeat. *Id. in Brut. cap. 31.* Sed & hujus oratio in Philoſophiam translata pugnacior, ut ita dicam, videtur, & illorum in judicia pacatior. ¶ Interdum pro pugnanti, contrario. *Ov. Met. 1. v. 434.* Cumque ſit ignis æque pugnax, & c.

Pugnĕus, a, um, adject. a pugnis, hoc eſt ictibus manus. Jocularter *Plaut. Rud. 3. 4. 57.* Si attigeris oſtium, jam hercle tibi meſſis in ore fiet mergis pugneis. V. Mergæ.

Pugnicŭla, æ, f. levis pugna. Uſurpavit *Cato*, ſi credere volumus *Perotto ad epigr. 9. l. 7. Mart.* Quo ſenſu etiam *pugnatiolam* ab illo dictam fuiſſe, idem alibi teſtis eſt. Sed *punctatiolam Feſtus* poſuit.

Pugnĭtus, adv. *cœpugni. Cacil.* apud *Non. c. 11. n. 38.* Niſi quidam qui ſe malit pugnitus peſſumdari.

Pugno, as, avi, atum, n. 1. *combattere*, נִלְחַם, Ger. *ſtreitten*, Gal. *combattre*, His. *pelear, μάχομαι*, dimico, certo, conteado cum aliquo, confligo, congredior. Conſtruitur vel abſolute. *Plaut. Amph. 1. 1. 44.* Pugnabant illi maxime. ¶ Vel cum acc. & præp. *in, contra, adverſus. Salluſt. in Catil. c. 9.* Qui contra imperium in hoſtem pugnaverant. ¶ Vel cum accuſ. & præpoſ. *inter. Var. l. 2. R. R. c. 3.* Inter ſe cornibus pugnant. ¶ Vel cum accuſ. *pugnam, prælium, bellum*, & hujuſmodi. *Hor. l. 4. carmod. 9.* Nam pugnavit ingens Idomeneus, Sthenelufve ſolus dicenda Muſis prælia. *Gel. l. 3. c. 8.* Dum Pyrrhus Rex in Italia eſſet, & unam, atque alteram pugnam profpere pugnaſſet. Adde *Plaut. Pſeud. 1. 5. 110.* ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *cum. Cic. pro Balb. c. 9.* Qui cum hoſte noſtro cominus in acie fæpe pugnavit. ¶ Vel cum ablat. & præp. *e*, vel *ex. Cic. 2. de nat. Deor. c. 2.* In noſtra acie Caſtor, & Pollux ex equis pugnare viſi ſunt. *Pl. l. 32. c. 1.* Pugnare e muris. ¶ Vel cum abl. & præp. *de. Terent. prol. Hec. v. 33.* Tumultuantur, clamant, pugnant de loco. ¶ Vel cum abl. & præp. *pro. Cic. 1. de Inv. c. 1.* Ut non oppugnare commoda patriæ, ſed pro his pugnare poſſit. ¶ A Poetis etiam uſurpatur cum dat. *Catul. carm. 62. nupt. verſ. 64.* Noli pugnare duobus. Translate ſumitur pro conari, eniti. *Cic. lib. 3. Fam. epiſt. 9.* Illud pugna, & enitere. *Ovid. l. 1. de remed. amor.* Pugnat in adverſas ire narator aquas. ¶ Item pro contendere in diſceptationibus de re aliqua. *Cicer. 1. de nat. Deor.* Illud video pugnare te, ſpecies ut quædam ſit Deotum. ¶ Item pro curare, magni facere. *Cic. 1. de nat. Deor.* Videtur Epicurus de Diis non magnopere pugnare. ¶ Item pro contrarium eſſe. *Cic. 2. Tuſc.* Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio. *Quinct. l. 5. cap. 10.* Hæc autem, quæ tantum inter ſe pugnant. ¶ Uſurpatur etiam impers. *Cicer. 3. Offic.* Cum male pugnatum apud Caudium eſſet. *Id. pro Roſc. Amer. cap. 3.* Hoc ſolum hoc tempore pugnatur, ut &c. ideſt hoc contenditur. ¶ *Ter. Adelph. 5. 3. 56.* Iſtam pfalrriam una illuc mecum hinc abſtraham. Mi. Pugnaveris. hoc eſt, magnam rem feceris, inquit *Donatus*.

Pugnus, i, m. *pugno*, אֲגַרוֹף, קֹמֶץ, Germ. *ein fauſt*, Gal. *un poing*, His. *puno, δρὰξ, κόνδυλος*, manus clauſa, & contracta, a *πυγμή*. *Cic. in Or.* Nam cum comprefferar digitos, pugnumque fecerar. *Cat. R. R. c. 82.* Sphæras pugnum alras facito. h. e. magnitudine pugni. *Plaut. Cur. 1. 3. 43.* Pugnis cædere. *Id. Curc. a. 3. v. 9.* Pugnis rem ſolvere. Rurſus *Cicer. 5. Verr. cap. 23.* Pugnis, & calcibus aliquem conſcindere. *Id. de clar. Or. c. 69.* Pugnos, & plagas ferte. Sic dicimus onerare, & obtundere aliquem pugnis, ingerere pugnos in ventrem, pugnum impingere, &c. *Plaut.* ſæpe.

Pulchellus, a, um, *vaghetto*, dim. a *pulcher*. *Cic. Att. l. 1. ep. 16. a med.* Redeo ad alrercationem: ſurgit pulchellus puer. *h. e.* Clodius, quem ita nominat etiam *l. 2. ep. 1. & 22.* idque duplici de cauſa, tum quia forma erat pueſlæ ſimili, tum quia *pulcher* cognomen erat Claudiæ familiæ Patriciæ. *Manut.*

Pulcher, chra, chrum, *bello*, יָפֶה, Ger. *ſchon, ſchön*, Gal. *beau*, His. *hermoſo, καλός*, formoſus, venuſtus quaſi *πολλὰ θεᾶσθαι*, a *πολύ*, & *χρῶμαι*, quia proprie pulchrum eſt, quod multum coloris, nitoriſque habet. Vel eſt ex *πολύκηρος*, ut proprie pulcher ſit, in quo multa gratia. Vel a *πολύχαρι*. Ita pulcher proprie erit fortis, quomodo *Servius* exponit hoc *Virg. 7. Æneid. verſ. 656.* Sarus Hercule pulchro pulcher Aventinus. Sic *Flor. l. 4. c. 4.* Tum etiam manu pulcher apparit. ¶ Scribit *Cic. in Orat. c. 48.* veteres ita locutos, ut *pulcrum* ſine aſpiratione proferrent; eodemque pacto *pulcerrimus* abſque *h* in aliquot antiquis codicibus ſe reperiſſe teſtatur *Pierius*. Nunc contra uſus obtinuiſſe videtur. *Cic. 5. Tuſc.* Pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat. *Id. de Senect. c. 15.* Qua quid poteſt eſſe cum fructu lætius, tum aſpectu pulchrius? *Virg. 1. Æn. v. 500.* Regina ad templum forma pulcherrima Dido inceſſit. ¶ Ponitur interdum pro bono. *Gellib. 19. c. 8.* Ni quid contra ea dicis, Poetarum pulcherrime. *Horat. l. 1. epiſt. 2. v. 30.* Cui pulchrum fuit in medios dormire dies. *h. e.* ſummi inſtar boni. ¶ Item pro læto, fauſto. *Id. l. 4. od. 4.* Pulcher fugaris ille dies Latio tenebris. ¶ Eſt etiam glorioſus, honeſtus. *Virg. 4. Georg. v. 218.* pulchramque petunt per vulnera mortem. ¶ Cum genitivo, *Sil. l. 11. v. 365.* pulcherrimus iræ, Et dignus fieri compos memorabilis auſi.

Pulchralſa, ium, n. 3. bellaria. Uſus *Caso* in ea oratione, quam habuit de fundo oleario.

Pulchrālis, & le, o. 3. idem ac pulcher, apud vet. *Enn. apud Feſt.* Pulchralibus ludis.

Pulchre, adv. *eccellentemente, μεγάλως*, præclare, decore. *Plaut. Mer. 5. 2. 61.* Si tu vera dicis, & pulchre ædificatas arbitror. *Cic. in Or. c. 68.* Nihil enim eſt aliud pulchre, & oratorie dicere. ¶ Sumitur etiam pro bene, probe. *Plaut. Amph. 1. 1. 122.* Optume optumo operam das, daram pulchre locas. *Cic. de nat. Deor.* Mihi pulchre eſt, ego bearus ſum. *Planc. Cic. l. 10. Fam.* Lepidum pulchre notam. *Serv. Sulpic. ad eumd. l. 4. epiſt. 5.* Pulcherrime ferre fecundam fortunam. ¶ Item pro valde, nimis. *Ter. Eun. 4. 5.* Quam videbar mihi eſſe pulchre ſobrius? *Cicer. pro Cluent.* Is pulchre aſſeveratur ſe ab Oppianico deſtituram. ¶ Item pro ſapienter. *Ter. Eun.* Dixit pulchre, Nunquam vidi melius conſilium dari. ¶ Item large, liberaliter. *Plaut. Aulul. 3. 1. 6.* Neque ligna ego uſquam præberi vidi pulchrius. ¶ Eſt etiam vox approbantis. *Ter. Eun. 4. 7. 4.* Male mulcabo ipſam. *Gn.* Pulchre, *Id. Heaut. 2. 3. 91.* Aſſimulabimus tuam amicam hujus eſſe. *Cl.* Pulchre.

Pulchrefco, is, n. pulcher fio. *Seren. Sammonic. c. 44. de vulnerib. in fine*. At ſuccis hederæ pulchrefcit fœda cicatrix.

Pulchrĭtas, atis, f. idem ac pulchritudo. *Cacil.* apud *Non. c.

Venimus ad fedes, ubi pulla fordida veſte inter fœmineas ſpectabat purbas cathedras. ¶ Translate *Id. ibid. v.80.* Pulla paupertas. Hinc *Cicero* jure reprehendit Verrem prætorem. *Ver. 6.c.24.* quod viliſſimæ plebis more in officina totum diem ſederet cum tunica pulla. V. Pullatus.

Pulmentārius, & re, o. 3. ὀψοποιός, quod ſpectat ad pulmentum. *Pl. l.18. c.12.* Prævalens pulmentari cibo.

Pulmentātum, ii, n. τρωτόν, τροσφάγιον, cibus in modum pultis factus. *Col. l.12.c.* 3. Satureja viridis equis eſt jucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda. ¶ Per Synecdochen dicitur de quocumque cibo. Cauſa eſt, quia primus in Latio cibus pulſ fuit, non panis, teſte *Plin. l.* 18. *c.*8. *Hor. l.* 2. *ſat.*2. *v.*19. Tu pulmentaria quære Sudando.

Pulmentum, i, n. idem ac puls, vel aliud cibarium ad modum pultis factum. *Plaut. Aul.*2.4. 37. Pulmentum quin ei pridem eripuit milvius. *Hor. l.*1. *ep.* 18.*v.*48. Comes ut pariter pulmenta laboribus empta. *Id. l.*2. *ſat.*2. *v.*33. Laudas inſane trilibrem Mullum, in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt.

Pulmo, onis, m. *pelmone*, רֵאָה, Ger. *die lung*, Gal. *le poumon*, Hiſ. *el pulmon*, πνεύμων, viſcus ſpongioſum, corporis totius ſecundum cor nobiliſſimum, ad unguiæ bubulæ ſimilitudinem diſſectum, follis modo ſpiritum attrahens, eumdemque reddens, caloremque nativum leniter refrigerans. Uſurpatur eleganter non ſolum in ſingulari num. ſed etiam in plurali. *Cic.2. de nat. Deor.c.*55. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſtimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima, qui tum ſe contrahunt adſpirantes, tum ſpiritu dilatant. *Id. 2. Tuſc.* Lateri inhærens morſu lacerat viſcera, urgenſque graviter pulmonum haurit ſpiritus. *Perſ. ſat.1. v.*14. Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet. ¶ Ex pulmone naſcitur tabes, quam Græci *phthiſin* vocant. Tunc enim pulmo tabeſcit, atque adeo totum corpus. *Ovid. l.*1. *de Pont. eleg.* 3. *v.* 19. Cernis, ut e molli ſanguis pulmone remiſſus ad Stygias certo limite ducat aquas? ¶ Pulmo item, genus piſcis, ſenſu carens, *polmone marino*. *pl. l.*18. *c.*35. Pulmones marini in pelago plurium dierum hyemem portendunt.

Pulmonācēus, a, um, adject. ut pulmonacea radix, quæ pulmonis ſpeciem refert. *Veget. Rei Vet.l.* 1.*c.*12.

Pulmonārius, a, um, πνευμονικός, pulmonis inflammatione laborans, quam & febris acuta, & difficultas anhelitus ſolent comitari. *Cel.l.*7. *c.* 5. Quo modo pulmoniarium ſimiliter ut ſuem, curari oportet.

Pulmonēus, a, um, quod pulmones imitatur. Pulmonea poma appellantur ſtolide tumentia, a tumore pulmonum. *Plin. l.*15. *c.*14. Stolide tument pulmonea. ¶ Pedes pulmonei, qui tumidi ſunt. *Plaut. Epid.*5. 1. 21. Pulmoneum vomitum vomere. *Id. Rud.*2. 6.27.

Pulmuncŭlus, i, m. dimin. parvus pulmo. *Solin. c.*62. (al.49.)

Pulpa, æ, f. *polpa*, בָּשָׂר, Ger. *fleiſch ad. mauen, ſtone fein*, Gal. *la chair ſans os, le muſcle*, Hiſ. *pulpa*, pars carnoſa in corpore animalis, a *palpo*, ſive *palpizo*, quia caro ſine oſſibus mollis eſt, ac tremula. *Mart. l.*3. *ep.* 77. Et pulpam dubio de perafone voras. ¶ Translate *Perſ. ſat.*2. *v.*63. Quid juvat hoc, templis noſtros immittere mores, Et bona Diis ex hac fœlerata ducere pulpa? *h. e.* ex corpore, & carne noſtra vitiata libidinibus, & cupiditatibus. ¶ Etiam ad arbores transfertur. *Pl. l.*16. *c.*38. In quarumdam arborum carnibus pulpæ, venæque ſunt. Diſcrimen earum facile; Venæ latiores, candidioreſque, pulpæ ſiſſilibus inſunt. *Et i. infra.* Quibuſdam pulpa ſine venis mero ſtamine, & tenui conſtat. Hæc maxime ſiſſilia. Alia frangi celeriora, quam findi, quibus pulpa non eſt, ut oleæ, vites.

Pulpāmen, inis, n. pulpamentum, pulpa. *Epitome Livi l.*48. Maſaniſſa ſine pulpamine mandere, & guſtare panem tantummodo ſoliius.

Pulpamentum, i, n. pulpa, pars carnoſa animalis, qualis eſt v. gr. in leporis parte poſteriore. Hinc illud proverbium apud *Terent. Eun.* 3.1.16. Lepus tute es, & pulpamentum quæris. V. Lepus. ¶ Sumitur & pro quovis cibo delicatiore. *Plaut. Curc.* 1. 1. 90. Vulris ne olivas, aut pulpamentum, aut gapparim? Adde *Strich.*5.4. 31. ubi aliquid obſceni latere videtur.

Pulpĭto, as, a. 1. aſſeribus, aut trabibus in modum pulpiti ædificio, fulcio. *Sidon. l.*8.*ep.*12. Hic pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpitabuntur.

Pulpĭtum, i, n. *pulpito*, דּוּכָן Ger. *predigſtuel*, Gal. *chaire à prêcher*, Hiſp. *pulpito*, βῆμα, ſuggeſtus, locus editus, unde termo habetur ad populum, vel unde ſpectatur in vias, &c. *Suet. de Gramm. c.*4. Poſt meridiem remoto pulpito declamare ſolitum. ¶ Item locus editus ante ſcenam, in quo mimi, & hiſtriones agunt, Συμέλη. *Juven. ſat.*3. *v.*174. Redit ad pulpita notum exodium. *Pl. l.*4. *ep.* 25. Ludibria ſcena, & pulpito digna.

Pulpo, as, n.1. vox exprimens cantum vulturis, carnem, & cadaver veluti poſcentis. *Aët. carm. de Philum. v.*27. Dum clangunt aquilæ, vultur pulpare probatur.

Pulpōſus, a, um, adj. *polpoſo*, pulpa abundans, carnoſus, *Apul. l.*7. *Met.* Terga pulpoſis totulis obeſa.

Puls, tis, f. πόλτος, πόλτη, cibi genus ex leguminibus in aqua coctis. A quibuſdam definitur cibus ex aqua, & farina conſtans, additis interdum ovis, melle, caſeo. Verum hoc paſto videtur confundi cum placenta. Itaque prima deſcriptio verior eſt: neque enim credibile eſt, priſcos illos homines tot condimenta in quotidianis cibis adhibuiſſe. Narrat autem *Pl. l.* 18. *c.*8. pulte, non pane, vixiſſe longo tempore Romanos. *Juv. ſat.* 11. *v.*58. pultes Coram aliis dictem puero, ſed in aure placentas. *Idem ſat.*14. *verſ.*170. *de victu priſcor. Rom.* A ſcrobe, vel fulco redeuntibus altera cœna Amplior, & grandes ſumabant pultibus ollæ. Adde *Perſ. ſat.*6. *v.*140. ¶ Hoc cibi genere pullos etiam nutriebant, ex quibus auſpicia eſſent capturi; quibus ſi inter veſcendum ore aliquid excidiſſet, tripudium eſſe dicabatur, omenque fauſtum. *Cic.*2. *Div.c.*35. Nunc vero incluſa in cavea, & fame enecta ſi in oſſam pultis invadit, hoc ut auſpicium, &c. Adde *Feſtum*.

Pulsabĭlum, i, n. inſtrumentum, quo fides pulſantur. *Apul. l.*2. *Florid.* Dextera pulſabulum citharæ admovet, ceu parata percurere.

Pulsātio, onis, f. *batrimento*, πρόσκρουσις, actus pulſandi. *Liv.l.*31.*c.*39. Et majore cum ſonitu, quam vulnere ullo pulſatis ſcutorum paruper ſuccedentes Romanos tenuit. Adde *Cic. pro Cal.c.*10.

Pulsātor, oris, m. πρόσκρουσις, qui pulſat. *Vet. Fiſcc. f.* 5. *verſ.* 694. Citharæ pulſator Apollo.

Pulsātus, a, um, *battuto*, κεκρουσμένος. *Pl.l.*12.*c.*9. Eædem mari advenienti fluctibus pulſatæ, reſtituere immobiles. *Virg. l.*3. *Æn.v.*555. Pulſata ſaxa. *Id.*6. *Æn.v.*608. Hic quibus inviſi fratres, dum vita manebat, Pulſatuſve parens.

* Pulſim, pellendo. *Nigid* apud *Non.c.*2. *n.*281.

* Pulſio, onis, f. actus pellendi, impulſio. *Apul.l.*4.*p.*129.

Pulſo, as, avi, atum, a. 1. *battere, percuotere*, תָּכָה, Ger. *beſtig ſchlagen, treiben, ſtoſſen*, Gal. *eurter, battre*, Hiſ. *herir, golpear*, κρούω, τύπτω, ſæpe percutio, verbero, freq. a *pello*. *Ter. Adel.* Sed quis hoc oſtium pulſavit? *Cic.1. de nat. Deor. c.* 41. Cum ſine intermiſſione pulſetur. *Id.* 7. *Ver.c.*59. Sex lictores circumſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi. ¶ Speciatim dicitur de fidibus, vel aliis inſtrumentis muſicis, pro chordas digitis, vel plectro attrectare, ut ſonum reddant. *Virg. 6. Æn. verſ.* 647. Jam pectine pulſat eburno. ¶ Translate ſumitur pro perturbare, vexare. *Plaut. Epid.*4.1.3. Qui in unum multa conſiuunt, quæ meum pectus pulſant. *Virg.* 12. *Æn.* Pulſatos referens infecto fœdere Divos. *h. e.* violatos. *Claud. de 8. Gildon.v.*169. Quiſquis vel locuples, vel pulchra conjuge notus, Crimine pulſatur falſo.

Pulſuōſus, a, um, adj. pulſibus plenus, ut pulſuoſus dolor. *Cal. Aur. Acut.l.*2.*c.*14

Pulſus, us, m. *batimento*, עֹלְקִים, πρόσκρουσις, actus pellendi, ictus, impulſio. *Cic.* 3. *Tuſc.c.*23. Inanimum eſt omne, quod pulſu agitatur externo. *Sil.l.* 14. *v.* 488. ſenis ductor Rhætæus ibat pulſibus, & valido ſuperabat remige ventos. ¶ A Medicis item pulſus vocatur, motus arteriarum ex ſpiritus reciprocatione, & ed ſyſtole, diaſtoleque cordis proficiſcens, *palſo*, σφυγμός. *Pl. l.*11. *c.*37. Arteriarum pulſus in cacumine maxime membrorum evidens, index fere morborum. *Id. l.*29. *c.*1. Pulſus venarum.

Pulſus, a, um, partic. *battuto. Propert. l.* 3. *eleg.* 13. Arte pulſa fides. ¶ Item expulſus, impulſus. *Virg.* 1. *Æn. v.*382. Pulſus corde dolor. *Vellej. l.*2. *c.*26. Pulſus acie a Sylla.

Pultārius, ii, m. ἐψητήριον, vas, in quo puls decoquitur. *Col. l.*12. *c.* 11. Caliculus quoque, aut pultarius oris compreſſioris ei ei commode aptatur. *Plin. l.*7. *c.*53. Calidam potionem in pultario poposcit.

Pultārio, onis, f. idem ac pultarius. *Plaut. Truc.*2.2.3. Quid tibi ad haſce acceſſio eſt ædes, aut pultario?

Pulticŭla, æ, f. πολτάριον, dim. a *puls*. *Col. l.*8. *c.* 11. Nec minus quolibet ſtrumento ſocta pulticula. Adde *Pl. l.*26. *c.*8.

Pultifĭcus, a, um, adj. ut pultificum far, hoc eſt ex quo fit puls. *Auſon. in Technopæg. c. de cibis.*

Pultiphagonīdes, m. i. idem ac pultiphagus. *Plaut. in prol. Pœn. v.* 53. Carchedonius vocatur hæc comœdia, Latine Plautus, Farrypus pultiphagonides.

Pultiphăgus, a, um, qui pultæ veſcitur, vox hybrida, ex Latino *puls*, & Græco φαγεῖν, veſci. *Plaut. Moſt.*3.2.143. Pultiphagus opifex. ¶ Legitur & *pultifagus*.

Pulto, as, a. 1. idem ac pulſo. *Ter. Adel.*4.4.24. Ubi pultare hæſce ocyipio fores, *Plaut. Mil.*2. 2.47. Pultare pectus digitis.

Pulver, ris, idem ac pulvis. *Apul. de herb. c.* 35. Herbæ pulveꝛ vino exhibitus. Adde *Theodor. Priſcian. l.*1. *c.* 30.

Pulveratĭca, æ, f. & Pulveraticum, i, n. quod agrimenſoribus pro ſabure, ac pulvere ſolvebatur, a *pulvere*. Uſi *Theodoſius*, & *Valentinianus in conſtitutione apud Jul. Frontinum de limit. agror. & Leg.*16. *Cod. Theodoſ. de Tironibus*.

Pulveratĭo, onis, f. foſſio vineæ, quæ fiebat ſereno cælo in ſicca tellure ad excitandum pulverem, quo uvas faciliùs a Sole coqui putabant. *Virg.*2. *Georg.v.*418. Sollicitanda tamen tellus, pulviſque movendus. Ubi *Servius*, Hoc genus culturæ pulveratıonem vocant proprie, quo imminutæ glebæ ad vites applicantur. *Col, l.*11. *c.*2. Sed frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant ruſtici occaſionem, cum omnis glæba in vineis refringitur, & reſolvitur in pulverem.

Pulverĕus, a, um, κονιοτάλος, quod eſt ex pulvere, ut Nubes pulverea, ideſt ex pulvere moto excitata. *Virg.*8. *Æn.v.*593. Oculiſve ſequuntur Pulveream nubem. ¶ Nonnunquam idem eſt ac pulverulentus, ideſt pulvere plenus. *Ov.*7. *Met.v.*133. Pulvereum ſolum. ¶ Æquor pulvereum, circus, ubi pugnatur. *Stat.*11. *Theb. v.* 403. Jamque in pulvereum, Furiis hortantibus, æquor Proſiliunt.

Pulvĕro, as, a. 1. *polverizzare, riduerre in polvere*, דָּקַק, Ger. *zu pulver ſtoſſen, zu ſtaub machen*, Gal. *pouder, pulveriſer*, Hiſ. *empolvorar, polvorear*, κονίω, in pulverem redigo, glebas comminuo, & in pulverem reſolvo. *Col.l.*11. *c.*2. Priuſquam vineæ pulverentur. V. *Pulveratio*. ¶ Sumitur etiam pro pulverem excitare, pulvere conſpergere. *Pl l.*17. *c.*9. Pubeſcentesque pavas pulverent. *Calpurn. ecl.* 5. *v.* 88. Et fragiles nimius Sol pulverat herbas. ¶ Eſt etiam verbum neutrum, pro pulvere plenum eſſe, ſeu pulvere fædari. *Plaut. apud Gell.*18. *c.* 12. Exi, Dave, age, ſparge; mundum eſſe hoc veſtibulum volo; Venus ventura eſt noſtra, nolo hoc pulveret. Sed facile etiam ſubaudiri poteſt *illam*; quo modo activum erit.

Pulverulentus, a, um, κονιορτώδης, pulvere plenus. *Cic. Aſt. l.*5. *ep.*14. Nunc iter conficiebamus æſtuoſa, & pulverulenta via. *Quinct. l.*5. *c.*10. Iter pulverulentum. *Ovid. l. Amor. eleg.* 15. *v.*4. Præmia militiæ pulverulenta ſequi, *h. e.* plena laboris, & pulveris.

Pulvillus, i, m. *piumacciuolo*, dimin. a *pulvinus*, ut Serici pulvilli, ſerico pano obducti. *Horat. epod.* 8. Quid, quod libelli Stoici inter ſericos jacere pulvilli los amant?

Pulvinar, aris, n. *guanciale, piumaccio*, כֶּסֶת, Ger. *hauptkuſſen*, Gal. *oreiller*, Hiſ. *almohada*, προσκεφάλαιον, id, quo dormientium capita ſuffulciuntur. *Perottus* cenſet pulvinar dici quaſi pulminar, a *plumis*, quibus farcitur. Utebantur autem pulvinaribus potiſſimum lauriſimi quique, præſertim in lecto conjugali. *Ov. l.* 2. *de Pon.p.*2. *v.*71. Incolumis conjux ſua pulvinaria ſervat. ¶ Differunt *pulvinar*, & *pulvinus*, quia *pulvinar* eſt, quod dormituri capiti ſupponimus, *pulvinus*, quo in ſedendo utimur. Sed tamen pulvinar interdum pro pulvino reperitur. *Ov. l.* 1. *de Ar. Am.v.*660. Fuit utile multis pulvinar facili compoſiſſe manu. Loquitur de iis officiis, quæ in circo ſpectantibus mulieribus ab amatoribus præſtari conſueverunt. ¶ Pulvinaria etiam dicebantur lecticæ molli tomento farti, qui Diis in templis ſternebantur, decreta ſupplicatione, iisque ſimulacra imponebantur. V. Lectiſternium. *Cic. pro Dom.c.* 53. Aram, & ædiculam, & pulvinar ſub ſaxo ſacro dedicavit. *Liv. l.*22. *c.*10. Curatum lectiſternium, & per triduum habitum, Decemviris ſacrorum curantibus, & pulvinaria in conſpectu fuere Jovi, & Junoni, alterum Neptuno, & Minervæ, tertium Marti, & Veneri, quartum Apollini, & Dianæ, quintum Vulcano, & Veſtæ, ſextum Mercurio, & Cereri. *Cic.*3. *Catil.c.* 10. Quoniam ad omnia pulvinaria ſupplicatio decreta eſt.

Pulvināris, re, adj. ut pulvinaris pica, quæ in pulvinis arenæ ſedet. *Petr. in fragment. Tragur. c.*37. *Burm.*

Pulvinārium, ii, n. idem ac pulvinar. *Liv. l.*21. *c.*62. Et corvum in ædem Junonis devoliſſe, atque in ipſo pulvinario conſediſſe. ¶ Ponitur etiam pro pulvino arenario, ideſt eminentia durioris arenæ, quæ fluctibus venientibus, & in ſalum redeuntibus in modum ſaxi denſatur. *Plaut. Caſ.* 2. 3.27. Subducam pavem ruſſum in pulvinarium.

* Pulvinarius, a, um, pulvinaris. *Prud. in Roman. periſteph. ult.v.*1056.

Pulvinātus, a, um, προσκεφαλαιώδης, quod eſt ad ſimilitudinem pulvilli convexum, vel molle. *Pl.l.*17. *c.*22. Cliviola loca aliores poſcunt ſcrobes, præterea pulvinaris a devexitate labris. *Id.l.*15. *c.*22. Gemino pro tectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei paramipis. ¶ Pulvinaræ columnæ dicuntur, quæ pulvinum habent, ideſt partem illam inter abacum, & echinum, unde voluta propender. *Vitr. l.*4. *c.* 1. & *l.*3. *c.ult.*

* Pulvinenſis, apud quem vel quam pulvinar eſt, ut Bellona pulvinenſis, *Gruter. p.*313.*n.*1. V. *Serv. ad Virg.*3. *Georg.v.*533.

Pulvinillus, i, dim. a *pulvinus*. *Col. de arbor. c.* 10. Ab inferiori autem pulvinuli altiores excitentur.

Pulvinus, m. *cuſſino*, נִמֶת, Germ. *das kiſſuſſin*, Gal. *couſſin*, Hiſp. *almohada de eſtrado*, κνέφαλον, lectulus exiguus, lana, vel tomento, vel pluma, aut alio genere hujuſmodi plenus, quo utimur in ſedendo. *Cic. 1. de Orat. cap.*7. Tum Craſſum: Imo vero commodius etiam, pulvinoſque popoſciſſe, & omnes in iis ſedibus, quæ erant ſub platano, confeſſiſſe dicebat. *Idem* 7. *Ver. cap.* 11. Nam lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, Melitenſi roſa farctus. ¶ A pulvini domeſtici ſimilitudine pulvinus ab agricolis vocatur porca, ſive areola, ſive ſulcorum eminentia, terra, inquam, eminens, & protuberans inter duos ſulcos. *Colum. lib.* 5. *cap.* 10. Omnium generum ramos circa Calendas Martias in hortis per pulvinos arearum diſponere convenit. ¶ A nautis quoque ita vocatur eminentia durioris arenæ, quæ fluctibus venientibus, & in ſalum redeuntibus denſatur, vulgo *Banchi*. *Serv. ad* 10. *Æneid. verſ.* 305. ¶ Hinc ita appellatur quælibet ſtructura in aqua, ex arena, aut cæmentis. *Vitr. l.*5. *cap.* 12. Tunc ab ipſa terra ſine crepidine pulvinus firmiſſime ſtruatur. ¶ Ab eodem *Vitr. l.*10. *c.*15. pulvinus dicitur baſis, & veluti cubile, in quo catapulta ſedet. *V. Bal. in Lex. Vitr.*

Pulvis, eris, m. & f. *polvere*, עָפָר, Ger. *ſtaub*, *puſſer*, Gal. *pouſdre*, Hiſ. *polvo*, κόνις, terra minuta, & arida. *Propl. l.*1. *el.*21. *v.*6. Sis mihi perpetuo pulvis Herruſca dolor. *Hor. l.*1. *ſat.* 1. Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum collegiſſe juvat. ¶ Per Synecdochen, vel Metonymiam ponitur pro loco certaminis. *Cic.*3. *de Leg. c.*6. Doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in Solem atque pulverem, ſed in ipſum diſcrimen aciemque perduxit. ¶ Translate ſumitur pro arte. Hinc in fuo pulvere currere, eſt in ſuâ materia ſcribere, ſeu in ea verſari, in qua quis plurimum valeat. *Ov.*2. *Faſt.v.*360. Inque ſuo noſter pulvere curret equus. ¶ Per Metalepſin capitur pro labore, negotio, difficultate. Hinc *Cirro* ærumpnæ aliquid contingere dicitur, quo quis facile, citraque negotium poſitur. *Hor. l.*1. *ep.*1. *v.*51. Cui ſit conditio dulcis ſine pulvere palmæ. V. *Aconiti*. ¶ Poetæ interdum genitivo ſingulari *pulvis* utuntur. *Catul. carm.*60. *Nup. v.*206. Ilia pulvis Erythræi, ſiderumque micantium ſubducat numerum prius. Alii tamen leg. pulveris *æthery*, vel *enthei*.

Pulvisculus, i, m. κονιορτίδιον, dim. a pulvis, ut auratilis pulviſculus. *Solin. c.*25. (al.15.) ¶ Speciatim dicitur de eo pulvere, quo mulieres utuntur, vel ut cutis colorem commendent, vel ut dentibus candorem inducant. *Apul. in Apol.* Tenuem, candiſcum, nobilem pulviſculum. ¶ *Cum pulviſculo* diſimus, quoties omnia ſic tolluntur, ut nihil ſit reliqui, ne pulvis quidem. *Plaut. Rud.*3.6.7. Converret jam hic me torum cum pulviſculo. *Id. Trucul. prol. v.* 19. Quo citius rem ab eo auferat cum pulviſculo. ¶ In neutro gen. *Hieronym. adv. Vigilant. c.* 2. Pulviſculum neſcio quod.

Pumex, icis, m. *pomice*, Ger. *bims*, *od. reibſtein*, Gal. *pierre ponce*, Hiſ. *eſponia*, πῆτα σποδός, lapis cavernoſus, in mari creſcens, & aquis innatans, ad corpora lævigandas laudatiſſimus. *Plaut. Aul.* 2. 4. 18. pumex non æque eſt aridus, atque hic eſt ſenex. *Virg.*12. *Æn.* Inciuſas ut cum latebroſo in pumice paſtor veſtigavit apes. ¶ *Lævis pumice*, prov. pro molli, & effœminato ponitur. *Juv. ſat.*9. *v.*95. Nam res mortifera eſt inimicus pumice lævis. ¶ *A pumice aquam poſtulare*, prov. pro fruſtra ab alio petere, cujus ipſe, a quo petas, maxime ſit indignus. Nihil enim pumicis lapide ſiccius. Itali dicunt eodem ſenſu, *voler cavar dalla rapa ſangue*. *Plaut. Perſ.*1. 1. 42. Nam tu aquam a pumice nunc poſtulas. ¶ Reperitur etiam gen. fœm. *Catull. carm.* 1. Cui dono lepidum novum libellum arida modo pumice expolitum Corneli?

Pumicātus, a, um, *puliro, liſcio*, qui corpus pumice lævigat. *Plaut.*11.2. Qui titulus a vita hominis compti ſemper, & pumicati non abhorrebat.

Pumicēus, a, um, quod ex pumice, vel quod ad ſimilitudinem pumicis factum eſt. *Plaut. Pſeud.*1. 1.73. Pumiceos oculos habeo, non quos lacrymas exorare. *Stat.l.*3.*ſil.* 1.*v.*144. Antra pumicea.

Pumĭco, as, a. 1. *polire*, πιτυρόω, pumice polio, lævigo. *Lucil.l.*7. *Sat.* Scabor, ſubvellor, deſquamor, pumicor, ornor. *Tibul. l.* 3. *el.*1. Pumicet, & canas tondeat ante comas. Alii rectius leg. *pumex & Leg.*16. *Cod. Theodoſ. de Tironibus*.

Pumicōſus, a, um, *ſimile a pomice*, Ger. *volgelechert, wie die tragſtein*, Gal. *reſſemblant à pierre ponce*, Hiſ. *eſponjoſo*, πιτυρώδης, quod pumicis naturam, vel ſimilitudinem habet. h. e. rarum, & cavernoſum. *Plin. l.* 17. *c.*5. *de terra*. Aridæ, miſtiuloſæ, ſcabræ, caneſcentis. exeſæ, & pumicoſæ. *Id. l.* 32. *c.*8. Quartum pumicoſius, ſpongiæque putri ſimile, pene purpureum.

Pumĭlio, onis, m. *nano*, גַּמְד, Ger. *ein zwerg*, *miſſgewechſſ*, Gal. *ein nain*, Hiſ. *enano, viejo*, homo parvæ, & humilis ſtaturæ, a πυγμαχίων. Nam idem eſt ac Pygmæus. *Gel. lib.*19. *c.* 13. Quos pumiliones dicimus, Græci νάνους appellant. *Mart. l.*14. *ep.*213. Parma tibi ſcutum pumilionis erit. ¶ Transfertur etiam ad aves, aliaque cujuſvis generis animalia humilis ſtaturæ. *Col.l.*8. *c.*2. Pumiliones aves, niſi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter aſtium reditum nimium probo. *Plin. l.*10. *c.*56. *de gallinis*. Eſt & pumilionum genus non ſtertile in iis, &c. ¶ Dicitur & de plantis. *Pl. l.*12. *c.*2. *de chameplatano*: Hoc quoque ergo in genere pumilionum inſelicitas dicta erit.

Pumĭlus, a, um, idem ac pumilus, ut aliqui uſurpant. *Suet. in Aug. c.*83. Pumilios, & diſtortos abhorrebat. Alii rectius leg. *pumilos*.

* Pumilis. V. Pumilus.

Pumĭlo, onis, m. idem ac pumilio. *Stat.*1. *Sylv.*6. *v.*57. Hic audax ſubit ordo pumilonum, Quos natura brevi ſtatu peracto Nodoſum femel in globum ligavit.

Pumĭlus, i, m. idem ac pumilio. *Stat.*1. *Sylv.*6. *v.*64. Caſuræque vagis grues ſapinis Mirantur pumilos ferociores. *Suet. in Aug.c.*83. Nam pumilos, & diſtortos, & omnes generis ejuſdem, ut ludibria naturæ, malique ominis, abhorrebat.

Pumŭla, æ, f. genus vicis, in agro Amiternino præcipue naſcentis. *Pl. l.*14. *c.*3.

Pūncta, æ, f. *colpo di punta*, ictus, qui punctim infertur; quemadmodum *caſa* eſt ictus cæſim inflictus. *Veget. l.*1. *c.* 12. V. *Caſa*. ¶ Alio ſenſu *Frontin. de aquæd. art.* 115. Etiam ille Aquiarıorum tollendus eſt reditus, quem vocant punctam. Ita quædam Edit. ſed rectius alii *puncta*, hoc eſt exigua lumina, ſeu exiles modulos, per quos aqua ex aquæductibus erogabatur: quos *Id.* ita appellat etiam *artic.* 25. Pergic vero a *loco prius cit.* docens Servos a *punctis* appellatos fuiſſe, qui hujuſmodi exilibus modulis præerant: qui aliquando lucri cauſa fiſtulas latentes ſub filice coavulnerabant, & pecuniam præbentibus aquam præbebant: quo efficiebatur, ut exiguus aquæ modus ad uſus publicos perveniret.

Puncticŭla, æ, f. levis pugna. *Feſt.* Punctariolas, leves pugnas appellat Cato in ea, quam dixit de re Hiſtoria militari.

Punctātim, adv. per puncta, conciſe, breviter, ut punctatim ſub mentis oculos redigere. *Claud. Mamert. de ſtatu anim. l.*3. *c.*14.

Punctillum, li, n. *punzolino*, punctulum. *Colim. c.*15. (al.25.) *ad fin de cyaneo lapillo*: Mares punctillis ad gratiam interlucentibus auratilis pulviculus variat.

Punctim, adv. *di punta*, *di ſtoccata*, Ger. *mit ſtichen, ſtichſweiſſ*, Gal. *pointe, d'erre, en piquant*, Hiſ. *à eſtocadas*, στίγδην, per punctiones infixioneſque gladii, ſive pungendo. ut *cæſim*, cædendo. *Liv.l.*22. *c.*46. Hiſpano punctim magis, quam cæſim, aſſueto petere hoſtem.

Punctĭo, onis, *puntura*, στίξις, actus pungendi. *Pl. l.* 25. *c.*13. Bibitur & contra ſerpentes, & ante ſectiones, punctioneſque, ne ſentiantur.

Punctiunclla, æ, dim. a *punctio*. *Sen.l.*3. *de Ira*. Magis ignoſco ei, qui vulnus inimici, quama qui punctiunculam contupiſcit. Adde *ep.*53.

Punctŭlum, i, n. punctiuncula. *Apul. l.*2. *A. A.* Plychen innoxio punctulo ſuæ ſagittæ ſufcitat.

Punctum, i, n. *punto*, נְקוּדָה, Ger. *ein punct*, *kipfſtein*, Gal. *un point*, Hiſp. *punto*, στιγμή, σημεῖον, eſt ſignum in magnitudine individuum, vel, quod idem eſt, minima, individuaque lineæ pars, nullam neque longitudinem habens, neque latitudinem, neque profunditatem. *Cic.*4. *Acad.c.*36. Punctum eſſe, quod magnitudinem nullam habeat. *Id. in Somn. Scip. c.*3. Quo quaſi punctum ejus attingimus. *Man.l.*4. *ad fin.* Sic adamas, punctum lapidis, pretioſior auro eſt. *h. e.* lapidis pars valde exigua. ¶ Dicitur etiam de tempore, & fumirur pro horæ momento. *Cic. pro Cluent.* Neque poſtea punctum eſt temporis commoratus. *Horat. l.*3. *ep.*2. *v.* 172. punctum horæ. *Lucret. l.*2. *v.*263. patefactis tempore puncto carceribus. ¶ Accipitur quoque pro ſuffragio, & favore, quoniam veteres ſuffragia non ſcribebant, ſed puncta notabant. *Cic-pro Mur. c.* 34. Quantum hæ quæſtiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint, ideſt ſuffragiorum in Comitiis. *Id. pro Planc. c.* 22. Diures te teſtes habere, quam quot in ea Tribu puncta tuleris. *Hor. in Arte v.*343. Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci, *ideſt* ſuffragia omnium tulit. ¶ In ludo talorum, ſeu teſſerarum punctum ſignificat numeri unitatem. *Mart. lib.*14. *ep.*17. Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto. *h. e.* teſſera quæ habet duodecim puncta duodecim numeros ſignificantia. *Suet. in Nero c.*30. Quadringenis in punctum HS. aleam luſit. *h. e.* in ſingula talorum puncta: vel etiam fortaſſe in ſingulos talorum jactus. ¶ Reperitur etiam pro punctione. *Pl.l.*8. *c.*50. Oculos ſuffoſos capra junci puncto ſanguine exonerat, caper rubi. ¶ *De punctis* in aquæductibus, & de ſervo *a punctis* V. *Punctia*, *æ*.

Punctūra, æ, idem ac punctio. *Firmic.l.*8. *c.*21. Viri punctura teli morientur.

Punctus, i, m. idem ac punctum. *Pl. l.*2. *c.*68. Non aliud eſt terra univerſa, quam mundi punctus.

Punctus, us, m. idem ac punctio. *Pl. l.*29. *c.*6. Muſtelæ etiam, oculis punctu erutis, ajunt viſum reverti.

Punctus, a, um, *punto*, κατανενυγμένος, partic. a pungor. *Cicer. pro Mil. c.* 24. Vulnus acu punctum. ¶ *Lucr. l.*4. *v.*214. Jamne vides igitur, quam puncto tempore imago Æetheris ex oris ad terraram accidat oras? *hoc eſt* quam brevi tempore. *Id.l.*2. *v.*263. patefactis tempore puncto carceribus.

Pungens, entis, o. partic. a pungo. *Plin.l.*16. *c.*24. Pungentia folia pino.

Pungo, is, pupŭgi, punctum, a. 3. *pungere*, תָּמַאי, Ger. *ſtupffen*, *techen*, Gal. *poindre, piquer*, Hiſ. *ponzar*, τύπτω, cuſpide, vel aculeo ictum infero, ab antiquo *pugo*, quod a πύγη, *figo*. *Cic. pro Sext.c.*10. Gladius, qui per ſe pungere non poteſt. ¶ Translate ſumitur pro cruciare, agritudine afficere, lædere, &c. *Cic. pro R. Am.c.*2. Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies, noctéſque ſtimulat, ac pungit, ut evellaris, poſtulat. *Id.l.*7. *Fam.ep.*15. Pungit me rurſus, quod ſcribis, eſſe te iſtic libentem. *Id.*3. *Tuſc.c.*34. Si ignominia pungit, ſiquid tenebrarum effudit exilium. ¶ *Pungi* pro pupugi dixere veteres, teſte *Gell. l.*7. *c.*9. ¶ *Punxi*, pro pupugi affert *Diomm. Grammat.l.*3. *p.*369. ſed ſine exemplis.

Punicans, antis, o. idem ac Puniceus. *Apul.l.*3. *Met. ſub init.* Commodum punicantibus phalleris Aurora roſeum quariens lacertum, cœlum inequitabat.

Punicānus, a, um, quod eſt Pœnorum, vel quod ex regione Punica affertur, ut Punicani lecti, ideſt qualibus uri Pœni, feu Carthaginienſes ſolebant. *Cicer. pro Mur. c.* 36. Strravit pelliculis hœdinis lectos Punicanos.

Punice, adſt. Pœnorum more, vel lingua. *Apul. in Apol.* Loquitur nunquam niſi Punice. *Plaut. Pœn.*5.2.23. Punice pergam loqui.

Puniceus, a, um, adj. *Carthagineſe*, idem quod Punicus. *Ov. in Ibin, v.* 283. *de M. Regulo*: Vel quæ, qui redimi Romano turpe putavit. A duce Puniceo pertulit, ipſe feras. ¶ Puniceus color eſt color flammeus, ſeu rubeus, & rutilans, qualis eſt ſanguinis, & violarum flammantium, *roſſi*, *viſplendente*, *roſſo carico*. *Virg.* 12. *Æneid. v.* 77. Puniceis invecta rotis aurora rubebit. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 607. Puniceus cruor. *Plaut. Rud.*4. 3.71. Tu niſi caves, fiet tibi puniceum corium, poſtea atrum denuo. *h. e.* primo tibi tergum flagris rubebit, deinde atrum fiet. V. *Phœnicus*.

Puniceum, i, n. *Feſt.* Punicum quod appellatur, genus libi, translatum a Pœnis.

Punicus, a, um, λιβυκός, Libycus, Carthaginienſis a *Pœnus*, quaſi Pœnicus. *Virg.* 1. *Æn. v.*342. Punica regna vides. ¶ *Punica fides*, proverbialiter pro fide levi, & inconſtanti ponitur. Pœnorum enim perfidia in proverbium abiit, quod ea gens peculiariter vanitatis, & perjurii notam ſit. *Liv.*2.21. *c.*4. Has tantas viri virtutes ingehia vitla æquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil veri, nihil ſancti. *Salluſt. in Jug.c.* 116. Comperio, Bocchum magis Punica fide, quam ab ea, quæ prædicabat, ſimul Romanos, & Numidam ſpe pacis detinuiſſe. ¶ *Malum Punicum*, idem ac pomum gran

Purgātor, oris, m. qui purgat, ut purgator cloacarum. *Jul. Firmic. l. 8. c. 20.* Hercules purgator ferarum. *Apul. in Apol.*

Purgatorius, a, um, adj. *purgativo*, purgandi vim habens, καθαρτικός, ut purgatorium medicamentum. *Symmach. l. 6. ep. 64.*

Purgātrix, icis, f. quæ purgat. *Tert. de baptismo c. 5.* Purgatrice aqua se expiare.

Purgātus, a, um, nom. ex participio *purgato*, *mondo*, *puro*. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 7.* Est mihi purgatam crebro qui personet aurem. *Id. l. 2 sat. 3. v. 27.* Et morbi miror purgatum te illius. *Sallust.* apud *Non c. 4. n. 205.* Ita fiducia, quam argumentis purgatiores dimittunt. *h. e.* a metu liberiores. *Pers. sat. 2. v. 57.*

Purgito, as, a. i. frequentat. a purgo. *Plaut. Aulul. 4. 10. 23.* Non mihi homines placent, qui quando malefecerunt, purgitant. *h. e.* excusant se.

Purgo, as, avi, atum, a. 1. *purgare*, *nettare*, נקה, טהר, Germ. *reinigen*, *saüberen*, Gall. *purger*, *nettoyer*, Hisp. *purgar*, *alimpiar*, καθαίρω, fordibus libero, mundo. *Ter. Adel. 3. 4. 12.* Pisces cæteros purga, Dromo. *Cic. de Div.* Quid scamoneæ radix ad purgandum possit. *Id. Tusc. 1. c. 23.* Immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. *Id. 2. de nat. Deor.* Cervæ paulo ante partum purgant se quadam herba, quæ selselis dicitur. ¶ Purgari morbi. *V. Purgatus.* ¶ Purgare alvum, est alvi sordes medicamento expellere. *Cic. 1. de nat. Deor.* Vomitione canis purgare alvos ibes Ægyptiæ dicuntur. ¶ Purgare fastidium, est curare, & ei remedium adhibere. *Plin. l. 8. c. 27.* Palumbes, graculæ, merulæ, perdices lauri folio annum fastidium purgant. ¶ Purgare capitur pro excusare. *Cicer. pro R. Am.* Servos ipsos neque arguo, neque purgo. *Id. l. 12. Fam. ep. 25.* Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. ¶ Item pro diluere. *Cic. pro Cluentio. c. 1.* Quam quantum defensor purgandis criminibus consequi, & dicendo probare potuerit. *Tacit. 4. Ann. c. 42.* Purgare probra. ¶ Purgare rationes, est superfluas decidere, inutiles expensas tollere, rationes componere. *Sueton. in Caligula. c. 29.* Decimo quoque die numerum puniendorum subscribens, rationem se purgare dicebat.

Purificātio, onis. f. *purificatione*, καθαρμός, actus purificandi. *Pl. l. 15. c. 30.* Eadem & purificationibus adhiberur.

Purificatus, a, um, *purificato*, purgatus, expiatus, lustratus. *Pl. l. 30. c. 10.* Domus sussitæ & purificatæ. *Es c. 11.* Pedes aqua purificati.

Purifico, as, avi, atum, a. 1. *purificare*, *purgare*, *nettare*, καθαίρω, mundo, purum facio. *Pl. l. 10. c. 41.* Excutiunt se fe, & circumactæ purificant. *Gell. lib. 19. c. 12.* Purificare agrum. *Sueton. in Aug. c. 94.* Illam expergefactam quasi a concubitu mariti purificasse se.

Purificus, a, um, adj. puros faciens. *Claudian. de 6. Conf. Honor. v. 328.* Purificumque Jovem, Triviamque precatus. Alii leg. *terrificum*. *Lactant. l. 4. c. 15.* Purificī roris perfusio. Est qui legit *purificati*; sed minus recte, & contra quam plurium MSS. fidem.

Purĭme, adv. idem ac purissime, apud vet. *Fest.*

Purĭtas, atis, *puritè*, נקיון, טהרה, καθαρότης, εἰλικρίνεια, munditia, simplicitas. *Pallad. in Oct. tit. 14.* Mox sumere puritatem, colarique debere, & in usum referri. *Capitolin. in Vero, c. 3.* Amavit simplicitatem ingenii, puritatemque vivendi. Adde *Arnob. l. 5.* & *Macr. l. 1. in somn. Scip. c. 11.* ¶ Pro purulentia. *Cœl Aurel. Tard. l. 5. c. 9.* Sanguinis puritas.

Puriter, adv. idem ac pure. *Cato c. 23.* Succum puriter omnium dierum pariter in dolia dividito. *Catul. carm. 39. de Egnatio.* Qui puriter lavit dentes. *Id. carm. 77.* (al. 75.) Si vitam puriter egi.

Puritĭes, ei, f. puritas, mundities. *Varr. in fragment. Satyr. Menipp.* A cælatura exulum, ab ornatu græce κόσμος, latine a puritie mundus.

Puro, as, a. 1. *purificare*, καθαίρω, purum facio, purgo, lustro, expio. *Plaut. Aul. 2. 3. 3.* Vascula intus pura propere. Alii leg. *pura propera*, vel *pure propera*. Addunt quidam legi hanc vocem & apud *Varron.* & *Cæsar. in Adruita*, quæ nos loca non vidimus.

Purpŭra, æ, f. *purpora*, ארגמן, Ger. *purpur*, *meerschneck*, Gal. *pourpre*, Hisp. *carmesi*, Μορεξίδα, conchæ genus, in mediis faucibus liquorem habens, quo olim vestes tingebantur. Nam nunc quidem ve. rum purpura desit. *Pl. l. 9. c. 36.* Purpuræ flo rem illum tingendis expetimus vestibus in medijs habent faucibus, &c. ¶ *Vitruv. l. 7. c. 13.* auctor est, purpuras pro Solis propinquitate alium, atque alium habere colorem, & apud Tyron quidem rubrum, circa Africam autem puniceum fucum emittere, quo & purpura tingitur, quam violaceam appellant. *Corn. Nep. in fragm.* Me juvene violacea purpura vigebat. ¶ Metonymice sumitur pro panno purpura imbuto. *Cic. pro Cluent. c. 40.* Purpura usque ad tales demissa. ¶ Item pro magistratu, aut nobilitate. Cujus causa est, quod præterea purpura usque ad Augusti tempora Magistratus fuerit insigne: quia, labente disciplina, etiam multi ditiores, nobiliorefque extra Magistratum utebantur. *Ov. 1. Fast. v. 81.* Jamque novi prætent fasces, nova purpura fulget. *Mart. l. 8. ep. 8.* Purpura te felix, te colat omnis honos. ¶ *Purpuram sumere*, Imperium capessere. *Trebell. Poll. in 30. Tyrann. c. 18.* & *Eutrop. l. 9. c. 8.* & *10.*

Purpŭrarius, a, um, πορφυρικός, quod ad purpuram spectat. *Pl. l. 25. c. 6.* Alterum genus est in purpurariis officinis. ¶ Purpurarius absolute pro eo qui purpuram tingit, vel vendit, legitur in Narbonensi lapide apud *Gruter. p. 649. n. 9.*

Purpurasco, is, *n. 3. πορφυρίζομαι*, purpureus fio. *Cicer. in Fragm.* apud *Non. cap. 2. num. 717.* Quid mare? nonne cœruleum, aut ejus unda, cum est pulsa remis, purpurascit?

Purpurātorius, a, um, adj. ad purpuratos viros pertinens. *Sidon. l. 1. ep. 7.* Qui non affectasset habitum purpuratorium. Alii leg. *purpuratorum*.

Purpurātus, a, um, *porporato*, *vestito di porpora*, πορφυροῦχος, purpura ornatus. Purpurati dicuntur, qui apud Reges dignitate, & gratia annectellant. *Cic. 1. Tusc. c. 43.* Istis, quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. *Flor. l. 1. c. 10. Mucio Scævola*; Sed ubi fructrato circa purpuratum ejus ictu tenetur. *Curt. l. 3. c. 6.* Parmenio fidissimus purpuratorum.

Purpurĕus, a, um, *porporino*, *di porpora*, Ger, *von purpur*, *purpur farb*, Gall. *de pourpre*, Hisp *de carmesi*, πορφύρεος, quod est ex purpura, seu purpuræ colorem refert, qualis est in nigricantis rosæ splendore. *Virg. 9. Æn. v. 349.* Purpureum vomit ille animam. *h. e.* sanguinem. *Qu. 3. Met. v. 184.* Purpurea aurora. *Id. 2. Amor. el. 5. v. 14.* Purpureus pudor. *Cic. 4. Acad. c. 13.* Et mare lilud, quod nunc Favonio nascente purpureum videtur, ubi videtur pro cœruleo usurpari, qui color niger est rubore quodam admixto. Sic *Virg. 4. Georg.* In mare purpureum violentior influit amnis. Et *Propert. l. 2. eleg. 20. v. 5.* purpureis agitatam fluctibus Hellen. *Homer.* quoque in *Batrachom.* ὕδωρ πορφυρέοιον dicit. ¶ Item purpura amictus. *Hor. l. 1. od. 35.* Et purpurei metuunt Tyranni. *Claudian. l. 2. de rapt. Pros.* Purpurei reges. ¶ Poetæ purpureum interdum usurpant pro pulchro, nitido, cujuscumque coloris sit. *Hor. l. 4. od. 1.* purpureis ales oloribus. *Albinovan. el. 2. v. 62.* Purpurea nix. *Tibull. l. 1. el. 4. v. 57.* Carmine purpurea est Nisi coma. *Virg. l. 1. Georg. v. 405.* Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. *Y. Vess. l. 4. de Instit. orat. c. 13.*

Purpurissātus, a, um, nom. ex participio purpurisso infectus, *bellettato*. *Plaut. Truc. 2. 2. 35.* Quia istas buccas tam belle purpurissatas habes. *Apul. in Apol.* Genæ purpurissatæ. ¶ Purpurissatos fastos vocat *Sidon. l. 8. ep. 8.* fastos consulares.

Purpurissum, i, n. ἀλδρέκελον πορφυρίζον Ἀφρώδες, spuma ferventis purpuræ, unde color efficitur, quo pictores utuntur, & fœminæ genas, & labra tingunt. Indicum purpurissum inter floridos colores referrur. *Plin. lib. 35. cap. 6.* Floridi sunt, quos dominus pingenti præstat, minium Armenium, cinnabaris, chrysocolla, Indicum purpurissum. *Et infra.* Et reliquis coloribus, quos a dominis dari diximus propter magnitudinem pretii, ante omnes est purpurissum e crera argentaria, cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius lanis. Præcipuum est primum, ferventi aheno rudibus medicamentis inebriatum. Proximum, egesto eo, addita crera in jus idem, &c. ¶ Inventum etiam *purpurissus*, i, m. *Hieronym. ep. 10. ad Furiam*: Quid facit in facie Christianæ purpurissus, & ceruſa?

Purpurissĭcus, a, um, adj. idem quod porphyreticus. *Vetus Inscriptio Romana apud Grut. p. 128. n. 5.* Vetustate corruptam adamplaviit columnis purpuriticis.

Purpuro, as, n. i. πορφυρίζω, purpuræ colorem habeo, sive reddo. *Colum. lib. 10. v. 101.* Quæ frondens purpurat auro. *Apul. l. 10. Met.* Labias ambrosio rore purpurantes. ¶ Est etiam verbum activum, pro purpuream facere. *Furius Antias apud Gell. l. 18. c. 11.* Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.

Purulentatio, onis, f. purulentia. *Cœl. Aurel. Tard. l. 5. c. 3.*

Purulente, adv. πυωδῶς, cum pure, sive sanie. *Plin. in proam. l. 23.* Cicatricibus maridis, ossibus purulente ilimosis plurimum confert.

Purulentĭa, æ, τὸ πυῶδες, πύος, puris rumiditas, aut copia, vel vulnus pure plenum. Translate *Tertull. de pat. c. pen. extr.* Haud facile has purulentias civitatis quis eliciet, aut suppurabit.

Purulentus, a, um, *marcio*, *pieno di marcia*, Germ. *eyterechtig*, Gal. *plein d'ordure*, Hisp. *podrido*, πυώδης, quod pure, sive sanie plenum est. *Plin. l. 22. cap. 21.* Sæbe decocta in vino præcipue auribus purulentis medetur. *Id. l. 20. c. 2.* Purulenta autem expuentibus auxiliantur cum cumino, pari pondere.

Purus, a, um, *puro*, *netto*, טהור, Germ. *rein*, *sauber*, *heiter*, Gal. *pur*, *net*, Hisp. *puro*, καθαρός, αγνός, mundus, sine sorde. *Cic. pro Cæc. cap. 27.* Quicquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire sentias. *Id. pro R. Com. c. 6.* Est ne quisquam, qui tibi purior videatur? *Virg. l. 4. Georg. v. 163.* puriſſima mella. *Liv. l. 1. c. 44.* Et extrinsecus puri aliquid ab humano pateret cultu. *Hor. l. 1. od. 22.* Integer vitæ, scelerisque purus. *Id. l. 2. sat. 3.* Purum vitio cor. ¶ *Aurum purum* in sacris dicebatur, quod in usu spureo non fuisset. *Festus.* ¶ Extra sacra *purum aurum*, aut argentum dicitur, quod nihil fæcis, aut inferioris metalli habet immixtum, *Juven. sat. 8. v. 141.* argenti vascula puri. ¶ Præterea *argentum purum* vocat *Cicer. Verr. 6. c. 23.* argentum merum, cui detracta emblemata, & crustæ sunt, *schietto*. Sic inquit, Haluntini, excussis deliciis, cum argento puro domum reverterunt. ¶ Sæpe *purus* ponitur pro simplici, non impedito, vacuo, sine conditione, sine exceptione. *Plaut. l. 4. ff. de an. leg. & fideicom.* Et primi anni purum, sequentium conditionale. ¶ *Puri menstrua esse* dicebantur, qui sacrorum causa toto mense in ceremoniis erant, idest puri erant, certis zebus carendo. *Fest.* ¶ *Judicium purum*, est simplex, & absolutum ab omni exceptione. *Cic. 2. de Inv.* Hic is, qui agit, judicium purum postulat. ¶ *Locus purus*, qui nec sanctus, nec sacer, nec religiosus est. *Ulp. l. locum, de relig. & sump. fun.* ¶ *Pura platea*, non inædificatæ, sed patentes, late explicatæ, & vacuæ. *Hor. l. 2. ep. 2.* Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstet. Similiter pura loca dicuntur etiam, in quibus nullum ædificium est. *Scævola l. ult. ff. de pignor. act.* Creditori locum purum obligavit, & cum eum locum inædificare vellet, &c. *Varr. l. 4. L. L. c. 4.* Loca Romæ pura dicuntur areæ. ¶ *Vestimenta pura*, quæ Sacerdotes ad sacrificia sumebant, non obsita, non fuligurita, non funesta, non maculam habentia. *Festus.* ¶ *Hasta pura*, quæ est sine ferro, quæ præmium fuit apud antiquos eorum, qui prælio vicissent. *Virg. 6. Æn.* Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta. ¶ *Vasa pura*, sine emblemate, cælatura, aut incrustatione. *Paul. leg. si in rem, de rei vindic.* Pura, an cælata sint, dici oportear. ¶ *Charta pura*, in qua nihil scriptum est. *Ulpian. l. 5. ff. de Leg. 3.* ¶ *Pura noctes*. *V. Pura.* ¶ *Pura gena*, h. e. imberbes, *Senec. Hippolyt.* ¶ *Pura oratio*, h. e. simplex, & quæ sine labore intelligi potest. *Ter. prolog. Heaut. v. 46.* ¶ *Purus putus*, *V. Putus.*

Pus, uris, n. *i. marcio*, מוגיח, Ger. *eyter*, *geschwer*, *wunst*, Gal. *ordure*, *bouë*, Hisp. *podre*, πύον, sanies & quicunque humor in putredinem versus, sanies coacta, & ex maturitate crassa jam effecta, & albida. Differt a sanie. *Cœl. l. 4. c. 26.* Sanguis omnibus norus; sanies est tenuior hoc, varie crassa, & glutinosa, & colorata: pus crassissimum, albidissimumque, glutinosius & sanguine, & sanie: Dixit autem sanguis ex vulnere recenti, aut jam fenescente: sanies est inter utrumque tempus, pus ex ulcere jam ad sanitatem spectante. *Plin. l. 28. c. 11.* Si gravitas sit audienci, sel buculum cum urina capræ, vel hirci, vel si pus sit. *Id. l. 35. c. 6.* Præcipue utilis ad deprehendenda pura.

Pusa, æ, f. 1. puella, apud vet. *Pompon. apud Varr. l. 6. L. L. c. 3.*

Pusillanĭmis, & me, o. 3. *pusillanimo*, μικρόψυχος, qui est pusilli animi. *Tertull. de fuga in persecut. c. 9.* Pusillanimes consolari. *Siden. lib. 7. ep. 17.* Spernere aliquem tamquam imperitum, vel pusillanimem.

Pusillanimĭtas, atis, f. *pusillanimità*, מיעוט, μικροψυχία, vilitas animi. *V. Pusillitas.*

Pusillĭtas, atis, f. parvitas animi, a pusillus. *Vess. in Pupillus. Tertull. leg. adv. Hermog. c. 14.* Quæcumque poresras ei, quam pusillitas, comperit. *Lactant. de Ira Dei, c. 5.* Non cadere in Deum hanc animi pusillitatem. Alii ex MSS. leg. *hanc pusillanimitatem*.

Pusillo, adv. *un pochetto*. *Plin. l. 27. c. 5.* Pusillo altior lenticula est.

* Pusillŭlus, *Varr.* apud *Non. c. 3. n. 145.* al. *pusilli*.

Pusillum, adv. *un pochettino*, paululum. *Cato R. R. c. 90.* Primum pusillum, postea magis depses.

Pusillus, a, um, *picciolino*, קטן, Germ. *fehr klein*, Gall. *petit*, Hisp. *pequeno*, τυτθός, parvulus, exiguus, dim. a *pusus*, ut *pupillus* a *pupulus*. *Cic. 4. Verr. c. 75.* Ut hi pusilli, & contempri libelli indicant. *Id. 2. Fam. ep. 17.* Illud vero pusilli animi, & jejuni. *Juven. sat. 15. v. 70.* Terra malos homines nunc educat, atque pusillos. *Trebon. ad Cic. l. 12. Fam. ep. 16.* Nactus pusillum laxamenti.

Pusĭo, onis, m. *fanciullo*, נער, Germ. *ein jünges kind*, Gal. *petit enfant*, Hisp. *ninito*, Παιδίσκον, parvus puer, a *pusus*. *Cic. pro Cæl. cap. 15.* Qui propter nescio quam, credo, timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus, recum semper pusio cum majore sorore cubitavit. ¶ Sæpe capitur pro masculo sconto. *Juvenal. sat. 6. v. 34.* Nonne putas melius, quod recum pusio dormit, pusio, qui noctu non litigat?

Pusĭlla, æ, f. parva puella. *Prudent. in pass. Eulaliæ, v. 19.* Ipsa crepundiis reppulerat Ludere nescia pusiola.

Pustŭla, æ, f. *pustula*, אבעבוע, Germ. *ein bletterlein*, Gal. *pustule*, *vessie*, *ampoule*, Hisp. *pustilla*, φλύκταινα, tuberculum in summitate cutis nascens, a *pus*, quia pus continet, quamquam etiam latius ad ea extendatur, quæ pure carent. *Plin. l. 20. c. 22.* Pustulas facere. ¶ Pustularum tria sunt genera, exanthemata, quæ Plinius erupriones pituitæ, aliquando papulas vocat: phyctacia, paulo duriora, ac subalbida, & acuta: epinyctides, quæ sunt subliviores, modice tumescentes, & plenæ sanguinis in cibis, & pedibus, & fere noctu maxime infestant. *Plin. lib. 26. cap. 8.* Ut per se extra corpori impositum pustulas ignium modo faciat. *Y. Cels. l. 5. cap. 28.* ¶ Speciatim pustulæ dicuntur id genus morbi, quod variolas, & rubeolas vocant, morbus in ætate puerili maxime eveniens, raro in medio corpore, sæpe in eminentibus partibus. *Id. ib.* & *l. 6. c. 6.* & *Plin. lib. 20. c. 13.*

Pustulatio, onis, f. pustularum emissio, vel copia. *Cœl. Aurel. Acut. l. 3. cap. 16.* Postulatio partium. *Id. l. 5. c. 1.* Pustulationem facere.

Pustulātus, a, um, φλυκταινώδης, pustulis plenus. *V. Pustulatus.*

Pustulesco, is, n. 3. pustulosus fio. *Cœl. Aurel. Tard. lib. 5. c. 3.* Quo superficies cutis pustuleſcat.

Pustŭlo, as, n. 1. pustulas facio. *Tertul. l. 1. de cultu fem. c. 6.* Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium ejus magis debet esse, quam gloria, & licet margarium vocetur, non aliud tamen intelligendum, quam conchæ illius aliqua dura, & rotunda verruca.

Pustulōsus, a, um, idem ac pustulatus. *Cels. l. 5. cap. 26.* Ulcus in locum pustulosum serpit.

Pusŭla, æ, f. idem ac pustula. Speciatim sic dicitur morbi genus, a flava bile, vel tenui sanguine, vel ab utroque proficiscens, qui alio nomine dicitur ignis sacer. *Col. lib. 7. cap. 5.* Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores.

Pusulātus, a, um, pusulis plenus, idem ac pustulatus. Argentum pusulatum, quomodo legitur in *Pandectis Florentinis*, sive pustulatum, prout legitur apud *Suet.* est argentum purgatissimum, & excoctissimum, ita dictum a pusulis, seu pustulis, quas ex coctura argentum accipit, & asperius tactu fit. *Suet. in Ner. cap. 44.* Exegitque ingenti fastidio, & acerbitate nummum asperum, argentum pusulatum, aurum ad obrussam, ut pleriquæ omnem collationem palam recusarent. *Martial. l. 7. epigr. 85.* Nulla venit a me Argenti tibi libra pustulati. In quibusdam Suetonii codicibus pro *pustulatum* legitur *postulatum*, per *o*, uti & apud Martialem. Itaque & nonnulli a postulando deducunt, eo advocantes illud *Juv. sat. 7. extr.* Accipe, victori populus quod postulat aurum. Sed omnino est a *pustuli*. Eoque per *u* scribendum. Quamquam, etsi per *o* scribatur, eadem futura potio est. Nam veteres in multis, *o*, & *u* promiscue usurpabant. *V. Turnebi. l. 24. c. 2.* *Alfen. l. 31. ff. locati.* Veluti cum argentum pusulatum fabro datretur, ut vasa fierent, aut aurum, ut anuli.

Pusulōsus, a, um, φλυκταινώδης, qui pusulis laborat, idem ac pustulosus. *Col. l. 7. c. 5.* Vivam pecudem, quæ fuerit pusulosa, resupinam obruamus.

Pusus, i, m. parvus puer, pusio, *Pompon.* apud *Varr. l. 6. de L. L. c. 3.* Nam vere pusus tu, tua amica fenex.

Puta, æ, f. Dea, quæ putationi præerat, a *puto*. *Arnob. l. 4. pag. 131.* Putationibus arborum Puta, inquitis, præsto est.

Puta,

Puta, *c. a*, תמה, fecunda persona n. sing. præsentis Imperativi verbi puto, qua vulgus utitur adverbialiter, pro scilicet, exempli gratia, &c. *Pompon. l. si quis, ff. de her. inst.* Si ille, puta, Consul factus fuerit. *Senec. l. 2. Quæst. nat. cap. 2.* Illa constant aut nexu, aut acervatione, ut, puta, funis, frumentum, navis. Adde *Cels. l. 5. cap. 26.* ¶ Interdum usurpatur ut verum adverbium. *Prisc. l. 15. pag. 1007.* Hinc in ultima syllaba corripitur reperitur. *Pers. sat. 4. v. 9.* Hoc, puta, non justum est, illud male, rectius illud. Ita legit *Prisc. al. puto.*

Putāmen, inis, n. קלח, κάλυφος, rei cujusliber repurgamentum. *Non. c. 2. n. 683.* Putamina non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta. Nam quicquid ex quacumque re projicitur, putamen appellatur. *Cicer. 5. Tusc. cap. 20.* Instituitque, ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi, & capillum adurerent.

Putatio, onis, f. existimatio, æstimatio. *Plaut. l. eum, qui, ff. de injur. & fam. lib.* Nec transferri personæ putatio ex persona filiorum ad eas potest. ¶ Item computatio, *computo*, *conto*. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 13.* Unus mensis pari numero restituatus universam putationem imparem facit. ¶ Sumitur etiam pro reflectione in viribus, emundatione in arboribus, *potagione*, *putamento*, κλάδωσις. *Cicer. 1. de Orat. cap. 58.* Ut quid sit fementis, ac messis, quid arborum putatio, ac vitium.

Putative, adv. *in apparenza*, secundum opinionem, non revera. *Hieron. ep. 61. ad Pammach. c. 5.* Resurrectionem veritate, non putative confiremur.

Putativus, a, um, adject. *immaginario*, *finto*, *apparente*, qui id esse putatur, quod non est. *Tertul. l. 3. adverſ. Marcion. c. 8.* Putativus habitus, putativus actus, imaginarius operator.

Putātor, oris, m. *potatore*, κλαδεύτης, qui vites, aliasve arbores, aut fructices farmentis, ramisve inutilibus repurgat. *Plin. l. 27. c. 8.* Curatum ea scio, omnibus fere ollibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circundata universo corpori. *Pallad. l. 1. c. 6.* Vitium putator.

Putatorius, a, um, adject. ad putatorem pertinens, ut putatoria falx. *Pallad. lib. 1. tit. 35.*

Putātus, a, um, nom. ex particip. *potato*. *Paul. apud. Fest. in Putus.* Putatæ vites, quæ recisis impedimentis remanent puræ. Aurum quoque putatum dici solet, id est expurgatum, & ratio putata, idest pura facta, *conti aggiustati*, *liquidati*. *V. Puto.*

Putĕal, lis, n. 3. umbella, aut petasus, quo puteus operitur. Unde in Giosiis exponitur πετασώμιον, quo signatur τὸ τῦ φρέατος σῶμα, *es putei*. *Cic. Att. lib. 1. ep. 10.* Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere? & putealia figillata duo, *h. e.* puteorum opercula parvis signis exornata, qualia & hodie videmus, in quibus incisæ delectant imagunculæ. Aliqui legunt *plutealia signa*, quod in ædibus plutei essent marmorei. ¶ *Puteal Libonis*, locus erat in foro Romano, ad aqeum seu fornicem Fabianum, ubi erat tribunal Prætorius, & jurisdictio exercebatur. Dictum est *puteal*, quia prope hoc tribunal puteal fuit. Dictum est *Libonis*, quia a Scribonio Libone Prætore ibi primum tribunal, & subsellia collocata sunt. *Hor. l. 1. ep. 19. v. 8.* Forum, putealque Libonis Mandabo siccis. Ubi per *forum* causidicos, & jurisconsultos significat, per *puteal Libonis* sedem Prætoris, interprete Porph. *Id. l. 2. serm. sat. 6. v. 35.* Roscius oxabat, sibi adesses ad puteal eras, idest ad judicium. ¶ Hic etiam fœneratores verfabantur. *Cic. pro Sext. c. 8.* Puteali, ac fœneratorum gregibus illatus. *Ovid. v. 561. de rem. Am.* Qui puteal, Janumque timet, celeresque calendas. *Pers. sat. 4. sub fin.* Si puteal multa cautus vibice flagellas. *Y.* ibi Interpretes. ¶ Erat & puteal in Comitio, sub quo defossa Atii Navii novacula, qua cotem dissidit temporibus Romigis Tarquinii Prisci, non longe ab ejusdem Navii statua, quæ erat in gradibus ipsis, ad lævam Curiæ, prope Ruminalem ficum. *Dionys. l. 3. Liv. l. 1. Plin. l. 14. c. 5. Cic. l. de Div. c. 17.* Cotem autem illam, & novaculam defossam in Comitio, puealque impositum accepimus. ¶ Non defunt, qui putent, puteal hoc, quod in Comitio esse dicitur, idem esse cum puteali Libonis.

Putealis, & le, o. 3. φρεάτινος, quod ex puteo est. *Col. l. 11. c. 3.* Fonte putealis posiit irrigari. Adde *Ovid. in Ibin, v. 392.*

Putĕanus, a, um, idem ac putealis. *Plin. l. 14. c. 9.* Deinde quantum expresſere, adjiciunt vinacea aquæ puteanæ.

Putearius, ii, m. φρεατοῦρκος, qui puteos fodit. *Plin. l. 31. c. 3.* Depressis puteis sulphurata, vel aluminosa occurrentia puteariis necant.

* Putrefactus, putidus factus. *Prudent. periſt. 14. v. 1035.* al. *putrefactus*.

Putĕo, es, tui, sine sup. n. 2. *puzzare*, באש, μυδέω, fœteo, mali odoris sum, a πύθω, *putrefacio*. *Cic.* apud *Non. cap. 15. n. 17.* Quibus etiam alabaster plenus unguenti putere videatur. *Pers. sat. 3. v. 73.* Quod multa fidelia putet in loculpere penu. *Hor. l. 1. ep. 19. v. 11.* Putere mero.

Putĕolānus, a, um, ποτιολανός, quod ad Puteolos spectat. *Cic. l. 13. Fam. epist. 56.* Cluvius Puteolanus valde me observat. *Id. Phil. 8. c. 3.* Puteolanæ aquæ.

Putĕŏli, orum, m. 2. Ποζζυολο, Ποτίολοι, urbs, & col. Campaniæ, in ora litorali Prov. Terræ Laboris, alias perampla, & probe culta, nunc parva admodum, in colle, cum arce utcumque munita, cum portu capaci, & tuto in sinu cognomine, cum amphitheatro peramplo, nunc semidiruto, apud lacum Lucrinum, non procul a lacu Averno. Condita fuit a Samiis, teste *Strephano. Eusebius* scripsit fuisse conditam sub idem fere tempus, quo Tarquinii Roma sunt exacti. Dubitatur, an huic urbi Puteoli nomen datum sit a putore olido aquarum calidarum ob sulphureum solum, an potius a frequentia puteorum, aquis videlicet calidis scatentium. Utrumque legas apud *Varr. l. 4. de L. L. c. 5.* & *Fest.* ¶ Appellata fuit Delos minor, teste *Festo*, ob templum Apollinis in ea ad similitudinem Delii ædificatum. Dicta fuit etiam Flavia a Vespasiano.

Puter, tris, adject. idem ac putris. *Varr. l. 1. R. R. c. 8.* Palus puter evertitur, & fit solum summum.

Putesco, is, n. 3. mali odoris fio, a *puteo*. In vett. libris legitur & *putesco*, & *puisco*. *Cic. 5. Fin. c. 13.* Animam illi pecori datam pro sale, ne putisceret. Alii leg. *putresceret*. *Cato de R. R. c. 3.* Si in terra olea nimium din erit, putescet, oleum fœtidum fiet &c. *Arnob. l. 7.* Cum & ipsa mox putescant.

Putĕum, i, n. idem ac puteus. *Varr. apud Non. l. 3. n. 155.* Ut sunt lacus, & stagna, & putea, & maria. *Ulpian. & Julianus, ff. de act. empt. & vend.* Quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, ut putea &c. Alii leg. *puteal*.

Putĕus, i, m. *pozzo*, באר, Ger. *ein fodbrunnen*, Gal. *un puits*, Hisp. *pozo*, φρέαρ, locus, qui perpetuas habet aquas ex terræ venis manantes, non tamen fontium more foras prorumpentes, ab Æolico ποτέω *puteus*, quod a ποω, *poto*. Nam proprie putei sunt scrobes fossæ, ut recipiant aquam, & potum suppediteut Vel est a βυθός, fundus. Differt a cisterna, quia puteus fuas aquas naturales habet, cisterna adventrias, idest pluvias colo perpurgatas. *Cic. de Prov. Conſ. c. 3.* Virgines se in puteos abjecerunt. *Plin. l. 2. ep. 17.* Puteos, seu potius fontes habet; sunt enim in summo. *Plaut. Most. 2. 1. 32.* Miserum est opus, fodere puteum, ubi siris fauces tenet. ¶ Dicitur etiam puteus vernaculum supplicii genus, hoc est barathrum, seu hypogæum, in quod servi peccantes dejiciebantur ad pœnam. *Plaut. Aulul. 2. 5. 21.* Comprehendite, vincite, in puteum condite. Adde *ibid. 2. 7. 3.* quibus in locis cum *Plautus* de coquis loquatur, interpretes quidam putarunt, puteum esse coquorum supplicium.

Putĭcŭli, m. 2. cavernæ terræ extra portam Exquilinam, in quibus antiquitus sepeliebantur, a *puteus*, per diminutionem. *Fest.* Ælius Gallus, teste *Festo*, voluit ita dicta ea loca fuisse, quod ibi homines putrescerent, seu putrefacerent. *Varro l. 4. de L. L. c. 5.* utrumque etymon docuit.

Putĭde, adv. μυδαλέως, insuaviter, austere, rancide. *Cic. in Brut. cap. 82.* Qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide. *Id. 3. de Or. cap. 11.* Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius.

Putidiusculus, a, um, aliquanto putidior. *Cic. l. 7. Fam. ep. 5.* Sumus enim putidiusculi, quam per te vix licet. Alii leg. *impudentiusculi*, ex quo paret loci sensus.

Putidŭlus, a, um, dim. a *putidus*. *Martial. lib. 4. ep. 20.* Altera ridicula est, altera putidula.

Putĭdus, a, um, *puzzolente*, באלח, Germ. *stinckend*, Gal. *puant*, Hisp. *bedionda*, μυδαλέος, quod est mali odoris, a *puteo*. *Cic. in Pison c. 9.* Putida canis. ¶ Translate ponitur pro molesto, & ingrato, ut *Orator putidus*, qui orationem affectat. *Oratio putida*, affectata, quæ ita aures offendit, sicut quæ putida sunt, nares. *Cic. in Or. c. 8.* Cum etiam Demosthenes exaggiterur ur putidus. *Horat. l. 2. sat. 3. v. 75.* Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perili dictantis, quod tu nunquam rescribere possis. ¶ Item pro eo, in quo nimia diligentia reprehendi potest. *Cic. 1. Off. cap. 37.* Literæ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut pudidum.

Putillus, i, m. Putilla, æ, f. dim. a *putus*, vox blandientis. *Plaut. Asin. 3. 3. 104.* Dic igitur me anaticulam, columbam, vel cacellum, hirundinem, monedulam, putillum, passerculum. *Horat. l. 2. sat. 5. v. 216.* Putam, aut putillam appellat. Alii aliter leg. utroque loco. *Pusillum* autem putat *Jos. Scalig. in Catalect.* dici a *pusus*, & id a πάσσω, *pudendum*, a quo *propatium*.

Putis, & te, o. 3. quod mali odoris est, a puteo. *Ulus Lucret. l. 1. v. 585.* si quibusdam libris vulgatis habenda fides. Atque ideo tanta mutarum pute ruinæ concideric corpus penitus. In aliis libris *pure* legitur.

Putĭsco. V. Putesco.

Putĭus, a, um, fultus. *Paul.* apud *Fest.*

Puto, as, avi, atum, a. 1. *putare*, *vagliare*, חשב, זמר, ערך, Germ. *behauen*, *beschneiden*, Gall. *emonder*, *tailler*, Hisp. *podar*, καθαίρω, est falsa, superflua, infructifera in arboribus refecare. *Gell. l. 6. c. 5.* Putare vereres dixerunt, vacantia ex quaque re, ac non necessaria, aut etiam obstantia, & aliena auferre, & excidere, & quod esse utile, ac sine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores, & vites, & sic etiam rationes putari dictum. *Colum. l. 2.* Neque vitem, aut arborem putent. *Virg. 2. Georg. v. 407.* Vitem putando fingere. ¶ Putare rationem, *fare*, *aggiustare*, *liquidare i conti*. *Var. l. 5. de L. L. c. 7.* Antiqui purum putum dixerunt; ideo ratio putari dicitur, in qua summa fit pura. *Plaut. Aulul. 3. 5. 52.* Cedit miles, æs perit; itur, putatur ratio eum argentario. ¶ Sumitur etiam pro opinari, arbitrari, existimare, *pensare*, *stimare*. *Ter. Andr. 1. 1. 114.* Recte putas. *Id. Phor. 4. 5. 6.* Rem ipsam putasti, *hai toccato il punto*. *Cæl. ad Cic. l. 8. Fam. ep. 2.* In theatrum Hortensius introiit; puto, ut suum gaudium gauderemus. *Cic. 1. Off. c. 23.* Nec committere, ut aliquando dicendum sit, non putaram. *Id. 4. Acad. c. 18.* Quos numquam putassemus a nobis internosci posse, &c. *Id. de Am. cap. 2.* Acilius, quia prudens esse in Jure civili putabatur. ¶ Item pro cogitare, attentius consideraret. *Plaut. Cas. 3. 2. 25.* Verum autem altrovorsum cum eam mecum rationem puto. *Cic. pro Planc. c. 4.* In quo primum illud debes putare, Comitiis præfectum Ædilitiis studium esse populi, non judicium. *Virg. 6. Æn. v

bus. Nam non tantum anus ei albis vestitur plumis, quod pluribus aquilis commune, sed tota cauda pennas habet albicantes. *Plin. lib. 10. c. 3.* Secundi generis pygargus in oppidis manſitat, & in campis, albicante cauda. ¶ Eſt & capræ ſylveſtris genus, quod ab albis clunium pilis idem nomen adeptum eſt. *Plaut. l. 8. c. 53.* Sunt & damæ, & pygargi, & ſtrepſiceroles, multaque alia haud diſſimilia. *Juv. ſat. 11. v. 138.* Apud quem Sumine cum magno lepus, atque aper, atque pygargus, Et Scythiæ volucres. Dubium tamen eſt Interpretibus, avemne, an feram *Juvenalis* intelligat.

Pygiăcus, a, um, adject. ad nates pertinens. *Petron. in Satyr. c.* 140. Puellam invitare ad pygiaca ſacra.

Pygmæi, m. 2. πυγμαῖοι; גמדים, pop. Indiæ, in extrema parte montium, ſupra Aſtomos, qui auctore *Plinio*, 7. *c.* 2. trium ſpithamarum, ſen trium dodrantium ſtaturam non excedunt, vel, ut *Gellius* ſcribit, non ultra duos pedes cum dimidio longi ſunt. Dicti ſunt a πυγμή, qua notat ſpatium a cubito ad digitos clauſos, ſive ſpatium ſex digitis cubito breviùs, quia tanta eorum ſtatura creditur. Caſas ex ovorum putaminibus, pennis, & luto ſibi conſtruunt. *Plin. loc. cit.* Ariſtoteles in cavernis habitare Pygmæos tradit. *Id. ibid.* ¶ Bellum habent cum gruibus, a quibus vincuntur, & per aerem feruntur. *Juv. ſat. 13 v. 167.* Fama eſt, Pygmæos armatos ſagittis, inſidentes arietum, caprarumque dorſis, veris tempore, univerſo agmine ad mare deſcendere, & ova pullioſque eorum alium conſumere, tenuis eam expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non teſſiti. *Plin. ibid.* ¶ Fuere item Pygmæi in Thracia. Hi cum Geraniam urbem tenerent, a gruibus fugati novas ſibi ſedes quærere ſunt coacti. *Plin. l. 4. c. 11.* ¶ Item fuere in Caria. *Plin. l. 5. c. 29.*

Pygmalĭon, onis, m. 3. πυγμαλίων, filius Cilicis, nepos Agenoris, pronepos Beli priſci, qui cum ſtaruam muliebrem a ſe affabre factam deperiret, ea a Venere animata, voti compos factus, ex ea Paphum filium genuit. *Ov. 10. Met. a v. 243.* ¶ Pygmalion alter, filius Beli junioris, frater Didonis, cum ardentiſſima auri cupiditate flagraret, Sichæum Sacerdotem Herculis, maritum Didonis, cui magnæ, ſed diſſimulatæ opes erant, clam, & dolo ante aras interemit. Cujus cædis cum certior in ſomnis a marito Dido facta fuiſſet, ſumptis ſecum theſauris fugit in Africam, ubi Carthaginem condidit. *Juſtin. l. 18. c. 4.*

Pygmalionēus, a, um, adject. a Pygmalione. *Sil l. 6. v. 532.* Pygmalioneam tentarem exponere gentem.

Pylădes, æ, vel Pylades, dis, πυλάδης, filius Strophii Phocenſis, indiſſolubili amicitiæ vinculo cum Oreſte junctus. Nam cum Clytemneſtra, ab Ægiſtho adultero adjuta, Agamemnonem occidiſſet, Strophius Oreſtem adhuc puerum certiſſimæ neci ſubduxit, & in Regno ſuo una cum Pylade educavit. Poſtea, cum Oreſtes, gratia vindicandæ paternæ mortis, matrem peremiſſet, eamque ob rem in furorem converſus eſſet, Pylades illi perpetuus comes fuit omnium profectionum, & ſocius periculorum. Itaque ad Tauricam uſque Cherſoneſum Oreſtem ſecutus eſt, in qua cum Rex Oreſtem interficere vellet, neque agnoſceret, uter eorum eſſet Oreſtes, tanto in ſe invicem amore fuerunt, ut Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, ut pro illo necaretur, Oreſtes ita, ut erat, Oreſtem ſe eſſe affirmaret, ne Amicus interficeretur. *Cic. de Amic. c. 7. & 2. de Fin. c. 24.*

Pyladēus, a, um, adject. a Pylade, ut Pyladea amicitia. *Cic. l. 2. Fin. c. 26.*

Pylæ, f. 1. Tauri Pylæ, Ciliciæ Pylæ, opp. Aſiæ in conf. Cappadociæ, & Ciliciæ, inter Halym fl. & Taurum M. qua ex Cilicia in Cappadociam tranſitur. *Cicer. Att. 5. epiſt. 20.* ¶ Pylæ Ciliciaræ, Amaniceæ Pylæ, Syriaceæ Pylæ, angustiæ inter Ciliciam, & Syriam, inter quas Cerſus flu. labitur. ¶ Pylæ Perſidis, Suſidæ, per quas in Perſidem aditus ex Suſiana reg. ¶ Eſt autem *pyla* græca vox, πύλαι, & portam Latine ſignificat, angustum aditum inter duos montes, ut explicat *Curt. l. 3. c. 4.*

Pylæa, f. 1. oppid. Thrachiniæ reg. ad Octam M. apud Thermopylas. ¶ Pylæa item, πυλαῖαι σύνοδος, concilium fuit Amphyctionum ad Thermopylas haberi ſolitum. Hinc

Pylaĭcus, a, um, adject. ut Pylaicus conventus, apud *Liv. l. 33. c. 35.*

Pylēne, f. Proſchium, oppid. Ætoliæ, ſcopulis abundans. *Stat. 8. Thebaid. verſ. 484.*

Pylĭus, a, um, adject. a Pylo oppido, Neſtoris Patria, qui proinde & Pylius dicitur. *Ovid 1. de Pont. ep. 4. v. 10.* Crede mihi, Pylio Neſtore major ero. *Id. 2. Met. in fin.* Agri Pylii. *Id. 5. Triſt. el. 5. verſ. 684.* Æquarint Pylios cum tua fata dies. *Martial. l. 8. epigr. 2.* Pylia ſenecta.

Pylōrus, i, m. *pilore*, πυλωρός, Medicis ita appellatur os inferius ventriculi. Sed vox græca eſt, & græcis literis ſcribitur a *Cel. l. 4. c. 1.*

Pylos, vel Pylus, i, f. πύλος, nomen trium oppidorum Peloponneſi, quæ ſingula Neſtorem civem eſſe dicunt ſuum. Horum primum eſt *Navarino*. Nelea Nomero, in Meſſenia, quod vere Neſtoris patriam fuiſſe teſtatur *Euſtathius*; alterum eſt in Arcadia; tertium in Elide. *Ovid. ep. Hereid. 1. v. 83.* Nos Pylon, antiqui Neleia Neſtoris arva Miſimus, incerta eſt fama remiſſa Pylo. *Sen. in Herc. furen.* Neſtoria Pylos.

Pyra, æ, f. *pira*, דוד, Ger. *holtzhauffe, ſcheiterhauff*, Gal. *pyre, buchée, un monceau de bois*, Hiſp. *heguela*, πυρά, ignis rogi, vel ſtrues lignorum ad cremanda cadavera, a πῦρ, *ignis*. *Serv. ad 11. Æn. verſ.* 185. Pyra eſt lignorum congeries. Rogus cum jam ardere cœperit, dicitur. Buſtum vero jam exuſtum vocatur. Quem ordinem ſervat Poeta, dicens, Conſtituere pyras. Item, Subjectiſque ignibus atris ter circum accenſos decurrere rogos. Item poſtea, Semuſtaque ſervant buſta. Hæc *Servius*, cujus tamen obſervatio perpetua non eſt: dicitur enim pyra & de rogo accenſo. *Ov. in Ibin, v.* 39. Quem vetus accenſa ſeparat ira pyra.

Pyracmon, onis, πυράκμων, unus e tribus Cyclopibus, qui in Ætnæa officina ferrum verſabant, & fulmina Jovi parabant. *Virg. 8. Æn. v.* 424. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon. *Ov. 12. Met.* Securifer Pyracmon.

Pyrălis, is, f. ſeu pyralla, πυραλίς, animalculum pennatum, al. pyrauſtes, magnitudine muſcæ, ex igne proveniens, ἀπὸ τῆ ἐν πυρ ἁλλεσθαι, a ſaliendo in igne. *Plin. l. 11. c. 36.* ex *Ariſtot.* Siquidem in Cypri ærariis fornacibus ex medio igni majoris muſcæ magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, a quibuſdam pyrauſta. Quamdiu eſt in igne, vivit, cum evaſit paulo longiore volatu, emoritur. Hæc *Plin.*

Pyramidātus, a, um, πυραμιδωτός, πυραμιδοειδής, factus in formam pyramidis. *Cic. 1. de nat. Deor. cap. 24.* Eſſe corpuſcula quædam lævia, alia aſpera, rotunda alia, partim autem angulata, & quædam pyramidata, curvata quædam, & quaſi adunca. Quædam exemplaria omittunt hæc verba, *& quædam pyramidata*.

Pyramĕus, a, um, adject. a Pyramo, ut Pyramea arbor, h. e. morus, ſub qua Pyramus gladio incumbens ſe ipſum interfecit. *Seren. Sammon. c. 29. v.* 553.

Pyrāmis, idis, f. *piramide*, תמר, Gem. *ein ſteinerne viereckigte ſaule wvie ein regel*, Gal. *pyramide*, Hiſp. *pyramide*, πυραμίς, moles, quæ ex baſi lata paulatim in acutum faſtigium deſinit. Dicta eſt a πῦρ, *ignis*, quia ejus figuram imitatur. *Cic. 2. de nat. Deor. cap.* 18. Conum tibi ais, & cylindrum, & pyramidem pulchriorem, quam ſphæram, videri. ¶ Hujuſmodi moles in Ægypto uſitatæ fuerunt. Erant quadrangulares, ab imo latiſſimæ, & aſſurgebant ultra omnem omnino altitudinem, quæ humanis manibus confici poteſt. Hinc inter ſeptem orbis miracula recenſentur. Vulgo appellantur, teſte Bellonio, *Faraoni*, Europæis *Granari di Gioſeffo*, teſte *Ortelio*. Excogitatæ primum a Regibus fuerunt, ne pecuniam ſucceſſoribus, aut æmulis inſidiantibus præberent, aut ne plebs eſſet otioſa. Multa de his *Plin. l. 36. c. 12.*

Pyrămus, i, m. πύραμος, adoleſcens Babylonius, qui Thiſbes vicinæ puellæ mutuo amore captus, amicæ perſuaſit, ut deceptis cuſtodibus, in ſolitudinem quamdam extra urbem ad ſe convenirent. Quo cum puella prior veniſſet, conſpecto leone, trepida profugit ad ſylvas, relicto præ feſtinatione amiculo, quod inventum leo dilaceravit. Veniens deinde in locum conſtitutum Pyramus, cum Thiſbes amiculum a fera dilaceratum agnoviſſet, arbitratus, ipſam a leone eſſe devoratam, doloris impatientia, quo accinctus erat, gladio ſe ipſe interemit. Thiſbe, cum poſito timore ex ſylva rediiſſet, Pyramumque ex vulnere adhuc palpitantem vidiſſet, exempto ex vulnere gladio, ſibi etiam mortem conſciviit. *Ov. 4. Met. a v.* 55.

Pyrāmus, i, m. flu. Ciliciæ, qui ex Tauro M. oritur, & mari apud Mallum urb. excipitur. *Curt. l. 3. c. 4.*

Pyrauſta, æ, m. πυραυστής, genus inſecti magnitudine muſcæ majoris, alio nomine pyralis: gigni, ait *Plin. l. 11. c. 36.* in Cypri ærariis fornacibus, & quamdiu in igne moretur, vivere; ſi vero evaſerit longiore paulo volatu, emori.

Pyren, enis, πυρήν, genus gemmæ. *Plin. l. 37. cap. 11.* Pyren ab olivæ nucleo dicta eſt, huic aliquando ineſſe piſcium ſpinæ videntur.

Pyrenæus, i, & Pyrenæus mons, Pyrenæi, orum, & Pyrenæi montes, *i monti Pirenei*, mons Hiſpaniæ maximus, qui Hiſpaniam a Gallia ſeparat. Extenditur ab Ortu æquinoctiali in Occaſum brumalem, ideſt a Templo, ſeu Portu Veneris in ora Maris Mediterranei uſque ad Fanum S. Sebaſtiani in ora Oceani Cantabrici. Cætera vide apud Geographos. *Sil. l. 3. v.* 415. At Pyrenæi frondoſa cacumina montis. *Auſon. ep. 24. v. 69.* Bimaris juga ninguida Pyrenæi. *Flor. l. 2. c. 6.* Hiſpaniam totam a Pyrenæis montibus in Herculis columnas recuperavit. *Plin. l. 16. c. 16.* Buxus Pyrenæis montibus plurima. V. *eund. Plin. l. 3. c. 13. & l. 4. c. 20.* ¶ Pyrenæa Venus dicta eſt, quæ ad Pyrenæos montes templum habuit. *Plin. lib. 3. cap. 3.*

Pyrenaĕus, a, um, adject. ad Pyrenæum pertinens. *Auſon. de urbib. in Narbone, 13. v. 6.* Quo Pyrenaicis nivibus dirimuntur iberi. Al. leg. *Pyrenæis*.

Pyrēne, es, f. 1. πυρήνη, filia Bebrycis, quæ in Pyrenæo monte ab Hercule compreſſa, atque a feris laniata, ibi ſepulta eſt. Hinc mons dictus eſt Pyrene, & Pyrenæus. V. *Sil. l. 3. v. 420.* ¶ Pirene per *i*, Πειρήνη, Acheloi filia a Neptuno compreſſa, quæ in ſui nominis fontem converſa eſt, quod filium imprudenter a Diana occiſum nimium lugeret.

Pyrēne, ſeu Pirene, m. 1. πυρήνη, fons Acrocorinthi, Muſis ſacer. *Plin. l. 4. c. 4. Strabo*, & alii. A *Probo* in Helicone ponitur. Habet omnes ſyllabas longas. *Stat. lib. 1. ſylv.* Nec conſcia detur Pyrene, largos potius mihi gurges in hauſtus. ¶ Item mons Hiſpaniæ, al. Pyrenæus. Primam habet indifferentem: fecundam, & tertiam longas. *Sil. l. 3. v.* 417. Pyrene celſa nimboſi verticis arce Diviſos Celtis late proſpectat Iberos. *Tibul. l. 1. el. 8. v. 9.* Non ſine me eſt tibi partus honos: Tarbella Pyrene Teſtis, & Oceani litora Santonici.

Pyrenēus, i, m. per tres ſyllabas, πυρηνεύς, Rex Thraciæ, qui Daulidem Phocidis urb. occupavit, ubi cum quodam die pluvioſo Muſas ad Parnaſſum euntes vidiſſet, invitavit, ut domum ſuam ſubirent, donec pluvia ceſſaret. Cum vero jam imber ceſſaret, Muſæque diſcedere vellent, Pyreneus clauſis foribus, illis vim inferre parabat. At Muſæ in aves converſæ evolaverunt. Quas cum perſequi vellet, ex arce ſe dans præcipitem, capur terræ illiſit, ſicque expiravit. *Ov. 5. Met. a v.* 274.

Pyrēnis, vel Pirenis, idis, adject. fœmin a Pyrene fonte, ut Pyrenida ad undam, *Ov. 1. de Pont. ep. 3. v.* 75. Pyrenidas undas, *Id. Met. 2. v.* 240.

Pyrethrum, i, n. πύρεθρον, herba, quam Romani ſalivarum vocant, alii draconem, foliis, & caule dauco ſylveſtri, & fœniculo ſimilibus, linguam adurens, & mordicans. Ejus folia in acetariis probantur, radice utuntur pigmentarii. *Plin. l. 28. c. 9. Ov. 2. de Ar. v.* 418. Tritaque in annoſo flava pyrethra mero.

Pyrgi, orum, m. *S. Maria di Purgano*, oppidum Hetruriæ in ora maris Tyrrheni, inter Graviſcas, & Fregennas. *Virg. Æn.* 10.

Pyrgis, is, f. nomen herbæ, quæ & lingua canis, & cynogloſſon dicitur. *Apul. de herb. cap.* 96.

Pyrgopolinices, æ, m. πυροπολινίκης, hoc eſt victoria turrium, ſeu munitionum, atque urbium: a πύργος, turris, πόλις, urbs, & νίκη, victoria. Nomen eſt militis glorioſi apud *Plaut. in Mil.* Adde *Sidon. l. 1. ep. 9. ad fin.*

Pyrgotĕles, is, m. gemmarum ſculptor nobiliſſimus, a quo ſolo Alexander Magnus ſe in gemmis ſculpi paſſus eſt, edicto vetans, ne ab aliis ſculperetur. *Plin. l. 1. c. 37. & l. 7. c. 37.*

Pyrgus, i, m. *torre*, מגדל, Germ. *thurn*, Gal. *tour*, Hiſp. *torre*, πύργος, Græce turrim ſignificat. *Liv. l. 27. cap. 32.* Poſtero ad caſtellum, (Pyrgum vocant) copias eduxit. ¶ Eſt etiam genus vaſis cavitate feſſili, quo conjecti tali agitantur, antequam in alveolum emittantur, ita dictus a turriculæ figura. *Hor. l. 2. ſat. 7. v. 16.* Qui pro ſe tolleret, atque mitteret in pyrgum talos.

Pyrĭo, as, a. 1. calefacio, a πῦρ, *ignis*. *Petron. in fragm. Tragur. cap.* 73. In ſolio quod Trimalcioni pyriabatur.

Pyriphlegēthon, ontis, m. idem quod *Phlegethon*, a πῦρ, ignis, & φλεγέθω, uro, vel ardeo. *Arnob. l. 2. pag.* 52.

Pyrites, æ, m. πυρίτης λίθος, *lapis molaris*, a πῦρ, *ignis*, quia plurimus ignis illi inſit, vel quia ægerrime quidem ignem accipit, ſemel tamen acceptum diutiſſime conſervat, vel quia igni reſiſtit, ideoque ſocis idoneus eſt. *Plin. lib. 36. c.* 19. Molarem quidam pyritem vocant, quoniam ſit plurimus ignis illi. ¶ Item lapis quidam, a quo æs conflatur. *Plin. ib.* Sed eſt alius etiamnum pyrites, ſimilitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt, & in metallis, quæ ſunt circa Acarnaniam, unum argenteo colore, alterum aureo, &c. ¶ Item lapis ille, quem nos igniarium dicimus, quidam etiam vivum ſilicem vocant, qui percuſſus a ferreo inſtramento, vel ab altero lapide ſcintillas edit, a πῦρ, *ignis*, quia plurimum habet ignis, *pietra facuja*. *Plin. ib.*

Pyritis, is, f. 3. πυρίτις λίθος, gemma nigri coloris. *Plin. l. 37. c. 11.* Pyritis nigra quidem, ſed attritu digitos adurit.

Pyrobolarii, orum, m. qui pyrobolos, hoc eſt ignita tela jaculantur, a πῦρ, *ignis*, & βάλλω, *jacio*. *Firmic. lib. 8. cap.* 10. Nati ſub fidere Caniculæ erunt venatores, arenarii, pyrobolarii. Ita *Beroald. in l. 4. Apul. de A. A.* Alii leg. *Parabolarii*. V. *Parabolani*.

Pyrocŏrax, vel Pyrrhocorax, acis, m. πυροκόραξ, avis alpina, nigro colore, roſtro luteo. *Plin. l. 10. c. 48.*

Pyrŏdes, m. 3. πυρώδης, filius Cilicis, qui primus e ſilice excuſſiſſe ignem dicitur. Nam Promotheum quidem ignem aſſervaſſe in ferula. *Plin. l. 7. c. 56.*

Pyrŏis, entis, m. πυρόεις. Sidus Martis, ita dictus ab igneo colore. *Col. lib. 10. verſ. 290.* Sic micat & rutilus pyrois, & rore coruſco, &c. ¶ Eſt etiam unus ex equis Solis. *Valer. Flacc. lib. 5. verſ. 432.* Et formidantem patrios Pyroenta dolores. V. *Æthon*.

* Pyropœcĭlos lapis, πυροποίκιλος, lapis igneis punctis diſtinctus. *Pl. 36. 8.*

Pyrŏpus, i, m. πυρωπός, mixtura trium partium æris, & quartæ auri. Sic dicitur, quia habet πυρὸς ὤπαιν, hoc eſt ignis faciem. *Plin. l. 34. c. 8.* Æs in uncias additis auri ſcrupulis ſenis, prætenui pyropi bractea ignefeit. *Ov. Met. v. 2.* Flammaſque imitante pyropo.

Pyrrha, æ, f. Πύρρα, filia Epimethei, Deucalionis uxor, quæ poſt diluvium, una cum marito, jactis poſt terga lapidibus, humanum genus ferrur reparaſſe. *Ov. 1. Met. a v.* 350.

Pyrrhĭas, adis, f. Πυρρίας, ad Pyrrham pertinens, quod eſt oppidum Lesbi, ut *Plin. l. 5. c. 21.* docet. *Ov. Heroid. ep. 15. v. 15.* Pyrrhiades, Methymnæadeſve puellæ.

Pyrrhĭcha, æ, ſeu pyrrhiche, es, f. 1. *moreſca*, πυρρίχη, ſaltatio in armis, quæ Lacedæmoniorum juventuti loco bellici progymnaſmatis erat, ut Ariſtoxenus ſcripſit, apud quos a quinto ſtatim ætatis anno pueri incipiebant ſaltare armati, accinente interim aliquo earmen hyporchematicum, ad cujus numeros motus componebant. Dicta eſt a Pyrrhico Cretenſe, ex urbe Cydone, qui primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad pyrrhichii pedis ſonum inſtituit. Alii eſſe vocatam volunt a Pyrro Achillis filio, quem dicunt primum in tumulo patris ſui armatum honoris gratia ſaltaviſſe. *Plin. l. 7. c. 57.* Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus, utramque in Creta. Ubi pyrrhichen a ſaltatione ſpoplia, ſive in armis, diſtinguite, non quaſi ſit plane diverſa, ſed quia rudior illa a Curetibus, ex arte a Pyrrho, vel potius Pyrrhicho Cretenſe. *Suet. in Caſ. c.* 39. Pyrrhichen ſaltaverunt Aſiæ, Bithyniæque principum liberi.

Pyrrhicharii, ſeu purricharii, m. 2. πυρρίχαρται, qui armati ſaltabant. *Ulp. l. 8. ff. de panis*. Quod inſtituuntur venatores, aut pyrrhicharii, aut in aliam quam voluptatem geſticulandi, vel aliter ſe movendi gratia.

Pyrrhichĭus, ii, m. πυρρίχιος, pes metricus, al. gorius, qui conſtat ex duabus ſyllabis brevibus, ut *Furor, age*, &c. Dictus eſt a pyrrhicha, quia hoc ſono milites ſub armis per ludum utebantur. *Martianus Capella l. 9. Quint. l. 9. c. 4.*

Pyrrho, onis, m. 3. πύρρων, Philoſophus Eliden ſis, filius Philiſtarchi. Primo pictor fuit, deinde Anaxarchi diſcipulus. Vixit annos ferme nonaginta. Ejus ſectatores Pyrrhonii dicuntur, & Sceptici, h. e. conſiderantes, quia omnia conſiderando, & ambigendo tractant, nihilque affirmant. *Gell. l. 11. c. 3. & Cic. 3. de Or. cap.* 17.

Pyrrhonii, orum. V. vocem præced. & vocem *Sceptici*.

Pyrrhocŏrax. V. *Pyrocorax*.

Pyrrhopœcĭlus, i, πυρροποίκιλος, marmoris genus ita dictum, quod fulvi coloris maculis diſtinguatur. *Plin. l. 37. c. 8. & 22.*

Pyrrhus, m. 2. *Pirro*, Πύρρος, filius Achillis ex Deidamia Lycomedis filia, nepos Pelei, & Thetidis, pronepos Æaci, & Ægiñæ, abnepos Jovis, & Europæ, ita dictus

dictus a πυρρὸς, *rufus*, id eſt a fulvo colore capillorum, teſte *Servio*. Hic & Neoptolemus appellatus, quod admodum adoleſcentulus ad belli Trojani reliquias fuerit perductus. Erat enim in fatis, ſine illo Trojam capi non poſſe. Fuit primus, id eſt princeps eorum, qui in equum ligneum ingreſſi ſunt. In Iliſ expugnatione primum Polytem Priami filium, deinde & patrem ipſum interfecit. Polyxenam Achillis patris fui Manibus inferias miſit. Poſtremus Græcorum omnium ex Troade diſceſſit, Heleno Priami filio verante, qui tempeſtatem proſpexit, quam paſſi ſunt Idomeneus, Ulyſſes, Ajax, & cæteri Græciæ Principes. Abduxit ſecum Andromachen Hectoris uxorem, quæ illi in prædæ diviſione obtigerat, & Helenum. Amiſſo per abſentiam Trojanis temporibus paterno Regno, quod erat in Theſſalia, conſedit in Moloſſia regione Epiri, quæ prius fuit Regnum Moloſſorum. Hinc populi primum Pyrrhidæ, poſtea Epirotæ dicti ſunt. Duxit uxorem Andromachen, ex qua, ut aliqui ſcribunt, genuit filium Moloſſum, forſitaſſe etiam aliqm filium nomine Peripeleum. Sed cum in remplum Dodonæi Jovis ad conſulendum veniſſet, ibi Lanaſſam neprem Hercculis rapuit. Igitur Andromachen uxorem tradidit Heleno filio Priami Regis, & Regnum Chaonum, ob illius induſtriam ſingularem, & præcipue, quod confecto bello Trojano tempeſtatem prædixerit, & Pyrrhum navigare prohibuerit. Ex Lanaſſæ matrimonio ſecto liberos ſuſtulit, ex quibus nonnullas virgines nuptum finitimis Regibus tradidit, quæque affinitatum auxilio magnas paravit. Ad extremum rapuit Hermionem filiam Menelai, & Helenæ, quæ Oreſtæ deſponſata fuerat. Quare ab Oreſte interfectus eſt, in templo Apollinis Delphici, inter altaria, ope Macharei, al. Macrei, Sacerdotis. *Juſtin. l. 17. c. 3.* ¶ Pyrrhus alter, ſimiliter Rex Epiri, ſive Epirotarum, qui ex Achille & ipſe, Peleo, Æaco, & Jove genus ducebat. Hic eſt ille Pyrrhus, qui ſtrenuiſſime cum Romanis, & Carthaginienſibus plurima bella geſſit. Demum in Spartæ obſidione, cum inter primos pugnaret, ictu lapidis interfectus eſt. V. *Juſtin. l. 25. c. 3, 4, 5.*

Pyrum, & Pyrus, V. Pirum, & Pirus.

Pyſma, atis, n. πύσμα, quæſitum, interrogatio. Vox Græca, a πύθω, interrogo, Differt ab Erotemate, cui una voce reſponderi poteſt: pyſmati autem, cum plura ſimul quærendo complectatur, non niſi pluribus ſatisfieri poteſt. Ita *Martian. Capell. l. 5. pag.* 171.

Pythagŏras, æ, m. Πυθαγόρας, Philoſophus Samius, teſte *Ovid. 15. Met.* filius Demarati locupletis negotiatoris, al. Mneſarchi anulorum ſculptoris, ita dictus, quod non minus vera, quam Pythii Apollinis oraculum, loqueretur. Vixit ante Anaxagoram, & Socratem. Magnis ſapientiæ incrementis ornatus primo in Ægyptum profectus eſt, deinde Aſtrologiæ, Caldaicæque diſciplinæ cupidus Babylonem ſe contulit. Ex Oriente regreſſus in Cretam, & Lacedæmonem ad cognoſcendas Minois, & Lycurgi inclytas ea tempeſtate leges contendit. Poſt hæc in patriam rediens, cum eam a Polycrate Tyranno occupatam vidiſſet, ſeceſſit in Peloponneſum. Primus ſe *Philoſophum* nominavit, hoc eſt ſapientiæ amatorem, cum ceteri per ea tempora ſe ſapientes dicerent. Poſtea in Italiam venit, in eam partem, quæ Magna Græcia dicta eſt, ſedemque Crotone figens, magno auditorum affluxu Philoſophiam profeſſus eſt, docuitque & privatim, & publice. Venit in Italiam, Cicerone teſte, L. Tarquinio Superbo regnante. *Livius l. 1. c. 18.* ſcribit, Servio Tullio regnante veniſſe. Auctor fuit Metempſychoſeos, ideſt tranſmigrationis animarum, docens, animas poſt mortem de corporibus in corpora tranſire, & animas hominum quandoque in beſtias mitti. Hinc eſum carnium prohibebat. Dicebat, ſe in bello Trojano fuiſſe Euphorbum Panthoi filium, qui interfectus a Menelao iterum revixiſſet in Homerum, poſtea in pavonem, deinde in Pythagoram. Hinc poſtremo dicitur renatus in Ennium Poetam. Hinc *Perſ. ſat. 6. v. 11.* Cor jubet hoc Enni, poſtquam deſterturit eſſe Mœonides Quintus pavone ex Pythagoro. ¶ Diſcipulis ſuis interdicebat, ne faba veſcerentur, quod habet inflationem magnam, ſi cibus tranquillitati mentis quærentis vera contrarian. Aliqui dicunt, Pythagoram a faba abhorruiſſe, quod ceſſeret animal eſſe, quia viridis in pyxide ærea ſervata vertitur in ſanguinem, & cocta ſanguinis humorem ex ſe emittit: addunt, illum maluiſſe in latrones incidere, quam per fabæ fegetem tranſire, cum aliunde refugium non haberet. ¶ Silentium quoque iis maxime commendabat, jubebatque per quinquennium religioſiſſime ſervare, ut ſcribit *Laert.* Quare ii ob id ἀκουσικοὶ dicti ſunt. *Claudian. de Conſul. Mall. Theod. v.* 157. At non Pythagoræ monitus, annique ſilentes. ¶ Diſcipuli Pythagoræ in diſputando rationem non afferebant, ſed Magiſtri auctoritatem, & dicebant, αὐτὸς ἔφη, *Ipſe dixit*. ¶ Cum viginti annos Crotone egiſſet, Metapontum migravit, ibique deceſſit. Illius tanta admiratio fuit, ut ex domo ejus templum facerent, eumque pro Deo colerent. V. *Juſtin. l. 20. c. 4.*

Pythagorēus, a, um, adject. Πυθαγόρειος, ad Pythagoram pertinens, ut Pythagorea ſomnia. *Horat. l. 2. ep. 1. v.* 52. ¶ Pythagorei, orum, ſubſtant. Philoſophi diſcipuli, & aſſectæ Pythagoræ. *Cic. 2. de Orat. c.* 37. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. ¶ Sant qui ſcribunt *Pythagoreos* per *o* diphthongum quam tamen Græcæ literæ non ferunt.

Pythagorĭcus, a, um, adject. idem ac Pythagoreus, ut Pythagorica prudentia, *Valer. Max. l. 4. c. 7. n. 1.* Pythagorica Philoſophia, *Plin. l. 13. c. 13.* ¶ Pythagorici, orum, ſubſtant. Pythagoræ diſcipuli, aut ſectatores. *Cic. 1. Div. c.* 30. Pythagoricis interdictum, ne faba veſcerentur.

Pythagoriſſo, as, *n. 1.* Pythagoricus ſum. *Apul. l. 2. Flor.* Noſter Plato pythagoriſſat.

Pythaula, & Pythaules, æ, maſc. πυθαυλής, tibicen, qui in urbe Pytho hymnos in honorem Apollinis canebat. Poſtea ad illos etiam tibicines translata vox eſt, qui in comœdiis tragœdiiſque canebant. *Varr. apud Non. c. 2, n. 743.* Priuſquam in orcheſtra Pythaules inſter tibias, domi ſuæ ramices rumpit. *Diomed. Grammat l. 3. pag. 489. Purſch.* Quando chorus canebat, choricis tibiis, ideſt chorauliciis artifex concinebat: in canticis autem pythaules Pythiis reſpondebat. ¶ Sunt qui ſcribunt Pithaules, & originem vocis derivant a πίθος, *dolium*, quod hujuſmodi tibicinum tibiæ doliolum figura referrent.

Pythĭa, æ, f. Πυθία, Phœbas, ſive Sacerdos Apollinis Delphici, al. Pytho, quæ δλμον, ſeu tripodi inſidens, genitalibus, ut ajunt, partibus fubeuntem excipiebat eum halitu ſpiritum, inde repleta furore, crinibuſque reſolutis, ac ſpumas ore emittens, de rebus cum futuris, tum dubiis reſpondebat. *Cic. 1. de Div. c. 19.* Mentem Pythiæ divino afflatu concitabat.

Pythĭa, orum, n. Πύθια, factum certamen in Apollinis Pythii honorem. Inſtituta dicuntur ob cædem Pythonis ſerpentis, & inde nominata. *Ovid. 1. Met. v.* 446. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos. ¶ Victores hujus certaminis, teſte Luciano, lauro coronabantur.

Pythĭcus, a, um, adject. idem ac Pythius. *Tertull. adverſ. Gnoſt. c. 6.* Carthago donata Pythico agone. *Valer. Max. l. 1. c. 8. n. 10.* Pythica divinatio.

Pythĭon, ii, n. genus bulbi, πύθιον, *Plin. l. 19. c. 5.*

Pythĭus, ii, m. Πύθιος, cognomen Apollinis a Pythone dracone, quem ipſe Junonis nutu immiſſum, ſecundum Poetarum fabulas, in prima infantia ſagittis interfecit, *Ovid. 1. Met. a verſ.* 438. *Hor. lib. 1. od. 16.* Non adytis quatit mentem Sacerdotum incola Pythius.

Pythĭus, a, um, adject. ad Pythium, ſeu Apollinem pertinens. *Propert. l. 3. el. 13. v.* 52. Dum petit inconſi Pythia regna Dei; *h. e.* Delphos. *Juven. ſat. 13. v.* 169. Pythia vates. *Cic. 1. Divin. c. 1.* Pythium oraculum.

Pytho, us, f. 4. contract. urbs Græciæ, eadem ac Delphi, ſic dicta, quia ibi Apollo ſub ſerpentis ſymbolo colebatur, quod Pythonem puer ſagittis occidiſſet. *Tibul. l. 2. eleg. 3. v. 27.* Delos ubi nunc, Phœbe, tua eſt? ubi Delphica Pytho? Python, vel Pytho, onis, m. vel f. 3. אוב, Πύθων, ingens quidam draco natus ex putredine terræ poſt diluvium Deucalionis, qui ab Apolline ſagittis interfectus eſt. *Ovid. 1. Met.* rem pluribus narrat, *fab. 8. & Macrob. l. 1, Saturn. c. 17.* interpretatur. *Claudian. l. 1. in Ruffin. v. 1.* Phœbigo domitus Python cum decidit arcu. Pythonicus, a, um, adject. ad Pythonem, vel ad Apollinem pertinens. *Tertul. de anim. c.* 28. Scimus magos elicere explorandis occultis per Pythonicos ſpiritus. Pythonion, n. herba, alio nomine dracontea. *Apul. de herb. c. 4. & 14.*

Pythopŏlis, f. 3. opp. Bithyniæ, conditum a Theſeo, ad ſoloeptem ſi. *Plin. l. 5. c. ult.*

Pytiſma, atis, n. *lo ſputare ſpeſſo*, רוק, πτύισμα, crebra ſputi irroratio, a πτύω, *ſputum emitto*. *Juv. ſat. 11. v.* 173. Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem, *h. e.* qui exſpuit ſupra pavimentum ſtratum marmore Lacedæmonio, & ſæpe conſpuendo madefacit, & lubricum reddit. Quidam legunt *pedemate*. Eſt autem pedema genus quoddam ſaltationis, forſaſſe a πηδάω *ſalio*. Alii *petteumate*, h. e. crebro talorum uſu (nam πέττος, talum ſignificat) terit quodammodo, & lævigat menſam rotundam e marmore Lacedæmonio. Alii denique alias afferunt &

lectiones, & interpretationes. V. *Oſtav. Ferrar. Electt. l. 2. c. 6.* ubi eam explicationem ampleſtitur, quæ eſt vereris Scholiaſtis, & nos priore loco attulimus.

* Pytiſſo, πυτίζω, *bere a centellini*, beviter vinum deguſtare & exſpuere. *Donat.* ad *Terent. Heaut. 3. 1. 48.*

Pyxacanthus, i, m. & f. πυξάκανθα, frutex ſpinoſus, cubitalibus ramis, foliis buxi, a πύξος, *buxus*, & ἄκανθα, *ſpina*. *Plin. l. 12. c. 7.* Spinam ipſam in Græcia quidam pyxacanthum Chironium vocant. *Id. l. 24. c. 14.* Quam & pyxacanthum chironiam vocant.

* Pyxagāthus, i, m. πυξάγαθος, bonus pyctes. *Martial. l. 7. ep. 1. 56.*

Pyxidātus, a, um, πυξιδωτός, quod ad effigiem pyxidis formatum eſt. *Plin. l. 31. c. 6.* Commiſſuris pyxidaris, fictiles tubi.

Pyxidĭcula, æ, f. πυξίδιον, dim. a *pyxis*. *Col. l. 6. c. 6.* Liquidum collyrium pyxidicula ſervatur.

Pyxĭnum, i, n. nomen collyrii, quod deſcribitur a *Celſ. l. 6. c. 6.*

Pyxis, idis, f. *piſſide, vaſetto, boſſolo*, πύξις, proprie ſignificat vaſculum e buxo, nam πύξος

re, vinique quadrantem. ¶ Quadrans pedis est mensura quatuor digitorum, quam etiam palmum minorem vocarius, *Gel.l.3.c.10.* Quadrans in agris est quarta pars jugeri. *Col.l.5.c.1.* Pars quarta pedes septem millia, & ducentos, hoc est quadrans. ¶ Quadrans operæ, est quarta pars operæ. *Col.l.2. c.4.*

Quadrantal, alis, *n. 3.* figura ex omni parte quadrata, quales sunt cubi, & tesseræ, quibus in alveolo luditur. In quamcumque enim partem incubuerint, immorata habent stabilitatem. *Gel.l.1.c.20.* ¶ Est etiam mensuræ genus, pedem quadruaverfum quadratum habens, continens octo congios, sextarios quadraginta octo, idem atque amphora, ut testatur *Festus in Quadrantal*; græce περάμιον. *Plaut. Curc. 1. 2. 14.* Modica est, capit quadrantal.

Quadrantālis, & le, *o. 3.* quod quadrantem continet. *Plin.l. 13. c.15,* Quatuor pedum, & semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali, idest pedis quartæ partis.

Quadrantārius, a, um, τετραμοιρίτης, ἀργυρικὸς, quod est ex quadrante. Res quadrantaria, est balneum, quia quadrans fuit præmium balneatoris. *Senec.ep.86.* Cur enim ornaretur res quadrantaria, & in usum, non in oblectamenta reperta? Quadrantaria Clytemnestra (apud *Quinct.l.8.c.6.*) dicta est Clodia uxor Metelli Celeris, quia vili mercede corporis sui copiam faciebat. Ideo autem Clytemnestra vocata est, quia quemadmodum Clytemnestra Agamemnonem, ita hæc maritum *sustulerat.* Alii quadrantariam dictam putant, quia a quodam callido amatore pro nummis argenteis quadrantes ærei quondam in ejus loculos inmissi fuissent; quam rem narrat *Plutar. in vita Cic.* Fortasse huc pertinet illud *Cic. pro Cæl. c.26.* ubi de eadem Clodia loquens, Nisi forte, inquit, mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori, *h. e.* vel propter corporis prostitutionem, quæ in balneis præcipue a mererricibus fiebat, vel quia balneatori pro quadrante mercedem stupri dabat, familiaris illi esse potuit.

Quadrārius, a, um, idem ac quadratus, vel quadrangulus. *Cato de R.R.c.* 18. Quadrariis vasis uti contrafiora sient. Al. aliter leg.

Quadrāta, æ, *f.* vicus urbis Romæ, *in reg. 14.* in Palatio, ante templum Apollinis, ubi reponebantur, quæ boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi solebant. *Fest.*

Quadratārius, m. 2. τετραγωνιάρ, marmorarius, qui marmora adamussim quadrat. *Leg. 1. Cod. de excus. artif.* Quadratarii, quos Græco vocabulo λιθοτόμους appellant. Adde *Sidon. l. 3. ep. 12.*

Quadrātē, adv. *Manil.l.2.v.295.* Ternaque bini senis quadrate fingere Signis, *h. e.* in quatuor partes, quæ singulæ tria signa contineant, dividere.

* Quadrātim, adv. quadrate. Agnoscitur a *Charif.l.2. p.268. Putsch.*

Quaqua, adverb. *da qualunque parte, dovunque*, Germ. *vvodurch man vvuill*, Gal. *par quelque coté que ce soit*, Hisp. *por do quiera que*, ὁπόπερ ἄν, ex quacumque parte. *Plaut. Epid.* 5. 2. 9. Quaqua tangit, omne amburit.

Quaqua versus, adverb. *in ogni parte*, παντεχόσε, in omnem partem, per quemcumque locum. *Cic. 9. Phil. cap. ult.* Circumque eam statuam locum gladiatoribus, ludisque libetos, posteroque ejus quaqua versus pedes quinque habere. Alii leg. *quaque*.

Quaquam, adv. motus per locum, *per qualche luogo*. *Lucret. l.* 1. *v.* 427. haud usquam sita corpora possent esse, neque omnino quaquam diversa meare.

Quaque. V. *Quaqua*.

Quare, adv. *perchè*, למה, על זה, Ger. *vvarumb*, Gal. *pourquoi*, Hisp. *porque*, ὅτι, qua de causa, quam ob rem. *Cic. in de Orat. c.* 16. Namque illud quare Scævola negabit? ¶ Usurpatur etiam infinite. *Cic.* 2. *Off. cap.* 19. Utendum est excusatione, quare id, quod faceris, necesse fuerit. *Id. pro Rosc. Amer. cap.* 33. Permitta sunt, quæ dici possunt, quare intelligaur, facultatem tibi fuisse &c. ¶ Est item conjunctio collectiva, sive rationalis, pro *quapropter, quamobrem, itaque*. Ponitur in principio periodi. *Cicer. pro L. Mun.* Quare cum bellum necessarium sit, ut negligi non possit, &c. ¶ *Nec quid, nec quare*, modus loquendi per ellipsim, quo significatur, nullam esse certam rationem, nec causam ejus rei de qua loquimur. *Petron. in fragm. Tragur. cap.* 37. *Burm.* Uxor Trimalchionis Fortunata appellatur, quæ nummos modio metitur. Et modo quid fuit? Ignoscet mihi Genius tuus, noluisses de manu ejus panem accipere. Nunc, nec quid, nec quare, in cœlum abiit, & Trimalchionis tapanta est, *qualunque sia la ragione*.

Quariares, m. 3. pop. Gallix Narb. in medit. Provinciæ, juxta Alpes maritimas, inter Suetros, & Adunicates. *Plin. l.* 3. *c.* 4.

Quarta, æ, f. (*subintelligitur* pars) a JCtis passim accipitur pro quarta parte ejus rei, de qua agitur. Quamplura ex Dig. & Cod. loca collegit *Horoman. in comment. de verb. jur.*

Quartadecimāni, vel Quartadecumani, orum, m. milites legionis decimæquartæ, apud *Tacit.* 2. *hist. c.* 16. & *alibi*.

Quartanarius, a, um, adject. *Pallad. in Januar. tit.* 11. Quartanariam tabulam, quæ quartam jugeri partem quadrata conficiet.

Quartānus, a, um, adject. Quartani milites legionis quartæ, apud *Tacit.* 4. *hist. c.* 37. ¶ Quartana febris, & quartana absolute, quæ quarto die recurrit, *febbre quartana. Plin. l.* 7. *c.* 51. Febri quartana liberatus est in acie. *Cic. Attic. l.* 7. *epist.* 2. Quartanam mihi dixit decessisse. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Quartanas excutere.

Quartarius, ii, masc. mulio mercenarius, ita dictus, quod quartam partem quæstus caperet. *Perf. Lucil.* apud *eumd.* Porro homines nequam, malus ut quartarius, cippos colligere omnes. ¶ Quartarius item est quarta pars majoris mensuræ, ut quarta pars congii, *quarta. Cato R. R. cap.* 95. Poltea fumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium. *Liv. l.* 5. *c.* 47. Cui universi felibras farris, & quartarios vini ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt.

Quartāto. V. *Tertiato*.

* Quarte, Quarti, V. Dies.

Quarteceps, &

Quarticeps. V. *Bicepſos*.

Quarto, adverb. τετάρτως, quarto loco, vel ordine, *Varr.* apud *Gell. lib.* 10. *cap.* 1. *Aliud est quarto Prætorem fieri, & quartum, quod quarto locum adsignificat, & tres ante factos, quartum tempus adsignificat, & ter ante factum.* Ligur Ennius recte, qui scripsit: Quintus pater quartum fit Consul.

Quartum, adv. τετάρτως, *la quarta volta*, רבעית, quarta vice. *Quarto, & quartum* inter se differunt. Nam *quarto Consul*, significat locum Consulum, vel ordinem, hoc modo, *Marcus fuit quarto Consul*, idest tres Consules ab origine, & institutione Consularus ante fuerunt, quam Marcus fuisset Consul, qui quarto anno a primis Consulibus factus est Consul; *quartum* autem *Consul* dicitur ratione ejusdem personæ, quæ tribus Consulatibus jam perfuncta, quartum gerit Consulatum. *Liv. l.* 3. *c.* 67. T. Quinctio quartum Consule. V. *Quarto*.

Quartus, a, um, *quarto*, רביעי, Gex. *der vierte*, Gal. *quatrième*, Hisp. *quarto*, τέταρτος, proximus a tertio, nomen numerale ordinis. *Cic.* 4. *Acad. c.* 6. Qui est quartus ab Arcesila. *Liv. l.* 24. Ubi quartæ vigiliæ signum recinisset.

Quartusdecimus, a, um, adject. *decimoquarto. Tacit. l. Ann. c.* 70. Quartadecima legio. *Plin. l.* 2. *c.* 59. Quartadecima luna, *luna piena*.

Quasi, adv. *quasi, come, come se*, כמעט, Ger. *gleich vvie als*, Gal. *presque*, Hisp. *casi*, ὥσπερ, ita ut, perinde ac si, haud aliter ac si. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 45. Verum ex transverso cedit, quasi cancer soler. *Cic.* 4. *Ver.* Repente aspicimus lituras ejusmodi, quasi quædam vulnera tabularum recentia. *Id. pro Quinct. c.* 2. Qui, quasi sua res, aut honos agatur, ita diligenter Sex. Nævii studio, & cupiditati morem gerunt. *Id. lib.* 3 *Fam. ep.* 7. Quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. ¶ Ponitur etiam pro fere, pene. *Cic.* 4. *Acad. de Sole*. Quantulus nobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. ¶ Item pro sicut, quemadmodum. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 9. Quasi pueri, qui nare discunt, ferpea induitur ratis; eodem modo, &c. *Id. Aulul.* 4. 1. 6. Qui fervitutem fervit, quasi ego servio. ¶ *Plin. l.* 8. *ep.* 16. Permitto servis quoque quasi testamenta facere, eaque ut legitima custodio, *h. e.* speciem quandam testamentorum; nam juste & legitime testari servi non poterant.

Quasillāria, æ, f. ancilla infimæ domus, ita dicta, quia penſa in quasillis reposita habet. *Petron. in Satyr. c.* 32. Convocat omnes quasillarias, familiæque sordidissimam partem, ac me consput jubet.

Quasillum, i, n, idem ac quasillus. *Cic.* 3. *Phil. c.* 4. Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus: at vero hujus domi inter quasilla pendebatur aurum, *h. e.* in gynecæo, inter ancillas lanificio deditas. V. *Quasillus*.

Quasillus, i, m. *ceſtello*, טל, Germ. *ein korblein*, Gal. *petit panier*, Hisp. *canastillo*, κάλαθίσκος, ciſtula, dim. a *qualus*. *Fest.* Calathos Græci, nos d

epiſt. 2. Quatenus de religione dicebar, *Bibulo aſſenſum eſt.* ¶ Sumitur etiam ut conjunctio pro *quoniam*, vel *quandoquidem*. *Sueton. in Claud. cap.* 26. Quatenus ſibi matrimonia male cederent, permanſuram in cœlibatu. *Plin. lib.* 3. *ep.* 7. Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos viſſiſſe teſtemur. *Horat. lib.* 3. *od.* 24. Quatenus virtutem incolumem odimus, ſublatam ex oculis quærimus invidi. ¶ Eſt etiam adverb. loci *Liv. lib.* 28. *cap.* 39. Italiæ, niſi quatenus vallum caſtrorum cingit, nihil reliquerit Pœno. *Id. ibid.* Ut quatenus turo poſſent, Italiam ſpectatum irent. ¶ Videtur etiam eſſe adv. temporis. *Cic. Phil.* 14. *cap.* 5. Quibus auſpiciis illos fauces acciperem? quatenus habe rem? cui traderem? ¶ Pro quomodo. *Lactant. l.* 4. *c.* 27. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum (*Crucis*) ſciet qui viderit, quatenus adjurati per Chriſtum de corporibus fugiant.

Quater, adv. *quattro volte*, τετράκις, quatuor vices. *Varr. lib.* 3. *R. R. c.* 10. Quater in anno. *Colum. l.* 5. *c.* 2. Fuit utrumque pedes viginti: hoc ducto quater, fiunt octoginta. *Plin. l.* 7. *c.* 27. Quater, & quadragies. *Hirt. de B. Afric. c.* 19. Cum equitibus MC. peditum ac levis armaturæ quater tanſis. ¶ Per Synecdochen ponitur pro ſæpius. *Virg. l. Æn. v.* 94. O tercque, quaterque beati.

Quatercenties, adv. *quattrocento volte. Vitr. l.* 1. *c.* 1.

Quaterdecies, adv. quatuordecim vices. *Cic.* 3. *Verr. cap.* 39. Huic HS. quaterdecies p. Tadio numerata Athenis reſtibus planum faciam.

Quaterdēni, æ, a, adject. diſtributivum, quod ſere ponitur pro cardinali, *quatuordici. Ovid.* 7. *Met. v.* 293. Ante quaterdenos hunc ſe reminiſciatur annos.

Quaternarius, a, um, adj. ut quaternarius numerus, *il numero di quattro. Plin. lib.* 28. *c.* 6. ¶ Scrobes quaternarii dicuntur, qui pedes quatuor ſunt quoquoverſus. *Colum. l.* 11. *c.* 2.

Quaterni, æ, a, adject. *quattro*, numerus diſtributivus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 86. Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos, *quattro per letto. Cic. pro Font. c.* 5. Quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii nomine exegiſſe. ¶ Sumitur etiam pro cardinali. *Plin. l.* 8. *c.* 6. Quaternis diebus latent. ¶ In genit. plur. uſi. ractivus eſt *quaternum*, quam *quaternorum*: quod idem dicendum de ſimilibus adjectivis diſtributivis, *duceni, triceni, terni*, &c. *Plin. lib.* 9. *c.* 5. Balænæ, quaternum jugerum. *Colum. l.* 5. *c.* 5. Quaternum pedum ſpatia.

Quaternio, onis, m. quaternarius numerus, ut *ternio* ternarius, *ſenio* ſenarius. *Martian. Capell. l.* 7. *pag.* 255. & 268.

Quatinus, adverb. Feſtus; Quatenus ſignificat qua fine, ut hactenus hac fine, quatinus vero, quoniam. Hæc *Feſtus*. Hinc ubicumque apud Scriptores *quatenus* legitur pro quoniam, vel quandoquidem, ſunt qui affirmant, ſcriptum fuiſſe *quatinus*.

Quatſo, is, 3. *crollare, percuotere, sbatter*, רוּעַשׁ, Germ. *erſchutten, bewegen*, Gal. *hocher, ſecouer*, Hiſp. *quebrar, ſacudir, colmo*, movco cum violentia, agito, percutio. *Liv. l.* 1. *c.* 19. Mœnia quatere ariete. *Plin. l.* 26. *c.* 4. Quam machinis claſſtra per tot annos quatere? ¶ Quatere aliqui verbera, *eſſ verberare. Virg. in Culice, verſ.* 218. Et flammas, & fœva quatit mihi verbera pœnæ. ¶ Translate capitur pro vexare, moleſtia afferre. *Virg. 9. Æn. v.* 608. Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello. *Cic. 3. Tuſc. c.* 6. Quod ægritudine quaſi tempeſtate quatiatur. ¶ Metaleptice ponitur pro ejicere. *Ter. Eun.* 2. 3. 66. Nimirum homo quatietur certe cum dono foras. ¶ Quatere aliquem riſu, *far crepar dalle riſa. Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 84. ¶ Quatere aliquem mente ſolida, *far mutar penſiero*, mentem ſanam excutere. *Id. l.* 3. *od.* 3. ¶ Pro crebro movere, ut quatere alas. *Virg.* 5. *Æn.* Vaſtos quatit anhelitus artus. *Id. ibid.*

Quatridŭanus, a, um, *di quattro dì*, τετραήμερος, quatridui tempus habens. *Hieron. ep.* 27. *ad Euſtoch. c.* 11. *ad fin.* Lazarus quatridŭanus mortuus.

Quatridŭum, vel Quatriduum (ut legitur *in antiquo lapide* apud *Manut. in Orthog.* in voce *Bestia*, n. 4.) i, n. 2. τετράημερον, ſpatium quatuor dierum. *Cic. pro R. Am. c.* 7. Mors Sexti Roſcii quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nuntiatur. *Id. ad Brut. ep.* 3. Triduo, aut quatriduo ante. *Lentul. Senatui l.* 12. *Fam. ep.* 15. Eum quatridui iter a Lacedæa abfuiſſe.

Quatŭor, *quattro*, אַרְבָּעָה, Germ. *vier*, Gal. *quatre*, Hiſp. *quatro*, τέτταρες, nomen numerale cardinale indecl. *Cic. de Univ. c.* 5. Ab iis rebus numero quatuor mundi eſt opus effectum. ¶ Scribitur & *quatruor* duplici r. Quidam putant ita ſcribi a Poetis primæ ſyllabæ producendæ cauſa. Verum non Poetas ſolum id feciſſe, ſed & proſæ ſcriptores, ſatis conſtat ex veterib. MS. & Lapidibus, quos affert *Manut. in Orthogr.* Itaque & *quatuor*, & *quatruor* etiam extra carmen rectiſſime ſcribi poteſt.

Quatuordecies. adv. τετράκις καὶ δέκα, idem ac quaterdecies. *Plin. l.* 3. *c.* 7. A Gadibus quatuordecies centena.

Quatuordecim, *quattordici*, אַרְבָּעָה עָשָׂר, Germ. *vierzehen*, Gal. *quatorze*, Hiſp. *quatrize*, δεκατέτταρες, nomen numerale cardinale indecl. *Plin. l.* 2. *c.* 14. Quatuordecim partes. *Flor. l.* 2. *c.* 18. Per quatuordecim annos. ¶ *Sedere in quatuordecim* in Thyatro, eſt inter vivos equeſtris ordinis ſedere, quibus quatuordecim gradus aſſignari fuerant poſt Orcheſtram, ex qua Magiſtratus, ſenatorſque ſpectabant. *Sueton. in Cæſ. c.* 39. Donatus quingentis ſeſterciis, & anulo aureo, feſſum in quatuordecim e ſcena per orcheſtram tranſiit.

* Quatuorſignani. V. Sexſignani.

Quatuorviratus, us, maſc. τετραδαρχία, Magiſtratus, ſeu dignitas Quatuorvirorum. *Aſcon. Pollio ad Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 32. Quatuorviratum ſibi prorogavit.

Quatuorviri, m. 2. οἱ τέτταρες, Magiſtratus quatuor virorum. Quatuorviri viarum curandarum erant Magiſtratus quatuor virorum, qui curam viarum publicarum agebant. Inſtituti ſunt poſt Prætorem Peregrinum. *Pompon. l.* 1. *ff. tit.* 2. *l.* 2. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 16. ſcribit Quatuorviris, & Decurionibus.

* Quatus, *pro* cyathus, legitur a quibuſdam apud *Pallad. l.* 3. *t.* 27. *& l.* 11. *t.* 14. &c. Quæxare ranæ dicuntur, cum vocem mittunt, ait *Feſtus*. Alii leg. *quoaxare*, & *coaxare*.

QUANTE VUE.

Que. *e, ed*, τέ, ϗ, &, atque, ac, conjunctio ſubjunctivi ordinis, a τέ, quomodo a τίς, *quis*. Modo copulativa eſt. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 59. Singulaſque res definimus, circumſcripteque complectimur. *Nepos in Datam. cap.* 7. Ab hoc deſciit, adque regem tranſiit. ¶ Modo cauſariva, pro *quoniam*. *Cic. 1. Off. c.* 7. Non nobis ſolum nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem amici. ¶ Modo expletiva, quando ſcilicet ornatus tantum cauſa ponitur. *Liv. l.* 26. *c.* 48. Diis immortalibus laudeſque & grates egit. *Prop. l.* 3. Deiphobumque, Helenumque, & Polydamantas in armis. ¶ Quandoque ponitur pro *an*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 58. Quid refert uri virgis, ferroque necari? ¶ Quandoque pro *etiam*. *Vellej. l.* 1. *c.* 4. Vires autem veteres earum urbium hodieque magnitudo oſtentat mœnium. ¶ In compoſitione conjunctionis vim amittit, & vim ſyllabicæ dictionis obtinet. Componitur autem cum nominibus, ut *uterque, plerique*; cum pronominibus, ut *quiſque, quique*; cum præpoſitionibus, ut *abſque*; cum adverbiis, ut *undique*; cum conjunctionibus, ut *atque, itaque*.

* Quei? quomodo? V. Qui adv. ¶ Pro *cui*, Vet. Tab. apud *Murat. p.* 582. Nequei eorum, quorum nomina, &c.

* Queis. V. Ques.

Quemadmŏdum, adv. *ſiccome*, כַּאֲשֶׁר, Germ. *wie, gleich wie*, Gal. *comme, comment*, Hiſp. *aſſi como*, καθάπερ, ſicut, ex *quem, ad, & modum. Cic. de Am. cap.* 4. Quemadmodum ſoles ¶ Sumitur etiam pro *quomodo. Cic. pro Dom.* Quemadmodum iſte omnia præpoſteris verbis pronuntiarit. ¶ Uſurpatur etiam interrogative. *Cic. pro Dom. c.* 27. Illi, qui Clodii leges rimuerunt, quemadmodum cæteras obſervarunt?

Queo, is, ivi, itum, n. anom. *potere*, יָכֹל, Germ. *vermogen, konnen*, Gal. *pouvoir*, Hiſp. *poder*, δύναμαι, poſſum, valeo. *Cic. lib.* 14. *Fam. epiſt.* 1. Non queo reliqua ſcribere. *Hor. l.* 2. *ſat.* 7. Liber ſum, dic age, non quis. *Lucr. l.* 1. *v.* 647. Mobilitate mali non quit ſentire dolorem. Rurſus *Cic. Phil.* 11. *c.* 2. Quis eſt qui queat? *Ter. Andr.* 4. 1. 30. Nec te quivit cogere. *Apul. l.* 6. *Metam.* Nec indipſci maritum quiens. *Tacit. l. Ann. c.* 66. Cum quiret. Rurſus *Lucret. l.* 6. *v.* 885. Non quierit. *Id. lib.* 5. *v.* 1044. non quiſſe putentur. *Plaut. Merc. prol. v.* 55. Exhaurire me quod quirem. *Id. Mil.* 4. 6. 25. Si non quibo impetrare. *Gel. lib.* 11. *cap.* 9. Loqui non quire. *Id. l.* 5. *c.* 9. Nihil fari quſbat. *Varr. li.* 4. *L. L. ſub init.* Velocior ideo, ſi quivero. ¶ Deponentis forma. *Lucret. l.* 1. *v.* 1044. ſuppleri ſumma queatur. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 57. Forma noſci non quita eſt, *Plaut. Perſ.* 2. 2. 13. Nec ſubigi queantur umquam.

Querĕcrus. V. *Querquerus*.

Querĕtum, i, neut. δρυμός, locus, ubi conſitæ ſunt quercus, *querceto. Varr. l.* 1. *R. R. c.* 16. Si enim ad limitem quercetum habet. Adde *Horat. l.* 2. *od.* 9.

Querceus, a, um, ἔρϐινος, quod ex quercu eſt. *Serv. in* 4. *Æneid. v.* 782. Querceam coronam accipiebant, qui in bello civem ſervaſſent.

Quercĕus, a, um, idem ac querceus. *Suet. in Calig. cap.* 19. Inſignisque quercea corona.

Quercŭlānus. V. *Querquetulanus*.

Quercus, us, f. *quercia, rovere*, אַלּוֹן, Germ. *ein eych*, Gal. *chêne*, Hiſp. *anzino*, δρῦς, arbor glandifera, ligni duri, ac corticis aſperi. Fuit arbor ſacra Jovi. *Virg.* 3. *Georg. v.* 332. Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus ingentes tendar ramos. *Id.* 3. *Æn. v.* 680. Aeriæ quercus.

Querĕla, æ, ſem. *querela, lamento*, תְּלוּנָה, Germ. *klag, ammer*, Gall. *querelle*, Hiſp. *querxa*, κλαυθμός, querimonia, lamentatio, a *querer. Cic. de Sen. c.* 3. Sæpe interfui querelis meorum æqualium. *Id. Q. F. l.* 3. *ep.* 8. Epiſtola plena querelarum. *Id. Fam.* 10. *ep.* 28. Veſtrum illud divinum in remp. beneficium nonnullam habet querelam, *h. e.* præbet aliquibus querendi occaſionem. *Id. pro Sext. c.* 30. His de tot, tantiſque injuriis Conſulum querela eſſe debuit. ¶ Apud JCtos querela accipitur pro actione liberum in parentes, & viceverſa. Vide in *Dig. tit. de inoffic. teſtam. & Juſtiniani Cod. l.* 3. ¶ Legitur etiam *querella* duplici *ll. Inſcript.* apud *Grut. pag.* 480. *n.* 5. Vixit fine ulla querella.

Querĕlans, tis, nom. particip. *chi ſi lamenta. Serv. in eel. Virg.* 1. Poſtea eum querelantem invenimus.

Querens, entis, *lamentanteſi*, qui queritur. *Virg.* 4. *Georg. v.* 320. Multa querens. *Horat. l.* 1 *od.* 13. Æoliis fidibus querentem Sappho puellis de popularibus.

Queribundus, a, um, *lamentevole*, μεμψίμοιρος, lamentabilis. *Cic. pro Syll. c.* 10 De ſuppliciis P. Lentuli, de carcere magna, & queribunda voce dicebat.

Querimonia, æ, f. idem ac querela. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Eo metu injecto repente magna querimonia omnium diſcedimus. *Id. Verr. ult. c.* 28. Habere querimoniam de alicujus crudelitate. *Liv l.* 7. *c.* 9. Ultro citroque querimonias jactare. *Nepos in Attr. c.* 17. Nulla inter eos querimonia interceſſit.

Querĭtans. V. *Quiritans*.

* Queritor, aris, ſæpe queror. *Paul. Nolan. cap.* 10. *al.* 9. *v.* 147. Quare gratandum magis eſt tibi, quam queritandum.

Querneus, a, um, δρύϊνος, quod eſt ex quercu. *Col. l.* 9. *cap.* 1. Quernææ glandis, & ilignææ.

Quernus, a, um, idem ac querneus. *Plin. lib.* 3. *cap.* 5. Querno folio aſſimilata. *Virg.* 2. *Georg v.* 305. Quernæ glandes.

Querŏr, eris, queſſus ſum, d. 3. *lamentarſi*, קוֹנֵן, תְּלוֹנֵן, נָלִין, Ger. *ſich beklimmern od. beklagen*, Gal. *ſe plaindre*, Hiſp. *quexarſe*, μεμφόμαι, lamentor, expoſtulo. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Quid nullæ? queſtus eſt graviter. ¶ Vel cum acc. rei. *Cic. de Am.* Quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant. ¶ Vel cum abl. rei ℞ præp. *de. Caſ. lib.* 4. *B. G.* De Servogum injuriis querantur. ¶ Vel cum abl. rei cum præp. *ſuper. Horat* 2. *ep.* 2. *v.* 24. Querenis ſuper hoc eriam, quod &c. ¶ Vel loco cauſa rei cum infinitivo. *Caſſ. li. B. G.* Quos intuliſſe bellum ſibi querebantur. ¶ Vel etiam cum membro orationis. *Cic. Acad. c.* 5. Neque tam querererur cum Deo, quod parum longe, quam quod falſum videret. ¶ Præter abl. rei admittit acc. communem. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſari. Aliqui legunt *Cæſar*. ¶ Perſona, cum qua querimur, ponitur in dat. vel in abl. cum præp. *cum*, vel in acc. cum præp. *apud. Cic.* 3. *Verr.* Is mihi etiam queritur, quod a nobis novem ſolis diebus prima actio fui judicii tranſacta ſit. *Id. Act. l.* 10. Secum Tullium, & Servium queſtos eſſe. *Velleſ. l.* 2. *c.* 130. Apud aures Deorum d his queri. ¶ Translate *Horat. epod. 2. v.* 26. Queruntur in ſilvis aves. Ubi *Veru Scholiaſt.* Veteres omnium animalium voces, præter hominum, querelas dixere. & ira cicadis, ranis, bubus Virgilius tribuit querelas. V. *Querulus*. Partiq. *queſturus. Stat. 11. Theb. v.* 495. dejectam in lumina pallam Diva trahit, magnoque fugit queſtura Tonanti.

Querquedula, æ, f. *germano*, κερκίς, κερκεδίς, avis tam in aqua, quam in terra vitam agens, teſte *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 3. *& l.* 4. *L. L. cap.* 13. a Græcis vocibus allatis per dimin.

Querquerni, orum, m. populi Hiſpaniæ citerioris. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Querquĕrus, ſeu quercĕrus, a, um, algidus, ut Morbus querquerus, quomodo *Gel. l. ult. cap.* 2. & *Minutius Felix* loquuntur, vel ut alii, febris querquera, frigida, & cum horrore tremens, ut *Aurelius Opimius* definit apud *Feſt.* Adde *Pleut. in fragm. Frivolaria.* ¶ Abſolute *apud. in apol.* Qui minus poſſit ex eodem litore calculus ad veſicam, reſta ad teſtamentum, cancer ad ulcera, alga ad querquerum?

Querquetulanus, a, um, quod juxta ſe haber quercetum. Mons Querquetulanus, idem ac Cœlius, ita dictus, quod quercuum foecundus, & frequens erat. *Tac. l.* 4 *Ann. c.* 65. ¶ Porta Querquetulana, una ex portis urbis Romæ, ſic vocata, quod querquetum juxta ſe habuit inter muros. *Feſt. & Plin. l.* 16. *c.* 10. apud quem alii leg. *Querculana*. ¶ Viræ Querquetulanæ, Nymphæ Hamadryades, quæ querceto vireſcenti præſunt. *Feſt.* ¶ Sacellum Querquetulanum, quod in honorem Hamadryadum dedicatum fuit. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 8.

* Querquetularius. Querquetulanæ viræ putantur ſignificari Nymphæ præſidentes querceto vireſcenti. Quod genus ſilvæ indicant fuiſſe intra portam, quæ ab eo dicta ſit Querquetularia. *Feſtus*. Hanc Querquetulanam appellat *Plinius*, 16. 10.

* Querquetum. V. Quercetum.

Querŭlus, a, um, *lamentevole*, μεμψίμοιρος, queribundus, qui conqueritur, ſive querelis plenus eſt. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 8. *v.* 32. Et numquam queruli cauſa doloris abeſt. *Mart. l.* 4. *epig.* 89. Miſſa nec a querulo mappa cliente fuit. ¶ Quandoque a Poetis pro canoro ponitur. *Virg.* 3. *Georg. v.* 328. Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. *Hor. l.* 3. *od.* 7. Querulæ tibiæ. *Ovid.* 5. *Met.* Querulæ chordæ.

* Ques, pro *qui* n. pl. dixere antiqui, teſte *Feſto*. Hinc ſunt *queis* vel *quis* pro *quibus, cui* &c.

Queſtus, us, m. *querela, lamento*, μέμψις, actus querendi, querela, lamentatio. In dat. & abl. pl. habet *queſtubus. Cic. pro Quinct. cap.* 30. Qui dolore queſtus

directos in quineuncem ordines. *Colum. l. 3. cap. 13.* Nonnulli omnem vitem per denos pedes in quincuncem disponunt, ut more novalium terra transversis, adversisque sulcis proscindatur.

Quincupēdal, alis, neut. mensura, sive regula quinque pedum, qua fabri muratii in dimetiendis parietibus uti solent. Legitur in titulo *epigr. 92. l. 14.* apud *Martial.* ubi alii *quincupeda*, æ, eodem sensu.

Quincuplex, icis, o. πεντα-πλοῦς, quinquies multiplicatus. *Martial. lib. 14 epigr. 4.* Quincuplici cera cum daturalias homos. ¶ Titulus ejus epigrammatis est Quincuplices, qui sunt pugillares quinque foliorum, seu lapidarum, aut rabellarum.

Quindecemvirālis, le, adject. ut sacerdotium quindecemvirale, h. e. quindecim hominum sacris addictorum, apud *Tac. Ann. 11. c. 11.*

Quindecemvirātus, vel Quindecimviratus, us, m. dignitas Quindecemviri. *Lamprid. in Alex. Severo, c. 59.*

Quindecemviri, m. 2. οἱ δεκαπρῶτοι, Magistratus quindecim Virorum, ut Quindecemviri agris dividundis. *Plin. l. 7. c. 43.* L. Metellus Quindecemvir agris dandis. ¶ Quindecemviri Sibyllini, seu Quindecemviri sacrorum, erant quindecim Sacerdotes, qui libris Sibyllæ legendis, carminibusque interpretandis præerant. Au hos etiam ludorum sæcularium procuratio pertinebat. Primum a Tarquinio Superbo duo viri ad hoc Sacerdotium creati sunt, deinde cum Plebs in partem Magistratuum, & Sacerdotiorum venire vellet, decem, quinque ex Patribus, totidem ex Plebe, tandem a L. Sylla quindecim. *Horat. in Carm. sæc. v. 70.* Quæque Aventinum tenet, Algidumque Quindecim Diana preces virorum Curet. ¶ In singul. num. *Sueton. in Cæs. cap. 79.* L. Cotram Quindecimvirum sententiam dicturum. ¶ Legitur & *Quindecimviri*.

Quindecies, adv. *quindici volte*, δεκακις πεντακις, quindecim vicibus. *Cic. 4. Ver. cap. 25.* Ad illa festertia quinque millia hæreditaria accessit ipsius antiqua festertium quindecies pecunia. *Martial. l. 7. epigr. 9.* Dicere quindecies poteram.

Quindēcim, *quindici*, חמש עשר, Ger. *funffzehen*, Gal. *quinze*, Hisp. *quince*, δεκαπέντε nomen numerale cardinale indecl. *Plaut. Pseud. 2. 1. 51.* Quindecim miles minas dederat. Adde *Horat. in carm. sæculari v. 70.*

Quindecimus, quintus decimus. Est. *Marcelli Empir. c. 36.*

Quindēni, æ, a, *quindici*, πένθ ἀνὰ δέκα, quindecim, nomen numerale distributivum. *Livi. l. 35. c. 40.* Quindena jugera agri data in singulos pedites sunt. Al. leg. *quina dena*, quod idem significat. ¶ Ponitur etiam pro cardinali, quindecim. *Plaut. Most. 2. 1. 11.* Quindenis hastis corpus transigere. ¶ Dicitur & *quinideni*, *Quintil. l. 1. c. 10. ad fin.* At si quinideni per latera, quini in fronte sint. ¶ Scribitur & *quini deni* divisim.

Quingenārius, a, um, πεντακοσιοστός, quod est pondo quingentarum librarum, seu quod quingentas res continet. *Plin. l. 33. cap. 11.* Dispensator Hispaniæ citerioris quingenariam lucem habuit. *Curt. l. 5. c. 2.* Quingenariæ cohortes.

Quingēni, æ, a, o. *1. 2. cinquecento*, πεντακόσιοι, idem ac quingenteni, per syncop. *Curt. l. 5. c. 1.* Peregrinus eques quingenos denarios accepit. ¶ Ponitur & pro cardinali, quingenti. *Cic. Attic. l. 12. ep. 15.* Apud eum festertia quingena deposuerunt.

Quingentārius, a, um, quingenta continens, quingenarius: ut quingentaria cohors. *Veget. l. 2. de milit. c. 6.* ut quidem ibi legendum esse *Stewech*, monet.

Quingentesīmus, a, um, *di cinquecento*, πεντακοσιοστός, nomen numerale ordinis. *Plin. l. 15. c. 1.* Anno Urbis quingentesimo quinto.

Quingenti, æ, a, *cinquecento*, חמש מאות, Germ. *funffhundert*, Gall. *cinqcens*, Hisp. *quinientos*, πεντακόσιοι, quinquies centum, *Horat. l. 2. sat. 7. v. 42.* quingentis empto drachmis.

Quingentēnus, adverb. πεντακοσιοντάκις, quinquies centies. *Cic. 4. Ver. cap. 38.* Ob eam res HS quingenties Veneri Erycinæ de Sthenii bonis exacturam. *h. e.* quingenties centena millia.

Quini, æ, a, *cinque*, חמשה, οἱ πένθε, nomen numerale distributivum, a *quinque*. *Cic. in Pison. c. 27.* Græci ἕπτατ, quipi in lectulis. ¶ Ponitur & pro cardinali *quinque*. *Liv. l. 8.* Quina millia peditum. ¶ In sing. num. *Plaut. Pseud. 1. 3. 69.* Lex me perdit quinæ vicenaria. *h. e.* quæ vetat, minorem viginti quinque annis stipulari. ¶ In gen. plur. *quinum*. *Julian. Dig. l. 40. tit. 9. leg. 5.* Quinum aureorum. *V. Quaterni.*

Quinidēni. *V. Quindeni.*

Quinīmo, adv. *anzi*, אך, Ger. *ja auch, ja wol*, Gal. *ce qui plus est*, Hisp. *antes, mas aque*, ἀλλὰ δὲ γε, quin potius, imo vero, imo etiam. *Cic. Att. ep. 13. l. 1.* Quinimo leviter inter se dissident. *Plin. ep. 9. l. 4.* Quinimo consurgenti ei ad censendum acclamatum est.

Quinivīceni, æ, a, vigintiquinque in distributione. *Liv. l. 37. c. penult.* Militibus quiniviceni denarii dati, duplex centurioni.

Quinio, onis, m. πεντάς, numerus quinarius, ut quinionem filiorum eniti, apud *Tertul. de anim. c. 6.*

Quinquagenārius, a, um, πεντηκοντάδιος, quod quinquaginta continet. *Cat. R. R. cap. 10.* Utnam quinquagenariam unam, fextarium oleariam unum. ¶ Quinquagenarius grex, qui est quinquaginta capitum. *Var. l. 2. de R. R. c. 10.* Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines.

Quinquagēni, æ, a, *cinquanta*, πεντήκοντα, quinquaginta, nomen numerale distributivum, quod frequenter ponitur pro cardinali. *Plin. l. 8. c. 36.* Vivunt quinquagenis annis, quidam & centenis. *Cic. 5. Ver. c. 28.* In singulos H S quinquagenis millibus damnari mavultis? In sing. num. *Plin. l. 19. c. 1.* Stamina singula centeno quinquageno filo constant.

Quinquagesīes, adverb. idem ac quinquagies. *Plaut. Men. in fi.* Vix credo tota auctione capiet quinquagesies. Alii legunt *quinquagies*, & quidem rectius.

Quinquagies, adv. πεντηκοντάκις, *cinquanta volte*, quinquaginta vicibus. *Plin. l. 7. c. 25.* Idem signis collatis quinquagies dimicavit.

Quinquagesīmus, a, um, *cinquantesimo*, πεντηκοστός, nomen numerale ordinis. *Plin. l. 7. c. 8.* Quinquagesimo uno raptus anno. ¶ *Quinquagesimæ*, æ, absolute vectigal, quo penditur quinquagesima pars alicujus rei. *Cic. Ver. 5. c. 49.* Ab omnibus enim terræ præterea quinquagesimæ exigebantur.

Quinquagintā, *cinquanta*, חמשים, Ger. *funffzig*, Gal. *cinquante*, Hisp. *cincuenta*, πεντήκοντα, nomen numerale indecl. *Virg. 1. Æn. v. 707.* Quinquaginta intus famuiæ.

Quinquātrus, uum, fem. 4. & Quinquatria, orum, neutr. 2. & Quinquatria, ium, n. 3. πανα-θήναια, dies festi Minervæ, a *quinque*, quod quinque diebus sacra hæc Minervæ celebrarentur. Primo enim die sacrificia fiebant, quatuor sequentibus gladiatores in theatro certabant. *Ovid. 3. Fast. a v. 809.* Aliqui dicunt, secundo, tertio, & quarto die ludos gladiatorios fuisse, quinto lustrationem Urbis. Sed *Var. l. 5. de L. L. c. 3, Gell. l. 2. c. 21.* & *Fest.* dicunt, hæc festa sic appellata fuisse, quod essent post quintum diem Iduum Martiarum, inclusive scilicet, quemadmodum apud Tusculanos festa vocabantur Triatrus, Sexatrus, Septimatrus, vel Septenatrus, & apud Falifcos Decimatrus, quod agerentur die tertio, vel sexto, vel septimo, vel decimo ab Idibus alicujus mensis. Quinquatria enim celebrabantur 14. Cal. Aprilis, idest die decimanona Martii, ut est in Calendario. Et *Varro* asserit, Quinquatria diem unum festum fuisse. Similiter *Festus* addit, eos, qui putant, Quinquatria quinque diebus celebrata fuisse, tam errare, quam eos, qui Saturnalia tribus, Compitalia totidem; nam omnia hæc festa singulorum dierum fuisse. Hæc festa celebrabantur in honorem diei natalis Minervæ. *Ovid. loc. cit.* Sed *Festus* causam affert, quod eo die ædes ejus in Aventino consecrata est. Sunt, qui dicunt, hanc diem munusculorum quoque fuisse, quo tempore matronæ inter se invicem munera mittitabant, & cœnas ancillis apponebant, ut viri Saturnalibus. *Plaut. Mil. 3. 1. 97.* Da, quod dem Quinquatribus præcantatrici, conjectrici, &c. *Cic. Fam. 12. ep. 25.* Quinquatribus frequentes Senatu causam tuam egi non invita Minerva. *Id. Att. l. 9. ep. 13.* Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempestas. *Suet. in Aug. c. 71.* Nos Quinquatriis satis jucunde egimus. *Tac. 14. Ann. c. 4.* Quinquatrum festos dies celebrare. ¶ Quæ hactenus descripta sunt, majora Quinquatria dicebantur. Erant etiam Quinquatria minora, sive Quinquatrus minusculæ, quæ celebrabantur Idibus Junii. *Ovid. 6. Fast. v. 651.* Et jam Quinquatrus jubeor narrare minores.

Quinque, *cinque*, חמש, Her. *funff*, Gal. *cinq*, Hisp. *cinco*, πέντε, nomen numerale cardinale indecl. *Virg. 1. Georg. v. 233.* Quinque tenent cœlum zonæ.

Quinquefolsum, ii, n. πεντάφυλλον, herba, quæ quinque foliis constat. *Plin. l. 25. cap. 9.* Quinquefolium nulli ignorum est, cum etiam fraga gignendo commendetur.

Quinquefollātus, a, um, *di cinque foglie*, quinque folia habens. *Plin. l. 21. c. 4.* Rosæ pallidæ, spinosæ, quinquefoliæ.

* **Quinquegentānus**, vel Quinquegentianus, ex quinque gentibus. *Aurel. Vict. de Cæsaribus. c. 39. Eutrop. l. 9. c. 22. & 23. Oros. l. 7. c. 25.* Nationes Quinquegentanæ sunt Pentapolitani in Libya.

Quinquegēnus, indecl. quinque generum. *Auson. Edyll. 12. v. 10.* quinquegenus nux, h. e. Juglans, avellana, caltanea, pinea, amygdalum.

Quinquelibrālis, le, o. 3. πεντα-λίβριος, qui est quinque librarum. *Col. l. 3. c. 15.* Qui singuli non excedunt quinquelibrale pondus.

Quinquelibris, e, adject. quinquelibralis. *Vopisc. in Probo, c. 5.* Donatus est patera quinquelibrali.

Quinquemēstris, & tre, o. 3. πεντα-μηνιαῖος, quod quinque menses natum est. *Pl. l. 8. c. 48.* Castrari agnos, nisi quinquemestres, præmaturum existimant.

Quinquennālis, & le, o. 3. πενταετηρικός, quod fit quinto quoque anno. *Cic. 3. de Orat. c. 32.* Cum Olympiam veniffet maxima illa quinquennali celebritate ludorum. ¶ Item quod quinque annos durat, ut Quinquennalis Magistratus, qui quinque annis continuis geritur. *Liv. l. 4. c. 24.* Alios Magistratus annuos esse, quinquennalem Censuram gravem esse. ¶ Quinquenalia, um, absolute, hoc est ludi, vel certamina quinto quoque anno celebrari solita. *Inscript. apud Gruter. pag. 116. num. 3.* Quinquennalibus Neronis.

* **Quinquennālitas**, dignitas & munus Quinquennalium. *Gruter. p. 1175. n. 8.*

* **Quinquennālitius**, Quinquennalicius, ad Quinquennalem pertinens. *Grut. p. 126. col. 2. 491. n. 7. 255. n. 5.*

* **Quinquennātus**. V. Quimatus.

Quinquennis, ne, o. 3. *di cinqu'anni*, πενταετής, quod est quinque annorum. *Ovid. l. 4. ex Pont. ep. 6. v. 5.* In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est. *Horat. l. 2. sat. 8. v. 48.* Vinum quinquenne.

Quinquennium, ii, n. *quinquennio*, πενταετία, spatium quinque annorum. *Cic. 3. de Leg. c. 3.* Bini funto, Magistratum quinquennium habento.

Quinquepartīto, adv. πεντα-μερῶς, in quinque partes. *Plin. l. 25. c. 6.* Foliis per ambitum incisis quinquepartito.

Quinquepartītus, a, um, πενταμερής, divisus in quinque partes. *Cic. 1. de Inv. cap. 34.* Quinquepartitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem. Al. leg. *quinquepertitam.*

* **Quinquepĕdo**. V. Quinquiplico.

Quinque primi, m. quinque viri principes in aliquo Senatu. *Cic. Verr. 5. c. 28.* Magistratus, & quinque primi accitu istius evocantur.

Quinqueremis, is, f. πεντήρης, navis, quæ habet quinque ordines remorum. *Cic. 6. Ver. c. 46.* Certos homines in quinqueremi misisse. *Liv. l. 41. c. 9.* Decem quinqueremes naves.

Quinquertio, onis, masc. πένθλος, qui quinque artibus se exercet, a *quinquertium*. *Liv. Andron.* apud *Fest.* Quinquertiones præco in medium vocat.

Quinquertium, ii, n. πένθλον, exercitatio quinque artium, quibus ingenuorum puerorum institutio constabat, a *quinque*, & *ars*. *Fest.* ¶ Artes ex erant, discus jactus, cursus, saltus, lucta, & jaculatio. Atque hoc apud Græcos: Nam Latini natationem, & equitationem adjecere. *Poeta vetus* apud *Fest.* Omnis æqualis vincebat quinquertio.

Quinquesĕlis, quinque asses, ut *centussis* centum. *Apulej. apud Priscian. l. 6. pag. 708. Putsch.* Sed tum festertius dipondium semissem, quinarius quinquessis, denarius decussis valebat.

Quinquēvir, iri, m. unus ex collegio Quinquevirorum. *Hor. l. 2. sat. 5. v. 56.* Scribas ex Quinqueviro. ¶ Erant autem Quinqueviri οἱ πένθε, Magistratus unius civium, non unius generis. Erant enim Quinqueviri Coloniæ deducendæ, qui plebem in aliquod oppidum, & agrum habitandi gratia deducerent. Hi etiam interdum tres viri fuere, interdum decem, &c. *Cic. 2. Agrar. c. 7.* Toties legibus agrariis curatores constituti sunt Triumviri, Quinqueviri, Decemviri. ¶ Præterea Quinqueviri Mensarii, qui ad mensas sedebant, & pecuniam dispensabant. Cum improbitate fœneratorum Plebs Romana magnitudine æris alieni pene obruta esse videretur, eique difficultati principes plebis succurrere sæpe tentassent, inclinatis tandem ad concordiam omnium animis, qui tum Consules erant, fœnebrem quoque rem, quod distinere animos hominum videbatur, levare aggressi, solutionem æris alieni in publicum curam verterunt. Quinque ergo viri creati sunt, qui huic muneri præessent, de quibus V. *Liv. l. 7. c. 21.* ¶ Item Quinqueviri cis, & ultra Tyberim erant, qui se gerebant pro Magistratibus. Constituti sunt, quia inconveniens erat, Magistratus vespertinis temporibus in publico esse. *Pompon. l. 1. ff. de 2. l. 2.*

Quinquevirātus, us, m. 4. Π-εντα-δαρχία, Magistratus Quinquevirorum. *Cic. de Prov. Conf. c. 17.* Me ille, ut Quinqueviratum acciperem, rogavit.

Quinquĕs, adv. *cinque volte*, πεντάκις, quinque vicibus. *Cic. 11. Phil. c. 5.* At hic me defendente quinquies absolutus est. *Plin. lib. 2. cap. 23.* Inde ad Solem quinquies millies.

Quinquiplico, as, 2. *raddoppiare cinque volte*, quinquies duplico. *Tac. Ann. 2. c. 36.* Superbire homines etiam annua designatione, quid, si honorem per quinquennium agitent? quinquiplicari prorsus magistratus, subverti leges.

Quinquo, quas, a. 1. lustro, purgo. *Charif. Grammat. l. 1. pag. 62.* Quinquatrus a quinquando, idest lustrando, quod eo die arma Ancilia lustrari siut solita.

Quintadecimāni, orum, m. milites legionis decimæ quintæ, apud *Tac. 4. hist. c. 36.*

Quintānus, a, um, חמישי, πέμπτιος, quod quinto loco est, quinto die venit, &c. *Plin. l. 17. c. 22. de vineis.* Semper vero quintanis semitari. *h. e.* quinto quoque die. ¶ Quintana in castris erat porta quarta post Prætorium, palo semitam ducere. ¶ Quintana in castris erat porta quarta post Prætorium, per quam commeatus, & alia necessaria inferebantur in castra, & ubi venalium per quam commeatus, & alia necessaria inferebantur in castra, & ubi venalium rerum forum solebat esse. *Liv. l. 41. c. 2.* Ad Quæstorium forum, quintanamque hostes pervenerunt. Adde *Fest.* ¶ Nonæ quintanæ dicuntur a *Macrob. l. 4. Saturn. c. 14.* & a *Var. l. 5. de L. L. c. 4.* quæ quinto mensis die veniunt. ¶ Quintani apud *Tac. 4. hist. c. 36.* funt milites legionis quintæ.

Quintārius, a, um, adj. ut quintarii limites apud *Hygin. de limitib. pag. 158. Goes.* qui quintum locum obtinent post limitem decumanum. ¶ Quintarius numerus, idem ac quinarius, apud *Kir. l. 3. r.* V. ibi *Bald. in Lexico.* ¶ *Quintarium*, ii, quid sit, V. in fine vocis. *As.*

Quintiānus, a, um, ad Quintium aliquem pertinens, ut Quintianus exercitus, apud *Liv. lib. 3. cap. 28.* h. e. cui præerat L. Quintius Cincinnatus. Adde *Cic. pro Cluent. c. 41.*

Quintiliānus. } V. *Quinctilianus*, &c.
Quintilis, &c. }

Quintipor, servile nomen, frequens apud antiquos erat, a prænomine domini ductum: ut Marcipor, Caipor: quamvis sint, qui a numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent. *Festus*. *Var.* apud *Non. c. 6. n. 1.* Cum Quintipor Clodius tot comœdias sine ulla fecerit Musa.

Quinto, adverb. *la quinta volta*, quintum. *Liv. l. 8. c. 25.* Eodem anno lectisternium Romæ quinto poit conditam urbem habitum est.

Quintum, adv. *la quinta volta*, quinta vice. Tempus designat, & quater ante factum: *Liv. l. 27. c. 6.* Declarari Consules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum.

Quintiplex, icis, pro *quinceplex* legitur a nonnullis apud *Vopisc. in Probo, c. 7.* Salarium quintuplex fecimus.

Quintus, a, um, *quinto*, חמישי, Ger. *der funffte*, Gal. *cinquième*, Hisp. *quinto*, πέμπτος, nomen numerale ordinis. *Liv. l. 31. c. 7.* Non quinto inde mense, quemadmodum a Sagunto Annibal, sed quinto inde die, quam ab Corintho solverit naves, in Italiam pervenit.

Quintusdecīmus, a, um, adj. *decimoquinto*, *Liv. l. 45. c. 33. in fin.* Ipse Epirum petens, quintusdecimis castris Passaronem pervenit.

Quippe, adv. *come*, כי, נמה, אבן, Ger. *dann, darum*, Gal. *savoir, car*, Hisp. *como que, pues, cierto*, ceu, tamquam, ut, velut, utpote, nempe. Hoc adverbio ratiocinem reddimus ejus, quod præcessit. *Cic. 1. Fin. c. 6.* Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in Geomertiaque perfecto. *Id. pro Rosc. Amer. c. 18.* Convivia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, veniret. *Id. 2. Off.* Quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis. *Id. l. 1. Fam. ep. 9.* Quippe quod etiam Ravennæ Crassum ante vidisset. *Plin. l. 26. c. 10.* Quippe quoniam & sponte desint. *Virg. 1. Georg. v. 505.* Quippe ubi fas versum, atque nefas, tot bella per orbem, &c. *Ter. Heaut. 3. 2. 27.* Quippe quia id ægritudinem remedium est, *essendo che.* ¶ Ponitur etiam pro etenim, sive namque. *Virg. 2. Georg.* Infœcunda quidem, sed læta, & fortia surgunt, quippe solo natura subest.

¶ Item pro certe. *Cic. pro Cæc. c. 19.* Recte igitur diceres se restituisse? quippe. Quid enim facilius est?

* **Quippiam**. V. Quispiam.

Quippini, advet. τί γάρ, quidni? cur non? *Plaut. Men. 5. 5. 45.* Itan' censes? *Med.* Quippini? ¶ Pro quippe, seu nempe. *Apul. l. 9. Met.* Mensam apponebat ei propere, quamvis invita, quippini destinatam alii.

Quiqui, idem ac quicumque. *Plaut. Asin. 4. 10. 44.* Neque partem tibi ab eo, quiqui est, inde posces. *Cic. l. 16. Att. ep. 8.* Veterano, quiqui Casilini, & Calatiæ sunt, perduxit in suam sententiam. Alii leg. *quingue*. ¶ Item idem ac quisque. *Plaut. Cas. 3. 1. 30.* Cibo cum suo quiqui facito ut veniant.

Quire. V. *Queo.*

* **Quiriana**. V. Quiriniana.

Quirina Tribus Romana rustica, constituta fuit in Sabinis, An. Ur. 512. & dicta est a Curibus. *Cic. pro Quint. c. 6. & l. 8. Fam. ep. 8.*

Quirinālia, orum, n. 2. κυρινάλια, dies, quo sacra Quirino, idest Romulo, fiebant, qui erat decimus septimus Februarii. *Ovid. 2. Fast. Fest. & Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 15,* Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur. ¶ Idem dies ritu forum feriæ appellabatur, quod qui suorum Fornacalium sacra Romæ ignoraverant, quippe suæ Curiæ ignari, Deæ Fornaci extrema hujus diei parte sacra faciebant. *Ov. 2. Fast. & Fest.*

Quirinālis, & le, o. 3. κυρινάλιος, quod ad Quirinum spectat, ut Litus Quirinalis, qualem Quirinus habuit, Trabea Quirinalis, qua Quirinus utebatur. *Virg. 7. Æn. v. 162.* Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino, &c. ¶ Quirinalis mons, *Monte Cavallo*, unus ex septem collibus urbis Romæ, ita dictus est, quod in eo Quirini templum erat. Alii causam afferunt, quod in hunc montem Sabini a Curibus venientes commigraverint. *Fest.* ¶ Quirinalis porta, quæ & Agonalis, & Collina, & Salaria, hodie *Porta Salara*, una ex portis urbis Romæ, ita dicta, quod ea ad collem Quirinalem iretur. Alii causam afferunt, quod proxime eam esset Quirini facellum. Per eam in Sabinos iter est. *Fest.*

* **Quiriniana**, vel Quiriana mala, laudantur a *Cat. R. R. c. 27. Varr. l. 1. c. 59. Pl. 15. 14. Macr. Saturn. 2. 15.* Appellationis causa ignota est.

Quirinus, i, m. κυρῖνος, Romuli cognomen, a Curibus urbe Sabinorum. *Ov. l. 2. Fast. v. 476.* de Quirini appellatione varias adducit opiniones, judicium vero suum non interponit. *Serv. in 1. Æn. v. 296.* dicit, sic fuisse vocatum, quod hasta utebatur, quæ Sabinorum lingua *curis* dicitur, vel quod Græce κορύνας Rex dicitur, vel propter generis nobilitatem, a Marte, qui cum sevit, Gradivus dicitur, cum tranquillus est, Quirinus. Sane, eodem *Servio* auctore, apud Romanos duo Martis templa fuere, unum Quirini intra Urbem, quasi custodis, & tranquilli, alterum Gradivi in Appia via, extra Urbem, prope portam, quasi bellatoris. Hoc nomine ipse Romulus vocari se jussit, post mortem, cum Proculo Julio apparuit. *Ov. ib.* In Quirini honorem dies festus celebrabatur, qui erat decimus septimus Februarii, qui vocabatur Quirinalia. *Ov. ib.*

* **Quiris** *pro* Curis, h. e. hasta. Item Quiris, iris, pl. Quirites, præter poetas, legitur & apud *Fest. & Gruter.* V. Quirites.

Quiritatio, onis, f. *grido*, humanæ divinæque opis imploratio. *Liv. l. 33. c. 28.* Fuga comitum, & quiritatio facta.

Quiritatus, us, m. clamor, vociferatio, auxilii imploratio. *Plin. l. 6. ep. 20.* Audires ululatus fœminarum, infantiam quiritatus, clamores virorum. *Sunt qui legunt* queritatus.

Quirites, um, m. κυρῆτες, proprie fuere, qui Cures incolebant Sabinorum opp. in quo regnavit T. Tatius: ut Romani, qui cum Romulo Romam tenebant. Verum post fœdus ictum inter Romulum & Tatium pro eodem populo Romani, & Quirites habiti sunt. Itaque omnes promiscue appellari Quirites cœpti sunt. Cum enim ex duobus populis, Romanis & Sabinis, unus factus esset, ut Romanorum ratio haberetur, constitutum est, ut urbs pristinum Romæ retineret nomen, & unusquisque ex civibus Romanus, ut ante, appellaretur, ut ratio Sabinorum haberetur, placuit, ut populus, idest universi simul cives in posterum Quirites vocarentur, *Dionys. l. 2. Ann. Rom. & Panvin. de regno Sabinar.* ¶ Apud Poetas tamen reperimus Quiritem num. sing. *Pers. sat. 5. v. 75.* Quibus una Quiritem vertigo facit. *Ov. 1. Amor. el. 7. v. 29.* An, si pulsassem nimium de plebe Quiritem. ¶ In gen. plur. habet *Quiritium*, & *Quiritum*. *Hor. l. 1. od. 1.* Hunc si mobilium turba Quiritium. *Cic. pro Cæc.* Qui enim potest jure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est?

Quiritis, is, f. mulier Romana. *Inscript. apud Gruter. pag. 308. n. 1.* Sacrarius Junonis Quiritis.

Quirito, as, n. 1. *gridare*, צעק, Ger. *um hulff anschreyen*, Gal. *crier à l'aide*, Hisp. *gritar*, κεκλάζω, Quiritium, seu populi Romani auxilium imploro, & generatim quemcumque hominem invoco, clamo, vociferor. *Var. l. 5. de L. L. c. 7.* Vicinaque horum, Quiritare, Jubilare. Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. ¶ Differt a jubilo, quia quirito urbanorum, jubilo rusticorum proprium fuit. *Var. loc. cit.* Ut Quiritare urbanorum, sic jubilare rusticorum. *Quint. l. 3. c. 8.* Si est sanus, non quiritet. *Asin. Poll. ad Cic. l. 10. Fam. epist. 32.* Et illi misero quiritanti, civis Rom. natus sum, respondere, Abi nunc, populi fidem implora. *Liv. l. 39. c. 8.* Quod præ ululatibus, tympanorumque, & cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium inter stupra, & cædes exaudiri poterat. Alii legunt *queritantium*, ut sit frequentativum a *queror*.

Quirrito, as, n. 1. est vocem edere verris. *Auct. carm. de Philom. v. 55.* Quirritant verres, parcus rudit, oncat asellus.

Quis, quæ, quod, vel quid, *chi, quale*, מי, Ger. *wer, welcher*, Gal. *qui, le quel*, Hisp. *quien, cual*, pronomen interrogativum, a Græca voce allata. *Cic. de Amm. c. 12.* Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? Est etiam pronomen infinitum. *Cic. in Or. c. 58.* Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram misceri oporteat, nunc dicendum est. ¶ Ponitur interdum pro *qualis*. *Cic. de Am. c. 5.* Quis ego sum, aut quæ in me est facultas. ¶ Item pro *aliquis*. *Cic. Att. l. 1. ep. 7.* Et nebulonem illum, si quo pacto pores, ex iltis locis amove. ¶ Item pro *quantus*. *Cic. Att. l. 6. ep. ult.* Spero (quæ tua prudentia, & temperantia est) te id facturum diligenter. ¶ Interdum interrogando assumit *ne*. *Plaut. Mil. 2. 1. 13.* Quemne ego servavi in campis Gurgustidoniis? *h. e.* ille ne, quem &c. *Catul. carm. de nupt. Pel. v. 179.* An patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui? ¶ Olim fuit tertiæ declinationis, ut *brevis*. Hinc legimus *quis* tam fœminino, quam masculino genere. *Plaut. Aul. 2. 1. 48.* Quis ea est, quam vis ducere uxorem? ¶ In num. plur. quies, quium. *Cato in Orig. apud Serv. in Æn.* Siques sunt populi. ¶ Quis in neutro genere. *Plaut. Pan. prol. v. 17.* Scortum exoletum ne quis in proscenio sedeat. Quædam tamen MSS. habent *quid*.

Quisnam, & Quinam, quænam, quodnam, vel quidnam. *chi, ὅστις*, idem ac quis. Sumitur vel interrogative. *Ter. Phorm. 1. 4. 6.* Quidnam ille commorus venerat? idest quamobrem, vel propter quid? *Cic. 6. Ver. c. 36.* Quisnam igitur per Deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? *Id. 2. Fin.* Quonam, inquit, modo? *Silius l. 13. v. 450.* Quinam te, qui casus, ait, Dux maxime, fessæ Eripuit patriæ? ¶ Vel infinite. *Ter. Eun. 5. 4.* Revifo, quidnam Chærea hic rerum gerat. *Cicer. 2. de Inv.* Nam Zeuxis illico quæsivit ab eis, quasnam virgines formosas haberent. *Gell. l. 7. c. 4.* Percipient oculis, quodnam esset municipiorum genus. ¶ *Quidnam* interrogativum, & interjecto verbo divisum. *Plaut. Rud. 4. 3. 8.* Quid tu, malum, nam me retrahis? ¶ *Quisnam* aliquando invertitur. *Virg. 4. Georg.* Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras jussit adire domos?

Quispiam, quæpiam, quodpiam, vel quidpiam, seu quippiam, *alcuno*, aliquis. quidam. *Cic. pro Quintt. c. 15.* Si cuipiam pecuniam fortuna ademit. *Id. de nat. Deor. l. 3. c. 25.* Si grando quippiam nocuit.

Quisquam, quæquam, quidquam, seu quicquam, *alcuno*, אישׁ, Ger. *einer*, Gal. *quelqu'un*, Hisp. *alguno, ria*, aliquis. *Cic. 3. Ver.* Quid enim quisquam ad meam pecuniam me invito aspirat? *Id. 4. Ver* An hoc dubitabit quisquam omnium, quin, &c. *Id. 4. Acad.* Nec quicquam aliud videndum est nobis, quos, &c. *Liv. l. 2. c. 9.* Nec quisquam unus malis artibus positea tam popularis esset. *Ter. Heaut. 1. 1. 10.* Nemo illorum quispiam ad te venit, quin &c. ¶ Aliquando ponitur pro *quivis*, seu *quilibet*. *Cic. 14. Fam. ep. 7.* Nisi vos fortiores cognoscerem, quam quenquam virum. ¶ Item pro quispiam, aut aliquis. *Liv. l. 3. c. 55. in fin.* Quia nondum in quenquam unum sæviebatur. ¶ Olim *quisquam* tam fœminino, quam masculino genere usurpabatur. *Ter. Eun. 2. 3. 82.* Quandoquidem illarum neque quisquam re-

Quo, *dove*, אנה, אי, איה, איפה, אן, Ger. *wohin, an welchen ort*, Gal. *pourquei, affinque*, Hisp. *adonde, noi*, adv. motus ad locum. *Cic. l. 6. Fam. ep. 2.* Ut, aut quo terrent legatos. ¶ Significat etiam ad quam rem, ad quem finem, ad quem locum pertinet. *Cic. 2. de Div. c. 64.* Jam vero quo pertinent ænigmata somniorum? ¶ Accipi. *R. Com.* Quo quisque est ingeniosior, hoc docet laboriosius. ¶ Interdum altera particula omittitur. *Tac. 1. hist. c. 13.* Ea pars morum, quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat. ¶ Est etiam conjunctio, & significat *ut*. *Cic. l. 7. Fam. ep. 2.* Quod ne plus auri, quo ne plus signari argenti domi haberemus. *Pl. jun.* Neque enim feci, quo tibi inolestus essem. ¶ Item quod, quia, quoniam. *Cic. Ver.* Non quo quicquam metueret, aut suspicaretur. ¶ Item quare. *Ter. Aud. 2. 5. 18.* Quo æquior sum Pamphilo. *Cic. de Or.* Quo etiam feci libentius, ut, &c. ¶ Item pro *ad quid*, ad quam rem, in quem usum, a *che*. *Hor. l. 1. ep. 5. v. 12.* Quo mihi fortunæ, si non conceditur uti? *idest* ad quid vultis mihi bona esse fortunæ? *Ulp. l. 3. §. si quis in liberis, de bon. possess. cont. tab.* Quo bonum est ei contra tabulas dari?

Quoad, adverb. *fino che, fino a quando*, עד, Ger. *wie lang, biss daff*, Gal. *jusqu'a ce que*, Hisp. *hasta que*, μέχρις ὅ, donec, quandiu, quousque, ex *quo*, & *ad*, ordine præpostero, ut *adeamus*, & *quatenus*. *Ter. Phorm. 1. 2. 98.* Senem quoad expectatis vestrum? *Cic. 1. Off. c. 1.* Tandiu autem velle debebis, quoad te, quantum &c. ¶ Significat etiam ingenii, & rei facultatem, vel temporis commoditatem, & ponitur pro quantum. *Cic. de Am. c. 1.* Ut, quoad possem, & mihi liceret, a senis latere nunquam discederem. *Liv. l. 39. c. 45.* Id eos ut prohiberet, quoad ejus fine bello posset, prætori mandatum est. *Cic. Att. l. 12. ep. 24. ad fin.* Tu velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, scribere ad me, *per quanto potrai*. Participula *ejus* elegantiæ causa interfertur. ¶ Sumitur item *quoad pro quantum ad*, vel *secundum*, & accusativum regit. *Liv. l. 42. c. 6.* Apollonius Regem excusavit, quod stipendium ferius quoad diem præstaret. *Var. l. 7. L. L. c. 2.* Hæc sigillatim triplicia esse debent, quoad fexum, multitudinem, casum. *Cæsus l. 3. ff. de acquir. rer. dom.* Nec interest, quoad feras bestias & volucres, utrum in suo quisque fundo capiat, an in alieno. ¶ Item pro *interim dum*. *Quint. l. 10. c. 3.* Quoad intinguntur calami. ¶ Regit etiam genitivum, ut *justar, assatim, satis*, & alia adverbia. *Cic. Att. l. 11. ep. 12.* Tu tamen, velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, scribere ad me.

apte, & composite. *Ter. Adelph. 4. 3.* Et recte, & vere dicis. ¶ Item pro juste. *Ter. Andr.* Pater non recte vinctus est. ¶ Item pro aperte, non dissimulanter. *Cic. 2. de Div. c. 17.* Epicurus circuitione quadam Deos tollens, recte non dubitat divinationem tollere. ¶ Item pro tuto. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem. *Id. l. 14. ep. 15.* Recte in præsentia domi esse poterit. ¶ Item pro utiliter. *Hor. l. 2. Serm. sat 7.* Non ostia recte ponere. ¶ Item pro prospere, feliciter. *Cic. in Brut.* Quæ si recte essent, id est si bene, & commode cederent. *Id. Att. l. 1. ep. 7.* Apud matrem recte est. ¶ Item pro naturaliter, non monstruose. *Don. ad Ter. Hec. 4. 1. 16.* Præsertim cum & recte, & propere suo pepererit. ¶ Item pro laudabiliter, sine reprehensione. *Cic. Att. l. 16.* Qui minus autem ego istic recte esse possim, quam Marcellus? ¶ Item pro patienter. *Ter. Eun. 2. 1.* Et illas, quas habet, recte feras. ¶ Recte est, pro satis est. *Ter. Heaut. 2. 1.* Tum quod dem ei, recte est. ¶ Item pro bene est. *Ter. Hec. 3. 2. 20.* Quid tu igitur lacrymas? aut quid es tam tristis? *Pa.* Recte mater. Ubi inquit *Don. Recte mater:* Sic dictmus, cum sine injuria interrogantis aliquid reticemus. Alii *recte* sic accipiunt, ut intelligant; nihil est mali. *Id. Adelph. 5. 5. 2.* Quid fit? quid agitur? *S.* Recte. ¶ Item pro sic est, etiam. *Ter. Adelph. 3. 3.* Tu rus hinc abis? *D.* Recte. ¶ Item pro nihil, auctore *Donato*. Voce enim *nihil* veteres abstinebant ominis causa, quia putabant, si *nihil* dixisſent, nihil in posterum sibi boni futurum esse. *Ter. Eun. 2. 3.* Rogo, nunquid velit, Recte, inquit; abeo. ¶ *Recte facitis*, gratiarum actio est, interprete *Donato*. *Ter. Eun. 5. 9. 53.* Mirum, ni illoc homini quoquo pacto opus est. *C.* Idem arbitror. *O.* recte faciris. ¶ Non recte dicere alicui, est illi maledicere. *Plaut. Pseud. 4. 6. 23.* Nam quanti refert ei non recte dicere, qui recte nihil faciat. ¶ *Plaut. Mere. 4. 4. 62.* Eadem licebit mox cœnare rectius, *h. e.* lautius, largius.

Rectĭo, onis, *governo*, *l'Suurie*, actus regendi, administratio, gubernatio. *Cic. 5. Fin. c. 4.* & *l. 4. c. 22.* Rerumpublicarum rectiones.

Rectĭtūdo, inis, f. *dirittura*. *Aggen. Urb. in Frontin.* apud *Goes. pag. 48.* Rigor suæ rectitudinis naturalis nomen accepit.

Recto, pro recte, adv. legitur in quibusdam edition. *Dig. lib. 49. tit. 1. leg. 21.* in aliis *recta*.

Rector, oris, m. *rettore*, *governatore*, אָלוּף, מְנַהֵג, נָגִיד, כֹּישֵׁר, Germ. *ein regierer*, *herrscher*, Gal. *recteur*, *gouverneur*, Hisp. *regidor*, κυβερνήτης, qui regit, gubernator. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 35.* Ineſſe aliquem non solum habitatorem in hac cœlesti, ac divina domo, sed etiam rectorem, & moderatorem. *Id. 1. Divin. cap. 14.* Tot navium rectores profecti ab Ilio. *Id. 1. de Or. c. 48.* Reipublicæ rector. *Suet. in Aug. c. 24.* Rectorem apponere ætate parvulis, ac mente lapsis. *Tac. Annal. 13. c. 2.* Burrhius, & Seneca rectores Imperatores juventæ.

Rectrix, icis, f. *governatrice*, מְנַהֶגֶת, Germ. *eine regierrin*, *herscherin*, Gal. *rectrice*, *gouvernereſſe*, Hisp. *regidora*, κυβερνήτειρα, gubernatrix. *Col. l. 3. cap. 10.* Videmus, hominibus inspiratam velut aurigam, rectricemque membrorum animam. *Plin. l. & c. ult.* Italia rectrix, parensque mundi altera.

Rectum, i, subſt. *l'onesto*, *il giusto*, rectitudo, virtus. *Virg. 1. Æn. vers. 608.* Et mens sibi conscia recti. *Ovid. 1. Met.* Quæ vindice nullo sponte sua, sine lege, fidem, rectumque colebat.

Rectūra, æ, f. rectitudo. *Frontin. de Colon.* apud *Goes. p. 130.* & *131.*

Rectus, a, um, εὐθύς, ὀρθός, *retto*, *regolato*, gubernatus, partic. a regor. *Plaut. Bacch. 1. 3. 8.* Ego illum haberem rectum ad ingenium bonum. ¶ Sæpe nomen eſt, pro eo, qui nullam in partem flectitur, cujus contrarium eſt obliquus, *dritto*, יָשָׁר, Germ. *recht*, *gerad*, Gal. *juſte*, *droit*, Hisp. *derecho*, *justo*, ὀρθός. *Plin. l. 12. c. 19.* Hi recto cursu per sinus impellunt. *Horat. lib. 1. sat. 2.* Cœus rectius. *Senec. ep. 95.* Recta coma, *chioma diſteſa*. ¶ Sæpe pro bono, honesto, æquo ponitur. *Cic. Att. l. 6. ep. ult.* Sauſeium sine meis literis ad re venire vix rectum erat. *Id. 5. Fam. ep. 19.* Ea maxime conducunt, quæ sunt rectissima. *Plaut. Capt. 5. 2. 7.* Recta, & vera loqui. *Cic. l. 1. Offic. c. 38.* Rectum eſt, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, gravitatem retinere, iracundiam repellere. ¶ *Recta via rem narrare*, eſt narrare rem, ut eſt, nihil mentiri. *Terent. Heaut. act. 4. sc. 3.* Imo ut recta via rem narret ordine. ¶ *Cœna recta*, vel *recta* absolute, eſt cœna legitima. Liberaliores autem divites salutatoribus suis legitimum convivium exhibebant, quæ recta cœna vocabatur; sordidi, & malignores cœnæ loco sportulam tantum præbebant. *Suet. in Dom. c. 7.* Multa etiam in conviviorum usu notavit: sportulas publicas sustulit, revocata cœnarum rectarum consuetudine. *Id. in Aug. cap. 74.* Convivabatur & assidue, nec umquam nisi recta, *h. e.* laute ac splendide. *Mart. l. 8. ep. 50.* Promiſſa eſt nobis sportula, recta data eſt. ¶ Hinc *recto apparatu vivere*, apud *Senec. ep. 90.* eſt laute vivere. Recta unica. V. *Recta*. ¶ Recti casus apud Grammaticos dicuntur nominativus, & vocativus. *Donatus*. Apud *Var. l. 7. de L. L. cap. 1. 2. &c.* rectus casus dicitur solus nominativus, quia nullam patitur vocabuli inflexionem. ¶ Rectum intestinum eſt illud, quod in ima ventris parte, qua excrementa excernuntur, positum eſt, nullosque sinus habet, sed recta extenditur usque ad sedem. *Cels. l. 4. c. 1.*

Recubĭtus, us, m. actus recumbendi, subsultus ille, quem faciunt corpora in solum durum incidentia. *Plin. l. 24. c. 13.* Ipsum baculum per se se recubitu propius adlabi.

Recŭbo, as, bui, bitum, *n.* 1. *riposare*, רָבַץ, שָׁכַב, Germ *liegen*, *ruhen*, Gall. *coucher tout plat*, Hisp. *reposarse*, *ſtare chado*, ἀνάκειμαι, rursus, seu iterum cubo. *Cic. 1. de Div. cap. 27.* Deinde cum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse dixisset, recubuisse. ¶ Interdum idem eſt, quod simplex *cubo*, ideſt jaceo, quiesco. *Cic. 2. de Orat.* M. Lepidus, cum cæteris in campo exercentibus, in herba ipſe recubuisset. *Id. 3. de Orat. c. 17.* Recubans molliter, & delicate.

Recŭdo, is, cudi, cusum, a. 3. *ribattere*, Get. *wieder schmieden*, Gal. *reforger*, Hisf. *recatir*, ἀνακόπτω, denuo cudo. *Varro:* Ut hi solent, qui vetera metalla recudunt.

Recūla, æ, πραγμάτιον, parva res, *cosarella*. *Plaut. in fragm. Clitellaria.* Si quidem impetres pro copia, pro recula. *Donat.* in vita *Virgil.* Apibus curandis reculam auxit. ¶ Dicitur etiam *reſcula*. *Apul. lib. 4. Metam.* Pannoſæ reſculæ. Sunt tamen qui & hic *reſcula* legunt.

Recultus, a, um, nom. partic. a recolo. *Ovid. 5. Met. v. 647.* partimque rudi data semina jussit spargere humo parrim, post tempora longa recultæ.

Recumbo, is, cubui, cubitum, *n.* 3. *giacere*, שָׁכַב, Ger. *ligen*, *zu tiſch ſitzen*, Gall. *coucher*, *s'aſſeoir*, Hisp. *aſſentarſe*, ἀνακλίνω, idem ac recubo, ideſt toto corpore jaceo. *Plin. lib. 17. cap. 22.* Adeo non recumbar in eo, nec delicare se spargat. ¶ Sæpe sumitur pro accumbere, seu jacere ad mensam. Nam veteres in lectis jacentes cibum sumebant. *Horat. lib. 1. ep. 5.* Si potes Archaici cœnæ recumbere lectis. *Plin. lib. 4. ep. 22.* Cœnabar Nerva cum paucis: Vejento proximus, atque etiam in sinu recumbebat. ¶ Interdum pro inclinari. *Virg. 9. Æn. v. 434.* Inque humeros cervix collapſa recumbit. ¶ Recumbere etiam dicuntur loca acclivia. *Martial. lib. 4. epigr. 64.* jugera pauca Martialis Longo Janiculi jugo recumbunt.

Recuperatĭo, onis, *ricuperazione*, Germ. *widerer holung*, *widerbekommung*, Gall. *recouvrement*, Hisf. *recobramiento*, ἀνάληψις, actus recuperandi. *Cic. 10. Phil. c. 10.* Ita præclara est recuperatio libertatis. *Justin. l. 30. c. 1.* Contentus recuperatione urbium, quas amiserat. ¶ In juridicis, apud *Fest.* ex *Gallo Ælio*, reciperatio eſt, cum inter populum & reges, nationesque & civitates peregrina lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res, reciplanturque, reſque privatas inter se perſequantur.

Recuperativus, a, um, adjectiv. qui recuperari poteſt, apud *Aggen. Urb. in Front. pag. 63. Goes.*

Recuperātor, & Reciperator, oris, qui recuperat. Recuperatores apud Romanos erant judices, qui ad recuperandas privatas res litigatoribus dabantur. *Plaut. Bacch. 2. 3. 36.* Postquam Prætor Recuperatores dedit. *Gel. lib. 20. cap. 1.* Injuriſque æstimandis Recuperatores se daturos edixerunt. ¶ Dabantur & ab Imperatoribus contentione orta inter milites. *Liv. l. 26. c. 48.* Scipio tres Recuperatores cum se daturum pronunciasſet. ¶ In Urbe Prætores dabant Recuperatores ex omni Ordine, in Provinciis ex conventu negotiatorum, vel e sua cohorte. *Cic. 5. Ver. cap. 28.* Iſte Recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur. *Id. ibid. c. 11.* De conventu nullum umquam Judicem, neque Recuperatorem dedit.

Recuperatorius, a, um, quod ad Recuperatores pertinet, ut Judicium recuperatorium, quod per Recuperatores exercebatur. *Cicer. 2. de Inv. cap. 20.* Non enim oportet, in recuperatorio judicio ejus maleficii, de quo inter ſicarios quæritur, fieri præjudicium.

Recuperātus, & Reciperatus, a, um, nom. particip. *recuperato*. *Justin. l. 36. c. 1.* Reciperatum regnum. *Tacit. 3. hiſt. c. 22.* Reciperatæ cibo somnoque vires. *Cic. pro Flacc. c. 23.* Pecunia recuperata.

Recupĕro, & Recipĕro, as, avi, atum, a. 1. *ricuperare*, *riacquiſtare*, שנה ושקם, Germ. *wider uberkommen*, Gal. *recouvrer*, Hisp. *recobrar*, ἀνακομίζομαι, rem amiſſam recipio, seu rursus acquiro, a *recipio*. *Cic. 4. Ver. cap. 15.* Bello confecto ſocios ſua per noſtram victoriam recuperare *Id. 5. Ver. c. 14.* Ille autem, unde ablatum eſt, judicio ſuum recuperare nullo modo poteſt. *Id. 2. Agr. cap. 26.* Qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent. *Id 13. Phil. c. 5.* Albanum, Firmanum a Dolabella recuperabit; etiam ab Antonio Tuſculanum. *Var. l. 1. R. R. c. 13.* Ubi feſti opere commodiſſime poſſint ſe quieti recuperare. *Justin. l. 18. c. 7.* Recuperarum patriam venire.

Recupĭo, i, a. 3. valde cupio. *Plaut. Capt. 4. 2. 76.* Ut recupias facere ſumptum. Alii leg. *te cupias*.

Recūro, as, a. 1. ἀνακομίζω, iterum, vel diligenter curo, magna cura reficio. *Plin. l. 13. c. 12.* Quæ non eſſet ita recurata, in ſua manſit amphitheatrica. *Catull. carm. 44. ad ſundum v. 13.* Et me recuravi ocymoque & urtica. *Apul. l. 6. A. A.* Recurare plagas.

Recurro, is, recurri, ursum, n. 3. πτελινδρομέω, שׁב, iterum, vel retrorſum curro, redeo. *Cic. l. 14. Fam. ep. 3.* Deſipp quoque ita imperavi, ſtatim ut recurreret. *Id. 2. de nat. Deor. cap. 19.* Lunæ ſpecies mutatur tum creſcendo, tum defectionibus ad initia recurrendo. *Horat. l. 1. ep. 10.* Naturam expellas furca, tamen uſque recurret. *Id. l. 2. ep. 1. v. 147.* Anni recurrentes. *Plin. in Paneg.* Ita hæc optimi appellatio numquam memoriæ hominum ſine te recurret. *Quint. l. 1. c. 6.* Ad eam r

Redauſpico, as, a. 1. vel redauſpicor, aris, d. 1. denuo auſpicor, ſen auſpicium ſumo, rurſus incipio. *Plaut. Capt.* 3. 5. *in fine.* Exauſpicavi ex vinculis, nunc intelligo redauſpicandum hunc eſſe in catenas denuo. V. *Exauſpico.*

Redditio, nis, *reſtitutione*, תְּשׁוּבָה, Gen. *widergab, widergebung*, Gall. *reſtitution*, Hiſ. *reſtitucion*, ἀπόδοσις, actus reddendi. Hoc ſenſu uſurpat *Aſcon. Pedian.* ¶ *Aug. l. 22. de civ. Dei, c. 7.* Redditionem rationis poſcentibus reſpondere. ¶ Pro ſecunda parte ſimilitudinis, quæ antapodoſis etiam dicitur. *Quinct. l. 8. cap. 3.* Similitudo eum re, cujus eſt imago, connectitur, collatione invicem reſpondente, quod facit redditio contraria, quæ ἀντιπάθησις dicitur.

Redditivus, a, um, adject. *Redditiva, æ*, dicitur a *Diomed. lib. 2. pag. 432. Puiſch.* ea propoſitio, quæ a *Quintil.* appellatur *redditio.* Subintellegitur autem *propoſitio*, aut quid ſimile. Similiter *Priſcian. lib. 17. pag. 1051. & 1055. redditiva pomina* vocat, quæ redditioni inſerviunt, ut *talis, tot*, quæ referuntur ad *qualis, quot*, &c.

Redditor, oris, qui reddit. *Auguſtin. epiſt. 5. a med.* Debitorum fiſci redditores, & exactores.

Redditurus, pro reddium iri, quemadmodum & *præſtiturus* pro præſtirum iri, legitur *leg. 27. ff. ad Senatuſconſ. Trebel.*

Redditus, a, um, nom. partic. *reſtituito, reſo, dato. Cic. Att. l. 8. ep. 22.* Pecuniam Domitio non eſſe redditam. *Id. ibid. l. 9. ep. 11.* Scrinia reddita ſunt literæ. *Virg. Æn. 3. v. 40.* Vox reddita fertur ad aures.

Reddo, is, reddidi, redditum, a. 3. *rendere, reſtituire*, חָשִׁיב, Gen. *widergeben*, Gal. *rendre*, Hiſp. *boluer*, ἀποδίδωμι, proprie eſt rem acceptam, vel ablatam reſtituere, quaſi retro dare. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 7.* Cogebantur Syllani homines, quæ per vim ac metum abſtulerant, reddere. ¶ Dicitur etiam de eo, quod debitum non eſt, ſed quod non admittimus, aut quo uti nolumus. *Cic. pro Syll. c. 30.* Sed etiam, ſi quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto. ¶ Accipitur ſæpe pro dare. *Caſſ. Cde verb. ſignif. verbum, lib. 20. ff.* Reddendi verbum quamquam ſignificationem habet retro dandi, accipit tamen & per ſe dandi ſignificationem. *Cic. Att. l. 1. ep. 15.* Cincius noſter eam mihi abs te epiſtolam red didit. *Liv. l. 28.* Tribunus jura reddere ſinebat. *Id. l. 29. c. 1.* Judicia reddere in aliquem, *h. e.* exercere. *Cic. pro Planc. c. 37.* Reddere vitam pro republica. ¶ Item pro rependere, perſolvere: *Cic. l. 1. Off. c. 15.* Unum dandi beneficii, alterum reddendi. *Cic. l. 4. ep. 3.* Cum magno fœnore gratiam reddidiſſe. ¶ Item pro facere, efficere. *Cic. 2. de Orat.* Nox te, inquit, nobis, Antoni, expoliit, hominemque reddidit. *Id. pro Flacc.* Quo voluit, adduxit, convicit, & elinquem reddidit. ¶ Item pro reponere. *Plaut. Moſt. 1. 2. 28.* Tempeſtas venit, conſringit regulas, imbricſque, ibi dominus indiligens reddere alias nevolt. ¶ Item pro producere. *Ter. Phorm. 3. 3. 74.* Fructum quem Lemni uxoris reddunt prædia. *Plin. l. 16. c. 26.* Abies flores reddit. ¶ Item pro exponere, narrare. *Plaut. Aul. 1. 1. 6.* Tibi ego rationem reddam, ſtimulorum ſeges? ¶ Item pro referre, ſive recenſere, *Cic. in Brut. c. 74.* Perge, Pompeoni, de Cæſare, & redde, quæ reſtant. *Pl. in præf. l. 31.* Quæ ſuis locis reddam. ¶ Item pro referre ideſt, repræſentare. *Cic. Att. l. 4. ep. 3.* Omnes Catilinas, Sicinioſque poſtea reddidit. *Plin. l. 7. c. 42.* Piſtracus vocem humanam reddit. ¶ Item pro exprimere, vertere. *Cic. 1. de Orat. c. 34.* Ut, cum ea, quæ legerem Græce, Latine redderem. ¶ Item pro pronuntiare. *Cic. in Brut. c. 88.* Ut, quæ ſe cum commentatus, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet. ¶ Item pro exhalare, reſpirare. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54.* Excipiat animam eam, quæ ducta ſit ſpiritu, eamdemque a pulmonibus reſpiret, ac reddat. ¶ Item pro egerere. *Plin. l. 10. c. 47.* Mergi ſoliti ſunt devorare, quæ cæteræ reddunt. *Id. l. 8. c. 42.* Reddere urinam. ¶ Item pro retorquere, rejicere. *Sraſ. l. 9. Theb.* Potentas reddere tela fuit. ¶ Animum reddere, eſt conſolari, reficere, confirmare. *Ter. Andr.* Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier. *C.* Reddidiſti animum, *Hor. l. 1. od. 16.* Dum mihi ſias recantatis amica opprobriis, animumque reddas. ¶ Reddere animam, eſt mori. *Virg. 3. Georg. ad fin.* Vituli vulgo moriuntur in herbis, Et dulces animas plena ad præſepia reddunt. ¶ Reddere vota, *ſoddiſfare, o ſcioglere i voti. Virg. Ecl. 5. v. 75.* & cum ſolemnia vota reddemus Nymphis; & cum laſtrabimus agros. ¶ Reddere nomen alicui, eſt eum proprio nomine nuncupare. *Plin. l. 37. c. 4.* Omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit. ¶ Veteres in futuro indicativi dicebant reddibo pro *reddam. Plaut. Moſ. 5. 1. 49.* Salvum tibi ira, ut mihi dediſti, reddibo.

Redemptio, & redemtio, onis, *coppera*, חֲקָנָה, ἄνωσις, idem ac emptio. *Cic. 2. Ver. c. 6.* Eſt redemptio hujus judicii facta grandi pecunia. ¶ Redemptio veſtigalium eſt, cum quis a Principe, vel a Civitate veſtigalium reditum certa pecunia emit, ut eo faciat quæſtum. *Cic de Prov. Conſ. c. 5.* Non remeritate redemptionis, aut negotii gerendi inſcitia. ¶ Interdum ſumitur pro liberatione pretio facta alicujus hominis a vinculis, & ſervitute, & pro eo, quod pro liberatione datur, *riſcatto*, פְּדוּת, Ger. *ranzion, erlöſung, ein kauff*, Gal. *rançon, rachat*. Hiſp. *reſcate*, λύτρωσις. *Aur. Vict. de Vir. Illuſtr.* Impetrata redemptione marito adulterum centurionem interficiendum tradidit. Adde *Val. Max. l. 4. c. 3.*

Redemptŏr, *vel* Redemtito, as, a. 1. freq. a *redempto*. *Cato* apud *Feſt.* Facta benefactis non redemptitavere, *ideſt* non remunerarunt, aut compenſarunt.

Redempto, *vel* Redemto, as, a. 1. freq. a redimo. *Tacit. Hiſt. 3. c. 34.* A propinquis occulte redemtabantur. Al. leg. *redimebantur.*

Redemptor, vel Redemtor, oris, *compratore*, ὠνητὴς, emptor, qui certo pretio opus aliquod faciendum ſuſcepit. *Feſt.* Redemptores proprie, atque antiqua conſuetudine dicebantur, qui cum ad faciendum, aut præbendum quid conduxerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur redemptores, qui quid conducere præbendum, utendumque. *Cic. l. 2. de Div. c. 21.* Et redemptor, qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerat faciendam. ¶ Redemptor veſtigalium eſt, qui a Populo, vel a Principe certa pecunia emit veſtigalia exigenda, ut ex ea exactione quæſtum faciat. *Labeo l. cum in plures, ſ. vehiculum, ff. locati, & cond.* Redemptor pontis portorium ab eo exigebat. ¶ Redemptor litium, ſeu cauſarum dicitur, qui lites quotidianas pecunia mercari, illaſque pactionibus, muneribuſque pellicere conatur, haud ſecus, quam qui domum, ædificiumve faciendum, utendumve pretio conducit: qui etiam quadruplator, & interceptor alienæ litis dictus eſt. *Ulpian. l. Nec quicquam, ff. de offic. Proconſ.*

Redemptrix, *vel* Redemtrix, icis, f. quæ redimit. *Prudent. in Romano, v. 774.* Et ſit redemptrix prima membrorum omnium.

Redemptūra, vel Redemtura, æ, idem ac redemptio. *Liv. l. 23. c. 48.* Qui redempturis auxiſſent patrimonia.

Redemptus, vel Redemtus, a, um, λυτρωθὴς, conductus. *Caſ. lib. 1. B. G. c. 18.* Veſtigalia parvo pretio redempta habere. *Virg. 9. Æn. v. 213.* pretio redemptus, *riſcattato*,

Redĕo, dis, redivi, & redii, reditum, n. anom. *ritornare*, שׁוּב, Ger. *widerkommen*, Gal. *retourner*, Hiſp. *boluer*, ἀπανέρχομαι, revertor, quaſi retro eo. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 6.* Appius a Cæſare nondum redierat. *Id. pro Quinct. c. 18.* Ut Romam rediit Quinctius. *Propert. l. 2. el. 16.* Dies non redituras. ¶ Translate redire ad ſe, eſt ad mentis ſanitatem redire, vel animum recipere. *Ter. Adel. 5. 3. 8.* Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. *Cic. Att. l. 7. ep. 3.* Cito ad ſe redit. ¶ Redire ad ingenium, eſt redire ad ſuam naturam, ſeu reſumere mores antiquos. *Ter. Adel. 1. 1. 46.* Si ſperat, fore clam, rurſum ad ingenium redit. *Cic. in div. Ver. c. 17.* Redit ad ſe, atque ad mores ſuos. ¶ Redire in gratiam cum aliquo, eſt ruſſus amicum fieri. *Cic. 9. Fam. ep. 1.* Scito, me rediſſe cum veteribus amicis, ideſt cum libris, in gratiam. *Nepos in Attico, c. 17.* Vereglotiantem, ſe nunquam cum matre in gratiam rediſſe, *h. e.* nulla re læſiſſe matrem, propter quam cum ipſa in gratiam redire deberet. ¶ Redire in memoriam, eſt reminiſci. *Ter. Phor. 5. 1. 19.* Redi mecum in memoriam. *Cic. de ſenect. c. 7.* His legendis redeo in memoriam mortuorum. Sic redire animo aliqua res dicitur, *cujus* recordatio ſubit, apud *Plin. jun. in epiſt.* ¶ Redire ad rem, vel ad propoſitum, eſt reverti ad id, de quo loquebamur. *Cic. 1. Fin.* Sed ad rem redeamus; de omnibus dici neceſſe non eſt. *Id. 2. Tuſc.* Utrum igitur inrer has ſententias dijudicare malimus, an ad propoſitum redire? ¶ Redire in orbem, eſt a fine ad principium revocari. *Virg. 2. Georg. v. 401.* Redit agricolis labor actus in orbem. ¶ Accipitur quoque pro provenire. *Plin. l. 14. c. 4.* Idem Cato denos culeos redire ex jugeribus ſcripſit. *Nepos in Themiſt. c. 2.* Cum pecunia, quæ ex metallis redibat. ¶ Item pro ſimplici venire. *Ter. Phorm. 1. 2. 5.* Præſertim ut nunc ſunt mores: adeo res rediit, ii quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. *Caſſ. lib. 4. B. C. c. 93.* Pilis miſſis, ad gladios redierunt. ¶ Redire rurſus, pleonaſmus eſt apud *Terent. Eun. 2. 4. 6. & Adelph. 1. 1. 40.* ¶ Redire viam, pro ſimplici redire, erat in veterum Juriſconſultorum formulis. *Cic. pro Mur. c. 12.* Præſto aderat ſapiens ille, qui inire viam docerer: redire viam: eodem duce redibant. ¶ Paſſive impersonaliter. *Tac. Ann. 3. c. 37.* Tum exuto juſtitio, reditum ad munia. *Caſ. l. 3. B. C. cap. 16.* Interea manerent induciæ, dum ab illo rediri poſſet. ¶ Cum infinito. *Virg. in Ciri, v. 172.* Sæpe redit parrios aſcendere prodita muros. ¶ *Redeam* pro redibo, *Plautus in Trucul. 4. 2. 42.*

Redergĭo, is, a. 3. idem ac redarguo, apud Vet. Hoc verbo utebatur Scipio Africanus Pauli filius, teſte *Feſto*, quomodo idem *pertiſum* malebat, quam *pertæſum*.

Redhibĕo, es, bui, bitum, a. 2. *far riavere, reſtituire*, אָחַז בְּ, חָשִׁיב, facio, ut venditor rurſus habeat, quod habuerat. *Ulp. Dig. l. 21. tit. 1. leg. 21.* Redhibere eſt facere, ut rurſus habeat venditor, quod habuerat: & quia id reddendo fiebat, idcirco redhibiro eſt appellata quaſi rehabitio. *Aliqui legunt* quaſi redditio. *Cic. 3. Offic. 23.* Dicenda vitia ea, quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili. *Plaut. Merc. 1. 3. 84.* Dixit ſe redhibere, ſi non placeat, *h. e.* dixit venditor, ſe recepturum ancillam, reſtituro pretio, ſi ea non placeat. *Id. Moſtel. 3. 2. 113.* Si male emptæ forent, nobis iſtas redhibere haud liceret, *h. e.* ſi plus æquo pretio emptæ forent, non liceret nobis venditori reſtituere, pretio recepto. Ex quibus exemplis patet, hoc verbum duplicem habere ſignificationem: nam ſi ad emptorem refertur, ſignificat venditorem ad recipiendum cogere; ſi ad venditorem, ſignificat recipere, & quaſi retro habere.

Redhibitio, onis, f. 3. Juriſconſultis eſt actionis nomen, quæ & actio redhibitoria vocatur. Ea vero actio contra eum intentatur, qui quod vitio corruptum commutaverit, vendiderive, cogitur pretium, & retro, quod tradiderat, accipere. *Quinct. lib. 8. cap. 3.* Aut in mancipii redhibitione fudare? *Gel. lib. 4. c. 2.* Cauſa redhibitionis.

Redhibitorius, a, um, quod ad redhibendum ſpectat. *Pomp. Dig. l. 21. tit. 1. leg. 48.* Si ſex menſium exceptione redhibitoria exclauſus velit intra annum æſtimatoria agere. *Papin. lib. leg. 54.* Actioni redhibitoriæ non eſt locus, ſi mancipium, &c. *Cujus lib. leg. 18.* Aut redhibitorio, aut æſtimatorio judicio agere poteſt.

Redhibitus, a, um, redditus, partic. a redhibeor. *Feſt.* Redhibitum id proprie dicitur, quod redditum eſt, cum qui dedit, inde rurſum coactus eſt habere id, quod ante habuit.

Redhŏdĭo, is, a. 4. *ricompenſare*, gratiam refero, nam hoſtire pro æquare poſitum eſt a Veteribus, teſte *Feſto*.

* Redĭco, is, rurſus dico. *Sidon. l. 9. ep. 13.* his rediecndis ſollicitus.

Redĭcŭlus, i, m. Deus quidam, quem Romani bello Punico ſecundo excogitaverunt, eique fanum dedicarunt extra portam Capenam, quia accedens ad Urbem Annibal, viſis quibuſdam perterritus, ex eo loco rediterit. *Feſtus.*

Redĭens, euntis, o. partic. a redeo. *Ov. 10. Met.* Perque novem evravit redeuntis cornua Lunæ. *Hor. l. 3. od. 6.* Dies anno redeunte feſtus.

Redĭgo, is, egi, actum, a. 3. *ridurre*, עָשָׂה, Ger. *widerbringen, inſtihren*, Gall. *reduire, rediger*, Hiſ. *reduzir*, πειθάρχομαι, ſit quadam vi, & induſtria ad aliquid vel aliquo reducere, ex *re*, & *ago*, d interpoſito. Et conſtruitur cum acc. & præp. *in*, vel *ad*, vel *penes*, vel cum adv. motus ad locum. *Ter. Adel.* Tu homo rediges me ad inſaniam. *Id. Eun. 4. 4.* Eo redigis me, ut, quid egerim, cgnoſcere neſciam. ¶ Redigere in poteſtatem, ditionem, ſervitutem, eſt ſubditum, vel ſervum facere. *Plaut. Aul. 2. 1. 47.* Nihil moror, quæ in ſervitutem ſumptibus redigunt viros. *Cic. 3. Off.* Brevi rempore aut vivum, aut mortuum Jugurtham ſe in poteſtatem p. R. redacturum. *Id. 4. Phil. cap. 5.* Potentiſſimos Reges, bellicoſiſſimas gentes in ditionem hujus imperii redegerunt. ¶ Aliquando ponitur pro agere, ducere, reducere. *Liv. lib. 26.* Hi ſupra ſeptuagipta comprehenſi, & cum transfugis novis multcati virgis, manibuſque præciſis Capuam redigunter. ¶ Item pro vi agere, reprorſum agere, & ad redeundum compellere, *Tiv. l. 1.* Poſtremo fuſum, fugarumque in caſtra redigunt. ¶ Item pro accumulare. *Cic. 5. Phil. c. 4.* Ut, ſi hoc genus in unum redigatur. *Id. in div. Ver c. 17.* Deinde bona vendit, pecuniam redigit. *Id. 5. Ver. cap. 73.* Cum omnis frumenti copia decimarum nomine penes iſtum eſſet redacta.

Redimiculum, i, κάλαυτρον, תַּכְרִיךְ, עֲנָת, tænia, muliebre ornamentum capitis, aut mitræ. *Cic. 5. Ver. c. 33* Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. *Virg. 9. Æn. v. 616.* Et runicæ manicas, & habent redimicula mitræ. *Juven. ſat. 3. v. 84.* Qui longa domi redimicula fumunt Frontibus, & toto poſuere monilia collo. *Ov. l. 10. Met. v. 265.* Redimicula pectore pendent. ¶ Pro vinculo, aut impedimento, quo quis tenetur. *Plaut. Truc. 2. 4. 41.* Ut eſſet aliquis laqueus, & redimiculum, reverſionem ut ad me faceret.

Redimĭo, is, ivi, itum, a. 4. *cingere, ornare, circondare*, אָתַר, περιτίθημι, cingo, corono, orno. *Cic. 3. Tuſc. c. 18.* Incendes odores, & ſertis redimiri jubebis, & roſa. *Stat. 1. Sylv. 3. v. 16.* Crinem redimire corymbis.

Redimĭtus, us, m. actus redimendi. *Solin. c. 46.* (al. 33.) Plurimis crines intonſi, mitrata capita, redimitu pari. Alii aliter legunt.

Redimitus, a, um, *cinto, circondato. Cic. in Somn. c. 6.* Cernis autem terram eamdem quaſi quibuſdam redimitam, & circumdatam cingulis. *Tibul. l. 1. el. 8. v. 45.* Frons redimita corymbis. *Catul. carm 62. de Aty, v. 3.* Loca redimita ſilvis.

Redĭmo, is, emi, emptum, a. 3. *comperare*, קָנָה, ὠνέομαι, idem ac emo, ex *re*, & *emo*, d interpoſito euphoniæ cauſa. *Plaut. Men. 4. 3. 6.* Ego tibi redimam bis tanto pluris palam. *Cic. 4. Ver.* Hæc, quæ vel vita redimi recte poſſent, pecunia æſtimare non queo. ¶ Ponitur etiam pro recuperare, rem faciendam, occuparamve pretio recipere. *Cic. 13. Phil. c. 5.* Eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet, redimet, inquam, Cn. Pompeji domum filius. ¶ Item pro conducere, aliquid certo pretio faciendum ſuſcipere. *Cic. 3. Ver.* Qui iſtum eripiendum redemerunt. *Ulp. l. plenum, ff. de uſu, & hab.* Itemque ſi veſtimenta texenda redemerit, vel inſulam, vel navem fabricandam. ¶ Redimere veſtigalia dicuntur Publicani, cum annorum aliquot reditum certa emunt pecunia, ut ſibi ea interim liceat exigere, & in quæſtum ſuum convertere. *Cic. in Brut. c. 22.* Quæ picarias de P. Cornelio, L. Mummio cenſoribus redemiſſet, ideſt picis fodinas, ſeu veſtigalia ex pice. ¶ Item pro liberare pretio perſoluto, *c. g.* captivum, vel ſervum ab eo, qui in poteſtate eum habet, ut captivos a prædonibus, vel ſe ipſum, aut alium a vexatione, ſive moleſtia, *riſcattare, liberare*, λυτρόομαι, פָּדָה. *Cic. 2. Off. c. 16.* Qui ſuis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt. *Id. l. 2. Fam. epiſt. 16.* Quam quidem *acerbitatem* ego a Republica meis privatis, & domeſticis incommodis libentiſſime, vel iſtis ipſis, quæ tu me mones, ut caveam, redemiſſem. *Id. 7. Ver. c. 44.* Metum virgarum navarchus nobiliſſimæ civitatis pretio redemit. *Ulpian. l. 49. ff. tit. 14. de jure fiſci, l. 29.* Ut adverſus ipſum locum habeat, qui delatorem redemit, ideſt pecunia corrupit, & ſe ab ejus delatione liberavit. ¶ Redimere litem, eſt cum adverſario convenire, & pacifci, ut te litis moleſtia explices. *Cic. pro R. Com. c. 12.* Suas Rorcius, non ſocietatis lites redemit. ¶ Item pro compenſare, emendare. *Planc. ad Caſſ. Ver. l. 10. Fam. epiſt. 8.* Non enim præteritam culpam videri volo redemiſſe, ideſt aliquo egregio facto compenſaſſe. ¶ Redimere ſibi pacem, & otium aliqua re, *Cic. Q. Fr. l. 1. epiſt. 1.* ¶ Redimere ſibi gratiam & amicitiam alicujus, *Cæſar l. 1. B. G.*

Redĭndūtus, a, um, adject. *riveſtito*, ut redindutus carnem, *Tertul. de reſurrect. carn. cap. 42.*

Redĭno, is, redeo. *Feſtus.*

Redintĕger, V. *Redintegratus.*

Redintegratio, onis, *rinnovazione*, חִדוּשׁ, ἀνάνεωσις, renovatio. *Cic. ante Exil. c. 4.* Ut redintegratione illius conjurationis animos vulnerem veſtros? *h. e.* recordatione. *Auct. ad Heren. l. 4. c. 28.* Redintegratio verbi, *h. e.* repetitio. *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 11.* Inſtauraticius dies dictus a redintegratione, ut Varroni placet.

Redeintegrator, oris, *rinnovatore*, inſtaurator. *Inſcript. apud Gruter. p. 459. n. 1.* Redintegratori operum publicorum. *Tertul. de anim. c. 43.* Somnus redintegrator virium.

Redintegrātus, a, um, nom. partic. *rinnovato. Liv. l. 8. cap. 32.* Tunc Papirius, redintegrata ira, ſpoliari magiſtrum equirum, & virgas expediri juſſit. *Cæſ. l. 3. B. G. cap. 26.* Redintegratis viribus, acrius impugnare cœperunt. *Id. l. 2. B. G. cap. 25.* Redintegrato animo.

Redintĕgro, as, a. 1. *rinnovare, rifare*, חָדַשׁ, ἀνανεόω, inſtauro, innovo. quaſi integrum facio, ſeu in integrum reſtituo. *Brut. Cic. l. 12. Fam. epiſt. 9.* Ne bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi conjuncto, *Cic. 1. de Inv. cap. 52.* Auditoris memoria redintegrabitur. *Auct. ad Her. l. 2. cap. 30.* Enumeratio eſt, per quam colligimus, & commonemus, quibus de rebus verba fecerimus, breviter, ut renovetur non redintegretur oratio. *Tac. 4. Ann. c. 33.* Varietates præſiorum, clari ducum exitus retinent, ac redintegrant legentium animum. *h. e.* recreant. ¶ Significat etiam repetere. *Auct. ad Her. l. 4. c. 28.* Interpretatio eſt, quæ non iterans idem redintegrat verbum, ſed commutat.

Redinvenĭo, is, a. 4. rurſus iovenio, reperio. *Tertul. de anim. c. 46.*

Redipiſcor, eris, redeptus ſum, d. 3. rem amiſſam rurſus adipiſcor, acquiro, aſſequor. *Plaut. Trin. 4. 3. 15.* Inter eos ne homines condalium te redipiſci poſtulas?

* Redĭſco, is, rurſum diſco. *Ven. Fort. l. 1. de vit. Mart. v. 122.* greſſum meditenda redifcens.

Reditio, onis, *ricorno*, שׁוּב, Ger. *widerkommung, widerfahrt*, Gall. *retour, revenie*, Hiſp. *buelta, tornada*, ἀνακροφὴ, actus redeundi, reditus, regreſſus. *Caſ. l. 1. B. G. c. 5.* Ut domum reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeundæ eſſent. *Plaut. Moſtell. 2. 1. 30.* Quid illi reditio huc fuit? Adde *Cic. 3. Ver. c. 6.*

Reditus, us, m. *ritorno*, תְּשׁוּבָה, ἀνακρίσις, ἀνακροφὴ, reditio, reverſio. *Cic. de Am. c. 4.* Iiſque cum e corporibus exceſſiſſent, reditum ad cœlum patere. *Id. 2. Aſt. ep. 3.* Reditus in gratiam. ¶ Reditus item eſt proventus, *entrata*, πρόσοδος; Nomen ex eo eſt, quod ſingulis annis redeat. *Ov. l. 2. de Pont. el. 2.* At reditus jam quiſque ſuos amat. *Plin. l. 27. c. 2.* Majore ſingulaqum reditu, quam erat apud antiquos prædiorum.

Redivĭa. V. *Reduvia.*

* Redivĭoſus, Reduviofus, aſper, reduviis plenus. *Lavius, ap. Feſt. in Rediviam.*

Redivīva, orum, n. materia diruti ædificii, quæ rurſus ad novum ædificium applicatur, vel poteſt applicari. *Cic 3. Ver. c. 56.* Rediviva ſibi habero, quaſi quidquam eſſet, vel poteſt applicari. *Cic 3. Ver. c. 56.* Inque tinus ſcindit ſe unda reductos. ¶ Item pro remoto. *Hor. l. 1. ep. 18. v. 9.* Virtus eſt medium vitiorum & utrinque reductum *Quinct. l. 11. c. 3.* Ut qui ſingulis pinxerunt coloribus (*a chiaro ſcuro*) alia tamen eminentiora, alia reductiora fecere, *più in lontananza*. ¶ Item pro ſecreto, *Virg. 6. Æn. v. 703.* Interea videt Æneas in valle reducta ſeclusum nemus. *Aeron*; Reducta, hoc eſt ſecreta. *Hor. l. 2. od. 17.* Hic in valle reducta. Reductam vallem appellat, quæ ſinus quoſdam flexuoſos, & receſſus habet.

Reduleratus, a, um, nom. part. *inaſpiro*, ut reduleratus dolor, *Apul. l. 5. M. A.*

Redulcĕro, as, a. 1. ἀνελκόω, denuo ulcoroſum facio. *Col. l. 7. c. 5.* Quæ prius aſpera teſta, vel pumice defricara reduleratur.

Reduncus, a, um, ἀνακαμπὴς, retrorſum inflexus, cui *aduncus* opponitur, ab *uncus* adject. *Plin. l. 11. c. 37. de cornibus*: Jamque aliis ad incurſum robuſta, aliis ad ictum, aliis aduncа, aliis reduncа, &c. ¶ Sumitur & pro aduncо. *Ov. 12. Met. v. 562.* Viribus uſus avis, pennis roſtroque reducno.

Redundans, antis, o. πλεονάζων, *ridondante, copioſo. Cic. de clar. Or. c. 13.* Aſiatici oratores parum preſſi, & nimis redundantes. *Tertul. l. 2. de cultu fæm. c. 9.* Amputatio, & decuſſio redundantioris nitoris.

Redundanter, adver. ſuperflue, abundanter, nimis. *Plin. l. 1. ep. 20.* Ut illud im modice, & redundanter, ita hoc jejune, & infirme.

Redundantĭa, æ, *ſoprabbondanza*, שֹׂבַע, שְׂרָה, כָּרַע, Ger. *uberfluſſ*, Gal. *ſuperfluité, foiſon*, Hiſ. *ſuperfluidad, redundancia*, πλεονασμὸς, ſuperfluitas, quod abundat, quod nimium eſt. *Cic. in Or. c. 30.* Ipſa illa pro Roſcio juvenilis redundantia multa habet attenuata, quædam etiam paulo kilariora.

Redundatĭo, onis, redundantia, πεζαστικὸν. *Plin. l. 7. c. 6.* Faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, *ſconvoglimento, rigurgitamento.*

Redundātus, a, um, πλεονασθὴς, partic. a redundo. *Ov. 6. Faſt. v. 402.* Amne redundatis foſſa madebat aquis. *h. e.* extra alveum undantibus.

Redundo, as, n. 1. *ſoprabbondare*, שָׂבַע, שְׂרָה, כָּרַע, Ger. *von volle uberlauffen*, Gal. *ridonder, regorger*, Hiſ. *redundar, reboſſar*, ὀνανλημμυρέω, πεζαρρέω, ſuperfluo, reſluo, ſuperabundo. Proprie aquarum eſt, cum adeo augentur, ut ſe ripis, litoribuſque non poſſint continere. *Cic. de Div. 1. c. 32.* Si lacus Albanus redundaſſet, iſque in mare fluxiſſet. *Stat. lib. 4. ſilv. 3. v. 71.* Vulturnus levat ora, maximoque Pontis Cæſarei reclinis arcu, Pandis talia faucibus redundat. ¶ Translate dicitur de aliis liquoribus. *Cic. pro L. Man.* Quæ magnis oppreſſa hoſtium copiis, eorum ipſorum ſanguine redundavit. Sic *redundare* ſi dicuntur, qui ex heſterna crapula graves ſunt. *Plin. in Paneg. c. 63.* ¶ Item de quacumque alia re, pro abundare. *Cic. l. 3. Fam. ep. 10.* Præſertim cum tu omnibus vel ornamentis, vel præſidiis redundares. *Id. l. de nat. Deor. c. 35.* Tuus autem Deus non digito uno redundat, ſed capite, collo, cervicibus, &c. *ideſt* plus habet, & ſupervacaneum. *Id. Ver. 6. c. 66.* Quod redundarer de veſtro frumentario quæſtu. *Id. 3. de Or. c. 4.* Neque in Antonio defuit hic ornatus oratoris, neque in Craſſo redundavit. ¶ Accipitur etiam pro recidere, referri, pertinere, cum acc. & præp. *ad*, vel *in*. *Cic. de Am. c. 21.* Quorum tamen ad amicos redundet infamia. *Id. pro Mur. c. 39.* Si hæc elapſa de manibus noſtris in eum annum, qui conſequitur, redundarint. *Id. Catil. 1. c. 12.* Ne quid invidiæ mihi in poſterirarem redundaret.

Reduplicātus, a, um, adject. *raddoppiato. Tertul. de paſſion. c. 14.* Quæ amiſerat, reduplicata poſſedit.

Redurēſco, is, urui, n. *indurirſi di nuovo. Vitr. l. 1. cap. 4.* Ferrum cum molle & candens eſt, ſi refrigeratur tinctum frigida, redurefcit.

Reduvĭa, ſeu redivia, æ, περιρυτίς, panaritium, abſceſſus ad radices unguium. *Feſt.* Reduviam quidam, alii reluviam appellant, cum circa ungues cutis ſe reſolvit, quia luere eſt ſolvere. Al. leg. *rediviam. Plin. l. 29. c. 2.* Reduvias ſanat ex aqua frigida. *Cic pro Rab. Poſt. c. 4.* Qui cum capiti ſex. Roſcii mederi debeam, reduviam curem, *h. e.* majoribus malis neglectis, minoribus remedium quæram. ¶ Invenitur reduviæ, aut reluviæ vox & alia ſignificatione apud *Solinum*, c. 45. (al. 32.) qui reduvias conchiliorum vocat fragmenta eorum, & reliquias: quemadmodum & reluvias eſcarum appellat, quæ e cibis dentibus crocodili inhærent. Trochilos, inquit, avis parvula eſt: dum reluvias eſcarum affectat, os beluæ hujuſce penetrat. ¶ Videtur etiam ufurpari de pelle, ut de pelle hominis, cum ſe flagris reſolvit. *Tibin.* apud *Voſſ. in Etym.* Laſſitudo conſervum, reduvia flagri.

Reduviōſus, a, um, aſper, hians. *Lavius* apud *Voſſ. in Etym.* Scabra in ſegendo, reduvioſave offendens.

Redux, ucis, gen. c. *ritornato ſano, e ſalvo*, שׁב בשלום, Germ. *der an wieder kompt*, Gall. *revenu ſain, & ſauve*, Hiſp. *librado*, πανύσιος, qui a periculo in tutum reducitur, vel ab exilio, ſive captivitate in patriam. *Cic. pro Mil. cap. penult.* Quid me reducem eſſe voluiſtis? *Plin. l. 8. c. 5.* Sexto die perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen. *Ter. Heaut. 2. 4. 18.* Tu me reducem in patriam facis. *Virg. 5. Æn.* Gratatur reduces. ¶ Redux Fortuna, Dea apud Romanos, cui templum in Urbe dedicarunt, appellata, quod e bello, longinqua peregrinatione, exilio reduceret.

Reexinanĭo, is, a. 3. *votare di nuovo. Apic. l. 8. c. 6.* Reexinanies in cacabum.

Refabrĭco, as, a. 1. *rifabbricare. Dioclesian. & Maximian. Impp. l. 8. Cod. de. 10. leg. 5.* Collapſum balneum refabricare eniſus eſt.

Refacĭo, is, eci, actum, a. 3. idem ac reficio, apud vet. *Plaut. Truc. 4. 4. 24.* Nam refacere ſi velim, non eſt locus. Al. leg. *re facere.*

Refectĭo, onis, *rifacimento*, חִדוּשׁ, ἐπανόρθωσις, actus reficiendi, ſeu inſtaurandi. *Col. l. 12. c. 2.* Cæteraque, ſi refectionem deſiderant, fabris concinnanda tradantur. *Suet. in Cæſ. c. 15.* Refectio Capitolii. ¶ Item recreatio. *Quinct. l. 10. c. 3.* Tempora ad quietem, refectionemque data in acerrimum laborem convertimus. *Plin. in Paneg. c. 81.* Inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris.

Refector, oris, *rifacitore*, qui reficit. *Suet. in Veſpaſ. cap. 18.* Item coloſſi refectorem inſigni congiario, magnaque mercede donavit.

Refectus, us, m. idem ac refectio. *Plin. l. 18. c. 7.* Panem ex hordeo antiquis uſitatum vita damnavit, quadrupedumque traditit refectibus, *h. c.* alimentis.

Refectus, a, um, *rifatto*, rurſus factus, inſtauratus, renovatus, *Cic. Att. lib. 16. epiſt. 3.* Et quidem archetypum ipſum, crebris locis inculcatum, & refectum. *Curt. l. 7. c. 5.* Nec aut cibo refectus, aut potu, *riſtorato. Hor. l. 2. epiſt. 2. v. 136.* cognatorum opibus, curiſque refectus, *h. e.* fanatus, ad priſtinum mentis ſtatum reſtitutus.

Refello, is, refelli, ſine ſup. a. 3. *ributtare, confutare, convincere*, תּוֹכִיחַ, Ger. *einen red wiederwerffen, widerlegen*, Gal. *refuter, confuter*, Hiſ. *recacar, diſcrédito*, ἐλέγχω, quod dictum eſt, arguendo falſum oſtendo, ex *re*, & *falſo. Cic. 2. Tuſc. c. 2.* Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus. *Id. 2. Fin. c. 25.* Ita vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio.

Refercĭo, is, ſi, tum, a. 3. *empire*, מָלֵא, Ger. *geſtoffen voll machen, voll fullen*, Gal. *remplir tout plein*, Hiſ. *hinchir*, ἐμπλήθω, repleo, ex *re*, & *farcio. Cic. 1. de Or. c. 35.* Hæc, quæ coarctavit, & penanguſte refersit in oratione ſua. *Id. pro Rab. Poſt. c. 14.* Aures refersit iſtis ſermonibus. *Id. 2. de nat. Deor. c. 24.* Superſtitione omni vitam hominum refertorunt. *Id. pro Sext. c. 35.* Corporibus Tiberim compleri, cloacas refercire.

Refertus, is, ſine præt. & ſup. a. 4. *riparcuotere*, Germ. *widerdumm ſchlagen*, Gal. *refrapper*, H

16.ep.3. ¶ Referre cæcum vaginæ, *viporre. Cilius l.7.* ¶ Referre rationem, *render contro. Cic.3.Ver.c.28. Cæs.l.2.B.C.* ¶ Referre opem, *afferre. Cic.1.Div. ex poeta c.31.* Cives, referte opem. ¶ Referre numerum, est numerare. *Virg. Ecl. 6. in fi.* ¶ Referre in deterius, *spiegare, o ricevere in cattiva parte. Tac. Ann. 13. c. 11.* Nec defuere, qui in deterius referrent. ¶ Referre in melius, est in melius mutare. *Virg. Æn. 1.* Quin aspera Juno Consilia in melius referet. ¶ Hoc verbum habet primam syllabam brevem, sed a Poetis in preterito, & supino ufurpatur etiam prima longa, per Diastolen, vel Ectasim, duplicato *r*, & *l*, ut rettuli, rellatum, *Hor.l. 2. ep. 1.* Retulit acceptos regale numisma Philippos. *Lucan. l. 9.* Id rursum cœli reflatum in templa receptant.

Refert, obat, tulit, imp. anom. *importare, appartenere*, צריך טוב הוא על, Ger. *es ligt etwas daran, es ist etwas daran, gelegen*, Gal. *il appartient, il importe, quelque chose*, Hil. *ser necessario, pertenecer*, חשיבות, *interest*, utile est, commodum est, alicujus momenti est. Construitur cum nominativo, & genitivo. Sed loco nominativi habere potest verbum modi infinitivi, vel membrum orationis; loco genitivi rei inanimatæ admittit etiam acc. cum præp. *ad*; deinde loco genitivorum *mei, tui, sui, nostri, vestri* exigit ablativos *mea, tua, sua, nostra, vestra*; loco genitivi *cujus* potest habere abl. *cuja*; denique præter genitivum proprium, vel alium casum loco genitivi, recipit etiam unum ex his quatuor genitivis communibus, *magni, parvi, tanti, quanti*, quorum tamen genitivorum loco non respuit adverbia, *magnopere, parum, tantopere, tantum, quantopere, quantum. Cic.l.5.Fam.ep.20.* Non adscripsi id, quod tua nihil referebat. *Id. in Brut.* Neque enim refert videre, quid dicendum sit. *Id.ade Divic.* 34. Aves pascantur, nec ne, quid refert? *Id. ad Q.Fr.l.1.ep.1.* Parvi refert abs te ipso jus dici æqualiter, & diligenter. *Id. pro Cæl.c.23.* Refert enim magnopere id ipsum. *Sallust. in Jug.c.119.* Quod illorum magis, quam sua retulisse videretur. *Id.Fam.5.ep.2.* Sed quanti id refert? *Virg.3.Georg.v.104.* Neque enim numero comprendere refert.

Refertus, a, um, *pieno*, מלא, πλήρης, plenus, a refercio. *Cic.1. Acad.c.4.* Certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam, ac refertam. *Id. pro Font.c.1.* Referta Gallia negotiatorum est, plena Civium Romanorum. *Id. ad Q.Fr.l.2.ep.16.* Cum Cæsaris literis refertis omni officio, diligentia, suavitate. *Id.5.Ver.c.* 87. *amed.* Tum refertias erit ærarium Populi R. quam unquam fuit. *Id. ad Q. Fr.l.1.ep.1.c.14. ad fin.* Quare quoniam ejusmodi theatrum totius Asiæ virtutibus est datum, celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum.

Refervens, entis, o. iterum fervens, vel valde fervens. *Plin.l. 16.c. 11.* Item terebinthinam in sartagine referventi. ¶ Translate ponitur pro vehementi, & atroci. *Cic. pro R. Com.c. 6.* Nonne, ut ignis in aquam conjectus continuo restinguitur, & refrigeratur, sic referveas falsum crimen in puriſſimam, & castiſſimam vitam collatum statim concidit, & extinguitur?

Refervĕo, es, vel Refervesco, is, n. iterum vel valde ferveo. *Cic. 1. Div. c. 23.* Visum Mercurium e patera sanguinem fundere, qui cum terram attigisset refervescere videretur sic, ut tota domus sanguine redunderet. V. *Referveni.* ¶ Est etiam refrigescere, fervere desinere. *Id. in Brut.c. 91.* Contentio vocis recidetur, & quasi referbuerat oratio. Alii leg. *reserverat.*

Refibŭlo, as, a. 1. fibulam retexo, seu solvo. *Martial. l. 9.ep.28.* Et cujus refibulavit turgidum faber penem. *ideſt* fibulam peni induſtam solvit.

Reficĭo, is, eci, ectum, a. 3. *rifare*, שוב, חדש, ברא, Ger. *wieder machen*, Gall. *refaire*, Hisp. *rehazer*, ἐπισκευάζω, iterum facio, instauro, renovo, quod corruptum erat, in statum pristinum restituo. *Ulp. de rivis, l.1.* Verbo reficiendi tegere, substruere, farcire, ædificare, & advehere, apportareque ea, quæ ad eandem rem opus sunt, continentur. *Cic. 3. Ver. c. 54.* Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur. ¶ Interdum ponitur pro iterum creare, seu eligere. *Cic. de Amic.c.25.* Papirius legem ferebat de Tribunis reficiendis. ¶ Translate sumitur pro recreare, seu delectare. *Cæs.l.7.B.G.c.32.* Exercitum ex labore, atque inopia refecit. *Cic.l.8.Fam.ep.27.* Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. *Plin. in Paneg.c.77.* Ut labore refici, ac reparari videretur. ¶ Reficere vires, est reparare. *Liv.l.37. c. 24.* Cum in alto, ubi subsisteret, cibo reficerent vires. *Senec. ep 7.* Ex longo morbo refici, *ricuperarsi*. ¶ Reficere copias, interdum significat debita habito supplere, *reclutare. Cæs.l.3.B.C.c.87.* Hæ copiæ, quas videtis, ex delectibus horum annorum sunt refectæ. Sic *Virg. 3.Georg.* Semper enim reficere. *b. e.* armenti numerum supple. ¶ *Cic. Parad. 6. c. 1.* Nunquam eris dives, antequam tibi ex tui possessionibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri sex legiones possis. *b. e.* suppeditetur, reddatur, proveniat. *Var.l.1.R.R.c.2. ante med.* Nemo fanus debet velle impensam ac sumptum facere in culturam, si videt, non posse refici, *di non poter rifarsi della ſpeſa.*

* Refictĭo, onis, refectio. *Ulp.Dig.l.43.t.20.l.21.l.1.* Purgandi verbum ad eum rivum pertinet, qui refictione indiget: plerumque enim refictione purgatione rivus indiget.

Refĭgo, is, xi, xum, a. 3. πάλιν πήγνυμι, rursus, sive valde figo. *Virg. 4. Georg.* Aulæque, & cerea regna refigunt. Alii leg. *refingunt*. Quod vero quidam addunt ex *Col.lib. 4.c.16.* pro *refigendum* legitur *recedendum*. ¶ Sæpe accipitur pro avellere, quod fixum erat, *ſpiccare, diſtaccare*, נתש, Germ. *wieder anheffren*, Gall. *arracher ce qui etoit fiche*, Hisp. *arrancar lo hincado*, ἀποκαθαίρω, *Cels.l. 6.c.18.* Si dolor in gingivis est, moventurque aliqui dentes, refigi eos oportet. ¶ Hin *refigere leges* est reſcindere. *Cic. 13. Phil.c. 3.* Acta Antonii rescidistis, leges refixistis per vim. *Virg. Æn. 6.v. 622.* leges fixit pretio, atque refixit.

Refingo, is, a. 3. fingo, simulo. *Apul.l.3. M.A.* Hilari vultu renidens, quantumque poteram, lætiorem me refingens. V. *Refigo.*

Refirmo, as, a. 1. iterum, seu valde firmo, constituo. *Sextus Rufus c. 14.* Supra ripam Tigridis limes est refirmatus.

Refixus, a, um, nom. ex partic. a figo, avulsus, *ſtaccato*, *Horat. epod. 17.* Refixa cœlo devocare sidera. *Virg. Æn. 5. v. 360.* clypeum Neptuni sacro Danais de poste refixum.

* Refluĭbilis, le, qui facile effluat, ut Cibi refluibiles. *Aurel. Jord.4. 1.* Refluibri venti, recurrentes, reciproci. *Apul. de Mund.*

Refluĭto, as, a. 1. ἀναπαλίω, iterum flagito. *Catul. carm. 42. in Mach. v. 6. & 10.* Perfequamur eam, & refluitemus.

Refluo, is, xi, xum, a. 3. *ſvaporamento*, evaporatico. *Cœl. Aurel. Tard. lib. & cap. 1. ante med.* Erit tondendus ager usque ad cutem. Hinc etiam patientes partes levantur, cum ex alto refluatio quædam viarum nuditate permittitur.

Refluxus, us, m. ἀπόπνοια, flatus adversus, ideſt ventus contrarius. *Cic. Att.l.12. ep.2.* Quinquaginta naves relatas in Uticam reflatu hoc.

* Reflātus, a, um, tumidus, ut Signum reste reflatum. *Apul.2.Met.* Reflata succoſitas, *ſvaporata. Aurel. Acut. 2. 29.*

Reflecto, is, xi, xum, a. 3. *torcere*, השוה, Ger. *hinderſich krummen*, *niederſich biegen*, Gal. *reflechir, retourner*, Hisp. *doblegar atras*, ἀνακάμπτω, retro flecto. *Plin.l.11.c.50.* Canum degeneres caudam sub alvum reflectunt. *Ovid. 7. Met.* Oculos reflectere. *Catul. in Argonaut.* Inde pedem reflexit. ¶ Translate ponitur pro revocare, reprimere. *Cic pro Syl.c. 16.* Nonnunquam animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam revoco ipse, & reflecto. *Id. 1. de Or.c.12.* Quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur. *Ter. Adel. 3. 2. 9.* Quem neque fides, neque jusjurandum, neque misericordia represſit, neque reflexit.

Reflexim, ad. cui contrarium est directim. *Apul. de dogm. Platon. l. 3.* Ex hac conjugatione primi modi fit illativum; si directim, universale, ut Omne igitur honestum utile est; si reflexim, particulare, ut, Quoddam igitur utile est honestum.

Reflexĭo, onis, conversio. *Apul. de dogm. Plat. l.3.* Verum hoc in simplici conversione, quæ in conclusionum illationibus reflexio nominatur.

Reflexus, us, m. sinus, recessus, locus reflexus. *Apul. lib. 1. Florid.* Prope Oceani reflexus.

Reflexus, a, um, ἀνακαμπτὸς, *torto, convexo. Plin. l. 11. c. 37. de dentibus elephantorum.* Masculis reflexi, fœminis recti, atque proni. *Stat. l. 1. Achil. v. 382.* Cervice reflexa.

Refĭto, as, n. 1. *ſtare contra*, נתף, Ger. *entgen wehen*, Gal. *ſouffler à l' encontre*, Hisp. *ſoplar hazia atras*, ὠθιπνέω, retro flo, contra spiro. *Cic. Att. l.6.ep.6.* Inde quamprimum Athenas, etsi Eresiæ valde reflaverint. *Lucret. l.4. v. 936.* aer cum ducitur, & reflatur. ¶ Translate sumitur pro adversari, contrarium esse, inimicum esse. Hinc fortuna dicitur reflare, cui omnia nobis præter animi sententiam cadunt. *Cic. 2. Off.c.6.* Nam & cum prospero flatu ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos, & cum reflavit, affligimur.

Refloresco, is, rui, n. *rifiorire*, ἀνανθέω, rursus floreo. *Plin.l 19.c.8.* Cujus natura in carnariis refloreſcens fœpius dicta est. *Id.l.18.cap.16.* Secatur incipiens florere, & quoties refloruit. ¶ Translate *Silius lib. 15. v. 738.* Juventa refloreſcente ibit ovans.

Refluo, is, xi, xum, n. 3. ἀναῤῥέω, retro, seu rursum fluo. *Plin. lib.2.c.97.* Nec unquam eodem tempore, quo pridie, refluit.

Reflŭus, a, um, πάλιῤῥοος, quod refluit, quod retrogado fertur flexu. *Plin. l.2. c. 97.* Introrsus in Pontum nunquam refluo mari.

Refocillātus, a, um, recreatus, refotus. *Plin.l.3.ep.14.* Ipse paucis diebus ægre refocillatus *non* sine ultionis solatio decessit.

Refocillo, as, avi, atum, a. 1. *ristorare, confortare*, recreo, refoveo, reficio. *Senec.l.3. de benefic.9.* Efficacibus remediis refocillasse lugentem.

Refodio, is, di, ſſum, a. 3. *cavare*, Germ. *wieder ausgraben*, Gall. *deterrer*, Hisp. *desenterrar*, ὠρύσσω, fodiendo eruo, extra terram educo. *Plin. lib. 2. cap.63.* Iam profecto illos avaritiæ, atque luxuriæ cuniculi refodiſſent. *Col.l. 2.c. 2.* Radices refodere.

Reformatio, onis, *riforma. Apul.l.3. Met.* Facilior reformationis medela.

Reformātor, oris, *riformatore*, מחדש, Ger. *zu rechte macher*, *reformierer* Gall. *reformateur*, Hisp. *reformador*, ἀνάπλασις, qui reformat, instaurator, *Plin.l. 8. ep. 12.* Ipsarum literarum jam senescentium reductor, ac reformator.

Reformatus, us, m. reformatio. *Tertul. adverſ. Valentin.c. 13.*

Reformidātio, onis, *timore*, φόβος, actus reformidandi, timor, motus. *Cic. in Pisonia.* In fusione autem aut spem, aut riformidationem deliberantis.

Reformīdo, as, 1. *temer molto*, חרד, Ger. *heftig forchten*, Gal. *craindre fort*, Hisp. *mucho temer*, πεφροβίσθαι, valde formido. *Cic. Phil.7.c.6.* Pacis nomine bellum involutum reformido. *Id. Phil.14.c.3.* Refugit animus, eaque dicere reformidat. *Ovid.2.ex Pont.ep.7.v.13.* Saucia tacum membra reformidant.

Reformo, as, a. 1. *riformare, ristare*, חדש, שנה, Ger. *zu rechte machen*, Gal. *reformer*, Hisp. *reformar*, ἀνάπλασσω, in priorem, vel in meliorem formam redigo. *Ovid.11. Metam.* Dum quod fuit ante, reformet. *Quintil.l.12.c.6.* Apollonio Moloni Rhodi rursus reformandum, ac velut recognendum se dedit. *Plin. in paneg.c.53.* Mores depravatos reformare, & corrigere.

Refossus, a, um, nom. partic. a refodio, *ſcavato. Plin. l. 19.cap.5.* Solo quam altissime refosso.

* Refŏtus, a, um, *ristorato*, מחומם, ἀνταπάκτησις, refocillatus. *Suet. in Ner. c. 27.* refotus fœpis calidis piſcinis.

Refoveo, es, vi, tum, a. 3. *riſcaldare*, חמם Ger. *wider wermen*, *widererfrischen*, Gal. *rechauffer*, Hisp. *abrigar*, ἀναθάλπω, iterum foveo, calore moderato refocillo. *Lucan.l.8.v.617.* Et adstrictos refovet complexibus artus. *Colum.l. 2. c. 1.* Si frequenti, & tempestiva, & modica stercoratione terra refoveatur. ¶ Translate est reficere, recreare. *Vellej.l.2.c.113.* Paucis diebus ad refovendas vires moratus. *Stat. 6. Theb.v.521.* Vires dat, refoveque Deos.

Refractariŏlus, a, um, dim. a *refractarius. Cic. Att. l.2.epiſt.11.* Et quod se ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerit.

Refractarius, a, um, *oſtinato, reſtio*, αὐτότυπος, contumax, nimis suæ sententiæ tenax, a *refringendo*, tamquam obstantia refringens, nulloque claustro se patiens coerceri. *Sen.ep.73.* Errant, si qui existimant, Philosophiæ fideliter deditos contumaces esse, ac refractarios, & contemptores Magistratuum.

Refractĭo, onis, f. *refrazione*, κάτοπτρου κλάσις, ut refractio luminis, *l.8.ff.tit.2.leg.17.*

Refractus, a, um, κάτοπτρου κεκλασμένος, *rotto, ſpezzato. Plin.l.2.ep.14.* Refractis pudoris, & reverentiæ claustris.

Refrano, v. *Refreno.*

* Refragatio, onis, f. *oppoſizione*, משנה, ἀντιμάχησις, repugnantia. *Augustin ep. 177.* si curvam refragationem & nodos difficultatis posuisset.

Refragātor, oris, qui refragatur, & repugnat. *Ascon. Padian. in Orat. Cicer. contra C. Anton. initio:* Acerrimi, ac potentissimi fuerunt Ciceronis refragatores, cum petiit consulatum. *Tertul. adv. Gnoſt. cap. 1.* Omnes martyriorum refragatores ebulliunt.

Refrăgo, as, a. 1. antique pro sustragor, teste *Nonio*, apud quem *Sisenn. c. 7. n. 3.* Multi populi, plurimæ conciones declaturam omnibus animis & studiis refragabant.

Refrăgor, aris, d. 1. *ripugnare, far reſiſtenza, reſiſtere*, עמה, Germ. *widerſtehen*, *widerſechten*, Gal. *reſiſter, contredire*, Hisp. *ſer contrario, reſiſtir*, ἀντιλέγω, adversor, resisto, repugno. *Cic. pro Mur. c. 23.* Tota ilia lex petitioni tuæ refragata est. ¶ Refragari ingenium alicui dicitur, quando ingenio aliquid assequi nequit. *Quintil. l. 10. c. 6.* Ut is, cui non refragetur ingenium. ¶ Refrago, as, pro suffragor. *Sisenna* apud *Non. c. 7. n. 3.* Multi populi dictaturam omnibus animis, & studiis refragarere.

Refrenatio, onis, actus refrenandi. *Senec.lib.3. de ira, c. 15.* Necessaria est ista refrenatio doloris.

Refrenātus, a, um, nom. partic. *raffrenato*, ut refrenatus religione. *Lucr.l.5.v.1155.*

Refrēno, as, avi, atum, a. 1. *raffrenare*, ἀνακωτιάω, retineo, coerceo, freno. *Parad.4.* Refrenare libidines. *Ia pro Cal.c.31.* Adolescentes refrenandi potius a gloria, quam incitandi. *Horat.l.2.od.24.* indomitam refrenare licentiam.

Refrequento, as, a. 1. quidam afferunt ex *Sueton. in Aug. c. 46.* sed ibi opt. editiones habent *frequento.*

Refrīco, as, a. 1. *fregare di nuovo*, ἀνακόω, rursus, vel valde frico. *Cato R.R.c. 87.* Id ome ita facito, & refricato denno. ¶ Metaleptice ponitur pro renovare, tractum a vulneribus, quæ plerunque fricando renovantur. *Cic. Att.l.5.ep.15.* Appii vulnera non refrico, sed apparent, nec occulti possunt. *Id. 3. Agr. c. 2.* Refricare obductam Reip. cicatricem. *Id. l. 5. Fam. ep. 17.* Ne refricem meis literis desiderium, ac dolorem tuum. *Id. Phil.3.c.6.* Refricare memoriam pulcherrimi facti. *Id.pro Sylla.6.* Refricare animum memoria alicujus rei.

Refrigeratio, onis, *rinfreſcamento*, ἀνάψυξις, actus refrigerandi. *Cic. de Sen.c.14.* Et refrigeratio ætate, & vicissim aut Sol, aut ignis hybernus.

Refrigeratorius, a, um, *refrigerativo*, *refrigerante*, ἀναψυκτικὸς, quod refrigerat. *Plin.l.20.c.22.* Refrigeratoriam tamen vim esse convenit nigro.

Refrigerātrix, icis, quæ refrigerat. *Plin.l.19.c.6.* Est quidem (*lactucis*) natura omnibus refrigeratrix.

Refrigerātus, a, um, ἀναθυκθείς, partic. a refrigeror. *Cic. 1. de nat. Deor.c.10.* Dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt.

Refrigerium, ii, *refrigerio*, solatium, recreatio. *Tertul. de resur.carn.c. 17. Alcim. Avit.l.3.v.276.*

Refrigĕro, as, a. 1. *raffreddare, rinfreſcare*, חקר, Ger. *er kelten*, *erfrichen*. Gal. *rafraichir, refraidir*, Hisp. *refriar*, ἀναψύχω, rem calidam frigidam facio, frigus alicui rei, vel homini induco. *Cic l.5.Fam.ep.10.* Quod me frigus Dalmaticum, quod illinc ejecit, etiam hic refrigeravit. *Id.de Sen.c.16.* Ubi ætas potest illa umbris, aquisve refrigerari salubrius? ¶ Translate ponitur in passiva voce pro diminui, desinere, languescere. *Cic. l. 3. Fam ep.8.* Refrigerato jam leviſſimo sermone hominum provinciarium. *Id.7. Ver.* Ita, defessa, ac refrigerata accusatione, rem integram ad M. Metellum Prætorem esse venturam. ¶ Pro perturbare, & castigare. *Quintil.l.5.c.7.* Testis urbane dicto refrigerandus. *Vell.l.2.c.83.* Plancus in convivio refrigeratus ab Antonio.

Refrigescentia, æ, refrigeratio. *Tertul. de anim. c.43.*

Refrigesco, is, refrixi, sine sup. *raffreddarſi*, Ger. *wieder erkalten*, Gal. *ſe refroidir*, Hisp. *resfriarſe*, ἀναψύχομαι, frigidus fio. *Cato R.R.c.105.* Ubi jam vinum refrixerit. *Col.l.12.c.2.* Ut colla eorum refrigescant. ¶ Translate ponitur pro languescere, desinere, minui. *Cic. ad Q.Fr.l.3.ep.24.* Sed tota res & timetur, & refrigescit. *Id.l.9.Fam.ep.10.* Unum vereor, ne hasta Cæsaris refrixerit.

* Refrīgo, is, *rifriggere*, frigo, torreo. *Festus.* V. *Refrixa.*

Refringo, is, refregi, refractum, a. 3. *rompere, fracaſſare*, קצץ, שבר, Germ. *aufbrechen*, *zerreiſſen u. d.*, *auffhun*, Gal. *rompre, derompre*, Hisp. *quebrar*, ἀνακλάω, rumpo, aperio. *Liv.l.34.c.4.* Ut conservata nocturno tumultu civitate, refringi carcer posset. *Plaut. Capt. 4.2.10.* Cellas refregit omnes intus, reclusitque armarium. ¶ Translate *Cic. pro Mur.c.8.* Cum vero ego tanto intervallo claustra ista nobilitatis refregissem. *Liv.l.5.c.37.* Refringere vim fortunæ. *b. e.* reprimere. ¶ Ponitur etiam pro repercutere, reflectere. *Plin.l.2.c.59.* Radius solis immissus cavæ nubi, repulsa acie, in solem refringitur.

Refriva faba, quæ ex fegete domum referebatur ad sacrificium, quasi *referina*, a *refero. Fest.* Refriva faba dicitur, ut ait Cincius, quæ ad sacrificium referri solet domum ex fegete auspicii causa, quasi revocet domum. Data enim est & tritico ad rem divinam faciendam. Ælius dubitat, an ea sit, quæ prolata in fegetem domum referatur, an quæ refrigatur, quod est, torreatur. Sed opinionem Cincii adjuvat, quod in sacrificiis publicis, cum plus sabata Diis datur, nomi natur refriva. Hæc *Fest. Plin.lib. 18. cap. 12.* In eadem (*faba*) peculiaris religio. Namque fabam utique e frugibus referre mos est auspicii causa, quæ ideo re friva appellatur. Utroque loco alii leg. *refurivæ.*

Refrondesco, is, n. 3. rursus frondesco. *Sidon. Carm. 22. v. 46.* Sponte refrondescit per brachia roscida palmes.

Refŭga, æ, com. 1. *fuggitivo*, נס, Germ. *fluchtig, ab krunnig*, Gall. *fuitif, qui s'enfuit*, Hisp. *fugitivo*, φυγάδος, fugitivus, vel fugitiva, qui, vel quæ aliorum dominium refugit. *Ulpian. l. aut damnum, ff. de pœn.* Quinque refugæ ex opere metalli in metallum damnantur.

Refugĭo, is, gi, gitum, n. 3. *fuggire, ritirarſi*, נס, בזח, Ger. *wider hinderſich fliehen*, Gall. *refuir*, Hisp. *huyr huyr atras*, ἀποφεύγω, fugio, retro fugio, fugiendo, refugio. *Cic.2. de Orat. c.19.* Nostra confirmare argumentis, deinde contraria refutare. *Id.in Vatin.* Nemo enim horum te ita refutandum ut gravem adversarium, aut ita rogandum ut religiosum testem arbitrabatur. ¶ Translate ponitur pro improbare. *Cic.2.Tusc.c.23.* In primisque refutetur, ac rejiciatur Philocteteus ille clamor. ¶ Item pro reprimere. *Cic.de Aruſp.c.4.* Et aut concedente, aut etiam adjuvante Milone ejus conatum refutabo. *Id.de prov.Conſ.c.13.* Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello, quam lacessendas putaverunt, *per ſtar ſulla difenſiva, piuttoſtoche full'offenſiva. Liv.l.2.* Oratione feroci refutando plebem.

Regalĭolus. V. *Regaviolus.*

Regālis, & le, o. 3. *regale, reale*, Germ. *koniglich*, Gall. *royal*, Hisp. *real*, βασιλικὸς, quod Rege dignum est. Pertinet ad claritatem, & excellentiam. *Cicer. de Sen.c.17.* Nihil ei tam regale videri, quam studium agri colendi. *Plin.l. 13. c. 2.* Ergo regale unguentum appellatum, quoniam Parthorum Regibus ita temperatur, constat myroboland, costo, amomo, &c. *Liv.l.27.c.19.* Regalis animus. *Plaut. Capt.4.2.45.* Regum rex regalior. ¶ Regalia exta appellantur, inquit *Pacl.* quæ potentibus insperatum honorem pollicentur, privatis, & humilioribus hereditates, filiosfamilias dominationem.

Regalĭter, adv. *regalmente*, *da Re*, כפי המלך, Germ. *koniglich*, Gall. *royalment*, Hisp. *realmente*, βασιλικῶς, Regum more, ideſt splendide, munifice, & interdum tyrannice, crudeliter. *Ovid.2.Met.v 397.* Precibusque minas regaliter addit. *Liv.l.42.c.5.* Sacrificio regaliter confecto.

Regavĭolus, i, m. προκλάς, avis exigua, quæ aliter dicitur rex avium, pressbys, trochilus. Alii putant esse galgulum, quæ avis Græce dicitur ὑπερος, a colore. *Suet. in Cæs. c. 81.* Pridie autem eaſdem Idus avem regaviolum cum laureo ramo Pompejanæ Curiæ se inferentem volucres varii generis e proximo nemore prosecutæ, ibidem discerpserunt. Al. leg. *regaliolus.*

Regelātus, a, um, gelu solutus, tepefactus, mollitus. *Martial. l.11. epigr.93.* Succina virginea quod regelata manu, *ſubaudi* olent.

Regĕlo, as, a. 1. *diſgbiacciare*, Germ. *einfroren*, Gal. *degeler*, Hisp. *deshelar*, ἀποκρυσταλλῶ, gelu resolvo. *Colum. lib. 1. cap.5.* Et maturino regelari ortu poterit. *Id.l.10.v.77.* Post ubi Reiphææ torpentia frigora brumæ Candidus aprica Zephyrus regelaverit aura.

Regĕmo, is, n. ingemo, gemitum reddo. *Stat.5.Theb.v.389.* dat operta fragorem Pinus, & adjunctis regemunt tabulata cavernis.

* Regenerātio, onis, f. nova generatio, ἀνεγέννησις, παλιγγενεσία. *Aug.de C.D. l. 20. c. 5.* Mortuorum resurrectionem nomine voluit regenerationis intelligi.

Regenĕro, as, a. 1. *rigestare*, Germ. *wieder gebaren*, *erneuren*, Gall. *régenerer*, Hisp. *tornar a engendrar*, ἀνεγεννάω, iterum, sive rursus genero. *Plin.l.12. c.1.* Platani fatæ regeneraverе vitium. ¶ Translate sumitur pro repræsentare, natram, & mores referre. *Plin.l.14. c. 22.* Nec alio magis Drusus Cæsar regenerasse patrem Tiberium ferebatur.

Regerminātio, onis, ἀναβλάστησις, actus regerminandi. *Plin.l.17.c.20.* Regerminatione cædua, vel falice lætior.

Regermĭno, as, n. 1. *germogliare di nuovo*, ἀναβλαστάνω, iterum germino. *Plin. l.16.c.33.* Et in Æmaria succisa regerminat.

Regĕro, is, gessi, gestum, a. 3. *riportare*, השיב, הגיא, ענה, Germ. *wiederumb hintragen*, *hinſchreiben*, Gall. *reporter*, Hisp. *referir*, ἀντιφέρω, refero, reporto, reduco. *Colum. l. 2. c. 10.* In acervum culmos regerant. ¶ Interdum est rejicere, reddere. *Plin. l. 2. c. 9. de Luna.* Quòniam hausſum omnem lucis averſa illo regerat, unde acceperit. ¶ Translate sumitur pro referre in locum aliquem. *Quinct. lib. 3. cap. 8.* Sunt enim velut res regestæ in hos commentarios, quas adolescens dictaturat schola. ¶ Item pro objicere, opponere. *Cæsius li. 15. Fam. epiſt. 19.*

Pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis narum esse dicas. *Quinct.l.11.c.1.* Invidiam in aliquem regerere, h.e. in aliquem rejicere. *Sen. Hippol. v. 718.* Crimen alicui regerere.

Regestum, i, terra ex fulco egesta, seu effossa, & in aliquam altitudinem elevata. *Colum.l.3.c.13.* Vix justum pastinationi præbet regestum. *Id.l. 11. c. 3.* Ut in quatuor confurgat regestum. ¶ Sumitur item pro ordinata dispositione, quæ vulgo corrupte *regiſtrum* dicitur, & regesta num. plur. dicuntur, quæ in tabulas, aut in libros redacta sunt. *Vopisc. in Probo, c. 2.* Usus etiam ex regestis feribarum porticus porphyreticæ, actis etiam senatus, ac populi.

Regestus, a, um, partic. a regero, ut Terra regesta, ideſt, eodem relata, unde egesta, seu effossa fuerat. *Ovid. 11. Metam. v. 188.* Indiciumque suæ vocis tellure regesta obruit.

Regia, æ, *palazzo reale*, בית המלך, היכל, Ger. *konigshauſſ, koniglicher pallaſt*, Gal. *maiſon royale*, Hisp. *palacio, caſa real*, τὰ βασίλεια, domicilium, & aula regis. *Cic. 3. Fin. cap. 16.* Ut enim, inquit, nemo dicit in regia, regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem. *Ovid.6. Faſt. v.264.* intonsi regia magna Numæ. ¶ Ponitur etiam pro basilica. Nam *basilicæ* regiam domum proprie significat. *Stat.l.1.Silv.v.30.* Illic belligeri sublimis regia Pauli, *b. e.* basilica ab Æmilio Paulo exstructa, cujus meminit etiam *Cic. Att. l. 4. ep. 16.* ¶ Est etiam *regia* oleæ genus baccas ferens speciosissimas, & escæ potius, quam oleo idoneas. *Colum. l. 5. c. 8. & l. 12. c. 47.*

Regibĭlis, le, adject. qui facile regi potest. *Ammian. l. 16. c. 12.* Juventus regibilis, & consulta.

Regie, ad. *regalmente*, βασιλικῶς, regio more, ut Rex solet, vel ut decet Regem. *Cic. 5. Ver cap.* 48. Nunc ut hoc tempore ea, quæ regie, seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius, præterm ittam. *Var. lib. 1. R. R. cap. 2.* Regie polita ædificia.

Regienses, um, m populi Regii incolæ. *Plin. l. 3. c. 15.*

Regiesco, V. *Regleſco.*

Regifice, adv. *regalmente, ſontuoſamente*, βασιλικῶς, regio apparatu, splendide, sumptuose. *Cic. 3. Tusc. c. 19.* ex *Ennio.* Vidi ego te, astante ope barbarica, tectis cæsaris, laquearis, auro, ebore instructam regifice.

Regifĭcus, a, um, idem quod regalis. *Val. Flacc. l. 2. v. 652.* Stant gemmis, auroque tori, mensæque paratu Regifico. *Virg. 6. Æn. v. 605.* epulæ regifico luxu.

Regifugium, ii, festum Romanorum, in memoriam fugæ illius, qua L. Tarquinius Superbus ex urbe Roma post Lucretiæ mortem fugit. Agebatur sexto Calendas Martii, ideſt die 24. Februarii, postridie Terminalium. *Ovid. 2. Faſt. & Feſt.*

Regigno, is, genui, genitum, a. 3. *rigenerare*, ἀναγεννάω, iterum gigno. *Lucr. l.5. v.255.* Quapropter maxima mundi Cum videam membra, ac partes consumpta regigni.

Regilla, æ, muliebre vestimentum, dim. a *rectα*, quod vestimenti virilis genus erat, ita dictum, quod recta sursum versum rexerertur. *Feſt.* Regillis, tunicis albis, & reticulis lineis utrisque rectis rexris sursum versum a stantibus pridie nuptiarum diem virgines induere cubitum ibant ominis causa, ut etiam in togis virilibus dandis observari soler. *Plaut. Epid. 2. 2. 39.* Quid erat indutæ? an regillam?

Regillus lacus, *Lago di S. Preſſede*, *Lago di Caſtiglione*, lacus Latii, apud Algidum nemus, inter Tibur ad Bor. & montem Algidum ad Mer. *Liv. lib. 2. c. 19.*

Regimen, inis, n. *governo*, תחבולה, Ger. *regiment*, ἐπιστασία, rectio, gubernatio, a *rego. Liv. lib. 3. cap. 33.* Regimen totius Magistratus penes Appium erat favore Plebis.

Regimentum, i, regimen. *Feſt.* Regimen pro regimento usurpant Poetæ.

Regina, æ, *Regina, Reina*, מלכה, Ger. *eine konigin, eine frau die meiſter iſt*, Gal. *Reine*, Hisp. *Reina*, βασίλισσα, quæ regnat, quæ regnum possidet. *Cic. Att.l.14. ep.8.* Regina fuga mihi molesta est. ¶ Ita etiam dicta est uxor regis facticia, teste *Fest. & Servio.* V. *Aviculum.* ¶ Per Catachresin ponitur pro domina. *Plaut. True.2.6.50.* Sed reginæ domi suæ fuere ambæ. ¶ Item pro muliere divite. *Ter. Eun.1.2.88.* Quia solæ utuntur his reginæ. ¶ Translate dicitur etiam de rebus inanimatis. *Cic.2. de Orat.c.44.* Sed tantam vim habet illa, quæ recte a bono Poeta dicta est flexanima, atque omnium regina rerum oratio. *Id.Off.3.c.6.* Justitia regina virtutum. *Horat.l.1.ep.6.v.37.* Et genus, & forman regina pecunia donat. gina virtutum. *Horat.l.1.ep.6.v.37.* Et genus, & forman regina pecunia donat.

Regio, onis, *regione, paeſe*, מדינה, אזור, פלך, Germ. *eine landſchafft*, Gal. *region, contrée*, Hisp. *region*, χώρα, κλίμα, pars orbis terrarum. *Cic.pro Sext.c.30.* Quæ regio, orave terrarum erat latior, in qua non Regnum aliquod statueretur? ¶ Deinde usurpatur sæpe pro tractu provinciæ, *trasto di paeſe. Cic.12.Fam.ep.15.* Classem fugientem perfecuti fumus usque Sidam, quæ extrema regio est provinciæ meæ. ¶ Translate regiones in urbe dicuntur majores ejus partes, quæ divicuntur in vicos ut membra minora, *quartiere, feſtiere.* Urbis Romæ antiquitus quatuor regiones fuerunt, *Suburrana, Esquilina, Collina, Palatina*; deinde usque ad quatuordecim crevere, teste *Pl.l.3.c.5.* ¶ Non solum vero de terræ partibus, sed etiam de cœli dicitur. Regiones cœli quatuor sunt, *Ortus, Occaſus, Meridies*, & *Septentrio. Cic.2. de nat. Deor. c.19.* Sed etiam regio Lunæ, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis. ¶ Regio quoque usurpatur pro fine, limite, termino, præsertim in num. plur. *Cic.2.de nat.Deor.* An Acci Navii lituus ille, quo ad investigandum fuem regiones vineæ terminavit, contemnendus est? ¶ Translate, *Cic.pro Arch.c.11.* Et, ii quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas. *Id. 2. Agr. c. 35.* Se se regionibus officii continere. ¶ Ponitur denique aliquando pro orbita, & linea. *Cic.7.Ver.c.68.* De omnibus nobis si quis tantulum de regione deflexerit. *Virg.2.Æn.v.737.* nota excedo regione viarum. ¶ *E regione*, est ex adverso, ex opposito, *d rimpetto. Cic.4.Acad.c.39.* Nonne etiam dicitis, esse e regione nobis, e contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos antipodas vocatis? *Cæs.l. 7. B.G.*

me claro demittit Olympo Regnator; cœlum, & terras qui numine torquet. ¶ Aliquando pro possessore ponitur. *Martial. l. 10. epig. 61.* Quisquis eris nostri post me regnator agelli.

Regnātrix, icis, βασιλὶς τὸ γένος, quæ regnat, ut Domus regnatrix, h. e. familia Augusta. *Tac. 1. Ann. c. 4.*

Regnātus, a, um, βασιλευθείς, possessus, *possessus da un Re. Hor. lib 2. od. 6.* Et regnata petam Laconi Rura Phalanto. *Ovid. lib. 4. ex Ponto epist. 15.* Regnataque terra Philippo.

* Regnicĭdia, æ, m & f. habitans in regno. *August. l. 20. cont. Faust. c 7.* ubi Deus pater habitat cum regnicolis suis.

Regno, as, avi, atum, n. 1. *regnare*, שלט, מלך, Germ. *regieren, herrschen*, Gall. *regner, gouverner*, Hisp. *regnar*, βασιλεύω. Regnum possideo, & administro, dominor, & regnum potior. *Cic. pro Leg. Manil. c. 3.* Sed ab illo tempore annum jam tertium, & vicesimum regnat. *Liv. l. 1. c. 3.* Manfit Sylvius postea omnibus cognomen, qui Albæ regnaverunt. *Cic. 4. Ver. c. 54.* Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium fcitote regnasse. *Virg. 3. Æn. v. 295.* Grajas regnare per urbes. *Hor. l. 3. od. 30.* Et qua pauper aquæ Daunus agrestium regnavit populorum. *Id. l. 3. od. 5.* Cœlo regnare. *Virg. 1. Æn. v. 276.* Hic jam tercentum toros regnabitur annos Gente sub Hectorea. *Tac. 1. hist. cap. 16.* Ut in cæteris gentibus, quæ regnantur. ¶ Translate ponitur pro in summa auctoritate esse, auctoritate summa valere. *Cic. Fam. 11. ep. 16.* Quando equitum centurias tenes, in quibus regnas. *Id. 7. Fam. epist. 25.* Olim cum regnare existimabamur. ¶ Item pro recte se habere, beatum esse, sine curis, ac labore. *Horat. lib. 1. ep. 20.* Quid quæris? vivo, & regno, simul ista reliqui.

Regnum, i, *Regno, Reame*, מלכות, Germ. *Reich, konig reich*, Gall. *Regne, Royaume*, Hisp. *Reyno, Reynado*, βασιλεία, dominatus Regis, & regio, quæ a Rege possiderur. *Cic. 2. Agr.* Extraordinaria non Imperia, sed Regna quæri putabantur. *Virg. 6. Æn.* Regna invia vivis, *h. e.* loca inferorum. ¶ Regnum etiam urbane dici potest locus, in quo quis dominatur, vel id in quo quis pollet maxime, *Cic. 1. de Orat. cap. 10.* id, nisi hic in suo regno esset, non rgnisset. *V. ibid cap. 16.* Rursus *Cic. Art. lib. 1. epist. 1.* Aquilius illud suum regnum judiciale oppositi, h. e. juris interpretandi munus. ¶ Regnum vini, est præfectura in conviviis, quam qui fortitus est, leges bibendi fert, quibus cæteros omnes parere necesse est. *Horat. l. 1 od. 4.* Nec regna vini fortiere talis. ¶ Regnum pro rege, vel pro regis potentia, & voluntate. *Stat. 12. Theb. v. 380.* Hei mihi num quis adest cari Polynicis ad ignes? Etti regna vetant.

Rego, is, xi, ctum, a. 3. *reggere, governare*, שלט, נהג, מלך, הישיר, Germ. *herschen, regieren*, Gall. *regir, gouverner*, Hisp. *regir, governar*, ἡνιοχέω, διοικέω, βασιλεύω, guberno, administro. *Cic. in Somn. c. 8.* Qui tam regit, & moderatur, & movet id corpus, cui præpositus est, quam hunc mundum princeps ille Deus. *Virg. 6. Æn. v. 851.* Tu regere imperio populos, Romane, memento. *Quint. l. 2. c. 16.* Regere senatum consiliis ? Sæpe est dirigere, moderari. *Propert. l. 2. eleg. 11. v. 8.* Lino Thefeus ires texit. *Ovid. 1. Trist. eleg 4. v. 12.* Regere arte natem. *Curt. lib. 4. cap. 15.* Auriga Darii, qui ante ipsum sedens equos regebat. ¶ Regere fines agrorum, est statuere, propiis quemque agrum terminis finire. *Cic. pro Mur. cap. 9.* Ille exercitatus in propagandis finibus, tu in regendis. Adde *1. de Leg. c. 21. Justinian. l. 4. tit. de offic. Jud.* Si finium regundorum actum fuerit. ¶ Interdum regere est admonere, docere, corrigere. *Cic. pro Mur. cap. 28.* Si peccas, te regere possum. *Cæsl. 3. B. C. c. 57.* Regere errantem. *Plin. l. 10. ep. 85.* Ut ane in hoc præcipue genere cognitionis regere digneris. *Cic. Att. lib. 10.* Puerum regendum suscipere.

Regradatio, onis, de gradu dignitatis depositio. *Cod. Theod. tit. 8. lib. 5.* Regradationis humiliature plecti.

Regradātus, a, um, ut regradati menses, apud *Solin. cap. 3.* h. e. regredientes, in priorem gradum, seu locum restituti.

Regredĭor, eris, essus sum, d. 3. *ritornare*, שוב, Ger. *wiederhinderfich gehen, wieder umkehren*, Gall. *s'en retourner*, Hisp. *bouler atras*, ἐπαναχωρέω, retro gradior, revertor. *Cic. 1. Offic. 10.* Atque ut regredi, quam progredi mallent. *Id. de Fato, c. 15.* Regredi in infinitum. *Plaut. Capt. 5. 4. 26.* Nunc adepol demum in memoriam regredior.

Regrĕdo, is, n. 3. revoco, apud vet. *Enn.* apud *Non. c. 2. n. 745.* Quo nunc incerta res, atque ignorata gradum regredere conare?

Regressio, onis, *ritorno*, תשובה, Germ. *wiederkehre, wiederkunfft*, Gal. *retour*, Hisp. *buelta*, ἀνακώρησις, actus regrediendi, regressus. *Apul. l. 2. A. A.* Metum istum tibi demam maturata regressione. Quidam Lexicogr. addunt & ex *Cic. 1. Phil. cap. 1.* Ted ibi legitur *revessio*. ¶ Est etiam rhetoricæ figuræ nomen, cum quod semel propositum est, iteramus, & dividimus; quæ a Græcis ἐπανόδος dicitur, a Latipis regressio, inquit *Quinct. l. 9. c. 3.*

Regressus, us, m. idem ac regressio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 29.* Nihil enim errat, quod in omni æternitate conservat progressus & regressus, reliquosque motus constantes, & ratos. *Liv. l. 24. c. 26. in fin.* Regressus ab ira. *Virg. Æn. 11. v. 413.* Funditus occidimus, neque haber fortuna regressum.

Regula, æ, *regola*, כלל, קו, פלס, משקל, Germ. *regel, richtscheit*, Gall. *regle*, Hisp. *regla*, κανὼν, instrumentum, quo lineæ diriguntur, a *rego. Cic. 2. Acad.* apud *Non. c. 2. n. 718.* Atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. *Vitr. l. 7. c. 3.* Longitudines ad regulam, & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. *Colum. l. 3. c. 13.* Duas regulas ejus latitudinis, qua pastinator sulcum facturus est, in speciem græcæ literæ X decussavimus. ¶ Ponitur aliquando pro baculo, quo aliquid rectum tenetur. *Colum. l. 6. c. 19.* Ut inserto capite descendentibus per formina regulis cervix teneatur. Sic. *Cels. l. 8. c. 10.* de instrumento ad fracta ossa reponenda idoneo: Ab ea inquit, parte, in qua os se inclinat, involutam lana regulam objicit. ¶ Item pro instrumento eumdem usum præbente, quem fiscus, in fractura olei. *Colum. lib. 12. cap. 52.* Eamque vel in regulas, vel in novos fiscos adjicito. ¶ Translate capitur pro brevi rerum præceptione. *Cic. 4. Acad.* Hanc esse regulam totius Philosophiæ, constitutionem veri, falsi, cogniti, incogniti. *Id. 1. Off. c. 17.* In his ipsis mediocritatis regula optima est. *Id. 1. Fin. c. 19.* Regula, ad quam omnia judicia rerum dirigentur. *Quinct. l. 6. c. 4.* Loqui ad regulam. *Plin. l. 9. ep. 26.* Demosthenes norma oratoris, & regula.

Regulāris, & re, o. 3. *regolare*, כללי, κανονικός, quod secundum regulam est, vel quod in regulam trahi potest. *Regulare est*, idem est, atque ductile, sic dictum, quod obsequatur malleis, iisque in quamlibet partem regatur. Ei opponitur *caldarium*, quod fragile est. *Plin. l. 14. c. 6.* In Cypro coronarium, & regulare est, utrumque ductile. *Et infra.* Regulare & in aliis fit metallis, itemque caldarium. Differentia est, quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obsequitur, & ab aliis ductile appellatur.

Regulariter, adv. *regolarmente, secondo la regola. Dig. ff. l. 15. tit. 3. l. 3.* Et regulariter dicimus, toties de in rem verso actionem esse, &c. *Marcell. l. 1. in Somn. Scip. 20.* Ut liquere possit ratio commenti, prius regulariter pauca dicenda sunt.

Regulārim, adv. regulariter. *Diomed. l. 1. & Veget. l. 2. de Veter. c. 41.*

Regŭlo, as, a. 1. dirigo, rectum facio, *regolare. Cal. Aurel. Tard. l. 3. c. 4.* Regulare, & dirigere.

Regŭlus, i, *Principe, Signore, Duca*, אציל, שליט, מלך, Ger. *kleiner konig*, Gall. *un petit Roy*, Hisp. *un Rey pequeno, Senor, Duque*, βασιλίσκος. Principes, vel Dominus alicujus urbis, aut oppidi, dim. a *Rex. Plin. l. 18. c. 3.* Regulis Africæ bibliotheccas donaret. Adde *Tacit. Ann. 2. c. 80.* ¶ Regulus est cognomen Romanum, ut M. Attilius Regulus. *Cic. in Pison. c. 19.* & *3. Offic. c. 26.*

Regustātus, a, um, nom. ex partic. *gustato più volte. Pers. sat. 5. v. 138.* regustatum digito terebrare salinum,

Regusto, as, a. 1. *rigustare*, ἀναγεύομαι, iterum gusto. *Sen. de provid. c. 3.* Quidquid biberint, vomitu remetiertur tristes, & bilem suam regustantes. ¶ Translate *Cic. Attic. 13. ep. 13.* Crebro regusto tuas litetas, in his acquiesco.

Regyro, as, n. 1. in gyrum redeo, revolvor. *Var. l. 1. R. R. c. 57.* Ventus regyrare possit. *Al.* aliter leg. *Flor. l. 4. cap. 2.* Bellum postremo in Hispaniam regyravit. Quidam leg. *remigravit.*

Rehālo, as, a. 1. sursum halo, exhalo, ἀνάγω. *Lucr. lib. 5. v. 522.* Terraque cum fumans humorem tota rehalat.

Reicĭlus, a, um, quod rejici mereturr, quod ob vitium aliquod ab omnibus spernitur, & rejicitur, ut Oves reiciliæ, quæ propter ætatem, vel morbum rejiciuntur. *Var.* apud *Non. c. 2. n. 757.* Ut in grege opilio oves minus idoneas removere solet, quas reiculas appellat. *Id. 2. R. R. c. 1.* Scire oportet, quot fœminas habeat, quæ parere possint, quot reiculæ sint alicnandæ. *Sen. de brevit. vit. c. 7.* Dispunge, & secerne vitæ tuæ dies, videbis paucos admodum, & reiculos. Quidam hic aliter leg. ¶ Scribitur & *reiiculus*.

Rejectāneus, a, um, ἀποπομπαῖος, נלאה, paucis, qui rejicitur. *Cic. 4. Fin. c. 26.* Morbum, egestatem, dolorem non appello mala, sed, si liber, rejectanea.

Rejectatio, onis, frequens rejectio. *Solin. c. 5.* Æterna rejectatione tetra terram evomuit. Alii aliter leg.

Rejectio, onis, ἀποβολή, תועבה, actus rejiciendi. *Cic. 2. Ver. c. 6.* Posteaquam rejectio judicum facta est. *Id. 3. de Or. cap. 53.* Rejectio in alium. *Plin. l. 25. c. 8.* Rejectio sanguinis, h. e. vomitus.

Rejecto, as, a. 1. freq. a rejicio. *Lucr. l. 2. v. 330.* Clamoreque montes Ici rejectant voces ad sidera mundi, *idest* referunt. *Spartian. de Antonino Pio c. 12.* Cum cæsum Alpinum in cœna edisset avidus, nocte rejectavit, *h. e.* evomuit. *Virg. 5. Æn. v. 470.* Ore rejectare cruorem.

Rejectus, us, m. rejectio, vomitus. Afferunt Lexicographi plerique hæc *Celsi* verba: Et rejectus cibi non erit inutilis, si raro fiat. ¶ *Hygin. lib. 3. cap. 36. de Argo navi.* Habet in puppi ad singula gubernacula, ad primum stellas quinque, ad alterum quatuor, circum carinam quinque, & sub rejectum quinque, h. e. imam partem navis sub carina, quæ a *Βαίσιο de re navali columba*, seu dryochos appellatur.

Rejectus, a, um, *rigestato*, ἀποβεβλημένος. *Cic. pro Mil.* Milo de rheda, penula rejecta, resiluit. *Poll. ad Cic. l. 30. Fam. ep. 32.* Cum quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum rejectis inambularet. *Terent. Heaut. 2. 3. 49.* Capillis circum caput rejectis negligenter. *Cæs. l. 5. B. G. c. 5.* Naves tempestate rejectæ, *Liv. l. 39. c. 3.* Conquesti apud Senatum, rectique ad consulem.

Rejicio, is, rejeci, rejectum, a. 3. *rigettare*, תעב, נעל, מאס, Germ. *hinwerffen, verwerffen*, Gal. *rejeter, chasser en arrière*, Hisp. *echar atras*, ἀποπέμπω, ἀποβάλλομαι, retro jacio, retrorsum jacio. *Virg. 11. Æn. v. 619.* Rejicjunt parmas, & equos ad mœnia ducunt. *Cic. Att. l. 16. ep. 7.* Cum a Leucopetra profectus stadia circiter trecenta processissem, rejectus sum Austro vehementi ad eamdem Leucopetram. ¶ Ponitur etiam pro vicissim jacere, seu retorquere. *Cæs. l. 1. B. G. c. 46.* Ne quod omnino telum in hostem rejicerent. ¶ Item pro abjicere. *Cic. in Pison. c. 23.* Lictores rogalis accepris fagula rejecerunt. ¶ Item pro repellere, expellere. *Virg. 3. Ecl. v. 96.* Tityre pascentes, flumine rejice capellas. *Cic. l. 2. Fam. ep. 9.* Feliciter ab Antiochia hostem rejecerat, ¶ Item pro effundere, evomere. *Plin. lib. 5. ep. 19.* Hic, dum intente, instanterque pronuntiat, sanguinem rejecit. ¶ Item pro reponere, reclinare. *Curt. l. 10. c. 5.* Velut omni vitæ debito liberatus fatigata membra rejecit. *Ter. Andr. 1. 1. 119.* Rejecit se in eum quam familiariter. ¶ Translate sumitur pro recusare, respuere, contemnere. *Cic. 1. Fin. c. 2.* Qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii spernat. aut rejiciat. *Id. 2. de Div.* Cætera divinationis genera rejicere. ¶ Item pro remittere. *Cic. Att. l. 9. ep. 13.* Sed ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam rejicio. *Liv. lib. 39.* De ea re consultationem integram Senatus ad novos Magistratus rejecit. ¶ Item pro referre, proponere, in judicium alicujus afferre. *Cic. Att. l. 2.* Ait, se de Consulum sententia rem ad Senatum rejecisse. *Id. Planc. l. 10. Fam. ep. 16.* Ut nihil huc rejicias, neve in rebus tam subitis, tamque angustis a Senatu consilium petendum putes. ¶ Item pro differre, protrahere. *Cic. Att. l. 1. ep. 4.* In mensem Quinctilem rejecti sumus. ¶ Rejicere judices, est eos recusare, repudiare. *Cic. 3. Ver. c. 7.* Omnes, qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Prætore attigissent, judices rejicere. ¶ Interdum judices rejicere est eligere, & accipere, auctore *Asconio*. Nempe per Meralepsim consequentis, quia qui aliquos rejecit, is eos, qui reliqui sunt, sumere intelligitur. *Cic. 5. Ver. c. 11.* Quid Prætor? jubet Recuperatores rejicere Decurias? ¶ Si *rejicio* duplici *i* scribatur, prima syllaba est longa positione, si per unicum *i*, brevis est. *Ovid. l. 1. Trist. eleg. 1.* E gremio rejiciatque suo. *Stat. l. 4. Theb. v. 574.* Tela manu, rejicitque canes.

* Rejiculus, V. *Reiculus*.

* Reincipĭo, is, *ricominciare*, שנה, ἐπαναρχομαι, rursus incipio. *Gruter. p. 1165. n. 5.* a capite reincipe.

Reiteratio, onis, *replica*, משנה, Germ. *nach ein mahl machung, wiederholung*, Gall. *repligue*, Hisp. *repuesta*, ἀνάληψις, actus reiterandi, repetitio. *Quinct. l. 11. c. 2.* Quæ exciderunt, retractantur, ut crebra iteratione firmentur. Rectius tamen opt. Cod. *iteratione*.

Reitĕro, as, a. 1. *replicare, ripetere*, שנה, Germ. *wiederholen*, Gall. *réiterer*, Hisp. *repetir*, ἀναλαμβάνω, repeto. *Apul. l. 8. Met.* Ferinos mugitus reiterans. Alii *iterans*.

Relăbor, eris, apsus sum, d. 3. *ricadere*, נפל, Germ. *wiederumm fallen, noch einmal fallen*, Gall. *rechoir, retomber*, Hisp. *tornar a caer*, ἀναπίπτω, retro labor, recido. *Ovid. in ep. 15. v. 95.* Inque sinus formosæ relabere nostros. ¶ Interdum sumitur pro refluere, seu retrorsum fluere. *Horat. lib. 1. carm. od. 29.* Quis neget arduis pronos relabi posse rivos montibus? *idest* posse refluere, & reverti in arduos montes, unde descendunt. ¶ Translate ponitur pro redire, regredi, reverti. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 18.* Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor.

Relambo, is, a. 3. rursus lambo. *Sedul. l. 4. v. 248.* vomitum quicumque suum canis ore relambit,

Relanguesco, is, ui, n. 3. rursus, vel valde languco, in languorem recido. *Ovid. Met. 6. v. 291.* Impositio fratri moribunda relanguit ore. *Sen. l. 5. quæst. nat. c. 8.* Venti circa medium diem relanguescunt. *Cæs. l. 2. B. G. cap. 15.* Relanguescunt animi. *Cic. Att. l. 13. ep. 41.* Relanguisse se dicit.

Relatio, onis, f. 3. *relazione*, הקיש, מענה, עירוי, פפור, Ger. *erzehlung*, Gal. *rapport, relation*, Hisp. *relacion*, ἀνάφορά, διήγησις, actus referendi, ut relatio meritorum. *Quinct. l. lib. 4. cap. 1.* ¶ Speciatim relationes dicta sunt propositiones, quæ de re aliqua in Senatu proponebantur disceptandæ, Senatorumque sententiis determinandæ permittebantur. *Cic. in Pison. cap. 13.* Et quis audivit non modo actionem aliquam, aut relationem, sed vocem omnino, aut querelam tuam? *Et cap. 7.* Relatio illa salutaris, & diligens, facta fuerat consulis; animadversio quidem, & judicium senatus. *Plin. lib. 9. epist. 14.* Et relationem quidem de eo Cæsar ad Senatum non remisit. ¶ Jus unius relationis, tertiæ, quintæ, &c. est jus de una re, vel de tribus, vel de quinque, quoties Senatus haberetur, referendi. Initio jus unius relationis dabatur, deinde de pluribus dari cœpit. Scribit *Jul. Capitolin. in Pertin. cap. 5.* ominosum Pertinaci Imperatori fuisse, quod ei pro jure quintæ relationis jus quartæ relationis decretum fuisset. Par enim numerus infaustus erat. Nam Probo jus tertiæ relationis decretum est, nec ominosum fuit. ¶ In Rhetoricis relatio criminis est, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria lacessierit, ut describit *Cic. 1. Inv. cap. 11.* ¶ Relatio gratiæ, *rendimento di grazie. Sen. de benef. lib. 5. cap. 11.* Beneficium, & gratiæ relatio ultro citroque ire debent. ¶ Interdum relatio sumitur pro renunciatione. *Sueton. in Calig. c. 15.* In relationibus consulum &c. ¶ Relatio pronominum apud Grammaticos est, qua ea ad aliud referuntur. *Prisc. lib. 17. pag. 1061. 1063. & c. Putsch.*

* Relative, ἀναφορικῶς, *relativamente*, cum respectu ad aliud. *August. lib. 5. de Trin. c. 11. 12. & 7.*

Relativus, a, um, adj. *relativo*, מענה, ἀναφορικός qui ad alium refertur. *Arnobil. 7. pag. 221.* Honos relativi est ad alterum generis. ¶ Apud Grammaticos relativa pronomina sunt, quæ antecedens nomen quodammodo referunt, & velut in memoriam reducunt, ut *qui, qualis, hic, ille*, &c. *Prisc. lib. 17.*

Relātor, oris, *relatore*, qui refert. *Bald. ad Cic. in epist. ad Att. l. 8. epist. 15.* Incipiam sperare, etiam consilio Senatus, auctore te, illo relatore, Pompejum, & Cæsarem conjungi posse.

Relātus, us, m. idem ac relatio. *Tacit. 1. hist. c. 30.* Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est.

Relātus, a, um, ἀναφερόμενος, partic. a refero. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Quod his naturis relatus amplificatur sonus. *Vallej. l. 2. cap. 58.* Exemplum relatum a Ciceron. *Ovid. 3. Fast.* Causa relata mea est.

Relăvo, as, relavi, relatum, a. 1. *rilavare*, iterum lavo, frequenter lavo. *Lucr. l. 6. v. 799.* Denique si calidis etiam quum te relavaris. Alii leg. *cunctere lavaeris.*

Relaxatio, onis, f. *rilassazione*, מרפא, כליחה שברות, רפיון, ἄνεσις, actus relaxandi, solutio, recreatio. *Cic. l. 7. Fam. ep. 26.* Visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse jam senescentis morbi remissio profuisse.

Relaxātor, oris, m. qui relaxat, ut relaxator fluentium. *Cæl. Aurel. Acut 2. c. 38.*

Relaxātus, a, um, nom. partic. a rélaxo. *Cicer. 2. Div. cap. 48.* Relaxatus somno animus.

Relaxo, as, a. 1. *allargare*, פתח, חתיר, חלח, פתה, Ger. *nachlassen, erweitern*, Gal. *relacher, mettre au large*, Hisp. *aflorar*, χαλάω, remitto, solvo, dissolvo, aperio, cui contrarium est *astringo*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 54.* Eaque tum stringitur, tum relaxatur. ¶ Translate adhibitum varias constructiones habet. *Cic. in Orat. c. 52.* Quin etiam se ipse tantum, quantum ætate procedebat, relaxarat a nimia necessitate numerorum. *Id. Att. l. 16. ep. 16.* Si te occupatione ista relaxaris. *Id. in Brut. c. 5.* Relaxa modo paulum animum, aut sane, si potes, libera. *Id. 2. Phil. c. 16.* Verumtamen homines, quamvis in turbidis rebus sint, tamen, si modo nimines sunt, interdum animis relaxantur. *Id. Att. l. 10. ep. 6.* Pater enim nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat. *Sen. de Consol. ad Helv. c. 8.* Relaxavi tristem vultum, ego viso.

Relaxus, a, um, πολυχρόνιος, laxus, vel valde laxus, solutus, rarus. *Colum. l. 11. c. 3.* Relaxa humo plenioris crassitudinis fiat radix.

Relectus, a, um, nom. partic. *rilesto. Ov. 3 de Pont. ep. 5.* Constantes animos scripta relecta movent.

Relegatio, onis, *rilegazione, bando*, גלות, Ger. *verweisung ins elend*, Gal. *banuissement*, Hisp. *destierro, desterramento*, ἀπόπεμψις, genus exilii, cum quis finibus patet, aut *destierro, desterramento*, ἀπόπεμψις, genus exilii, cum quis finibus patet, aut deportatur insula, ut relegatio. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 25.* Tamen ne hæc attenta vira, & rusticitate exire jubetur. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 25.* Tamen ne hæc attenta vira, & rusticitate exire jubetur. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 25.* Exilio, & relegatione cana, relegatio, atque amandatio appellabitur? *Liv. l. 1. c. 10.* Exilio, & relegatione civium ulciscentes tribunos. ¶ *Relegatus*. ¶ Sumitur etiam pro attributione, quæ testamento fit, ut relegatio dotis, apud *Ulpian. l. 33. ff. tit. 4. leg. 1.*

Relegatus, a, um, *rilegato, bandito*, גולה, נדח, מגורש, μισόξενος, missus in exilium. *Fest.* Relegati dicuntur propriæ, quibus ignominiæ, aut pœnæ causa necesse est ab urbe Roma, aliove quo loco abesse, lege, senatusve consulto, aut edicto Magistratus, ut etiam Ælius Gallus indicat. Duo autem, *Ulpiano* teste, erant relegationum genera. Nam alii in insulam relegabantur, alii provincia quidem excedere jubebantur, non tamen iis insula certa assignabatur. Differebant ab his *deportati* multifariam. Nam deportatio in perpetuum fiebat, relegatio sæpe ad tempus: deportatio adimebat omnino Civitatem Romanam, relegatio non æque: deportatus amittebat bona, relegatus sæpe vel nulla, vel partem tantum amittebat; deportatis circumscribebatur exilii locus, relegati sæpe patria solum excedere jubebantur. *Cic. Att. l. 2. ep. 11.* Relegatus mihi videor, postquam in Formiano fum. *Ovid. 5. Trist. eleg. 11. v. 21.* Ipse relegari, non exulis utitur in me Nomine. ¶ Translate ponitur pro remoto, sepositor. *Horat. l. 1. sat. 10. v. 84.* Ambitione relegata te dicere possum Pollio. ¶ Dos relegata, h. e. testamento assignata. *Ulp. l. 33. ff. tit. 4. leg. 1.*

Relĕgo, as, avi, atum, a. 1. *rimandare*, שלח, הגלה, ἀποπέμπω, remitto. *Plin. l. 7. c. 1.* Potiusque ad auctores relegabo. ¶ Sæpe est amandare, removere. *Virg. 3. Georg. v. 212.* Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant Pascua. *Cic. 3. Off. c. 31.* Quod Tirum filium ab hominibus relegasset, & rari habitare jussisset. ¶ Sæpe exulem facere, in exilium mittere, *rilegare, bandire*, שלח, הגלה, Germ. *verweisen, wiederum lesen*, Gal. *bannir, coinfiner*, Hisp. *desterrar*, ἀποπέμπω, *Cic. pro Sext. c. 12.* L. Lamiam in concione relegavit, edixitque, ut ab urbe abesset millia passuum ducenta. *Plin. l. 2. ep. 11.* Martianum in quinquennium relegant. ¶ Interdum ponitur pro attribuere, assignare. *Tibul l. 4. carm. 6. v. 5.* Illa quidem ordinandi causas ribi Diva relegat. ¶ Item pro testamento relinquere. *Up. l. 33. ff. tit. 4. l. 1.* Cum dos relegatur, verum est id doris relegato inesse, quod actioni de dote inerat. *Id. lib. 2.* Cum quis uxori suæ dotem relegavit. ¶ Item pro transferre. *Vellej. l. 2. c. 64.* Invidiam rei in auctorem relegabat. *Liv. l. 28. cap. 42.* Adversa casibus belli, & fortunæ relegare.

Relĕgo, is, egi, ectum, a. 3. *raccogliere di nuovo*, לקט, אגר, ἀθροίζω, recolligo. *Hor. epod. 2. extr.* Omnem relegit Idibus pecuniam. ¶ Metaleptice sumitur pro rursus libros oculis percurrere, *rileggere*, Ger. *wiederumm lesen*, Gal. *relire*, Hisp. *boluer a leer*, ἀναγινώσκω, *Ovid. 1. ex Ponto ep. 5. v. 15.* Cum relego, scripsisse pudet. ¶ Translate accipitur pro redire per eamdem viam, renavigare per idem mare. *Stat. 1. Achil. v. 23.* Plenaque materni referens præsagia somni Culpatum relegebat iter. *Virg. 3. Æn. v. 690.* relegens errata retrorsum litora.

Relenteſco, is, fine pract. & sup. neut. 3. *rallentarsi*, Ger. *wiederumm wweich werden*, Gal. *devenir lent de rechef*, Hisp. *boluer a ser otra vez liento, roßoxo*, ἀναχαλάομαι, iterum lenteſco, ad lentorem pristinum redeo. Translate *Ovid. l. 1. Amor. eleg. 3. v. 76.* Neve relenteſcat sæpe repulſus amor.

Relevāmen, inis, n. recreatio, iefectio. *Prisician. in Periegeſ v. 441.* facilis relevamine partus.

Relevātus, a, um, nom. partic. *sollevato, ricreato. Ovid. 1. Trist. el. 11. v. 12.* Omnis ab hac cura mens relevata mea est. *Cic. 2. Catil. c. 4.* Relevata, & recreata respublica.

Relĕvo, as, a. 1. *rilevare, alzare*, הקל, הרים, rursus levo, ideſt, in altum tollo. *Ov. 9. Met. v. 318.* E terra corpus relevare volentem Arcuit. *Id. 3. Fast. v. 169.* Pleiades incipient humeros relevare paternos. ¶ Translate sumitur pro ſuſcitare, erigere, recreare, reficere. *Ter. Adel. 4. 4. 11.* Nam & illi animum jam relevabis. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 4.* Si relevare pores communem casum miſericordia hominum. ¶ Item pro in integrum reſtituere. *Modeſtin. l. etiam. §. 1. ff. de minorib.* Quia videbatur in cæteris litis ſpeciebus relevata fuiſſe. ¶ Eſt etiam levare facere, minuere, *alleggerire. Plin. in Paneg. c. 19.* Ut ſtudium omnium, laboremque, & tanquam auctor intenderes, & tanquam particeps, ſociuſque relevares. ¶ Hinc per translationem capitur pro liberare, cura, ſumptu, & ſimilibus exonerare, *ſollevare. Cic. pro Flac. c. 17.* Cujus mors te ex aliqua parte relevavit. *Id. 2. de Div.* Ut animus moleſtiis potiſſimum relevaretur. *Cic. pro Mil. c. 27.* Expiare ſolemnes religiones ſuppliciо alicujus. *Id. Phil 3.* Inexpiabiles religiones in remp. inducere. *Id. pro Cæcin. c. 34.* Ut religione civitas ſolvatur. ¶ Præterea religio ſumitur pro fide, & veracitate, quæ in aliqua re adhibetur metu & reverentia Deorum. *Cic. pro Flac. c. 4.* Tum intelligeris, quid religione dicant. ¶ Item pro diligentia, cura. *Cic. in Brut. c. 82.* Illius oratio nimia erat religione attenuata. ¶ Item pro juſta muneris functione, quod vulgo debitum officii appellant. *Cic. Ver. 5. c. 1.* Si qua in re ipſe ab religione officii declinavit. *Idem pro Syl. cap. 3.* Sin in me eſt ratio Reip. religio privati officii, ſtudium retinendæ voluntatis bonorum. ¶ A Poetis interdum *l* geminatur primæ ſyllabæ producendæ cauſa. *Virg. Æn. 2. v. 715.* Relligione Patrum multos ſervata per annos.

Religiōſe, adv. *religioſamente*, δεισιδαίμονος, cum religione. *Cic. 2. Invent. c. 1.* Templum Junonis, quod religioſiſſime colebanc. ¶ Interdum eſt ſolicite, accurate. *Col. l. 3. c. 10.* Nihil curioſe, nihil religioſe adminiſtrant. ¶ Interdum fideliter. *Cicer. pro Cæl. c. 22.* An gravis, ſapiens, moderatuſque vir religioſe teſtimonium diviſſe videatur. *Plin. in Paneg. c. 65.* Nemini religioſius, quod juraverit, cuſtodiendum. ¶ Interdum addubitanter, verecunde. *Cic. l. 3. Catil. ep. 17.* Qui religioſe, & ſine ambitione commendant.

Religioſitas, atis, *religioſità*, religio, morum innocentia, *Apul. de dogm. Plat. l. 2.* Juſtitia cum religioſitate, ideſt ὁσιότητι, copulatur. *Tertul. Apol. c. 25.* Religioſitatis merita.

Religioſus, a, um, *religioſo*, חכיר, δεισιδαίμων, pius in Deum, timens Deum. *Cic. de Orat.* Juſtus vir, integer, religioſus, timidus, perferens injuriarum. ¶ Sumitur etiam pro ſuperſtitioſo, qui nimia, & ſuperſtitioſa religione ſe ſe alligavit. *Gel. ex Nigidio Figulo l. 4. c. 9. Terent. Heaut. 4. 1. 36.* Ut ſtultæ, & miſeræ omnes ſumus religioſæ. *Col. l. 1. ſub fin.* Religioſiores agricolæ. ¶ Interdum capitur pro fideli, qui bonam, integramque fidem ſervat. *Cic. pro Cæc. c. 10.* Huic ego teſti gratias agam, quod & in rem miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. *Id. 4. in Fin.* Tum te religioſiſſimum teſtem audiremus. ¶ Item pro caſto, cohibente ſe certis legibus, & religione. *Gel. l. 4. c. 9.* Si de rebus inanimatis uſurpetur, notat auguſtum, ſanctum, majeſtatis, venerationiſque plenum, quod ſine piaculo violari non poteſt. *Cic. 6. Ver. c. 47.* Herculis templum eſt apud Agrigentinos non longe a foro, ſane ſanctum apud illos, & religioſum. *Ulp. l. 2. ff. de relig. & ſumptu ſun.* Non totus, qui ſepulturæ deſtinatus eſt, locus religioſus fit, ſed quatenus corpus humanum eſt. ¶ Religioſi dies, ut definit *Gellius l. 4. c. 9.* dicuntur triſti omine infames, impedirique, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum eſt: quos multitudo imperitorum perperam nefaſtos appellat. *Cic. Att. l. 9.* Majores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnæ, quam Urbis captæ, quod hoc malum ex illo. Itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. V. *Liv. l. 6. c. 1.* ¶ Religioſum eſt id facere, h. e. religionem habet, ſeu metum aut periculum lædendi Deorum numina. *Liv. l. 2. c. 5.* Quem campi fructum quia religioſum erat conſumere. ¶ Religioſum habere, eſt vereri, timere, nefas putare. *Plin. l. 28. c. 4.* Nævos in facie tondere religioſum habent etiam nunc multi.

Religo, as, a. 1. *legare*, אסר, δεσμέω, idem ac ligo, vel iterum ligo, vel fortius, vel retro ligo. *Virg. 7. Æn.* Gramineo ripæ religavit ab aggere claſtem. *Cæſ. l. 2. B. C. c. 10.* Religare clavis ligna. ¶ Per translationem religare religione bona alicujus, uſurpatur pro confecrare. *Cic. pro Dom. c. 47.* Numquid igitur is bona Lentuli religavit? Alii leg. *obligavit*. ¶ Significat etiam ſolvere, *ſlegare. Catul. carm. 62. de Aty, v. 84.* Aut hæc minax Cybele, religatque juga manu. & *carm. 63. v. 174.* Perfidus in Cretam religaſſet navita funem.

Relino, is, relevi, relitum, a. *aprire*, ἀνοίγω, quod oblitum, obturatumque erat, aperio. Solebant enim dolia, ne quid vaporis exhalaret, quam accurat ſime oblinit. Unde cum aperirentur, dicebantur relini, ſoluta nimirum argilla, qua erant oblita. *Ter. Heaut. 3. 1. 51.* Relevi dolia omnia, omnes ſenias. *Plaut. Stich. 5. 4. 38.* Nolo ego nos pro ſummo bibere: nulli relerimus poſtea. *ideſt* nulli deinceps vinum deprompterimus, ubi *relerimus* pro relevcrimus per ſyn.

* Reliqua. V. Reliquus.

Relinquo, is, liqui, lictum, a. 3. *laſciare, abbandonare*, עזב, λείπω, linquo, defero, omitto. *Cic. 1. Acad.* Illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, & nulla affirmatione adhibita confuetudinem diſſerendi reliquerunt. *Idem 3. Ver.* Quos tu miſeros in egeſtate, atque in ſolitudine reliquiſti. ¶ Ponitur etiam pro teſtamento alicui aliquid pro ſuo dimittere, ſeu legare. *Cic. pro Cluent

nunc Hadriani: Reliqua vetera HS novies mill. abolita, *reſti vecchi*. ¶ *Reliqua trahere*. eſt reliquari. *Papin. l. ſervus ſi haredi*, §. 1. *ff. de ſtatu liber.* Ut, ſi reliqua non trahat, liber ſit.

Reliquus, a, um, *rimanente, reſiduo, reſto*, שאר, Germ. *überig, übergeblieben*, Gall. *reſtant, demeurant*, Hiſ. *reſtante, demas*, λοιπός, quod relictum, reſiduumque eſt, quod ſupereſt. *Cic. de Am.* Sed ut eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Græcia neminem. *Id. 3. Verr.* Reliquum omne tempus hujus animi me vobis remiſſarum partaſtis. ¶ *Reliquum facere*, eſt relinquere. *Nepos in Attico c. 21.* Nihil reliqui feci quod ad ſanandum pertineret. *h. e.* nihil omiſi, omnia tentavi. *Curt. l. 6. c. 9.* Cum eo, quem calamitas reliquum fecerat. *h. e.* intactum reliquerat. ¶ Item omittere. *Tac. Ann. l. c. 21.* Nihil reliqui faciunt, quominus invidiam, miſericordiam, metum, & iras permoverent. ¶ Sæpe ſubſtantive ponitur, ut cæteris adjectiva. *Cæſ. 1. B.G.* Demoniſtrant, ibi præter agri ſolum nihil eſſe reliqui. *Cic. 7. Ver.* Et quod reliquum vitæ, victimumque fames fecerat. ¶ *Reliquum eſt*, idem atque reſtat. *Cic. l. 7. Fam. ep. 12.* Reliquum eſt ut officiis certemus inter nos. ¶ *De reliquo*, idem eſt ac cæterum, ſeu quod ad reliqua attinet. *Cæcil. ide Or. c. 22.* De reliquo jam noſtra culpa fuerit.

Reliſus, a, um, nom. ex partic. a *re*, & *lædo*, oblitus, collitus. *Prudent. 12. de S. Caſſiano, v. 48.* Reliſa fronte lignum diſſilit.

Reliſco, as, n. 1. ruſus loco. *Ulp. l. 13. ff. Loc. co. d.* Si lege operis locandi comprehenſum eſſet, ut ſi ad diem effectum non eſſet, relocare id liceret.

Reliquior, eris, dep. 3. ruſus loquor, vel reſpondeo. *Varr. l. 5. L. c. 7.* Dicuntur eloqui, & reliqui in fanis Sabinis & cella dei.

Relucéo, es, xi, ſine ſup. 2. *riſplendere*, λαμπάμαι, valde luceo, reſplendeo, lucem diffundo. *Cic. 2. de nat. De r. c. 42. in Arat.* Huic non una modo caput ornans ſtella relucet. *Ov. 11. Met. v. 617.* Veſtis fulgore reluxit.

Reluctatio, onis, obluctatio, repugnatio. *Apul. de Mundo.* Terrenæ reluctationes. *Colviliter leg.*

Reluctátus, a, um, ἀντιτυπαθὴς, part. a reluctor. *Claud. l. 1. de rapt. Proſerp. v. 42.* Pars reluctatis iterum pugnantia rebus rupiſſent elementa fidem. *i. e.* convulſis.

Reluctor, aris, d. 1. *repugnare, oppoſi*. Ger. *ſich wider ſperren und wehren*, Gal. *repugner, reſiſter*, Hiſp. *reluchar, reſiſtir*, ἀντιπάσχω, ἀντιπίπτω, repugno, obnitor, obſiſto. *Ovid. l. 3. Amor. el. 4. v. 14.* Ore reluctanti fulminis ire modo. *Hor. l. 4. od. 4.* Reluctantes dracones. ¶ Activa forma, reluctare alicui, dixit *Apul. l. 4. & 9. Met.*

Reluctor, is, ſi, a. 3. contra illudo. *Senec. lib. 2. Contr.* 10. Temerarios mariti jocos reluctor.

Reluminor, as, a. 1. ruſus illumino. *Tert. Apol. c. 21.* Cum ille cæcos reluminaret.

Reluo, is, lui, lutum, a. 3. ponitur pro ſolvere, repignerare, *Cæcil.* apud *Feſt.* Ut aurum, & veſtem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipſi oppoſuit pigneri. *Cic. in Sallust.* Qui modo ne paternam quidem domum reluere potuerit. Ita legit *Turnebus*. Alii *redimerit*.

Reluvia. V. Reduvia.

Remacreſco, is, crui, ſine ſup. n. 3. iterum macreſco. *Suet. in Domit. c. 18.* Quæ tamen ei longa valetudine remacruerant.

Remaledico, is, n. 3. ἀντικαθορῶ, viciſſim maledico. *Suet. in Veſpaſ. c. 9.* Non oportere maledici ſenatoribus; remaledici civile ſafque eſſe.

Remancipatus, a, um, nom. ex particip. *Feſtus*: Remancipatam Galliam Gallus Ælius eſſe ait, quæ mancipata ſit ab eo, cui in manum convenerit.

Remando, is, di, ſum, a. 3. *rimaſticare, ruminare*, Ger. *widerkauen*, Gal. *remacher*, Hiſ. *bolver a maſcar, ruminar*, ἀνεμαστάομαι, rumino, rurſus mando. *Plin. v. c. 73.* Pontici mures ſim li modo remandunt. *Quint. l. 11. c. 2.* Devorer initio tædium illud & ſcripta, & lecta ſæpius revolvendi, & quaſi eumdem cibum remandendi.

* Remando, as, iterum mando, viciſſim mando. *Eutrop. l. 2. c. 13.* remandatumque Pyrrho a Senatu eſt &c.

Remaneo, es, ſi, ſum, n. 2. *rimanere, reſtare, durare*, נשאר, עמד, Ger. *dahinden bleiben*, Gal. *demeurer* Hiſ. *quedar*, διαμένω, perſito, perſevero, ſuperſum. *Cic. 1. Tuſc.* Animos remanere poſt mortem. *Cæſ. 3. B.C.* Qui per cauſam valetudinis remanſerant. *Hor. l. 1. od. 27.* Cubito remanete preſſo. *Ov. 1. Triſt. el. 9. v. 23.* in duris remanentem rebus amicum. *Var. l. 5. de L. L. c. 6.* Remanſit in mente.

Remâno, as, n. 1. ἀποβρύω, reſtuo. *Lucr. l. 5. v. 270.* Retroque remanat Materies humoris. ¶ Aliquando eſt repetere, redire. *Enn.* apud *Feſt.* Deſerunt rivos, campoſque remanant. Al leg. *remeant*.

Remanſio, onis, ἡμονὴ, actus remanendi. *Cic. ad Q. Fr. l. 3.* Primum tuam remanſionem etiam atque etiam probo. Adde *pro Leg. c. 2.*

Remanſor, oris, in militia idem eſt ac emanſor, hoc eſt qui extra caſtra ultra Imperatoris præſcriptum remanet. Aſſerunt Lexicographi duo loca ex lib. Digeſtor. nempe *leg. 4 & 5. Dig. de re milit.* ſed utroque loco alii leg. *emanſor*.

* Remant, repetunt. Apud *Feſt.*

Remeabilis, le, adj. qui remeare poteſt, & redire. *Stat. 4. Theb. v. 537.* quis enim remeabile ſaxum &c. *h. e.* ſaxum Siſyphi. *Id. ib. l. 6. v. paulo.* uni remeabile bellum. *Prudent. in Apotheoſ. v. 1053.* E tumulo cum jam remeabilis adſtat.

Remeacülum, li, n. locus, per quem redit ur. *Apul. l. 6. Met.*

Remeátus, us, m. *ritorno*, reditus. *Marcian. Dig. l. 48. tit. 19. leg. 4.* Remeatum dare exuli.

Remediabilis, le, adj. *rimediabile*, cui facile remedium inveniri poteſt. *Sen. ep. 95.* Mnora peccantes, & levi cura remediabiles. Alii rectius leg. *medicabiles*.

Remediális, le, adject. ut vis remedialis, quæ ſanitatem, ſeu remedium continet, apud *Macr. l. 7. Saturn. c. ult.*

Remediatio, onis, curatio, ſanatio. *Scrib. Larg. compoſit.* 11. Torpor eſt ſignum remediationis.

Remediátor, oris, qui remedium affert. *Tert. l. 4. adv. Marcion. cap.* 8. Remediator valetudinum.

Remediátus, a, um, nom. ex partic. curatus, ſanatus. *Tert. ad Scapul. c. 4.* A dæmoniis, aut valetudinibus remediati.

Remedío, as, avi, atum, a. 1. *rimediare*, remedium affero, curo, ſano. *Scribon. Larg. compoſit.* 11. Capitis dolorem in perpetuum remediat. Adde *Tert. l. 4. adv. Marc. c.* 35. Et paſſive. *Id. Scrib. compoſ.* 18. Viros facilius mulieribus remediari. Adde *Apul. de herb. c.* 112. ¶ Et deponentis forma. *Id. Apul. ib. c.* 2. Herba quinquefolium mire remediatur. Et *c.* 105. Febricitanti mire remediatur.

Remeditor, aris, dep. 1. ruſus meditor. *Sen. ep.* 72. Liquebat mihi, ſi remeditari poſſem. Ita legit *J. Lipſ.* alii aliter.

Remedium, dii, *rimedio, medicina*, רפואה, Ger. *artzney*, Gal. *remède*, Hiſ. *remedio*, φάρμακον, ὠφελήμακον, id, quod medendi cauſa alicui morbo adhibetur, cautio, proviſio, a *re*, & *medeor*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 50.* Auditum eſt, pantheras, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo cum eſſent uſæ, non morerentur. ¶ Translate *Cic. pro Cluent. c. 9.* Quærere remedium ad aliquam rem. *Id. 7. Ver. c. 10.* Remedium ſibi comparare. *Terent. And. 2. 1. 10.* Invenire remedium alicui malo.

Remeligo, feu remelligo, inis, fem. mora, *ritardo*, a μέλλω, cunctor. *Plaut. Caſ.* 4. 5. 7. Nam quid illæ tam diu intus remorantur remeligines? Ita *Feſtus* legit, eumque ſecutus *Lambinus*. Alii aliter. ¶ Ponitur etiam pro remora piſce. *Afran.* apud *Feſt.* Remeligo a laribus miſſa ſum, hunc quæ curſum cohibeam navis.

Rememíni, iſti, anom. *ricordarſi. Tert. lib. 4. adv. Marcion. cap.* 1. Ne rememineris priorum.

Rememóro, as, a. 1. ruſus commemoro. *Tert. l. 4. adv. Marc. c. ult.*

Remenſus, a, um, partic. a remotior. *Martial. l. 6. epigr.* 89. Ille fide ſumma teſtæ ſua vina remenſus. ¶ Paſſiva ſignificatione. *Virg. 2. Æneid. v.* 181. pelagoque remenſo improviſi aderunt. *h. e.* renavigato. *Et Æn. 3. v.* 244. remenſo hortatur parere ire mari.

Remêo, as, n. 1. *ritornare*, שוב, Ger. *wider zu ruch gehen*, Gal. *retourner*, Hiſ. *tornar otra vez*, ὑπανέρχομαι, retro meo, redeo, revertor. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 46.* Neque remearet acer. *Virg. 2. Æn. v.* 95. Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos. *Mart. l. 1. ep. 16.* Gaudia non remeant. *Tacit. in Agric. c. 40.* Remeare ex Campania. *Id. Ann. 11. c. 8.* Remeare in patrias ſedes. *Stat. l. 3 ſilv. ult. v. 12.* Euboicos feſtus remeare penates Auguror.

* Remergo, is, iterum mergo. *Auguſt. Conf. l. 8. c.* 5. ſuperari ſoporis altitudine remerguntur.

Remetior, iris, enſus ſum, d. 4. ἀνακετρέω, iterum metior. Hinc *remetiri iter* eſt rurſus idem iter facere. *Stat. 3. Theb. v. 324.* Sic *Curt. l. 5. c. 3.* Triginta ſtadia fuere, quæ remenſi ſunt. ¶ Translate ſumitur pro recognoſcere, *Sen. l. 3. de Ira, c. 36.* Facta, ac dicta mea remetior. ¶ Item pro compenſare, remunerari. *Quint. Decl. 12. c. 19.* Frumentum pecunia remetiamur. ¶ Item pro reddere. *Plin. l. 8. ep. 11.* Tranſmiſſumque diſcrimen convaleſcendo remetiri.

Remex, igis, m. 3. *uomo da remo*, שט, Ger. *ruderknecht, z'ehknecht*, Gal. *rameur*, Hiſ. *remador, remero*, ἐρέτης, qui remos agit, qui remigandi miniſterio mancipatus eſt. *Cic. 2. de Div. c. 55.* Quid, inquies, remex ille de claſſe Coponii nonne ea prædixit, quæ facta ſunt? *Virg. 5. Æn. v. 116.* Velocem Mneſtheus agit acri remige priſtim. Ubi *remige* pro remigibus poſitum eſt.

Remigatio, onis, *ἐρεσία*, actus remigandi. *Cic. Att. l. 13. ep. 21.* Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem navigationis navem convertentis ad puppim.

Remigium, ii, *remigazione*, שוט, Germ. *daſs ziehen am ruder, ruderung, ruderzeug*, Gal. *appareil des ſames*, Hiſ. *palamenta*, ἐρεσία, remigatio, agitatio remorum. *Cic. 5. Tuſc. c. 39.* Quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus eſt, &c. ¶ Metonymice ponitur pro remigum multitudine. *Hor. l. 1. ep. 6. v. 63.* Remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſei. *Virg. 3. Æn.* Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. ¶ Translate ſumitur pro volatu. Aves enim alis, velut remis quibuſdam, ad diffindendum aerem utuntur. *Virg. 1. Æn. v. 303.* Volat ille per aera magnum Remigio alarum. ¶ *Meo remigio rem gero*, proverbiale eſt, hunc que ſenſum continet: Illis, velint nolint, parendum eſt, cum mei ſint. *Plaut. Mil.* 3. 1. 152.

Remigo, as, n. 1. *remigare, vogare*, שט, Ger. *ruderen, am ruder ziehen*, Gall. *ramer, gaſcher*, Hiſ. *remar*, ἐρέσσω, remos ago, ſive agito, remis navem ago, remis navigo. *Cic. 4. Tuſc. c. 4.* Utrum igitur mavis non ſtatim vela facere, an quaſi e portu egredientes paululum remigrare?

Remigro, as, n. 1. *ritornare*, שב, קור, Ger. *wvider in ſein vorige*, Gal. *retourner, en ſon legis*, Hiſ. *tornar a rasdar*, ἐπανέρχομαι, redeo, reverror. *Cic. 1. Tuſc. c. 49.* In noſtram domum remigremus. *Id. 5. Tuſc. c. 21.* Ei ne integrum quidem erat, ut ad juſtitiam remigraret. *Id. Acad. 1. c. 4.* Remigrare in domum veterem e nova. *Plaut. Epid. 4. 1. 42.* Remigrat animus nunc demum mihi.

Remillus, a, um, repandus. *Feſt.*

Reminiſcentia, æ, *ricordanza*, ἀνάλυψις, revocatio rei alicujus in mentem. *Tert. de anim. c. 23.* & in plur. numero *Arnob. l. 2.*

Reminiſcor, eris, d. 3. ſine præt. *ricordarſi*, זכר, Ger. *wvidervumm gedencken*, Gal. *ſe ſouvenir*, Hiſp. *acordarſe*, ὑπομιμνήσκομαι, recordor, ab antiquo *Memini*. *Cic. de Sen. c. 21.* Reminiſci, & recordari. ¶ Conſtruitur cum gen. *Cæſ. lib. 1. B. G. cap.* 13. Reminiſcerentur & veteris incommodi Romanorum, priſtinæque virtutis Helvetiorum. ¶ Vel cum acc. *Cic. l. 4. Fam. ep.* 5. Ea potius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. *Ovid. 1. ex Pont. epiſt. 8. v.* 32. Nam modo vos animo dulces reminiſcor amici.

Remîpes, edis, o. quod remis agitur. Lembi pitheton eſt, quia remis, tanquam pedibus, progreditur. *Auſon. in Moſella v. 201.* Remipedes cerrant medio cum flumine lembi. *Id. ep. 3. v. 13.* Remipedes anates.

Remiſcéo, es, a. 2. *rimeſcolare*, ἀνακιρνάμαι, idem ac miſceo, vel iterum miſceo. *Hor. in Arti. v.* 151. Sic veris falſa remiſcet.

Remiſſa, æ, *remiſſione, perdono*. *Tert. l. 4. adv. Marcion. cap.* 18. Diximus de remiſſa peccatorum.

Remiſſárius, a, um, ἀφετικὸς, quod remittitur, quod ad remiſſionem factum eſt. *Cato R. R. c. 19.* Veſtes longiſſimos pedum decem, & octo, ſecundos pedum ſexdecim, tertios quindecim, remiſſarios pedum duodecim.

Remiſſe, adv. *lentamente*, בְּרִפְיוֹן, Ger. *ſittlich, demuthiglich*, Gal. *lentement*, *humblement*, Hiſ. *lientamente*, χαυνῶς, lente, leniter, placide. *Cic. 3. de Or. cap. 26.* Quam leniter, quam remiſſe, quam non actuoſe. *Id. pro Cæl. c. 14.* Utrum me ſecum severe, & graviter, & priſce agere malit, an remiſſe, ac leniter, & urbane. *Id. 6. Ver. c. 34.* Cum iſte nihilo remiſſius, atque etiam multo vehementius inſtaret quotidie. *Sueton. in Claud. c. 33.* Remiſſe quid, vel ſerio agentem multa dehonestabant. *h. e.* per jocum.

Remiſſibilis, le, adj. *remiſſibile*, qui remitti, ſeu condonari poteſt. *Tert. de pudic. c. 2.* Delicta alia remiſſibilia, alia irremiſſibilia.

Remiſſio, onis, *abbaſſamento, remiſſione, rilaſſazione*, רפיון, Ger. *nachlaſſung, verzeyhung*, Gall. *relâchement, remiſſion*, Hiſ. *floxedad, remiſſion*, ἄφεσις, actus remittendi, relaxatio, dejectio. *Cic. 1. Off. c.* 41. Ex oculorum obtutu, ex elevatione, ex remiſſione ſuperciliorum, aut contractione. *Id. 1 de Or. c. panul.* Ut una continuatione verborum binæ ei contentiones vocis, & remiſſiones continerentur. *Id. 1. 7. Fam. ep. 26.* Morbi remiſſio. *Suet. in Tib. c.* 73. Remiſſio febris. *Quint. l. 3. cap.* 8. Remiſſio laborum. ¶ Speciatim ſumitur pro ceſſatione ab agendo, pro relaxatione, & recreatione animi. *Cic. pro Cæl.* Quem non quies, non remiſſio, non æqualium ſtudia, non ludi, non convivia delectarent. *Id. l. 9. Fam. ep.* 24. Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ, atque victus, remiſſionemque animorum. ¶ Item pro placiditate, lenitate. *Cic. l. 5. Fam. ep. 2.* Si humanitas appellanda eſt in acerbiſſima injuria remiſſio animi, ac diſſolutio. ¶ Remiſſio pœnæ pro venia. *Cic. in Catil. 4. c. 6.* Ne remiſſione pœnæ crudeles magis in patriam videamur, quam &c. ¶ Item pro diminutione. *Col. l. 1. c. 7.* Eoque remiſſione petere colonus non audet. Adde *Suet. in Cæſ. c. 20.*

Remiſſívus, a, um, adject. qui remitti poteſt. *Cæl. Aurel. 3. cap.* 4. Res congruæ, & remiſſivæ. ¶ Quod *Priſcian. l. 15. p.* 1021. *Putſch.* adverbia remiſſiva ſunt contraria hortativis, & remiſſionem quandam, & quaſi lentitudinem continent, ut *pedetentim, paulatim, ſenſim*.

Remiſſus, a, um, *rimeſſo, rimandato*, מרשב, ἀφεσμφθὴς, part. a remittor. *Ov. l. 1. ex Pont. ep. 3. v. 19.* Cernis, ut e molli ſanguis pulmone remiſſus. Ad Stygias certo limite ducat aquas. ¶ Sæpe in nomen tranſit pro laxo, languido, negligente, *languido, rimeſſo, lento*, רפה, Germ. *hinlaſſig*, Gal. *remis*, Hiſpan. *floxo*, ὠμιμόλος, *Hor. l. 3. od.* 27. Remiſſus arcus. *Cic. 3. Fin. c. 1.* Itaque quamquam in eo ſermone non remiſſi fuimus. *Id. pro Sext.* Remiſſiore uti genere dicendi. ¶ Item pro leni, miti, manſuero. *Id. pro Cæl. c. 6.* Cum triſtibus ſevere, cum remiſſis jucunde, cum ſenibus graviter, cum juventute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe vivere. *Id. ad Quir. poſt red. c. 9.* In ulciſcendo remiſſior. *Sugt. in Claud. c. 21.* Nec ullo ſpectaculi genere communior, aut remiſſior erat. *Id. in Aug. c. 98.* Remiſſiſſimo ad otium, & ad omnem comitatem animo. ¶ Remiſſum frigus, *un freddo moderato*. *Cæſ. l. 5. B. G. c. 12.* ¶ Remiſſus in labore, *pigro*. *Nepos in Iphicr. c. 3.* ¶ Remiſſus febri, *liberato*. *Plin. l. 7. ep. 1.* ¶ *Ovid. 4. Faſt. verſ. 126.* Vere nitent terræ, vere remiſſus ager. *h. e.* frigore ſolutus, floridus, hilaris. *Idem 2. Triſt. v. 547.* Ne tamen omne meum credas opus eſſe remiſſum. *h. e.* jocoſum.

Remitto, is, ſi, ſum, a. 3. *rimandare*, שלח, חשיב, כלח, Ger. *wviederſchicken*, Gal. *remettre, renvoyer*, Hiſp. *embiar*, ὠπίεμαι, retro mitto. *Cic. lib. 16. Fam. ep. 1.* Volebam ad te Marionem remittere; quem, cum meliuſcule tibi eſſet, ad me mitteres. ¶ Interdum ponitur pro ſimplici mitto. *Lucil.* apud *Feſt.* Quod repudium filiæ remiſit. Sic *Nunium remittere uxori*, eſt eam repudiare. *Cic. Att. l. ep. 13.* Uxori Cæſarem nuncium remiſiſſe. *Id. in Top.* Si mulier, quum fuiſſet nupta cum eo, cui connubii jus non eſſet, nuntium remiſit. ¶ Accipitur item pro rurſus mittere, ſeu reddere. *Cæl. l. 10. 6.* Et globulis, quas per trituram fere terrerem remiſit area. *Plin. l. 9. c. 18.* His aquam acceptam ore remittunt. ¶ Item pro dimittere, & interdum jungitur cum caſu pretii, *Curt. l. 4. c. 11.* Captivos ſi placet reddi, honeſtius dono dabimus, quam pretio remittemus. ¶ Item pro finere abire, *Cic. pro Cluent. c. 2.* Eamque (*opinionem*) animis veſtris aut libentibus, aut æquis remittatis. ¶ Item pro relaxare. *Ovid. l. 1. Triſt. eleg. 4. v. 14.* Utque parum validus non proficientia rector Cervicis rigidæ frena remittit equo. ¶ *Remos remittere doleri*, eſt finere, ut dolor in lacrymas, & gemitus ſe effundat. *Pl. l. 5. epiſt. 9.* ¶ Item pro relaxare delectationis gratia, curas deponere, recreare, ſumpta translatione ab arcu. *Cic. fragm.* apud *Non. c. 4. n. 398.* Quæro, non quibus intendam animum rebus, ſed quibus remittam. *Pl. l. 1. epiſt. 16.* Eumdem etiam, cum remittor, non tanquam eumdem lego. ¶ Item pro condonare, ignoſcere, parcere. *Vatin. Cic. l. 5. Fam. ep. 10.* Meam animadverſionem, & ſupplicium, quo uſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi, & condono. ¶ Item pro concederere, permittere, ſinere. *Cic. 5. Ver.* Verum hoc quoque vobis remitto, negligite præterita, ſi vultis. *Id. 11. Acad. c. 33.* Aut memoriam mihi remittas, opottet. *ideſt* concedas mihi memoriam eſſe. *Ov. 11. Met. v. 376.* Nec res dubitare remittit. *Juſt. l. 11. c. 9.* Igitur Magi ad favorem populi conciliandum tribuitara & militiæ vacationem in triennium remittunt. ¶ Item pro transferre ad alterius judicium. *Tacit. l. 3. Ann.* Integramque cauſam ad Senatum remittit. ¶ Item pro demittere, cui contrarium eſt erigere. *Pl. l. 8. c. 32.* Cum erexere aures, acerrimi auditus, cum remiſere, ſurdi. ¶ Item pro relinquere, deponere. *Cic. 8. Phil.* Quotidie aliquid iracundiæ remittebat. *Col. l. 1.* Nunquid abſentia ſua de diſciplina, & cuſtodia remiſeris? *Id. l. 11. c. 2.* Poſſuntque, ſi jam librum remittunt, inſeri oleæ, vel emplaſtari. ¶ Item pro intermittere. *Terent. Heaut. 1. 1. 18.* Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. ¶ Item pro ceſſare. *Ter. Hec. 3. 2. 14.* Nam ſi remittent quippiam dolores. *Id. And. 5. 1. 8.* Remittas jam onerare injuriis. *Liv. l. 38.* Interceſſionem remittere. *ideſt* ceſſare ab intercedere. *Id. l. 40. c. 33.* Imbres remiſerunt. ¶ Item pro ad negligentiam deſcendere, negligentem fieri. *Cic. 2. Tuſc.* Onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remiſſis opprimunt. ¶ Item pro diminuere, *Cic. 7. Ver.* Aliquid de ſummo ſupplicio remitteres. ¶ Item pro præterire, prætermittere. *Cic. 3. Ver.* Ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. ¶ Item pro diſſolvere, fluidum reddere. *Virg. 4. Georg. v. 35.* frigore mella Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit. ¶ Remittere ædes, quas emeris, h. e. venditori reſtituere, pretio recepto. *Plaut. Moſtel. 3. 2. 110.*

Remivágus, a, um, qui remis fertur: epitheton navis. *Varr.* apud *Non. c. 13. num. 1.* Nauræ remivagam movent celocem.

Remixtus, vel remiſtus, a, um, nomen ex partic. *rimeſcolato. Senec. de conſtant. Sap. c. 7.* Venenum remixtum cibo.

Remmius, a, um. Remmia lex a latoris nomen dicta, ſanciebat, ut is accuſator, qui calumniatus eſſet, damnaretur, ſi crimen probare non poſſet. Memoratur a *Cic. pro Roſc. Amer. c. 19. extr.* ubi al. leg. *Memmia*: item a *Papin. Dig. l. 22. tit. 5. leg. 13.* & 2 *Mart. l. 48. tit. 16. leg. 1.*

Remolior, iris, d. 4. *muovere*, ἀποσείω, multa vi loco moveo, de ſuo loco pello. *Ovid. 5. Met. v. 354.* Sæpe remoliri luctatur pondera terræ. ¶ Non nunquam eſt magno labore quippiam reparare. *Sil. l. 1. v. 36.* Iterum inſtaurata capeſſens Arma remoliret dux agmina. ¶ Paſſiva ſignificatione quidam uſurpari putant a *Colum l. 2. c. 12.* Sed V. *Remollio*.

Remolitus, a, um, partic. a remolior. *Sen. Here. Fur. v. 503.* Nec orbe ſi remolito queat ad ſupera victor numina Alcides vehi.

Remollésco, is, n. 3. *mollifiearſi, divenir molle*, רך, Ger. *wvieder erweicht vwerden*, Gal. *ſe ramollir*, Hiſ. *amollentarſe*, ὠμμαλακύνομαι, mollis fio. *Ov. 10. Met. v. 285.* Ut Hymettis Sole cera remolleſcit. ¶ Translate ſumitur pro delicatiorem fieri, effœminari. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 2.* Quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere homines, atque effœminari arbitrantur. ¶ Item pro mitem, & placarum fieri. *Ov. 1. Met. v. 377.* Precibus ſi Numina juſtis victa remolleſcunt.

Remollio, is, a. 4. *ammollire*, הרך, Germ. *erwvoichen, wveich machen*, Gal. *ramollir*, Hiſ. *amollentar*, ὠμμαλάττω, idem ac mollio, vel rurſus mollio, vel valde mollio. *Col. l. 2. c. 12.* Nihil amplius in iteratione, quam remolliri terra debet æqualiter. Quidam leg. *remolliri* unico *l*, ut ſit a *remolior*, ſed paſſiva ſignific. *Ov. Met. 4. v. 286.* quare male fortibus undis Salmacis *memvet*, tactoſque remolliat artus.

Remollítus, a, um, ἀπαμαλαχθὴς, partic. a remollior. *Suet. in Aug. c. 79.* Eo ſe inhibitum, ac remollitum, quominus, ut deſtinarat, *in* tranſitu Alpium, per ſimulationem colloquii propius admiſſus, in præcipitium propelleret. Quidam legunt *remolitum*, unico *l*, a *remoliar* dep. & explicant a molimine & conatu revocatum. *Agell. l. 6. c. 3.* Grana humore remollita.

Remonéo, es, ui, a. 2. iterum, ac ſæpius admoneo. *Apul. l. 5. M. A.* Hic tibi identidem ſemper cavenda cenſebam, hic benevole remonebam.

Remóra, æ, f. 1. *remora, ritardo*, mora, tardatio, omnejd, quod remoratur. *Plaut. Trinum. 1. 1. 16.* Remoram faciunt rei privatæ & publicæ. ¶ Remora item piſciculus eſt in mari, ſpinis, & cruſtis tectus, Græcis ἐχενηὶς, ita dictus, quod nuvem, cui annixus fuerit, remoretur. *Pl. l. 32. c. 1.* E noſtris quidam Latinis remoram appellavere eum. Adde *l. 9. c. 25.*

* Remorámen, inis, n. retardatio. *Ov. 3. Met. v. 556.* al. *revocamina*, al. *alit.*

Remorátus, a, um, ἀνακεβεβλημένος, partic. a remoror. *Cic. ante exil. c. 6.* Calamitas remorata longius ſerpit.

Remorbéſco, is, n. 2. *ammalarſi di nuvvo*, ἀπαυσέω, in morbum recido. *Feſt.*

Remordéo, es, remordi, rſum, a. 2. *rimordere*, נשך, Ger. *vwiederum beiſſen*, Gal. *remordre*, Hiſ. *remorder*, ἀνατρέχω, viciſſim mordeo, eum mordeo, a quo morſus ſum. *Hor. Epod. 6. v. 3.* Quin hoc inanes, ſi potes, vertis minas, & me remorſurum petis? Translate ponitur pro cruciare, ſollicitare. *Lucr. l. 3. v. 840.* Præterritque admiſſa malis peccata remordent. *Virg. 1. Æn. v. 261.* Quando hæc te cura remordet. *Liv. l. 8. c. 4.* Libertatis deſiderium remordet animos.

Remóres, f. 3. aves in auſpicio, quæ ſignificabant mora opus eſſe. *Feſt.* Remores aves in auſpicio dicuntur, quæ actiurum aliquid remorari compellunt. ¶ Tardi homines ab antiquis Remores dicti, ut eſt apud *Publ. Victorem de Orig. Gent. Rom. c. 21.*

* Remoria. V. Remuria.

Remóror, aris, d. 1. *ritardare*, עקב, ענן, Ger. *wviederhinderen, verſaumen*, Gall. *retarder*, Hiſ. *retardar*, ἀνακβάλλω, retardo, retineo, moram alicui affero. *Cic. pro Leg. Manil. c. 14.* Hæ res, quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt. *Ter. And. 4. 3.* Ne quod veſtrum remoret incommodum.

Remôte, adv. *da lungi. Cic. 1. de nat. Deor. c. 31. de ſtellis.* Aliæ propius a terris, aliæ remotius eadem ſpatia conficiunt. ¶ Superlat. *remotiſſime* legitur apud *Aug. l. 12. de Trin. c. 5.*

Remotío, onis, *rimoviments*, מומר, בעור, Ger. *das hinvweg thun*, Gal. *éloignement*, Hiſ. *quitamenzo*, ἀποκένησις, actus removendi. Apud Rhetores remotio criminis eſt, cum id crimen, quod infertur, abs ſe in alium res removere conatur. Id duplieiter fieri poterit, ſi aut cauſa, aut factum in alium transferetur. Cauſa transfertur, cum aliena dicitur vi, & poteſtate factum. Factum autem, cum alius aut debuiſſe, aut poteſtate facere dicitur. *Cic. l. 2. de Inv. c. 29.*

Remótus, a, um, *rimoſſo, allontanato. Liv. l. 2.* Arbitris remotis. *Cic. 7. Ver. c. 31.* Remoto, atque abſegato viro, non liberius, quam ante, &c. ¶ Pro longinquo. pro eo, quod longius abeſt, *rimoto, lontano*, μακρόθυμος. *Cic. 5. Ver. c. 37.* Etiamne hæc tam parva civitas, tam procul a manibus tuis, atque a conſpectu remota? *Id. 2. de Invent. c. 22.* A vulgari intelligentia remotiora ſunt. *Id. 4. Ver. c. 66.* Remotiſſimi ab injuriis Magiſtratus præſidio fœderis. ¶ Translate ponitur pro alieno, abhorrente, experte, &c. *Cic. Att. l. 14. ep. 12.* Accubans apud Veſtorium hominem remotum a Dialecticis, in Arithmeticis ſatis exercitatum. *Id. 3. Ver. A* cupiditate remotus. *Col. l. 12. c. 1.* Femina a viris remotiſſima.

Removéo, es, ovi, otum, a. 2. *rimovvere, allontanare*, נער, חסיר, Germ. *hinvvveg thun*, Gal. *éloigner*; Hiſ. *quitar*, ἀποκινέω, amoveo, aufero, abduco. *Cic. pro Corn. Balb.* Quin removeret oculos, & ſe totum averteret. *Id. l. 16. Fam. ep. 12.* Ut removeat præſidia ex his locis, quæ occupavit. ¶ Translate ſumitur pro alienare, disjungere. *Cic. Att. l. 4. ep. 8.* Quid ſit, quod ſe a me removit, ſi modo removit, ignoro. ¶ Item pro occultare, celare. *Cic. 1. Offic. c. 35.* Quæ natura occultavit, eadem omnes, qui ſana mente ſunt, removent ab oculis. ¶ Item pro abdicare; liberare, relinquere. *Cic. 1. Offic. c. 20.* A negotiis publicis ſe removerunt. *Id. in Orat.* Ne opifices quidem ſe artibus ſuis removerunt. *Idem 5. Ver. cap. 59.* Removere a ſe ſuſpicionem. *Idem 2. Leg. cap. 8.* ¶ Item pro negare. *Cicer. in Brut.* Orationes eum ſcribere aliis cœpiſſe, artem removiſſe, *h. e.* negaviſſe, ullam eſſe artem dicendi. ¶ Removere aliquem a legibus, eſt dejicere eum a ſpe legum ferendarum. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 10.* Hunc Catonem Lentulus a legibus removit. ¶ Removere de medio, eſt clam auferre. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 8.* Multa palam domum ſuam auferebat, plura clam de medio removebat. ¶ Removere ſe, ritirarſi. *Her. l. 2. ſar. 1. v. 71.* a vulgo ſe in ſecreta remorant, pro *removerunt*. *Lucr. l. 3. v. 69.* Effugiſſe volunt longe, longeque remoſſe, pro *removiſſe*.

Remugío, is, n. 4. *rimuggire, muggire all'incontro*, נעה, Germ. *vwiederluen, vwieder hellen und erſchallen*, Gal. *remeugler, retentir*, Hiſ. *bramar retumbando la vuez*, ὠμυκάομαι, mugitum reddo, contra mugio. *Ovid. 1. Met. v. 636.* Ad mea verba remugis. ¶ Translate ſumitur pro reſonare. *Virg. 3. Georg. v.* 45. Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

Remulcéo, es, a. 2. *mitigare*, חבלים, מסר, ὠμαλίω, idem quod mulceo. *Stat. 8. Theb. v. 93.* Corda ſtimulata remulcere. ¶ *Remulcere caudam* dictum eſt a *Virg. 11. Æn. v. 812.* de lupo pavente, pro retrahere, reflectere. Nam *remulcere* proprie eſt remollire. Hujuſmodi autem animalia, item canes, leones, cum irati ſunt, aut impetu aliquid conantur, caudam intendunt, & erigunt: cum refedit impetus, aut ſucceſſit pavor, remolliunt, remittunt, reflectunt.

Remulco, as, *rimurchiare*, משך, *ſυμαλκέω*, eſt remigando e ſcapha grandiorem navim trahere. *Iſid. on.* apud *Non. c. 1. num. 28.* Siqua celeriter ſolvi poterat, in altum remulcando trahitur.

Remulcum, i, n. ſeu remulcus, i, m. *rimurchio*, actus majorem navem trahendi e ſcapha remigando. *Iſid. l. 19. c. 4.* Remulcum exponit funem, qua deligata navis trahitur. *Duletus* putat eſſe naviculam. Sed ejus errorem refellit *Florid. Sabin. Subſeciv. Lect. c. 3. Caſl. l. 3. B.C. c. 40.* Submerſamque navem remulco, multiſque contendens funibus eduxit. Adde *Liv. l. 25

Renixus, Renisus, us, m. *resistentia*, ἀντέρεισις, actus renitendi. *Cels. l. 5. c. 28.* Perventumque esse ad eam ex renixu patet.

Reno, as, n. 1. *ritornare nuotando*, ἀναγκολυμῶ, iterum no, vel natando redeo. *Albinovan. ad Liviam, v. 432.* Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.

* Reno. V. Rheno.

Renodātus, a, um, retro nodis ligatus. *Val. Flac. l. 5. v. 381.* Teque renodatam pharetris, ac pace fruentem Ad sua Caucasea producunt flumina Nymphæ.

Renōdis, de, adj. renodatus, retro nodo constrictus. *Capitol. in Albino, c. 13.* Fuit statura procerus, capillo renodi, & crispo.

Renōdo, as, a. 1. *rannodare*, ἀναδέω, in nodum constringo. *Hor. Epod. 11. in fi.* Aut teretis pueri longam renodantis comam.

* Renosco, is, agnosco, *riconoscere*, יָדַע, הֵבִין, γινώσκω. *Paul. Nolan. car. 15. v. 342.* Vix nota renoscit Alloquia.

Renovāmen, nis, n. idem ac renovatio. *Ovid. 8. Metam. v. 729.* Et in hoc renovamine manfit.

Renovātio, onis, *rinnovazione*, ἀνακαίνωσις, actus renovandi, innovatio, instauratio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 42.* A quo rursum renovatio mundi fieret. *Id. Fam. 11. epist. 18.* Renovatio timoris. *Id. de clar. Or. c. 71.* Renovatio doctrinæ.

Renovātivus, a, um, quod renovat. Renovativum fulgur vocatur, cum ex aliquo fulgure functio fieri cœpit, fi factum est simile fulgur, quod idem significet. *Fest.*

Renovātor, oris, qui renovat, seu restaurat. *Inscript. apud Fabrett. pag. 102.* Renovatori operum publicorum,

Renovātus, a, um, *rinnovato*, ἀνακαινωθείς, partic. a renovor. *Cic. 3. Fin. c. 17.* Sapientes bona præterita grata recordatione renovata delectant. *Id. 2. nat. Deor. c. 23.* Renovatum templum. *Ov. 1. Met. v. 110.* Renovatus ager. *Id. ib. l. 7. v. 217.* Renovata spectus.

Renovello, as, a. 1. *rinnovellare*, ἐπικαινόω, rursum novellum facio, *Col. de arbor. c. 6.* Factis sulcis vinea optime sternitur, atque ita renovellatur.

Renōvo, as, a. 1. *rinnovare*, חָדַשׁ, Ger. *erneuern*, Gal. *renouveller*, Hisp. *renovar*, ἀνακαινόω, instauro, interpolo. *Cic. post red. ad Quir. c. 3.* Qui suo fletu desiderium mei, memoriamque renovaret. *Id. pro Dejot.* Tu vetus hospitium renovare voluisti. *Quint. l. 10. c. 3.* Renovare animum a fatigatione. *b. e.* recreare. *Ovid. 5. Trist. el. 13.* ager renovatur aratro. *Cæs. l. 3. B. G. c. 2.* Renovare bellum. *Hirt. de B. Afric. c. 18.* Renovare animum, *riprender coraggio*. Rursus *Cic. 2. de Or.* renovare, & revocare animum alicujus ad odium. *Id. Phil. 1. c. 11.* Renovare vetus exemplum, *hoc est* repetere, in memoriam reducere.

Renūbo, is, n. 3. rursus nubo. *Tert. l. 1. ad Uxor. c. 7.*

Renudātus, a, um, *spogliato*, *spogliato*. *Apul. l. 2. Milef.* Laciniis cunctis renudata. *Id. l. 8.* Brachiis humero tenus renudatis.

Renūdo, as, a. 1. *spogliare*, *scoprire*, spolio, detego. *Arnob. sub fin. lib. 2.* Tectum, parietes, januas, partesque alias operis renudare, dejicere, affligere. *Martian. Capell. lib. 1. pag. 15.* Septem radiorum coronam renudavit. *b. e.* detexit, ostendique.

Renūdus, a, um, adj. retro nudus. *Tert. de virg. veland. c. ult.* A fronte quidem protectæ, qua autem proprie caput est, renudæ.

Renumĕro, as, a. 1. *rendere*, ἐπιμισθόω, reddo quod ante mihi numeratum fuerat, ut aurum, dotem. *Ter. Hec. 3. 5. 52.* Sin alio est animo, renumeret dotem huc; eat.

Renuntiātio, onis, *pubblicazione*, *relazione*, פַּרְסוּם, הוֹדָעָה, Ger. *verkundung*, Gal. *rapport*, Hisp. *relacion*, ἀπαγγελία, actus renuntiandi, relatio. *Cic. 5. Ver. c. 39.* Cælio renuntiat se dedisse: cognoscite renuntiationem ex literis. *Id. pro Planc. c. 6.* Renuntiatio suffragiorum expectetur. *Id. pro Mur. c. 8.* Non est idem ordo dignitatis, & renuntiationis. ¶ Speciatim renunciatio dicitur testimonii genus, quod vulgo vocant *rapporto*, cujusmodi edere solent architecti, & magistri uniuscujusque opificii, cum opus est, qui propterea publice sacramento adiguntur. *Ulp. l. 1. ff. si mensor falsum modum dixerit.* Nam interest nostra, ne falsamur in modi renuntiatione. ¶ Accipitur quoque pro recusatione ejus rei, quæ in pactum, & promissionem venerat, *rinunzia*. *Ulp. l. verum est, ff. pro socio.* Voluntate distrahitur societas renuntiatione.

Renuntiātor, oris, qui renuntiat. *Tert. de anim. c. 57.* Renuntiator dispositionis infernæ. *Id. de Pal. c. 4.* Renuntiator erroris.

Renuntiātus, a, um, declaratus. *Plin. in Paneg. c. 92.* Tuo judicio Consules facti, tua voce renuntiati sumus.

Renuntĭo, as, a. 1. *riportare*, *riferire*, עָנָה, הֵגִיד, Ger. *verkunden*. Gal. *faire rapport*, Hisp. *renunciar*, ἀπαγγέλλω, est porro, quod actum sit, aut velit aliquis, ut nuntii missi solent de his, ad quæ missi sunt, narrantes, quid egerint, aut viderint, quid agatur, &c. *Cic. 5. Ver.* Fremebat tota provincia, nemo id tibi renuntiabat. *Id. lib. c. 31.* Acta, & imperia tua domum ad Senatum suum renuntiavisti. *Serv. ad Cic. l. 4. Fam. ep. 5.* Postquam mihi renuntiatum est de obitu filiæ. ¶ Sumitur etiam pro contrarium nuntiare. *Senec. 1. de Clem. c. 9.* Renuntiari exemplo amicis, quos in consilium rogaverat, imperavit, *idest* indicari, mutato consilio nihil se eorum opera in præsens usurum. ¶ Aliquando est aperte nuntiare, significare, declarare. *Ter. And. 3. 2. 28.* Id ego jam nunc tibi, here, renuntio futurum. *Id. Pharm. 4. 3. 72.* Renuntiare alicui repudium, *intimare*. *Cic. 2. Ver.* Renuntio, inquit, tibi, te hodiernis comitiis esse absolutum. ¶ Item pronuntiare, recitare, *pubblicare*. *Cic. pro Leg. Man. c. 2.* Nam cum propter dilationem comitiorum ter Prætor primus centuriis cunctis renuntiarus sum. ¶ Item recusare, renuere, *rinunziare*. *Cic. 4. Ver. c. 36.* Atque iste Sthenio vehementer incensus, hospitium ei renuntiat. *Id. 1. de Or. c. 53.* Credo, ne Stoicis renuntiaretur. *Quint. l. 10. c. 7.* Mea quidem sententia civilibus officiis renuntiabit. *Ascon. in Ver.* Renuntiare conductionem, est irritam nuntiare.

Renuntĭus, ii, ἀνάγγελος, qui aliquid iterum nuntiat. *Plaut. Trin. 2. 1. 23.* Cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii.

Renŭo, is, nui, nutum, a. 3. *far cenno di no*, *ricusare*, מָאַן, Ger. *abnicken*, *nicht wollen*, Gal. *refuser faisant signe de la tête*, Hisp. *negar confenas*, ἀρνέομαι, est motu capitis, aliove signo ostendere, sibi aliquid displicere, recusare. *Cicer. pro Cal. c. 11.* Nullum convivium renuere. *Id pro Rabir. Post. c. 13.* Superciliis renuentes. *Ov. Heroid. epist. 17. v. 89.* Oculo renuente negari.

Renūto, as, n. frequentat. a renuo, *Lucr. l. 4. v. 601.* vox per flexa foramina rerum Incolumis transire potest, simulacra renutant.

* Renutrĭo, is, rursus nutrio. *Paul. Nol. ep. 23. c. 9.* receptum domi renutrimus.

Renūtus, us, m. ἀνάδοσις, actus renuendi. *Plin. l. 11. ep. 7.* Ego quoque simili nutu, ac renutu respondere voto tuo possum. Nutu, idest assensu, dum promitto non agere adversus Gallum. renutu, dum *nolo* adesse Gallo adversus Bœticos.

Reor, eris, ratus sum, d. 2. *pensare*, *credere*, חָשַׁב, Germ. *achten*, Gall. *penser*, Hisp. *pensar*, νομίζω, puto, opinor, existimo, censeo. *Cic. 1. Off.* Quod si qui stabilem se gloriam consequi posse rentur. *Id. 2. Off. c. 9.* In quibus virtutes esse remur. *Id. de Harusp. resp. c. 23.* Tum vero est ratus se posse. *Virg. 6. Æn. v. 96.* Quod minime reris. *Lucr. l. 4. v. 41.* Ne fortos animas Acheronte reamur Effugere. *Plaut. Asin. 3. 1. 22.* An tu tibi verba blanda esse aurum rere?

Repăges, um, f. 3. idem ac repagula apud Poetas, teste *Festo*.

Repagŭlum, i, *chiavistello*, *catenaccio*, *sbarra*, *spranghetta alla porta*, בְּרִיחַ, סוּמָא, Ger. *ein riegel*, Gal. *barrière*, Hisp. *tranca*, μοχλός, obex, sive vectis, qui ostio adversus vim opponitur. In ostio enim duo sunt postes, qui cardinibus continentur, & repagulis clauduntur. *Fest.* Repagula sunt, ut Verrius ait, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut ex contrariis quoque oppanganture. *Cic. 6. Ver. c. 43.* Postea convulsis repagulis, effractisque valvis, &c. *Id. ib. Div. c. 34.* Herculis valvæ clausæ repagulis subito se ipsæ aperuerunt. ¶ In stabulis quoque, & paucis obices, quibus armenta coercentur, repagula dicuntur. *Ov. 2. Met. v. 156.* Pedibusque repagula pulsant. ¶ Translate repagulum ponitur pro quovis obstaculo, seu impedimento, ut perfringere repagula juris, pudoris, officii, quod est, nullo respue jure, neque pudore, neque officio a re aliqua abstinere. *Cic. 7. Ver. c. 15.* Ut eadem rerum vi, & auctoritate omnia repagula juris, pudoris, & officii perfringeres. *Id. 2. de nat. Deor. c. 26.* Recludere iram repagulis.

Repandirostrus, a, um, adj. qui rostrum repandum habet, ut decus repandirostrum, *Pacuv.* apud *Quint. l. 1. c. 5.*

Repando, is, a. 3. pando, aperio. *Apul. l. 4. A. A.* Clave subtracta fores januæ repandit,

Repandus, a, um, שָׁחוֹף, ἀνάκυρτος, qui retrorsum patet, recurvum, *reflexum*. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 29.* Quam tu nunquam, ne in somnis quidem, vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. *Plin. l. 14. c. 12.* Repanda cervix.

Repango, is, repegi, & repanxi, repactum, a. 3. *piantare*, idem quod pango. *Col. de arboribus, c. 22.* Ibique semen ferulæ repangito.

Reparabĭlis, & le, o. 3. *reparabile*, נִחְדָּשׁ, נִחְרָשׁ, מוּשָׁב, ἀνακαλυπτός, quod reparari potest. *Ov. Heroid. ep. 5. v. 103.* Nulla reparabilis arte læsa pudicitia est. *Id. 1. Met. v. 397.* damnum reparabile. *Sen. de brevit. vit. c. 6.* Vitam abire, ut rem reparabilem finitis.

Reparatio, onis, f. 3. *rinnovazione*, אִמּוּרָה, Ger. *vviderbringung*, Gal. *reparation*, Hisp. *reparamiento*, ἐπισκευή, actus reparandi, instauratio, renovatio. *Sallust. in Jugur. c. 31.* Sed sane fuerit Regni reparatio plebi sua jura restituere. *Alii legg.* paratio. *Prudent. in hymn. exseq. v. 120.* Mors hæc reparatio vitæ est.

Reparātor, oris, *riparatore*, *rinnovatore*, כּוֹרֵךְ, Ger. *vviderbringer*, Gal. *reparateur*, Hisp. *reparador*, ἀνακαινιστής, qui reparat, instaurator. *Stat. 4. Sylv. 1. v. 11.* Ipse etiam immensi reparator maximus ævi attollit vultus.

Reparātus, a, um, partic. a reparor. *Hor. lib. 1. od. 31.* Dives & aureis Mercator exsiccet culullis Vina Syra reparata merce, *ideſt* empta nummis ex venditione Syræ mercis.

Repărco, is, si, sum, n. 3. *risparmiare*, ἀναφείδομαι, idem quod parco. *Plaut. Truc. 2. 4. 25.* Utinam a principio rei item parsissem meæ, ut nunc reparcis suaviis. ¶ Sumitur etiam pro non parcere. *Lucr. l. 1. v. 668.* Scilicet ex ulla facere id si parte reparcent. Sic legit *Lambinus*. Alii aliter leg. & interpret.

* Reparĭo. V. Repatrio.

Repăro, as, a. 1. *rifare*, *rinnovare*, *ricuperare*, חָדַשׁ, חִדֵּשׁ, בָּרַק, Ger. *vviderbringen*, Gal. *reparer*, Hisp. *reparar*, ἐπισκευάζω, restauro, restituo, in pristinum statum redigo, recupero. *Cic. 5. Ver. c. 86.* Id perdere videbatur, quod alio Prætore eodem ex agro reparare posset. *Liv. l. 30. c. 7.* Reparare bellum. *Plin. in Paneg. c. 77.* Tam assiduus in tribunali, ut labore refici, ac reparari videretur. *Ov. Heroid. ep. 4. v. 90.* requies vires reparat. Sic apud *Hor. l. 1. od. 37.* reparare oras latentes classe cita, *riparare*; loquitur enim ibi Poeta de Cleopatra, quæ noluit post pugnam Actiacam recipere se in ultimas Ægypti oras, easque reparare, ac munire adversus Augustum. *Tac. 3. Annc. 73.* Reparare auxilia, *reclutare*. ¶ Interdum ponitur pro redimere, rursus emere. *Aiſen. liquidam, ſſ. de in rem verſo.* Et his nummis, qui recepti essent, alios reparari.

Reparturiens, entis, iterum parturiens, seu pariens. *Alcim. Avit. l. 6. Poemat. v. 71.* Teque reparturiens melius, quam corporis alvo.

Repastinātio, onis, ἀναβωλοτροφία, actus repastinandi, remissio. *Cic. de Senect. c. 15.* Quid agri fossiones, repastinationesque proferam?

Repastinātus, a, um, nom. ex partic. *Col. l. 3. c. 12.* Repastinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur, nunc antiquitatis imprudens consuetudo quidquid emori soli vineis præparetur, repastinatum vocat.

Repastĭno, as, a. 1. *tornar a zappare*, עָרַר, Germ. *vviderumm hacken*, Gall. *rebiner*, Hisp. *cavar*, ἀναβωλοτροφέω, ἀνορύσσω, iterum pastino, refodio. Repastinari ager is dicitur, ut Verrius existimat (apud *Festum*) cujus natura mutatur fodiendo, cum aut silvester excoditur, aut lapis mollitur frangendo. *Cato* apud *eumd. Fest.* Saxis Sabinis, silicibus repastinandis, atque consterendis. *Col. l. 4. c. 32.* Cum deinde cultus consenuit, repastinandum est. ¶ Repastinare ungues apud *Tertul. de panit. c. 11.* est a fordibus ibi collectis purgare. ¶ Repastinare vitam, pro renovare. *Id de anim. c. 50.*

Repatrĭo, as, n. 1. *ripatriare*, in patriam redeo. *Solin. c. 40.* Cum multi captivorum repatriaverint. Adde *c. 46.*

Repecto, is, a. 3. Quidam Lexicographi legi putant apud *Stat. 6. Thebaid. v. 418.* sed ibi est *reflectit* pro repectit; nec aliter videtur fententia postulare. Inveniturtamen *repexus*, quod vide infra suo loco.

Repĕdo, as, ἀναποδίζω, pedem retrahο, recedo, revertor. *Pacuv.* apud *Fest.* Paullum repeda, gnate, a vestibulo gradum. Adde *Lucil.* apud *Non. c. 2 n. 738.* & *Ammian. l. 24. c. 57.*

Repello, is, uli, ulsum, a. 3. *scacciare*, נָדַף, Germ. *hinvvegſtoſſen*, Gal. *repouſſer*, Hisp. *dejechar*, ἀποδιώκω, retro pello, rejicio. *Cic. post red. in Sen. c. 7.* Tu meum generum, crudelissimis verbis a genibus tuis repulisti. *Id pro Cæcin. c. 12.* Hostem armis repellere. *Id. 1. Fin. c. 9.* Dolorem a se repellere. *Id. pro Sext. c. 17.* Vim vi repellere. *Q. Cic. de petit. Consul. c. 14.* Repellere ab impediendo, & lædendo. *Ovid. Met. 14. v. 377.* repellere preces alicujus. ¶ A Poetis in præteritis quandoque prima syllaba produeitur, *p* litera gemitura. *Virg. 4. Georg. v. 233.* fpretos pede reppulit amnes. Adde *4. Æn. v. 214.*

Rependo, is, rependi, sum, a. 3. *ricompensare*, גָּמַל, שָׁלַם, חָשַׁב, Germ. *vvidergelten*, Gal. *recompenſer*, Hisp. *recompenſar*, ἀνταμείβω, ἀμείβομαι, recompenso, retribuo. *Ov. Her. id. ep. 15. v. 31.* Ingenio formæ damna rependo meæ. *Id. 3. Met. v. 684.* neu gratia facto nulla rependatur. *S. l. l. 17.* Magna repensurus. *Virg. 1. Æn. v. 243.* satis contraria fata rependens. *Propert. l. 4. el. 5. v. 55.* raptæ ne sint impune Sabinæ, Me rape, & alterna lege rependе vices. ¶ *Rependere vota* alicui pro re aliqua, est pro acceptis beneficiis vota facere. *Stat. l. 3. silv. 3. v. 165.* Quas tibi devoti juvenes pro patre renato, Summe ducum, grates, aut quæ pia vota rependant? ¶ Proprie significat emendo persolvere, *sborsare*, *pagare*, nam olim æs appendi solebat, non numerari. *Plin. l. 7. c. 39.* Candaules rex Bularchi picturam, haud mediocris spatii, pari rependit auro, *compero'e peſo d'oro*. ¶ *Rependere pœnas*, est luere. *Sen. Oedip. v. 1030.* Non si ipse divum pater Corusca fæva tela jaculetur manu, Unquam rependam sceleribus pœnas pares.

Repens, entis, *subito*, *improvviſo*, פִּתְאֹם, מְהִירוֹ, פֶּתַע, ἀξαίφνιος, subitus, a *pleno*, *vergo*, *propendeo*. Nam quo quid propendet, eo subito ferrur, ut videmus in lance: unde *ex pondere*, *in momento*. *Cic. 3. Tusc. c. 22.* Repens hostium adventus. *Liv. l. 22. c. 8.* Repens nuntiatur clades. *Id. l. 33. c. 2.* Quantam repens casus coegit. ¶ In obliquis casibus non est valde usitatum. *Tibul. l. 2. el. 5.* fuderunt lacrymas simulacra repentes. *Alii leg.* tepentes. *Lucr. l. 5. v. 401.* Phaetonta repenti fulminis ictu deturbavit. ¶ *Repens*, partic a *repo* V. in *Repo*.

* Rpensātrix, quæ repensat. *Mart. Capell. l. 9. p. 104.*

Repenso, as, a. 1. *compensare*, compenso, retribuo. *Colum. l 3. c. 2.* Id tamen incommodum repensat uvarum multitudine, *Velleſ. l. 2. cap. 12.* videtur bona malis repensasse.

Repensus, a, um, nomin. ex partic. contra pensus, expensus. *Cic. 2. de Orat. c. 67.* Cui pro Gracchi capite erat aurum repensum. *Plin. l. 33. c. 3.* Cum Septimulejus Gracchi familiaris auro repensum caput ejus exciſum ad Opimium tulerit, *comperato a peſo d'oro*.

Repente, adv. *ſubitamente*, *all'improviſo*, פִּתְאֹם, Ger. *ein vvegs*, *flugs*, *au ſtud an*, Gal. *incontinent*, Hisp. *luego*, ἐξαίφνης, subito, statim, a repens, h. e. subitus. *Cic. l. 9. Fam. ep. 12.* Siquidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt. *Id. Phil. 7. c. 27.* Modo egens, repente dives. *Id. 1. Off. c. 33.* Magis decere sensim diffluere, quam sepente præcidere.

* Repentia. V. Repetentia.

Repentīne, adv. repente. *Lactant. l. 1. c. 11.* Qui repentine advenerint.

Repentīno, adv. idem ac repente. *Cic. pro Quinct. c. 4.* Moritur in Gallia Quinctius, cum adesset Nævius, & repentino.

Repentīnus, a, um, *subito*, *improvviſo*, פִּתְאֹם, Ger. *ſchnell*, Gall. *ſoudain*, Hispan. *ſubito*, αἰφνίδιος, subitus, improvisus, a *repente*. *Cic. 1. Off.* Leviora sunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata, & præparata inferuntur. *Id. pro Cluent. c. 62.* Mors repentina. *Apul. de Mundo.* Nimbus quanto repentinior, tanto vehementior. ¶ Homo repentinus, dicitur homo novus, qui subito in hominum cognitionem, famam, commendationemque pervenit. *Cic. in Brut. c. 69.* Ignoti homines & repentini Quæstores celeriter facti sunt.

Repercussĭbilis, le, adj. qui repercuti potest, ut repercussibilis sphæra. *Cal. Aurel. Tard. 3. c. 6.*

Repercussĭo, onis, *ripercoſſa*, Ger. *vviderſchlaug*, Gal. *refrappement*, Hisp. *otra herida*, ἀντιτύπισις, actus repercutiendi, reverberatio. *Sen. l. 7. quæſt. nat. c. 19.* Per repercussionem vicinorum sideruni. Adde *Ulpian. l. 8. ff. si. 2. leg. 17.*

Repercussus, us, m. idem ac repercussio. *Plin. l. 5. c. 5.* Adusto similis, aut Solis repercussu accenso. Adde *Tac. de Germ. c. 3.*

Repercussus, a, um, *ripercoſſo*, ἀντιτετυπισμένος, iterum percussus, reverberatus. *Plin.*

Plin. l. 17. c. 21. Cum vero concreti ademere transitum, repercussa crumpit. *Virg. 8 Æn. v. 22.* Sicut æquæ tremulum labris ubi lumen ahenis Sole repercusso, &c. *Liv. l. 21. c. 33.* Valles clamoribus repercussæ.

Repercutĭo, is, ssi, ssum, a. 3. *ripercuotere*, *ribattere*, הִכָּה, Germ. *vviderſchlagen*, Gal. *rebattre*, *refrapper*, Hisp. *herir otra vez*, ἀντικόπτω, percutientem vicissim percutio, reverbero, reflecto. *Plin. ep. 30. l. 4.* Quod hujus fontis excursum per momenta repercutiat? ¶ Est item pro discutere, dissolvere. *Plin. l. 28. c. 4.* Simili modo & fæcinationes repercutimus. ¶ Item pro refellere convertendo. *Quint. l. 6. c. 3.* Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut elevamus, aut repercutimus, aut eludimus. ¶ Item perstringere. *Senec. epist. 118.* Multa aciem nostram splendore nimio repercutiunt.

Reperĭo, is, i, reperi, ertum, a. 4. *trovare*, מָצָא, Ger. *vviderfinden*, Gal. *trouver*, Hisp. *hallar*, εὑρίσκω, invenio, a pario. Nam repertum dicitur quasi reparum, & denuo in lucem editum. De discrimine inter *invenio*, & *reperio* V. Invenio. *Cic. 1. Ver.* Nulla medicina his tot incommodis reperietur. *Id. de Senect.* Reperio causas, cur misera videatur. ¶ Est item excogitare, fingere. *Plaut. Capt. in. fin.* Hujusmodi paucas poetæ repererunt comœdias. *Ter. Heaut. 3. 2. 22.* Aliquid reperiret, fingeret fallacias, &c. ¶ Sumitur etiam pro aperte deprehendere, cognoscere. *Cic. pro Quinct.* Tamen in ista populatione, & proscriptione bonorum improbissimus reperiebare. ¶ In præteritis Poetæ interdum primam producunt, geminata litera *p*, per Ecthasim, sive Diastolen. *Propert. l. 2. el. 22.* Ah pœcat, quicunque meracas reperit uvas. ¶ In futuro indicativi vereres dicebant etiam *reperibo*. *Plaut. Epid. 1. 2. 48.* Quid illa fiet fidicina igitur? *Ep.* aliqua res reperibitur.

* Reperito, as, *Varr. l. 1. R. R. c. 1.* Indicabo a quibus scriptoribus reperites. al. *reperias*. al. *reperas*.

Repertĭlus, a, um, ut *Civis repertilius* dicitur Cicero in declamatione, quæ tribuitur Sallustio, nullusque est auctoritatis. Alii etiam al. leg.

Repertor, oris, *inventore*, εὑρετής, qui reperit. *Ov. 2. Fast.* Repertori vitis quia sacra parabant. *i. e.* Baccho. Adde *Virg. 12. Æn. v. 829.* & *Quinct. l. 2. c. 16.*

Repertōrium, ii, *inventario*, *repertorio*, מְצִיאָה, ἀπογραφή, index, five commentarius particulatim rerum recensitarum descriptionem continens. *Ulpian. l. tutor, ff. de adm. & peric. tutorum.* Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur, dolo feciſſe videtur.

Repertrix, icis, *inventrice*. *Apul. in Apolog.* Paupertas omnium artium repertrix.

Repertum, i, εὕρημα, res inventa. *Lucr. l. 1. v. 732.* Et exponunt præclara repertа. Adde *vers. 136.*

* Repertus, us, *ritrovamento*, מְצִיאָה, εὕρεσις, inventio. *Apul. l. 11.* Ceres reperta lætata filiæ. *ibid.* solerti repertu.

Repertus, a, um, *ritrovato*. *Ov. 1. Met. v. 651. de Io.* & nivea pendeat cervice juvencæ, Me miserum, ingeminat, tu ne os quæsita per omnes, Nata, mihi terras? tu non inventa reperta Luctus eras levior. *V. Invenio. Lucr. lib. 3. v. 420.* Dulci reperta labore carmina. *Apul. in Apolog.* Per me licet fuerit repertissimus.

Repertorĭa, æ, ἀνάμνησις, recordatio, memoria. *Lucr. lib. 3. v. 864.* Interrupta semel cum sit repetentia nostra. Sic legit *Lambin.* Alii *retinentia*, h. e. cum detimus retineri, esse, manere. Alii *repentia*, h. e. tacitus, & sensim progrediens vitæ cursus. *Arnob l. 2. pag. 61.* Quod rebus ingressis priorum repertorium derrahit.

Reperītus, onis, f. 3. *repetizione*, מִשְׁנָה, ἀπαίτησις, ἐπανάληψις, actus repetendi. Apud Rhetores est Figura verborum per adjectionem, per quam idem vocabulum in principio membrorum, vel inciforum orationis frequenter repetitur. *Auct. ad Her. l. 4. c. 13. Cic. 3. de Or. c. 54.*

Repetītor, oris, ἀπαιτητής, qui repetit. *Ov. Heroid. ep. 8. v. 19.* Sit socer exemplo nuptæ repetitor ademptæ.

Repetītus, a, um, ἐπαναληφθείς, partic. a repetor. *Cic. Att. l. 13. ep. 18.* Deinde cum sommo repetito, simul cum Sole expertectus essem. *Sueton. in Cæs. c. 2.* Rursus repetita Bithynia. *Id. Div. in Ver. c. 22.* Consuetudo longo intervallo repetita *Ov. Heroid. ep. 16. v. 341.* Eequæ repetita per arma. h. e. armis rursus petita. *Ulpian. ff. de damno infecto, l. 15.* Repetita igitur die cavendum erit. *b. e.* die, seu tempore, quod præterierat, revocata, & pro præsenti nominata. *Liv. l. 4. c. 19.* Assurgentem regem umbone resupinat, repetitumque sæpius cuspide ad terram affixit. *b. e.* repercussum.

Repĕto, is, ivi, & tii, itum, a. 3. *raddomandare*, שָׁאַל, שָׁנָה, ἀπαιτέω, rursus peto, sæpius peto. *Cic. pro Planc. c. 41.* Quid me adspectas? quid mea promissa reperis? *Id. Off. c. 11.* Repetere res suas. ¶ Accipitur etiam pro retrorsum petere, resumere, longe sumere. *Cic. 1. de Or.* Reperam non ab incunabulis nostræ vereris, puerilisque doctrinæ quendam ordinem præceptorum, sed ea, quæ &c. *Id. pro Dejot. c. 7.* Repetere memoriam alicujus rei. ¶ Item pro sumere. *Cic. 7. Ver. c. 63.* Ne populus Rom. ab ilto eas pœnas vi repetiſſe videretur. ¶ Item pro referre, repercutere. *Sen. l. 3. de Ira c. 27.* Repetere malum calcibus, & canem morsu. *Suet. in Calig. c. 58.* Vulneribus trigintа confecerunt, nam signum erat omnium repete. *Quint. l. 5. c. 14. de gladiatoribus.* Ut bis cavere, bis repetere oportuerit. ¶ Item pro rursus accusare, in judicium adducere. *Paul. l. reum ff. de accusat.* Et ex integro repetendi reum potestas fiet. ¶ Item pro redire, reverti. *Liv. l. 1.* Quippe vera fuga, qui simulantes paulo ante secuti erant, oppidum repetebant. ¶ Item pro revocare. *Plaut. Truc. 4. 3. 72.* Filium istinc tum te meliùs est repetere. ¶ Item pro renovare. *Cic. 2. Ver. c. 6.* Comitiis factis eadem illa vetera consilia pecunia majore repetuntur. *Id. de Fato, c. 2.* Repetere studia sua. ¶ Item pro revolvere, voluitare, recordari. *Cic. 1. de Or. c. 1.* Cogitanti mihi sæpenumero, & memoria vetera repetenti. *Liv l. 26.* Age contra, quæ illi infeste in nos fecerint, repetite. ¶ Item pro commemorare. *Cic. 4. Acad.* Repetunt jam P. Valerium, qui exactis Regibus primus anno Consul fuit. ¶ Item pro iterare, rursus dicere, *ripetere*. *Quint. l. 1. c. 1.* Quinimo ne primæ quidem memoriæ temere credendum; reperere, & inculcare dia fuerit utilius. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 7.* Repete, næ cœperas, *ripiglia*, *ridi*.

Repetundæ, arum, f. 1. res, quæ repetuntur, seu quarum restitutio poscitur. Crimen repetundarum fuit crimen Magistratus, qui in provinciam cum potestate missus pecuniam in usum privatum a provincialibus accepiſſet. Nomine pecuniæ intelligunturnon solum nummi, sed etiam omnia, quibus divitiæ constant, ut vasa pretiosa, statuæ, picturæ, vestes, frumentum, navigia, &c. Cæterum lege Julia hoc crimine etiam Magistratus urbani accusabantur, siqui in aliqua curatione pecuniasea cepiſſent jtem Judices, si pecunias cepiſſent ob judicandum, &c. Quod ad vocem attinet, participium, seu gerundium est, sub quo *pecuniarum*, vel *rerum* intelligere oportet. Est autem *repetundarum* more antiquo pro *repetendarum*. *Quint. l. 4. c. 2.* Repetundarum insimulari. *Sust. in Cæs. c. 43.* Repetundarum convinci. *Tac. 4. Ann. c. 19.* Repetundarum criminibus hærere. *Id. 3. Ann. c. 38.* Potuisse aliquem repetundis. ¶ *Cicero* fere addit *pecuniæ*, ut *pro Cluent. c. 53.* Lege pecuniarum repetundarum non teneri. Et *de clar. Or. c. 27.* L. Piso legem primus de pecuniis repetundis tulit. Et rursus *pro Cluent. c. 37.* Reperere rationem ab aliquo de pecuniis repetundis.

Retrorsus, a, um, o. 1. *volto a dietro*, פנות אחור, ὀπισθοφανὴς, retro conversus. *Plin. l.* 16. *c.* 9. Atque ita retrorsa manu ter dicat, &c. *Apul. l. 2. de Aſino.* Denique sæpe retrorsa respiciens subsistit. *Tertull.* comparativum formavit, *Apol. c.* 19. Retrorsiores omnibus vestris sapientibus, *h. e.* antiquiores. Alii leg. *retroſores* eodem sensu.

Retrorsus, adv. idem ac retrorsum. *Plin. l.* 6. *c.* 35. Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur ducenta viginti millia. *Sil. l.* 11. *v.* 512. Cedentem impellit retrorsus in æquora pontum.

Retrospĭcio, is, a. 3. *guardare indietro*, rispicio. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. Orientis orbem Sol retrospiciens.

Retrotrimēter versus est senarius inversus, apud *Quint. l.* 9. *c.* 4.

Retroversim, adv. &

Retroversus, adv. idem ac retrorsum. *Petron. in fragment. Tragur.* Retroversus crescit, tamquam coda vituli. *Claud. Mamert. l.* 1. *c.* 7. Retroversim cedere.

Retroversus, a, um, adject. *volto all' indietro. Ovid. 4. Met. v.* 655. Ipse retroversus squalentia prodidit ora. *Lactant. l.* 1. *c.* 16. Argumentum retroversum idem valet.

Retrūdo, is, si, sum, a. 3. *ὠθέω*, retrorsum trudo. *Plaut. in Epid.* 2. 2. 64. Quasi retruderet hominum me vis invitum.

Retrūsus, a, um, nom. ex partic. retro, seu clam conjectus. *Cic. Ver. 1. c.* 3. Simulacra jacent in tenebris, ab isto retrusa, atque abdita. Adde 1. *de Orat. c.* 19.

Retundo, is, retundi, retusum, a. 3. *ripercuotere*, קהה, ἀμβλύνω, est repercutere cuspidem, vel aciem alicujus rei sui nimio, vel alia ratione perstringere, atque hebetare. *Plin. l.* 16. *c.* 4. Quod citissime ascias retundat. ¶ Translate sumitur pro reprimere, vanum, & irritum reddere. *Cic. 3 Catil. c.* 1. Iidemque gladios in Rempublicam districtos retudimus. *Id. pro Cluent. c.* 44. Ne censorium stylum, cujus mucroneum multis remodiis majores nostri retuderunt. *Id. Att. l.* 16. *ep.* 14. In præsentia belle iste puer retundit Antonium. *Idem Fam.* 12. *ep.* 14. Retundere improbitatem alicujus.

Retunsus, a, um, nom. ex particip. a retundo, percussus, obtusus, perstrictus. *Plaut. Pſeud.* 4. 4. 8. Quam diu mihi cor retunsum est oppugnando pectore!

Retūro, as, a. 1. aperio. *Vitr.* apud *Non. c.* 4. *num.* 330. Pueri obscœnis verbis novæ nuptæ aures retutant. Quo loco ad veterum respexit consuetudinem, qui, simul ac virgo nupta deducta est prætextam ad Fortunam Virginalem, pueris permittebant, ut coram ea obscœna verba proferrent: ante vero Veneris vocabulis acerbæ virginis aures imbuere non licebat. Alii aliter legunt.

Retŭsus, a, um, *ottuſo*, קהה, ἀμβλυωθείς. Ut aliæ ferro scalpi non possint, aliæ non nisi retuso. ¶ Translate sumitur pro hebeti, minime perspicaci. *Cic. 1. de Div. c.* 36. Aliæ, quæ acuta ingenia gignant, aliæ, quæ retusa.

Revalesco, is, lui, n. 3. *risanarsi*, חיה, Ger. *vvider geſund vverden*, Gal. *recouvrer la ſanté*, Hisp. *reconvalecer, ἀναῤῥώνυμι*, ad sanitatem redeo. *Gel. l.* 16. *c.* 13. Quod in eorum finibus, sub ipso oppido, ex capitali morbo revaluisset. *Ovid. epiſt. ult. Heroid. v.* 231. Ne tamen ignores, ope qua revalescere possis.

Revanesco, is, nui, n. 3. *ἀναφανίζομαι*, iterum evanesco, & in nihilum redigor. *Ovid. l.* 2. *Amor. eleg.* 9. Animique revanuit ardor.

Revectus, a, um, partic. a revehor. *Liv. l.* 7. Cum Consul vulnere alligato, revectus ad prima signa, Quid stas, miles? inquit.

Revĕho, is, xi, ctum, a. 3. *riportare*, חבא, סבל, Germ. *vvidervum fuhren*, Gal. *ramener*, Hisp. *traher atras, ἀνακομίζω*, refero, reduco. *Plin. lib.* 12. *c.* 17. Ex Syria revehunt styracem. *Liv. l.* 31. *c.* 70. Nequis reveheretur inde ad prœlium. *Cic. in Brut. c.* 63. Sed ad paulo superiorem ætatem revecti sumus, *ideſt* incidimus in sermonem de superiore ætate.

Revelatio, onis, *lo ſvelare, ἀνακάλυψις*, actus revelandi, seu detegendi. *Arnob. l.* 5. *pag.* 182. Revelatio pudendorum.

Revelātor, oris, *chi rivela. Tertull. l.* 4. *adv. Marcion. c.* 25.

Revelatorius, a, um, adject. ad manifestandum aptus. *Tertull. de anim. c.* 47.

Revelatus, a, um, nom. partic. *ſvelato. Ovid. Faſt. 6. verſ.* 619. Ore revelato qua primum luce patebit.

Revello, is, revelli, & revulsi, revulsum, a. 3. *eſtirpare*, נתש, Germ. *abreiſſen*, Gall. *ôter ô force, arracher*, Hisp. *arrancar, ἀνασπάω*, vellere, avellere, auferre, detrahere. *Cic. 6. Ver. c.* 11. Nec prius illam crucem revellistis. *Id.* 13. *Philip. cap.* 12. Cujus totus Consulatus est ex omni monimentorum memoria revulsus. *Id. in Piſon. c.* 11. Revellere tela de corpore reipub. *Liv. l.* 5. *c.* 21. Pars claustra portarum revellunt. ¶ Pro altero præterito *revulſi* afferuntur duo loca *Ovidii Heroid. ep.* 6. *v.* 104. & *Metam. 8. v.* 585. Utrobique tamen al. leg. *revelli*.

Revēlo, as, a. 1. *rivelare, diſcoprire*, גלה, Germ. *entdecken*, Gall. *decouvrir*, Hisp. *deſcubrir, ἀνακαλύπτω, ἀποφαίνω*, detego, denudo. *Tertul. Apol. cap.* 7. Tempus omnia revelat. V. *Revelatus*.

Revendo, is, *rivendere*. *Ulpian. Dig. lib.* 38. *p.* 2. *leg.* 37. Quoties operas liberto revendiderit.

Revenĕo, is, n. 4. rursus venum exponor. *Leg. 5. ff. de leg. commiſſor.* Sed si fundus revenisset. Alii leg. *si fundum revocasset*.

Revenio, is, veni, entum, n. 4. *ritornare*, ἐπανέρχομαι, retro venio, redeo, revertor. *Cic. 1. de Orat. c.* 38. Cum miles domum revenisset.

* Reventus, us, m. 4. *ritorno*, ritus, תשובה, ἐπανελθόντος *Suevius ap. Macrob. Sat.* 2. 14. suo post inde reventu, Hoc genus arboris in prælaris finibu' Grajis Differuere. Revēra. V. *Res*.

Reverbĕro, as, a. 1. *ἀντιτυπέω*, repercutio. *Sen. l.* 2. *de Clem. c.* 5. Omnem fortunæ imperum reverberabit, & ante se franget.

Reverecunditer, adv. reverenter. *Enn.* apud *Priſcian. l.* 15.

Reverendus, a, um, *venerando*, נורא, αἰδέσιμος, dignus reverentia. *Claudian. in VI. Conſul. Honor. v.* 599. Canities reverenda. *Ov. in Ibin, v.* 73. Noxque tenebrarum specie reverenda tuarum. ¶ Superlat. *reverendiſſimus* legitur in *Cod. Juſt. l.* 1. *tit.* 56. *lege* 8. *qua eſt Impp. Honor. & Theodoſ.*

Revērens, entis, o. *riverente*, יראי, αἰδήμενος, qui defert, five dat honorem. *Ov. 1. Met. v.* 233. Aut illa reverentior ulla Deorum. *Plin. l.* 6. *ep.* 17. Quamquam quis uno non te reverentior hujus operis? *Id. l.* 10. *ep.* 28. Et industrius, & reverentissimus mei.

Reverenter, adv. *riverentemente*, ביראה, ἀλαθῶς, cum reverentia, honorifice. *Plin. l.* 7. *ep.* 31. Idem quam reverenter, quam fideliter amicos colat. *Suetan. in Oth. c.* 9. Peregrinarum cæremoniarum sicut veteres ac præceptas reverentissime coluit, ita cæteras contemptui habuit. Rursus *Plin. in Paneg. c.* 25. Quæ quidem reverentius fuerit referenda.

Reverentia, æ, *riverenza*, αἰδώς, ἀλαθεία, יראה, כבוד, honor, quem tam verbis, quam factis alicui exhibemus, ingenuus quidam pudor cum observantia quadam conjunctus, qualis est minorum natu erga majores, & civium erga Magistratus. *Cic. 5. Off. c.* 28. Adhibenda est igitur quædam reverentia erga homines.

Reverĕor, eris, ritus sum, d. 2. *temere*, כבד, יראי, Germ. *einen forchten und in ehren halten, ſcuht und her bervveiſen*, Gal. *revérer, craindre & honorer*, Hisp. *tener en reverencia, αἰσχύνομαι*, idem ac vereor, timeo. *Ter. Phor. 2. 1. 3.* Age, mitto imperium; non simulratem meam revereri? *Id. Hec. 3. 1. 20.* Adventum tuum ambas scio reveriturus. ¶ Fere fumitur pro honorare, honorem alicui deferre, *riverire, onorare, αἰδεῖσθαι*. *Cic. 2. de Invent. c.* 22. Observantiam, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reveremur, & colimus. *Auſt. ad Heren. l.* 4. *c.* 17. Virtutem revereri. ¶ Impersonaliter, & *cum* genit. *Var.* apud *Non.* Non te tui saltem pudet, si nihil mei reveretur?

Re-

Revergo, is, a. 3. *rivolgere. Claud. Mamert. inter epiſt. Sidon. l.* 4. *num.* 2. Quin illum in aliorum commoda revergat.

Reverro, is, a. 3. rursus, vel probe verro. *Plaut. Stich. 2. 3. 64.* Reverram hercle hoc, quod convenit modo.

Reversio, onis, *ritorno*, תשובה, Germ. *vviderkommung*, Gall. *retour*, Hisp. *vornada atras, ἀνακορὴ*, actus revertendi, reditus, regressio. *Cic. 1. Phil. c.* 1. Exponam vobis breviter consilium & profectionis, & reversionis meæ. ¶ *Reversio, & reditus* nonnihil differre videntur, quia reversio est, cum regreditur, antequam eo perveniamus, quo animum intenderamus; reditus est, cum cœptum iter absolvimus. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 7. Dii immortales, quam valde ille reditu, vel potius reversione mea lætatus effudit illa omnia, quæ tacuerat.

Reversŏ, as, a. 1. *rivolvere*, iterum verso. *Auguſt. Confeſſion. l.* 6. *in fin.* Versa, & reversa in tergum, & in latera.

Reversus, a, um, nom. partic. *ritornato. Manil. l.* 5. *v.* 464. Sol reversus. *Ceſil. l.* 6. *B. G. c.* 42. Reversus ille indicavit.

Reverticŭlum, i, reversio. *Apul. l.* 4. *Florid.* Solis annua reverticula.

Reverto, ĭs, ti, sum, n. 3. idem ac reverter. Sed parum extra præterita usitatum est. *Cic. Att. l.* 8. *ep.* 1. Ipse ne quo inciderem, reverti Phormias. *Id. lib.* 3. *Fam. ep.* 10. Conficendens jam navem Epheso Laodiceam revertit. *Id.* 3. *Offic. c.* 10. Ut si ille non revertisset. *Id. pro Roſc. Am. c.* 9. Legari Ameriam re inorata reverterunt. ¶ In præsenti tempore, *Pompon. apud Non. c.* 17. *n.* 68. Cœnam quæritat, si eum nemo vocat, revortit mœstus ad me. ¶ Translate *Ovid. lib.* 1. *de ar. am. verſ.* 340. Pœna reversura est in caput ista tuum. ¶ Ponitur & pro revolvere, reputare. *Id.* 1. *Tuſc. cap.* 30. Dubitans, circumspectans, hæsitans, multa adversa reverterem.

Revertor, eris, ersus sum, d. 3. *ritornare*, שוב, Ger. *vviderumkehren, vviderkommen*, Gall. *retourner, revenir*, Hisp. *tornar atras, ἀνέρχομαι*, redeo, quasi ferro verto. *Cic. pro Mur. c.* 41. Unde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reverteri. *Terent. Heaut. 1. 1. 70.* Domum revertor mœstus. *Hirt. de B. Hiſp. cap.* 13. Cum in oppidum reverti essent. *Plaut. Pœn. prol. v.* 79. Reverti rursus. ¶ Sæpe translate sumitur pro rem, de qua dicere cœperamus, resumere. *Cic. 2. Fin. c.* 32. Sed ut ad propositum revertamur. ¶ Accipitur etiam pro recuperare, recipere. *Cæſ. l.* 1. *B. G.* Jamque eum ad sanitatem reverti arbitrabatur. ¶ Item pro referre, redundare. *Cic. de Invent. cap.* 56. Quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum revertitur.

Revestio, is, a. 4. *rivestire*, rursus vestio. *Tertul. l.* 5. *carm. adv. Marcion. c.* 5. Et jam despectum victor sua luce revestit.

* Revestītus, a, um, *rivestito*, עור לבוש, ἐπαμφιδύσιμος. *Tertul. lib.* 5. *carm. adv. Marcion. c.* 5. *in fin.*

* Revibratio, onis, *f. riverbero*, lucis repercutio. *Hygin. poet. aſtr. lib.* 3. *c.* 14. Lunam solis lumine accepto, lucere revibratione.

* Revibrātus, us, revibratio. *Capell. l.* 2. *p.* 27.

* Revibro, as, *riverberare, ripercuotere*, repercutio, ἐπαναχρέω, ἀπανακλάω, חשיב. *Capell. l.* 2. *p.* 41. fulgoris radios revibrare.

* Revictŭo, onis, refutatio. *Apul. de doctrin. Platon. l.* 3. harum propositionum revictio confirmat alteram.

Revĭdus, a, um, nom. partic. a revinco. *Liv. lib.* 6. *c.* 26. Crimina revicta rebus, verbis confutare nihil attinet, *h. e.* purgata, soluta. *Id. l.* 40. *c.* 16. Ut omnibus appareret, noctis proximæ crimen facile revictum.

Revīdeo, es, a. 3. *rivedere. Plaut. Trin. a.* 2. 65. Nunc ad heram revidebo, *h. e* rursus ad heram accedam.

Revigĕo, es, n. 2. rursus vigeo. *Cic. Tuſc. l. c.* 16. Multaque flaccida post reviguit Pythagoreorum nomen. Ita legit *Non. c.* 9. *n.* 12. Alii *ſic viguit*.

* Revigesco, is, rursum vigere incipio. *Juvenc. l.* 2. *Hiſt. Evan.* revigescere certum est.

Revilesco, is, n. 3. *divenir vile*, vilis fio. *Sen. de tranq. vit. c.* 15. Ne admota oculis virtus revilescat.

* Revincibĭlis, le, adject. *che ſi può convincere. Tertul. de reſur. carn. c. ult.* Materiæ istidem sacris literis revincibiles.

Revincio, is, nxi, nctum, a. 4. *legare*, אסר, Germ. *vviderbinden, dahinden binden*, Gall. *relier*, Hisp. *atar, ἀνδέω*, idem ac vincio, vel vero revincio, vel vehementer, & arcte vincio. *Properti. 3. eleg. 12. v.* 21. Latus ense revincit. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 23. Revinciuntur introrsus, & multo aggere vestiuntur. *Catul. carm. 60. v.* 33 Revincire mentem amore. ¶ Significat etiam solvere, *slegare. Col. lib.* 12. *cap.* 8. Num villicus aut alligaverit quempiam domino nesciente, aut revinxerit.

Revinco, is, ici, ictum, a. 3. *convingere, ἐξελέγχω*, convinco, confuto. *Cic. pro Arch. c.* 6. Numquam enim hic reque fuo, neque amicorum judicio revincetur. *Gel. l.* 6. *c.* 2. Cum in culpa, & maleficio reviti sunt. *Liv. l.* 6. *cap.* 26. Revincere crimen. V. *Revictus*.

Revinctus, a, um, *ben legato. Cæſ. lib.* 3. *B. G. c.* 13. Anchoræ pro funibus ferreis catenis revinctæ.

Revĭrens, tis, nom. partic. *riverdeggiante. Albinovan. de morte Mecen. v.* 213. Redditur arboribus florens revirentibus ætas.

Revirēſco, is, rexirui, n. 3. *riverdeggiare*, אמת, Germ. *vvider gruen*, Gal. *reverdir*, Hisp. *reverdecerſe, ἀναθάλλω*, iterum viridis fio, ad pristinam viriditatem revertor. *Colum. l.* 2. *c.* 1. Nec revirescere, nec repubescere potest. *Ovid. 2. Metam. v.* 408. Læsaque jubet revirescere sylvas. ¶ Translate sumitur pro revivíscere, renasci, renovari. *Cic. de Prov. Conſ. c.* 14. Impolitæ vero res, & acerbæ, si erunt relictæ, quamquam sunt absciſſæ; tamen efferent se aliquando, & ad renovandum bellum revirescent. *Id. Att. l.* 15. Ille enim nimquam revirauiſſet.

* Revisceratio, visceram reparatio. *Tertull. de reſ. carn. c.* 30.

Revisio, onis, *il rivedere. Claud. Mamert. inter epiſt. ad Sidon. l.* 4. *n.* 2. Revisionis potestas multis modis intercluditur.

Revisito, as, a. 1. freq. a revisŏ. *Plin. l.* 17. *c.* 3. Nundi-is urbem revisitabant.

Revīso, is, si, sum, a. 3. *ritornare a vedere*, פקר, Germ. *vviderum gehen zu ſehen od. heimzuſuchen*, Gal. *retourner a voir*, Hisp. *tornar otra vezer ver, αὐτοπτέω*, *ἐπισκέπτομαι*, redeo, ut videam, redeo ad videndum. *Cic. Att. l.* 1. *epiſt.* 14. Revisemus aliquando. *Id. pro Quinct.* Hic, cum rem Gallicanam cuperet revisere. *Gel. l.* 13. *cap.* 29. Cum valebo ab oculis, revise ad me. *Lucret. l.* 2. *v.* 360. & crebra revisit ad stabula.

Revivificātus, a, um, adject. ad vitam revocatus. *Tert. de reſur. carn. c.* 19.

Revivíscens, entis, o. 3. partic. a revivisco. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 4. Ut speciem aliquam videret videre quasi reviviscentis Reipublicæ.

Revivísco, is, n. 3. *tornar in vita, risuſcitare*, חיה, קם, Ger. *vvider rum lebendig vverden*, Gal. *revivre, renouvrer la vie*, Hisp. *tornar a vivir, αὐτοβιόω*, rursus vivus fio, ad vitam redeo. *Cic. 4. Fin. c.* 22. Quid si reviviscant Platonici illi, & deinceps illi, qui auditores eorum fuerunt. *Plin. l.* 11. *c.* 28. Nullis eorum pennæ reviviscunt avulsæ. ¶ Translate ponitur pro renasci, & ad pristinum statum redire. *Cic. 7. Phil. c.* 1. Senatum dolente ad auctoritatis pristinæ ipsum revivíscere. *Id. de Aruſp. c.* 23. Posteaquam revivíscere memoriam ac desiderium mei vidit.

Revīvo, is, ixi, ictum, n. 3. *tornar a vivere*. Habet sum aliquem in præteritis; cæterum pro eo *reviviſco* usurpatur. *Ovid. 1. de Ront. eleg.* 4. Et jam deficiens sic ad rua verba revixi. *Cic. in Piſon. c.* 27. Avum suum revixisse putat. *Id. Att. 6. ep.* 2. Omnes suis legibus ipse revixerunt.

Revnctor, oris, is, cujus ministerio utuntur Medici, qui jatroleptices, idest unctoriam Medicinam exercent. Patavini nostri per jocum vocant *ſcalda e. peta. Plin. l.* 29. *c.* 1. Reunctoribus quoque Medicorum, ac mediastinis vectigal invenit.

Revocabĭlis, & le, o. 3. quod potest revocari. *Ovid. 6. Metam. v.* 264. Cum jam revocabile telum Non fuit. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 488. revocabile damnum, *h. e.* reparabile.

Revocāmen, inis, n. idem ac revocatio. *Ovi. Faſt. v.* 561. Accipio revocamen, ait.

Revocatio, onis, *richiamo, ritorno*, תשובה, ἀνάκλησις, actus revocandi. *Cic.* 13. *Phil. cap.* 7. Receptui signum, aut revocationem a bello audire non possumus. *Id.* 3. *Tuſc. cap.* 15. Avocatione a cogitanda molestia, & revocatione ad contemplandas voluptates.

Revocātor, oris, qui revocat. *Quinct. declam.* 10. *ſub fin.* Magus revocator animarum.

* Revocatorius, a, um, adject. ad revocandum, seu extrahendum pertinens, ut emplastrum revocatorium, *Theodor. Priſcian. l.* 2. *c.* 32.

Revocātus, a, um, *richiamato*, שוב, ἀνακεκλημένος, rursus vocatus. *Cic.* 3. *Agr. c.* 1. Qui provocati a me venire noluerunt, revocati saltem revertantur.

Tom. II. Gg deos-

derogarum. sacerdotem igitur creari placuit, quem, quo minus illi auctoritatis deesset, Regis nomine decorarunt, *Sacrorum Regem* appellantes. Subjecerunt tamen Pontifici Maximo, ne, si nullius dictioni fuisset suppositus, jam exacti Reges reducti esse viderentur, vel crederentur. *Cic. de Aruspic. resp. cap. 6.* Lucius Claudius rex sacrorum. *Liv. l. b. 2. cap. 2.* Regem sacrificulum creant. ¶ In rebus inanimis rex dicitur, qui aliqua re supra cætera excellit. *Virgil. 1. Georg. v. 482.* Fluviorum rex Eridanus.

R A N T E H.

Rha, æ, m. 1. *la Volga*, fl. ingens Sarmatiæ, supra Pontum, & Bosphorum Cimmerium, qui aliis receptis fluminibus, in mare Caspium se exonerat, tanta vi aquarum, ut ad 50. M. P. illud dulce reddat, teste Sigismundo Erbestenio. A licubi accedit ad Tanaim fl. ad 7. leucas. In ripis hujus fluminis nascitur nobilis illa radix, quam rha Ponticum vocant. V. *Ammian. l. 22. c. 16.*

Rha, æ, *ῥᾶ*; radicis genus. Sic vocatur a Rha fluvio, juxta quem crescit. *Amm an. Marcel. l. 22. c. 16. Plin. l. 27. c. 12.* thacomani vocat. *Celsus* radicem Ponticam appellat. Itali vocant *rapontico*, & *reuponzico*.

Rhabdos, f. *ῥάβδος*, Græce est virga. In meteoris est ad virgæ rigorem per longum colorata nubecula, ut air *Apulej. de Mundo*.

Rhacinus, i, m. *pilcis* pulli coloris, memoratus ab *Ovid. in Halieut.* ut testatur *Plin. l. 32. c. ult.*

Rhacòina, æ, f. herbæ species, eadem, quæ rha. *Plin. lib. 27. c. 12.* Rhacoma affertur ex his, quæ supra Pontum sunt, regionibus. Radix costo nigro similis, minor, & rubor pallo, sine odore, calfaciens gustu, & astringens, &c.

Rhadamanthus, i, *ῥαδάμανθος*, filius Jovis, & Europæ, frater Minois, Legumlator Cretensium una cum fratre. Regnasse dicitur in Lycia. Justissimus fuit. Hinc a Poetis judex inferorum fingitur. *Virg. 6. Æn. v. 566.* Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna. ¶ In 3. declinat. *Plaut. Trin. 4. 2. 83.* Illum reliqui ad Rhadamanthum.

Rhadine, es, f. *ῥᾳδινή*, gracilis, tenella, de puella dictum a *Lucr. lib. 4. v. 1160.*

Rhæti, m. 2. *Grigioni*, pop. Rhætiæ. *Horat. l. 4. od. 4. & 14.*

Rhætia, æ, *Ῥαιτία*, regio Europæ, quæ ut ille. 2. Ptolemæus refert, ab Occ. limites habet montem Adulam, & fontes Danubii, & Rheni, ab Or. Lycum fl. qui in Danubium exit, & Rhætiam a Vindelicia dividit, a Sept. Danubium, a Mer. Alpes, supra Galliam Cisalpinam. Rhætia recens continet tantum partem Occidentalem Rhætiæ propriæ, ubi Grisones. *Claudian. de Bel. Get. v. 330.* Prominet Hercinie confinis Rhætia silvæ. V. *Plin. l. 3. c. 20.*

Rhæticus, a, um, adject. a Rhætia, ut Rhætica juga, *monte Braulio*, montes, qui ad Insubrum, & Cenomanorum confinia extenduntur. ¶ Rhæticum vinum, *Suet. in Aug. c. 78.* Sic Rhætica (*vel* Retica) vitis, *Colum. l. 3. c. 2.*

Rhagades, dum. gen. fœm. *ῥαγάδες*, & rhagadia, um, dicuntur fissuræ in partibus mollioribus, ut in labiis, in pedibus, in ano, & pudendis. *Plin. l. 23. c. 4.* Attrita sanat & furfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos. *Id. lib. c. 7.* Arboris ipsius cinis ex melle sedat rhagadas.

Rhagion, n. 2. *ῥάγιον*, parvus acinus, apud Græcos. Hinc & genus aranei. *Plin. l. 20. c. 4.* Vocatur & rhagion acino nigro similis, ore minimo sub alvo, pedibus brevissimis tamquam imperfectis, &c.

Rhamnenses, Rhamnes, V. *Ramnenses*.

Rhamnos, i, f. *ramno*, אטר, קוץ, *ῥάμνος*, genus rubi albi. *Plin. lib. 24. c. 14.* Inter genera ruborum rhamnos appellatur a Græcis, candidior, & fruticosior. Is floret, ramos spargens rectis aculeis, non, ut cæteri, aduncis, foliis majoribus, &c.

Rhamnus, untis, f. 3. *ῥάμνος*, pagus Atticæ, in Tribu Æantide, inter Athenas, & Chersonesum, insignis Amphiarai templo, & Nemesis simulacro. *Plin. lib 4. c. 7. & l. 36. c. 5.* ¶ Rhamnus item opp. & portus Cretæ, in occidua parte, inter Phalasarnam, & Chersonesum. *Plin. l. 4. c. 12.*

Rhamnusis, idis, f. idem ac Venus Rhamnusia, ideſt Nemesis. *Ov. 14. Met. v. 694.* Memoremque time Rhamnusidis iram.

Rhamnusius, a, um, *ῥαμνούσιος*, quod est ex Rhamnunte, vel ad Rhamnuntem spectat. *Ter. Andr. 5. 4. 26.* Hoc certe scio, Rhamnusium se ajebat. ¶ Rhamnusia Venus, seu Rhamnusia simpliciter, eadem, ac Nemesis, Dea indignationis, quæ etiam Adrastia a Xenodoto vocatur, quæ ab iis pœnas repetere existimabatur, qui præfectibus bonis se indignos præbuissent. Hinc cum Narcissus fortunæ bonitate abuteretur superbius, adversus eum hæc Dea indignata esse dicitur, ex quo ille a se ipso interiit. Hujus simulacrum Agoracritus Parius Phidiæ discipulus fecit. Cum certavissent inter se Agoracritus, & Alcamenes Atheniensis, ambo discipuli Phidiæ, in Venere facienda, Alcamenes vicit, non opere, sed civitatis suffragiis contra peregrinum populari suo faventis. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemesin: Id positum est in Rhamnunte pago Atticæ. M. Varro omnibus signis prætulit. *Plin. lib. 36. c. 5. Ovid. l. 5. Trist. el. 8.* Exiget at dignas ultrix Rhamnusia pœnas.

Rhapion, i, n. herba, eadem quæ leontopetalon. *Plin. l. 27. c. 11.*

Rhaphānus, V. *Raphanus*.

Raphius, ii, m. 2. idem quod chaus, animal effigie lupi, pardorum maculis. *Plin. l. 8. cap. 19.* Pompeji Magni primum ludi ostenderunt chaum, quem Galli rhaphum vocabant, effigie lupi, pardorum maculis.

* Rhapisma, atis, n. 3. alapa, ictus, *ῥάπισμα*. *Cod. just. 8. 49. 6.*

Rhapsodia, æ, *ῥαψῳδία*, contextura carminum, præsertim heroicorum, liber versuum, a *ῥάπτω*, *consuo*, & *ᾠδή*, *carmen*. Ita appellata sunt carmina Homeri, quia cum ante dissipata essent, disjectaque, a Pisistrato, vel filio ejus Hipparcho in libros, seu rhapsodias digesta sunt, ut *Cicero* scribit *lib. 3. de Or. cap. 34. Nepos in Dion. c. 6.* Versum Homeri rètulit ex secunda rhapsodia.

Rhea, æ, f. 1. *ῥέα*, filia Cæli, & Terræ, quæ aliis nominibus dicitur Cybele, Berecynthia, &c. V. *Cybele*. ¶ Rhea Silvia, filia Numitoris regis Albanorum, mater fuit Romuli & Remi. *Liv. 1. c. 4.*

Rhebas, æ, m. fluvius ad fauces Bosphori. *Plin. l. 6. c. 1.*

Rhectæ, arum, terræ motus, quibus terra frangitur, a *ῥήγνυμι*, *frango*. *Apul. de Mundo*.

Rheda, æ, f. *cocchio, carretta*, Ιμ, Germ. *wagen, kutschen*, Gal. *coche, chariot*, Hisp. *coche*, *ῥαιδίον*, *ῥαιδίον*, *ἁμαξος*, carruca, genus leviculi currus quatuor rotarum ad gestandum homines idonei. Est vox Gallica, teste *Quintil. l. 1. c. 5 Cic Attic. l. 5. ep. 17.* Hanc epistolam dictavi sedens in rheda, cum in castra proficiscerer. *Cæsil. l. 1. B. G. c. 51.* Omnemque aciem suam rhedis, & carris circumdederunt. Rhedarius, ii, *ἁμαξηλάτης*, auriga, rector rhedæ. *Cic. pro Mil. c. 10.* Adversi rhedarium occidunt. ¶ Item qui rhedas facit. *Capitolin. in Maxim. & Balbin. c. 5.* Pater fuit faber ferrarius, vel ut alii, rhedarius vehicularius fabricator.

Rhedarius, a, um, quod ad rhedam spectat, ut Rhedarius mulus, qui rhedam ducit. *Var. l. 3. R. R. c. 17.*

Rhedònes, seu Redones, m. 3. pop. Galliæ Celticæ, in Aremoricis, in Britannia minore, versus Cenomanos, quorum urbs item Rhedones, seu Redones, seu Rhedonæ, & Condate Rhedonum, hodie *Rennes*, vel *Rennes*; ad Vidanam fl. *Cæs. l. 7. B. G.*

Rhegìnus, a, um, adject. *di Reggio*, ut Rhegina litora, *Sil. lib. 13. v. 94.* ¶ Rhegini, orum, Rhegii incolæ. *Cic. pro Arch. c. 5.*

Rhegium, n. 2. & Rhegium Julium, *Reggio*, urbs Italiæ, in Regno Neapolitano, in ore freti Siculi, ex adverso Siciliæ inf. & Messanæ urbis. Conditum fuit a Chalcidensibus. Dictum est a *ῥήγνυμι*, *frango*, quod inde Sicilia olim continenti juncta vi fluctuum terræ fractione avulsa fuerit. *Justin. l. 4. c. 1. Ov. 14. Met. v. 47. Plin. l. 3. c. 8.*

Rhemi, seu, & melius Remi, seu etiam Remenses, pop. Galliæ Belgicæ, inter Treviros, & Virodunos ad Or. Catalaunos ad Mer. Suessiones ad Occ. & Arduennam sylvam ad Bor. quorum urbs item Rhemi, *Reims*. *Plin. l. 4. c. 17.*

* Rhemmius. V. Remmius.

Rhenānus, a, um, adject. ad Rhenum pertinens. *Mart. l. 9. epigr. 36.* Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum.

Rheni, m. 2. *Rhyngegwe*, pop. juxta Rhenum, inter Rhætos, & Helvetios, quorum regio Rhingowia, *Rhingau*. *Plin. l. 4. c. 17.*

Rheno, onis, m. 3. *ῥηνών*, vestis pellicea, propria Gallorum, Germanorumque, ab humeris dependens usque ad umbilicum, ita dicebatur a Rheno Germaniæ flumine, cujus accolæ ea frequenter utebantur, vel a *ῥινός*, qua voce pellis significatur. Rhenonum meminit *Var. l. 4. de L. L. c. 35. Cæs. de B. G. lib. 6 c. 20. Sallust. apud Charis. Sidon. l. 4. ep. 20.*

Rhenus, i, m. *vel* Rhenum, i, n. *Reno*, Germ. *Rhyn*, & *Rhein*, Gall. *le Rhin*, *ῥῆνος*, fl. antiquus Galliæ, & Germaniæ terminus a fontibus ad ostia. Oritur in Alpibus, *ex* Adula monte, & in Oceanum Germanicum duobus ostiis influit. V. *Plin. l. 4. c. 14. 15. & 17. & l. 9. c. 15. Virg. 8. Æn. Subfin.* Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis. *Hor. de art. poet. v. 18.* Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus. ¶ In plurali num. *Persi. sat. 6. v. 47.* ingentesque locat Cæsonia Rhenos, *h. e.* Rheni imagines in triumpho portandas. Alii interpretantur proceros Rheni accolas. ¶ Rhenus alter, *Reno*, fl. Italiæ minor. Oritur *ex Apennino* monte, fluit per Galliam Togatam, & per agrum Bononiensem, ac demum in proximis vallibus desidit. *Plin. l. 3. c. 16. & lib. 16. c. 36. Sil. l. 8. v. 601.* parvique Bononia Rheni.

Rhesus, m. 2. *ῥῆσος*, filius unius ex Musis, Rex Thraciæ, qui in auxilium Trojanorum venit. De hoc ab Oraculo Delphico Græcis responsum est, eos Trojæ non posituros, nisi equos Rhesi abducerent, antequam Troadis herbam gustarent, & de Xanthi aqua biberent. Omnia alba habuisse fertur, equos, tentoria, &c. Diomedes, & Ulysses a Græcis missi ex Troade profecti sunt, exploraturi; quando Rhesus veniret, & in sylvis latitavere. Cum igitur Rex ad Troadis fines accessisset, & noctu castrametatus esset, Diomedes, & Ulysses circa primam quietem castra ingressi sunt, Rhesum interfecere, exercitumi ejus partim ceciderunt, partim fugarunt, denique equos abduxerunt, antequam fatalem herbam & aquam attingerent. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 18. Virg. 1. Æn. v. 473. Ovid. 13. Met. v. 249.*

Rhetor, oris, *maestro di Rettorica*, חלץ, בעל הלצה, Ger. *der wol redet. lehrer*, Gal. *Rethoricien, orateur*, Hisp. *Retorico*, *ῥήτωρ*, qui Rhetoricam, sive artem Oratoriam docet, a *ῥέω*, *dico*, *eloquor*. Differt ab *Eloquente*, ab *Oratore*, a *Declamatore*, a *Sophista*. quod *Rhetor*, sit, qui Rhetoricam profitetur, ideſt qui tradit dicendi præcepta; *Eloquens*, qui excellit facultate bene dicendi; *Orator*, qui in judiciis, concionibus, & Senatu causas agit; *Declamator*, qui aut docendi alios, aut exercendi se gratia fictas causas agit; *Sophista*, qui artificiosas orationis delicias affectat. *Cic. de Or. l. 1. c. 18.* Eos qui Rhetores nominarentur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil plane tenere. *Id. 2. Phil. c. 39.* Quasi Rhetor ille te disertum facere potuisset. *Martial. l. 2. ep. 64.* Dum modo Causidicum, dum te modo Rhetora fingis. ¶ Aliquando ponitur pro Oratore. *Cic. 2. Fin. c. 6.* Quali vero perpetua oratio Rhetorum solum, non etiam Philosophorum sit. Adde *2. de Orat. c. 3.*

Rhetorica, æ, & Rhetorice, es, f. 2. *Rettorica*, חכמת הלצה, Germ. *die kunst wvol und ordenlich zu reden*, Gal. *Rethorique*, Hisp. *Retorica*, *ῥητορική*, est ars, vel doctrina, bene dicendi. *Quintil. l. 2. c. 15.* Huic ejus substantiæ maximæ convenit finitio; Rhetoricen esse bene dicendi scientiam. *Id. l. 2. c. 1.* Rhetoricen exercere. *Cic. 2. de Fin. c. 6.* Omnem vim loquendi in duas tributam esse partes, rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse.

Rhetorice, adv. *rettoricamente*, לפי הלצה, *ῥητορικῶς*, Rhetorum more, oratorie, copiose, ornate. *Cic. 2. Fin. c. 6.* Rhetorice igitur, inquam, nos mavis, quam Dialectice, disputare? *Id. in Brut. c. 11.* Hanc enim mortem rhetorice, & tragice ornare potuerunt.

Rhetorico, as, n. 1. idem, ac rhetoricor, apud vet. *Nevius* apud *Non. c. 17. n. 68.* Age nunc, quando rhetoricatti, responde, quod te rogo.

Rhetoricor, aris, d. 1. *ῥητορεύω*, Rhetorum more loquor. *Tertul. de resurr. carn. c. 5.* Ita nos rhetoricari provocant Hæretici.

Rhetoricotèros, a. um, *ῥητορικώτερος*, magis Rhetor, compar. more Græcorum. *Cic. 5. de Or. c. 43.* ex *Lucilio*: Crassum habet generum, ne Rhetoricotero' tu sis.

Rhetoricùlus, a, um, *Rettorice, appartenente alla Rettorica*, חלץ, *ῥητορικός*, quod ad Rhetoricam pertinet. *Cic. de Fin. l. 3.* Scripsit artem Rhetoricam Graecorum. *Clemens. Id. 1. de Orat. c. 19.* Rhetorici doctores. *Ibid. l. 2. c. 3.* Rhetorici libri. ¶ Interdum sine substantivo ponitur. *Quintil. l. 3. c. 5.* Sicut & Ciceronis quoque Rhetorico primo manifestum est. *Id. l. 3. cap. 1. de Cicerone.* Nisi & Rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret. *Cic. de Fato, c. 2.* Mihi rhetorica vestra fatis nota sunt.

Rhetoricùlus, i, m. diminut. a *Rhetor*, contemptum significans. *Gel. l. 17. cap. 20.* Heus, inquit, tu rhetoricule (sic enim me in principio recens in diatribam accepturn appellitabat) vides ne, inquit, &c.

Rhetorisso, as, n. 1. *ῥητορίζω*, rhetorice loquor. *Pompon.* apud *Non. cap. 2. n. 742.* Dolatii uxorem nunc, & propter me cupis concedere, & jam rhetorissas.

Rhetra, æ, f. dictio, oraculum, lex, *ῥήτρα*, a *ῥέω*, *dico*. Hoc nomine appellatæ sunt leges Lycurgi a Lacedæmoniis. *Ammian. l. 16. c. 5.* Tamquam adstrictus sumptuariis legibus viveret, ex rhetris Lycurgi Regium translatis.

Rhetus, vel Rhœtus, i, *ῥῆτος*, unus Gigantum, quem Dionysius in leonem conversus occidit. *Hor. l. 3. od. 4. Valer. 1. Argon.* ¶ Item unus Centaurorum *Lucan. l. 6.*

Rheuma, atis, fluxus. *Hieron. ep. 46.*

Rheumaticus, a, um, *catarroso*, *ῥευματικός*, qui rheumatismo, seu fluxione laborat. *Plin. 29. c. 6.* Aut tritas clysteriosus infundendas orthopnoicis, aut rheumaticis.

Rheumatìdes, æ, n. 1. rheumatismo laboro, *ῥευματίζομαι*. *Theod: Prisc. l. 1. c. 12.*

Rheumatismus, i, m. 2. *ῥευματισμός*, *flussione, catarro*, fluxus, eruptio. *Pl. l. 22. c. 18.* Decoquuntque in cibo contra fluxiones, quæ Græci rheumatismos vocant.

* Rexia. V. Onochiles.

Rhina, æ, *ῥῖνη*, piscis marinus, cute prædura, alio nomine squatina. *Plin. 32. c. 7.*

Rhinium, *ῥίνιον*, collyrium ita dictum ab exterendis callis, & cicatricibus, a *ῥίνω*, *limo*. Ejus compositionem docet *Celsus l. 6. c. 6.*

Rhinocèros, otis, m. *rinoceronte*, קרנף, *ῥινόκερως*, animal quadrupes, simile elephanto, nisi quod cornu habet ex nare prominens. *Solinus c. 30.* dicit, illud cornu repandum esse, ideſt recurvum, sed attritum cautibus in mucronem excitari, & rhinocerotem pugnare cum elephantis. *Pausanias* affirmat, rhinocerotem duo habere cornua, alterum insigni magnitudine ex naribus extans, alterum, quod superne erumpit, exiguum quidem, sed validissimum. Rhinocerotem quidam esse ajunt bovem Ægyptium, ut air *Festus*, pro quo alii Æthiopicum tradiunt, ut *Pausanias in Eliacis*. & *Bœoticis*. Vox Græca est, ex *ῥίν*, *ῥινός*, nasus, & κέρας, cornu. *Plin. l. 8. c. 28.* Iisdem ludis & rhinoceros, unius in naso cornu, qualis sæpe visus. Alter hic genitus hostis elephanto. Cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione alvum maxime petens, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par, cruræ multo breviora, color buxeus. Hæc *Plin.* ¶ Est symbolum prudentiæ. Hinc fagacem, & prudentem virum nasum rhinocerotis habere dicimus. *Mart. l. 12. epig. 4.* Juvenesque, senesque, Et pueri nasum rhinocerotis habent. ¶ Ponitur etiam pro gutto, ideſt pro quodam vase oleum guttatim infundente lavantibus se in balneis. Aliqui dicunt, hoc vas fuisse ex cornu rhinocerotis. *Juven. sat. 7. v. 130.* Exitus hic est Tongilli, magno cum rhinocerote lavari qui solet. ¶ *Rhinoceros* etiam per translationem dicitur, qui dente eminente bronchus est. *Lucil.* apud *Non. cap. 1. n. 102.* Bronchus Bovilanus dente adverso eminato, hic est rhinoceros.

Rhinoceroticus, a, um, adject. ad rhinocerotem pertinens. *Sidon. carm. 9. in fine* Natem rhinoceroticam mineret.

Rhinochìsia, æ, f. genus herbæ. *Plin. l. 27. c. 8.* Alterum genus ejus quidam anchusam vocant, alii rhinochisiam. Folia lactucæ longiora, plumosa, radice rubra, &c.

Rhinocolùra, f. 1. *Faramida*, opp. Ægypti, in ora maris Medit. in lim. Palæstinæ, ita dictum a *ῥίν*, *nasus*, & κόλουρος, *decuratus*, quia illius incolis omnis rhinothon, *vel* Rhynthon, onis, poeta fuit comicus, Tarentinus, augator vilissimus, cujus meminit *Cic. Ad. l. 1. epist. ult.* ¶ *Calius Rhodig. l. 16. c. 10.* scribit, fuisse poetam tragicum. ¶ A *Varrone* hæc vox ponitur pro homine vili, & lethothon non dicit sua nihil interesse, utrum iis piscibus stagnum habeat plenum, an ranis? *Columel. l. 8. c. 16.* Itaque Terentius Varro, Nullus est, inquit, hoc fœculo nebulo, ac rhinthon, qui &c.

Rhipæi, *seu* Riphæi montes, *Oby*, al. *Monts Scalp*, *ῥίπαια ὄρη*, montes Sarmatiæ Boreales, in Sarmatiæ Asiaticæ, & Scythiæ ora extrema ad Bor. inter Duinam, & Petzoram fl. Hi montes ob celsitudinem, quæ vix 20. diebus superari potest, cingulum mundi, teste Erbestenio, nominantur, & perpetuis nivibus tegent. *Plin. l. 4. c. 12. l. 5. c. 27. lib. 5. 7. 13. Virg. 4. Georg. v. 517.* ¶ Dicti videntur a *ῥιπτέω*, *flare*, quia assidue ventis perflantur.

Rhi-

R H

Rhiphæus, *vel* Riphæus, a, um, adject. ad Rhiphæos montes pertinens, ut Rhiphææ pruinæ, *Virg. 4. Georg. v. 517.* Riphæus Eurus, *Id. 3. Georg. v. 382.*

Rhipheus, i, m. *ῥιφεύς*, unus ex Centauris, qui in pugna cum Lapithis a Theseo interfectus est. *Ovid. 12. Metam.* ¶ Item vir Trojanus, justitiæ nomine Trojanis omnibus præstans, qui in Iili captivitate strenue pugnans interiit. *Virg. 2. Æn.*

Rhipheæa, f. 1. opp. Arabiæ Fel. dictum ab hordeo, quod ibi abundat. *Plin. lib. 6. cap. 28.*

Rhitymna, æ, Rithymna, *Retimo*, urbs Cretæ, ex præcipuis, satis munita, cum arce, & portu capaci, in ora Boreali. *Plin. l. 4. c. 12.*

Rhium, n. 2. *Trapani, Capo di Patras*, prom. & op. Achajæ, ad fauces fin. Corinthiaci, contra Antirrhium prom. Ætoliæ. *Plin. l. 4. c. 2.*

Rhiza, æ, f. *ῥίζα*, forfex, qua dentium radicibus evellendis chirurgi utuntur. *Celsi. l. 7. 12.* ubi alii leg. *rhizagra* eodem sensu.

Rhizias, æ, m. *ῥιζίας*, fuccus e radice laserpitii profluens. *Plin. l. 19. c. 3.* Succus duobus modis capiebatur, e radice, atque caule. Et hæc duo erant nomina, *rhizias*, atque caulias, vilior ille, ac putrefcens.

Rhizotomumena, neut. plur. *τὰ ῥιζοτομούμενα*, vox Græca a *ῥίζα*, *radix*, & *τέμνω*, *seco*, significat ea, quæ pertinent ad medicinam ex fectis herbarum radicibus. *Plin. l. 20. c. 23.*

Rhizòmus, i, *ῥιζόμυσος*, herba, fpecies iridis fubtuſæ. *Plin. l. 21. c. 4.*

Rhizus, f. 2. opp. Theſſaliæ, in Magnefia, apud Meliboeam opp. *Plin. l. 4. cap. 9.*

Rho, nomen literæ *R* apud Græcos, *ῥῶ*. *Cic. 2. Div. c. 46.* Demoſthenem ſcribit Phalereus, cum rho dicere nequiret, exercitatione feciſſe, ut planiſſime diceret.

Rhoäli, m. 2. pop. Syriæ, qui ad Euphratem Meſoporamiæ cohærent. *Plin. lib. 5. cap. 24.*

Rhoas, m. 1. fl. Colchidis, qui ex Caucaſo M. in Euxinum mare poſt Cobum fl. influit, inter Phaſim, & Sebaſtopolim. *Plin. l. 21. c. 4.*

Rhodanìcus, a, um, adject. ad Rhodanum pertinens. *Inſcript.* apud *Grut. p. 375. n. 3.* Patrono nautarum Araricor, & Rhodanicor.

Rhodanìtis, idis, adject. fœmin. quæ ad Rhodanum pertinet, ſeu ſita eſt. *Sidon. l. 9. epiſt. 13. in carm.* Rhodanitidas per urbes.

Rhodànus, i, m. *Rodano*, Gallis *le Rhone*, fl. maximus, & rapidiſſimus Galliæ Narbonenſis. Hunc *M. Varro*, teſte *A. Gellio lib. 10. cap. 7.* tertium Europæ fl. haud Iſtro minorem ſcribit. Oritur ex duplici fonte, in limite Helvetiorum, ex Adula monte, *Monte di S. Gottardo*, e regione Rheni, fere duobus millibus Germanicis ab ejus fontibus, & dimidio tantum e fontibus Ticini, & Urſæ fl. Deinde in Lemanum lacum ingrediens, & ad Genevam urb. egrediens, Galliam a Sabaudia ſeparat. Infra Genevam terræ viſcer bus ſe condit, & paulo infra iterum erumpit, complureſque alluens provincias, Araxi, Iſara, & Druentia fluminibus auctus, circa Arelatem tribus oſtiis in Mediterraneum mare cadit. *Plin. l. 3. c. 4.*

Rhodìa, æ, *ῥοδίκη*, Nympha marina, Oceani, & Tethyos filia. *Virg. 2. Georg.* ¶ Apud *Plaut. Curc. a. 4. v. 74.* eſt fictum Provinciæ nomen.

Rhodìacus, a, um, adject. a Rhodo, ut Rhodiacæ ſpongiæ. *Plin. l. 31. c. 11.*

* Rhodienſis, ſe, Rhodius, *Gell. Suet. in Tiber. c. 62.*

Rhodigìum, ii, n. *Rovigo*, urbs Italiæ, patria Cœlii Rhodigini, a Ferraria 25. M. P. in Bor. a Patavio in Mer. fere totidem, ab Hadria fere 20. in Occ. Ab eo tractus adjacens dicitur Peniſula Rhodigina, vulgo *il Poleſine di Rovigo*.

Rhodìnus, a, um, adject. *di roſa*, *roſato*, roſaceus, *ῥόδινος*, *ῥόδεος*, *roſa*, ut rhodinum unguentum, *Plin. l. 13. c. 1.* Rhodinum oleum, *Id. l. 15. c. 7.*

Rhoditis, is, f. *ῥοδῖτις*, gemma ſic dicta a colore roſeo. *Plin. l. 36. c. 11.*

Rhodìus, a, um, *ῥόδιος*, quod eſt ex Rhodo inſ. ut Rhodia vitis, & uva, quæ a Rhodo primum in Italiam eſt advecta. *Plin. l. 14. c. 3. & 8. Virg. 2. Georg. v. 102.* Non ego te menſis, & Diis accepta ſecundis Tranſierim Rhodia. ¶ Ficus Rhodia, eſt genus fici nigræ. *Plin. l. 15. c. 18.* Nigra & Rhodia eſt, & Tyburtina de præcocibus. ¶ Rhodium opus, eſt coloſſus Solis. *Martial. l. 1. ep. 71.* ¶ Rhodii, orum, ſunt Rhodi incolæ. *Cic. pro Leg. Manil. c. 18.* ¶ Rhodium dicendi genus, medium eſt inter Aſianum tumidum, & Atticum limatum, & emunctum, ut loquitur *Quint. l. 12. c. 10.* V. etiam *Cic. de clar. Orat. c. 13.*

Rhododaphne, es, f. 1. *ῥοδοδάφνη*, frutex florem habens ſimilem roſæ, folium indeciduum ſimile lauri foliis, a *ῥόδον*, roſa, & *δάφνη*, laurus. *Plin. l. 16. c. 20.* ¶ A *Padiall. l. 1. tit. 35.* dicitur rhododaphnis, is, V. *Rhododendros*.

Rhododendros, m. 2. *ῥοδόδενδρος*, frutex, folio ſimilis amygdalæ, ſed majore, pinguioreque femine patenti, qui & nerion, & rhododaphne dicitur, a *ῥόδον*, roſa, & *δένδρον*, arbor, quaſi roſa arboreſcens. *Plin. l. 24. c. 11.* Rhododendros, ne nomen quidem apud nos inventi Latium, rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum, folia ejus quadrupedum venenum eſſe, homini vero contra ſerpentes præſidium, ruta addita e vino pota. *Adde eumd. l. 16. c. 20. & l. 21. c. 23.*

Rhodomĕli, neut. indecl. *ῥοδόμελι*, mel roſa conditum, vel mixtum. *Pallad. lib. 6. tit. 16.*

Rhodŏpe, es, f. 1. *ῥοδόπη*, mons Thraciæ, ita dictus a Rhodope Thracum Regina, vel a Rhodope Strymonis amnis filia. Italis dicitur *Monte Argentaro* a fodinis. Extenditur uſque ad Euxinum mare, & ad Apollonium urb. deſinit. Thraciam fere bifariam fecat. Ex eo Hebrus, Arzes, aliaque flumina profluunt. *Ovid. 2. Met. v. 222.* Et tandem nivibus Rhodope cærtura Mimaſque.

Rhodŏpe, es, f. 1. *ῥοδόπη*, Thracum Regina, quam Poetæ in montem ejuſdem nominis converſam eſſe fabulati ſunt, fortaſſe, quod ibi ſepulta fuerit. ¶ Item Strymonis fl. filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui monti nomen dedit. ¶ Item meretrix nobiliſſima ex Thracia, Æſopi fabulatoris ingenio deſervit, quam Charaxus Sapphus frater, ejus amore captus, ingenti pecunia redemit. Hæc tantas opes quæſtu corporis cumulavit, ut unam ex Ægyptiis pyramydibus, minimam quidem, ſed laudatiſſimam ſuis ſumptibus extruxerit. *Plin. l. 36. c. 12.*

Rhodopeìus, a, um, quod a Rhodopen montem ſpectat. *Claud. de 4. Conſ. Hon.* Flumina laverunt puerum Rhodopeia Martem. ¶ Regna Rhodopeia, Thracia. *Ovid. in Ibin, v. 347.* Utque Dryantiade Rhodopeia Regna tenenti, &c. ¶ Rhodopeius Vates, Orpheus. *Ovid. 10. Met. v. 11.* Quam ſatis ad ſuperas poſtquam Rhodopeius auras Deſievit Vates.

Rhodòra, æ, *ῥοδώρα*, herba, quæ folia rubentia, florem habet colore argenteo. *Plin. l. 24. c. 19.*

Rhodus, i, *Rodi*, *ῥόδος*, inſ. pulcherrima Aſiæ minoris, & maris Carpatii, in ora Cariæ. Dicta eſt a nomine urbis metropolitanæ, urbs autem Rhodos dicta eſt a puella nomine Rhodia, ab Apolline adamata, ut fabulatur *Diodorus l. 6.* vel a *ῥόδον*, roſa, quod, dum conderetur, capulus roſæ in promontorio, ubi condebatur, inventus fuerit. Multis aliis nominibus ante appellata eſt, Ophiuſa, Aſteria, Æthræa, Trinacria, Corimbia, Poeeſſa, Atabyria, ab Rege. *Plin. l. 5. c. 31.* Inter Aſiaticas inſulas tertia numeratur. Nam Lesbus, & Cyprus majores habentur. Dicitur enata eſſe, cum olim non fuerit. *Plin. l. 2. c. 87.* Rhodus urbs condita fuit a Cecrope, in parte orientali, in inſulæ promontorio. Olim portibus, mœnibus, viis, & reliquis ornamentis tantopere cæteras ſuperavit, ut nulla putaretur æqualis. In hac urbe tria millia ſignorum fuerunt. *Plin. l. 34. c. 7.* In ea etiam aliquando fuit pictura illa celebertima Protogenis, quæ Jalyſus dicta eſt, cujus gratia Demetrius Poliorcetes, ſeu Expugnator, cognominatus, urbem non incendit, ne tabulam cremaret. *Plin. l. 7. c. 38. l. 35. c. 10.* Aurum Rhodi pluiſſe ob feliciratem inſulæ, cecinit Pindarus. Rhodi mira aëris ſalubritas, ſicut Mitylene, Pergami, Smyrnæ, & Syracuſis, ubi Romani diutius morari conſueverant ob aquarum copiam, & frigiditatem, aliaſque delicias. Rhodi, & Syracuſis numquam ita cœlum nubilum eſt, ut non aliqua hora Sol cernatur. *Plin. l. 2. c. 62.* Igitur Rhodi Apollo præcipue cultus fuit, cui Coloſſum dedicarunt, ideſt ſtatuam altitudinis 70. cubitorum, quam Chares Lydius fecit, unum ex 7. orbis miraculis, *Plin. l. 34. c. 7.* Etiam templum Bacchi Rhodii fuit. *Pl. l. 33. c. 12.*

Rhoeas, æ, f. genus papaveris erratici, erucæ ſimile, altitudine cubitali, flore rufo, & protinus deciduo, unde & nomen a Græcis acceptit; nempe a *ῥέω*, fluere, decidere. *Plin. l. 19. c. 8. & l. 20. c. 19.*

* Rhœcus. V. Rhœtus.

Rhœtèius, & Rhœtèus, a, um, adject. a Rhœto promontorio, ut Rhœteum litus, *Virgil. 6. Æn. v. 505.* Rhœteius heros, *h. e.* Æneas. *Id. 12. Æn. v. 456.* ¶ Rhœteæ trabes, *Stat. 1. Achill. v. 44. h. e.* naves Paridis Trojani.

Rhœtèum Promontorium, *Pefkiam*, prom. Troadis, ubi Ajas ſepultus eſt, cum opp. cogn.

* Rhœtus, Rhœcus, Rhetus, *ῥοῖτος*, *ῥοῖκος*, *ῥῆτος*, unus ex Gigantibus. *Horat. l. 2. od. 19 v. 23.* item unus ex Centauris. *Ovid. 12. Met. v. 271.*

Rhoge, es, f. 1. inſ. ſeu potius ſcopulus maris Pamphylii, apud Chambruſſam. *Plin. l. 5. c. 31.*

Rhœtes, æ, um, adject. *V. Rhus.*

Rhoïtes, m. 1. *ῥοΐτης*, vinum ex malis punicis expreſſum, a *ῥοιά*, malum Punicum. *Plin. l. 14. c. 18.*

* Rhomboïdes, is, *ῥομβοειδής*, rhombi ſimilis. *Frontin.* ap. *Goſ. p. 36.*

Rhombus, i, m. *filatojo*, *ῥόμβος*, muliebre inſtrumentum, ideſt torques, ſive machinula illa, quam vertendo mulieres tramam ad lanificium nent, a *ῥέμβομαι*, in gyrum agor. Eo & veneficæ utebantur in incantationibus. *Martial. l. 9. ep. 30.* Quæ nunc Theſſalico Lunam deducere rhombo. *Propert. l. 3. eleg. 4. v. 26.* Staminea rhombi ducitur ille rota. *Ovid. 2. Faſt. v. 575.* Tunc cantata ligat cum fuſco licia rhombo. *Horat. epod. penult.* turbinem vocat. ¶ Eſt & rhombus piſcis quidam, de quo *Plin. l. 9. c. 20. & 54. l. 32. c. ult. Juv. ſat. 4.* Incidit Hadriaci ſpatium admirabile rhombi ante domum Veneris.

Rhomphæa, ſeu romphæa, æ, i. *ῥομφαία*, חרב, haſtilis genus, cujus ferrum ligno æquale eſt, alter framea. Apud *Gellium l. 10. c. 25.* legitur *rumpha*, diciturque genus teli eſſe Thracæ nationis, poſtumque hoc vocabulum in Q. Ennii Annali quartodecimo. Alii volunt eſſe gladium ex utraque parte acutum, qualis eſt, quam vulgo *ſpatam* vocant. *Iſid. l. 18. Orig. cap. 6.* ¶ E

os in ringentia modum formet. ¶ Rictum diducere, est os aperire. *Juven. sat. 10.* Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum contentus. ¶ Metonymice est ad risum impellere. *Horat. l. 1. sat. 10.* Ergo non satis est risu diducere rictum.

Ricula, æ, dim. a *rica. Turpil.* apud *Non. c. 14. n. 16.* Interea adspexit virginem injectam in capite ricalam inductam ostrinam.

Ridĕo, es, si, sum, *n. 2. r dere*, γελᾶν, Germ. *lachen*, Gal. *rire*, Hisp. *reir*, γελάω, *risum* edo. Construitur fere absolute. *Cic. 5. Fin. c. 30.* M. Crassus, quem semel ait in vita risisse Lucillius, & ea re ἀγέλασον vocatum. ¶ Vel cum accus. *Cic. in Fam. 2. ep. 9.* Ut dederis nobis, quem semper ridere possemus. ¶ Vel cum accus. risum. *Cic. l. 7. Fam. ep. 25.* Ne, si istum habuerimus, rideamus γέλωτα προβάτειον. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *de*, *Cic. Att. l. 14. ep. 15.* De hæresi Vestorina, & de Pherionum more Pitreolano risisse me satis. ¶ Usurpatur etiam passive, *Cic. 2. de Orat.* Hæc enim ridentur vel sola, vel maxime. ¶ Ridere ore caruli Gallicani, est turpiter, & late inter ridendum os diducere, ut patulus est oris rictus canibus Gallicis venaticis. *Catull. carm. 42.* Ridentem catuli ore Gallicani. ¶ Ponitur etiam pro deridere, illudere, ridere cum contemptu *Cic. de Arusp. Resp. c. 4.* Cum riseritis impudentiam hominis. ¶ Item pro placere. *Horat. l. 2. od. 6.* Ille terrarum mihi præter omnes angulus rider. ¶ Item pro approbare, indulgere. *Tac. de morib. Germ. c. 19.* Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere, & corrumpi, sæculum vocatur. *Ov. 1. Trist. eleg. 5. v. 27.* Fortuna rider, *h. e.* favet. In hac acceptione usurpatur etiam cum dativ. *Virg. 5. Æn.* Risit pater optimus illi. ¶ Translate ponitur pro pulchrum, & speciosum esse. *Virg. 4. Ecl. v. 20.* Mistaque ridenti colocasia fundet acantho. *Idem 7. Ecl.* Omnia nunc rident. *Horat. l. 5. od. 11.* Ridet argento domus. ¶ *Ridentem dicere verum quid vetat?* speciem proverbii habet apud *Horat. l. 1. sat. 1. v. 14.*

Ridibundus, a, um, *ridente*, μειδιῶν, ridens, abunde ridens. *Plaut. Epid. 3. 3. 32.* Illam ridibundam, atque hilaram huc adduxit simul. Adde *Gel. l. 11. c. 25.*

Ridĭca, æ, f. *pertica*, *steccone*, מוט, גרית, אקרס, fudes, palus, pedamenti genus, quod adminiculandæ vineæ melius esse palo, ajt *Colum. l. 4. c. 26.* Differt a palo, quia ridica fissilis est, palus rotundus. *Var. l. 1. de R. R. c. 8.* Unum robustum, quod optimum solet afferri in vineam e quercu, ac junipero, & vocatur ridica. *Colum. l. 4. c. 12.* Hic annus nondum vehementem palum, aut ridicam desiderat.

Ridĭcŭla, æ, f. paxillus, parva ridica. *Sen. l. 1. quæst. nat. c. 3. de fullone.* Cum os aqua implevit, & vestimenta ridiculis diducta leviter aspergit. Alii leg. *tendiculis*.

Ridĭcularĭus, a, um; *buffone*, κιτιαγέλαστος, qui risum excitat. *Gel. l. 4. c. 2.* Qui jurabat, cavillator quidem, & canicula, & nimis ridicularius fuit. ¶ *Ridicularia*, *um*, n. plur. facetiæ, res ridiculæ. *Plaut. Asin. 2. 2. 69.* Mitte ridicularia.

Ridĭcŭle, adv. *piacevolmente*, κωμικῶς, cum risu. *Cic. 1. de Orat. cap. 57.* Non modo acute, sed etiam ridicule, aut facete.

Ridĭcŭlosus, a, um, adject. *ridicolo*, ridiculus. *Arnob. lib. 5.* Ridiculosa negotia defendere. *Plaut. Stich. 2. 3. 64.* Advexit secum parasitos ridiculosissimos. ¶ *Hier. l. 3. adv. Rufin. c. 4.* ridiculosum a ridiculo distinguit, ubi ait: Non ridiculosa, ut scribis, sed ridicula mihi forte res accidit.

Ridĭcŭlum, i, *facezia*, *cosa da ridere*, שחוק, γελοῖον, jocus, facetiæ, dictum, vel factum risum excitans. *Cic. Offic. 1. c. 37.* Aut per ridiculum, aut severe, maledice dicere. *Plaut. Stich. 3. 2. 2.* Confido me obtenturam regem ridiculis meis. *Id. Amph. 3. 2. 36.* Dicere aliquid ridiculi causa. *Terent. Eun. 5. 6. 3.* Ridiculo alicui esse, *h. e.* irideri, ridendi occasionem dare. *Id. Andr. 3. 1. 16.* Hui tam cito? ridiculum, *h. e.* res ridicula est.

Ridĭcŭlus, a, um, *ridicolo*, שחוקי, Germ. *schimpflich*, Gal. *ridicule*, Hisp. *ridiculo*, γελοῖος, qui aliis risui est, de quo alii rident. *Cic. Att. l. 1, ep. 10.* facie magis, quam facetiis ridiculus. *Id. pro Arch. c. 4.* Est ridiculum ad ea, quæ habemus, nihil dicere. *Juv. sat. 3. v. 153.* Nil habet infelix paupertas durius in se, quam quod ridiculos homines facit. ¶ Sæpe sumitur pro faceto, qui dicit ea, quibus homines rideant, non ipse rideatur. *Cic. in Brut.* C. Sicinius homo impurus, sed admodum ridiculus. ¶ Reperitur superlat. *ridiculissimus* apud ver. *Plaut. Stich. 2. 3. 48.* Euge, quando adbibero, alludabo, cum sum ridiculissimus. Ridiculus, li, m. *buffone*, scurra, qui risum dictis, factisve commovet, γελωτοποιός. *Plaut. Capt. 3. 1. 17.* Neque ridiculos jam terunculi faciunt.

Rĭdo, is, n. 4. idem quod rideo. *Priscian. l. 10. Diomed. l. 1. Lucret. l. 3. v. 22.* large diffuso lumine ridit.

Rien. V. *Renes*.

Rigātio, onis, δεῦμα, actus rigandi. *Colum. l. 11, c. 3.* Quod rigatione ministrari non expediat.

Rigātor, oris, qui rigat. *Tertul. adv. Valent. c. 15.* O fletum rigatorem!

Rigens, entis, o. durus, horridus, asper, rigidus. *Liv. l. 21. c. 32.* Animalia, insanimaque omnia rigentia gelu. *Quint. l. 1. c. 11.* A summo ad imum rigens corpus, ideft nullo modo flexum. *Virg. 11. Æn. v. 72.* Vestes ostroque, auroque rigentes, hoc eft perstringentes fenfus. *Ovid. Heroid. ep. 5. v. 72.* Ungue rigente fecare genas. *Solin. c. 15.* Pars mundi Aquilonis conceptaculis rigentiffima.

Rigĕo, es, gui, fine fup. *n. 2. effere afpro, duro, indurarfi*, קשה, Ger. *erftarren, erkelten*, Gal. *être roide, avoir grand froid*, Hifp. *eftar yerto, ftyéo, ftyóo*, eft horrere, frigore afperum, vel durum effe. *Cic. 1. Tufc. c. 28.* Quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. *Ov. 1. Met. v. 190.* comæ terrore rigebant. *Id. 1. Amor. eleg. 6. v. 28.* Roboribus duris janua fulta riget. *Horat. epod. 8. v. 17.* rigent nervi.

Rigesco, is, neut. 3. ἰσχληρώομαι, incipio rigere, durus, asper, horridus fio. *Virg. 3. Georg. v. 363.* Æraque diffiliunt vulgo, vestesque rigescunt. Ubi *Serv.* Rigescunt, durantur, ut frangi potius, quam scindi posse videantur. *Ovid. 9. Met. v. 357.* rigescunt ubera.

Rubus, i, m. *rovo, rogo,* סנה, Ger. *ein brombeerstand*, Gall. *une ronce*, His. *carsa, βάτος*, sentis genus, morus agrestis, frutex passim in dumis proveniens, florem habens candidum, fructum moris non absimilem, fortasse a rubore, quod virgulta ejus rubeant, vel quod mora ferat rubra, quod de rubo Idæo verum est. *Virg. 3. Ecl. v. 89.* Ferat & rubus asper amomum. ¶ De rubo *Plinius* scribit *l. 16. c. 21. & 37. l. 17. c. 13. l. 24. c. 13. & 14.* ¶ Rubus caninus, κυνόσβατος, frutex arbusculæ instar; rubo longe major, folia ferens multo latiora myrto, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo olivæ simili, qui & sentis canis dicitur. *Pallad. l. 1. c. 34.*

Ructamen, inis, n. ructus. *Prudent. Hamartig. v. 466.* Carnis & immodicæ spurco ructamine crudos.

Ructatrix, icis, f. quæ ructat, vel quæ ructum efficit. *Marc. l. 10. ep. 48.* Nec deest ructatrix menta, nec herba salax.

Ructatus, a, um, ἐρυγχθείς, ructu emissus, effusus, prosusus. *Sil. l. 15. v. 432.* Permiscerque meto ructatos ore cruores.

Ructito, as, n. 1. ἀναβρυγμιάω, freq. a *ructo. Colum. l. 6. c. 6. de bove agrotante.* Sæpe decumbere, & ructitare coepit, caudamque crebrius agere. Alii leg. *& agitare caput, caudamque.*

Ructo, as, n. 1. *rustare*, רחש, Ger. *gerpfen, greltzen*, Gal. *roter*, His. *regordar, ἐρεύγω*, ructum emitto. *Plaut. Pseud. 5. 2. 9.* Pergin' ructare in os mihi? *Juv. sat. 3. v. 107.* Si bene ructavit, si rectum miserit anicus. *Pl. l. 3. c. 19.* Ut in Antonia Druſi nunquam expuiſſe, in Pomponio Conſulari Poeta nunquam ructaſſe.

Ructor, aris, d. 1. idem ac ructo. *Var. l. 3. R. R. c. 2.* Cujus aves hoſpitales etiam nunc ructor. ¶ Translare ponitur pro effundere, generatim. *Hor. in art. v. 457.* Hic dum ſublimes verſus ructatur, & errat.

Ructito, as, a. 1. idem quod ructo. *Auguſt. ſerm. 135. de Temp. a med.* Bibentes unicum Verbum, unde impleti ructuant laudes.

Ructuoſus, a, um, ἐρυγματώδης, plenus ructibus. *M. Celius* apud *Quinct. l. 6. c. 2.* Totiæ præcordis ſtertentem, ructuoſos ſpiritus geminare.

Ructus, us, m. *rutto*, Ger. *eingreps, greltzer*, Gal. *rot*, His. *regueldo, ἐρυγή*, cibi, & potus in ſtomacho male concocti ventoſa per os effatio, *crudi ſtomachi ſonitus*, quem edere ſolent; qui plus æquo oneratunt ventriculum, ab ἐρεύγω. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* Stoici crepitus ajunt æque liberos, ac ructus eſſe oportere. *Mart. l. 11. ep. 88.* Extremo ructus cum venit a barathro. *Pl. l. 24. c. 15.* Ructu gravis herba. *h. e.* quæ manducata ructus movet fœtidi odoris.

Ructus, vel

Ructus (utroque enim modo legitur) a, um, adject. ructibus plenus. *Cato de R. R. c. 151.* Loca rudeata, arenoſaque. *Id. ibid. c. 34.* Terra pulla, rudeſta.

Rudens, entis, m. & f. *corda, func*, חבל, עבות, Germ. *das groſſ ſchiffſeil*, Gall. *chable, groſſe corde*, His. *cuerda, πρόσνυξ*, funis nauticus, a *rudendo. Non. c. 1. n. 254.* Rudentes ea cauſa ſapientiſſimi dictos volunt, quod funes, cum vento verberentur, rudere exiſtimentur, atque hunc ſonum proprium funium, non aſinorum putant. *Cic. 5. Tuſc. c. 14.* Non ſane optabilis eſt quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. *Id. 1. de Div. c. 56.* Sed eſt quaſi rudentis explicatio. *Plaut. Rud. 4. 3. 1.* Dum tibi hanc, quam trahis, rudentem complico. ¶ *Rudens* titulus eſt Plautinæ comœdiæ, in qua piſcator inducitur rudente videlum è mari extrahens.

Rudens, entis, o. partic. a rudo. *Ovid. 1. Faſt.* Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus, Intempeſtivos edidit ore ſonos.

Rudentifibulus, li, ſtridor funium nauticorum. *Pacuv.* apud *Var. l. 4. de L. L. c. 1.*

Rudeo, es, n. 2. idem ac rudo, apud vet. *Lucil.* apud *Var. l. 6. de L. L.* Hæc, inquam, rudet ex roſtris, atque hinnititabat.

Rudera, V. *Rudus.*

Ruderarius, a, um, quod ad rudera ſpectat, ut Ruderarium cribrum, ideſt cribri genus majus ex membrana minutis foraminibus pertuſa, quo rudera, ideſt lapilli conſimileſque ſordes e frumento expurgantur. *Apul. l. 8. Met.*

Ruderatio, onis, מלא, ἐρειπίωσις, actus ruderandi. Differt a ſtaturninatione, quia ſtaturninatio fit lapidibus, & cementis libralibus, & manualibus, ſine calce, & arena; ruderatio vero ſtatumini ſuperinducitur cum calce, & arena, aut rudere novo, aut redivivo, ideſt ex vetere ædificio ſumpto, non nuper effoſſo, quod conſtat e cemento, ad differentiam nuclei, qui eſt e teſta contuſa, & terrio inducitur. *Vitruv. lib. 7. cap. 1.* Primumque incipiam de ruderatione, quæ principia tenet expoſitionum.

Ruderatus, a, um, quod rudera habet, ut Ruderatus ager, qui veterum ædificiorum materia ſcatet. *Plin. l. 21. c. 4.* Propriegue ruderatum agrum amare.

Rudero, as, a. 1. מלא, ἐρειπιόω, rudus induco. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Ne minori ſaxo, quam quod poſſit manus implere, ſtaturninationibus inductis ruderetur. Alii leg. *cruſtuminationibus.*

Ruderum, i, ἐρειπιῶδες, locus plenus ruderibus. *Car. R. R. c. 38.* Lentem in rudero, & rubricoſo loco, qui herboſus non ſit, ferito. Alii leg. *rudeſto.*

Rudiæ, f. 1. *Ruie*, urbs exc. Calabriæ, in Salentinis, apud Lupias, patria Ennii poetæ.

Rudiarii, m. 2. qui in gladiatura emeriti ruden acceperunt, ideſt impetrarunt miſſionem arris gladiatoriæ, donati rude. *Sueſ. in Tiber. c. 7.* Rudiariis quoque quibuſdam revocatis auctoramento centenum millium. ¶ Alias rudiarii vocati ſunt, qui nova ſaga poſiunt. *Feſt.* in *Rudus.*

Rudicula, æ, f. *ſpatula, meſtola*, σπάθιον, ligula, ſive ſpatha, ideſt parva virga, qua agitamus ea, quæ coquuntur, a rudis, qua virgam notat. *Cæs. de R. R. c. 9.* Rudicula agitato crebro, uſque adeo, dum fiat tam craſſum, quam mel. Adde *Colum. l. 12. c. 46.*

* Rudiculus. V. Ruduſculum.

Rudimentum, i, *primo principio*, תחלה, לקח, Germ. *unberichtung, anfang*, Gall. *aprentiſſage*, His. *los principios*, προοίμιον, primum principium cujuſcunque rei, a *rudis*, quia ex omnes initio rudes ſunt, ideſt impolitæ, imperfectæ. *Quinct. l. 2. c. 1.* Rudimenta dicendi. *Velleſ. l. 2. ſub fin.* Rudimenta militiæ. *Plin. in Proœm. lib. 7.* Lucis rudimentum. ¶ Rudimentum ponere, eſt ruditatem deponere, jam rudem eſſe deſinere, incipere fieri politiorem, & inſtructiorem. *Cic. in Sal. c. 1.* Qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus poſſit rudimentum. *Liv. l. 31. c. 21.* Rudimentum adoleſcentiæ ponere. Eodem ſenſu *Juſtin. l. 9. c. 1.* Sub alicujus militia tirocinii rudimenta deponere.

Rudis, is, ſubſt. f. *baccheta*, מקל virga impolita, qualis erat, qua gladiatores olim, cum ipſis permitteretur a gladiatorio munere ceſſare, a Prætore donabatur, & publica alebantur pecunia. *Cic. 2. Philip. c. 30.* Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti? ¶ Hujuſmodi rudibus ipſi gladiatores cum ad artem diſcendam exercebantur, pugnabant. *Sueton. in Calig. c. 32.* Myrmillonem in ludo rudibus ſeceum batuentem, & ſponte proſtratum confodit. ¶ Translate, reſpiciendo ad poſteriorem, quem diximus, rudis uſum, accipitur pro libertate, & operato rei cujuſvis fine, & *rudem dare*, ſeu *donare* eſt a quovis munere dimittere, *rudem mereri* eſt mereri miſſionem, vel ceſſationem a labore, vel officio, *rude donari*; vel *rudem accipere* eſt quocunque onere liberari, a munere quovis in otium re-

R U R U R U

ſtitui, vel ob ætatem, vel ob imbecillitatem, &c. *Hor. l. 1. ep. 1. v. 2.* Spectatum ſatis, & donatum jam rude quæris Mæcenas iterum antiquo me includere ludo? *Martial. l. 1. ep. 36.* Ut nondum credas me meruiſſe rudem. *Juven. ſat. 7. v. 171.* Ergo ſibi dabit ipſe rudem. ¶ Sumitur etiam rudis pro ligula, ſeu ſpatha, ideſt virga lignea, qua res agitantur, & miſcentur, ut fit in ſis, quæ coquuntur. *Plin. l. 34. c. 28.* Uritur in patinis per laminas minutas cum ſulphure, vetatum rud bus ferreis, aut ferucaceis. *Cato R. R. c. 79.* Coquito, verſatoque crebro duabus rudibus.

Rudis, & de, o. j. ροχος, ביער, Ger. *unwiſſend*, Gall. *rude*, His. *ne labrado, un eſpenado*, ἀφύτευτος, impolitus, incultus, imperfectus, aſper, durus, ut Rude argentum apud *Plin. l. 33. c. 3.* quod neque ſignatum eſt, neque alium in uſum laboratum. *Ovid. 7. Met. v. 7.* Rudis, indigeſtaque moles. *Var. l. 1. R. R. c. 27.* terram rudem profcindere oportet. *Senec. Hippolyt. v. 320.* Capilli rudes, *h. e.* incompti. *Ovid. Heroid. ep. 1.* Rudes lanæ. *h. e.* impolitæ. ¶ *Æs rude* eſt non ſignatum. V. *Æs.* ¶ Dicitur etiam de iis, quæ ad litteras pertinent. *Cic. l. 1. de Or. c. 2.* Quæ pueris, aut adoleſcentulis nobis ex commentariolis noſtris inchoata, atque rudia exciderunt. ¶ Item de ingenio, & animo, qui adhuc diſciplinis, vel rerum uſu expolitus non eſt. Et vel abſolute uſurpatur *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 3.* Rudem me diſcipulum, atque integrum accipe. ¶ Vel cum gen. & notat imperitum, indoctum, inſcium. *Cic. pro Elac. cap. 8.* Cum in theatro homines imperiti, rerum omnium rudes, ignarique confederant. *Id. 4. Ver. c. 6.* Tamerſi non provinciæ rudis erat, & tyro. ¶ Vel cum abl. & præp. *in Cic. 1. de Or.* Hæſitantem in ſinajorum inſtitutis, rudem in Jure Civili. ¶ Vel omiſſa præpoſ. *Velleſ. l. 2. c. 9.* Senſibus celebris, verbis rudis. Et *c. 73.* Adoleſcens ſtudiis rudis. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad Ov. l. 3. ex Pont. ep. 7. v. 28.* Ad mala jam prudem non ſumus ulla rudes. *Liv. l. 24. c. 48.* Rudem ad pedeſtria bella Numidarum gentem eſſe, equis tantum habilem. ¶ Accipitur interdum pro ruſtico. *Juven. ſat. 11.* Tunc rudis, & Græjas mirari neſcius artes. ¶ Interdum pro duro, & inclemenți. *Ter. Phorm.* Adeon'te eſſe ingenio rudi, & inexorabili?

Ruditas, atis, ροχεσία, ἀπειρία, ἀμαθία, imperfectio, obſcuritas ingenii, imperitia. *Apul. l. 4. Florid.* Literatoris ruditatem eximete.

Ruditus, us, m. *ragghio, raglio*, clamor inconditus, qualis eſt aſini rudentis. *Ap. l. 8. Metam.* Audito ruditu meo.

Rudo, is, di, ſine ſup. n. 3. *ragghiare*, נער, Ger. *ſchreyen wie ein fel*, Gall. *braire*, His. *rebznar*, ὀγκάομαι, eſt ſonum inconditum edere, qualem ſolent aſini, cum vocem emittunt. Sed *Nonius* dicit, ſapientiſſimorum virorum opinionem eſſe, rudere proprie non aſinos, ſed funes nauticos dici, cum vento verberantur; hinc fides illos rudentes appellari. V. *Rudens. l. 3. de art. v. 290.* Ut rudit, a ſcabia turpis aſella mola. *Perſ. ſat. 3. v. 9.* Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. Ubi primam producit, cum alii omnes corripiant. ¶ Dicitur etiam de leonibus, vel per Metaphoram, vel per Catachreſin. *Virg. 7. Æneid. verſ. 16.* ità leonum fera ſub nocte rudentum. ¶ Item de hominibus. *Virg. Æn. v. 248.* Incluſumque cavo ſaxo, atque intuſta rudentem, *ideſt* inſolita voce clamantem.

Rudor, oris, m. ſtridor, murmur, mugitus venti ſubterranei. *Apul. de mundo.* Mycetias vocatur terri rudoris inquietudo terrena. Ita *Scaligerum* ſecutus legit *Voſſius*, ubi vulgo *odoris. Id. in Florid. n. 17.* (*al. l. 3. ad fin.*) Vox hominis & tuba rudore torvior, & lyra concenta variatior.

Rudus, eris, n. *rovinaccio*, עפר, גרדר, Ger. *ſchutt*, Gal. *platras*, His. *vaſſura*, ἐρείπιον, lapidum fruſta, ruinarumque materies. Duplex eſt, novum, & vetus. Novum rudus eſt materia pavimenti, hoc eſt, ſaxa de novo conſuſa, ſeu teſtæ confractæ cum calce ad pavimentum faciendum. Vetus rudus eſt materia veterum pavimentorum, & diruptorum ædificiorum, quæ lapidibus, & teſtis confractis, calceque arena commixta conſtat. *Vitr. l. 7. c. 1.* Deinde ruderi novo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur. ¶ Dicitur etiam de ære rudi, & infecto. *Prudent. in Apotheoſ. v. 785.* Æris rudere decocta maſſa.

Ruduſculum. V. *Rauduſculum.*

Rufæ, f. 1. opp. exc. Campaniæ, in conf. Samnii, Eſerniæ finitimum. *Virg. 7. Æn. v. 739. Sil. l. 8. v. 567.* Rufras vocat, & *Liv. l. 9. c. 15.* Rufrium.

Rufeſco, is, n. 3. *divenire roſſo*, πυῤῥόομαι, rufus fio. *Pl. l. 10. c. 29.* Grues ſenectute nigreſcunt, merula ex nigra rufeſcit.

* Rufius. V. Chama.

Rufo, as, a. 1. *fare roſſo*, πυῤῥόω, rufum facio. *Pl. l. 23. c. 2.* Tunc addito lentiſcino oleo illita una nocte ruſat capillum. *Id. l. 25. c. 2.* Rufatur capillus primum prodeuntibus nucleis.

Rufræ, arum, f. oppidum Campaniæ. V. *Rufæ.*

Rufreni, orum, Rufrarum incolæ. *Cic. Fam. 10. ep. 21.*

Rufilli, *ſive* Rutuli, unum genus Tribunorum militum, ita dictum a Rutilio Rufo, qui de eorum jure legem tulit. Tribuni enim militum dividebantur in Rufulos, ſive Rutulos, & Comitiatos. *Aſcon. Pedian. in Divin.* Tribunorum militarium duo ſunt genera, primum eorum, qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari ſolent. Alii ſunt Comitiati, qui Romæ Comitiis deſignantur. *Feſt. Pomp.* Rufuli Tribuni militum appellabantur, quos Conſules faciebant, non Populus: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerit, qua eis cavebatur miſtis modis, (ſic enim elevaverant eorum jus, ac tunc elevabant, qui populi ſuffragio creabantur) Rufuli a cognomine Rutilii, ac poſt Rutuli appellari ſunt. *Liv. lib. 7. c. 5.* Et cum eo anno primum placuiſſet Tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri (cum & antea, ſicut nunc, quos Rufulos vocant, Imperatores ipſi faciebant) T. Manlius, qui poſtea Torquatus appellatus eſt, ſecundum in ſex locis tenuit.

Ruſſulus, a, um, dim. a *rufus. Plaut. Aſin. a. 3. 20.* Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriioſus.

Rufus, a, um, *roſſo*, אדמוני, אדמדם, Germ. *feurrot, gelbroe*, Gal. *rougeâtre*, His. *roxo, ξανθός, πυῤῥός*, ruber, ſed non plane, verum ad flavum nonnihil declinans, a πυῤῥός, per Metatheſim. *Ter. Phorm. 1. 2.* Si quis me quæret rufus. *Martial. l. 14. ep. 129.* Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis. *Plin. l. 16. c. 14.* Namque & matres mari dura, rufiorque, ac nodoſa. ¶ Eſt etiam *Rufus* cognomen Romanum, a colore pilorum deductum, ut innuit *Quinctil. l. 1. c. 6.*

Ruga, æ, f. *ruga, creſpa*, קמט, Germ. *runtzel*, Gall. *ride, plu*, His. pan. *ruga, arrugas*, cutis in plicas, & quaſi ſulcos contracta, cujuſmodi in ſenibus conſpicuſoler. *Cic. de Sen. c. 18.* Non canę, non rugæ repente auctoritatem arripere poſſunt. *Ovid. 5. Faſt. v. 57.* Inque ſuo pretio rugæ ſenilis erat. ¶ Plicæ quoque in veſtibus eminentes rugæ dicuntur; contra cavitates inter plicas ſinus. *Plin. l. 35. c. 8.* Præter quæ in veſte rugas, & ſinus invenit. ¶ In arborum quoque fructibus, qui ante maturitatem ſunt decerpti, aſperitates quædam, & corticis contractiones oriuntur, quæ a ſimilitudine rugarum anilium veniunt & ipſæ in nominis hujus communionem. *Plin. l. 23. c. 7.* Deeſt tota illa maturitas, ideoque & rugarum, colorisque ſimilitudo. ¶ Translate rugæ pro ſeveritate, & gravitate accipiuntur, quia auſteri homines rugis frontem contrahunt. *Plin. l. 9. ep. 27.* Vis tu remittere aliquid ex rugis? *Cic. poſt red. in Sen. c. 7.* Rugis, & ſupercilio aliquem decipere.

Rugaras, a, um, quod rugas habet. *Pl. l. 9. c. 33. de concharum teſtis.* Levibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis.

Ruginoſus, a, um, adj. rugoſus. *Cæl. Aurel. Acut. c. 11.* Cutis veluti ruginoſa, vel ſulcata pannoſitas.

Rugio, is, n. 4. *ruggire, ruggiare*, שאג, Germ. *brullen*, Gall. *rugir, bruire*, His. *bramar, βρυχάομαι*, leonum eſt, cum vocem emittunt. Factum eſt a ſono, ut mugire, multaque alia. *Auct. Philom. v. 49.* Tigrides indomitæ rancant rugiuntque leones.

Rugitus, us, m. *ruggito*, שאגה, βρυχηθμός, vox leonis. *Vopiſ. in Proba, c. 19.* Centum leones, qui rugitibus ſuis toniirua excitabant.

Rugo, as, n. 1. *increſpare*, קמט, Germ. *falten machen*, Gal. *ſe rider*, His. *arrugarſe, ῥυτιδῶ, ῥυτίδωσα*: rugas contraho. *Plaut. Cſſ. 2. 3. 30.* Vide palliolum, ut rugat.

Rugoſitas, atis, rugarum contractio, auſteritas, apud *Tert. de pœnit. c. 15.*

Rugoſus, a, um, *pieno di creſpe*, Ger. *gerunzelt*, Gall. *pleind de rides*, His. *lleno de rugas, ῥυτιδώδης*, rugis plenus. *Col. l. 12. c. 43.* Sed hæc ratio facit rugoſa acina. *Mart. l. 3. ep. 93.* Rugoſiorem cum gerat ſola frontem. *Perſ. ſat. 5. v. 55.* Rugoſum piper.

Rui-

R U R U R U

Ruĭdus, a, um, *ruido, ruvido*, שעיר, אות, ἄξεστος, aſper, ut Pilum ruidum. Aliqui pilum ruidum dictum putant a *ruendo*, hoc eſt cadendo, quod ejus cerebro caſu frumenta, & aliæ fruges pinſuntur, & decorticantur. *Plin. l. 18. c. 10.* Major pars Italiæ ruido utitur pilo. Ubi *Plin.* ruidum opponit præſtato. ¶ Sunt qui ſcribunt *rnuidus*, at opt. *Plinii* edition. hab. *ruidus.*

Ruina, æ, *rovina*, חורבה, אריך, Gal. *ruine*, His. *cayda*, πτῶσις, πτῶμα, caſus, ſeu lapſus alicujus rei, quæ concidit, a *ruendo. Cic. 3. Tuſc.* Magnæ ædium ruinæ in primam fecere. ¶ Translate reperitur pro tonitru. *Virg. 1. Æneid. v. 131.* Fluctibus oppreſſos Troas, cœlique ruina. Ubi *Servius*: Cœlique ruina. ideſt tonitribus, quorum ſonus ſimilis eſt ruinis. ¶ Transfertur longius, & pro quavis calamitate accipitur. *Cic. 1. Catil. c. 6.* Prætermitto ruinas fortunarum tuarum. ¶ Aliquando pro morte. *Plin. l. 17. c. 25.* Prodigium in noſtro ævo Neronis Principis ruina factum.

Ruinoſus, a, um, *caduco*, נופל, נרחה, πτωτικός, caducus, ruinam minans, ruinis plenus. *Cic. 3. Off. c. 13.* Ædes male materiatæ, ruinoſæ.

Rulla, æ, f. inſtrumentum ferreum, ſtimulo ruſticorum additum ad vomerem detergendum. *Plin. l. 18. c. 19.* Purget vomerem fubinde ſtimulus cuſpidatus rulla. Ita quædam edition. At plures hab. *ralla.*

Ruma, æ, f. *mammella*, שד, μαστός, θηλή, mamma, apud vet. *Varro* apud *Non. c. 1. n. 756.* Hiſce Marſius lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam, ideſt priſco vocabulo mammam, &c. ¶ Ruma etiam alteram notionem habet. Nam ſignificat cavum gutturis locum. *Arnob. l. 7. pag. 230.* Rumas, quæ ſunt prima in gurgulionibus capita, qua dejicere cibos, & referre natura eſt. Sunt qui aliter leg. *Serv. in 6. Ecl. v. 54.* Ruminatio dicta eſt a ruma eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus a certis revocatur animalibus.

Rumbutinus. V. *Rumpotinus.*

Rumen, inis, n. idem ac ruma, ideſt mamma. *Plin. l. 15. c. 18.* Quoniam ſub ea inventa eſt lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato. ¶ Ponitur etiam, ut ruma, pro cavo gutturis loco, quo cibus in alvum demittitur. *Feſt.* Rumen eſt pars colli, qua eſca devoratur, unde rumare dicebatur, quod nunc ruminare. *Pomp.* apud *Non. c. 1. n. 64.* Ego rumorem parvi facio, dum ſit, rumen qui impleam.

Rumentum, i, *Feſt.* Rumentum in Auguralibus ſignificare videtur interruptio, abruptiove, dum verba ancilibus movendis præit; Si interim avis canerit, tum æque, atque auſpicio, rumentum eſto.

Rumex, icis, m. *romice*, λάπαθον, lapathi ſylveſtris genus, ad ſtrumas cum auxungia efficaciſſimum, *Plinio* teſte, *l. 20. c. 22.* ¶ Reperitur etiam in gen. fœm. *Plin. l. 12. c. 8.* Ceras ex omnium arborum, ſatorumque floribus configunt, excepta rumice, & chenppode. Sed ſubintelligi poteſt *arbore.* ¶ Eſt & rumex teli genus, ſimile ſpari Gallici, ut ait *Feſt. Lucil.* apud *eund.* Tum ſpara, tum rumices portantur, tragula parro. Adde *Gel. l. 10. c. 25.*

Rumia, æ, vel Rumina, æ, f. Dea, quæ rumis, ideſt mammis, & infantibus lactentibus præſidebat. *Var. l. 2. R. R. c. 11.* Non negarim ideo apud Divæ Rumiæ facellum a paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolet ſacrificari lacte pro vino, & pro lactentibus. Mammæ enim rumes, ſive rumæ, & inde dicuntur ſubrumi agni lactentes. *Id.* apud *Non. c. 2. n. 756.* Hiſce Manibus lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Ruminæ propter rumam, ideſt priſco vocabulo mammam, a quo ſubrumi etiam nunc dicuntur agni.

Rumifero, as, a. 1. ἐξαφανίζω, divulgo, prædico, rumorem fero, famam ſpargo. *Plaut. Amph. 2. 3. 46.* Quamque adeo cives Thebani vero rumiferant probam. Ita legit *Non.* Alii *ramificant*, cod. ſenſu.

Rumifico. V. dictionem præced.

Rumigeratio, onis, divulgatio. *Lamprid. in Heliog. cap. 10.* Infami rumigeratione pacuntur.

Rumigero, as, a. 1. idem quod rumito, divulgo. *Feſtus* in *Rumito.*

Rumigertilus, a, um, ἠχοβρόμων, qui rumorem gerit, & aliquid divulgat. *Ammian. l. 14. c. 2.* Per clandeſtinos rumigerulos.

Rumigo, as, a. 1. idem ac rumino. *Apul. l. 4. de Aſino.* Jam fere tertium quæſum rumigabam. Voſſius legit *rumitabam* eodem ſenſu.

Rumin, inis, n. idem ac rumen, apud vet. *Var. l. 2. R. R. c. 11.* ut *Scaliger* legit. Mamma enim rumis, ſive rumin.

Rumina. V. *Rumia.* * Rumina ficus. *Ovid. 2. Faſt. v. 411.* quæque vocata Rumina nunc ficus, Romula ficus erat. V. *Liv. l. 1. c. 4.*

Ruminalis, & le, o. 3. quod ruminat, ut Ruminales hoſtiæ, eorum animalium, quorum proprium eſt ruminare. *Plin. l. 8. c. 51.* Cornicaras ruminales hoſtias, donec tridentes fierent, puras negavit. ¶ Ruminalis ficus, & Poetice Rumina ficus, fuit ficus illa, ſub qua Romulus, & Remus ex lupæ uberibus pendentes reperti ſunt, quæ poſt Urbem conditam erat in foro, & in Comitio, & alio nomine Romula, & Romularis eſt appellara. Dicta eſt a *rumine*, ideſt mamma, quod ibi lupa infantibus illis lac præbuerit, vel a *rumine*, qua notat cavum gutturis locum, quod ſub ea ficu pecudes ſoleant ruminare. Vel forraſſe hæc vox ex *Romularis* corrupte facta eſt. Nam primo *Romularis* appellata eſt, poſtea *Ruminalis*, ut *Livius* ſcribit, *l. 1. c. 4.* Sed *Ovidius* contra *l. 2. Faſt. v. 411.* ſcripſit, primo *Ruminalem* ficum eſſe dictam, deinde *Romulam. Plin. l. 15. c. 18.* Colitur ficus arbor in foro ipſo, ac Comitio Romæ nata, ſacra fulguribus ibi conditis: magiſque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli, ac Remi conditoris, appellata, quoniam ſub ea inventa eſt lupa infantibus præbens rumen, (ita vocabant mammam) miraculo ex ære juxta dicato. *Ovid. loc. cit.* quæque vocatur Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

Ruminatio, onis, f. *ruguazione*, גרה, μηρυκισμός, actus ruminandi, a *rumino*, quod a *ruma*, qua notat cavum gutturis locum. *Serv. ad 6. Eclog. Plin. l. 11. c. 37.* Quibus neque dentes urrinque, neque ruminatio. ¶ Translate ſumitur pro conſideratione, vel rei cujuſpiam in memoriam revocatione. *Cic. Att. l. 2. ep. 12.* Quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii. *Plin. l. 17. c. 22.* Si ſaucias vites mordeat quædam hiemis ruminatio. *h. e.* reiteratio.

Ruminator, oris, m. *ruguamatore*, qui ruminat. *Arnob. l. 7. pag. 230.* Ruminatoribus fœcalis. V. in *Rumen.*

Rumino, as, a. 1. & ruminor, atis, d. 1. *ruminare, rimaſticare, rugumare*, גרה, העלה גרה, Ger. *wiederkewuvie das viehe*, Gal. *ruminer, remâcher*, His. *rumiar, αἰκαπροφαγέω*, eſt remandere, ideſt cibum a rumine ad os revocare, & ruſus mandere, conſumere. Proprium eſt eorum animantium, quæ in ſuperiore mandibula dentes primores non habent. *Virg. 6. Ecl. v. 54.* Illice ſub nigra pallentes ruminat herbas. *Plin. l. 10. c. 73.* Ruminant præter jam dicta ſylveſtrium cervi, cum a nobis aluntur. *Col. l. 8. c. 6.* Propter quæ bos neque rúminat, neque lingua ſe detergit. ¶ Translate ponitur pro in memoriam revocare, & diligenter perpendere. *Liv.* apud *Non. c. 2. n. 746.* Nemo hæc voſter ruminabitur mulieri. *Alleg.* voſtræ ruminetur. *Varro* apud *eund. Non.* Non modo abſens quicquam de te ſæpius cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitarem tuam.

* Ruminus, cognomen Jovis omnia alentis, & ruma h. e. mamma animalia nutrientis. *Auguſt. de Civ. D. l. 7. n. 11.*

Rumis, is, f. idem ac ruma, apud vet. *Var. l. 2. R. R. c. 1.* Qui appellantur ſubrumi, ideſt ſub mamma. Antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut opinor. *Feſt.* Mamma autem rumis dicitur. Unde ruſtici hœdos lactentes ſubrumos vocabant, qui adhuc ſub mammis habentur.

Rumito, as, neut. rumorem ſpargo, frequent. a *rumo. Nav.* apud *Feſt.* Simitu alius aliunde rumitant inter ſe. ¶ Rumito, as, pro rumino. V. in *Rumigo.*

Rumo, as, a. 1. *Feſt.* Rumen eſt pas colli, qua eſca devoratur, unde rumare dicebatur, quod nunc ruminare.

* Rumo, vel Rumon, onis, olim dictus Tiberis. *Serv. Æn. 8. v. 63.*

Rumor, oris, masc. *rumore, fama*, שמע, רכר, Germ. *der ruff.*, Gall. *bruit*, His. *fama, φήμη*, ſermo in populo de recenti re diſperſus, in bonum, vel in malum, ſine certo auctore. *Cic. l. 12. Fam. ep. 9.* Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore. *Id. 2. Fam. ep. 8.* Rumor multa perfert. *Id. Phil. 14. c. 4.* Rumorem diſſipare. *Id. Fam. 1. ep. 8.* Rem te valde bene geſſiſſe, rumor erat. *Id. Att. 16. ep. 5.* Rumoris neſcio quid affare. *Tacit. 2. hiſt. c. 42.* Rumor ſurgit. Et *annal. 6. c. 23.* Rumor incedit. *Terent. prolog. Hecyr. v. 31.* Interea rumor venit, datum iri gladiatores. ¶ Sumitur etiam pro fama. *Plaut. Trinum. 3. 2. 14.* Rumori ſervire. *Martial. l. 10. ep. 3.* Quos rumor alba gemmeus vehit penna. *Horat. l. 1. ep. 10.* Effcere

aliquem ad cœlum rumore ſecundo. *Cic. in Piſon.* Inanem rumorem aucupari. ¶ Videtur apud *Virg. 8. Æn.* rumor accipi pro aqua flumine, ubi ait *v. 90.* Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo. Revera ſignificat, fauſtis acclamationibus, vel ſecundis ominibus. Sic apud *Cic. l. 1. Divi. c. 16.*

Rumpia. V. *Rhomphæa.*

Rumpo, is, rupi, ruptum, a. 3. *rompere, ſpezzare*, נוע, שבר, Ger. *brechen*, Gall. *rompre*, His. *quebrare, βήγνυμι, ῥώγνυμι*, frango. *Cic. 7. Ver.* Quid, ſi auſugiſſet? ſi vincula rupiſſet? *Virg. 7. Ecl.* Invidia rumpantur ut ilia Codro. ¶ Eſt eriam facere, ut aliquid rumpatur. *Plin. lib. 30. c. 4. de lupreſi:* Devora rumpe tacto telle ita bovem inflammat, ut rumpat. ¶ Item diſſicere, facere, ut aliquid in diverſas partes diſſiliat. *Virg. 8. Ecl. v. 71.* Frigidus in pratis, cantando rumpitur anguis. *Cic. is. Vatin. c. 4.* Ut aliquando iſta, quæ tunt inflata, rumpantur. ¶ Ponitur aliquando pro depravare, corrumpere. *Alphen. in l. qui inſulam, ff. locati.* Qui mulas ad certum pondus operis locarat, cum majore onere conductor eas rupiſſet. Adde *Ulp. l. Prætor, ff. de vi bon. rapt. & l. Inguis, ff. ad l. Aquil.* ¶ Interdum pro defatigare. *Ter. Hec. 3. 40. 20.* Ut me ambulando rumperet, *mi faceſſe crepare.* ¶ Translate ſumitur pro opprimi, graviter diſcruciari, vix ferre poſſe. *Hor. l. 1. ſat. 3.* Urgeris turba circum te ſtante, miſerque rumperis. *Cic. ad Q. Fr. l. 3.* Ut his malis Reipublicæ licentiaque audacium, qua antea rumpebar, nunc me movear quidem. *Martial. l. 9. ep. 98.* Rumpatur quiſquis rumpitur invidia. ¶ Fidem rumpere, eſt violare. *Ovid. ep. 23.* Rupi quam ruptam ſum mihi queſta, fidem. Sic rumpere fœdera. *Liv.* & *Cic.* ¶ Moras rumpere, eſt auferre moras, feſtinare. *Virg. 3. Georg.* En age ſegnis rumpe moras. ¶ Silentium, ſeu

mas rupes, despectusque haberet. *Virg. Ecl.5.* Ipsæ jam carmina rupes, ipsa sonant arbusta.

Rupex, icis, m. idem ac perro, h. e. homo durus, rusticus, hebes. *Gell. l.13.c.9.* Sed enim veteres nostri non usque adeo rupices, & agrestes fuerunt. Adde *Tertull. de pall. c.5.*

Rupicapra, æ, f. ἀγριὰ αἶξ, יַעֲלָה, capra sylvestris, quasi rupium capra. *Martialis* capreum appellat. *Plin.l.11.c.37.* Rupicapris in dorsum adunca cornua, damis in adversum.

Rupico, onis, m. idem ac rupex. *Apul. l.1. Florid.* Rupicones, bajuli, tabernarii.

Rupina, æ, f. idem ac rupes. *Apul.l.7.A.A.* In proximas rupinas præcipites dederе. Adde *l.6.*

* Rupitias, damnum dederis. *Festus*, al. *Rupir*, al. *ruptie*.

Ruptim, adverb. sine ordine, confuse, temere. *Cæsl.1.B.C.c.5.* Aguntur omnia ruptim, atque turbate. Sunt qui malunt *raptim*.

Ruptio, onis, *rottura*, שֶׁבֶר, βῆξις, actus rumpendi. *Ulpian.l.si servus, §. rupisse, ff. ad L. Aquiliam.* Aquilia enim eas ruptiones, quæ damna dant, persequitur.

Ruptor, oris, qui rumpit. *Liv. l.4.c.19.* Hiccine est, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris?

Ruprus, a, um, *rotto*, ῥαγείς, fractus. *Virg. 2. Georg. v. 480.* Qua vi maria alta tumescant objicibus ruptis. ¶ Speciatim sumitur pro eo, qui membris fractus est ex diutino labore, pro delassato. *Apul. l.4.A.A.* Quousque ruptum istum aselum, nunc etiam claudum frustra pascemus? *Martial.l.10.ep.56.* Qui saner ruptos, dic mihi, Galle, quis est? *h.e.* clientes officiis patronorum defatigatos, laceros, & pannosos. ¶ Rupti etiam dicuntur, quibus viscera rupta in scrotum descenderunt, hernioſi. *Plin.l.20.c.6.* & alibi. ¶ Translate capitur pro mutato, pro eo, quod intrusum fictum est. *Cic.1.de Orat.c.38.* Luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum.

Rurālis, & le, o. 3. *di villa*, אַגְרוֹנִי, ἀγροικὸς, quod ad rus pertinet. *Gell.l.3.B.G. c.14.* Falces præacutæ, insertæ, affixæque longuriis, non absimili forma ruralium falcium. Al. leg. *muralium*. *Firmic.l.8.c.11.* Quicumque sub hoc sidere natus fuerit, erit ruralibus officiis semper applicatus. *Macrob.l.5. Saturn.c 2.* Theocritus, pastoralis operis auctor, ruralis Hesiodus.

Ruratio, onis, res rusticæ. *Apul. in Apolog.* Nec Diis rurationis, qui eum pascunt, primitias imparrit. *Id.l.2. Florid.* Ruratio omnis in sarculo, & turculo.

Rurefco, is, n. 3. rusticus, silvestris fio. *Enn.* apud *Charisc.l.1.*

Rurestris, & stre, o. 3. ἐπαγρος, quod est ruris, vel eorum proprium, qui rure degunt. *Apul. l.4.A.A.* Rurestri vocabulo vulgus indoctum rosas aureas appellat. *Paul. l. servis urbanis, §. mulieres, ff. de legat.* 3. Nisi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat.

Ruricola, æ, com. 1. *co radino*, γεωργὸς qui rus colit. *Col.l.1.c.v.337.* Hæc ne ruricolæ paterentur monstra. *Ovid 5.Met.v.479.* Ruricolasque boves letho dedit. *Id. 4.Trist.el.6.v.1.* Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri.

* Ruricolāris, re, ad ruricolas pertinens. *Ven. Fort.l.1. de V. S. Martin.v. 325.* cultores ruricolares.

Rurigĕna, æ, com. 2. ἀγροῖκος, qui ruri natus est. *Ovid. Met.7.v.765.* Rurigenæ pavere feram.

Rurīna, æ, f. Dea ruris apud Romanos, teste *Augustin. l.4. de C. D. c.8.* Alii leg. *Rusina* eodem sensu.

Ruro, as, n. 1. ἀγραυλέω, est in res rusticas incumbere. *Plaut. Capt. 1.1.16.* Dum ruri rurant homines.

Ruror, āris, d. 1. idem ac ruro. *Varr.* apud *Non. c.2.n.731.* Dum in agro studiosius ruror.

Rursum, & rursus, adv. *in dietro*, עֹרֶף, Ger. *wviederum*, Gal. *derechef*, Hisp. *de nuevo*, πάλιν, αὖθις, retro, retroversum, quasi reversum. *Ter. Hec 3. 1.36.* Tace, trepidari sentio, & cursari rursum, prorsum. Ubi *Don.* Rursum, proprie retro, prorsum ante significat, & est proverbiale, sicut dicimus, sursum, deorsum, intro, foras, hac, illac, & similia. *Plaut. Epid. 2, 2. 63.* Cœpi rursum vorsum ad illas paulatim accedere, quasi retraderet hominum me vis invirum. *Varr.* apud *Non.c.4.n.402.* Mortales multi rursus ac prorsus meant. *Virg.3. Georg.v.138.* Rursus cura patrum cadere, & succedere marmum incipit. ¶ Significat etiam e contrario, vice versa. *Cic.1.de Orat.c.24.* Quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solent, neque rursum eam totam repudiaret. *Tacit. in Agric.c.28.* Quem casum neque, ut plerique virorum fortium, ambitiose, neque per lamenta rursus, ac mœrorem muliebriter tulit. *Ter. Eun.2.2.20.* Quidquid dicunt, laudo; id rursum si negant, laudo id quoque. ¶ Item denuo, iterum, *di nuovo*. *Virg.2.Æn.v.655.* Rursus in arma feror. *Cic.pro Mur.c.7.* Facis, ut rursus plebs in Aventinum revocanda esse videatur. *Ter. Eun.1.1.15.* Inducias, bellum, pax rursum. ¶ Cum *denuo* jungitur a *Plaut. Pœn.prol.v.79.* Reverror rursus denuo Carthaginem.

Rus, ruris, n. 3. *villa*, שָׂדֶה, Ger. *ein feld, gut*, Gal. *village, champ*, Hisp. *aldea*, ἄγρος, ἀγρωστίς, χωρίον, locus extra urbem, ubi agri sunt, & villæ. *Vetus Auctor de limit. ap.* apud *Rigalt. pag. 299.* inquit, rura a veteribus dicta esse incultos agros, ideft silvas, & pascua. Frequentius tamen pro agris cultis & villis sumuntur. *Cic. 3.Offic.c.31.* Ab hominibus relegasset, & ruri habitare jussisset. *14.de Or.c.6.* Rus ex urbe, tanquam ex vinculis evolare. *Plaut.Merc.3.3.25.* Cur si rure rediero. *Sen. in Troad.v. 1021.* Scindere rura bobus. ¶ Translate rus dicitur de quacunque re agresti, rustica, inconcinna. *Catul.carm.36.* At vos interea ventre in ignem pleni ruris, & inficetiarum annales Volusi, cadata charta. *Hor. l.2 ep.1.v.159* sed in longum tamen ævum Manserunt, hodieque manent vestigia ruris. *Catul.carm.22. ad Varum.* Inficeto inficetior rure.

Rusćarius, a, um, V. *Rusticarius*.

Ruscĭlum, li, n. *villetta*, parvum rus. *Gell. l. 19.c. 9.* Cœnam dabat amicis sub urbe in ruscolo.

Ruscum, i, n. & Ruscus, i, f. *pungitopo, spruneggio*, ὀξυμυρσίνη, μυρσίνη ἀγρία, frutex, folia habens myrto similia, sed acutiora, & rigidiora, qui propterea myrtus sylvestris, chamæmyrsine, & oxymyrsine vocatur, quo ab antiquis sepes munichantur, ex quo nunc scopæ fiunt. Quidam dicunt esse vigulrum, quo vites ligantur, alii thecam, in qua includitur semen asparagi, *Virg. 6. Ecl. v. 42.* Horridior rusco, projecta vilior alga. *Id. 2. Georg. v. 413.* Nec non etiam aspera rusci Vimina per sylvam. *Col. l.10.* Hirsuto sepes nunc horrida rusco Prodit. ¶ In Veterib. Gloss. legitur *ruscum* in neut. gen.

* Ruse, pro iure dixere veteres. *Varr.l. 6. L. L.c. 3.*

Rusina. V. *Rurina*.

Rusor, oris, m. a. *rusum* pro *rursum*, ut *fusum* pro *fursum*. *Varro* apud *Auguſt.l.7. de C. D.c.23.* Pontifices quatuor diis faciunt rem divinam, Telluri, Tellumoni, Altori, Rusori, &c. Altori quare? quod ex terra aluntur omnia, quæ nata sunt. Rusori quare? quod rursus cuncta eodem revolvuntur.

Ruspor, aris, d. 1. *cercare*, ἱχνεύω, est scrutari, ut *Nonius* exponit, sive cerebro quærere, ut *Festus* interpretatur, *Accius* apud *Non. c. 2. n. 744.* Jube nunc arteatare, jube nunc animo ruspari Phrygas. *Vetus Poeta* apud *Fest.* Ego ibo, ut, latebras ruspans rimer. ¶ Activa forma *Tert. de pall.c.2.* Alibi stipantem copiam alibi defererentem runcare, atque ruspare.

Russātus, a, um, adj. russo colore indutus. *Tert. de cor. mil. c.1.* Nunc sanguine suo russatus, spe caleatus. ¶ Russata dicebatur una e factionibus aurigarum in Circo, quia scilicet russatis vestibus utebatur: quatuor enim erant, alba, russata, prasina, veneta. *Inscrip.* apud *Reinesi. pag. 392.* Agitator factionis russatæ. *Plin.l.7.c.53.* Invenitur in actis, felia Russato auriga elato, in rogum ejus unum e faventibus jeciste sese.

Russĕŏlus, a, um, adj. dimin. *alquanto rossegginte. Prudent. Peristeph. 11. v. 130.* Russeola sanies.

Russĕus, a, um, adj. idem ac russus. *Petron. in Satyr.c.27.* Tunica vestitus russea. *Catol l.7. Orig.* Russea facies. ¶ *Russea Fadia*, de qua in *Vet. Inscripr.* apud *Reinesi. class.5.n.27.* eadem est, quæ *Russata*.

Russŭlus, a, um, adj. dim. idem ac russeolus: unde russulæ tunicæ, *Vopisc. in Probo c.4.* Fascioläe russulæ, *Capitolin. in Albino, c.5.*

Russus, a, um, *rossegginte*, quod rutilum habet colorem, vel vicinum, ideft ad rusum inclinantem, dilutius tamen rubente. Sane cum *Varro l. 6. de L. L.* ait, mulieres valde rusas dici rurilas, videtur non alias intelligere, quam quas *Cato l.7.Orig.* dicit esse facie russea. *Catul. carm.39. in Egnat.* Dentem, atque rusam defricare gingivam. ¶ Tunicas russas legere est apud *Trebellium in Claudii vita*, & *Vopiscum in Aureliano*.

Rustārius, V. *Rusticarius*.

Rustica, æ, f. תַּרְנְגֹלֶת שָׂדֶה, ἀγριαλὶς, ἀγριαγίς, gallina agrestis, sive sylvestris. Sua natura adjectivum est, sub quo semper gallina intelligitur. *Martial. l. 13. ep. 76. cujus lemma est* rusticula. Rustica sim, an perdix, quid refert, si sapor idem est? Carior est perdix: Sic sapit illa magis. Quidam leg. *Rustica sum perdix*.

Rusticānus, a, um, idem ac rusticus. *Cic.pro R. Am. c.15.* Tamen ne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur? *Id. ib.* Rusticana municipia. *Id. de Or.c.11.* Et illud, quod loquitur priscum visum ici putat, si plane fuerit rusticanum.

Rusticārius, a, um, ἐπαρχρος, quod ad rus, aut rusticum pertinet. *Varr. l. 1. R. R.c.22.* Ut falces dicuntur ab eodem Scriptore vinaticæ opus esse sex, serpiculæ quinque, sylvaticæ quinque, arboratiæ tres, rusticariæ decem. Al. leg. *ruscaria*, h. e. ruscis secandis aptæ. Eadem lectionis varietas reperitur apud *Caton. de R. R. c. 11.* Præterea in loco *Varron.* alii reponunt *rustaria*, h. e. a rustis demetendis.

Rusticātim, adv. idem ac rustice. *Pompon.* apud *Non.c.2.n.737.* Ego rusticatim tangam, urbanatim nescio.

Rusticatio, onis, ἀγλωσία, *villeggiatura*, actus rusticandi. *Cic. de Am.c. ult.* Neque solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesque communes. ¶ Est etiam labor, & cura rei rusticæ. *Col. l. 6. in præom.* In rusticatione antiquissima est ratio pascendi. Adde *l.11.c.1.*

Rusticātus, us, masc. idem ac rusticatio. *Cic. Art. l. 12. ep. 1.* Ut, dum consisto in Tusculano, sciam, quid garriat in rusticatu. Sed alii leg. *fin rusticatur*.

Rustice, adv. *villanamente, incivilmente*, Ger. *baurisch, groblich*, Gal. *lourdement, grossièrement*, Hisp. *rusticamente*, ἀγροίκως, rusticorum more, ut solent rustici, inepte, absurde, imperite. *Cic.3.de Or.c.11.* Ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, sic majores, non aspere, ut ille, quem dixi, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, & æqualiter, & lenier. *Hor. l.1.Sat.3.v.30.* Rideri possit eo, quod rusticius tonso toga defluit. Rursus *Cic.3. Offic.9.* Urgent rustice sane: negant enim posse, & in eo perstant. ¶ *Rustice loqui* apud *Gell.l. 13. c.6.* est barbare loqui.

Rusticellus, a, um, adj. aliquantum rusticus. *Var.* apud *Plin.l.7. c.20.* Rusticellus Hercules appellatus.

Rusticĭtas, atis, *rusticità*, משׁוּם פְּרוֹן, Ger. *grobheit*, Gall. *rusticité*, Hisp. *rusticidad*, ἀγλωσία, ἀγλωσσία, virium urbanitati contrarium, quod in imperitia, & negligentia elegantiæ, ac cultus erga se, & erga alios, & in odio voluptatum positum est; apparetque tum in convictu, tum in sermone. V. *Quintil.l.6.c.4.* ubi de risu agit. *Plin. l. 35. c. 4.* M. Agrippa vir rusticitati propior, quam delicis. *Ovid. Heroid. ep. 20. v. 159.* Et decor, & vultus sine rusticitate pudenes. ¶ Sumitur etiam pro inepta, & nimis timida verecundia. *Ovid. l. 1. Am. el. 8. v. 43.* Aut si rusticitas non vetat, ipsa rogat. *Id. Heroid. ep. 17. v. 186.* Rusticitas excutienda fuit. ¶ Proprie significat rem ad rusticos pertinentem. Itaque *Pallad. in præfat. libelli de insitione*: Et nostræ studium non commendabile Musæ, Urbanum fari rusticitatis opus.

Rusticor, aris, d. 1. *vivere in villa, villeggiare*, יָשַׁב בְּעִירָה Ger. *sich auffdem feld enthalten, oder seyn*, Gal. *demeurer aux champs*, Hisp. *morar en el campo*, ο *aldea*, ἀγλωκέω, ruri dego, ruri vitam ago. *Cic.pro Arch. c. 7.* Permoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. ¶ Pro rustice, & rudi stilo loqui. *Sidon. l.4.ep.3.* Cui Varrones, Plinii compositi in præsentiarum rusticabuntur.

Rusticula, æ, idem ac rustica, ideft gallina rustica. *Plin.l. 10. c. 38.* Currunt, ut perdices, rusticulæ.

Rusticŭlus, a, um, aliquantulum rusticus. *Martial. l. 10. epigr. 19.* Nec doctum satis, & parum feverum, sed non rusticulum minus libellum, &c.

Rusticŭlus, i, *villanello. Cic. pro Sext. c. 38.* Senfit rusticulus non incautus, suum sanguinem quæri.

Rusticus, ci, *villano*, פְּרִי שָׂדֶה, Ger. *ein baursmann*, Gal. *villageois*, Hisp. *aldeano*, ἀγλοῖκος, γεωργὸς, agricola, vel qui rure degit. *Cic. in Orat.* Qua frequentissime sermo omnis uritur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum. *Id. pro Sext. c.45.* Sunt municipales, rusticique Romani. ¶ Erant autem *Rustici* Cives Romani, qui in ruribus vitam degebant agri colendi causa, vel sui, vel alieni, vel privati, vel publici.

Rusticus, a, um, *pertinente a villa*, ἀγροικος, quod ruris, vel hominis rustici est. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 27.* Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem voces, parsimoniæ, diligentiæ, justitiæ magistra est. *Id. 1. de Or.c.58.* Res rusticæ. ¶ Translate sumitur pro inculto moribus, & vita, quasi semibarbaro. *Virg.2. Ecl.56.* Rusticus es Corydon. *Cic. pro R. Am.c.27.* Rustici mores. *Gel. l. 17. c. 2.* Sermonari, rusticius videtur, sed rectius; sermocinari, crebrius, sed corruptius, ¶ Apud *Gell.l.13.c.6.* rusticus sermo est barbarismus.

Rusto, as, a. 1. rubos, & rusta cædo, evello, senticeta purgo, apud *Fertul. Apolog. c.4.* & *de Pall. c.2.* Ubique tamen alii leg. *truncare*, vel *ruspare*.

Rutĭum, i, genus rubi, ut ex *Festi* fragmento apparet.

Rufus, adv. idem ac rursus, apud ver. *Enn.* apud *Non. c.4.n.402.* Profus, rusus reciprocat fluctus feram. Sic Rusum pro rursum.

Ruta, æ, f. *ruta*, πήγανον, genus herbæ, a Græco ῥύτη sive ῥυτή, *Varr.l. 4. de L. L. c. 21.* Quæ in hortis nascuntur, alia peregrinis vocabulis, ut Græcis ocymum, mentra, ruta, quam nunc πήγανον appellant. Interpres Theriacorum Nicandri, ac Hesychius quoque interpretatur ῥυτὴν, τὸ σκληρὸν καὶ πήγανον κλάδον. ideft vinacea, & rutam albam. Estque id a ῥύω, *servo*, quia, ut Dioscorides docet, valeturdinem conservat. Unde & ῥύσιμον Nicandro vocatur. *Plin.l.20.cap.13.* Simili modo contra serpentium ictus, urpote cum musteæ dimicaturæ cum his, rutam prius edendo se muniant. *Ovid. 2. de Remed. amor. vers. 801.* Utilius sumas acuentes lumina rutas. ¶ Translate sumitur pro asperitate fermonis, quemadmodum *pulegium* pro suavitate. *Cic. ad Piron. l. 16. Famil. epist. 23.* Cras expecto Lepram: etenim ad cujus rutam pulegio mihi sermonis rui utendum est. ¶ *In ruta folium conjici*, proverb. est, quod significat, in spatium minimum cogi, & contrahi. Legitur in *Fragment. Tragur. Petronii*.

Ruta cæsa, n. 2. num. plur. res erutæ, & cæsæ, quæ in venditionibus excipi solent, a *ruendo*, & *cædendo*. *Fest.* Ruta cæsa dicuntur, quæ venditor possessionis, sui usus gratia, concidit, ruendoque contraxit. *Ulpian. Dig. l.50.tit.16.leg. 241.* Si ruta cæsa excipiantur in venditione, ea placuit esse rura, quæ erura sunt, ut arena, creta, & similia: cæsa ea esse, ut arbores cæsas, & carbones, & his similia. *Murius l. in rutis, de verb. sign.* In rutis, & cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili, tectoriove non continentur. *Cicer. in Top. cap. ult.* Fecique, quod sæpe liberales venditores facere solent, ut, cum ædes, fundumve vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori; quod ornandi causa agte, & loco positum videatur. ¶ *Ne in rutis quidem, & cæsis*, proverbialis locutio est, pro nulla in parte. *Cic. 2. de Or. c. 55.* Sed dicet te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem, & cæsis folium tibi paternum recepisse. ¶ In his *Ciceronis* locis *recipere*, est excipere.

Rutābri, orum, m. rastri, quibus terra penitus equitur, & invertitur. *Varr.l.4.de L.L.c.31.*

Rutabŭlum, i, מַחְתָּה, ἐνσκαλίκλης, instrumentum, quo ignis in furno movetur, & dejicitur, a *ruendo*. *Fest.* Rutabulum est, quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia utuntur. ¶ Sumitur & pro qualibet virga, vel baculo, quo aliquid miscetur. *Col. l. 12. c. 20.* Jubebis ligneo rutabulo agitari quod decoxeris. ¶ Translate sumitur pro Pene. *Navius* apud *Fest.* Ea licet senile tractet tetritum rutabulum.

Rutacĕus, a, um, quod ex ruta confectum est, ut rutaceum oleum, apud *Plin. Valerian. l. 2. c. 28.*

* Rutarius clivus, ubi multa ruta vel rudera sunt. *Lap. ap. Fabrett c. 1. pag. 10.*

Rutātus, a, um, πηγωμένος, ex ruta factus, ruta conditus, seu medicatus. *Plin. l. 19. c. 8.* Invenio, mustum rutatum populo datum. *Martial. l. 10. ep. 48.* Secta coronabunt rutatos ova lacertos. ideft ruta condita, vel involutos.

Rutellum, i, parvum rutrum. *Lucil.* apud *Non. c. 1. n. 66.* Erumectarius est, modium secum, atque rutellum unum affert.

Rutĭlans, is, nom. ex partic. idem ac rutilus. *Stat. 11. Theb. v. 514.* rutilantia æra. *Venant. Fortun. l.8. carm.5. sub fin.* Vellere candidior niveo, rutilantior auro.

Rutilātus, a, um, part. a rutilo. *Liv. l.38. c.17. de Gallis.* Comæ promissæ, & rutilatæ. *Tertul. adv. Hermog. c.1.* Propexus, rutilatusque crinis.

Rutilesco, is, n. 3. ἐωθίζομαι, rutilus fio. *Plin. l. 8. c. 55.* Certe liquescente ea rutilescunt annis omnibus.

Rutilis, le, adject. idem ac rutilus. *Col. l. 8. c. 2.* Rutilem galeam, & cristam capite gerit.

Ru-

Rutilus, a, um, adj. ruffus, rutilus. *Festus*: Rutilium, rufum significat, cujus coloris studiosæ etiam antiquæ mulieres fuerunt, unde tragœdi nomen *Rutilias*, ut indicat frequenter *Afranius*. Sunt qui leg. *rutilum*. ¶ Hinc Rutiliorum nobilis fuit Romæ familia, ex qua P. Rutilius vir doctus, & summæ innocentiæ; de quo *Sen. 6. de benef. c. 37. Valer. Max. l. 6. c. 4.* & *Ovid. 1. de Ponr. ep. 3.*

Rutilo, as, a. 1. *fare rosso, fare biondo*, הֶרְאִיב, ἐωθίζω, rutilum facio. *Plin. l. 28. c. 11.* Galliorum hoc inventum, rutilandis capillis & cinere, & sevo *Suetonius in Celig. c. 47.* Rutilare comam. ¶ Interdum neutrum est absolutum, significans rutilo colore resplendere. *Virg. 8. Æn. v. 529.* Arma inter nubem cœli in regione serena per sudum rutilare vident, & pulsa tonare. *Plin. l. 16. c. 11.* Aurum rutilat.

Rutilus, a, um, *rossegginte, risplendente*, זָהָב, Ger. *schejnend; glitzgernd*, Gall. *reluisant*. Hisp. *resplandeciente, ruvio, πυρόεις, ἐρυθρὸς, ἐωθὸς*, idem ac rufus, vel certe admodum vicinus. Nempe color est ex flavo nubescens cum quadam splendoris exuberantia. *Var. l. 6. de L. L. c. 5.* Jamque auroram rutilare procul cerno. Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo, quod ab igne Solis tum aureo aer aurescit. Quod addit rutilare, est ab eodem colore. Aurei enim rutili: & inde etiam mulieres valde ruffæ, rutilæ. *Fest.* Rutilæ canes, ideft non procul rubio colore, immolantur, ut ajt Attejus Capito, canario sacrificio, pro frugibus, deprecandæ fœvitiæ causa fideris Caniculæ. *Cic. in Somn. c.4.* Tum rutilus fulgor, horribilisque terris, quem Martem dicitis. *Tacit. de German. c.4.* Cæruleæ oculi, rutilæ comæ. *Ovid. 3. Fast. v. 285.* rutila flamma. *Id. 5. Met. v. 83.* Rutilus cruor.

Rutrum, i, מִזְמֹרֶת, חוֹרֵב, σκαπάνη, σκάφιον, instrumentum, quo aliquid eruitur, a *ruitum*, sive *rutum*. *Virr. lib. 4. de L. L. c. 31.* Rutrum, ut ruitum, a ruendo. *Fest.* Rutrum dictum, quod eo arena eruitur, *Varr.* apud *Non. c. 19. 66.* Antipatri Stoici filius caput rutro dispicnat. *Pompon. ib. d.* Salcalum hinc illo profectus, ilinc rediisti rutrum, hoc est Retro res tuæ jerunt, haud aliter, ac si ager, qui jam farculo farriendus erat, talis evadat, qualis prius fuit, cum rutro deoreret verti. Prius enim rutro vertitur ager, inde scritur, hinc occatur, postremo farculo farritur. *Cato R. R. cap. 11.* Oportet habere villicum palas sex, rutra quatruor, rastros quadridentes duos. ¶ Rutrum etiam erat hostorium, hoc est lignum id, quod in modio aqueryum diruebant, & adæquabant. In hac significatione invenitur diminut. *Rutellum*, quod V. ¶ Est etiam instrumentum ad calcem, & marmoratum subigendum, *marra*. *Plin. l. 36. c. 23.* Experimentum marmoratii est in subigendo, donec rutro non cohæreat. *Pallad. lib. 1. tit. 15.* Rutrum, quo calx subigitur.

Rutŭba, æ, f. turbatio. Ejusdem est originis ac ruina. Sic enim dici videtur, quia ruit, atque evertit statum præsentem. *Varro* apud *Non. c. 2. n. 750.* Ergo tum Romæ parce, purèque puretis vivere cum patria. Nunc sum is in rutuba.

Rutŭba, æ, f. *la Rotta*, fl. Liguriæ, qui ex Apennino M. in mare Ligusticum apud Vinimilium urb. fluit. *Lucan. l. 2. v. 422.*

Rutŭla, æ, dimin. parva ruta, *Cic. l. 9 Fam. ep. 22.* Ruta, & menta, recte utrumque dicitur; volo mentam pusillam ita appellare, ut rutulam; non licet.

Rutŭli, m. 2. prop. Latii veteris. Habitabant in regione mediterranea, prope Sabinos. Eorum primaria urbs fuit Ardea. Ex *Pl. l. 3. c. 5.* Aliquando Regem Turnum habuere, qui bellum gessit cum Ænea in Italia. *Virg. 7. Æn.*

Rutŭlus, i, m. cognomen Bacchi tertii, teste *Cic. 2. de Legib. c. 15.* ¶ Sabazius etiam dictus est Jupiter a Cretensibus, ut est apud *Valer. Max. l. 1. c. 6. num. 6.* & *Gruter. Inscript. pag. 22. n. 5.* & 6.

Sabbatarii, orum, m. שַׁבָּתַיִם, qui Sabbata servant, hoc est Judæi. *Martial. lib. 4. ep. 4.* jejunia Sabbatariorum. ¶ Adjective Sabbatarius luxus, apud *Sidon. lib. 2. epist. 2.* h. e. qui in conviviis paulo largior est Sabbatis, seu diebus festis, quam profestis.

Sabbatismus, i, m. σαββατισμὸς, sabbati observatio. *Augustin. de Civit. Dei, lib. 22. cap. ult. ad fin.*

Sabbatizo, as, a, a. 1. Sabbatum colo, servo. *Tertul. adv. Jud. c. 2.*

Sabbătum, i, *sabbato*, שַׁבָּת, Germ. *samstag*, Gal. *samedi*, Hispan. *sabado*, σάββατον, μετάνοιαι, σάββατα, septimus quisque dies uniuscujusque hebdomadæ, apud Hebræos, quem Ethnici Saturni diem nominaverunt, a שָׁבַת, *cessatio, requies*, quasi dies quietis. Nam hoc die Judæi ab omni opere feriantur, Deum

mundi architectum imitari, quem sacræ Literæ tradunt, confecta sex diebus mundi machina, eaque exornata, septimo die quievisse, ideft a novis rebus creandis cessavisse. *Suet. in Aug. c.76.* Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi. *Juvenal Sat. 6. v. 158.* Festa sabbata observare. ¶ Tricesima Sabbata apud *Horat l. 1. Sat. 9. v. 69.* sunt primus dies cujusque mensis, qui festus a Judæis colebatur, ἱερομηνία.

Sabelli, m. 2. pop. Italiæ, ideft ac Sabinites, a Sabinis orti, teste *Plin. l. 3. c. 22.*

Sabellĭcus, a, um, quod ad Sabellos pertinet. *Virg. 3. Georg. v. 255.* Denteque Sabellicus exacuit falces.

Sabellus, a, um, σάβελλος, quod ad Sabellos spectat. *Virg. 2. Georg. v. 167.* Hæc genus acre virum Marsos, pubemque Sabellam. *Lucan. lib. 2.* Tunc Umbris, Marsique ferax, domitusque Sabello Vomere.

Sabĭnæ, æ, f. relum venabuli simile lingua Illyrica, *Ennius*, Illyrii restant sicis, sabinisque fodentes.

Sabina, æ, f. *savine*, herba βρέθυ, Græcis appellata: duplex est; altera folio tamariæ simili, altera cupresso. *Plin. l. 24. c. 11.*

Sabini, m. 2. pop. Italiæ, ita dicti a Sabo filio Sabatii, qui a Saturno ejectus est. Alias longius extendebantur, nempe ab Apennino ad Bor. usque ad Tiberim, & Adrianem fl. ad Mer. ubi hodie Sabina provincia, pars Orientalis *Umbriæ*, & aliqua pars Aprutii ult. Erantque divisi in duas partes Velino fl. Nunc Sabina recidio, *la Sabina*, angustioribus restringitur limitibus, sc. Tiberi fl. ad Occ. Aprutio ult. ad Or. Aniene ad Mer. Nare, & Velino fl. ad Bor. *Festus* scribit, Sabinos dictos quasi *Sabinos* ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι hoc Græc, quod præcipui essent in cultu, ac religione Deorum. *Silius lib. 8. vers. 422.* gradit fic appellatos a Sabo eorum Deo. *Cicer. pro Ligar. c. 11.* eos vocat fortissimos, florem Italiæ, ac robur Reipublicæ. Idem laudari fuit ob morum gravitatem, severamque vivendi disciplinam. Hanc *Livius l. 1. c. 18.* tritem, ac terricam illis disciplinam tribuit, illoque genere nullum aliud incorruptius fuisse testatur. Hinc & *Martial. l. 1. ep. 63.* Casta, nec antiquis cedens Lævina Sabinis. & *Juven. Sat 10. v. 296.* sanctos licet horrida mores Tradiderit domus, ac vereres imitata Sabinas. ¶ *Sabini quod volunt fominæ*, proverbium antiquum est, cujus rationem pluribus explicat *Festus*, & *Scaliger ad ipsum*.

Sabīne, adverb. *Var. l. 4. L. L. c. 32.* Cipium Sabine bonum. *h. e.* Sabina lingua bonum significat.

* Sabinĭānus, a, um, ad Massurium Sabinum JCtum pertinens. *Ulp. D. 24. t. 11.*

Sabinus, a, um, adject. a Sabinis, ut Sabinum cœlum, *Horat. l. 1. ep. 7.* Sabinum oleum, *Pallad. in Martio, tit 9.*

Sabis, is, m. Deus Sabæorum, cui illi thuris decimas offerebant. *Plin. l. 12. c. 14.*

Sabrina, æ, f. fluvius Angliæ, *la Saverna. Tacit. Ann. 12. c. 31.*

Sabūcus, V. *Sambucus*.

Sabulētum, i, ψαμμώδη, locus in quo fabulum abundat. *Plin. l. 17. c. 8.* Crocodilion nascitur in fabuletis.

Sabŭlo, onis, m. idem ac fabulum. *Var. lib. 1. R. R. c. 9.* In queis lapis, marmor, rudus, arena, fabulo, argilla, &c. *Col. l. 4. cap. 33.* Pullam terram, & refoluram defiderat, fabulonem humidum, vel refractum, tophum non respuit. ¶ Sabulo quoque dicitur, qui mufico quodam utitur instrumento. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 1.* Imitata vicem Planipedis, & Sabulonis impudica, & prætextata verba jacientis. Alii aliter legunt.

Sabulōsus, a, um, *fabbionoso*, ἀμμώδης, plenus fabulo, *Plin. l. 13. c. 4.* Palma gignitur levi, fabulosque terra. Adde *Colum. l. 2. c. 9.*

Sabŭlum, i, *fabbione*, חוֹל, Ger. *grabsand, grieß*, Gall. *sable*, Hisp. *arena*, ψάμμος, ἠμμος, arena non illa quidem renuior, & minutior, sed crassior, villoque. *Georg. Agric. l. 7. de nat. fossilium, c. 16.* Sabulum crassius est arena; quod vel durum est, vel molle, illud marem, hoc fœminam appellant: masculum utilius sternendis viis; substernitur autem silicibus, & saxorum cruftis, simul & interseritur. Ex quibus verbis melius, quid fabulum sit, intelligas, quam ex *Isidoro*, cum *l. 16. c. 1.* hoc solum dicit, fabulum esse levissimum terræ genus. Oprime etiam inde capere est, quid fabulonem masculum *Vitruvius* vocet *l. 2. c. 3.* & *l. 8. c. 1.* ¶ Sabuli tria genera sunt pro colore diverso, album, nigrum, rubrum. *Plin. l. 17. c. 4.* Sabulum album in Ticinensi, multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terræ permixtum, inseruendum est. ¶ Sabulum etiam est instrumentum musicum, ut Jos. Scaliger conjectabat. *Apul.* Sabulum etiam est instrumentum musicum, ut Jos. Scaliger conjectabat. *Apul. lib. 2. Florid.* Dextera psallentis gestu suo fabulum citharæ admovet. Alii aliter legunt.

Saburra, æ, f. *sarna*, חוֹל, Ger. *grober sand* Gall. *gravier*, Hisp. *lastre*, πλήρωμα τῆς νεὼς, γόμος, ἔρμα; proprie fabulum vilius, & crassius, quod ad certam usque mensuram navibus solet imponi, ne instabiles sint, & generatim quodcunque pondus, quo naves eo fine onerantur. *Virg. 4. Georg. v. 195.* Et fæpe lapillos, Ut cymbæ instabiles fluctu jactante saburram, Tollunt, *Liv. l. 37. c. 14.* Et onerarias docere multa saburra gravatas.

Saburrālis, le, adject. saburra constans, ut sacoma saburrale, apud *Vitruv. l. 9. c. 9.* *contrapposto fatto di savbia*.

Saburrātus, a, um, saburra oneratus. Translate ponitur pro fatuo, pleno, opplero. *Plaut. Cistel 1. 2. 2.* Quæ ubi saburratæ fumus, largiloquæ extemplo fumus.

Saburro, as, a. 1. ἐρματίζω. saburra onero, & stabilio adversus vim ventorum. *Solin. c. 15.* Grues volaturæ arenas devorant, fubstatique lapillis ad moderatam gravitatem saburrantur. *Plin. l. 18. c. 35.* Echipi affigentes se se, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt.

Sacæ, arum, m. 1. pop. Scythiæ intra Imaum, inter Alanos, Scythas, Jaxartas, & Orgasos, ubi nunc Chazaligare pop. Tartariæ magnæ. *Plin. l. 6. c. 17.*

Sacātos, i, m. rofmarini infructuosi species. *Apul. de herb. c. 79.*

Saccaria, æ, ἡ τῶν σάκκων ἐμβόλησις, σακκοπωλική, saccorum mercatura. *Apul. l. 1. de Asin.* Saccariam faciens merebam.

Saccarius, ii, σακκοφόρος qui saccis gestandis victum quæritat. *Paul. l. qui fundum, de contrab. empt.* Si quid ex facco saccario cecidisset.

Saccarius, a, um, adject. a saccis, ut saccaria navis, quæ sacços frumentatios, vel alijs mercibus plenos vehit. *Quint. l. 1. §. 8. c. 2.*

Sacĕātus, a, um, transmissus per saccum, percolatus, ut saccatus adeps. *Plin. l. 29. c. ult.* Saccata aqua, *Sen. ep. 85.* ¶ Saccatus corporis humor. *Lucret. l. 4. v. 1022.* pro lorip ufurpatur, eo quod saccetur, & coletur per humanum corpus. *Arnobius* saccatum absolute dixit *l. 2. c. 69.* Inter pituitas, & sanguinem, inter stercoris hos utres & saccari obscenissimas scrias,

accipi solent. *Ulp. l. faculat. 7. de extraord. crim. l. 47. ff. l. 11.* Saccularii; qui vetas in facculis artes exercentes partem subducunt, partem subtrahunt, item qui *diribitarii* appellantur. *h. e.* hi, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures, puniendi sunt.

Saccellus, i, *Sacchetto, borsa, σακκίον, βαλλάντιον*, parvus saccus, marsupium. *Mart. l. 5. ep. 40.* Excussi loculosque, facculumque. *Juv. sat. 14. v. 138.* pleno turget cum facculus ore.

Saccus, i, *sacco, ртн*, אמתחת, Ger. *ein sack*, Gall. *un sac*, Hisp. *saco, σάκκος*, vas ex tela, vel corio, vel alia materia. *Col. l. 12. c. 17.* In junceis fiscellis, vel sparteis saccis percolatæ. *Horat. lib. 1. satir. 10. v. 70.* Congestis undique saccis indormis inhians. ¶ Saccus vinarius est, quo vini fæces percolantur, ipsumque vinum mitius, suaviusque fit. *Pl. l. 24. c. 1.* In saccos vinarios additur polenta. *Id. l. 19. c. 4.* Invereundi vina, faciisque castrari. *Id. l. 14. c. 22.* Vini vires sacco frangi. *Col. l. 9. c. 15.* Saccus, quo vinum liquatur, tenui vimine ratius contextus, inversæ metæ similis. ¶ Saccus nivarius est colum, figura metæ inversæ, quo nive impleto, & aqua transmissa, vinum refrigerabatur, multumque asperitatis amittebat. De eo *Mart. l. 14. epigr. 104.* Attenuare nives nolunt & lintea nostra. Frigidior colo non salit unda tuo. *Id. epig. præced. de nivario colo.* Setinos moneo, nostra nive frange rientes. Hue etiam, si placet, traduci possunt Plinii loca modo aliata: quanquam certum est, tum percolando, tum refrigerando, vinum æque mitescere. ¶ Et præterea saccus genus quoddam vestimenti, quo Monachi Ægyptiorum induebantur, ut notat *Salmas. ad Tert. de pal. pag. 72.* manicis carens, & corpus pressule constringens. ¶ Ad saccum ire, est ad paupertatem redigi; nam mendici stipem collectam in sæculo reponebant, *Plaut. Cap. l. 1. 20.* Extra portam ire erigeminam ad saccum licet.

Sacellum, i, *ναΐδιον*, locus parvus Deo sacratus, cum ara, dim. a *sacrum*. *Fest.* Sacella dicuntur loca Diis sacrata sine tecto. Qui locus consideratione dignus est. Inde enim discimus, sacellum esse, quod Græci dicunt *περίβολον*, h. e. conspectum, nempe locum sacrum tantummodo clausum muro. *Cic. l. de Div. c. 46.* Exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa. *Id. 2. Agr.* Sunt enim loca publica urbis, sunt sacella, &c.

* Sacena, & per syncop. scena, dolabra Pontificalis. *Fest. in Scena.*

Sacer, cra, crum, *sacro*, קדוש, Ger. *heilig od. gott. zugehorig*, Gal. *sacré*, Hisp. *sacrado, ιερός*, consecratus, sanctus, venerabilis, inviolabilis. *Cic. 3. Ver. c. 18.* Qua ex opinione hominum illa insula eorum Deorum sacra putatur. *Plin. l. 16. c. 4.* Civica iliqua primo fuit, postea magis placuit ex esculso Jovi sacra. *Ov. Heroid. ep. 9. v. 159.* Deprecor hoc unum per jura sacerrima lecti. Rursus *Fl. l. 11. c. 37.* Morientibus oculos operire, Quiritium magno ritu sacrum est. ¶ Interdum ponitur pro execrando, detestando, ut *homo sacer, sacra fames*, &c. Homo sacer is dicebatur, quem de aliquo scelere damnatum impune licebat occidere. *Fest.* Ar sacer homo est, quem populus judicavit ob malefacium, neque fas est immolari, sed qui occidit, parricidii non damnatur. Nam lege Tribunitia prima cavetur, Si quis eum, qui picbiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ex quo quivis homo malus, atque improbus facer appellari solet. Hæc *Festus*. Ratio appellationis est, quia Diti Patri, vel Jovi, vel alii Deo consecratus per populi judicium fuerat. Mos enim erat Romanis, ut, quos vellent impune occidi, corpora alicui Deo, præcipue vero inferis, devoverent. *Serv. in 3. Æn. v. 57.* ait a Gallis hanc appellationem ortam esse. Nam cum Massilienses peste laborarent, unus ex egentibus se se offerre solebat annum integrum alendum publicis cibis, & purioribus. Postea verbenis, vestibusque sacris ornatus circunducebatur per urbem cum execrationibus. Precabantur enim, ut in eum omnia mala civitatis incumberent; sicque projiciebatur. *Macr. l. 3. Sat. c. 7.* causam affert, quia veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed adigebant ad fines Deorum, quibus sacrum esset, animas vero sacratorum hominum Dii debitas esse, existimabant. *Plaut. Bacch. 4. 6. 14.* Ego sum malus, ego sum sacer, scelestus. *Horat. l. 2. sat. 3. v. 181.* Uter Ædilis fuerit, vel vestrum Prætor, is intestabilis, & sacer esto. *Virg. 3. Æn. v. 56.* Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? ¶ Sacer ignis, genus morbi. V. *Ignis*. ¶ Sacer morbus, idem ac epilepsia alias morbus major, divinus, Herculeus, comitialis, sonticus, caducus. Dicitur facer, ut ait *Plato in Timæo*, quia est sacræ partis, hoc est animi, languor; vel quia, ut ait *Apulejus in Apol.* animi partem rationalem, quæ longe sanctissima est, violat. Adde *Cal. Aurel. l. 1. Tard. c. 4.* ¶ Sacra via locus erat Romæ in regione quarta, ubi Romulus, & Tatius fœdus iecrant: tendebat autem a regia usque in arcem. *Hor. l. 1. sat. 9. Cic. pro Planc.*

Sacer Mons, *ἱερὸν ὄρος*, mons Latii, in Sabinorum confinio, apud Anienem fl. ab urbe Roma paulo supra 3. M. P. ubi fl Tiberim subit, quem Plebs Romana, post expulsos Reges anno 17. ab Urbe C. 260. circiter, cum nexu potentiorum premereiur, secessione facta a Patribus, Urbeque relicta, occupavit. Dictus est sacer, quod a Plebe Jovi consecratus fuerit, vel quod in eo leges sacræ sint latæ, & Magistratus sacrosancti, ideft Tribuni Plebis, sint creati. *Fest. & Cic. in Brut. & Liv. l. 2.* ¶ In hunc montem alia etiam secessio a Plebe facta est anno U. C. 306. Causa fuit libido Ap. Claudii unius ex Decemviris in Virginiam filiam L. Virginii. *Liv. l. 3.*

Sacerdos, otis, com. *Sacerdote*, כהן, Ger. *Priester*, Gal. *Prêtre*, Hisp. *Clerigo, ιερεύς*, qui Deo dicatus est ad sacrificia facienda. *Cic. 4. Acad.* Sed cum Sacerdotes Deorum vacationem habeant. *Virg. 3. Æn.* Cursusque dabit venerata Sacerdos. *Id. 6. Æn.* Ne sævi, magna Sacerdos. ¶ Accipitur etiam pro Augure. *Pl. l. 2. ep. 1. & l. 4. ep. 8.* quæ loca vide.

Sacerdotalis, & le, o *3. Sacerdotale, ἱερατικός*, quod ad Sacerdotem spectat *Pl. l. 7. ep 24.* Sacerdotales ludi.

Sacerdotissa, f. 1. *Sacerdotissa, ἱέρεια*, mulier, quæ Sacerdotio fungitur. *Gel. l. 10. c. 15.* Eædem ferme cæremoniæ sunt, quas Flaminicas Sacerdotissas Diales feorsum ajunt observitasse. Ita legitur in quibusdam Editionibus, in aliis vero, iisque emendatioribus, τὸ *sacerdotissas*, deest. Afferrur etiam Hispanica quædam Inscriptio, de cujus tamen avo jure dubitatur, cum probati quique Scriptores *Sacerdotem* utroque genere usurparint.

Sacerdotium, ii, *Sacerdozio*, כהונה, Germ. *Priesteramt*, Gall. *Prêtrise*, Hisp. *dignidad de Sacerdote, ιερωσύνη*, Sacerdotis dignitas, & officium. *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 19.* Sacerdotia omnes curationes vocamus eorum, qui res sacras, & divinas tractarent. *Cic. pro Dom. c. 53.* Licinia Virgo Vestalis, summo loco nata, sanctissimo Sacerdotio prædita. *Id. lib. c. 52.* Sacerdotium inire. *Id. ibid. c. 14.* In Sacerdotium venire. *Id. ib. c. 40.* Publicis Sacerdotiis præesse. *Id. 2. Agr. c. 7.* Sacerdotia mandare. ¶ Significat etiam Sacerdotis proventum. Nos *Beneficium* vocamus. Sacerdotiorum autem duo fuerunt genera: unum, quod publici juris esset; alterum à patrefamilias ea ratione erectum dedicatumque, ut & sacrorum cura, & fructuum ipsius Sacerdotii perceptio ad solam gentem familiamque suam perpetuis successionibus pertineret. *Liv. l. 9. c. 29.* Gens Portitia, cujus ad aram Herculis familiare Sacerdotium erat. *Id. l. 30.* In ejus locum Pontifex (nam duo Sacerdotia habuit) Ser. Sulpitius Galba inauguratus. *Tac. 1. hist. c. 77.* Ab exilio reverso adolescentes avitis, & paternis Sacerdotiis in solatium recoluit. ¶ Etiam augurans Sacerdotium dici potest. *Pl. l. 4. ep. 8.* Gratularis mihi, quod acceperim augurarum, jure gratularis: primum quod graviffimi Principis judicium in minoribus etiam rebus consequi pulcrum est, deinde quod sacerdotium ipsum cum priscum & religiosum, tum &c.

Sacerdotilla, læ, f. minor, seu parva Sacerdos. *Var. l. 4. de L. L. c. 29.* Dictum capital a capite, quod sacerdotulæ in capite etiam nunc solent habere. *Fest. in Flaminia.* Flaminia dicebatur sacerdotula, quæ Flaminicæ Diali præministrabat.

* Saces, æ, m. *σάκης*. V. Sacæ.

Sacodios, f. *σακκόδιος*, gemma hyacinthi coloris. Dicta est a *sacos*, quo nomine Indi colorem hyacinthum similem appellant. *Pl. l. 37. c. 9.*

Sacôma, atis, n. *contrappeso, peso*, משקל, *σύνμμα*, & Dorice *σώνμμα*, æquipondium, quod in altera stateræ parte opponitur ad æquilibrium alicujus rei faciendum. *Vitruv. l. 9. c. 3.* Aureum coronam votivam immani pretio locavit faciendam, & auzum ad sacoma appendit redemptori. Is ad tempus, opus manufactum subtiliter regi approbavit, & ad sacoma pondus coronæ visus est præstitisse. hoc est eodem pondere aurum elaboratum redidit, quo infectum accepetat. *Id. Vitruv. l. eod. cap. ult.* sacoma faburrale vocat pondus appensum horologio, *contrappeso*.

Sacopenium, ii, succus herbæ ferulaceæ, a Sagapeno differens in eo, quod Sagapenum vocatur, quod in transmarinis regionibus provenit, Sacopenium, quod apud nos. *Pl. l. 20. c. 18.*

Sacos, V. *Sacadios*.

Sacra, orum. V. *Sacrum*.

Sacramentum, i, *sacramento, cosa sacra*, מטמר, קדש הקודשים, *μυστήριον*, res sacra, venerabilis, inviolabilis. Speciatim a priscis Latinis, & Romanis usurpabatur pro pecunia, quam contendentes in loco sacro, vel apud Pontificem deponebant. *Varl. 4. de L. L. prope fin.* Sacramentum a sacro. Et qui perebat, & qui instituebatur, de aliis rebus utcrque quingenos æris ad Pontificem deponebat, de aliis item rebus certum alium legitimum numerum assium. Qui judicio vicerat, suum sacramentum a sacro auferebat, victi ad ærarium redibat. *Festus*: Sacramenti nomine id æs dici cœptum est, quod pœnæ nomine pendirur. Et id quidem propter ærarii inopiam, & sacrorum publicorum multitudinem consumabatur in rebus divinis. Quoniam vero in privatis controversiis, ne calumniatores impune discederent, moris erat, ut dictum est, ur pecunia a litigantibus deponeretur, hinc factum est, ut sacramentum pro causa, vel controversia usurpatum inveniatur, seu pro litis genere simili sponsionis. *Cic. 1. de Orat. c. 10.* Quibuscum tibi justo sacramento contendere non liceret. *Id. pro Cæc. c. 33.* Cum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemviris religionem injeciffet, non posse sacramentum nostrum justum judicari, &c. *Id. pro Mil. c. 27.* Injustis vindiciis, & sacramentis alienos fundos petere. *Id. pro Dom. c. 29.* Si Decemviri sacramentum in libertatem injustum judicassent. *h. e.* aliquem de libertate litigantem liberum non esse judicassent. ¶ Sæpe sumitur pro juramento, vel pro eo, quod juramento affirmatum, aut factum est, vel pro obligatione contracta ex juramento. Hinc juramentum, quo milites se pro Republica recte, & fideliter militaturos pollicenbatur sacramentum militare, & milites ipsi sacramento ligati dicebantur, cujus quidem juramenti solemnem formulam *Gel. l. 16. c. 4.* affert ex *Cincinio. Cæs. l. 1. B. C. c. 23.* Milites Domitianos sacramentum apud se dicere jubet. *Tac. 2 hist. c. 81.* Ante Idus Jul. Syria omnis in eodem sacramento fuit. *Id. 1 hist. c. 42.* Divus Julius seditionem exercitus uno verbo compescuit, Quirites vocando, qui sacramentum ejus detrectabant. *Id. 1. Ann. c. 37.* Sacramento adigere legiones. *Id. 3. hist. c. 4.* Sacramentum exuere. *Id. Ann. 16. c. 13.* Sacramento solvi. *Liv. l. 25.* Qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, iis stipendia procederent. *Id. l. 32.* Obvio in agris sacramento rogatos arma capere cogebat. *h. e.* jurejurando adstrictos. *Cic. Offic. 1. c. 11.* Caro scripsit ad Pompilium, ut secundo eum obligaret sacramento, quia priore amisso, jure cum hostibus pugnare non poterat. *Tac. Hist. 1. 70.* Accedere sacramento Vitelii. *h. e.* ad eum transire. ¶ Neque vero solum de militari, sed & de quovis juramento dicitur. *Horat. l. 2. od. 17.* Non ego perfidum dixi sacramentum.

Sacrâni, m. 2. pop. Latii, Rutulis, & Ardentibus proximi, sic dicti, quod Martia sacrati fuissent. *Fest.* Sacrani appellati sunt Reate orti, qui ex Septimontio Ligures, Siculosque exegerunt. Nam vere sacro nati erant. *Serv. vero in 7. Æn. v. 795.* aliter: ait enim, Sacranos duxisse originem ex quodam Corybante, qui in Italiam veniens sedem fixisset, atque ita appellatos, quod Matri Deum sacrati essent. *Virg. loc. cit.* Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.

Sacrarium, ii, *sagrestia*, אוצר, *ἱεροφυλάκιον*, repositorium rerum sacrarum, locus in templo, in quo sacra deponuntur. *Ulpian. Dig. l. 11. tit. 8. leg. 9.* Illud notandum est, aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium. Sacer locus est locus consecratus. Sacrarium est locus, in quo sacræ res reponuntur: quod etiam in ædificio privato esse potest: & solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde evocare. ¶ Ponitur etiam pro sacello, locoque sacrato. *Cic. pro Mil. c. 31.* Ante ipsum sacrarium Bonæ Deæ primum illud vulnus accepit. *Sueton. in Aug. c. 5.* Natus est Augustus ad Capita bubula, ubi nunc sacrarium habet. ¶ Item pro larario in ædibus privatis, pro tabulario secreto, & quovis loco abdito. *Cic. 13. Fam. epist. 2.* C. Aviano Evandro, qui habitat in tuo sacrario, multum utor. Adde *Suet. in Tiber. cap. 52.* Translate *Sen. l. 5. Quæst. c. pænult.* Arcana illa rerum naturæ sacra non promiscue, & omnibus patent, reducta, & in interiori sunt clausa sacrario.

Sacrarius, ii, m. qui aliquid sacrat; vel qui sacra custodit. *Inscr.* apud *Grut. pag. 308. n. 1.* Sacrarius Junonis Quiritis.

Sacratio, onis, *Macrob. l. 3. Saturn. c. 7.* ad illud *Virg. 10. Æn.* Injecere manum Parcæ, telisque sacrarunt Evandri: Et hic, inquit, proprietatem & humani & divini juris executus est; nam ex manus injectione, pene mancipium designavit, & sacrationis vocabulo observantiam divini juris implevit.

Sacrator, oris, m. qui sacrat. Utitur hac voce quidam *Audax* scribens ad *Augustin. epist. 139. (al 260.)* ipsum Augustinum vocamus sacratorem justitiæ, dispensatorem salutis æternæ.

Sacratus, a, um, *consecrato, sacro, ἱερωθείς*, facer. *Vir. 1. Æn. v. 371.* Vittasque resolvit Sacrati capitis. *Ovid. 2. Trist. v. 552.* Et tibi sacratum fors mea rupit opus. *Virg. 2. Æn.* Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura. *Martial. l. 4. epigr. 1.* Caftaris alma dies, & luce sacratior illa, &c. *Plin. l. 13. c. 4* Numine illis gentibus sacratissimo. ¶ Sacrati homines, iidem qui sacri, Diis debiti. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 7.* ¶ *Leges sacratæ, ὅριοι νόμοι*, dicebantur, in quibus sancitum erat, ut si quis adversus eas fecisset, facer alicui Deorum, ut Jovi, vel Diti, cum familia, pecuniaque esset. Speciatim hoc nomine dictæ sunt leges quædam apud Romanos, quæ pro Civium Romanorum libertate latæ fuerunt. Sacratas dictas esse censet *Fest.* aut quod eas Plebs, cum a Patribus secessisset, Cassio, Cominioque Coss. anno U. C. 260. jurata in monte Sacro scriverit, aut quod iis sancitum sit, ut, si quis adversus eas fecisset, facer alicui Deorum esset. *Cic. pro Dom. c. 17.* Quo exemplo, quo more, quo jure legem nominatim de capite civis indemnati tulisti? verant leges sacratæ, vetant 12. tabulæ, leges privatis hominibus irrogari. *Id. pro Sext.* Cum & sacratis legibus, & 12. tabulis sanctum esset. ¶ Fuerunt autem multæ, quarum tres pro Plebis, reliquæ pro Populi libertate sunt latæ. Prima fuit, ut Tribuni Plebis quotannis quinque de Plebe crearentur, qui auxilio Plebi adversus Consules essent. Secunda, ut Tribuni Plebis sacrosancti essent. Tertia, ne Tribunatus Plebis, nisi Plebejis, pateret. Quarta, ne de capite Civis Romani, nisi Centuriatis agi Comitiis posset. Quinta, ne privilegia irrogari liceret. Hæ eædem leges post in 12. Tabulas sunt translatæ. V. *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R.* & *Fest.* ¶ Fuit etiam Sacrata lex militaris, lata, ut putat *Hotomanus*, a M. Valerio Corvo dictatore Anno Urbis CCCCXI. ob secessionem militum Capuanorum; sanctumque ea est, ne cujus militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur. *Liv. l. 7.*

Sacravienses, incolæ regionis Sacræ viæ, in urbe Roma *Fest. in October.*

Sacres porci dicuntur, qui puri habentur, & ad sacrificia idonei: tales autem dicebantur decimo a partu die, *Var. l. 2. R. R. c. 1. & 4. Fest.* & *Plaut. Men. 2. 2. 16.*

Sacricŏla, æ, com. *ἱερουργός*, qui sacra colit, sacerdos. Aliqui sacricolas interpretantur ministros sacrarum. *Tac. 3. hist. c. 74.* Solertia liberti lineo amictu turbæ sacricolarum immissus.

Sacrifer, ra, rum, *ἱεροφόρος*, qui fert sacra. *Ovid. 4. Fast. v. 252.* Est Dea sacriferas pene secuta rates.

Sacrificâlis, & le, o. 3. *ἱερουργικός*, quod ad sacrificium spectat. *Tac. l. 2. Ann. cap. 69.* Sacrificalem apparatum, festam Antiochensium plebem per lictores prorurbat. *Apul. l. 9. Metam.* Sacrificales epulæ.

Sacrificatio, onis, *sacrifizio*, זבח, *ἱερούργημα*, actus sacrificandi. *Cic. 2 de nat. Deor. c. 27.* Itaque in ea Dea, quod est rerum custos intimarum, omnis & precatio, & sacrificatio externa est.

Sacrificator, oris, qui sacrificium facit. *Tertul. de Spect. c. 8.* Si Capitolium sacrificator, & adorator intravero.

Sacrificatus, us, m. idem quod sacrificatio. *Apul. l. 7. A. A.* Nullum pecus sacrificatui habere.

Sacrificatus, a, um, *sacrificato*, in sacrificio mactatus. *Plin. l. 36. c. 21.* In Pelliculis sacrificatorum animalium.

Sacrificium, ii, *sacrifizio*, זבח, German. *opffer*, Gall. *sacrifice*, Hispan. *sacrificio, Suvia*, sacrum, res divina. *Cicer. de Arusp. resp. cap. 6.* De illo ipso sacrificio, quod fit pro salute Populi Romani. *Idem ad Brut. epist. 15.* Cujus ad eam sacrificium facere soleris. *Id. 7. Ver. c. 57.* Sacrificia anniversaria.

Sacrifico, as, a. 1. *sacrificare*, העלת, זבח, הקריב, German. *opffern*, Gall. *sacrifier*, Hisf. *sacrificar, θύω*, rem divinam facio, victimam alicui macto, cæsis hostiis Deum placo. *Plaut. Capt. 2. 2. 4.* Genio ubi suo quando sacrificat, &c. *Id. Most. 1. 3. 84.* Ædepol summo Jovi si vivo argento sacrificassem. *Ovid. 4. Fast. vers. 414.* Ignavam sacrificare fuem. *Plin. l. 3. c. 5.* Cui sacrificatur ad diem 13. Cal. Januarii. ¶ Inter sacrificare (inquit *Non. c. 5. num. 12.*) & litare hoc interest, quod sacrificare est rem aliquam sacrificio petere, litare est propitiare, & impetrare.

Plaut.

Plaut. Pœn. 2. v. 41. Si istue unquam factum est, tum me Jupiter faciat, ut semper sacrificem, nec unquam litem.

Sacrificor, aris, depon. 1. idem ac sacrifico. *Var.* apud *Non. c. 7. n. 98.* Viris nuptis sacrificabantur in cubiculo viduæ. Adde *Gel. l. 18. c. 12.*

Sacrificŭlus, i, m. זבח, *ἱερουργός*, Sacerdos, a *sacrificando*. *Suet. in Domit. c. 1.* Ac mane Iliaci celatus habitu, interque Sacrificulos vanæ superstitionis. ¶ Rex Sacrificulus, idem ac Rex sacrorum. V. *Rex.*

Sacrifícus, ci, *ἱερουργός*, qui sacra facit, Sacerdos. *Ovid. 6. Fast. in fin.* Martia, sacrifico deductum nomen ab Anco.

Sacrificus, a, um, *ἱερατικός*, quod pertinet ad sacrificia. *Ovid. 1. Fast. v. 130.* Et modo sacrifico Clusius ore vocor. *h. e.* ore Sacerdotis sacrificantis. ¶ Sacrificæ tibiæ, quibus utebantur in sacrificiis. *Plin. l. 16. c. 36.* Nunc sacrificæ Thuscorum e buxo tibiæ. ¶ Sacrifici dies, in quibus sacrificium fit. *Ovid. Met. 13. v. 590.* non ut delubra, diesque Des mihi sacrificos, calituraque ignibus aras. ¶ Sacrifica vestis, cujus usus est in sacrificiis. *Sil. l. 3. v. 27.*

Sacrilĕge, adv. *sacrilegamente*, per sacrilegium. *Tert. in Apolog. c. 12.*

Sacrilegium, ii, *sacrilegio*, מעלה, Germ. *kirchenraub*, Gall. *sacrilege*, Hisp. *sacrilegio, ἱερόσυλία*, furtum rerum sacratum. *Quintil. l. 4. c. 2.* Sacrilegium admittere. *Id. l. 5. c. 10.* Facere sacrilegium.

Sacrilĕgus, gi, m. 2. *sacrilego*, מועל, Ger. *kirchen dieb*, Gal. *pilleur des temples*, Hisp. *sacrilego, ἱερόσυλος*, qui rem facram, aut etiam rem profanam in loco sacro depositam furatur, a sacrum, & lego, hoc est furor. *Voss. Serv. ad illud 9. Ecl.* Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. Sublegi, inquit, ideft, furatus sum. Inde & sacrilegus dicitur, qui sacra legit, ideft, furatur. *Ter. Adel. 2. 4.* Ubi est ille sacrilegus? *Cic. 2. de Leg. 16.* Sacrilego pœna est, neque ei soli, qui e fano abstulerit, sed etiam qui sacro commendatum, quod & nunc multis fit in fanis.

Sacrilĕgus, a, um, *sacrilego, ἱερόσυλος*, qui facra violat, scelestum, nefarium, *Cic. 7. Ver. c. ult.* Bellum sacrilegum. *Hor. l. 2. od. 13.* Sacrilegæ manus. *Ovid. de rem. amor. v. 367.* Lingua sacrilega. *Plaut. Rud. 3. 4. 1.* Exi e fano, hominum sacrilegissime.

Sacrima, atis, n. erat mustum, quod Liberalibus Libero sacrificabant pro vineis, vino, & vafis conservandis, ita dictum, quia sacrum. *Festus*.

Sacriportus, h.e. facer portus, locus fuit Romæ in regione quarta Urbis. *Var. l. 4. L. L. c. 8.*

Sacris, e, adject. V. *Sacres*.

Sacrium, ii, fuccinum, apud Scythas. *Plin. l. 37. c. 2.*

Sacro, as, a. 1. *consagrare*, קדש, Ger. *Gott zuweignen, weihen, heiligen*, Gal. *sacrer, dedier*, Hisf. *consagrar, ἱερόω*, Deo dedico, & sacrum facio. *Cic. 2. de Leg.* Auri, argenti, eboris sacrandi modus esto. *Plin. l. 36. c. 11.* Quem post cæcitatem visu reddito, ex oraculo Soli sacravit. *Ovid. 1. Fast.* Utque ego perpetuis olim sacrabor in aris. ¶ Sacrare votum Diis, est voto fese astringere. *Virg. 8. Æn. v. 715.* Votum immortale sacrabat. ¶ Sacrare fœdus, est sancire. *Liv. l. 38. c. 33.* Fœdus, quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis sacratum fuisset. ¶ Ponitur aliquando pro devovere, & detestabile decernere, & ita morti addicere, ut impune violari, & occidi possit. *Liv. l. 2. c. 8.* Ante omnes de provocatione adversus Magistratus ad Populum, sacrandoque eum bonis capite ejus, qui Regni occupandi consilia iniffet, gratæ in vulgus leges fuere.

Sacrosanctus, a, um, *sacrosanto, ἱερὸς καὶ ὅσιος*, inviolabilis, intactus, ab omni injuria tutus, a *sacer*, & *sanctus*, quia sanctum esset, ut sacer haberetur, qui violasset, quod sanctum erat. Sacrosanctum aliquid fiebat tum religione, tum lege: religione quidem, quia cerris ad hoc cæremoniis opus erat: lege autem, quia hac sanciebatur, ut sacer esset, qui sacrum violasset, eive nocuisset, cui hac lege cautum erat. Sanciebatur autem vel a sola Plebe, vel a Patriciis, & Plebe simul. Nec sanciebatur, nisi intercedente juramento, quemadmodum *Festus* docet. Erat autem juramentum tale, legem se perpetuo observaturos, addebaturque execratio, ut qui legi parerent, ita Deos superos, inferosque propitios haberent, qui non parerent, infestos, quemadmodum *Dionys. Halicarn.* scribit *l. 6. Cic. pro Corn. Balbo, c. 14.* Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompejo a Gellio, & a Lentulo Coss. lata est, in qua aliquid sacrosanctum videretur? Primum enim sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod Populus plebive sanxisset. ¶ Speciatim apud Romanos Tribuni Plebis sacrosancti fuere, ideft eos nemo lædere poterat sine capitali piaculo. *Liv. l. 3. c. 55.* Et cum Plebem hinc provocatione, hinc tribunitio auxilio saris firmassent, ipsis quoque Tribunis, ut sacrosancti viderentur (cujus rei prope jam memoria aboleverat) relatis quibusdam ex magno intervallo cæremoniis renovarunt, & cum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt, sanciendo, ut qui Tribunis Plebis, Ædilibus, Judicibus, Decemviris nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset, familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum irent. Hac lege juris interpretes negant quenquam sacrosanctum esse, sed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri. ¶ Sacrosanctum etiam translate dicitur quidquid violari nefas est. *Tac. Ann. 4. c. 36.* Ut quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat. *Valer. Max. l. 5. c. 3. in fin.* Honore arcæ decoratos cineres sacrosanctiores colis. *Cic. 2. Catil. c. 8.* Sacrosanctæ possessiones. ¶ Aliquando dividitur, interjecto verbo. *Plin. l. 7. c. 44.* Cum resistendi, facroque sanctum repellendi jus non esset.

Sacroviriānum bellum apud *Tacitum l. 4. c. 18.* V. eundem *Annal. 3. c. 40.*

Sacrum, i, subst. n. קדש, τὸ *ἱερόν*, res sacra, quicquid ad religionem spectat, omne, quod nomine Deorum habetur. Fere pluraliter usurpatur. *Cic. 2. de Leg. c. 9.* Sacrum, facrove commendatum qui clepserit, rapseritque, parricida esto. *Nep. in Themist. c. 2.* Sacerdotibus sacra procuranda tradunt. *Id. in Alcib. c. 4.* Sacra violare. *Tac. Ann. 1. c. 42.* Sacra legationis, & fas gentium rumpere. *Id. ibid. c. 54.* Sacra Sabinorum retinere. ¶ Sacris initiare, V. *Initio*. ¶ Commovere sacra, V. *Commoveo*. ¶ Sæpe fumitur pro sacrificio. *Tac. Hist. 2. c. 70.* Instaurabat sacrum Diis loci. *Cic. de Arusp. resp. c. 15.* Ac te sacra illa tua facientem videre. *Virg. 3. Æn. v. 19.* Sacra Dionææ matri, Divisque ferebam, &c. ¶ *Sacra facra* dicuntur, quæ ftato, & certo tempore singulis annis recurrunt, diversa ab illis, quæ indicta vocantur, quæ nimirum in alia tempora rejici possunt, vel etiam penitus omitti. *Ovid. 1. Fast. v. 660.* Quid a Fastis non ftata sacra petis? ¶ *Piacula pro sacrum* est sacrificium pro expiatione scelcris. *Liv. l. 9.* Ac piaculare sacrum fecerunt. ¶ *Sacra nuptialia*, & *jugalia* dicuntur sacrificia, & solemnitates nuptiarum, *Quintil. l. 1. c. 7. Ovid. 7. Met. v. 700.* ¶ *Inter sacrum & saxum stare*, proverbialis locutio pro in summo periculo esse, sumpta ex priscis fœderis feriendi cæremoniis, in quibs Fecialis porcum silice lapide percussurus, saxum illud manu tenens verba fœderis pronuntiabat, quibus dictis porcum feriebat. *Plaut. Capt. 3. 4. 84.* Nunc ego omnino occidi; nunc ego inter sacrum saxumque sto, nec quid faciam, scio. ¶ *Liv. l. 4. c. 2.* Ut qui natus fit, ignoret, cujus sanguinis, quorum sacrorum sit. h. e. cujus familiæ, aut gentis. Habebant enim Romani facra quædam privata, quæ una cum bonis ad hæredes transibant. V. *Coemptionalis*. ¶ Interdum sacra dicuntur reconditæ artium, aut scientiarum præcepta. *Quintil. l. 5. c. ult.* Peregisse mihi videor facra tradentium artes.

Sadānus, f. 2. inf. maris Æthiopici, ultra quam in Austr. ob æstum non est navigatio, a Drepano prom. Indiæ 1875. M. P. *Plin. l. 6. c. 29. Solin. c. 70.*

Sadducæi, orum, צדוקים, hæretici quidam inter Judæos, quorum opinio erat, animas una cum corpore interire, nec ullam esse corporum resurrectionem: neminem, præter Deum, dominum appellari patiebantur, nec quicquam, præter legem, fervandum existimabant, fatum omnino negabant, & justorum nomen sibi unis vindicabant, nam *Sadducæus* hebraice *justus* significat. *Tertul. de præscription. adv. hæret. c. 45. Joseph. l. 18. antiq. jud. c. 2.*

Sæculum. V. *Seculum*.

Sæpe, adverb. *spesso, frequente*, רבת, פעמים, Germ. *offt*, Gall. *souvent*, Hisp. *muchas vezes, a menudo, πολλάκις*, frequenter. *Cic. l. 1. Fam. epist. 7.* Pompejum scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse. *Id. Fam. 13. ep. 43.* Iterum, sæpiusque te rogo. *Id. pro Font. c. 8.* Semel, atque iterum, ac sæpius pecuniam dare. *Sallust. in Jugur. c. 63.* Sæpissime aliquid experiri. ¶ Aliquando ornatus causa jungitur abl. numero, & a multis tanquam una dictio pronuntiatur, & scribitur. *Cic. de Sen. c. 2.* Sæpenumero admirari soleo, &c. *Gel. l. 3. c. 16.* Gigni hominem septimo rarenter, sæpe nono, sæpius numero decimo mense.

Sæpicŭle, adv. dimin. a *sæpe*. *Plaut. Cas. 3. 5. 59.* Sæpicule peccas. *Priscian. l. 3.* legit *sæpiuscule*. *Apul. l. 6. A. A.* Sæpicule commonebant. Adde *l. 9.*

* Sæpior, us, adject. comparat. & Sæpissimus, a, um, adject. superlat. Veteres usurparunt, ut *Priscian. l. 15.* testatur. *Cat.* apud *eund. l. 3.* Sæpissima discordia.

Sæpiscŭlæ, V. *Sepiculæ*.

Sæpis, V. *Sepes*.

* Sætabis, V. Setabis.

Sæve, adv. *crudelmente*, בפרך, sæviter. *Sueton. in Tiber. c. 59.* Multa sæve, & atrociter scientia tavit. *Col. l. 11. c. 1.* Aut sævius, aut etiam lenius agendo. *Id. l. 8. c. 4.* Quædam loca æstate sæviffime candent.

Sævidĭcum, i, *parole aspre, bravata*, sævum dictum. *Ter. Phor. 1. 4. 36.* Ne te iratus suis sævidictis proteler. Alii leg. *tuis savidicis dictis*.

Sævidĭcus, V. dictior, præceed.

Sævio, is, ivi, & ii, ītum, n. 4. *infurie, עבר בפרך, אכזרי היה, incrudelire*, German. *wuten, und grausam seyn*, Gall. *être cruel*, Hisp. *encarnecer, oncrueleccrse, χαλεπαίνω*, crudeliter in aliquem ago, immanitatem exerceo. *Liv. l. 3. c. 45.* Sævite in tergum, & in cervices noftras. *Id. l. 28. c. 34.* Neque se in obsides sæviturum. *Vellej. l. 2. c. 74.* In Perusinos magis ira militum, quam voluntate sævitum ducis. ¶ Aliquando est vehementer irasci. *Virg. 5. Æn.* Tum parer Æneas producere longius iras, Et sævire animis Entellum haud passus acerbis. ¶ Aliquando fortiter facere, strenue se gerere. *Martial. de spectac. ep. 6.* Belliger invictis quod Mars tibi sævit in armis.

* Sævis, V. Sævus.

Sævĭtas, atis, idem ac sævitia. *Prudent. in Rom. v. 483.* Cum sæpe morbos majorarmet sævitas. *Firmic. l. 5.* Sævitate aliquem deterrere. *Apul. l. 9. A. A.* En indignæ rei sævitatem. Abn. legunt *scævitatem*, hoc est adversam fortunam, a σκαιός, sinister, adversus. *Gel. in præfat.* quæ in quibusdam edit. est *c. uls. l. 20.* Quo fit quorumdam male doctorum hominum sævitas, & invidentia irritatior. Hic quoque al. reponunt *scævitas*, hoc est sinistra, & perversa voluntas.

Sævĭter, adv. crudeliter, fevere. *Plaut. Pseud. 5. 2. 31.* Magis cogito, sæviter, blanditerne alloquar. ¶ Gradus V. in *Sæve*.

Sævitia, æ, *crudeltà*, פרך, אכזריות, Ger. *grausamkeit*, Gall. *cruauté*, Hisf. *crueldad, ἀνθρωπία*, crudelitas, immanitas, *Cic. 2. de Off. c. 7.* Heris fane adhib

¶ Item pro ipſis animalibus, quæ ſaginantur. *Id. ibid. l. 1. c. 62.* Bibite, eſte, ſaginam cædite, h. e. pinguia animalia mactare ad epulas. ¶ Per Metaphoram capitur pro copia, ubertate. *Quintil. lib. 10. cap. 5.* Forenſibus certaminibus exercitatos, & quaſi militantes reficit, ac reparat hæc vejuſ ſagina dicendi. ¶ Legitur & ſaginum, i. *Pal. ad in Majo, tit. 7.* Sequenti triduo præbeantur ei teneræ arborum ſummitates, & fruteta mollia, & herbæ viridis coma, dulciora ſaginæ ioris, & fluminis.

Saginarium, ii, *n.* σιτοδόκιον, locus, ubi ſaginantur altilia. *Var. l. 3. de R. R. c. 10.* Eos includunt in ſaginario.

Saginatus, a, um, σιτιστός, quod ſaginatum eſt. Unde a *Servio* mulus ſaginarius, & bos ſaginarius appellatur.

Saginatio, onis, *f.* λιχνισμός, actus ſaginandi. *Plin. l. 8. cap. 51.* Sed magis tridui inedia ſaginationem ofſa.

Saginatus, a, um, *ingraſſato*, בָּרִיא, σιτιστός, pinguefactus. *Propert. lib. 4. el. 1. v. 23.* Parva ſaginari luſtrabant compita porci, *Tertul. de jejun. c. uli.* Saginatior Chriſtianus.

Sagino, as, a. 1. *ingraſſare*, הִבְרִיא, Ger. *meſten, feiſt machen*, Gall. *engraiſſer*, Hiſp. *cevar, engordar.* λιπαίνω, λιάινω, pinguefacio, a ſagina. *Col. l. 6. c. 38.* Ea herba vitidis, nec tarde tamen arida, fœni vice ſaginat jumenta. *Cic. pro Sext. c. 33.* Qui ab illo peſtifero cive jampridem reipublicæ ſanguine ſaginantur.

Sagio, is, ivi, itum, a. 4. βινῶ, ἀκύω, acute ſentio. *Cicer. lib. 2. de Div. cap. 31.* Sagire, h. e. mire acute eſt: ex quo ſaga anus, quia multa ſcire volunt; & ſagaces dicti canes.

Sagitta, æ, *haeta, freccia*, חֵץ, Germ. *pfeil*, Gal. *fleche*, Hiſp. *flecha*, τόξευμα, jaculi genus, quod arcu emittitur. *Virg. 10. Æn. v. 131.* nervo aptare ſagittas. *Cic. 4. Acad. c. 24.* Sagittis confiſcere. *Stat. l. 3 ſilv. 5.* Ire ſagittis in aliquem. ¶ Sagitta etiam a rei ruſticæ Scriptoribus ſumitur pro noviſſima ſurculi parte, five quia longius receſſit a matre & quaſi emicuit, atque proſiluit, ſeu quia cacumine attenuata prædicti reli ſpeciem gerit. *Col. lib. 3. cap. 17. Id. lib. 3. cap. 10.* Sagittam, ideſt ſuperiorem partem malleoli, vitupetandam cenſebant. ¶ Item ſagitta genus herbæ eſt. *Plin. lib. 21. cap. 27.* Item piſtanam dicit a Græcis vocari, quam inter ulvas ſagittam appellamus. ¶ Denique Sagitta eſt ſignum cœleſte, conſtans quinque ſtellis. Fabulantur, Herculem, cum ad hortum Heſperidum proficiſceretur, itineris ignarum, per Caucaſum montem tranſiſſe, ibi a Prometheo edoctum fuiſſe omnem rationem itineruin, & quo pacto draconem horti Heſperidum cuſtodem interficeret: Herculem, ut gratiam perſolveret, ſolviſſe Prometheum vinculis, inſuper ſagitta confodiſſe aquilam quæ Promethei cor, vel jecur renaſcens depaſcebatur, ſagittam illam in perenne monumentum virtutis Herculis in cœlum translatam eſſe. *Plin. lib. 18. cap. 26.* Pridie Non. Jan. Cæſari Delphinus matutino exoritur, & poſtero die Fidicula, quo Ægypto Sagitta veſperi occidit.

Sagittarius, ii, *ſagittario, arciere, boleſtriere*, בַּעַל קֶשֶׁת, Ger. *ſchutz*, Gal. *archer*, Hiſp. *archeto*, τοξότης, qui ſagittas emittit, vel arcu, vel ex helicis tormentis. *Caſſ. l. 2. B. G. c. 7.* Cretas ſagittarios ſubſidio oppidanis mittit. *Cic. l. 15. Fam. ep. 4.* Uſus tormentis multis, multis ſagittariis, rem confeci. ¶ Sagittarius item eſt ſignum cœleſte, quod ex una, & triginta ſtellis conſtat. Hic fuit Crotus (aliqui ſcribunt *Erotus*) filius Euphemes nutricis Muſarum. Una cum Muſis in Helicone monte habitavit. Quare acutiſſimo adoleſcens ingenio, & Poeta præſtantiſſimus factus eſt. Se etiam in venatione exercuit in Bœotiæ ſylvis. Ex quo etiam egregius venator evaſit. Muſarum precibus poſt mortem a Jove inter aſtra relatus eſt, prope Scorpionem, prius ejus figura immutata in ſemihominem, & ſemiequum, quod equitatione delectatus fuerit. Manu arcum, & ſagittas tenet, propter virtutem in venando: Cauda Satyri inſignitus eſt, ad ejus cum Muſis familiaritatem indicandam. Alii Chironem Centaurum eſſe arbitrantur. *V. Centaurus.* Idibus Februarii veſpere occidit, & vehementer hyemat, auctore Columella. *Plin. l. 17. c. 24.* Cum ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario, ¶ Item qui ſagittas conficit. *Ariad. Dig. l. 50. tit. 6. leg. ult.* Fabri ſagittarii, ærarii, bractearii.

Sagittarius, a, um, *ſagittarius*, τοξότικος, quod ad ſagittas pertinet, five idoneum eſt, ut ex eo fiant ſagittæ. *Plin. l. 16. c. 36.* Ignum genus ſagittario calamo.

Sagittatus, a, um, adject. *Plaut. Trin. 3. 3. 26.* Exemplo ſavius ſagittatis perculſus eſt, h. e. ſagittæ more animum ferientibus. ¶ *Cæl. Aurel. Tard. c. 2.* Quidam in bello ſagittatus, *h. e.* ſagitta ictus.

Sagittifer, ra, rum, βελοφόρος, qui fert ſagittas. *Virg. 8. Æn. v. 725.* Hic Lolegas, Carafque ſagittiferoſque Geloños Finxerat. ¶ Pecus ſagittifera, hiſtrix. *Claudian. in carm. de Hiſtrice.*

Sagittiger, a, um, adject. ſagittifer. *Avien. in Phænom. Arat. v. 842.* Ora Sagittigeri, *h. e.* Sagittarii ſideris.

Sagittipotens, entis, *p.* βελοκράτωρ, ſagittarius. *Cic. in Arato, v. 73.* Menſe ſagittipotentis Solis cum ſuſtinet orbem.

Sagitto, as, *p. n. i. ſagittare*, קשת דָּבָה, τοξεύω, ſagittas ex arcu emitto, ſagittas jaculor. *Juſtin. l. 41. c. 2.* Equitare, & ſagittare magna induſtria docent. *Curt. l. 7. c. 5.* Sagittandi celebris uſus. Adde *Solin. c. 19.*

Sagittula, æ, diminut. parva ſagitta. *Apul. l. 19. Met.* Pinnulis & ſagittulis.

Sagma, æ, *f.* vel ſagma, atis, *n. baſio*, כֶּרֶךְ, σάγμα, clitella, ſeu ſella, ſuper quam componuntur farcinæ, vel inſtratum, quo mollior ſit ſeſſio, vel etiam farcina, ſive onus jumenti clitellarii. *Veget. l. 2. de re veter. c. 59.* Reliquum mulorum equorum, aſinorumque genus ſub ſagmis ſolo tergo præſtat officium. *Acron. Horatii ſcholiaſtes ſagmata* uſurpat.

Sagmarius, ii, *m.* σαγματοφόρος, qui ſagma fert. *Lamprid. in Heliog. c. 4.* Quæ pilento, quæ equo ſagmario, quæ aſino veherentur, quæ carpento mulari. Adde *Vopiſc. in Aureliam. c. 7.*

Sagmen, inis, *n. verbena*, πόας ἱερᾶς, idem ac verbena. *Plin. l. 22. c. 3.* Quoniam non aliunde ſagmina in remedijs publicis fuere, & in ſacris, legationibuſque verbenæ. Certe utroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra evulſum; ac ſemper & legati cum ad hoſtes, clamitantesque mitterentur, ideſt res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur. Eſt a *ſancio, vel a ſancindo*, quaſi ſancimen, vel ſancimen, quia ex loco ſancto ſumebatur. *Feſt.* Sagmina vocantur verbenæ, ideſt, herbæ puræ, quia ex loco ſancto accebantur (forte *accerſebantur*) a Conſule, Prætoreve, Legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum: vel a ſanciendo, ideſt, confirmando. Nævius, Jus ſacratum Jovis jurandum ſagmine. *Liv. l. 1. c. 24.* Jubes ne me, rex, cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? jubente rege, ſagmina, inquit, te, rex, poſco, rex, ait, pura tollito.

Sagmina. V. *Sagmen.*

Sagochlamys, idis, *f.* σαγοχλαμύς, veſtis militaris, & ſagi & chlamydis formam referens. *Valerian. Imp. in epiſt. apud Trebell. Poll. in Claud. c. 14.* Huic dabis ſagochlamydes aureas duas.

Sagra, m. 1. *Macro*, fl. Magnæ Græciæ, in ora, qui apud Caulonem decurrit, & per fines Locrenſium in mare Auſonium cadit. Leandro eſt *Sagriano*, Nigro *Sacrapo*. Olim limes fuit inter Crotoniatas, & Locros. Memorabilis eſt ob inſignem Locrenſium adverſus Crotoniatas victoriam, qua centum triginta millia Crotoniatarum a decem Locrorum millibus, ſignis collatis, victa ſunt, quæ quidem victoria eodem die in Græcia Athenis, Corinthi, Lacedæmone, Olympiæ nuntiata eſt. Hinc proverbium orum eſt. Volentes enim ſua dicta veriora reddere, certiora dicunt eſſe, quam quæ ad ſagram. *Cicer. 3. de nat. Deor. cap. 6. Juſtin. lib. 20. cap. 3.*

Sagulatus, a, um, adject. ſagulo indutus. *Suet. in Vitel. c. 11.* Urbem introiit ferro ſuccinctus, ſagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis.

Sagulum, i, περιβραχιόνιον, dim. a ſagum, *piccol ſago. Virg. 8. Æn. v. 660.* Virgatis lucent ſagulis. *Cic. in Piſon. c. 23.* Quibus illi acceptis ſagula rejecerunt.

Sagum, i, *ſago*, שַׂק, אַדֶּרֶת, σάγος, veſtimentum militare, genus veſtis brevioris, ex lana villoſa, & craſſiore, humeros tegens, & ad nates uſque deſcendens: Græcorum pallio non abſimilis: erat autem proprium militum, & ruſticorum etiam, contra imbres & frigora. *Cic. 7. Fam. ep. 10.* Valde metuo, ne frigeas in Hybernis: quamobrem camino luculento utendum cenſeo: Idem Mucio, & Manilio placebat, præſertim qui ſagis non abundarent. ¶ Erat autem ſagum belli index, ut toga pacis: itaque non milites ſolum, ſed populus etiam in Urbe (exceptis viris Conſularibus, ut eſt apud *Cic. Phil. 8. c. 11.*) ſaga ſumere ſolebant, majore aliquo tumultu, aut bello exorto. Hinc illa, ad ſaga ire, eſſe in ſagis, ſaga ſumere, &c. quæ leguntur apud *Cic. Phil. 14. c. 11. Phil. 8. c. 12. & Phil. 5.*

c. 12. &c. ¶ Sagum, quo utebantur duces, purpureum erat, itaque ad differentiam ejus, gregale ſagulum appellat *Livius l. 7. c. 34.* quo viliores milites utebantur. At de illo nobiliore *Silius l. 17.* atque humeri imponit honorem Fulgentis ſaguli. ¶ Fuit etiam ſagum genus ſtraguli ad aliquid ſtrnendum, ſeu operiendum, vel etiam ad alios uſus. *Capitolin. in Vero c. 6. de equo.* Quem ſagis fuco tinctis coopertum ad ſe adduci jubebat. *Plin. l. 16. c. ult. de viſco.* Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit; falce aurea demerit, candido id excipitur ſago. ¶ *Sagus, i*, maſc. gen. *Enn. apud Non. c. 3. n. 201.* Teigus igitur ſagus pinguis opertat. ¶ *Saga, æ*, fœm. gen. *Capo c. 59. de R. R.* Quoties cuique tunicam, aut ſagam dabis, prius yeterem accipito, inde cœnentes ſiant.

Sagunria, æ, *f. Gigonza, Giſconza*, olim opp. nunc pag. Hiſp. Bæt. in Vandalia, apud Lethem fl. in fin. Turdetanorum, inter Cæſariaoam, & Arcus, *Plin. l. 3. c. 3.*

Saguntinus, a, um, quod ad Saguntum pertinet. *Ma ſtial. l. 8. ep. 6.* Sume Saguntino poculo facta luto. ¶ Saguntini, orum, Saguntı incolæ, apud *L. v. l. 21. c. 9.*

Saguntum, *n. 2. Morvedere*, opp. Hiſp. in fin Heuetanorum, in R. Valentiæ, condium a Zacynthiis anno poſt diluvium 167. a Carthaginienſibus duce Hannibale everſum. Ejus cives, cum eſſent fœderati Romanorum, maluerunt ſe, & ſua accenſo rogo comburere, quam ſe Hannibali dedere. *Liv. l. 21.* ¶ Dicitur etiam Saguntus, i, ſœm. gen. *Pomp. Mela l. 2. cap. 6.* Saguntum illam fide, & armmis inclytam,

* Sigus. V. Sagum.

Sagus, a, um, *accorto, ſagace, proſago. Cic. l. 1. de divin. c. 31.* Sagire, ſentire acute eſt, ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes. *Stat. l. 1. Achil. v. 519.* Nunc ſagas affatur aves. *Id. 8. Theb. v. 204.* Ipſe nihil certum ſagis clangoribus æther Præcinet.

Sal, ſalis, m. & *n. ſale*, מֶלַח, Germ. *ſaltz*, Gal. *ſel*, Hiſp. *ſal*, ἅλς, compoſitum quoddam ex aqua marina, & terra, quo utimur in condiendis cibis. Eſt a recto ἅλς, per Metatheſin. Eſt autem duplex, naturalis, & artificialis. Naturalis ſpecies ſunt, ſal communis, qui hactenus explicatus eſt, gemmæ, nitrum, alumen, ſal ammoniacus, vitriolum. Artificialis iſle eſt, qui humana induſtria ex corporibus extrahitur, vel vegetabilibus, vel animalibus, vel mineralibus. In numero ſingulari eſt generis maſculini, vel etiam neutrius, in plurali tantum maſculini *Cic. de Amic. c. 19.* Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. *Col. l. 12. c. 53.* Sal coctum, ſed modice infractum. *Plin. l. 31 c. 7.* Summa ſtuminum denſantur in ſalem. *Id. l. 8. cap. 38.* Salem aſpergere carnibus. *Id. l. 25. c. 9.* Sale carnes aſpergere. ¶ Lingere ſalem, proverbio dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. Nam apud veteres in pauperiorum cœnis ſal loco cibi apponebatur. *Plaut. Curc. 4. 4. 6.* Hic houie apud me numquam deliges ſalem, *h. e.* ne fruſtum quidem panis a me habebis, nedum juſta cœna te excipiam. ¶ Metonymice ponitur pro mari, quia ſalſum eſt, & ex ejus aqua ſal elicitur. *Virg. 1. Æn. v. 35.* Et ſpumas ſalis ære ruebant. ¶ Translate accipitur pro ſapientia, in qua ſignificatione maſculino tantum genere proferri conſuevit. *Ter. Eun. 3. 1. 14.* Qui habet ſalem, qui in te eſt. *Phil.* Dominus. Sal neutraliter, condimentum, maſculinum, pro ſapientia. ¶ Item pro urbanitate, joco, facetiis, tam in ſingulari, quam plurali numero, *Plin. l. 31. c. 7.* Ergo herculæ vita humanior ſine ſale nequit degere; adeoque neceſſarium elementum eſt, ut tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita ſales appellantur; omniſque vitæ lepos, & ſumma hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo conſtat. *Cic. 1. Offic. c. 17.* Sale vero, & facetiis Cæſar vicit omnes. *Id. lib. 9. Fam. ep. 15.* Accedunt non Attici, ſed ſalſiores, quam illi Attici orum, Romani veteres, atque urbani ſales. *Senec. de vita beata, cap. 27.* Tota illa comicorum manus in me venenatos ſales ſuos effudit, ¶ Item pro apta membrorum, ſeu partium diſpoſitione, elegantia, venuſtate. *Nepos in Att. c. 13.* Tecum antiquitus conſtructum plus ſalis, quam ſumptus habebat, *di buon guſto, ben'inteſo. Catul. carm. 87. (al. 85.) de Leſbia, & Quintiæ pulchritudine*, nam nulla venuſtas, Nulla in tam magno corpore mica ſalis, Alii aliter explicant. ¶ *Sale* in recto caſu pro ſal, *Enn.* apud *Priſcian. lib. 5. pag. 659. Putſch.* Æquoreum ſpumat ſale cærula tate pulſum.

Sala, m. 1. *Buragraz, Sumir*, fl. Mauritaniæ Ting. eis Atlantem min. qui prov. Eezzam a Teniefna ſeparat, & juxta Salam urb. in Oceanum Atlanticum cadit. *Plin. l. 5. c. 1.*

Salacaccabia, orum, *n.* ἁλακκακκάβια, inteſtina ſalſa, quæ in oſſis coquuntur *Apic. l. 4. c. 1.*

Salacia, æ, maris decrementum, ut Venilia, maris reciprocantis incrementum. A Poetis Dea aquæ, Neptuni uxor fingitur, eadem, quæ Amphitrite. Dicta eſt a *ſalum*. Dicitur enim Salacia, quia unda ad ſalum redit, ut Venilia, quia unda venit ad litus, vel quia hæc Dea ſalo præeſt. *Varro l. 4. de L. L. c. 10.* Salacia Neptuni a Salo, Venilia a veniendo, &c. *Feſtus.* Salacia dicta eſt, quod ſalum ciet. Antiquos autem ait (Verrius) eo vocabulo Poetas pro aqua ipſa uſos eſſe. Pacuvius: Hinc ſævitiam Salaciæ ſuſpicimus, &c. *Cicer. de Univ. cap. 11.* Ut Oceanum, Salaciamque Cæli ſatu, Terræque conceptu generato, editoſque memoremus. ¶ Ponitur etiam pro aqua ſimpliciter, ut pater ex verbis *Feſti*, quæ allata ſunt,

Salacitas, atis, φιλέγνια, laſciuia, propenſio in Venerem. *Plin. l. 19. c. 36.* Paſſeri minimum vitæ, cui ſalacitas par.

Salæon, onis, m. σαλαῶν, Heſychio, & Suidæ is dicitur ſalacon, qui totidem fere literis ἀλάζων vocatur, ideſt ſuperbus, arrogans, glorioſus, jactabundus. Quidam deriyant a quodam viro nomine Salacone, qui cum pauper eſſet, ſe diviitem ſimulabat. *Cic. l. 7. Fam. epiſt. 24.* Cognoſti meam cauſam, & ijſius ſalaconis iniquitatem.

Salamandra, æ, *f. ſalamandra*, σαλαμάνδρα, genus animalis. *Plin. l. 10. c. 67.* Sicut ſalamandra, animal lacerti figura, ſtellatum, numquam, niſi magnis imbribus proveniens, & ſerpentare denciens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat, non alio modo, quam glacies. Summi veneni eſt, auctore *Plin. l. 29. c. 4.* Nam ſi arbori irrepſerit, omnia poma veneno inficit, & eos, qui ederint, interimit. idem facit, ſi in pureum cadat. A ſuibus tamen ſine nocumento mandıtur. De ſalamandra *Idem* ſcribit *l. 10. c. 67. & 68.* & alibi.

Salaminiacus, a, um, σαλαμινιακός, quod ad Salaminem inſ. ſpectat. *Lucr. lib. 5. v. 109.* Ut Salaminiacum meminit mare. Adde *Sil. l. 14. v. 383.*

Salaminius, a, um, &

Salaminus, a, um, adject. a Salamine urbe. *Cic. 1. Tuſc. c. 46.* Salamini trophæi memoria. *Al: leg.* Salaminii. *Nepos l. 3. c. 2.* Salamina pugna. ¶ *Salaminii, orum*, Salaminis incolæ. *Cic. pro Arch.*

Salamis, inis, *vel* Salamin, inis, *vel* Salamina, æ, *f.* Σαλαμίς, inſ. Sinus Saronici, qui & Salaminiacus ex ea dicitur, contra Megaram, inter Peloponneſum, & Atticam, Æginæ proxima. *Plin. l. 5. cap. 31.* Dicta eſt a Salamine Aſopi filia. In ea Telamon Ajacis, & Teucri pater regnaſſe fertur. Apud hanc inſulam Themiſtocles Xerxis claſſem diſſipavit. *Cic. 1. Offic. & 1. Tuſc.* ¶ Salamis item, vel Salamine, poſtea Conſtantia, *Coſtanza*, urbs Cypri, in ora Orientali, apud Hamaoſtum, ſive, ut nunc vocant, Famagoſtam, ab ea parum in Boream recedens. Condita fuit a Teucro filio Telamonis, & appellata ex nomine relictæ patriæ, poſt Trojæ excidium, quando Epheſus. Nam cum bello Trojano reverſus Ajacis inimicos, ideſt Ulyſſem præcipue, ulpus non fuiſſet, expulſus a patre, in Cyprum navigavit, ibique ſedes figens, alteram Salaminem ſibi condidit. *Hor. l. 1. od. 7.* Ambiguam tellure nova Salamina futuram.

Salapia, *f. 1. Salpe*, urbs Apuliæ Dauniæ, in lim. Apuliæ Peucetiæ, ad oſt. Aufidi fl. *Plin. l. 3. c. 11.*

Salapinus, a, um, adject. ad Salapiam pertinens, ut Salapina Palus, *Lago di Salpe*, lacus apud quam Apuliæ Dauniæ, ad quem Salapia urbs. Alii eſt *Lago d'Anderia*, al. *Canale di S. Antonio. Lucan. l. 5. v. 377.* ¶ Salapini, orum, Salapiæ incolæ. *Cic. Agrar. 2. c. 27.*

Salapitanus, *vel* Salapinus, idem ac Salapinus. *Liv. l. 27. c. 28,* ubi alii leg. *Salapianus.* Adde *Priſcian. l. 2. ſub fin.*

Salapitta, æ, *f.* alapa, *guanciata. Arnob. lib. 7. pag. 239.* Delectantur, ut res eſt, ſtupidorum capitibus ſafis, ſalapitarum ſonitu, atque plauſu, factis, & dictis turpibus, facinorum ingentium rubore. Ita *Joſ. Scaliger in Catalecta* legit, deque mimorum alapis intelligendum putat. Nam hiſtriones ad riſum concitandum ſe ſe alapis petenti patiebantur, ut ex *Terentio, Martiale*, atque aliis conſtat. In manuſcriptis quibuſdam eſt *ſalapitarum. Stewechius* legit *ſalpiſtarum*, ideſt tubicinum, ſeu buccinatorum, a Græco σαλπιγκτῶν.

Sala-

Salapurium, ii, ſalax mentula, a *ſalace pura*, ut præputium a *præ*, & *pura*. Puta autem eſt a μόδιον, *mentula*. Salaputium *Catullus* falſe vocat Calvum Oratorem, *epigr. 50.* hoc verſu: Di magni, ſalaputium diſertum. Quomodo *Scaliger* legendum comprobat ad *Catullum*, & *Caſtig. in Catalecta*, & *M. Senec. l. 7. Controv. 14.* cum ait, Erat parvulus ſtatura, propter quod etiam Catullus in hendecaſyllabis vocat illum ſalaputium diſertum. In vetteri editione Catulli, quæ Regii Lepidi excuſa anno 1491. *ſalapantium* legitur, quod etſi vitioſum, Propius tamen ad veram lectionem accedit, quam *ſolopachium*, vel *holopachium*, de quo *Herm. Barbarus in Plin. lib. 8. cap. 26.* & *in Gloſſem. Plinian.* voce *ſolopygium*, & *ſolopachium*, vel *holopygium*, quod *Aciatus* probat *l. 2. παρ. c. 26.* vel *ſalicipium*, cujus emendationis meminit Hermolaus, quamque inter alios Lilius Gyraldus dial. 10. Hiſt. Poetarum, item P. Manutius, & M. A. Muretus approbant, vel *aſcalabotium*, quod Turnebus ridicule cogitavit *lib. 21. Adverſ. c. 26.* Sane ſi *ſalapatium* rectum non eſt, id plane erit *ſalopygium*, h. e. moræilla. V. *Salopygium*. Lexicographi quidam legunt *ſalapuſium diſertum*, & dicunt, ſalapuſium a *ſale*, & *puſius* eſſe compoſitum, *puſius* autem, *puſus*, *puſo* Latinis puerum notare, hoc nomine dictum eſſe Calvum Catulli familiarem, tamquam puerum plenum ſalis, & oratoriæ mordacitatis, ob ſtaturam puerilem.

Salar, is, m. piſcis genus, quod quidam *trutſam* recenti vocabulo, alii *ſalmonem* appellant. *Auſon. in Moſel. v. 88.* Purpureiſque ſalar diſtinctus tergora guttis. *Sidon. l. 2. ep. 2.* Rapaciſſimi ſalares.

Salaria Porta, *Porta Salaria*, una ex portis urbis Romæ, quæ alias Agonenſis, & Quirinalis, & Collina eſt vocata, ita dicta, quod per eam Sabini ſalem ex ur be Roma deferent.

Salaria via, una ex viis Romanis, quæ in Sabinos ducebat. *Plin. l. 31. c. 7.*

Salariānus, a, um. *Plin. lib. 15. c. 23.* laudat Salarianam caſtaneam, ut puram & planam. Fortaſſe nomen habet a Salaria via, qua ex Sabinis Romam afferebatur.

Salariarius, ii, m. cui ſalarium ſolvitur. *Ulp. lib. 10. §. 8. ff. mandati.* Niſi ſi ſalariarius fuit, &c.

Salarium, ii, *ſalario, paga*, שָׂכָר, μισθός, propria fuit tribunorum militarium, & ducum annona, ſed latius poſtea patuit, ita ut non ſolum de annona, ſed etiam de commodo, & ſtipendio militum uſurpareur. Dictum eſt a *ſal*, forte quod nihil victui magis neceſſarium, quam ſal. *Plin. lib 31. c. 7.* Sal honoribus etiam, militiæque interponitur, ſalariis inde dictis, magna apud antiquos auctoritate. *Vop. in Aur.* Nam illi Romam venienti ſalaria ſui ordinis ſunt decreta.

Salarius, ii, m. πιτζιεαγολο, ἁλοπώλης, qui ſalem vel ſalſamenta vendit. *Martial. l. 1. epigr. 42.* Quod viles pueri ſalariorum.

Salarius, a, um, ἁλικός, quod ad ſalem pertinet. *Liv. l. 29. c. 37.* Vectigal etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt.

Salax, acis, *luſurioſo*, עוֹבֵב אוֹהֵב עֹרְנָה, Ger. *geil, unkeuſch*, Gal. *paillard, laſcif, luxurioſo*, ἀφεκτικός, propenſus in Venerem, libidine pruriens, fortis, & creber in coitu. Sunt, qui a *ſale* derivant, quia humore ſalſo incitatur libido. Unde Venus dicitur a mari orta eſſe. *Ovid. 4. Faſt.* Sitque ſalax aries. *Col. l. 7. c. 9.* Salaciſſimos oportet eſſe mares. *Lactant. de opific. Dei cap. 14.* Salaciora (animalia) plus jecoris habuiſſent. ¶ Metonymice dicitur de iis, quæ Venerem excitant. *Ovid. 2. de Rem. am. v. 799.* Nec minus erucas aptum eſt vitare ſalaces, Et quicquid Veneri corpora noſtra parat.

Sale, is, n. V. *Sal.*

Salebra, æ, *f. luogo aſpro, rovinoſo*, רְכָסִים, Germ. *ſchroffichte ort, rauche wege*, Gal. *lieu âpre, & inegal*, Hiſp. *lugar pue ſube, y baxa*, ἔφηνμα, locus inæqualis, aſper, præruptus, ubi facpius faliendum eſt, a *ſalio*, quia ſine ſaltu præteriri non poteſt. *Non. c. 2. n. 828.* Salebræ a ſaltu dictæ. Uſurpatur frequentius in num. pl. *Hor. l. 1. ep. 17. v. 52.* Qui queritur ſalebras, & acerbum frigus, & imbres. *Propert. l. 3. eleg. 14. v. 15.* Luna miniſtrat equis, demonſtrant aſtra ſalebras. ¶ Sæpe translate ſumitur pro quacumque aſperitate, ſeu difficultate. *Cic. 2. Fin. c. 10.* Numquam in tantas ſalebras incidiſſet. ideſt in tantas aſperitates, & incultas orationis formulas. *Id. 5. Fin. cap. 28.* Proclivius curit oratio, venit ad extremum, hæret in ſalebra.

Salebrātim, adv. V. dictionem ſeq.

Salebrātus, a, um, adj. ſalebris plenus, ſalebroſus. *Sidon. l. 2. ep. 2.* Fluvius ſalebratis faxorum obicibus aſtractus. Al. leg. *ſalebratim*, h. e. ſalebrarum more.

Salebritas, atis, iter ſalebroſum, viæ difficultas. *Apul. lib. 6. A. A.* Salebritate lubricus.

Salebrōſus, a, um, κατρώδωγώς, אֵיתָם, aſper, qui multas habet ſalebras. Translate ſumitur, ut *ſalebroſus ſcriptor*, difficilis, & in cujus lectione ſæpius ſit ſubſiſtendum. *Martial. lib. 11. ep. 3.* Lectores retrici ſalebroſum ediſcite Sanctram. ¶ *Salebroſa oratio*, abrupta & quibuſdam veluti ſalebris remorans impetum actoris. *Quintil. l. 11. c. 2.* Inde interruptus actionis impetus, & reſiſtens, ac ſalebroſa oratio. *Sid. in epiſt. ad Polem. ad carmen 13.* Per aſpertimas philoſophiæ, & ſalebroſiſſimas regulas ſtylum duxi.

Salentini, m. 2. pop. Italiæ, in Meſſapia, nunc prov. Hydruntina, inter Apenninum M. & fin. Tarentinum. Alteram enim occupabant Calabri, inter Apenninum, & oſtium maris Hadriatici. A pleriſque tamen tota provincia comprehenditur ſub Salentinis, & aliter Moſſapia dicta fuit. Orti ſunt a Cretenſibus, & Illyricis, qui ſocietate cum Locrenſibus inita, iis in locis conſederunt. Ita vocati ſunt a Salentino prom. in extremis ejus peninſulæ finibus ſito, vel, ut ait *Feſtus*, a ſalo fortaſſis, quod pene circumquaque mari ambiantur, tenui tantum iſthmo contionenti annexi.

Salentinus, a, um, adject. ad Salentinos pertinens, ut Salentini campi. *Virg. Æn. 3. v. 400.* Salentinæ cohortes, *Silius lib. 8. v. 576.* ¶ Salentinum promontorium, *Plin. l. 3. c. 23. Cape di S. Maria di Leuca.*

Salernitānus, a, um, ex Salerno. *Plin l. 13. c. 3.* & *Val. Max. l. 6. c. 8.*

Salernum, *n. 2. Salerno*, urbs Picentinorum in ora maris Tyrrheni, cum arce, & portu capaci. *Lucan. l. 2. v. 425.*

Salgāma, orum, *n.* σάλγαμα, שָׁעַם, quæcumque conditanea ad victum in vaſis ſervantur, interdum ſicca, ſæpe cum liquamine, & jure, ut mala, pyra, fici, uvæ, rapæ, &c. *Col. lib. 12. c. 4.* Poſt hoc præceptum locum & vaſa idonea ſalgamis præparari jubent.

Salgamarius, ii, m. 2. ἁλμᾶς, qui ſalgama vendit, vel conficit. *Col. l. 12. c. 54.* Deinde, ſicut conſueverunt ſalgamarii, decuſſatim ferramento lunato incidito. ¶ *Salgamarius* inſcriptus eſt liber cujuſdam C. Martii, in quo de ſalgamis conficiendis agebatur. *Col. l. 12. c. 44.*

Saliāris, & re, o. 3. quod ad Salios ſpectat, ut Saliares epulæ, ſive dapes, ſive cœnæ, quæ proverbialiter pro lautis, & opiparis ſumi ſolent, quia tales erant Saliorum. *Feſt.* Quibus per omnes dies, ubicumque manent, quia ampla ponuntur cœnæ, ſiquæ aliæ magnæ ſunt, Saliares appellantur. *Hor. l. 1. od. 37.* Nunc Saliaribus ornare pulvinar Deorum Tempus erat dapibus, fodales. Adde *Cic. 5. Arr. ep. 19.* ¶ Carmen Saliare, verſus Numæ, qui a Saliis, cum ancilia per Urbem ferrent, canebantur. *Hor. l. 2. ep. 1. v. 86.* Saliare Numæ carmen qui laudat.

Saliatus, us, m. officium, ſeu dignitas Saliorum. *Capitolin. in Marc. Philoſ. cap. 4.* In Saliatu nomen accepit imperii.

Salicaſtrum, i, ἄμπελος ἀγρία, genus labruſcæ, in ſalictis naſcens. *Plin. lib 23. cap. 10.* Eſt labruſcæ ſimilis, ſed in ſalictis naſcens, ideo diſtinguitur nomine, cum eoſdem uſus habeat, & ſalicaſtrum vocatur.

Salictarius, ii, m. qui ſalictum curat, & ex eo materiam ſaligoam viti pedandæ, jugandæque parat. *Cato de R. R. c. 11.*

Salictētum, i, idem quod ſalictum. *Ulpian. l. 3. Dig. arb. furt. caſ.* Idem de ſalicteto dicendum eſt. Alii leg. *ſalicto.*

Salictum, i, locus ſalicibus conſitus, a ſalix, ut filictum, a filix. *Liv. l. 25. c. 17.* Inter ſalicta ripis innata. *Virg. 2. Georg. v. 13.* glauca canentia fronde ſalicta.

Saliens, entis, o. gen. ἅλλομενος, *ſaltellante. Virg. 5. Ecl. verſ. 47.* Quale per æſtum Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere rivo. ¶ Eſt etiam partic. a *ſalio*, Detis, *h. e.* ſalis.

Salientes, m. 1. χρυσοί, צְנִינוֹרוֹת, turbi, ſive fiſtulæ aquæductus, vel fontis, qui etiam ſillani & tullii vocantur. Dicti funt a *ſaliendo*, quia ab iis aqua ſalit *Cicer. ad Q. Fr. lib. 3. epiſt. 1. cap. 2.* Mirifica ſuavitate re villam habiturum, piſcina, & ſalientibus additis, palæſtra, & ſylva viridatica. *Vitr. lib. 8. cap. 3.* Athenis ad portam Piræum ducti ſunt ſalientes, e quibus bibit nemo. *Ulpian. lib. 25. ff. de act. empt.* Lines (*Heloander* leg. *ſunes*) labra, ſalientes, fiſtulæ quoque, quæ ſalientibus junguntur, quamvis longe excurrant extra ædificium, ædium ſunt.

Salifodina, æ, locus, ubi ſal nativus effoditur. *Vitruv. l. 8. cap. 3.* Per ſalifodinam percurrentes fontes, & lacus.

Saligněus, a, um, adject. &

Saligněus, a, um, idem ac ſaligous, *di ſalice. Col. l. 7. c. 10.* Detractoque ſanguine colligari ſaligneo libro, vel etiam ulmeo. *Ulpian. l. 1. ff. arb. furt. caſ.* Si quis ſaligneas virgas defixerit.

Saligous, a, um, *di ſalice*, ἰτέϊνος, quod ex ſalice eſt. *Virg. 4. Georg.* Et cuſtos furum, atque avium, cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.

Salii, orum, m. Σάλιοι, Sacerdotes Martis apud Romanos, qui ancilia cuſtodiebant, & certo tempore ea geſtantes, ſaltantesque per Urbem diſcurrebant. Dicti funt a *ſalio*. *Var. l. 4. de L. L. c. 15.* Salii a ſaltando, quod facere in Comitio in ſacris quotannis & ſolent, & debent. ¶ Quidam appellatos putant a viro Mantinæo, nomine Salio, qui ſaltationem in armis invenerit. *Feſt.* Salios a ſaliendo, id eſt ſaltando, dictos eſſe, quamvis dubitari non debeat, tamen Polemon ait, Arcada quemdam fuiſſe nomine Salium, quem Æneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos ἔνοπλον ſaltationem docuerit. At Cirtolaus Saonem ex Samothrace, cum Æneæ Deos Penates, qui Lavinium tranſtulerit, ſaltare genus ſaltandi inſtituiſſe, a quo appellatos Salios, quibus per omn

riſperiri murilegulos appellaat, relictis a Cæſare in Britannia, qui ſalum ſcrutarentur, margaritaſque Britannicas. Alii leg. *datas a litoribus*.

Salſitūra, æ, ἅλισις, actus ſale condiendi, ſalſura, condimentum cum ſale factum. *Colum. l. 12. c. 21.* Poſt ſalſituram muſti cochlear cumulatum.

Salſus, vel Sallitus, a, um, *ſalato*, ſale conditus, ut ſalita oliva, *Pallad. in Octobr. tit. 10.* ſalſitus thynnus, *Col. l. 6. c. 12.*

Saliva, æ, *ſaliva*, וֵרֶק, Germ. *ſpeichel*, Gal. *ſalive*, Hiſ. *ſaliva*, σίαλος, σίαλον, ſubſtantia aquea in ore, ſputum. *Plin. lib. 7. c. 2.* Feruntque ictas ſaliva, ut ferventis aquæ contactu fugere. ¶ Ponitur interdum pro appetitu, nempe quia quæ appetitum cient, ſalivam in ore excitant, velut miniſtram ſaporis. *Perſ. ſat. 6. v. 24.* Nec tenuem ſolers turdorum noſſe ſalivam. ¶ Hinc ſalivam movere, *far venir l' acqua in bocca, eccitar l' appetito*. Translate. *Senec. epiſt. 79.* Aut ego te non novi, aut Ætna tibi ſalivam movet. *Hieronym. epiſt. 61. ad Pammach. cap. 4.* Omnia una ſaliva continuare, *h. e.* uno impetu, ut ne ſalivæ quidem exſpuendæ tempus ſit. ¶ Translate etiam ſumitur pro quocumque humore. *Plin. l. 11. c. 12.* Sive eſt cæli ſudor, ſive quædam ſiderum ſaliva. *Id. lib. 23. c. 27.* Sua cuique vito ſaliva innocentiſſima, ſua cuique ætas gratiſſima, hoc eſt media. *Id. l. 21. c. 37.* Saliva lacrymationum.

Salivārius, a, um, *ſalivale*, σιαλικός, quod ad ſalivam pertinet. *Plin. lib. 9. c. 52.* Salivario lentore pariunt, ideſt viſcoſitate ſalivæ.

Salivātio, onis, ſalivæ effuſio. *Cœl. Aurel. Acut. 3. c. 2.* Plurima ſalivatio.

Salivātum, i, σιαλόν, πυροπόνιμμα, genus potionis, ſeu medicamenti, quo veterinarii, & mulomedici utuntur in ægrotantium animalium curatione, a *ſaliva*, quam veteres pro ſucco accipere conſueverunt. *Col. l. 6. c. 10.* Recens tuſſis optime ſalivato farinæ hordeaceæ diſcutitur. *Plin. l. 27. c. 13.* Ex hac in tres modios ſalivati additur. Sed in his, & aliis hujuſmodi locis quidam legunt *ſalvatum*, & ſuccum ſalviæ interpretantur.

Saliunca, æ, f. genus herbæ. *Plin. l. 21. c. 7.* Saliuncæ foliola quidem eſt, ſed brevis, & quæ nedi non poſſit. Radici numeroſæ cohæret, herba verius, quam flos, denſa veluti manu preſſa, breviterque ceſpes ſui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici. Alpiumque aprica, urbium Eporredia, tantæ ſuavitatis, ut meralium eſſe cœperit? Veſtibus interponi eam gratiſſimum. *Id. c. 20.* Saliuncæ radix in vino decocta ſiſtit vomitiones, corroborat ſtomachum.

Saliva, æ, f. ἅλλομαι, σιτίζω, σιτοδίζω, ſaltum facio. *Plin. l. 9. c. 36.* Mutumque attritu lentorem cujuſdam ceræ ſaltuant. ¶ Aliquando ſumitur pro illinere, ſive ungere. *Colum. lib. 6. c. 5.* Panacis & cryogii radices fœniculi ſeminibus miſcendæ, candentique aqua conſpergendæ, eoque medicamine ſalivandum ægrotum pecus, *& cap. 24.* Molito milio, & lacte macerato ſalivatur. Sunt qui utro que loco leg. *ſalvio* pro *ſaliva*.

Salivōſus, a, um, ſalivæ ſimilis. *Plin. l. 26. c. 38.* Humor nimis ſalivoſus.

Salius, a, um, adject. ad Salios pertinens. *Horat. lib. 1. od. 36.* Neu marem in Salium ſit requies pedum. *Feſt.* Salias virgines Cincius ait eſſe conductitias, &c. ¶ In loco *Horatii* poſſit quis *Salium* accipere genit. plur. pro *Saliorum*.

Salix, icis, f. *ſalice*, עֲרָבָה, Ger. *weidenbaum od. weide*, Gal. *ſaule*, Hiſ. *ſauze, t'nèx*, genus arboris notæ, propter aquam feliciter creſcens. *Virg. 1. Ecl. v. 79.* Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras. De ſalice *Plinius* ſcribit *lib. 16. c. 18. 24. 25. 26. 32.* &c.

Salīſo, ās, ivi, itum, 2. 4. idem ac ſalio, ſale condio. *Siſenna* apud *Priſc. l. 10.* Sic meam paludem multi piſcium falliendorum cauſa a navibus ſemionuſtis commeant.

Sallo, is, falli, ſalſum, a. 3. ſale condio. *Salluſt.* apud *Priſcian.* Reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus fallere.

Salluſtiānus, *vel* Saluſtianus, a, um, adject. ad Salluſtium pertinens, ut Salluſtiana brevitas, apud *Quintil. l. 10. c. 1. Senec. ep. 114.* Arunculus, qui hiſtorias belli Punici ſcripſit, fuit Salluſtianus, h. e. Salluſtii imitator.

Salluſtius. V. *Criſpus*.

Salmacĭdus, a, um, quod ſimul ſalſum, & acidum eſt. *Gl. Phil.* Salmacidus, ἅλμυρός. Salmacidum, ἁλμυρόν. *Plin. l. 31. c. 1.* Ante omnia damnanter aquæ amaræ. Nam nitroſæ, atque ſalmacidas addita polenta utiles intra duas horas faciunt, ipſaque veſcuntur polenta. Quidam leg. *ſalinacidas* eod. ſenſu. *Plin. Valer. l. 5. c. 31.* Ipſum balneum ex dulci aqua fiat, non ex ſalmacida. ¶ Accipitur translate pro molli, & quod ſine labore conſequi licet: ductum a Salmacide fonte, quem V. *Enn.* apud *Cic. 1. Off. c. 18.* Salmacida ſpolia ſine ſudore, & ſanguine. Alii tamen leg. *Salmaci da ſpolia*, &c.

Salmācis, idis, f. σαλμακίς, Nympha filia Cæli, & Terræ. *Feſt.* V. diction. ſeq.

Salmăcis, is, vel idis, f. fons Dariæ, cum oppido olim cognomine, apud Halicarnaſſum urb. qui bibentes molles, & obſcenos facit, imo ſecundum fabulas mares in fœminas convertit. *Ov. 4. Met. v. 285. Vitr. l. 2. c. 8. Faſt.* Salmacis nomine Nympha, Cæli, & Terræ filia, fertur cauſa fontis Halicarnaſſi aquæ appellandæ fuiſſe Salmacidis, quam qui bibiſſet, vitio impudicitiæ molleſceret: ob eam rem, quod ejus aditus anguſtatus parietibus, occaſionem largitur juvenibus petulantibus accedentium puerorum, puellarumque violandarum quia non pateat effugium.

Salmo, onis, m. *ſermone*, genus piſcis marini, qui etiam fluvios ſubit, femelque guſtata aqua dulci *vix* umquam in mare regreditur. *Plin. l. 9. c. 18.* In Aquitania ſalmo fluviatilis marinis omnibus præfertur.

Salmōna, maſc. *Salmo*, ſi. parvus Galliæ Belg. qui inter Treviros, & Neomagum in Moſellam fluit. *Auſon. in Moſel. v. 366.*

Salmonĕus, m. 2. σαλμωνεύς, Æoli filius, Rex Elidis, qui, cum divinos ſibi honores petulantius quæreret, jovemque, ſtructo æneo ponte, tonando, & jaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulmine percuſſus ad inferos detruſus eſt. *Virg. 6. Æn. v. 580.*

Salmōnis, idis, f. patronymicum, filia Salmonei. *Ovid. 3. Amor. eleg. 6. v. 45.* Siccus ut ampleƈti Salmonida poſſet Enipeus, &c.

* Sal Nitrum. V. Nitrum.

Salo, onis, m. *Xalon*, ſi. Hiſ. Tar. qui oritur in Caſtella vet. ubi Methymnam Cæli rigat, deinde per Aragoniam fluens, auƈtus Meſa, Xiloca, & Bilbili, urbes Bilbilim, Riclam, & Placentiam rigat, tandem infra Alavonam urb. in Iberum ſe exonerat. *Martial. l. 12. epigr. 3.* Auriferi de gente Tagi, tricipitue Salonis.

Salōmon, onis, שְׁלֹמֹה, σαλομών, filius Davidis ex Bethſabee, Rex Judæorum. Latine pacificum ſonat. Primus templum magnificentiſſimum Deo ædificavit. Sapientiſſimus omnium mortalium fuit, ſapientia ei divinitus infuſa. *Prudent. Hamartig. v. 579.*

Salomoniăcus, a, um, &

Salomonĭus, a, um, adject. ad Salomonem pertinens, ut Salomoniacum templum, *Sidon. l. 4. ep. 18. in carm.* & Salomonium templum, *Lactant. l. 4. c. 13.* Salomonia ſaxa, *Prudent. in Apotheoſ. v. 512.*

Salōna, æ, f. *Salona*, urbs exc. Dalmatiæ, in ora lit. ubi poſtea caſtrum excitatum eſt, ad oſtium fluvii cognominis. *Lucan. l. 4.*

Salopygium, ii, moracilla, a σάλος, *motus*, & πυγή, *moveo*, quemadmodum etiam dicta eſt σεισοπυγή, a σείω, *moveo*, & πυγή. Uſus credirur *Catullus epiſt. 50.* & ita Calvum Oratorem appellaſſe, hoc verſu, Dic magni, ſalopygium diſertum. Sic vero Calvus dictus fit, quia moracillæ inſtar in dicendo ſubſiliret. Placuit hæc lectio *Salmaſio*, qui pro ſe adducit, quod in veteribus *Catulli*, ac *Senecæ* membranis *ſalopugium* legatur. *Voſſius* cenſet & *ſalpatium* legi poſſe. Alii aliter legunt, ut dictum eſt in *Salapatium*.

Salor, oris, m. color fali, ſeu maris, qui medius fere eſt inter viridem, & cæruleum, & communis vitro, & mari. *Mart. Capell. l. 1.* Perhucentis vitri ſalor.

Salpa, æ, f. σάλπη, genus piſcis marini, litoralis, ſquamoſi, ſolitarii, aureis lineis interſtincti. *Plin. l. 19. cap. 18.* Circa Ebuſum ſalpa, obſcœnus alibi, & qui nuſquam percoqui poſſit, niſi ferula verberatus.

Salpicta, ſive ſalpincta, ſive ſalpiſta, m. 1. תְּקוֹעַ, *trombetta*, rubicen. Eſt a Græcis, quibus dicitur σαλπιγκτής, a σαλπίγγω, vel σαλπίζω, a σαλπίγγιον, *tubicino*, *tuba cano*. *Vopiſc. in Carino, c. 19.* Exhibuit & centum ſalpiſtas uno crepitu concinentes. *Jul. Firmic. l. 8.* Salpictas reddet, ſed qui in bello confoſſi meriantur. *Stowouechius* ſimiliter interpretatur illud *Arnobii l. 7. p. 230.* Delectantur, ut res eſt, ſtupidorum capitibus raſis, ſalpictarum ſonitu, &c. V. *Salpinx*.

* Salpiæ, ingis, f. *tromba*, σαλπιγξ, tuba, buccina. *Servius in continu. p. 1824. Poſtſch.*

Salpĭga, æ, f. genus formicæ venenatæ. *Lucan. l. 9. v. 837.* Quis calcaſſe tuas metuat, ſalpiga, latebras? Alii leg. *ſolipuga*, alii *ſolipunga*. V. *Solipuga*.

Salsāmen, inis, n. idem quod ſalſamentum. *Arnob. l. 7. pag. 230.* Carnem ſtrebiam, & pulpamenta, ſalſamina denique,

Salſamentarius, ii, m. מֹלֵחַ, ταριχοπώλης, qui ſalſamenta facit, vel vendit. *Auctor ad Her. l. 4. c. 54.* Ut ſi ſalſamentarii filio dicas.

Salſamentarius, a, um, αλικός, quod ad ſalſamenta pertinet. *Plin. lib. 32. cap. 8.* Quin & teſtis cadi ſalſamentarii tuſis cum axungia vetere mirum in modum prodeſt. Adde *Colum. l. 2. c. 10.*

Salſamentum, i, *ſalume*, מֹלַח, πάμμος, quod eſt ſale conditum ad diuturnum uſum ciborum, ut piſces ſalſi, lardum, & hujuſmodi, a *ſalſus*. *Ter. Adel. 3. 3. 27.* Salſamenta hæc Stephanio, fac macerentur pulchre. *Cic. 2. de Div. c. 57.* De vino, aut ſalſamento putes loqui, quæ evaneſcunt vetuſtate.

* Salſarius negotians, *mercante di ſalumi*. *Gruter. p. 647. n. 1.*

Salſe, adv. *ſalſamente*, בְּמֹלֵחַ, Ger. *ſchimpflich*, Gal. *en pieguant, en mordant*, Hiſp. *cendenayres, denoſamente*, ἁλμυρῶς. Translate fumirur pro facete, urbane, cum quadam ſalium mordacitate. *Cic. 2. de Or. c. 68.* Quæ a proventibus quaſi per diſſimulationem non intelligendi ſubabſurde, falſeque dicuntur. *Id. 2. Or. c. 54.* Et ea, quæ occurrant, cum falſiſſime dici poſſent, tenere. *Quinct. l. 6. c. 3.* Nihil ex iis, quæ dicuntur ſalſa, dicitur ſalſius.

Salſēdo, inis, f. *Pallad. in Octobri tit. 14.*

Salſĭfodina, æ, *miniera di ſale*, מַכְרֵה מֶלַח, locus ubi ſal effoditur. *Vitruv. l. 3. c. 3.* Fontes per ſalſifodinas neceſſario falſi perficiuntur.

Salſĭfŭgo, inis, f. idem ac falſugo, a *ſalſus*, φύω. *Plin. l. 18. c. 12.* Ciceris natura eſt gigni cum ſalſifugine.

Salſipŏtens, tis, adject. maris dominus, epithetum eſt Neptuni. *Plaut. Trinum. 4. 1. 1.* Salſipotenti Jovis fratri gratias habeo.

Salſĭtūdo, inis, f. humor ſaporem ſalis referens. *Plin. l. 20. c. 14.* Salſitudines corporis, ſi cum vino tradatur, minuit.

Salsūgo, inis, *ſalſugine*, מְלִיחָה, ἅλις, ἁλμυρίς, ἅλμη, humor, qui in areis ſalinarum ſub ſalis cruſta liquidus remanet, neque in ſalem concrefcit, a *ſalſus*. *Plin. l. 31. c. 7.* Præter hæc etiamnum appellatur in ſalinis ſalſugo, ab aliis ſalſilago, tota liquida, marina aqua ſaliſor, vi diſtans.

Salsūra, æ, f. *ſalume*. τὸ ἁλισθές, ſalſamentum. *Col. lib. 8. cap. 17.* Nulla æque, quam præviſtæ ſalſuræ pabula, commode dantur. *Id. lib. 12. cap. 21.* Salſura fuille carnis.

Salſus, a, um, *ſalato*, *ſaſo*, ἁλικός, ἁλμυρός, ἀστεῖος, מְמוּלָח, ſale conditus, vel aſperſus. *Virg. 5. Æn. verſ. 182.* ſalſos rident revomentem pectore fluctus. *Plin. l. 31. c. 7.* Marina aqua ſalſior. ¶ Translate fumitur pro faceto, vel ridiculo. Nam etiam ſal per translationem facetias notat. *Quinct. l. 6. c. 3.* Ridiculum dicitur plerumque ſalſum eſt. *Cic. l. 9. Fam. ep. 15.* Accedunt, non Attici, ſed ſalſiores, quam illi Atticorum, Romani veteres, atque urbani ſales. *Id. 2. de Orat.* Fuit, ut mihi videtur, ſalſiſſimus.

Saltabundus, a, um, adject. ſaltitans. *Gell. l. 20. cap. 2.* Saltabundi canebant, quæ nunc ſtantes canunt.

Saltārio, onis, *ballo*, חוֹל, רִקּוּד, Germ. *tantz*, Gal. *danſe*, Hiſp. *danca, bayle*, χορεία, tripudium, actio illa, qua homines, vel beſtiæ terram pedibus pulſant. *Cic. in Brut. c. 62.* Quos Sex. Titius conſecutus, homo loquax ſane, & facis acutus, ſed tam ſolutus, & mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam audaciter, cui ſaltationi Titius nomen eſſet. *Quinct. lib. 1. cap. 2.* Nam Lacedæmonios quidem etiam ſaltationem quamdam, tamquam ad bella quoque utilem, habuiſſe inter exercitationes accepimus.

Saltatiuncŭla, læ, f. diminut. parva ſaltatio. *Vopiſc. in Aurelian. c. 6.* Adeo ut pueri ſaltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus feſtis militaliter ſaltitarent.

Saltātor, oris, *ballerino*, ὀρχηστής, qui ſaltat. *Cic. pro Mur. c. 6.* Saltatorem appellat L. Muræam Cato: maledicum eſt, ſi vere objicitur, vehementis accuſatoris; ſin falſo, maledici conviciatoris.

Saltātor-ĭe, adv. ſaltando. *Apul. l. 10. A. A.* Saltatorie procurrens.

Saltatorĭus, a, um, *da ballare*, ὀρχηστικός, quod ad ſaltationem pertinet. *Cic. in Piſon. c. 10.* Cum illum fuum ſaltatorium verſaret orbem. ¶ Ludus ſaltatorius, eſt gymnaſium, in quo ſaltandi ars traditur. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 14.* Filii Senatorum in ludum ſaltatorium commeabant.

Saltatrĭcula, æ, ὀρχηστρὶς κάτω, parva ſaltatrix. *Gel. l. 1. c. 5.* Dionyſiamque eum notiſſimæ ſaltatriculæ nomine appellaret.

Saltātrix, icis. *ballerina*, מְחוֹלֶלֶת, ὀρχήστρια, quæ ſaltat. *Cic. in Piſon. c. 8.* Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa, Senatum Reipub. occaſum, atque interitum lugere vetuiſti.

Saltātus, us, m. idem ac ſaltatio, *Liv. lib. 1. c. 20.* Per Urbem ire canentes carmina cum tripudiis, ſolemnique ſaltatu juſſit. *Ovid. 14. Metam. v. 637.* Satyri ſaltatibus apta juventus.

Saltātus, a, um, recitatus cum ſaltu, ſaltationi immixtus. *Ov. 2. Triſt. el. 1. v. 519.* Et mea ſunt populo ſaltata poemata ſæpe.

Saltem, adv. *almeno, pure*, אַךְ, Germ. *zum wenigſten, doch nur*, Gal. *au moins*, Hiſp. *a lo menos*, ἀλλὰ γὲ, ἀλλὰ μήν, ſi aliter non poteſt. *Saltem, an ſaltim* ſcribi debeat, ne olim quidem ſatis convenit inter eruditos, ut notum eſt e *Gellio l. 12. c. 14.* Priori ſcribendi modo favet *Donatus in Adelph. Ter. v. 2. ſc. 2.* & *in Andr. a. 2. ſc. 1.* & *Servius in 4. Æn.* Poſteriorem ſcribendi modum confirmat *Priſcianus l. 15. Cic. Attic. l. 9. ep. 6.* Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem. *Id. 9. Fam. ep. 8.* Si non bono, at ſaltem certo ſtatu civitatis. *Quinct. l. 6. c. 5.* Illud vix ſaltem præcipiendum viderur.

Saltĭcus, a, um, adject. qui ſaltare ſolet. *Tertul. adverſ. Gnoſt. c. 8. de Joanne Baptiſta*. Contumelioſa cæde truncatur in puellæ ſalticæ lucar.

Saltim. V. *Saltem*.

Saltĭto, as, n. 1. freq. *a ſalto*. *Macrob. l. 3. c. 14.* Quod inter collegas optime ſaltitabat. *Arnob. l. 2. pag. 73.* Saltitaret, & cantaret. *Quinct. l. 9. c. 4. prope fin.* Sybaritarum modis ſaltitantes.

Salto, as, n. 1. *ſaltare, ballare*, דָּלַג, חָגַג, חוֹל, Germ. *dantzen, ſpringen*, Gal. *ſauter, danſer*, Hiſp. *ſaltar, baylar*, ὀρχέομαι, χορεύω, ſæpe ſalio, freq. a *ſalio*. *Nepos in præfat. n. 1.* ſaltare commode, *h. e.* petire. *Cic. pro Mur. c. 6.* Nemo fere ſaltat ſobrius. ¶ Accipitur etiam pro recitare cum ſaltu, ſaltationibus immiſcere. *Ovid. l. 5. Triſt. el. 7. v. 25.* Carmina quod pleno ſaltari noſtra theatro, Verſibus & plaudi, ſcribis, amice, meis. ¶ Præcipue vero ſaltare aliquid pantomimi dicuntur, qui nutibus, geſticulationibuſque variis manuum, pedum & totius corporis aliquam fabulam repræſentant. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 7.* Cum canticum quoddam ſaltaret Hylas &c. & *infra*. Saltabat Hylas OEdipodem, & Pylades hac voce fecuritatem ſaltantis caſtigavit: *ου βλέπως*.

Saltŭārĭus, æ, adj. qui ſaltat. Saltuares inſulæ, ſunt inſulæ parvæ in Nymphæi ſi. Latii, ita dictæ a *ſaltu*, qua ſalientis actum notat, quod ad ictus ſaltantium moveri creduntur. *Plin. l. 2. c. 95.* Sunt & in Nymphæo parvæ, Saltuares dictæ, quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moventur.

Saltuārſus, ii, m. *ſaltuto*, δρυμοφύλαξ, ὀροφύλαξ, cuſtos ſaltus, ſeu ſylvarum *Pompon. l. ſi ita, ff. de uſu, & habit.* Cominus proprietatis, etiam invito uſu fructuario, fundum, vel ædes per ſaltuarium, vel inſularium cuſtodire poterit ¶ Eſt etiam ſaltuarius idem ac ſaltator. *Petron. in fragment. Tragur.* Saltuario rum teſtamenta.

Saltuātim, adv. *a ſalto, a ſalto*, μηδηκτιπῶς, per ſaltus. *Gel. lib. 9. c. 4.* Homines, qui Monomeri appellantur, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes vivaciſſime pernictantis. ¶ Saltuatim ſcribere, eſt non ſcribere rem ſuo ordine, ſed ſe ſe offert, hoc eſt digredi. *Siſenna l. 3. Hiſt.* apud *Non. c. 2. n. 758.* Ne vellices rim, aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.

Saltuenſis, e, adj. ad ſaltus, ſeu ſilvas pertinens, ut fundi ſaltuenſes. *Col. l. 1. c. 6.*

Saltuōſus, a, um, *boſcoſo*, δρυμώδης, ſaltibus abundans, ſaltibus paſſim obſitus a *ſaltus*, pro loco paſcuo, & ſylvoſo. *Liv. lib. 27. c. 12.* Itaque in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit.

Saltŭra, æ, idem ac ſaltatio, apud vet. *Plaut. Curc. 2. 1. 27.* Nunc, dum ſaltu ſat bona eſt. Rectius leg. *Saltura*.

Saltus, us, *ſalto*, יַעַר, דָּלַג, Germ. *ein ſprung*, Gal. *un ſaut*, Hiſ. *ſalto*, τόπος, actus ſaliendi, a *ſalto*. *Cic. de Sen. c. 6.* Nec enim excurſione, nec ſaltu ut retur. *Virg. 9. Æn. v. 815.* præceps ſaltu ſe ſe omnibus armis In fluvium dedi ¶ Saltus etiam notat locum paſcuum, & ſylvoſum. *Feſt.* Saltum Gallus Ælius libro ſecundo ſignificationum, quæ ad jus pertinent, ita definit: ſaltus eſt, u filvæ, & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoque. Siqua particula in eo ſ tu paſtorum, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non peremit nomen ſaltui, n magi

magis, quam fundi, qui eſt in agro culto, & ejus cauſa habet ædificium: ſi qua particula in eo habet ſilvam. Hæc *Feſtus*. Sunt qui exponunt ſilvam denſiorem & inviam: alii contra putant, ſaltum eſſe locum in ſilva arboribus expeditum. Sed magis placet Feſti ſententia. *Virg. 3. Georg. v. 143.* Saltibus in vacuis paſcunt. *Cic. pro Quinct. c. 6.* De ſaltu, agroque communi derrudi. *Caſ. l. 6. B. G. c. pan.* Atque ille latebris, aut ſylvis, aut ſaltibus ſe eriperet, & nocku occultaret. ¶ Sumitur etiam pro magna poſſeſſione, ut tradit *Varro de re ruſt. l. 1. c. 10.* Hinc *Catul. carm. 101. (al. 97.) ad Mamur.* Firmano ſaltu non falſo mendula dives. ¶ Videtur etiam ſumi pro monte, vel, ut alii volunt, pro montis tranſitu. *Caſ. l. 1. B. C. c. 37.* Celeriter Pyrenæos ſaltus occupari jubet, qui ab Afranio præſidiis tenebantur: Fabius præditium ex ſaltu dejecit, magnifque itineribus ad exercitum Afranii contendit. ¶ Uno in ſaltu apros duos venari, proverbium eſt apud *Plaut. Capt. a. 2. 8. 42.* & ſignificat geminam ex una re utilitatem, aut lucrum petere. ¶ Idem *Plaut. Caſ. 5. 2. 35.* ſaltum pro muliebri pudendo poſuit translate. ¶ *Id. Curcul. 1. 1. 55.* Qui vult cubare, pandit ſaltum ſaviis, h. e. viam ſibi facit per ſavia. ¶ *Saltus damni*: pro magno damno. *Id. Men. 5. 6. 30.* Neque, utrum ex hoc ſaltu damni falvum, ſcio, eliciam foras. Eadem ratione *montes mali* dixit *Id. Epid. 1. 1. 78.* &, montem mœroris, *Moſtell. 2. 1. 5.* ¶ Olim etiam per 2. decl. inflectebatur. *Accius Menalippo* apud *Non. c. 8. n. 18.* Hi Menalippum intercea trajectus nemorum in ſalti faucibus.

Salvātor, oris, *ſalvatore*, σωτὴρ, ſervator, ſoſpitator, qui ſalutem dat. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 19. n. 5.* Jovi Cuſtodi, Quirino, Salvatori, pro ſalute Cæſaris Nervæ Trajani Aug. ¶ Apud Eccleſiaſt. Scriptores ſæpiſſime uſurpatur hæc vox, qua deſignatur JESUS Chriſtus D. N. qui pro ſalute mundi mortem ſubiit. *Tertul. l. 3. adverſ. Marcion. c. 18.* Aliis ferus, ut judex; aliis manſuetus, ut ſalvator. ¶ Cæterum probati Latini ſcriptores hac voce uſi non ſunt. *Cicer. ep. vet. 4. c. 63.* græcam vocem σωτῆρα, ait latino uno verbo exprimi non poſſe. Itaque vertit *qui ſalutem dedit*.

Salvĭber, bris, bre, o. 3. & ſalubris, & bre, o. 3. *ſalubre, ſalutifero*, מוֹשִׁיעַ Ger. *geſund, heilſamlich*, Gal. *ſain, ſalutaire*, Hiſp. *ſaludable*, ὑγιεινός, quod præbet ſalutem, a *ſalus*. *Cic. 1. de Div.* Salubriſne, an peſtilens annus futurus ſit. *Id. Aſt. l. 8.* Ut non ſolum glorioſis conſiliis utamur, ſed etiam paulo ſalubribus. *Ver. l. 1. R. R. c. 2.* Utrum ſalubrer locus eſſet, an non. ¶ Aliquando accipitur pro ſano. *Liv. l. 3. c. 8.* Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœperunt. *Tac. 5. hiſt. c. 6.* Corpora hominum ſalubria, & ferentia laborum. ¶ Translate accipitur pro utili. *Cic. pro Dom. c. 7.* Dixi ſententiam Reipublicæ ſalubertimam. *Liv. l. 2. c. 3.* Res ſalubrior meliorque inopi, quam potenti.

Salubrĭtas, atis, *ſanité*, שַׁלְוָה, יְשׁוּעָה, ὑγίεια, ſanitas. *Cic. 1. de Div. c. 57.* Quorum ex habitu, & colore tum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna perſpici poſſunt. ¶ Sumitur etiam translate. *Cic. in Brut. c. 13.* Nimem illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem, perderet. *Id. pro Mur. c. 13.* A vobis (*Juriſconſultis*) ſalubritas quædam: ab iis, qui dicunt, ſalus ipſa petitur.

Salubriter, adv. *ſalubre*, ὑγιεινῶς, cum ſalute, vel utilitate. *Liv. l. 3. c. 62.* Et trahi bellum ſalubriter, & mature perfici poteſt. *Cic. de Senect. c. 16.* Umbris, aquiſve refrigerari ſalubrius? *Plin. l. 27. c. 3.* Majores oculorum quoque medicamentis aconitum miſceri ſalubertime promulgavere.

Salve. V. *Salveo*.

Salve, adv. *eas ſalute*, שָׁלוֹם, proſpere, feliciter, cum incolumitate, ut ſalve agere, *ſtar bene*. *Apul. l. 1. A. A.* Quam ſalve agit Demeas noſter. *Idem in Apolog.* Puer ubi ſit, & quam ſalve agat, interrogat. ¶ Hinc illa interrogatio peregre redeuntium, aut alicunde venientium, *ſarin' ſalve?* ſupple *agit?* quod quidam legunt apud *Liv.* & *Plaut.* Rectius tamen plerique omnes *ſarin' ſalvæ?* ſupple *res ſunt*, de quo V. *Salvus*.

Salvĕo, es, n. 2. *eſſer ſalvo*, ſalvus ſum. *Plaut. Truc. 2. 2. 4.* Satis eſt mihi tuæ ſa lutis, nihil moror, non ſalveo. *Cic. Aſt. l. 6. ep. 2.* Valebis igitur, & valere Pyliam, & Cæciliam noſtram jubebis literis, & ſalveois a meo Cicerone. *h. e.* Cicero meus te ſalutat. *Id. Aſt. l. 4. ep. 14.* Dionyſium velim ſalvere jubeas. *h. e.* ſalutes. ¶ Frequenter uſurpatur in imperativo, in ſalutationibus, pro ſalvus eſto, ſalvus ſis, Græcis χαῖρε, Italis *Dio ti ſalvi. Ter. Phorm.* Here ſalve, ſalvum te adveniſſe gaudeo. *D.* Oh bone cuſtos, ſalve. ¶ Inter *ſalve*, & *vale* hoc intereſt, quod *ſalve* dicebant in ſalutatione matutina, *vale*, cum diſcedebant. *Sueton. in Galb. c. 4.* Veterem civitatis exoletumque morem, ac tantum in domo ſua hærentem obſtinatiſſime retinuit, ut libeſtri, ſervique bis die frequentes adeſſent, ac mane ſalvere, veſperi valere ſibi ſinguli dicerent. ¶ *Salve, atque vale* iis dicebant, quos non putarent ſe deinceps viſuros. *Virg. 11. Æn. v. 97.* Salve æternum mihi maxime Palla, æternumque vale. ¶ Sed etiam in extrema ſalutatione ſolum ſalve uſurpabant. *Virg. 5. Æn.* Salve ſancte parens, iterum ſalvere recepi nequicquam cineres, animæque, umbræque paternæ.

Salvĭa, æ, *ſalvia*, ἐλελίσφακος, genus herbæ, virgas habens quadrangulas, foliaque aſpera, craſſa, & incana, odore gravi quidem, cæterum non ingrato, a *ſalvere*. hoc eſt ſalvum eſſe. Nempe ob vim ſalutarem, qua ſalvos præſtat, atque ineolumes. Unde facram herbam vocabat Agrippa, teſte *Ælio*. Prodeſt enim paralyticis; contra ſerpentium morſus remedium exhibet, &c. *Dioſcor. l. 3. c. 38. Plin. l. 22. c. 25. & l. 26. c. 6.*

Salviātum, i, ſalviæ ſuccus. V. *Salvianum*.

Salvificātor, oris, ſalvator. *Tertul. de pudic. cap. 2.* ubi alii leg. *ſalutificator*.

Salvifico, as, a. 1. *ſalvare*, ſalutem do. *Sedul. l. 5. v. 7.* Iſta memet ab hora ſalvifica.

Salvifĭcus, a, um, adject. ſalutem afferens. *Alcim. Avit. ad Soror. v. 180.* Salvificum appellat corpus Chriſti ſepultum.

Salvio, as, a. 1. ſalviato medeor, ſucco ſalviæ inungo. V. *Salivo*.

Salvo, as, a. 1. *ſalvare*, Barbarum eſt, tametſi *Nicolius Ciceroni* tribuerit *in Priſcian. c. 31. & Harduin. Plin. l. 17. c. 22.* Nihil enim certi afferunt.

Salum, i, *mare*, יָם, Ger. *das meer*, Gal. *la mer*, Hiſp. *el mar*, ἅλς, mare, a ſalis ſapore, vel a σάλος quod idem notat, nempe mare, vel jactationem ejus *Caſ. l. 3. B. C. c. 28.* Multitudine navium perterriti, & ſalo, naufeaque confecti. *Cic. 3. Tuſc. c. 28.* Nec tam æruminoſo navigaſſem ſalo. *Id. pro Cæc. c. 30.* Non in ſalum, ſed in ipſam urbem, quam petebat. ¶ Reperitur etiam *ſalus*, li, m. *Enn. apud Non. c. 3. n. 199.* Undantem ſalum. ¶ De flumine uſurpavit *Stat. l. 10 Theb. v. 864.* Amnis ut incumbens longævi robora pontis Aſſiduis oppugnat aquis. Jam faxa fatiſcunt, Emotæque trabes: tanto violentior ille (Sævit enim majore ſalo) quaſſatque, trahitque Molem æginam.

Salus, utis, *ſalute*, יֶשַׁע, שָׁלוֹם, Ger. *heil, geſundheit, wolfahrt*, Gal. *ſalut, ſanté*, Hiſp. *ſalud*, σωτηρία, incolumitas. *Cic. Ver. 5. c. 89.* Reipublicæ ſalus deerit, ſi &c. *Id. 1. Orat. c. 8.* Dare ſalutem, liberare periculis. *Id. 2. Orat. c. 49.* Saluti eſſe alicui. *Plaut. Men. 1. 2. 25.* Averti præcam ab hoſtibus, noſtrum ſalute ſocium. *h. e.* ſalvis ſociis. Eademque ratione locutus eſt *Rud. 4. 2. 67.* Dicimus etiam ſaluti alicui ferre, afferre, reſtituere, ſalutem dare in re aliqua, &c. *Cic. paſſim, & alii.* ¶ Pontiur etiam pro ſanitate, ſeu vita. *Cic. de Aruſp. reſp. c. 16.* Qui medicis non ad ſalutem, ſed ad necem utitur. *Idem a. Aſt. ep. 19.* Saluti, ſi me amas, conſule. ¶ Item ſæpiſſime pro voto, ſeu precatione, qua aliquem incolumen, ſanumque optamus. *Cic. Aſt. l. 4. ep. 9.* Is miſit ad me ſtatim, qui mihi ſalutem nunciaret. *Id. ibid. l. 14. ep. 1.* Tulliolæ ſalutem dic. *Id. Aſt. 5. ep. 20.* Mandavit, ut mihi ſalutem adferiberes. Sic ſalutem mittere, referre, ſcribere, ſalutem impertiri alicui, & impertire aliquem ſalute. *Cic. paſſim, Ter. Plaut. & alii.* ¶ Interdum, ſalutem alicui dicere, eſt valedicere, deferere, ab aliqua re recedere. *Cic. Fam. 7. ep. ult.* Ego vero multam ſalutem & foro dicam & Curiæ, *dare l' addio*. ¶ Ab Romanis Salus pro Dea culta eſt, templumque habuit, quod a Fabio Pictore pictum fuit A. U. 450. exuſtumque eſt Claudii principatu, ut *Plin. l. 35. c. 4.* tradit. *Teren. Adel. 4. 7. in fin.* Ipſa ſi cupiat Salus, ſervare prorſus non poteſt hanc familiam. ¶ Augurium ſalutis διὰ τῶν μὲν Σωτήρων, fuit ſolemne quoddam augurii genus apud Romanos, quo Deorum voluntatem explorabant, concederentne illis, ut pro populo ſalutem perorent: quaſi nefas eſſet eam a Diis petere ſine eorum licentia. Ad hoc augurium capiendum eligebatur dies quotannis, quo die nulla eſſet unquam domi forive calamitas Reip. ſequuta, pacis tempore, & omnibus rebus quiete procedentibus & florentibus, ut docet *Dio l. 37.* Intermiſſum aliquando fuit, ſed repetitum primo ab Auguſto, ut *in ejus vita c. 31. Sueton.* narrat: deinde, cum omiſſum rurſus fu

bucina. ¶ Est & genus machinæ militaris. *Fest.* Sambuca, organi dicitur genus, a quo sambucistriæ quoque dicuntur. Per similitudinem etiam machinam appellarunt, qua urbes expugnant. Nam ut in organo chordæ, sic in machina funes intenduntur. Hæc *Festus*. Erat autem hujusmodi machina pons quidam ligneus, qui funibus circa tensis e navibus, aut turri lignea erectus conscendendis hostium muros viam præbebat. Plura habet *Lipsi. l. 1. Poliorcetadial. 6.*

Sambucĕus, a, um, *sambuchino*, ἀκτινός, quod ex sambuco est. *Aurel. Vict. de Vir. illustr. c. 10. de Jun. Brut.* Baculo sambuceo aurum infusum Deo donum tulit. *Plin. l. 25. c. 4.* Sambucea arbor.

Sambucina, æ, f. σαμβυκίστρια, quæ sambuca canit, *sicut* fidicina, quæ fidibus. *Plaut. Stich. 2. 3. 57.* Fidicinas, tibicinas, sambucinas advexit secuni forma eximia. In quibusdam editionibus est *sambucas*, eodem sensu. V. *Sambuca*.

Sambucistria, æ, f. σαμβυκίστρια, mulier sambuca canens, quæ & sambucina dicitur. *Liv. lib. 39. c. 6. ad fin.* Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.

Sambūcus, i, f. *Sambuco*, Ger. *elder baum*, Gal. *sureau*, His. *sauco*, ἄκτη, genus arboris. *Seren. Sammonic.* sempĕr scribit *sabucus*. Primam enim corrupit. *Plin. l. 16. c. 18.* Non temere in montibus vilæ sunt prunus, juglans, morus, sambuci.

Same, es, f. Samos insula, apud Poetas. *Virg. 3. Æn. v. 271.* Dulichiumque, Sameque. *Ovid. 1. Trist. eleg. 4. v. 67.* Ithaceve, Sameve.

Samăra, *vel* Samara, æ, f. σκαλὶς σπέρμα, semen ulmi. *Colum. l. 5. c. 6.* Attineam ulmum Tremellius Scrota non ferre fameram, quod est semen ejus arboris, falso est opinatus. *Plin. l. 16. c. 17.* Attineæ non ferunt samaram, ita vocatur ulmi femen. Quidam leg. *samara*, ut sit accus. plur. a *samarum*, n. 2. *Id. l. 17. c. 11.* Ulmorum, prius quam folio vestiantur, samara colligenda est circa Martias calendas, cum flavescere incipit.

Samĭa, æ f. genus placentæ, sic dictæ a Samo insula, ubi optimæ fiebant in sacrificiis Junonis. *Tertul. l. 3. adv. Marcion. c. 5.* Placentas, & samias cogere.

Samiarius, ii, m. ἀκροπώλης, qui terramenta core acuit, & arma terget satellitum Imperatoris. *Inscript.* apud *Turneb. l. 27. c. 11.* Samiarius Doryphoron.

Samĭatus. V. *Samio*.

Samĭo, as, a. 1. acuo, a Samo inf. quod in Samo acuendi ars polleret, vel quod Samia creta polita, & nitida acuerentur, vel quod Samiæ testæ acumen insigne haberent, & vim etiam ad cædendum. *Non. c. 4. n. 344.* Hinc samiata ferramenta, apud *Vopisc. in Aurelian. c. 7.*

Samiŏlus, a, um, σκαλίδιος, diminut. a Samius. *Plaut. Stich. 5. 4. 12.* Batiolis bibunt, nos nostro Samiolo poterio. *h. e.* parvo poculo fictili.

Samĭum. V. *Samius*, a, um.

Samĭus, a, um, σάμιος, quod est e Samo insula. Samius Philosophus, vel senex, Pythagoras. *Ovid. l. 3. Trist. eleg. 3. v. 62.* Et Samii sunt rata dicta senis. ¶ Vasa Samia, vasa fictilia, sive ex creta, ita dicta, quod primum in Samo inf. fabricata sint, teste *Gel. l. 7. Lucil.* apud *Non. c. 4. n. 434.* Et non pauper uti Samio, curroque catino. ¶ Usurpatur etiam *Samium*, vel *Samia*, orum, absolute pro vasis Samiis. *Cic.* apud *Non. l. c.* Imperia Pontificum Diis immortalibus grata sine Samio. *Auct. ad Her. l. 4. c. 51.* Nos Samiis delectabimur. ¶ Samia testa, genus testæ, quod in Samo insula fingebatur. Erat acuta instar cultelli, auctore *Non. l. c. Lucil. sat. l. 8.* Testam sumit homo Samiam, sibique illico telo præcidit caulem, testeique una amputat ambo. ¶ Hinc idem *Non. ibidem* docet, Samium absolute pro acuto poni.

Samnis, itis, f. 3. idem ac Samnium. *Lucan. l. 2. v. 136.* Mutavit translata locum, Romanaque Samnis Ultra Caudinas speravit vulnera Furcas.

Samnis, itis, m. & f. qui est ex Samnio, ut Samnis homo, *Lucil.* apud *Non. c. 4. n. 425.* Samnis usta, *Sil. l. 4. v. 560.* ¶ Legitur & *Samnitis* in recto casu. *Prudent. l. 2. adv. Symmach. v. 515.* Asper Samnitis, Marsusque &c.

Samnites, ium, m. 3. σαμνῖται, pop. Samnii. De nominis causa ita *Festus* scribit: Samnitibus nomen factum ab hastis, propter genus hastarum, quod σαύνια, appellant Græci. Alii ajunt Sabinis vere sacro voto, hoc genus hominum extra finem ejectum Comio Castronio duce occupasse collem, cui nomen Samnio, a quo Samnites. Græci Saunitas dixere, ut est apud *Plin. l. 3. c. 12.* Iidem etiam Sabelli dicti sunt, diminut. a Sabinis, a quibus originem traxerunt, teste *Pl. l. 3. c. 12.* Ferunt enim, Sabinos, cum adversus Umbros bellum gererent, Matti votum fecisse, *si victoria potirentur*, se illi *consecraturos*, quicquid eo anno apud ipsos nasceretur. Quare cum re bene gesta in patriam redissent, eum reliquum anni totius proventum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecrarunt. Eos igitur, cum adolevissent, duce Tauro, in Campaniam ad fedes novas quærendas emiserunt, ubi nullo propemodum negotio, ejectis Opicis, sedes suas collocarunt, originisque suæ memores sabellos se fe, quasi Sabinorum sobolem, appellarunt. Ferocissimam inter omnes Italicas Samnitium gentem fuisse, ex eo intelligi potest, quod cum eis per annos octoginta quotidianis prope armis a Romanis est dimicatum. ¶ Samnites quoque fuere gladiatorum genus, cui hoc nomen, non quia natione essent Samnites, sed quia armatura eorum talis esset, qualis Samnitium. *Liv. l. 9. c. 40.* Campani ab superbia, & odio Samnitium, gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt. Vide de iis *Lipsium in Saturnalib. l. 2. c. 11.*

Samnĭticus, a, um, ad Samnites pertinens, ut Samniticum bellum, *Sueton. in Vitell. c. 1.*

Samnītis. V. *Samnis*.

Samnium, ii, n. *Abruzzo Citeriore*, regio Italiæ, quam Samnites incoluere. *Flor. l. 1. c. 16.* Populus Romanus ruinas ipsas urbium dirait, ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur.

Samŏlus, li, herba in humidis locis nascens, quæ in Officinis Pulsatilla vocatur, ab aliquibus etiam *Samiolo*. Efficax est contra suum, & boum morbos. *Plin. l. 24. c. 11.*

Samos, *vel* Samus, f. 3. Σάμος, inf. maris Icarii, Ioniæ adjacens contra Ephesum urb. In hac Insula Juno nata esse dicitur, & educata, & Jovi in matrimonium tradita. Hinc ibi præcipue colebatur. Scribit *Varro*, Samon prius Partheniam *nominatam*, ibique antiquissimum fuisse Junonis templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum, & sacra ejus anniversaria nuptiarum ritu celebrari consuevisse. In ea etiam templum Bacchi fuit, quod Elpis exstruxit. *Plin. l. 8. c. 16.* Hic primum vasa fictilia fabricata, teste *Aul. Gel. l. 7.* In Samo insula natus est Pythagoras, maximus ille Philosophus, qui propterea a Poetis per Antonomasiam Senex Samius, & absolute Samius appellatur. Item Chœrilus Poeta, qui 75. Olympiade victoria Athenienfium contra Xerxem verfibus fcripfit, pro fingulis verfibus fingulos ftateres aureos recipiens, quem tamen *Hor. in Arte* inculeum Poetam vocat. V. *Plin. l. 5. c. 31.* ¶ Samos altera, feu Same, *Samothrachi*, Σαμοθράκη, inf. Thraciæ, in mari Ægæo, al. inf. maris Ægæi, Traciæ adjacens, quæ etiam Samothrace, & Samothracia appellatur, & Poetice Samos Threjicia. *Virg. 7. Æneid. v. 20.* ¶ Olim Dardania dicta est a Dardano quodam Trojano, qui Palladium secum ferens eo traditur confugisse. Post Samios ex insula illa maris Icarii bello ejectis, cum se ex Asia in Thraciam recepissent indigenum nomen, ut pro Dardania Samothracia vocaretur. In ea Venus, Python, & Phaethon colebantur. *Plin. l. 3. c. 5.*

Samosăta, orum, *n.* 2. *Scemisat*, urbs exc. Syriæ, ad Euphratem fluv. caput Comagenes reg. patria Luciani.

Samothrăce, es, f. insula Thraciæ, eadem ac Samos. V. *Samos. Var. l. 4. & 6. de L. L.*

Samothrăces, m. 3. vel Samothraces Dii, iidem erant ac Penates Romanorum. *Macrob. l. 3. c. 4. Cassius Hemina* dixit, Samothracas deos, eosdemque Romanorum Penates, proprie dici Θεοὺς μεγάλους, &c. *Var. l. 4. de L. L. c. 10.* scribit Deos Samothraces fuisse duos, Cœlum, & Terram: nam hos quoque dici deos magnos, & in Augurum libris *Divipotes*, & apud Samothracas Θεοὺς πατρικούς. Alii tres statuerunt Samothraces, Jovem, Minervam, & Junonem: alii quatuor, eosdemque, quos etiam Cabiros appellat *Interpr. Apollon. in Argon. l. 1.* nempe, Cererem Proserpinam, Plutonem, & Mercurium. *Juvenal. Sat. 3. v. 144.* jures licet Cererem, & Samothracum, Et nostrorum aras. V. *Voss. de Idololatr. l. 2. c. 57.*

Samothrăcia, æ, eadem quæ Samothrace. *Virg. 7. Æn. v. 208.* Threjiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur. ¶ Est etiam hoc nomine gemma quædam nigra, ac fine pondere, ligno fimilis, quæ in Samothrace copiose nascitur. *Pl. l. 37. c. 10.*

Samothrăcius, a, um, ex Samothracia, ut Samothracia cæpa apud *Plin. l. 19. c. 6.*

Sampsa, *vel* Samsa, *vel* Sansa, æ, f. *Sanse*, olivarum caro mola suspensa leviter comminuta, & ossibus liberata, quæ deinde exprimitur, oleumque fundit, aut aridis quibusdam herbis, seminibusve conditis in usum cibarii, condimentive ponitur. Ejus conficiendæ rationem *Col. toto c. 49. l. 12.* tradit. ¶ Sunt etiam sampsæ ipsa officula, seu nuclei olivæ, qui in sampsa conficienda exprimi debent. *Id. ibid. cap. 50. de oleo conficiendo*: Resolutis corticulis (olivæ) emolliri debebunt, & aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe novis fiscinis sampsæ exprimi. Ita exponunt *Col. Rhodig. Ruellius*, & *quidam Columellæ Interpretes*, qui etiam in aliis modo allatis *Colum.* locis sampsam pro officulo accipiunt. Verum cum nusquam in *eodem Colum.* legatur, nucleum olivæ extrahendum esse in oleo faciendo, quin *eodem loco idem Auctor* moneat, in stringenda bacca cavendum esse, ne nucleus confringatur, quia saporem olei vitiat; dicendum est, sampsas exprimi idem esse, ac carnem ipsam oleæ perstringi ad succum exprimendum, quæ interpretatio pluribus illustratur a *Passerat. in Lexico*.

Sampsicerămus, i, m. Regulus quidam Syriæ a Pompejo devictus, qui proinde huc nomine appellatur a *Cic. 2. Attic. ep. 19. 16. & 17.*

Sampsuchĭnus, a, um, σαμψύχινος, quod est ex sampsucho. *Plin. l. 21. c. 22.* Erit ex eo oleum, quod sampsuchinum vocatur, aut amaracinum.

Sampsūchum, i, *maggiorana*, *sansiga*, σαμψύχον, herba, quæ aliter amaracus. *Plin. l. 21. c. 1.* Amaracum Diocles medicus, & Sicula gens appellavere, quod Ægyptus, & Syria sampsuchum, &c. *Id. c. 22.* Sampsuchum, sive amaracum, in Cypro laudatissimum, & odoratissimum, scorpionibus adversatur ex acero, & sale illitum. *Colum. l. 10. v. 171.* Nataque jam veniant hilari sampsucha Canopo.

Samus, V. *Samos*.

Sanabĭlis, & le, o. 3. *sanabile*, Ger. *heilsamlich*, Gal. *guerissable*, His. *sanable*, ἰάσιμος, quod sanari potest. *Cic. 4. Tusc. c. 37.* Ii sunt ejusmodi constituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen. *Celsi. l. 2. c. 8.* Quisquis dolor deorum tendit, sanabilior est.

Sanātes, m. 3. populi, qui infra, supraque Romam habitaverunt, ita dicti, quia, cum defciviffent a Romanis, brevi poft in amicitiam, quafi fanata mente, redierunt. *Sigon. de antiq. jur. Ital. l. 1. Festus* itemque *Gel. l. 16. c. 10.*

Sanatĭo, onis, *risanazione*, רִפּאוּת, ἴασις, valetudinis reftitutio, fanitas, falus. *Cic. 3. Tusc. c. 3.* Cumque ad corporum fanationem multum ipfa corpora, & natura valeant. ¶ Sæpe translate sumitur. *Cic. Tusc. 4. c. 15.* Eorum igitur malorum in una virtute polita fanatio eft.

* Sanātor, oris, *sanatore*, מְחַיֶּה, Θεραπευτής, qui fanat *Paul. nal. Xl. 5. Fel. p. 294. & nat. 12. p. 272.*

Sanātus, a, um, *guarito*, *risanato*, מְחוּיֶּה, ὑγιασθείς, ad fanitatem perductus, fanitati reftitutus. *Ovid. de remed. amor. v. 113.* per multos fanatus creditur annos. *Plin. l. 29. c. 6. ante med.* Sanatum vulnus. *Liv. l. 2. c. 34.* Sanata difcordia. *Gell. l. 2. c. 12. ad fin.* Adversarios fanatos magis cupiunt, quam perditos. *Val. Max. l. 6. c. 9. n. 1. extern.* Uniùs orationis falubertima medicina fanatus.

Sancapsis, idis, f. nomen fictum aromatis, apud *Plaut. Pseud. 3. 2. 43.*

Sanchrōmaton, i, n. dracontea genus herbæ. *Apul. de virtutib. herb. c. 14.*

Sancĭo, is, fanxi, citum, & fanctum, (*olim* fancivi, & cii. *Pompon.* apud *Diom. l. 1.*) a. 4. *stabilire*, *ordinare*, *decretare*, צוה, קדש, Ger. *etwas mit ausserster ser buss gebieten*, Gall. *ordonner sous certaine peine*, His. *ordenar*, χυρόω, confecro, fanctum facio. *Serv. in 12. Æn.* Sancire proprie eft fanctum aliquid, ideft confecrare, fufo fanguine hoftiæ: & dictum fanctum, quafi fanguine fanctum. ¶ Fere fumitur pro decernere, ftatuere, fancte aliquid, & inviolabiliter conftituere, ftabilire, ratum facere. *Virg. 12. Æn. v. 200.* Qui fœdera fulmine fancit. Ubi *Serv.* Sancit, confirmat, fancta effe facit, quia, cum fiunt fœdera, fi conrucatio fuerit, confirmantur. Vel certe quia apud majores aræ non incendebantur, fed ignem divinum precibus eliciebant, &c. *Liv. l. 25.* Nifi Imperatoris, & ejufdem hofpitis proditi capite, ac fanguine fœdus cum hoftibus fancitur. ¶ Dicitur de legibus, & aliis rebus, variafque conftructiones habet. *Cic. 2. Tusc.* Quas leges five Jupiter, five Minos fanxit de Jovis quidem fententia, ut Poetæ ferunt. *Id. 4. Ver.* In quibus multa fanxit de ætate hominum. *Idem pro Flac.* Prætor fanxit edicto, ne ex Afia exportari liceret de frumento. *Id. de Fin. l. 1. c. 10. ad fin.* Ut dolore fuo fanciret militaris imperii disciplinam. *Id. 3. Offic. c. 13.* Quod Athenis exfecrationibus publicis fancitum eft. *Id. Phil. 13. c. 5.* Sancire augurem. *Propert. l. 4. eleg. 9. de Hercule*, manibus purgatum fanxerat orbem. *h. e.* firmaverat. *Tac. 5. hist. c. 9.* Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus fanxit. *h. e.* ratum habuit. Al. leg. *Cic. 3. de Leg. c. 20.* In fuo vitio quifque puniatur, vis capite, avaritia multa, honoris cupiditas ignominia faciatur. *h. e* pœna lege decreta punitur. *Id. Att. l. 10. ep. 1.* Qui capite fanxit, fe quis in feditione non alterius partis fuiffet. *h. e.* lege fua capitis pœnam ftatuit.

Sancte, adverb. *santamente*, Germ. *heiliglich*, Gall. *saintement*, His. *santamente*, ὁσίως, ἁγίως, auguste, religiose. *Cic. 1. de nat. Deor.* Et pie fanctæque colimus naturam excellentem, atque præstantem. *Curt. lib. 3. c. 12.* Virgines, & reginas excellentis formæ tam fancte habuit, quam fi eodem, quo ipfe, parentes gentis forent. ¶ Ponitur etiam pro firmiter, conftanter. *Plaut. Capt.* An tu dubium habebis, etiam fancte eum jurem tibi? *Cic. l. 5. Fam. epist. 8.* Mœque ea, quæ tibi promitto, ac recipio, fanctiffime effe obfervaturum.

Sanctesco, is, n. 3. fanctus fio, vel fum. *Acc.* apud *Non. c. 2. n. 576.* Per nos fanctescat genus.

Sanctificatio, onis, *santificazione*, ἁγίασμα, actus fanctificandi. *Tertull. de Baptis. c. 18. Sidon. l. 8. ep. 14.*

Sanctificator, oris, qui fanctificat. *Tertul. in Præx. c. 2.*

Sanctificum, ii, fanctificatio, vel fanctificationis locus. *Tertull. de resurr. carn. c. 47.*

Sanctifico, as, a. 1. קדש, ἁγιάζω, fanctum facio, confecro, divinis honoribus profequor. *Tert. de orat. c. 3. Prudent. in hymn. ante cib. v. 15.*

* Sanctificus, a, um, fanctificans, *Juvenc. præf. in l. 1.*

Sanctilŏquus, a, um, adject. qui fancte loquitur, ut Lucas fanctiloquus, *Prudent. in Apotheos. v. 1002.*

Sanctimonĭa, æ, idem ac fanctitas. *Cic. pro Rab. perduel. c. 10.* Quæ mihi videntur ex hominum vita ad Deorum religionem, & fanctimoniam demigraffe. *Idem Quintil. c. 17.* Quid mihi, inquit, cum ifta fanctimonia fumma, ac diligentia?

Sanctimonĭalis, le, cum fanctimonia, fanctus, pius, religiofus. *Impp. Valentin. & Marcian. l. 1. Cod. Sir. 2. leg. 13.* Sanctimonialis mulier. *Imp. Justinian. ibid. 21. 3. leg. 36.* Sanctimonialem viram vivere. ¶ Absolute *Augustin. l. 2. Retractat. c. 22.* Ut nonnullas etiam fanctimoniales dejecisse in nuptias diceretur, *h. e.* mulieres fanctimoniæ & cultui Dei addictas, נְזִירוֹת, *monache*. Adde *epist. 189.*

* Sanctimonialiter, fancte. *Imp. Justinian. l. c.*

Sanctĭo, onis, *confederazione*, *ratificazione*, חֹק, Germ. *befestigung*, *gesatz*, *mit angehenckter buss*, Gal. *ordonnace*, *faite sous certaine peine*, His. *establecimiento*, χύρωσις, βεβαίωσις, conftitutio, decretum, promulgatio, confirmatio, ratificatio. *Cic. pro Corn. Balbo. c. 16.* Cujus majeftas fœderis fanctione defenditur. *Id. 6. Ver. c. penult.* Nifi legum fanctionem, pœnamque inciaffem. ¶ Metonymice ponitur pro lege, vel pro juffu legis, feu pro eo, quod lege conftituitur. *Serv. in 12. Æneid.* Et fanctio vocatur lex cum terrore pœnæ. *Cic. pro Corn. Bal. c. 14.* Deinde fanctiones facrandæ funt aut genere ipfo, aut obteftatione, & confecratione legis, aut pœnæ, cum caput ejus qui contra facit, confecratur.

Sanctĭtas, atis, *santità*, קֹדֶשׁ, Germ. *heiligkeit*, Gal. *saintetè*. His. *santidad*, ὁσιότης, qualitas illa, qua res venerabiles funt. *Cicer. 1. de nat. Deor. c. 41.* Sanctitas autem eft fcientia colendorum Deorum. *Id. 1. Off.* Deos placatos pietas efficiet, & fanctitas. *Id. poft red. in Sen. cap. 14.* Mecum Deorum, & hominum fanctitates omnes, & religiones affuerunt. ¶ Item, morum integritas, innocentia, juftitia. *Nep. in Lysand. c. 4.* Sibi teftimonium daret, quanta fanctitate bellum geffiffet. *Tacit. Ann. 14. c. 60.* Plures perftiterunt fanctitatem dominæ fueri. ¶ Inter fanctitatem, pietatem, & juftitiam tale ftatuit *Cicero* difcrimen, *in Top. cap. 23.* Æquitas tripartita dicitur effe, una ad fuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere: prima pietas, fecunda fanctitas, tertia juftitia, aut æquitas nominatur.

Sanctĭtūdo, inis, idem ac fanctitas. *Accius in Tereo* apud *Non. c. 2. num. 805.* Alia hic fanctitudo eft, aliud & nomen, & numen Jovis. *Cic. 4. de Repub.* apud *Non. ibid.* Eofdem terminos hominum curæ, atque vitæ, fic Pontificio jure fanctitudo fepulturæ.

Sanctor, oris, χυρωτὴς, fanctior, qui aliquid fancit. *Tacit. l. 3. Ann. cap. 26.* Sed præcipus Servius Tullius fanctor legum fuit.

Sanctuarium, ii, *santuario*, מִקְדָּשׁ, Ger. *heiligthum*, Gal. *sanctuaire*, His. *santuario*, ἅγιασμα, sacrarium, facer locus. *Aggen. de limit. pag. 62. edit. Goes.* Extra fanctuarium profanum dictum eft. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, ut de tabulis, aut libris, in quibus fancta referuntur. Hinc fanctuarium Principis, ideft libri, & commentarii fecretiores Principis, vel locus ipfe, & tabularium, in quo hujufmodi libri repofiti affervantur. *Sicul. Flac. in l. de condit. agr. pag. 16. edit. Goes.* Quod fi quis contradicat, fanctuarium Cæfaris refpici folet. Omnium enim agrorum & diviforum, & affignatorum formas, fed & diviſionem commentarius, & principatus in fanctuario habet. Qualefcumque enim formæ fuerint, fi ambigatur de earum fide, ad fanctuarium Principis revertendum erit. *Plin. l. 23. cap. 8.* In fanctuariis Mithridatis Maximi Regis devicti Cn. Pompejus invenit in peculiari commentario ipfius manu compofitionem antidoti.

Sanctus, a, um, *stabilito*, מוּקָם, κυρωθείς, fancitus, decretus, partic. a fancior. *Liv. l. 10. c. 9.* De provocatione legem diligentius fanctam. ¶ Hinc pro auguſto, atque inviolabili ufurpatur, ac propterea Tribuni plebis, & Legati fancti dicuntur, hoc eft lege tuti, ac defenſi. *Caſ. lib. 3. B. G.* Legatos (quod nomen apud omnes nationes fanctum inviolatumque femper fuiſſet) retentos ab ſe. *Cic. 4. Phil.* Ut veſtris etiam legionibus ſanctus eſſem. *Id. poſt red. in Sen.* Numen veſtrum æque mihi grave, & ſanctum, ac Deorum immortalium, erit. *Liv. l. 23. c. 22.* Siquid umquam arcani, ſanctive ad ſilendum in curia fuerit. ¶ Sancta loca ſunt, quæ legum ſanctionibus adverſus injurias, & vim munita fuerunt, ut templa, mœnia urbium, &c. *Cic. pro Rab. c. 4.* Caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus omnium Civium Rom. ¶ Hinc ſanctum pro ipſo templo. *Perſ. ſat. 2. v. 69.* Dicite Pontifices, in ſancto quid facit aurum? ¶ Sanctius ærarium, dicitur intactius, & integrius, ex quo nihil promi licet ob annuas neceſſitates. *Gic. 6. Ver.* Quas in ærario ſanctiore conditas habebant. ¶ Per Metonymiam dicitur de moribus hominum, qui legibus divinis, & humanis conformes ſunt, & de ipſis hominibus, qui quadam majeſtate, & vitæ innocentia ad Dei, & beatarum Mentium virtutem quam proxime accedunt. Sumitur igitur pro bono, integro, pio, impolluto, *ſancto*, חָסִיד, קָדוֹשׁ, ὅσιος, ἅγιος. *Virg. 12. Æn.* Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ Deſcendam. *Id. 11. Æn. v. 158.* Tuque o ſanctiſſima conjux Felix morte tua. *Cic. pro Roſc. Com. c. 15.* Ætate grandis natu, natura ſanctus, & religioſus. *Juven. ſat. 14.* Et ſanctam filius omni Aſpiciat ſine labe domum, vitioque carentem.

Sanctus, &

Sancus, i, V. *Sangus*.

* Sandaliāris, ſandaliarius. *Gruter. p. 621. n. 3.*

Sandaliarium, ii, vicus Romæ, ubi ſandalia fiebant. *Gel. l. 18. c. 4.* In Sandaliario forte apud librarios fuimus.

Sandaliarius, a, um, quod ad ſandalia ſpectat. Apollo Sandaliarius dictus eſt Romæ, quod ejus templum eſſet in vico Sandaliario. Sed *Alex. ab Alex. l. 2. genial. dier. c. 18.* contra ſcribit, vicum Sandaliarium dictum eſſe ab Apolline Sandaliario, cujus effigies ſandalio ornata erat. Templum illud ab Auguſto exſtructum fuiſſe, docet *Tranquill. in ejus vita, cap. 57.* Ac *Victor* quoque in 4. Urbis regione ponit.

Sandaligerĭlius, a, um σανδαλιοφόρος, qui ſandalio utitur. *Plaut. Trin. 2. 1. 22.* Flabelliferæ, ſandaligeruläe, cantrices, ciſtellactices.

Sandălis, idis, fem. σανδαλὶς, palmæ genus, dictum a ſimilitudine ſandali. *Plin. l. 13. c. 4.* Quatra auctoritas ſandalium, a ſimilitudine appellatarum.

Sandalium, ii, n. *ſandalo*, *pianella*, סַנְדָּל, σανδάλιον, σανδάλιον, genus calceorum. *Heſychius* ait eſſe γυναικεῖον ὑπόδημα, muliebre calceamentum. Nec tamen mulierum ſemper eſſe, ſed etiam virorum, liquet ex *Æl. 12. 8.* ubi Angelus præcipit Petro, ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου, *Subliga ſandalia tua. Ter. Eun. 5. 8. 4.* Utinam tibi commitigari videam ſandalio caput.

Sandălum, i, farris Gallici genus, plus alio quovis farre panis reddens. *Plin. l. 18. c. 7.* Galliæ quoque ſuum genus farris dedere, quod illic *brance* vocant, apud nos ſandalum, nitidiſſimi grani.

Sandapĭla, æ, *caraletto*, מִטָּה, νεκροφορεῖον, genus feretri, loculus ligneus, in quo plebeiorum, atque damnatorum cadavera portabantur, ut *Fulgent. de priſco ſermone* interpretatur. *Horatius* vilem arcam, *Martialis* Orcinianam ſpondam appellat. *Martial. l. 8. epigr. 75.* Stiparaque tollitur alte Grandis in anguſta ſarcina fandapila. *Juven. ſat. 8. v. 175.* Inter carnifices, & fabros fandapilarum.

Sandapilarĭus, ii, idem ac veſpillo, qui ſandapilas fert. *Sidon. l. 2. ep. 8.* Veſpillonum, ſandapilariorumque miniſteria.

Sandaraca, *vel* Sandaracha, æ, f. *ſandaraca*, σανδαράκη, vel σανδαράχη, coloris rubri genus. Medici Arabes putant, ſandaracam eſſe noſtrum vernicem. Sed hic eſt gummi juniperi. *Feſt.* Sandaracam aiit Verrius eſſe genus coloris, quod Græci ſandycon appellant. ¶ Duplex eſt, metallica, ſeu foſſitia, quæ eſt colore cinnabaris, & vulgo arſenicum rubeum vocatur; & factitia, quæ eſt ceruſſa in fornace cremata. *Plin. l. 34. c. 18.* Sandaracha quoque propemodum dicta natura eſt. Inveniur autem & in auraſiis, & in argentariis metallis, melior, quo magis rufa, &c. *Vitr. l. 7. c. 12.* Ceruſſa vero, cum in fornace coquitur, mutato colore ad ignem incendii ſandaraca fit. De ſandaraca *Plin.* ſcribit *l. 34. c. 18. & l. 35. c. 6.* ¶ Sandaraca item herbæ genus, apibus gratiſſimum. *Plin. lib. 11. c. 7.* Præter hæc convehitur erithace, quam aliqui ſandaracam, alii cerinthum vocant.

Sandaracātus, vel Sandarachatus, a, um, σανδαρακωτός, cui ſandaraca admiſta eſt. *Plin. l. 34. c. 15.* Item lentes tollir cum ſquamis æris, aceto ſandaracato.

Sandaracīnus, vel Sandarachinus, a, um, σανδαράκινος, quod colorem ſandaracæ habet. *Nævius* apud *Feſt.* Merula, ſandaracino colore. Ubi *ſandaracinus* eſt luteus. Hunc enim colorem habet os merulæ. Nempe ſandaraca quidem rubet ipſa, ſed luteo colore tingit.

Sandarĕſus, i, fem. gemma in India naſcens in loco ejuſdem nominis, item in Arabia meridionali, colore igneo aureis intus gutris interſtincto. *Plin. lib. 37. cap. 7.*

Sandasel, Indicæ gemmæ nomen, colore mali, aut olei viridis. *Plin. l. 37. cap. 7.*

* Sandicinus. V. voc. ſeq.

Sandyx, & Sandix, icis, & ycis, m. & f. ῥυδὶς, & σανδὺξ, coloris rubri genus, quod *Galen. ad fin. l. 9. Simplicium* ſcribit fieri ex ceruſſa vehementius adusta. *Plin. l. 35. c. 6.* & alii ex ſandaraca, æqua parte rubricæ admiſta. Alii ſcribunt, herbam eſſe delicatæ olfacturæ, brevi caule, & in alis fœniculo ſimilem, naſci in inſula maris rubri, eſſe & ſandycem genus coloris ex ſandaraca, & ceruſſa factum. *Heſychius* arborem credidit. *Servius* etiam plantam eſſe tradit, Imo ipſe *Virgilius* ita arbitratus eſt, ut *Plin. l. 35. c. 6.* ſcribit. Hæc ſi torrearur, æqua parte rubrica admixta, ſandycem facit. Quamquam animadverto, Virgilium exiſtimaſſe, herbam id eſſe, illo verſu, Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos. Sed ex eo verſu non conſequitur id, quod *Plinius*, & *Servius* putarunt. Nam ſententia Maronis eſt, fore, ut oves paſcentes ſponte ſandycini coloris fiant. Denique *Virgilius* fortaſſe ſcripſit *ſcandyx*, non *ſandyx*. Scandyx autem re vera genus herbæ eſt, de qua *Plin.* ſcribit *l. 21. c. 16.* Scandyx, quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco ſimillimis. De ea etiam ſcribit *l. 22. c. 22.* ubi ait peculiaſem ejus laudem eſſe, quod fatigato Venere corpori ſuccurrit. ¶ Reperitur etiam in gen. maſc. *Gratius in Cyneg. v. 86.* Interdum Libyco fulcantur candice pinnæ. ¶ Ejus penultima in obliquis ancipitis eſt quantitatis. *Propert. l. 2. el. 19.* Illaque plebejo, vel ſit ſandycis amictu.

Sane, adverb. *certamente*, אָכֵן, Germ. *wurlich*, Gal. *certes*, His. *ciertamente*, μενοῦν, certe. *Terent. Andr. 1. 4. 2.* Sane pol illa temulenta eſt. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Sane moleſte Pompejum id ferre conſtabat. *Id. pro Quint. c. 3.* Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica ſane bene culta. *Id. 2. de Leg. c. 4.* Sane quidem hercule, & eſt iſta recta docendi via. ¶ *Sane quam*, eſt admodum, valde. *Sulpit. ad Cic. 4. Fam. ep. 5.* Sane quam pro eo ac debui, graviter, moleſteque tuli. *Brut. ad Cic. Fam. 11. epiſt. 13.* Sane quam ſum gavifus. *Cic. ad Q. Fr. lib. 2 epiſt. 6.* Quod de Pompejo Caninius agit, ſane quam refrixit. ¶ In reſponſionibus eſt maxime, utique, certe. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Vultis interea, vetus proverbium uſurpemus? Sane, inquit Agrius. ¶ Eſt etiam idem quod ſaniter, *ſanamente*, cujus contrarium eſt inſane. *Plaut. Curc. v. 3. 20.* Bonum eſt, pauxillum amare ſane; inſane, non bonum eſt. *Horat. l. 2. od. 7.* Non ego ſanius bacchabor Edonis. *Senec. controv. 34.* Euctemon dixit ſanius, quam Glycon.

Sanesco, is, ſine præt. & ſup. *n. 3. sanarsi*, חָיָה, Ger. *geſund werden*, Gal. *guerir*, His. *ſanarſe*, ὑγιεζόμαι, ſanus fio. *Col. l. 6. c. 7.* Sed vulnera facta igne, dum ſanefcunt, &c. Adde *Plin. l. 17. c. 23.*

Sanga, m. 2. fl. Hiſpaniæ, qui per Cantabros fluit apud Victoriam Juliobrigenſium. *Plin. l. 9. c. 20.*

Sangĕnon, i, n. gemmæ nomen. *Plin. l. 37. c. 6.*

Sangŭălis. V. *Sanqualis*.

Sanguen, inis, idem ac ſanguis, apud vet. *Lucr. lib. 1. v. 836.* Viſceribus viſcus gigni, ſanguenque creari. *Cic. 5. Fin. c. 11.* ex *Ennio*: Non refugiar timido ſanguen, atque exalbeſcat metu?

Sanguĭculus, i, *sanguinaccio*, αἱματίον, ſanguis hœdi, ſive ſuis, in cibum formatus. *Plin. lib. 28. c. 14.* Et ſanguine ejuſdem in cibum formato, quem ſanguiculum vocant.

Sanguĭlentus, a, um, adject. idem quod ſanguineus, ut ſanguilenta urina. *Scrib. Larg. compoſit. 102.*

Sanguinālis, & le, o. 3. quod ad ſanguinem refertur. Herba ſanguinalis, eadem eſt ac ſanguinaria. *Cels. l. 2. c. 23.* Herba ſanguinalis, quam Græci πολύγονον vocant, inde nomen habet, quod ſanguinis fluorem, undecumque feratur, ſiſtat. *Col. l. 6. c. 12.* Vel ſanguinalis herba, quam πολύγονον Græci appellant.

Sanguĭnans. V. *Sanguino*.

Sanguinārius, a, um, *ſanguinario*, *crudele*, אִישׁ דָּם, Ger. *blutdurſtig*, *blutgirrig*, Gal. *ſanguinaire*, *cruel*, His. *eſangrientado*, φιλαιμάτης, αἱμοχαρὴς, ad ſanguinem ſpectans, ſævus, crudelis. *Cic. Att. l. 2. ep. 7.* Megabrotus, & hæc ſanguinaria juventus inimiciſſima eſt. *Plin. l. 4. ep. 22.* De hujus nequitia, ſanguinariiſque ſententiis ſuper cœnam loquebantur. *Plin. alter l. 19. c. 4.* Nuntius ſanguinarius, *h. e.* de ſanguine, & morte. ¶ Sanguinaria herba, & Sanguinaria, abſolute, cujus ſuccus naribus infuſus ſanguinem ſiſtit, *ſanguinella*. A Græcis πολύγονον dicitur a multitudine geniculorum. *Col. l. 6. c. 5.* Eſt etiam gravis pernicies herbæ ſanguinariæ, quam &c. *Plin. l. 27. c. 12.* Polygonon Græci vocant, quam nos ſanguinariam; non att

speciem suam, &c. *Quinct. l. 5. c. 10.* Si robur corporibus bonum non est, minus sanitas. ¶ Translate dicitur etiam de animo, pro sapientia, seu pro bono statu mentis, animi quiete, & tranquillitate. *Cic. 3. Tusc. cap. 4.* Sanitatem enim animorum postam in tranquillitate quadam, constantiaque censebant: his rebus mentem vacuam, appellarunt insaniam. ¶ Hinc redire ad sanitatem pro eo, quod est resipiscere. *Cic. lib. 12. Fam. ep. 10.* Quibus tamen ad sanitatem redeundi ante calendas Septembris potestas facta est. ¶ Item de oratione, pro stylo puro, & incorrupto. *Cic. de opt. gen. Or. c. 3.* Illos potius, qui incorrupta sanitate sunt, quod est proprium Atticorum, quam eos, quorum vitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit.

Sanîter, adv. *sanamente. Afran.* apud *Non. c. 11. n. 51.* Adesto, assentio te amare, me adorare sanîter.

Sanna, æ, f. *irrisione, dileggiamento,* קלמה, Ger. *verspottung, vermuppfung,* Gal. *mocquerie,* Hisp. *escarnio,* μώκος, χλεύη, irrisio, quæ fit ore distorto, aut aliis gesticulationibus risum moventibus. *Veteres Interpres Persii in sat. 1.* Sanna dicitur os distorum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus. Est a שנן, *dens,* vel potius (quæ est conjectura Isaaci Casauboni, ad primam Persii Satyram) a שנן, *acuere,* unde שנינה, *dens,* & שנינה, *aculeata oratio. Parostus* censet dici a natium sonitu: Alii originem accersiunt a Græco σάννος, quo Gratinus usus pro stulto, ut testatur *Eustathius ad Odyss. ξ. pag 1761.* ubi & monet σάννος esse a Sannis populis, quos ipsius ætas vocabat Tzanos. *Juven. sat. 6. vers. 305.* I nunc, & dubita, qua forbeat æra Sanna Tullia. *Pers. sat. 1. v. 62.* Quos vivere fas est Occipiti cæco, posticæ occurrite Sannæ.

Sannîo, onis, m. *buffone.* מתלולה, מתלולית, Germ. *narr in einem schauspiel,* Gal. *mocqueur,* Hisp. *mosador,* χλεύαστης, scurra, qui omnibus modis risum movere nititur, qui soluto risu, & contortis corporis torius partibus quempiam irridet, moresque aliorum tam inepto gestu exprimit, ut, cum alios irrideat, ipse omnibus sit ridiculus. *Cic. l. 9. Fam. ep. 16.* Salis enim satis est, sannionum parum. *Id. l. 2. de Or. c. 61.* Atque hoc etiam animadvertendum, non esse omnia ridicula faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum, quam sannio est? Sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso. Saltum hunc posse dicere, atque ita, non ut ejusmodi oratorem esse velim, sed ut mimum.

Sano, as, a. 1. *sanare, guarire,* רפא, Germ. *heilen, gesund machen,* Gal. *guerir,* Hisp. *sanar,* ὑγιάω, sanum facio, redintegro, incolumitati restituo. *Cic. 4. Tusc. c. pænult.* Citius repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo repellitur. ¶ Sæpe translate usurpatur pro ad bonam mentem revocare. *Cic. 2. Catil.* Quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo, quam sanare, & ipsos placare Reipublicæ. *Id. 4. Fin. c. 24.* Quæ hic Reipublicæ vulnera imponebat, eadem ille sanabat. *Senec. Herc. Fur. v. 1261.* Morte sanandum est scelus, *h. e.* expiandum.

Sanquâlis, *sive* sanguâlis, is, f. φῶτρ, genus avis. *Festus.* Sanqualis avis appellatur, quæ in Commentariis Auguralibus ossifraga dicitur, quia in Sangi Dei tutela est. Adde *Plin. l. 10. c. 7. & Liv. l. 41. c. 13.*

Sansa, V. *Samsa.*

Santerna, æ, f. chrysocolla ex nitro confecta, qua artifices utuntur in agglutinando auro. *Plin. l. 33. c. 5.*

Santônes, ium. pop. Galliæ, in Aquirania, quorum tractus nunc Santonia, *la Saintonge,* dicitur, estque inter Ingluismensem tractum ad Or. Pictones ad Bor. Aquitaniam veram ad Merid. & Oceanum ad Occ. Hujus tractus præcipua urbs est Santones, seu Mediolanum Santonum, *Saintes. Lucan. l. 1. v. 422.* gauderque amoto Santonus hoste.

Santonîcus, a, um, adject. ad Santones pertinens. *Juvenal. sat. 8. v. 145.* Temporis Santonico velas adoperta cucullo. ¶ Santonicum, absolute, & Santonica herba, absinthium, qua Gallia Alpibus finitima abundat, *santonico. Plin. l. 27. c. 7.* & *Colum. l. 6. c. 25.*

* Santonus. V. Santones.

Sanus, a, um, *sane,* חי, תמים, שלם, Get. *gesund,* Gal. *sain,* Hisp. *sano,* ὑγιής, integer, incorruptus, prospera utens veletudine, cujus partes omnes probe suas obeunt functiones, a σάος, inferra liquida. *Cic. 2. Phil.* Quasi medicus ille se sanum fecisset. *Caro cap. 157.* Tam citissime sanus fiet ex eo morbo. *Celsi. lib 3. c. 4.* Etiam saniissimo dari debet cibus. ¶ Transferrur quoque ad animum, & usurpatur pro sapiente, vel eo, qui rationis, & recti judicii compos est. *Plaut. Trin. 2. 4. 53.* Satin' tu sanus mentis, aut animi tui, qui conditionem hanc repudies? *Cicer. 2. de nat. Deor.* Esse igitur Deos, ita perspicuum est, ut id qui neget, vix eum sanæ mentis existimem. *Id. 9. Attic. epist. 15.* Ego illum male sanum semper putavi, nunc etiam impurum, & sceleratum puto. ¶ Item ad orationem, pro bono, recto, incorrupto. *Cic. in Brut. cap. 55.* Nihil erat in ejus oratione, nisi sincerum, nihil nisi siccum, atque sanum. *Id. ibid. c. 13.* Rhodii saniores, & Atticorum similiores.

Sapa, æ, f. *vino cotto,* ex musto decocto tertia pars reliqua, ἕψημα, σίραιον, *Plin. l. 14. c. 9.* Siræum, quod alii hepsema, nostri sapam appellant, ingenii, non naturæ opus est, musto usque ad tertiam partem mensuræ decocto; quod ubi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus. *Id. l. 23. c. 2.* Vino cognata res sapa est, musto decocto, donec tertia pars superfit. ¶ Inter sapam, defrutum, & carœnum hoc interest, inquit *Pallad. in Octobr. tit. 18.* quod defrutum dicitur mustum a defervendo, ubi ad spissitudinem fortiter despumaverit; carœnum, cum tertia perdita, duæ partes remanserint; sapa, ubi ad tertias redacta descenderit. Hæc *Pallad.* cæterum ipsum quoque defrutum dicitur a *Colum.* vinum ad tertias decoctum. V. *Defrutum.*

Sapæi, m. 2. pop. Thraciæ, in conf. Mysiæ, seu Scythiæ Europæ, in ora maris Euxini, al. inter Nestum, & Hebrum in ora Australi Thraciæ. *Plin. l. 4. c. 11.*

Saperda, æ, f. genus piscis, qui & coracinus fluviatilis dicitur. *Pers. sat. 5. v. 134.* Quid agam? rogitas? saperdas advehe Ponto, Castoreum, stuppas, hebenum, thus &c. ¶ Ponitur translate pro sapiente, & lepido. tamquam sit a *sapio. Var.* apud *Non. cap. 2. num. 823.* Omnes videmur nobis esse belluli, & festivi saperdæ, cum simus σαπροὶ, *h. e.* putidi & marcidi. Al. leg. *cum simus coprea,* hoc est fœtuæ.

Saphon, onis, *m. funis* navis in prora positus. *Cæcil.* apud *Isidor. l. 19. Orig. cap. 4.* Venerio cursu veni, prolato pede usque ad saphonem.

Sapide, adv. cum sapore. *Apul. l. 8. A. A.* Femur sapidissime percoctum.

Sapîdus, a, um, *saporito,* מטעים, ἥδυσμος, quod gratum saporem habet. *Apul. l. 2. Metam.* Tucetum perquam sapidissimum. *Apic. lib. 9. c. 10.* Jus sapidum. Et *cap. 11.* Sapidiores pisces. ¶ Translate sapidæ puellæ, h. e. sapientes, *Alcim. l. 6. poem. ad Soror. v. 458.* ex parabola *Matth. c. 25.*

Sapiens, entis, o. *sapiente, saggio, saputo,* חכם, Germ. *verstendig,* Gall. *sage,* Hisp. *sabio,* σοφὸς, qui sapit, sapientia præditus, sapientia præstans, a *sapio. Cic. pro Cluent. c. 31.* Sapientissimum esse dicunt eum, cui, quod opus sit ipsi, veniat in mentem. *Id. 4. Catil.* Misera mors sapienti non potest accidere. *Ov. 1. de an. am. v. 65.* sera & sapientior ætas. ¶ In Gracia septem viri uno, eodemque tempore floruere, qui Sapientes habiti, & nominati sunt. Hi fuere Thales Milesius, Solon Athenienfis, al. Salaminius, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Prienæus, Cleobulus Lyndius, Myso Chenæus. *Plato in Protagora.* Vulgo loco Mysonis Periander Corinthius numeratur. Nominis originem hanc narrant. Cum piscatoribus ex Coo inf. rete ad litus trahentibus Milesii quidam superveniffent, piscationemque illam non conspecto reti mercati essent, dum rete expanderetur, inter pisces etiam tripus aureus inventus est. De tripode inter piscatores, & Milesios controversia exorta est, cum Milesii tripodem sibi vindicarent, quod reti contineretur, piscatores negarent, quod illis non nisi pisces vendidissent. Eam controversiam & ipsæ civitates Milesius, & Coos suscepere, adeo ut prope ad arma venirent. Tandem Apollinem consuluere, qui respondit, donum illud illius ætatis sapientissimo deberi. Igitur communi consensu ad Thalem Milesium tripus missus est. Sed cum Thales asseveret, Biantem multo se esse sapientiorem, ad Biantem fuit allatus. A Biantem eadem de causa pervenit ad Pittacum, & a Pittaco ad alium, ita, ut orbe peracto ad Thalerem rediret. Tunc septem illi viri statuerunt, tripodem illum Deo deberi, qui solus & vere sapiens est, & largitor sapientiæ. Quare in templo Apollinis Deo dicatus fuit. Admirati Græci hanc virorum illorum magnitudinem, eos sapientes esse, sapientesque esse appellandos judicavere, quod divitias contemnerent, quodque sapientia sibi invicem cederent, seque a Deo illam habere profiterentur. *Plut. in vita Solonis. Diog. Laert. l. 1. c. 1. vita Philos.* Vixere post Lycurgum, & Homerum, sed ante Pythagoram, qui primus ausus non est se sapientem appellare, sed dixit se philosophum esse (dest sapientiæ, intelligentiæque amatorem. *Cic. 5. Tusc. cap. 3.*

Sapienter, adv. *saviamente,* Germ. *wveislich,* Gal. *sagement,* Hisp. *sabiamente,* σοφῶς, secundum sapientiam. *Cic. pro Dom.* Qui non ficte, & fallaciter populares, sed vere, & sapienter fuerunt. *Id. l. 2. Fam. ep. 6.* Nemo est, qui tibi suadere sapientius possit te ipso. *Id. de clar. Orat. c. 42.* Servius sapientissime perfecit, ut &c. *Plaut. Man. 5. 7. 2.* Imperium meum sapienter habeatis curæ.

Sapientîa, æ, f. *sapienza,* חכמה, Germ. *wveisheit, verstand,* Gal. *sagesse,* Hisp. *sabiduria,* σοφία, cognitio rerum omnium, tum humanarum, tum divinarum. *Cic. 1. Off. c. 43.* Principesque omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant. Prudentiam enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum, fugiendarumque scientia. Illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum, atque humanarum scientia, in qua continetur Deorum, & hominum communitas, & societas ipsorum inter ipsos. *Id. 5. Tusc. c. 3.* Nam sapientiam quidem quis negare potest non modo re esse antiquam, verum etiam nomine? quæ cum divinarum, humanarumque rerum, tum initiorum, causarumque cujusque rei cognitione hoc pulcherrimum nomen apud antiquos assequebatur. ¶ Per Catachresim dicitur etiam de una aliqua scientia, ut de Jurisprudentia. *Cic. 2. de Or. c. 33.* Istam oscitantem, & dormitantem sapientiam Scævolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus. ¶ Summum quoque interdum pro judicio, prudentia, sagacitate. *Cic. in Or. c. 21.* Sed est eloquentiæ, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia. *Id. pro Marcel. c. 2.* Numquam temeritas cum *sapientia* commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. ¶ Item pro temperatione quadam lenitatis, & prudentiæ. *Cic. pro Dom. c. 2.* Re inigum est, sed tua sapientia fit æquissimum. *Idem Marcel. cap. 6.* Ut mihi videantur Dii immortales vel placati jam, vel fatiari aliquando omnem spem salutis ad clementiam, & sapientiam victoris contulisse. ¶ Pro sapore, & sapiendi facultate, a *sapio,* qua saporem habere significat. *Symposius poeta vetus in ænigmate de perna, & refert Voss. in Etymol.* Una mihi soror est, plures licet esse putentur. De sumo facies, sapientia de mare nata est. Hue alluditse videtur *Terenz. Adelph. 3. 4. 62.* Hoc saltum, hoc adustum est, hoc lautum est parum: illud recte: iterum sic memento, sedulo moneo pro mea sapientia.

Sapientiâlis, le, adject. a *sapientia. Tertul. de anim. c. 15.* Summus in anima gradus vitalis, & sapientialis.

Sapientipôtens, entis, o. qui sapientia multum valet, ut bellipotens, qui plurimum potest bello. *Cic. 2. de Div. c. 56.* Postremo quamquam semper fuit, ut apud Ennium est, stolidum genus Æacidarum, bellipotentes sunt magis, quam sapientipotentes, tamen hanc versus amphibologiam intelligere potuisset.

Sapinêus, a, um, ἐλατινός, quod ex sapino est. *Col. l. 12. cap. 5.* Alii nucibus arcendibus sapineis idem efficiunt.

Sapînus, i, f. ἔλατη, pars abietis inferior, quæ enodis est, sicut superior, quæ nodosa est, *fusterna* dicitur. Hodie tamen vulgus Gallorum totam arborem sua lingua sapinum vocat, *Plin. l. 16. c. 39. Cato R. R. c. 31.* Prælum e sapino atra potissimum facito. ¶ Est etiam hoc nomine gemma ex genere jaspidum. *Plin. l. 37. c. 9.*

Sapîo, is, sapivi, (*vel* sapii, *vel* sapui, *præsertim in compositis*) a. 3. *sapere, esserè savio,* חכם, ירע, Germ. *wveiß und verstendig seyn,* Gal. *être sage,* Hisp. *saber,* φρονέω, sapiens sum, vel rectam sententiam, vel opinionem habeo. Sed incertum est, qua de re sapio primo dicatur. Aliis placet, primo de animo dici, pro sapientem esse. Quorumdam judicio primo dicitur de rebus boni, malique sapientis, inde ad animum transfertur. *Cic. in Ver. 1. c. 17.* Hic plane nihil sapit. *Id. l. 14. Fam. ep. 1.* Qui, cum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores, miseriasque percepit, ideft usum rationis habere. *Mart. l. 9. ep. 6.* Nubere vis Prisco? non miror, Paula, fapisti. *Novius* apud *Non. c. 10. n. 31.* Quando ego plus sapivi, qui fullonem compressi Quinquatribus. Ubi *Nonius:* sapivi pro sapui. ¶ Quandoque dativo jungitur. *Plaut. Trin.* Habeñ' tu animum, aut familiarem, cui pectus sapiat? ¶ Sapere rem suam, est scire, quid sibi agendum sit. *Plaut. Pseud. 1. 5. 81.* Desiste, recte ego meam rem sapio. ¶ Sapere ad genium, est nosse probe curare cuticulam, & indulgere genio. *Plaut. Pers. 1. 3. 28.* Sapis multum ad genium. ¶ Notat etiam, ut diximus, saporem habere, *aver sapore,* טעם, אמזיקע, & pertinet ad sensum gustus, proprieque res ipsa sapere dicitur, quæ habet in se aliquem saporem. *Col. l. 7. c. 8.* Nec dubium, quin fici ramulis glaciatus cafeus jucundissime sapiat. *Plin. l. 9. c. 17. de mullis.* Laudatissimi conchylium sapiunt, *h. e.* conchylii saporem habent. ¶ Dicitur etiam de sensu, sive organo gustus, pro saporem percipere: vel de saporibus recte judicare. *Cic. 2. Fin. c. 8.* Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. ¶ Transfertur ad odorem. *Plin. l. 17. c. 5.* Certe Cicero, lux doctrinarum altera, meliora, inquit, unguenta sunt, quæ terram, quam quæ crocum sapiunt. ¶ In hac notione pro saporem habere sumitur non inelegantter per translationem, pro referre. *Pers. sat. 1. v. 11.* Cum sapimus patruos, ideft cum sapientiam patruorum referimus.

Sapis, m. 3. Ifapis, *il Savio,* fl. Æmiliæ. Oritur in Romandiola Florentina ex M. P. supra Sarsinam, deinde per Romandiolam propriam fluens, in mare Hadriaticum cadit. *Plin. l. 3. c. 15.*

Sapsum, i, genus picis. *Plin. l. 16. c. 13.*

Saptûrus, i, m. valde dives, Γάπλουτος. Legitur in *Petronii fragment. Tragur.*

Sapo, onis, *sapone, savone,* בורית, Germ. *seiffen,* Gal. *du savon,* Hisp. *xavon,* σμῆγμα, σμῆγμα, compositum quoddam ex sevo, & cinere, quo lineæ vestes, & manus mundantur, & dealbantur. *Plin. l. 18. c. 12.* Prodeft & sapo. Gallorum hoc inventum, rutilandis capillis ex sevo, & cinere.

Saponârius, ii, m. qui saponem conficit. *Plin. Valerian. l. 7. c. 21.*

Saponâtum, i, n. *saponata,* saponis aqua macerati bullæ. *Theod. Prisc. l. 1. c. 8.* Saponato aliquid lavare.

Sapor, oris, *sapore,* טעם, Germ. *der schmack,* Gal. *saveur,* Hisp. *sabor,* χυλὸς, χυμὸς, qualitas illa rerum, quam gustu dignoscimus, ab Æolico, & Laconico σάφρ, pro σάπος, *succus.* Nam sapor est in succo, & humore, coque pro succi bonitate, aut pravitate res bene, vel male dicitur sapere. *Plin. l. 15. c. 27.* Tria ex mundi elementis sunt fine sapore, fine odore, fine succo, nempe ignis, aer, aqua. *Id. ibid.* Communia pomis, omnibusque succis saporum genera tria reperiuntur: dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus, &c. *Cic. 3. Fin. c. 10.* Ut enim mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis, dulce esse sentitur. ¶ Translate ponitur pro jucunditate sermonis. *Cic. in Brut. c. 46.* Graniis obrusæ bat nescio quo sapore vernaculo. ¶ Item pro sapientia. *Arnob. l. 3.* Quisquam ne est hominum rationis alicujus sapore contactus, qui &c.

Sapor, ôris, commune nomen plurium Persarum Regum, ut Pharao Ægyptiorum. *Sidon. carm. 7. v. 99.* Parthicus Sapor. * *Claud. l. 2. in Eutrop. v. 481.* Socium nobis fidumtve Saporem perculit.

Saporâtus, a, um, adject. saporem habens, sapidus. *Tertul. de Spectac. c. 27.* Condita pulmenta, & bene saporata. *Arnob. lib. 5. pag. 164.* Saporatior sanguis. *Turneb. l. 28. Adverf. c. 45. & l. 29. c. 6.* legit etiam apud *Virg. Æn. v. 420.* Melle saporatam, & medicatis frugibus offam. Ubi alii *soporatam.*

Saporus, a, um, adject. saporatus, sapidus. *Prudent. Cathem. 4. v. 49.* Nil est dulcius, ac magis saporum.

Sapphîcus, a, um, adject. a Sappho, ut Sapphicum carmen, *Diomed. Gramm.* Sapphica Musa, *Catul. carm. 35. ad Cæcilium Novocomens.*

Sapphirâtus, a, um, σαπφειρώδης, sapphiris intertextis variegatus. *Sidon. l. 2. ep. 10.* Ac si sub versicoloribus figuris vernans herbida crusta sapphiratos lapillos, &c.

Sapphirînus, a, um, σαπφειρινὸς, quod est ex sapphiro, ut Lapis sapphirinus. *Plin. l. 37. c. 9.* Ineft ei aliquando & aureus pulvis, non qualis in sapphirinis.

Sapphîrus, i, f. *z. zaffiro,* ספיר, σάπφειρος, lapis pretiosus coloris cerii, aureis punctis colluceus. *Plin. l. 37. cap. 9.* Sapphirus enim & aureis punctis collucet. Cœruleæ & sapphiri, raroque cum purpura.

Sappho, us, f. 4. σαπφὼ, insignis Poetria Lyrica, carminis inventrix, quod ab ea *Sapphicum* appellatur, ex Edeffo urbe Lesbi inf. qua tempestate floruere Alcæus, Terpsichorus, & Pittacus, tempore Tarquinii Prisci. Ea plectrum prima invenit. Scripsit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Jambos, & Monades. *Ovid. Heroid. ep. 15. v. 3.* An, nisi legisses auctoris nomina Sapphus, &c. Hæc ex Amoris impotentia de Leucade se præcipitem dedit. Hinc *Stat. lib. 5. silv. 3. vers. 54.* Saltusque ingressa viriles Non formidata temeraria Leucade Sappho. ¶ Puelluaram amoribus infamis fuit. Hinc *Horat. l. 2. od. 13.* Æoliis fidibus quæ rentem Sappho puellis de popularibus.

Sap-

Sappîna Tribus non fuit una ex Romanis Tribubus, sed ita appellata est regio Umbriæ. *Liv. l. 31. c. 2. & l. 33. c. 37.*

Saprophâgo, is, a. 3. putridis cibis vescor, a σαπρὸς, *putris,* & φάγω, *comedo. Mart. l. 3. ep. 77.* Ut quid enim, Bœtice, saprophagis? Quædam Editiones scribunt σαπροφαγῆς. Est enim græca vox.

Saprôs, adject. σαπρὸς, græce putridum significat. Hinc apud *Plin. lib. 28. cap. 9.* Saproς cæsaus dicitur, qui cum sale, & lorbis siccis e vino tritus, potusque medetur cæliacis.

Sapsa, ipsa, & non alia. *Enn.* apud *Fest.* in *Sas:* Quo res sapsa loco sese ostentatque, jubeque. *Pacuv. ibid.* Nam Teucrum regi sapsa res restibiliet.

* Sapsa. V. Sarsa.

Saraballa, orum, farabara. *Hier. ep. 49.* Circa quorum saraballa lusit incendium.

Sarabâra, æ, f. & Sarabara, orum, n. vestis Persicæ genus fluxum, & sinuosum, ut *Suidas,* & *Isid. l. 19. c. 23.* describunt. *Tert. de Pall. c. 4. de Alex. M.* Vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste, triumphalem cataphractam amolitus, in captiva farabara decessit. *Id. de resur. car. c. 58.* Babylonii ignes trium fratrum nec tiaras, nec farabara læserant.

Saracêni, m. 2. populi Arabiæ Felicis, qui prius Agareni, & postea Ismaelitæ dicti sunt, quorum regio Saraca, vel Saracene. *Ammian. l. 14.*

Sarcasmus, i, m. σαρκασμὸς, שנינה, (vox græca) ironia amara, irrisio quæ fit diductis labiis, ostensisque dentibus more canum. *Diomed. Gram. Quint. l. 8. c. ult.* Talis est illa *Virg. 12. Æn. v. 359.* En agros, & quam bello, Trojane, petisti Hesperiam metire jacens.

Sarcimen, inis, n. ῥάκος, sutura. *Apul. l. 4. A. A.* Tunc tenui sarcimine summas oras ejus adæquavimus, & junctaræ rimam fetæ denfitate sepsimus.

Sarcina, æ, f. *carico, peso, bagaglio,* משא, Germ. *burde, laft,* f. Gall. *charge,* Hisp. *sarrica, carga,* σκεῦος, ἐπίσαγμα, onus, & proprie utensilium est, & eorum, quæ ad cultum, & ad finalem usum pertinent, veluti fabris, quem quis in itinere faciendo comportare possit. Differt ab onere. *Corn. Fronto:* Onus vehiculorum, & majus est, farcina hominum. *Cæs. 2. B. G. c. 17.* Cum prima legio in castra veniffet, reliquæque legiones magnum spatium abeffent, hanc sub farcinis adoriri. ¶ Res etiam nostras domi civitis, captivæ compositas furacius vocamus. *Quinct. declam. 12. c. 13.* Jacent relictæ sine hærede farcinæ. ¶ Translate *Ovid. Heroid. ep. 4. v. 24.* Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo. ¶ Imponere alicui farcinam, est alicui per fraudem negotium facessere, molestiam exhibere. *Plaut. Mostel. 2. 1. in fin.* Hinc Speculabor procul, unde advenienti farcinam imponam seni.

Sarcinâlis, le, adj. ad farcinas pertinens, ut farcinalia *jumenta, bestie da carico, Ammian. l. 15. c. 7.*

Sarcinârius, a, um, σωλοφορικὸς, quod ad farcinas pertinet, ut Sarcinarium jumentum, quo farcinæ veluntur. *Cæs. l. 1. B. C. c. 81.* Illi omnia farcinaria *jumenta* interfici jubent.

Sarcînas, atis, n. pro farcina quidam Lexicographi probant ex *Plaut. Mostel. 3. 1. 83.* sed ibi legitur: Quid Sarsinatis ecqua est, si Umbram non habet, ubi alludit ad Sarsinam, quæ una est ex Umbriæ urbibus. *V. Taubman.*

Sarcinator, oris, *sartore, risarcitore,* ברק, מחיה, σωλοσὺς, fartor, qui resarcit, ac reparat, & speciatim qui suit, & vestes reficit, a *sarcio. Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 818.* Sarcinatorem esse summum, suere centonem optime. *Plaut. Aul. 3. 5. 42.* Petunt fullones, farcinatores petunt. *Paul. l. fullo, ff. de furt.* Fullo, vel farcinator, qui polienda, & farcienda vestimenta accepit, & contrectatione eorum furtum facit.

Sarcinâtrix, icis, *sartora,* ῥάπτρις, mulier, quæ vestes fuit, & resicit, a *sarcio. Var.* apud *Non. c. 1. n. 276.* Homines rusticos in vindemia incondita cantare, farcinatrices in machinis. *Cajus l. 6 ancil ar. de pecul.* Maxime siqua farcinatrix, aut textrix, erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat.

Sarcinâtus, a, um, σωλοφορῶν, farcinis onustus. *Plaut. Pœn. 5. 2. 19.* Viden' homines farcinatos confequi?

Sarcinôsus, a, um, adj. *pesante. Apul. l. 8. Metam.* Lupi vastis corporibus farcinosi. *Auct. Priapejor. carm. 79.* Non est poeta farcinosior nostro. h. e. majore inguinum pondere præditus.

Sarcinûla, æ, σαποσιδάριον, exigua farcina. *Juv. sat. 3. v. 160.* Quis gener hic placuit censu minor, atque puellæ Sarcinulis impar? *h. e.* dote, & opibus. *Id. sat. 6. v. 145.* Collige farcinulas, dicet libertus, & exi.

Sarcîo, cis, farsi, fartum, a. 4. *risare,* פתר, ברק, Ger. *judicare. flicken,* Gal. *raccoutrer,* Hisp. *zarzir,* ὠκοπόλλω, reficio, restituo, instauro, reparo. *Pl. l. 11. c. 10. de apibus:* Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis a folo fornicatis, ne desit aditus ad farciendum. *Cat. de R. R. c. 23.* Uti sit, unde corbulæ fiant, & veteres farciantur. ¶ Translate dicitur de rebus incorporeis, pro compensare, damnum solvere, remedium adhibere. *Cæs. lib. 1. B. C.* Dum farcire acceptum detrimentum volunt. *Id. l. 3. B. C. c. 74.* Dum exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, tantumque studium infamiæ farciendæ. *Cic. l. 5. Fam. epist. 1.* Ut longi temporis usuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum farciam. *Id. Phil. 9. c. 4.* Sarcire injuriam alicui.

Sarcîon, σαρκίον, vitium smaragdi, a σάρξ, *caro,* quia est velut quædam carnosa pars, & obscura. *Plin. l. 37. c. 5.*

Sarcîtes, æ, m. σαρκίτης, gemma quæ bubulam carnem repræsentat. *Pl. l. 37. c. 10.*

Sarcîtor, oris, qui farcit, & reficit. *Inscript.* apud *Fabr. pag. 753.* M. Fulvius farcitor fibi, & Claræ Conlibertæ F.

Sarcîtrix, icis, quæ farcit. *Non. c. 1. n. 276.*

Sarcsum, i, σαρκίον, carunculæ, vitium carnosum gemmarum. *Pl. l. 37. c. 5.*

Sarcocêle, es, f. 1. σαρκοκήλη, genus hernix, vel ramicis, cum caro in ipso scroto concrevit. *Celsi. l. 7. c. 18.* græcis literis scribit.

Sarcocolla, æ, f. *farcocolla,* σαρκόκολλα, genus arboris, & ejus lacryma in Perside, a σάρξ, caro, & κόλλα, glutinum, quia vulnera glutinat. *Plin. l. 13. c. 11.* Fit & ex farcocolla (ita vocatur arbor) gummi utiliffimum Pictoribus, ac Medicis, simile pollini thuris, & ideo candidum, quam rufum, melius. *Id. l. 24. c. 14.* Sunt qui & farcocollam spinæ lacrymam putent, pollini thuris fimilem, cum quadam acrimonia dulcem.

Sarcophâgus, i, m. קבר, σαρκοφάγος, lapidis, five marmoris genus, in quo corpora defunctorum condita circo ad offa rediguntur, nec modo caro, sed etiam ossa ipsa intra quadragesimum diem absumuntur, excepris dentibus, a σάρξ, caro, & φαγεῖν, comedere. Ut plurimum erat lapis Alius, qui sic vocabatur, quia ædificabatur in Assia regione Troadis, vel Mysiæ, nempe circa Assum urbem. *Pl. l. 2. c. 96.* At circa Assum Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora, sarcophagus vocatur. *Id. l. 36. c. 17.* In Asso Troadis sarcophagus lapis fissili vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra quadragesimum diem, exceptis dentibus. *Juv. sat. 10. v. 172.* Sarcophago contentus erit. ¶ Per Synecdochen pro sepulchro poni consuevit. Quanquam autem sarcophagi primo ex Assio lapide, postea tamen sarcophagi dicti omnes mortuorum locuti, etsi ex alia essent materie. *Modestin. ad l. liberis. ff. de alimentis, vel cibariis legatis:* Ut per absentiam filiarum mearum ad sarcophagum meum memoriam meam quotannis celebrent.

Sarcoptes, æ, m. σαρκόπτης, titulus est libri secundi Apicii, in quo agit de carnium sectione, deque incisarum carnium condimentis, a σάρξ, σαρκὸς, caro, & κόπτω, cædo.

* Sarcôsis, is, f. σάρκωσις, morbus veterinorum, quo cum biberint inflantur & suffiant. *Veget. l. 3. c. 26.*

Sarculatîo, onis, f. *Sarculatura, sarchiamento,* ערור, σκάλωσις, actus sarculandi, sarritio. *Pl. l. 18. c. 21.* Sarculatio induratam hyberno rigore soli triftitiam laxat temporibus vernis. Aliqui legunt *seporibus.*

Sarculâtus, a, um, adj. sarriendo purgatus. *Prudent. in Romano, v. 264.* Nata in hortis farculatis.

Sarcûlo, as, n. *z. zappare, estirpare con la zappa, farchiare,* ערר, Ger. *jetten,* Gal. *farcler,* Hisp. *escardar,* σκαλεύω, σκαλλίζω, farculo abscindo, sarrio. *Pallad. Januar. tit. 9.* Sunt farculanda frumenta, *& mox.* Si siccas segetes farculaveris. Addunt & *Col. l. 5. c. 9. (al. 8.)* sed ibi rectius *furculare.*

Sarculum, li n. & Sarculus, i, m. *z. zappa, farchiello, farchio,* מעדר, Ger. *jethane,* Gall. *farclet, farcloir,* Hisp. *escardillo,* σκαλὶς, instrumentum, quo sarritur, *Varronis,* & *Isidoro* testibus, ideft herbæ inutiles inter segetem succrescentes eveluntur. *Cato cap. 10.* Sarcula octo, palas quatuor. *Hor. l. 1. Carm. ad 1.* Gaudent patrios findere farculo agros. *Pallad. Januar. tit. 43.* Sarculi vel simplices, vel bicornes.

Sarda, æ, f. *sarda, sardella,* πηλαμὶς, pisces genus, ad condimenta, & saliturus utile, a Sardinia inf. *Isid. l. 12. c. 6.* arcessit hoc nomen ex Tyria lingua: nam ea piscem quemdam *sar* dici, indeque & sardas vocari, & sardinas, quæ græce θύννοι. *Plin. l. 33 cult.* Solea, sargus, scylla, sarda. Ita vocetur pelamis longa, ex oceano veniens. *Id. l. 32. c. 5.* Privatim contra præteritis morsum **sarda** prodeft. ¶ Sarda item, Σάρδη, & dim. Σάρδιον, lapis pretiosus est, qui aliter **sardius** dicitur. *Id. l. 27. c. 6.*

Sardachâtes, æ, f. σαρδαχάτης, genus gemmæ in Sardinia. *Pl. l. 37. c. 10.*

Sardanapalleus, a, um, adj. a Sardanapalo. *Sidon. l. 1. ep. 13.* Sardanapallicum in morem pandere.

Sardanapâlus, i, m. 2. Σαρδαπάλλος, postremus Rex Assyriorum tricesimus a Nino. Fuit tanta libidine, ac mollitie, ut muliebri habitu inter mulieres nere non erubesceret. Ad hunc videndum (quod nemini ante eum permissum fuerat) præfectus ipsius, Medis Præpositus, nomine Arbactus, cum admitti magna ambitione ægre obtinuisset, invenit eum inter fcortorum greges purpuram colo nentem, & muliebri habitu, cum mollitia corporis, & oculorum lascivia omnes fœminas anteiret, pensa inter virgines partientem. Quibus visis, indignatus tali fœminæ tantum virorum subjectum, facta conjuratione, bellum ei intulit, quo is victus in Regiam se recepit, & exstructa, incensaque pyra, & se, & divitias suas ib incendium misit, hoc solo imitatus virum. *Just. l. 1. c. 3.*

Sardi, orum, m. *popoli della Sardegna. Sardi venales,* proverb. est differe de hominibus improbis, & nullius pretii. *Aurel. Victor. de Vir. illustr. de T. Sempronio Graccho:* Prætor Galliam domuit, Conful Hifpaniam, altero consulatu Sardiniam, tantumque caprivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium veniret, Sardi venales. *Cic. Fam. 7. ep. 24.* Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.

Sardiânus, a, um, quod spectat ad Sardes urb. Lydiæ, ut Sardiani balani, ideft caftaneæ. *Plin. l. 15. c. 23.* Sardibus ea provenere primum. Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant. ¶ *Sardiani,* Sardis incolæ. *Cic. 13. Fam. ep. 55.*

Sardîna, æ, f. vel

Sardînfa, æ, f *sardella,* θύννος, genus piscis, al. Sarda, & Sardina, a Sardinia inf. *Col. l. 8. c. 17.* Tabentes haleculas, & salibus exesam chalcidem, putremque sardiniam. Al. leg. *sardinam.*

Sardînia, æ, *Sardegna,* Σαρδὼ, Σαρδοὼ, inf. ingens Italiæ, inter mare Tyrrhenum, & Balearicum. *Strabo,* & *Solinus* scribunt, nomen accepisse a Sardo Herculis filio, qui e Libya veniens cum multitudine colonorum insulam occupavit. Antea Græce Ichnusa vocabatur, ab effigie τῆ ἴχνε, *vestigii, solea,* h. e. imæ partis pedis humani. Similiter Latine *Saudalioris* dicebatur, propter figuram sandalii. *Plin. l. 3. c. 7.* Fertilis insula est, sed soli quam cœli, melioris. Ut fœcunda est, sic pene pestilens. Causam afferunt, quod habeat a Septentrione montes editissimos, qui prohibent, quominus a Bor

sariſſophorus, i, m. qui ſariſſa atitur, ut olim Macedones. *Liv. l. 36. c. 18.* Macedonum robur, quos ſariſſophoros appellabant.

* Sarmadacus, i, m. σαρμαδάκης, *ſerbo, zingano* , שַׁרְמָה, מַלְאָךְ , impoſtor. *Auguſt. l. 3. contra Acad. c. 15.* Ille autem planus erat, de iis, quos ſarmadacos jam vulgus vocat. *Aeron. interp. Horat.* ad *Sat. 6. l. 1. v. 111.* Fallacem cir cum &c. videtur dicere, fuiſſe quemdam ſamardam, qui in circo populum ſolebat inducere: ab hoc dictos ſamardacos al. *ſamardicos*, quos cum ſortilegis conjungit.

Sarmatæ, arum, m. Σαρμάται, pop. Europæ, ultimi Europæarum gentium. Græcis Sauromatæ vocati ſunt. *Plin. l. 4. c. 12.* Regionem totius Europæ latiſſimam incoluerunt, in Scythiam quoque Europæam protenſi, quin etiam in Aſiam progreſſi ſunt, uſque ad Hyrcanum mare, ubi Sarmatæ Aſiatici dicebantur. Habitabant olim montes, & ſaltus Habitu, armis, moribus, vivendique ratione Scythis, ac Par his ſimiles erant. Ideoque ejuſdem originis eum his fuiſſe concjcere licet. Multi plauſtris pro domibus utebantur. Hinc *Hamaxobii* nuncupari ſunt. Alii ob ſævitiam hyemis demerſis in humum ſedibus ſpecus, aut ſuffoſſa habitabant. Totum erant brachati corpus, ut ait *Mela lib. 3. c. 1.* &, niſi, qua videretur, ora etiam veſtiti, Corpora ſua non ſolum fœminæ, ſed etiam mares pingebant. *Plin. l. 22. c. 1.* Paſcebantur lacte equino. Unde quidam cos ὑπομόλγους, ideſt equarum mulſores, quidam γαλακτοφάγους, hoc eſt lacte veſcentes vocant. Erant etiam quidam interius habitantes, qui ſanguinem equinum lacte miſtum potabant, quos vocant Gelonos. *Martial. de ſpectac. epigr. 3.* Item Sarmatæ alii erant, qui cruda farina equino ſanguine ex cruribus detracto miſta alebantur. *Pl. lib. 18. c. 10.* Alii bellorum, & cædis amatores, quibus bellantibus mos erat cruorem ejus, quem primum interemiſſent ex ipſius vulneribus bibere. Apud hos ut quiſque plures interemiſſet, ita eximius habebatur. Erant & in Scythiæ finibus Sarmatæ, qui carne equina veſcebantur, alii, qui humanæ carnis alimento vitam ducebant, propter quod vocabantur *Anthropophagi*. Auri, & argenti ignari vice rerum commercia exercebant. Nonnulli pro victimis homines immolabant. ¶ De Sarmatis *Plinius* meminit *l. 4. c. 12. l. 2. c. 5. & 13. l. 8. c. 42. l. 18. c. 10. l. 22. c. 1. l. 26. c. 10.*

Sarmatia, æ, f. *Sarmazia*, Σαυροματία, prov. vaſtiſſima orbis terrarum. Duplex eſt, Sarmatia Europæa, & Sarmatia Aſiatica: hæc nunc dicitur *Tartaria*, illa *Polonia*. V. Geographos, & *Plin. l. 4. c. 12.*

Sarmaticè, adv. Σαρματικῶς, more Sarmatum. *Ovid. 5. Triſt. el. 12. v. 58.* Jam didici Getice, Sarmaticeque loqui.

Sarmaticus, a, um, Σαρματικός, quod ad Sarmatiam ſpectat. *Ovid. l. 4. Triſt. el. 10. v. 110.* Junctæ pharetratis Sarmatis ora Getis.

Sarmatis, idis, f. Sarmatica, Σαρματίς, patron. a Sarmatia. *Ovid. l. 4. Triſt. el. 10. v. 110.* Junctæ pharetratis Sarmatis ora Getis.

Sarmentitius, a, um, φρυγανώδης, quod eſt ex materia ſarmentorum. *Col. l. 6. c. 26.* Verum vulneri ejus ſarmentitio cinere linienda ſunt. ¶ Sarmentitii olim dicti Chriſtiani, quia ad ſtipitem alligati, ſarmentis circumdatis comburebantur, teſte *Tertul. in Apolog. c. 50.*

Sarmentôſus, a, um, *ſarmentoſo*, φρυγανώδης, quod plurimum habet ſarmenti. *Pl l. 25. c. 11.* Piſyllion alii cynoides, alii cynomyam appellant, radice tenui, ſupervacua, farmentoſum.

Sarmentum, i, *ſermento, potatura*, זְמוֹרָה, Ger. *reben holtz*, Gall. *ſarment*, Hiſ *ſarmento*, κλημάτις, φρύγανον, ſuperflua viris virgula, quæ idcirco amputatur, virgula ſupervacua a vite adſciſſa. *Feſt.* Sarpta vinea, putata, ideſt pura facta. Virgulæ enim relictæ impedimento vitibus ſolent eſſe, quæ ideo abſcinduntur. Inde etiam ſarmenta Scriptores dici putant. Sarpere enim antiqui pro purgare dicebant. *Cic. de Sen. c. 15.* Ne ſylveſtæ ſarmentis, & in omnes partes nimia ſaturentur. *Id. 3. Ver. c. 27.* Ligna, & ſarmen a circundare, ignem ſubjicere cœperunt. ¶ Frequentiſſime tamen etiam ſarmentum accipitur pro palmite, ſeu flagello adhæc in vite hærente, *v. alcio, Colum. l. 3. cap. 10* Numerus uvarum, qui plerunque conſpicitur in productiſſimo ſarmento. ¶ Item pro lignoſo illo ramuſculo, cui ſtipitem affigunturæ uvarum acini. *Plin. l. 23. c. 1.* Sarmenta earum, in quibus acini fuere, aſtringendi vim habent.

Sarnus, m. *v. Sarno, Sarſato*, flu. Picentinorum. Profluit ex Tifata M. qui ibi Sarnus a *Vibio Sequeſtro* appellatur; ſeparat Picentinos a Campanis: poſtea in ſin Neapol. ſe exonerat infra Pompejos. *Plin. l. 3. c. 5.*

Saronicus Sinus, Saronis, *Golfo di Engia*, ſin. maris Ægæi, inter Atticam, & Peloponneſum extenſus, inter promoni. Sunium, & Scyllæum ad Or. & Iſthmum Corinthiacum ad Occ. Rigat Athenas, Megaram, & Træzen. Et in eo ſunt inſulæ Ægina, & Salamis. *Plin. l. 4. c. 5.*

Sarpëdon, onis, m. Σαρπηδών, filius Jovis ex Laodamia Bellerophontis filia. *Homer. l. 6. Iliad. Nεκυ. in Æn.* Hic cum Lyciæ Rex eſſet, & in armis ſtrenuus, Priamo ſuppetias tulit adverſus Græcos, ubi, cum multa ediderit virtutis ſuæ documenta, tandem interfectus eſt, ſecundum *Homerum* a Patrorlo, ſecundum *Virgilium* ab Achille, ſecundum *Ovidium* ab Ulyſſe. Ejus corpus Jovis juſſu ab Apolline e medio pugnantium ſublatum eſt, flumine lorum, ambroſia reſperſum liquore, regia indutum veſte, & ad exequendum funus ſuis reſtitutum. Reliquit filium nomine Antiphatem, quem & ipſum ad bellum duxerat. *Virg. l. Æneid.* & *Ovid. 13. Metam*

Sarpëdon, n. 2. prom. Ciliciæ, inter Celenderim ad Occ. & Zephyrium ad Or. apud oſtia Calycadni flu. cum opp. cogn. Nomen accepit a Sarpedone filio Jovis, qui in ea loca profectus eſt. Ciliciam a Pamphilia diſtinguit. *Plin. lib. 5. cap. 27.*

Sarpo, is, a. 3. purgo. *Feſt.*

Sarptus, a, um, adject. purgatus. *Feſt.* V. *Sarmentum.*

Sarra, æ, f. ita olim dicta fuit Tyrus Phœniciæ urbs clariſſima, auctore *Ennio* apud *Prob. Grammat. Serv. ad 4. Georg. Gel. lib. 14. c. 6.* & *Plaut. Truc. 2. 6. 56.* ubi & *Sara* ſcribitur unico *r*.

* Sarracilum, Sarracium, n. parvum farracum. *Ammian.* 31. 2. al. 6. Alii leg. *ſarracis.*

Sarracum, i. n. *carro da vettura*, עֲגָלָה, Ger. *karrenvon tracht*, Gall. *chariot*, Hiſ. *carro*, ἅμαξα, vehiculi genus, in quo corbis erat, aut ſimile vas idoneum ad res plures in eo coacervandas, quo lapides, ligna, & ſimilia vehebantur. *Juv. ſat. 3. v. 252.* Longa coruſcat ſarraco veniente abies. *Id. ſat. 5. v. 23. de plauſtro ſigno cœleſti*: Aut illo tempore, quo ſe Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ. Eo etiam *Cicero* uſus eſt in *Piſonianâ*, ex qua *Fabius l. 8. c. 3.* hæc verba adducit: Cum tibi tota cognatio in ſarraco advehatur. Etiam plauſtra, & ſarraca conjungit *Virgil. l. 11. c. 1.* item vehicula, & ſarraca *Capitolin. in Antonino Philoſ.* ¶ Dicitur & *Serracum*, quod V.

Sarrânus, a, um, adject. a Sarra urbe, eadem quæ Tyrus, ut Sarranum oſtrum, *Virg. 2. Georg verſ. 506* Sarrana aulæa, *Juven. ſat. 1. v. 38.* Sarranæ violæ, *Colum. l. 9. c. 4.* Sarrana Juno, *Sil. l. 6. v. 468.* quia Carthaginæ maxime colebatur, Carthaginienſes autem e Tyro oriundi. ¶ Sarranæ tibiæ ita dictæ ſunt, quia a Tyriis fuerunt inventæ, quemadmodum Phrygiæ a Phrygibus. In titulo *Adelphorum Terentii*. Modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis Sarranis. Al. leg. *Serranis*, putantque ita dictas a ſoni genere, quod nempe ſtridenti ferræ ſonitum referrent. *Turneb. lib. 28. cap. 34.* V. *Manut. de quæſ. per epiſt. par. 3. epiſt. 4.*

Sarrâpis, is, m. idem qui Serapis deus Ægyptiorum. *Plaut. Pœn. 5. 5. 33.*

Sarrastes, Populi Campaniæ, Sarno amni vicini, a quo & nomen accepiſſe putantur. *Virg. 7. Æn. v. 738.*

Sarrîo, is, ivi, itum, n. 4. *ſarpare*, עֵרֶר, σκαλίω, eſt herbas inutiles inter ſegetem ſuccreſcentes ſarculo evellere, & purgare, ſegetes leviter ſcalpendo a noxiis herbis ſarculo purgare. Differt ab occare. Nam *occare* eſt grandes terræ glebas contundere, ut pulvere ſemina jacta cooperiantur, *ſarrire* eſt herbas inutiles inter ſegetem ſuccreſcentes ſarculo evellere. Deinde *occare* poſtremum eſt in agro ſolendo *ſarrire* eſt primum poſt enatas fruges. Fit enim, cum ſeges eſt in herba. Prius enim ruſtici terram vertunt, hinc ſerunt, inde occant, tum ſarriunt. *Plaut. Capt. 3. 5. 5.* Nam ſemper occant prius, quam ſarriunt ruſtici. *Var. l. 1. de R. R. c. 29.* Exato purgari, falſcia ſeri, ſegetes ſarriri. *Plin. l. 18. c. 21.* Qui ſarriet, caveat, ne frumenti radices effodiat.

Sarritio, onis, *ſarpamento*, ξαρπισμός, *ſarpatura*, עִדֵּר, σκαλισις, actus ſarriendi, frugum, vinearumque a noxiis herbis purgatio. *Var. l. 2. de R. R. c. 12.* Peracta ſementi, ſequens cura eſt ſarritionis. *Col. l. 2. c. 9.* Frequentem tamen exigunt ſarritionem.

Sarritor, oris, ξαρπάτωρ, σκαλιστής, qui ſarrit. *Colum. l. 2. c. 13.* Tritici modii quatuor, vel quinque bubulcorum operas occupant quattuor, occatoris unam, ſarritoris duas.

Sarritorius, a, um, adj. ad ſarriendum pertinens. *Col. l. 2. c. 13.* Hordei medii quinque operas tres exigunt, occatorium unam, ſarritoriam unam, &c.

Sarritura, æ, idem ac ſarritio. *Col. l. 11. c. 2.* Sarritura quoque frumentorum iteratur egregie.

Sarſina, ſ. f. *Sarſina*, urbs Æmiliæ, ad Sapim fl. qui 10. M. P. ſupra oritur. *Plin. l. 3. c. 14.*

Sarſinas, atis, com. gen. qui eſt ex Sarſina urbe. *Plin. l. 3. c. 14.* & *Plaut. Moſt. 3. 1. 83.* V. *Sarcinas.*

Sarſitra, æ, idem quod ſartura, a *ſarcio*. *Var. l. 3. R. R. c. 9.* Ego quæ requiro farſuræ aſſuræ membra de palumbis: hoc eſt, un *Turneb. l. 24. c. 22.* explicat: Peto ut ſarcias, & expleas membra omnia, quæ ad hanc nutricationem pertinent. Alii leg. *farſuræ* a farcio.

Sartâgo, inis, f. *ſartagine, padella*, מַחֲבַת, Ger. *bratpfanne*, Gall. *poille à frire*, Hiſp. *ſarten*, τήγανον, patella, in qua res friguntur. *Plin. l. 16. cap. 11.* Terebinthinam in ſartagine referventi. *Juven. ſat. 10. v. 64.* urceoli, pelves, ſartago, patellæ. ¶ Uſurpatur etiam translate. *Perſ. ſat. 1. v. 79.* Quæris ne, unde hæc ſartago loquendi Venerit in buccas? Ubi *Caſaubonus* putat, Poetam reſpicere ad panes in ſartagine frictos, qui fiebant e variarum rerum mixtione, ut e farina, adipe, melle, ſeſamo, aliiſque. Alii ita explicant: Hoc eſt, hic linguæ ſtridor, qualis ex ſartagine, cum aliquid frigitur, ſonat. Vel, hic corruptus, ac depravatus loquendi mos. Frigendo enim ſartago conſufum, & diſſonum reddit ſtrepitum.

Sarte, adv. integre. *Feſt.*

Sartio, ſyncop. pro *ſarritio*, ſæpe legitur in MSS. *Col. v. gr. l. 2. c. 12. & l. 11. c. 2.* Sic *ſartor, ſartura, ſartus* pro *ſarritor, ſarritura, ſarritus*.

Sartor, oris, m. 3. *riſarcitore, ſarcitore*, ἀκεστής, qui ſarcit, vel reſarcit. Item qui ſarrit. *Non. c. 1. n. 24.* Sartor non ſolum a ſarciendo, ſed etiam a ſarriendo deducitur, & tam eum, qui ſarcit, quam qui ſarrit, ſignificat. *Plaut. Capt. 3. 5. 3.* Sartor, ſatorque ſcelerum, & meſſor maxume.

Sartûra, æ, f. idem ac ſarritura, per Syncopen, *Plin. l. 18. c. 27.* Sartura nocere & vineæ, & ſegeti exiſtimatur. ¶ Eſt etiam idem ac farcimen, reparatio, reſtitio, a *farcio*. *Col. l. 4. c. 26.* Jugo, ſi non erit opus nova ſartura, recentia vincula inſerantur. *Senec. de vit. beat. c. 25.* Per ſarturas veteris lintei effluens. Alii leg. *ſuturas*.

Sartus, a, um, תְּמִימִים, ἐπιτηδείως, integer reditus, refectus, participp. a *ſarcio*. Translate *Hor. l. 1. ep. 3. v. 31.* An male ſarta Gratia nequidquam coit, & reſcindtur? ¶ Sarta recta, num, plur. idem eſt, atque integra, & incorrupta. *Feſt.* Sarte in Auguralibus pro integro ponitur, ſane, ſarteque audire, videreque. Ob quam cauſam opera publica, quæ locantur, ut integra præſentur, ſarta tecta vocantur. Etenim ſarcire eſt integrum facere. Hæc *Feſtus*. Dicimus autem, Sarta tecta locare, tradere, exigere, conducere, habere, præſtare, tueri. Locabant Cenſores, vel etiam Conſules, exigebant ipſi quoque Cenſores, vel Conſules, interdum Ædiles, aliquando etiam Prætores, nec niſi cum Senatus decreverat, tradebant, conducebant, habebant, præſtabant, tuebantur redemptores. *Cic. 3. Ver. c. 50.* Cum L. Octavius, C. Aurelius Conſules ædes ſacras loeavi ſſent, neque potuiſſent omnia ſarta recta exigere, neque ipſi, neque ii Prætores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos, & M. æſius, factum eſt Senatuſconſultum, quibus de ſarris tectis cognitum, & judicarum non eſſet, uti C. Veires, P. Cæſius Prætores cognoſcerent, & judicarent. *Id. paulo poſt*: Quæſivit, quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere. *Et rurſus*. Monumentum illa amplitudine, illo opere quamvis ſartum tectum, integrumque eſſet. *Liv. l. 42. c. 3.* Cenſorem moribus regendis crearum, cui ſarta recta exigere ſacris publicis, & loca tuenda more majorum traditum eſſet. ¶ Hæc locutio etiam translate uſurpatur pro incolumi, abſoluto, perfecto. *Plaut. Trin. 2 2. 3.* Sarta recta tua præcepta pater uſque habui mea modeſtia. hoc eſt tibi parui, a tuis præceptis non diſceſſi. *Cic. l. 13. Fam. epiſt. 50.* Ut M. Curium ſartum & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſyncerum integrumque conſerves.

* Sas pro *ſuas*, & ſam pro *ſuam* apud *Feſt.* Ut ſam pro *eam* apud *Ennium l. 1.*

Saſo, onis, f. *Saſono*, inſ. maris Ionii, ante Aulonem urb. Macedoniæ proxima Orico opp. Epiri. *Sil. l. 7. v. 480.*

* Saſſinas, V. Sarſinas.

* Saſſon, Saſon, V. Saſo.

Saſſumini, m. 2. pop. Aquitaniæ, inter Garumnam, & Pyrenæos montes, quorum opp. *Sarrances*. *Plin. l. 4. c. 19.*

Sat, adv. idem ac ſatis, per Apocopen. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 27.* Qui non ſat habuit conjugem illeſſiſſe in ſtuprum. *non gli baſtò. Id. 15. Att. epiſt. 3.* Sat diu. *Ter. Adel. 3. 3. 6.* Sat ſcio. *Id. Andr. 1. 1.* Sat eſt, curabo.

Sata, orum, n. V. *Satum.*

Satageus, a, um, ſollicitus, anxius, a *ſatago*. *Sen. ep. 98.* Et iſtos ſatageos ac, ſibi moleſtos. Ita enim ibi legerunt *Erasmus, Aleiatus, Gruterus*.

Satagito, as, n. 1. idem ac ſatago. *Plaut. Bacch. 4. 3. 23. ſecundum Tmeſim*, Nunc agitas ſat tute tuarum rerum.

Satâgo, is, n. 3. *eſſere ſollecito, fare con diligenza*, עָמַל, יָחַד, רָאַג, Ger. *emſig, geſchefftig ſein*, Gall. *ſoigner, ſe preſſer* Hiſ *cuydarſe, ſer congoxoſa*, πολυπραγμονέω, eſt aexium eſſe, anxie diſtorqueri difficultate rei alicujus conficiendæ, diligentem eſſe, feſtinare, a *ſat*, & *ago*. Uſurpatur vel abſolute. *Liv. l. 6. c. 4.* Aſer venuſte Manlium ſuram, multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, non agere dixit, ſed ſatagere. ¶ Vel cum gen. *Ter. Heaut. 2. 1. 13.* Is quoque rerum ſuarum ſatagit. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *de. Gel. l. 9. c. 11.* Conſulibus de vi, ac multitudine hoſtium ſatagentibus. ¶ Integrum eſt *ſatis ago*. *Apul. l. 8. Metam.* Coloni ſatis agentes rerum ſuarum. *Gell. l. 19. c. 1.* In ſentina ſatis agere.

Satan, indecl. & Satanas, æ, m. *Sataneſſo*, ſῶν, ἐχθρὸν, & σατανᾶς, Hebraice adverſarium ſignificat, a radice ſῶν, adverſari, ita appellatur diabolus bonorum omnium hoſtis. *Tertul. Apol. 2. 22.* Satanas princeps hujus mali generis. *Id. l. 3. cont. Marcion. c. 20.* Suſcitavit illi Satan. i. e. hoſtem.

Satanaſia, æ, f. herba, quæ & Peucedanos dicitur. *Apul. de herb. c. 94.*

Satarſus, V. *Satorius.*

Satelles, itis, com. 3. *ſatellite, cuſtode*, שֹׁמֵר, Ger. *gewardt knecht*, Gall. *ſergent, garde de corps*, Hiſ. *guardia, archero*, δορυφόρος, miles mercede conductus, ut ab Imperatoris latere non diſcedat. *Cic. 5. Ver.* Miniſtri ac ſatellites cupiditatum ſuarum. *Ov. 5. Faſt.* Ille Deæ cuſtos, ille ſatelles erat. *Liv. l. 2. c. 12.* Cum concurſu ad clamorem facto, comprehenſum Regii ſatellites retraxiſſent ad tribunal Regis. ¶ Satelles Jovis, h. e. aquila. *Cic. 2. Tuſc. ex Poeta, c. 20.* Triſti advolatu aduncis lacerans unguibus Jovis ſatelles paſtu dilaniat fero.

Satellîtium, ii, n. ſatellitum munus cuſtodiæ cauſa. Translate *Auguſtin. l. 3. de doctr. Chriſt. c. 18.* Cupidſtas dominans, & ipſarum quoque Scripturarum, quibus evertenda eſt, ſatellitium quærens.

Satîa, æ, f. V. *Satias.*

Satianter, adv. idem ac ſatiate. *Apul. l. 7. Met.* Satianter paſtus.

Satias, atis, f. ſ. idem ac ſatietas, per ſync. *Ter. Eun. 5. 6. 3.* Ubi ſatias cœpit fieri, commuto locum. *Id. Hec. 4. 2. 18.* Satias me jam tenet ſtudiorum iſtorum. *Lucr. l. 2. v. 1036.* Peſſus ſatiate videndi. *Liv. l. 30. c. 3.* Satias eum cepit amoris in uxore. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 12.* Qui avidius vorant, facilius ſatias capit, quam qui &c. Prave hic quidam leg. *capiunt*, ut *ſatias* ſit accuſ. plur. a *ſatia, æ*, quod adhuc a nemine uſurpatum ſcio.

Satiâte, adv. a *ſatietâ*, uſque ad ſatietatem, affatim. *Virg. l. 2. c. 9.* Ignis & aeris habendo ſatiate, humoris remperate. *Terr. de anim. c. 46.* Satiatiſſime exhibere.

Satiâtus, a, um, *ſatiato*, πεκορεσμένος, ἐμφορὴς, *Dicitur de Senſatiatis vero, & expletis jucundius eſt carere, quam frui. Liv. l. 2. c. 65.* Romanus integer, ſatiatuſque ſomno. *Sil. l. 4. v. 437.* Satiata ſanguinis haſta. *Hor. l. 1. od. 2.* Nimis longo ſatiate ludo.

Satiâtus, ei. f. ſ. ſatietas. *Sil. l. 4. v. 110.* Nec finis, ſatietve, novi ſed ſanguinis ardor Gliſcere. *Plin. l. 8. cap. 51.* Fico carica faginatis, ac ſatie necatis, Al. leg. *ſatias*. Alii hic quoque aliter legunt. *Juvenc. l. 1. v. 637.* Provenient tamen his ſaties potuſque, cibique.

Satiêtas, atis, *ſaziezà, pienezza, faſtidio*, שָׂבַע, Ger. *genuge, verdruſſ*, Gall. *aſſouviſſement, ennuis*, Hiſ. *haſtio, hartura*, κόρος, proprie idem eſt, quod ſaturitas, licet frequenter accipiatur pro faſtidio, quod ex rei alicujus aſſiduo uſu nobis ingignitur. *Cic. 3. de Or.* Non ſolum delectet, ſed etiam ſine ſatietate oblectet. *Id. de Sen. cap. 20.* Rerum omnium ſatietas vitæ facit ſatietatem. *Liv. l. 24.* Ad ſatietatem trucidare. *Id. lib. 8.* Ad ſatietatem veſtrum pugnavimus. ¶ In plurali num. *Vitruv. l. 2. c. 9. ante med.* Quercus terrenis principiorum ſatietatibus abundans.

Satin', ſatis ne. *Ter. And. 4. 4. 10.* Satin' ſanus es, qui me id rogites? *Plaut. Trin. 4. 3. 64.* Satin' ego oculis plane videor? *Id. Merc. 2. 4. 14.* Tute heri mihi narraſti. *Ch.* Satin' ut obſtrus fui, tibi me narraviſſe? *h. e.* itane vero oblitus fui? &c. *Satin' ſalve?* eſt, ſatineſne res ſalvæ ſunt, pro quo & uſurpabatur, *ſatin' ſalva omnia?* Formula fuit interrogandi apud veteres, cum quid turbari eſſet. V. *Salvus*, & *Salve*.

Satîo, as, a. 1. *ſaziare*, הִשְׂבִּיעַ, Germ. *erſettigen*, Gal. *ſouler, aſſouvir*, Hiſ. *harar, ropèr*, ſaturo, expleo, a *ſatis*. *Cic. 2. Fin. c. 8.* Veniebat ad cœnam, ut ſatiaret animo quieto deſideria naturæ. *Col. l. 8. c. 9.* Satiat ſemodius cibi in diebus ſingulis vicenis, & centenos furtures. ¶ Dicitur etiam de animo. *Cic. Pro Dom. c. 22.* Ne abſens quidem lactu meo mentes illorum ſatiare poſſit. *Id. 3. Fin. c. 2.* Legendo ſatiari non poſſum.

Satîo, onis, σπορὰ, actus ſerendi, vel tempus ſerendi, vel ipſum ſemen. *Cic. 5. Ver.* Ne, ſi tempus ſationis præterriſſet, granum in provincia Sicilia nullum haberemus. *Id. ib.* Ut aratores jugera ſationum ſuarum profiterentur. *Virg. 2. Georg. v. 319.* Optima vinetis ſatio eſt, cum, &c.

Satîor, & ſatius, V. *Satis*, nom. indecl.

Satis, n. indecl. *baſtante*, דַּי, ἱκανὸς, ſufficiens. *Priſc. l. 15. p. 1015. Putſch.* Satis etiam loco nominis poſitivi accipitur. Itaque etiam comparationem recipit ſatius. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. in Brut.* Animo iſtuc ſatis eſt, auribus non ſatis. *Id. 5. Verr.* Quantum ad eum numerum frumenti ſatis ſit, quem civitari imperas. *Id. de Am.* Satis erat reſpondere magnas, ingentes inquit. ¶ Vel cum gen. *Liv. l. 32. c. 21.* Satis exemplorum alienæ clades præbent. ¶ *Satis habere*, eſt contentum eſſe, ſufficere. *Cic. pro Planc.* Sed non modo ſatis habere a me, ſed etiam vereri, &c. *Id. pro R. Am.* Non ſatis habeat avaritiam ſuam pecunia explere, niſi etiam, &c. ¶ *Satis agere*, eſt ſatisfacere. V. *Satago* in fin. ¶ *Non eſt ſatis æſtimare*, idem eſt ac non poteſt ſatis æſtimari, vel non poſſet quis ſatis æſtimare. *Plin. l. 7. in præf.* Ut non ſatis ſit æſtimare, parens melior homini, an triſtior noverca fuerit. ¶ Comp. *ſatior*, & *ſatius*, quo ſignificatur melior, & melius. *Pl. l. 17. c. 5.* Erit igitur hæc optima, & operi ſatior. *Cic. Att. l. 7.* Video eum altero vinci ſatius eſſe, quem cum altero vincere. *Auct. ad Her. l. 4.* Satius eſſet, ad optimum & electiſſimum verbum devenire.

Satis, adv. *aſſai, abbaſtanza, abbondantemente*, דַּי, Ger. *genug*, Gall. *aſſez*, Hiſ. *baſtantemente*, ἀξιῶς, ἱκανῶς, abunde, quantum opus eſt. *Cic. 1. Offic.* M. Craſſus negabat, ullam ſatis magnam pecuniam eſſe ei, qui in Rep. princeps eſſe vellet. *Id. 4. Acad. c. 19.* Me quoque jocans ne, an ita ſentiens (non enim ſatis intelligebam) cœpit horrari, ut ſententia deſiſterem. *Hor. Epod. 1.* Satis ſuperque me benignitas tua ditavit. ¶ Satis bene, *mediocremente*. *Cic. 2. Off. calf.* Cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret, reſpondit, bene paſcere: quid ſecundum, ſatis bene paſcere.

Satisacceptio, onis, ἐγγυοδοσία, actus ſatisacciendi. *Pompon. l. 5. ff. de verb. oblig.* Satisacceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, ut adpromiſſores quoque ab eo accipiantur, ideſt qui idem promittant.

Satisacceptus, a, um, nom. ex partic. Per translationem ſatisacceptum uſurpatur pro certo, compoto, firmo, quali dati fidejuſſoribus, & ſponſoribus. *Plaut. Moſtel. 1. 3. 90.* Si acceptum ſat habes, tibi fore illum amicum ſempiternum.

Satisacîpio, is, a. 3. *ricevere ſicurtà*, עָרַב, ἐγγυάω, *Dicitur de Sen-* ἐγγυάω, *Dicitur de Sen-* לָקַח עֲרֻבָּה, ἐγγύην λαμβάνω, eſt accepto fidejuſſore ſibi cavere, accipere fideꝑuſſorem a debitore. *Pompon. l. 5. ſtipulationum alia. ff. de verb. oblig.* Satis autem accipere dictum eſt eodem modo, quo ſatisfacere. Nam quia id, quo quis contentus erat, ei præſtabatur, ſatisfieri dictum eſt: & ſimiliter quia tales, quibus contentus quis futurus eſſet, ita dabantur, ut verbis obligarentur, ſatis accipi dictum eſt. *Cic. pro Quinct. cap. 13.* Si veretur, ut res judicio facto parata ſit, judicatum ſolvi ſatisaccipiat. *Id. pro R. Com.* Flavius cum de tota lite faceret pactionem, neque ſatisacciperet a Roſcio, &c.

Satisdatîo, onis, *ſicurtà*, עֲרֻבוֹת, ἐγγύησις, actus ſatisdandi. *Cujus lib. 1. ff. Qui ſatisdare cog.* Satisdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio. Nam ut ſatisfacere dicimur ei, cujus deſiderium implemus, ita ſatisdare dicimur adverſario noſtro, cum pro eo, quod a nobis petit, ita cavemus, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fidejuſſoribus. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Et ſunt aliquot ſatisdationes ſecundum mancipium, in his & Memmianorum prædiorum, vel Atilianorum.

* Satisdâtor, V. *Satisdator.*

Satisdâtor, oris, *ſicurtà*, qui pro altero ſatisdat. *Sidon. l. 4. ep. 24.* Curatori necdum ſatisdator inventus eſt. Habet hanc vocem etiam *Aſcon. Pedian.*

Satisdâtum; i, ἐγγυοδοσία, *pieggeria*, idem ac ſatisdatio. *Cic. Att. l. 16. ep. 15.* Illi turpe arbitror, eo nomine, quod ſatisdato debeat, procuratores ejus non diſſolvere. *Pompon. l. 2. ff. de cuſtod. reor.* Satisdato promittere.

Satisdo, as, dedi, datum, a. 1. *aſſicurare, farela ſicurtà*, נָתַן תְּעֻרֻבוֹת, Ger. *burgſchafft ad. verticherung geben*, Gal. *donner ou baillar caution*, Hiſ. *dar fianças*, ἐγγυάω, ἐγγύας παρέχω, σολυπραγμοσύνη, eſt dato fidejuſſore creditorem ſecurum reddere, cautionem dare, promittere per vadem. V. *Satisdatio. Cic. Ver. 3. c. 56.* Qui redemerit, ſatisdet damni infecti, *ſubintelligo* nomine. *Id. 1. Off. l. 1. ep. 6.* Ille ſatisdari abs re amplius non petit. *Id. Fam. 13. ep. 28.* Si quid tibi ſatisdandum erit, amplius eo nomine non peti cures, ut ſatisdetur fide mea. *Id. pro Quinct. c. 8.* Ut ſibi Quintius judicatum ſolvi ſatisdet.

Satis exîgo, is, a. 3. *richiedere la ſicurtà*, eſt vadem exigere. *Paul. l. Lucius Titius. 5. cum in teſtamento. ff. de adminiſtr. tutor.* A quo Magiſtratus ſatis exegerunt, rem ſalvam fore.

Satisfacîo, is, eci, actum, a. 3. *ſoddisfare*, הִשְׁלִים, הִשִׁיב, Ger. *vernugen und zufriden ſtellen*, Gal. *ſatisfaire*, Hiſp. *ſatisfazer*, ἱκανῶς ποιέω, πληροφορέω, eſt tantum facere, quantum ſatis eſt. Conſtruitur cum dat. *Cic. l. 14. ep. 7.* Cui quidem tu Deo, quemadmodum ſoles, pie, & caſte ſatisfacias. *Id. l. 13. ep. 17.* Satisfacere immortalitati lautum tuarum mirabiliter cupit, ideſt laudes tuas reddere immortales. ¶ Vel præter dativum cum abl. & præp. *de: Cæſ. l. 5. B. G. c. 1.* Beque paratos eſſe demonſtrant omnibus rationibus de injuriis ſatisfacere. ¶ Vel cum abl. & præp. *in. Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 12.* Ut, ſi mihi in pecunia minus ſatisfeciſſet. ¶ Sæpe refertur ad pecuniam, pro debitum exſolvere, aes alienum diſſolvere. *Cic. pro Plac. c. 20.* Hermippus Fuſiis ſatisfacit, & fidem ſuam liberat. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Cum de viſceribus tuis, & filii tui ſatisfactura ſit, quibus debes, hoc eſt tua ipſius pecunia. ¶ Interdum accipitur pro purgare ſe, ſive excuſare. *Cic. 2. Phil.* Ut mihi ſatisfieri paterere a te. *Sueton. in Cæſ. cap. 73.* Catullum, a quo ſibi verſiculis ſtigmata impoſita non diſſimulaverat, ſatisfacientem eodem die adhibuit cœnæ. ¶ Interdum pro placere, efficere, ne quid quiſpiam habeat, quod de nobis queratur. *Cic. Att. l. 7.* Cui nos valde ſatisfacere, multi ad me ſcripſerunt. *Id. l. 2. ad Q. Fr.* Officio erga aliquem in re aliqua ſatisfacere. ¶ Diviſum etiam uſurpatur. *Idem Att. lib. 5. epiſt. 18.* Faciam tamen ſatis tibi. *Idem ib. l. 4. ep. 3.* De noſtra continentia, & diligentia facjemus ſatis. ¶ Reperitur etiam, niſi quid later, paſſivum *ſatisfacior*. *Var. apud. Priſc. l. 8. pag. 789. Putſchii.* Deorum cuia non ſatisfacitur reipublicæ.

Satisfactio, onis, *ſoddisfazione*, actus ſatisfaciendi. *Tacit. de Germ. c. 21.* Luitur homicidium certo armentorum numero, recipiteque ſatisfactionem universa domus. ¶ Item excuſatio, purgatio. *Cic. Fam. 7. ep. 13.* Tu me inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis.

* Satis offertre, & Satis petere, eſt offerre vel petere fidejuſſorem. *Ulp. Dig. 47. 23. 3. & 36. 4. 3.*

Satîus. V. *Satis.*

Satîvus, a, um, σπόριμος, quod ſeminatur, vel quod idoneum eſt, ut ſeminetur, cui contrarium eſt agreſtis. *Plin. l. 15. c. 7.* Eadem ratio eſt in ſativa myrto. ¶ *Id. l. 19. c. 8.* Sativum tempus. *h. e.* ſationi idoneum.

Sator, oris, *ſeminatore*, זוֹרֵעַ, σπορεὺς, φυτεύτης, qui ſerit, aut plantat. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 34.* Omnium rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens. *Pl. l. 15. c. 3.* Heſiodus negavit, ſatorem oleæ fructum ex ea percepiſſe quenquam. ¶ Sumitur etiam pro creatore, genitore. *Cic. 2. Tuſc. ex Poeta, c. 8.* Tuque cœleſtium ſator fave, obſecro, in me vim coruſcam fulminis. *ideſt* Jupiter. ¶ Item pro auctore, ut ſator litis, *Liv. l. 21. c. 6.* ſator turbarum, *Sil. l. 8. v. 259.*

Sătorius, & Satarſus, a, um, adj. ad ſationem pertinens, ut ſatoriæ trimodiæ, *Col. l. 2. c. 9.* Sataria quala, *Cato de re ruſt. c. 11.*

Satrapëa, æ, f. idem ac Satrapia. *Curt. l. 5. c. 1.* Mazeum transfugam Satrapea Babyloniæ donat.

Satrăpes, æ, m. 1. *Satrapa, Prefetto, Preſidente*, סָרָנִים, Ger. *Landſvogt*, Gal.

Saturnia, æ, f. regio illa Latii, in qua Saturnus regnavit, ideſt Latium literale. *Sed* hoc nomen poſtea ad totum Latium, imo ad univerſam Italiam extenſum fuit. *Virg. 2. Georg. & 8. Æn. & Ov. 1. Faſt.* & alibi. ¶ Item Saturnia oppidum fuit a Saturno conditum in monte Capitolino, *Virgilio* teſte. Quare hoc nomine poſtea etiam Roma appellata eſt. *Virg. 8. Æn. Ovid. l. 6. Faſt.* ¶ Saturnia quoque, ſeu Colonia Saturniana, *Saturnia, Strabone*, urbs fuit Etruriæ, exciſa. Eo coloniam Romani miſere anno U. C. 572. C. Claudio, Q. Fabio Coſſ. eodem anno, quo Aquileiam, *Martinam*, Parmam. Deduxerunt Triumviri Q. Fabius Labeo, C. Arruntius Stellio, Ti. Sempronius Gracchus. Jugera in ſingulos dena data. *Sigon. l. 2. de ant. jure Italiæ, c. 5.* ¶ Saturnia etiam nomen fuit portæ urbis Romæ, quæ al. Pandana.

Saturnigena, æ, m. Saturni filius. *Auſon. Idyl. 15. y. 22.* Teſtatur Saturnigenam, nec nomine ceſſat Incuſare Jovem.

Saturninus, a, um, adject. Saturnini Italiæ populi in Etruria. *Plin. lib. 3. cap. 5.* ¶ Saturninus, cognomen fuit quorundam Rom. virorum, ut L. Apulejus Saturninus, apud *Flor. l. 3. c. 16.* L. Antonius Saturninus, apud *Aurel. Vict. in epitom. c. 23.* &c.

Saturnius, a, um, κρόνιος, quod ad Saturnum ſpectat, ut conjux Saturnia, ideſt Ops, Virgo Saturnia, ideſt Veſta, Juno Saturnia, ideſt filia Saturni, Saturnius mons, ideſt Tarpejus, ſeu Capitolinus, ubi Saturnus oppidum condidit. *Ovid. 6. Faſt. Virg. 2. Æn.* & *Sil. l. 16.* ¶ Interdum accipitur pro Latino, & Romano, quia Saturnus in Latio regnavit. *Ovid. 1. Faſt.* Saturnia cujus Dempſerat, oppoſitas invidioſa feras. *ideſt* virgo Romana, filia Sp. Tarpeji. *Virg. Ecl. 4. v. 6.* Saturnia regna.

Saturnus, i, *Saturno*, κρόνος, filius Urani, vel Cæli, & Veſtæ, Rex Cretenſium. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 17.* Sed idem *Cic. l. de Univ. c. 11.* ſcribit, fuiſſe filium Oceani, & Salaciæ, nepotem Cæli, & Terræ. Vulgo etiam dixere Saturnum Polluci filium, quod Saturnalibus continuæ epulæ, ac comeſtationes eſſent. *Fulgentius in Mythol.* Poetæ fabulati ſunt, Saturnum pacti Cœlio virilia abſcidiſſe, atque in mare projeciſſe; inde Venerem eſſe procreatam, quæ a ſpuma, unde coaluit, *Aphrodite* nominata eſt. *Cic. 2. de nat. Deor.* & *Ovid. in Ibin, v. 475.* Uxorem duxit ſororem ſuam Opem, ſeu Cybelem, ſive Rheam, ſive Tellurem. *Ov. 9. Met. v. 497.* Ex ea ſex filios ſuſcepit, Chironem, Chronum, Picum, Jovem, Neptunum, Plutonem, & quatuor filias, Cererem, Glaucam, Junonem, Veſtam ſecundam. *Ovid. l. 6. Faſt. v. 285.* Sed Chronus, ſeu Cronus cognominitur exiſtimatur idem, qui Saturnus. Cum Titan Saturni frater major natu parenti ſuccedere vellet, tamen animadvertens, matrem, ſororeſque Saturno magis favere, Regnum ipſi conceſſit, ea tamen lege, ne Saturnus prolem maſculam educaret, ut Regnum ad ſuam prolem rediret. Saturnus igitur devorabat filios omnes maſculos, quotquot ſibi naſcerentur. Cum plures liberos devoraſſet, nati ſunt gemini Jupiter, & Juno. Tum mater Junonem Saturno oſtendit, Jovem vero clam nutriendum ablegavit, adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumque pulſu obſtreperent, ne pueri vagitus audiretur. Saturno autem, cum ille puerum deposceret, ut & ipſum devoraret, Ops lapidem oſtendit pannis involutum, ſimulans, eum lapidem partu a ſe editum eſſe, quem ille acceptum ſine mora devoravit. Neptunum quoque clam Saturno Ops peperit, quem ſimiliter clam educari curavit. Tertio rurſus gemipos enixa eſt, Plutonem, & Glaucam. Tunc ſimiliter Glaucam Saturno oſtendit, Plutonem abſcondit. *Ovid. l. 9. Faſt. a v. 197.* hujus impietatis Saturni cauſam affert, quod illi oraculum redditum fuerat, fore, ut a filio Regno privaretur. Detecta tandem fraude, cum Titan reſciviſſet fratri prolem maſculam eſſe, ſuoſque ea ratione Regni ſucceſſione pelli, cum filiis, qui Titanes a parte cognominabantur, bellum adverſus Saturnum ſuſcepit, illumque, & Opem ſororem captos muro incluſit. Sed a Jove filio devictis Titanibus liberati ſunt, & in Regnum reducti. Porro Saturnus ex oraculo edoctus, vel conjectura profpiciens, fore, ut a filiis Regno pellereturi, cœpit Jovi inſidias ſtruere. Jupiter patris ſcelere derecto eum vinculis conſtrinxit, deinde ex Creta expulit. Saturnus in Italiam fugit. ¶ Venit in eam Italiæ regionem, in qua Janus, ideſt vel Noe, vel Japhet, vel Javan regnabat, a quo humaniſſime exceptus eſt. Diu apud Janum occultus vixit, & quaſi latitavit. Hinc regio illa Latium eſt appellata. *Virg. 8. Æn.* & *Ovid. 1. Faſt.* ¶ Accepit a Jano Regni ejus partem, regionem videlicet illam, ut ajunt, quæ poſtea Latium literale dicta eſt. Hæc regio, in qua Saturnus regnavit, poſt illius mortem *pancupata* eſt Saturnia. ¶ Congregavit in unum locum homines, qui in montibus, & in agris diſſipati erant, dedit leges de recte, & honeſte vivendo, mœnibus incluſit Urbem, quam condidit, in Capitolino monte conditiſſe fertur, & de ſuo nomine appellaviſſe Saturniam. *Virg. l. 8. Æn.* ¶ Docuiſſe dicitur Italos agriculturam, qui prius ſine ulla obſervatione, atque arte agros colebant. Hinc effingitur, & pingitur cum falce. ¶ Saturno regnante ſeculum aureum fuiſſe fabulantur. Terra enim ſua ſponte expers aratri patiebat fruges, nulli erant limites agrorum, nulli ſervi, omnia omnibus communia erant, ſaltem in Latio, & in tota Italia. Hinc Romani Reipublicæ ærarium in templo Saturni collocaverunt. ¶ Poſt multas res geſtas, quibus immortalem famam eſſe adeptus videbatur, repente ex hominum oculis evanuit, vel morte, quam ſibi ipſe conſciverit, vel voluntaria diſceſſione ex Italia. ¶ Delubris, & aris honoratus fuit, non ſolum in Italia, ſed etiam in Græcia, & aliis orbis terræ regionibus. Sed potiſſimum in Occidente colebatur. *Cic. 3. de nat. Deor. cap. 37.* Romani in ædificatione templi Tritones inſculpere in parte ſuperiore, eorum vero caudas ſub terra ſepelierunt, ut ſignificarent, poſt Saturnum hiſtoriam manifeſtam, & vocalem, ante obſcuram, & mutam fuiſſe. ¶ Saturno humana hoſtia facta faciebant. Sed Hercules, cum venit in Italiam, barbatum illum morem ſuſtulit, præcepitque, ut Saturno ſacra de frugibus facerent, peracto autem ſacrificio triginta ſtatuas ad hominum ſimilitudinem effictas, & humanis veſtibus ornatas projicerent in Tyberim. Statuæ Argæi appellabantur, fortaſſe ab Argis Herculis patria. Romanorum ætate projiciebantur a Virginibus Veſtalibus, præſentibus Pontificibus, Prætoribus, &c. Hoc ſacrificium fiebat poſt æquinoctium vernum, idibus Maji, *Dionyſ. Halicarn.* ¶ Saturnus item unus eſt ex ſeptem planetis, ſou ſtellis errantibus, ut jam innuimus. Curſum ſuum triginta annis conficit. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 20.* Nam ea, quæ Saturni ſtella dicitur, Phænonque a Græcis nominatur, quæ a terra abeſt plurimum, triginta fere annis curſum ſuum conficit, in quo curſu multa mirabiliter efficiens tum antecedendo, tum retardando, tum veſpertinis temporibus deliteſcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo, nihil immutat ſempiternis ſeculorum ætatibus, quin eadem iiſdem temporibus efficiat.

Satiro, as, a. 1. *ſaziare, ſatollare*, השבע, χορτάω, ſaturum reddo, ſatio, cibo, potuque expleo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 51.* Nuper nati mammas appetunt, earumque ubertate ſaturantur. ¶ Transfertur ad inanima pro implere. *Virg. 1. Georg. v. 8.* Saturare ſolum fimo pingui. ¶ Item ad animum. *Cic. pro Dom. c. 17.* Explevianimos invidorum, placavi odia improborum, ſaturavi eziam perfidiam, & ſceleſus proditorum. *Id. 2. Phil. cap. 24.* Saturavit ſe ſanguine diſtimillimorum ſui civium.

Satus, us, m. *ſeminazione, piantagione*, זרע, σπορὰ, actus ſerendi, ſeminatio, plantatio. *Cic. 2. de Div. c. 32.* Herbam autem aſperam, credo, avium congeſtu, non humano ſatu. *Id. de Sen. c. 15.* Quid ego vitium ortus, ſatus, incrementa commemorem? ¶ Speciatim ſumitur pro generatione. *Cic. 1. Off. c. 32.* Hoc Herculi Jovis ſatu edito potuit forteſſe contingere. *Id. 1. de Div. c. 42.* Hominum, pecudumque conceptu, & ſatu. *Id. 5. Fin. c. 23.* A primo ſatu, quo a procreatoribus nati diliguntur. ¶ Quandoque etiam pro ſemine ponitur. *Cic. 2. Tuſc. c. 5.* Quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos.

Satus, a, um, זרוע, זרוע, ἔσπαρμενος, ſeminarus, vel planratus, partic. a ſero. *Virgil. 8. Æl. v. 98.* Atque ſatas alio vidit traducere meſſes. ¶ Sumitur etiam pro genito. *Cic. 1. Tuſc. c. 49.* Non enim temere, nec fortuito fati, & creati ſumus. *Virgil. 6. Æn. v. 225.* Sate ſanguine divum, Tros Anchiſiade.

Satyra, æ, f. *ſatira*, שבולת, σατίρα, το σατυρικὸν ποίημα, carmen maledicum, & ad carpenda vitia compoſitum; item genus carminis in quo multa merra, ac res pariter miſcentur. Duo enim ſatyrarum genera fuiſſe conſtat, alterum aperta hominum reprehenſionem continens, & acrem vitiorum objurgationem, alterum, quod carminum, & rerum varietate conſtabat. *Scaliger ad l. 5. Manilii*, & *Caſaubonus lib. de ſatyra*, ſcribere jubent *ſatira*, vel more antiquo *ſatura*. Qui *ſatyra* ſcribunt, eo id faciunt, quia hoc carminis genus a Satyris habere nomen arbitrantur, idque ob dicacitatem, quæ & *Cæſaris Scaligeri* ſententia eſt *lib. 1. Rei Poeticæ c. 12.* Aliqui cauſam afferunt, quod in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæque ſcribuntur, quemadmodum profetri a Satyris ſolebant, vel quod inantiqua ſatyra introducebantur Satyrorum perſonæ, aut ſi quæ erant ridiculæ ſimiles Satyris. Qui *ſaturæ* malunt, ea re adducuntur, quia genus hoc poeſeos dictum cenſent ob carminis varietatem, & propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. Ut magis liqueat, utra ſententia ſit potior, diſtinguendum forteſſe eſt inter ſatyram *Lucilii, Horatii, Perſii*, & ſatyram *Ennii*, & *Varronis*. Prior ita dicta videtur a Satyrica ποίεσι. Nam huic erat ſimilis ob maledicentiam. At ſatyra *Ennii*, ac *Varronis* ex eo nomen accepit, quod multa mereta, ac res pariter miſceret. Quod ex *Diomede l. 3.* cognoſcere eſt. V. *Saturæ*. Quare poſteriorem hanc *ſaturam*, vel *ſatiram*, aiteram illam *ſatyram* appellari placet iis, quos adduximus. *Caſaubono*, & *Scalig.* Verum, utcunque ſe res habeat, non eſſe a communi ſcribendi per y conſuetudine recedendum pluribus oſtendit *Daniel Heinſ. lib. 1. de ſatyra Horat.* cum utrunque, quod diximus, carminis genus commode poſſit a Satyris deduci. *Horat. lib. 2. ſat. 1. v. 1.* Sunt, quibus in ſatyra videar nimis acer. *Stat. l. 1 ſilv. 3. v. 104.* Liventem ſatyram nigra rubigine turbas.

Satyri, orum, m. שעירים, Ger. *wald-Geiter*, Gal. *ſatyres*, Hiſp. *ſatyros*, σάτυροι, animalia quadrupedia, humana effigie, recte currentia, & perniciſſima, immanemque libidinis, in ultimis Libyæ gentibus, & in Subſolanis Indorum montibus, quæ veteres pro ſylveſtribus Diis coluerunt. Ita eos deſcribit *Plin. l. 7. c. 2.* *Ovid. 1. Faſt.* Panes, & in Venerem Satyrorum prona juventus. *Cicer. 6. Ver.* Satyrus, qui apud Tarentinos in æde Veſtæ eſt.

Satyriaſis, is, f. σατυριάσις, inguinum morbus quidam, cum nimia tentigine virile membrum attrigitur, ita dictus vel a ſatyrio herba, quæ vim excitandæ libidinis habet, vel a Satyrorum ſalacitate. *Cæl Aurelian. l. 3. c. 18.* & *Theodor. Priſcian. l. 2. c. 11.*

Satyricus, a, um, quod ad Satyros ſpectat: Satyricum ſignum, erat ſimulacrum Priapi, quod in hortis apud antiquos conſtitui ſolebat, veretro arrecto, ut faſcinationes, averteret. Dictum eſt ſatyricum, quia Satyri penem ſemper erectum habent. *Plin. l. 19. c. 4.* Quam rem comitata eſt & religio quædam, hortoſque, & fores tanrum contra invidentium effaſcinationes dicari videmus. In remedio ſatyrica ſigna. ¶ Item ad ſatyram pertinens, *ſatirico, mordace. Sidon. l. 8. ep. 11.* In materia ſatyrica ſollicitus, & mordax. *Vitruv. l. 7. c. 5.* Tragico more, aut Comico; ſeu Satyrico. ¶ *Satyricus*, i, abſolute, ſatyrarum ſcriptor. *Sidon. l. 9. epiſt. 3.* ¶ *Satyricon*, i, n. ſatyra, ſatyricum opus Sic inſcribitur *Petronii* liber.

Satyrion, ii, n. genus herbæ ad libidinem incitantis. *Peteon. in Sat. c. 8.* Ubique omnes mihi videbantur ſatyrion bibiſſe. Adde *Pl. 26. c. 10.*

Satyriſcus, i, m. *Satirello*, parvus Satyrus, σατυρίσκος. *Cic. l. 1. de Div. c. 20.* Somniavit, ſe peperiſſe Satyriſcum.

Satyrographus, i, m. qui ſatyras ſcribit, *Sidon. l. 2. ep. 10.*

Satyrus. V. *Satyri.*

* Saxanum. V. Sabanum.

Sauciatio, onis, *ferita*, βοῦλμα, βῶσις, actus ſauciandi, vulneratio. *Cic. pro Cæc. c. 15.* Et ſauciatio quæreretur, cum fugam factam eſſe conſtabit?

Sauciatus, a, um, *ferita*, βεβλημένος. *Col. l. 11. c. 1.* Sive quis ſauciatus in opere non eam ceperit.

Sauciétas, atis, f. ſauciatio. *Cæl. Aurelian. Tard. l. 2. c. 13.*

Saucio, as, a. 1. *ferire*, פצע, Ger. *verwunden*, Gal. *bleſſer*, Hiſ. *herir*, κατατραυματίζω, βάλω, vulnero, vulnus infligo. *Plaut. Rud. 3. 4. 53.* Quid cauſæ eſt, quin virgis te uſque ad ſanguinem ſaucient? *Cic. 3. Verr. c. 26.* Servi nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba ſauciatur. ¶ Dicitur etiam de plantis. *Columel. 4. c. 24.* Sauciandæ ferro eſt, atque exulceranda vitis in ea parte, &c. ¶ Translate etiam ſuſpartur pro lædere, moleſtia afficere, &c. *Cic. Att. l. 14. ep. ult.* Quem Brutus noſter ſauciavit. *Plaut. Bacch. 1. 1. 30.* Sauciare famam alicujus.

Sauciſus, a, um, *ferito, impiagato*, חלל, βεβαυματίας, *Nonio* teſte, proprie eſt vulneratus. *Cic. pro Cæc.* Nemo, inquit, occiſus eſt, neque ſaucius. *Cæſ. l. 3. B. C. c. 75.* Sauciorum modo, & ægrorum habita ratione. ¶ Translate ſumitur pro feſo: qua acceptione reperitur cum gen. *Appul. l. 2. A. A.* Mihi fatigationis hesternæ etiam nunc Saucio da veniam. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Cic. Att. l. 1. ep. 12.* Subeſſe neſcio quid opinionis incommodæ, ſauciumque ejus animum, & inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones. *Id. pro Cæl. c. 8. ex Poeta*: Medea amore fœve ſaucia. ¶ Item transfertur ad res, quæ ſenſu carent. *Ovid. 1. Met. v. 102.* Nec ullis ſaucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus. ¶ *Saucius vino* dicitur, qui ebrius eſt, *Juſtin. l. 28. c. 8.* Galli heſterno mero ſaucii. *Marr. l. 4. epigr. 66.* Incaluit quoties ſaucia vena mero, Abſolute *Id. l. 3. epigr. 68.* Qui dicat, neſcit faucia Terpſichore.

Savillum. V. *Suavillum.*

Savior. V. *Suavior.*

Savium. V. *Suavium.*

Savo, onis, m. 3. *Saone*, fl. Campaniæ, qui inter Sinueſſam urb. exc. & Vulturnum P. in mare labitur. *Plin. l. 3. c. 2.*

Savo, onis, f. *Savona*, urbs Ligoriæ, in ora Occ. cum duplici arce, & portu amplo. *Liv.* & *Plin.*

Saurex, icis, m. *topo*, mus. *Serv. ad l. 2. Georg. v. 30.* Caudicibus poſuit pro codicibus, ſicut caulem pro colem, ſauricem pro ſorice dicimus.

Saurſon, ii, n. herba ſinapi. *Pl. l. 19. c. 8.*

Sauricis, is, σαυρῆτις, gemma quæ in ventre viridis laceræ inveniri traditur a *Plin. lib. 37. c. 10.*

* Sauris, ſorix, icis, m. avis tributa Saturno ab auguribus, ex noctuarum genere, rempeſtatis nuntia. *Mar. Victorin. l. 2. c. de orthograph. p. 1470. Putſch.*

Sauroctŏnos, σαυροκτόνος, nomen ſtatuæ factæ a Praxitele, qua repræſentabatur vir lacertam necans, a σαῦρος, *lacertus*, & κτείνω, *occido*. *Plin. l. 34. c. 8.*

Sauromatæ, arum, m. populi iidem qui Sarmatæ. *Juvenal. 2.* Ultra Sauromatas fugere hinc liber, & glacialem Oceanum. ¶ In ſingulari num. *Ovid. 3. Triſt. eleg. 12. v. 30.* Stridula Sauromates plaultra bubulcus agit. V. *Samate.*

* Sauromatis, idis, f. σαυροματὶς, e Sauromatarum gente, ut Amazones Sauromatides. *Plin. 6. 13.*

Savus, i, m. *il Savo*, fluvius Norici, qui per Illyricum, & Pannoniam in Danubium influit. *Claudian. l. 2. de laud. Stilic. v. 192.* Pannonius potorque Savi.

* Saxanus, a, un, epith. Herculis ſic forte a loco dicti. *Grut. p. 49. n. 3.*

Saxatilis, e, le adject. *ſaſſoſuolo, che ſta fra i ſaſſi*, שעיר, πετρῶδος, πετραῖος, quod ſaxa incolit. *Col. l. 8. cap. 16.* Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet, quod in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt, ut merulæ, turdique, nec minus melanuri. *Var. l. 3. R. R. c. 7.* de *columbis*. Unum agreſte, ut alii dicunt, ſaxatile, quod haberur in turribus, ac columinibus villæ. ¶ *Piſcatus ſaxatilis*, qui fit inter ſaxa. *Plaut. Rud. 2. 2. 10.* Poſt id hamatilem piſcatum, & ſaxatilem aggredimur.

Saxetānus, a, um, πετρῶδης, quod inter ſaxa habitat. *Martial. l. 7. ep. 77.* Cum ſaxetani ponatur cauda lacerti.

Saxĭfrăgus, a, um, *di ſaſſo*, λιθόρυξ, quod e ſuxo eſt. *Lucan. lib. 4. v. 15.* Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu. ¶ Translate *Plin. l. 2. ep. 3.* Quem tu niſi concipiſcis cognoſcere, ſaxeus, ferreuſque es.

Saxĭalis, le, adject. *di ſaſſo. Frontin. de colon. pag. 355. edit. Goeſ.* Termini lapidei alii ſaxiales, alii molares.

Saxĭfer, a, um, adject. ſaxa ferens. *Valer. Flac. l. 5. Argon. v. 608.* ſaxiferæ ſurgat quibus imber arenæ.

Saxĭficus, a, um, ποιητικὸς, quod in ſaxa vertit. *Ovid. 5. Met. v. 217.* Tuæque Saxificus vultus, quæcunque ea, tolle Medusæ. *Senec. Herc. Fur. v. 901.* Cujus in læva ciet Ægis feroces ore ſaxifico minas.

Saxifrăgum, i, n. *vel* Saxifraga, æ, f. *ſaſſifragia*, σαξίφραγον, genus herbæ, quod aliquid aſſentum nigrum eſſe dicunt, alii herbam eſſe putant bipinnellæ ſimilem, folio tantum minore, ac magis ſerrato, & minime piloſo, quam vulgus Parvum acum paſtoris vocant, Græci empetron. Ita dictum eſt, quod calculos in corpore frangat, vel quia, in locis ſaxoſis cum enaſcatur, ſaxa ipſa frangit, dum creſcit. *Plin. l. 22. c. 21.* Calculos e corpore mire pellit, frangitque utique nigrum. Qua de cauſa potius, quam quod in ſaxis naſceretur, a noſtris ſaxifragia, æ, f. *ſaſſifragia*, σαξίφραγον, genus herbæ, quod aliquid aſſentum nigrum eſſe dicunt, alii herbam eſſe putant bipinnellæ ſimilem, folio tantum minore, ac magis ſerrato, & minime piloſo, quam vulgus Parvum acum paſtoris vocant, Græci empetron. Ita dictum eſt, quod calculos in corpore frangat, vel quia, in locis ſaxoſis cum enaſcatur, ſaxa ipſa frangit, dum creſcit. *Plin. l. 22. c. 21.* Calculos e corpore mire pellit, frangitque utique nigrum. Qua de cauſa potius, quam quod in ſaxis naſceretur, a noſtris

Saxifrăgus, a, um, adj. qui ſaxa frangit. *Cic. 3. de Orat. c. 42. expoſita.* Undæ ſaxifragæ.

Saxigĕnus, a, um, adject. e ſaxo natus. *Prudent. Cathemer. 5. v. 7.*

Saxĭtas, ſ. ſaxi natura. *Cæl. Aurel. Tard. l. 3. c. 4.* Durities atque ſaxitas.

Saxŏnes, um, m. *Saſſoni*, Germaniæ populi, apud Cimbricum Cherſoneſum, quorum regio Saxonia dicitur, *Saſſonica*. V. Geographos. *Claudian. in Epithal. Pallad. & Celer. v. 89.* Quæ ſervis obſecta Getis, quæ Saxona fræmat. *Id. l. b. 1. in Europ. v. 392.* domito quod Saxone Tethys Mitior.

Saxonĭa, æ, f. *la Saſſonia*, provincia ampla Germaniæ, quæ duplex eſt, ſuperior, & inferior: ſuperior, *il Circolo dell' alta Saſſonia*, continet Marchiam Brandeburgicam, Pomeraniam, Thuringiam, Miſniam, Ducatum Saxoniæ, & Principatum Anhaltinum: interior, *il Circolo della baſſa Saſſonia*, habet Ducatus Brunſvicenſem, Luneburgenſem, Magdeburgenſem, Bremenſem, Megalopolitanum, Holſatiæ, & Lavemburgenſem, Principatus Ferdenſem, & Halberſtadienſem, & Epiſcopatum Hildesheimium.

Saxosĭtas, atis, f. ſaxitas. *Cæl. Aurel. Tard. l. 3. c. 6.* Durities, ſive ſaxoſitas.

Saxōſus, a, um, *ſaſſoſo*, Ger. *ſteinechtig*, Gal. *pierreux*, Hiſ. *pedregoſo*, πετρῶδης, ſaxorum copiam habens, ſaxis abundans. *Col. l. 5. c. 10.* Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat. ¶ Saxoſus frutex, in ſaxis creſcens, vel ſaxoſis locis. *Plin. l. 15. c. 7.* Simillimum huic ineſt ex chamælea frutice ſaxoſo.

Saxŭlum, i, *ſaſſetto*, λιθύδριον, περιδίον, exiguum ſaxum. *Cic. 2. de Or. c. 44.* Ut Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tamquam nidulum affixam ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.

Saxum, i, *ſaſſo, pietra*, אבן, בניפא חלמיש, צור, סלע, Germ. *ſtein*, Gal. *pierre, rocher*, Hiſp. *piedra*, λίθος, πέτρα, lapis naturalis, grandis, durus, aſperque, quales e monte excidi ſolent. *Cic. de Fato c. 3.* Quid mirum igitur, ex ſpelunca ſaxum in crura ejus incidiſſe? ¶ Ponitur etiam pro quocumque lapide. *Virg. 1. Æn.* Jamque faces, & ſaxa volant. *Cic. pro Cæc. c. 21.* Qui ſaxa jacerent. ¶ Interdum uſurpatur pro ſcopulo. *Virg. 1. Æn.* Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet, &c. ¶ Item pro monte. *Virg. 2. Georg. v. 522.* Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. *Id. 2. Æn. v. 307.* Stupet inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. ¶ Per antonomaſiam dicitur de Tarpejo monte, unde rei inſignes præcipitabantur. *Tacit. Ann. 2. c. 32.* Quorum e numero L. Pituanus ſaxo dejectus eſt. Adde *Plaut. Trin. 2. 1. 39.* Inter ſacrum, & ſaxum ſtare, proverb. V. *Sacrum.* ¶ *Volvere ſaxum* dicuntur, qui inexhaurto quopiam, atque inutili labore fatigantur. Tractum eſt, auctore *Donato in Ter.* a Siſyphi fabula ſaxum apud inferos ſurſum, ac deorſum volventis. *Ter. Eun. 5. 9. 55.* Satis jam hoc ſaxum volvo.

* Saxnoſus. V. Saxoſus.

S A N T E C.

Scabellum, *vel* Scabillum, i, *ſcabello, banchetta*, הדום, Germ. *ſtulein, ſchemel*, Gal. *eſcabeau, eſcabelle*, Hiſp. *ſcavelo*, θρηνίον, parvum ſcamnum. *Varro l. 4. de L. L. c. 35.* Quia ſimplici ſcanſione ſcandebant in lectum non altum, ſcabellum: in altiorem ſcamnum. *Quintil. l. 1. c. 4.* Diſcat puer, quid in literis proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio: nec miretur, cur ex ſcamno ſtat ſcabellum, &c. ¶ Eſt etiam muſicum inſtrumentum, quod a tibicine pede pulſabatur, dum manu & ore tibiam inflaret, quod quidem inſtrumentum σαμβύκην erat, hoc eſt eumdem ſemper reddens vocis tenorem, Ut diſerte tradit *Aug. l. 4. de Muſica*. V. *Callinchii diſſert. de Pantomim. cap. 14.* ubi plura. *Sueton. in Caligc. 54.* Magno tibiarum, & ſcabellorum crepitu. *Cic. pro Cæl. c. 27.* Scabilla (*al. ſcabella*) concrepant, aulæum tollitur.

Scaber, bra, brum, *ſcabroſo, aſpro*, אחוך, שעיר, Ger. *rauch, ſchabig*, Gall. *rude, âpre*, Hiſp. *barranoſo*, ψωρώδης, ἀνώμαλος, aſper. *Cic. 3. Tuſc. c. 12.* Atque intonſa infuſcat pectus illuvie ſcabrum. *Virg. 1. Georg. v. 495.* Exeſa invenies ſcabra rubigine pila. *Plin. l. 33. c. 6.* Lapis horridior, ſcabriorque. ¶ Speciatim ponitur pro ſcabioſo, ſeu quod ſcabiei morbo laborat. *Col. l. 7. c. 4.* Hoc modo curatum pecus toto anno ſcabrum fieri non poteſt. ¶ Interdum pro ſordido. Sic ungues, & dentes dicuntur ſcabri, qui ſordidi ſunt, etiamſi non ſint aſperi tactu, ut ait *Valla in Raud. Cel. l. 5. c. ult.* At ubi ſcabri ungues ſunt, circumaperiri debent, &c. *Petron. in Satyr.* Scabri dentes. ¶ Translate capitur pro duro, inſuavi, ineleganti, inculto. *Macrob. l. 6. Satur. c. 3.* Quod verſus eorum ſcabri nobis videntur.

Scabĭdus, a, um, adj. ſcabioſus, ut ſcabidæ palpebræ. *Marcel. Empir. c. 8.* Translate *Tertul. de anim. c. 38.* Scabida concupiſcentia. *Ib. c.* mala pruriginе infecta.

Scabies, ei, f. *ſcabbia, rogna*, גרב, Ger. *raud, krätzigkeit*, Gal. *galle, teigne*, Hiſ. *farna*, ψώρα, aſperitas cutis cum pruritu. *Celſ. l. 5. c. 28.* Scabies eſt durior cutis rubicunda, ex qua puſtulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ſicciores. Exit ex quibuſdam ſanies, ſitque ex his continuata exulceratio pruriens. Adde *Horat. de art. poet. verſ. 437.* ¶ Quoniam vero ſcabiem *comitatur pruritus*, pruritum autem ſcabendi cupiditas, & ex fricatione quædam voluptas, factum eſt, ut ſcabies pro voluptatis illecebris accipiatur. *Cic. 1. de Leg. cap. 17.* Cujus blandiriis corrupta, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac, & ſcabie carent, non cernuntur fatis. Sic *Hor. l. 1. ep. 12.* Cum tu inter ſcabiem tantam & contagia lucri Nil parvum ſapias. *b. e.* pecuniæ cupiditatem.

Scabile, is, n. ſ. idem ac ſcabellum. *Cato c. 10.* Scamnum in cubiculo unum, ſcabilia tria, ſellas quatuor. Al. leg. *ſcabilla*.

* Scabillarii, qui ſcabilla tibicinum faciunt, vel qui ſcabilla pulſant. Inſcript. *Murat. p. 529. n. 1. 2. 3.*

Scabillum. V. *Scabellum.*

* Scabiōſa, æ, parva ſcabies. *Auguſt. l. 4. op. imp. ſect. 13.*

Scabiōſus, a, um, *rognoſo, ψωρώδης*, qui ſcabie laborat. *Colum. l. 11. c. 2.* Per ver ſcabioſi boves ſiunt. ¶ Item aſper, ſcaber. *Perſ. ſat. 5. v. 74.* Scabioſum far. *b. e.* vetuſtum, & a curculionibus exeſum.

Scabrĭtūdo, inis, ſcabies, vel ſcabioſa prurigo. Translate *Petron. in Satyr. cap. 99.* Omnem ſcabitudinem animo delere ſine cicatrice.

Scabo, is, ſcabi, ſine ſup. *fregare, grattare*, גרד, Ger. *kratzen, jucken*, Gal. *gratter, demanger*, Hiſp. *raſcar*, ψώω, ψώθω, frico, ſcalpo. *Hor. l. 1. ſat. 10. v. 71.* Et in verſu faciendo ſæpe caput ſcaberet, vivos & roderet unges. *Plin. lib. 8. c. 27.* Spinis juniperi ſe ſcabit.

Scabrātus, a, um, adject. *Colum. lib. 4. cap. 24.* Vitis laniata, & ſcabrata. *b. e.* ut idem *Colum.* explicat, quando aſperis, & inæqualibus plagis in præcidendo laniatur, & perfringitur.

* Scabrēdo, inis, f. ſcabrities. *Apul. de herb. cap. 73.* ad caliginem oculorum, & ſcabredinem.

Scabrēo. V. in *Scabres.*

Scabres, ei, idem ac ſcabritia, a *ſcaber. Pacuv.* apud *Non. c. 4. n. 25.* Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine ſquale, ſcabreque, & inculta vaſtitudine. *Turneb. l. 15. c. 15.* & *l. 29. c. 20.* legit, *ſquales, ſcabroſque*, ut ſit a verbis ſqualleo, & ſcabreo. Interpretatur enim, *ſqualida, & ſcabra es. Var.* apud *Non. c. 2. n. 761.* Ager derelinqueretur, ac perirer ſquale, ſcabreque, illuvie, atque vaſtitudine. *Virg. in Ciri, v. 249.* Quam te tam triſtibus illis Sordibus, & ſcabre patiar tabeſcere tali. ¶ Ita emendat *Scaliger*. Nam in vulgata pro *ſcabre* eſt *ſcoria*, repugnante metro; Græce enim eſt σκωρία. *Apul. l. 2. Flor.* Infandi morbi putredine in ſerpentium ſcabrem ſolutum religioſe humavit. Al. leg. *ſcabiem*.

Scabridus, a, um, ſcaber. *Venant. Fortun. l. 2. carm. 10. v. 7.* Scabrida nunc reſonat mea lingua rubigine verba.

Scabrĭtia, æ, *aſperezza, ſcabroſità*, Ger. *rauhe, ſchabigkeit*, Gal. *aprêté, & rudeſſe à toucher*, Hiſp. *aſperezza*, βαῶσις, aſperitas, inæqualitas. *Plin. lib. 23. cap. 4.* Scabritiaſque curis in facie emendat.

Scabrĭtes, ei, idem ac ſcabritia. *Plin. lib. 31. cap. 19.* Et contra ſcabritiem linguæ frictus, comminutuſque. ¶ Nonnunquam accipitur pro ſcabie. *Colum. l. 7. c. 5.* Poteſt etiam ſcabritiem tollere ſuccus viridis cicutæ.

Scabro, onis, m. 3. qui ſcabritie fœdatus eſt, a *ſcaber*. Speciatim dicitur de eo, qui illuvie laborat, nec os colluit, aut os pulviſculo mundat: unde fit, ut lires & ſcabrorum genuit nomen. *Ulpian. l. 12. §. fin. ff. de adili. edict.* Trebatius ait, Juris libris pro *ſcabronem* eſt *ſtrabonem*.

Scabrōſus, a, um, o. r. 2. idem quod ſcaber. *Plin. l. 20. cap. 21.* Hippolapathi radices privatim ungues ſcabroſos detrahunt. *Harduin.* legit *ſcabros*.

Scabrum, i, ſubſt. n. idem quod ſcabritia. *Plin. l. 37. c. 2.* infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, &c.

Scæa, æ, f. σκαιὰ, porta urbis Ilii, ſeu Trojæ, a σκαιὸς, qua vel *lævum*, vel *infeliæ* notat. Ita autem vocata eſt, vel quia Occidentem ſpectaret, & occidentalia dicuntur ſiniſtra ab Auguribus Græcis, vel quia Trojanis fuerit infelix, quippe per quam intromiſſus fuerit equus Durius. Utramque rationem affert *Euſtathius*. Imo & tertiam addit, ut ſit a Scæo architecto. Cui & quartam addere conatur *Bernardin. Bald. de verb. Vitr. ſignif.* quia ſcilicet itinera haberet non directa. Nam ipſe *Vitruvii. 1. c. 3.* Curandum, inquit, ut non facilis ſit aditus ad oppugnandum murum, & excogitandum, ut portarum itinera non ſint directa, ſed σκαιὰ. In quibuſdam editionibus pro græca voce ſcribitur latine *ſcæva*, h. e. obliqua. *Virg. 3. Æn. v. 351.* Scææque amplector limina portæ.

* Scæna. V. *Scena.*

Scævus, æ, m. *mancino*, אטר יד ימינו,

Scalpurio. V. *Scalpurio*.

Scamander, i, m. *Scamandro*, Σκαμανδρος, fl. Mysiæ, in Asia, apud Hellespontum, qui ex Ida monte profluit, ac in Hellespontum, seu in mare Ægæum, apud Sigæum, ab eo 20. stad. inter illud, & Dardanum exit. Antea Xanthus dicebatur, teste Plutarcho, Vibio, & aliis, ex Homero, qui eum ab hominibus qui dem Scamandrum, a Diis vero Xanthum vocari ait, suo more vetustiorem appellationem D is, recentiorem hominibus assignans. Sed apud Plinium a Xantho diversus est. *Id. Plin. l.* 5. *c.* 30. Scamander fluvius navigabilis.

Scamandria, *f. i. Scamandra*, urbs exc. Asiæ min. in Mysia, seu Troade, in ora maris Ægæi, ad Scamandrum fl. inter Æ ydum, & Ilium. *Plin. l.* 4. *c.* 36.

Scambōsus, a, um, adject. idem ac scambus. *Veget. de re Veter. mar.*

Scambus, a, um, adject. valgus, qui pedibus est distortis, & depravatis. *Suetonius in Orbon. c. alt.* Fuisse traditur male pedatus, scambusque. ¶ Quod quidam Lexicographi addunt, a *Nonio* scambos exponi ibabones, *c.* 1. *n.* 109. legitur *strabos*, non *scambos*.

Scamellum, *vel* Scamnellum, i, *seaguetto*, parvum scamnum. *Apul.* apud *Priscian. l.* 3. Infirma Scamellorum objice fulta fores.

Scamillus, i, m. dimin. a scamnum, *piccioi gradini*, Scamilli impares, apud *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. *l.* 5. *c.* 9. videntur esse quidam veluti parvi gradus in stylobatis columnarum, qui veluti parvam scalam unus post alium decrescendo efficiunt, *gradini ne'piedestalli delle colonne*. V. de his opusculum Bernardini Baldi, in quo rem totam satis implicatam variis conjecturis, & figuris luculenter illustrat. V. *Adjectio*.

Scamma, atis, n. σκάμμα, רחיב spatium in stadiis linea, vel fossa descriptum, ultra quod certantibus progredi non licet. *Cæl. Aurel. l.* 2. *c.* 1. In arena spatio, quod appellant scamma. ¶ Pro ipso certamine posuit *Tertul.* cum inquit *ad Martyr. c.* 3. Epistates vellet vos spiritu unxit, & ad hoc scamma produxit.

* Scamnellum. V. Scamellum.

Scammonea, *&* Scammonia, æ, f. *f. scamonée*, σκαμμωνία, herba in trasmarinis regionibus nascens, & præsertim in Asia, cujus usus in medicina est multiplex. *Cic. 1. de D. v. c.* 10. *Plin. l.* 24. *c.* 15.

Scammonētes, æ, m. vinum factitium ex Scammoneæ succo. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

Scammonium, ii, fuccus scammoneæ herbæ. *Plin. l.* 26. *c.* 8.

Scamnatus, a, um, adject. in scamna divisus, ut scamnatus ager, apud *Frontin. de Colon. pag.* 333. *edit. Goes.*

Scamnulum, i, n. parvum scamnum. *Diomed. l.* 1.

Scamnum, i, *scanno*, *sedia*, כבש, הדום, Ger. *beths*, *schemel*, Gall. *banc*, Hisp. *banco*, βάθρον, sedile, in quo sedere consueverimus: Scamna alta erant, editaque, ut scandere opus esset, ut *Var.* ducet *l.* 4. *de L. L. c.* 35. Quia, inquit, implici scansione scandebat in lectum non altum, scabellum: in altiorem, scamnum. Hæc *Varro*. Itaque quidam scamnum ita definiunt: Scamnum est, quod sedto veluti gradus apponitur, ut per id in lectum facilius ascendatur. Deinde addunt: Quoniam vero in his sedere consuevimus, factum est, ut scamnum, & scabellum sæpe pro subselliis usurpentur. *Ovid. 6. Fast. v.* 305. Ante focos olim scamnis considere longis mos erat. ¶ In eodem scamna dicuntur, quæ pedibus sedentium subjici solent; quæ Græci ὑποπόδια vocant. *Id. l. de aur. am. v.* 162. Et cava sub teneram scamna dedisse pedem. ¶ Scammum item erat mensura, qua agri disponebantur, ut ab Occidente in Orientem in longitudinem respicerent. Hi agri limitibus decumanis per latitudinem limitabantur. Scamno itaque respondet, quæ erat mensura, qua agri disponebantur, ut spectarent in longitudinem a Septentrione in Meridiem. Hi agri limitabantur per longitudinem eo limitum genere, qui cardines dicebantur. *Frontin. de qualit. agror. pag.* 38. *edit. Goes.* & *Hygin. pag.* 198. ¶ Præterea scamnum dicitur terra illa aluta, quæ inter duos sulcos in colendo relinquitur, quæ *Varroni*, & aliis est porca. Aliis solum immotum, minimeque aratio profcissum. *Cic. 1. de Divin. c.* 32. Auspicio Regni stabilita scamna, solumque. *Col. l.* 2. *c.* 2. Sed ita necubi crudum solum, & immotum relinquat, quod agricolæ scamnum vocant. *Plin. l.* 18. *c.* 19. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur.

Scandalizo, as, a. 1. σκανδαλίζω, הכשיל, scandalum alicui præbeo, aliquem offendo. *Tertul. de velan Virg. c.* 3.

Scandălum, i, *scandalo*, מכשול, σκάνδαλον, græce significat offendiculum, quod in via ponitur, ut pedem in illud impingendo cadamus. Translate ab Ecclesiasticis. Famitur pro suasione, seu inductione alicujus ad peccandum. *Tertul. de Virgin. vela. c.* 3. *adv. Judæos c.* 14. *&* 1. *adv. Marcion. c.* 1.

Scandĭa, æ, f. insula in Oceano Septentrionali. *Plin. l.* 4. *c.* 13. *&* 16.

Scandĭānus, a, um, adject. Scandiana mala, genus sunt quoddam malorum, ita fortasse dictum, quod ex Scandia insula advectum sit. *Col. l.* 5. *c.* 10.

Scandix, icis, f. olus quoddam aggreste. *Plin. l.* 21. *c.* 15.

Scando, is, di, sum, a. 3. *ascendere*, *andare in su*, *andare all' alto*, עלה, Ger. *hinaufgehen*, *aufsteigen*, Gall. *monter*, Hisp. *subir*, ἀναβαίνω, in altum vado. *Cic. de Sen. c.* 6. Cum alii scandant malos, ali per foros current. *Virg. 2. Æn.* Scandit fatalis machina muros. ¶ Usurpatur etiam cum accus. & præpos. *in*, vel *super*. *Liv. l.* 30. *c.* 67. Et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit. *Ovid. l.* 2. *de Pon. eleg.* 1. Te quoque Victorem Tarpejas scandere in arces. ¶ Translate *Idem* (seu quis alius auctor est) *Paneg. ad Pison. v.* 33. Scandere supra titulos majorum fuorum.

Scandŭlica, æ, f. herba frugibus inimica: necat enim scandendo. *Festus*.

Scandŭle, arum, r. f *scandole*, קרשים, Ger. *dachschind lu*, Gal. *aisse es*, *bardeaux*, Hisp. *ripias*, σχιδάκιες, parvæ tabellæ in parvas laminas scissæ, e ligno, ut ex robore, abiete, picea, quibus tecta teguntur. *Philander*, apud *Vitruv.* Scandulæ sunt tabellæ vicem regularum præstantes, quibus contegitur fuisse Romam annis CCCLXX. auctor est Cornelius Nepos apud *Plin. l.* 16. *c.* 10. Dicæ sunt a scandendo; quia alia aliam scandit. Scandulas generatim dicimus materiam quamvis assulatim sectam. Unde *Col. l.* 8. *c.* 3. *ubi de gallinariis*: Ab cohorte forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter injungantur, quibus irrepant aves, ad requiem nocturnam u. *Hirt. l.* 8. *B. Gallic.* 42. Cupas sevo, pice, scandulis complent. ¶ Quidam Etymologi deducunt a *scandendo*: quam a *scindendo*: atque hi *scindulas* legi jubent apud eos auctores, apud quos alii *scandulas* legunt. Alii sic distinguunt, ut *scandulæ* a scandendo dicantur, quibus regnntur domus; *scindulæ* vero a scindendo, quæ ad alios usus. Sed hæc levia sunt, & magnorum virorum *Vossii*, *Turnebi*, *Colvii*, *Philandri* contentionibus non satis digna.

Scandulāris, & re, o. 3. quod ex scandulis constat, ut Tectum scandulare, quod est pars superior domicilii, in quam scalis ascendimus, quæ scandulis olim communiri, & tegi solebat: imo hodie quoque soler in quibusdam locis. *Apul. l.* 3. *Met.* ubi quidam *scindulare* legunt V. *Scandula*.

Scandularius, ii, m. qui scandulis domos tegit. *Leg. ult. ff. de jure immunit.*

Scansĭlis, & le, o. 3. *che si può ascendere facilmente*, נעלה, ἀναβατός, id, ad quod facile ascenditur. *Plin. l.* 17. *c.* 11. Picumque sic etiam scansilem fieri, idest ita assurgere, & ita provenire, ut scandi facile possit. ¶ Scansilis annorum lex dicitur, per quam ad ætatem veluti quibusdam annorum gradibus ascendimus. *Pl. l.* 7. *c.* 49. Ingens turba nascetur, scansili annorum lege occidua, quam climactheras appellant.

Scansĭo, onis, ascensio, actus scandendi. Scansio sonorum, est eorum varietas, qua a gravi ad acutum gradatim pervenitur. *Vitruv. l.* 6. *o.* 1.

Scansorius, a, um, adject. ad scandendum aptus, ut scansoria machina. *Vitruv. lib.* 10. *c.* 1.

Scantiana poma, dicta sunt a quodam Scantio inventore. *Plin. l.* 15. *cap.* 14. ¶ Scantiana uva, eadem quæ amminea major. *Plin. l.* 14. *c.* 4.

Scantinĭa lex, lata, ut putat *Manut.* a C. Scantinio Aricino Trib. pleb. ad coercendam præposteræ Veneris monstrosam libidinem, pœnam constituit ingenuorum puerorum stupratoribus decem millium, ut est apud *Quintil. l.* 4. *c.* 2. Ea lege damnatum C. Scantinium Capitolinum, refert *Valer. Max. l.* 6. *c.* 1. *n.* 7. De ea mentio est etiam apud *Juven. sat.* 2. *v.* 44. *Sueton. in Domit. cap.* 8 *& Cic.* 3. *Phil. cap.* 6.

Scapha, æ, f. *barchetta*, *battello*, ענבה, Ger. *schifflein*, *weidling*, Gal. *bac*, *nasselle*, *esquis*, Hisp. *esquife*, σκάφη, exigua naviçula, quales sunt, quæ in majoribus navibus circumvehuntur, vel eas pone sequuntur; item quibus utimur ad piscandum, a σκάπτω, *fodio*, quia primum naves ex prægrandi arbore cœptæ sunt excavari. *Cic. 2. de Invent. c.* 51. Usque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator esset, in scapham confugeret. *Justin. l.* 2. *c.* 13. Ubi solutum pontem hybernis tempestatibus offendit, piscatoria scapha trajecit trepidus.

Scapharius, ii, m. qui scaphis navigando negotiatur. *Inscripp.* apud *Gruter. pag.* 358. Scapharii, qui Juliæ Romulæ negotiantur. Adde *Reines. classf.* 3. *n.* 26.

Scaphe, es, f. σκαφή, vas concavum, hemisphærii forma, in cujus medio stylus infixus Solis umbra horas indicat. *Vitruv. l.* 9. *c.* 6.

Scaphĭum, ii, σκάφιον, אגן כלי, vasis genus, quo corporis excrementa excipiuntur. Latini matulam vocant. A *Pollnce l.* 10. *c.* 3. reponitur inter vasa muliebria. Ac uti muliebre vas scaphium: ita virile dicebatur lafanum, ut docet *Giffan. Indice Lucretiano*. *Ulpian. l.* 29. *§. pen. ff. ne aurolog.* Scaphia habira ventris causa non puto argento tegato contineri. *Martial. l.* 11. *epigr.* 12. Te potare decet gemina, qui Mentora frangis in scaphium mœchæ, Sardanapale, tuæ. ¶ Alias scaphium notat poculi genus, figura oblonga, in scaphæ similitudinem. *Plaut. Stich.* 5. 4. 11. Quibus divitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, batiocis bibunt. *Cic. 6. Verr. c.* 17. Scaphia cum emblematis Lilyæi empta. ¶ Erat item scaphium ferramenti genus, quo athletæ exercendarum virium gratia terram effodiebant, quod Latini ligonem vocant, a σκάπτω, *fodio*. In qua item significatione a *Juven.* positum existimant *sat.* 6. ubi viriles mulierum exercitationes insectatur, ne a pugilum quidem, & palæstritarum armis abstinentium. Et ride, inquit *v.* 263. scaphium positis cum sumpserit armis. Sed rectius hoc quoque loco pro matella accipi videtur. ¶ Præterea scaphia sunt vasa aurea rotunda, in quibus styli infixi in medio fundo sui proceritate horarum ductus discriminant. *Martian. Capel. l.* 6. *p.* 194. Hæc *Virruvius* Scaphes appellat.

Scaphĭla, æ, f. parva scapha. *Veget. l.* 3. *rei milit. c.* 7. Latiores scaphulas ex singulis trabibus excavatas carpentis secum porter exercitus.

Scaphus, i, m. vel n. σκάφος, alveus, valis, aut alterius rei cavitas, a σκάπτω, excavo. *Vitruv. l.* 9. *c.* 9.

* Scapres apud *Non. c.* 2. *n.* 769. V. Scabres.

Scaptensŭla, æ, f. locus in Macedonia, ubi argentum effoditur; ira dictus a σκάπτω, effodio, auctore *Fest Lucret. l.* 6. *v.* 810. Quales exspiret scaptensula subter odores.

Scaptĭa Tribus, una ex 35. Tribubus Romanorum, ita dicta a Scaptia urb. Latii inter Soram, & Sabrateriam. Facta est anno Urbis 321. *Plin. l.* 3. *c.* 5. & *Fest.*

Scaptiensis, se, ad Scaptium oppidum, aut Tribum pertinens. *Suet. in vitg. c.* 40. Fabianis & Scaptiensibus, tribulibus suis, die comitiorum nummos dividebat.

Scapŭlæ, arum, f. 1. *spalle*, *omeri*, כתף, שכם, Ger. *die schulteren*, Gal. *épaules*, Hisp. *espaldas*, ὦμοπλάται, propriæ dicuntur ossa duo in posteriore corporis parte, figura triquetra, externa facie tumescente, interiore reducta, extrema sui parte in acetabula quædam delinentia, quæ humerorum capita excipiunt. Passim tamen apud Scriptores scapulas acceptas invenies pro tota illa regione, quæ pone pectori juncta est. Dicta sunt a σκάπτειν, *cavari*. Nam exterius quidem prominent, inferius autem cavæ sunt. *Var. l.* 2. *de R. R. cap.* 7 Limbis deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maxime duplici. *Plaut. Pers. l.* 1. *v.* 32. Vah, scapularum pruriunt, quia te illhæc audivi loqui. *Verba sunt servi verberationis.* ¶ Translate *Tertul. de Pal. c.* 2. scapulas montium dixit, quod & dorsum montis dici solet.

Scapus, i, m. *il fusto*, *gambo*, יריך, καυλός, proprie est caulis rectus in herbis in columnæ modum. *Var. l.* 1. *de R. R. cap.* 31. *de vicia*: Ad scapum lupini, aliumve quem, ut hæreat, solet vinciri. *Col. l.* 9. *c.* 4. Scapus asphodeli. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Invenias est jam & scapus unus centum fabis onustus. ¶ Dicitur etiam de tenui illo, lignoseque ramusculo, e quo uvarum acini dependent. *Var. de R. R. l.* 1. *cap.* 54. Quæ calcatæ uvæ erunt, earum scapi cum folliculis subjiciendi sub prælum. Al. leg. *scopi*. ¶ Translate dicitur de corpore columnæ, seu stylo, & veluti virga, idest de eo, quod interjacet inter basim, sive spiram, & epistylium, sive capitulum. Columnæ enim partes, inquit *Budæus*, sunt scapus, quasi columnæ corpus, supra scapum capitulum, infra scapum spira, quæ basis sæpe appellari solet, infraque spiram stylobates. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. In summis columnarum scapis. ¶ Item de ligno portarum. Scapus cardinalis est rectum illud, & paulo crassius lignum in valvis, quo fores ipsæ sustinentur. & reguntur præcipue, & cujus capitibus, seu ambabus extremitatibus in superiore, & inferiore cardine infertis, valvæ ipsæ volvuntur aut aperiendæ, aut claudendæ. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6 Fores ita compingantur, uti scapi cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte: inter duos scapos tympana ex duodecim partibus, &c. ¶ Item de corpore scalarum. *Vitruv. l.* 9. *cap.* 2. *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Item de corpore candelabri. *Plin. l.* 34. *cap.* 3. Privatim Ægina candelabrorum superficiem dumtaxat elaboravit, sicut Tarentum scapos. ¶ Item de transversa trutinæ linea, ex qua pendent lanculæ: & de linea stateræ, in qua facoma appenditur, & per puncta vagando diversa indicat pondera. *Vitruv. l.* 10. *cap.* 8. ¶ Item de plagularum congerie in ratione charrarum, *un quinterno di carta*. *Plin. lib.* 13. *cap.* 12. Nunquam plures scapo, quam vicenæ. ¶ Item de instrumento textoris, cujus pilla tela coarctatur, & condensatur. *Lucret. l.* 5. *v.* 1352. Insubula, ac fusi, radii, scapique sonantes.

Scarabæus, i, m. 2. *scarafaggio*, *scarauacio*, Germ. *mistkefer*, *od. kothkefer*, Gall. *escarbot*, Hisp. *escaruaj*, κάνθαρος, κάραβος, animal parvum volatile, teneras habens pennas, & ob id crusta superveniente tectas, ac core potissimum sese alens, *Plin. l.* 11. *c.* 28. Quibusdam pennarum tutela crusta supervenit, ut scarabeis, quorum tenuior, fragiliorque penna. ¶ Scarabeorum diversa sunt genera. Alii grandiores cornua prælonga bifalcis dentata forficibus in cacumine habent, alii volitant magno cum murmure, ac mugitu, alii sunt coloris viridis e vermibus simo bovis, aut jumenti creati, alii e simo ingentes pilas averfis pedibus volutant, &c. V. *Plin. l.* 11. *cap.* 28. ¶ Ægyptii scarabæum inter Numina coluerunt, quod cenferent, Solis operum similitudinem huic animali inesse, ut scripsit Apion Ægyptius teste *Plinio l.* 30. *c.* 11. vel quod putarent, animatam Solis effigiem esse, ut inquit *Eusebius lib. Præp. Evang.*

Scarificatio, onis, σχάσις, ξύσμη, *scarificazione*, *scarnamento*, actus scarificandi, apertio facta tenui vulnere, ut sanguis emittatur. *Col. l.* 6. *c.* 12. Si sanguis ad huc supra ungulas in cruribus est, assidua scarificatione discutitur. In veteri codice leg. scariphatione. ¶ Dicitur etiam de levi vulneratione, qua arborum cortex aperitur. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Est & scarificatio quædam in remediis, cum, macie corticis ex ægritudine astringente se, perpetuis incisuris deducunt, ac veluti cutem laxant. *Alii leg.* Scariphatio a Græco σκάριφος, stilus.

Scarificatus, a, um, *scarpato*, *e greffiato*. *Plin. l.* 32. *c.* 7. Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scarificatis gingivis.

Scarifico, as, a. 1. *radere*, *saleffare*, *scarnare*, הקציע, Ger. *schrepffen*, Gal. *scharifier*, Hisp. *jassar*, *saxar*, σκαριφάομαι, ἀποσκάπτω, ἐπιξύω, est leviter in superficie radere, scalpello aperire, leviter vulnerare, quo aliquid facilius exeat. *Plin. l.* 32. *c.* 7. Pastinacæ quoque radio scarificare gingivas est in dolore utilissimum. *Cato R. R. c.* 52. Scarificare radicem. ¶ Scarificare dolorem est scarificando dolorem expellere. *Plin. l.* 28. *c.* 11. Hoc scarificari dolorem putant. *Alii leg.* Scariphari, *&* Scariphatus in voce præcedenti, cui lectioni favent veteres Glossæ.

Scarifĭo, is, pro passivo *scarificor* singulare est apud *Scribon. Larg. compos.* 262. ubi ait: Lumbi leniter scarifiant.

Scarites, gemma scari colore. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

Scarrōsus, a, um, adject. rudis, tactu asper. *Lucilius* apud *Danet.*

Scarus, i, m. Σκάρος, piscis nobilissimi genus, mari Carpathio maxime frequens, qui solus piscium ruminare dicitur, & herbis, non aliis piscibus vesci. Lecton Troadis promontorium sponte non excedit. Hoc genus piscis Optatus classis fub Claudio Præfectus, a mari usque Carpathio petitum, navibusque advectum, inter Ostiensem, & Campaniæ oram disseminavit, adhibita etiam cura, ut proximo quinquennio capti, mari redderentur, ut refert *Plinius l.* 9. *c.* 17. *Hor. l.* 2. *sat.* 2. *v.* 21. Pinguem vitiis albumque nec ostrea, Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois.

* Scarus, oris, m. Legitur in vet. inscrip. apud *Reines. cl.* 9. *n.* 66. & *Murator. p.* 2046. *n.* 6. & in *Cod. Theod.* 13. 4. 2. viseturque poni pro *scansor*, κεφαρωτὴς, h. e. qui pavimenta sternit vel jumenta.

Scatēbra, æ, f. *scaturigine*, *sorgente*, מבוע, עין, מעין, Ger. *brunnquell*, *aufwallung*, Gal. *source*, Hisp. *origen*, βλυσμός, ebullitio aquæ surgentis, a *scateo*. *Virg.* 1. *Georg. v.* 110. Scatebrisque arentia temperat arva. *Plin. l.* 5. *cap.* 1. Eumdem opacum nemorosumque, & scatebris fontium riguum.

Scatĕo, es, tui, sine sup. *uscire*, *saltar fuori*, נבע, גדל, זב, יצא, Ger. *hervor quellen*, Gal. *bouillonner*, *jetter sources*, Hisp. *bullir loque mana*, βλύω, est emanare, erumpere, ita plenum esse, ut exsiliat quod continetur; proprieque de fontibus dicitur, cum vena aquæ copiam non capiens, foras eam expellit. Usurpatur vel absolute, vel cum genit. vel cum abl. *Cic. 1. Tusc. c.* 28. Fontes scatere, herbis prata convestitier. *Plaut. Aul.* 3. 6. 22. Quæ mihi interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pyrenen potest. *Col. l.* 6. *c.* 16. Solent etiam negletta ulcera scatere vermibus. ¶ Translate ponitur pro abundare. *Plaut. Pers.* 2. 1. 2. 9. Amas pol misera, id tuus

tûus scatet animus. *Horat. l.* 3. *od.* 27. Scatentem beluis pontum. ¶ Item pro exagitari, sive æstuare. *Gel. l.* 1. *c.* 17. Iracundque, & molestiarum muliebrium per diem, perque noctem scatebat.

Scatinŭla. V. *Scantinia*.

Scato, is, n. 3. idem quod scateo. *Lucr. l.* 5. *v.* 41. terra feratum Nunc etiam scatit. *& v.* 597. Largiflumen fontem scatere, atque exumpere flumen.

Scatūrex, icis, vel igis, f. idem quod scaturigo. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 794.

Scaturigĭnōsus, a, um, quod humore abundat, seu ex quo aqua solet scaturire. *Col. l.* 5. *c.* 8. Creta ex toto repudianda est, magis scaturiginosa, & in qua semper uligo consistit.

Scaturīgo, inis, f. *scaturigine*, מבוע, מקור, αὐλάυιος, idem quod scatebra, a *scaturio*. In veteribus libris gemino *r* scaturrigo reperitur. *Colum. l.* 3. *c.* 13. Nisi tamen scaturigo plaustris obria &c. *Plin. l.* 31. *c.* 3. In nigra scaturigines non fere sunt perennes.

Scaturĭo, is, n. 4. *scaturire*, *saltar fuori*, *forgere*, βλύω, idem quod scateo. *Col. l.* 3. *cap.* 1. Modice tamen roscidum solum, quod fontibus, non in summo, non in profundo terræ scaturiat. ¶ Translate *Col. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 4. Totus, ut nunc est, hic scaturit. *b. e.* totus apparet, cernitur, totum se effert. Alii aliter legunt.

* Scatūrix, cis, scaturigo. *Varr. ap. Non. c.* 2. *n.* 794. *al. scaturex*.

* Scauriānus, a, um, ad Scaurum pertinens, ut Scauriana oratio. *Capell. l.* 5. *p.* 140.

* Scauripēdæ. V. Scrantiæ.

Scaurus, a, um, σκαῦρος, cui tali extantes sunt, qui talos pedum tumentes, ac porrectos habet, cui pedes inflexo talo tardigradi sunt. *Horat. lib.* 1. *Sat. v.* 48. Varum distortis cruribus, illum Balbutir scaurum, pravis fultum male talis. ¶ Hinc factum cognomen quibusdam Romanis viris, ut Æmilius Scaurus, Aurelius Scaurus, &c.

Scazon, ontis, m. *scazzonte*, *zoppo*, σκάζων, genus versus jambici trimetri acatalectici, quod quinto loco jambum habet, sexto spondæum, in ceteris, consentit cum jambico. Sua natura adjectivum est, sub quo subit. *versus* intelligitur. Dicitur scazon a σκάζω, *claudico*. Deturbato enim e sexta sede jambo, & substituto spondæo videtur quasi claudicare. Idem dicitur *choliambus*, idest claudus jambus a χωλὸς, *claudus*, & ab *jambus*. Hujus generis sunt versus illi *Persii in præf.* Nec fonte labra prolui Caballino. Nec in bicipiti somniasse Parnasso, &c. Hujus carminis inventor fuisse dicitur Hipponax. *Mart. l.* 7. *epigr.* 25. Apollinarem conveni mecum, Scazon.

Scelerāte, adv. *scelleratamente*, ἀθέσμως, sceleste, flagitiose, turpiter, impie. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 3. Quare peccavi, scelerate peccavi. *Id. l.* 5. *Tusc.* Quam is, qui tam scelerate impecavit. *Id. pro Sext. c.* 64. Omnes est insidias sceleratissime machinatus. *Id. pro Dom. c.* ult. Domus sceleratius ædificata.

Scelerātus, a, um, o. 1. 2. *scellerato*, *ribaldo*, רשע, סבל, Ger. *laſterhafftig*, Gall. *mechant*, Hisp. *scelerado*, κακοῦργος, scelestus, improbus, sceleræ contaminatus, flagitiosus. *Cic. Ast. l.* 9. *ep.* 15. Ego autem illum male sanum semper putavi, nunc etiam impurum, & sceleratum puto. *Id. pro Domo. c.* 9. Homo turpissimus, & sceleratissimus. ¶ Significat etiam contaminatum, & pollutum alieno scelere, μεμιαμμένος. Et ad inanimata transfertur. *Cic. 2. Offic. 8. de Scylla*: Idem post a sceleratore hasta non recessit. ¶ Hinc Scelerata porta, una ex portis urbis Romæ, eadem, quæ Carmentalis. V. *Carmentalis*. ¶ Item Campus sceleratus. *Fest.* Sceleratus Campus appellatur prope portam Collinam, in quo virgines Vestales, quæ incestum fecerunt, defossæ sunt vivæ. ¶ Item Vicus sceleratus. *Fest.* Sceleratus Vicus appellabatur Romæ, quod cum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Ser. Tullium Regem socerum suum, corpus ejus jacens filia carpento supervecta est properans in possessionem domus paternæ. ¶ Per Catachresin accipitur pro noxio. *Virg. 2. Georg. v.* 256. At sceleratum exquirere frigus Difficile est. *b. e.* nocens, omnia exurens. *Servius*. ¶ Scelerata herba dicitur apium rusticum, quia si quis gustaverit, ridendo exanimari dicitur. *Apul. de herb. c.* 8.

Scelerĭtas, f. *scelleraggine*, sceleus, flagitium. *Martial. lib.* 3. *ſin.* 22. *l.* 48. *Digest.* Facti scelleritas.

Scelĕro, onis, m. *scellerato*. Quidam Lexicographi afferunt locum ex *Cic. l.* 9. *Att. ep.* 18. In qua erat Eros scelero. Sed mira ibi lectionum varietas.

Scelĕro, as, a. 1. *macchiare*, *lordare*, sceleræ polluo, coinquino, fœdo. *Virg. 3. Æn. v.* 42. Parce pias scelerare manus. *Stat. 9. Theb. v.* 666. sceleravit sanguine dextram.

Scelerōsus, a, um, idem ac sceleratus. *Ter. Eun. 4. 1. 1.* Ubi ego illum scelerosum misera, atque impium inveniam? Adde *Lucr. l.* 1. *v.* 84.

Scelĕrus, a, um, adj. sceleſtus, sceleratus. *Plaut. Pœnul. 1. 5. 31.* Hic mihi corrumpit filium, scelerum caput. *& 3. 2. 28.* Teritur sinapis scelera cum illis. Ita *Servius in l.* 9. *Æneid.* Verum hæc loca nihil conficiunt. Priore enim loco est genitiv. pluralis; altero plerique leg. *scelerata*.

Scelĕste, adv. idem ac sceleratæ. *Cic. pro R. Am. c.* 13. Scelestum, ac nefarium facinus, atque ejusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur, *Liv. l.* 5. *c.* 27. Ibi scelesto facinori scelestiorem sermonem addidit. *Plaut. Amph.* Scelestissimum te arbitror. ¶ Ponitur interdum pro infelici, & erumnoso. *Plaut. Mostel.* 3. 1. 1. Scelestus annus argento fœnori.

* Scelĕtus, i, m. *carcame*, *scelestro*, נבלה, σκελετός. Occurrit aliquoties apud *Apulej. in Apolog.*

Scelotyrbe, es, f. σκελοτυρβὴ, dicitur a Medicis morbus, quo compages in genibus resolvuntur, *debolezza di ginocchi*. *Plin. l.* 25. *c.* 3.

Scelus, leris, n. 3. *scelleraggine*, עון, Ger. *schelmenstuck*, Gal. *mechancetè*, Hisp. *maldad*, κακοῦργημα, flagitium, peccatum, maleficium, fraus. *Cic. pro Cluent. c.* 68. Neque ad sceleris perficiendum cæsis hostiis posse placari. *Id. 1. de Or. c.* 52. Scelus nefarium facere. *Id. pro Sext. c.* 27. Edere scelus in aliquem. *Id. ibid. c.* 50. Scelere adstringi. ¶ Scelus, & flagitium differunt: *Flagitium* peccatum est ab aliqua animi mollitie, aut ignavia profectum, quod dedecus, aut turpitudinem affert; *scelus* autem vel cum aliqua audendi celeritate, & cæde, vel cum imperate conjunctum est. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 10. Quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. ¶ Hæc differentia plerunque non observatur. ¶ Metonymice ponitur pro scelerato. *Ter. And.* 3. 5. 1. Ubi illic sceleste est, qui me perdidit? *Plaut. Truc.* 2. 7. 60. Etiam, scelus viri, minitare? ¶ Meraleptice pro supplicio, seu pœna usurpatur. *Virg. 7. Æn. v.* 307. Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente? ¶ *Scelera non habent consilium*, proverb. apud *Quintil. l.* 7. *c.* 2.

* Scema V. Schema.

Scena, æ, f. *scena*, מוכה Ger. *getzel*, *lauberhutte*, Gal. *scène*, *ramée*, Hisp. *cabanuela*, *scena*, σκῆνη, umbraculum, tabernaculum, papilio, camera ex arborum insecubantium ramis, ac frondibus, sive ea a natura sit, sive ab arte. Est *velum*. Quare vulgo scribitur per simplex *e*. Sed per *æ* scribendum docent *Varro*, & *Priscianus*: atque ita scriptum inveniur in vett. libb. ac lapidibus. *Virg. 1. Æn. v.* 168. Sylvis scena coruscis Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbra. ¶ Et quoniam in umbrosis tabernaculis Attica juventus, cum adhuc vicatim ageret, carmina quædam inconditæ decantabat, fabulasque suo more agebat, factum est, ut postea in urbem redactis Articis nomen idem ibi manserit contabulationi, quæ inter utrumque theatri cornu erat protensa, in qua ab histrionibus fabulæ agebantur; quod nomen etiam Romani una cum re ipsa ab Athenicnsibus acceptum, assiduo usu velati fuum effecerunt. Scena igitur erat pars theatri proxima proscenio, illo superior, in qua latere soliti fuere actores, prius quidem tecti aulæis, postea vero sipariis, quomodo Festus vocari ait genus veli, quo in scena mimi utuntur. *Vitruv. l.* 5. *c.* 7. Ipsæ scenæ suas habeant rationes explicatas ita, uti mediæ valvæ ornatus habeant aulæ regiæ, dextra, ac sinistra hospitalia. ¶ Latius tamen scenæ vocabulum interpretatur Labeo, referente *Ulpiano l.* 2. *ff. de his, qui not. inf.* Scena est, ut Labeo definit, quæ ludorum faciendorum causa quolibet loco, ubi quis consistat, moveaturque spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico, privatove, vel in vico, quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittat. *Cic. 3. de nat. Deor. c.* 27. Nec solum scena referta est iis scelcribus, sed multo vita communis pene majoribus. *Vitr. l.* 5. *c.* 8. Genera funt scenarum tria, unum, quod dicitur Tragicum, alterum Comicum, tertium Satyricum. Horum autem ornatus sunt inter se dissimiles, dissparique ratione, quod Tragicæ deformantur columnis, fastigiis, & fignis, reliquisque regalibus rebus: Comicæ autem ædificiorum privatorum, & mœnianorum habent spe-

ciem, perspectusque fenestris dispositos imitatione communium ædificiorum rationibus. Satyricæ vero ornantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus, in topiarii operis speciem deformatis. ¶ Altera quoque scenæ divisio est. *Servius ad 3. Georg.* Scena, quæ fiebat, aut versilis erat, aut ductilis. Versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam convertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis tunc, cum tractis tabularis hac, atque illac fpecies picturæ naturabatur interior. ¶ Produci in scenam dicebantur histriones, mimive, cum ab eo, qui ludos edebat, mercede, auctoritate, aut gratia adducebantur, ut in scenam ad agendum prodirent. Reduci autem in scenam, qui ad agendum reverti jubebantur. *Pl. l.* 9. *c.* 48. Galeria Copiola Embolaria reducta est in scenam Cn. Pompejo, Q. Sulpitio Coss. ludis pro salute Divi Augusti votivis, annum centesimum quartum agens, quæ producta fuerat tyrocinio a M. Pomponio Ædili Plebis, C. Mario, Cn. Carbone Consulibus ante annos nonaginta unum, & Magno Pompejo magni theatri dedicatione anus pro miraculo reducta. ¶ Sæpe translate, & proverbialiter fumitur. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 11. Scena rei totius hæc. Pompejus, tanquam Cæsarem non impugnet, &c. ¶ In scena esse dicitur aliquid, cum promulgatum, & pluribus notum est. *Cic. pro Planc. c.* 12. Omitto illa, quæ si minus in scena sunt, at certe cum sunt prolata, laudantur. ¶ Servire scenæ, est servire tempori, & rebus præsentibus se accommodare, translata ab histrionibus fabularum metaphora, qui hoc unum spectant, ut quovis modo populi oculis placeant. *Cic. ad Brut. ep.* 9. Tibi nunc populo, & scenæ, ut dicitur, serviendum est. ¶ Scena minore aliquid agere, est minore apparatu, & ostentatione. *Suet in Calig. c.* 15. ¶ Scena item fuit genus cultri, fortasse dolabra Pontificalis. *Fest.*

Scenālis, & le, o. 3. idem ac scenicus. *Lucr. l.* 4. *v.* 77. Et omnem Scenalem speciem parrum, matrumque, Deorumque inficiunt. *b. e.* colorant omnem ornatum, & cultum scenæ.

Scenarius, a, um, adj. scenicus. *Ammian. l.* 28. *c.* 4. Scenarii artifices.

Scenaticus, a, um, adj. scenicus. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 822.

Scenatĭlis, le, o. 3. idem ac scenicus. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 822. Si te pigeat hic modi scenatilis.

Scenice, adverb. *scenicamente*, σκηνικῶς, more scenæ. *Quint. lib.* 6. *c.*

Schidia, orum, *n. σχεδεῖα, σχίδαξ*, ligni fragmenta, quæ fabri materiarii ex ligno dejiciunt. Nomen est *σχίζω, scindo. Vitr. l. 2. c. 1.* Intervallaque, quæ relinquuntur propter crassitudinem materiæ, schidiis, & luto obstruuntur.

Schinussa, f. *Scinnusa*, inf. parva maris Ægæi, una Sporadum, inter Nelon, & Jon. *Plin. l. 4. c. 12.*

Schisma, atis, n. 3. *scisma*, מחלוקת, פיקר, *σχίσμα*, scissura, & translate dissensio, discordia. Est a *σχίζω*, scindo, fino, divido. *Tert. de præscript. adv. hæret. c. 5.* Apostolus dissensiones, & schismata increpat.

Schismaticus, a, um, *scismatico*, פיקר, *σχισματικός*, dissentiens, & dissentientibus adhærens. *August. de Quæst. XVII. in Matth. quæst. 11.* Schismaticos non fides diversa facit, sed communionis disrupta societas.

Schistos, i, *σχιστός*, lapis crocei coloris, in tenuissimas bracteas fissilis. *Plin. l. 36. cap. 20.*

Schistum, i, *σχιστόν*, genus lactis mulso mixti, & postquam ebullierit, a fero divisi. *Plin. l. 28. c. 9.* ¶ Item, apud Græcos, genus aluminis concreti, in capillamenta quædam canescentia dehiscentis. *Id. l. 35. c. 15.* ¶ Schista etiam dicuntur ova post triduanam incubationem lutescentia. *Id. l. 29. c. 3.* ubi *Hardouin.* legit *fistita*, h. e. saginata, *σιτιστά*. ¶ Denique schistum olus est, inter cæpe genera enumeratum a *Pl. l. 19. c. 6.*

Schœnëis, idis, f. patron. Atalanta Scœnei filia. *Ovid. Heroid. epist. 16. v. 263.* Ut tulit Hippomenes Schœneida, præmia cursus.

Schœneus, a, um, adj. a Schœneo Arcadiæ rege, patre Atalantæ, ut Schœneia Virgo. *Ovid. 2. Trist. v. 399.*

Schœnicillæ, vel Schœnicolæ, arum, f. meretrices, propter usum Schœni sic appellatæ. *Fest. & Varr. l. 6. L. L. c. 3.*

* Schœnis. V. Schœneis.

Schœnobătes, æ, m. *chi cammina sulla corda*, Ger. *ein gauckler der auff dem seil tantzt*, Gal. *bateleur*, *danseur sur la corde*, Hisp. *trepador*, *σχοινοβάτης*, funambulus, qui per funes ludendo graditur, a *σχοῖνος, funis*, & *βαίνω, eo, incedo. Juv. Sat. 3. v. 77.* Augur, schœnobates, medicus, magus, omnia novit.

Schœnobaticus, a, um, *σχοινοβατικός*, quod ad schœnobatem pertinet, ut Ars schœnobatica, exercitium funambulorum. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 1:* Ego qui scirem, Q. Pompejum Bauli f. huc nobaticam facere, & ubique eo, ut ego misererer ejus exercitui. Plerique tamen rectius leg. *embanaticem*.

Schœnus, i, m. & Schœnum, i, n. *ginnco, e funi di giuncho*, *σχοῖνος. Cato R. R. c. 10.* Schœnum, & calamum in pila contundito. *Plaut. Rud. 2. 1. 5.* Hi schœni, & hæ arundines sunt nobis quæstu, & cultu. *Col. l. 12. c. 20.* Odores autem vino apti sunt, iris, f. rerum græcum, schœnum. ¶ Est etiam unguenti genus, quod ex junco odorato fiebat: *Plaut. Pœn. 1. 2. 55.* Vestari inter miseras schœno deliburas. Adde *Var. l. 6. L. L. & Fest.* ¶ Item schœnus est mensura Ægyptiaca, quæ continet stadia quadraginta, vel ut alii, triginta duo. *Plin. l. 12. c. 14.* Schœnus pater Eratosthenis ratione stadia XL. aliqui XXXII. stadia singulis schœnis dedere. *Herodot. l. 2. c. 6.* Scribit schœnum sexaginta stadia complecti.

Schœnus, m. Schœnitas, *Schœno*, portus Peloponnesi, ad sin. Saronicum & ad isthmum, ubi is angustior. *Plin. l. 4. c. 7.*

Schola, æ, f. *scuola*, בית מפר, בית המדרש, Germ. *schul*, Gall. *école*, Hisp. *escuela*, *διδασκαλεῖον, γυμνάσιον*, gymnasium scientiarum, ludus litterarius, a *σχολή, otium*. Ab otio scholæ nomen inditum est, quia otio opus iis, qui studiis vacare volunt. *Auson. Idyl. 4. v. 6.* Grajo schola nomine dicta est, justa laboriferis tribuantur ut oria Musis. *Fest.* Scholæ dictæ sunt, non ab otio, ac vacatione omni, sed quod cæteris rebus omissis vacare liberalibus studiis pueri debent, ut etiam ludi appellantur, in quibus minime luditur, ne tristi aliquo nomine fugiant pueri suo fungi munere. *Cic. 1. de Or. c. 22.* Hominem audietis de schola, atque a magistro eruditum. *Id. 2. de Or. c. 7.* Homo politus e schola. ¶ Metonymice accipitur pro rebus, quæ in schola docentur. Sic explicare scholam est præcepta doctrinæ exponere. *Cic. 2. Fin. c. 1.* Primum deprecor, ne me tamquam Philosophum puteris scholam vobis aliquam explicaturum. Item pro disputationibus, & controversiis, quæ in scholis inter doctorem, & discipulos otiose agitari solent. *Cic. 1. Tusc. c. 4.* In quam exercitationem ita nos studiose dedimus, ut jam etiam scholas Græcorum more habere auderemus. *Id. ibid.* Ponere jubebam, de quo quis audire vellet, & id aut sedens, aut ambulans disputabam. Itaque dierum quinque scholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli. ¶ Etiam in balneis locus erat, qui schola dicebatur, ut ex *Vitruvio* constat *l. 5. c. 10.* Videtur autem porticus fuisse circa labrum, ut etiam cenſet *Hieron. Mercurial. lib. 1. de Arte Gymnast. c. 10.* Ac satis verisimile est, nomen ex eo esse, quod istic otiose consisterent, atque, ut *Vitr.* loquitur, circumspectantes starent. ¶ Erant & scholæ Romæ in Octaviæ porticibus. Etiam hæc ab otio vocatæ fuerunt, quod homines otiosi in his versarentur. *Plin. l. 35. cap. 10.* Alexandrum, & Philippum cum Minerva, qui sunt in schola in Octaviæ porticibus, & Philippi. ¶ Denique schola dicitur etiam de collegio militum. *Justinian. l. ult. C. de loc. & conduct. & l. 7. C. de aquæduct. & Ammian. l. 25. sub fin.*

Scholaris, is, adject. pertinens ad scholas, seu collegia militum. *Sever. Sulpit. de vita Martini, cap. 2.* Inter scholares alas sub tege Constantino militavit. Sic in *Cod. Theodos. & Justin.* scholares sæpe vocantur militantes in sacro palatio, ut notavit *Cellar. in curis post. c. 8.* Hoc *Suidas* vocat *σκολαστὴς*.

Scholasticus, a, um, *scolastico, da scuola*, תלמודי, *σχολαστικός*, quod ad scholam spectat, ut Scholastica disciplina, res scholasticæ. *Quintil. l. 7. c. 2.* Quædam in scholasticis ponuntur ad conjungendam modo rei seriem. ¶ Scholasticos etiam vocamus discipulos, qui discendi gratia scholas frequentant, a *schola*, ubi se exercent. *Plin. ep. 24. l. 1.* Scholasticis porro, ut hic est, sufficit abunde tantum soli, ut revelare caput, reficere oculos, reprare per limitem, unamque semiram terere, &c. ¶ Proprie sic vocatus est, qui se in fictis litibus exerceret declamator. *Plin. in epist. 3. l. 2.* Annum sexagesimum excessit, & adhuc scholasticus tantum est: quo genere hominum nihil aut simplicius, aut fingerius, aut melius. Nos enim, qui in foro, versque litibus tenemur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus. ¶ Caussidici etiam scholastici aliquando dicti sunt, *advocati*. *Cod. Theodos. l. 2. de concuss. Advoc.* Sæpissime scholasticos ultra modum acceptis honorariis in defensione causarum, &c.

Scholiastes, æ, m. 1. *σχολιαστής*, scriptor scholiorum, interpres, a *σχόλιον*, ut Scholiastes Horatii, Juvenalis, &c.

Scholicus, adject. *di scuola*, ad scholam pertinens. *Gel. l. 4. cap. 1.* Ostentabat quispiam grammatica rei doctior scholica quædam nugalia. *Varr. apud Non. cap. 6. num. 22.* Auribus scholica dape ebriis.

Scholium, ii, n. 2. *breve commento*, *σχόλιον*, interpretatio brevior, breve scriptum, *Cic. Att. l. 16. ep. 7.* Velim, *σχόλιον* aliquod elimes ad me, oportuisse te id facere.

* Schutatum. V. Scytatum.

Sciadeus, i, m. piscis marinus. *Plin. l. 32. c. 11.*

Sciæna, æ, f. *σκίαινα*, piscis, qui latine umbra dicitur. *Plin. l. 9. c. 16.*

Sciagraphia, *vel* Sciographia, æ, f. תכנית, *σκιαγραφία*, a *σκιὰ, umbra*, & *γράφω, describo*, est adumbratio ædificii, per quam, quale totum opus perfectum futurum sit, cernitur, *abozzamento, modello, disegno*. Differt ab ichnographia, quæ est tantum areæ, seu plani descriptio: & ab orthographia, quæ erectam tantummodo frontis imaginem repræsentat: at sciagraphia totum per umbras, & lineationes describit corpus ædificii. *Vitruv. l. 1. c. 2.* Sciagraphia est frontis, & laterum abscedentium adumbratio, ad circinique centrum omnium linearum responsus. Quidam contendunt legendum *scenographia*, eodem sensu, nempe a *σκιῶν, corpui*. V. *Bald. in Lexic. Vitruv.*

* Sciapodes. V. Scipodes.

Sciathëras, æ, m. 1. *σκιαθήρας*, vel *σκιοθήρας*, instrumentum gnomonicum, quo ex umbra indagamus. Hoc Architecti in metandis urbibus urebantur, ostoque cæli regiones exacte colligentes, ventorum vim molestam urbibus oppositis plagrarum, angiportorumque angulis frangebant, aut amolliebantur, aurasque corporibus salubres plateæ rum directionibus admittebant. Est a *σκιὰ* umbra, & *Θήρα*, indagatio. *Vitr. l. 1. c. 6.* Collocetur æneus gnomon, indagator umbræ, qui græce *σκιαθήρας* dicitur.

Sciathericum, *vel* Sciothericum i, n. *orologio da Sole*, מעלות, *σκιαθηρικὸν*, vel *σκιοθηρικὸν*, horologium, quo ex umbris cognoscimus horas. *Plin. l. 1. c. 76.* Anaximenem Milesium, Anaximandri discipulum, primum horologium, quod appellant sciothericum, Lacedæmone offendisse.

Sciathos, f. 2. *Sciato*, inf. maris Ægæi, inter Eubœam, & Thessaliam, olim cum urbe cognom. Scopelo proxima, ante Magnesiam prom. *Valer. Flacc. lib. 3. vers. 8.*

Scibilis, le, adject. *scibile*, qui scientia comprehendi potest. *Ter. l. 5. adv. Marc. c. 16.* Non omnibus scibilis.

* Scida. V. Scheda.

Sciens, entis, *o. intendente*, מבין, *ἐπιστάμων*, partic. a *scio*, cui contrarium est *nesciens*. *Teren. And. 3. 2.* Id ego jam nunc tibi renuntio, here, futurum, ut sis sciens. ¶ Aliquando idem est quod prudens, & agens data opera, de industria, *a posta*. *Cic. pro Syl. c. 31.* Nullum a me sciente facinus occultatur. *Cæl. Cic. lib. 9. Fam. ep. 16.* Ne te sciens prudensque eo demittas, unde exitum vides nullum esse. ¶ Interdum nomen est, pro gnaro, sive perito, cum genitivo. *Hor. l. 3. od. 9.* Me nunc Thressa Chloe regit dulces docta modos, & cithara sciens. *Cic. pro Leg. Man. c. 10.* Quis igitur hoc nomine scientior unquam aut fuit aut esse debuit? *Id. 1. de Orat. c. 49.* Scientissimus regendæ Reip.

Scienter, adv. *prudentemente, sapientemente*, Ger. *wuessiglich*, Gal. *sçavemment*, His. *a sabiendas, ἐπιστημονικῶς*, cum scientia, scite, perite, diserte. *Cic. 2. de Or. c. 2.* Bene dicere autem, quod est scienter, & perite & ornate dicere. *Id. in Or. c. 52.* Scientius in aliqua re verfari. *Id. 1. Divin. c. 41.* Scientissime animadvertere. ¶ Sumitur etiam pro prudenter. *Cic. 2. Off. c. 5.* Iis, quibuscum congregamur, uti moderate, & scienter, singularis virtutis est. ¶ Item pro data opera, de industria, *a posta*. *Plin. in Paneg. c. 64.* Quibus caput fuum, domum fuam, si scienter fefellisset, Deorum iræ consecrarent.

Scientia, æ, *scienza, cognizione, dottrina*, דעת, חכמה, בינה, Ger. *wissenschafft*, Gal. *science*, His. *sciencia, ἐπιστήμη*, cognitio, intelligentia, eruditio. *Cic. 1. Offic. c. 6.* Omnes enim trahimur, & ducimur ad cognitionis, & scientiæ cupiditatem. *Id. Phil. 2. c. 23.* Notabo singulas res: etsi nullo modo potest oratio mea satisfacere vestræ scientiæ. *Id. pro L. Man. c. 10.* Scientia bene dicendi. *Id. 4. Fam. ep. 5.* Scientiam medicinæ tenere. *Auct. ad Heren. l. 4.* Certam scientiam maleficii, non suspicionem sumere. ¶ In plurali numero. *Cic. de Senect. c. 21.* Cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria, præteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tantæ scientiæ, tot inventa, &c.

Scientiola, æ, parva scientia. *Arn. l. 2. pag. 56.* Concinnavit scientiolas artium.

Scilicet, adv. *certamente*, אמנם, חנה, Ger. *freylich, eben ja*, Gal *sans doute, certes*, His. *ciertamente, ὄντως*, certe, profecto. Adverbium est affirmandi, seu confirmandi. *Terent. Eun. 5. 8. 20.* Fratris igitur Thais tota est? *C.* scilicet. *Cic. 5. Tusc.* Democritus luminibus amissis alba scilicet, & atra discernere non poterat; at vero bona, mala, æqua, iniqua, honesta, turpia poterat. *Id. Att. l. 4.* Si taceo oppressus, & captus, quo dolore esse debeo? quo fum scilicet. *Id. pro C. Rab. perduel. c. 5.* Scilicet tibi graviorem dolorem patrui cui mors attulit, quam C. Gracho fratris? ¶ Ponitur interdum ironice, interdum cum irrisione, & amaritudine, cum rem aliquam absurdam esse, & minime credibilem volumus significare. Quare tunc est adverbium negandi per Ironiam. *Ter. Andr. 1. 2. 14.* Meum gnatum rumor est amare. *D.* Id populus curat scilicet. *Virg. 4. Æn. v. 379.* Scilicet is Superis labor est. ¶ Accipitur quoque pro videlicet, nempe, nimirum. *Cic. 6. Ver. c. 12.* Respondit, id, quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætoris.

Scilla, æ, f. *squilla, e scilla*, σκίλλα, herba e bulborum genere, imo bulborum nobilissima, ut *Plinius l. 19. c. 20.* quæ radicem habet cæparum modo multiplicter tunicatam. Nascitur tam in mari, quam in terra. Græce similiter dicitur *σκίλλα*, ut erunt, qui *scylla* scribunt. *Varro*, & Officinæ squillam nominant. *Plin. lib. 19. c. 5.* Nobilissima est scilla, quanquam medicamini nata, acetoque exacuendo, &c.

Scillinus, a, um, *squillitice*, σκιλλινος, quod ex scilla factum est. *Plin. l. 23. c. 1.* Acetum scillinum inveteratum magis probatur.

Scillites, æ, m. σκιλλίας, vinum, vel acetum, vel oleum factum ex scilla, ut absinthites, vinum ex absinthio. *Col. l. 12. c. 33.* Vinum scillitem ad coquendum, & ad corpus reficiendum, itemque ad veterem tussim, & ad stomachum hoc modo condire oportet, *vino squillitico*. *Pl. l. 32. c. 10.* Urtica marina trita ex aceto scillite, &c. V. *Absinthites*.

Scillitĭcus, a, um. *squillitico*, σκιλλιτικός, idem ac scillinus. *Colum. l. 12. c. 34.* Acetum scilliticum.

Scillitus, a, um, præparatus ex scilla. *Auson. epist. 4. v. 77.* Scillito decies si cor purgeris aceto. Al. leg. *scillite*.

Scimpodium, ii, *scimpodio*, σκιμπόδιον, lectus in triclinio, qui unum tantum hominem capiebat. Est autem diminutivum a *σκίμπους*, quod inter lecti genera reponit *Pollux. Gel. l. 9. c. 10.* Offendimus eum cubantem in scimpodio Græciensi.

Scin', idem ac scisne. *Teren. Eun. 4. 7.* Scin' tu, ut tibi res se habeat?

Scincus, i, masc. *σκίγκος*, animal simile crocodilo, circa Nilum frequentissimum, itemque in Libya, Arabia, India. Condiri solet, salsusque afferri; ac valet ad Venerem excitandam. *Plin. l. 8. c. 25.* Similis crocodilo, sed minor etiam ichneumone est in Nilo natus scincos, contra venena præcipuum antidotis, item ad inflammandam virorum Venerem. *Id. l. 28. c. 8.* Ex eadem similitudine est scincus, quem quidam repræsentem crocodilum esse dixerunt, candidiore autem, & tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dignoscitur crocodilo, squamarum seta a cauda ad caput versa. Maximus Indicus, deinde, Arabicus, &c.

Scindo, is, scidi, (& *scindi* apud Veteres, teste *Priscian.*) scissum, a. 3. *fendere, dividere*, פרם, קרע, Ger. *hauen, schneiden*, Gall. *couper, déchirer*, His. *cortar*, *τέμνω, σχίζω*, findo, divido, frango, lacero. *Cic. l. 5. Fam. ep. 20.* Hanc epistolam cur non scindi velim, causa nulla est. *Virg. 6. Æn.* Cuncis & fissile robur scindit. *Id. l. 12. v. 870.* Infelix crines scindit jactuma soluros. ¶ Penulam scindere, V. *Penula*. ¶ Scindere solum, est terram colere. *Virg. 1. Georg.* ¶ Scindere dolorem suum, est renovare commemorando. *Cic. Att. l. 3. ep. 15.* Ne scindam ipse dolorem meum. ¶ Scindere sententiam, est mutare. *Cic. Att. l. 13.* Non licet scindere sententiam suam. ¶ Scindi in contraria studia, est dividi, & in diversas sententias veluti partes quasdam ire. *Virg. 2. Æneid. vers. 39.* Scinditur incertum studia in contraria vulgus. ¶ Scindere verba fletu, *interrompere*. *Ovid. 3. ex Pont. ep. 1. v. 157.* ¶ Apud *auctor Priap. carm. 54.* usurpatur hoc verbum obsceno sensu, ea fellicet ratione, qua *divido*.

Scindula, V. *Scandulæ*.

Scinifes, is, f. *cimice*, genus insecti corporibus hominum valde molesti. *Alcim. Avit. l. 5. v. 164.* Illic quas sciniles vocitant. ¶ Scribitur & *cinyphes*.

Scinis, *vel* Sinis, is, m. latro Corinthius crudelissimus, qui inflexis arbotibus homines alligabat, ut illis discedentibus discerperentur. *Propert. l. 3. eleg. 20. Ovid. 7. Metam. v. 442.*

Scintilla, æ, *scintilla*, שביב, Ger. *funkelgneist*, Gal. *étincelle*, His. *centella*, *σπινθήρ*, particula ignis, quæ e silice, cum cæditur, exilire solet. Sic dicitur quasi spintilla, a *σπινθήρ*, quod idem significat. *Bemannus* censet esse a *scindo*, quasi scindilla, quia flamma videtur quasi scindi, dum scintilla excutitur. *Virg. 1. Æn. v. 174.* At primum silicis scintillam excudit Achates. ¶ Translate sumitur pro minima particula cujuscunque rei. *Cic. 4. Acad. c. 19.* Isti autem, quos tu probas, tantis offusis tenebris, ne scintillam quidem ullam nobis ad aspiciendum reliquerunt. *Idem* particulam lucis. *Id. lib. 10. Fam. ep. 14.* Ut nequa scintilla terrimi belli relinquatur.

Scintillatio, onis, f. *scintillamento*, ברק, *σπινθηρισμός*, actus scintillandi. *Plin. l. 20. c. 9.* Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini, scintillationibusque. h. e. crebræ motationi contra naturam.

Scintillo, æ, n. 1. *scintillare, risplendere*, ברק, Ger. *funcken, glantz*, Gal. *étinceller*, Hisp. *centellar*, *σπινθηρίζω*, scintillas emitto. *Plin. l. 20. c. 1.* Si admotum, prius quam extinguat, scintillare fursum, ac deorsum cogat. ¶ Translate sumitur pro quocunque modo micare, splendere. *Plaut. Men. 5. 2. 77.* Ut oculi scintillant, vide. *Virg. 1. Georg. vers. 392.* Testa cum ardente viderent Scintillare oleum.

Scintillula, æ, f. *scintilletta*, *σπινθήριον*, parva scintilla. Translate *Cic. 5. Fin. c. 15.* Non sine causa eas, quas dixi, in pueris virtutum quasi scintillulas videmus, e quibus accendi Philosophi ratio debet.

Scio, is, scivi, scitum, a. 4. *sapere*, ידע, Germ. *wissen*, Gall *savoir*, His. *saber*, *οἶδα, ἐπίσταμαι, γνωμι, γινώσκω*, cognosco, novi, intelligo, non ignoro. Usurpatur cum accus. *Plaut. Pœn. prol. v. 112.* Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire. *Cic. 1. 4. Fam.* Sed hoc sciebam: illud si scissem, ad id meas literas accommodassem. *Id. 5. Ver.* Id adeo sciri facillime potest ex literis publicis. ¶ Vel etiam cum ablat. personæ, & præpos. *a*, vel *ab, e, ex, de*. *Cic. l. 9. Fam. ep. 17.* Ex quo vel ex sobrio, vel certe ex ebrio scire posses. ¶ Vel cum ablat. rei sine præpos. *Terent. Eun. 1. 2. 53.* Is ubi hanc forma videt honesta virginem, & fidibus scire. ¶ Vel cum præpos. *de Cic. 1. de Orat. c. 13.* Jam vero de legibus instituendis, de bello, depace. dicant Lycurgum scisse melius, quam Hyperidem. ¶ Vel cum quibusdam adverbiis. *Cic. in Brut. c. 37.* Non enim tam præclarum est scire latine, turpe nescire. *Id. 2. Fin. c. 5.* Cum grace, ut videor, luculenter sciam. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. 6. Ver.* Apud Segestanos repertum esse, Judices, scitote neminem &c. ¶ Vel cum aliquo membro orationis. *Cic. pro Mur. c. 9.* Ille tenet, & scit, ut hostium copiæ, ut ur aquæ pluviæ arceantur. *Cæs. Cic. l. 15. Fam. ep. 19.* Velim scire, utrum ista follicito animo, an soluto legas. ¶ Dicimus eleganter certum scire, pro certo scire, certe scire, pro certo scire. *Cic. ad Brut.* Cum certum sciero, scribam ad te. *Id. l. 2. Fam.* Nec vero quicquam video, quod non te videre certo sciam. *Id. 13. Phil.* Nam Martiam, & Quartam nihil præter dignitatem, & decus probaturas esse certe scio. *Liv. l. 25.* Sed quid rei esset, neminem satis pro certo scire. ¶ *Seisse pro scivisse*. *Liv. l. 43. c. 5.* ¶ Olim in futuro infectebatur in *ibo*, ut cætera verba quartæ conjugationis. *Teren. Phor. 5. 1.* Nemo ex me scibit. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Plaut. cap. 4. 2. 5.* Quod cum scibitur, per urbem irridebor. ¶ Dicitur etiam, præsertim a Comicis, *scibam, as, as*, pro *sciebam*. *Plaut. Asin. 2. 2. 34. Pseud. 1. 8. 85. Amph. prol. v. 22.* & alibi sæpe.

Sciographia, V. *Sciagraphia*.

Sciolus, i, masc. *saputello*, qui aliquantum scit, vel qui scire se prædicat quæ revera ignorat. *Arnob. l. 2. pag. 85.* A sciolis nonnullis, & plurimum sibi arrogantibus. ¶ Accipitur aliquando in bonam partem pro sciente, ac perito, ut sciolus nandi, apud *Veget. l. 3. Strateg. c. 13.*

* Sciopŏdes, *σκιόποδες*, hominum genus, singula crura habentium, & umbra se protegentium. *Aug. de C. D. 16. 8. Tertull. Apolog. c. 8. Plin. 7. 2.* al. *sciapodes*.

Sciothericum, V. *Sciathericum*.

Scipiădæ, arum, m. iidem ac Scipiones. *Virg. l. 2. Georgic. v. 180.* Scipiadas duros bello. ¶ Adjective *Propert. l. 3. eleg. 9. v. 59.* Nunc ubi Scipiadæ classes? ubi signa Camilli? ¶ In sing. num. *Lucret. l. 3. v. 1048.* Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror.

Scipio, onis, m. מטה, משען, *σκῆπων, σκηπτήριον, σκῆπτρον*, baculus, qualis est ille, cui senes innitentes gradum sistunt. *Liv. l. 5. c. 41.* Scipione eburneo in capulum incusso iram movisse. ¶ Scipio eburneus olim proprium Consulum gestamen fuit, ut notat *Casaub.* ad illud *Vopisci in Aurelian. c. 14.* Nam te consulem hodie designo, scripturus ad Senatum, ut tibi deputet Scipionem. ¶ Scipio in vineis, est id, quo ipsa uva velati baculo sustinetur. *Col. l. 12. c. 39.* Ubi satis erunt corrugata acina, demito, & sine scipionibus in solium conjecito, pedibusque bene calcato. Sunt qui legunt *scopionibus*, ut sit a *scopus* quod hanc quoque habet significationem.

Scipionarius, a, um, adject. a scipionibus. *Var. l. 8. de L. L. c. 42.* A Scipione quidam male dicunt Scipionios, nam contra est Scipionarios.

Scipiones, um, m. 3. familia gentis Corneliæ. Originem habuit a P. Cornelio, qui quod patrem cæcum instar baculi regeret, Scipio cognominatus est, *Macrob. l. 1. Saturn. c. 6.*

Scirrhoma, *vel* Scirrhoma, atis, n. *σκιῤῥωμα, scirro*, morbus est hepatis indurrescentis. *Plin. l. 25. c. 8.* Bupthalmos cum cera scirromata discutit.

Sciron, onis, masc. latro Megarensis a Theseo interfectus, cujus ossa cum in mare apud Megaram in Attica, haud procul a Piræo, cecidissent, in scopulo conversa dicuntur. *Ovid. 7. Met. v. 445.* Scopulis nomen Scironis inhæret.

Scironis, idis, adject. f. a Scirone, ut Scironides petræ, *Sen. Hippol. v. 1020.*

Scironius, a, um, adject. a Scirone, ut Scironia saxa, *Sen. Hippol. vers. 1220.* Scironia rupes, *Claudian. de B. Get. v. 188.*

* Sciros, Scirrhos, V. Scirrhus.

Scirpea, *vel* Sirpea, e, f. *φορμὸς*, cratis e scirpis contexta, qualis est qui plaustro imponitur, ut commodius stercora in agros vehantur. *Ovid. l. 6. Fast. v. 680.* in plaustro scirpea lata fuit. Adde *Var. l. 4. de L. L.*

Scirpeus, *vel* Sirpeus, a, um, adjectiv. *σπαρτινός*, e scirpo confectus, ut scirpea imago, apud *Ovid. 5. Fast. vers. 659.* qua de re V. in *Argei*. Sic scirpea ratis. *Plaut. Aulul. 4. 1. 9.*

Scirpicŭla, *vel* Sirpicula, æ, f. *canestre fatto di giunchi*, *σκίμπους*, genus canistri, vel cophini vimine contexti, a *scirpo*, vincio, necto, vel a *scirpus*. *Plaut. Capt. 4. 2. 36.* Ego eis ora verberabo scirpiculis pellacariis. *Nasse. Propert. l. 4. eleg. 2.* Sirpiculis medio pulvere ferre rosam. ¶ Est etiam genus falcis putatoriæ. *Var. l. 4. de L. L. & l. 1. R. R. c. 22.*

Scirpiculum, *vel* Sirpiculum, i, n. idem ac scirpicula, hoc est canistrum. *Col. l. 10. v. 304.* Cano jam vimine textum Scirpiculum ferrugineis onerare hycinthis.

Scirpiculus, i, m. parvus scirpus, seu juncus, vel funiculus e scirpo. *Var. lib. 2. R. R. cap. 2.*

Scirpĭus, a, um, adject. idem ac scirpeus. *Næv.* apud *Fest.* Jam te occidant clava scirpia.

Scirpo, V. *Sirpo*.

Scirpula, æ, f. genus vitis apud *Plin. l. 14. c. 3. & Col. l. 3. c. 2.*

Scirpus, *vel* Sirpus, i, m. אגמון, גומא, *σπαρτη, σχοῖνος*, juncus. *Fest.* Scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur lævæ, & proceram. Unde tegetes sunt. *Plin. l. 1. c. 37.* Nec in fruticum, inquit, nec in veprium, cauliumve, neque in herbarum, aut alio ullo quam suo genere, numerennr jure scirpi fragiles palustresque, ad tegulum, tegetesque, e quibus, detracto cortice, candelæ luminibus & funeribus serviunt. Firmior quibusdam in locis earum rigor. Namque iis velificant non in Pado tantum Nautici, verum & in mari piscator Africus, præpostero more vela intra malos suspendens. Et mapalia sua Mauri tegunt, proximeque æstimanti hoc videantur esse, quo inferiore Nili pante papyri funt usu. ¶ Scirpus enodis est. Hinc factum est proverbium, *Nodum in scirpo quæris*, de his, qui in rebus claris, atque apertis difficultatem faciunt. *Enn.* apud *Festum*: Quærunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum. Adde *Plaut. Men. 2. 1. 22.* ¶ Translate scirpus ponitur pro re obscura, quæstione captiosa, aut ænigmate, ex eo ducta metaphora, quod scirpis nimur etiam ad aliquid colligandum, & implicandum, vel a stipiculis piscariis, in quas pisces ubi intravere, exitum invenire non possunt: nisi malis etiam derivare a *scirpo, as, necto*, vincio; qua ratione plerique *scirpus*, scribere malunt. *Gel. l. 12. c. 6.* Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus, quidam e nostris veteribus scirpos appellaverunt. Est qui legit *scrupos*: quod eruditis minus placet. ¶ Legitur & *Scyrpus*.

* Scirrhoma, V. Scirroma.

Scirrhus, *vel* Scirus, i, m. *scirro*, *σκίῤῥος*, tumor in aliqua parte corporis induratus. *Plin. l. 7. c. 25.*

Scisciratio, onis, actus scisciandi. *Petron. in Satyr. c. 24.* Diligentissima scisciratione quærere.

Scisciator, oris, qui scisciatur. *Martial. l. 3. ep. 82.* delicatæ scisciator urinæ. *Prudent. in hymn. jejunant. v. 193.* Explorat arte scisciator callidus.

Scisciatus, a, um, nom. partic. passivæ significationis, quæsitus, inquisitus, *Ammian. l. 25. c. 8.* Omnium sententiis occultius scisciratis.

Sciscito, as, a. 1. idem ac scisciror. *Plaut. Merc. 2. 3. 52.* Paucula etiam scisciture prius volo.

Sciscitor, aris, d. 1. *interrogare, domandar per sapere, cercare d'intendere*, שאל, דרש, Ger. *nachfragen, erforschen*, Gal. *s'enquerir, interroger*, Hisp. *preguntar, sçrutar*, interrogo, inquiro. Proprie de iis dicitur, qui aliquid scire laborant. *Cic. in Orat.* Non te id scisciturt, qualem ego in inveniendo, & in collocando summum esse Oratorem vellem. *Id. 1. de nat. Deor. c. 7.* Epicuri ex Vellejo scisciscitabar sententiam. *Id. 1. Div. c. 34.* Cum oraculum ab Jove Dodonæo perivissent, convictoria scisciscitantes.

Scisco, is, ivi, itum, a. 3. *sapere*, ידע, *οἶδα*, scio, intelligo, operam do ut sciam. *Plaut. Amph. 5. 1. 17.* Ocyus accurro, ut scisciam, quid velit. ¶ Interdum abit a prima notione, & significat statuere, decernere, sancire, *decretare*. *Plaut. Curc. 4. 2. 23.* Rogationes plurimas propter vos populus scivit, quas vos rogatas rumpitis. *Cic. 3. Off. c. 11.* Qui sciverunt, ut Ageneis, qui classe valebant, pollices præciderentur. *Id. pro Planc. c. 14.* Plancus primus legem scivit de Publicanis. *Id. pro Flac. c. 7.* Quæ scisceret plebs, aut quæ populus juberet fummota concione, distributis partibus, &c. *Id. 2. de Leg. c. 5.* Quid, quod multa pernicioſe, multa pestifere sciscuntur in populis? *Arnob. l. 2.* Antiquis opinionibus scitum est. ¶ Sciscere suffragia, est ferre. *Cic. 3. de Leg. c. 3.* ubi tamen alii aliter leg. ¶ Sciscere rogationem, aut legem, eodem sensu. *Id. ib. c. 15.*

Scissilis, & le, o. 3. *τμητὸς, σχιστός*, quod scindi potest, vel quod scissum est. *Cels. l. 6. c. 11.* Inspergique ulcera debent alumine scissili. *Apul. l. 1. Metam.* Scissili palliastro semiamictus.

Scissim, adv. a scindo. *Prudent. tetrast. 9.* Ecce Dei famulis scissim freta rubra dehiscunt.

Scissĭo, onis, f. 3. *σχίσις*, actus scindendi, scissura. *Macrob. l. 1. in somn. Scip. c. 6.* Ille ratione scissionis, hic numero.

Scissor, oris, qui scindit obsonia, *trinciante*. *Petron. in Satyr. c. 36.* Processit statim scissor, & ad symphoniam gesticulatus laceravit obsossum.

Scissūra, æ, *fissura*, פרץ, פירים, *σχίσις, σχισμὰ*, scissio, rima, hiatus. *Plin. l. 11. c. 28.* Pennæ insectis omnibus sine scissura. *Id. lib. 5. cap. 9.* Ad scissuram autem Nili, quod appellavimus Delta, 15. M. P.

Scissus, us, m. idem ac scissio, vel scissura. *Var.* Scissu materiæ fatigatus quiescebat lecsulo. Ita apud Lexicographos.

Scissus, a, um, *lacerato, diviso*, *σχιδὴς*. *Liv. l. 3.* Scissa veste, tergum laceratum virgis ostendit. *Ovid. ep. 11.* Cum superincumbens, scissa tunicaque, comaque Pressa refovisti pectora nostra tuis.

Scitamenta, orum, n. *leccume, saporetto*, ψώμματα, *ἡδύσματα*, scita edulia, a *scitus* pro pulchro, quod sint saporis egregii, & præcellentis. *Macrob. lib. ult. Saturn. c. 14.* Apud popinatores pleraque scitamentorum cernimus, proposita amplioris specie, quam corpore. *Plaut. Men. 1. 3. 26.* Aliquid scitamentorum de foro obsonarier. Al. aliter leg. ¶ Translate scitamenta dicuntur ornamenta rationis. *Gel. l. 18. c. 8.* Crætera hujusmodi scitamenta, idest scite, & argutule, ut ipsis videntur, excogitata orationis ornamenta.

Scitatio, onis, f. scisciratio, interrogatio. *Ammian. l. 18. c. 9.* Indefessa scitatione, percontans.

Scitator, oris, m. qui interrogat, & scisciratur. *Ammian. l. 22. c. 8.* Scientissimi scitatores. Alii leg. *scrutatores*.

Scite, adv. *saputamente, dottamente, leggiadramente*, Ger. *wuessiglich, geschicklich*, Gall. *fort bien, gentiment*, Hisp. *sçe.entemente, ἐπιστημόνως, ἐμμελῶς*, docte, pulchre, bene, venuste, artificiose. *Cic. ad Brut. l. 11. Fam. ep. 16.* Satis scite, & commode tempus ad te cepit adeundi. *Id. 4. Ver. c. 35.* Ut etiam nos, qui rudes harum rerum fumus, intelligere possumus scite facta, & venuste. *Gel. l. 1. c. 18.* Varro scripsit de ratione vocabulorum scitissime. *Id. l. 4. c. 11.* Diligentius, scitiusque arbitrari. Al. leg. *anquisitius*.

Scito, as, a. 1. frequent. a scio. *Ammian. l. 30. c. 5.* Genuino percontando sermone, quod non scitabat. Al. leg. *quod nosscitabat*.

Scitor, aris, d. 1. idem ac scisciror, a supino *scitum* verbi *scio. Virg. 2. Æn. v. 114.* Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi Mittimus. *Ovid. 10. Metam. v. 357.* Scitator ab ipsa Nominibus dictis, cujus velit esse martir. *Horat. l. 1. ep.

Scombrus, *vel* Scomber, bri, m. *scombro*, σκόμβρος, genus piscis marini. *Plin. l. 9. c. 15.* Et primi omnium scombri, quibus est in aquis sulphureus color, extra qui cæteris. ¶ Ex scombris, maxime qui in Hispano mari apud novam Carthaginem capiebantur, præstantissimum garum fiebat, teste *eod. l. 31. c. 8.*

Scomma, atis, n. *motto*, שְׂחוֹק, σκώμμα, cavillum. A *Macrobio l. 7. Saturn. c. 3.* definitur morsus figuratus, qui sæpe fraude, vel urbanitate regitur, ut aliud sonet, aliud intelligatur, nec tamen semper ad amaritudinem pergit. Est a σκώπτω, *cavillor*. Ejusmodi est illud *Ciceronis* in Caninium unius diei Consulem: *Olim Flaminea, nunc Consules Dicles*. Vide totum caput *Macrobii*.

Scopæ, arum, f. i. num. pl. *scopa*, שְׂיחַ, Ger. *ein besen*, Gal. *un balay*, Hisp. *escoba*, σκῦφος, κόρμαξ, instrumentum, quo pavimenta verruntur. *Plaut. Stich. 2. 3. 23.* Ferte huc scopas, simulque arundinem. ¶ *Scopas dissolvere*, est rem prorsus inutilem facere. *Cic. in Orat. c. 73.* Ibi cum dissolvunt orationem, in qua nec verbum ullum est, nisi abjectum, non clypeum, sed, ut in proverbio est, scopas mihi videntur dissolvere. ¶ Hinc *Scopæ solutæ*, proverbiali Metaphora, di cujus hominis nihili, nullíusque prorsus consilii. *Cic. Asp. l. 7. epist. 13. ad fin.* Cæsarem vidi Minturnis ad 8. Cal. Febr. mane, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas. ¶ Scopæ quoque dicuntur virgæ, & putamina virgultorum, vel herbarum, & fruticum, ut *Scopæ manuales*, quas Medici vocant manipulos, quos una manu possumus apprehendere. *Plin. l. 24. c. 15.* Incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis ejus in tribus heminis aquæ decoctis usque ad tertias. *Id. lib. 22. c. 18.* Succus chamæleonis in vino austero cum origani scopis. ¶ Scopa regia, vel scopæ regiæ, herba est similis Achilleo, sed latioribus foliis. *Ruellius* putat eam esse, quam vulgus herbam carpentariorum vocat, quod materiarii fabri hac sæpe utantur ad conglutinanda vulnera. *Plin. l. 21. c. 6.* Non levior ei, quam scopam regiam appellant, &c. *Id. l. 21. c. 5.* Nostri eam, quæ est latifolimo folio scopas regias vocant.

Scoparius, ii, *scopatore*, מְטַאטֵא, Ger. *hausskneecht, auffwysscher*, Gal. *balieur des maisons*, Hisp. *barredores*, σκῦφος, servus, cujus ministerium est, ut deverrat pavimenta fordentia. *Ulp. l. instrumento fundi, ff. de fundo instructo*: Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, etiam atrientes, & scoparii.

Scopas, æ, m. statuarius insignis, qui floruit Olympiade LXXXVII. Polycleto coævus. *Plin. l. 34. c. 8.*

Scopes, um, f. σκῶπες, aves quædam ab Homero memoratæ, variis gesticulationibus aucupum artem imitantes. *Plin. l. 10. c. 49.*

Scopio, onis, m. pes uvæ. V. *Scipio*.

Scopium, ii, n. idem ac scopus, hoc est pediculus, ex quo acini uvæ pendent. *Cato R. R. c. 112.* Tunc acina de uvis miscellis decerpito de scopio.

Scopiula operta, æ, f. genus piscis. *Plin. l. 32. c. ult.*

Scopiula, æ, f. *picciola scopa*. *Col. l. 12. c. 36.* Scopulæ aridæ myrti.

Scopulosus, a, um, *pieno di scogli, scoglioso*, σκοπελώδης, scopulis plenus. *Plin. l. 9. c. 18.* Dejectumque per scopulosa, & abrupta, ubi primum mollis planities contingat, in quodam lacu hospitari. ¶ Translate sumitur pro difficili. *Cic. 3. de Or. c. 19.* Oratores autem in inferum hoc Thucydim, & barbarum, scopulosum, atque infestum haberentur, in quo etiam ipse Ulysses erraret. *Id. in Div. Verr. c. 11.* intelligo, quam scopulosa, difficilique loco veniet.

Scopulus, i, m. parvus scopus, *Suet. in Domit. c. 19.* Nonnunquam in pueri procul stantis, prædenzique pro scopulo digitorum dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocuæ pervenirent.

Scopulus, i, m. *scoglio*, סֶלַע, שֵׁן, Ger. *schroffen, od. felss*, Gal. *rocher*, His. *peña*, σκόπελος, saxum eminens, a Græco nomine allato. *Virg. 1. Æn.* Geminique minatur In cœlum scopuli. *Cæs. l. 3. B. G.* Et eadem de causa minus commode scopulis continebantur. ¶ Sæpe translate sumitur. *Cic. pro Rab. perduel. c. 9.* Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisse, ad quos Sex. Titii affrictam navem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. *Ovid. 7. Met. v. 33.* scopulos in corde gestare. *h. e.* immitem, & durum esse. *Lucres. lib. 2. in fin.* Æras ad scopulum it. *h. e.* ad interitum.

Scopus, i, m. *scopo, bersaglio, segno*, מַטָּרָה, קֶשֶׁת, Ger. *ziel, zweeck*, Gal. *beut, à quoi on vise*, His. *mirada, fenal*, σκοπός, id, ad quod sagittas dirigimus. Hinc *Veget. l. 2. de re milit.* natare, soliros fuisse milites sagittarios pro scopo ponere manipulum staminis, vel fruticum, qui cum & scopa vocetur, inde & scopum a scopa dictum censet. ¶ Translate usurpatur pro fine illo, quo mentem & propositum nostrum dirigimus. *Cic. Att. l. 8. ep. 11.* Neutri σκοπὸς est ille, ut beati simus; uterque regnare vult. *Id. lib. l. 15. ep. 28.* σκοπὸς huic nostro, nihil præbere. In quibus locis animadvertendum est Græcis literis scribi. ¶ Est præterea scopus pediculus uvæ, ex quo acini dependent. *Var. l. 1. R. R. c. 54.* Quæ calcatæ uvæ erunt, earum scopi cum folliculis subjiciendi sub prælum.

Scordalia, æ, f. fœda contentio, rixa. *Petron. in fragm. Tragur. c. 59. Burm.* Agite scordalias de medio.

Scordalus, li, m. *ferote, insolente*, fetox, impatiens, & in ultionem facile erumpens. Est autem, ut notat *Lipsius*, plebeja vox, & inter vulgi convicia. *Senec. epist. 83.* Tullius Cimber & nimius erat in vino, & scordalus. In hanc rem jocatus est ipse: Ego, inquit, quemquam feram, qui vinum ferre non possum? *Id. Suas or. ult.* Erat etiam, ubi pietas non exigeret, scordalus. Adde *Petron. in Satyr. c. 95.*

Scordfilon, i, n. herba eadem quæ Scordion. *Apul. de herb. c. 70.*

Scordisci, m. 2. *Rasciani*, al. *Bosneli*, vel *Bosnachi*, pop. Pannoniæ inf. Aravisci finitimi ad Austr. qui habitant in fronte Claudii M. quo a Taurisci separantur. *Flor. l. 3. c. 4.*

Scordsum, ii, n. *scordeo, σκόρδιον*, herba magnitudine cubitali, caule quadrangulo, ramosa, foliis lanuginosis, gustu amaro, odore allii, alio nomine scordotis. *Plin. l. 25. c. 6.*

Scordotis, tis, f. herba eadem quæ scordium. *Plin. l. 25. c. 6.*

Scoria, æ, f. i. *scoria*, סִיג, Ger. *schlacken allerley schaum*, Gal. *écume de metail*, His. *hez*, σκωρία, recrementum, rectimentum, fæx, spureitia, fordes, quæ ex metallo inter coquendum veluti spuma quædam expurgantur. *Plin. l. 33. c. 4.* Quæ e catino jactatur, spureitia in omni metallo scoria vocatur. *Plin. l. 34. c. 11.* Et scoria æris simili modo lavatur. ¶ Translate ponitur pro cura, & passione, præterea quod qui in luctu constituti sunt, omni prorsus cultu neglecto, sordidati conspiciantur. *Virg. in Ciri, v. 249.* Sordibus, & scoria patiar tabescere tali. Ubi primam corripere videtur, cum apud Græcos longa sit: vel dissyllabam facere per Synizesim, sive Synæresim.

Scorpæna, æ, f. genus piscis. *Plin. l. 32. c. ult.*

Scorpiacum, i, n. potio, seu pharmacum contra scorpionum ictus. *Tertul. adv. Gnost. c. 1.* Adversus bestiolas scorpiacum temperare.

Scorpinaca, æ f. herba eadem quæ proserpinaca. *Apul. de herb. c. 18.*

Scorpio, onis, *vel* Scorpius, ii, m. *scorpione*, עַקְרָב, Ger. *scorpion*, Gall. *scorpion*, Hisp. *alacran escorpion*, σκόρπιος, animal venenosum cauda feriens. Est a voce Græca allata. *Plin. l. 11. c. 25.* Similiter his scorpiones terrestres vermiculos ovorum specie pariunt, similiterque pereunt. ¶ Est & scorpio piscis, ita dictus, quia instar terrestris scorpii pungat, venenumque affundat. *Plin. l. 32. c. 11.* Sic & scorpio lædit, dum manu tollitur. Adde *l. eod. c. 5.* ¶ Item scorpio est genus machinæ bellicæ apud *Hirtium de bello Afr. Senec. Q. Nat. l. 2. c. 16.* & *Vitruv. l. 1. cap. 5.* Erant vero vel majores, vel minores, quæ ab Ammiano diminutive scorpia dicuntur. Ita vero vocabantur, vel a forma, qua scorpium referebant, cum arcus hinc, atque hinc chelarum similitudine præ se ferrent spiculum caudæ; vel ab effectu, quod, uti scorpius caudæ ictu, ita machina hæc spiculis parvis mortem afferret. *Vett. Scriptaci adversus Gnostica c. 1.* Unde & bellicam machinam tetractu tela vegetantem de scorpio nominant. Id spiculum, & fistula est parula tenuitate, id vulnus, & virus, qua figit, effundit. *Vegetius*: Scorpiones dicebant, quas nunc manubalistas: ideo sic vocari, quod parvis, subtilibusque spiculis mortem inferant. Vide de his *Lipsium l. 3. Poliorcet. dial. 4. Cæs. l. 7. B. G.* Scorpione ab latere dextro trajectus concidit. ¶ Scorpiones quoque (quemadmodum ex Scriptoribus den manstrandis agris discere est) dicuntur acerri, qui fiunt jactis lapidibus, ut termini loco sint. Docet *Scaliger commens. in*

Æmam: Nomen esse ex eo, quod in metam desinant. Nam Græcis σκορπίος dicitur, quicquid in metam, aut conum fastigiatum est, ad modum caudæ scorpionis. *Sicul. Flacc. de condit. agror. pag. 4. edit. Goesii*. ¶ Herba præterea, quam dixere uvam marinam, hinc scorpii nomen invenit, quia semen habet fastigatum in metam, vel conum instar caudæ scorpionis. *Pl. l. 22. c. 15.* Ex argumento nomen accepit scorpius herba. Semen habet ad similitudinem caudæ scorpionis, folia pauca. Valet & adversus animal nominis sui, &c. Est & alia ejusdem nominis, effectusque, sine foliis, asparagi caule, in cacuminecaduleum habens, & inde nomen. Hæc *Plin.* ¶ Etiam purex quidam scorpio appellatur. *Plin. l. 13. c. 21.* Tragion & Alia fert, sive scorpionem, veprem sine foliis, racemis rubentibus, ad medicinæ usum. ¶ Denique Scorpio, & Scorpius est signum cæleste, constans ex una, & viginti stellis. Cum Orion gloriatetur, nullum a terra animal gigni posse, quod ipse interficere nequiret, ferrur terra ira scorpionem confectum emisisse, a quo Orion interiit. Jupiter mortalibus monumentum relinquendum censuit, quam vehementer sæpe obsit nimium sibi confidere, Scorpionemque inter astra, & signa Zodiaci collocavit. Aliam fabulam V. in *chius, a, um. Hor. l. 2. od. 17.* Seu Libra, seu me scorpius aspicit. V. *Libra*.

Scorpiochonon, i, n. herba heliotropium, ita dicta, quod contra scorpiones magnam vim habet. *Apul. de herb. c. 49.*

Scorpion, onis, f. genus herbæ. *Plin. l. 25. c. 10.* Thelyphonon herba ab aliis scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cujus tactu moriuntur scorpiones.

Scorpionius, a, um, adject. ad scorpionem pertinens. Hinc cucumis quoddam genus scorpionium dicitur, quia simile est scorpionis animalis, & contra ejus ictus efficacissimum est. *Plin. l. 20. c. 1.*

Scopitis, æ, f. gemma scorpionis colore, aut effigie, inquit *Plin. l. 37. c. 11.*

Scorpiurus, i. m. σκορπίουρος, heliotropium majus. *Apul. de herb. c. 49. Plin. l. 22. c. 21.*

Scorpius, * & Scorpium dim. V. *Scorpio*.

Scortator, oris, m. *puttaniere*, זוֹנֶה, Germ. *hurer*, Gall. *paillard*, Hisp. *putanero*, πόρνος, meretricum sectator. *Cic. 2. Catil. c. 11.* Cum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem Prætoriam.

Scortatus, us, m. consuetudo cum meretricibus. *Apul. l. 5. Milef. sub fin.*

Scortea. *V. Scorteus*.

Scortes, ium, f. σκύτη, pelles testium arietinorum. *Fest.*

Scorteum, i, pharetra, a *scorteus*, ideſt pelliceus. *Fest.* Scorteum, ab eadem causa, qua scortum, vocabatur pelliceum, in quo sagittæ reconduntur, ab eo, quod ex pellibus factum est, quia pellibus nomen a σκύτος, quod pellis. Unde scuticæ, & scuta, quia non sine pellibus sunt. *Salmasius* ex codice *Mercerii v. 150.* sic legebat: Scrautum ab eadem causa, qua scrotum, vocabatur pelliceum, in quo sagittæ reconduntur.

Scortëus, a, um, *di pelle*, σκύτινος, pelliceus, coriaceus, factus ex pelle, & ex corio. *Fest.* Omnia ex pellibus facta scortea appellantur. *Cæsl. 8. c. 12.* Scorteum pulvinum subjicere. *Petron. in Satyr.* Scorteum fascinum. ¶ Absolute *Martial. l. 14. ep. 130.* Ingrediare viam eælo licet usque sereno, Ad subitas nunquam scortea desit aquas. h. e. penula scortea. Sic *Senec. l. 4. q. nat. c. 6.* Quid expectas, ut homines ad penulas discurrerent, aut ad scortea? supple *vestimenta*.

Scortillum, i, *strepitium*, dim. a *scortum*. *Catul. carm. 10. ad Var. v. 3.* Scortillum mihi cum repente visum est, Non sine illepidum, nec invenustum.

Scortor, aris, d. 1. *andare a meretrici*, זָנָה, Ger. *hurereyreiben*, Gal. *paillarder*, Hisp. *putanear*, πορνεύω, meretricor. *Ter. Heaut. 1. 2. 32.* Scortari crebro nolunt, crebro convivarier.

Scortum, i, *pelle, cuoio*, עוֹר, σκύτος, proprie corium est animalium, præsertim eorum, quæ crassiorem pellem habent, & duriorem. *Varr. l. 6. L. L. c. 5.* ¶ Quo utimur etiam pro meretrice, *puttana*, זוֹנָה, Ger. *hur*, Gal. *putain*. Hisp. *puta*. Causas hujus appellationis varias afferunt Etymol. *Fest. Varr. Vass.* & alii, sed nullam satis idoneam. *Cic. 2. Catil. c. 5.* In vino, & alea comisationes, & scorta quærere. *Idem de Arusp. Respond.* Quis unquam nepos tam libere est cum scortis, quam hic cum sororibus volutatus? ¶ *Scortum devium*, est non prostitutum in propatulo omnium libidini, sed honestius, minusque vulgare. *Hor. l. 2. od. 11.* Quis devium scortum elicier domo Lyden? ¶ *Scortum pressum quæsilo*, est scortillum egenum, & lanificio miseram trahens vitam. Quæ enim ad extremam redacta erant paupertatem merctrices, & mulieres, lanam demum faciebant, & illa se Minervæ exhibebant. *Tib. l. 4. el. 10.* Pressumque quasilo Scortum. ¶ Dicitur aliquando & de maribus præpositeræ virorum libidini obsequentibus. *Cic. pro Sext. de Clodio, c. 17.* Nec mihi res erat cum Saturnino, sed cum scurrarum loquplerum scorto, cum sororis adultero, &c.

Scoti, orum, m. *Scozzesi*, Scotiæ populi. *Claudian. de B. Got. v. 417.* Extremis legio prætenta Britannis, Quæ Scoto dat fræna truci.

Scotia, æ, f. *Scozia*, pars majoris Britanniæ, quæ in Septentrionem incurrit.

Scotia, æ, f. Σκοτία, græce umbram, seu tenebras significat. A *Vitruv. l. 3. c. 3.* Scotia dicitur pars cava in stylobara, quæ ideo quia cava est, umbrosa apparet. *Id. lib. 4. c. 3.* scotiam vocat cavitatem in fundo coronæ Doricæ, quæ a mento ipso coronæ propendens, quadam regula, seu margine separatur.

Scoticus, a, um, *Scozzese*, ad Scotiam, & Scotos pertinens. *Claudian. l. 2. de laudib. Stilich. v. 253.* Illius effectum curis, ne tela timerem Scotica.

Scotinos, Græca vox est, tenebrosum, obscurum significans: a σκότος, tenebræ. *Sen. ep. 12.* Heraclitus, cui cognomen Scotinon fecit orationis obscuritas.

Scotomo, as, *far girare il capo, cagionar vertigini*. *Theodor. Priscian. de Diæta, c. 12.* Salsum vinum caput scotomat.

* **Scrantiæ**, convitium in meretrices, & exprobratio vitii, aut deformitatis, a screando. *Varr. l. 6. L. L. c. 3.* Sed al. al. leg.

Scrapta, fem. nugatoria mulier, ac despicienda. *Fest. & Plaut.* apud *Non. c. 3. n. 765.*

Scrautum. V. *Scorteum*.

Screëator, oris, qui screat. *Plaut. Mil. l. 1. 52.* Screator fum itidem minime fuccidus.

Screätus, us, m. *raschiamento*, רִק, Germ. *das ruspeln*, Gal. *crachement*, His. *gargajeamiento*, ἀφέμψις, actus screandi, screatio. *Ter. Heaut. 2. 2. 130* Gemitus, screatus, tussis.

Screo, as, a. 1. *sputare con isforzo*, רָקַק, Germ. *speyen*, Gal. *cracher*, Hisp. *gargajear*, χρέμπτομαι, est cum conatu quodam de pectore sputum, seu catarrhum ejicere. Est verbum factum per Onomatopœiam, ut & Græcum χρέμπτομαι, a quo χρέμης, Comici senis nomen, quia senes multum screare solent. *Plin. l. 33. c. 1.* Eadem in jumento, homineque phlegma, aut sanguinem, qui screarur, talo circumligata sanat.

Scriba, æ, m. *scrivano, cancelliere*, סוֹפֵר, γραμματεὺς, γραμματιστὴς, tabellio, notarius, ideſt qui tabellas, vel aliud quidvis Civitatis, vel Principis, vel Magistratus nomine, seu mandato scribit. *Fest.* Scribas proprio nomine antiqui & librarios, & poetas vocabant. At nunc dicuntur scribæ quidem librarii, qui rationes publicas scribunt in tabulis. Itaque, cum Livius Andronicus bello Punico secundo scripsisset carmen, quod a virginibus est cantatum, quia prospere rus res publica populi Romani geri cœpta est, publice attributa est in Aventino ædes Minervæ, in qua liceret scribis, histrionibusque consistere, ac donz pone in honorem Livii, quia is & scribebat fabulas, & agebat. *Livil. l.* Scriba cum Rege sedens pari fere ornatu. ¶ Apud Romanos similiter Scribæ erant apparitores Magistratuum, qui rationes publicas in tabulis scribebant. *Cic. pro Dom. c. 28.* Scribæ, qui nobiscum in rationibus, monimentisque publicis versantur. *Id. in Pison. c. 25.* Rationes ita sunt perscriptæ scitæ, & literare, ut Scribæ ad ærarium, qui eas retulit, perscripris rationibus, secum ipse caput perficianos, communuratus sit. Ratio quidem hercle apparet, argentum o'xemi. ¶ Cum multi essent Scribæ in civitate, factum est, ut in Decurias sint distributi, Quæstoriorum, Ædilitiorum, Prætoriorum, prout a Quæstoribus, Ædilibus, Prætoribus essent lecti. *Suetonius in Claud. c. 1.* Subsiciendibus obviis scribarum decurjis, in Urbem devectum est. ¶ Scribæ etiam dicebantur librarii, qui ab aliis edita scribebant. *Cic. l. 6. Fam. ep. 20.* Si M. Tullius scriba meus adesset.

Scribatus, us, m. Scribæ dignitas, & officium. *l. 4. Cod. tit. 62. de appellat.*

Scriblita, æ, f. genus placentæ sine melle, quæ ferventissima apponi solebat, & edi. *Cato de R. R. c. 78.* & *Martial. l. 3. epigr. 27.*

Scriblitarius, ii, m. qui scriblitas facit. *Afran.* apud *Non. c. 2. n. 83.*

Scribo, is, psi, ptum, a. 3. *scrivere, o comporre*, כָּתַב, Ger. *schreiben*, Gal. *écrire*, Hisp. *escrivir*, γράφω, literas fingo, literis, vel scriptis aliquid mando, fa-

in tabulas refero. Usurpatur vel absolute. *Cic. 1. Acad.* In iis ipsis antiquitatum proœmiis philosophice scribere voluimus. ¶ Vel cum acc. *Cic. l. 1. Fam. ep. 9.* Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis. *Id. ad Q. Fr.* Scribas ad me, quicquid veniet in mentem, cum habebis, cui des. *Id. 5. Tuscul. c. 39.* Unde, quo, quamque lineam scriberent. ¶ Vel cum abl. & præp. *de Cic. l. 12. Fam. ep. 7.* Sed proxime scripsi de optimo genere dicendi. ¶ Vel cum dat. *Cic. l. 7. Fam. ep. 10.* Tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de rebus tuis. ¶ Vel cum acc. & præp. *ad. Cic. de Sen.* Nunc autem mihi visum est de senectute aliquid ad te scribere. ¶ Vel cum ablat. instrumenti. *Plaut. Pseud. 1. 5. 131.* Quasi in libro cum scribuntur literæ calamo. *Cic. 2. Catil.* Erat scriptum ipsius manu. ¶ Vel cum ablat. modi. *Cic. l. 9. Fam. ep. 16.* De quo etiam tu mihi antea scripseras, bis quidem eodem exemplo. *Id. ib.* Itaque rectis verbis ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici. ¶ Vel cum ablat. causæ. *Balb. Cic. l. 9. Fam.* Me ab singulari amore, benevolentiaque, quæcumque scribo, tibi scribere. ¶ Vel eleganter cum adverbio. *Cic. l. 7. Fam.* Hæc ad te scripsi verbosius. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Cic. 1. de Div.* Scriptum est item, cum Critonis sui familiaris oculum obligatum vidisset, quæsivisse, quid esset. ¶ Scribere noris, est celeriter excipere, & dictionibus decurtatis aliquid scribere, quemadmodum olim faciebant notarii, quibus etiam nomen a notis hujusmodi remansit. *Quintil. l. 11. c. 2.* Habeamus sane, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium, &c. ¶ Scribere leges, est leges condere, dicere, facere. *Cic. pro R. Am. c. 25.* Qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. ¶ Scribere hæredem, est statuere, facere. *Martial. l. 10. epigr. 97.* Hæredem scripsit me Numa, convaiuit. Eodem sensu, scribere aliquem testamento, dixit *Hirt. de bello Alexandr.* ¶ Scribere servo liberatem, est ei liberatem testamento relinquere. *Ulpian. l. si servus, ff. de acquirend. vel omitt. libert.* ¶ Scribere salutem alicui. Vide *Salus*. ¶ Scribere laudes, atque gratias alicui, *lodare, e ringraziare*. *Gel. l. 3. c. 8.* ¶ Scribere alicui dicam. V. *Dico*. ¶ Scribere nummos alicui dicitur debitor, qui non præsentes solvit, sed pro iis in certam diem solvendis creditori cavet chirographo, vel suo, vel argentarii cujuspiam nomine. *Plaut. Asin. 2. 4. 34.* Nunc sanguit: adducit domum ultro, & scribit nummos. *Hor. l. 2. sat. 3. v. 69.* Scribe decem a Nerio. *h. e.* cave Nerio per syngrapham, te decem ab eo accepisse, & certo tempore reseripturum, hoc est redditurum. Quidam leg. *scribe decem Nerio*, quod eandem habet sententiam. ¶ Scribere supplementum le jonibus, *far reclute*. *Cic. 3. Fam. ep. 3.* Sic scribere milites, *far leve*. *Plaut. Liv.* & *Cic.* ¶ Scribere formulam, est actionem intentare. *Quintil. l. 6. c. 4.* Colaphum tibi ducam, & formulam scribam, quod caput durum habeas. ¶ Translate *Terent. Andr. 1. 5. 49.* Scribere in animo, *imprimere nell' animo*. ¶ *Scribere in vento, & aqua*, proverb. tempus frustra terere. *Catul. carm. 69. de Lesbia*. ¶ Interdum ponitur pro pingere. *Plin. l. 35. c. 10.* Scripsit & Apollinem, & Dianam, Deumque Martem in leone sedentem. *Stat. 11. Theb. v. 514. de equo saucio fugiente*. Arvaque sanguineo scribit rutilantia gyro. *h. e.* sanguine signat. ¶ Scribere rectum, *Stat. l. 1. Silv. 3. v. 9.* est ædium formam delineare, *far il disegno d'una casa*. ¶ *Scripsti* pro scripsitti per syncopen, habet *Plaut. Asin. 4. 1. 87.*

Scribonius Largus Designatianus, medicus, floruit sub Tiberio, & Claudio Imperatoribus, scripsitque librum de compositione medicamentorum.

Scriniarius, ii, *scrinii* custos, qui etiam magister scrinii dicitur. Vetus Glossarium: Scriniarii sunt magistri scriniorum, vel memoriales scriniorum. Hinc scriniarius ab epistolis, & Scriniarius a libellis, leguntur in *Inscript. vet.* quas affert *Salmas. ad Lamprid. in Alexandro, c. 31.*

Scrinium, ii, *scrigno*, אַרוֹן, Germ. *einladen, od. kasstlein*, Gal. *coffre, ou cabinet*, Hisp. *caxa e baul*, πιβάτιον, arca, qua servantur nummi, & alia pretiosa. *Plin. l. 7. c. 29.* Inter spolia Darii Persarum Regis unguentorum scrinio capto. ¶ Scrinia itidem capsæ, five arculæ, in quibus libros, scripta, aliaque se creta reponerent. *Hor. l. 2. ep. 1. v. 112.* Et prius orru Sole vigil calamum, & chartas, & scrinia posco. *Id. l. 1. sat. 1. infin.* Ne me Crispini scrinia lippi Compilasse putes.

Scriptum, i, n. 2. רֶשֶׁם, γράμμα, σχοῖνος, parva mensura, vel pondus, vigesima quarta uncia pars. Argentarii hodie denarium vocant, ut testatur Auctor Th. *L. L.* & viginticuatuor grana continere ajunt. Factum est ex *scriptulum*, quod in veteribus codicibus nonnunquam invenitur. *Scripulum* autem est corruptum ex *scriptulum*, quod Charisii ævo obtinuit. *Scriptulum* factum est ex *scripsulum*: quod veteribus fuisse in usu, cum ex eodem Charisio patet, tum ex notis Tironis, ac Senecæ, pag. 149. Est vero *scriptulum a scribo*: Unde cognoscere est & Græcis similiter γράμμα dici, ἀπὸ τῦ γράφειν. Idem autem esse γράμμα, & scripulum, indicat hoc versu *Rhemnius Fannius Palæmon*. Gramma vocant, scriplum nostri dixere priores. Confirmant *Glossæ Philoxeni*, in quibus legere est *Scripulum*, Multi, ac Medici cum primis, pro scriptulo *scripulum* usurpant, atque id a *scrupo* dictum putant. Sane monet Gruterus in Notis Tironis, & Senecæ codicem unum habere *scrupulum*, alterum vero *scriptulum*. Elias quoque Vinetus in Annotationibus ad *Prisician. de ponder.* scribit, non uno Martialis loco, itemque in aliis Scriptoribus, antiquos codices habere & *scripula*, & *scrupula*: ac censet idem, ut pro *carnifex* dixere *carnufex*, ita e *scripulum* factum esse *scrupulum*. *Charis. Sesspater l. 1.* Scriptulum, quod nunc vulgo sine T dicunt. Varro in Plautorino dixit. Idem III. Annali: Nummum argenteum conflatum primum a Servio Tullio dicunt: is quatuor scripulis major fuit, quam nunc est. *Arnob. l. 6.* Ex tot auri ponderibus ne unum quidem habuit scripulum.

Scriptilis, le adject. qui scribi potest. *Ammian. l. 17. c. 8.* Effigiatus scriptilibus elementis. *Velius Longus de Orthogr.* Litera est initium scriptilis vocis.

Scriptio, onis, *scrittura*, מִכְתָּב, Ger. *schreibung*, ein *schrifft*, Gall. *écriture*, His. *escritura*, γράφη, actus scribendi, scriptum. *Cic. Acr. l. 10. ep. 17.* Lippitudo quæ impediat scriptionem meam. *Id. l. 9. Fam. ep. 12.* Ut rem tenuem, & inopem, nec scriptione magnopere dignam. *Id. 5. Tusc. in fin.* A quo non modo impulsi sumus ad Philosophicas scriptiones, verum etiam lacessiti. *Id. de clar. Or. c. 64.* Hoc genus scriptionis nondum est Latinis literis illustratum. ¶ Interdum sumitur pro exercitatione oratoria remota a foro, qualis est Parænesis Isocratis ad Demonicum, Declamationes, & fiqua sunt alia ejus generis. *Cic. in Or. c. 1.* Quoniam plura sunt orationum genera, eaque diversa; neque in unam formam eadem omnia, laudationem, scriptionum, & historiarum, &c.

Scriptito, as, a. 1. *scrivere spesso*, freq. a *scribo*. *Cic. Att. l. 7. ep. 12.* Et hæc, & si quid aliud, ad me scribas, velim, vel potius scriptites. *Id. 2. de Or. c. 23.* Sed ne te quidem, Antoni, multum scriptitasse arbitror. *Id. in Brut.* Scriptitavit Orationes multas, Orator nunquam fuit.

Scripto, as, a. 1. frequent. verbi *scribo*. *Hor. l. 1. sat. 6.* Aut scripto quod me tacitum juvet.

Scriptor, oris, *scrittore, compositore, autore*, כּוֹתֵב, Germ. *ein schreiber*, Gal. *écrivain*, His. *escritor*, συγγραφεὺς, qui scribit, five texit epistolam, orationem, librum, vel aliud quodcunque opus. *Cic. pro Arch. c. 10.* Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! *Id. 1. de Or. c. 20.* Neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem dicendi fuisse dicebat. *Id ibid. cap. 34.* Omnium bonarum artium scriptores, ac doctores & legendi, & pervolutandi sunt. ¶ Scriptor legum, est legum lator, *Cic. 4. Brut. ep. 15.* Solon & sapiens unus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem.

Scriptorius, a, um, *cosa da scrivere*, Ger. *zum schreiben*, Gal. *servant à écrire*, Hisp. *para escrivir*, γραφικὸς, ad scribendum pertinens. *Cels. l. 5. c. 28. n. 12.* Sed eadem medicamenta in calamum scriptorium conjicienda sunt. *Id. l. 6. c. 4.* Id autem, quod subinde raditur, illini atramento scriptorio satis est.

Scriptulum. V. *Scriptum*.

Scriptum, i, *scritto, scrittura*, כְּתָב, Ger. *ein schrifft*, Gal. *écrit, écriture*, Hisp. *escritura*, συγγράμματα, scriptura, hoc est id ipsum, quod literis mandatum est. *Auct. ad Her. l. 1.* Ex scripto sententiæ controversia nascitur hoc modo, cum videbitur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. *Cic. pro Planc. c. 30. ad fin.* Recitetur oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. *dalla carta alla mano*. *Id. 2. de Or.* Ex quorum scriptis, cujusque ætatis quæ dicendi ratio voluntasque fuerit, intelligi potest. *Id. l. 5. Fam. ep 12.* Nomen alicujus scriptis illustrare. *Id. 2. de Or. c. 46.* Relinquere aliquid in scriptis, *lasciare scritto*. ¶ Scriptum facere, est scribendo victum quærere. *Gel. l. 6. c. 9.* Cn. Plautus patre libertino natus scriptum faciebat. ¶ Scripto se se abdicare, est officio notarii, vel scribæ renuntiare. *Gel. l. 6. c. 9.* Cn. Flavius Anni filius dicitur tabulas posuisse, scripto se se abdicasse. Alii *scripta* legunt. ¶ Scriptum quoque notat scrupum, ideſt lapillum, calculum. *Cic. 1. de Or. c. 50.* Pila bene, & duode-

cim scriptis ludere. Ita legit *Villovius l. 5. Var. Lect. cap. 14.* Alii *scrupis*. *Id. in Hort.* apud *Non. c. 2. n. 781.* Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, ut calculum reducas, si re alicujus dari pœnitet. Adde *Ovid. 3. de ar. am. v. 364.*

Scriptura, æ, *scrittura*, מִכְתָּב, מִקְרָא, Ger. *schrifft*, Gal. *écriture*, Hisp. *escritura*, γράφη, scriptio, actus scribendi. *Auct. ad Her. l. 3.* Qui motus corporis experimere verbis, & imitari scriptura conatus sim voces, ideſt scribendo. *Cic. 1. de Or. c. 31.* Si fubiram orationem commentario vincit, hanc ipsam profecto aliidua, & diligens scriptura superabit. ¶ Summitur etiam pro stilo, quo quis utitur in scribendo, ideſt pro modo scribendi. *Cic. l. 15. Fam. ep. 21.* Cum vero ea, quæ scripturæ perfecutus es, &c. *Cæsius Cic. l. 6. Fam. ep. 7.* Genus autem hoc scripturæ non modo liberum, sed incitatum, atque latum esse, quis ignorat? ¶ Metonymice fumitur pro eo, quod scribimus. *Auct. ad Her. lib. 4.* Reliquum scripturæ consumetur in exemplis. ¶ Item pro vectigali pastionis, seu quod percipitur e pascuis, vel pro ipsa ratione eorum, qui præsunt hujusmodi vectigalibus. Scriptura igitur erat vectigal, quod pendebatur ab iis, qui sylvis, & pascuis publicis fruebantur, ut in Italia sylva Scantia, & salictis ad Minturnas. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 16.* & *l. 2. c. 4.* Nominis causa est, quia qui pecudes in pascuis publicis pascerent, numerum pecundum apud Publicanos profiterentur, atque ibi eum in commentatios referrent. *Cic. pro Man. c. 6.* Ita neque ex porta, neque ex decunsis, neque ex scriptura vectigal conservari potest. ¶ Magistri scripturæ dicebantur, qui vectigal ex pastione deferebbant, & colligebant, & Reipublicæ repræsentabant. *Cic. Att. l. 5.* Tu sæpe dare tabellariis Publicanorum poteris per Magistros scripturæ, & portus, & noltrarum Diœcesium. *Id. Att. l. 11. ep. 10.* P. Terentius meus necessarius operas in portu, & scripturæ Asiæ pro Magistro dedit. *h. e.* portorio, & scripturæ Asiæ Magistri loco præfuit.

Scripturarius, a, um, קַלְאִי, γραμματικὸς βιβλικὸς, adject. ad scripturam pertinens. Scripturarius ager appellatur, in quo ut pecora pascantur, certum ars pesolvitur. *Festus*. ¶ Scripturarius, ii, m. Scripturarios, inquit *Non. c. 1. n. 172.* quos nunc tabularios dicimus, dici volunt veteres, quod scripturis, & commentariis omnia vel urbium, vel provinciarum complecterentur. *Lucil. ibid.* Publicarum rerum assuetam, ut scripturarius.

Scripturio, is, a. 4. scribere gestio, vel scripsio. *Sidon. l. 7. ep. 18.* Incitatus semel animus necdum scripturire desinit.

Scriptus, us, m. idem quod scriptum, vel scripito, vel scriptura. *Gel. l. 6.

corticis. ¶ Translate ponitur pro difficili: *Plin. l. 3. ep. 5.* Miraris, quod tot volumina multaque in his tam scrupulosa homo occupatus absolverit. ¶ Item pro nimis accurato, & diligenti, *truppo efusto. Quintil. lib. 9. c. 1.* Scrupulosa disputatio. *Plin. l. 18. c. 33.* Hæc erit ratio lunaris: Ventorum paulo scrupulosior. ¶ Item pro nimis anxio, *sollicito. Tert. de spectac. c. 3.* Quorumdam fides aut simplicior, aut scrupulosior. *Apul. de Deo Socrat.* Scrupulosissimus cultus.

Scrupŭlum, i, n. *scrupolo*, genus exigui ponderis pendentis tertiam drachmæ partem, & unciæ vigesimam partem. *V. Scriptum. Ovid. de medicam. fac. ad fin.* Quinque trahant marathri scrupula, myrrha novem. *Cic. Att. l. 4. ep. 15.* Neque argenti scrupulum esse ullum in illa insula. ¶ Item genus mensuræ in agris metiendis. *Col. l. 5. c. 1.* Jugerum habet quadratorum pedum viginti octo millia, & octingentos, qui pedes efficiunt scrupula ducenta octoginta octo.

Scrupŭlus, i, m. *scrupolo, pietruzza*, צְחִי, Ger. *steinlen*, Gal. *petite pierre*, His. *ebina*, ψηφὶς, proprie est lapillus brevis, & asper, qualis est, qui in calceo latens nos lædit, pressusque dolorem creat, diminut. a *scrupus*. ¶ Translate fumitur pro sollicitudine, dubitatione, difficultate, molestia. *Ter. Adel. 2. 2. 20.* Timet, infeci scrupulum homini. *Cic. pro R. Am. c. 2.* Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies, nocteque stimulat ac pungit, ut evellatis, postulat. *Id. Att. l. 5. ep. 13.* Eximе quæso, quoad potes, de illo domestico scrupulum. *Id. Att. l. 1. ep. 15.* Domesticarum sollicitudinum aculeos omnes, & scrupulos occultabo.

Scrupus, m. 2. *sasso aspro*, λίθαξ, ψῆφος, saxum asperum, & difficile attrectatu, *Fest.* Scrupi dicuntur aspera saxa, & difficilia, petræ etiam attrectari insuetæ, aut naufragiorum pollutæ scelere. ¶ Sumitur etiam pro lapillo lusorio. *Cic. de Or.* Pila bene, & duodecim scrupis ludere. *V. Scriptum.*

Scruta, orum, n. 2. *stracci*, בְּלָרִים, Ger. *alter gerumpel, eisen, lumpen*, Gal. *vieux fers, ou drapeaux*, His. *andrajos*, γρύπη, γρυπέρια, veteramenta omnis generis, ut attritæ usu vestes, dimidiatæ strigiles, jumentorum soleæ, refixi clavi, idque genus alia, quæ vilissimi proxeneræ venalia habent, quos antiqui scrutarios appellabant. *Lucil.* apud *Gel. l. 3. c. 14.* Quidni? & scruta quidem ut vendat, *scrutariu'* laudat Præfractam strigilem, solam improbu' dimidiatam. *Hor. l. 1. ep. 7. v. 65.* Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Scrutans, tis, nom. participio. investigans, inquirens. *Ammian. l. 30. c. 30.* Militaris rei ordinum scrutantissimus.

Scrutaria, æ, f. γρυπεπωλία, ars scruta vendendi, ut fagaria, lintearia, &c. Suapte natura adjectivum est: Nam subintelligitur *ars*. Unde Scrutariam facere, est scruta vendere. *Glossæ Cyrilli*: γρυπεπώλιον, scrutaries: γρυπεπώλιον, scrutarium, hoc est locus, in quo scruta venduntur. *Apul. l. 4. Met*, Enimvero vos bonæ frugi latrones inter furta parva, atque servilia per balneas, & aniles cellulas reptantes, scrutariam facitis.

Scrutarius, ii, m. γρυπεπώλης, qui scruta vendit. *Lucil.* apud *Gel. l. 3. cap. 14.* Quidni? & scruta quidem ut vendat, *scrutariu'* laudat præfractam strigilem, solam improbu' dimidiatam.

Scrutatio, onis, ζήτησις, חִפּוּשׂ, actus scrutandi, investigatio. *Sen. de Vita beata c. 23.* Si tuto, & securus scrutationem populo præbuerit, ideft permiferit fua scrutanda. *Gell. l. 9. c. 10* odiosa scrutatio.

Scrutator, oris, ἐξετασὴς, מְחַפֵּשׂ, qui scrutatur, investigator. *Sen. t. 3. Sylv. 1. vers. 84.* Quodque legit mersos pelagi scrutator Eoi. *Lucan. l. 4. v. 398.* Scrutator pallidus auri. *Sueton. in Claud. c. 25.* Neque ægrum quemquam visitavit, nisi exploratio prius cubiculo, culcitisque, & stragulis prætentatis, & excussis: reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper oppositi.

Scrutātus, a, um, particip. passiva significatione usurpatum, *investigato, cercato. Ammian. l. 15. c. 8.* Quid futurum sit, colligebant, velut scrutatis veteribus libris.

Scrutātrix, icis, quæ scrutatur. *Alcim. Avit. l. 2. v. 326.* scrutatrix Eva malorum.

* Scrutillus, venter fullus, condito fore expletus. *Paul. ex Fest.* poft *Sors*, ex *Plaut. & Isidor. in Gloss.*

Scrutinium, ii, *inquisizione, cerca*, חֵקֶר, Germ. *erforschung, ersuchung*, Gall. *inquisition, recherche*, His. *inquisicion*, ἐξεραύνησις, investigatio, inquisitio, a scrutor. *Apul. l. 9. A. A.* Postremum Magistratibus placuit obtinate denegantem scrutinio detegere.

Scrŭto, as, a. 1. idem ac scrutor, apud veteres. *Non. c. 7. n. 6.*

Scrutŏr, atis, d. *cercare, investigare*, חָפַשׂ, חקר, Ger. *nachsuchen*, Gal. *fouiller, chercher*, His. *escudriar*, ἐξετάζω, ἐξεραυνάω, investigo, inquiro. *Cic. pro R. Am. c. 34.* Non excutio te, siquid forte fieri habuisti, non scrutor, nihil ad me pertinere arbitror. *Id. in Vatin. c. 5.* Cum omnium domos, apothecas, naves furacissime scrutarere. *Plin. l. 8 c. 40. de cane*: Scrutatur vestigia, atque perfequitur. *Hor. l. 1. ep. 18. v. 37.* Arcanum alicujus scrutari.

Scrŭna, æ, com. 1. idem ac sequester, ut ex P. Lavinio scribit *Gellius l. 20. c. 10.* Σωρηκοφύλαξ. *Macrob. l. 3. c. 17.* Cleopatra uxor, quæ vinci ab Romanis nec luxuria dignatur, sponsione provocavit, insumere posse in unam cœnam festertium centies. Id Antonio mirum visum, nec moratus, sponsione contendit digna scilna Munatio Planco, qui tam honesti certaminis arbiter electus est. Ita eum locum ex veteribus libris restituit *Fulvius Ursinus* in appendice de Triclinio. Alii leg. *dignus culina*.

Sculpo, is, psi, ptum, a. 3. *scolpire*, פִּתַּח, חקק, Ger. *schneiden, graben*, Gall. *graver, tailler*, His. *esculpir*, γλύφω, est cædendo imaginem aliquam effingere, seu formam materiæ inducere. Quidam, inter quos est *Diomed.* sculpo negant esse Latinum, eoque *exsculpo* a *scalpo* deducunt, *a* in *u* converso, quomodo a *salsus* est *insulsus*. *Ovid. 10. Met. v. 248.* Interea niveum mira feliciter arte Sculpsit ebur. *Plin. l. 36. c. 4.* Marmore sculpendo primi hominum inclaruerunt Dipœnus, & Scyllis.

Sculponēæ, arum, f. 1. erant calceamenta quædam rudia, & rustica propria servorum, fortasse ex solido ligno excavata, qualia erant κρωπέζαι Bœoriorum, ut Pausanias, & Eustathius indicant, quas κρωπέζικε vocant Pollux, & Hesychius. *Cato R. R. c. 59.* Sculponeas bonas alternis annis dare oportet. ¶ Fulgentius Planoiades *de prisc. serm. n. 21.* scribit, sculponeas dici cæstus plumbo ligatos. Hic putat Janus Duza, utroque modo eleganti amphibolia accipi in illo *Plauti Cas. 2. 8. 59.* Qui quæso, potius, quam sculponeas, quibus batuatur tibi os, senex nequissime? Hæc tamen *Duzæ* interpretatio aliis non placet.

Sculponeātus, a, um, sculponeis instructus. *Varro* apud *Non. c. 2. n. 731.* Dum in agro studiosius ruror, adspicio Triptolemum sculponearum bigas sequi cornutas.

Sculptilis, & le, o. 3. γλυπτὸς, quod sculpitur, aut sculptum est, a *sculpo*. *Ovid. l. 4. ex Pont. ep. 9. v. 27.* Signa quoque in sella nossem formata curuli, Et totum Numidæ sculptile dentis opus.

Sculptor, oris, *scultore*, מְחוֹקֵק, Ger. *bildschnitzer, bildhauer*, Gal. *graveur*, His. *esculpidor*, γλύπτης, qui sculpit. *Plin. l. 36. c. 5.* Jam fuerat in Chio insula Malas sculptor, dein filius ejus Micciades.

Sculptūra, æ, *scultura*, γλυφὴ, ars sculpendi. *Plin. l. 16. c. 40.* Habent in sculpturis facilitatem.

Sculpturātus, a, um, ad sculpturam pertinens. *Venant. Fortun. lib. 9. carm. 15.* Et sculpturata lusit in arte faber.

Sculptus, a, um, *scolpito*, part. a sculpor. *Cic in Acad. 4. c. 31.* Non est e faxo sculptus, aut ex robore dolatus, habet corpus, habet animum, movetur mente. Alii leg. *sculptus*.

Scurra, æ, m. *buffone*, מְצַחֵק, Gér. *spottvogel*, Gal. *bouffon*, His. *truhan*, βωμολόχος, qui risum ab audientibus captat dictis jocularibus, vel corporis gestu, non habita ratione verecundiæ, aut dignitatis, *Cic. 5. Ver. c. 62.* Qui se scurram improbissimum existimari vult; qui a scurris potius gladiator, quam scurra appellatus sit. Atque inde mimis hoc quoque nomen tributum est, ut apud *Juvenalem sat. 13. v. 109.* Mimum agit ille, Urbani qualem facundus scurra Catulli. *Julius Capitolinus in Vero, c. 8.* Adduxerat secum & fidicinas, & fidicines, & histriones, scurrasque mimarios, & præstigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria, & Alexandria pascitur voluptate, prorsum ut videretur bellum non Parthicum, sed histrionicum confecisse. ¶ Scurræ etiam vocabantur homines urbani, non rustici, sed elegantes, qui assidue in urbe essent, nunquam in agris, forasse quod sine cura, & opere omni essent. *Plaut. Most. v. 1. 15.* Tu urbanus vero scurra, deliciæ populi, aus mihi tu objectas? *Id. Epid. v. 2. 13.* Scurra es. E. Scio te esse quidem hominem militarem. *Id. Trin. v. 2. 165.* Neque perjurius, quam urbani assidue cives, quos scurras vocant. V. *Traubman.* ad locum *Plauti* cit. *in Epid.* ¶ Scurram dictum esse quasi *secutram*, a sequendo, confert *Verrius Flaccus*, ut is proprie scurra sit, qui parasitico more divites homines sectando, & risum movendo victum quærat. Hoc tamen, tanquam inepte rum, derider *Festus*. ¶ Soerates, quod Atticorum more, dictorum leporibus, & cavillationibus deditus esset, scurra Atticus est appellatus. *Cic. 1. de Nat. Deor. c. 34.* & *Lactant. l. 3. c. 19.*

Scurrilis, & le, o. 3. βωμολοχικὸς, quod est ridiculum cum turpitudine. *Cic. 2. de Or. c. 59.* Ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. ¶ Item facetus, urbanus. *Valer. Max. l. 8. c. 8. n. 3.* Ut enim in rebus seriis Scævolam, sic in scurrilibus lusibus hominem agebat.

Scurrilĭtas, atis, *buffoneria*, צְחוֹק, βωμολοχία, turpis, & procax dicacitas, neque temporis, neque loci, neque personarum respectum habens. *Auctor dial. de Orat. c. 22.* Fœda, & insulsa scurrilitas.

Scurrilĭter, adver. *buffonescamente*, βωμολοχικῶς, scurrarum more, procaciter. *Pl. ep. 25. l. 4.* Qui in tanta re, tam serio tempore, tam scurliter ludar.

Scurror, aris, d. 1. *fare il buffone, buffoneggiare*, צָחַק, Germ. *spasvogel treiben, fatzen*, Gall. *plaisanter*, His. *scrubanear*, βωμολοχέω, scurram ago. *Hor. l. 1. ep. 17. v. 15.* Scurror ego ipse mihi, populo tu. ¶ Item adulari: nam scurræ, ut inomnibus placeant, assentari etiam solent. *Id. ib. ep. 18.* metues, liberrime Lolli, Scurrantis speciem præbere professus amicum.

Scurrŭla, æ, m. diminutivum a *scurra*. *Apul. l. 10. Met.* Quidam prætens scurrula, Date, inquit, huic quippiam meri. *Arnob. l. 6. pag. 206.* Urbanus scurrula.

Scutāle, is, n. *il fondo della frombola*, corium in funda, cui lapis imponitur. *Liv. l. 31. c. 29.* Triplex scutale crebris futuris duratum, ne fluxa habena voluteur in jactu glans &c.

Scutarius, ii, m. *fendajo*, ἀσπιδάκιος, qui scuta facit. *Plant. Epid. 1. 1. 35.* Id modo videndum, ut materies fuppetat fcutariis. Alii aliter leg.

Scutarius, a, um, *scudiero*, ἀσπιδάκιος, quod ad scuta pertinet. *Veget. l. 2. cap. 11.* In Romana militia habebant fabricas scutarias, & loricarias, quibus armorum genera formabantur.

Scutātus, a, um, ὁπλισμένος, *scuto armatus*. *Cic. 2. Phil. c. 42.* Agmine quadrato cum gladiis sequuntur fcutati milites, ficas portari videmus.

Scutella, æ, f. *scodella*, תַּעֲרָה, Ger. *schussel*, Gal. *écuelle*, His. *escudilla*, πινακίσκος, genus vasis concavi, rotundi, quo minutal ex carne, vel oleribus in menfam exhibetur. *Cic. 3. Tusc. c. 19.* Demus scutellam dulciculæ porionis, aliquid providеamus & cibi. ¶ Scutella etiam dicuntur patellæ, quæ vasis suppo nuntur, & ea fustinent, *portacoppe. Ulpian. l. cum aurum. Dig. de aur. arg. leg.* Si vasa sint legata, non solum ea continentur, quæ aliquid in se fuerint, fed etiam quæ aliquid fustineant, & ideo scutellas, vel promulsidaria continеri.

Scutĭca, æ, f. *staffile, sferza*, שׁוֹט, בְּקֶרֶת, Ger. *eine lederne geisel*, Gal. *fouet de cuir*, His. *acote*, σκυτάλη, genus verberis e loris facti, a σκύτος, *corium. Martial. l. 10. epigr. 62.* Scuticaque loris horridis Scythæ pellis, Qua vapulavit Mariyas Celenæus. ¶ Scutica minus est, quam flagellum. *Hor. l. 1. sat. 3. v. 118.* Ne fcutica dignum horribili fectere flagello.

Scutigĕrŭlus, a, um, ὁπλοφόρος, fervus militaris qui scutum domini gerit, armiger. *Plaut. Cas. 2. 3. 44.* Qui (malum) homini scutigerulo dare lubet?

Scutĭlus, tenuis, macer, exilis, in quo tantum exilis pellicula cernitur. *Festus.*

Scutra, æ, f. *olla, pentolla*, vasis æneі genus, χαλκίον, fortasse ita dictum, quod in modum scuti factum sit. *Plaut. Perf. 1. 3. 8.* Struthea coultheaque appara, bene ut scutris concaleant. *Cato R. R. c. 157.* Ubi in scutra fervefeceris, &c. Al. hic leg. *chutra*, vel *chytra*, a Græco χύτρα, olla, cacabus.

Scutrisĕum, i, genus vasis, forte idem ac scutra, vel ab eo diminutivum. *Cato de R. R. c. 10. & 11.*

Scutŭla, æ, f. genus vasis concavi, octo unciarum capax, ut aliqui dicunt, diminut. a *scutra*. *Martial. l. 8. epigr. 71.* Bessalem ad scutulam sexto pervenimus anno. *Id. l. 11. ep. 32.* Sic implet gabatas, paropsidesque, Et leves scutulas, cavaſque lances. ¶ Scutulæ figura aliis videtur esse quadrata, aliis rotunda, aliis rhombo, seu amygdalæ fimilis, aliis denique quadrata fimul, & oblonga. *Tacit. in Agric. c. 10.* Formam totius Britanniæ oblongæ fcutulæ, vel bipenni assimilavere. V. ibi Interpretes. ¶ In arboribus fcutula dicitur pars corticis, quæ fcutulari figura ex aliqua arbore aufertur, quo ejus in locum inferatur pars cortex ex arbore alia. *Plin. l. 17. c. 16.* Amputatis omnibus ramis, ne fuccum avocent, nitidissima in parte, quaque præcipua cernatur hilaritas, exempta fcutula cortici, imprimitur ex alia cortex par cum fui germinis mamma. Adde *Col. l. 5. c. 11.* ¶ In pavimentis fcutulæ vocantur frusta marmoris rotunda, instar fcuti, vel instar amygdalæ, seu rhombi, ut *Baldus in Lex. Vitruv.* exponit. *Vitruv. l. 7. c. 1. Pallad. l. 1. c. 9.* ¶ In vestimentis fcutulæ sunt orbiculi, seu circuli picti, vel intexti ad ornatum. V. *Scutulatus. Prudent. in Hamartig. v. 290.* fluitantes fumere amictus Gaudent, & fcutulis durum perfundere corpus. ¶ Præterea fcutula, græce σκυτάλη, est virga, seu baculus rotundus, qui navibus subjicitur ad eas in mare deducendas, & impellendas, alio nomine phalanga. *Cæs. l. 3. B. C. c. 40.* Quartuor biremes, subjectis fcutulis, impulsas vectibus in interiorem partem transduxit. ¶ Denique in ballistis fcutula est regula quædam, seu afferculus in modum fcutulæ, in fummo & imo ballistæ capitulo multis foraminibus perfus, & inde Græce περίτρητον dictus. *Vitruv. l. 10. c. 17.* ubi alii hic quoque intelligunt lignum rotundum ballistæ subjectum, ad eam aliquo deducendam. Sed in re tam obscura difficile est quidquam certi statuere.

Scutulātus, a, um, πεποικιλμένος, ἐντεταγμένος, quod forma fcutulæ factum est. *Plin. l. 11. cap. 24. de aranearum telis*: Quanta arte cælavit pedicas, *fcutulato* rete graſſantes. ¶ Scutulata vestis dicitur, quæ quibusdam orbibus, seu circulis est distincta, a *scutulis*, quales in aranearüis telis cernimus. *Juven. sat. 2. v. 97.* Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa. *Plin. l. 8. c. 48.* Iltriæ, Liburniæque pilo propior, quam lanæ, pexis aliena vestibus, & quam sola ars fcutulato textu commendat in Lusitania. ¶ Scutulatus color est, qui variis maculis mistus est, quæ rotundam figuram instar fcutulæ habent. In equis præcipue commendatur. Ital. dicitur *leargo*, aut *leardo pomellato*. *Pallad. mense martio, c. 13.* Colores hi præcipui, albineus, russeus, murteus, cervinus, gilbus, fcutulatus, albus, &c.

Scutŭlum, i, *scudicciuolo, scudetto*, σπλάδιον, parvum scutum. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 29.* Cum pelle caprina, cum hasta, cum fcutulo, cum calceolis repandis.

Scutum, i, *scudo*, מָגֵן, מָחֵה, צִנָּה, Ger. *schild, rundel*, Gal. *bouclier*, His. *escudo*, θυρεὸς, armorum genus, quo pugnantes corpus tegunt. Quomodo a *clypeo* differat, satis in ea voce dictum est. *Cic. 2. Tusc. c. 23.* Ignarus miles, ac timidus, simul ac viderit hostem, abjecto scuto fugiat, quantum possit.

Scutus, i, m. idem ac scutum, apud veteres. *Turpil.* apud *Non. c. 3. n. 233.* Quia non minus res hominem, quam scutus, tegit.

Scydra, f. 1. *Siderocapsa*, urbs Macedoniæ, in Æmathia. *Plin. l. 4. c. 10.*

Scylăce, es, σκυλακὴ, oppidum Myſiæ Asiaticæ. *Plin. l. 5. c. ult.*

Scylacæum, vel Scyllacēon, n. oppidum in finibus Calabriæ orientalis, *Squillaci*, a quo & sinus maris, qui adluit, & Tarentino proximus est, eodem nomine appellatur. Olim Athenienſium colonia fuit, qui & Scyllетium, σκυλλήτιον vocavere, ut tradit *Plin. l. 3. c. 10.* ¶ Prope hoc oppidum Caulon fuit, Myſia, & alia, quæ ibidem *Plin.* enumerat. *Virg. 3. Æn. v. 553.* Caulonisque arces, & navifragum Scylacæum. *Valer. Flac. l. 3. v. 36.* Spumosumque legunt fracta Scylacæon ab unda. Alii leg. *fracta Scyllaceon unda*. Est autem Scylaceon idem ac Scylacæum. ¶ Sunt præterea, qui in loco Virgilii leg. *Scyllæum*. male. nam Scyllæum promontorium est, & oppidum ejusdem Calabriæ in regione occidentali, in freto Siculo. V. Infra.

Scylla, æ, f. σκύλλα, filia Nisi Megarenſium Regis, cujus fabulam V. supra in *Nisus*. ¶ Scylla altera, filia Phorci, & Chereteidos Nymphæ. Hanc cum amaret Glaucus, & ab illa sperneretur, confugit ad Circen, ut magicis incantationibus amorem erga se in virgine incenderet. Sed Circe Glauci amore capta est. Itaque Glauco persuadere conata est, ut spernentem sperneret, amanti vices redderet. Sed Glaucus affirmavit, neutiquam Scylla incolumi primum illium suum amorem mutaturum iri. Dea indignata, fontem, prope mare, & urbem Rhegium, in quo Nympha se se lavare consueverat, magicis venenis infecit. In quem cum illa descendisset, pube tenus in varia mutata est monstra canum latrantium. Horrens itaque suam deformitatem se se in mare præcipitem dedit, & in ſeopulum navigantibus periculoſiſſimum ut transformata est. Hanc postea Glaucus Deam marinam fecit. Classem Ulyſſis, & ſocios everſiſſe quasi *Virg. 3. Æn. Ovid. 14. Met. & Serv. in 6. Ecl.* Aliorum descriptione fuit Phorci, & Hecates filia, admirabili magnitudine, quæ habuit capita sex, ternos ordines dentium, oculos ignitos, pedes duodecim, & reliquo corpore degebat abſcondita in ſpelunca, petræque adhærebat innata, capita vero habebat ita longe promineniia, ut poſſet ea in naves præterеuntes inferre. ¶ *Propertius* ex duabus Scyllis unam fecit: inquit enim *l. 4. eleg. 4. v. 37.* Quid mirum, in ſparsos Scyllas ſæviſſe capillos, Candidaque in fævos inguina verſa canes? ¶ Hæc ad fabulam. Revera Scylla est ſcopulus Bruttiorum in Italia, in freto Siculo, in mare prominens, & procul viſentibus mulieris ſpeciem repræſentans, naviganti bus periculoſiſſimus, in quem illiſi fluctus lupорum ululatus, & latratus canum videntur imitari: quod Poetis cauſas fabulandi dedit; hodieque dicitur *Scilla*, & *Scillo*. Ex adverſa ejus parte, h. e. in Sicilia, est Charybdis, de qua V. ſuo loco. ¶ Ex duobus his ſcopulis ortum est vulgatum illud proverbium, cujus tamen auctor incertus est: *Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim*: & de iis dicitur, qui volentes periculum minus evitare, in majus incidunt.

Scylla, æ, f. *t.* genus piſcis, quo maxime abundat Liris amnis Campaniæ, Minturnenſium urbem præterfluens. *Plin. l. 32. c. 11.* Solea, ſargus, ſcylla, farda. ¶ Item genus avis. *Id. l. 37. c. 10.* ¶ Item genus herbæ. *Col. l. 10. v. 374.*

Scyllacēon, V. *Scylacæum*.

Scyllæum, i, *lo Sciglio*, σκύλλαιον, prom. Bruttiorum, in Calabria Ulteriore, apud Scyllam ſcopulum, in mare inſtar peninſulæ porrectum contra Siciliæ litus, cum oppido cognomine. *Plin. l. 3. c. 5.* Nomen accepit a Scylla filia Phorci. ¶ Scyllæum alterum, *Capo di Scigli*, σκυλλαῖον, prom. Peloponneſi, in ora Argiæ regionis, in agro Hermionico, ſinum Argolicum a Saronico dividens. Dictum est a Scylla Niſi filia, quæ eo fluctibus ejecta creditur. *Pl. l. 4. c. 5.*

Scyllæus, a, um, σκυλλαῖος, quod ad Scyllam ſpectat. *Virg. 1. Æn. v. 200.* Vos & Scyllæam rabiem, penitusque ſonantes Accestis ſcopulos. *Stat. l. 5. Silv. 3. v. 280.* Scyllæa monſtra.

Scyllerium, ii, oppidum, idem ac Scylacæum. *Plin. l. 3. c. 10.*

Scyllires, & Scyllitĭcus bulbus, herba quædam eſt, quæ & Scylle, & Scylla rubra dicitur. *Apul. de herb. c. 42.* ¶ Scyllites vinum eſt, in quo ſcyllæ aridæ folia immiſcentur, utileque eſt concoctionibus ſtomachi, & ad corpus reficiendum. *Col. l. 12. c. 33.* qui cap. ſequenti de aceto etiam ſcyllitico mentionem facit. V. *Abrotonites*.

Scymnus, i, m. *t.* σκύμνος, catulus leonis. Vox Græca eſt. *Lucil. l. 5. v. 1035.* At catuli pantherarum, ſcymnique leonum.

* Scyniphes V. *Cinifes*.

* Scyphĭlus, i, li, parvus ſcyphus, σκυφίον. *Paulin. Nat. XI. S. Fel. v. 463.* his ſcyphulis incerta relicuet Lumina, h. e. parvis Lychnis.

Scyphus, i, m. *bicchiere*, ποτήριον, גָּבִיעַ, Ger. *becher*, Gal. *taſſe, boire*. His. *vaſo*, σκύφος, vaſis potorii genus, quo vereres & in conviviis, & in ſacrificiis utebantur. Eſt nomen Græcum. *Horat. Epod. 9. v. 33.* Capaciores affer huc puer ſcyphos. *Cic. 7. Fam. ep. 22.* Illuſeras heri inter ſcyphos.

* Scyrĭtis, idis, f. σκυρηΐς. Scyrias. *Stat. 2. Achill. v. 145.* al. *Scyriades*.

Scyriades, f. 3. σκυριάδες, mulieres ex Scyro inſula. *Stat. 2. Achil. v. 445.* Nec minus egreſſæ thalamis Scyriades ibant Oſtentare choros. ¶ Legitur & *Scyreides*.

Scyrias, adis, f. 3. Deidamia ſilia Lycomedis Regis Scyri. *Ovid. de ar. am. l. 1. v. 684.* Scyrias Æmonio victa puella viro.

Scyrĭcus, a, um, idem quod Scyrius. *Plin. l. 33. c. 12.* Alterum genus (filis) eſt preſſum, quod alii Scyricum vocant ex inſula Scyro.

Scyrius, Scyreticus, a, um, σκύριος, quod ad Scyrum inſ. ſpectat. *Ovid. ep. 8. v. 112.* Ignara tetigit Scyria membra manu. *Virg. 2. Æneid. v. 477.* Scyria pubes.

Scyros, *vel* Scyrus, f. 2. *l'Isola di Sciro*, σκῦρος, inſ. maris Ægæi, una ex Cycladibus, cum urbe cognomine. *Plin. l. 4. c. 12.* In ea Lycomedes regnavit, ubi Achilles puellari habitu educatus Deidamiam ejus filiam vitiavit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit. *Catul. carm. 65.* Deſeritur Scyros, linquunt Phthiotica Tempe.

Scyrpus, V. *Scirpus*.

Scythæ, arum, m. *Sciti*, σκύθαι, pop. Scythiæ. Dicti ſunt a Scytha filio Herculis. *Herodot. l. 4.* Vel, ut alii volunt, a σκύλλομαι, *iraſcor*, quod ſint feroces, & faciles ad iraſcendum. *Cæl. Rhod. l. 18. c. 24.* Perſæ Sacas appellavere, a proxima gente; antiqui Arimeos, ſeu Arameos dixerunt. *Plin. l. 6. c. 17.* Olim ſanctiſſimis fuere moribus, & omnino ſecundum naturæ leges vixere. Barbari tamen fuerunt. Nam pecore vitam degebant, tamem, & ſitim ad duodenos dies ferentes, ſola herba, quæ ſpartanea dicitur, ſuſtentari. Plurimi carne equina, nonnulli eriam humana veſcebantur. Nullas habebant urbes, plauſtris pro domibus uſi, in quibus hac, illac vagabantur. Unde dicebantur *Hamaxobii*. Fuere item belliciоſiſſimi. Aſiam quindecim annis ſubactam mille, & quingentos annos veſtigaſſem habuerunt, & Parthicum, ac Bactrianum Imperium condiderunt. V. *Juſtin. l. 1. & 2. Curt. l. 7. Plin. l. 4. c. 12. & l. 7. c. 2.* ¶ Innumerabiles hujus gentis populi fuere. Celeberrimi eorum Sacæ, Maſſagetæ, Dahæ, Eſſedones, Ariacæ, Rhymmici, Pæſicæ, Amordi, Hiſti, Edones, Camæ, Camacæ, Euchatæ, Cotieri, Antariani, Pialæ, Arimaſpi, antea Cacidari, Aſæi, Oſtei. *Pl. l. 6. c. 17.* ¶ *Scytharum ſolitudines*, prov. apud Ariſtophanem, de regione vaſta, & parum culta. Nam Scytharum gens omnium toto orbe vaſtiſſima eſt, ſed olim urbes non habuit, & diſperſim habitavit, & in plauſtris vagabatur. *Curt. l. 7.* ¶ Adjective pro Scythico. *Martial. l. 4. epigr. 28.* Indos fardonychas, Scythas ſmaragdos. *Id. l. 10. ep. 61.* Scythæ pellis lora horrida. *Stat. l. 11. Theb. v. 437.* Scytha pontus.

Scytăla, æ, *vel* Scytale, es, f. *t.* σκυτάλη, *lettera ſcritta in ciffra*, apud Lacedæmonios, five Lacones erat genus epiſtolæ ſecretioris, quam in loro, five corio ſcribebant, deinde tereti furculo involutam ad Imperatorem mittebant. Ejus rationem accurate perſequitur *Gel. l. 17. c. 9.* quem vide. *Auſon. in ep. ad Paullinum*. Vel Lacædemoniam feytalem imitare, libelli ſegmina Pergamei tereti circumdata ligno, Perpetuo inſcribens verſu, qui deinde ſolutus Non reſpondentes ſparſo dabit ordine formas. *Corn. Nepos in Pauſania c. 3.* Id poſtquam Lacedæmonii reſciverunt, legatos ad eum cum ſcytala miſerunt.

Scytăle, les, f. σκυτάλη, ſerpens tanta præfulgens notarum varietate, ut videntes retardet, & quoniam reptando figuras eſt, quos aſſequi nequit, miraculo ſui capit ſtupentes. Hæc *Solin. c. 27.* (al. 40.) Adde *Lucan. l. 9. v. 727.* & *Plin. l. 32. c. 5.* ubi alii aliter leguni.

Scytalofagittipelliger, σκυτακοτοξοδερματοφόρος, vox hibrida, epitheton eſt Herculis, apud *Tertul. de pal. c. 4.* quod ſignificat clava, & ſagittis armatum, & pelle indutum. Componitur a græca voce σκυτάλη, *ſcytale*, h. e. clava, & latinis *ſagitta*, & *pelliger*.

* Scytătum, *Plin. l. 33. c. 5.* genus medicamenti torbere cogentis, al. *ſchutatum*.

Scythes, æ, m. filius Jovis, qui arcum, & ſagittas invenifſe dicitur. *Plin. l. 7. c. 56.*

Scythes, æ, m. σκυθὴς, qui eſt e Scythia. *Cic. 5. Tuſc. c. 32.* An Scythes Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere, noſtrates Philoſophi facere non poſſunt? *Hor. l. 4. od. 14.* Te Cantaber non ante domabilis, Medуſque & Indus, te profugus Scythes Miratur. ¶ Adjective *Senec. Hyppolyt. v. 903.* Hunc Graja tellus aluit, an Taurus Scythes? *Id. in Herc. Fur. v. 210.* Illa, quæ pontum Scythen Symplegas arctat.

Scythĭa, æ, f. *Scitia*, σκυθὶα, regio vaſtiſſima orbis terrarum, ad Septentrionem. *Juſtin. l. 2. c. 2.* Scythia in Orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, a tergo Aſia, & Phaſi flumine. Multum in longitudinem, & latitudinem patet. Dividitur univerſa Scythia in Europæam, & Aſiaticam. ¶ Scythia Europæa a Tanaidis ripis per Mæotidis, & Ponti Euxini litora uſque ad Iſtri oſtia expanditur. ¶ Scythia Aſiatica fines habet ab Occ. eaſdem, quos ipſa Aſia, atque Europa, ab Or. mare Eoum, & Auxatios, Caſioſque montes, quibus a Serica, hodie Catajæ Regno, diſterminatur, & Ottocorotam montem, quo a Sinis, five Chinenſibus diſcernitur, a Sept. mare Scythicum, five concretum ad Tabin uſque promontorium, a Mer. Emodos montes, quibus ab Indiis, & Sogdia, Oxiaque juga, quibus a Perſarum ſubmovetur Imperio, dein mare Caſpium, mox Caucaſum montem, quo ab Albania, & Coracem, quo ab Iberia, & Colchide ſeparatur. Habet præterea alias diviſiones, de quibus V. Geographos. ¶ Scythia equis maxime abundat, quorum carnibus populi veſcuntur. Afinis vero propter loci frigiditatem caret, teſte *Plinio*. ¶ De Scythia *Plinius* ſcribit *l. 2. c. 50. l. 4. c. 13. l. 6. c. 17. & l. 8. c. 15.*

Scythĭce, es, V. *Scythicus*.

Scythĭcus, a, um, σκυθικὸς, quod ad Scythas pertinet. *Cic. 5. Tuſc. c. 32.* Mihi amictus eſt Scythicus tegmen. *Stat. 12. Theb. v. 519.* Scythica gens. *Martial. l. 6. ep. 58.* Scythici ſideta nigra poli. ¶ Scythica herba (quæ & Scythice abſolute dicitur a *Pl. l. 25. c. 8.*) eſt ſapore prædulci, a Scythis inventa cujus vim ad tuſſim ſanandam, & vulnera tradit *Id. l. 26. c. 5. & 14.*

Scythis, idis, f. mulier e Scythia. *Ovid. 15. Met. v. 360.* Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.

Scythissa, æ, f. mulier e Scythia. *Nepos in Datam. c. 1.* Datames patre natione Carе, matre Scythiſſa natus.

Scythopŏlis, f. 3. *Bethſan*, urbs Palæſtinæ, *in* Galilæa, in ora lacus Geneſaræ ad Mer. apud Jordanis fl. egreſſum, in Campo Magno, Tiberiadi, & Bethſaidæ proxima. Condita fuit a Baccho, & Scytharum ejus comitum nomine appellata. *Plin. l. 5. c. 18.*

Scythotauri, orum, m. populi Scythici Tauricæ regionis. *Solin. c. 25. Plin. l. 4. c. 12.*

Scyzĭnum appellarum olim fuit genus quoddam vini, cujus conficiendi ratio obliterata jam eſt. *Plin. l. 14. c. 16.*

S A N T E E,

Se pronomen V. *Sui*.

Se, δὲ, præp. ex earum numero, quæ, quod extra compoſitionem nihil ſignificat, inſeparabiles a Grammaticis dicuntur. Quibuſdam, teſte *Priſciano l. 14.* placet eſſe a *ſemis*, quod ſeparationem facit, vel a *ſecus*. Componitur vero cum dictionibus incipientibus a literis *c, d, e, g, i, l, r, s*, ut *Secedo, ſeduco, ſedeo, ſegrego, ſejungo, ſeligo, ſeparo, ſevoco*. In vocibus, quæ ab *e* incipiunt, interponitur litera *d*, euphoniæ cauſa, ut *ſedeo*. Fere diviſionem, ſeu ſeparationem ſignificat, ut *ſeparo, ſejungo, ſeduco, ſegrego*. Nonnunquam notat privationem, ſeu negationem, ut *ſecurus*, quaſi ſine cura. Interdum dimidium, ut ſeſtibra, ſemuncia. ¶ Olim *ſe* pro *ſine* uſurpata fuit. *Lex XII. Tab.* apud *Cic. 2. de Legib. c. 24.* Aſt im cum illo ſepelire, utereve, ſe fraude eſto.

Sebaceus, & Sevaceus, a, um, σεβατώδης, quod ex ſebo eſt. *Apul. l. 4. A. A.* Tædis, lucernis, cereis, febaceis, noctурni luminis inſtrumentis clarefcunt tenebræ.

Sebālis, *vel* Sevalis, le, adject. febaceus, ut ſebalis fax, apud *Ammian. l. 18. c

Seco, as, cui, ctum, a. 1. *tagliare*; *segare*, *dividere*, חתך, גזרות, Ger. *schneiden*, *spalten*, Gal. *trancher*, *tailler*, Hisp. *cortar*, τέμνω, excido, cædo. *Cic. in Phil.* 8. *c.* 5. In corpore liquid est ejusmodi, quod reliquo corpori noceat, uri, & secari patimur. *Virg.* 1. *Æn. v.* 211. Pars in frusta secant. ¶ Translate sumitur pro dividere, distinguere, distribuere. *Cic. de Orat. l.* 2. *c.* 27. Iti quidem causas in plura genera secuerunt. ¶ Secare viam, est ire, profiscisci, apud Poetas, *Virg.* 6. *Æn. sub fi.* Ille viam secat ad navES. V. *Sectus*. Sic *Æn.* 5. *v.* 218. ipsa fuga secat æquora pedibus. *h. e.* celeri cursu undas dividit. & *Georg.* 1. *v.* 406. Scylla levem fugiens secat æthera pennis. ¶ Translate secare aliquem, est furyrico dente mordere, *tagliare i panni addosso*. *Pers. sat.* 1. *v.* 115. Secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muri, & genuinum fregit in illis. *Horat. l.* 1. *sat.* 10. *v.* 15. ridiculum acri Fortius, & melius magnas plerumque secat res. ¶ Secare lites, est dirimere, componere. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 42. Vir bonus est quis? Quo mulæ, magnæque secantur judice lites. ¶ Partic. *secaturus* pro secturus. *Colum. l.* 1. *c.* 9. Partem, supra quam ramum secaturus es, ftramentis tegere. ¶ Seco etiam notat sequi, ut nonnullis placet. *Virg.* 10 *Æn. v.* 107. Quæcunque est fortuna hodie, quam quisque secat spem. Ad quem locum *Serv.* Secat, ideft sequitur, habet, tenet, unde sectas dicimus. Alii exponunt, quam quisque spem decerpit, sumit, capit, ea ratione, qua *Idem* secare viam, dixit.

* Secordia V. *Socordia*.

Secors, V. *Socors*.

Secretarium, ii, *luogo secreto*. *Apul. de Mundo*. Ignes, qui terræ secretariis continentur. *Sever. Sulpit. in dial.* 3. *de vit. Martini*, *c.* 8. Secretarium vocat conclave, seu locum cancellis septum, in quo reddebatur jus, cujusmodi sunt, quæ ab Italis dicuntur *Cancellarie*.

Secrète, adv. idem ac secreto. *Tertul. de Orat. c.* 1. & *de pal. c.* 4.

Secrètim, adv. secreto. *Ammian. Marcel. l.* 29. *c.* 1.

Secretio, onis, f. 3. *separazione*, הברלה, ἔκκρισις, actus secernendi, separatio, sejunctio. *Cic. 1. Tusc. c.* 29. Eft interitus quasi discessus, & secretio, ac dizemptio earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

Secrèto, adv. *separatamente*, בסתר, מצד לצד, distincte, separatim, seorsum, a *secerno*. *Colum. l.* 11. *c.* 2. De quibus suo loco dicam secretius, ne inter hanc quasi turbam operum negligentius oblitoria officia describisse videar. *Liv. lib.* 30. *c.* 36. Secreto ab aliis coquere consilia. ¶ Frequenter sumitur pro clam, occulte, sine arbitris, *segretamente*. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 8. Una Formias venimus, & ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus.

Secrètum, i, *luogo solingo*, תוך, סתר, ἔρημία, recessus. *Ovid.* 13. *Metam.* Prædaque assuetus amore in secreta venit. *Plin. l.* 3. *epist.* 1. Quam pulchrum illud, quam aulice secretum, quantum ibi antiquitatis? *Tac. l.* 14. *Ann. c.* 53. M. Agrippæ Mitylenense secretum permisit. *Quintil. l.* 19. *c.* 7. Secretum petere, eft secreto colloquendi copiam petere. *Sueton. in Tiber. c.* 26. Secretum petenti, non nisi adhibito filio Druso, dedit. ¶ Frequentissime sumitur pro arcano, pro re secreta, & feparata, quam nulli communicamus, sed apud nos tacitam servamus, *segreto*, ἀπόῤῥητον. *Ovid. 2. Metam.* Et legem dederat, sua ne secreta viderent. *Plin. l.* 14. *c.* 22. Tunc animi secreta proferuntur.

Secrètus, a, um, *separato*, נסתר, בדד, ἐκκεκριμένος, separatus, sejunctus, divisus, a *secernor*. *Cic. 2 de nat. Deor. c.* 21. Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes, ab æthereæ conjunctione secretam, & liberam. *Virg.* 8. *Æn.* Secretosque pios, his dantem jura Catonem. *h. e.* ab impiis feparatos. Cum genitivo *Lucret. lib.* 2. *v.* 841. Sed ne forte putes solo spoliata colore Corpora prima manere; etiam secreta teporis Sint, ac frigoris omnino, calidique vaporis. ¶ Interdum profelecto ponitur. *Quintil. l.* 9. *cap.* 3. Secretæ, & extra vulgarem usum positæ, ideoque magis nobiles, ut novitate aurem excitant, ita copia satiant. ¶ Item pro solo, vel solitario, quasi a cæteris feparato. *Cic. 2. de Leg.* Loco publico, privatorne, celebri, an secreto, aliena civitate, an tua, in castris, an foro dicas, interest plurimum. *Colum. l.* 6. *c.* 24. Probatis apibus destinari debent pabulationes, æque sint secretissimæ. ¶ Secretus homo dicitur, qui in solitudine degit, *solitario*. *Sen. ep.* 92. Invadit etiam secretissimos tumultus. ¶ Item qui arcanæ, & probatæ est fidei. *Tacit. in Agric. c.* 40. Libertus ex secretioribus ministeriis missus ad Agricolam,

Secta, æ, f. *setta*, *fazione*, כת, αἵρεσις, schola, ratio vitæ, institutum, familia, disciplina, hominum congregatio idem in philosophia, vel alia quapiam re fectantium. Hinc *Donat. ad Teren. Eun. a.* 2. *sc.* 2. & *Phorm. a.* 1. *sc.* 2. dictam putat a *sectando*, etsi alii aliunde ducant. V. *Seco*. *Cic. Ver.* 7. *c.* 70. Horum hominum fectam, atque instituta perfequimur. *Id. ad Brut. epist.* 3. Hostes omnes judicat, qui M. Antonii fectam fecuti sunt. *Plin. in Panegy. c.* 45. Quæ tibi secta vitæ, quod genus hominum placeat. *Liv. l.* 29. *c.* 27. Qui meam fectam, imperium, auspiciumque terra, mari fequuntur,

Sectàculum, i, propago, progenies. *Apul. l.* 5. *Metam.* Occipunt fcifcitari, qualis ei marirus, & unde natalium fectacula proveniret.

Sectarius vervex, eft aries, qui fectis testiculis alitur ad vescendum, *castrato*. *Plaut. Capt.* 4. 2. 40. Qui petroni nomen indunt verveci fectario. V. *Petro*. ¶ A *Paulo* apud *Fest.* vervex fectarius dicitur, qui gregem agrorum præcedens ducit. ¶ Similiter *sectarii porci* dicuntur a *Catone de R. R. c.* 150. (Sic enim ibi legendum, non *ferarii*) qui gregem fequuntur. Verba *Catonis* funt: Menses decem ab coactore releget porcos fectarios. In oves denas fingulos pascat. Itaque *Cato* fignificat eos porcos, qui ovillum, aut alterius generis gregem fequuntur, & simul cum iis pascuntur.

Sectatio, onis, f. actus fectandi, seu fequendi. *Tertul. l.* 1. *ad Uxor. c.* 6. Invenit diabolus, quomodo homines etiam bonis fectationibus perderet.

Sectator, oris, m. *seguace*, שומע, תלמיד, ἀκόλουθος, qui aliquem assidue sequitur. *Cic. pro Mur. c.* 34. At fectabantur multi, quid opus eft fectatoribus? *Et mox*. Lex Fabia, quæ eft de numero fectatorum. Loquitur hic *Cicero* de clientibus candidatorum, qui eos quocunque fectabantur, gratiæ conciliandæ causa. *Tac. 4. Ann. c.* 68. Neque omiserat conjugem, liberosque ejus percolere, fectator domi, comes in publico, poft roc clientes unus. ¶ Dicitur etiam de discipulis Philosophorum, qui ut aliquid ab iis addiscant, ab eorum latere nunquam discedunt. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Sextius e Romanis sapientiæ fectatoribus. *Gel. l.* 2. *c.* 2. Taurus, fectatoribus commodum dimissis, fedebat pro cubiculi sui foribus.

Sectàtrix, icis, f. quæ fectatur. *Petron. in Satyr.*

Sectàtus, a, um, partic. a fequor. *Horat. l.* 2. *sat.* 2. Leporem fectatus, equove Lassus ab indomito.

Sectilis, ium, n. 3. res, quæ fecantur. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Ad regulam, & libellam exacta pavimenta ftruantur five fectilibus, feu tefferis. Per *fectilia* intelligimus parvas crustas marmoreas fectas in varios interdum colores; per *tefferas* accipimus quadrata grandia.

Sectilis, & le, o. 3. τμητὸς, גזור, quod fectum eft, aut fecari poteft. *Plin. lib.* 16. *cap.* 43. Magna & glutini ratio proprer ea, quæ fectilibus laminis aperiuntur. *Suet. in Cæs. cap.* 43. Multi cum prodiderunt in expeditionibus tefellata, & fectilia pavimenta circumtulisse. ¶ Sectile porrum, eft genus pouri, ita dictum, quafi fectivum, quod fæpe fecatur, ut profundius crescat. Aliqui dictum feribunt quasi fectum, & fua sponte concisum, nam concisum, & fectum interrafus videri. *Juv. sat.* 3. *v.* 293. Quis tecum fectile porrum sutor, & elixi vervecis labra comedit?

Sectio, onis, *tagliamento*, *divisione*, גזר, Germ. *schneidung*, Gall. *coupûre*, Hisp. *cortadura*, τομὴ, σχίσις, actus fecandi, concisio, divisio. *Plin. l.* 25. *c.* 7. Bibitur & contra serpentes, & ante fectiones, punctionesque, ne fentiantur. *Quintil. l.* 1. *c.* 10. De ratione dividendi, de fectione in infinitum, &c. ¶ Aliquando fumitur pro publicatione, qua quis media, vel aliqua parte bonorum, vel omnibus bonis mulctatur, quæ vulgo *confiscatio* dicitur, vel pro divisione prædæ hostilis. *Cic. 2. Phil. c.* 45. Qui ad illud fectus fectionis auderet accedere. *Id. 1. de Invent. c.* 45. Cujus prædæ fectione venierit. ¶ Aliquando pro bonis ipsis damnatorum, quæ publicantur, aut etiam pro præda hoftium, quæ sub hafta venditur. *Cæf. l.* 2. *B. G. c.* 33. Postridie ejus diei fectionem ejus oppidi universam Cæsar vendidit. ideft omnia bona. *Tacit. 1. hist. c.* 90. Reliquias fectionum Neronianarum nondum in fiscum conversas revocatis ab exilio concessit. *h. e.* reliquias eorum bonorum, quæ Nero, dimissis in exilium actis, fisco vendicaverat. ¶ Sectiones exercere, eft alios accusando, eorumque damnatorum bona emendo quæstum facere. *Tacit. Ann. 15. c.* 25. Pætus quidam exercendis apud ærarium fectionibus famosus. Eodem sensu *Sueton. in Vitel. c.* 2. Sectionibus, & cogniturus compendium nanciscí. *V. Sector*. ¶ Aliquando fectio ponitur pro juris persecutione. *Paul.* apud *Fest.* Sectio, persecutio juris.

Sectius, adv. idem quod fecius. *Plaut. Men.* 5. 7. 57. Hæc nihilo mihi esse fectius quam somnia. Ita legitur in plerisque codicibus *Gellii l.* 18. *c.* 9. at in editis *Plauti* quidam *fecius* fubftituunt.

Sectivus, a, um, τμητὸς, idem ac fectilis, ut Porrum fectivum. *Col. 11. c.* 3. Porrum fi fectivum facere velis, denfius fatum præceperunt priores relinqui, & ita, cum increverit, fecari.

Sector, aris, atus, sum, d. *seguitare*, *andare dietro*, הלך אחרי, בא בדרך אשׁ, περιπολῶ, frequenter fequor, multum, & continue fequor. *Cic. 4. Ver. c.* 70. Is frequentem circum omnia fora fectaretur. *Id. 6. Ver. c.* 66. Qui illic ejusmodi eft, ut eum puteri fectentur, ut omnes, cum loqui cœperit, irrideant. ¶ Dicitur & de iis, qui alicujus scholam frequentant, & eundem comitantur, ut discant. *Gel. l.* 6. *c.* 2. Apollinarem Sulpitium in primis fectabar. *Terent. Eun. a.* 2. *s.* 31. Ibi homo cœpit me obfervare, ut fibi liceret difcere id de me: fectari juffi, fi potis eft. ¶ Sumitur etiam in malam partem pro infectari. *Plaut. Cift. 2. a.* 1. Anum fectatus fum clamore per vias. ¶ Cum de bestiis dicitur, fere notat venando fequi, investigare, perquirere. *Virg. 3. Ecl. v.* 75. Si, dum tu fectaris apros, ego retia fervo. ¶ Ufurpatur quoque de rebus inanimatis, pro iis operam dare, ea amare. *Her. in Ar. v* 29. Lenia fectantem nervi deficiunt: ideft enervatos verfus scribit, qui dat operam, ut scribat delicatos. ¶ Item passiva fignificatione. *Varr. l.* 2 *R. R. c.* 9. Qui vellet fe a cane fectari.

Sector, oris, τομεὺς, πελάτης, גזרת, qui fecat, qui aliquid incidit, aut dividit. ut *Sektor zonarius*, qui alterius zonam, aut marsupium fecat, *tagliaborse*. *Plaut. Trin.* 4. 2. 20. Mita funt, ni illic homo eft aut dormitator, aut fector zonarius. ¶ Accipitur etiam pro accusatore, qui ex damnatione accusati dimidium bonorum expectat, aut certe aliquam partem, & id perfequitur, item pro eo, qui bona damnatorum emit in auctionibus, ut postea ea vendens lucrum faciat. *Ascon. in 3. Ver. c.* 23. Sectores dicti funt, qui spem lucri sui fecuti, bona condemnatorum femel auctionabantur, proque his pecunias pendebant singulis, in posterum pro compendio suo singula quæque pecunia populo vendituri. ¶ *Sektor* fignificatione diversa vel a *secando* eft, vel a *sequendo*. Nempe a *secando* eft, cum accipitur pro eo, qui fecat, ex. gr. pro ficario; a *sequendo*, cum notat accusatorem, quia delationibus id agit, ut homines suis evertantur fortunis: vel eum, qui bona damnatorum emit. *Cic. pro Rof. Amer. c.* 29. Nefcimus, per ifta tempora eofdem fere fectores fuisse collorum, & bonorum. Ubi utranque fignificationem complexus eft. *Id. 2. Phil. c.* 26. Ut primum cum fector fis, isto loco natus, deinde cum Pompeji fector, &c. Appellat Antonium fectorem Pompeji, quoniam in subhastatione eius bona redemerat. Adde 3. *Ver. c.* 23. ¶ *Populus sui favoris sektor*, translate dicitur, pro venditore, five auctionatore suffragiorum comitialium. *Lucan. l.* 2. *v.* 278.

Sectrix, icis, f. mulier, quæ bona damnatorum emit in auctionibus. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Unde enim virricus Sylla, & Metella mater proscriptionum fectrix.

Sectura, æ, f. *tagliatura*, גזרה, τομὴ, fecandi actio, fectio. *Plin. l.* 37. *c.* 8. Et venarus eadem callaidis talis; fectura formantur, alias fragiles. ¶ Sectura quoque cavernæ fubterraneæ dicuntur, ut fodinæ, in quibus metalla excuntur, quod a terra fectæ, ideft divifæ funt. *Cæf. l.* 3. *B. G. c.* 21. Cujus rei (*cuniculos agendi*) peritiffimi funt, propterea quod multis locis apud eos ærariæ fecturæ funt.

Secius, a, um, *segato*, *tagliato*, נכרת, πεπρισμένος, partic. a secor. *Hor. l.* 4. *od.* 4. Hydra fecto corpore firmior. *Id. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 104. Sectus unguis. *Quintil. l.* 4. *c.* 5. Scrupulose in partes fecta divifio. ¶ Secta via, *strada fatta*. *Lucr. l.* 5. *v.* 273. Qua via fecta femel liquido pede detulit undas. Eundem verfum repetit *l.* 6. *v.* 638. Sic *Virg.* 6. & 12. dixit, fecare viam, pro ire, *camminare*. ¶ Translate *Ovid. de remed. amor. v.* 443. Secta bipartito cum mens difcurrit utroque, Alterius vires fubtrahit alter amor.

Secubatio, onis, f. fecubitus. *Solin. c.* 39. *de urfis Numid.* Partitis fecubationibus dividuntur,

Secubitus, us, m. *il dormir solo*, κοιμησμὸς, fecubandi actus. *Ovid. 3. Amor. eleg.* 10. *v.* 15. Hanc quifquam lacrimis lætari credit amantum, Et bene tormentis, fecubitique coli? Adde *Catul. carm.* 65. *de nupt. Pel. & Thet. v.* 375.

Seculeo, as, bui, bitum, n. 1. *giacere solo*, שכב לבדו, Ger. *besonder liger*, Gall. *coucher à part*, Hisp. *dormir a parte*, κοιμᾶσθαι μόνος, seorsum, five feparatim cubo. *Liv. l.* 39. *c.* 10. Si per aliquot noctes fecubuiffet. *Sueton. in Tiber. c.* 7. Mox difcedit, & aliquanto gravius, ut etiam perpetuo fecubaret. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 25. Miles depotitis annofus fecubat armis.

Secula, æ, f. 1. *falce*, falx, apud Campanos, a fecando. *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 31.

Seculàris, & re, o. 3. αἰώνιος, עולמי, quod ad feculum fpectat. Ludi feculares erant Ludi apud Romanos, qui centefimo quoque anno celebrabantur pro incolumitate Populi Romani, & falute totius Imperii, *Festus*. Seculares ludi Tarquinii Superbi Regis in agro funt primum facti, quem Marti consecravit P. Valerius Poplicola Cos. quod Populus Romanus in loco illo antea repertam aram quoque Diti, ac Proserpinæ consecraverat in extremo Martio Campo, quod Terentium appellatur, demiffam infra terram pedes fere viginti, in qua pro malis avertendi Populus Romanus facere facra folitus erat. Ludos postea seculares & nonagefimo quoque anno facere ibi cœpit Popilio Lænate, Duumviro facrorum, in quibus hoftiis furulis (lege *furvis*, vel *furvulis*) eft operatus tribus diebus, totidemque noctibus. Ac deinde inftitutum eft, centum poft annos ut fierent. *Pl. l.* 7. *c.* 48. Minus mixor, Stephanionem, qui primus rogatus saltare inftituit, utrifque fecularibus ludis faltaffe. ¶ Centefimo quoque anno fiebant, ut dictum eft. Sed poftea Principum ambitione, minore fpatio interjecto, fæpius fuere inftaurati. *Sueton. in Claud. c.* 21. ¶ In his ludis præco pronuntiare folebat, Populum Romanum eos vifurum esse ludos, quos nemo ejus ætatis unquam vidiffet, aut vifurus eſſet poſthac. *Id. ibid.* ¶ *Carmen seculare* erat, quod fecularibus ludis canì confueverit ab electis ad hoc pueris præterxatis, & puellis virginibus, quale & *Horatius* compofuit, & legitur inter ejus carmina poft *Epodon*. ¶ Apud Ecclefiafticos Scriptores *secularis* fæpe accipitur pro profano. Sic *Tertul. de cor. militæ. c.* 7. literas feculares dixit, *libri d'autori profani*. ¶ Item pro eo, qui extra Chriftianam religionem eft, gentili, ethnico. Hinc *Id. Tertul. cult. de exhortat. ad caftit.* feculares feminas vocat Didonem, & Lucretiam. *Sulpit. l.* 2. Seculares litteræ.

Seculum, i, *vel potius* Sæculum, *& per syncop.* sæclum, *secolo*, עולם, Germ. *hundert jahrige zeit*, Gall. *siècle*, Hisp. *sigle*, αἰὼν, γενεὰ. *Verrius Flaccus*, ut ex eo fcribit vetus Horatii Interpres, definiebat feculum annis centum & decem. *Var. l.* 5. *de L. L.* centum annos dixit esse feculum, quia id fit longiffime feneftentium hominum fpatium. Sunt, qui mille annos feculum esse dicant, teste *Servio in* 8. *Æn.* Hinc *Plaut. in Mil.* 4. 2. 87. Quin mille annorum perpetuo vivunt ab feculo ad feculum. ¶ Plerunque Seculum pro centum annorum fpatio a Scriptoribus ufurpari folet. *Ovid. 12. Metam. de Nestore*. Annos Vixit bis centum, nunc tertia vivitur ætas. *Cic. 2. de Orat. c.* 37. Duobus prope feculis ante. ¶ Interdum ponitur indefinite pro quovis tempore. *Cic. l.* 11. *Fam. ep.* 14. In multa fecula videbamus Rempublicam liberatam: ideft diu, & in multos annos. *Id. 4. Acad.* Nihil ne tot feculis fummis ingeniis, maximis ftudiis explicarum putamus? ¶ Metonymice ponitur pro hominibus, qui aliquo feculo vivunt, pro moribus feculi, &c. *Horat. l.* 1. *od.* 6. Fœcunda culpæ fæcula. *Virg. 1. Georg.* Impiaque æternam timuerunt fecula noctem. *Tacit. de morib. Germ. c.* 19. Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere, & corrumpi feculum vocatur. *h. e.* consuetudo, *moda*. Hinc dictum eft feculum aureum, argenteum, æneum, ferreum. Aureum quidem, cum mundi initio homines innocenter vixere, & fponte sua, fine lege, fidem, rectumque colebant, ut ait *Ovid.* 1. *Met. v.* 90. argenteum, cum paulatim innocentia labescente, inductæ funt leges, & alia ad homines in officio continendos; æneum, quo homines ingenio fæviores, & ad bella promptiores extitere; ferreum, quo in omne nefas ruere cœperunt. *V. Ovid. loc. cit. usque adv.* 150. ¶ Reperitur etiam feculum pro genere, seu ftirpe. *Lucret. l.* 1. *v.* 20. Efficis, ut cupide generatim fecla propagent. *Id. l.* 4. *v.* 1220. Et muliebre oritur partio de femine feclum. *Id. l.* 5. *v.* 864. Lanigeræque simul pecudes, & bucera fecla. *ideft* boves. ¶ Apud Ecclefiafticos Scriptores feculum legitur pro illa vivendi ratione, quæ rerum perituraram negotiis, voluptatibus, divitiis quæritandis occupata eft, & opponitur illi, quæ humana quæque cœlestibus poftpohabet. *Prudens. cathemer.* 5. *v.* 109. Feftos ille vocat per freta feculi. ¶ Interdum etiam fpeciatim dicitur de vita gentilium, *h. e.* eorum, qui Chriftianam fidem non fufceperunt. *Tertul. de exhort. ad castit. c.* 13. Videmus etiam feculi exempla

¶ Item

¶ Item pro mundo. *Sedul.* Beatus auctor feculi. ¶ Digredi feculo, & educi feculo, eft mori, apud *Tertul.*

Secum, V. *Sui*.

Secundæ, arum, f. r. שלית, τὰ δεύτερα, fecundæ partes. Sua natura adjectivum eft. Semper enim subft. *partes* subintelligitur. *Plin. l.* 7. *c.* 12. Ejusdem familiæ Scipioni poft eum cognomen Salutio mimus dedit, ficut Spinter fecundarum, terfiarumque Pamphilus collegio Lentuli, & Metelli Coff. ¶ Subftantivum etiam fæpe exprimitur. *Cic. Divin. in Ver. c.* 15. Ut in actoribus Græcis fieri videmus, fæpe illum, qui eft fecundarum, aut tertiarum partium, cum poffit aliquanto clarius dicere, quam ipfe primarum, multum fubmittere, ut ille princeps quam maxime excellat. ¶ Secundas agere, vel secundas partes agere, translate eft obsequi, & affentari, translatione petita ab hiftrionibus fecundarum partium, qui f

Sedécim, *vel* Sexdecim, adv. *Sedici*, עשר ששׁ, ἑκκαίδεκα. *Plin. l. 10. c. 33.* Sedecim annos durare existimatur. *Ter. Eun. 3. 3. 20.* Annos nata est sedecim. *Liv. l. 37. c. 40.* Sexdecim elephanti.

Sedecúla. V. *Sediculo.*

Sedens, entis, partic. a sedeo. *Cic. 7. Ver. c. 10.* Ut eum nemo unquam in equo sedentem viderit. ¶ Sedens lactuca, eadem ac sessilis. *Martial. l. 10. ep. 48.* In quibus est lactuca sedens, & sectile porrum.

Sedentárius, a, um, ἑδρᾶος, נרפה, quod sedendo fit, ut Opus sedentarium, quod fit a sedente. *Col. l. 12. c. 13.* Neque erit sedentaria ejus opera, sed modo ad telam debebit accedere, modo eos, qui cibum familiæ conficiunt, invisere. *Plaut. Aulul. 3. 5. 39.* Propolæ, linteones, calceolarii, sedentarii sutores, diabathrarii, &c.

Sedéo, es, di, ssum, n. 2, *sedere*, ישב, Ger. *sitzen*, Gall. *s'asseoir*, Hisp. *assentarse*, καθέζεσθαι, est in terra, vel in sella, vel in equo, &c. natibus inniti, ab ἕδος. *Vir. 10. Ecl. v. 71.* Dum sedet, & gracili sifcellain texit habisco. *Cic. 1. de Div. c. 46.* Cum virgo staret, & Cæcilia in sella sederet. *Id. Ver. 7. c. 41.* Eum vident sedere ad latus Prætoris. *Liv. l. 1, c. 34.* Ibi ei carpento sedenti cum uxore, aquila suspensis dimissa leniter alis pileum auferit. *Quintil. l. 2. c. 4.* Super caput Valerii pugnantis sedisse corvum. *Asin. Poll. ad Cic. Fam. ep. 32.* Gallum hiitrionem in quatuordecim sessum deduxit. V. *Quatuordecim. Solin. c. 57. de bucephalo.* Cum ab equario suo etiam alias molliter sederetur. ¶ Translate fumitur pro manere, cessare, otiosum esse. *Cic, l. 16. Fam. ep. 7.* Qui si essent, nos Corcyræ non sederemus. *Id. Att. l. 12. ep. 44.* Quid enim sedere totos dies in villa ista? *Hor. l. 1. od. 17. v. 37.* Sedit, qui timuit, ne non succederet. *Ter. Adelph. 4. 5. 38.* An sedere oportuit domi virginem tam grandem? ¶ Item pro insidere, inhærere, imprimi. *Quintil. l. 11. c. 3.* Vox clara, pura, secans aera, auribus sedens. *Flor. l. 4. c. 2.* Cujus in scuto centum, atque viginti tela sedere. *Stat. 12. Theb. v. 115.* Nomen in ore sedet. *Sen. ep. 2.* Id in animo fideliter sedet. ¶ Item pro incubare. *Plin. l. 4. c. 53.* Polypus fœmina modo in ovis sedet, modo cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. Sedere alicui dicitur, quod placet, quod decretum, & constitutum est. *Flor. l. 4. c. 5.* Cum bellum sederet, de fine tractarum est. *Vir. 4. Æn.* Si mihi non animo fixum, immotumque sederet. *Id. l. 5. v. 418.* Idque pio sedet Æneæ, probat auctor Acestes. *Plin. l. 2. c. 7.* Sedere cœpit sententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. *Sen. ep. 46.* Parum mihi sedet judicium. ¶ Ponitur etiam pro convenire, aptum esse. *Quintil. l. 11. c. 1.* Nam & ita sedet melius toga, & continetur. *Plin. in Panegy. c. 10.* Quam bene humeris tuis sederet imperium. ¶ Est etiam militare verbum, & significat, castra habere posita. *Plaut. Amph. 2. 1. 53.* Ordine omne, dum apud hostes fedimus, edisseravit. ¶ Item Judicum, & Prætorum, qui sedere dicuntur, cum causis, & cognitionibus vacant. *Liv. l. 40. c. 8.* Sedeo miserrimus pater judex inter duos filios. *Cic. pro Cluent. c. 38.* Sedistine judex in C. Fabricium? *Plin. l. 1. ep. 10.* Sedere pro tribunali, ¶ Præterea eleganter sedere dicuntur loca humilia, & depressiora. *Lucan. l. 3. v. 38.* mediisque sedent convallibus arva. *Silius l. 12. v. 162.* Campo Nola sedet. ¶ Item quæ collabuntur, & ruunt. *Stat. l. 5. Silv. 3. v. 200, de Capitolii incendio:* Vix requies flammæ, nec dum rogus ille Deorum sederat. ¶ Item qui in loco aliquo domicilium figunt. *Flor. l. 2. c. 11.* Reliquiæ Gallorum in media Asiæ parte sederant. ¶ Sedere ad Reipublicæ gubernacula, & vacare administrationi Reip. ducum a navis rectore, qui sedet ad puppim clavum tenens, ad cursum regendum. *Cic, pro Rosc. Amer. c. 18.* ¶ Sedere morbus dicitur, qui continuus est, & obstinatus. *Martial. l. 1. epigr. 90.* Sic *Sen. in Med. v. 746.* Longe gravior pœna sedeat conjugis socero mei. *h. e.* fixa hæreat, & jugiter ab eo pendatur,

Sedes, is, f. 3. *sede, sedis*, מושב, כסא, Ger. *sitz, sessel*, Gal. *siege, selle*, Hisp. *silla, assiento*, ἕδρα, locus in quo sedemus, qui & sella, & sedile dicitur. *Cic. 1. de Or. c. 7.* Et omnes in iis sedibus, quæ sub platano erant, consedisse dicebat. ¶ Translate fumitur pro loco habitationis, sive pro domicilio. *Cic. in Pison. c. 22* Mihi ipsa Roma prope convulsa sedibus suis obviam procedere visa est. *Id. pro Arch. c. 4.* Is sedem omnium rerum, & fortunarum suarum Romæ collocavit. *Tacit. de Germ. c. 30.* Catti initium sedis ab Hercynio saltu inchoant. ¶ Item pro sepulchro. *Vir. 6. Æn. v. 371.* Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. ¶ Metonymice ponitur pro naribus, & tota ea parte corporis, super quam sedentes innitimur, & sæpe pro podice, & ani circulo. *Plin. l. 24. c. 7.* Lacryma sedis vitio prodest, nequid siccari, evacuariseve opus sit. *Id. l. 21. c. 20.* Sedes procidua. ¶ Denique pro quocumque loco, ubi res aliqua consistit. *Cels. l. 8. c. 10.* Reponere ossa in suam sedem. *Cic. 3. de Orat. c. 5.* Neque verba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. *Tacit. 3. hist. c. 8.* Sedem bello deligere.

Sedícula, æ, f. *sedietta*, ἑδρίδιον, parva sedes. Ita *Valla* putat dicendum esse. Alii *sedecula* per secundam vocalem rectum esse asserunt. *Cic. Att. l. 4. ep. 10.* Maloque in illa tua sedicula, quam habes sub imagine Aristotelis sedere, quam in istorum sella curuli.

Sedículum, *q. sedile. Paul* apud *Fest.*

Sedigítus, a, um, ἑξαδάκτυλος, qui senos habet in manu digitos. Hinc C. Horatii duæ filiæ Sedigitæ appellatæ sunt, item Volcatius Poeta Sedigitus est cognominatus. *Plin. l. 11. c. 43.*

Sedile, is, n. 3. *sedia*, מושב, משכב, κλισμός, ἕδρωμον, id, super quod sedemus, sedes, subsellium, scamnum ad sedendum aptum. *Vir. 1. Æn. v. 167.* Vivoque sedilia saxo. *Plin. ep. 6. l. 5.* Sunt locis pluribus disposita sedilia e marmore. *Varr. l. 3. R. R. c. 5.* Sedilia avium.

Sedímen, inis, n. *depositione, pessura*, subsidentia. *Cel. Aurel. Tard. 5. c. 4.* In ipsa præterea urina sedimina inveniuntur, aliquando crassiora, & calida, aliquando arenosa, & saxosa.

Sedimentum, i, ὑπόστασις, subsessio, cum ob fundamenti infirmitatem ædificium subsidit, a *sido. Plin. l. 36. c. 20.* Sive inundationibus Tiberis sedimento molis facto.

Seditío, onis, f. 3. *sedizione, discordia*, מהומה, קשר, Germ. *aufruhr*, Gal. *sedition*, Hisp. *alboroto*, στάσις, διχοστασία, dissensio, discordia, motus populi, ubicumque est multitudo hominum adversus Duces, Magistratusve arma capientium, vel imperium detrectantium. *Cic. 4. de Rep.* apud *Non. c. 1. n. 96.* Eaque dissensio civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur. *Id. Att. l. 10 ep. 1.* Si quis in seditione non alterutrius partis fuisset. *Id. ad Brut. ep. 2.* Seditionem facere. *Id. Attic, l. 5. ep. 14.* Seditionem sedare. ¶ Dicitur etiam de domestica discordia. *Terent. Andr. 5. 1. 11.* Filiam dare in seditionem, atque incertas nuptias. ¶ Translate seditio maris est tempestas, jactatio, apud *Stat. l. 9. Theb. v. 142.*

Seditiósе, adv. *sediziosamente*, στασιαστικῶς, per seditionem, more seditiosorum, contentiose. *Cic. pro Cluent. c. 1.* Quæ concionibus seditiose concitatis accommodatior est, quam tranquillis, moderatisque judiciis. *Id. Att. l. 2. ep. 21.* Multa cum seditiosissime diceret. *Tacit. 5 Histor. c. 12.* Seditiosius agere.

Seditiósus, a, um, *sedizioso*, בן קשר, Ger. *aufrührisch*, Gal. *seditieux*, Hisp. *alborotador*, στασιώδης, proclivis ad seditionem, qui seditionem amat, turbulentus. *Cic. 1. Philip. c. 9.* Ut turbulenti, ut seditiosi, ut pernicioſi cives esse velint. *Id. in Vatin.* Cum ante Gellius, nutricula seditiosorum hominum, testimonium diceret. *Tacit. Ann. 5. c. 44.* Seditiosissimum quemque vinctos trahunt. *Ascon. in Orat. pro Mil. c. 17.* Concio seditiosior.

Sedo, as, a, 1. *mitigare, placare*, כפר, השקיט, השבית, שבת, החליץ, Ger. *stillen*, Gal. *appaiser*, Hisp. *assossegar*, πραΰνω, mitigo, lenio, placo. *Cic. pro Flac.* Remittant spiritus, comprimant animos suos, fedent arroganciam. *Id. 1. Leg. c. 20.* Sedare controversiam. *Id. l. 1. de Or. c. 46.* Sedare motus animi. *Lucr. l. 4. v. 848.* Sedare sitim. h. e. restinguere. *Nepos in Eumen. c. 9.* Diem unum operirur ad lassitudinem sedandam militum, *h. e.* reficiendam. ¶ Neutrorum more *Vellej.* apud *Gell. l. 18. c. 12.* Postquam tempestas sedavit, Adherbal tarnum inmolavit.

Sedúco, is, xi, ctum, a. 3. *tirare in disparte*, פתה, הסית, Ger. *neben sich führen*, Gal. *tirer & mener à part*, Hisp. *apartar, apartamiento*, seorsum duco ab aliis, quasi de rebus aliquibus locuturus. *Ter. Hec. 1. 2. 69.* Post Pamphilus me solum seduxit foras. *Cic. Att. l. 5. ep. 21.* Cum hæc disseruissem, seducit me Scaptius. *Propert. l. 1. el. 9. v. 27.* Quippe ubi non liceat vacuos seducere ocellos. *h. e.* alio convertere, & ab amica spectanda avertere. ¶ Significat etiam separare, disjungere. *Vir. Æn. 4. v. 385.* Et cum frigida mors anima seduxerit artus. *h. e.* animam a corpore separaverit. *Ov. 13. Met. v. 485. de Memnonidibus avibus:* quarto seducunt castra volatu. *h. e.* in duas partes dividunt. ¶ Translate *Cic. 1. Tusculan. 31.* Animum ad seipsum advocamus, fecum esse cogimus, maximeque a corpore seducimus. Alii tamen leg. *abducimus.* ¶ Pro decipere, in errorem inducere, *sedurre. Tertull. l. 2. adverf. Marcion. c. 8.* Angelus, qui seduxit. Quod vero addunt quidam *Lexicographi Terent. Andr. 4. 1. 20.* Etiam me, seducere istis dictis postulas? optimæ plerique Editiones habent *ducere*, & *subducere.*

Seductílis, le, adjectiv. qui in errorem facile duci potest, ἀλεκτοπάτητος. *Alcim. Avit. l. 2. v. 166.* mortiferum seductilis Eva venenum Auribus accipiens. *Augustin. l. 2. Confession. c. 3. a med.* Seducebat me, quia seductilis eram.

Seductío, onis, *il tirar in disparte*, מרמה, פתה, Ger. *das neben sich führen*, Gal. *detournement*, Hisp. *apartamiento*, ἀπαγωγή, abductio a turba. *Cic. pro Mur. c. 24.* Mœstos amicos, observationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animadvertebant. ¶ Item separatio. *Lactant. l. 2. c. 12.* Mors est corporis, animæque seductio. ¶ Item in errorem inductio. *Tertull. l. 2. adverf. Marcion. c. 2.* Adam confessus est seductionem.

Seductor, oris, m. *seduttore*, מפתה, qui seducit & decipit. *Ver. Gloss.* Seductor πλάνος, ἀπατεωνίς, *Augustin. tract. 29. in Joann. sub init.* Si enim seducere desinere eit, nec Christus seductor est.

* Seductórius, a, um, ad seducendum pertinens. *Augustin. Confess. l. 5. c. 6.*

Seductrix, icis, *seduttrice*, quæ in errorem inducit. *Tertull. l. 2. adverf. Marcion. c. 2.* Adam non occultavit seductricem.

Seductus, us, m. *ritiro*, secessus, seductio. *Senec. de tranquill. animi, c. 3.* Nec, ut leonum impetus cayeis coerceatur, sic hominum, quorum maxime in seductu actiones sunt.

Seductus, a, um, ἀπεσχοινισμένος, seorsum ductus, *tirato in disparte. Liv. l. 30. c. 5.* Singulos deinde feparatim, Lælium, ac Masinissam, seductos obrestatur, &c. *Perf. sat. 6. v. 42.* Quisquis eris, paulum a turba seductior audi. ¶ Item separatus, disjunctus. *Senec, ep, 118. (al. 117.)* Proprium habent quiddam, & a corporibus seductum.

Seduculum. V. *Sudiculum.*

* Sedularim. V. *Siliquastrum.*

Sedúle, adv. idem ac sedulo. *Col. l. 9. c. 9.* Semper quidem custos sedule circumire debet alvearia.

Sedulítas, atis, *diligenza, assiduità*, חרוה, שקידה, ἐπιμέλεια, instans, & fidele officium, diligentia, assiduitas. *Cic. 8. Fam. ep. 11.* Cornelii operam & sedulitatem laudare possum. *Ov. 4. Fast. v. 434.* Et non sentitur sedulitate labor. ¶ Aliquando in malam partem accipitur pro nimia diligentia, & affectata cura ea etiam præstandi, quæ supra justum officium sunt, περιεργία. *Hor. l. 2. ep. 1. v. 260.* Sedulitas autem, stulæ quem diligit, urget.

Sedúlo, adv. *diligentemente*, השכם, Ger. *fleissiglich, zeitsamlich*, Gal. *soigneusement.* Hisp. *con cuydado*, ἐπιμελῶς, diligenter, assidue, impense, cum sedulitate. *Cic. 5. Fam. ep. 20.* Faciam omnia sedulo, quæ te sciam velle. *Ter. Adel. 3. 3. 59.* Fit sedulo; nihil prætermitto. ¶ Item data opera, de industria. *Ter. Hec. 4. 2. 1.* Non clam me est, gnate, tibi me esse suspectam, uxorem tuam propter meos mores hinc abisse, etsi ea dissimulas sedulo. ¶ Item serio, ex animo, sine dolo. *Nonius* enim *c. 1. n. 171.* sedulo, inquit, quasi sine dolo. *Plaut. Capt. 4. 2. 106.* Quando mihi nihil credis, quod ego dico sedulo. *Ter. Phor. 2. 4. 13.* Ego sedulo hunc dixisse credo.

Sedúlus, a, um, *diligente*, שוקד, חרוץ, Ger. *fleissig, forgsam*, Gal. *soigneux, diligent*, Hisp. *cuydadoso*, ἐπιμελής, diligens, officiosus, intentus. *Ovid. 13. Met. v. 928.* Non apis inde tulit collectos sedula flores. *Hor. l. 1. sat. 5.* sedulus hospes. *Cic. de clar. Orat. c. 47.* Eloquentes videbare, non sedulos velle conquirere.

Sedum, i, n. 2. σέδιλον, genus herbæ, al. sempervivum, a *sempere sedendo.* Vulgus a foliis vermiculorum similitudinem referentibus vermicularem nominat. *Plin. l. 18. c. 17.* Democritus succo herbæ, quæ appellatur aizoon, in tegulis nascens, tabulisve, Latine vero sedum, aut digitellum, medicata seri jubet omnia semina.

Sedúni, m. 2. prop/ Galliæ Lugd. verfus fontes Rhodani fl. inter Helvetios ad Bor. Veragros ad Occ. Lepontios ad Or. & partim ad Mer. Ex minima tantum parte attingunt Rhætos, ex nulla Allobroges. Eorum regio nunc dicitur Valesia superior, *le haut Valais*, cujus caput est Sedunum. *Plin. l. 3. c. 20.*

Seges, etis, f. *biada*, קמה, Ger. *habern, getreide, korn*, n. Gal. *blé, grain*, Hisp. *los panes*, λήϊον, fruges eorum seminum, ex quibus conficitur panis, nondum demessa, ut ait *Valla l. 4. c. 24.* Est a *sero*, ut *teges* a *rego. Cic. de Sen. c. 15.* Segetibus, & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt. *Id. in Orat.* Siquidem est eorum gemmare vites, stitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. *Plin. l. 18. c. 17.* Si in articulum seges ire cœperit. ¶ Non tantum de frumento, aut agro frumentum ferente dicitur, sed etiam sic vocatur, quicquid frumenti more in arvo seritur. Quare & lini segetem dixit *Virg. 1. Georg. v. 77.* & ne id poeticum putes, legimus apud *Colum. l. 2. c. 14.* Omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus fatisfeit. ¶ Dicitur etiam metonymice de terra arata, & consita. *Festus.* Seges dicitur ea pars agri, quæ arata, & consita est, a serendo videlicet. *Cicer. in Orat. c. 15.* Segetes fœcundæ, & uberes non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus. *Virg. Georg. l. 1. v. 47.* Illa seges demum voris respondet avari Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit. Adde *Cat. R. R. c. 36. Var. l. 1. R. R. c. 50.* & *Plin. l. 18. c. 11.* ¶ Translate fumitur pro causa. *Cic. pro Mil. c. 13.* Quid enim odisset Clodium Milo segetem, atque materiem suæ gloriæ? Item pro multitudine. *Virg. 3. Æn. v. 45.* Hic confixum ferrea texit Telorum seges. *Plaut. Aul. 1. 1. 6.* Tibi ego reddam causam, stimulorum seges? *h. e.* digna, in cujus tergo stimuli, velut in arvis segeres, defixi stent.

Segésta, *sive* Segetia, Dea, quæ segetibus præerat, & segetes læras facere existimabatur. *Plin. l. 18. cap. 2.* Hos enim Deos tunc maxime noverant, Sejamque a ferendo, Segestam a segetibus appellabant, quarum simulacra in Circo videmus. Tertiam ex iis nominare sub Tedio religio. *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.* Apud veteres quoque qui nominasset Salutem, Selam, Segetiam, Turilianam, ferias obtervabat.

Segésta, f. 1. urbs exc. Siciliæ, in ora Occ. inter Lilybæum, & Panormum. *Cic. Ver 5. cap. 33.*

Segestánus, Segestæ incola. *Cic. Verrin. 6. c. 33.*

Segesténsis, se, adject. qui est e Segesta Siciliæ oppido. *Cic. Ver. 5. c. 36.*

Segéstre, is, & Segestrium, ii, n. 3. & 2. teges, seu stragulum e paleis, & farmentis fegerum confectus, quo ab antiquis lecticæ sternebantur, & involvebantur, a fegete ductum. *Varr. l. 4. de L. L. c. 35.* Lecticam qui involvebant, quod fere ftramenta erant e fegete, fegestria appellant, ut eriam nunc in castris. Quidam leg. *fegestriam*, ut fit fœmin. 2. declinat. *Id. l. 1. de vita pop. Rom.* apud *Non. c. 1. n. 35.* Quod frontem lecticæ ftruebant, ex ea herba torta torum appellatum; hoc quod injicitur, etiamnum toral dicitur, lecticam quæ involvebant, (alii leg. *qui*, ablat. pro *quo*) fegestria appellabant. Adde *Lucill.* apud *eumd. Non. c. 14. n. 3.* ubi *Turneb. l. 12, cap. 16.* legit *fagestre*, tamquam a *fagus*, & exponit operimentum craffum ex villiori lana. ¶ Ponitur & pro quovis stragulo. *Suetonius in Aug. c. 83.* narrat, Augustum exercendi corporis causa, interdum *fegestrio vel lodicula involutum* deambulare solitum. Ita ibi legendum censent plerique Critici: alii *festertio.* ¶ Et pro quovis involucro ad aliquid involvendum. *Plin. l. 13. cap. 12.* Emporetica (*charta*) inutilis scribendo, involucris chartarum, fegestriumque in mercibus usum præbet.

Segetális, le, adject. a fegete derivatum. Gladiolus fegetalis, herba eft folia habens gladio fimilia, caulem cubitalem, flores purpureos, radices duas parvulas, & rotundas. *Apulej. de herb. c. 78.*

* Segetia. V. Segesta dea.

Segmen, inis, n. ἀπόκομμα, חלק, בתר. id, quod e re aliqua fecatur, a *seco. Plin. l. 13. c. 12.* Segminibus utrinque amputatis. *Gel. l. 10. c. 15.* Unguium Dialis, & capilli segmina fubrer arborem terra operiuntur.

Segmentárus, a, um, *intagliato*, Germ. *eingelegt, das von kleinen stucken gemacht ist*, Gal. *fait de plusieurs pesites pièces, & couleurs*, Hisp. *trepado, pintado, mosayco*, segmentis variegatus, ut Segmentatæ cunæ, quæ confectæ sunt ex tenuissimis ligni segmentis diverforum colorum, & quodam quasi vermiculato emblemate. *Juven. sat. 6. v. 89.* Et segmentatis dormisset parvula cunis. ¶ *Martial. l. 6. epigr. 74. de calvo:* Calvam trifilem segmentatus unguento. *h. e.* qui calvam unguenti veluti fegmentis imbuit, vel quasi calvam fulcraam unguentis habens. Alii aliter legunt.

Segmentum, i, *tagliamento, divisione*, פלח, שבר, בתר, חלק, Ger. *stuck, abschnitzlen*, Gal. *piece, morceau*, Hisp. *tajada*, ἀπόκομμα, quicquid ab aliqua re fecatur, ut sunt inciſuræ, & virgulæ fectæ ex gemmis, & unionibus, a *segmen. Plin. l. 36. cap. 6* Craſſior arena laxioribus fegmentis terit, & plus erodit marmoris. ¶ Per Synecdochen dicitur de ornamento colli, quod monile vocatur, quia ex fegmentis fieri consuevit, ideſt ex bracteolis auri, vel argenti. *Juvenal. sat. 2. v. 124.* Segmenta, & longos habitus, & flammea fumit. ¶ Usurpatur de particulis purpuræ, & de bracteolis auri, vel argenti, ex quibus vermiculatim conficiuntur pretiosissimæ confectiones vestes, quæ fegmentatæ dicebantur, & per positis pretiosissimæ confectiones vestes, quæ fegmentatæ dicebantur, & per Synecdochen de ipsis vestibus. *Ovid. l. 3. de art. am. v. 169.* Quid de veste loquar? non jam fegmenta requiro. *Valer. Max. l. 5. cap. 2.* Permisit quoque his purpurea vestæ, & aureis uti fegmentis. Nonnulli in his, & aliis locis fegmenta interpretantur falciolas, quæ vestis extrema parte assuitur, junctæque ornamento sint indumentis mulieribus, vel quibus nova nupta amicitur, ut ait *Probus.* Alii accipiunt pro margaritis, & murenulis. ¶ Translate segmenta dicuntur partes cœli, vel terræ, in quas Astronomi cælum, & terram mente, & cogitatione secant. *Plin. l. 2. c. 33.* Flura sunt autem hæc segmenta mundi, quæ nostri circuerunt. *Plin. l. 6

Semele, es, f. 1. Σεμέλη, Cadmi Thebarum Regis, & Harmiones filia, ex qua & Jupiter Bacchum genuit. *Ovid. 3. Met. v. 260. Horat. l. 1. carm. od. 29.* Mater æva cupidinum, Thebanæque jubet me Semeles puer, &c.

Semeleius, a, um, quod ad Semelem spectat, ut Proles Semeleia, ideſt Bacchus. *Ovid. 5. Metam. v. 329.* Delius in corvo, proles Semeleia capro.

Semellitāni, m. 2. pop. Siciliæ, quorum oppidum semellium. *Plin. l. 3. c. 8.*

Semellium, n. 2. *Salmi*, opp. Siciliæ, medium fere inter Mazaram ad Austr. & Segeſtam ad Bor.

Semen, inis, *ſeme, ſementza*, זרע, Germ. *ſaamen*, Gall. *ſemence*, Hiſp. *ſimiente*, σπέρμα, σπόρος, principium illud, ex quo tamquam ex cauſa materiali res gignuntur, ut ſemen frumenti, hordei, hominis, &c. a *ſero*, quaſi ſerimen, ut *nomen a noſco*, *flumen a fluo*. *Lucr. l. 1.* Dum ſemen forte virile, &c. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 19.* Quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant, convenerant. ¶ Antonomaſtice, ſeu per excellentiam ſemen dicitur frumenti genus, quod zeam duplicem, ζέαν δίκοκκον, appellant. Ita dicitur a præſtantia frugis. *Plin. l. 18. c. 8.* Qui zea utuntur, non habent far. Eſt & hæc Italiæ, in Campania maxime, ſemenque appellatur. *Id. ibid. c. 24.* Serere in jugero temperati ſoli ſatum eſt tritici, aut ſiliginis modios quinque, farris, aut ſeminis (quod frumenti genus ita appellamus) decem, hordei ſex. ¶ Dicitur etiam ſemen de virgultis, & ſurculis. *Colum. l. 3. c. 4.* Ex ejuſmodi vitibus lecta ſemina multum, honumque vinum præbebunt. *Id. de arborib. c. 20.* Semina trifurca maxime ponito. ¶ Translate accipitur pro cauſa, vel pro auctore alicujus rei, & eo, a quo quid ortum eſt. *Cic. 2. Offic. c. 8.* Nec vero unquam bellorum civilium ſemen, & cauſa deerit. *Id. 2. Phil. c. 23.* Ut igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum, & ſtirpium, ſic hujus luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. *Sen. epiſt. 73.* Semina virtutum. ¶ Item pro genere, ſeu ſtirpe. *Cic. in Rul. 2. c. 35.* Non ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis, ac ſeminis, quam ex iis rebus, quæ vitæ conſuetudine ſuppeditantur. *Sueton. in Calig. c. 25.* Nec ullo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quam feritatis. ¶ De ſtellis minutioribus, *Manil. l. 5. v. 726.* Tum conferta licet cæli fulgentia templa Cernere ſeminibus denſis.

Sementārio, onis, ſementis factio. *Tertul. de ſpectac. c. 8.*

Sementārius. V. *Semento*.

Sementicus, a, um, σπόριμος, quod ſeminari poteſt. *Plin. l. 18. c. 7.* Sementica autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam appellant. Alii leg. *ſementiva*.

Sementifer. V. *Serpentifer*.

Sementīnus, a, um, quod ad ſemen, vel ſementem ſpectat, Sementina pyra, quæ uſque ad ſementis tempus durant. Alii dicta credunt a ſeminum multitudine. *Cat. c. 7.* Pyra volema, aniciana, & ſementina. Alii leg. *ſementiva*. ¶ Sementina dies, ſeu Sementinæ Feriæ, feſtum fuit apud Romanos ex genere eorum, quæ ſtata non erant, quod agebatur, poſtquam agricolæ ſemina terræ mandaſſent. *Paul.* apud *Feſt.* Sementinæ feriæ fuerunt inſtitutæ, quaſi ex iis fruges grandeſcere poſſent. *Id.* Conceptivæ feriæ feſta dicebantur, quæ incertis diebus ſervabantur quotannis, ut Sementinæ, Compitaliciæ. In pleriſque manuſcriptis eſt *Sementivæ*. *Ovid. 1. Faſt. verſ. 658.* Nec Sementina eſt ulla reperta dies. Alii hic quoque leg. *ſementivæ*.

Sementis, is, f. *ſemina, ſementione*, זרע, בזרת, Germ. *ſaat, das ſaen, ſame*, Gal. *ſemence, graine*, Hiſp. *ſementera*, σπόρος, ſatio, vel ſeminatio, a *ſemen*. *Cic. 1. de Orat. cap. 58.* Tamen nemo tam fine oculis, tam fine mente vivit, ut, quid ſit ſementis, ac meſſis, quid arborum putatio, ac vitium, quo tempore anni, aut quo modo ea fiant, omnino neſciat. *Colum. l. 11.* Si autumno ſementem facturus eſt. ¶ Nonnunquam accipitur pro ſeminandi tempore. *Id. l. 2. c. 9.* Altero ſulco ſeminari debet poſt æquinoctium, media fere ſementi, læto ſolo. ¶ Aliquando pro ſemine jam terræ mandato. *Id. l. 2. cap. 8.* At ubi venit imber, muitorum dierum ſementis uno die ſurgit. ¶ Interdum pro ſegete. *Gel. l. 2. c. 9.* Et caſſita in ſementes forte conceſſerat tempeſtiviores. ¶ Eleganter translate uſurpatur. *Cic. 2. de Or. c. 65.* Ut ſementem feceris, inquit, ita & metes. *Idem 3. de nat. Deor. c. 30.* Hanc igitur a Diis immortalibus tantam arbitramur malorum ſementem eſſe factam? ¶ In accuſativo aliquando reperitur *ſementim*, & inablativo *ſementi*. *Cato c. 27.* Sementim facito ita. *Colum. l. 2. c. 12.* Peracta ſementi, ſequens eſt cura ſarritionis. ¶ Joculariter *Plaut. Men. 5. 7. 23.* Hiſce ego jam ſementem in ore faciam, pugnoſque obſeram. *h. e.* in ore eorum, tamquam in agro pugnos ſeram.

Sementīvus, a, um, adject. qui ſeritur, vel ſerendo aptus eſt, ut ſementivum ſemen. *Tertul. de jejun. 4.* V. *Sementicus*, & *Sementinus*.

Semento, as, n. 1. σπερματεύω, ſemen produco. *Plin. l. 18. c. 28.* Et in primis inutile naſci herbas ſementaturas.

Semermis, & me, o. 3. ἡμίσακος, pro dimidia tantum parte armatus. *Liv. l. 30. c. 28.* Ex agreſtium ſemermi turba. *Tac. Ann. 3. cap. 39.* Semermes, ac palantes trucidari ſunt. ¶ Sunt qui malunt ſcribere *Semiermis*. ¶ Invenitur etiam *ſemermus, a, um*. *Tacit. l. 1. Annal. c. 68.* Paucos, ac ſemermos. *Id. 3. Ann. cap. 45.* Statuerat a tergo ſemermos.

Semeſtris, & ſtre, o. 3. *di ſei meſe*, בן ששה חדשים, ἑξαμηνιαῖος, ἑξάμηνος, quod eſt ſex menſium. *Cicer. Attic. 10. epiſt. 8.* Jam intelligere, id Regnum vix ſemeſtre eſſe poſſe. *Plin. l. 8. c. 39.* Semeſtrem vitam excedere. *Sueton. in Aug. c. 35.* Sibique inſtituit conſilia fortiri ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad ſenatum referendis tractaret. *h. e.* conſiliarios, qui per ſenos menſes ſibi in conſilio eſſent, quoſque poſtea, aliis allectis, removeret.

Semeſtrium, ii, *ſpazio di un mezzo meſe*. *Colum. l. 11. c. 2.* Hoc igitur ſemeſtrium, & delinceps ſequentia, tempeſtatibus annotatis, percenſuimus. V. totum *Columellæ* locum, ex quo intelliges, falli eos, qui ſemeſtrium exponunt ſpatium ſex menſium.

Semēſus, a, um, *mezzo mangiato*, שחצי נאכל, Ger. *bekaget, halb geeſſen*, Gall. *à demi mangé*, Hiſp. *medio comido*, ἡμίβρωτος. *Hor. l. 2. ſat. 6. v. 85.* Semeſaque lardi Fruſta dedit. *Suet. in Tib. c. 34.* Solemnibus ipſe coenis pridiana ſæpe, ac ſemeſa obſonia appoſuit.

Semer. V. *Sui*.

Semētrium, i, quod eſt ſine menſura, non ſymmetrum, ut diſſona ſemetra, apud *Prudent. in Pſychom. v. 289.* ubi quidam aliter leg.

* Semi, ἡμι, ἥμισυ, dimidium ſignificat, poniturque pro *ſemis* in compoſitis.

Semiacerbus, a, um, adject. *mezzo acerbo, mal maturo*. *Pallad. in Auguſt. tit. 13.* Uvæ ſemiacerbæ ſuccus.

* Semiadapertus, ſemadapertus, *ſocchiuſo*, ſemiapertus. *Ovid. 1. Am. el. 6. v. 3.* Obliquum capiat ſemiadaperta latus.

Semiadpertīlis, a, um, adject. *mezzo aperto*. *Apul. lib. 3. Met.* Oculi udi, ac tremuli, jamjamque ſemiadpertuli.

Semiagrēſtis, e, adject. *mezzo ruſticano, poco civile*. *Aurel. Victorin. in Diocles. n. 17.* Maximianum fidum amicitia, quamquam ſemiagreſtem, militiæ tamen, atque ingenio bonum, imperatorem juber.

Semiambuſtus, a, um, adject. *mezzo abbruciato*. *Sueton. in Calig. c. 59.* Cadaver tumultuario rogo ſemiambuſtum.

Semiamictus, a, um, adject. *mezzo veſtito, mal veſtito*. *Apul. l. 1. Met.* Sciſſili pallaſtro ſemiamictus. Adde *l. 7.*

Semiamputātus, a, um, dimidia parte amputatus. *Apul. l. 1. Metam.*

Semianīmis, & me, o. 3. & Semianimus, a, um, *mezzo morto*, כמו מת, Germ. *halb todt*, Gal. *à demi mort*, Hiſp. *medio muerto*, ἡμίθνησις, ἡμιθνής, ſemivivus, ſemimortuus. *Virg. 11. Æn. v. 635.* Semianimes volvuntur equi. *Lucr. l. 6. v. 1266.* Languida ſemianimo cum corpore membra videres. *Cic. 1. de Div. c. 47. ex Ennio:* Subigit ipſa feris transfigens unguibus anguem Semianimum, & varia graviter cervice nicantem. *Liv. l. 28. cap. 23.* Et in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque injicerent corpora.

Semiannīus, a, um, *di mezz' anno*, ut ſemiannua nox, apud *Martian. Capell. lib. 6. pag. 194.*

Semiapertus, a, um, *mezzo aperto*, ἡμιανοίκτως, dimidia fuſi parte apertus. *Liv. l. 26. c. 39.* Paucos ex multis trepida fuga incedentes, ſemiapertis portarum foribus, in urbem compulit.

Semiaſſus, a, um, *mezzo arroſtito*, ſemicombuſtus. *Cic. 1. Tuſc. cap. 44. ex Poeta:* Heu reliquias ſemiaſſi Regis, denudatis oſſibus, per tertam ſanie deliburas fœde diu vexarier.

* Semiarer. V. voc. ſeq.

Semiatrātus, a, um, adject. dimidia parte attratus. *Var.* apud *Non. c. 2. num. 298.* Liberi ſemiatrati exſequiantur. Alii, leg. *ſemiatri*.

* Semiaxius. V. *Sarmentitius*.

Semibarbārus, a, um, *mezzo barbaro*, qui dimidia parte barbarus eſt. *Sueton. in Caſ. c. 76.* Quoſdam e ſemibarbaris Galliorum recepit in Curiam. *h. e.* Narbonenſes, ut quidam interpreres putant, quod hi inter barbaros majoris cultus eſſent, atque elegantiæ. *Capitolin. in Maxim.* Adoleſcens, & ſemibarbus.

Sembos, ovis, o. ἡμίβους, dimidia ſui parte bos. *Ovid. l. 4. Triſt. eleg. 7. v. 18.* Centimanumque Gygen, ſembovemque virum.

Semicanaliculus, i, m. *mezzo canaletto*. *Vitruv. l. 4. c. 3.*

Semicānus, a, um, adject. *mezzo canuto*. *Apul. l. 8. Met.* Cincinnis ſemicanis, & pendulis capillacus.

Semiciper, pri, com. *mezzo capra*, ἡμίτραγος, qui dimidia ſui parte caper eſt. Epitheton eſt Faunorum, & Satyrorum, qui inferiore ſui parte capris ſimiles pinguntur. *Ovid. 5. Faſt. v. 101.* Semicaper coleris ſuccinctis Faune Lupercis.

Semicinctium, ii, ἡμιζώνιον, חגורה, חגורית, cinctus, ſive zona minus lata. *Iſid. Orig. l. 19. cap. 33.* Cinctus eſt lata zona, & minus lata ſemicinctium, & utriſque minima cingulum. Alii definiunt genus veſtis breviſſimæ, quo venter, & velanda teguntur. *Perron. in Satyr. c. 94.* Incluſus ego ſuſpendio vitam finire conſtitui, & jam ſemicinctio ſtanti ad parietem ſpondæ me vinxeram, cervicefque nodo conderam. Eſt & apud *Martial. l. 14. epigr. 153.* in titulo ipſius epigrammatis.

Semicircularis, & re, o. 3. *ſemicircolare*, ἡμικυκλιος, quod habet medii circuli formam. Apud *Colum. l. 5. c. 2.* quo loco poſita eſt figura ſemicirculi, ſequentibus hæc verba: *ſemicircularis agri forma*; quæ tamen incertum, ſintne *Colum.* an alterius, qui ad explicandam figuram ea addiderit.

Semicirculātus, a, um, ſemicirculi forma factus. *Celſ. l. 7. c. 26. tit. 2.* Ferramentum fecit rectum in ſummam partem labroſum, in imam ſemicirculatum.

Semicirculus, i, m. *mezzo circolo*, חצי אופן, Germ. *ein halber kreiſſ od. zirckel*, Gal. *demi cercle*, Hiſp. *medio circulo*, ἡμικύκλιος, medius circulus. *Cic. 5. Fin. c. 20.* Cumque non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, & ſemicirculos conſectari. *Scalig.* legit *feſſuncular. Colum. l. 5. c. 2.* Si ſemiculus fuerit ager, & *mox*. Si autem minus, quam ſemicirculus erit.

Semiclauſus, & Semiclīſus, a, um, adj. *mezzo chiuſo*. *Apul. l. 10. A. A.* Semiclauſo ore balbutiens. *Inſcript.* apud *Fabr. p. 230.* Silvane ſacra ſemiclauſe fraxino.

Semicoctus, a, um, *mezzo cotto, guaſtato*, ἡμίεφθος, dimidia parte coctus, ſemicrudus. *Plin. l. 18. c. 11.* Ex tritico candidiſſima atque grandiſſima eligunt grana, & ſemicocta in ollis.

Semicombuſtus, a, um, adject. *mezzo bruciato*. *Prudent. in Rom. v. 859.* Alunt olivo ſemicombuſtas faces.

Semiconfectus, a, um, adj. *mezzo fatto*, ut ſemiconfectus ceſpes. *Sidon. l. 6. ep. 10.*

Semiconſpicĭtus, a, um, adject. qui dimidio conſpicitur. *Apul. l. 3. A. A. poſt init.* Nonnulli per feneſtras ſemiconſpicui.

Semicorporālis, & le, o. 3. idem ac ſemicorporeus. *Firmic. l. 2. c. 12.* Aries eſt ſignum in cælo maſculinum, ſemicorporale, oculis languidis, erraticum.

Semicorporĕus, a, um, *mezzo corporale*, dimidio corporeus. *Firmic. l. 2. c. 12.* Cancer ſignum eſt in cælo ſeminum, mobile, ſemicorporeum, irrationale.

Semicremātus, a, um, *mezzo abbruciato*, ἡμίφλεκτος, dimidia parte crematus. *Ovid. in Ibin, v. 634.* Membra feras Stygiæ ſemicremata neci.

Semicrēmus, a, um, adject. idem quod ſemicrematus. *Ovid. 12. Met. v. 287.* Semicremoque novat repetitum ſtipite vulnus.

Semicrūdus, a, um, *mezzo crudo*, ἡμίωμος, pro dimidia parte crudus. *Colum. l. 6. c. 26.* Lupini ſemicrudi conterruntur. *Sueton. in Aug. cap. 1.* Semicruda extra. *Stat. l. 4. ſilv. 9. v. 48.* Quid, ſi cum bene mane ſemicrudus Illatam tibi dixero ſalutem? *ideſt*, cibo pro dimidia parte digeſto.

Semicubitālis, & le, o. 3. quod dimidio cubito conſtat. *Liv. l. 42. c. 65.* Ut palmæ ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum.

* Semicīpæ, Cimeſſores, Stataſii &c., ſcurrilia nomina otioſæ plebis hominum, apud *Ammian. l. 28. c. 4.* al. 25.

Semidĕus, i, m. *ſemideo*, ἡμίθεος, medius inter naturam humanam, & divinam. V. *Heros*. *Ovid. in Ibin, v. 80.* Fluminaque, & Nymphæ, ſemideumque genus. *ideſt* Dii Indigetes. *Lucan. l. 8. v. 831.* Nos in templa tuam Romana accepimus Iſim, Semideoſque canes.

Semidĕs, ĕi, f. dimidium diei. *Auſonius in Eclogario de ratione dier. v. 5. & alibi*.

Semidigitālis, le, adject. qui habet magnitudinem dimidii digiti. *Vitruv. l. 10. cap. ult.* Terebratur foramen digitale, ſemidigitale, ſeſquidigitale.

Semidoctus, a, um, *mediocremente dotto*, ἡμίμαθής, qui eſt mediocris eruditionis. *Cic. 2. de Orat. cap. 42.* Hæc ut & properans, & apud doctos, & ſemidoctus ipſe percurro.

Semiermis. V. *Semermis*.

Semifactus, a, um, ἡμίπρακτος, pro dimidia tantum parte factus. *Tacit. lib. 15. An. c. 7.* Semifacta opera fuga perrupit.

Semifastīgium, ii, dimidium faſtigii. *Vitruv. l. 7. c. 5.*

Semifer, ra, rum, *mezzo beſtia*, ἡμιθήριος, quod parte dimidia fera eſt, cujuſmodi erant Centauri, qui anteriore, ſeu ſuperiore parte homines erant, poſteriore, ſeu inferiore equi. *Cic. 2. de nat. Deor. ex Arato:* Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe. *Ovid. 2. Metam. v. 335. de Chirone Centauro.* Semifer interea divinæ ſtirpis alumno Lætus erat. ¶ Semifer etiam dicitur, qui non omnino ferus eſt, *mezzo ſalvatico*. *Plin. l. 8. c. 57. de ſorice*: Semiferum & ipſum animal, cui vivaria in doliis idem, qui apris inſtituit.

Semiformis, & me, o 2. *informe, o mezzo formato*, ἡμίμορφος, quod dimidiam formam habet. *Colum. l. 8. c. 5.* Pullique ſemiformes interimuntur. *Idem l. 9. c. 25.* Luna ſemiformis.

Semifultus, a, um, ἡμιυπάκτος, pro dimidia parte fultus. *Martial. l. 5. epigr. 14.* Subſellioque ſemifultus extremo.

Semifūmans, antis, *mezzo fumante*. *Sidon. l. 1. ep. 7.* Qui adhuc in eo ſemifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur.

Semifunālium, ii, dimidius funis. *Car. de R. R. c. 135.*

Semigærŭlus, a, um, adject. qui ad Œtulos vel regione, vel moribus accedit. *Apul. in Apol.* Memet profeſſus ſum, ſeminumidam, & ſemigærulum.

Semigermānus, a, um, quod de Germanis participat. *Liv. l. 21. c. 38. ad fin.* Utique cum quæ ad Apenninum ferant, obſepta gentibus ſemigermanis fuiſſent.

Semigræce, adv. *Lucil.* apud *Vol. Longum de Orthogr.*

Semigræcus, a, um, ἡμιέλλην, quod de Græcis participat. *Var. l. 2. de R. R. cap. 1.* Ut ſemigræcis paſtoribus dicam Græce.

Semigrāvis, & ve, o. 3. *mezzo aſſonnato*, ἡμιβαρύς, pro dimidia parte gravis. *Liv. l. 25. c. 24.* Quia magna pars in turribus epulari, aut ſopiti vino erant, aut ſemigraves potabant.

Semigro, as, a. 1. *partirſi*, ἀποικέω, ad ſeorſim habitandum me confero. *Cic. pro Cal. c. 7.* Reprehendiſtis, a patre quod ſemigrarit.

Semihians, tis, nom. ex partic. *mezzo aperto*. *Apul. l. 10. A. A.* Semihiantes compreſſit labias. *Catul. carm. 61. Epithal. Jul. & Manl. v. 220.* Dulce rideat ad patrem ſemihiante labello.

Semihiulcus, a, um, adj. dimidio, vel aliquantum hiulcus, ſemiapertus. *Poeta quidam* apud *Gel. l. 19. c. 11.* Dum ſemihiulco ſavio meum puellum ſavior.

Semihŏmo, inis, com. *mezzo uomo*, ἡμίανθρος, qui dimidia parte homo eſt. *Virg. 8. Æn. v. 194.* Hinc ſpeluncæ fuit vaſto ſubmota receſſu Semihominis Caci.

Semihŏra, æ, *mezza ora*, ἡμίωρον, ſpatium dimidium unius horæ. *Cic. pro Rab. perduel. reo, c. 2.* Meque ex comparato, & conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ curriculum coegiſti.

Semijejunium, ii, *mezzo giorno*. *Tertul. adv. Pſych. cap. 13.* Stationum ſemijejunia interponentes.

* Semiānnis, ſeminānis, dimidia parte inanis, ἡμίκενος. *Plin. 2. 18. Luna* in triquetro ſeminani ambitur orbe.

* Semiintĕger, gra, grum, dimidia parte integer, ἡμιπλήρης, ἡμιτέλειος. *Ammian. 5. 18.* peremtaque innumera hominum millia, pauca, quæ ſemiintegra ſunt relicta &c.

Semijŭgerum, i, ἡμιπλέθρον, medium jugerum. *Colum. l. 4. c. 18.* Vel in ſemijugerum omnibus modis dirimatur.

Semilăcer, ra, rum, *mezzo lacero*, ἡμιβάπτης, dimidia parte lacer. *Ovid. 7. Met. v. 344.* Semilacerque toro tentat conſurgere.

Semilăter, ris, m. *mezzo mattone*. *Vitruv. l. 2. cap. 3.* Una parte lateribus ordines, altera ſemilateres ponuntur.

Semi-

Semilautus, a, um, *mezzo lavato*. *Catul. carm. 54. in Caſ. c. 2.* Semilauta crura.

Semiliber, ra, rum, *mezzo libero*, ἡμιελεύθερος, media libertate fruens. *Cic. Attic. l. 13. ep. 31.* Obſecro, abjiciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus.

Semilibra, æ, f. *mezza lira*, ſelibra. *Apul. l. de herb. c. 99.* Adipis cervini ſemilibra.

Semilixa, æ, m. ἡμισκηλόφορος, qui fere lixa eſt, *ſoldato vile*. *Liv. l. 30. cap. 28.* Cui Statorius ſemilixa ducere exercitus ſolitus ſit. Adde *l. 28. c. 28.*

Semilixŭla, æ, f. genus placentæ, ſeu libi incondite facti. *Var. l. 4. de L. L. cap. 22.*

Semilunarĭcus, a, um, *mezzo lunatico*, qui paulo minus eſt, quam lunaticus. *Jul. Firmic. l. 7. c. 3. ad fin.* Semilunatici naſcentur.

Semimadĭdus, a, um, *mezzo bagnato*, ἡμίβροχος, dimidia parte madidus. *Colum. l. 2. c. 4.* Ne lutoſus ager tractetur, neve exiguis nimbis ſemimadidus.

Semimarīnus, a, um, ἡμιάλιος, quod & de mari, & de terra participat. *Lucr. l. 5. v. 890.* Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis Corporibus Scyllas.

Semimas, aris, m. 3. *caſtrato*, קרס, Ger. *ein halber mann, verſchnittener*, Gal. *demi mâle, chaſré*, Hiſp. *capado*, ἡμιάνδρος, caſtratus, eviratus, ut ſemimares capri. *Varr. l. 3. R. R. c. 9.* Semimaris ovis viſcera. *Ovid. 1. Faſt. v. 388.* ¶ Dicitur & de hermaphroditis, qui utrumque ſexum participant. *Liv. l. 31. cap. 12.* Ante omnia abominati ſemimares. *Ovid. 4. Metam. v. 380.* Ergo ubi ſe liquidas, quo viz deſcenderat, undas Semimarem feciſſe videt.

Semimaſcŭlus, li, m. ſemimas, caſtratus. *Fulgent. l. 3. mythol. cap. 5.* Berecynthia Attin caſtrando ſemimaſculum fecit.

Semimatūrus, a, um, adject. *mezzo maturo*. *Pallad. in Jun. tit. 12.* Hordeum ſeminaturum.

Semimēdus, a, um, pæne Medus, & Semigræcus, apud *Apulejum in Apolog.*

Semimetopia, orum, n. plur. dimidiæ metopæ. *Vitruv. l. 4. c. 3.* In extremis angulis ſemimetopia ſint impreſſa. V. *Metopa*.

Semimitra, æ, f. *picciola mitra*, o *cuffia*. *Ulpian. l. 25. ff. de aur. argen.* &c. Vittæ, *mitræ*, ſemimitræ.

Semimortĭus, a, um, *mezzo morto*, ἡμιθνής, quod pro dimidia parte mortuum eſt. *Catul. ad Licin. carm. 50. v. 14.* At defeſſa labore membra, poſtquam ſemimortua lectulo jacebant.

Seminālis, & le, o. 3. *da ſemenza*, quod ad ſementem faciendam ſpectat. *Colum. lib. 11. cap. 2.* Viciæ pabularis modios ſeptem, vel octo, viciæ ſeminalis modios quinque, vel ſex. ¶ Seminalia abſolute pro ipſa ſementi uſurpat *Tertul. lib. 1. adv. Marcion. c. 13.*

Seminārium, ii, *ſeminario, ſementzajo*, φυτώριον, תחילה, זורע, locus, in quo ſurculi arborum, aut vitium panguntur, ut ubi ad certam adoleverint magnitudinem, in alium locum transferantur. *Colum. l. de Arborib. c. 1.* Qui vineam, vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debet. *Id. l. 5. c. 6.* Si ulmorum ſeminarium paratum habuerit. ¶ Translate ſumitur pro quacumque origine tum in bonam partem, tum in malam. *Cic. 1. Off. cap. 17.* Id autem eſt principium urbis, & quaſi ſeminarium Reipublicæ. *Id. in Piſon. cap. 40.* Ex illo fonte, & ſeminario triumphorum cum arida folia laurea retuliſſes. *Id. 2. Catil. c. 10.* Scitote, hoc in Republica ſeminarium Catilinarium fore.

Seminārius, a, um, ad ſemina pertinens, *Cato R. R. c. 10. ſub fin.* Pilum fabarium unum, farrearium unum, ſeminarium unum.

Seminātio, onis, *il ſeminare*, זרע, σπορὰ, actus ſeminandi. *Var. l. 2. de R. R. c. 6.* Ad ſeminationem onagrus idoneus, quod e fero fit manſuetus facile, &c.

Seminātor, oris, *ſeminatore*, σπορεύς, qui ſeminat. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 34.* Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens, ut ita dicam, atque educator, & altor eſt mundus. *Id. l. 3. c. 26.* Seminator malorum.

Seminātus, a, um, *ſeminato*, genitus. *Plaut. Amph. 1. 2. 19.* Alter decumo poſt menſe naſcetur puer quam ſeminatus.

Seminēcis, *vel* Semineex, cis, *mezzo morto*, ἡμιθνητος, ἡμιθανὴς, qui ſemimortuus eſt, qui gravi vulnere accepto morti eſt vicinus. *Liv. l. 29. c. 2.* Qui circa Regem ſeminecem reſtantem, deinde pilo terræ affixum pugnabant. *Ovid. 1. Metam. v. 228.* Atque ita ſemineces partim ferventibus artus mollit aquis, par tim ſubjecto torruit igni. *Sil. lib. 6. v. 11.* Seminecum lumina. ¶ In recto caſu exempla nondum vidimus.

Seminium, ii, idem ac ſemen, vel planta, aliudve quidvis, quod de ſe aliquid poteſt producere. *Colum. l. 2.* Nonnunquam ſuperfuſa terra lætentibus ſeminiis. *Varr. l. 2. de R. R. c. 6.* Ego, inquit, de aſinis potiſſimum dicam, quod ſim Reatinus, ubi optimi, & maximi ſunt, e quo ſeminio ego hos procreavi pullos. ¶ Item pro ſobole, & fœtu. *Lucret. l. 3. v. 743.* Denique cur acris violentia triſte leonum Seminium ſequitur.

Semĭno, as, n. 1. *ſeminare*, זרע, Germ. *ſaen*, Gal. *ſemer*, Hiſp. *ſembrar*, σπείρω, fero, ſemen ſpargo, ſemina terræ trado, vel mando. *Colum. l. 2. cap. 9.* Seminari debet hordeum poſt æquinoctium. *Id. lib. 2. c. 8.* Ne ſeminarentur agri, niſi cum terra pluviis maduiſſet. ¶ Interdum ponitur pro gignere, producere. *Virg. 6. Æn. v. 206.* Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum Fronde viridi nova, quod non ſua ſeminat arbos. *Colum. l. 6. c. 24. de tauris*. Quoniam ſi parte dextra deſiluit, marem feminaſſe manifeſtum eſt, ſi leva, fœminam. ¶ Translate ſumitur pro ſpargere, divulgare. *Lactant. lib. 4. cap. 10.* Ut cultum Dei per totam terram ſeminaret.

Seminōſus, a, um, adject. ſeminibus plenus, *Auct. priapeor. carm. 51.* Seminoſæ cucurbitæ.

Seminŭlus, a, um, *mezzo nudo*, ἡμιγύμνος, dimidia parte nudus. *Liv. l. 9. c. 6.* Primi conſules prope ſeminudi ſub jugum miſſi. Adde *l. 24. c. 40.*

Seminumĭdia, æ, m. V. *Semigærulus*.

* Semiobōlus, i, m. ἡμιωβόλιον, dimidium oboli. *Fann. de pond. v. 8.*

Semiobrŭtus, a, um, adj. *mezzo coperto*, ut dolio ſemiobrutus, apud *Apul. l. 9. A. A.*

Semionŭſtus, a, um, *mezzo carico*, dimidio onuſtus. *Siſenna* apud *Priſcian. ſub fin. l. 10.* Nayes ſemionuſtæ.

Semiorbis, is, m. dimidius orbis, *ſemicircolo*. *Sen. l. 1. quæſt. natur. cap. 8.* In ſemiorbe nihil prohibet aſpici totam pilam.

Semipagānus, a, um, adject. ἡμικωμῆτης, fere ruſticus, ſemidoctus, rudis, ut ſunt ii, qui fere ſemper in pagis morantur. *Perſ. in prol. v. 6.* Ipſe ſemipaganus Ad ſacra vatum carmen affero noſtrum.

Semipătens, tis, nom. ex partic. ſemiapertus, dimidio patens. *Sidon. l. 7. ep. 6.* Semipatentibus jacere veſtibulis.

Semipăter. V. *Semo*.

Semipedālis, & le, o. 3. ἡμιποδιαῖος, quod medii pedis longitudinem habet. *Plin. l. 13. c. 4.* Semipedales ramorum relinquentes truncos.

Semipedanĕus, a, um, adject. idem ac ſemipedalis. *Colum. l. 4. cap. 1.* Abunde eſt, ſemipedaneam conſtis reſolutam vitibus terram ſubjicere.

Semiperactus, a, um, ſemiperfectus. *Paulin. Nolan. carm. 20. nat. 7. S. Felic. v. 305.* Homo ſemiperactus.

Semiperemptus, a, um, adject. *Tertul. in Sodom. c. 4.* Semiperempta etiam ſi qua illic jugera. h. e. ſemiambuſta.

Semiperfectus, a, um, dimidia parte perfectus. *Sueton. in Calig. cap. 21.* Opera ſub Tiberio ſemiperfecta abſolvit.

Semĭpes, edis, m. *mezzo piede*, ἡμίπους, menſura dimidii pedis, hoc eſt octo digitorum. *Plin. l. 12. c. 19.* Deinde rubeſcit, addito ſemipede. *Vitruv. l. 5. cap. 5.* Aperturæ altæ ſemipedem.

Semiphalarĭca, æ, f. telum phalarica minus, cubitale, quod manu jaculabantur. *Gel. lib. 10. cap. 25.*

Semipiſcīna, æ, dimidium piſcinæ, parva piſcina. *Var. l. 1. R. R. c. 13.* Lacus, qui intra ſtylobatam cum venit, ſit ſemipiſcina.

Semiplacentīnus, a, um, ἡμιπλακουντίνος, aliqua ratione Placentinus. *Cic. in Piſon. cap. 6.* Calatinus, credo, aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæſonius Semiplacentinus Calventius.

Semiplēne, adv. *dimezzatamente*. *Sidon. c. 4. ep. 22.* Præterita infructuoſe, præſentia ſemiplene dicuntur.

Semiplēnus, a, um, *mezzo pieno*, ἡμίπλεος, plenus pro dimidia parte. *Liv. l. 25. c. 30.* improviſo adorti ſemiplenas ſtationes. *Cic. 7. Verr. c. 25.* Semiplenæ naves. *Velleſ. l. 2. c. 20.* Duodecim ſemiplenæ legiones.

Semiplŏta, orum, n. 2. ἡμιπλαυτία, ſoleæ dimidiatæ, quibus in venando utebantur, ut planius pedem ponerent. *Feſt.* Ploti appellati ſunt Umbri, pedibus planis quod eſſent. Unde ſoleas dimidiatas, quibus utuntur in venatu, quo planius pedes ponerent, vocant ſemiplotia.

Semipuella, æ, f. *mezzo fanciulla*. *Auſon. in Gripho, v. 21.* Tres volucres, tres ſemideæ, tres ſemipuellæ.

Semipullātus, a, um, adject. ſemiatratus, dimidia parte palla veſte indutus. *Sidon. l. 1. ep. 7.* Accuſatores ſemipullati.

Semipullus, a, um, adject. In fragm. Incerti Auct. quod *Cenſorino* adnectitur, in exemplum pœonis denarii referuntur hæc verba antiquioris cujuſdam Poetæ, *c. 14. ad fin.* Qui repens ſemipullus onere gravi fores ſtreptitu terret.

Semipurātus, a, um, *mezzo ragliato*, ἡμιαγελάδοτος, dimidia ex parte putatus, ſive cæſus. *Virg. 2. Ecl. ſub fi.* Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.

Semirămis, is, vel idis, f. Regina Aſſyriorum, Ninī uxor, mulierum omnium, quarum ex hiſtoria ad nos pervenit notitia eſt, longe celeberrima, quam cum Cyro præcipue Alexander admiratus fertur, quod in illa & magnitudo animi, & rerum geſtarum claritas plurima emicuiſſet. Cum Ninus deceſſiſſet, relicto impubere adhuc filio Ninya, Semiramis nec immaturo auſa tradere imperium, nec ipſa palam tractare, tot ac tantis gentibus vix patienter uni viro, nedum fœminæ parituris, ſimulavit ſe pro Nini uxore filium, pro fœmina puerum. Nam & ſtatura utrique mediocris, & vox pariter gracilis erat, & lineamentorum qualitas matri, ac filio ſimilis. Igitur brachia, ac crura velamentis, capue tiara texit. Et ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum veſtiri juſſit: quem morem veſtis exinde gens univerſa tenet. Sic primis initiis ſexum mentita puer eſſe credita eſt. Magnas deinde res geſſit: quarum an plitudine, ubi invidiam ſuperatam putavit, quæ eſſet, faſſa eſt, quemve ſimulaſſet. Nec hoc illi dignitatem Regni ademit, ſed admirationem auxit, quod mulier non fœminas modo virtute, ſed etiam viros anteiret. Hæc Babylonem condidit, muramque urbi coëto latere circumdedit, arenæ vice bitumine interſtrato: quæ materia in illis locis paſſim e terra exæſtuat. Multa & alia præclara hujus Regine fuere. Siquidem Æthiopiam quoque imperio adjecit. Sed & Indiæ bellum intulit: quo, præter illam, & Bacchum, ſeu Liberum Patrem, & Alexandrum Magnum, nemo intravit. ¶ Verum eadem tam portentoſæ libidinis fuiſſe traditur, ut & equum uſque ad coitum adamarit, & filii concubitum expetierit. Cum igitur a filio concubitum petiiſſet, ab eodem interfecta eſt. *Juſtin. l. 16. c. 2.* Aſſyriis regibus genus ex Regina Semirami fuit. *Id. l. 1. c. 1.* Relicto impubere filio, & uxore Semiramide.

Sem

rant Lares publici, hoc est ii, qui urbis erant custodes, qui etiam dicebantur *Dii Præsites, Compitales, Viales*, quia in compitis, semitis, viis publicis statuebantur. *Auctor Priap. De Sabino*: Neque ulla vota Semitalibus Diis esse facta.

Semitarius, a, um, qui semitas percurrit. *Catull. ad Contubernales, carm.* 37. v. 16. Omnes pusilli, & semitarii mœchi. *Semitarios mœchos* vocat, qui vulgaria scorta, & in semitis prostituta sectantur.

Semitātim, adv. per semitas. *Titin.* apud *Charif. l.*2. Semitatim fugi, atque effugi.

Semitātus, a, um, *adj.* semitis divisus. *Martial. l.*6. *ep.*74. Calvam trifilem semitatus unguento. h. e. quasi sulcis unguento pictis in calva. Alii leg. *segmentatus*.

Semitectus, a, um, adject. *mezzo coperto. Apul. l.*4. *A. A.* Capuli semitecti. Adde *Arnob. l.*6.

Semito, as, a. 1. semitis distinguo, ut *limito* est limites constituo. *Plin. l.*17. *c.* 22. Semper vero quintanis semitare: hoc est ut quinto quoque palo singulæ jugeræ includantur. Hæc *Plin.*

Semitonium, ii, *ἡμιτόνιον, mezzo tuono di voce. Macrob. l.*2. *in Somn. Scip. c.* 1. Sonum tono minorem veteres semitonium vocitare voluerunt.

Semitractātus, a, um, nom. ex partic. *trattato per la metà, o imperfettamente*, ut semitractata materia. *Terr. de fuga in persecut. c.*12.

Semitrepidus, a, um, adject. *mezzo tremante. Apul. l.*7. *A. A.* Semitrepidos juxta mucrones Martios constitutos.

Semitritus, a, um, *ἡμιτεταβὴς*, dimidia parte tritus. *Col. l.*1. *c.*6. Quo collocata semitrita frumenta prorogantur.

Semivīētus, a, um, mollis, flaccidus, fere consumptus. *Col. l.*12. *c.*16. Alii solis virigineis, nonnulli plataninis semivietas uvas contegunt.

Semivir, viri, m. *mezzo uomo*, סְרִיס, Ger. *halber mann*, Gal. *demi homme*, Hisp. *medio hombre*, *ἡμιάνδρος*, non perfecte vir, eunuchus. *Ov. Met. v.* 385. Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde semivir. *Plin. l.*11. *c.*49. Testes homini tantum injuria, aut sponte naturæ franguntur, idque tertium ab hermaphroditis, & spadonibus semiviri genus habent. ¶ Ponitur etiam pro eo quod *media parte vir*, media bestia est. *Ovid.*9. *ep.* Semivir occubuit vi, Lemniferoque veneno Nessus, & infecit sanguis equinus aquas. ¶ Translate sumitur pro effœminato, molli. *Virg.* 4. *Æn. v.* 215. Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu. *Liv. l.*33. *c.*28. Qui tam atrocem cædem pertinere ad illos semiviros credebant.

Semivīrus, a, um, *semivivo, mezzo morto, ἡμίζωος*, semimortuus. *Cic.*3. *Verr. c.* 17. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, P. R. socium atque amicum, fumo excruciatum, semivivum reliquit. ¶ Translate sumitur pro debili, & exigui vigoris. *Cic. pro Sext. c.*59. Et cum erat reclamatum semivivis mercenariorum vocibus.

Semivocālis, & le, o. 3. *ἡμίφωνος*, קוֹל לְקוֹל, quod proxime ad vocem accedit. *Var. l.*1. *R. R. c.* 17. Instrumenti genus vocale servi, semivocale boves, mutum vocalium sonum habent. *Priscian l.*1. *Quintil. l.*1. *c.*4.

Semivolĭcris, is, f. quæ dimidia parte volucris est. *Symmachus l.*1. *ep.*47. Tricinium semivolucrum puellarum. *h. e.* Sirenum.

Semiustulandus, a, um, *ἡμικαυτηρίας*, particip. pass. temporis futuri, vel ger. a *semis*, & *uro. Suet. in Tib. c* 75. Atellam ponius deferendam, & in Amphitheatro semiustulandam.

Semiustulātus, a, um, idem quod semiustus. *Cic. pro Mil. p.*13. Tu P. Clodii cruentum cadaver ejecisti domo, tu spoliatum imaginibus, exequiis, infelicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

Semiustus, a, um, *mezzo abbruciato*, Ger. *halb verbrennt*, Gal. *à demi brûlé*, Hisp. *medio quemado*, *ἡμίφλεκτος, ἡμίκαυτος*, dimidia parte ustus. *Cic. in Phil.*2. Ipsæ faces, quibus semiustum latus istius est. *Virg. Æn.*3. *v.*578. Semiustum fulmine corpus. Alii leg. *semustum*. ¶ Translate *Liv. l.*22. *c.*40. Se populare incendium priore Consulatu semiustum effugisse.

Semizonarius, ii, m. qui semicinctia facit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 42. Strophiarii aliàs, *semizonarii*.

Semnĭon, ii, n. *σεμνεῖον*, herba pavonis picturis similis, odore eximio, sic dicta a majestate, & pulchritudine. *Plin. l.*24. *c.*17.

Semnŏnes. V. *Senones*.

Semo, ōnis, m. Semones erant Dii ex illorum numero, qui minorum gentium dicuntur, hoc est ex hominibus in Deos relati, quasi *semihomines*, seu *semihomines* (*hominem* pro hominem dixit *Enn.* apud *Priscian. l.* 6.) *Fulgentius de vetib. antiq.* Semones dici volueruntˌ deos, quos cælo nec dignos asseriberent, propter meriti paupertatem, sicut Priapus, Vertumnus; nec terrenos eos deputare vellent, per gratiæ venerationem. *Ovid.* 6. *Fast. v.* 213. Quærebam, nonas Sanco, Fidione referrem, An tibi Semo pater: tunc mihi Sancus ait: Cuicunque ex istis dederis, ego manus habebo: Nomina trina fero, &c. Quidam minus recte leg. *An tibi Semipater*, &c. *Liv. l.*8. *c.*20. Bona (*Pisruvii damnati*) Semoni Sancoˌ censuerunt consecranda. V. *Sangus*.

Semodiālis, le, adj. semodio constans, ut semodialis placenta. *Cato R. R. c.* 76.

Semodius, ii, m. *mezzo maggio*, Germ. *halb maß*, *ein halber scheffel*, Gal. *demi-boisseau*, Hisp. *medio celemin*, *ἡμιμέδιμνος*, dimidius modius, a *semis*, & *modius*, quasi semimodius. *Col. l.*2. *c.*11. Quod eadem quantum modiis, nonnumquam & tribus, interdum etiam duobus, ac semodio jugerum occupat. *Juven. sat.*14. *v.* 66. Et tamen uno Semodio scobis hæc emundat servulus unus.

* Semones. V. *Semo*.

* Semonia, Dea a *Macrob. l.*1. *Sat. c.*16. memorata.

Semōre, adverb. *separatamente*, ut semore aliquid tetere. *Plin. Valerian. l.*3. *c.*4. Adde *Marcell. Empir. c.* 20. *post med.* & *Diomed. Grammat. l.*1.

Somōtus, a, um, nom. ex particip. *σεσωρισμένος*, segregatus, separatus, remotus. *Lucret. l.*1. *v.*46. a curis seimotus. *Id. l.*2. *v.*19. cura semotæ, metuque. *Lactant. l.*5. *c.*15. Nihil a sapientis ratione semotius. *Auctor Dialogi de Orat. c.* 2. Arcana semotæ dictionis. h. e. a vulgari usu remotæ.

Semovĕo, es, ovi, otum, a. 2. *rimuovere, levar via*, הֶרְחִיק, בְּעֵר, הִסִּיר, Ger. *neben sich rucken od. legen*, Gal. *tirer à part*, *ôter*, *écarter*, *ôter*, Hisp. *apartar*, *quitar*, *ἀποκινῶ*, seorsum moveo, separo, sejungo. *Cic. de Arusp. resp. c.*12. Itaque qui antea voce præconis a liberis semovebantur, tuis ludis non voce, sed manu liberos a se segregabant. *Id.* 1. *Acad. c.*9. Nam Strato ejus auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen ab disciplina omnino semovendus est. *Id.* 3. *de Or. c.*5. Neque res lumen habere possunt, si verba semoveris.

Semper, adv. *sempre*, תָּמִיד, לָעַד, לְעוֹלָם, Ger. *allezeit*, Gal. *toujours*, Hisp. *siempre*, *ôti*, omni tempore. Nugantur hic Etymologi, dum originem acutius indagant. *Cic.* 1. *Tusc. c.*23. Quod semper movetur, id sempiternum est.

Semperflorum, i, herba, eadem quæ sempervivum. *Apul. de herb. c.* 123.

Semperlenitas, atis, continuata lenitas. Furat *Donatus*, unam dictionem esse. Sed re vera duæ sunt inter se distinctæ, ut *semper servus*, *semper floreat*. *Ter. Andr.* 1. 2. 4. Et heri semper lenitas, verebar, quorsum evaderet.

Sempervīva herba, eadem quæ sempervivum. *Apul. de herb. c.* 123. Herbæ sempervivæ folia potui dentur. *Pallad. l.*1. *tit.*25. Contra eruca, femina, quæ spargenda sunt, sempervivæ succo madefiant.

Sempervīvum, i, *sempervivo*, *ἀείζωον*, herbæ genus, ita dictum a perpetua viriditate, quod & *aizoon* Græca voce appellat *Plin. l.*25. *c.ult.* ejusque duo genera enumerat, majus, & minusculum: additque, majus ab Italis vocari etiam sedum magnum, minusculum ab aliquibus sempervivum: quamquam utrunque genus uno etiam sempervivi nomine appellatur. *Apul. de herb. c.* 123.

Sempiterne, adv. *perpetuamente*, semper, apud veteres. *Pacuvius* apud *Non. c.*2. *n.* 778. Populoque ut sempiterne sospitem.

Sempiternĭtas, atis, *perpetuità*, *ἀϊδιότης, τὸ ἀτελεύτητον*, עַד, נֵצַח. *Apul. in Trismegist.* Mundus stabili sempiternitate circumvallatus.

Sempiterno, adv. semper. *Solin. c.* 48. Tenacibus foliis sempiterno inumbrantur. Adde *Caton.* apud *Charif. l.*2.

Sempiternum, adverb. *in sempiterno*, sempiterne. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 26. Quod tibi sempiternum salutare sit.

Sempiternus, a, um, *sempiterno, eterno*, נֶהֱיֶה, Germ. *ewig*, *immerwerend*, Gal. *éternel*, Hisp. *eterno*, *ἀΐδιος, ἀϊδίως*, perpetuus, semper durans, a *semper*, & *æternus*. *Cic.* 1. 5. *Fam. ep.* 12. Ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim. *Id.* 1. *Tusc. c.*23. Quod semper movetur, id sempiternum est. *Id.*4. *Catil. c.*9. Ignis Vestæ perpetuus, & sempiternus.

Sempronĭānus, a, um, *adj.* ad Sempronium pertinens, ut Sempronianum Senatusconsultum. *Cic.* 12. *Fam. ep.* 20.

Sempronĭus, ii, nomen Romanum. *Cic.* 1. *de Orat. c.*9. Tib. & C. Sempronii eloquentissimi.

Sempronĭus, a, um, adject. ad Sempronium pertinens, ut Semproniæ leges. *Cic. Verr.* 5. *c.* 63. & *Phil.* 1. *c.* 6. ¶ Semproniæ leges latæ a Tib. & C. Sempronio Graccho trib. pl. plures fuerunt: Agraria, ne quis ex publico agro plus quam quingenta jugera possideret: Judiciaria, lata A. U. DCXXX. ut judicia, quæ semper antea penes ordinem senatoriuri fuissent, ad Equites transferentur: Militaris, ne minor annis 17. ad militiam cogeretur: De suffragiis, ut Sociis Latinis jus suffragii perinde ac civibus R. esset: & aliæ, quas V. apud *Horomannum in Lexx.* ¶ Sempronia horrea locus erat, in quo lege Gracchi fuerunt horrea, ad custodiam frumenti publici. *Festus*.

Semuncia, æ, f. *mezza oncia*, קֶרֶץ, *ἡμιουγκία*, dimidia uncia. *Cic. pro Cæc. c.*6. Faciebat ædem ex decunce, & semuncia Cæcinam. *Liv. l.* 34. *init.* Nequa mulier plus semuncia auri haberet. *Pers. sat.*5. *v.*121. Hæreat in fultis brevis ut semuncia recti. Semuncialis, & le, o. 3. *ἡμιουγκιαῖος*, quod mensuram, pondus, vel valorem semunciæ exæquat, ut semunciales asses, apud *Plin. l.*33. *c.*3.

Semunciarius, a, um, *ἡμιουγκιαῖος*, idem ac semuncialis. *Liv. l.*7. *c.*27. Semunciarium tantum ex unciario fœnus factum: *pro di mezzo per cento*. V. *Unciarius*.

Semurinus, a, um, adject. ad Semurium pertinens. *Marcial. l.*9. *ep.*43. Campis dives Apollo Semurinis. V. dicta in *Campe*.

Semurium, n. 2. campus vicinus Romæ, in quo erat templum Apollinis. *Cic. in Anton. l.*6. *c.*5. & *Macrob. l.*1. *Saturn. c.*10.

Semustus, a, um, idem ac semiustus. V. *Semiustus*.

Sena, æ, & in plur. Senæ, arum, f. oppidum Piceni, seu Umbriæ, in litore Adriatici maris, non longe a Metauro fl. a Gallis Senonibus conditum, ut ex *Polybio* constat *l.*2. Hinc *Sil. l.*8. *v.*454. Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Senæ. *Id. l.*15. *v.*551. qua Sena relictum Gallorum a populis servat per sæcula nomen. *Plin. l.*3. *c.*14. Senogalliam vocat, Itali nunc *Sinigaglia*. ¶ Item oppidum Hetruriæ, inter Romam 107. & Florentiam 32. M. P. *Sienæ*. Hanc *Plin. l.*3. *c.*5. Senensem coloniam appellat.

Senacŭlum, i, *palazzo di consiglio*, הֵיכַל, בֵּית דִּין, אַרְמוֹן, שַׁעַר, Germ. *die rathhauß*, Gal. *senat*, *la chambre de conseil*, Hisp. *senado*, *consejo*, *βουλευτήριον*, locus, ubi Senatores conveniebant, seu ubi consultandi gratia consistebant; quemadmodum locus, ubi cœnarent, cœnaculum vocabatur. *Fest.* ¶ Sed temporis progressu senaculum aliud fuit. Senaculum, inquam, non erat locus, in quo Senatores de rebus publicis deliberarent: nam hic Senatus, vel Curia dicebatur; sed locus, in quo consistebant, antequam in Curiam vocarentur. Perspicue hoc cernitur in verbis *Valerii Maximi l.*2. *c.*2. *n.*6. Sed ut a luxu perditis moribus ad severissima majorum instituta transgrediar, antea Senatus assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodie quoque Senaculum appellatur, nec expectabat, ut edictocon traheretur, sed inde citatus protinus in Curiam veniebat, ambiguæ laudis civem existimans, qui debitis Reipubl. officiis non fua sponte, sed jussus fungeretur, quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam præstanti acceptum refertur. Hæc *Valer. Max.* ¶ Sed tamen Senaculum, & Curia promiscue a Grammaticis accipiuntur. In hac acceptione tria Senacula Romæ fuerunt, quæ a *Festo* his verbis numerantur: Senacula tria fuisse Romæ, in quibus Senatus haberi solitus sit, memoria prodidit Nicostratus in libro, qui inscribitur, De Senatu habendo: unum, ubi nunc est ædes Concordiæ, Capitolium, & Forum, in quo solebant Magistratus cum senioribus deliberare: alterum ad portam Capenam: tertium circa ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum Legatis, quos in urbem admittere nolebant, Senatus dabatur. ¶ Etiam Heliogabalus fecit mulierimi Senaculum, ubi solemnibus saltem diebus conventus fieret matronalis, ut in ejus vita prodit *Lampridius c.*4.

Senatābilis, a, um, dimin. a *senatus*, ut Versus senatioli. *Cic.*5. *Tusc. c.*23. Tenebam etiam quosdam senatiolos, quos in ejus monumento esse inscriptos acceperam.

Senatŭlus, a, um, *senario*, שִׁתִּי, *ἑπτάπους*, quod constat sex rebus, ut Versus senarii, qui constant sex pedibus. *Cic. in Orat. c.*55. Comicorum senarii propter similitudinem sermonis sæpe abjecti sunt.

Senātor, oris, m. *Senatore*, זָקֵן, *βουλευτής*. Senatores erant viri primi, & supremi Ordinis, qui Rempublicam prudentia, & auctoritate una cum Regibus, vel Magistratibus, vel Imperatoribus, suam in rebus gravioribus sententiam dicendo, gubernabant. Dicti sunt a *Senatus*, quæ vox est a *senex*, quia Senatus e senioribus constabat. *Ulp. l. nuptiæ*, 12. *ff. de Senatoribus*. Senatores autem accipiendum est eos, qui a Patriciis, & Consulibus usque ad omnes viros illustres descendunt, quia hi soli in Senatu sententiam dicere possunt. *Fest.* Senatores a senectute dici satis constat, quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio Rempublicam administraret. Itaque etiam Patres appellati sunt, & nunc, cum Senatores adesse jubentur, quibusque in Senatu sententiam dicere licet, quia iis, qui post lustrum conditum ex junioribus Magistratum ceperunt, & in Senatu sententiam dicunt, & non vocantur Senatores ante, quam in senioribus sunt censi. *Cic.* 3. *de Leg. c.*18. Est enim ipse Senator is, cujus non ad auditorem referatur animus, sed qui per se ipse spectari velit. Huic jussa tria sunt, ut adsit, nam gravitatem res habet, cum frequens ordo est: ut loco dicat, idest rogatus: ut modo, ne sit infinitus. Nam brevitas non modo Senatoris, sed etiam Oratoris magna laus est in sententia. ¶ *Senator* in fœminino genere. V. *Relnerator*.

Senatorĭus, a, um, *Senatorio*, *βουλευτικός*, quod est Senatoris, vel ad Senatum spectat. *Cic.*3. *Verr. c.*2. Socios, leges, Rempublicam Senatorio consilio maxime posse defendi. *Id. pro Flac. c.*28. Lysanias adeptus est Ordinem Senatorium. *Tacit. l.*15. *Ann. c.*28. Senatoria ætas. *Sueton. in Claud. c.*24. Senatoria dignitas.

Senātus, us, m. *Senato*, זְקֵנִים, *βουλή*, γερουσία, multitudo virorum, qui sunt Ordinis Senatorii; summus ac princeps in Rep. ordo. Inde autem nomen accepit, ut bene ait *Festus*, quia e senioribus constabat, haud aliter, ac Lacedæmone, quod ex γέροντι constabat, γερουσία vocabatur. *Cic. de Sen. c.*6. Consilium, & ratio, & sententia nisi esset in senibus, non summum Consilium majores nostri Senatum appellassent. Apud Lacedæmonios quidem ii, qui amplissimum Magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam appellantur Senes. *Ov.*5. *Fast. v.*64. Nomen & ætatis mite Senatus habet. ¶ Notat etiam dignitatem Ordinis Senatorii, quam aliquis imperatbat a Regibus, a Consulibus, a Censoribus, ab Imperatoribus. *Cic. l.*13. *Fam.* Hoc autem tempore eum Cæsar in Senatum legit. *h. e.* ei contulit dignitatem Senatoriam. ¶ Item notat locum, in quem Senatores congregabantur, ut sententiam de Republica dicerent, qui etiam Curia dicebatur. *Cic. l.*4. *Fam. ep.*1. Te frustra in Senatum, sive potius in conventum Senatorum esse venturum. ¶ Item ipsum consessum, seu sedilia Senatorum. *Sueton. in Ner. c.*12. In orchestram senatumque descendit. ¶ Dicitur etiam *Senatus, ti*, 2. declin. *Cic. Divin. in Verr. c.*3. Quod in unaquaque re beneficio senati, populique R. juris habui. *Id. ad Brut. ep.*2. Neque senatum, neque senati ducem. *Sallust. in Catil. c.*30. Senati decretum. ¶ *Senatum esse*, & *Senatum haberi*, est Senatores convocari ad quippiam deliberandum. *Cic.*2. *Fam. ep.*4. Senatus haberi ante Cal. Febr. non potest. *Id. ib. ep.*2. Eo die senatus erat futurus. ¶ Senatum mittere, dimittere, *licenziare i Senatori*, *sciorre il congresso*. *Cic. Q. Fr. l.*2. *ep.*1. & *de amic. c.*3. ¶ Senatum vocare, convocare, cogere, edicere, *far consiglio*, *radunar i Senatori*. *Cic.*5. *Fam. ep.*2. *l.*10. *ep.*12. & 28. Sic *Sueton. in Cæs. c.*80. Senatum edicere in Curiam Pompeji. ¶ Similiter Senatum habere dicebantur ii Magistratus, qui jus habebant Senatus convocandi. *Cic.*2. *de nat. Deor. c.*4. Cum pomœrium postea intrasset habendi senatus causa. ¶ In senatum venire, interdum significat senatorem fieri. *Cic. pro Flacc. c.*18. Usque ad illam ætatem in senatum venire non potuit. ¶ Dari senatus dicitur, cum legati in senatum admittuntur, & audiuntur. *Nepos in Annib. c.*7. Priusquam his (*Legatis Rom.*) senatus daretur, navem conscendit. ¶ Senatu movere aliquem, est e senatu ejicere. *Cic. pro Cluent. c.*43. Ut alter de senatu moveri velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet.

Senatus auctoritas. V. in seq. dictione.

Senatusconsultum, i, *decreto del Senato*, חֹק, חֹק, מִצְוֹת הַזְּקֵנִים, *βούλευμα*, Senatus sententia, sive id, quod Senatores decreverunt. *Cic.* 1. *Catil. c.*1. Habemus enim Senatusconsultum in te, Catilina, vehemens, & grave. *Id.*2. *ad Q. Fr. ep.*8 Ad 4. Idus Majas Senatusconsultum factum est de ambitu in Afranii sententiam ¶ Etiam senatus auctoritas, decretum Senatus erat, cum hoc tamen discrimen quod cum senatus legitimus, id est quo loco, quo die, quo numero, a quo Magistratu oporteret, habitus, aliquid de publica, vel de privata re decreverat. Tum, si ex collegio Tribunorum Pl. nemo intercedebat, rata Senatus voluntas erat, & Senatusconsultum dicebatur, eoque nomine inscriptum publicis tabulis consignabatur. Sin autem vel Senatus non legitimus aliquid decreverat, vel Tribunus Pleb. intercesserat, infirmum, ac prorsus irritum decretum illud erat, nec Senatusconsultum, sed *Senatus auctoritas* vocabatur, properea quod auctoritatem quandam publicis tabulis testata Senatus voluntas habere videbatur. *Livius l.*4. *c.*57. Si quis intercedat senatusconsulto, auctoritate se fore contentum. *Cic. l. Fam. ep.*7. S. C. nullum extat, quo reductio Regis Alexandrini tibi adempta sit, eaque, quæ de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, tanam vim habet, ut &c. *Cælius Ciceroni ep.*8. *l.*8. *Fam. referens verba cujusdam Senatusconsulti*. Si quis huic S. C. intercesserit, Senatui placere auctoritatem perscribi, & de ea re ad Senatum, Populumque referri. ¶ Interdum tamen senatus auctoritas pro S. C. accipitur. *Cic. pro Domo sua c.*37. Et senatus auctoritate & Senatusconsulto. *Id. pro Sext. c.*11. natum, & omnes bonos mutata veste vidi. Ex ejus autem *Orat. pro Sext. c.*11. & 12. & *pro Planc. c.*35. aperte colligitur, de ea re Senatusconsultum factum fuisse. *Id. 2. de legib.* 15. Senatus auctoritas de Bacchanalibus. Ex *Liv.* autem constat *l.*39. *c.*18. & 19. senatus illud consultum fuisse.

Senēca, m. 2. nomen duorum excellentium virorum. L. Annæus Seneca filius M. Annæi Senecæ viri Cordubensis, Equestris Ordinis, eruditiliimi, ex Elbia Albinæa, frater junii Annæi Gallionis, & L. Annæi Melæ patris Lucani, Philosophus Stoicus, præceptor Neronis Imp. a quo divitiis ingentibus auctus, cum in Pisonianæ conjurationis suspicionem veniisset, jussus mortem sibi eligere, sibi venas incidit, & interiit. Plura egregie scripsit, quæ adhuc extant. *Plin. l.* 14. *c.* 4. 4. eum vocat principem eruditionis. De ejus eloquentia judicium habes apud *Quintil. l.*10. *c.*1. & *Gell. l.*12. *c.*2. ¶ Senecam dictum, quod canus natus sit, scribit *Cassiodorus*. ¶ Libri Declamationum, qui una cum hujus Senecæ scriptis edi solent, ad ejus patrem, quem diximus, M. Annæum referuntur. ¶ L. Annæus Seneca, alter, similiter Cordubensis, Poeta tragicus. Scripsit tragœdias decem graviffimo stylo, adeo ut Tragicorum principes vocitetur. Sunt tamen, qui harum auctorem in dubium vocant.

Senecĭo, onis, herba capite numerosa lanugine aspero, cauliculis subrubicundis: ita dicta, quod vere canescit. *Plin. l.*26. *c.*13, & *Apuleius de Herbis c.*75. Eadem fortasse est, quæ *Avia* dicitur a *Columella l.*6. *c.*14. ¶ Est etiam cognomen Romanum, ut *Claudius Senecio*, *Herennius Senecio*, &c. quorum meminit *Tacit.* & *Plin. jun.*

Senecta, æ, f. idem ac senectus. *Cic. de Sen. c.*8. ex *Cæcil.* Tum etiam in senecta hoc reputo miserrimum, sentire, ea ætate se esse odiosum alteri. *Virg.* 6. *Æn.* Vires ultra, fortemque senectæ.

Senectus, utis, f. *vecchiezza*, זְקוּנִים, Ger. *das alter*, Gal. *vieillesse*, Hisp. *la vejez*, γῆρας, senum ætas, de qua V. in *Ætas*. *Cic. in Top. c.*7. Senectus est occasus vitæ. *Id. de Sen.* Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. *Id.*5. *Fin. c.*11. Homo senectute confectus. *Id. in Brut. c.*48. Ad summam senectutem vivere. *Id. Phil.*8. *c.*10. Summa senectute esse. ¶ Eleganter translate fumitur pro gravitate, & maturitate. *Cic. in Bruto*, *c.*2. Cum oratio jam nostra canescenter, haberetque suam quandam maturitatem, & quasi senectutem. *Id. ibid. c.*76. Plena litteratæ senectutis oratio. ¶ Item pro aufteritate, & tristitia, quæ propria senum est. *Hor. Epod.*13. dumque virent genua, & decet, obducta solvatur fronte senectus. ¶ Senectus præterea dicitur pellis, quam verno tempore serpentes exuunt, quæ & a Græcis γῆρας. *Plin. l.*8. *c.*30. Anguis modo & stellionis senectutem exuere, eamque protinus devorare.

Senectus, a, um, idem ac Senilis. *Lucr. l.*3. *v.*779. Quidve foras sibi vult membris exire senectis? *Sallust. l.*4. *Hist.* apud *Priscian.* Omnes, quibus ætas senecto corpore animus militaris erat. *Plaut. Amph.* 4. 2. *v.* 13. Senecta in ætate a me mendicas malum. *Apul. l.*7. *Met.* Senecta infirmitas.

Senensis, fe, adject. ad Senam urbem pertinens, ut Senense prælium, apud *Cic. de clar. Or. c.*18. quo scilicet non longe a Metauro fl. Asdrubal fusus est. Senensis colonia. *Plin. l.*14. *c.*14.

Senĕo, es, nui, n. 2. *essere vecchio*, זָקֵן, Germ. *alt seyn*, Gall. *vieillir*, Hisp. *envejecer*, γηράσκω, senex sum. *Catull. de Phaselo*, 4. Quitere recondita senet. *Sueron. in Aug. c.*2. Ayus tranquillissime senuit. ¶ Ab hoc verbo *Priscian. l.*9. deducit participp. *senectus*, *a*, *um*, quod V.

Senescendus, Senescens. V. *Senesco*.

Senesco, is, n. 3. *invecchiarsi*, *divenire vecchio*, זָקֵן, בָּא בַּיָּמִים, γηράσκω, senex fio. *Ov.* 6. *Fast. v.* 771. Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis. *Plin. l.* 6, *c.*4. Feminas gigni celerius, quam mares, sicut celerius senescere. ¶ Translate sumitur pro decrescere. *Varro l.*1. *de R. R. c.*37. Quædam facienda in agris potius crescente Luna, quam senescente. *Cic.*2. *Tusc. c.*2. Oratorum laus ita ducta ab humili venit ad summum, ut jam, quod natura fert in omnibus fere rebus, senescat. ¶ Item pro remitti, relaxari. *Cic. l.*7. *Fam. ep.*7. Vifa est mihi ipsa fortasse jam senescentis morbi remissio profuisse. ¶ Item pro declinare. *Cic.*2. *de nat. Deor.* Quorum alterum hiemi senescenti adjunctum est, alterum æstati. *Liv. l.*29. *c.*3. Annibalem ipsum jam & fama senescere, & viribus. ¶ Item pro aboleri, interire. *Liv. l.*3. *c.*12. Vitia senescunt, maturesceunt virtutes. *Cic.*2. *de Or.* Ut laudem eorum jam prope senescentem ab oblivione hominum, arque a silentio vindicarem. ¶ Item pro vanescere. *Liv. l.*35. *c.*12. Ne cunctando senescerent consilia. ¶ Item pro tabescere. *Liv. l.*1. *c.*22. Civitas otio senescit. ¶ Particip. senescendus, *che ha*, *o deve invecchiare*. *Varr. l.*5. *de L. L. c.*2. Seculum dictum a sene, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarunt.

Senex, is, m. & f. *vecchio*, יָשִׁישׁ, זָקֵן, Ger. *alt*, Gall. *vieil*, Hisp. *viejo*, γέρων, senio confectus, ætate provectus, grandis natu. Distert a *vetus*. Nam *senex* vocantur quantum ad privatam ipsorum vitam, quod usque ad seniem ætatem vixerunt, *veteres* quantum ad publicum tempus, quod alia ætate vixerunt, etiamsi ad seniam non pervenerunt. *Var. l.*6. *de L. L. c.*3. *ex poeta*: Nam vere pusus tu, una cum senex. *Cic. de Senect. c.*10. Maturæ vias senex, si diu velis esse senex. *Plaut. Mil.* 3. 1. 37. Senex neutiquam ingenio est. ¶ Eleganter dicitur de rebus inanimatis. *Martial. l.*3. *ep.*58. Multa flagrat testa senibus annumnis. *h. e.* vino multorum annorum. *Plaut. Stich.* 5. 1. 8. Quasi senex tabescit dies. *h. e.* nocti proximus. *Cic. pro Sext. c.*9. Senex memoria clarorum hominum. Alii aliter leg. ¶ *Senieris*, vel *senecis* in genit. pro *senis* dixit *Plaut. in fragm. Cruellar.* vel *Ciffellar.* apud *Priscian. l.*3. ¶ Comparat. est *senior*. *Varro* apud *Censorin. de die nat. c.*15. Seniores distinguit a senibus ea ratione, quod seniores vocatos ait, qui quarto ætatis gradu finit usque ad annum sexagesimum, quod tum primum senescere corpus incipiat: senes vero esse, qui ultra eam ætatem processerint, quod eo tempore corpus senio jam laboret. Verum hoc discrimen a Scriptoribus non servatur. Nam Annibal apud *Livium l.* 30. *c.*30. se senem appellat, 44. annos natus, auctore *Polybio*. Sic contra *senior* pro sene passim legitur usurpatum. *Ovid.* 12. *Met. v.* 183. Tum senior, Quamvis obstet mihi tarda vetustas, &c. de Nestore loquitur. *Quintil. l.*3. *c.*1. *de Iscrate*. Eo seniore præcipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit. ¶ Seniores interdum iidem sunt ac Senatores. *Liv. l.*14. *c.*60. Publice ad Seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisset. *Varr. l.*4. *de L. L.* Senaculum vocatum, ubi seniores consisterent. ¶ Sæpe *senior* adjective usurpatur. *Ovid.* 15. *Met. v.*470. mortem senioribus imputet annis. *Cic.*2. *de Leg. c.*4. Quæ vis non modo senior est, quam ætas &c.

Seni, æ, a, adj. numerale distributivum, a *sex*. *Curt. l.*8. *c.*14. Senos viros singuli currus trahebant, *sei nomini per cocchio*. ¶ Sæpe sumitur pro cardinali *sex*, *sei*. *Cic.*4. *Ver. c.*49. Pueri annorum senum Senatorium nomen nundinati sunt. *Ovid.*5. *Fast. v.*623. post decies senos annos. *h. e.* sexaginta.

Senĭca, æ, f. *vecchia*, mulier senex. *Pomp.* apud *Non. c.*1. *n.*59. Me exercet senica nequam.

Senicŭlus, li, m. *vecchietto*. *Apul. l.*1. *Met. Sub fin.* Demonstro seniculum in angulo sedentem.

Senidĕni, æ, a, adj. *sedici*, decem & sex. *Tacit. Ann.*1. *c.*36. Missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui senadena fecissent.

Senienfis, fe, ad Seniam pertinens, quæ nunc *Segna*, oppidum Liburniæ. *Plin. l.* 3. *c.*21. & *Tacit.*4. *hist. c.*45.

Senilis, & le, o. 3. *senile*, *di vecchio*, שֵׂיבָה, Ger. *altlich*, *eines alten*, Gal. *de vieillard*, Hisp. *de viejo*, γεροντικός, quod ad senem pertinet. *Cic. de Div. l.*2. *c.*23.

Is autem Tages puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. *Ovid.* 6. *Fast. v.*58. Inque suo pretio ruga senilis erat.

Senilĭter, adv. γεροντικῶς, more senum. *Quintil. l.*1. *c.*11. Tremere seniliter.

Senĭo, onis, m. 3. ἕξάς, שֵׁשׁ, jactus tali sex puncta continens, ita dictus a numero senario. Sunt tamen inter eruditos, qui putent, senionis nomine quaternarium numerum intelligi. V. Interpret. ad *Sueton. in Aug. c.*71. ¶ *Pers. sat.* 3. *v.*48. quid dexter senio ferret, Scire erat in votis, damnosa canicula quantum Raderet &c. *Martial. l.*13. *ep.*1. Senio nec nostrum cum cane quassat ebur. *Sueton. loc. cit.* Talis enim jactatis, ut quisque canem, aut senionem miserat, ita singulos talos singulos denarios in medium conferebat.

Senĭor. V. *Senex*.

Senĭpes, edis, adj. fex pedibus constans. *Sidon. carm.*23. *v.*131. *de Menandro*. Hic dum senipedem stilum polibat. *h. e.* versus fex pedum, seu senarios.

Senĭum, ii, n. *vecchiaja*, זִקְנָה, idem quod senectus, & quæ inde sequitur infirmitas. *Cic. de Univ.* Quod omni morbo, senione caret. ¶ Translate *Id. pro Mil.* Luget senatus, mœret equester ordo, tota civitas confecta senio est. *Hor. l.*1. *ep.*17. *v.* 47. Sursæ, & inhumanæ senium depone Camœnæ. *h. e.* morositatem, tristitiam. *Turpil.* apud *Non. c.*1. *n.*1. Quia odio ac senio nihil sunt hæ nuptiæ. *h. e.* tædio, ut idem *Nonius* interpretatur. Sic *Plaut. True.*2. 5. 13. Id illi morbo, id illi senio est, ea illi miseræ miseria est. ¶ Senium lunæ est ultima ejus decrescentia, cum proxime ad novilunium accedit. *Plin. l.*7. *c.*48. Quidam Lunæ senio annum determinabant, ut Ægyptii: itaque apud eos aliqui singula millia annorum vixisse produntur. ¶ Interdum senium dicitur de homine sene, tristi, morofo, difficili. *Terens.* 2. 3. 10. Ut illum Dii Deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est.

Senna, m. 3. Senæ, *Misa*, fl. Umbriæ, in ora Senonum, qui ad Senogalliam urb. mari Hadriatico excipitur. Ortelio est *Cesano*, inter Fanum, & Senogalliam.

Senogallĭa, f. *Sinigaglia*, urbs Umbriæ. *Plin. l.*3. *c.*14. V. *Sena*.

Senŏnes, um, m. populi Galliæ Lugdunensis, nunc *la Diocese di Sens*, & *d'Auxerres*. *Plin. l.*4. *c.*18. Hi aliquando Alpes transgressi una cum aliis Galliæ populis in Italiam descenderunt, eamque regionem insedere, quæ ab Ufente fluvio usque ad Æsim extenditur, indeque Romam aggressi incenderunt A. U. 365. tandemque a Furio Camillo victi fugatique sunt. V. *Liv. l.*5. *c.*33. &c. Ab his Senogallia condita, & dicta est, ut supra diximus in *Sena*. *Stat. l.*5. *silv.*3. *v.*198.

Scipio. *Ter. Adel.* 3. 5. 5. Sin aliter de hac re est ejus sententia. Rursus *Cic. pro Cael. c.* 29. de sententia alicujus aliquid facere, *di parere, a suggestione d' altri.* ¶ *Ex sententia*, est ex voto, ad voluntatem, prout cupimus. *Cic. Fam. 2. ep. 7.* Quoniam satis feliciter, & ex huc sententia Rempub. gessimus. *Id 3. Attic. ep.* 20. Omnia sunt ex sententia. ¶ *Ex animi sententia*, significat vere, sincere, sideliter. *Cic. 3. Offic. c.* 29. Quod ex animi tui sententia juraveris, id non facere, perjurium est. *Id. 3. de Orat. c.* 62. Ridicule illud L. Porcius Nasica Censori Catoni; cum ille: Ex animi tui sententia tu uxorem habes? nori hercule, inquit, ex mei animi sententia. Hic secundo loco *animi sententia* significat ex voto, libenter. ¶ De sua sententia facere aliquid, *di sua testa, di suo capriccio. Liv. l.* 38. *c.* 45. ¶ Sumitur etiam sententia pro judicato, ideft pro decreto judicis. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. Judices secundum leges dicturi sententiam. *Cic. Verr. 6.* Judices cum de re sententiam ferrent. *Id.* 1. *de Or.* Socrates damnatus primis sententiis. *Id. rursus Ver. 6.* Servus omnibus sententiis absolvitur. ¶ Item pro re, quæ verbis exprimitur, *significato, senso. Cic.* 1. *de Or. c.* 2. Quod est enim tam furiosum, quam verborum vel optimorum, atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subjecta sententia, nec scientia? ¶ Sententias etiam est genus figuræ Rhetoricæ. *Quintil. l.* 8. *c.* 5. Sententias etiam vocamus lumina orationis, præsertim quæ in clausulis sunt breviter collecta: ut, Obsequium amicos, veritas odium parit. *Author ad Her. l.* 4. *c.* 17. Sententia est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit, hoc modo: Difficile est eum virtutem revereri, qui semper secunda fortuna sua fit usus. *Cic.* 1. *de Or. c.* 8. Sapientibus sententiis ornata oratio.

Sententialiter, adv. *in forma di sentenza, o decreto,* γνωμικῶς, לפי משפט, *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 16. Sententialiter proferre. *Tertul. de car. Christi, c.* 18. Sententialiter, & definitive pronunciare.

Sententiŏla, æ, γνωμίδιον, *parva sententia. Cic.* 3. *Phil. c.* 9. Sententiolas edidit cujusdam memoriæ mandavi.

Sententiōse, adv. *sentenziosamente,* γνωμολογικῶς, per sententias. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 71. Sæpe etiam sententiose ridicula dicuntur. *Id. in Orat. c. ult.* Composite, & apte sine sententiis dicere infania est: sententiose autem sine verborum & ordine, & modo, infantia.

Sententiōsus, a, um, *pieno di sentenze,* מלא דעות, Ger. *voll herlichen Spruechen*, Gal. *sentencieux*, Hisp. *sentencioso*, γνωμολογικός, quod sententiis abundat, id est dictis quibusdam breviter collectis. *Cic. in Brut. c.* 95. Genera autem Asiaticæ dictionis duo sunt, unum sententiosum, & argutum, sententiis non tam gravibus, & severis, quam concinnis, & venustis, &c.

Sentĭcētum, i, n. *pranzo,* ἀκκωβῶν, locus, in quo sentes abundant. *Plaut. Capt.* 4. 2. 80. Non enim es in senticeto, eo non sentis.

Senticōsus, a, um, *pruzzoso*, ἀκκωβώδης, spinosus, & asper, a *sentis*. *Afranius* apud *Fest.* Quam senticosa verba perrorquet turba.

Sentīna, æ, f. *sentina*, תחתית אניות, Ger. *das ort zu unterst im schiff*, Gal. *sentine*, Hisp. *sentina*, *lieu le plus bas d'un navire*, σέντλης, pars navis inferior, in quam, quidquid infillat aquarum, defluit, quibus corruptis terrum odorem emittit. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 28. Milites consistari & rempedaris, & sentinæ vitiis. *Cic. Sen. c.* 6. Cum alii malos scandant, alii per fictos curfent, alii sentinam exhauriant. ¶ Translate sumitur pro infima conditione, vel statu, vel fortuna. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 15. Sedebamus in puppi clavumque tenebamus, nunc autem vix est in sentina locus. ¶ Item pro face plebis, præsertim pro turba forensi. *Cic. Arit. l.* 1. *ep.* 16. Sentinam Urbis exhauriri, & Italiæ solitudinem frequentari posse arbitrabar. ¶ Item pro multitudine hominum sceleftorum. *Cic. in Catil.* 2. *c.* 4. O fortunatam Rempublicam, si quidem hanc sentinam hujus Urbis ejecerit!

* Sentinacŭlum, instrumentum ad sentinam exhauriendam. *Paul. Nol. ep.* 36. *al.* 49. *sect.* 3.

* Sentīnas, ātis, qui est a *Sente* vel *Sentino* opp. Umbriæ. *Liv.* 10. 27. In Sentinate agro.

Sentinātor, ōris, m. qui sentinam exhaurit. *Paul. Nol. ep.* 36. (*al.* 49.) *sect.* 12.

Sentīno, as, n. 1. *Fest.* Sentinare, fatagere, dictum a sentina navis, quam quis, ut aqua libereet, evacuare contendit. Itaque sentinare est vitandi naufragii caussa sollicite sentinam exhaurire. *Gel. l.* 19. *c.* 1. *de maris tempestate:* Tum postea complorantibus nostris omnibus, atque sentinantibus, dies quidem tandem illuxit, sed nihil de periculo, neque de sævitia remissum. Ita legit *Scaliger* ad *Fest.* Alii *in sentina satis agentibus.*

Sentinōsus, a, um, adj. *Cato* apud *Non. c.* 2. *n.* 645. Si indu naves putidas, & sentinosas commeatum onerare volebant. *h. e.* in sentina vitiosas.

Sentinum, n. 2. *Sentino*, opp. Umbriæ, in conf. Piceni, ad Sentinum fl. apud Saxoferratum, eversum a Longobardis. Pop. Sentinates, apud *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Sentĭnus, i, m. Deus, qui sensus puerperio largiri putabatur: *Aug. l.* 7. *de Civ. Dei, c.* 2.

Sentĭo, is, si, sum, a. 4. *sentire*, הרגיש, ראה, טעם, שמע, ירע, Ger. *schmecken, empfinden*, Gal. *sentir, appercevoir*, Hisp. *sentir*, αἰσθάνομαι, sensu percipio. *Cic. 2. Phil. c.* 45. Sed nimirum, ut quidam morbo aliquo, & sensus stupore suaviratem cibi non sentiunt. *Id. 3. de Or. c.* 42 Non ut dictum est, in eo genere intelligitur, sed ut sensum est. *Plaut. Cure. 1. 2. 69.* Sentio sonirum. *Cæs. l. 1. B. C. c.* 67. Censebant, ut noctu iter facerent; posse prius ad angustias pervenici, quam sentirentur. *Plin. l.* 32. *c.* 4. *ad fin.* sentire morbos articularios. ¶ Translate dicitur de animo pro intelligere. *Cic. 1. Offic. c.* 4. Unus homo sentit, quid sit ordo, quod sit quod deceat in factis dictisque, qui modus. *Id. pro Arch.* Ipse animus sentit, nescio quid in se esse divinum. ¶ Item pro advertere, *accorgersi. Cic. de Amic. init.* Nunquam illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim. *Ter. Adel.* 3. 3. 8. Si me senseris eum quæritare. ¶ Item pro judicare, existimare, opinari, *aver sentimento. Cic. 1. 1. Fam. ep.* 7. Nos hoc sentimus, si exploratum illi sit, re illius Regni posse potiri, non esse cunctandum. *Id. l.* 4. *ep.* 13. Familiares mirabiliter de te sentiunt, & loquuntur. *Id. 1. Catil. c.* 2. Qui omnia de Republica præclara, atque egregia sentirent. *Id. pro R. Jam. c.* 49. Fateor insaniisse, qui cum ita senserim. *ideft* fuerim ejusdem opinionis. *Id. 4. Catil. c.* 7. Causa est hæc inventa sola, in qua omnes sentirent unum atque idem. ¶ Famem sentire, est fame laborare. *Liv. l.* 25. *c.* 13. Famem Campani sentiebant. ¶ Cariem sentire, est cariem pati. *Plin. l.* 12. *c.* 7. Celeriter ea cariem sentit, hoc est efficitur cariosa. ¶ Vetustatem sentire, est senescere. *Plin. l.* 11. *c.* 42. Ita temperato, ut vetustatem non sentiret. ¶ Sentire pro aliquo, vel ab aliquo, est sua sententia ei favere, ab ejus partibus stare. *Plaut. Rud. 4. 5. 6.* Omnia patior, dum hic a me sentiat. *Gel. l.* 5. *c.* 10. Nam si judices pro causa mea senserint. ¶ Sentire graviter de aliquo, est malam de eo opinionem habere. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 32. Quid irati grávius de vobis sentire possent? Sic male sentire de aliquo, apud *Quintil. l.* 2. *c.* 2. ¶ Sentire humiliter, & demisse de aliquo, *aver basso concetto. Cic. Tusc. 5. c.* 8. ¶ *Sensit* pro *sensisti* legitur apud *Ter. Andr. 5. 3. 12.*

Sentis, is, f. & m. 3. *spina*, סיר, Ger. *ein dorn*, Gal. *épine*, Hisp. *espina*, ἄκανθα, spina. *Virg. 2. Æn. v.* 379. Improvisum aspera veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens. *Gel. l.* 6. *c.* 3. Liberantur arva sentibus, qui æstivo tempore per Caniculæ ortum recisi, plerumque intereunt radicitus. ¶ Sentis canis dicitur quoddam rubi majoris genus, crassa quædam mora ferens, Græcis κυνόβατον. *Gel. l.* 11. *c.* 3. ¶ Translate sentes dicuntur a *Plaut. Cas.* 3. 4. 1. servi rapaces, quia, inquit, quod tetigere, illico rapiunt: si eas eripium, illico scindunt.

Sentisco, is, n. idem quod sentio, cognosco, adverto. *Lucr. l.* 1. *v.* 394. Quam primordia sentiscant concussa animai, *&c. l.* 4 *v.* 587. Et genus agricolum late sentiscere.

* Sentōsus, a, um, senticosus. *Paulin. Nol. c.* 6. *v.* 310. Sentosæ viæ.

Sentus, a, um, *orrido, aspro*, אשתן, ἀκανθώδης, horridus, instar loci sentibus obsiti. *Ter. Eun. 2. 2. 5.* Video sentum, squallidum, ægrum, pannis, annisque obsitum. *Virg. 6. Æn. v.* 462. Per loca senta situ cogunt.

Seorsum, adv. *separatamente*, לבד, Ger. *nebenstich, sonderlich*, Gal. *à part*, Hisp. *a parte*, χωρίς, separatim. *Plaut. Epid. 3. 3. 21.* In ædiculam seorsum isthæc eat, jube. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 9. Quod seorsum a Collega puto mihi omnia paranda. *Liv. l.* 22. *c.* 52. Traditique in custodiam omnes sunt, sed seorsum cives, sociique. ¶ Seorsum ab aliquo sentire, est diversam ab eo, h. e. vere opinionem. *Plaut. Capt. 3. 5. 52.* At ego ajo, recte, qui abs te seorsum sentio. ¶ Interdum significat nominatim. *Ter. Adel. 5. 9. 14.* Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea, Demea.

Seorsus, adv. idem ac seorsum. *Plaut. Rud. 5. 2. 27.* Numi octingenti aurei in marsupio infuerunt: præterea centum denaria Philippea in pasceolo seorsus. *Afranius* apud *Charis. l.* 2. Principium hoc oro, in animo ut sic tuo statuas, Officiis cogi, ut abs te seorsus sentiam de re uxoria. *Lucr. l.* 4. *v.* 496. Seorsus item sapor oris habet vim, seorsus odores nascuntur.

Seorsus, a, um, adject. *separate*, seorsum positus. *Terentian. Maurus de carmine Jambico in fine:* Nunc quia quæ potui, videor tractasse seorsa. *Auson. Idyl.* 17. *v.* 5. seorsis obsittunt studiis.

Sepa. V. *Seps, sepis.*

Sepacēus, a, um, adject. idem quod sebaceus. *Apul. l.* 4. *A. A.* Cereis, sepaceis instrumentis clarescunt tenebræ.

Separ, aris, o. divisus, separatus, diversus. *Solin. c.* 7. *de Bœotia*. Duo flumina natura separi. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 58. Ossaque nec tumulo, nec separe conteget urna. *Adde Stat. 4. Theb. v.* 482.

Separabĭlis, & ie, o. 3. *separabile*, χωριστός, quod separari potest. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 1°. Nec separabilem a corpore esse.

Separāre, V. dictionem seq.

Separātim, adv. *separatamente*, לבד, Germ. *absonderlich*, Gall. *separemment*, Hisp. *apartadamente*, χωρίς, divisim, seorsum. *Cic. 3. Fin.* Pluris sit conjunctim, quam sepere ipsum separatim. *Id. 3. Fam. ep.* 16. Separatim a reliquis civibus. *Id. 2. de Invent. c.* 51. Separatius quædam adjungere, (hoc comparativum videtur esse a positivo *separate*, cujus nondum exempla vidimus.) *Cæs. l.* 7. *B. G.* Mediocribus circum se intervallis separatim singularum civitatum copias collocaverat. ¶ Interdum ponitur pro peculiariter, qui opponitur communiter. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 11. Videor mihi, cum separatim de probitate ejus, & moribus dicturus fuissem. *Id. lib. ep.* 12. Alia epistola communiter tibi commendavi legatos Arpinatium, ut potui, diligentissime, ac separatim Q. Fufidium.

Separatio, onis, *separazione*, הבדלה, ἀφορισμός, actus separandi, sejunctio, segregatio, divisio. *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 18. Facti a definitione separatio. *Quintil. l.* 7. *c.* 2. Congregatio criminum accusantem adjuvat, separatio defendentem. *Gel. l.* 2. *c.* 9. Separatio animi & corporis pro morte.

Separatīvus, a, um, *separativo*, χωριστικός, מבדיל, ad separandum idoneus. *Diomed. sub fin. l.* 1. Aut, conjunctio separativa.

Separātor, ōris, m. *separatore*, χωριστής, qui separat. *Tertull. de præscriptionib. c.* 30. *a med.* Unitum ante quam separaverint, posteriorem ostendit separatorem.

Separātrix, icis, f. *separatrice*, quæ separat. *Augustin. l.* 11. *de Trinit. c. penult.* Voluntas conjunctrix & separatrix hujuscemodi rerum.

Separātus, a, um, *separato*, κεχωρισμένος, sejunctus, segregatus, divisus. *Cic. 4. Tusc. c.* 15. Quando igitur virtus est affectio animi, & virtus ipsa per se sua sponte, separata etiam utilitate, laudabilis. *Id. Att. l.* 14. *ep.* 18 Ista vero, quæ tu contexi vis, aliud quoddam separatum volumen expectant. *Tertul. de anim. c.* 18. Intellectus separatior.

Sepāre. V. *Separ.*

Sepăro, as, a.1. *separare, dividere, distinguere*, הפליג, הפריד, הבדיל, שם לבדן, Ger. *abtheilen, absonderen*, Gall. *séparer, desjoindre*, Hisp. *apartar*, χωρίζω, ἀφορίζω, sejungo, segrego, divido, distraho, a *se*, & *paro. Cic. l.* 5. *Fam. ep.* 12. Qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quæ dixi, bella separaverunt. *Id. in Rull. 2. c.* 32. Cum illa duo maria pertenui discrimine separentur. ¶ Cum accus. & ablativo sine præposit. *Lucan. l.* 9. *v.* 523. quidquid pulvere sicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti.

Sepelibĭlis, & ie, o. 3. σεπτικός, quod sepeliri, seu occultari potest, vel debet. *Plaut. Cist. 1. 1. 64.* Faciţo, ut facias stultitiam sepelibilem.

Sepelio, is, ivi, ultum, a. 4 *seppellire, sotterrare*, קבר, Germ. *vergraben*, Gall. *ensevelir*, Hisp. *enterrar*, θάπτω, tumulo mortuum mando, in sepulcrum infero, humo injecta contego. *Cic. 2. de Leg. c.* 23. Mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. *Id. pro Flac.* Vos in complexu conjugum vestrarum crudelatos incendio patriæ sepelire conatus est. *Serv. ad Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 12. Ut in quo vellemus gymnasio, eum sepeliremus, nobis permiserunt. ¶ Translate accipitur pro tegere, occultare. *Cic. 2. Tusc. c.* 13. Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendur dolor. ¶ Item pro tollere, omnino extinguere, abolere. *Cic. pro Leg. Man. c.* 11. Quod bellum expectatione Pompeji attenuatum, atque imminutum est, adventu sublatum, & sepultum. ¶ *Sepultus sum*, idem est ac perii, & plus, quam nullus sum, auctore Donato. *Ter. Phor. 5. 8.* Lemni habuit aliam. *C.* Nullus sum. *P.* Ex qua filiam suscepit, & eam clam educat. *C.* Sepultus sum. ¶ Sepelire sevino, & epulis, est se ingurgitare, immodice potare, & commessari. *Sen. ep.* 12. ¶ Sepelire somnum, est a dormiendo cessare. *Plaut. Mostel. 5. 2.* Ubi somnum sepelivi omnem, atque edormivi crapulam.

Sepelītus, a, um, adject. *sepolto. Cato* apud *Priscian. l.* 18.

Sepes, ēdis, m. & f. qui sex pedes habet, ἑξάπους. Hinc sepedes populi dicuntur formicæ ab *Apulejo l.* 6. *A. A.*

Sepes, is, f. *siepe*, septum ex lignis, ramis arborum, aut spinis consitis, quo claudantur agri, aut horti, גדר, φραγμός, φράγμα, *Virg. 1. Georg. v.* 270. fegeri prætendere sepem. *Cic. 1. de Nat. Deor. c.* 42. Ea quæ Lemni nocturna aditu occulta coluntur, silvestribus sepibus densa. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Vetustissimi auctores vivam sepem structili præmunirunt. ¶ Legitur & *seps* in recto casu. *Auson. Edyll. 12. v.* 11. Bucolice *sepes* dicit Maro, cur Cicero *seps*? Porro quo loco *Cicero* usus parit, adhuc ignoratur. *Valer. Flac. l.* 6. *v.* 537. non pascua, nec seps Hic tibi *&c. seps* hoc loco ovile significat. Al. leg. *nec bos.*

Sepĭas, m. 1. *Capo Queatumo*, prom. Macedoniæ, prope Pelasgicum sin. Aliis est *Capo Monaste. Plin. l.* 4. *c.* 9.

Sepia, æ, f. *seppia*, Ger. *meerspinn*, Gal. *seiche*, Hisp. *xibia*, σηπία, piscis marinus, atrum humorem (quo & atramentum dicitur a *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 50.) vomens, quo aquam circa se adeo infuscat, ut ea se celet, & piscatoris manus effugiat, *Plin.* teste *lib.* 9. *c.* 29. & *Cic. loc. cit.* ¶ Hinc metonymice pro atramento scriptorio ponitur a *Persio*, ubi ait *Sat. 3. v.* 11. crassus calamo quod pendeat humor, Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.

Sepicŭla, æ, f. *picciola seppe. Apul. l.* 9. *A. A.* Dum forte passerem incantantem sepiculæ consectatur arripere.

Sepimen, inis, n. idem quod sepimentum. *Apul. l.* 1. *Florid. circa init.* Colliculus sepimine consectatus.

Sepimentum, i, *clausura*, גדרת, Germ. *verzaunung mit dornen*, Gal. *cloture des haies*, Hisp. *soto, espinal*, φράγμα, id quo aliquid sepitur. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 14. Primum naturale sepimentum, quod obleri soler virgultis, aut spinis. *Cic. l.* 1. *de Leg. c.* 24. Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit differendi ratione, veri & falsi judicandi scientia.

Sepinum, n. 2. Sæpinum, *Supino*, col. & opp. Samnii, intra Apenninum M. Pop. Sepinates. *Plin. l.* 3. *c.* 12.

Sepio, is, psi, ptum, a.4. *circondare*, גדר, Germ. *verzaunen, mit einem zaun umgehen*, Gal. *enclorre d'une haie*, Hisp. *cercar, cerrar*, φράττω, περιβάλλομαι, circumdo, circumvallo, claudo, a *sepe*, vel *sepes. Cic. l.* 15. *Fam. epist. 4.* Vallo, & fossa circumdedi, sex castellis, castrisque maximis sepsi. *Id. 2. de nat. Deor. c.* 57. Quæ primum oculos membranis tenuissimis vestivit, & sepsit. *Id. 2. de Orat. c.* 34. Ubi eum locum omnem cogitatione sepseris, nihil te effugiet, atque omne quod erit in re, occurret atque incidet. *Id. ibid. l.* 1. *c.* 31. Inventa vestire atque ornare oratione, post memoria sepire. *Id. 3. Attic. ep.* 23. Nulla lex est, quæ non ipse se sepiat difficultate abrogationis.

Sepiŏla, æ, f. σηπίδιον, parva sepia. *Plaut. Cas. 2. 8. 57.* Emitto sepiolas lepidas, lolliguncalas, ordeias.

Sepĭum, n. 2. *Sepimen*, *Supino*, col. & opp. Samnii, intra Apenninum M. Pop. Sepinates. *Plin. l.* 3. *c.* 12.

Septa, æ, f. *dictus est a veteribus numeros septenarius, qui Græce dicitur* ἑπτάς, spiritu in s transeunte, reste *Macrob. l.* 1. *in somn. Scip. c.* 6.

Septejŭgis currus est, qui a septem jumentis jugo vinctis trahitur. Legitur hæc vox *in vet. Inscript.* apud *Orat. pag.* 337. *lin.* 8.

Septem, *sette*, שבע, Germ. *sieben*, Gal. *sept*, Hisp. *siete*, ἑπτά, nomen numerale cardinale, a Græca voce allata. *Virg. 6. Æn. v.* 646. Septem discrimina vocum. *Cic. 2. Leg. c.* 11. Thales, qui sapientissimus inter septem fuit. *Cic. 2. Leg. c.* 11. Thales, qui sapientissimus inter septem fuit.

September, bris, m. *Settembre*, ספטמבר, Germ. *Herbstmonat*, Gal. *Septembre*, Hisp. *Setembro*, μακεδονικῶν, σεπτέμβριος, unus ex mensibus anni, ita dictus, quod septimum obtineat locum a Martio, a quo Romulus annum inchoavit. *Var. l.* 5. *de L. L. c.* 4. *Auson. de mensib. Septembri, Octobri autumnus, totoque Novembri.* ¶ Adjective *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 1. Excurremus mense Septembri. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 16. Septembribus horis.

Septembŭus, a, um, adject. valde, perfecte bonus (nam numerus septenarius perfectionem quamdam continet. V. *Macrob. l.* 1. *somn. Scip. cap.* 6.) ut septembona brassica, apud *Cat. de R. R. c.* 157.

* Septemdecim. V. Septendecim.

Septemflŭus, a, um, ἑπτάρρους, quod septem alveis, rivis, aut fontibus fluit. *Ov. 15. Met. v.* 753. Perque papyriferi septemflua flumina Nili victrices egisse rates.

Septemgemĭnus, a, um, ἑπτάκλωξ, quod septem habet partes. *Virg. 6. Æn. v.* 801. Et septemgemini turbant trepida ostia Nili. *Stat. lib.* 1. *silv.* 2. *vers.* 191. Septemgemina Roma.

Septemnātrus. V. *Septimatrus.*

Septemmestris, is, adject. *di sette mesi*, ut septemmestris infans, *Censorin. de die nat. cap.* 8.

Septemnerva, æ, f. herba eadem quæ plantago major. *Apul. de herb. c.* 1.

Septempēda, æ, f. *S. Severino*, oppidum Piceni ad Potentiam fluvium. Ejus populi Septempedani. *Plin. l.* 3. *c.* 13.

Septempedālis, le, o. 3. ἑπτάπουλος, quod septem pedes est longum. *Plaut. Curc. 3. 1. 61.* Ibi nunc statuam vult dare auream solidam, faciundam ex auro Philippeo, quæ sit septempedalis. *Apul. Orat. pag.* 337. *lin.* 8.

Septemplex, icis, o. ἑπτάπλους, quod in septem partes divisum est. *Virg. 12. Æn. v.* 925. Et clypei extremos septemplicis orbes Per medium stridens transit femur. *Ovid. 2. Trist. v.* 189. Solus ad egressus missus septemplicis Istri.

Septemviālis, le, adject. ad Septemviros pertinens, ut Septemviralis auctoritas. *Cic. Phil. 12. cap.* 9. ¶ Septemviralis homo, qui Septemviratu prædirus est. *Idem Philip. 13. c.* 12. Septemvirales Leno, & Nucula. ¶ Septemviralia judicia erant, quæ a septem judicibus, ex Centumvirorum ordine selectis, exercebantur. Hinc liber Pauli JCti *de Septemviralibus judiciis*, citatur *in titulis legis* 13. 28. & 32. *Digest. de inoffic. testam.*

Septemvirātus, us, m. Septemvirorum dignitas. *Cic. Phil. 2. c.* 38. Eumdem in Septemviratu nonne destituisti?

Septemviri, orum, m. ἑπτάρχοντες, magistratus erat Romanus septem viris conitans, cujus officium erat epulas in sacrificiis parare: quam ob rem Septemviri Epulonum dicti sunt. V. *Epulo. Plin. l.* 2. *ep.* 11. Modo consulatis, modo Septemvir Epulonum. ¶ Fuere præterea Septemviri agris dividundis, & assignandis creati. *Cic. Philip. 6. c.* 5. Hæc agrorum assignatio L. Cæsaris sententia dissoluta est; huic enim assensi, septemvirum acta sustulimus. *Id. Attic. l.* 15. *ep.* 19. Antonius vult fieri septemvir. ¶ Denique septemviri judiciorum qui fuerint. V. *Septemviralis.*

Septenarius, a, um, *settenario*, שבעי, ἑπτάδικος, quod ex septem constat, ut Septenarius numerus, Septenarius versus. *Cic. 2. Tusc. c.* 44. Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. cap.* 6. Septenarius numerus. *Martial. lib.* 4. *epigr.* 46. Et crasso figuli polita cœlo Septenaria synthesis Saguntina. *h. e.* vas septem unciarum capax, vel septem pocula Saguntina. V. *Synthesis.*

Septendĕcim, & Septemdĕcim, *diciassette*, ἑπτὰ καὶ δέκα, nomen numerale cardinale indecl. *Cic. 7. Ver. c.* 47. Nos in septendecim populis Siciliæ non eramus.

Septēni, æ, a, *sette*, שבעה שבעה, ἑπτά, nomen numerale distributivum, quod plerumque pro cardinali *septem* ponitur. *Cic. 4. Ver. c.* 49. Pueri annorum septenum denum, *di diciassett' anni. Virg. 3. Æn.* Serpens septena volumina versans, *sette giri. Martial. l.* 6. *epigr.* 73. bis septenis parcite jugeribus, *quattordici.*

Septennis, & ne, o. 3. *di sette anni*, ἑπτάετης, quod est septem annorum. *Plaut. prol. Pœn. v.* 66. Puer septennis furtipitur. *Id Men. 5. 9. 56.* Quot annos eras natus? *M.* Septennis. In plurib. *Plauti* codicibus legitur *septuennis*, more antiquo.

Septennium, ii, *tempo di sett' anni. Prudent. tetrast. Vet. Testam. 6. de Pharonis somnio:* Famis duo per septennia tempus.

Septentrĭo, onis, *vel* Septentriones, um, num. pl. m. 3. עגלון, ἑπτάκις, septem stellæ prope polum Arcticum. V. *Triones. Festus* Septentriones septem stellæ appellantur a septem bobus junctis, quos triones a terra rustici appellant, quod junctis simul terram arent, quasi terriones. Quidam a septem stellis, quod id astrum Græci ἑπτάκις dicant, quia habet partem quamdam temonis specie. Unde ait Ennius: Suporat temo stellas. Sed & Physici eum situm septem stellarum contemplati, Septentriones dici ajunt, quod ita sunt fitæ septem stellæ, ut ternæ proximæ specie efficiant vehuri trigonia. Hæc *Fest.* Vide & *A. Gellium, l.* 2. *c.* 21. Græci ἑπτάκις, ideft plaustrum vocant. Latini similiter Plaustrum appellant. Ex septem siquidem stellis duæ pariles uno in loco cernuntur, quæ pro bobus accipiuntur, reliquæ quinque plaustri figuram desiguant. Itaque & proximum sidus Bootes Græcis, Latinis bubulcus dicitur, quia more bubulci currum sequitur. Atque hæ septem stellæ tidus efficiunt, quod dicitur Ursa minor, & a *Virgil. 9. c.* 6. minor Septentrio. Alterum vero sidus, quod Ursa major, & a *Virgil. ibid.* Septentrio major vocatur, viginti septem stellis constat, quæ & ipsæ positione plaustrum referunt. Hinc est, quod frequentius a Scriptoribus Septentriones, cum de sideribus sermo est, in plurali numero usurpantur. *Plaut. Amph. 1. 1. 117.* Nam neque se Septentriones quoquam in cœlo commovent. *Cæs. l.* 7. *B. G. c.* 83. Erat a Septentrionibus collis. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 19. Inflectens autem Sol cursum tum ad Septentriones, tum ad Meridiem, æstates, & hyemes efficit. ¶ Septentrio item nomen est venti, qui Austro objectus est, ita dicti, quod a Septentrionibus stellis spirat. Græce Aparctias appellatur, quod ab Arcto flat. Poetæ fabulantur, filium esse Astræi. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 6. Ex ea die fuere Septentriones venti. *Liv. l.* 26. *c.* 45. Acer Septentrio ortus stagnum inclinatum eodem, quo æstu, ferebat. ¶ Item ponitur pro polo Septentrionali. *Plin. l.* 6. *c.* 22. Siderum in navigando nulla observario, Septentrio non cernitur. ¶ Hoc nomen repetitur etiam divisum per Tmesin. *Virg. 3. Georg. v.* 381. Talis Hyperboreo septem subjecta trioni.

Septentrionālis, & le, o. 3. *Settentrionale*, צפוני, ἀρκτικός, quod spectat ad Septentrionem. *Vitruv. l.* 9. *c.* 6. Septentrionalis circulus. *Plin. l.* 9. *c.* 17. Septentrionalis tantum hos, & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus.

Septentrionārius, a, um, idem ac Septentrionalis. *Gel. l.* 2. *c.* 22. Septentiones autem habent ob eamdem causam unum (*venum*): is objectus, directusque in Auttrum, Latine Septentrionarius, Græce ἀνάκρατος appellatus.

Septicepsos. V. *Bicepsos.*

Septiciāna libra, apud *Martial. lib.* 8. *ep.* 71. dicta est libra Romana, quæ secundo bello Punico artritis Romanorum opibus, ex duodecim unciis ad octo & denunciam redacta est, dicta est *Septiciana a Septio*, quo loco Romæ negotiatores verſabantur, & ad pondus vendebant.

Septicollis, le, septem habens colles. *Prudent. in Romano v.* 413. cum puer Mavortius Fundaret arcem septicollem Romulus. *h. e.* Romam.

Septĭcus, a, um, *corruttivo*, σηπτικός, putrefactivus, a σήπω, *putrefacio*, unde σήπτικα, medicamenta, quæ vim habent exodendi, putrefaciendique. *Plin. l.* 28. *c.* 9. Quin & sanguis eorum septicam vim habet.

Septies, adv. *sette volte*, שבעת פעמים, Ger. *sieben mal*, Gal. *sept fois*, Hisp. *siete veces*, ἑπτάκις, septem vicibus. *Cic. 2. Phil. c.* 37. Ubi est sepries millies festertium; quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat. *Plin. l.* 16. *c.* 40. Septies restituto templo. *Liv. l.* 22. *c.* 6. Euripus septies die temporibus staris reciprocat.

Septifactum, adv. *a forze modi*, septem modis. *Sanctra de vocib. antiq.* apud *Non. c.* 2. *n.* 779. Et postea invenimus septifariam divisum.

Septifĭlus, a, um, adject. idem quod septemfluus. *Petron. in Satyr. cap.* 133. quem Lydus adorat septifluus. Alii leg. *vespifluus.*

Septifollum, ii, n. ἑπτάφυλλον, herba sic dicta a foliorum numero. *Apulej. de herb. cap.* 116.

Septifŏris, re, adject. septem fores, seu foramina habens. *Alcim. Avit. l.* 1. *v.* 85. Septiforis vultus. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. Fistula septiforis.

* Septiformis, e, septem habens formas. *Aug. l.* 1. *de serm. Domini in m. c.* 4.

Septimāna, æ, f. *settimana*, שבוע, ἑβδομάς, septem dierum spatium. Legitur in *Cod. Theodos. leg.* 5. *de Spectac.*

Septimānæ Nonæ dicuntur a *Varrone l.* 5. *de L. L. c.* 4. quæ septimo mensis die occurrunt. Adde *Macrob. l.* 1. *Sat. c.* 14. & *Censorin. de die nat. c.* 20.

Septimāni, m. 2. pop. Galliæ Narb. quorum regio Septimania a *Sidon. l.* 3. *epist.* 1. dicitur, urbs vero Biterræ, sic dicti a septima legione, quæ ibi locata fuerat. *Plin. l.* 3. *c.* 6. ¶ Septimanæ fœturæ dicuntur ab *Arnob. l.* 3. *pag.* 105. fœtus, qui septimo mense nascuntur.

Septimanĭa, æ, f. primum dicta est regio, seu ager circa Biterras urbem Galliæ Narbonensis, qui Septimanis militibus, illuc in coloniam missis, assignatus fuit; deinde tota Narbonensis provincia hoc nomine appellata fuit, quæ hodie *Linguadocea* dicitur. Ibi primum Gothi in Galliam irruentes sedem posuerunt. *Sidon. l.* 3. *ep* 1°. 1.

* Septimānus, a, um, ἑβδομικός, ad septem pertinens, ut Septimani milites, h. e. legionis septimæ. *Plin.* 3. 4. Septimanæ Nonæ, quæ septimo die mensis in Martio, Majo, Julio, Octobri, occurrunt. *Varr. l.* 5. *L. L. c.* 4. Fœturæ septimanæ, h. e. partus septimo mense editus. *Arnob. l.* 3. *p.* 105.

Septimātrus, uum, septem dies festi Minervæ dicati. *Var. l.* 5. *de L. L. c.* 3. ubi *Alex. ab Alex. l.* 2. *c.* 22. legit *Septemmatrus*. Adde *Paul. ex Festo*, in *Quinquatrus*.

* Septimo, adv. *in settimo luogo, sette volte*, τῷ ἑβδόμῳ, ἑπτάκις. *Trebell. Pull. in Gallien. c.* 17. Lavit ad diem septimo æstate, vel sexto; ut hieme secundo, vel tertio.

Septimontiālis, le, adj. ad Septimontii dies pertinens, ut Septimontiale sacrum. *Sueton. in Domit. c.* 4. Septimontialis fatio, *Col. l.* 2. *c.* 10.

Septimontium, ii, erat dies festus Romæ, mense Decembri celebratus ob inclusum pomœrium septimum collem, ut ait *Plutarchus*; vel ita dictus, quod in septem montibus fiebant sacra, auctore *Festo*, & *Var. l.* 5. *de L. L. c.* 3.

Septimontĭus, ii, m. Deus, quem Septimontii sacris Romani colebant. *Tertul. l.* 2. *ad Nation. c.* 15.

Septimum, adv. *la settima volta*, septima vice. *Cic. 3. de nat. Deor. c.* 32. Cur enim Marius tam feliciter septimum Consul domi fuis fenex est mortuus? In quibusdam MSS. legitur sepries.

Septĭmus, a, um, *settimo*, שביעי, Germ. *der sibende*, Gal. *septième*, Hisp. *seteno*, ἑβδομος, unus ex septem. *Plin. l.* 7. *c.* 5. Ut tamen in septimum & quinquagesimum, atque centesimum vitæ duraret annum. *Cic. pro Cluent. c.* 27. Sententia septima accederet. *Plaut. Pers. 2. 3. 8.* Ibi mercatum dixit esse dies septimi. V. *Dies.*

* Septimusdecĭmus, ἑπτακαιδέκατος, שבעה עשר, decimus septimus. *Virr. l.* 9. *c.* 4.

Septingentarius, a, um, quod septingentorum numerum complectitur. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 10. Septingentarii enim mei (*gregis*) tu octingenarios habuisti.

Septingēni, æ, a, adject. idem quod Septingenteni, per syncopen. *

Ulp. ff. de rivis, l. 1. Septa sunt, quæ ad incile opponuntur aquæ derivandæ, compellendæve ex flumine causa, sive ea lignea sint, sive lapidea, sive ex alia qualibet materia ad continendam transmittendamque aquam excogitata. ¶ Septum transversum, *sextrawerso*, dicitur a Medicis membrana illa in humano ventre, quæ superiora viscera *ab inferioribus* separat, Græce διάφραγμα. *Celsi. l. 1. in præfat. & l. 4. c. 1.*

Septuncialis, le, o. 3. ἑπτάγκιαλος, quod est unciarum, seu partium septem, ut Septuncialis *satio*, qua seritur media, & ultima pars *sementis*, vel, ut alii explicant, qua *seritur* semijugerum, & duodecima jugeri pars. *Col. l. 2. c. 10.* Media sementis pars seri, & pars ultima debet, quæ septuncialis *satio* dicitur.

Septunx, *cis*, *m. sesse oncie*, ἑπτάγκιον mensura, vel pondus septem unciarum, hoc est allis partes septem. *Liv. l. 23. c. 19.* Septunces auri in singulos pretium convenit. ¶ Item in agri mensuris septunx dicitur, qui continet semijugerum, & *jugeri* partem duodecimam. *Col. l. 5. c. 1.* Pars dimidia, & una duodecima, pedes sexdecim millia, & octingentos, hoc est septunx, in quo sunt scrupula CLXVIII. *Liv. l. 5. c. 24.* Triumvirique ad id creati terna jugera, & septunces vicissim diviserant. ¶ Accipitur etiam septunx pro septem cyathis vini. Solebant enim verecres, quando se paulo liberius invitabant, tot vini cyathos ebibere, quot erant literæ in amasiorum, amicarumque nominibus, singulosque cyathos appellabant uncias. *Martial. l. 8. ep. 51. de phiala ab Instante Rufo sibi data:* Dat numerum cyathis Instantis littera Rufi, Auctor enim tanti muneris ille mihi. Si Thelethusa venit, promisaque gaudia portat, Servabor dominæ Rufe triente tuo. Si dubia est, septunce trahar; si fallit amantem, Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam. *Instans* constat septem literis, *Rufe* vocativus quatuor. Si Thelethusa Martialis amica venit, eporurus est trientem, ideist quatuor cyathos, quot sunt literæ in vocativo *Rufe*. Si dubium est, ventura sit, necne, bibet septuncem, hoc est septem cyathos, quot sunt literæ in *Instans*. Si omnino ventura non est, bibet utrumque nomen, ideist undecim cyathos. Tot enim literas habent duo hæc nomina *Instans*, & vocativus *Rufe*.

Septuöse, adv. *obscuramente*, ἀσαφῶς, obscure, a sepio. *Liv. Andron.* apud *Non. c. 2. n. 777.* Ita septuose dictio abs te datur, quod confecutam sapiens ægre contulit.

Septuplus, a, um, *settuplo*, ἑπτάπλασιος, septem continens. *August. serm. 83. (al. 15. de verb. Dom.) a med.* Septuplum solet pro toto computari, quoniam septem diebus volvitur tempus.

Septus, a, um, *circondato*, *cinto*, נסגר, περιχυμένος, circumdatus, clausus, munitus, partic. a sepior. *Cic. 1. Fin.* Quod si qui satis opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse, & muniri videntur. *Id. 9. Attic. ep. 12.* Fossa, & vallo septus. *Id. Phil. 12. c. 10.* Septus legibus, & judiciorum metu. *Liv. l. 2. cap. 28.* Albana pubes inermis ab armatis septa.

Sepulcrālis, le, o. 3. ἐπιτάφιος, quod ad sepulcrum pertinet. *Ovid. 8. Met. v. 480.* Ante sepulcrales infelix altitit aras. *Id. Heroid. ep. 2. v. 20.* Fax sepulcralis.

Sepulcrētum, ti, locus, ubi sepulcrorum est frequentia. *Catul. carm. 59. v. 2.* Sæpe quam in sepulcretis vidistis ipso carpere e rogo cœnam.

Sepulcrum, cri, *sepolcro*, *sepoltura*, *avello*, קִבְרוּת, Ger. *grab*, Gal. *tombeau*, His. *sepulcro*, τάφος, locus, in quo corpus, ossave hominis sepulta sunt, tumulus. *Festus:* Sepulcrum est, ut ait Gallus Ælius, in quo mortuus sepultus est, quod antiqui bustum appellabant, ipsque cippis, aut aliqua alia re mortui causa designatus est, intra quos sepultura est facta. *Cic. pro R. Amer. c. 9.* Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad sepulcrum patrium relictum est. *Id. de Sen. c. 7.* Nec sepulcra legens vereor, quod ajunt, ne perdam memoriam. ¶ In quibusdam veteribus monumentis legitur sepulchrum cum aspiratione.

Sepultor, oris, qui sepelit, libitinarius, νεκροθάπτης, *becchino*. *Augustin. de Trinit. l. 4. c. 3.* sepultores corporis mortui. Translate *Tertul. de anim. c. 44.* Octavianum Cæsarem, *civilium turbinum sepultorem* vocat.

Sepultūra, æ, f. *sepoltura*, קבר, Ger. *begrabnuss*, Gal. *enterrement*, His. *sepoltura*, ταφή, actus sepeliendi, funeratio. *Cicer. 1. Tusc.* Cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione, & sepultura dicendum existimem. ¶ Interdum etiam funus, & proprie exequias ipsas denotat. *Cic. 2. Phil.* Qui illam insepultam sepulturam effecerant. *Id. 2. de Leg.* Nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis, nec ab alio, nisi qui publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat. ¶ Quandoque accipitur pro sepulcro. *Sulp. Cic. l. 4. Fam. ep. 12.* Ab Atheniensibus, locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui.

Sepultuarius, a, um, adject. ad sepulturam pertinens. *Aust. de limitib.* apud *Goes. pag. 256.* Fines sepultuarii, sive cinerarii.

Sepultus, a, um, *seppellito*, *sotterrato*, קבור, Germ. *begraben*, Gal. *ensevelì*, His. *enterrado*, ταφείς. Differt ab humato. *Plin. l. 7. cap. 54.* Sepultus intelligitur quoquo modo conditus, humatus vero, humo tectus. ¶ Translate usurpatur pro posito, collocato. *Cic. in Pison. c. 5.* Hæc sunt, o carnifex, in gremio sepulta Catilinæ tui. ¶ Item pro exciso. *Tac. l. 3. hist. c. 35.* Cæterum affidere sepultæ urbis ruinis noxia tabo humus haud permisit. ¶ Item pro sopito. *Virg. 2. Æn. v. 265.* Invadunt urbem somno, vinoque sepultam. *Id. 6. Æn.* Occupat Æneas aditum custode sepulto.

Sequacitas, atis, f. assiduitas, vel facilitas sequendi. *Sidon. lib. 9. ep. 9.* Tribuit & quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas saltuosa compendium. *Idem l. 4. ep. 11.* Pigra sequacitas.

Sequacíter, adverb. sequendo, *Arnob. l. 2. p. 49.* Concludere acutissime syllogismos, ordinare sequaciter inductiones suas.

Sequāna, æ, m. *la Saine*, fl. Galliæ celeberrimus, qui Belgicum, Celticamque dissterminat, ἧσπε *Plin. l. 4. c. 17.*

Sequāni, m. a. pop. Galliæ Lugdunensis, quorum tractus hodie Comitatus Burgundiæ, *la Franche Comté*, seu *la Comté de Bourgogne* vulgo dicitur. *Plin. l. 4. c. 17.* ¶ Adjective *Lucan. l. 1. v. 425.* Optima gens flexis in gyrum Sequana frenis.

Sequanīcus, a, um, quod ad Sequanos spectat. *Martian. l. 4. ep. 19.* Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam.

Sequax, acis, *o. seguace*, *seguace*, תלמיד, הולך אחר, Germ. *folgig*, *das leichtlich folget*, Gal. *qui suit facilement*, His. *quien sigue*, ἀκολουθητικός, quod aliquid sequitur. *Virg. l. 5. Æn. v. 193.* Maleæque sequacibus undis. *Lucret. l. 2. vers. 47.* Curæque sequaces. ¶ Item pro eo, quod facile, sive aptum est ad sequendum, quocumque trahatur, ut Lanæ sequaces, quæ nentis manum sequuntur. *Martial. l. 13. ep. 57.* Niliacum rigebis olus, lanaque sequaces. *Plin. l. 11. c. 37. de cornibus:* Adeo sequax natura est, ut *in ipsis viventium corporibus* ferventi cera flectantur. *Id. l. 36. c. 26.* Nec est alia materia nunc sequacior. *Plin. jun. in Paneg. c. 45.* Flexibiles quamcumque in partem ducimur a Principe, atque, ut ita dicam, sequaces sumus. ¶ Item pro lento, & quod attactu digitos sequitur, cujusmodi est pix, viscum, bitumen. *Plin. l. 7. cap. 15.* Quin & bituminum sequax alioquin, ac lenta natura. ¶ Item pro eo, quod se spargendo dilatat. *Perf. in prooem* Quorum *imaginem* lambunt hederæ sequaces.

Sequēla, æ, ἀκολουθία, משך, sequendi actus. *Lact. de Opif. Dei, c. 4.* Mors sequela morborum est. *Gel. l. 6. c. 1.* Alia quoque nata sunt incommoda, ab ipsis cohærentia, eaque non per naturam, sed per sequelas quasdam necessarias facta dicit, אשר מתאחרים זה בזה, *in consequentia*. ¶ Interdum ponitur pro accessione. *Scævola l. 93. ff. de solut.* Et quasi generale quid retinendum est, ut ubi ei obligationi, quæ sequelæ locum obtinet, principalis accedit. *Ulpian. leg. 14. ff. de furtis:* Si jumenta tibi commodavero, quorum sequela erat equuleus.

* Sequens, tis, *seguente*, *chi segue*, *minore*. Africanus sequens, *Plin. lib. 7. cap. 59. h. e.* posterior.

Sequentia, æ, f. sequela. *Frontin. de aquæduct p. 233.* Multiplicatio in amplioribus modulis servare sequentiæ suæ regulam debet.

Sequester, stri, m. 2. *vel* Sequestes, stris, m. 3. *sequestro*, *mezzano*, שלישׁ, προαγωγός, μεσίτης, apud quem plures rem aliquam, de qua controversia est, deposuerunt, ut inquit *Modestin. de verb. signif. Festus:* Sequester is dicitur, qui inter aliquos, qui certant, medius, ut inter eos convenerit, depositum ita tenet aliquid, ut ei reddat, cui id deberi jure sibi constiterit. Dictus est, ut docet *Gellius l. 20. cap. 10.* quod ejus, qui electus sit, utraque pars judicium sequatur. Est enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid feponitur. *Plaut. Rud. 4. 3. 65.* Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum, aut arbitrum, cujus hæc res arbitratu fiat. *Lucan. l. 10. v. 472.* Sequester pacis, *mediatore*. ¶ Ponitur etiam pro eo, apud quem pecunia deponitur, vel qui rem perficiendam suscipit, & inde luerum facit, ut pro conductore corrumpendi judicii, vel corrumpendarum Tribuum in Comitiis. *Cic. 2. Ver. c. 12.* Aut sequestres, aut interpretes corrumpendi judicii solent esse. *Id. 4. Ver. c. 44.* Is est C. Clodius, qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum, prope collega Timarchidi numerabatur. *Id. pro Cluent. c. 8.* Quo sequestre in illo indice corrumpendo diebatur esse usus. ¶ Item pro eo, qui a litigatore edoctus docet patronum, ideist pro procuratore litis, *sollecitatore*. *Quintil. l. 12. c. 8.* Quo modo autem sequester ille, & media litium manus, & quidam interpres impendit æquo animo laborem in alienas actiones, &c.

Sequester, stra, strum, *vel* Sequestris, & stre, o. 3. *mezzano*, *intromesso*, μεσάγυιος, quod est medium inter aliquas res, ut Pax sequestra, ideist inducias, quia medias sunt inter bellum præteritum, & futurum. *Virg. 11. Æn. v. 333.* Bis senos pepigere dies, & pace sequestra Per sylvas Teucri, mistique impune Latini Erravere jugis.

Sequestrārius, a, um, adject. Sequestraria actio a JCtis dicitur, qua aliquid apud sequestrem depositum, dum lis transigeretur, ea peracta repetimus. *leg. 12. ff. Depositi*, & *l. 9. ff. de dolo malo.*

Sequestrātio, onis, f. depositio apud sequestrem. *Cod. l. un. de sequestratione pecuniæ.*

Sequestrātor, oris, m. *Symmach. l. 8. epist. 54.* Dolor officiorum familiarium sequestrator.

Sequestratorium, ii, locus, in quo aliquid tamquam apud sequestrem deponitur. *Tertul. de resurr. carn. cap. 52.* Seminibus sequestratorium terra est, illic deponendis, & inde reperendis.

Sequestrātus, a, um, nom. partic. sepositus, abjectus, depositus. *Macrob. l. 7. Satur. cap. 11.* Commascula frontem, & sequestrata verecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiscum libere quod occurrit.

Sequestro, as, a. 1. deponere apud sequestrem, תשליש. *Prudent. in hymno exfequiar. v. 127.* Hominis tibi membra sequestro. *Tertul. de resurr. carn. c. 26.* Corpora medicata mausoleis, & monumentis sequestrantur. *Sidon. l. 1. ep. 11.* Vir ab infamia sequestrandus. *h. e.* collocandus in turo, ut ad eum pertingere infamia non possit.

Sequestro, adv. *in sequestro*, apud sequestrem, ut Pecuniam sequestro deponere, hoc est in manibus sequestris, donec sententia decisum fuerit, cujus esse debeat. *Gel. l. 20. cap. 10.* Quod apud sequestrem depositum erat, sequestro positum, per adverbium dicebant. *Plaut. Merc. 4. 3. 36.* Immo sic sequestro mihi data est. ¶ Se sequestro ponere, est se se separare ab eo, cum quo antea fueris conjunctus. *Cato apud Gell. l. c.* Per Deos immortales nolite vos sequestro ponere.

Sequŏr, comparativum masc. & fœm. Sequius, neut. *minore*, *peggiore*, *inferiore*, deterior, pejor, χείρων, ἥττων. *Apul. l. 10. Metam.* Si sequioris sexus edidisset fœtum. h. e. fœminei. *Ulpian. lib. 8. ff. de Transact.* Personarum contemplatio habenda est, utrum frugi vitæ, & qui alias sufficere sibi possint, an sequioris. *Liv. lib. 2. cap. 37.* Invitus quod sequius sit, de meis civibus loquor, *che sia loro pregiudiziale*.

Sequor, eris, quutus, vel cutus sum, d. 3. *seguire*, *seguitare*, הלך אחרי, ἕπομαι, Germ. *nachfolgen*. Gal *suivre*, est aliquo præcedente iter facere, a verbo Græco allato, conversa consonante priore, & spiritu aspero. *Plaut. Amph. 2. 1. 81.* Sequere hac igitur me. *Ter. And. 2. 1. 101.* Funus interim procedit, sequimur, ad sepulcrum venimus. *Virg. 1. Æn.* Hos tora armenta sequuntur A tergo. ¶ Translate sumitur pro consequi, seu consequens esse, adjungi. *Cic. de Am. c. 20.* Dispares mores disparia studia sequuntur. *Id. de Arusp. Resp. c. 18.* Pœna sequitur scelus. ¶ Item pro ejusdem esse opinionis, vel sententiæ. *Cic. 1. Fin.* Id jubet Plato, quem ego auctorem vehementer sequor. *Id. 2. Fin.* Si secutus esset eorum sententiam. *Id. ib.* Hujus ego nunc auctoritatem sequens. ¶ Item pro ejusdem factionis esse, aliquem assectari. *Cic. l. 9. Attic.* Non omnibus in rebus labantem, vel potius ruentem Pompejum sequutus sum. *Item de Amic. c. 12.* Ne quis concessum putet, amicum bellum patriæ inferentem sequi. ¶ Item pro amplecti. *Cic. pro Mur. c. 27.* Qui remoti a studiis ambitionis, otium, ac tranquillitatem vitæ secuti sunt. *Id. 2. de Leg. c. 1.* Ego & amœnitatem, & salubritatem hanc sequor. ¶ Item pro exercere. *Cic. pro Mur.* Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam solicitudinis ac stomachi secutus est. ¶ Item pro persequi, insequi. *Ovid. 2. Metam.* Sequi feras. *Tacit. 4. hist. c. 29.* Sequi pilo hostem. ¶ Item pro captare, anxie quærere. *Cæs. l. 1. B. C. c. 1.* Sin Cæsarem respiciant, atque ejus gratiam sequantur. ¶ Videtur etiam ufurpatum pro dicere, narrare. *Virg. Ecl. 6.* Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est Dulichias vexasse rates, &c. ¶ Item pro insistere in aliqua re. *Tacit. 1. hist. c. 55.* Propere sequi, quod piger inchoare. ¶ Item pro indulgere, obtemperare, *secondare*. *Id. 1. Annal. c. 49.* Sequitur ardorem militum Cæsar. ¶ Sequi veltigiis aliquem, *seguirlo a passo a passo*. *Liv. l. 9.* ¶ Fortunam suam sequi, est uti successu, & occasione fortunæ. *Liv. l. 22.* ¶ Consuetudinem sequi, est facere secundum consuetudinem. *Plin. l. 2. epist. 6.* Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris? ¶ Sequi fidem alicujus Populi, aut Principis, est illi fidelem esse. *Cic. 2. de Div.* Quod fidem secutus amicitiamque Populi R. functus sit officio. *Cæs. l. 5. B. G. c. 20.* Mandubratius adolescens Cæsaris fidem secutus. ¶ *Sequi verbum* est, quod vulgus dicit, *interpretar a rigore*. *Cic. pro Cæc. c. 17.* Nonne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, eum detrudi, cui manus afferantur? ¶ Usurpatur etiam absolute, pro fieri, hinc esse, *venir in conseguenza*. *Cic. de Fato, c. 12.* Nec, si omne enuntiatum verum, aut falsum est, sequitur illico, esse causas immutabiles, & æternas. *Idem 2. Fin. cap. 18.* Nec sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. ¶ Item usurpatur in transitionibus, pro consequens est, proximum est. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 32.* Ac de prima quidem parte satis dictum est. Sequitur, ut doceam &c. ¶ Eleganter *sequi* dicuntur, quæ lenta sunt, & flectuntur facile. *Plin. l. 7. ep. 9. in carm.* Ut laus est ceræ, mollis cedensque sequatur Si doctos digitos, jussaque fiat opus.

Sequtuleïa, *vel* Secutuleia, dicitur mulier, quæ virum appetit, & sectatur. *Perron. in Satyr.* Tamquam mulier secutuleia, unius noctis pacto omnia vendidit.

Sequĭtor, *vel* Secutor, oris, m. ἀκόλουθος, qui sequitur, assecla. *Apul. l. 9. Met.* Acerrimum reliquos uxori sequutorem, securam dirigit professionem. ¶ Speciatim Secutor dicebatur in ludo gladiatorio. Sed quisnam esset, viri eruditi variæ explicant. *Isid. l. 18. Orig. c. 55. ita scribit:* Secutor est ab insequendo retiarius dictus. Similiter quidam Lexicographi secutorem eumdem fuisse censent, ac mirmillonem, qui pugnabat contra retiarium. Verum *Jos. Scalig. in Not. ad Manil.* docet, secutorem fuisse, qui Græcis ἕφεδρος, alibique a *Martiale* appellatur *suppositivus*, & in veteribus Glossis tertiarius, quia nimirum ex duobus gladiatoribus altero interfecto tertius sufficeretur. *Juven. Sat. 8. v. 210.* Ergo ignominiam graviorem pertulit omni Vulnere cum Graccho jussus pugnare sequutor. *Sueton. in Calig. c. 30.* Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, fine certamine ullo, toridem sequutoribus succubuerant, cum occidi juberentur, unus resumpta fuscina, omnes victores interemit. Rufe de his *Lips. Saturn. l. 2. c. 7.*

Sequĭtur, *seu* Secutus, a, um, partic. a sequor. *Plin. l. 13. cap. 22.* Et sequuto die contra famam cutem finceram circumferens, *il giorno seguente*.

Ser, eris, m. σήρ, aliquis ex Serica regione, ut Assyrius ex Assyria. *Sidon. carm. 5. v. 43.* Assyrius gemmas, Sar vellera, thsra Sabæus. *Arnob. in Tecnopagn. cap. de hist.* Ser vestifluus. Adde *Senec. in Herc. Oet. v. 667.*

Sĕra, æ, f. *ferratura*, מנעול, בריח, κλῆθρον, fustis, quo clauduntur ostia, ut *Festus* definit. *Var. l. 6. de L. L. c. 6.* Seræ, quibus remotis fores panduntur. *Ovid. l. 1. Amor. eleg. 6. v. 24.* Tempora noctis eunt, excute poste seram. *Juv. sat. 6. v. 346.* Adde seram, cohibe; Sed quis custodiet ipsos Custodes?

Sĕra, adv. V. *Serus.*

Serānus, *vel* Serranus, i, m. cognomen M. Atilii civis Romani, inde ductum, quod dum in agro fereret, ad honores in Republ. capessendos vocatus fuerit, teste *Plin. l. 18. c. 3.*

Serapēum. V. *Serapium.*

Serăphim, f. vel n. indecl. שרפים, unus ex ordinibus supremæ Hierarchiæ Angelorum Vox est Hebraica, a שרף, *uffr*, *incendit*, quia a claritate, & aspectus splendore quasi flammantes, & ignei visi sunt. *Isid. l. 7. Orig. c. 5. Prudent. Cathemer. 4. v. 4.*

Serapĭas, adis, f. σεραπίας, &

Serapĭon, ii, n. herba, quæ & orchis dicitur, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, radice gemina, testiculis simili. *Plin. l. 26. c. 10. Apul. de herb. cap. 15.*

Serapĭcus, a, um, adject. ut Serapicæ cœnæ apud *Tertul. Apol. cap. 39.* h. e. sumptuosæ, quales in honorem Serapidis celebrari solebant. Quidam legunt *Serapiaceæ* eodem sensu.

Serapis, is, & idis, m. שרפי, σεράπις, Deus Ægyptiorum, & præcipue Alexandrinorum, idem qui Apis. V. *Apis. Martial. l. 9. epig. 39.* Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. *Martian. Capel. l. 2.* Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim. *Plin. l. 37. c. 5.* Esse etiam nunc in labyrintho Ægypti Sarapin e smaragdo simulacrum in *Sever. c. 17.* Propter religionem dei serapidis. ¶ Quidam Cicero. *Spartian. in

Epid. 2. 2. 80. Mihi istic nec seritur, nec metitur. h. e. hæc res nihil ad me pertinet, ut quæ neque meo periculo fit, neque emolumento. ¶ Addunt Lexicographi aliud *sero, is, rui, rtum*, quod significet nectere, connectere, tamquam ab ἕρω; item aliud, quod significet diverre, tanquam ab ἔρεω; verum hujusmodi simplicia verba non sunt in usu nisi in compositis *consero, disero*, &c. Apud *Lucanum* tamen legitur partic. *sertus*, pro connexus, consertus, ubi *ait l.* 10. *v.* 164. Accipiunt serras nardo florente coronas. Sic sertos flores, apud *Apul.* 1. 10. *Met.* & *Minut. Fel. in Octav.* h. e. serta e floribus.

Sēro, adv. *di sera, a sera*, ערב, Ger. *spaht. langsam*, Gal. *au soir, tard*, Hisp. *tarde, ὀψὲ*. vespere, vespertino tempore, post Solis occasum. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 21. Eo die venit fero Lentulus. ¶ Per Synecdochen ponitur pro tarde, *tardi, tardamente. Cic. in Brut. c.* 10. Quam ea fero prodierit in lucem. *Id. ad Q. Frat.* Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo; fero est enim. ¶ Comp. *serius*, super. *serissime. Cic.* 3. *de Or. c.* 20. Ad mysteria biduo serius veneram. *Plin. l.* 21. *c.* 6. Tarentina serissime legi. *Cassl.* 3. *B. C. c.* 75. Ut quam serissime cognoscereturis. ¶ *Sero sapiunt Phryges*, proverb. est natum a Trojanis, qui post decimum tandem annum velle cœperant Helenam Achivis reddere. *Fest.*

Serotīnus, a, um, adject. *tarde, serotino*, מְאֻחָר, אָפִיל, qui sero venit, ut Poma serotina, quæ post legitimum tempus, vel tardius cæteris maturescunt. *Col. l.* 3. Locis frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces ferito; locis hybernis serotinas serito. *Id. l.* 8. *c.* 5. Item serotini pulli, qui ab solstitio nati capere justum incrementum non potuerunt. ¶ Hujus vocis penultimam plerique Grammatici corripiunt: *Scaliger* tamen *de causis L. L. l.* 4. *c.* 98. *in fine* longam putavit.

Serpens, ēis, nom. part. *serpeggiante, che va serpendo*, נָחָשׁ, זֹרֵחַ, qui serpit, ἕρπων. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 13. Bellias serpentes quasdam, quasdam esse gradientes. *Id. de Senec. c.* 15. Vitem serpentem multiplici lapsu, & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum. *Id.* 4. *Catil. cap.* 3. Malum obscure serpens. ¶ Frequentissime serpens dicitur anguis, & quodcunque animal sine pedibus gradiens, in masc. & fœm. gen. *biscia, serpente*, נָחָשׁ, Ger. *eine schlang*, Gall. *serpent*, Hisp. *culebra*, ὄφις. *Ovid.* 3. *Met. v.* 38. Longum caput extulit antro Cœruleus serpens, horrendaque sibila misit. *Id.* 2. *Met. v.* 773. semesarumque reliquit Corpora serpentum. *Plin. lib.* 8. *c.* 24. Nota est, in Punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo Imperatore, balistis, tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnata serpens 120. pedum longitudinis. *Id. lib.* 22. *cap.* 22. Contra serpentium ictus. ¶ Serpentes quoque pro pediculis legimus more Græcorum, a quibus ἕρπητες simpliciter, vel ἕρπητες ἐν τῇ κεφαλῇ appellantur. *Plin. l.* 7. *c.* 51. Ut Pherecydes Syrius copia serpentium ex corpore ejus erumpente expiraverit. Adde *Apul. in Florid. n.* 15. *al. l.* 2. *sub fin.*

Serpentaria, æ, f. *serpentaria*, herba, quæ & viperina dicitur, foliis mollibus, gustu aspero, quæ prodest ad morsus viperarum. *Apul. de virtut. herb. c.* 5.

Serpentifer, a, um, adject. qui Serpentes ferit. *Virg. in Civi, v.* 477. Æginamque simul, serpentiferamque Seriphum. Alii leg. *Sementiferam*, h. e. fertilem sementis.

Serpentigĕna, æ, com. 1. ὁμογενὴς, ex serpentibus natus. *Ovid.* 7. *Met. v.* 212. Vos serpentigenis in se fera bella dedistis. (Loquitur de illa juventute, quæ ex serpentis a Cadmo occisi dentibus humi satis nata est.)

Serpentĭger, ra, rum, ἑρπετόφορος, quod serpentes gerit. *Ovid. l.* 4. *Trist. eleg.* 7. *v.* 17. Sphyngaque, & Harpyias, serpentigerosque Gigantes. Alii leg. *serpentipedesque*, h. e. serpentis similes pedes habentes.

* Serpentīnus, a, um, ad serpentem pertinens. *Aug. l.* 2. *de Genes. l.* 26. *Ambr. l.* 2. *in Luc. c.* 2. *v.* 51. Serpentina pectora.

Serpentipes. V. dictionem præced.

Serperastrum, *seu* Serperastrum, i, instrumentum, quod geniculis puerorum ambulare discentium alligabatur, ne vari fierent, aut compernes, a *serpendo*. Serpunt enim magis pueri, quam gradiantur. *Var. l.* 8. *de L. L. c.* 5. Non sequitur, ut stulte faciant, qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura, &c. Hinc Serperastri, homines sordidi, & avari, quales erant comites Prætorum, & Proconsulum. Ita dicti sunt, ut *Turneb. l.* 21. *c.* 7. censet, a serperastris, quæ geniculis infantium alligabantur, vel a rastris per humum serpentibus, & radentibus, quod hi propter avaritiam omnia raderent. *Paul. Manut.* explicat homines, qui nihil sublime cogitent, sed humi serpant, pecuniæ, qua nihil sordidius, addicti. Suspicatur tamen apud *Ciceronem*, qui hac voce usus est, legi posse *Cerberastris*, quasi Cerberi imitatoribus, famelicis videlicet hominibus, & ad pecuniam, instar Cerberi ad offam, latrantibus. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 3. De serperastris cohortis meæ nihil est, quod doleas.

Serpillum. V. Serpyllum.

Serpo, is, psi, ptum, n. 3. *serpeggiare, andare serpendo*, זָחַל, רָמַשׂ, Ger. *kriechen, schleichen*, Gall. *se traîner, glisser*, Hisp. *gatear por el suelo*, ἕρπω, more serpentis incedo, ventre ingredior, paulatim progredior, a verbo græco allato, spiritu aspero converso in *s*, quod in plurimis fit. *Cic.* 5. *Fin. c.* 15. Serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti videmus boves, vespas aculeis. *Plin. l.* 9. *c.* 11. Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoque vice pedum serpunt. ¶ Translate dicitur de plantis, quæ ob caulis infirmitatem cum itare non possint, humi procumbunt. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut ejus, quam coronopum vocant. *Virg. Ecl.* 8. Hedera serpit. ¶ Item de hominibus, ut de scriptoribus, qui nimis humili utuntur genere dicendi. *Horat. in Arte Poet. v.* 28. Serpit humi, tutus nimium, timidusque procellæ. ¶ Transferur & ad inanimata, pro progredi, crescere, dilatari. *Cic. de Amic. c.* 23. Serpit, nescio quo modo, per omnium vitam amicitia. *Id.* 1. *de nat. Deor.* Si semel, Vellei, suscipimus genus hoc argumenti, attende, quo serpat. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Hoc in immensum serpet. *Liv. l.* 30. *c.* 6. Flamma per contigua serpens. *Cels. l.* 6. *c.* 18. Ulcus serpit alte, atque late. ¶ *Serpsit pro serpserit*, usi sunt antiqui, auctore *Festo*: ¶ *Serpor*, passive. *Solin. c.* 22. Insula ipsa cum nullo serpatur angue.

Serpŭla, æ, f. idem ac serpens, apud veteres. *Festo.*

Serpyllifer, a, um, adject. Serpyllum ferens. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. *in carm.* Qua Serpylliferis oleat cratinis Baccas per gemmas ruber borellus.

Serpyllum, & Serpillum, Serpullum, i, n. *sermollino*, ἕρπυλλον, genus herbæ, a græca voce allata, quæ ab ἕρπω, *serpo*. Nam Serpyllum, sylvestre imprimis, serpit, dispergitque sese per humum quibusdam ramusculis tenuibus, qui quacunque terram attigerint, radicem agunt, & per se propagant. *Plin. l.* 20. *c.* 22. Serpyllum a serpendo putat dictum. Quod in sylvestri evenit, in petris maxime. Sativum non serpit, sed ad palmi altitudinem increscit. ¶ Pro *Serpyllum, Serpullum* per *u* in Romano codice legi scribit *Pier. ad Ecl.* 2. *Virg. v.* 11. Allia, Serpyllumque herbas contundit olentes. & 4. *Georg. v.* 30. Et olentia late Serpylla.

Serra, æ, f. *sega*, מְגֵרָה, מְשׂוֹר, Ger. *eine säge*, Gall. *scie*, Hisp. *sierra*, πρίων, instrumentum dentatum, quo ligna, & lapides secantur. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 40. Ne stridorem quidem serræ audiunt, tunc cum acuitur. *Col. de arbor. c.* 9. Virem serra præcidere. *Marsial. l.* 14. *epigr.* 143. Serra fecare. ¶ *Serram ducere*, proverbialis locutio, quæ significat altercari, contendere; ducta ab iis, qui serra aliquid secantes vicissim trahunt, retrahuntque. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 6. Fortasse an tecum ferram duceret. Alii tamen aliter leg. Sic *Tertul. de cor. milit. c.* 3. Quandiu per hanc lineam serram reciprocabimus? *h. e.* de eadem re frustra altercabimur. ¶ *Serra praliari* dicitur, cum assidue acceditur, & receditur, neque ullo tempore consistitur. *Cæs.* apud *Fest.* Sive opus sit cuneo, aut globo, aut serra, uti adoriare. ¶ Est etiam serra genus piscis formam serræ in aspera cute referentis. *Plin. l.* 32. *c.* ult. ¶ Item curtus qui rotis ferreis dentatis vertitur, in asum terendi frumenta. *Hieronym. l.* 1. *in Amos, c.* 1.

Serra, æ, m. cognomen Tiberii fl. *Serv. in* 8. *Æn.* In sacris etiam Serra dicebatur. Unde ait nunc: Et pinguia cultu secantem.

Serrabilis, le, adject. qui serra facile secari potest. *Plin, lib.* 16. *c.* 43. *de lignis*: Serrabilia, ac flectilia, quæ modice humida. Ita legit *Hardoin.* alii *durabilia*.

Serractilum, i, clavus navis. Ita exponitur in Glossis, & legitur a quibusdam in *leg.* 39. *ff. ad leg. Aquil.* ubi alii *servaculum*.

Serracum, i, genus curris, idem quod Sarracum. *Sidon. l.* 4. *ep.* 18. Nulla serracæ, nulla esseda subvehendis oneribus attrahebantur.

Serrāgo, inis, f. *segatura*, fragmenta minutissima, quæ humi cadunt, cum aliquid serra secatur. *Cal. Aurel. Tard. l.* 4. *c.* 8. Cum cervini cornu serragine aspersa. *Id. Acut. l.* 2. *c.* 14. Caprinum cornu nigrum, sed alba ejus serrago. *Plin. l.* 37. *c.* 2. *de gemmis*: Infestantur plurimis viriis, scabro, serragine, &c. Alii rectius leg. *ferrugine*.

Serranæ tibiæ, V. *Serranus*.

Serrāta dicitur herba chamædris, quia serrata folia habet. *Pl. l.* 24. *c.* 85.

Serrātim, adv. *in modo di sega. Apul. de herb. c.* 2. Folia serratim scissa. *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. Dentes conjuncti muro serratim struuntur.

Serratorfus, a, um, adject. in modum serræ factus. *Ammian. l.* 23. *c.* 4. In modum serratoriæ machinæ connecti.

Serratŭla, æ, locus, ubi serra digna fecantur, quemadmodum molerina locus est, ubi molitur. *Nonium* hæc vox auctorem habet *c.* 1. *n.* 320.

Serratŭla, f. diminut. herba betonica foliis serratis. *Plin. d.* 25. *c.* 8.

Serratūra, æ, f. *segatura*, serrandi actus. *Pallad. l.* 3. *tit.* 17. *de insitione*. Arborem serra recidemus, post serraturam, plagam ferramentis acutis incidamus.

Serrātus, a, um, *fatto in forma di sega*, מְעֻשֶׂה מְשׂוֹר, πριονοειδὴς, quod in serræ modum est denticulatum, ut Serrati dentes, qui inter se distincti sunt, & pectinatim ritipati ad similitudinem dentium serræ. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Dentium tria genera, ferrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu arterantur, ut serpentibus, piscibus, canibus: continui, ut homini, equo: exerti, ut apro, hippopotamo, elephanto. ¶ Nummi serrati, qui impressa ferræ nota signari sunt. *Tac. de morib. Germ. c.* 5. Pecuniam probant veterem, & diu notam, serratos, bigatosque.

* Serricula, V. Securicula.

Serro, as, a. 1. *segare*, serra seco, πρίω. *Veget. de re milit. l.* 2. *c.* 25. Pali dedolantur, atque serrantur.

Serrŭla, æ, f. *saghetta*, πρίονιον, parva serra. *Colum. de arbor. c.* 6. Si fieri potest, juxta aliquem nodum serrula defecato. *Cic. pro Cluent. c.* 64. Serrula adunca, & tortuosa.

Serta, æ, f. *fune, corda*, עֲבוֹת, σχοινίον, funis, sive restis, a *sero*, idest necto, quia vere serta, h. e. conserta, sive plexa. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 5. *v.* 97. Aut e veste sua rendunt umbracula sertis Vincta. *Pallad. in Mart. v.* 10. Serta linea. ¶ Est etiam idem ac sertum, seu corona. *Propers. l.* 2. *eleg.* 22. *v.* 37. Cum tua præpendent demissæ in pocula sertæ, *Cornel. Sever.* apud *Charis. l.* 1. Huc ades Camena circumdata serta. ¶ Serta Campana herbæ genus est. *Cato R. R. c.* 107.

Sertātus, a, um, adject. coronatus, sero circumdatus. *Martian. Capel. l.* 5. *init.* Caput regali majestate sertatum.

Sertor, oris, m. idem ac assertor. *Fest.*

Sertorianus, a, um, adject. ad Sertorium pertinens, ut Sertoriana tempora, *Cic. Agrar. c.* 20. Sertoriani milites, *Id.* 7. *Ver. c.* 56.

Sertorius, ii, Civis Rom. e Nursia oriundus, civili bello Marii, & Sullæ una cum Cinna Marianas partes secutus, Sylla tandem rerum potito, in Hispaniam aufugit, ibique multas res præclare gessit, & quatuor Romanorum duces contra se missos variis cladibus affixit. Denique a Perpenna Sociis suis per insidias in cœna interfectus est. *Lucan. l.* 2. Quique feros movit Sertorius exul Hiberos. V. *Flor. l.* 3. *c.* 22.

Sertula Campana, herba eadem quæ melliloton, *Ovid.* 7. *Met. v.* 212. Vos serpentigenis in se fera bella dedistis. (Loquitur de illa juventute, quæ ex serpentis a Cadmo occisi dentibus humi satis nata est.)

Sertum, i, *ghirlanda, corona*, עֲטָרָה, Ger. *ein krantz*, Gall. *couronne de fleurs*, Hisp. *guirland*, στέφανος, στέμμα, corona, præsertim quæ ex floribus, herbis, frondibus texitur, a *sero* pro necto, ut notat *Plin. l.* 21. *c.* 2. Usurpatur fere in plurali numero. *Cicer.* 3. *Tusc. c.* 18. Incendes odores, & sertis redimiri jubebis, & rosa. *Virg.* 6. *Ecl.* Serta procul tantum capiti delapsa jacebant.

Sertus, a, um, συμπεπλεγμένος. V. *Sero* in fine.

Serva, æ, *serva, massara*, אֲמָה, עֲבָדָה, Ger. *dienstmagd*, Gall. *servante*, Hisp. *sierva, moca, ama*, δούλη, ancilla, quæ servit, cui opponitur libera. *Virg.* 5. *Æn. v.* 284. Olli serva datur, operum haud ignara Minervæ. *Ulpian. l.* 1. *ff. de serv. corrupt.* Qui servum, servam recepisse, &c.

Servabilis, & le, adject. *servevole*, שָׁמוּר, σωστὸς, quod servari potest. *Ovid. lib.* 4. *Trist. eleg.* 5. *v.* 21. Et tutare caput nulli servabile. *Plin. l.* 14. *c.* 3. Duracina fine ullis vasis in vita servabilis.

Servaculum, i, σωτήριον, quod servat, & sumitur pro anchora, ut censet *Hotomann. in Lex. Jur.* Alii rectius putant significare scapham, in quam nautæ in maximis tempestatibus descendunt. *Ulpian. l.* 29. *ff. ad leg. Aquil.* Pavi refert navem immittendo, aut servaculum ad navem ducendo, aut tua manu damnum dederis.

Servans, antis, o. *osservante*, שׁוֹמֵר, τηρῶν. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 28. Tum in eodem orbe in duodecim partes distributo quinque ferri stellas, eosdem cursus constantissime servantes disparibus inter se motibus. *Virg.* 2. *Æn. v.* 427. Cadit & Ripheus, justissimus unus Qui fuit in Teucris, & servantissimus æqui.

Servatĭo, onis, f. actus servandi, seu observandi. *Plin. l.* 10. *epist.* 121. Usque in hoc tempus, Domine, neque cuiquam diplomata commodavi, neque in rem ullam, nisi tuam, misi, quam perpetuam servationem meam quædam necessitas rupit. *questo mio riguardo, o cautela.*

Servātor, oris, *salvatore*, מוֹשִׁיעַ, σωτὴρ, qui servat, & liberat. *Cic. pro Dom. c.* 38. Servator urbis. *Liv. l.* 34. *c.* 50. Persequentibus cunctis, servatorem, liberatoremque acclamantibus. *Ovid. l.* 4. *ex Pon. ep.* 15. *in fin.* Teque meæ causam, servatoremque salutis. ¶ Item observator, *osservatore. Lucan. l.* 8. *v.* 171. Doctus ad hæc fatur taciti servator Olympi.

Servātrix, icis, f. *salvatrice*, σώτειρα, quæ servat. *Ter. Hec.* 5. 4. 15. O Bacchis, o mea Bacchis, servatrix mea. *Cic.* 5. *Fin. c.* 9. Non dubitemque dicere omnem naturam esse servatricem sui. Alii legunt *conservatricem*.

Servātus, a, um, *conservato, salvato*, σεσωσμένος. *Virg.* 3. *Æn.* Servatum ex undis Scrophanum me litora primum Accipiunt. *Ovid. Trist.* 3. *eleg.* 2. *v.* 49. Servati cives. *Horat. l.* 2. *od.* 14. Cæcuba servata centum clavibus.

Servia, f. 1. *Servia*, pars ampla Hungariæ. Extenditur inter Croatiam, mare Hadriaticum, & flu. Danubium, & Moraviam. Dividitur in maritimam, & mediterraneam. V. Geographos.

Servĭæ, arum, f. ferta, coronæ. *Plin. l.* 21. *c.* 2. Cum e floribus fierent serta, a serendo serviæ appellabantur. Alii legunt *ferieæ*, alii *ferseæ*.

Servianus, a, um, ad Servium Sulpicium pertinens, quem Juris civilis auctorem, & virum bene litteratum *Gell. l.* 2. *c.* 10. vocat, & *Pompon.* laudat *l.* 1. *Digest. tit.* 2. *leg.* 2. *a med.* Hinc Serviana actio, in quamplurimis *Digestorum* locis.

Servĭcŭlus, li, m. *picciol servo. Tertul. de Idolol. c.* 10.

Serventia, æ, f. *servitù. Plaut. Rud.* 4. 2. 13. Pauperratem, & servientiam tolerare. *Alii legunt* pauperratem heri, qui & meam sententiam, &c.

Servilia lex, agraria, lata a P. Servilio Rullo Trib. pleb. de vendendis agris Italiæ, Syriæ, Asiæ, & Libyæ, & provinciarum, quas Pompejus subegerat, Ciceronе acriter diffusadente, perlata non est. ¶ Servilia altera de Civitate lata a C. Servilio Glaucia Trib. pleb. fanxit, ut Latinis jus esset civitatis assequendæ in locum ejus, quem accusando repetundarum damnassent. *Cic. pro Balb.* & *Ascon. in Orat. pro Scauro.* ¶ Servilia item, judiciaria, lata a Q. Servilio Cæpione, judicia, quæ lege Sempronia ad solos Equites pertinebant, Senatorio ordini communicavit. *Tac.* 12. *Ann. Cic. in Brut.* & *pro Scauro*, & *ibid. Ascon.*

Servilianus, a, um, adject. deductum a Servilio, quod est nomen proprium Romanum, ut Serviliani horti. *Suet. in Ner. c.* 47.

Servilĭcŏla, læ, m. & f. qui servos colit. *Plaut. Pœn.* 1, 2. 53. *de meretricibus*. Verfarier inter istas miseras, cœno delibutas, servilicolas fordidas.

Servilĭi, m. 2. familia Plebeja Romæ, fed illuftris, in ea natus eft P. ille Servilius, vir triumphalis, qui a devictis Isauris Asiæ populis Isaurici cognomen accepit. *Strabo l.* 14. Item P. Servilius Rullus, qui primus Romæ folidum aprum in convivio appofuit. *Pl. l.* 8. *c.* 51. Item hujus filius, ille Servilius Rullus legis agrariæ promulgator, quem Cicero in Confulatu fuo fubvertit. *Id. ib.*

Servilis, & le, o. 3. *servile, de' servo*, לְעֶבֶד, δουλικὸς, quod fervorum eft, vel quod ad fervos pertinet. *Cic.* 1. *Phil. c.* 2. Cujus a cervicibus jugum fervile dejecerant. *Liv. l.* 1. *c.* 5. Comparando eorum ætatem, & ipfam minime fervilem indolem. ¶ Serviles litteræ dicuntur, quas vel fervi difcere, & fcire poffunt, ut legere & fcribere. *Sen. de tranquill. c.* 9. Plerifque ignaris etiam fervilium litterarum, libri non ftudiorum inftrumenta, fed coenationum ornamenta funt. ¶ Servile adverbii more pofitum pro ferviliter. *Claud. de Bel. Gild. v.* 367. fractos inglorius armos Suppofuit fervile gemens.

Serviliter, adv. *servilmente*, δουλικῶς, fervorum more. *Cic. l.* 2. *Tusc. c.* 33. Ne quid ferviliter, muliebriterve faciamus.

Soc-

* Servio, is, ivi, itum, n. 4. *servire*, עבר, שׁמר, Ger. *dienen*, *im dienst seyn* Gall. *servir, être en service*, Hisp. *servir*, δουλεύω, in fervitute fum, domino miniſterium exhibeo. Proprie fervorum eſt, dum heri præceptis obſequuntur. Uſurpatur vel abſolute. *Cic.* 4. *Catil.* Hoſtes alienigenæ aut oppreſſi ſerviunt, aut recepti beneficio ſe obligatos putant. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro L. Mam.* Servire Populo Romano, quam imperare aliis maluiſſe. ¶ Vel cum accuſ. ſuæ ſignificationis. *Plaut. Aul.* 4. 1. 6. Nam qui amanti hero ſerviturem ſervit. *Cic. pro Mur.* Si ſervitutem ſerviant. Dicitur etiam *ſervire ſervituti* ab eodem *Plaut. Mil.* 2. 6. 2. ¶ Sæpe capitur pro morem gerere, operam alicui dare, præſto eſſe. *Cic.* 2. *Catil.* Qui alios amabat turpiſſime, aliorum amori flagitioſiſſime ſerviebat. ¶ Item pro ſubjectum eſſe, obnoxium eſſe. Sic præda ſervire dicuntur, in quibus venditor aliquam ſibi ſerviturem ſervavit. *Cic.* 3. *Agr. c.* 2. Capite hoc præda omnia, quæ ſerviebant, non ſervient. ¶ Item pro accommodare ſe, aptare ſe. *Cic. pro Sext.* Sed agam moderate, & huic tempori ſerviam potius, quam dolori meo. *Id. ad Brut. ep.* 9. Tibi nunc populo, & ſcenæ, ut dicitur, ſerviendum eſt. *h. e.* debes te præſentibus hominem moribus accommodare. ¶ Item pro incumbere, dare operam. *Cic. pro R. Am. c.* 15. Nonne optariſſimum ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maxime ſervire? *Id.* 5. *Tuſc. c.* 3. Alios gloriæ ſervire, al

Sesquimodius, m. 2. *un mezzo, e mezzo, τεμνομεδίμνιος*, unus modius cum dimidia parte alterius. *Varro l. 1. de R.R. cap. 42.* Cum easdem, si fregeris, vix sesquimodio concipere possis. *Cic. 5. Verr. c. 92.* Nunquam tam grati hi sesquimodii Q. Hortensii fuissent.

Sesquiobŏlus, m. 2. *τεμνομιόβολος*, obolus cum dimidio. *Plin. l. 26. c. 8.* Dejectoque, quod supernatat, reliquus succus purgat utraque parte sesquioboli in aqua mulsa.

Sesquioctāvus, a, um, *επόγδοος*, quod octavum, & ejus dimidium continet. *Cic. de Universf. c. 7.* Sesquioctavo intervallo sesquitertia omnia expleri.

Sesquiopĕra, æ, *τεμνημέριον*, opera diei unius, & dimidiati. *Col. l. 2. c. 13.* Fabæ occantur sesquiopera, farriuntur sesquiopera, metuntur una.

Sesquiōpus, eris, n. idem quod sesquiopera. *Plaut. Capt.* 3. 5. 65. Inde ibis porro in latomias lapidarias: ibi cum octonos alii lapides effodiunt, nisi quotidianus sesquiopus conficeris, fexcentoplago nomen indetur tibi.

Sesquipedālis, & le, o. 3. *τεμνημοδιαῖος*, quod sesquipede constat. *Plin. l. 7. c. 16.* Sesquipedales gigni quosdam longiores, in trimatu implentes vitæ cursum, haud ignotum est. ¶ *Sesquipedalia verba*, turgida, inflata, prætumida, gravia, qualia Tragicis Poetis solent esse familiaria. *Hor. in Arte v. 97.* Proficit ampullas, & sesquipedalia verba.

Sesquipedanĕus, a, um, adject. idem quod sesquipedalis. *Pl. l. 9. c. 27.* Lucerna piscis htcollit e mari sesquipedanea fere cornua.

Sesquĭpes, edis, m. 3. *un piede, e mezzo, τεμνημόδιον*, mensura unius pedis, & dimidii. *Col. l. 3. c. 13.* Nisi tamen si scaturigo plaustris obvia, plus, quam sesquipedem, prohibeat insidere. *Martial. l. 8. epig. 60.* Summa Palatini poteras æquare colossi, Si heres brevior, Claudia, sesquipes.

Sesquiplāga, æ, f. *una ferita e mezza*, duo ictus, sed impares. *Tacit. Ann. 15. c. 67.* Cum vix duobus ictibus caput amputavisset, sævitiam apud Neronem jactavit sesquiplaga interfectum a se dicendo.

Sesquiplāris, V. *Simplaris*.

Sesquiplex, V. *Sesquiplex*.

Sesquĭplus, V. *Sesquiplus*.

Sesquisĕnex, qui senis ætatem prætergressus est multis annis, atque adeo est decrepitus. *Versus Poeta* apud *Varr. l. 8. de L.L. c. 3.* ut quidem legit *Turnebi. l. 23. c. 26. & Scalig. in conject.* nam alii aliter.

Sesquitertĭus, a, um, adject. *e mezzo*, qui continet ternarium numerum cum dimidio. *Cic. de Univ. c. 7.* Intervalla sesquitertia, & sesquiotava.

Sesquiulysses, & sesculysses, is, m. quasi unus, & dimidius Ulysses. *Varro* hoc titulo inscripsit unam e fatyris suis, posuitque pro homine astutissimo, & callidissimo. Citat hanc satyram *Pl. in præfat. hist. natur.* & *Nonius* sæpe.

Sĕsĭa, vel Sesĭa, æ, f. nomen columnæ in Circo maximo, in cujus summitate simulacrum erat Sejæ, vel Sesiæ Deæ Romanorum, ita dictæ a *serendo*, quod fementi præsiet; unde & ipsi columnæ datum nomen. *Tertul. de Spectac. c. 8.*

Sessibŭlum, i, id, in quo sedemus. *Plaut. Pœn. 1. 2. 56.* Quæ tibi oleant flabulum, statumque, sellam, & sessibulum merum. ¶ Item sedendi actus, quies, *posata*. *Apulej. l. 1. Asin.* Præ metu latronum nulla sessibula, ac nec sufficientem supellectilem parare nobis licet.

Sessĭlis, & le, o. 3. *ἕδριος*, עגב, quod sedet, vel sedere videtur. *Sessiles lactucæ*, humiles, quæ humi projectæ sunt, latæ magis, quam altæ, quali quæ a natura sedere cogantur, neque surfum vehi possint, aut in sublime ascendere, *ἐδρῶσαι*. *Martial. l. 3. ep. 48.* Et utrumque pectum, sessilesque lactucas. Sic sessiles malvæ apud *Pallad. in Octobr. cit. 10.* ¶ *Pyra sessilia*, quæ brevissimo pede sunt. *Pl. l. 15. c. 15.* Incerta nominum causa est barbaricis, venereisque, quæ colorata dicunt, regilisque, quæ minimo pediculo sessilia. ¶ Sumitur etiam pallive, ut Tergum sessile, idest latum, in quo quis possit sedere. *Ovid. Met. 12. v. 401.* Sic tergum sessile, sic sunt Pectora cessa toris.

Sessĭmonĭum, ii, id, in quo sedemus, ut Deorum sessimonia, idest loca, in quibus Dii sedent, hoc est, ubi simulacra Deorum reponuntur, quasi sedeant. *Vitruv. l. 7. in præfat.*

Sessĭo, onis, *sessione, il sedere*, עשבה, ישיבה, מושב, Ger. *das sitzen, od sitz*, Gal. *assesse, assement*, His. *session*, *ἕδρωσις*, sedendi actus. *Cic. 1. Off. c. 35.* Scatus, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. ¶ Ponitur etiam pro sedili. *Cic. 2. de Or. c. 5.* In quo porticus hæc ipsa, ubi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones gymnasiorum, & Græcarum disputationum memoriam quodammodo commovent? ¶ Translate, vel metaleptice ponitur pro mora, & ignavia. Nam sedere quandoque valet nihil agere, tempus otiose terere. *Cic. Ast. lib. 14. epist. 14.* Illam sessionem Capitolinam mihi non placuisse, tu testis es. Reprehendit Brutum, & Cassium, qui illo ipso primo die post Cæsarem interfectum, Senatum in Capipolium non vocarint, sed otiosi tempus consumpserint.

Sessĭles, masc. 3. *Sessia, Sessa*, fl. Galliæ Cisalpinæ, qui apud Varallum, Romanianum, & Vercellas fluit, Ducatum Mediolanensem a Pedemontano Principatu disterminat, & per agrum Vercellensem in Padum Jabitur infra Casale. *Plin. lib. 4. cap. 16.*

Sessĭto, as, n. 1. *καθίζομαι*, sæpe sedeo. *Cic. in Brutto c. 15.* Ut quam Deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse.

Sessĭuncŭla, læ. f. parva sessio. V. *Semicirculus*.

Sessŏr, oris, *ἕδρωσις*, qui sedet. *Hor. lib. 2. ep. 2. v. 130.* in vacuo lætus sessor, plausorque theatro. ¶ Item habitator, incola. *Nepos in Cimone c. 2.* Sessores veteres urbe, insulaque ejecit.

Sessōrium, ii, *lettica*. *Cal. Aurel. Acut. l. 1. c. 11.* Quolibet sessorio leniter moveri.

Sessus, us, m. sessio, sedendi actus. *Apul. l. 3. Flor.* Locum sessui impertiunt.

Sestertiārius, ii, m. homo pauper, qui vix sestertium habet in censu. *Petron. in fragma. Tragur. c. 45. Bario.* Gladiatores sestertiarii.

Sestertiŏlus, i, parvus sestertius. *Martial. l. 1. epigr. 59.* Sed sestertiolum donavit mentula Phœbo Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam.

Sestertĭus, ii, m. *sesterzio, sterzo, ἑσπέρτιος*, nummus argenteus, quarta pars denarii, itaque respondet quinque solidis Venetis. Hoc nomen natura sua adjectivum nomen est: *Nummus* enim subintelligitur. Dicitur quasi *semistertius*. Causa appellationis est, quod valebat duobus assibus, & semisse, ut quinarius quinis, denarius denis. *Varro l. 4. de L.L. c. 36.* Sestertius, quod semis tertius. Dupondius enim, & semis antiquus sestertius est: & veteris consuetudinis, ut retro æra dicerentur ita semis tertius, semis quartus pronuntiarent. *Vitr. l. 3. c. 1.* Nostri autem primo decem fecerunt antiquum numerum, & in denario decem æreos asses constituerunt, & ea re compositio ad hodiernum diem denarii nomen retinet; etiamque quartam ejus partem, quod efficiebatur ex duobus assibus, & tertio semisse, sestertium vocitaverunt. Hinc causa patet, cur in veteribus libris pro *sestertius*, scribebatur H.S Nam duæ lineolæ asses binos, S. autem semissem notat. *Cic. ult. Parad.* Capit ille ex suis prædiis sexcenta sestertium, ego centena ex meis. id est sexcenta millia, & centena millia sestertiorum. ¶ Mulcis hujus monetæ duo genera videntur fuisse, unum, quod *sestertius* masculino genere diceretur, valereteque quartam partem denarii; alterum, quod *sestertium* in neutro genere, libras Venetas 250. Ac putat Budæus, hoc eo fieri, quod sestertium habeatur eamdem proportionem ad libram Romanam, quæ & mina, & pondo dicebatur, quam sestertius ad assem, hoc est ad libram æris gravis, ita ut, quemadmodum sestertius capiebat duas æris libras, & semissem, sic sestertium compleberetur duas argenti libras, & semissem. Singulæ autem libræ valebant drachmas, vel denarios centum, hoc est sestertios quadringentos. Duæ itaque libræ, & dimidia sestertios mille, idque uno nomine sestertium dicebant in neutro genere. Decem ergo sestertia valebant decem millia nummorum sestertiorum. Eam Budæi opinionem secuti Alciatus, Lambinus, & alii. *Sed sestertium* numero singulo, neutroque genere apud neminem legas vel Oratorum, vel Poetarum, ut Budæus ipse agnovit. Quod vero Poetæ *sesterria* dicunt, ut *Juvenal. sat. 1. v. 93.* id per Metaplasmum fit metri gratia. Quod ad locum Ciceronis in Paradoxis, Sallustii in Catil. ac similes, videntur inter Auctores non voces perscripsisse, sed notas usurpasse, quas cum imperiti librarii integras exprimere vellent, *sesterria* perscripsere pro *sestertium*, in genitivo plurali. Igitur mille quidem nummi per sestertia intelligendi fere sunt, sed idem sæpe intelligi debet etiam per sestertios, quia, cum numerus excederet mille sestertios, Romani concise loquebantur, & scribebant, ut infra videbimus. ¶ Interdum *sestertium* dicebant, interdum *nummum*, interdum utrumque conjungentes *nummum sestertium*. *Macrob. lib. 2. Saturn. c. 4. de Augusto*: Sublimis Actiaca victoria revertebatur: occurrit ei interglatulantes eorum tenens, quem instituerat, hæc dicens, Have Cæsar victor, Imperator. Miratus Cæsar officiosam avem viginti millibus nummorum emit. *Virruv. lib. 2. cap. 4.* Numino sestertio singulis municipibus mancipio dedit. *Cic. Div. in Ver. cap. 10.* In modios singulos, duodenos sestertios exegisse. ¶ Pro numeri item ratione aliter, atque aliter loquebantur Romani. Per casum rectum, & absque ulla sermonis præcisione loquebantur necessario usque ad numerum millenarium. Ita dicebant *sestertii viginti, triginta, centum, ducenti, mille*. *Gel. lib. 2. cap. 24.* Sylla Dictator legem tulit, ut feriis solemnibus sestertios tricenos in cœnam insumere jus, potestasque esset, cæteris autem aliis diebus non amplius tricenos. *Id. ibid.* Lex Julia ab Augusto pervenit ad populum, qua prosestis quidem diebus ducenti sinuntur, Kalendis Idibus, Nonis, & aliis quibusdam festivis trecenti, nuptiis autem, & reportiis mille sestertii essent. Adduximus utrunque Gelli locum, simul emendat *Hieronymus, lib. de re nummaria, pag. 81. & 83.* Nam ut in vulgaris lejuntur codicibus, omnino numerus fallit, quando & prius in loco nimis summa est exilis, pro avi Sillani opibus, & in posteriore, ubi vulgo *H. S. millies* legitur, stupendæ luxuriæ summa est, non parsimoniæ, quam leges sumptuariæ præscribunt. Atque id magis patebit ex his, quæ post dicemus de ratione per adverbia numerandi. ¶ Cum vero numerus excedit mille sestertios, nec tamen est decies centenorum millium in hujusmodi summis triplex occurrit loquendi ratio. Prima est simplicissima, cum dicere *mille sestertii*, vel *sestertium*, *bis mille nummum*, sive *sestertium*, *octo millia sestertium*, *viginti quinque millia sestertium*, &c. *Macrob. lib. 3 Saturn. cap. 15.* Africus Celer nullum unum septem millibus nummum mercatus est, in qua re luxuriam illius seculi eo magis licet æstimare, quod Plinius Secundus temporibus suis negat facile nullum reperiri, qui duas pondo libras excederet. Sed *Plin. l. 9. c. 16.* auget præterea: Africus Celer, inquit, nullum unum mercatus octo millibus nummum. *Plin. jun. l. 9. epist. 19.* Esse tibi sæntum millium censum, satis indicat, quod apud nos Decurio es. Igitur ut te non Decurione solum, verum etiam Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equestres facultates trecenta millia nummum. Quo ex loco conjicimus, ut arte, & sub Augusto, ira Plinii quoque ætate censum Equestrem fuisse quadringenta millia sestertium, hoc est decem millia Philippeorum, seu Scutatorum Venetorum. At Senatorum census ante Augustum erat octogenta millia nummum; hoc est viginti Scutatorum Venetorum, seu Philippeorum millia, sub Augusto autem duodecies sestertium, quod est triginta millia Scutatorum Venetorum, seu Philippeorum. *Sue. in Aug. cap. 41.* Senatorum censum ampliavit, ac pro octogentorum millium summa duodecies HS taxavit, suppleviteque non habentibus. ¶ Altera loquendi ratio est, qua vox *centena* omittitur, sed vel apice superscripto indicatur, vel subintelligitur. Nam non semper scribebant *centena sestertium millia*, sed etiam CIↃ sub lineola signat millia, vel simpliciter scribebant *centena HS*, ubi HS est genitivus *sestertium*, ac subintelligitur *millia*. Ita capiendus *Plinius*, cum *lib. 10. c. 51. & l. 35. cap. 12.* ait, Æsopum histrionem tragicum habuisse patinam fictilem quæ taxaretur HS trecentis. Nam non sexcentos nummos intelligit, sed sexcenta millia sestertium. Sic *Gel. lib. 5. cap. 2.* Equus Alexandri Regis & capite, & nomine Bucephalus fuit. Emptum Chares scripsit talentis tredecim, & Regi Philippo donatum: æris nostri summa est HS 312. Bucephalum emptum ait sestertium trecentis, & duodecim, supple *millibus*: nisi scribere malis HCCC XII, ut apex sit pro *millibus*. Multa hujusmodi occurrunt apud antiquos. Non paucis tamen locis pro *sestertium*, ut supra diximus, corrupte legitur *sesterria*. Imo Budæus, & alii, quoties C HS, aut CC HS, vel simile inveniunt, legendum putant *centum sesterria*, aut *ducenta sesterria*, cum foli Poetæ dicant *sestertia*, pro *mille nummis sestertiis*. *Hor. l. 1. ep. 7.* Cum septem donat sesterria, mutua septem Promittit, persuadet, uti mercetur agellum. Intelligit septem millia sestertium. Neque enim agellus septem nummis sestertiis emi potest. *Id. lib. 2. ep. 2.* Clarus ob id factum donis ornatur honestis. Accipit & bis dena super sestertia nummum. Qualis fuisset illa Luculli liberalitas, si militi propter expugnatum castellum donasset viginti sestertios? Quare intelligite 20. millia sestertium. ¶ Cum numerus minimum erat decies centenorum millium, tunc veteres utebantur adverbiis *decies*, *vicies*, *centies*, *ducenties*, &c. In cujusmodi locis si addatur *centena*, tantummodo intelligitur *millia*. *Juvenal sat. 10. v. 335.* Et ritu decies centena dabuntur Antiocho. *Martial. l. 2. epigr. 65.* Illa illa dives mortua est Secundilla, Centena decies quæ tibi dedit dotis. Indicat uterque Poeta modum dotis amplissimum, qui erat decies centena millia sesterium, idest vigintiquinque millia Philippeorum. ¶ At si posit adverbium, aut adverbia (nam & *decies quinquies sestertium*, & *vicies quater*, vel *ducenties vicies sestertium* geminato adverbio dicitur) non subjiciatur alter numerus, intelligenda sunt *centena millia*. *Senec. de consol. ad Helv. c. 10* Cum sestertium millies in culinam congetisset. *Id. ib. c. 9.* C. Cæsar centies HS. cœnavit uno die. ¶ Sestertius etiam dicitur de rebus ratione pedum, & milliarium. E. g. bipalium, quod est genus ferramenti agris fodiendis accommodati, rustici dixere *sestertium*, quia latum esset duos pedes, & dimidium. *Col. lib. de Arb. c. 1.* Ipsum autem agrum, quem seminario destinaveris planum, & succosum sat erit bipalio vertere, quod vocant rustici sestertium. Sic in *leg. 12. Tab.* sestertius pes, qui est pedum duorum, & dimidii. ¶ Est etiam sestertium genus veli triplici licio texti, ut tertium filum duobus impar sit. *Suet. in Aug. c. 83.* Ita ut in extremis spatiis subfulcrum discurreret, sestertio, vel lodicula involutus. Al. aliter leg.

Sestiācus, a, um, ad Sestium pertinens. *Stat. l. 1. sil. v. 3 vers. 27.* Sestiacos nunc fama sinus, pelagusque natatum Jactet. *Auson. in Mosel. v. 287.* Sestiacum pelagus.

Sestiāna, *vel* Sextiana mala, genus quoddam malorum, ita dictum a quodam Sextio, qui primus ea in Italiam invexit; vel ut alii putant, a *Sesto* urbe Hellespontiaca, ubi copiose proveniunt. *Col. l. 5. c. 10. & l. 12. c. 45.*

Sestĭas, adis, adject. Hero puella, quæ fuit ex arce Sesti. *Stat. 6. Theb. v. 576.* fecit anxia rurre suprema Sestias in speculis. Adde *Sidon. carm. 11. v. 72.* ¶ Item ad Sestion ipsam pertinens. *Sidon. carm. 2. vers. 506.* Abydenique sinus, & Sestias ora.

Sestis, idis, f. Sestias. *Ovid. heroid. epist. 18. v. 1.* Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem, Si cadat ira maris, Sesti puella, tibi. Al. leg. *Sestia*, a *Sestus, a, um*, pro *Sestiacus*.

* Sestius, Sextius, V. Sextis.

Sestus, *seu* Sestos, f. 2. *Sesto*, arx Thraciæ, in Chersoneso, ad Hellespontum, contra Abydum arcem Asiæ, quæ duæ arces simul nunc vocantur *Dardanelli*. *Plin. l. 4. c. 11. Lucan. l. 2. v. 674.* Xerxes pontibus admovit Sestion Abydo.

Sesuĭi, *vel* Sessuvii, m. 2. populi Galliæ Celt. qui aliter, & melius, Sessui dicti sunt, ubi hodie pars meridionalis Normandiæ. *Cæsar*.

Seta, æ, f. *seta*, שער, Ger. *burst, saubursle*, Gall. *soye de pourceau*, His. *seda*, *χαίτη*, pilus crassior, durior, rigidiorque, qualem sues habent. *Plaut. Cas. a. 5. sc. 2. 49.* Ita, quasi seris, labra mihi compungit barba. *Cic. 5. Tusc. c. 20.* In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum demitti jussit, ut impederet illius beati cervicibus.

Setăbis, is, f. *Xativa*, urbs His. Tarraconensis, ad fluvium cognominem, ubi nobilissimum linum provenit, & tertiæ in Europa palmæ, ut ait *Plin. l. 19. c. 1.* Hinc *Sil. l. 3. v. 373.* Setabis & telas Arabum spreviste superba, Et Pelusiaco filum componere lino. ¶ Populi Setabitani. *Plin. l. 3. c. 3.*

Setabitanus, V. *Setabis*.

Setăbus, a, um, adject. ad Setabin pertinens, ut sudaria Setaba, *Catul. carm. 12. v. 14.* hoc est e lino setabo, quæ *setaba* absolute dixit. *Plin. in præfat hist. nat.*

Setæa, æ, f. & Setanium, ii, n. species mespili. *Plin. l. 15. c. 20.* Mespilia tria genera, anthedon, setania, &c. *Plaut. Truc. a. 5. v. 16.* Non possunt militares pueri setanio educier. Alii aliter leg. ¶ Sunt etiam setaniæ cæpæ quædam miniuæ, sed sapidissimæ, apud *Plin. l. 19. c. 5.* ¶ Item setanium est bulbi species. *Id. ib. c. 6.*

Setĭa, f. 1. *Sezza*, urbs Campaniæ juxta Pomptinas paludes, in colle, Patria Valerii Flacci. Celebris fuit ejus ager vini feracitate, & nobilitate, ut inter cæteros notat *Plin. l. 3. c. 5.* Hinc eodem Setiæ nomine eum appellat *Stat. l. 2. sil. v. 6. v. 90.* ubi ait; nec quod tibi Setia canos Restinxit cineres.

Setĭger, ra, rum, *χαιτοφόρος*, quod setas gerit. *Virgil. 12. Æn. v. 170.* Setigeræ fœrum suis, intonsamque tridenae Attulit. ¶ *Setiger* absolute pro apro. *Ovid. lib. 8. Met. v. 376.* nisi setiger inter opacas Nec jaculis isset, nec equo loca pervia silvas.

Setĭnus, a, um, adject. *di Sezza*, ad Setiam urbem pertinens, ut Setini agri. *Pl. l. 3. c. 5.* Setinum vinum. *Juvenal. sat. 10. v. 27.* Idem *Plin. l. 14. cap. 6.* scribit, hujusmodi vinum ab Augusto cæteris aliis Italiæ vinis fuisse prælatum.

Setōsus, a, um, *setoso, pieno di seta*, שעיר, Ger. *voll burst*, Gall. *plein de soyes*, His. *sedoso*, *χαιτώης, χαιτώδης*, quod est setis plenum. *Plin. l. 8. c. 45.* Toxa fronte, auribus setosis. *Prop. l. 4. el. 1. v. 25.* Verbera pellitus setosa movebat arator. idest scuticas ex caprina pelle villosa.

Settŭla, læ, f. parva seta. *Arnob. l. 7. pag. 226.* Solas immolare diis ianas, vulsasque ex hostiis setulas.

Seu, *ovvero, o sia*, אך, אם, אתו, conjunctio disjunctiva, qua jungimus ea, quorum alterum, non utrumque affirmamus, a *sive*, ut *neu* a *neve*. *Cic. pro Quinct.* O fortunatum hominem, qui hujusce modi nuntios, seu potius Pegasos habet! *Id. ib. c. 8.* Seu recte, seu perperam facere cœperunt. *Virgil. 12. Æn.* Sive errore viæ, seu tempestatibus acti. *Liv. l. 21. c. 7.* In tantas brevi creverant opes, seu maritimis, seu terrestribus fructibus, seu multitudinis incremento, seu sanctitate disciplinæ.

Sevēre, adv. *severamente, gravemente*, בפוך, *σεμνῶς*, graviter, aspere. *Cic. 2. Fin. c. 8.* Ita graviter, & severe voluptatem secernit a bono. *Id. pro R. Com. c. 15.* Cum *c. 8.* Ita graviter, & severe voluptatem secernit a bono. *Id. pro R. Com. c. 15.* Cum illis exactæ ætatis severissime fructum, quem meruerunt, retribuam. *Cæs. lib. 3. B. Civ.* Brundusium ad suos severius scripsit. Adde *Justin. l. 3. c. 3.*

Severiānus, a, um, adject. a Severo, cum est nomen proprium, ut Severiana pyra, a quodam Severo instrore sic appellata. *Plin. l. 15. c. 15.* ¶ Severianæ thermæ, a Severo Imper. constructæ. *Spartian. in Sev. c. 19.*

Severĭtas, aris, *severità, gravità*, פחד, אזנרית, Ger. *strenge, rauhe*, Gall. *rudesse, rigueur*, His. *rigor*, *σεμνότης*, gravitas morum, duricies, asperitas. *Cic. de Sen. c. 28.* Severitatem in senectute probo, & eam, sicut alia, modicam: acerbitatem nullo modo. ¶ Dicitur etiam in rebus judicialibus de illa parte justitiæ facilitati, & misericordiæ contraria, qua judex nihil omnino de supplicio remittit, neque a vero discedit. *Cic. 7. Verr.* Cum iste vestra severitate permotus multa signa dederat, quamobrem is responsurus non videretur. *Id. l. 9. Fam. ep. 24.* Summa severitas animadversionis. ¶ Item in rebus oratoriis, de styli gravitate. *Cicer. in Brut.* Crassus in summa comitate habebat etiam severitatis satis. ¶ Translate, seu per Catachresin dicitur de asperitate cujuscunque rei. *Pl. l. 13. c. 3. de unguentis*: Quando etiam corruptissimo in genere magis tamen juvat quædam ipsius vitii severitas.

Severĭter, adv. idem ac severe. *Titinnius* apud *Non. c. 11. n. 3.* Severius hodie sermonem amica mecum contulit.

Severĭtūdo, inis, idem ac severitas. *Plaut. Epid. 5. 1. 3.* Quid illuc est, quod illi caperat frons severitudine?

Severus Mons, *Monte Severo*, seu melius, *della Mosca*, al. *Monte Nero, Monte di S. Giovanni*, Mons Sabinorum versus Reate, & conf. Apruții ult. *Virgil. 7. Æn. v. 713.* Qui Terricæ horrentes rupes, montemque Severum, Casperiamque colunt. Sunt qui putant, hic esse adjectivum, & intelligi montem præruptum, asperum.

Severus, a, um, *severo, grave*, קשה, פרעי, Ger. *rauh, strenge*, Gal. *sevère, rude*, His. *riguroso*, *σεμνός*, gravis, asper, acerbus, durus. *Virg. 8. Æn. v. 638.* Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis. *Cic. in Brut. c. 31.* Q. Ælius Tubero fuit vita severus, & conjunctus cum ea disciplina, quam colebat. *Idem 3 Off. c. 3.* Magnus vir in primis, & qui semper indulgens in patrem, idem acerbe fuit in filium. *Liv. l. 4. c. 26.* Severissimi imperii vir. *Cæsar. carm. 5.* Rumores severus in filium. *Liv. l. 4. c. 26.* Severissimi imperii vir. *Cæsar. carm. 5.* Rumores senum severiorum. ¶ Usurpatur quoque in rebus judicialibus, pro eo, qui nihil de pœna a lege constituta remittendum censet. *Cic. pro L. Man. c. 11.* Neque severus esse in judicando, qui alios in se severos esse judices non vult. *Id. Verr. 2. c. 10.* Severus ad judicandum. *Id. 6. Verr. c. 59.* Postequam judicia severa Romæ fieri desierint. ¶ Item in rebus Oratoriis, pro serio, in quo nihil facetiarum est. *Cic. in Brut. c. 30.* Rutilius in quodam tristi, & severo genere dicendi versatus est. *Id. ib. c. 95.* Unum sententiosum, & argutum, sententiis non ram gravibus, & severis, quam concinnis, & venustis. ¶ Item pro veraci, fideli, & qui se corrumpi non sinit. *Plin. l. 11. c. 52.* Addidit morum afpectus simili modo apud nos Trogus & ipse auctor severissimus. *Cic. 1. Ver. c. 5.* Cujus legis non modo a Populo R. sed etiam ab ultimis nationibus jampridem severi custodes requirunter. ¶ Translate extra homines, & actiones hominum egreditur. Itaque interdum accipitur pro vehementi, austero, aspero, quod palatum pungit. *Hor. l. 1. od. 27.* Vultis severi me quoque sumere, partem Falerni? ¶ Item pro mœsto, tristi, funesto, quod horrorem aspecta incurit. *Virgil. 3. Georg. v. 37.* Invidia infelix Furias, amnemque severum Cocyti metuet. *Lucr. l. 4. v. 451.* Severa silentia noctis. ¶ Ungues severi dicuntur, qui diligentissime exigunt atque explorant alicujus rei lævitatem. *Pers. sat. 1. v. 64.* ut per læve severos Effundat junctura ungues.

Severus, ri, nomen proprium. Cornelius Severus poeta, & declamator Augusti tempore, scripsit bellum Siculum, sed imperfectum reliquit, teste *Quintil. l. 10. c. 1.* atque id ipsum etiam excidit. Præterea carmen de Ætna, ut colligitur ex *Seneca epist. 79.* quod extat. Est etiam quoddam fragmentum, quod ejus nomine circumfertur, de motu Ciceronis, apud *Senec. in Suasor. 6.* ¶ Severus Sulpicius, Episcopus Bituricensis, qui Sæculo Christi V. vixit, scripsit non inelegantes, Historias Sacras, & vitam S. Martini, libros historiarum, dialogos quosdam, & epistolas.

Sevĭni, m. 2. iidem qui Sabini, ita appellati a cultu, seu moribus. *Plin. l. 3. c. 2.*

Sevīr, iri, m. quasi sexvir, nomen est dignitatis, ut Duumvir, Decemvir. Seviri fuere tempore Imperatorum, qui locum habebant in equestri militia, videnturque eam potestatem obtinuisse, quam olim Legati militares, vel etiam Magistri equum. *Jul. Capitolin. in M. Antonino Philos. c. 6.* Pius consulem secum Marcum designavit, & Cæsaris appellatione donavit, & sevirum turmis equitum Romanorum designavit, & Cæsaris appellatione donavit, & sevirum turmis equitum Romanorum, jam consulem designatum, creavit; & edenti cum collega sevirales ludos adfedit. ¶ Sevirum alii erant seniores, alii juniores, ut ex veteribus Inscriptionibus apparet. Videntur etiam Seviri civilis dignitatis fuisse: nam in iisdem Vet. Inscr. leguntur Seviri juri dicundo; item Seviri Augustales, & Fladem Vet. Inscr. leguntur Seviri juri dicundo; item Seviri Augustales, & Flaviales: hi tamen potremi non Magistratus, sed Sacerdotes fuerunt. V. *Inscription. Gruter. pag. 19. n. 6. & Reines. class. 1. num. 99.*

Sevirālis, le, adject. ad Sevirum pertinens, ut Sevirales ludi, apud *Capitolin. in Antonin. Philos. c. 6.* ¶ Absolute Seviralis, idem qui Sevir. *Inscript.* apud *Gruter. pag. 1.* Numerius Martialis Astigitanus Seviralis. *b. e.* sevir Astigi, quæ urbs est Hispaniæ.

Sevirātus, tus, m. dignitas Seviri. *Inscript.* apud *Gruter. pag. 400. n. 7.* Hic pro Seviratu in Rempubl. dedit HS. ∞ ∞ &c.

* Sevo V. Sebo.

Sevo, onis, m. *le Montagne di Norvegia*, mons Scandinaviæ longissimus, qui a mari Albo, & extremis Lappiæ finibus lunato cursu per Lappiam regionem, deinde inter Botniam, & Fannorum Marchiam, tandem inter Sueciam, & Norvegiam ad fauces sinus Codani 300. M. P. longitudine procurrit. *Plin. lib. 3. cap. 13.*

Sevocātus, a, um, *chiamato, o trasto in disparte*, seorsum vocatus, seductus. *Petron. in Sat. c. 110.* Ancilla sevocatum me non minus decoro exornavit capillatione, ¶ Translate *Cic. l. 1. de Div. c. 30.* Cum est somno sevocatus animus a societate, & a contagione corporis, *b. e.* separatus, sejunctus.

Sevŏco, as, a. 1. *chiamar da banda, separatamente*, הלך, Ger. *neben sich beruffen*, Gal. *appeller à part, retirer*, His. *llamar apartando*, *κατακαλέω*, seorsum, seu in alteram partem voco, vel duco. *Cic. 2. Phil. c. 14.* Ob ejus consilii societatem, cum interficeretur Cæsar, tum te a Trebonio vidimus sevocari. *Id. pro Mur. c. 7.* Facis, ut rursus plebs in Aventinum sevocanda esse videatur. ¶ Translate sumitur pro separare, sejungere, abstrahere. *Cic. 1. Tusc.* Se seque ab his semper sevocassent. *Id. ibid. c. 31.* Cum a voluptate, idest a corpore, cum a re familiari, quæ est minister, & familia corporis, cum a Republica, cum a negotio omni sevocamus animum. ¶ Sevocare ad se de communi, est de eo, quod multis commune est, furari. *Cic. pro Quinct. c. 3.* De communi, quicquid potuerat, ad se in privatam domum sevocabat.

Sevum cum derivatis, V. *Sebum*.

Sex, *sei*, שש, Ger. *sechs*, Gall. *six*, His. *seis*, ἕξ, nomen numerale cardinale, indeclinabile, a voce Græca allata, mutato spiritu in *s*, quomodo ab ἑπτά, est septem. *Liv. l. 7. c. 5.* T. Manlius, qui postea Torquatus appellatus est, secundum in sex locis tenuit. *Id. l. 44.* Eodem bello in Macedoniam peditum Romanorum sex millia, sociorum nominis Latini sex millia, &c.

Sexagenārius, a, um, o. 1. 2. בן ששים שנה, qui sexaginta annos habet. *Quintil. l. de risu*: Cicero objurgatus, quod Publilium, cum sexagenarius esset, virginem duxisset, Cras, inquit, mulier erit. ¶ Sexagenarii senes in Republica R. suffragio caruerunt. Erant enim a publicis negotiis libeti, & expediti, ut proditum est a *Varrone l. 2. de vita P. R.* teste *Nonio*. Narrant, cum primum suffragia per pontem ferri cœpta sunt, juniores conclamaviste, ut sexagenarii de ponte dejicerentur. Veriti enim sunt, ne senes suis suffragiis scribus potius, quam juvenibus Magistratus tribuerent. Hinc proverbium ortum est, *Sexagenarii de ponte dejiciendi*. Hanc hujus proverbii originem exploratissimam esse, asserit *Festus in Sexagenarius*.

* Sexageniquini, *sessantacinque*, ששים וחמישה, ἑξηκοντακένδεκα. *Frontin. de aquæductt. arr. 55.* Fistulo fexagenumquinum.

Sexagēnus, a, um, o. 1. 2. *sessanta*, ἑξήκοντα, fexaginta, nomen numerale distributivum, quod ponitur etiam pro cardinali fexaginta. *Cic. 7. Ver. c. 22.* Sexagena millia modiorum. *Liv. l. 8. c. 8.* Ordo fexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. *Inscript.* apud *Gruter. pag. 332.* Sexagenos denarios plebi dedi, *sessanta per uno*.

Sexagesĭes, adverb. idem quod fexagies. *Martian. Capell. l. 6. de terra ambitu*. Illa stadia quingenta trecentis fexagesies complicata &c.

Sexagesĭmus, a, um, adject. *sessantesimo*, ἑξηκοστός, numerus ordinalis fexaginta continens. *Flor. l. 2. c. 2.* Intra fexagesimum diem. *Martial. l. 6. epigr. 70.* Sexagesima messis.

* Sexagesĭs, una ex Satyris Menippeis *Varronis*, cujus frag. apud *Non.*

Sexagĭes, adv. *sessanta volte*, ἑξηκοντάκις. *Cic. Philip. 2. c. 18.* Si sestertium fexagies peteret. h. e. fexagies centena millia sestertium, quæ sunt centum octoginta millia fcutatorum. *Id. pro S. Rosc. Amer. c. 2.* Bona patris hujusce S. Roscii, quæ sunt fexagies. *b. e.* fexagies centena millia sestertium, quæ valent centum octoginta millia scutatorum,

Sexaginta, *sessanta*, ἑξήκοντα, decies sex, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Cic. 3. Ver. c. 47.* Possum fexaginta decreta proferre.

Sexangulātus, a, um, adject. fexangulus, ut cryftallus fexangulata, apud *Solin. c. 46. de Arabia*.

Sexangŭlus, a, um, o. 1. 2. *che ha sei cantoni*, ἑξαγώνιος, quod kabet sex angulos. *Pl. l. 37. c. 2.* Quare fexangulis nascatur lateribus, non facile ratio invenire poterit. *Id. l. 11. c. 11.* Apum fexangulæ omnes cellæ. *Ovid. 15. Met. v. 382.* Nonne vides, quos terra tegit fexangula fœtus, Melliferaum apium sine membris corpora nasci?

Sexātus, a, um, fextus dies post Idus. *Var. l. 5. de L.L. c. 3.* Ab Tuscularis post diem fextum Idus similiter vocatus fexatius, & post diem septimum septimatrus. V. *Triatrus*.

Sexcēni, æ, a, adject. fexcenteni. *Colum. l. 3. c. 3.* Singula jugera xinearum fexcenas urnas vini præbuisse. *Curt. l. 5. c. 1.* Equitibus fexceni denarii tributi.

Sexcentēnus, a, um, o. 1. 2. ἑξακόσιος, nomen numerale distributivum. *Col. lib. 3. cap. 5.* Qui ducenros quadragenos pedes obtinent, fexcenteni malleoli pangendi sunt.

Sexcentesĭmus, a, um, o. 1. 2. *fexcentesimo*, ἑξακοσιοστός, ultimus, sive unus, ex fexcentis. *Plin. l. 8. c. 7.* Anno Urbis fexcentesimo quinquagesimo quinto.

Sexcentĭes, adv. *seicento volte, seicento*, ἑξακόσια, fexcentæ vices, nomen numerale cardinale, pluralis tantum numeri. *Curt. l. 6. c. 4.* Additis fexcentis equitibus. ¶

Hor. l. 1. ep. 7. Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum, Sextilem totum mendax desideror. ¶ Adjective *Id. ibid. ep. 11.* Sextili mense.

Sextus, a, um, adject. a *Sextus* nom. proprium Romanorum, ut Sextia tabula apud *Cic. pro Quinct. c. 6.* h. e. taberna Sextii cujusdam argentarii in foro, una ex illis, ad quas acta in foro ipso scribebantur. ¶ Sextia lex, dicta est a Sextio Trib. pl. qui eam tulit, scivitque, ut Consul unus de plebe crearetur. *Liv. lib. 6. c. 35.*

Sexto, *la sesta volta*, *ut secundo, tertio, quarto.* ¶ Pro sexies, *sei volte*, sex vicibus. *Trebel. Poll. in Gallien. c. 17.* Lavit ad diem septimo æstate, vel sexto.

Sextula, æ, f. r. sexta pars unciæ. Ita docet *Var. l. 4. de L. L. c. 36.* Item Fannius, *versu istoc: Sextula quæ fertur*; nam sex his uncia consstat. Continet quatuor scrupula, hoc est, assis partem LXXII. *Cic. pro Cæc. c. 6.* Facit hæredem ex deunce, & semuncia Cæcinam, ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri, Ebuio sextulam aspergit. Alludit *Cic.* ad *sextulam*, quæ & mensura est, & res etiam eam mensuram capiens: unde festive dixit *sextulam aspergit*, & paulo post *assem* ei tribuit. V. dicta in *Aspergo*, *is.* ¶ Est & mensura agri. *Cæl. l. 5. c. 1.* Pars septuagesima secunda pedes quadringentos, hoc est sextula, in qua sunt scrupula quatuor.

Sextum, *la sesta volta*, sexta vice. *Cic. in Pison. c. 9.* Qui C. illi Mario fortissimo viro & Consuli, & sextum Consuli, &c.

Sextus, a, um, o. r. *a. sesto, τρίτος*, Ger. *das sechste*, Gall. *le sixième*, Hisp. *sexto*, ἕκτος, ultimus, sive unus ex sex. *Cic. 3. Off. c. 23.* Plenus est sextus liber de Officiis Hecatonis talium quæstionum. *Col. l. 11. c. 2.* Sexto decimo calendas Januarii. *Vellej. l. 1. c. 3.* Sextus ab Hercule.

Sextusdecimus, a, um, *decimosesto, sestodecimo*, δεκάεκτος. *Colum. lib. 11. cap. 2. ad fin.* Sextodecimo cal. Januar. *Tacit. 2. Annal. cap. 37.* Sextadecima legio, *& cap. 17.* Sextusdecimus stipendii annus.

Sexu, u, n. 4. idem ac sexus, quemadmodum dicitur genus, & genu, gelus, & gelu. *Afranius* apud *Fest.* Orbus virile sexu adopravit sibi. *Sisenna l. 4. Hist.* apud *Non. cap. 3. num. 193.* Tum in muro virile, ac muliebre sexu, populi multitudine omni collecta.

Sexvir, V. *Sevir.*

Sexungula, æ, f. sex habens ungulas seu digitos in manu. *Plaut. Truc. 2. 2. 57.* hoc nomine appellat meretriculam rapacem, & amatorum bona pessundantem.

Sexus, us, m. 4. *sesso, natura*, כֵּרֶת, Ger. *geschlecht*, Gal. *sexe*, Hisp. *sexo*, φύσις, γένος, habitus, natura, id, quo viri, vel fœminæ fumus. *Fest.* ut *Scaliger* corrigit. Sexus, aliter sexu, natura, habitusque, ex Græco, quam illi vocant ἕξιν. *Col. in præf. l. 1.* Quod a natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiantur. *Lactant. l. 1. c. 16.* Ex duobus sexibus alter fortior, alter infirmior est.

Sexus, i, n. 2. idem ac sexus, us, ut vulgus, vulgi, *Plaut. Rud. 1. 5. 19.* Virile sexus nunquam habui ullum. *Tacit. 4. Ann. cap. 62.* Affluxere virile, ac muliebre sexus, omnis ætas, &c. ¶ In altaro *Plauti* loco alii leg. *secus*, quod idem sonat.

S ANTE I.

Si, *se*, אִם, Ger. *wan, wiewohl*, Gall. *si, puisque*, Hisp. *si, sí*, conjunctio conditionalis, a voce Græca allata, præmisso, *s*, quomodo & ab ἵμι, *sum*, adjecto *i*. Veteres per *ei* prosprebant, ut alia, in quibus est *i* longum. Id confirmat origineum. Usurpatur tam cum indicativo, quam conjunctivo. *Cic. 2. Fam. ep. 6.* Nunquam habere, si te audies. *Id. Att. l. 15.* Si hortos inspexeris, dederis mihi, quod ad te scribam. ¶ Interdum est conjunctio causalis, pro *quia*, vel *siquidem*, & habet vim approbandi, seu confirmandi. *Virg. 1. Georg. v. 7.* Vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista. *Cic. 1. Catil. c. 3.* Si illustrantur, si erumpunt omnia. ¶ Interdum adversativa, pro *etsi, etiamsi, quamvis*, cum conjunctivo, & interdum cum indicativo. *Ter. Eun. 1. 1. 4.* Redeam? non, si me obsecrer. *Id. ib. 5. 2. 26.* Nam si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen. ¶ Est etiam adverbium optantis, pro *utinam*. *Virg. 6. Æn. v. 187.* Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat nemore in tanto. ¶ Item adverbium dubitandi, pro *an. Virg. 4. Æn. v. 110.* Sed fatis incerta feror, si Jupiter unam Esse velit Tyriis urbem. *Terent. Heaut. 1. 1, 118.* Ibo, visam si domi est. *Horat. l. 1. ep. 6. v. 41.* chlamydes Lucullus, ut aiunt, si posset centum scenæ præbere, rogarus. ¶ Item temporis, pro *ubi, postquam*. *Terent. Phorm. 2. 1. 18.* Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: heus si recte dierit, molendum usque in pistrino, vapulandum, habendæ compedes. ¶ Interdum conjunctionem *si*, & verbum vereres interdum interponebant *est*. *Terent. Phorm. 2. 1. 40.* Si est, patrue, culpam ut Antipho in te admiserit. Ideest si admisit. Adde *Horat. 4. 13.* Interdum subintelligitur. *Ovid. 6. Fast. v. 113.* Huc aliquis juvenum dixisset amantia verba, Reddebat tales protinus illa sonos. ¶ S. pro ac si, vel quasi. *Plaut. Capt. 2. 3 58.* Si servus meus esses, nihilo secius obsequiosus mihi semper fuisti, ¶ *Si ne* pro si non. *Id. Rud. 3. 4. 28.* Si ne ei caput excoculassiris, ego vos virgis circumvinciam.

Siagon, ονος, σιαγών. *Cæl. Aurel. Tard. l. c. 1. & 4.* siagonas appellat temporum, & maxillarum musculos, Græce τὰ σιαγόνια, maxillas significant.

Siagonitæ, arum, m. σιαγονῖται, maxillarum musculi. *Cæl. Aurel. Acut. 2. c. 10.*

Sibe pro sibi olim scriptum, usurpatumque fuit, teste *Quint. l. 1. c. 7. de orthogr.*

Sibi, V. *Sui.*

Sibilatrix, icis, quæ sibilat, ut sibilatrix fistula, *Martian. Capel. l. 9.*

Sibilatus, us, m. actus sibilandi, sibilus. *Cæl. Aurel. l. 2. Acut. c. 27.* Cum quodam vehementi sibilatu.

Sibilo, as, n. r. *sibilare, sischiare*, שָׁרַק, Ger. *pfeiffen*, Gall. *siffler*, Hisp. *silvar, σιφλάζω, συρίττω*, sibilum facio, vel edo. *Virg. 11. Æn. v. 754.* Arrectisque horret squammis, & sibilat ore. ¶ Sibilare aliquem, est sibilis insectari, contemnere. *Horat. l. 1. sat. 1. v. 66.* populus me sibilat, at mihi plaudo Ipse domi. *Cic. Att. l. 2. ep. 19.* etiam modestos homines sibilare docuerunt.

Sibilus, i, m. *sibilo, sischio*, שְׁרֹק, Germ. *das pfeiffen*, Gall. *sifflement*, Hisp. *silvo, συριγμός*, sonus, qui fit ore, compressis dentibus, & parum diductis labris. *Cic. Att. l. 2. ep. 18.* Fusum clamoribus, & conviciis, & sibilis consectantur. *Col. l. 2. c. 3.* Sibiloque *(boves)* allectari, quo libentius bibant. ¶ Repetitur etiam sibilum in gen. n. præsertim in *Lucan. lib 9. v. 631.* Angues frida fulerunt vibratis sibila linguis. *Ovid. 13. Met. v. 785.* Senserunt tori pastoria sibila mantes. *Seren.* apud *Non. c. 3. n. 200.* Suave sibilum. ¶ Dicitur & de sonitu venti inter arbores flantis. *Virg. Ecl. 5. v. 82.* Nam neque me tantum venientis sibilus Austri, &c.

Sibilus, a, um, idem ac sibilans. *Virg. 3. Georg.* Tollentemque minas, & sibila colla tumentem Desice. *Id. 2. Georg.* Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Sibina, vel Sybina, æ, f. *sibbon*, Illyricis est telum venabuli simile, *Ennius*: Illyrici restant, ficis sibinisque fodentes. Hæc *Paul. ex Festo.*

Sibus, a, um, acutus, callidus. *Fest.*

Sibylla, æ, f. r. *Sibilla, σίβυλλα*, virgo fatidica, seu, ut *Varro* ait, cujus pectus Numen recipit, & quæ vaticinatur. *Plaut. Pseud. v. 23.* Has quidem literas crebro, nisi Sibylla legerit, interpretari alium posse neminem. *Cic. 2. de Div. c. 54.* Sibyllæ versus observavans, quos illa furens fudisse dicitur. ¶ Sibyllæ decem fuerunt. Prima fuit *Persica*, cujus mentionem fecit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Secunda *Libyca*, cujus meminit Euripides in Lamiæ prologo. Tertia *Delphica*, de qua Chrysippus loquitur in eo libro, quem de Divinatione composuit. Quarta *Cumæa* in Italia, quam Nævius in libris belli Punici, Piso in Annalibus nominat. Quinta nata Babyloniæ, quæ *Erythræa* appellata est, quam Apollodorus Erythræus affirmat fuam fuisse civem, eamque Græcis Ilium peteredus vaticinatam & peritutam esse Trojam, & Homerum mendacia scripturum. Sexta *Samia*, de qua scripsit Eratosthenes in antiquis Annalibus Samiorum reperisse se scripturam. Septima *Cumana*, nomine *Amalthea*, quæ ab aliis *Demophile*, vel *Herophile* nominatur. Octava *Helleſpontica*, in agro Trojano nata, vico Marpesso, circa oppidum Gergythium, quam scribit Heraclides Ponticus Solonis, & Cyri fuisse temporibus. Nona *Phrygia*, quæ vaticinata est Ancyræ. Decima *Tiburtina*, nomine *Albunea*, quæ Tiburi colebatur ut Dea, juxta ripas Anienis, cujus in gurgite simulacrum ejus inventum esse dicitur tenens in manu librum. Hujus sacra Senatus in Capitolio transtulit. *Varro in libris Rer. Divin.* apud *Lactant. l. 1. c. 6.* Vide *Augustinum l. 18. De Civ. Dei, c. 23.* ac imprimis, quæ de his commentariolo integro complexus *Onuphrius Panvinius*. ¶ Harum omnium celeberrima, & nobilissima Erythræa fuit. Nam *Fenestella* de Quindecemviris tractans ait, restituto Capitolio retulisse ad Senatum C. Curionem Consulem, ut Legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquisita Romam reportarent, itaque missos esse P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium, qui descriptos a privatis versus circa mille Romam deportarunt. Idem a *Varrone* scriptum est. Celebris item fuit Sibylla Cumæa, cujus libri a Romanis occulebantur, nec eos ab ullo, nisi a Quindecemviris inspici fas erat. Hanc, ut Poetæ fabulantur, Apollo adamavit, & ei obtulit potestam popoſcit, oblita petere perpetuam juventutem. Cum illam vitæ longitudinem obtinuisset, tamen Venerem pati dedignata est. Sibyllæ hujus ope Æneas ad inferos descendit, & iterum ad Superos regressus est. Eo tempore Sibylla annos septingentos transegerat, illi senescenti adhuc anni in humana forma superare, quibus elapsis paullatim decrescere debebat, donec ad minimam molem, & in simplicem vocem redigeretur. *Ovid. 14. Metam. & Serv. in 6. Æn.* ¶ Æque clara Cumana fuit, quæ novem libros attulisse dicitur ad Regem Tarquinium Priscum, & pro eis trecentos aureos postulasse. Cum Rex aspernatus esset pretii magnitudinem, derisisset mulieris insaniam, illa in conspectu Regis tres combussit, ac pro reliquis idem pretium postulavit. Tarquinius multo magis mulierem insanire ratus est. Denuo tribus aliis exustis, cum in eodem prorio perseveraret, motus est Rex, ac reliquos trecentis aureis emit. *Lactant. loc. cit.*

Sibyllinus, a, um, *σιβύλλειος*, quod est Sibyllæ. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 3.* Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex Haruspicum responsis commemorare possum. *Id. de Aruſp. Resp. c. 13.* Sibyllinus facerdos. ¶ Libri Sibyllini, fuere libri decem Sibyllarum, qui Romæ in Capitolio diligentissime asservabantur. *Lactant. l. 1. c. 6.* M. Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, neque apud Latinos vixit, in libris rerum divinarum, quos ad C. Cæsarem scripsit Pontificem Maximum cum de Quindecemviris loqueretur, Sibyllinos libros, ait, non fuisse unius Sibyllæ, sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes fœminæ vates Sibyllæ sunt a versibus nuncupatæ, vel ab unius Delphidis nomine, vel a consiliis Deorum denuntiandis, &c. *& infra:* Et sunt singularum singuli libri, qui, quia Sibyllæ nomine inscribuntur, unius esse creduntur, suntque confusi, nec discerni, ac suus cuique assignari potest præter Erythrææ, quæ & nomen suum carmini verum inseruit, & Erythræam se nominatam iri prælocuta est, cum esset orta Babyloniæ. Hæc *Lactant.* Sed nonnulli, teste *Serv. in 6. Æn.* dicunt, Sibyllam Erythræam, quæ deinde Cumæa dicta est, fuisse: hanc autem Romana fata conscripsisse, incenso Apollinis templo, librosque Romam allatos esse. ¶ Primum Tarquinius Priscus emit tres libros Sibyllæ Cumanæ trecentis aureis, justitque eos in Capitolio religiosissime asservari. Deinde refecto Capitolio C. Curio Consul, teste *Fenestella*, ad Senatum retulit, ut Legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquisita Romam reportarent. Missi sunt P. Gabinius, M. Octacilius, L. Valerius. Hi descriptos a privatis versus mille circiter reportavere. Denique progressu temporis ex omnibus urbibus Italiæ, Græciæ, & aliarum regionum cujusque Sibyllæ libri diligentissime conquisiti, & Romam allati sunt. ¶ Asservabantur in Capitolio, in cella subterranea, in arca cuadam lapidea. Horum legendorum, & interpretandorum causa Duumviri a Tarquinio Superbo instituti sunt, qui *Duumviri sacrorum* appellabantur. Deinde Decemviri, ac tandem Quindecemviri creati sunt. *Cic. 1. de Divin. c. 2.* ¶ Hos libros Stilico, cum adversus Honorium, & Arcadium Principes defectionem moliretur, exussit. *Rutilius*; Ne tantum patriis fœviret proditor armis, Sancta Sibyllinæ fata cremavit opis. ¶ Sacerdotes, seu Duumviri, seu Decemviri, seu Quindecemviri Sibyllini, erant Sacerdotes, quorum erat Sibyllinos libros custodire: &, quoties prodigia contigissent, libros illos aperire, & interpretari, & lectisterniis ad pulvinaria Deorum factis, eos placare, illoqumque minas avertere. *Cic. de Aruſp. Resp.*

Sibyna. V. *Sibina.*

Sic, adv. *si, così, in tal modo, in tal guisa, in tal maniera, di modo, di sorte*, כֵּן, Ger. *es ist also*, Gal *ainsi, il est ainsi*, Hisp. *assi, así, ἴτως, ἴτως*, ita, adverbium similitudinis. Variis particulis conjungitur. *Cic. 2. de Divin. c. 38.* Sive sic est, sive illo modo. *Id. l. 7. Fam. ep. 17.* Sic ei te commendavi, & tradidi, ut gravissime, diligentissimeque potui. *Id. l. 13. Fam. ep. 69.* Apud eum sic fui, tamquam domi meæ. *Id. pro Planc. c. 8.* Hujus Præfectura plena est virorum fortium, sic, ut nulla tota Italia frequentior dici possit. *Cæl. Cic. l. 8. Fam ep. 4.* Ego tamen sic nihil expecto, quomodo Paullum Consulem. ¶ Interdum idem est ac talis. *Ter. Phorm. 3. 2.* Sic sum, si placeo, utere. *Id. Andr. 1. 1.* Sic vita erat, facile omnes perferre, ac pati. *Cic. pro Rosc. Com. c. 10.* Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. *Id. pro Rosc. Amer. c. 30.* Sic vita hominum est. ¶ Interdum ponitur pro tam, tantopere. *Plaut. Trin. 3. 2. 42.* Nihil sic celere est, nec volat. *Horat. l. 2. Sat. 8.* Tum parochi faciem nil sic metuentis, ut acres Potores, &c. ¶ Est etiam adverbium affirmandi, seu affirmative respondendi. *Virg. 4. Æn. v. 660.* Sed moriamur, ait. Sic? sic juvat ire per umbras. Ita exponit *Servius*. Alii dicunt, hoc loco *sic* duplicari majoris expressionis causa. Legunt enim, *Sed moriamur, ait. Sic sic juvat ire per umbras. Albinovan. el. 2. v. 93.* Sic est, *così* ¶ Item optandi. *Horat. l. 1. carm. od. 3.* Sic te Diva potens Cypri, sic fratres Helenæ lucida sidera, ventorumque regat Pater, &c. ¶ Item demonstrandi. *Ter. Eun. 3. 5.* Ego limis aspecto, sic per flabellum, clanculum, &c. *Cic. in Orat. c. 63.* Verborum ordinem immuta; fac sic: Comprobavit filii temeritas. ¶ Est & conjunctio illativa, idem valens, quod *igitur*. *Cic. 4. Tusc.* Sic tot simul virtutes continentiæ, gravitatis, justitiæ, fidei defecerunt.

Sica, æ, f. *sica, dagga*, חֶרֶב, Ger. *ein tolch*, Gall. *une dague, au poignard*, Hisp. *daga, cochillo*, ξίφος, genus gladii brevioris. *Cic. 3. Catil.* Non enim jam inter latera nostra sica illa versabitur. *Id. ibid.* E quibus ille maximum ficarum numerum, & gladiarum extulit.

Sicambri, orum, m. *σίκαμβροι*, populi Germaniæ inferioris, inter Mosam, & Rhenum, ubi nunc *la Duchea di Vvestfalia*. Horum mos erat, crines in nodum solvere. Hinc *Martial. de Spectac. epigr. 3.* Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Sicambria, æ, f. Sicambrorum regio. *Claudian. l. 1. in Eutrop. v. 383.* Militet ut nostris detonsa Sicambria campis.

Sicanij, m. 2. pop. Hispaniæ, apud fl. Sicanum, seu Cingam, quorum opp. Sicane, ita dicti a Sicano Rege. Hi ante Trojanum bellum eodem Sicano duce in Sicilian migrarunt, unde insula de Regis nomine Sicania appellari cœpit. *Virg. 5. Æn. v. 293.* Undique conveniunt Teucri, mistique Sicani.

Sicania, æ, f. Sicilia. *Ovid. 5. Metam. v. 495.* Sicaniam peregrina colo, sed gratior omni, &c. V. *Sicani.*

Sicanis, idis, f. 3. quæ spectat ad Sicaniam, *Ovid. in Ibin, v. 698.* Plurima qua flammas Sicanis Ætna vomit.

Sicanus, a, um, quod ad Sicaniam, seu Siciliam spectat. *Virg. 8. Æn. v. 416.* Insula Sicanium juxta latus, Æoliamque Erigitur Liparem.

Sicanus, a, um, quod spectat ad Sicaniam. *Sil. l. 14. v. 259.* Cætera Elyseis aderat gens Sicana votis. *Virg. Æn. 5. v. 23.* Fida ecce fraterna Erycis, portusque Sicanos.

Sicarius, ii, m. *sicario, ἀνὴρ σικάριος*, Ger. *todtschleger*, Gall. *un meurtrier*, Hisp. *pernavidas*, ξιφηφόρος, qui sica hominem interficit, & quicumque arma gestat paratus ad quamliber cædem hominis, gladiator, grassator. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 14.* Vetus videlicet sicarius, homo audax, & sæpe in cæde versatus.

Siccabilis, le, adject. *Cæl. Aurel. Tard. l. 5. c. 1.* Quidam tamquam siccabile humoris ophitem lapidem ligaverunt. *h. e.* humoris siccativum.

Siccanëus, a, um, κατάξηρος, quod est naturaliter siccum, quod nullo humore irriguum, vel aspersum est. *Col. l. 2. c. 17.* Ejus præsi anadivarsitimus duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum riguum.

Siccanus, a, um, idem ac siccaneus. *Plin. l. 16. c. 17. de ulmis*: Italia Attincas vocat excellissimas, & ex iis siccanas præfert, quæ non sint riguæ.

* **Siccarius**, a, um. *Serv. Æn. l. 1. v. 710.* Veteribus non in manu dabantur pocula, sed mensæ apponebantur: ut hodie apud plures pocula in canistris argenteis apponuntur, quæ canistra siccaria dicuntur.

Siccario, onis, f. Actus siccandi. *Plin. lib. 34. c. 13.* Emplastra, quibus quæritur refrigeratio, & siccatio.

Siccarivus, a, um, adject. siccatorius, ut siccativum malagma. *Cæl. Aurel. lib. 4. Acut. cap. 3.*

Siccatorius, a, um, adject. siccandi vim habens. *Theodor. Priscian. de diæta, c. 10.* Origanum est siccatorium.

Siccatus, a, um, adject. *seccato. Ovid. l. 15. Met. v. 564.* Siccatoque queri fontes,

Sicce, idem ac *sic. V. Ce.*

Sicce, adv. *seccamente*, Ger. *trockenlich*, Gall. *seichement*, Hisp. *secamente*, ξηρῶς,

aride. *Colum. l. 6. c. 12.* Ne in aquam pedem mittat, & ut sicce stabuletur. ¶ Translate fumitur pro tenuiter, parce, paucis verbis. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 4.* Id vero desinant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Attice dicere, ideest quasi sicce.

Siccensis, se, ad Siccam pertinens, quod est Numidiæ oppidum. *Sallust. in Jug. c. 60. & Plin. l. 5. c. 3.*

Siccesco, is, n. 3. sint præt. & sup. *seccarsi*, יָבֵשׁ, Ger. *trucknen werden*, Gal. *devenir sec*, Hisp. *secarse*, ξηραίνομαι, ficcus fio, a ficceo. *Colum. l. 12. c. 28.* Deinde in Sole exponito, aut in furno, ut ficcescat. *Plin. l. 18. c. 34.* Terra ficcescens repente.

Siccifícus, a, um, adject. siccandi vim habens. *Macrobl. 7. Saturn. c. ult. in fin.* Ineſt æri vis quædam remediabilis, & siccifica.

Siccine, adv. *così, ἀτωσί*, sic ne, an sic, adv. interrogandi. *Terenc. Eun. 4. 7. 34.*

Siccine agis? *Propert. l. 2. eleg. 12. v. 6.* Siccine dente feces?

Siccitas, atis, f. *ficcità, seccagine*, יְבֹשֶׁת, Ger. *trockene dirre*, Gal. *sechéresse*, Hisp. *sequedad*, ξηρότης, humoris vacuitas, qualitas humiditati contraria. *Cæl. l. 4. B. G. c. 31.* Qui cum propter siccitates paludum, quæ tribus promontoriis terminata est, Peloro contra Italiam, Pachino contra Græciam, Libybæo contra Africam. Item vocata est *Triquetra*, quia est formæ triangularis, cujus trianguli unus angulus, qui in Mer. vergit, *Pachynus* dicitur, alter *Pelorus*, qui ad Sept. spectat, tertius *Lilybæus*, qui Carthaginem maxime spectare videtur. Deinde *Sicania*, appellata est, a Sicanio Rege, qui ante Trojana bella, cum amplissima Iberorum, sive Hispanorum manu eo advectus, insulam de suo nomine Sicaniam, populumque Sicanos appellavit. Tandem mancipata est Sicilia, a *sicilire*, quasi sicilita, quia olim Italiæ connexa fuit, ideſt agro Brutio, postea maris imperu ab ea avulſa est, ut *Virgilius* canit *Æn. 3. v. 414. Justin. l. 4. c. 1. &* alii. Quæ res & Rhegio nomen fecit. Nam est a ῥήγνυμαι, *scindor*. Sed alii dicunt, sic nominatam esse a Siculis Latii pop. qui suis sedibus pulsi ab Oenotriis, & Pelasgis in hanc insulam migrarunt.

Sicilices, um, f. 3. *σίκιλαι*, spicula hastarum, lancearum, venabulorum. *Festus*, sive *Paulus*: Sicilices hastarum spicula lata. *Ennius*: Incedit veles vulgo sicilicibu' latis, Ubi manuscripti quidam, *scilibus*.

Sicilicula, æ, f. falcula, gladiolus, parva sica. *Plaut. Rud. 4. 4. 125.* Post est sicilicula argentea, & duæ connexæ manjculæ.

Sicilicus, i, *peso di due dramme, un quarto διδραχμον*, pars assis quadragesimaoctava, seu quarta pars unciæ, quæ scrupula sex, sive, quod in idem recidit, drachmas duas continet. *Priscian. in libello de ponderibus.* Drachmata si gemines, aderit, quem dicier judis, Sicilicus, *Scævi. leg. 21. ff. de ann. legat.* Cum noverca universæ hereditatis habeat dodrantem, semuncium, & sicilicum. ¶ In mensuris Siciliensibus est quarta pars pollicis. *Plin. l. 13. c. 15.* Mensis solida tribus Siciliæ infra quatuor pedes, totidemque infra semipedem crassitudinis. h. e. lata pedes quatuor, minus tertia pollicis parte. Adde *l. 31. c. 6.* ¶ Apud *Festum* legitur *Siciliensium* in neutro gen. Siciliacum, inquit, dictum, quod semuncium fecerit.

Siciliensis, & se, o. 1. quod ad Siciliam spectat. *Cic. in Brut. c. 9.* Interim me Quæstorem Siciliensis excepit annus. *Ideſt* quo quæstoram gessi in Sicilia. *Id. 2. de nat. Deor. c. 19.* Siciliense frerum.

Siciliumentum, i, n. herba siciliendo resecta, ideſt quam fœnisecæ primis sectionibus relictam, iterata sectione demetunt. *Cato R. R. cap. 5.* Item fœnum cordum, siciliumenta de prato demito, eaque arida condito.

Sicillo, is, ivi, itum, 2. 4. *fagliare, σίκλιμι*. Verbum est proprie ad prata pertinens, quæ ranc siciliri dicuntur, cum ea, quæ prima sectione relicta sunt a fœnisecis, iterata sectione demetuntur. *Varro l. 1. de R. R. c. 49.* Quo facto siciliendæ prata, ideſt falcibus consecanda, quæ fœniſecæ prætermerunt, ac quasi barba tubersolum reliquerunt campum, a qua sectione arbitror dictum, sicilire pratum. *Pl. l. 18. c. 28.* Prata quoties secta sunt, siciliæ, hoc est quæ fœniſeces prætereunt, secari.

Sicilisso, *vel* Sicilissito, as, n. 1. Siculos imitor, Siculorum lingua male loquor. *Plaut. Mem. prol. v. 12.* Non Atticisſat, verum Sicilissitat. *Festus* in voce *Atticissat* hoc eodem loco *Plauti* legit *Sicilissat*.

Sicinnistæ, m. 1. mimi, qui vitam mortui repræsentabant, & sicinnium saltabant, a σίμι, *quatio*, & κινέω, *moveo*. *Gel. lib. 20. c. 2.* Quos sicinnistas vulgus dicit, qui rectius locuti sunt, sicinnistas literâ N gemina dixerunt. Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc ſtantes canunt. Posuit hoc verbum Lucius Accius Poeta in Pragmaticis, appellatique sicinnistas ait, nebuloso nomine; credo propterea nebuloso, quod sicinnium cur diceretur, ei obscurum esset. Hæc *Gellius*.

Sicinnium, ii, n. genus veteris saltationis, in exequiis adhiberi solitum, al. *sicinnis. Gell. l. 20. c. 2. V. Sicinnistæ.*

Siclus, i, m. genus monetæ Hebraicæ. *Plautus Pers. 3. 1. 66.* Adde *Isidor. l. 16. Orig. c. 24.*

Sicoris, is, m. fl. Hispaniæ, qui oritur ad radices Pyrenæi, & prope Aragoniam in Iberum influit. *Lucan. l. 4.* Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes.

* **Sictor**. V. *Sector.*

Sicubi, adv. *se in qualche luogo*, Ger. *wo etwann*, Gal. *si en quelque lieu*, Hisp. *si en algun lugar, ára*, si aliquo loco, a *si*, & *ubi*, inserto *c. Cic. pro Corn. Balbo c. 14.* Ac sicubi esset, dex id Gellia, & Cornelia fustuliſset.

Sicula, æ, f. *pugnalesto, ξιφίδιον*, parva sica, gladiolus, & translate virile hominis membrum. *Catull. carm. 66. Cal. 68.) v. 21.* Languidior tenera cui pendens sicula bæta. ¶ In veteribus *Gloſſ.* legitur *Sicila*.

Sicule, Siculorum more, aut lingua. *Feſt.* in *Atticiſſat*: Atticiſſat, Attice loquitur. Plautus; Non Atticiſſat, sed Sicilisſat, *id est* Sicule loquitur.

Siculi, orum, m. 2. pop. Latii, ita dicti a Siculo Rege, qui suis sedibus pulsi, secundum Thucydidem ab Opicis, secundum Antiochum ab Opicis, & Oenotriis, secundum Hellanicum ab Oenotriis, & Japygibus, & secundum Dionysium, & Cluverium ab Oenotriis, & Pelasgis, secundum Philistium a Pelasgis, & Umbris, in insulam proximam traijecerunt, quæ tunc Sicania dicebatur, ante Trinacria, eique Siciliæ nomen indiderunt. Olim incolæ Siciliæ vitam opiparam ducebant. Hinc prov. apud *Platonem l. 1. de Rep. Mensa Sicula*, & apud *Athenæum l. 14. Cyaus Siculus*. Alio tamen tempore non deliciis, sed laboribus operam dantes, militiæ inserviebant, ut *Siculus miles*, proverb. apud Zenodotum, de mercenario milite, ac nullum ministerii genus lucri gratia recusante. *Aula Sicula* apud *Juvenalem* pro imperio duro proverb. dicitur, quale Siculorum Tyrannorum.

Siculus, i, m. filius Itali. *Dionys. Hal. l. 1. Rom. Ant.* Sed *Solinus* asserit, filium fuisse Neptuni; Alii filium Neptuni, fratrem Itali; Alii filium Corythi, & Electræ, fratrem Dardani, Regnavit in Lucania, & in Latio. Hinc incolæ Lucaniæ, Latii, aliarumque regionum Siculi dici cœpti sunt. *Dionys. l. c.*

Siculus, a, um, quod ad Siciliam spectat. *Virg. 11. Æn.* Vix e conspectu Siculæ telluris in altum &c. *Juvenal. Sat. 9. v. ult.* Siculos cantus effugere. h. e. cantus Sirenum juxta Siciliam in mari habitantium. *Id. Sat. 13. v. 50.* Sicula torvus scum conjuge Pluton. h. e. Proserpina, quæ dum in Ætna Siciliæ monte moratetur, a Plutone rapta fuit. Siculum mare, *Mar di Sicilia*, quod a Sicilia Creta usque excurrit. Angustum, atque anceps est, alterno cursu modo in Thuscum, modo in Jonium influens, & Scyllæ, Charybdisque horrendis nominibus inclytum, ex quibus Scylla est scopulus versus Sept. Charybdis mare vorticosum versus Mer. *Plin. l. 3. c. 5.*

Sicunde, adv. *ἀπόθεν*, si ex aliquo loco, *Cic. Att. l. 13. ep. 30.* Sicunde potes eruere. *Liv. l. 26. c. 38.* Sicunde spes aliqua se ostendisset.

Sicut, *come, siccome*, כַּאֲשֶׁר, Ger. *wie, gleich wie*, Gal. *ainsi que, comme*, Hisp. *así como, ώς, ὅπερ*, quemadmodum adverbium similitudinis, ex *sic*, & *ut. Cic. de Or. l. 1. c. 26.* Nihil est quod cogat homines, sicut in foro non bonos Oratores, item in theatro malos Actores perperi. *Id. pro L. Man. c. 9.* Sicut Poetæ solent. ¶ Ponitur etiam pro tamquam, *Cic. pro R. Com.* Sicut in aram, confugit in hujus domum. ¶ Interdum tamen non res similes, sed diversas, & plane contrarias denotat, & ita in priore membro ponitur. *Quinctil. l. 1. c. 3.* Sicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipientibus, atque adhuc teneris jucundior eo, ipso, &c. ¶ Habet etiam venustatem magnam in disponendo, quoties antecedentem sententiam annectit cum sequenti. *Quinctil. in præm. l. 1.* Nonnunquam ita desunt, ut bona etiam ingenii, studiique corrumpant, sicut & hæc ipsa sine doctore perito, studio pertinaci legendi, scribendi, dicendi multa, & continua exercitatione per se nihil prosunt.

Sicuti, adv. item ac sicut, *ex sic, & uti. Cic. de Or.* Reliquæ duæ, sicuti sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debebunt. *Plin. l. 7. c. 14.* Ferunt Crassum avum Crassi in Parthis interempti nunquam risisse, ob id Agelasum vocatum, sicuti nec ipsum multos.

Sicyon, onis, f. *Vasilica, Basilica*, urbs Peloponnesi, olim caput Sicyoniæ reg. in colle, ab ora sin. Corinthiaci 5. M. P. Patria Arati Poetæ, & Praxillæ Poetriæ. Ab ea regiuncula adjacens Sicyonia dicta fuit, inter Corinthiam ad Or. & Achajam ad Occ. Scribit *Plin. l. 36. c. 5.* hanc urbem diu fuisse Officinarum omnium metallorum patriam. ¶ *Sicyoni* pro Sicyone in sexto casu *Plaut. Cistell. 2. 3. 8.* Fuerunt Sicyoni jamdiu Dionysia.

Sicyonis, idis, f. inf. maris Ægæi, ex adverso Epidauri, ex qua Minerva Sicyonia cognominata est. *Plin. l. 4. c. 12.*

Sicyonius, a, um, adject. ad Sicyonem pertinens. *Virg. 2. Georg. v. 519.* feritur Sicyonia bacca trapetis. ¶ *Sicyonii, orum*, populi Sicyonis incolæ. Molles hi, & munditiei nimis amatores aliquando fuerunt, præsertim in calceis. Hinc *Cic. 1. de Orat. c. 54.* Si mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamvis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles. ¶ Hujusmodi calcei dicuntur etiam *Sicyonia, orum*, absolute. *Lucret. l. 4. v. 1128.* & pulcra in pedibus Sicyonia rident.

* **Sicyos** agrios, *σίκυος ἄγριος*, cucumis silvestris. *Apul. c. 113.*

Sideralis, & le, o. 3. ἀστεριός, quod ad sidera pertinet. *Plin. l. 7. c. 49.* Poscere videtur locus ipse sideralis scientiæ sententiam. *Id. l. 18. c. 24.* Sideralis difficultas. *h. e.* quæ circa sideram cognitionem est.

Sideratio, onis, f. *coſtellazione*, בְּזַעַת, מוֹל, חֲלִי, Σέμμι, constitutio siderum, conſtellatio, sidus natalitium, horoscopus. *Firmic. l. 4. c. 13.* Malus siderationis influxus. ¶ Sideratio item vocatur morbus plantarum, cum siccitate Canicularé, vel Canicii exæstuant, atque emoriuntur insitæ, ac novellæ arbores, præcipue vites, ac ficus. A Græcis vocatur *ἀστροβολία*, vel *ἀστροβολισμός*, sideris percussio. *Plin. l. 17. c. 24.* Pro

Sidĕror, aris, pass. seu dep. 1. *siderarsi, assiderarsi*, Ger. *verbrennen werden, dirr werden*, Gall. *s'engourdir*, His. *adormecerse, ἀσροβολίζομαι, σφακελίζω*, est sidere Cancri, seu, ut vulgus loquitur, Caniculæ astari, arescere. V. *Sideratio. Plin. l. 9. c. 16.* Fluviatilium siluras Caniculæ exoreu siderator.

Sidicinum Teanum, n. 2. urbs Apuliæ Dauniæ. *Plin. l. 3. c. 5.*

Sidicinus, a, um, adject. a Sidicino urbe, ut Sidicina æquora, *Virgil. 7. Æn. v. 727.*

Sidicina cohors, *Silius l. 5. v. 561.*

Sido, is, sidi, n. 3. *mettersi, a sedere, discendere, calare*, יָרַד, יָשַׁב, Ger. *sich niderlassen, sich setzen, niedersich sincken*, Gall. *s'asseoir, descendre, devaller*, His. *assentarse, καθέζομαι*, ad sedendum me demitto, deorsum feror, descendo. *Virg. 6. Æn. v. 230.* Sedibus optatis gemina super arbore sidunt. *Plin. l. 6. c. 22.* Sed certis canalibus adeo profundum, ut nullæ anchoræ sidant, *h. e.* fundum inveniant, in quo hæreant. *Colum. l. 12. c. 24.* Patiemur picem considere; ubi siderit, aquam eliquabimus. *Plin. l. 12. c. 25.* Sidere ad ima vasis. ¶ Sidere naves dicuntur, cum brevi vado deprehensæ carina in arenam impingunt, & quassantur; vel cum gravi ictu percussæ, solutis compagibus, aquam recipiunt & merguntur. *Tacit. 2. Ann. c. 6.* Quædam naves planæ carinis, ut sine nóxa siderent, *taccassero fondo. Nepos in Chabr. in fine.* Navis rostro percussa cœpit sidere. ¶ Translate *Senec. de Constant. Sapient. c. 4.* Civitas degenerans, & sua mole sidens. h. e. pejus ruens. *Tacit. 2. hist. c. 15.* Sidente paulatim metu, *cessando il timore.*

Sidon, onis, f. 3. *Saida*, צַיְדָן, urbs Syriæ, in Phœnicia, in ora maris Medit. cum portu capaci. Nomen accepit, teste Isidoro, a Sidone Chanaani filio. Alii dictam volunt a Sida Beli filia, vel a pristium ubertate, quos Sidones Phœnices vocant. *Plin. l. 5. c. 19.*

Sidonĭcus, a, um, adject. idem quod Sidonius. *Sallust. in Jugurth. c. 114.* Legum, cultusque pleraque Sidonica.

Sidonis, idis, adject. fem. quæ est ex Sidone urbe. *Ovid. 10. Met. v. 267.* Collocat hanc ſtatis concha Sidonide tinctis. ¶ Penultimam corripit *Silius*, dum ait *l. 8. v. 70.* Sidonis in Latia repidabat naufraga terra. Adde *Ovid. 3. Fast. v. 649.* & *l. 3. de ex. arg. v. 252.*

Sidonius, a, um, Σιδώνιος, quod ad Sidonem urb. spectat. *Virg. 1. Æn. v. 613.* Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. *Id. 4. Æn. v. 75.* Sidoniaſque ostentat opes. ¶ Sidonii, orum, m. populi Sidonis. *Justin. l. 18. c. 3.* ¶ Apud Sidonem ingens erat marinarum concharum copia, ex quarum sanguine purpureus optimus color efficiebatur, quemadmodum & apud Tyrum urbem. *Martial. l. 14. ep. 154. de de luna.* Ebria Sidoniæ cum ſim de sanguine conchæ. *Virg. 4. Æn.* Sidonia chlamys. *Senec. in Herc. Oet. v. 663.* Sidonium ahenum. V. *Ahenum.*

Sidonius, ii, m. C. Sollius Sidonius Apollinaris, Gallus, patria Lugdunensis, religione Christianus, Arvernæ Epiſcopus, floruit sæculo Christi quinto, scripsitque epiſtolarum libros aliquot, & carmina (quæ omnia extant) stilo non illo quidem inerudito, sed duriusculo, præsertim in epiſtolis, in quibus etiam multa invenjat Latinæ linguæ studiosus nullo modo imitanda, verba audacter novata, qui insolenter deducta, phraſesque incondĭtas, & a Latina gravitate longe abhorrentes. Ille tamen, ut ejus temporis ratio studiorum erat, maximas laudes consecutus est, ſtatua etiam Apollinari laurea, Roma in foro Trajani collocata, ob poeſim, ab Anthemio Augusto donatus.

Sidus, eris, n. 3. *cœlestis azione, segno celeſte*, מַזָּל, כּוֹכָב, Ger. *gestirn*, Gall. *astre, constellation*, His. *estrella, cœlestiacion, ἄστρον*, signum ex pluribus ſtellis compoſitum, ut Aries, Andromeda, Leo, &c. *Manil. l. 1. v. 464.* Formas distinguere tantum Contenta, & ſtellis distinguere sidera certis. Hinc dextro sidere editus, *nato sotto buona cœstellazione*, apud *Scal. l. 3, Sil. 4.* ¶ Frequentissime pro ſtella usurpatum reperitur. *Cic. de nat. Deor.* Solis, Lunæ, sideruinque omnium distinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem. ¶ Item pro planetis. *Pl. l. 7. c. 60. de Solis umbra in horologio*: A Columna Menia ad Carcerem inclinato sidere. *Tacit. Ann. 1. c. 70.* Sidere æquinoctii, quo maxime tumeſcit Oceanus, h. e. Sole æquinoctium faciente. ¶ Sidera tangere, vel ferire, est felicem esse, magnum esse. *Ovid. 7. Met. v. 61.* Quo conjuge ſelix, Et Dis chara ferar, & ſidera vertice tangam. *Hor. l. 1. od. 1.* Sublimi feriam sidera vertice. *Propert. l. 1. ſat. 8. v. 43.* Nunc mihi ſumma licet contingere sidera plantis. ¶ Metonymice ponitur pro tempeſtate, *stagione*, quia quædam sidera tempeſtatem afferunt. *Ammian. l. 22. c. 13.* Sidere tum instante brumali. ¶ Hinc sidus conſici, vel conſtellatum esse dicitur, quando tempeſtas, quam sidus illud infert, fævit. *Plin. lib. 18.* Verti jussit ipſa die ſolia, ut esset conſecti sideris signum. ¶ Item pro cœli temperamento, *clima. Plin. in Paneg. c. 15.* Diversam aquarum temperiem, patriumque sidus ferre conſuevisti. Item pro cœli influentia, *influenza*, & fere de malo influxu. *Liv. l. 8.* sidere peſtifero icti. *Petron. in Satyr. c. 2.* Animos juvenum ad magna surgentes, velut peſtilenti quodam sidere affavit. Hoc senſu sidus frequenter accipitur pro quodam morbi genere, de quo satis diximus in voce *sideratio. Plin. l. 2. c. 41.* Afflantur alii sidere, alii commoventur ſtaris temporibus alvo, nervis, capite, mente. ¶ Sidus fervidum, apud *Horat. epod. 1.* eſt Canicula. ¶ Translate *Ovid. 4. de Pont. eleg. 3.* O ſidus Fabiæ, Maxime, gentis ades. *h. e.* decus, ornamentum. *Col. l. 10. v. 92.* Pingit & in varios terreſtria sidera flores. ¶ Usurpatur interdum hæc vox in amantum blanditiis. *Sueton. in Calig. c. 13.* Super fausta nomina, sidus, & pullum, & pupum appellantium, &c. ¶ Varia hujus nominis ab Etymologis otigo affertur; ex qua etiam nascitur scribendi varietas. Scribunt enim quidam ſydus per *y*, ducuntque a σὺν, & εἶδον videre, quia ſydus, qua plures ſtellas notat, ſimul conſpiciatur: alii ſcribunt *sidus* per latinum *i*, derivantque cum *Varr. l. 6. de L. L.* ab *insidendo*, quæ quidem ſcriptionis ratio probatior est, tum quia sidus vox Latina est, non Græca, tum quia sic legitur in vererib. libris, teſte *Manut. in Orthogr.*

Siem, fies, fiet, pro *sim, sis, sit*, frequens est apud Comicos, *Plautum* præſertim. V. *Sum.*

Sifflo, as, n. 1. idem ac sibilo apud veteres. *Non. c. 12. n. 49.* ubi Homeri exemplum affert, & usurpat etiam verbale *Sifflatio* ſine Auctoris ullius exemplo.

* Sifunculus, V. Siphunculus.

Sigallon, m. 2. Σιγαλλιὼν, ſimulacrum apud Ægyptios in ſacris Isidis, & Serapidis, quod digito labiis impreſſo ſilentium imperare videbatur, quod alio nomine Harpocrates dicebatur, a σιγὴ, *tacea. Auſon. ep. 25.* Aut tua Sigalion Ægyptius ora ſignet.

Sigeĭus, a, um, adject. ad Sigeum promontorium pertinens. *Ovid. Heroid. ep. 1. v. 13.* Hac ibat Simois, hæc eſt Sigeia tellus.

Sigēum, n. 2. *Capo Janizzari*, Σίγειον, prom. Troadis, in ora maris Ægæi, apud oſt. Scamandri fl. contra Tenedum inſ. cum urbe cogn. ubi Achilles ſepultus est. Dictum est, ut quidam volunt a σιγὰω, *ſileo*, eo, quod Hercules præmio ſuo a Laomedonte fraudatus, simulato diſcesſu, ibi ſe occultarit, indeque ſilentio magno reverſus, Ilium repente adortus ſit, & ceperit. *Serv. in. 2. Æn.*

Sigēus, a, um, adject. a Sigeo promontorio, ut Sigei campi, *Virg. 7. Æn. v. 294.*

Sigea freta, *Id. 2. Æn. v. 312.*

Sigillaria, um, n. dies feſtus Romanorum, ita dictus a *sigillum*, quod ultro citroque ſigilla, ſive imagunculas, & minuſcula alia miſſitarent. Hoc feſtum *Lucillius* indicat, cum ait: Servorum feſtu dies eſt. Quem plane hexametri verſu non dicere possis. Nam *Sigillariorum* vocem verſus hexameter non admittit. Ideo sic per Periphraſin *Ausonius Idyll. 26.* Feſta ſigillorum nomine dicta colunt. ¶ Sigillaria continuo erant post Saturnalia. *Macrob. l. 1. cap. 10.* Saturnalia unò tantum die, idest quartodecimo Calendarum ſolita celebrari, ſed post in triduum propagata. Sigillariorum adjecta celebritas in ſeptem dies diſcursum publicum, & lætitiam religionis exprĕndit: nomen ex eo ſigillaribus, quod ultro citroque ſigilla, ſive imagunculas alia miſſitarent. Hæc *Macrob.* Ipſa quoque minuſcula, quæ tali feſto mittebantur, ſigillaria dicuntur. *Senec. epiſt. 12.* Ego ſum Felicio, cui ſolebas ſigillaria affere.

Sigillaria, um, n. vicus Romæ, ubi ſigilla vendebantur. *Gel. l. 5. c. 4.* Apud Sigillaria forte in libraria ego, & L. Paulus poeta conſederamus. ¶ Sigillaria etiam dicuntur Deorum imagunculæ. *Tertull. de Orat. c. 12.* Adoratis ſigillaribus ſuis.

Sigillariarius, ii, m. qui ſigillaria facit, hoc est ſigille & alia minuta opera. *Inſcript. apud Reinef. claſſ. 11. n. 89.* T. Flavio T. F. Largonio Fabro ſtatuario ſigillariario.

Sigillarĭus, a, um, adject. ad ſigillaria pertinens. *Spartian. in Adrian. c. 17.* Serumalitia, & Sigillaritia frequentes amicis inopinantibus miſit. Subaudi munera. ¶ *Sigillaritius annullus* est, quo utimur ad obſignandas epiſtolas, vel aliam quampiam rem ſigillo notandam. *Vopiſc. in Aurelian. c. ult.* Uxori, & filiæ annulum ſigillaritium quasi privatus inſtituit.

Sigillatūra, æ, f. actus ſigillandi, ſigillum. *Suet. in Ner. c. 17.* Cautum, ut in teſtamentis primæ duæ cereæ, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuæ ſignaturis oſtenderentur.

Sigillātus, a, um, *ſegnato, σφραγισθεὶς*, inſignitus, qui ſignum habet. *Virg. 2. Georg. v. 379.* Et admoſo ſignata in ſtirpe cicatrix. *Ovid. 2. de Arte*: Aſpice, ſignatum ſanguine pectus habet. *Id. 8. Metam. v. 539.* Signata faxo nomina. ¶ Signatæ tabellæ, ſeu epiſtolæ, *ſigillate. Nepos in Pelop. c. 3.* Cum epiſtola jam accubanti in convivio eſſet data, ſicut erat ſignata. *Tibul. l. 4. carm. & v. 7.* ſignatis mandare rabellis. ¶ Signatum argentum est in pecuniam redactum, impreſſa publica pecuniæ nota, *argento in moneta. Cic. Ver. 7. c. 25.* Navis plena argenti facti, atque ſignati. ¶ Signata puella est integra, inviolata, quaſi clauſa, & obſignata. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 783.* Primum Chryſidem negat ſignatam reddere. Eadem ratione *ſignata ſacra* dixit *Var.* apud *eund. c. 4. n. 431.* & *ſignata limina*, h. e. obſerata, cluſa. Item ſignatum, ſigillatum. *l. 4. eleg. 1. v. 146.* ¶ Comparativum *ſignatior. Tertul. de reſur. carn. c. 13.* Quid expreſſius, & ſignatius in hanc causam? *h. e.* ſignificantius.

Signĭa, f. 1. *Segna, Segni*, urbs Volſcorum, in Latio, in ſummo jugo Lepini M. ab urbe Roma 30. M. P. a Præneste 9. *Liv. l. 1. c. 56.* ¶ Ibi organa inventa fuere, & modulationes, quibus utitur Romana Eccleſia, teſte *Petrarcha.*

Significātio, is, eci, actum, a. 3. idem ac ſignifico. *Matian. l. 65. §. 3. ff. ad S. C. Trebel.* Nam ſi auditus capaces ſunt, vel interrogati nutu possint ſignificare. Rectius alii leg. *ſignificare.*

Signifer, ri, m. *alfiere*, נוֹסֵס אֹפֶן חַמַּזָּלוֹת, Ger. *fenderich*, Gall. *portienſeigne*, His. *alferez, σημιοφόρος*, qui ſignum fert, vexillifer. *Cic. 4. Ver.* Sit in ejus exercitu ſignifer. *Id. 1. de Div. c. 35.* Cum ſigniter primi haſtati ſignum non poſſet movere loco. *Ov. 5. Faſt.* Romanæque aquilæ ſignifer haſtis erat. ¶ Signifer appellatur etiam Zodiacus, quia in eo ſunt duodecim ſidera, ſeu ſigna, per quæ Sol decurrit. *Plin. l. 2. c. 10.* Propter obliquitatem ſigniferi. ¶ Translate ſignifer ſumitur pro duce, & auctore. *Cic. pro Planc. c 30.* Qui cauſæ noſtræ duces, & quaſi ſigniferi ſuiſſent. *Id. pro Mil. c. 33.* Cum tantum auſus ſit ultor pro mortuo, quid ſignifer pro vivo non eſſet auſus?

Signifer, ra, rum, *σημιοφόρος*, quod ſignum fert. Sic orbis ſignifer dicitur circulus ille cœleſtis, in quo duodecim ſigna ſunt. *Cic. 2. de Div. c. 42.* Vim quamdam esse ajunt ſignifero in orbe, qui Græce ζωδιακὸς dicitur. Sic ſignifer dicitur polus a *Lucan. l. 3. v. 254.* ¶ Signifer crater dicitur *Valer. Flac. l. 1. v. 337.* in quo artificioſe ſigna, & imagunculæ inſculptæ ſunt. ¶ Signifera puppis, apud *Lucan. l. 3. v. 558.* eſt navis prætoria, in qua eſt vexillum.

Signifex, icis, m. *ἀγαλματοποιὸς*, qui ſigna facit, idest ſtatuas. *Arnob. l. 6. pag. 199.* Inter ſignifices ille memoratus Phidias. *Apul. l. 2. A. A.* Egregius ille ſignifex. Legitur etiam apud *Sidon. l. 6. ep. 12.* & *Martian. Capel. l. 2.*

Significabĭlis, le, adj. *ſignificativo*, ſignificans. *Var. l. 5. de L. L. c. 7.* Fatur is, qui primum homo ſignificabilem ore emittit vocem.

Significans, antis, o. 3. *ſignificante*, מַשְׁמִיעַ, *σημαίνων*, apertus, & evidens. *Quinſil. l. 9. c. 2.* Dilucida, & ſignificans deſcriptio. *Id. l. 8. c. 2.* Quo nihil inveniri poteſt ſignificantius. *Gel. l. 1. c. 15.* Quod genus homines a Græcis ſignificantiſſimo vocabulo ἀλόγους appellatos.

Significanter, adv. *σημαντικῶς*, expreſſe. *Quinſil. l. 6. c. 3.* Non parum ſignificanter etiam illa in ſchola Ἕβρ diximus. *Cic. 3. Fam. ep. 12.* Acrius, apertius, & ſignificantius dignitatem tuam defendiſtis. *Quinſil. Declam. 247.* Illud quam fieri poteſt breviſſime, & ſignificantiſſime comprehendite.

Significantĭa, æ, f. idem ac ſignificatio. *Var.* apud *Non. c. 4. n. 384.* Varia adverbii ſignificantia. *Arnob. l. 4.* Ex rerum eventu ipſius nominis ſignificantiam traxit.

Ee ih. Ad rerum ſignificantias aptare.

Significātio, onis, f. *ſignificato, ſenſo*, מַשְׁמָע, *σημασία. Gel. l. 1. c. 22.* Invenerat falſa, atque aliena ſignificatio verbi. *Cic. in Partit. c. 31.* Significationem ſcripti eo trahere, quo expediat. ¶ Item indicium, indicatio. *Cic. pro Leg. Manil. c. 3.* Uno nuncio, una literarum ſignificatione cives Rom. necandos denovit.

Sigillarĭus, ii, m. ſigillorum conſtator, & faber ἀγαλματοποιὸς, *Inſcript. apud Reinef. claſſ. 11. n. 89.* Flatuario ſigillario. ¶ Legitur & *Sigillariarius* apud *Fabret. pag. 243. V.* Singillarius.

Sigillātim, adv. *ſeparatamente, in particolare*, לְבַד, אִישׁ לְבַדּוֹ, idem ac ſingillatim ſeu ſingulatim, cui *generatim*, & *univerſe* opponuntur. *Cic. 7. Verr. c. 55.* Quid ego de cæteris Civium Rom. ſuppliciis ſigillatim potius, quam generatim, atque univerſe loquar? *Terent. Phorm. 5. ſc. ult. v. 22.* Illatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſſis ſignatoribus, niſi Senatorii ordinis.

Signatorĭus, a, um, *σφραγιστικὸς*, quod ſignat, ſeu quo ad ſignandum utimur, ut ſignatorius anulus. *leg. 74. ff. de V. S.*

Signatūra, æ, f. actus ſignandi, ſigillum. *Suet. in Ner. c. 17.* Cautum, ut in teſtamentis primæ duæ cereæ, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuæ ſignaturis oſtenderentur.

Signātus, a, um, *ſegnato, σφραγισθεὶς*, inſignitus, qui ſignum habet. *Virg. 2. Georg. v. 379.* Et admoſo ſignata in ſtirpe cicatrix. *Ovid. 2. de Arte*: Aſpice, ſignatum ſanguine pectus habet. *Id. 8. Metam. v. 539.* Signata faxo nomina. ¶ Signatæ tabellæ, ſeu epiſtolæ, *ſigillate. Nepos in Pelop. c. 3.* Cum epiſtola jam accubanti in convivio eſſet data, ſicut erat ſignata. *Tibul. l. 4. carm. & v. 7.* ſignatis mandare rabellis. ¶ Signatum argentum est in pecuniam redactum, impreſſa publica pecuniæ nota, *argento in moneta. Cic. Ver. 7. c. 25.* Navis plena argenti facti, atque ſignati. ¶ Signata puella est integra, inviolata, quaſi clauſa, & obſignata. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 783.* Primum Chryſidem negat ſignatam reddere. Eadem ratione *ſignata ſacra* dixit *Var.* apud *eund. c. 4. n. 431.* & *ſignata limina*, h. e. obſerata, cluſa. Item ſignatum, ſigillatum. *l. 4. eleg. 1. v. 146.* ¶ Comparativum *ſignatior. Tertul. de reſur. carn. c. 13.* Quid expreſſius, & ſignatius in hanc causam? *h. e.* ſignificantius.

Signĭa, f. 1. *Segna, Segni*, urbs Volſcorum, in Latio, in ſummo jugo Lepini M. ab urbe Roma 30. M. P. a Præneste 9. *Liv. l. 1. c. 56.* ¶ Ibi organa inventa fuere, & modulationes, quibus utitur Romana Eccleſia, teſte *Petrarcha.*

Significātio, is, eci, actum, a. 3. idem ac ſignifico. *Matian. l. 65. §. 3. ff. ad S. C. Trebel.* Nam ſi auditus capaces ſunt, vel interrogati nutu possint ſignificare. Rectius alii leg. *ſignificare.*

Signifer, ri, m. *alfiere*, נוֹסֵס אֹפֶן חַמַּזָּלוֹת, Ger. *fenderich*, Gall. *portienſeigne*, His. *alferez, σημιοφόρος*, qui ſignum fert, vexillifer. *Cic. 4. Ver.* Sit in ejus exercitu ſignifer. *Id. 1. de Div. c. 35.* Cum ſigniter primi haſtati ſignum non poſſet movere loco. *Ov. 5. Faſt.* Romanæque aquilæ ſignifer haſtis erat. ¶ Signifer appellatur etiam Zodiacus, quia in eo ſunt duodecim ſidera, ſeu ſigna, per quæ Sol decurrit. *Plin. l. 2. c. 10.* Propter obliquitatem ſigniferi. ¶ Translate ſignifer ſumitur pro duce, & auctore. *Cic. pro Planc. c 30.* Qui cauſæ noſtræ duces, & quaſi ſigniferi ſuiſſent. *Id. pro Mil. c. 33.* Cum tantum auſus ſit ultor pro mortuo, quid ſignifer pro vivo non eſſet auſus?

Signifer, ra, rum, *σημιοφόρος*, quod ſignum fert. Sic orbis ſignifer dicitur circulus ille cœleſtis, in quo duodecim ſigna ſunt. *Cic. 2. de Div. c. 42.* Vim quamdam esse ajunt ſignifero in orbe, qui Græce ζωδιακὸς dicitur. Sic ſignifer dicitur polus a *Lucan. l. 3. v. 254.* ¶ Signifer crater dicitur *Valer. Flac. l. 1. v. 337.* in quo artificioſe ſigna, & imagunculæ inſculptæ ſunt. ¶ Signifera puppis, apud *Lucan. l. 3. v. 558.* eſt navis prætoria, in qua eſt vexillum.

Signifex, icis, m. *ἀγαλματοποιὸς*, qui ſigna facit, idest ſtatuas. *Arnob. l. 6. pag. 199.* Inter ſignifices ille memoratus Phidias. *Apul. l. 2. A. A.* Egregius ille ſignifex. Legitur etiam apud *Sidon. l. 6. ep. 12.* & *Martian. Capel. l. 2.*

Significabĭlis, le, adj. *ſignificativo*, ſignificans. *Var. l. 5. de L. L. c. 7.* Fatur is, qui primum homo ſignificabilem ore emittit vocem.

Significans, antis, o. 3. *ſignificante*, מַשְׁמִיעַ, *σημαίνων*, apertus, & evidens. *Quinſil. l. 9. c. 2.* Dilucida, & ſignificans deſcriptio. *Id. l. 8. c. 2.* Quo nihil inveniri poteſt ſignificantius. *Gel. l. 1. c. 15.* Quod genus homines a Græcis ſignificantiſſimo vocabulo ἀλόγους appellatos.

Significanter, adv. *σημαντικῶς*, expreſſe. *Quinſil. l. 6. c. 3.* Non parum ſignificanter etiam illa in ſchola Ἕβρ diximus. *Cic. 3. Fam. ep. 12.* Acrius, apertius, & ſignificantius dignitatem tuam defendiſtis. *Quinſil. Declam. 247.* Illud quam fieri poteſt breviſſime, & ſignificantiſſime comprehendite.

Significantĭa, æ, f. idem ac ſignificatio. *Var.* apud *Non. c. 4. n. 384.* Varia adverbii ſignificantia. *Arnob. l. 4.* Ex rerum eventu ipſius nominis ſignificantiam traxit.

Ee ih. Ad rerum ſignificantias aptare.

Significātio, onis, f. *ſignificato, ſenſo*, מַשְׁמָע, *σημασία. Gel. l. 1. c. 22.* Invenerat falſa, atque aliena ſignificatio verbi. *Cic. in Partit. c. 31.* Significationem ſcripti eo trahere, quo expediat. ¶ Item indicium, indicatio. *Cic. pro Leg. Manil. c. 3.* Uno nuncio, una literarum ſignificatione cives Rom. necandos denovit.

notavit. *Caſ. l. 6. B. Gal. c. 28.* Ne qua ejus adventus procul ſignificatio fiat. ¶ Item figura oratoria, h. e. emphaſis. *Auct. ad Heren. l. 4. cap. 53.* Significatio est, quæ plus in ſuſpicione relinquit, quam poſitum est in oratione.

Significatīvus, a, um, adject. qui aliquid ſignificat. *Ulpian. leg. 75. Dig. de Verb. obligat.* Appellatio certæ rei ſignificativa.

Significatorĭus, a, um, adject. ſignificativus, ut ſignificatorium verbum, *Tertul. adverſ. Hermog. c. 32.*

Significātus, us, m. *ſignificato. Gel. l. 5. c. 12.* Ve particula duplicem ſignificatum habet. ¶ Item *indizio. Plin. l. 18. c. 25.* Ipſi dies raro non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent.

Significātus, a, um, *dimoſtrato. Cicero, Tacitus*, & alii paſſim. V. *Significo*, a cujus supino formatur hoc nomen.

Significo, as, a. 1. *dimoſtrare, far sapere, far intendere, ſignificare*, הִשְׁמִיעַ, אוֹתָה, Ger. *anzeigen*, Gal. *ſignifier*, His. *ſignificar, σημαίνω*, ſignum facio, per ſigna Ger. *anzeigen*, Gal. *ſignifier*, His. *ſignificar, σημαίνω*, ſignum facio, per ſigna notum facio, demonſtro, oſtendo. *Plaut. Trucul. 4. 3. 14.* Etenim ſic iſtuc volo:

Siliceorum, ii, n. epulum funebre, quod in exequiis celebrabatur. *Varr.* apud *Non. c. 1. n. 234.* Funus exsequari cum plausu ad sepulcrum, antiquo more siliceruum confecimus, id est γενεθλιακον, quo praesi discedentes dicimus aliis aliis, vale. *Festus:* Siliceruum dicitur coena funebris. ¶ *Paulus* apud *Festum* ait, siliceruum proprie esse genus farciminis, quod adhibebatur in funebri epulo. Hinc & *Aeroph. l. 7.* inter farcimina siliceruium refert. ¶ Tribuitur hinc haec vox feni decrepito, quod ejus causa brevi siliceruium futurum est. *Terent. Adelph. 3. 2. 48.* I sane, ego te exercebo hodie, ut dignus es, siliceruium. *Fulgent. Planciad. de prisco serm. n. 8.* Siliceruios senes dixit in masc. genere, additque exemplum *Cincii Alimenti in hist. de Gorg. Leontino*, his verbis: Qui jam siliceruios sui finem temporis exspectaret. De etymo vocis multa scripsere *Nonius*, *Servius Donatus*, & alii, quae omnia, utpote vana, & incerta piget hic referre. V. *Voss. in Etymol.*

Silices, m. 3. pop. Armeniae majoris, montani, apud quos oritur Tigris, & Tyrium fl. excipit. *Plin. l. 6. c. 6.*

Siliceus, a, um, πυριτικος, quod est ex silice. *Cat. de R. R. c. 18.* Inibi lapides siliceos in totum forum sternito. *Vitruv. l. 8. c. 3.* Silicea saxa. ¶ Translate *Senec. l. 3. de Ira*, c. 8. impudicorum coetus torrem quoque, & siliceum virum emollit.

Silicia, ae, f. herba eadem, quae foenum graecum, sic dicta, quod inter silices nascitur. *Plin. l. 24. c. 19.*

Silicius, a, um, adject. idem ac siliceus. *Plin. l. 16. c. 36. de molluscs.* Nunc inter pugillares, lectorumque silicios, aut laminas. h. e. operimenta e silice, seu marmore secto lectis addita. Alii leg. *silaceas laminas*. h. e. sili colore tinctas.

Silicula, *vel* Siliqunla, ae, f. parva siliqua. *Var de R. R. l. 1. cap. 23.* Lupinum necdum silicnlam cepit.

Siligmarius, ii, m. siliginis venditor, vel distributor. *Ulpian. l. 52. ff. de furtis*, & *Inscript.* apud *Spon. Erud. Antiq. pag. 64.*

Siliginius, a, um, σιλιγνιαιος, quod est factum ex siligine. *Plin. l. 18. c. 9.* Siligineae farinae modius Galliae XXII. libras panis reddit. *Sen. ep. 123.* Malum panem dicis. Exspecta, bonus fier etiam, illum renerum tibi, & siligineum fames reddet.

Siligo, inis, f. *siligine*, Ger. *der rocken od. weitzen*, Gall. *Seigle ou Seigle*, Hisp. *trigo candial*, σιλιγνις, δωρικ. genus frumenti, ex quo laudatissimus panis conficitur. *Plin. l. 18 c. 7.* Siliginem proprie dixerim tritici delicias, candor est, & sine virtute, & sine pondere, convenjens humidis tractibus, quales Italiae sunt, & Galliae Comatae: Sed & trans Alpes in Allobrogum rantum, Avernorumque agros pertinax: in exteris ibi partibus biennio in triticum transit. *Col. l. 2. cap. 9.* Omne triticum solo ligioso post tertiam arationem convertitur in siliginem. *Juven. Sat. 5. v. 70.* Sed tener, & niveus (*panis*) mollique siligine factus Servatur domino.

Siliqua, ae, f. *segue, siliqua, baccelle*, חרוב, λοβος, involucrum leguminum, folliculus, seu integumentum, cui grana leguminum includuntur, & liquid leguminibus est simile. *Virg. l. 1 Georg. vers. 195.* Grandior ut foetus siliquis fallacibus esset. *Plin. l. 18. c. 12. de fabis.* Siliquae, causeque graciliores sunt pabuli pecori. ¶ Per Synecdochen siliqua ponitur pro integro legumine. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 123.* Vivunt siliquis, & pane secundo. *Pers. Sat. 3. v. 55.* Siliquis, & grandi pasta polenta. In his, & similibus locis quidam dubitant, utrum siliquae arboris, an legumina intelligantur. Sed satius est intelligere legumina, ut phaselos, pisa, lupina, quibus constat vesci solere, qui tenui victu gaudent. Nam involucris, quae proprie siliquae, sola pecora vescebantur. ¶ Dicitur etiam de foeno graeco. *Colum. l. 12. c. 11.* Foenum graecum, quod siliquam vocant rustici, duo tempora fationum habet, quorum alterum est Septembris mensis, cum pabuli causa seritur, alterum autem mensis Januarii ultimo, cum in messem seminatur. ¶ Item de fructu arboris, quae Graecis κερατια, vel κερατωνια, fructus vero κερατιον nominantur, a κερας, *cornu*, quia est incurvus invar cornu. Latine siliqua dicitur, vel siliqua graeca, vel etiam faba graeca, quia figura siliquam refert, quae legumina continet. *Plin. l. 15. c. 24.* Haud procul abesse videntur, & praedulces siliquae, nisi quod in iis cortex ipse manditur: Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata, pollicari latitudine. *Id. l. 17. c. 18.* Siliquae Graecae, & Persicis ante brumam per autumnum. *Colum. l. 5. c. 10.* Siliquam Graecam quam quidam ceration vocant, & persicum ante brumam per autumnum ferico. ¶ Item de arbore in Syria, & Jopia, & circa Gnidum, & in Rhodo, quam Jones ceraunjam vocant. *Plin. lib. 13. cap. 8.* Similis his siliqua, quam Jones ceraunjam vocant, trunco & ipsa fertilis, sed pomo siliquae. ¶ Denique siliqua nomen est minimi ponderis. *Festus Author de ponderib.* Ponderum pars minima calculus est, qui constat ex granis ciceris duobus, & apud quosdam siliqua pensante, que tribus granis hordei declaratur in pondere, & *paulo post*. Drachma, quae constat siliquis 18. & scrupulus, qui est ex siliquis 6. &c. *Eam. de ponder. v. 10.* Semina sex aliis siliquis latitantia curyis Attribuunt scrupulo.

Siliquastrum, i, n. *genestrone*, πτερεαστις, herba hortensis, a *siliqua*, quod siliquae habeat similitudinem, ut *menastrum a menta*, ob eamdem causam. *Plin. lib. 19. c. 12.* Panax piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto.

Siliquor, aris, d. r. est siliquam, seu integumentum emittere, siliqua tegi. *Plin. l. 17. c. 9.* Nihil esse utilius lupini segete, prius quam siliquetur, arairo, vel bidentibus verfa. *Id. l. 18. c. 7.* Siliquantur vero omnia diversis diebus, & ab ima primum parte paulatim flore subeunte.

Silius, Italicus Poeta, ex Italica Pelignorum urbe, consulatum Romae gessit eo anno, quo Nero occisus est, vixitque deinde usque ad Trajanum, quo tempore jam senex, inedia vitam finivit in Campaniae secessu, taedio insanabilis clavi, quo diu afflictatus fuerat. Scripsit de bello Punico libros septemdecim heroico carmine. Plura de eo vide apud *Plin. l. 3. ep. 7.*

Silli, g. um, m. σιλλοι, genus carminis apud Graecos, simile Latinorum satyris, cujusmodi librum in Platonem composuisse Timonem refert *Sext. l. 3. c. 17.* Hinc Sillographus, i, masc. *maledico, satirico*, σιλλογραφος, qui mordacia carmina scribit. *Ammian. l. 22. c. 16.* Sillographos imitatus Scriptores maledicos.

Silo, onis, m. *cigliuto*, qui prominentia supercilia habet. Ita *Non. c. 1. n. 206.* interpretatur. *Varr. ibid.* Non unum scribunt esse grandibus superciliis, silonem quadratum, &c. ¶ Rectius tamen exponitur idem ac *silus*, hoc est simus, & expandis naribus, *ei nasc largo, e schiacciato, ricagnato*. Certe in *Glossi* tam *silo*, quam *silus* dicitur σιλφος. *Plaut.* quoque de ratione ufurpae cum ait, *Rud. 2. 2. 11.* Ecquem recalvum, ac silonem senem, flaturum, ventrigsum, torvis supercilijs, &c. Nam si *silo* esset, qui prominentia supercilia habet, inepte subjecisset *torvis superciliis*. Praeterea *Plin. l. 11. c. 37. sect. 59. Hard.* docet cognomina *Silonum* apud Romanos a naribus, non a superciliis orta esse. ¶ In verbis *Plaut.* est qui legit *silenum*, est qui *silanum*.

Silphium, ii, n. σιλφιον, herba quaedam, imbre maxime provenicns, quemadmodum & fungi, cujus folia, & radix ad varios in medicina usus adhibentur. Ex ea succus emanat, qui laser dicitur. *Plin. l. 22. c. 22.*

Silva, ae, f. *selva, bosco*, יער, Ger. *ein wald*, Gall. *forêt*, Hisp. *bosque*, δρυμος, ὑλη, locus, ubi multitudo arborum est. Etymologi ducunt ab ὑλη, ideoque *sylva* per χ scribunt. Rectius tamen per latinum i scribitur; quod in omnibus vet. monumentis ita legitur, teftibus *Manut. in Orthogr. Dausq.* & aliis. *Cic. Att. l. 12. ep. 16.* Mane me in silvam abstrudo densam, atque asperam. *Virg. Aeneid. 9.* Ture in antiquam silvam, fabula alta ferarum. ¶ Dicitur etiam de loco sentibus, virgultis, tribulis denso, & impedito. *Virg. 2. Georg. v. 177.* Pullulat ab radice aliis densissima silva. ¶ Differt a *nemore*, quod plerumque significat locum deliciarum causa arboribus consitum. *Cic. 1. de Divin. c. 50.* Multos nemora, silvaeque commovent. Item a *luco*, qui est silva incaesua, & diis sacra; silva vero notat locum, unde ligna caedere, & asportare licet. *Liv. l. 24.* Lucus frequenti silva, & proceris abietis asperdon septus. Item a *saltu*, qui est locus in silva secretus, ubi pascuntur armenta. *Catul. carm. 34.* Silvarumque virentium saltuumque reconditorum. Haec tamen discrimina passim non servantur, praesertim a Poetis. ¶ Metonymice silva accipitur pro ipsis arboribus. *Virg. 2. Georg. v. 27.* Silvarumque aliae pressos propaginis arcus Exspectant. ¶ Translate sumitur pro quacumque congerie, & prima veluti materia, ex qua deinde quod volumus, fecerimus. *Cic. 3. de Or. c. 26.* Primum silva rerum, sententiarumque comparanda est. *Id. in Or. c. 3.* Vbertas, & quasi silva dicendi. ¶ Silvam comae dixit *Juvenal. Sat. 9. v. 13.* capillos denfos, & incomptos. ¶ *Lignа ferre in silvam*, proverbiali locutione dicitur is, qui aliquid alicui tribuit, quo is maxime abundat: cui respondet Italicum proverbium, *dar acqua al mare*, *Horat. l. 1. Sat. 10.* ¶ Interdum haec vox apud Poetas trifyllaba est, ut apud *Horat. Epod. 13.* Nunc mare, nunc silvae. *Priscian. l. 1. pag. 546. Putschii.*

Silvanus, *vel* Sylvanus, i, m. Deus silvarum praeses, ὑλικος θεος, quemadmodum Pan pecorum, & agrorum. *Virg. 2. Georg.* Panaque, Silvanumque senem, Nymphasque sorores. Hic Cyparissum puerum in deliciis habuisse dicitur: fabulantur enim Poetae, Cyparissum cervum habuisse mansuefactam, eamque unice adamasse: quam cum Silvanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit, cujus mortem aegre ferens Silvanus, in arborem cupressum eum commutavit, quam amasii desiderio semper dicitur circumferre. Hinc *Virg. 1. Georg. v. 20.* Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupressum. ¶ *Vestus Auctor de limit.* apud *Rigalt. pag. 202.* Omnis possessio tres Silvanos habet: unus dicitur domesticus, possessioni consecratus; alter dicitur agrestis, pastoribus consecratus, tertius dicitur Orientalis, cui est in confinio lucus positus. Haec ille. Sed fortasse hi omnes unum, eumdemque deum constituunt diverso loco, aut ritulo cultum. ¶ Mars etiam Silvanus dictus est, apud *Cat. de R. R. c. 83.* fortasse, quia in silvis cultus fuit. ¶ Silvani olim dicebantur rubi, ex quibus aqua felix. V. *Sillanus*.

Silvaticus, *vel* Sylvaticus, a, um, adject. *di selva, selvaggio, selvatico*, ad silvam pertinens, ὑλικος. *Var. l. 1. R. R. c. 12.* Falces vineaticae sex, silvaticae quinque, arboratiae tres. *Plin. l. 30. c. 9.* Mus silvaticus. *Cato R. R. c. 8.* Laurus silvastica.

Silvesco, *vel* Sylvesco, is, n. 3. *farsi selva*, יערי, ὑλομανεω, in silvam redigi, seu silvestres, & infructuosas arbores fieri, quae antea cultae erant, & fructuosae: item in nimiam ramorum, sarmentorumve ubertatem luxuriare, *Col. l. 4. c. 11.* Nec pati vitem superyacuis frondibus silvescere. *Cic. de Senect. cap. 15.* Ne vitis silvescat sarmentis.

Silvester, & Silvestris, *vel* Sylvester, Sylvestris, e, adj. *silvestre, selvaggio*, Germ. *wild, bauriſch, grob*, Gall. *sauvage, rustaud*, Hisp. *selvatico*, ὑλοδες, ὀρεσιος, quod est silvae, vel in silva. *Cic. de Amic. c. 19.* Delectamur locis montuosis, & silvestribus. *Liv. l. 27.* Tumulus erat silvestris inter Punica, & Romana castra. *Plin. l. 16. c. 27.* Silvestriora omnia pardiora. *Horat. l. 2. ep. 2.* Silveistrem flammis, ferro mirgier agrum. *b. a.* sterilem, & herbis obstrum infructuosis. ¶ Translate ponitur pro agresti, & rustico. *Virg. Ecl. 1.* Silvestrem renui meditabor arundine musam. *Horat. de ar. poet. v. 391.* Silvestres homines. *Sen. Hippol. v. 459.* Tuculenus, & silvester, & vitae inscius. ¶ *Silvester* in foem. gen. *Person. in Satyr. c. 122.* testis silvester Aedon, Atque urbana Progne. Al. leg. *silvestris*.

Silvia, *vel* Sylvia, ae, f. filia Tyrrheni armentarii Latini Regis Laurentum, cujus cervus mansuetus ab Ascanio vulneratus initium fuit belli inter Latinos, & Trojanos. *Virg 8. Aen.* ¶ Est etiam cognomen Rheae, seu Iliae filiae Numitoris, quae a Marte compressa Romulum, & Remum peperit. *Ov. 2. Fast. v. 383.*

Silvicola, *vel* Sylvicola, ae, m. & f. qui, & quae silvas colit. *Propert. l. 3. elog. 11. v. 34.* Obscula silvicolis empta dedere viris.

Silvicultrix, *vel* Sylvicultrix, icis, f. ὑλοτρος, quae in silvis habitat, ut silvicultrix cerva. apud *Catul. carm. 62. de Arr. v. 72.*

Silvifragus, *vel* Sylvifragus, a, um, ὑλοθραυστης, adject. silvas frangens. *Lucret. l. 1. v. 275.* mortesque supremos Silvifragis vexat flabris.

Silviger, & Sylviger, a, um, adject. idem quod silvosus, *Plin. l. 30. c. 3.* Montes silviferi ab Aquilonis tantum parte sunt.

Silvius, & Sylvius, ii, m. filius Aeneae, & Lavigiae Latini regis filiae, natus post Aeneae mortem, ideoque & *Posthumus* appellatus: Silvius autem dictus est, quia in silvis a matre editus, & a pastoribus educatus fuit, ut scribit *Dionys. Halic. carn. l. 1.* Regnante Alba Ascanio, majore Aeneae filio, summum sacerdotium jussu populi gessit, regnavitque & ipse post Ascanium annis 29. ab eoque omnes Albanorum reges Silvii sunt appellati. *Id. ibid.* Sed *Liv. l. 1. c. 1. 2. & 3.* hunc Silvium cum Julo confundit, atque fuisse filium Ascanii.

Silvosulus, v. *Silunculus*.

Silvosus, *vel* Sylvosus, a, um, adject. *selvoso, pieno di selve*, ὑλωδης, silva, vel arborum densitate obsitus. *Liv. l. 9. c. 2.* Saltus duo alti, angusti, silvosique sunt. *Plin. l. 12. c. 5.* Superiores rami emicant silvosa multitudine.

Silurus, i, m. σιλουρος, peculiaris Nili piscis, ex eo appellatus, quod saepe σειει ερεττ, h. e. movet caudam. *Plin. l. 9. c. 15.* Sunt & in quibusdam amnibus haud minores, silurus in Nilo, esox in Rheno, atilus in Tado, &c. *Juven. Sat. 4. v. 33.* Vendere municipes fracta de merce siluros.

Silus, a, um, m. σιμος, qui habet naſum sursum versus repandum. *Cic. de Nat. Deor. c. 29.* Equos silos, flaccos, frontones, capitones, quae sunt in nobis? *Festus* ipse appellatur naso sursum versus repando: unde galeae quoque ad similitudinem silae dicebantur.

Silvula, *vel* Sylvula, lae, f. *selvetta*, ὑλιδιον. *Col. l. 8. cap. 15.* Torus locus silvulis occuperat.

Silybum, i, n. σιλυβον, spina lata, folia ferens chamaeleontis albi. *Plin. l. 22. c. 22.*

Sima, ae, f. suprema pars coronae, h. e. id, quod coronae superimponitur, επιστε Sις, ab επιτιθημι, *impono*; a Latinis ita dicitur, quia est obtusum quiddam, & hebes instar caprini nasi. Italice *goletta* dicitur. *Vitruv. l. 3. c. 3.* Insuper coronas simae, quas Graeci επιτιθιδας dicunt.

Simarus, a, um, simus factus. *Sulpic. Lucer.* Simaraque jacent pando sinuamine nares.

Simarthaeus, a, um, adject. idem quod Simarthius. *Ovid. 4. Fast. vers. 476.* Quaque Simarthaeas accipit aequor aquas.

Simarthis, idis, f. nomen Nymphae. *Ovid. 13. Metam. vers. 624.* Acis erat Fauno, Nymphaque Simarthide exstus.

Simarthus, a, um, adject. ad Simarthum fl. pertinens. *Virg. 9. Aen. v. 584.* Simarthis circum flumina. ¶ Simarthius heros, est Acis filius Simarthidis, apud *Ov. 13. Metam. v. 753.*

Simarthus, m. *Taverna*, fl. Siciliae, qui recipit aliquot fluvios, & Vallem Demonae e Neerina separans, infra Murgantium in mare Siculum se exonerat. *Sil. lib. 14. vers. 233.*

Simia, ae, f. *scimia*, קוף, Gall. *un singe*, Hisp. *mona*, πιθηκος, animal sine cauda, hominum figurae proximum, in Libya nascens, a *simus*, quod sunt fir. ideft preſſis naribus. *Enn.* apud *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 35.* Simia quam similis turpissima bestia nobis! ¶ Simias etiam dicimus homines aliorum imitatores affectatos: quia simia non solum figura, sed etiam gestibus actiones hominum imitatur. *Plin. l. 1. epist. 5.* Rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat. Adde *Capitolin. in Maximi. jun. c. 1.*

Simila, ae, f. *fiore di farina*, סולת, Gerin. *Semmelmahl*, Gal. *la fleur de farine, farine de pur froment*, Hisp. *semelea, flor de harina*, σεμιδαλις, farina alba, flos farinae triticeae, ea pars, quae media est inter pollinem, & secundarium, potissimam nutrienti vim habens, quae etiam similago dicitur. Sunt enim molitae farinae partes quatuor, pollen, simila, secundarium, sive cibarium, furfures. *Celf. l. 2. c. 18.* Ex tritico firmissima siligo, deinde simila. *Martiall. l. 13. epig. 10.* Nec poteris similae dotes numerare, nec usus.

Similaginus, a, um, adject. ex similagine factus, ut similagineus panis, apud *Senec. ep. 119.* ubi alii leg. *siligineus*.

Similago, inis, f. idem ac simila. *Plin. l. 18. c. 10.* Similago ex tritico sit laudatissima. Ex Africo jussum est e modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinque, ita autem appellant in tritico, quod florem in siligine. Hoc araliae officinae, chartariaque utuntur. Praeterea secundarii sextarios quatuor, furfurumque tantumdem. Panes vero e modio similaginis CXXII. e floris modio CXVII.

Simile, adv. idem ac similiter. *Cic. 1. Acad. c. 5.* Simile vos eum perturbare, ut illi Rempublicam, sic vos Philosophiam bene jam constitutam velitis, &c. Plerique tamen leg. *similiter*.

Similigenus, a, um, adject. qui est similis generis. *Col. Aurel. Acut. 2. c. 13. Admiscere sibi similigena.*

Similis, & le, o. 3. *simile, somiglianle*, נמשוחות, בן צניל, דומה, Ger. *gleich*, Gal. *semblable*, Hisp. *semejante*, ὁμοιος, quod similitudinem cum re aliqua habet. Usurpatur vel absolute. *Cic. 1. Catil.* Simili Senatusconsulto C. Mario, & L. Valerio Coss. permissa est Respublica. ¶ Vel cum gen. *Cic. l. 12. Fam. ep. 22.* Spes tamen una est, aliquando Populum Rom. majorum similem fore. *Plin. l. 2. c. 17.* Mastice bitumini similior. ¶ Vel cum dat. *Cic. 1. de Leg. c. 10.* Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmetipsos fuimus. *Id. pro Marcel. c. 3.* Hunc simillimum Deo judico. ¶ Vel cum accus. & praepos. *inter*. *Cic. 4. Acad.* Anaxagoras materiam infinitam, sed ex ea particulas similes inter se minutas, &c. ¶ Vel praeter genitivum, aut dativum, aut accusativum, cum ablativo rei, in qua est similitudo, vel sine praepos. vel cum praepos. *in*. *Cic. 1. Tusc.* Quaererem ex eo, cujus suorum similis fuisset Africani fratris nepos, filiae patris, vira omnium peritorum ita similis, ut esset facile deterrimus. *Id. 4. Ver.* Si aliqua in re Verri similis fuero. ¶ Vel apud Poetas etiam cum accus. per Hellenismum. *Virg. 1. Aen. v. 593.* Os, humerosque Deo similis. ¶ Vel cum membio orationis, & conjunctione *ac*, vel *atque*. *Cic. 4. Fin. c. 12.* Nec si ille sapiens ad torroris equuleum a Tyranno ire cogatur, similem habeat vulsum, ac piens ad torroris equuleum a Tyranno ire cogatur, similem habeat vulsum, ac si ampullam perdidisset. *Id. 5. Fin.* Itaque & similis erit finis boni, atque antea fuerat. ¶ Vel cum partic. *ut*. *Cic. de Sen. c. 6.* Similesque sunt, ut siqui gubernatorem in navigando agere nihil dicant. Al. leg. *similesque sunt iis, qui &c.* ¶ Reperitur *simile est*, pro similis est, per Hellenismum. *Nev.* apud *Non. cap. 3. n. 205.* Tu pueri pusilli simile es. ¶ Simile, substant. *Cic. 4. de Fin. cap. 27.* Ecce aliud simile dissimile est. *Auct. ad Heren. l. 2. cap. 29.* Simile vitiosum est, quod ex aliud simile dissimile est. ¶ Aristoteles similis apud *Juvenal. Sat. 2. vers. 6.* est aliqua parte dissimile est. ¶ Aristoteles similis apud *Juvenal. Sat. 2. vers. 6.* est aliqua parte dissimile est. ¶ Aristoteles similis apud *Juvenal. Sat. 2. vers. 6.* est imago Aristotelis, *il ritratto*. Hoc sensu *Stat. l. 3. Silv. v. 200.* te lucida saxa,

Simulo, 23, 2. 1. *simulare, fingere*, חָמַם, Ger. *ersichen, heim*, Gal. *feindre, faire semblant*, Hisp. *fingir, προσποιέομαι, ὑποκρίνομαι*, fingo, imitor, præ me fero, quod non est, pro vero falsum ostendo. *Plaut. Perf.* 1. 3. 4. Simulabo, quasi non videam. ¶ *Simulare*, & dissimulare differunt, quia simulare dicitur de eo, quod non est, sive de falsitate; dissimulare, versatur circa id, quod est, sive circa veritatem. *Virg.* 1. *Æn.* Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. *Cic.* 10. *Fam. ep.* 8. Multa & simulavi invitus, & dissimulavi cum dolore. *Plin. l.* 3. *ep.* 14. Ille sive quia non sentiebat, sive quia non sentire simulabat. *Ovid.* 3. *Metam.* Simulare se anum, *fingersi una vecchia*. ¶ Aliquando tamen *simulare* ponitur pro dissimulare. *Plaut. Curcul. a.* 3. *vers.* 21. simulabo, quasi non noverim. ¶ Simulare in aliquem, pro aliquem insimulare, *accusare*. *Plaut. Stich.* 1. 2. 19. Quasi nunquam quicquam in eas simulem.

Simultas, atis, f. *odio occulto, inimicizia*, אֵיבָה, Ger. *neid, groll, feindschafft*, Gall. *haine converte*, Hisp. *odio cubierto*, ἔχθρα, latens odium inter eos, qui amici esse videntur, & generatim quælibet inimicitia. *Festus*, sive *Paullus*: Simultas, ideſt odium, dicta ex contrario, quia minime sint simul. Potest & a simulatione dicta existimari. *Cic. pro Flac.* c. 35. An simultates, nescio quas, cum libertis Flaccus exercet. *Cic. pro L. Man. c. init.* Simultates suscipere. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 25. Huic simultas cum Curione intercedebat. *Nepos in Attic. c.* 17. In simultate cum aliquo esse. *Quint. l.* 5. *c.* 11. Simultates cum aliquo gerere.

Simulter, adv. idem ac similiter apud. ver. *Plaut. Pseud. l.* 3. 148. Exoſſabo eum simulter, ut muræna cocus. Alii leg. *similiter*.

Simulus, a, um, dim. a *simus*. *Lucret. l.* 4. *v.* 1162. Simula, (*puella*) Silena, ac Satura eſt; labioſa, Thalena.

Simus, a, um, *schiacciato, camuso*, σιμός, qui eſt preſſis naribus, a Græca voce allata. *Virg.* 10. *Eclog. v.* 7. Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.

Sin, *mase*, אִם, Ger. *wann aber, saber nicht*, Gal. *mais si, si non*, Hiſp. *mas si*, εἰ δὲ, ἢν δὲ, καί, ſed ſi, ſi vero, ſi autem, conjunctio conditionalis: *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 15. Si mihi veniam, quam pero, dederit, utar illius conditione, ſin minus, impetrabo aliquid a me ipſo. *Id. ad Brutum l.* 11. *ep.* 14. Si ita eſt, omnia faciliora, ſin aliter, magnum negotium. ¶ Conjungitur etiam cum *autem*. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 7. Si vir eſſe volet, præclara hymodia, ſin autem, crimus nos, qui ſolemus. ¶ Aliquando *ſin* ſolum reperitur, non præcedente *ſi*. *Cic. de Am. c.* 21. Quamobrem primum danda opera eſt, ne qua amicorum diſtidia fiant, ſin tale aliquid eveniet, ut extinctæ potius amicitiæ, quam oppreſſæ videantur. ¶ *Sin quis* pro ſin aliquis. *Cic.* 2. *Off. c.* 22. Danda eſt opera, ne tributum conferendum ſit; ſin qua neceſſitas hujus muneris alicui Reip. obvenerit, &c. ¶ Ponitur interdum pro ſin aliter. *Cic. Att. l.* 16. *ep.* 3. Verumtamen ſi pares æque inter ſe, quieſcendum, ſin, larius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter.

Sina, m. r. Sinai, סִינַי, *Monte Sina, Monte Sinai*, Turc. *Gibel Mousa*, ideſt mons Moyſis, mons Arabiæ Petrææ, exceſſus, ubi Deus Moyſi legem dedit. ¶ Sina item locus Phrygiæ marmoribus celebris. *Synnas*.

Sinæ, m. r. *Chineſi*, pop. Aſiæ extremi ad Or. ultra Indiam, extra Gangem, quorum regio perampla Sinarum Imperium dicitur, vulgo *la China*.

Sinape, is, n. 3. idem ac ſinapi. *Col. l.* 11. *c.* 3. *ſinape*, atque coriandrum uti ſata ſunt, ſua fede immota permanent.

Sinapi, n. indecl. *ſenape, ſenapa*, חַרְדָּל, *σίναπι*, herba ſemen ferens tanta acrimonia, ut lacrimas cieat comedenti, in hybernis condimentis uſitatiſſimum. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Et acerrimum ſapore, ignei effectus, ac ſaluberrimum corpori ſinapi nulla cultura, melius tamen planta translata.

Sinapis, is, f. σινάπις, idem ac ſinapi. *Plaut. Pseud. l.* 2. 28. Teritur ſinapis ſceleſta cum illis. *Col. l.* 10. *v.* 122. Seque lacteſſenti fletum factura ſinapis.

Sinapizo, as, a. 1. ſinapi compono, vel condio. *Veget. l.* 2. *cap.* 6. Diligenter ſinapizare.

Sinapodes, m. 3. pop. Africæ, in deſertis, Inflexis, & lentis cruribus potius ſerpere, quam incedere videntur. *Mela l.* 3. *c.* 11.

Sincere, adv. *ſincerament e, puramente*, בְּנֵקְיוֹן, *εἰλικρινῶς, ἀπλῶς*, pure, vere, ſine mendacio, ingenue, non ſimulate. *Cæſ. l.* 7. *B. G. c.* 20. Hæc ut intelligaris, inquit, ſincere a me pronuntiari. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 15. Craſſi libertum nihil puto ſincere locutum.

Sincerĭtas, atis, f. *ſincerità, purità, integrità*, נְקִיוֹן, תֻּמָּה, בֹּטַח, *εἰλικρίνεια*, ἁπλότης, puritas, integritas. *Plin. l.* 32. *c.* 7. Salinarum ſinceritas ſummam fecit ſuam differentiam. *Col. l.* 6. *c.* 26. Atque alia converrenda, quæ ſinceritatem habent, alia ſummovenda, quæ vel carioſa, vel juſto breviora ſunt.

Sincerĭter, adv. idem quod ſincere. *Gell. l.* 13. *c.* 16. Quas qui ſinceriter cupiunt.

Sincērus, a, um, *ſincero, puro, reale*, שָׁתוּר, תֹּם, פְּרִי, עֲלִיצוּת, *εἰλικρινής, ἀκραιφνής*, ἀκραιπόκριτος, purus, ſimplex, cui nihil admiſtum eſt. Sunt, qui putant ſcribendum *ſyncerus* per *y*. Verum ſemper per latinum *i* in vett. libb. ac Virgilio Carpenſi exaratum reperiri, teſtatur *Manut. in Orthographia*. *Hor. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 55. Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit. *Senec. ep.* 108. Ex amphora primum quod eſt ſinceriſſimum, effluit. Translate ſumitur pro vero, incorrupto, incontaminato, minime fucato. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 16. Mirabilia multa, nihil ſimplex, nihil ſincerum. *Liv. l.* 29. *c.* 4. Nihil ſincera fide eum Romanis actum. *Ovid* 7. *Metam. v.* 453. nulla eſt ſincera voluptas. ¶ Per Catachreſim accipitur etiam pro integro, illæſo, non mutilato. *Lucr. l.* 3. *v.* 718. Sin ita ſinceris membris ablata profugit, Ut nullas partes in corpore liquerit ex ſo. *Ovid.* 2. *Met.* Rurſus ſine vulnere corpus, Sincerumque fuit. *Cic. l.* 13. *Fam ep.* 51. Hoc mihi da, atque largire, ut M. Curium ſartum & tectum, ut ajunt, ab omnique incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum integrumque conſerves. *Gell. l.* 18. *c.* 10. Sinceriore corpuſculo fieri. h. e. a febri convaleſcere, & vires recuperare. *Plaut. Mer.* 2. 2. 16. Porci faceres ſinceri. h. e. integerrimi, & ad ſacrificium idonei.

Sinciput, itis, n. βρέγμα, pars capitis anterior, aures, temporaque complectens, ut occiput, pars poſterior, quaſi *ſemi caput*, ut inter alios auctor eſt *Velius Longus de Orthog.* Nempe quia eo dimidium capitis ſignificatur. Unde *Gl. Phil.* Sinciput, ἡμικεφάλιον. *Sidon. carm.* 5. *vers.* 422. Fortique lacerto Disjicit ancipiti miſerabile ſinciput enſe. ¶ Olim ſincipita vertina, ſive aprugna aceto condita, & ad uſum præparata in deliciis erant. *Plin. lib.* 8. *cap.* 51. Interdicta quoque cœnis abdomina, glandia, teſticuli, vulvæ, ſincipita verrina. Hinc *Juvenal. ſat.* 13. *vers.* 84. Comedam, inquit, flebile nati ſinciput elixi, Pharioque madentis aceto. ¶ Per Synecdochen ponitur pro capite. *Plaut. Men.* 3. 2. 41. Non eſt tibi ſanum ſinciput, adoleſcens.

Sindon, onis, f. σινδών, קְרִין, velum lineum, ſubtiliſſimum. Si *Lazaro Baſſio*, *l. de re veſtiaria*, credimus, ita dicta eſt a Sydone, quæ ſindone nobilis, uti & Tyrus, itidem Phœniciæ urbs, unde & Tyrium ſindonem Martialis vocat. *Mart. l.* 4. *ep.* 19. Nec ſic in Tyria ſindone turus eris.

Sine, senza, אִין, בְּלִי, בְּלֹא, Ger. *ohne*, Gal. *ſans*, Hiſp. *ſin*, ἄνευ, abſque, præp. ex iis, quæ abl. ſerviunt. *Cic. pro Quinct.* Qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio. *Id. pro Cœl. c. ult.* Homo ſine re, ſine fide, ſine ſpe, ſine fede, ſine fortunis. *Id. l.* 1. *de Orat.* ſine controverſia.

Singiberi, V. *Zingiberi*.

Singillo, onis, m. genus veſtis brevioris & ſimplicis, σπολάς. *Trebell. Poll. in Claud. c.* 17. Singiliones Dalmatenſes decem. Alii leg. *cingiliones*, h. e. parvos cinctus. Alii aliter.

Singillarius, a, um, adj. idem ac ſingularius, ut ſingillarius motus, apud *Tertull. de anima c.* 6

Singillātim, adv. *ſingolarmente*, אִחַר אִחַר, לְבַר, יְחִיד, Ger. *jedes beſonder*, Gall. *ſingulierement, chacun à part*, Hiſ. *ſingularmente*, κατ' ἕνα ἕκαστον, ſingulariter, ſecundum ſingulos. *Cic.* 5. *Tuſc.* Hæque voluptates ſingillatim extenuantur. *Id. Div. Ver. c.* 15. Singillatim unicuique reſpondere. ¶ V. quæ diximus in *Sigillatim*.

Singlariter, adv. per ſyncopem pro ſingulariter. *Lucret. l.* 6. *v.* 1065. Quæ memorare queam inter ſe ſinglariter apta.

Singularie, adv. idem quod ſingulariter. Uſus eſt hac voce *Cicero*, teſte *Chariſ. Grammat. l.* 2.

Singulāris, & re, o. 3. *ſingolare, unico*, יָחִיד, אֶחָד, Ger. *einig, allein*, Gal. *ſingulier, ſeul*, Hiſ. *ſingular*, ἑνικός, unicus. *Pl. l.* 28. *c.* 10. Democritus etiamnum effectus augeret ejus, qui ſingularis natus ſit. *Senec. in Tranq. v.* 1026. Secans fluctus rare ſingulari. *Auſon. in Perioch. l.* 7. *Iliad.* Ab Ajace prælium ſingulare conſeritur, *duello*. ¶ Singularis numerus apud Grammaticos eſt, quo unica tantum res ſignificatur. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. ¶ Verbis ſingularibus gratias agere, eſt iis verbis, quæ unum tantum, non etiam plures complectantur, *in termini particolari*. *Cic.* 4. *Caſil. c.* 3. Primum quod mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis. ¶ Locus ſingularis, apud *Suet. in Aug. c.* 72. eſt ſolitarius. ¶ Aliquando accipitur pro ſeparato, ſimplici, non compoſito. *Cic.* 1. *Acad. c.* 7. Quintum genus eſſe dicunt, e quo aſtra ſunt, menteſque ſingulares. ¶ Meraleptice ponitur pro excellenti, & tam in malum, quam in bonum ſumitur. *Cic.* 4. *Acad. c.* 43. Omitto, per ipſum Ariſtotelem nieo judicio in Philoſophia prope ſingularem. *Id.* 4. *Ver. c.* 7. Quo facilius de ſingulari ejus impudentia exiſtimare poſſitis.

Singularĭtas, atis, f. *ſingolarità*, יִחוּד. *Tertul. adverſ. Gnoſt. c.* 10. Salva & propietate generis, & ſingularitate.

Singulariter, adv. *ſingolarmente*, יְחִידִית, Ger. *ſonderlich*, Gall. *ſingulièrement*, Hiſp. *ſingularmente*, ἑνικῶς, numero ſingulari. *Charſ. l.* 1. Sunt quædam, quæ ſingulariter cum declinantur, in pluralibus mutant genera, hic locus, pluraliter hæc loca, & hi loci. *Quintil. l.* 9. *c.* 3. De pluribus ſingulariter: acer Romanus in armis. ¶ Accipitur etiam pro unice, magnopere, mirum in modum. *Cic.* 4. *Ver. c.* 47. Quem ego ſingulariter in Prætura mea dilexiſſem. *Plin. l.* 14. *ep.* 15. Rufum ſingulariter amo.

Singularſus, a, um, idem ac ſingularis. *Plaut. Capt.* 1. 2. 3. His indito catenas ſingularias, iſtas majores, quibus ſunt vincti, demito, hoc eſt ſimplices, minores, & leves, non duplices. *Gel. l.* 9. *c.* 4. Homo ſingulariæ velocitatis. *Id. l.* 17. *c.* 9. Literæ ſingulariæ ſine coagmentis ſyllabarum. *Cæſ Turpilium* apud *Non. c.* 8. *n.* 60.

Singulatim, adv. *ſingolarmente*, אִישׁ אִישׁ לִבְרֵהוּ, κατ' ἕνα ἕκαστον, unumquodque ſeorſum, vel per ſe, cui opponitur generatim, univerſe. *Cic.* 1. *de Inv.* Singulatim de unoquoque genere in ſecundo libro dicemus. *Id. l. Verr. c.* 15. Ut ea, quæ ſingulatim, ac diu collecta ſint, uno tempore univerſa perdamus. ¶ Vide quæ ſupra in *Sigillatim* adnotavimus.

* Singuli. V. *Singulus*.

Singultans, antis, o. 3. κλύων, qui frequentes ſingultus emittit. *Virg.* 9. *Æn. v.* 333. Truncumque relinquit Sanguine ſingultantem. *ideſt* cum ſingultu animam efflantem. *Sſat. l.* 5. *ſilv.* 5. *v.* 26. Verba ſingultantia. *h. e.* ſingultibus interrupta.

Singultātus, a, um, nom. particip. cum ſingultu emiſſus. *Ovid. l.* 3. *Triſt. eleg.* 5. *v.* 16. Et ſingultatis ofcula miſta ſonis.

Singultim, adv. μετὰ λυγμοῦ, cum ſingultu. *Apul. l.* 2. *A. A.* Lamentabiles queſtus ſingultim intrepebat. ¶ Singultim loqui, eſt loqui ſermone interrupto, & veluti voce identidem compreſſa, quod uſuvenire ſolet verecundis, & timidis natura. Talem locutionem ἐγκεκραμένον, vocant Græci. *Hor. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 56. Ut veni coram, ſingultim pauca locutus. *ideſt* verbis interruptis.

Singultĭo, is, ivi, itum, n. 4. *ſinghiottire*, אֲנַק, λύζω, ſingultum emitto. *Plin. l.* 34. *c.* 2. Non ſingultientibus, nec ſi cum febre dyſpnœa ſit, &c. *Colum. l.* 8. *c.* 12. *de pullis gallinaceis*: Sequitur gjex velut matrem, gallinam ſingulienteni.

Singultŭo, as, n. 3. frequenter ſingultio. *Stat. ſ. Theb. v.* 260. Trepidas in limine vitæ Singultant animas. *h. e.* cum ſingultu emittunt. V. *Singultans*.

Singultus, us, m. 4. *ſingulto, ſinghiozzo*, אֲנָקָה, Germ. *gluchzung, ſchluckz*, Gall. *le ſanglot, le hoquet*, Hiſp. *ſollico*, λυγμός, diſſentio ſpiritus, & interruptio in fletu. *Cic. pro Planc. c.* 31. Non modo lacrymulam, ſed mulas lacrymas, & ſingultum cum fletu videre potuiſti. ¶ Nèque ſolum hominis eſt ſingultus, verum etiam brutorum animantium. *Virg.* 3. *Georg. v.* 506. *de equis*: Imaque longo Ilia ſingultu tendunt. *Col. l.* 8. *c.* 5. Quod ſe facere gallinæ teſtantur crebris ſingultibus interjecta voce acuta.

Singŭlus, a, um, *ciaſcuno da per ſe*, אִישׁ אִישׁ, כָּל אֶחָד, Ger. *jeder beſonder*, Gall. *chacun ſeul*, Hiſp. *cadauno*, ἕκαστος, unuſquiſque per ſe, hoc eſt ſeparatim ab aliis. Fere uſurpatur in numero plurali, ut cætera diſtributiva. *Cic.* 3. *de Or. c.* 55. Refert etiam, qui audiant, Senatus, an populus, an Judices, frequentes, an pauci, an ſinguli. *Id. Att. l.* 9. *ep.* 18. Legiones ſingulas poſuit Brundiſii, Tarenti, Siponti, *una per luogo*. *Id. Agrar.* 2. *c.* 31. Deſcripſit dena jugera in ſingulos, *dieci per uno*. *Sueton. in Aug. c.* 37. Exegit etiam, ut quoties conſulatus ſibi daretur, binos pro ſingulis collegas haberet, *uno in vece di due*. ¶ Quando uſurpatur de tempore, adhibetur in abl. ſine præp. vel cum præp. *in*, vel in acc. cum præp. *in*, ut ſingulis horis, diebus, annis, vel in ſingulis diebus, vel in ſingulos dies. Fere tamen *in dies*, & *in dies ſingulos*, uſurpantur cum comparativo, aut verbo incrementi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 34. Quod efficitur in cælo ſingulis diebus, & noctibus. *Id. ibid.* Sol binas in ſingulis annis reverſiones ab extremo contrarias facit. *Id.* 4. *Ver. c.* 51. Lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Jovis Sacerdotem ſortito capi jubeat. *Id. Agr. l.* 3. *ep.* 7. Quotidie, vel potius in dies ſingulos breviores literas ad te mitto. *Id. l. Catil. c.* 2. Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. ¶ Interdum ſinguli dicuntur, qui ſoli, & ſolitarii ſunt. *Senec. de vita Sapien. c.* 27. Proderit tamen primo in ſeipſum ſecedere: meliores erimus ſinguli. *Id. l.* 4. *quæſt. nat. proem.* Quod eſt miſerrimum, numquam ſumus ſinguli. ¶ Uſurpatur & *ſingulus* in ſingulari num. pro ſingulari, unico. *Plaut. Piſtell.* 4. 2. 29. At at ſingulum video veſtigium. *Gell. l.* 18. *c.* 13. Nummo ſingulo multabatur, *& l.* 19. *c.* 8. Singulo numero dicenda ſunt. *Auguſt. l.* 1. *de doctr. Chriſt. c.* 5. Singulus quiſque deus eſt, *caduno*.

Sinis, is, m. Σίνις, crudeliſſimus latro Corinthi, qui Iſthmum obſidebat, & captos homines inflexis vi arboribus alligabat, remiſſisque diſcerpebat: unde πιτυοκάμπτης dictus eſt. Nomen habet a σίνω noceo. *Propert. l.* 3. *eleg.* 21. *v.* 37. Arboreaſque cruces Sinis, & non hoſpita Grajis Saxa, & curvatas in ſua fata trabes. *Stat.* 12. *Theb. v.* 576. Non trucibus monſtris Sinin, infandumque dediſti Cercyona?

Sinĭſter, ſtra, um, *ſiniſtro*, שְׂמֹאלִי, Ger. *linck, widerwertig*, Gal. *gauche, contraire*, Hiſ. *a ſiniſtra mano*, σκαιός, ἀριστερός, quod eſt ex parte manus lævæ. *Catul. carm.* 12. manu ſiniſtra non belle uteris. *Liv l.* 3. Duo extra ordinem millia, quæ in ſiniſtrum cornu Romanorum in ipſo certamine impreſſionem facerent, tenuere. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Siniſter pes. ¶ Metaleptice ponitur pro adverſo, noxio, infelici, quod quæ ſiniſtra manu fiunt, minus recte fieri videmus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 444. Arboribuſque, ſatiſque Notus, pecorique ſiniſter. *Id.* 9. *Ecl.* Siniſtra cornix. *Plin. ep.* 28. *l.* 7. Igitur ad alios hanc ſiniſtram diligentiam conferant. Sic ſiniſtra fama, & rumor ſiniſter, apud *Tacit. o. Ann. c.* 32. & *l.* 2. *hiſtor. c.* 93. Siniſtra interpretatio, *ſporca, malizioſa*, apud eund. *in Agric. c.* 5. ¶ Item pro parvo. *Ovid. a. Triſt. v.* 257. Quodcumque attigerit (*matrona*) (ſi qua eſt ſtudioſa ſiniſtri) Ad delinquendum doctior eſſe poteſt. ¶ In Auguriis apud Romanos accipiebatur pro proſpero, felici, læto, ſed apud alias gentes pro adverſo, infelici, triſti, ut Aves ſiniſtræ, auſpicia ſiniſtra *Auro apud Feſt.* A Deorum ſede cum in Meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes. Hinc factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra eſſe exiſtimentur. Hæc *Varro. Cic.* 2. *Div. c.* 35. Siniſtrum fulmen, auſpicium optimum habemus ad omnes res. *Id. l. b. c.* 39. Ita nobis ſiniſtra videntur, Grajis & barbaris dextra, meliora. *V. Lavat.* ¶ Gradus hujus vocis ſunt *ſiniſterior*, & *ſiſſimus*. *Cel. l.* 4. *c.* 1. Cor in pectore ſub ſiniſteriore mamma ſitum. *Feſtus*: Siniſtimum auſpicium. *Priſcianus l.* 3. *ſub init. ſiniſterior* contracte ſcribit.

Sinĭſtertas, atis, f. σκαιότης, σκαιοσύνη, שְׂמֹאלִית, imperitia, ruſticitas, cui opponitur dexteritas. *Plin. l.* 9 *ep.* 5. Plerique dum verentur, ne gratiæ potentium nimium impertiri videantur, ſiniſteritatis, atque etiam malignitatis famam conſequuntur.

Sinĭſtĭmus, V. *Siniſter*.

Sinĭſtra, æ, f. *mano ſiniſtra, mano manca*, שְׂמֹאל, Germ. *die lincke hand*, Gal. *la gauche, la main gauche*, Hiſp. *mano ſiniſtra*, σκαιά, ἀριστερά, manus læva. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 869. Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra. *Cic.* 1. *de Divin.* Cur a dextra corvus, a ſiniſtra cornix faciat ratum.

Sinĭſtra, adv. ἐπ' ἀριστερά, שְׂמֹאלָה, a parte ſiniſtra. *Cic.* 4. *Acad. c.* 40. Innumerabiles ſupra, infra, dextra, ſiniſtra, ante, poſt, alios diſſimiles, alios ejuſdem modi mundos eſſe?

Sinĭſtre, adv. *ſiniſtramente*, σκαιῶς, לְרַע, male, perverſe, in malam partem. *Tacit. hiſt. c.* 7. Cæterum utraque cædes ſiniſtre accepta. *Hor. de art. poet. v.* 452. deriſum ſemel, exceptumque ſiniſtre.

Sinĭſtrorſum, & Sinĭſtrorſus, adv. *verſo la ſiniſtra*, עַל שְׂמֹאל, Ger. *auff die linke hand*, Gall. *à la gauche*, Hiſp. *hacia la mano ſiguierda*, ἐπ' ἀριστερά, verſus ſiniſtram. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 50. Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit. *Cæſ. l.* 6. *B. G. c.* 25. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diverſis a flumine regionibus.

Sinĭſtroverſus, adv. idem ac ſiniſtrorſum. *Lactant. l.* 3. *c.* 6. Aut dextro, aut ſiniſtroverſus cecideruut.

Sinĭſtus, i, facerdos apud Burgundios omnium maximus, & perpetuus, obnoxius diſcriminibus nullis, ut Reges, *Ammian. l.* 28. *c.* 5.

Sinnadicus. V. *Synnadicus*.

Sino, is, ivi, situm, n. 3. *permettere, lasciare*, נָתַן, חָרְפָּה, חָדַל, עָבַד, חָנִיתָ, Ger. *laſſen, zulaſſen*, Gal. *laiſſer faire, permettre*, Hiſ. *dexar, permitir*, ἐάω, ἐπιτρέπω, ἀφίημι, permitto, patior. *Cic. Catil. l.* 1. *c.* 5. Non feram, non patiar, non ſinam. *Id. Phil.* 11. *c.* 13. Qui latrocinium in Syriam penetrare ſiviſſet. *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. Concionatus eſt, comitia haberi non ſituram. *Id. pro Sex. cap.* 44. Accuſare eum per Senatus auctoritatem non eſt ſitus. *Ter. Andr.* 5. 3. 50. Sine te hoc exorem. *Liv. l.* 2. *c.* 40. Sine ſciam. *Virg.* 4. *Georg. v.* 6. Si quem Numina læva ſinorem. ¶ Cum dativo *Juvencus l.* 2. *v.* 24. Et ſine defunctis defunctos condere terræ. Interdum ponitur pro relinquere. *Plaut. Pſeud.* 6. 7. 14. Nam me in taberna uſque adhuc ſineret Syrus. ¶ *Sirim, is, it*, pro *Siverim, is, it*. *Liv. l.* 24. *c.* 24. Ne ſitue Jupiter Opt. Max. ſirit. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 120. Per deos, atque homines dico, ne tu illum agrum tuum ſiris unquam fieri. *Id. Pœn.* 5. 1. 20. Ut meas gnatas reperire me ſiritis. *Id. Bacch.* 3. 3. 64. Ne Dii ſirint. ¶ *Siſtis* pro *ſiſtis* legitur apud *Cic. pro Planc. c.* 37. *in fin.*

Sinon, onis, m. filius Siſyphi. Hic cum Græcis Trojam profectus, poſt bellum decennale ab iiſdem ſubornatus, ſua ſponte ſe Trojanis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi, & Trojanis Græcos abiiſſe, & equum ligneum pro voto Minervæ relictum, atque ideo in urbem recipiendum eſſe perſuaſit, ex quo Ilii incendium ſecutum eſt. *Virg.* 2. *Æn.* Sed ſecundum Euphorionem hoc ab Ulyſſe factum eſt. Hujus inventum fuit fictitiorum ſpeculatio. *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Sinope, & Synope, es, f. *Sinopi*, urbs Aſiæ min. in Paphlagonia, in ora Ponti Euxini, cum portu, regia Mithridatis, patria Diogenis Cynici, condita, a Macritio Coo anno, quo Lipara. Ei adjacet fluvius etiam Sinope dictus. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 109. Aſſyrios complexa ſinus ſtat opima Sinope.

Sinopēus, ei, m. σινωπεύς, qui eſt ex Sinope urbe. *Ovid. r. ex Pont. ep.* 3. *v.* 67. Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus. *Plaut. Cure. a.* 3. *v.* 73. Sinopeas, Arabas, Caras. ¶ Legitur & *Synopeus*.

Sinopĭcus, a, um, Sinopenſis, ſe, quod ad Sinopem urbem ſpectat, ut Sinopica rubrica, apud *Celſ. l.* 6. *c.* 6. & *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. *Pe. l.* 6. *c.* 2. V. dictionem ſeq.

Sinōpis, idis, f. *ſinopia*, שָׁשִׁי, σινωπίς, σινώπη, rubricæ genus præſtantiſſimum. Sic dicebatur a Sinope urbe Ponti, unde & γῆ Ποντική, terra Pontica, item rubrica Pontica dicebatur. Sed generatim pro rubrica ſumebatur, ut magnes proprie, qui ex Magneſia, ſed generatim ſic vocatus lapis, qui ferrum trahit. *Plin. l.* 35. *c.* 5. Sinopis inventa eſt primum in Ponto, inde nomen, a Sinope urbe. Naſcitur & in Ægypto, Balearibus, Africa; ſed optima in Lemno, & in Cappadocia, effoſſa e ſpeluncis, &c. Sed *Strabo l.* 12. fic ſcribit! In Cappadocia naſcitur ea, quæ Sinopica rubrica dicitur, omnium optima, quæ cum Iberica decertat. Idcirco Sinopica appellatur, quod eo mercatores eam deferebant, prius quam Epheſiorum emporium tam celebre eſſet.

Sinuāmen, inis, n. curvatio, inflexio in modum ſinus. *Prudent. in Pſychom. v.* 873. Sinuamine ſubter Subductus concha in ſpeciem.

Sinuarĭo, onis, f. κόλπωσις, חֵיק, curvatio inſtar ſinus. *Fulgent. l.* 1. *Mythol. p. m.* 26. Corniculata Lunæ ſinuatio.

Sinuātus, a, um, *curvato, curvo*, κεκαμμένος. *Plin. l.* 2. *c.* 9. Luna ſinuata in orbem. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 51. curvos ſinuatus in arcus.

Sinueſſa, f. 1. pius Sinope, col. & urbs exc. Campaniæ, in ora, ubi Maſſicus M. diſſinit, ubi nunc *Rocca di Mondragone*. *Liv. l.* 10. in ſaltu Veſtino Sinopa dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde a Romanis colonis appellata. *Silius l.* 8. *v.* 529. tepentem Sinueſſam appellat, propter thermas, quæ ibi fuere. V. *Plin. l.* 31. *c.* 2.

Sinueſsānus, a, um, adj. ad Sinueſſam pertinens. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. *v.* 5. Inter Minturnas, Sinueſſanumque Petrinum.

* Sinum. V. *Sinus*.

Sinĭto, as, a. 1. *torcere, incurvare*, כָּפַף, Ger. *biegen, ſich rencken od. falten*, Gal. *courber, torſuer en pluſieurs plis*, Hiſ. *corbar, entorcer*, κάμπτω, curvo, in ſinus flecto. *Virg.* 2. *Æn. v.* 208. Sinuantque immenſa volumine terga. *Ovid.* 2. *Met. in fin.* Tremulæ ſinuantur flamine veſtes. *ideſt* formantur, rugantur, in ſinus colliguntur. ¶ Interdum notat cavare. *Celſ. l.* 7. *c.* 2. Qui proxima, & adhuc ſana rodendo ſinuet.

Sinuōſe, adv. involute, obſcure. *Gell. l.* 12. *c.* 5. Dicam ego indoctius, ut ajunt, & apertius, quæ fuiſſe dicturum puto ſinuoſius, & folertius.

Sinuōſus, a, um, *torto, curvo*, כָּפוּף, Ger. *das viel krumm hat, voll krummer rencken*, Gal. *qui à pluſieurs plis, & détours*, κολπώδης, curvatus, inflexus, in modum ſinus. *Virg.* 12. *Æn. v.* 753. Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina vertat. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Cor prima domicilia intra ſe animo, & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. ¶ Translate ponitur pro involuto, obſcuro, tecto. *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Sinuoſa narratio. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 27. Sinuoſo in pectore figere. *h. e.* intimo.

Sinus, i, m. *vel* Sinum, i n. vaſis genus ita dictum, teſte *Varr. l.* 4. *L. L.* quia majorem cavationem, quam pocula, habeat. *Virg. in Ecl.* 7. *v.* 33. Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis Expectare ſat eſt. *Plaut. Curc.* 1. 1. 83. Hic cum vino ſinus fertur.

Sinus, us, m. *ſeno*, חֵיק, Ger. *der buſen*, Gall. *le ſein*, Hiſp. *ſeno*, κόλπος, pars illa, quæ eſt intra pectoris, brachiorumque complexum. *Virg.* 4. *Æn.* Sinum lacrymis implevit obortis. ¶ Geſtare aliquem in ſinu, eſt fovere, impenſe amare. *Terent. Adelph.* 4. 5. Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu? ¶ *In tutum ipſius ſinum inſpue*, prov. cum admonemus aliquem, ut domeſticorum malorum recordatione, deſinat arrogantius inſectari vitam alienam. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Veniam quoque a Deis ſpei alicujus andacioris petimus, in ſinum ſpuendo. ¶ In ſinu gaudere, eſt tacitam apud ſe voluptatem ſentire, neque vulgo proferre gaudii notas. *Cic.* 3. *Tuſc.* Ut in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. *Prop. l.* 2. *el.* 26. In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu. ¶ Metonymice capitur pro præcordiis. *Ovid. ep.* 5. Attoniri micuere ſinus, geliduſque cucurrit, Ut mihi narrati, dura per oſſa timor. ¶ Translate ſumitur pro intima quadam familiaritate, vel amicitia. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 4. Iſte vero ſit in ſinu ſemper, & complexu meo. *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 12. *de Pompejo*: Mihi crede, in ſinu eſt, neque ego diſſimulo. ideſt eum amo, eſt mihi amiciſſimus, neque hanc amicitiam diſſolvere cogito. *Id.* 3. *Verr.* Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit. ideſt ex ſuis intimis, & maxime familiaribus. ¶ Item pro poteſtate. *Scævola, l. qui teſtamentum, ff. de probation.* Quod omnem fortunam, & ſubſtantiam, ſiquam a matre ſuſceperat, in ſinu meo habui ſine cautione. ¶ Item pro ſecuritate, & præſidio. *Plin. in Paneg.* Geſtus Conſulatus non in hoc urbis otio, & intimo ſinu pacis. ¶ Hinc autem per translationem de laxitatibus veſtium, quæ inter plicas intermediæ ſunt. *Virg.* 1. *Æn.* Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentes. ¶ In toga Romana ſinus erat pars quædam laxior, & tanquam excurrens in dextram partem, ut cum corpus toga amictum, involutumque eſſet, a dextra in ſiniſtrum humerum rejiceretur, & e ſiniſtro humero in brachium plerumque deſcenderet. & ab ea excipereetur, aut ipſum involveret. *Suet. in Cæſ. c.* 82. Toga cavato obvolvit, ſimul ſiniſtra manu ſinum ad imi cruris genua adduxit. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 171. Terre riore in duas plicis caudas deſinit. Quidam deducunt, ἀπὸ τῶ σύρειν, quod delenifico cantu attraherent navigantes. Unde & Syrenes per *y* ſcribere malant. Quam opinionem merito damnat *L. Joh. Scoppa l.* 1. *Collect. cap.* 30. Nam græc. dicuntur σειρῆνες, ut autem mutatur in *i*. Sirenes ſecundum fabulas tres ſororee fuere, filiæ Acheloi fluminis, & Calliopes Nymphæ, quarum nomina fuerunt Parthenope, Lygia, & Leucoſia. Sed ſecundum *Leontium* fuerunt filiæ Achelor ſi. & Terpſichores Muſæ, & quatuor fuere, his nominibus, Aglaoſis, vel Aglaope, Thelciope, Piſno, Ilyge, ſeu Lygia. Prim

¶ Fuerunt, qui & aves quasdam in India esse tradiderint, Sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, ut deinde somno gravatos lacerarent, ut narrat *Plin. l.* 10. *c.* 49. *Virg.* 5. *Æn. subfin.* Jamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat. ¶ Translate *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 14. Vitanda est improba Siren desidia. ¶ *Suet. illustr. Grammat. c.* 11. narrat, Valerium Catonem propter suavitatem carminum, Latinam Sirenem appellatum fuisse.

Sirenæus, a, um, ad Sirenas pertinens. *Hieronym. ep.* 62. *c.* 2. Sirenæos cantus obturata aure pertransiit.

Sirênes, um, f. 3. genus fucorum, ut nymphæ genus apum. *Plin. l.* 11. *c.* 16. Cætera (*apum*) turba, cum formam capere cœpit, nymphæ vocantur, ut fuci, sirenes, aut cephenes.

Sirenîus, a, um, adj. ad Sirenas pertinens. *Gel. l.* 16. *c.* 8. Tanquam ad Sirenios scopulos consenescas.

Sirenûsæ, f. *le Sirene*, tres Insulæ velut scopuli in sinu Pæstano, apud prom. Sirenussarum, quod sinum prædictum finit, quarum propior Leucosia, sive Leucasia, *la Licosa*, dicitur, altera Parthenope, *S. Pietro*, tertia Ligia, *Gale*, seu *la Galetta*, & aliis *il Gallo*. Nomen accepere a Sirenibus, quæ apud illud prom. sepultæ sunt. *Plin. l.* 3. *c.* 10.

Siriăcus, a, um, adj. a Sirio astro. *Avien. in Arat. v.* 285. Et ceu Siriaco torretur spica colore.

Siriăsis, is, f. σειριασις, morbus ex inflammatione membranarum cerebri cum corporis totius siccitate, qualem vehemens Solis æstus tempore solstitii, aut diebus canicularibus soler afferre, imprimis pueris, quem fortasse solstitialem morbum *Plautus* vocat in *Trinummo a.* 2. *sc.* 4. Est a σειριαω, quod a σειριος, *Sirius*. *Plin. l.* 22. *c.* 21. Folia insantium distillationibus, quod siriasin vocant, illita medentur. *Id. l.* 30. *c.* 15. Ossibus in canino fimo inventis aduktio infantium, quæ vocatur siriasis, adalligatis emendatur.

* **Siricus**, & **Siricarius**, *pro* Sericus & Sericarius, nomen equi circensis apud *Gruter. p.* 341. vel a gente, vel a pili mollitie appellatur.

Sirim, is, it, V. in *Sino*.

Sirio, m. 3. *Seno*, *Senas*, fl. Magnæ Græciæ, in Lucania trans Apenninum *M.* Oritur in lim. Calabiæ cit. Grumentum rigat, & prope opp. Sirim, *Torre di S. Basilio*, in fin. Tarentinum se exonerat. *Plin. l.* 3. *c.* 11.

Sirium, i, neut. herba, alio nomine Artemisia, & Serpyllum majus. *Apul. de herb. c.* 10.

Sirius, ii, m. σειριος, הכוכב, stella in ore Canis, quæ cum Sole conjuncta æstum ejus duplicat, mortalinmque corpora nimio calore languida reddit. *Virg.* 3. *Æn. v.* 341. tum steriles exurere Sirius agros. ¶ Adjective ponitur pro nimis fervido, ut Sirius ardor. *Virg.* 10. *Æn. v.* 273. Sirius vapor. *Prudent. in hymn. Epiphan. v.* 22. V. *Canicula*.

Sirmio, onis, f. peninsula in lacu Benaco prope Veronam, *Sermione*. *Catul. carm.* 32. Peninsularum Sirmio, insularumque ocelle.

* **Sirpatus**. V. *Sirpo*.

Sirpe, is, n. pars quædam silphii, quæ magnę existimationis, & pretii erat, vel ipsum laserpitium. *Plant. Rud.* 3. 2. 15. Si speras tibi hoc anno multum futurum sirpe, & laserpitium. ¶ Scribitur & *Syrpe*. *Solin. c.* 40. Apud *Cyrenenses* syrpe gignitur, odoratis radicibus, &c.

* **Sirpĕa**, *vel* Scirpea, æ, f. *gratticie*, corbis ampla ex viminibus, quæ plaustro imponitur vehendo stercori, aliave qua re minuta. *Varr. l.* 4. *L. L. c.* 34. Sirpea quæ virgis sirpatur. Adde *Cat. R. R. c.* 11. & 11. *Ovid. 6. Fast. v.* 689.

Sirpĭces, um, iidem qui irpices. *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 31.

* **Sirpicŭla**, & **Sirpiculus**, i, m. *ceftella*, dim. a Sirpea, vel Sirpus. V. per sc. ¶ Sirpiculæ falces, *Cat. R. R. c.* 11. *Varr. R. R. l.* 1. *c.* 22. quibus in alliganda vinea utuntur.

Sirpĭcus, *vel* Syrpicus, a, um, adj. a Sirpo, ut Sirpicum lac, idem quod silphii succus, seu laser. *Solin. c.* 40. Lac sirpicum usu derivante laser nominatum.

Sirpo, (*rectius quam* Scirpo) as, a. 1. necto, ligo, vincio. Usus est *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 31. qui dici ait dolia sirpata, cum alligata sunt.

Sirpus, cum derivatis. V. *Scirpus*.

Sirrĭgus, i, m. animal quoddam, quod nec quale esset, nec ubi nasceretur, traditum est ab auctoribus. Ita *Plin. l.* 30. *c.* 15. ubi *Hardouinus* ex *MSS. Subingui* legit *Sirulegus*.

Sirus, i, m. spelunca subterranea condendo, & asservando frumento effossa. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 57. Quidam granaria habent sub terris, spelunças, quas vocant σιρους, ut in Cappadocia, & Thracia. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Transmarinis quibusdam provinciis puteorum in modum, quos appellant siros, exhausta humus, editos a se fœtus recipit. Adde *Curs. l.* 7. *c.* 4. ¶ Quidam scribunt *Syrus*, sed minus recte.

Sis, *se vuoi*, רוצה, אם יפה, si vis. Particula est Comicis familiaris, ac *Ciceroni* quoque, & aliis usurpata ad imperium leniendum. *Don. in Eun. a.* 4. *sc.* 7. Quia imperativa verba sunt contumeliosa, addebant veteres, sis, quod significat, si vis. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 16. Age nunc refer animum, sis, ad veritatem. *Plaut. Amph.* 2. 1. 38. Jam sequere, sis, herum. *Id. Asin.* 3. 3. 89. Age sis, hunc delude. *Persa t. v.* 107. Vide sis, ne majorum tibi forte Linina frigescant. *Plaut. Cas. l.* 6. 49. Age sis, & *Pœn.* 1. 2. 15. Apage sis. ¶ Usurpatur interdum simpliciter extra imperativum modum. *Plaut. Asin.* 3. 3. 93. Quæso hercle, Libane, sis herum tuis factis suspitari, da mihi istas viginti minas.

Sis, pro suis, apud vet. *Enn.* apud *Fest.* Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit.

Sisăpo, ônis, f. *Fuente*, *Oveiuna*, oppidum Hispaniæ Bœticæ, ubi præstantissimum minium fodiebatur. *Plin. l.* 3. *c.* 1. & *l.* 33. *c.* 7. Hinc *Cic. Phil.* 2. *c.* 19. Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres, præter unum Misenum, quod cum speciis, tanquam Sisaponem tenebas? Ubi *Turnebi. l.* 10. *c.* 12. alludit, inquit, ad miniaria metalla Sisaponensium, quæ societates publicanorum exercebant; dicit enim, Antonium non unum possessorem Miseni fuisse, sed possessionis socios habuisse multos.

Sisaponensis, se, adj. ad Sisaponem pertinens, ut Sisaponensis regio. *Plin. l.* 33. *c.* 7.

Sisăra, æ, f. herba apibus gratissima, quam & ericem vocant. *Plin. l.* 11. *c.* 16.

Sisenna, æ, m. L. Sisenna antiquus fuit Romanæ historiæ scriptor, doctus vir, & studiis optimis deditus, bene Latine loquens, non sine facetiis. Ita eum laudat *Cic. in Brut. c.* 64.

Siser, eris, n. *s. i*σαρον, herba pastinacæ non dissimilis, quæ hodie vulgo sernilla, sive chervilla appellatur. *Plin. l.* 19. *c.* 9. Inter medica dicendum siser, & ipsum Tiberius Princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis a Germania. Gelduba appellatur castellum Rheno impositum, ubi generositas præcipua. Ineft longitudine nervus, qui decoctis extrahitur, amarstudinis tamen magna parte relicta, quæ multo in cibis temperata, etiam in gratam vertitur. *Col. l.* 14. *c.* 3. Pastinaca, & siser, atque inula convalescunt alte pastinato, & stercorato solo. ¶ Usurpatur etiam in masculino genere. *Plin. l.* 20. *c.* 5. Hicesius ideo stomacho utile videri dixit, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret.

* **Siserbitum**, *pro* Sisymbrium. *Apul. de herb. c.* 94.

Siserna, æ, m. L. Sisenna antiquus fuit Romanæ historiæ scriptor, doctus vir, & studiis optimis deditus, bene Latine loquens, non sine facetiis. Ita eum laudat *Cic. in Brut. c.* 64.

Siser, eris, n. *s. i*σαρον, herba pastinacæ non dissimilis, quæ hodie vulgo sernilla, sive chervilla appellatur. *Plin. l.* 19. *c.* 9. Inter medica dicendum siser, & ipsum Tiberius Princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis a Germania. Gelduba appellatur castellum Rheno impositum, ubi generositas præcipua. Ineft longitudine nervus, qui decoctis extrahitur, amarstudinis tamen magna parte relicta, quæ multo in cibis temperata, etiam in gratam vertitur. *Col. l.* 14. *c.* 3. Pastinaca, & siser, atque inula convalescunt alte pastinato, & stercorato solo. ¶ Usurpatur etiam in masculino genere. *Plin. l.* 20. *c.* 5. Hicesius ideo stomacho utile videri dixit, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret.

* **Sisichthon**, ônis, m. σισιχθων, terram quatiens, Neptuni epithet. apud *Ammian. l.* 17. *c.* 7. al. 16.

Sisŏn agrion, herba caule fœniculi, radice magna, nigra, & gravissimi odoris, succo plena, flore nigro, alio nomine peucedanos, & pinastellus. *Apul. de herb. c.* 94.

Sispes, & **Sispita**, *pro* Sospes, & Sospita dixisse aliquando veteres, probat *Reinesius Inscript. no.* 9. 383. his verbis: Sacerdos Junonis Reginæ Sispitæ, &c. & paucis interjectis: Sacerdotes Jovi Sisp. h. e. Sispiti. *Juno Sispita* legitur etiam in *numo Commodi* apud *Vaillant.* & *in Musæo Thevpoli*.

* **Sistento** pro sustento, legunt quidam apud *Tacit. Ann.* 15. *cap.* 38. *Plaut. Trucul* 2. 2. 14.

Sisto, is, stiti; statum, 3. 4. *formare*, העמיד *sich stellen*, *still stehen*, Gal. *arrêter*, *retenir*, Hisp. *estancar*, *detener*, *εφιστημι*, stare facio, coerceo, reprimo, seu retineo, ab ἱστημι. *Tacit.* 12. *Ann. c.* 39. Nec ideo fugam sistebat. *Ovid. 7. Met. v.* 711. Sistere querelas. *Virg. 6 Æn. v.* 465. Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro. ¶ Præteritum habet *stiti*, non *steti*. *Gel. l.* 2. *c.* 14. In libro vetere M. Catonis, qui inscribitur contra Tiberium exulem, scriptum quidem sic erat: Quid si vadimonium capite obvoluto stitisses? Recte ille *stisses* scripsit; sed falsi & audaces emendatores *ster isses* fecerunt, tamquam *stitisses* vanum & nihili verbum esset. Quin potius ipsi nequam & nihili sunt, qui ignorant *stitisses* dictum a Catone, quoniam sisteretur vadimonium, non staretur. *Ulp. l.* 1. *ff. de eo, per quem factum erit*, &c. Si reus dolo actoris non stiterit, non habebit ex hoc edicto adversus eum actionem. ¶ In supino habet *statum*, non *sistum*. Patet ex participio passivo *status*, & ex præterito *status sum*. *Ulpian. l.* 1. *ff. si ex noxali causa*: Non videri in eadem causa statum. ¶ Sumitur etiam pro statuere, constituere, ut fana, vel templa sistere. *Tac. 4. hist. c.* 33. Haruspices monuere, templum iisdem vestigiis sisteretur. *Festus*: Sistere fana cum in urbe condenda dicitur, significat loca in oppido futurorum fanorum constituere, quod Antistius Labeo ait, in commentario quintodecimo Juris Pontificii, fana sistere esse lectisternia certis locis, & Diis habere. *Paul.* apud *Fest.* Sistere fana eam dicerent, significabant lectisternia certis in fano locis componere. ¶ Item pro confirmare, corroborare, & quasi nutantem fulcire. *Virg. 6. Æn. v.* 857. Hic rem Romanam magno turbante tumultu sistet eques. *Plin. in Paneg.* Magnum hoc tunm non erga homines modo, sed erga tecta ipsa meritum sistere ruinas, solitudinem pellere. ¶ Item pro præsentare, & quasi præsentiam corporis exhibere. *Plaut. Cure. l.* 3. 6. Ubi tu es, qui me libello Veneris citasti? ecce me, Sisto ego tibi me, & mihi contra itidem te ut sistas, suadeo. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 25. Ut te ante Calendas Januarias, ubicumque erimus, sistas. *Ulpian. l. si servum, ff. si ex noxali causa agatur*: Si servum in eadem causa sistere quis promiserit, & liber factus sistatur. *Id. l.* 1. §. 1. *ff. de eo per quem*, &c. Qui impedit aliquem judicio sisti. *Id. ibid.* Verum qui alios quoque rogaverit, ut eum detinerent, vel abducerent, ne in judicio sisteret. ¶ Sistere vadimonium, est, obire, h. e. se in judicio sistere. *Cic. pro Quintt. c.* 8. Venit Romam Quintius; vadimonium sistit. ¶ Est etiam verbum neutrum, & ponitur pro consistere, stare. *Cic.* 5. *Ver. c.* 96. Qui Rempub. sistere negat posse, ni, &c. *Virg. 1. Georg. v.* 479. Sistunt amnes, terræque debiscunt. Aliqui subintelligunt *suos cursus*. ¶ Usurpatur impersonaliter. *Ulpian. l. ult. ff. si quis in jus vocatus*, &c. Cum quis in judicium sisti promisit, neque adjecit pœnam, si statum non esset.

Sistrăcus, a, um, qui sistrum gerit. *Marsial. lib.* 12. *epigr.* 29. *de Ægyptiis*: Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba.

Sistrum, stri, n. σειστρον, crepitaculum æneum, quo Ægyptii Sacerdotes in Isidis sacris uti solebant, ἀπὸ τῦ σεἰειν: hoc est a quatiendo, propterea quod concussum argutum, sonorumque edeter tinnitum. *Ovid. 2. Amor. el.* 13. *v.* 11. Per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi. *Martial. l.* 9. *epig.* 54. Hæc quatiat tenera garrula sistra manu. ¶ Hoc instrumentum apud Ægyptios vicem tubæ exhibebat. *Virg. 8. Æn. v.* 696. Patrio vocat agmina sistro.

Sisŭrna, æ, f. vulgare stragulum, vel tunica ex pellibus. *Ammianus l.* 16. *c.* 6.

Sisymbrium, ii, n. herba. *Plin. l.* 20. *c.* 22. Sisymbrium silvestre a quibusdam thymbræum appellatur, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis nascitur, simile nasturtio est. Quod in sicco orrum, odoratum est, & inseritur coronis. Hæc *Plin. Ovid. 4. Fast. v.* 869. Cumque sua dominæ date grata sisymbria myrto.

Sisyphĕius, a, um, Sisyphius *Avien. in Arat. v.* 597. *de Merope*. Postquam Sisypheia vincla, Et thalamos sævo sortira est omine divum.

Sisyphĭdes, æ, m. patronymicum, Ulysses Syiphi filius ex Autolica, quam Laertæ desponsatam ille violaverat. *Ovid. 3. de ar. am. v.* 313. His sua Sisyphides auditis pene resolvit Corpora: nam sociis illita cera fuit.

Sisyphĭus, a, um, adj. a Sisypho. *Propert. l.* 2. *eleg.* 20. Tumque ego Sisyphio saxa labore geram.

Sisyphus, m. 2. Σισυφος, Æoli filius, frater Crithei, Salmonei, Iphiclei, ætate Danai Regis Argivorum, vel certe Lycei filii Ægisthi, qui Danao successit. Uxorem duxit Meropem filiam Atlantis. Secundum *Eusebium* condidit Ephyren urbem, quæ deinde Corinthus appellata est. *Ovid. 4. Fast. v.* 275. Sisyphus alter, filius Æoli, regnante Athenis Ægæo, mortalium omnium suæ ætatis astutissimus. Hic cum isthmum occupavisset inter duo maria Jonium, & Ægæum, & latrocinatis Acticam infestaret, homines, quos in suam potestatem redegisset, ingenti saxi pondere oppressos interficiebat, ut *Lactantius* scripsit, vel, ut *Servius*, eos sibi pedes abluere jubebat, optime intentos calce in mare dejiciebat. Tandem a Theseo interfectus est. Itaque Poetæ fabulantur, Sisyphum hunc eo supplicii genere apud Inferos plecti, ut saxum ingens in montis cujusdam verticem cogatur provolvere, quod cum ad summum pene extulerit, repente deorsum relabitur. *Ovid. 4. Met. v.* 459. Aut petis, aut urges rediturum Sisyphe saxum.

Sisyrinchium, ii, m. σισυριγχιον, genus bulbi. *Plin. l.* 19. *c.* 5.

Sitanĭus panis dicitur a *Plin. l.* 22. *c.* 25. qui conficitur ex quodam tritici genere, V. *Alicastrum*.

Sitarchia. V. dictionem sequentem.

Sitarchia, æ, f. σιταρχία, יצרת, viaticum, sive commeatus nauticus, *provvisione di vitto per navigare*, a σῖτος, *cibus*. Usurpat hanc vocem *Hieronym.* in vita Malchi *prope fin.* item *Vetus Juvenalis Scholiast. in sat.* 12. *v.* 61. Sic *Apul. lib.* 2. *Met.* Hæc enim sitarcia navigio Veneris indiget sola. Plures tamen hic leg. *sitarchias*, σιταρχίας, h. e. præfectura nautici viatici.

Sitella, æ, f. κελεβίδιον, parva situla, dim. Accipitur frequenter pro ea urna, e qua sortes duci consueverant. *Plaut. Cas.* 2. 5. 34. Conjiciam sortes in sitellam, & sortiar tibi, & Chalino. *Liv. l.* 25. *c.* 3. Tribuni populum summoverunt: sitellaque allata est, ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent. ¶ Item pro vase, in quo suffragia diribenda ponuntur. *Cic. in fragment. oration. pro Cornel.* apud *Ascon.* Dum tabellæ diribentur, dum sitella defertur.

* **Sithon**, σἰθων, thrax. *Ovid. 3. Fast. v.* 719. al. Dithonas.

Sithonĭa, f. 1. regio Thraciæ, apud lim. Macedoniæ, & oram maris Ægæi, ubi Sithon M. Hinc

Sithonĭis, idis, f. quæ est e Sithonia regione. *Ovid. Heroid. epist.* 2. *v.* 6. Nec vehit Actæas Sithonis unda rates.

Sithonĭus, a, um, adj. a Sithonia, ut Sithoniæ nives, apud *Virg. Ecl.* 10. *v.* 66.

Siticulæ, m. 3. qui apud sitos, idest mortuos, & sepultos canere soliti erant honoris causa cantus lamentabiles, a *situ*, & *cano*, ut *Liticines* a *lituus*, *tubicines* a *tuba*. *Gel. l.* 20. *c.* 2. ex Attejo Capitone. Usus est hac voce *Cato* apud eumdem *ibid.* & apud *Non. c.* 1. *n.* 268.

Siticulōsus, a, um, σκληρόξυλος, *Cels. l.* 5. *c.* 19. *n.* 5. Emplastrum, quod perviride est, fmaragdinum appellatur. *Martian. Capel. l.* 1. *p.* 17. Smaragdinea viriditas. *Venant. Fort. l.* 8. *carm.* 6. *v.* 28. Et smaragdineo janua poste viret.

Smaragdĭres, æ, m. dictus est mons juxta Carchedonem, in quo smaragdi legebantur. *Plin. l.* 37. *c.* 5.

Smaragdus, i, m. 2. *fmeraldo*, פטדת, Ger. *fmarag*, od. *fchmaral*, Gal. *une émeraude*, *pierre precieuse*, Hisp. *la esmeralda*, σμάραγδος, gemma viridis, & translucida, tertiam in ordine gemmarum nobilitatem obtinens. *Plin. l.* 37. *c.* 5. Tertia auctoritas fmaragdis perhibetur pluribus de causis. Nullius color aspectu jucundior est, &c. ¶ Penultima hujus vocabuli longa est. *Ovid. l.* 2. *Am. el.* 6. Tu poteris virides pennis hebetare fmaragdos. Sed interdum correpta invenitur. *Martial. l.* 5. *epigr.* 21. Sardonychas, fmaragdos, adamantas, jaspidas uno portat in articulo. ¶ Sumitur interdum pro colore viridi. *Phædr. l.* 3. *fab.* 19. *de pavone*. Nitor fmaragdi collo præfulget tuo. *Auct. carm. de Phœnice*, qui ab aliquibus *Lactantio* tribuitur: Albicat insignis misto viridante fmaragdo.

Smaris, idis, f. σμαρίς, pisciculus marinus litoralis, qui a *Gesnero* Mœna candida vocatur. *Plin. l.* 32. *c.* 6.

Smectĭcus, a, um, σμηκτικός, quod habet vim abstergendi, & purgandi, idem ac fmegmaticus. *Plin. l.* 30. *c.* 4. Omnium quidem cochlearum cinis spissat, calfacit fmectica vi.

Smegma, atis, n. σμῆγμα, בורית, omne medicamentum, quod valet ad emaculandum, & abstergendum, a σμήχω, abstergo. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Si vero cœlesti aqua decoquantur, succus ille fmegma fit, quo solent fovere gangrænas. *Id. l.* 24. *c.* 7. Masticbe lentifci replicandis palpebris, & ad extendendam curem in facie, & fmegmata adhibetur. ¶ Græce σμῆγμα significat etiam massam ex variis odoramentis confectam ad abstergendas manus, ut ex *Antiphane* apud *Athenæum* ostendit *Fulv. Ursin. in append. de triclin.*

Smegmatĭcus, a, um, σμηγματικός, quod habet vim detergendi. *Plin. l.* 31. *c.* 7. Sudorem ciet, alvum solvit in vino, & aqua, acopicis, & fmegmaticis utilis. Alii leg. *fmecticis*.

* **Smerdaleos**, a, um, *trux*, *horribilis aspectu*, σμερδαλέος. Auct. *Priapar. car.* 68. obsceno sensu. Confer *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 336. *Sat.* 9. *v.* 43.

Smilax, acis, f. *fmilace*, σμίλαξ, nomen puellæ cujusdam, quæ amore Croci pueri capta extabuit, & in herbam sui nominis mutata est, ut est apud *Ovid. l.* 4. *Met. v.* 283. Hujus autem herbæ, quæ folio est hederaceo, flore candido, lilium olente, duo genera refert, *Plin. l.* 24. *c.* 10.

Smilium, ii, n. σμίλιον, nomen collyrii apud *Celsi. l.* 6. *c.* 6.

alicujus rei cupiditate. *Cic. Parad.* 1. *c.* 2. Neque enim unquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 23. Argenti sitis importuna, famesque. *Juvenal. Sat.* 10. *v.* 140. Famæ sitis.

Sitista ova. V. *Schistum*.

Sititor, oris, m. qui sitit, διψῶν, διψητικός. Translate *Apulej. l.* 1. *Met. sub init.* Sititor novitatis.

Sitīve, adv. *quanto al sito*, quoad situm. *Terr. adv. Prax. c.* 29. Licet aqua fontis sitive patiatur in fluvio.

* **Sitônes**, σιτωνες, *magistrati alle biade*, curatores rei frumentariæ. *Papyr. Justin. D. l.* 50. *t.* 8. *leg. ult.*

Sitonĭa, æ, f. σιτωνία, cura rei frumentariæ, a σῖτος, *frumentum*. *Ulpian. l.* 1. *Dig. de vacat. & immunit.* Sextumdecimum ætatis annum agentem ad munus sitoniæ vocari non oportet.

Sittăce, es, idem ac Pittacus. *Plin. l.* 10. *c.* 42. India hanc avem mittit; sittacen vocat, viridem toto corpore, &c.

Sittacēne, es, regio Assyriæ, quæ & Palæstine dicta est, in qua Sittace oppidum. *Plin. l.* 6. *c.* 27.

Sittўba, æ, f. σιττύβη, membrana, qua libri conteguntur, & a pulveris, tinearum, & temporis injuriis integri conservantur. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 5. Bibliothecam mihi tui temporis injuriis integri conservantur. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 5. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione, & sittybis. *Id. lib. ep.* 8. Postquam mihi sittybis libros illustrarunt. Utroque tamen loco magna est lectionum varietas.

Situātus, a, um, nom. ex partic. *situato*, *posto*, situs. *Flor. l.* 2. *c.* 18. Numantia in tumulo apud flumen Durium situata.

Sitŭla, æ, f. *fecchio*, דלי, κάδος, ὑδρία, vas ad aquam hauriendam. *Paul. l.* 40. *Dig. de contrahend. empt.* Rota quoque, per quam aqua trahereetur, nihilo minus ædificii est, quam situla. ¶ Est etiam urna, e qua sortes educuntur. *Plaut. Cas.* 2. 6. 7. Adsunt quæ imperavisti omnia, uxor, sortes, situla, atque egomet.

Sitŭlus, m. idem quod situla. *Cato de R. R. c.* 10. Trullas tres, situlum aquarium unum, pelvim unam. *Vitr. l.* 10. *c.* 9. Situli ærei congiales.

Sitŭrus. V. *Sino*.

Situs, us, m. *sito*, מקום, נחה, יר, Ger. *gelegenheit*, *fchimmel*, Gal. *aſſiette*, *situation*, Hisp. *sitio*, *disposicion*, θέσις, τοποθεσία, qualitas, & positio loci. *Cic. 6. Ver.* Nam ipsa Messana, quæ situ, mœnibus, portuque ornata sit. *Id. Acad.* 4. *c.* 39. Qui sint situs partium, quam vim quæque pars habeat, &c. ¶ Quia autem res stræ, ac reliquæ negligunter, neglectæque humore, & sordibus obducuntur, inde sit, ut situs metonymice accipiatur pro lanugine illa, qua res relictæ, inprimis in loco humido, & sordido, obduci solent, *muffa*, ἀχλύς, ἐρυσὶβη. *Don.* in illud *Virg.* 7. *Æn. v.* 490. Sed te victa situ, &c. Situs est corruptio ex humore, & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt species, uno loco, & prolixo tempore constitutæ. *Serv. in* 6. *Æn. v.* 462. Situs est lanugo ex humore procreata, qui sit in locis Sole carentibus. *Virg. ib.* Per loca senta situ. *Col. l.* 5. *cap.* 24. Jam vero muscus, qui more compedis crura vitium, & vineta comprimit, situque, & veterno macerat, ferro distringendus, & eradendus est. ¶ Solet autem in locis stulentis odor quidam teter, & aspernabilis olfacientium nares offendere, qui & ipse situs dicitur, *puzzore*. *Plin. l.* 21. *c.* 6. Pessimum esse crocum, quod situm redoler. ¶ Translate accipitur pro squalore quodam in vultu, cæpite, torooque corpore, & habitu, cum scilicet cultu omni neglecto corpus horridiratem quamdam, & ingratum contrahit odorem, ut in pauperibus, in reis, in iis, qui se mœrori totos dederunt. *Lact. l.* 6. *v.* 515. Fœda situ macies. *Cic. Tusc.* 3. *c.* 12. *ex Poeta*: Situ nidoris, barba prædore horrida. ¶ Item pro torpore, & inertia ex diutino otio. *Virg.* 7. *Æn. v.* 440. Sed te victa situ, veriquo effœta senectus. ¶ Item pro *ruditate*, hebetudine. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. Excitanda mens, & attollenda semper est, quæ quemdam veluti in opaco situm ducit.

Situs, a, um, *posto*, *messo*, מונח, נתון, κείμενος, positus. *Cic. pro Mur. c.* 38. Quanquam hujusce rei potestas omnis in vobis sita est. *Id. t. Fin. c.* 17. Est situm in nobis, ut adversa quasi perpetua oblivione obruamus. *Liv. l.* 30. *c.* 24. Et finum ab alio claudit, in qua sita est Carthago. ¶ Speciatim siti dicuntur, qui mortui, & sepulti sunt. Aliqui ita definiunt: Situs dicitur defunctus, qui ad tempus in aliquo loco conditus est, donec alio transferatur, vel justum ei fiat fepulcrum. *Cic. 2. de Leg. c.* 22. Declarat Ennius de Africano, Hic est ille situs. Vere. Nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt. Nec tamen eorum ante fepulcrum est, quam justa facta, & corpus incensum est. *Liv. l.* 26. *c.* 25. Hic siti sunt Acarnanes, qui adversus vim, atque injuriam Ætolorum pro patria pugnantes mortem occubuerunt. ¶ Aliquando situs accipitur pro condito, ædificato. *Tac. l.* 3. *Ann. c.* 38. Urbemque Philippopolin a Macedone Philippo sitam.

Sive, o *se*, o *sia*, או, Germ. *oder*, Gal. *ou*, *ou bien*, Hisp. *o*, *ó*, ἤτοι, ἤτοιγε, vel si, aut si, conjunctio disjunctiva conditionalis, quæ modo indicativum regit, modo conjunct. *Ter. Andr.* 1. 3. Sive ista uxor, sive amica est, gravida e Pamphilo est, o *sia ella moglie*, o *amica*. *Plin. l.* 2. *ep.* 41. Quæ præstant multarum urbium faciem, sive ipso mari, sive litore utare. *Ovid. Heroid. ep.* 1. Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum, Antilochus nostri causa timoris erat: Sive Menœtiadem falsis occidisse sub armis, Flebam successu posse carere dolos. ¶ Interdum *sive* non geminatur, sed priore loco omittitur, semper tamen subintelligitur. *Hor. l.* 1. *ad.* 6. Cantamus vacui, sive quid urimur, ideft sive vacui sumus. ¶ Ponitur etiam pro *vel*. V. *Vel*. ¶ Aliquando vim habet explanandi, seu declarandi. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. Ut Aristarchus, & ætate nostra Palæmon; qui vocabulum, sive appellationem nomini subjecerunt.

Sium, i, n. σἰον, herba in aqua nascens, semine copiosa, sapore nasturtii. *Plin. l.* 22. *c.* 22.

S A N T E M

Smaragdĭnus, & **Smaragdĭneus**, a, um, adj *fmeraldino*, qui est ex fmaragdo, vel fmaragdi colorem referens, σμαραγδινος. *Cels. l.* 5. *c.* 19. *n.* 5. Emplastrum, quod perviride est, fmaragdinum appellatur. *Martian. Capel. l.* 1. *p.* 17. Smaragdinea viriditas. *Venant. Fort. l.* 8. *carm.* 6. *v.* 28. Et smaragdineo janua poste viret.

Smaragdĭres, æ, m. dictus est mons juxta Carchedonem, in quo smaragdi legebantur. *Plin. l.* 37. *c.* 5.

Smaragdus, i, m. 2. *fmeraldo*, פטדת, Ger. *fmarag*, od. *fchmaral*, Gal. *une émeraude*, *pierre precieuse*, Hisp. *la esmeralda*, σμάραγδος, gemma viridis, & translucida, tertiam in ordine gemmarum nobilitatem obtinens. *Plin. l.* 37. *c.* 5. Tertia auctoritas fmaragdis perhibetur pluribus de causis. Nullius color aspectu jucundior est, &c. ¶ Penultima hujus vocabuli longa est. *Ovid. l.* 2. *Am. el.* 6. Tu poteris virides pennis hebetare fmaragdos. Sed interdum correpta invenitur. *Martial. l.* 5. *epigr.* 21. Sardonychas, fmaragdos, adamantas, jaspidas uno portat in articulo. ¶ Sumitur interdum pro colore viridi. *Phædr. l.* 3. *fab.* 19. *de pavone*. Nitor fmaragdi collo præfulget tuo. *Auct. carm. de Phœnice*, qui ab aliquibus *Lactantio* tribuitur: Albicat insignis misto viridante fmaragdo.

Smaris, idis, f. σμαρίς, pisciculus marinus litoralis, qui a *Gesnero* Mœna candida vocatur. *Plin. l.* 32. *c.* 6.

Smectĭcus, a, um, σμηκτικός, quod habet vim abstergendi, & purgandi, idem ac fmegmaticus. *Plin. l.* 30. *c.* 4. Omnium quidem cochlearum cinis spissat, calfacit fmectica vi.

Smegma, atis, n. σμῆγμα, בורית, omne medicamentum, quod valet ad emaculandum, & abstergendum, a σμήχω, abstergo. *Plin. l.* 22. *c.* 25. Si vero cœlesti aqua decoquantur, succus ille fmegma fit, quo solent fovere gangrænas. *Id. l.* 24. *c.* 7. Masticbe lentifci replicandis palpebris, & ad extendendam curem in facie, & fmegmata adhibetur. ¶ Græce σμῆγμα significat etiam massam ex variis odoramentis confectam ad abstergendas manus, ut ex *Antiphane* apud *Athenæum* ostendit *Fulv. Ursin. in append. de triclin.*

Smegmatĭcus, a, um, σμηγματικός, quod habet vim detergendi. *Plin. l.* 31. *c.* 7. Sudorem ciet, alvum solvit in vino, & aqua, acopicis, & fmegmaticis utilis. Alii leg. *fmectictis*.

* **Smerdaleos**, a, um, *trux*, *horribilis aspectu*, σμερδαλέος. Auct. *Priapar. car.* 68. obsceno sensu. Confer *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 336. *Sat.* 9. *v.* 43.

Smilax, acis, f. *fmilace*, σμίλαξ, nomen puellæ cujusdam, quæ amore Croci pueri capta extabuit, & in herbam sui nominis mutata est, ut est apud *Ovid. l.* 4. *Met. v.* 283. Hujus autem herbæ, quæ folio est hederaceo, flore candido, lilium olente, duo genera refert, *Plin. l.* 24. *c.* 10.

Smilium, ii, n. σμίλιον, nomen collyrii apud *Celsi. l.* 6. *c.* 6.

Sminthĕus, i, m. Σμινθεύς, Apollinis cognomen, qui apud Mysios, in Phrygiæ minore, sive in Æolide, in urbe Chryse, colebatur, a σμίνθος, quomodo murem vocari, auctor est *Eustathius*, quasi μυοκτόνος, occisor murium. Hoc respiciens *Arnobius l.* 3. Apollinem vocat perniciem murium. Hujus nominis duplicem originem refert Homeri Interpres. Prima est, fuisse in Chryse oppido Crinim Sacerdotem Apollinis, cui Deus fratus immisit in agros illius mures, qui fructus illius vastabant, postæque ejusdem sacrificiis placatus, cum pestem hanc tollere veller, ad Ordem pastorem illius venit, a quo hospitio acceptus, pollicitusque mali remedium, mures fagittis omnes interfecit, eoque facto jussit, pastoem Crinidi indicare, ipsum Apollinem humana specie apud se diveritile, & ab eo mures occisos; quod audiens Crinis, templum Deo construxit, vocavitque Apollinis Sminthei, quod Æolicæ linguæ dialecto mures, σμίνθους vocantur. Altera talis est; Cum Cretenses aliquando coloniam deducturi essent, ab Apolline responsum accepernt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terra genitii obstitissent. Venientibus igitur ad Hellespontum, noctu mures clypeorum lora arroserunt. Itaque mane cum id factum viderent memores oraculi urbem posfuerunt, eamque Sminthiam appellaverunt, templo etiam *Apollini exstructo*, quem ab eventu Smintheum cognominarunt. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 585. Talibus intonsum compellat Sminthea dictis.

Sminthĭus, Sminthĕus, a, um, ad Sminth

mei pater, socer dicitur. *Modestin. loc. cit.* Pater viri, uxorisque, socer, mater autem eorum, socrus appellatur; cum apud Græcos proprie viri pater ἑκυρός, mater vero ἑκυρά, & uxoris pater πενθερός, mater vero πενθερά vocetur.

Socĕra, æ, f. eadem quæ socrus. *Inscriptio lapidis in Anglia reperti*, apud *Gruter. pag.* 546. *n.* 5. Patri pientissimo, & soceræ tenacissimæ. Quæ tamen Inscriptio parum sapit antiquitatem. Adde *pag.* 745. *n.* 9.

Socĕrus, i, m. idem ac socer. *Plaut. Men.* 5, 5, 54. Abiit socerus, abiit medicus, nunc solus sum. *Id. Cas.* 4. 2. 18. Meus socerus, compar, commarius villicus.

Socĭa, æ, f. *compagna*, חברה, אחות, ἑταῖρα, comes. *Cic. in Brut.* Pacis est comes, utique socia, & jam bene constitutæ civitatis quasi alumna quædam eloquentia. *Idem 1. de Orat.* Præclaras duas artes constituere, atque inter se pares, ejusdem socias dignitatis. ¶ Socia tori vel thalami, est uxor. *Ovid. 10. Metam. v.* 288. Appellatque tori sociam.

Sociabĭlis, & le, o. 3. *socievole*, Ger. *gesellig, ſuglich*, Gal. *qui s' accompagne*, Hiſ. *compañero*, σωμαχεκτικός, quod facile conjungitur alteri. *Plin. l.* 19. *c.* 42. Eadem & curribus maxime sociabilis glutino. ¶ Interdum ponitur pro sociali. *Lpd. l.* 40. *c.* 8. Sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum Reges salutarem per multa sæcula ipsis, patriæque.

Sociālis, & le, o. 3. *da compagno*, חבר, אח, ריע, Ger. *bundgenoſſig, das der geſellen iſt*, Gal. *ſocial*, Hiſp. *ſocial. ſociable*, ἑταιρικός, quod est sociorum, ut Amor socialis, idest qualis solet esse inter socios. *Ovid. 7. Met. v.* 800. Mutua cura duos, & amor socialis habebat. *Liv. l.* 34. *cap* 56. Cum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coeant. ¶ Judicium sociale, quod sociorum causa fit. *Cic. 4. Ver. c.* 6. Primum si ita esset, tamen vos in quæstione de pecuniis repetendis, quæ sociorum causa constituta est, lege, judicioque sociali, sociorum querimonias audire oporteret. ¶ Bellum sociale dictum est, quod a sociis Populi Romani in ipsos Romanos commotum est, quod iis jus civitatis R. negassent. V. *Flor. l.* 3. *c.* 18.

Socialĭtas, atis, f. *società, compagnia, affabilità. Plin. in Paneg. c.* 49. Non remissionibus tuis eadem frequentia, eademque illa socialitas intercesset?

Socialĭter, adverb. *amichevolmente, da compagno. Horat. de art. poet. v.* 258. sede secunda Cederet, aut quarta socialiter.

Sociārio, onis, f. *unione*, conjunctio. *Martian. Capell. lib.* 2. *poſt init.* Sic igitur rata inter eos sociario copulam nuptialem confrinxit.

Sociātrix, icis, f. συμπαίκτειρα, quæ sociat. *Val. Flac. l.* 5. *verſ.* 499. Sed me nuda fides, sanctique potentia justi Hac tulit, ac medii sociatrix gratia Phryxi.

Sociātus, a, um, συμμαχθείς, μέτοχος, *collegato, unito. Cicer. 1. de Leg. c.* 11. Quibus ex rebus cum omne genus hominum sociatum inter se esse intelligatur. *Id. in Somn. Scip. c.* 3. Quem consilia, cœtusque hominum jure sociati, quæ civitates appellantur. *Id. de Am.* Ut quoniam solitaria non posset virtus ad eos, quæ summa sunt, pervenire, conjuncta, & sociata cum altera perveniret.

Sociēnsis, e, um, *vel* Sociennus, idem ac socius, apud Vet. ut ab *alius alienus*. *Plaut. Amph.* 3. 1. 228. Amphitruonis socienmun me volui dicere. *Id. Aulul.* 4. 4. 31. Ibo intro, atque illi socienno tuo jam intercursingam gulam.

Sociĕtas, atis, f. *società, compagnia*, חברה, שותפות, Ger. *geſellſchafft, gemeinſchafft*, Gal. *ſocieté, compagnie*, Hiſ. *compañia*, κοινωνία, consociatio, communio, communitas. *Cic. l.* 4. *Fam.* Me autem non oratio tua solum, & societas pene ægritudinis, fed etiam auctoritas consolatur. *Id.* 4. *Fin. c.* 2. Nati sumus ad societatem, communitatemque generis humani. *Id. pro Roſc. Am. c.* 34. Coire societatem fceleris cum aliquo. *Id. de Fato, c.* 2. Cum philosophia magnam habere societat em *Id. pro Quinct. c.* 3. Facere societatem cum aliquo. Sic societatem inire, apud *Suet. in Cæſ. c.* 19. Ad societatem alicujus se applicare, apud *Nepot. in Ariſtide, c.* 2. Societatem conflare, apud *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 20. dirimere, apud *num. pro Dom.* &c. ¶ Metonymice sumitur pro multitudine hominum, qui inter se aliquo modo conjuncti sunt. *Cic. pro Domo c.* 56. Omnes societates, omnes ordines. *Cæſ. l.* 3. *B. C. c.* 3. Magnam pecuniam societates earum provinciarum sibi numerare coegit.

Socĭo, as, 2. 1. *accompagnare, unire*, חבר, שתף, הזריע, συμμίγνυμι, συναγελάζω, jungo, conjungo, quasi socium socio appono. *Cic. pro Flac. c.* 9. Quid, si testium studium cum accusatore sociarum est? *Id.* 3. *de Or. c.* 32. Cum tu summi imperii gubernatione distinctus tantam vim rerum cum dicendi exercitatione sociaris. *Liv. l.* 39. *cap.* 13. Eos esse, qui aut conjurare, aut sociari facinoribus, aut stuprum pati noluerint. *Sil. l.* 1. *verſ.* 96. Et fe participem casus sociarat in omnes. *Virg.* 4. *Æn. v.* 16. Sociare fe alicui vinclo jugali, *maritarſi. Id.* 1. *Æn. v.* 604. Sociare aliquem domo, *riceverlo in caſa. Stat. l. Theb. v.* 132. Sociare jugencos aratro impoſito, *mettere ſotto*, &c. *Silius l.* 11. Sociare dextras, *darſi la mano, o le fede. Ovid. 12. Met. v.* 5. Sociæ carmina nervis, *accoppiate il ſuono al canto. Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 280. Sociare curas, *comunicare i penſieri*. Sic sociare gaudia cum aliquo, apud *Tibul. l.* 3. *eleg.* 3. *v.* 7.

Sociofraudus, i, m. qui socium fallit. *Plaut. Pſeud.* 1, 3. 128. Furcifer, sociofraude, parricida. Alii leg. *ſocifraude*,

Socĭus, ii, m. *compagno*, חבר, Ger. *geſell, mit geſell*, Gal. *compagnon*, Hiſ. *compañero*, ἑταῖρος, σύμμαχος, qui in aliqua re cum aliquo conjunctus est, consors, particeps, par. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 72. T. Augustus periculorum meorum socius. *Idem Aſtic.* 12. *ep.* 14. Culpæ socius. *Ter. Heaut.* 3. 1. 9. Socius in negotio. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 22. Socius ad malam rem, *Lucan. l.* 1, *v.* 92. Regni socius. ¶ Inter negotiatores socii sunt, qui lucri & damni communionem inierunt. *Cic. pro Roſc. Amer. cap.* 40. Titus Roscius non unum rei pecuniariæ socium fefellit, sed novem &c. *Id. pro Quinct. cap.* 24. Edere sibi socium in bonis, *farſi un compagno*. ¶ Hinc *pro socio* formula juris est, qua significatur actio persequendi in judicio illum, qui socium fraudaverit, qua de re titulus est in Digestis, *l.* 17. *tit.* 2. ubi de societatibus multa, *Cic. pro Flac. c.* 18. Nicomedes & furti, & pro socio damnatus est. *Id. pro Quinct. c.* 3. Qua in re ita diligens erat, quasi ii, qui magna fide societatem gererent, arbitrium pro socio, condemnari soleret. V. *Arbitrium. Ulpian. loc. Dig. cit. leg.* 31. Ut sit pro socio actio, focietatem intercedere oportet. ¶ Socii in rebus publicis dicebantur, qui fœdere aliquo cum Romanis conjuncti erant, *confederati. Cic. Fam.* 15. Qui fidelissimus socius trans Taurum, amicissimusque Pop. Rom. existimatur. *Liv. l.* 41. Et dena millia peditum sociis, nominique Latino, & fexcentos imperarent equites, V. de his *Sigon. l.* 3. *de antiq. jure Ital.* ¶ Socii navales, qui & *claſſiarii*, erant milites, qui navibus imponebantur, & non solum ad pugnandum, sed etiam ad remigandum; quare hoc militiæ genus vilius erat multo, quam terrestre, tum quia constabat fere ex libertinis colonorum, aut ex iis, qui infimo censu essent, ut ex *Polyb.* oftendit *Lipſ. de milit. Rom. l.* 1. *dial.* 2. tum quia plura, quam terrestres milites, stipendia facere debebat, antequam missionem impetrare posset, ut est apud *eumd. ib. l.* 5. *Dial.* 19. *Liv. l.* 21. *c.* 50. Ut sociis navalibus affarim instructam classem, ita inopem milite Pœnus habebat. *Id. l.* 32. *cap.* 23. Navales socii, relictis nuper classibus, ad spem honorarioris militiæ transfessi. *Id. l.* 44. *c.* 21. Quinque millia navalium sociun conscripta, pro *ſcioruns*, atque ita sæpe Livius. ¶ Socius, & sodalis differunt in eo, quod sodalis proprie dicitur, qui est ejusdem collegii, ut definit *Cajus l.* 4. *Dig. de collig. & corp.* socius vero magis latam habet significationem. V. *Sodalis*. ¶ Inter comitem quoque, & socium discrimen est. V. *Comes*.

Socĭus, a, um, *di compagnia*, חבר, Ger. *geſell*, Gal. *compagnon*, Hiſp. *compañer*, σύμμαχος, comes, consors, particeps. *Cicer. pro Marc.* Semperque mea consilia pacis, & togæ socia, non belli, atque armorum fuerunt. *Id. 2. Phil. cap.* 18. Cum tamen in nocte socia, hortante libidine, eogente mercede, per regulas demitterere, *col favor della notte. Virg. 2. Æn. v.* 372. socia agmina, *truppe alleate. Stat. l.* 1. *Theb. v.* 130. Sociisque comes discordia regnis. *h. e.* quæ a pluribus simul tenentur. *Ovid. 2. amor. eleg.* 14. Socius sanguis, *parentela*.

Socordĭa, (Socordia apud *Feſt.*) æ, f. *pigrizia*, עצלות, ἀσωτέρια, ῥᾳθυμία, *ſcioperaggine*, negligentia, tarditas in consulendo, meditando, prospiciendo, quid faciendum sit. *Ter. Andr.* 1. 3. Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiæ; neque socordiæ. Ubi verus Interpres ita monet: Segnitia ad agendum, socordia ad considerandum. *Auct. ad Her. l.* 2. Affert socordiam, atque desidiam, *Liv. lib.* 7. *c.* 35. Qui delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit. *Tac. l. Ann. cap.* 38. Languescer alioqui industria, intendetur socordia. ¶ Pro stultitia etiam usurpatur a *Catone* apud *Feſtum*. Sic *Sueton. in Claud. c.* 3. Si quem socordiæ arguerer, stultiorem ajebat filio suo Claudio.

Socordĭter, adverb. *pigramente, imprudentemente*, ῥᾳθύμως, sine consilio, pigre, inerter. *Liv. l.* 1. *c.* 22. Ab Albanis socordius res acta.

Socors, (*vel* Secors, apud *Feſt.*) dis, o. 3. *ſenza cervello, di poco ſenno, fuor di mente*, עצל, Ger. *unbeſinnt, hinleſſig*, Gal. *étourdi, lourd*, Hiſ. *aturdido, asvarado*, ἀφρόνιμος, sine corde, sine animo, sine consilio, ignavus, iners. Est a *se*, hoc est sine, & *cor. Ter. Adel.* 4. 5. 61. Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 2. Ut excitaret homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem, *Id. in Brut. c.* 86. Ejus æqualem M. Glabrionem bene institutum avi Scævolæ diligentia, socors ipsius natura, negligensque tardaverat. *Siden. l.* 5. *ep.* 7. Claudius socordior, Nero impurior. *Apul. Apolog.* Socordissimi Scythæ. *Tacit. 3. hiſt. c.* 31. Miles futuri socors.

Socrătes, is, m. 3. Σωκράτης, Philosophus Athenienfis, filius Sophronisci scuiptoris, & Phænaretæ obstetricis, quem, teste *Laertio*, omnium mortalium sapientissimum oraculi responsum judicavit; vixit paulo ante Platonem, cujus etiam præceptor fuit. A *Quinctil. l.* 1. *c.* 10. appellatur omnium Philosophorum fons; a *Cic. 2. Fin. c.* 1. Philosophiæ parens. Primus enim, ut *id.* ait 5. *Tuſc. c.* 4. Philosophiam devocavit e cœlo, & in urbibus collocavit, & coegit de vita & moribus, rebusque bonis & malis quærere. *h. e.* philosophiæ moralis inventor, & institutor fuit. Cum ad proyectam ætatem perveniſſet, accusatus, tamquam communes Deos contemneret, & novos introduceret, cum se dæmonem familiarem habere dixisset; cujus consilio in rebus gerendis uteretur, capitis damnatus est: itaque in carcere sumpta cicuta interiit. Pleno secundum ejus mortem facti pœnitens, accusatores exilio multavit, eique statuam æneam dedicavit. Plura de eo *Plato*, & *Cicero in Acad. de Fin.* & *Tuſcul.* ¶ Fuit etiam hoc nomine quidam pictor, de quo *Plin. l.* 35. *c.* 11.

Socratĭce, adv. Socratico more. *Cic. 2. Att. ep.* 3.

Socratĭcus, a, um, adject. ad Socratem pertinens, Σωκρατικός. *Cic. 3. Offic. c.* 29. Philosophi Socratici. *Horat. de ar. poet. v.* 310. Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ.

Socrualis, le, adject. *di ſuocera*, ut socrualis municipentia, *Sidon. l.* 7. *ep.* 2. socrualis hæreditas. *Id. l.* 8. *ep.* 9.

Socrus, us, f. *ſuocera*, חמות, Germ. *ſchwieger*, Gal. *belle mére*, Hiſp. *ſuegra*, ἑκυρά, πενθερά, uxoris, aut mariti mater. Nam & ad generum, & ad nurum refertur. Antiquis, *Priſciano* teste, socrus communis erat generis. Postea in fœminino quidem *ſocrus* retinuere, fed in masculino *ſocer* dixere. *Cicer. pro Cluent. c.* 12. Nubit genero socrus, nullis auſpiciis, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium. V. *Socer*,

Sodālis, is, m. *compagno*, חבר, ἑταῖρος, σύσσιτος, is, quocum versari fuevimus, ac præsertim qui rerum leviorum, lætitiorumque cum altero participes est, qualia sunt conviyia, ab ἑδάς, *affuetus*. Nam sodales vocantur, quibuscum fuevimus. Vel sodalis quasi *ſedalis*, quia sodales crebro assident, ut *Feſtus* scribit. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 24. Qui & familiarissimus, & sodalis Dolabellæ eram. *Id. 7. Verr. c.* 36. Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo, & cupiditate. idest eodem animi vitio tenebatur. ¶ Hinc aliæ quoque res, quæ simul esse solent, sodales appellantur. Sic *Horat. l.* 1. *od.* 25. Hebrum frigidissimum Thraciæ fluyium, hiemis sodalem appellat; & *lib.* 3. *od.* 18. cratera Veneris sodalem. ¶ Sodales etiam dicebantur, qui erant ejusdem collegii. *Cajus l. ult. ff. de collig. & corp.* Sodales sunt, qui ejusdem collegii sunt, quam Græci ἑταιρίαν vocant. ¶ Item in Comitiis sodales dicebantur, qui erant ejusdem factionis, & coitionis. *Cic. pro Planc. c.* 19. Ego Plancium & ipsum gratiosum esse dico, & habuisse in petitione multos cupidos sui, gratiosos, quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. ¶ *Sodales Titii* erant Sacerdotes, qui Sabinorum Deorum sacra curarunt, instituti a Tito Tatio Sabinorum Rege Romuli socio, unde & nomen habnere. Quidam tradunt, nomen iis inditum esse ab avibus, idest a tiriis, quomodo columbæ agrestes vocantur. *Var. l.* 4. *de L. L.* Titii Sodales, dicti ab tiriis avibus, quas in augurtiis certis obfervare solent. ¶ *Sodales Augustales* erant Sacerdotes, qui imperatoribus rem divinam faciebant. *Tac. l.* 1. *Ann. c.* 54. Idem annus novas cæremonias accepit addito Sodalium Augustalium Sacerdotio, ut quondam T. Tatius retinendis Sabinorum sacris Sodales Titios instituerat. ¶ Adjective *Ovid. de remed. amor. v.* 586. Quæ relevet luctus, tutus sodalis abest.

Sodalĭtas, atis, f. *compagnia*, חברה, συνωρίς, φρατρία, familiaritas, & convictus multorum. *Cic. 3. Verr. c.* 37. Atque abs te officia tutelæ, sodalitatis, familiaritatisque flagitet. ¶ Interdum sumitur pro turba hominum, quæ in Comitiis eidem Candidato faverent. *Auct. ad Her. l.* 4. *c.* 51. Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum. *Catul carm.* 98. *in Cal.* Fraternum vere dulce sodalitium. ¶ Speciatim sumitur pro coitione aliquorum ejusdem Tribus ad corrumpenda suffragia popularia. Ultimis enim præsertim temporibus Romanæ Reipublicæ erant, qui tribules decuriarent, & conscriberent, ut populum pecunia corumperent. Quod criminosum fuit, & lege Licinia coercitum, Cn. Pompejo, & M. Licinio Crasso Coss. anno 697. Hæc lex in eos lata fuit, qui sodalitia, & qui ambitum commisissent. Hujusmodi porro crimen ad ambitum pertinebat, quoniam pecuniæ largitio fiebat. Sed ab eo differebat, quis ambitus in profula benignitate consistebat, sodalitium vim continebat, quoniam qui tribules decuriasset, & conscripsisset, multitudinem cogere videbatur. Deinde in sodalitiis per sodales decuriatos, & conscriptos res agebatur, in ambitu per sequestres, & divisores, *Sigon. de Judiciis l.* 2. *c.* 30. Itaque scripturn est apud Asconium, Milonem anno 698. eodem tempore de ambitu, & de sodalitiis apud diversos Quæstores, & a diversis accusatoribus esse postulatum. *Cic. pro Planc. c.* 15. In qua tu nomine legis Licinize, quæ est de sodalitiis, omnes ambitus leges complexus es,

Sodalĭtius, a, um, adject. *di compagnia. Ammian. l.* 15. *c.* 9. Sodalitiis adstricti consortiis.

Sodes, *ſe ardiſci, ſe nulla ſi, che ſi impedica*, אנא לו, אנא, si audes, ut *ſi* pro *ſi vis. Cic. in Or. c.* 45. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut Sodes pro si audes, Sis pro si vis. *Donat. in Andr. 4. 1. ſc.* 1. in illud, *Dic ſodes*: Dic, inquit, imperativum est: ideo temperavit injuriam blandimento, sodes. Est autem, Si audes. Ex quibus *Donati* verbis, atque etiam ex usu colligitur, in hac voce aliquid deprecatorium, aut exhortatorium contineri. *Ter. Andr. 4. 1. ſc.* 1. Rogitabam, heus puer, dic, sodes, quis heri Chrysidem habuit? *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 3. Tarteſium ipsum tuum mihi exeunti jube, sodes, nummos curare. ¶ Integrum *ſi audes* legitur apud *Plaut.* cujus hæc verba refert *vet. Scholiaſt. ad Sat.* 3. *Perſii*: Dic mihi, si audes, quæ est, quam ducere vis uxorem?

Sodĭi, m. 2. pop. Iberiæ. *Plin. l.* 6. *c.* 10.

Sodĭnus, m. 2. fl. Gedrosiæ, seu Capisſenæ reg. navigabilis, qui in Cophem recipitur. *Plin. l.* 6. *c.* 23.

Sodŏma, æ, f. *vel* Sodomum, i, n. *vel* Sodoma, orum, n. plur. *Sodoma*, סדום, urbs Palæstinæ, ad lac. Asphaltitem, quondam maxima, de cœlo cum aliis tacta, & a lacu absorpta, cujus adhuc vestigia apparent. Hic poma proveniunt aſpectu quidem pulcherrima, sed levi tactu fumum exhalant, fuligineni fyllilacam intrinsecus continentia. *Solin. c.* 38. *de Judæa*. Duo oppida, unum Sodomam, alterum Gomorrhum. *Serv. Sulpit. l.* 1. *hiſt. ſacræ, c.* 6. Sodoma divinis ignibus conflagravit. *Tertul. in Apolog. c.* 40. Sodoma, & Gomorrha igneus imber exussit.

Sodŏmi, orum, m. populi Sodomæ. *Tertul. in carm. de Sodom. c.* 4. Nuſquam sunt Sodomi, nuſquam illorum impia lucent Mœnia.

Sodomĭtæ, arum, m. Sodomi incolæ. Adjective Sodomita cinis, apud *Prudent. in S. Vincent. v.* 195. & Sodomita libido, *Id. in Pſychomach. v.* 42. Sodomitæ enim ob fœdos masculorum cœnubitus igne cælesti absumpti sunt.

Sodomĭticus, a, um, ad Sodomitas pertinens. *Hieronym. l.* 5. *in Ezech. c.* 16. *v.* 49. Rerum omnium abundantia & deliciæ peccatum Sodomiticum est.

Sogdiāna regio, f. 1. *Zagatay*, seu *Usbeck*, regio ampla Asiæ, pars Tartariæ Asiaticæ, inter Scythiam intra Imaum ad Bor. Bactrianam propriam, & Margianam ad

ad Mer. Scythiam extra Imaum ad Or. mare Caspium ad Occ. Caput est Maracanda. *Curt. l.* 7. *c.* 10. ¶ Sogdiani, ejus regionis populi. *Plin. l.* 6. *c.* 16.

Sol, olis, m. *Sole*, שמש, חמה, ἥλιος, σῶλ, ab ἔλαν, quomodo, ut Eustathius, *Solem* vocarunt a σέλας, *fulgor*; unt ἥλιος, ab ἕλαν, splendor Solis. *Ciceroni* dictus videtur, quod tradunt, vocatur ἡ παρ' ἡλίᾳ αὐγή, splendor Solis. *Ciceroni* dictus videtur, quia solus; inquit enim *l. 2. de nat. Deor. c.* 27. Cum Sol dictus sit, vel quia solus apparet. *& lib.* 3. Cumque tu Solem, qui solus esset, appellatum esse dicas. *Id. rurſus 2. de nat. Deor.* Jam Apollinis nomen est Græcum, quem Solem cas. *Id. rurſus 2. de nat. Deor.* Jam Apollinis nomen est Græcum, quem Solem esse volunt. ¶ Poetæ fabulantur filiam esse Hyperionis, ut est apud *Cic. 3. de nat. Deor.* Sed *Ovid. l.* 1. *Faſt.* ipsum Solem Hyperionem vocat, dum ait; Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum, Ne detur celeri victima tarda Deo. ¶ Adeo magnus est, ut terram centies, & quadragies contineat, ut ait *Joſ. Blancanus in Comment. l.* 2. *c.* 1. *n.* 4. *Cicero* de Solis magnitudine ita scribit *l.* 2. *Acad.* Quid potest esse Sole majus, quem Mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem esse, quam terram? At (*Epicurus*) censuit, Solem tantum esse, quantus videtur, vel paullo aut majorem, aut minorem. *Cic. 2. Acad. & 1. Fin.* ¶ Sol niger, insustum diem notat. *H. rat. l.* 1. *ſat.* 9. Hunccine Solem tam nigrum surrexe mihi? Sic contra Soles candidi, pro diebus felicibus, apud *Catul. carm.* 8. ¶ *A primo Sole*, est post Solis ortum. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 132. Officium cras primo a Sole mihi peragendum in valle Quirini. ¶ *Sole novo*, est oriente die, Sole adhuc recenti, necdum ferventi. *Virg. 1. Georg.* At cum Sole novo terras irrorat Eous. ¶ *Sole, & Sole nihil utilius*, proverb. apud *Pl. l.* 31. *c.* 9. ¶ *Nondum omnium dierum Sol occidit*, alterum proverb. apud *Liv. l.* 39. *c.* 26. quo significatur finem rei nondum apparere, ad quem multis periculis perveniendum sit. ¶ Metonymice ponitur pro Solis splendoribus, vel radiis in num. pl. *Martial. l.* 8. *ep.* 14. Hybernis objecta locis specularia puros Admittunt Soles, & sine fæce diem. ¶ Item pro æstibus, vel ardoribus. *Hor. epod.* 2. perusta Solibus pernicis uxor Appuli. ¶ Item pro diebus. *Virg. 3. Æn. v.* 203. Tres adeo in certos cæca caligine Soles Erramus pelago. *Horat. l.* 4. *od.* 2. & 6 sol pulcher, o laudande, canam, recepto Cæsare felix. ¶ Usurpatur etiam translate. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 10. *al.* 12. *de afflicta Pompeji fortuna*: Sol (ut est in tua quadam epistola) excidisse mihi e mundo videtur. idest tenebris sepulta omnia mihi videntur propter obscuratam Pompeji gloriam, & dignitatem, cujus splendore Respublica, ut terra Sole, recreabatur. *Id. 2. de nat. Deor. c.* 5. Quod quidem anno P. Africanus, Sol alter, extinctus est. ¶ Hoc nomen etiam hominibus impositum fuit. Hinc multi Soles recenfentur. *Cic. 3. de nat. Deor.* Cumque tu Solem, quia solus esset, appellatum esse dicas, Soles ipsi quam multi a Theophrasto proferuntur! Unus eorum Jove natus, nepos Ætheris; alter Hyperione: tertius Vulcano Nili filio, cujus urbem Ægyptii volunt esse eam, quæ Heliopolis appellatur: quartus is, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur, avum Jalysi, Camiri, & Lindi: quintus, qui Colchis fertur Æetam, & Circen procreaviſſe.

Solāgo, ginis, f. *giraſole*, herba, quæ & heliotropium dicitur. *Apul. de herb. c.* 49. & 63.

Solāmen, inis, n. *ſollievo, conſolazione*, נחמה, Ger. *troſt, ſterckung*, Gal. *ſoulagement, conſolation*, Hiſp. *ſolaz*, παραμυθιον, solatium. *Virg. 3. Æn. v.* 663. Solamenque mali de collo fistula pendet.

Solānum, i, n. *ſolano, στρύχνος*, genus herbæ. *Plin. lib.* 27. *c.* 13. Solanum Græci strychnon vocant, ut tradit Cornelius Celsus. Huic vis reprimendi, refrigerandique.

Solānus ventus dicitur a *Virtuv. lib.* 1. *cap.* 6. qui ab Oriente æquinoctiali flat, *vento di ſcirocco*.

Solāris, & re, o. 3. *ſolare, da Sole*, שמשי, ἡλιακός, quod est Solis. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 9. *in fi.* Dumque (quod a breve fit) lumen solare videbo. ¶ Solaris herba, genus herbæ, quod fe cum Sole circumagit, etiam nubilo die. Græcis ob eandem causam heliotropion dicitur. *Cæſ. l.* 5. *c.* 27. Bibere oportet herbæ solaris, quam ἡλιοτρόπιον Græci vocant, semen.

Solārium, ii, n. *orologio da Sole*, מעלות, ἡλιακὸν ὡρολόγιον, instrumentum, quo horæ cognoscuntur ad Solem, veruto umbram faciente. *Var. lib.* 5. *de L. L. c.* 2. Solarium, quia in eo horæ in sole inspiciebantur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 34. Aut cum solarium, vel ex aqua contemplere, intelligere declarari horas ante, non casu. V. *Plin. l.* 7. *cap.* 60. ubi multa de solario Romæ primum facto. ¶ Dicitur etiam solarium horologium. *Plin. leg. cit.* Solarium horologium fuit ad ædem Quirini. ¶ Solarium præterea dicitur locus editus in domo, in quo veteres solebant apricari, nempe quia Soli esset expositum, עלית, ἡλιακὸν περίστεγον. *Plaut. Mil.* 2. 4. 25. Nam certo neque solarium apud nos, neque hortus ullus, neque fenestra, nisi clathrata. *Ulpian. l. ſi arbor, ff. de ſervit. urb. prad.* Si arbor in helicamino, vel solario Solem adimat, &c. *Macrob. lib.* 2. *Saturn. cap.* 4. Cum Augustus de Tyriæ purpuræ, quam erui jusserat, obscuritate quereretur, dicente vendituie, erige altius, ac fuspice, an his vus est salibus: Quid ergo, ut me Populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum?

Solārium, ii, n. *vectigal*, quod pro solo penditur, a *ſolum*, quod terram notat. *Ulp. l.* 2. *Dig. ne quid in loco vel itin. publ.* Si tamen obstet ædificium id publico usui, utique is, qui operibus publicis procurat, debebit id deponere, aut si non obstet, solarium ei imponere. Sic enim vectigal hoc appellatur ex eo, quod pro solo pendatur. Adde *leg.* 39. *Dig. de legat. & fid. t.*

Solatiŏlum, i, n. παραμυθίδιον, exiguum solatium. *Catul. ad paſſerem Lesbia, ep.* 2. Ut solatiolum sui doloris.

Solatium, ii, n. *conſolazione*, נחם, ותמות, παραμυθία, consolatio, solamen. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 3. Vacare culpa magnum est solatium. *Id. 6. Verr. c.* 60. Ut illi haberent hæc oblectamenta, & solatia scyvitutis. *Id. de clar. Orat. c.* 3. Solatia dare alicui. *Id. Ver.* 7. *c.* 49. Neque ullum est solatium aliqua re. *Id. Fam.* 11. *ep.* 16. In maximo dolore solatio uti. *Cæſ. l.* 1. *B. G. cap.* 22. Solatio esse alicui. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 24. Solatio aliquem afficere. ¶ Translate *Cic. Agrar. 2. c.* 29. Vectigal solatium annonæ. *Ulpian. l.* 13. *ff. com. prad.* Nisi talis consuetudo in illis lapidicinis consistat, ut si quis voluerit ex his cædere, non aliter hoc faciat, nisi prius solitum solatium pro hoc dominio præstet. *h. e.* pretium, mercedem. *Alciat.* hic legit *ſolariuin*.

Solātor, oris, m. *conſolatore*, qui aliquem solatur. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 5. *v.* 40. lugentum mitis solator. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 3. *v.* 15. Ipse ego solator, &c.

Solĕcam, i, n. genus morbi, cum quis nimio soliis æstu corripitur. *Feſt.*

Solĕcus, a, um, ἡλιωδής, qui Solis nimio æstu male affectus, correptusque est, quemadmodum *Sidonius*, qui fidere *Plin. l.* 29. *cap.* 6. Sic & solatis prosunt. ¶ Est etiam participium a *ſolor, chi ha conſolato. Virg. 1. Georg. v.* 293. longo cantu solata laborem. ¶ Item a Solo, as, pro desolatus, *desolato. Senec. Oedip. v.* 5. Prosiciet avida peste solatas domos.

Soldŭrii, m. 2. idem ac devori, idest ardissimum genus amicorum, apud Gallos. *Cæſ. l.* 3. *B. G. c.* 22. Adcantuanus, qui summam imperii tenebat, cum sexcentis devotis, quos illi soldurios appellant: quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderint: si quid iis per vim accidat, aut eundem casum ferant, aut sibi mortem consciscant. Neque adhuc hominum memoria reperius est quisquam, qui eo interfecto, cujus se amicitiæ devovisset, mori recusaret.

Solĕus, i, m. 2. idem ac solidus, pro nummo, per Syncopen. *Martial. l.* 4. *ep.* 37. Ex insulis, fundisque tricies soldum, Ex pecore redeunt tor ducenta Parmensi. Ubi *ſoldum* genitivus pluralis est pro *ſoldorum*, seu *ſolidorum*, ut *ſeſtertium* pro *ſeſtertiorum*.

Soldus, a, um, per syncopen pro solidus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 111. inane abscindere soldo.

Solĕa, æ, f. *ſcarpa*, נעל, Germ. *pantoffel*, Gall. *patin, pantoufle*, Hiſp. *alcorque, chapin*, ἐμβάς, κρηπίς, calceamenti genus, quo solæ plantacum calces obtegantur, cæteris pedis partibus nudis relictis, ansulis tantum quibusdam in superiore parte coguntibus revinctura. *Gel. l.* 13. *c.* 20. ex *Caſtrutio*; Omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infime teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas. ¶ Differt a *calceo*, quod *calceus* calcem munit, unde & nomen, *solea* vero obtegit tantummodo solum, sive plantam pedis. ¶ Communis erat viris æque, & mulieribus, sed viri domi tantum, foris vero calceis utebantur. Iraque *Afinius ad Cicer. lib.* 10. *epiſt.* 32. inter alia, quæ in Balbo culpat, hoc ponit, quod nudis pedibus is, qui Quæstor erat, ambularit in maxima hominum multitudine, quæ ad spectaculum gladiatorium confluebat. Apud *Gellium* quoque *loc. cit.* habes illa *Caſtrutii* verba: Soleatos vos Populi Romani Senatores per Urbis vias ingredi nequaquam decorum est, non hercle vobis minus, quam illi tum fuit, cui hoc M. Tullius pro turpi crimine objectavit. *Plaut. Trac.* 2. 8. Date jam soleas, atque intro me actutum ducite. Ubi meretrix quædam loquitur. *Cic. de Aruſp. Reſp. c.* 23. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque falciolis, a strophio, &c. ¶ Non solum vero soleæ dicitur de iis, quæ ex corio, vel ex lana fiunt, sed etiam de iis, quæ ex ferro, vel argento, vel alia materia metallica, quæ pedibus equorum, & aliorum jumentorum subjiciuntur. *Sueton. in Ner. cap.* 30. Nunquam carnecis minus mille feciſſe iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinaris mulionibus. ¶ Dicitur etiam de compedibus, *ceppi. Cic. 2. de Inven. c.* 50. Ei statim, quod effugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt. ¶ Per Metaphoram solea etiam dicitur piscis, nempe a planitie, qua soleam refert, *ſogliola*, βάλχωματος. *Plin. l.* 9. *c.* 20. Marinorum alii sunt plani, ut rhombi, soleæ, passeres. ¶ Transfertur & ad alia. *Feſtus*: Solea, ut ait Verrius, est non solum ea, quæ solo pedis subjicitur, sed etiam materia robustea, super quam paries craticius extruitur. *Paull.* Solea vel ea dicitur quæ solo pedis subjicitur, vel genus piscis, vel materia robustea, super quam paries craticius extruitur. ¶ Imo & est inter instrumenta oleo conficiendo idonea. *Col. lib.* 12. *c.* 50. Oleo autem conficiendo molæ utiliores sunt, quam trapetum; trapetum, quam canalis, & solea.

Solearius, ii, m. *calzolajo*, Ger. *ſolefchuſter, ſchuhflicker*, Gal. *cordonnier, ſavetier*, Hiſp. *capatero*, κρηπιδοποιός, sutor soleatum. *Plaut. Aul.* 3. 5. 40. Solearii aftant, aftant molochinarii.

Soleātus, a, um, κρηπιδωτός, qui soleis indutus est. *Cic. 7. Verr. c.* 33. Stetit soleatus Prætor Populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in litore. *Martial. l.* 12. *ep.* 84. Etsi jam lotus, jam soleatus erit.

Solemne, Sollemne, *vel* Solenne, is, & *in plur. numero* Solemnia, *vel* Solennia, ium, subſtant. n. *ſolennità*, חג, מועד, ἑορτή, festum, quod singulis annis cæremonia, ac justa ludorum omnibus rebus summa cum cæremonia esse servata. *Virg. 6. Æn. v.* 380

ler. Varro apud *Non.* ut reficit *Martinius* in voce *Solium*: Phrygio qui pulvinar poterat pingere, soliar levigabit.

Soliāris, re, adject. ad balnei solium pertinens. *Spart. in Caracalla, c. 9.* Thermarum fellam soliarem architecti negant posse ulla imitatione, qua facta est, fieri.

* Soliarius, qui solia facit. *Lap. ap. Gruter. p. 643. n. 8.*

Solicănus, a, um, adject. qui solus canit. *Martian. Capel. l. 2. pag. 35.* Musæ nunc solicanæ, nunc concinentes.

Solicitatio, *seu* Sollicitatio, onis, f. *sollecitazione*, עצב, המיתה, מסה, Ger. *sorgfeltigkeit*, Gal. *sollicitation*, Hisp. *solicitacion*, σύντασις, incitatio, excitatio, quæ fit proposita spe, vel incussо metu. *Cic. in Catil. 3. c. 9.* Jam vero illa Allobrogum sollicitatio a Lentulo, cæterisque domesticis hostibus, &c. ¶ Interdum sumitur pro tristitiæ illatione, seu afflictione, quæ fit ab alio, ut ait *Donat. Ter. And. 1. 5.* Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverse trahunt, amor, hujus misericordia, nuptiarum solicitatio.

Solicitātor, *seu* Sollicitator, oris, m. *sollecitatore*, מפתה, מסית, Ger. *anstrenger*, Gal. *solicitateur*, Hisp. *solicitador*, ἐπαρτής, qui solicitat, tentator, ut Solicitator alienarum nuptiarum, ideſt qui pudicitiam matronæ conatur labefactare. *Paul. l. 1. ff. de extraord. crim.* Solicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpollatores. *Senec. controv. 15.* Solicitator matronæ.

Solicitātus, *Seu* Sollicitātus, a, um, *sollecitato, tentato. Brut. Cic. l. 11. Fam. epist. 3.* Delectibus habitis, & pecuniis imperatis, exercitibus sollicitatis. *Liv. l. 31. c. 5.* Sollicitati milites. *Lucr. l. 2. v. 963.* Corpora solicitata in suis sedibus. *h. e.* commota, perturbata.

Solicīte, *seu* Sollicite, adv. *sollecitamente*, Ger. *sorfeltiglich*, Gal. *soigneusment*, Hisp. *cuydadosamente*, ἐπιμελῶς, cum solicitudine, diligenter, accurate. *Ovid. l. 4. de Pon. el. 6.* Qui mala solicite noſtra levatis. *Plin. l. 1. ep. 19.* Nam solicitius custodiendus est honor. *Sen. ep. 93.* Minimum est de quo solicitissime quæritur.

Solicĭto, vel Sollicito, as, a. 1. *sollecitare*, פתה, קהה, עצב, המית, Ger. *eilen, sorgfeltig machen*, Gal. *solliciter*, Hisp. *poner cuydado, solicitar*, σύντασσω, est allicere aliqua spe, vel metu impellere, tentare, ut Solicitare pudicitiam mulieris, Solicitare animos militum. In veteribus libri gemino *ll* scribitur, teste *Mannt. in Orthogr. Plin. lib. 8. cap. 23.* Solicitare aves ad se. *Cic. pro Cluent. cap. 16.* Cujus serpentum Diogenem Fabricius ad venenum Habito dandum spe, & prætio sollicitare cœpit. *Id. 4. Catil.* Pretio sperantem sollicitari posse animos egentium, atque imperitorum. *Ovid. 3 de Pont. epist. 3,* Sollicitare legitimos toros. *Sen. Controv. 15.* Sollicitare matronam. ¶ Nonnumquam in bonam partem accipitur. *Plin. l. 4. epist. 13.* Circumspicias præceptores, quos sollicitare possimus. *h. e.* tentare, an docendi munus suscipere velint. *Senec. 3. de Benef. c. 11.* Sollicitare ad laborem. ¶ Interdum ponitur pro vertere, arare; quam notionem esse in hoc verbo primam, & propriam quidam dicunt, nempe quia a *solum*, & *cieo*. *Virg. 3. Georg.* Sollicitanda tamen tellus, pulvisque movendus. *Tibul. l. 1. eleg. 7.* Et teneram ferro sollicitavit humum. ¶ Interdum pro navigare. *claud. in præfat. l. 1. de rapt. Proserp.* Et undibus remis sollicitavit aquas. *h. e.* movit, agitavit. ¶ Interdum pro aperire. *Ovid. 3. Amor. eleg. 1.* Per me decepto didicit custode Corinna Liminis adstricti sollicitare forem. ¶ Accipitur quoque pro curam injicere, angere, *inquietare. Ter. Andr. 5. 3.* Cur meam senectutem hujus sollicito amentia? *Cic. ad Q. Fratr. l. 3. epist. 3.* Sed me illa cura sollicitat, angitque vehementer. *Id. l. 16. Famil. epist. 17.* Valeudo tua me valde sollicitat. ¶ Sollicitare spicula dextra, apud *Virg. 12. Æn. v. 403.* ubi loquitur de Japide Æneæ vulnus curante, est tractando experiri, an avelli possint. ¶ Sollicitare feras arcu, est persequi, venari. *Ovid. 1. Amor. eleg. 7.* ¶ Sollicitare stamina pollice docto, apud *eund 2. Met. v. 170.* est lyræ chordas arte pulsare, ¶ Sollicitare pacem, h. e. turbare quietem. *Liv. l. 1. c. 21. & l. 34. c. 16.*

Solicitūdo, *seu* Sollicitudo, inis, f. *sollecitudine, affanno*, חורה לב, שיש, Ger. *sorgfeltigkeit*, Gal. *solicitude, soin*, Hisp. *cuydado, congoxa*, μέριμνα, cura, anxietas, inquietudo, quæ mentibus inhæret. *Cic. 4. Tusc.* Sollicitudo, ægritudo cum cogitatione. *Id. 1. Fin.* Easque ipsas sollicitudines, quibus eorum animi noctes, diesque exeduntur. *Id. de clar. Orat. c. ult.* Sollicitudine afficere. *Id. 8. Attic. epist. 17.* In sollicitudine esse. *Id. Fam. epist. 17.* Afferre alicui sollicitudinem. *Id. 1. Fin.* Sollicitudinibus exedi. *Terent. Phorm. 4. 1. 22.* Hæc res mihi est sollicitudini. Eodem modo locutus est & *Cic. Fam. 16. ep. 7.*

Sollĭcitus, *seu* Sollicitus, a, um, *sollecito*, חרד, נשים לב, שקר, Ger. *sorgfellig*, Gal. *qui est en soucy, soigneux*, Hisp. *cuydadoso, πολυμέλεμνος*, inquietus, anxius, curis affectus. Construitur vel absolute. *Cic. 2. Fin.* Num igitur eum postea censes anxio animo, aut sollicito fuisse? *Id. Mariol. 7. Fam. epist. 3.* Sollicitum autem te habebat cogitatio cum officii, tum etiam periculi mei. *Liv. l. 2.* Sollicitumque hostem ad lucem tenere. ¶ Vel cum ablat. sine præp. *Cic. 1. Agr.* Sollicitam mihi civitatem suspicione, suspensam metu tradiditis. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *ex. Ter. Andr. a. 1. sc. 5.* Laborat e dolore, atque ex hoc misera sollicita est, &c. ideſt propter hoc, propter hanc rem. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *de. Cic. Tiron. l. 16. epist. 7.* Solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *in. Quintil. l. 8. c. 1.* Nec sum in hoc sollicitus. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *pro. Gell. l. 19. c. 1.* Sollicitus pro anima nequissimi nebulonis. ¶ Vel cum accus. *vicem. Liv. l. 8.* Cum clamor undique ab sollicitis vicem Imperatoris militibus sublatus. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. Cæl. l. 10. Famil.* Mirifice sum sollicitus, quidnam de provinciis decernatur. ¶ Interdum ponitur pro pleno sollicitudinis. *Cic. de Amic.* Omnia sem per suspecta, atque sollicita sunt. ¶ Interdum pro agitato, impulso. *Virg. 4. Georg. v. 262.* Mare sollicitum stridet refluentibus undis. ¶ Interdum ponitur pro timido. *Ovid. 5. Fast.* Imbelles capreæ, sollicitusque lepus. *Martial. lib. 14. epigr. 111.* Poccant fecuræ nimium, sollicitæque manus. ideſt dubiæ, & quæ aliquid frangere metuunt. ¶ Sumitur etiam active, pro eo, quod sollicitudinem, injicit, sollicitudinem, & curas affert. *Virg. 10. Æn.* Sollicitos Gallı dicamus amores. *Horat. l. 2. ser. sat. 6.* Nam siquis laudat Arelli sollicitus ignarus opes. ¶ Compar. *sollicitior*, sup. *sollicitissimus. Plaut. Cist. l. 10. Fam. epist. 18.* Sollicitiorem certe hominem non fuisse contractis neminem puto fuisse. *Sen. lib. de brev. vit. c. 15.* Brevissima, ac sollicitissima ætas.

Solidāmen, inis, *n.* idem ad solidamentum. *Venant. Fortun. l. 6. carm. 2.*

Solidamentum, i, n. firmamentum, firmitas. *Lactant. de Opif. Dei, c. 7.* Deus igitur solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, &c.

Solidārio, onis, f. *rassodamento, fermezza*, חזוק, חזקה, στρέωσις, actus solidandi. *Vitruv. l. 5. c. 3.* Solidationes ita erunt faciendæ. Loquitur *Vitruv.* de fundamentis ædificiorum, quæ palustri solo extruuntur. Adde *l. 7. c. 3.*

Solidātrix, icis, f. quæ solidat. *Arnob. l. 4. pag. 131.* Cartilago ossium solidatrix.

Solidātus, a, um, nom. ex particip. *rassodato*, firmatus, ut solidati muri, apud *Tacit. 2. hist. c. 19.* Facies solidata veneno, *Lucan. l. 8. v. 691. h. e.* medicamento firmata contra putrefactionem.

Solĭde, adv. *interamente*, στερεῶς, בחזקה, integre, vere, omnibus modis. *Ter. Andr. 5. 5.* Nam hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia. *Plaut. Trin. 4. 2. 8.* Hic homo solide sycophanta est. *Id. ib. v. 47.* Id solide scio. ¶ Item firme. *Gell. l. 19. c. 5.* Aqua solidius, latiusque concreta. *Columel. l. 12. c. 54.* Gista solide contexta.

Solidesco, is, sine præt. & sup. *saldarsi*, דבק, קפא, Ger. *fest werden, zusammenwallen*, Gal. *se souder & reprendre*, Hisp. *soldarse*, στερεόομαι, solidus fio, consolidor, conglutinor, coeo. *Plin. l. 11. c. 37.* Vesica membrana constat, vulnerata cicatrice non solidescit. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Calx solidescit.

Solidĭpes, edis, o. 3. στερεόπους, quod solidos habet pedes, non bifurcatos, *Plin. l. 10. c. 65,* Contra naturam solidipedum, aut bisulcorum supra cuncta est murium fœtus. Adde *l. 11. c. 37.*

Solidĭtas, atis, f. *solidità*, מעמד, חוזק, Ger. *steiffe, gantze, veste*, Gal. *solidité, massiveté*, Hisp. *firmeza*, στερεότης, perfectio illa, qua aliquid integrum, & plenum est secundum omnem dimensionem, per longum, latum, & profundum, integritas, firmitas. *Cic. 1. Fin. c. 6.* Atomos, ideſt corpora individua propter soliditatem censet in infinito inani ita ferri, ut &c. *Id. 1. de nat. Deor. c. 37.* Speciem Dei percipi coginatione, nec esse sin ea ullam soliditatem. ¶ Ponitur & pro tota aliqua re, quæ græce ὁλότης dicitur. *Gordian. leg. 2. Cod. Quo quisque ordine*: Quoties duobus non separatim, sed pro indiviso munus injungitur, & ita ut unusquisque eorum periculo soliditatis videatur obstrictus. ¶ Soliditates a *Vitruv. l. 7. c. 3.* accipiuntur pro fundamentis, seu substructionibus calce, & testorio firmatis, & induratis.

Solĭdo, as, a. 1. *saldare*, חזק, חקים, Ger. *fest machen, bevestigen*, Gal *souder, affermir*, Hisp. *soldar*, στερεόω, solidum, & firmum reddo, roboro, firmo glutino. *Virg. 1. Georg. v. 179.* Et creta solidanda tenaci. *Plin. l. 28. c. 16.* Lardum elixum solidat ossa fracta. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Solum fiſſucationibus solidare. ¶ Solidare *rationes*, *faldar le partite*, phrasis est *Asconii in Ver. 3. c. 36.*

Solĭdum, adv. idem quod solide, valde. *Apul. l. 5. A.* Venus irata solidum, exclamavit repente.

Solĭdus, a, um, *solido, hueso*, קשות, חזק, יציבות, מקשה, Ger. *fest, satt, gantz*, Gal. *solide, ferme, massif*, Hisp. *firme*, στερεός, quod habet tres dimentiones, longitudinis, latitudinis, & profunditatis, plenum, integrum, nihil concavi, aut vacui habens. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 18.* Cum duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim σφαῖραν, interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis, qui σύκλος græce dicitur. *Id. 1. de Div.* Annibalem Cœlius scribit, cum columnam auream, quæ esset in fano Junonis Laciniæ auferre vellet, dubitaretque, utrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebravisse. ¶ Sæpe accipitur pro integro, quod neque concavum est, neque ex partibus compositum, sed ex uno, eoque jugi constat corpore. Sic columnas dicimus esse ex solido marmore, non quæ marmoreis tectæ sunt crustis, sed quæ ex uno contectæ sunt lapide. *Virg. 6. Æn. v. 69.* Tum Phœbo, & Triviæ solido de marmore templa Instituam. *Id. 3. Georg. v. 26.* In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto Gangaridum faciam. ¶ Interdum ponitur pro duro. *Virg. 3. Georg.* solida glacies. *Ovid. Heroid. epist. 12.* Solida humus. *Stat. 8. Theb. v. 402.* Solida nix. *h. e.* grando. *Colum. lib. 7. cap. 8.* Solidior caseus. *Vitruv. l. 1. c. 5.* Solidissima structura. ¶ Translate dicitur etiam de rebus incorporeis, pro toto, integro, perfecto. *Terenc. Eun. 5. 2. 32.* Ut solidum pariem hoc mihi beneficium. *Id. Andr. 4. 1. 23.* Nonne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium? *Horat. l. 1. ed. 1.* Nec partem solido demere de die. *Cic. pro Rab. Posth. c. 17.* Ita bona veneant, ut solidum suum cuique salvatur. h. e. integrum. *Paul. l. 26. ff. de usu, & usufr.* &c. Quo extincto solidam proprietatem ad legatarium voluit pertinere. *h. e.* plenam, & non deducto usufructu. ¶ Item pro vero, sincero. *Cic. 1. Fin. c 18.* Nisi nescio quam illam umbram, quod appellant honestum, non tam solido, quam splendido nomine. *Id. ib. sub fi.* In quibus nulla solida utilitas, omnisque puerilis est delectatio. *Plin. l. 7. c. 40.* Quo semel recepto, solida felicitas non est. ¶ In solidum aliquid promittere dicuntur plures debitores, fidejussoresve, quorum unusquisque se rei totius obtinere, fidejussoremve constituit. *Julian. l. 100, ff. de duobus reis*: Quia non fuerat adjectum, singulos in solidum spopondisse. *Ulpian. l. his verbis, eod. tit* Eum, qui absens fuerit, non teneri, præsentem autem in solidum esse obligarum. *Jabol. l. 2. eod. tit.* Ipso jure & singulis in solidum debetur, & singuli debent. ¶ In solido esse, vel locare, est in toto esse, vel ponere. *Sen. 3. de benef. c. 4.* Præsentia bona nondum in solido sunt: potest illa casus aliquis incidere. *Virg. 11. Æn. v. 427.* multos altrina revisens Lusit, & in solido rursus fortuna locavit. ¶ Solidæ rationes, *partite saldate. Asson. in Ver. 3. c. 36.*

Solĭdus, i, m. ὁλόκληρος, שלם, nummus aureus, justi, ac sui ponderis, ita dictus, quasi integer, ad discrimen aurcorum dimidiatorum, & tertiariorum, qui semisses, ac tremisses appellari sunt. *Lamprid. in Alexand. c. 39.* Conflari eos jussit, & tremisses tantum, solidosque formari. *Papinian. l. 47. ff. de monumissis testam.* Viginti solidos a singulis hominibus inferendos esse heredi.

Solĭfer, ra, rum, ἡλιοφόρος, quod Solem fert, sive continet. *Senec. Herc. Oet. v. 159.* Aut qui soliferæ suppositus plagæ Vicino Nabathæ vulnera dirigit.

Soliferrĕum, *seu* Solliferreum, i, n. ὁλοσιδήρεον, genus teli, ab Osco *sollus*, ideſt totus, & a *ferrum*, quod totum sit ferreum. *Festi. in Solitaurilia*: Quia solum Osce totum, & solidum significat: Unde tela quædam soliferea vocantur tota ferrea. *Liud. 34. c. 14.* Ut emissis soliferreis, falariciſque gladios strinxerunt.

Solifūga, V. *Solipuga*.

Soligĕna, æ, com. 1. ἡλιογενής, qui ex Sole genitus est. *Val. Flacc. l. 5. Argon. v. 317.* Nec fama fefellit, Soligenam Æremem media regnare sub Arcto.

Soliloquĭum, ii, n. *soliloquio. Augustin. l. 2. Soliloq. c. 7. ad fin.* Hujusmodi sermocinationes, quoniam cum solis nobis loquimur, soliloquia vocari, & inscribi volo, novo quidem, & fortasse duro nomine, sed ad rem demonstrandam satis idoneo.

Solimnia, æ, f. inf. maris Ægæi, in sinu Pagafico. *Plin. l. 4. c. 12.*

Solinātes, m. 3. pop. Italiæ, in Umbria. *Plin. l. 3. c. 14.*

Solīno, as, a. 1. idem ac consulo, apud veteres. *Fest.*

Solīnus, i, m. C. Julius Solinus, patria Ægyptius, ut eruditis quibusdam videtur (peregrinum certe fuisse, non Romanum, satis indicat affectatus ejus stylus, incomptaque locutio) scripsit librum de variis rebus memorabilibus, qui *Polyhistor* inscribitur, in quo multa ab aliis Scriptoribus excerpsit, præsertim a *Plinio*. Extat etiam fragmentum carminis de variis piscibus. Quo tempore vixerit non satis constat. Posteriorem Alexandro Mammeæ fuisse contendit Salmasius, qui luculenta in eum commentaria edidit.

Solipūga, *seu* Solipunga, æ, genus bestiolæ maleficæ, ideſt phalangum cantharidi similæ. *Gloss. vetus* Solipunga, ἡλιοκεντρεὺς, μύας εἶδος, ideſt heliocentris, muscæ genus, phalangion, musca venenata. *Plinius* ait esse genus formicarum. *Solinus* dicit, aranearum formam habere. Inveniur in leguminibus, ut *Nicander*, & *Plinius* prodidere. *Fest.* ita scribit. Solipunga genus bestiolæ maleficæ, quod acrius, concitatiusque fit fervore Solis, a quo nomen traxit. Alii deducunt a *solum*, qua notat plantam pedis, & a *pango*. Lexicographi legunt *Solifuga*, definiunt genus formicæ venenatæ, afferunt, dictam esse a fugiendo Solem. *Author Thes. L. L.* in *Solipuga* rationem affert. Solpuga, inquit, genus formicarum venenatum, quod a fugiendo Solem solifuga etiam nominatur. Concitatur enim acrius fervore Solis, ideoque cum fugit, quantum potest. *Plin. 20. ad fin.* Et leguminibus innascuntur bestiolæ venenatæ, quæ manus pungunt, & vitæ *periculum* afferunt, solipurgarum generis. Al. leg. *Solifugarum*. *Id. lib. 8. c. 29.* Citra Cynamolgos Æthiopas late deserta regio est a scorpionibus, & solipugis gente subiata. Al. leg. *solipugis*. *Id. l. 29. c. 4.* Est & formicarum genus venenatum; *Solipugas* Cicero appellat, salpugas Bætica.

Solis gemma dicitur quædam colore candido, & ad speciem Solis in orbem fulgentes spargens radios. *Plin. l. 37. c. 10.*

Solis Fons, Hammonis Fons, *Cauxerin di Mahoma*, fons intra Mauritaniæ solitudines, ubi Jovis Hammonis oraculum, a Memphi Occ. itinere 12. dierum. ¶ Item fons in regione Troglodytarum, qui circa meridiem dulcis, & frigidus est, circa mediam noctem amarus, & fervens. *Plin. l. 2. c. 103.*

Solis mensa, Ital. *Paese della Cucagna*, Gal. *pays della Cocagne*, Hisp. *Tierra di Mollonz*, Bel. *lug Luckerlande*, Germ. *Schlur auffenlandt*, locus Æthiopiæ, in Meroe inf. quem semper novis epulis instructum fabulantur. Proverbialiter dicitur de opulentiorum hominum domibus, quæ omni rerum copia ubertim affluunt, & inopum alimentis expositæ sunt. *Cæl. Rhod. l. 6.*

* Solisternium, Solisternium, lectisternium. *Festus in Solla*. V. Sellisternium.

Solistĭmum, *seu* Solistimum tripudium, dicebatur cum in auspicando esca ex ore pulli decidebat, quod prosperum auspicium erat. *Cic. 1. de Div. c. 15.* Nostri quidem Magistratus auspiciis uruntur coactis. Necesse est enim, offa objecta cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur. Quod autem scripsimus habetis, avi tripudium fieri, si ex ea quid in solum ceciderit: hoc quoque, quod dixi coactum, tripudium solistimum dicitis. *Id. l. 2. c. 34.* Cum offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiant. *Liv. l. 10. cap. 40.* Cum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum Consuli nuntiavit. *Plin. l. 10. c. 21. de gallis gallinaceis*: Horum sunt tripudia solistima. ¶ Est hæc vox a *solum*, h. e. terra, ut ex verbis Ciceronis allatis colligitur: quidam tamen Etymologi malunt deducere ab Osco *sollus*, h. e. totus, atque hac ratione duplici *ll* scribunt.

Solitānæ cochleæ, genus cochlearum in Africa. Fortasse iis nomen est a σόλις, *disco*, propter magnitudinem. Aliqui censent dictas esse a quodam loco Africæ. *Var. l. 3. de R. R. c. 14.* Nam & valde amplæ sunt quædam ex Africa, quæ vocantur solitanæ, ita ut earum calices quadrantes *octoginta* capere possint. *Plin. lib. 30. cap. 6.* Laudatissimæ autem sunt cochleæ Africanæ, ex his solitanæ.

Solitanĕus, a, um, adject. a solitus, *solito, consueto. Theod. Priscian. l. 3. c. 1.* Solitaneum libellum conficere. *Marcel. Empir. c. 20.* Solitanei stomachi dolores.

Solitarĭus, a, um, *solitario*, עריץ, לבדר, גלמוד, בודד, Ger. *einsam, allein*, Gal. *solitaire, seul*, Hisp. *solitario*, μοναχός, qui solus vivit, ut Homo solitarius, qui celebritatem, hominumque frequentiam odit, solitudineque, & secessu oblectatur. *Cic. 2. Offic. c. 11.* Ergo etiam solitario homini, atque in agro viram agenti opinio justitiæ necessaria est. ¶ Ponitur etiam pro solo, sine alterius consortio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 11.* Omnem enim naturam necesse est, quæ non solitaria sit, neque simplex, &c. *Id. de Amic. c. 23.* Sic natura solitarium nihil amat, semperque aliquid, tamquam adminiculum, annititur.

Solĭtas, atis, f. idem ac solitudo, a *solus*. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 803.* Tum solitatem memoras, formidas tibi. *Apul. in Apol.* Solitatem deligere.

Solitaurĭlia, um, n. solemnia apud Romanos sacrificia, in quibus tria immolabantur animalia, aries, verres, & taurus, ita dicta ab Osco *sollus*, quod totum significat, & a ταῦρος, *taurus*, qua notat ὄρραν, ideſt partem illam, quæ est inter podicem, & scrotum. Nomen ex eo impositum est, quod his sacrificiis solidæ, h. e. non castratæ hostiæ præberentur. *Fest.* Solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem significant, tauri, arietis, verris, quod omnes ex solidi, integrique sunt corporis. Atque harum hostiarum omnium immolati sunt tauri, quæ pars scilicet cæditur in castratione. *Glosse veteres*: Solitaurilia, Συσία ἐκ συὸς, κριὸς, καὶ ταύρου. ¶ Pro *solitaurilia* legitur & *suovetaurilia*, quæ posita voce ex *sue, ove*, & *tauro*, ut notat *Quintil. lib. 1. cap. 5.* & *Val. lib. 2. R R. cap. 1.* & fortasse illud *solitaurilia*, quod a *Festo* affertur, ex *suovetaurilia* depravatum est; quod nonnulli Critici opinati sunt. *Liv. l. 1. c. 44.* Ibi instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit: idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. *Tac. 4. hist. c. 53.* Lustrata suovetaurilibus area, Jovem, Junonem, Minervam precatus &c. Adde *6. Ann. c. 37.*

Solĭte, adv. remotis arbitris, sine socio. *Plaut. Amph. 1. 1. 131.* Ubi sunt isti scortatores, qui solite invisi cubant? Alii τὸ *solite* interpretantur de more. Alii recisius leg. *qui soli invisi cubant*.

Solĭto, as, n. 1. κῶδαξ, frequenter foleo. *Gel. l. 7. c. 1.* Scipionem Africanum solitavisse noctis extremo, prinsquam dilucularet, in Capitolium ventitare.

Solitūdo, inis, f. *solitudine, deserto*, ערבה, מדבר, בוררות, Ger. *enode*, ein *semkeit*, Gal. *desert, solitude*, Hisp. *deserto, soledad*, ἔρημία, locus, ubi unus, vel nullus habitat, locus desertus, recessus, fecessus, cui locus frequens opponitur. *Cæs. l. 6. B. G. c. 22.* Civitatibus maxima laus est, quam latissimis circum se vastatis finibus solitudines habere. *Cic. 7. Ver. c. 67.* Si in aliqua desertissima solitudine ad saxa, & ad scopulos hæc conqueri, & deplorare vellem. *Id. 1. Offic.* Aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo. *Id. in Brut. c. 63.* Quod erat ab Oratoribus quædam in foro solitudo. ¶ Translate dicitur etiam de personis, pro eo statu, in quo aliquis neminem habet, qui se defendat. *Cic. 3. Ver. c. 58.* Ut illorum solitudo, & puerilia quam firmissimo præsidio munita sit. *Id. pro Cæc c. 5.* Qui jamdiu Cæsenniæ viduitate, ac solitudine aleretur. *Idem pro Quinct. c. 1.* Quod si tu judex nullo præsidio fuisse videbere contra vim, & gratiam solitudini, atque inopiæ. ¶ Item pro luctu, & fordibus, quæ ex nimia quadam tristitia, & mœrore contrahuntur. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 4.* Si tuam solitudinem communemque calamitatem nemo defpexerit.

Solœcista, æ, m. σολοικιστής, qui solœcismos loquitur. *Hieron. l. 3. in Ruffin. c. 1.* Et te in omnibus nequaquam solœcistam, ac barbarum, sed mendacem, subdolum, impudentem esse convincam.

Solœcum, i, n. idem quod solœcismus. ¥. *Gell.* in voce præced.

Solon, onis, m. Σόλων, vir Athenicnsis, vel, ut alii tradunt, Salaminius, unus ex Sapientibus Græciæ, peritus Politicæ, & Legum ferendarum, qui Atheniensibus leges dedit, post Codri mortem, annumque ordinavit, ac menses. Pisistrato per tyrannidem Athenas occupanti sponte cessit, variasque urbes peragravit, tandemque in Cypro insula mortuus est. Laudatur passim a Scriptoribus tamquam justissimus. *Juven. sat. 10. v. 174.* Et Crœsus, quem vox justi facunda Solonis, &c.

Solor, aris, d. 1. *consolare*, נחם, Ger. *trosten, stercken*, Gall. *consoler, conforter*, Hisp. *consolar*, παρακαλῶ, consolationem affero. *Cic. in Vatin. c. 11.* Antonius hac una re miserrimam suam solatur. *Virg. 5. Æn.* Quos bonus Æneas dictis solatur amicis. *Ovid. 2. Fast. v. 821.* Hinc pater, hinc conjux lacrymas solantur. ¶ Translate usurpatur extra mœrorem, pro levare, sublevare, recreare. *Virg. 1. Georg. v. 159.* Concussaque famem in sylvis solabere quercu. *Tacit. Ann. 16. c. 13.* Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est princeps. ¶ Partic. *solandus* passiva significatione. *Ovid. 5. Trist. eleg. 4.* Solandus cum simul ipse fores.

Solox, ocis, f. proprie ovis non tonsa, ab Osco *sollus*, hoc est totus, solidus, quia pecudes integræ, ac cum tota lana, utpote intonsæ, sacrificiis asservabantur. *Fest.* Solox, lana crassa, & pecus, quod passim pascitur non rectum. Tinnius in Barathro: Ego ab lana soloci ad purpuram data. Et Lucil Pascali pecore, ac montano, hirro, atque soloce. ¶ Sumitur etiam, ut in *Festi* verbis vidimus, pro lana crassa. *Tertul. de Pal. c. 4.* Endromidis solocem aliqua multitia textrix extruxit. *Symmach. lib. 1. epist. 1.* Quare elaboratam soloci filio accipe cantilenam.

Solpūga, V. *Solipuga*.

Solsequium, ii, n. *girasole*, ἡλιοτρόπιον, herba solaris, ita dicta, quia Solem sequitur, vel quia æstivo solstitio florer. *Apul. de herbis, c. 49.*

Solstitiālis, & le, o. 3. *solstiziale*, קיצוני, Germ. *zur zeit der sonnenwende*, Gal. *solstitial*, Hisp. *solstiziale, tropicos*, quod ad solstitium pertinet. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 14.* Cur se sol referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali, *h. e.* Tropico Cancri, & Capricorni, in quibus solstitia fiunt. *Id. 2. Tusc. c. 39.* Solstitiali die. *Plin. l. 2. c. 11.* Item quia circa solstitialem circulum habitantium meridie ad Septentrionem umbræ cadant, ortu vero ad Occasum. *Solstitialem circulum* vocat *il tropico del Cancro*, quia in eo solstitium æstivum fit. Vide *eund. ib. c. 70.* ¶ Solstitialis plaga est ea cœli pars, ubi est ortus æstivus. Nam a *solstitium* dicitur, solstitium vero est ἡλίου τροπή, ideſt conversio æstiva, ut Glossæ veteres docent. *Solin. c. 38.* Qua solstitiali plagæ obvia est. ¶ Morbus solstitialis, idem est ac siriasis, morbus nimirum ex inflammatione membranarum cerebri cum corporis totius siccitate, quia hujusmodi morbum vehemens Solis æstus tempore solstitii, vel etiam diebus Canicularibus solet afferre imprimis pueris. Aliqui intelligunt morbum subitaneum, qui ex subversione sensuum provenit. Ut enim cum Sol ad primam Cancri partem venit, & solstitium æstivum facit, plurimæ fiunt mutationes, ex gr. ex vino optimo fit vappa, ita etiam tunc hominum sensus nonnullorum averruntur. *Plaut. Trin. a. 2. sc. 4.* Nemo extat, qui ibi sex menses vixerit: ita cuncti solstitiali morbo decidunt. ¶ Spina solstitialis, genus spinæ, ita dictum, quia solstitio provenit, vel florer. *Columel. l. 2. c. 18.* Alias per ver evellamus, ut intuba, ac solstitiales spinas. ¶ Acinæ solstitiales, qui solstitio pereunt. *Plin. l. 14. c. 16.* Acinorum labruscæ pars æstu moritur prius, quam reliqui, qui solstitiales dicuntur. ¶ Etsi vero solstitialis a *solstitio* deducitur, tamen in hac voce sæpe Solis tantum significatio attenditur, & accipitur pro solari. *Liv. l. 1. c. 19.* Defuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe. *Solstitiale* ¶ Hinc *Annus solstitialis*, idem est ac solaris. *Serv.* in illud *4. Æn. v. 653.* Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi. Tribus humana vita continetur. Natura, cui ultra centum, & viginti solstitiales annos concessum non est, &c. ¶ Herba solstitialis est, quæ Solem spectat, cujus plures sunt species, heliotropium, condurdon, &c. Aliqui dictam putant a solstitio, quod respiciat solstitia, seu circulos tropicos. *Plaut Pseud. 1. 1. 36.* Quasi solstitialis herba pauliſper fui. Repente exortus sum, fcopulorum nives folvit. ¶ Translate sumitur pro liberate quocunque modo, cum ablat. sine præpos. ut Solvere obsidione, Solvere animum curis, metu religione, Solvere legibus. *Virg. 1. Æn. v. 566.* Solvere corda metu, Teucri, secluditе curas. *Id. leg.* corde metum. *Cic. pro Cæc.* Ut religione civitas solvatur. *Id. 11. Phil.* Solvi legibus. ¶ Item pro purgare. *Ovid. 2. Fast. v. 39.* Ipsum quoque Pelea Phoci Cæde per Æmonias solvit Acaſius aquas. ¶ Item pro auferre, tollere, removere. *Tac. l. 4. Ann. c. 24.* Primo fui incessu solvit obsidium. ¶ Item pro laxare, relaxare, onere levare. *Plin. l. 14. c. 18.* Uva solvit alvum. Sic solvere ventrem, apud *Col. l. 9. c. 13.* ¶ Hinc solvere animum, & solvere aliquem, *sollevare, ricreare. Mart. l. 9. ep. 28.* Qui spectatorem potui feciſſe Catonem; Solvere qui Curios, Fabricioque graves. *Horat. l. 2 sat 6.* qui tamen artium solverer hospitiis animum. ¶ Item pro aperire. *Brut. Cic. l. 11. Fam. ep. 10.* Ergaſtula solvere. *Col. l. 6. c. 14 de vene*: Deinde, cum ad ictum intumuit, cultello solvitur. *Nep. in Annib. c. 11.* Solvere epistolam. ¶ Item pro discutere. *Cels. l. 2. c. 6.* Nisi febris accessit eo tempore, quo ebrietas solvi debet. *Virg. 4. Æn. v. 55.* Solvere pudorem. ¶ Item pro explanare, diluere, respondere iis, quæ objiciuntur. *Quinct. l. 2. c. 18.* Nec enim positum a se argumentum solvit Orator. ¶ Item pro mollem, & tenerum facere, mitiorem reddere. *Plin. l. 2. c. 79.* humor in liquorem solutus. *Hor. lib. 1. od. 4.* Solvitur acris hyems grata vice veris, & Favoni. ¶ Solvere etiam accipitur pro debitum reddere, debitam pecuniam creditori numerare, *pagare*. In hac significatione est tertii ordinis, & præter accusativum

vum pretii; & dativum personæ exigit ablat. rei cum præpos. *pro*. Sed tamen interdum aliquis ex his casibus omittitur. *Cæs. l. 1. B. G. cap. ult.* Militibus pecuniam pro his rebus solvit. Al. leg. *dissolvit*. *Cic. Att. l. 1. ep. 2.* Mittimus, qui pro vectura solveret. *Idem in Ver.* 5. pro quo frumento pecunia soluta non est. ¶ *Solvere ab aliquo*, est a quoquam acceptam pecuniam creditori numerare. *Cic. Att. l. 7. ep. 17.* Frater laborat, ut tibi quod debet, ab Egnatio solvat. ¶ *Solvere alicui*, est illi satisfacere, pecunia reddita eum dimittere. *Plaut. Bacch. 4. 9. 136.* Ego ad forum hinc ibo, ut solvam militem. ¶ *Ad denarium solvere*, est ad denarii rationem, seu universo debito ad hanc monetæ speciem redacto. *Cicer. pro Quinct. cap. 4.* Decidis, statuisque tu propter necessitudinem, quæ tibi cum Scapulis est, quid iis ad denarium solvereatur. ¶ *Ad diem solvere*, est die statuto. *Cic. Att. l. 16. epist. 16.* Ut pecuniam reliquam Bathrotii ad diem solverent. ¶ *Solvendo esse*, vel *non esse*, est posse, vel non posse satisfacere pro ea re, pro qua obligati sumus. *Cic. 2. Phil.* Tu nec solvendo eras. *Id. 2. Off.* Negabatur non fuisse solvendo. *Vier. l. 10. c. 6.* dixit, Ad solvendum non esse. ¶ Sumitur etiam pro satisfacere de quacumque re. *Ter. Adelph. 2. 1.* Neque tu verbis unquam solves, quod mihi te malefecisse. *Cic. pro R. Am. c. 8.* Qui nondum etiam paterno funeri justa solvisset. *Id. in Pisl. 3.* Vota, quæ nunquam solveret, nuncupavit. Sic fidem solvere. V. *Fides*. ¶ Solvi interdum est mori. *Senec. ep. 10.* Nobis solvi, perire est. *Flor. l. 4. cap. 11.* Admotis ad venas serpentibus, quasi somno fulura est. *Petron. in Satyr.* Solvi inedia. ¶ Solvere vitam alicui, *ammaxare*. *Propert. l. 2. eleg. 10. (al. 7.)* Figite certantes, atque hanc mihi solvite vitam. ¶ Solvi ἐυθυ, apud *Virg. 2. Æn.* &, solvi in lacrymas, apud *Lucan. l. 8. disfasi in pianto*. ¶ Solvi ætas, *indebolirsi dal troppo calore*. *Ovid. 2. de art. am.* ¶ Solvere in Venerem corpora, *abbandonarsi alla lussuria, e infiacchirsi*. *Virg. 4. Georg.* ¶ *Solvere operam*, interdum est sacra facere. Operari enim verbum est in sacris frequentissimum. *Afran. apud Non. c. 12.* Solvo operam Dianæ. ¶ A Poetis usurpatur per *u* vocalem, & syllabis distinctis per Diæresim. *Tibul. lib. 4. carm. 5. v. 16.* Nulla queat posthac quam solusse dies.

Solus, a, um, *solo*, לבדו, עירי, אחר, Ger. *alleinig, einig*, Gal. *seul, desert*, Hisp. *solo*, μόνος, unicus, incomitatus. Usurpatur vel absolute. *Cic. 3. Off. c. 10.* Cui cum virum esset utilius solum se, quam cum altero regnare. *Id. 3. Verr.* Quod a nobis novem solis diebus prima actio sui judicii transacta sit. ¶ Vel cum gen. aut acc. cum præp. *inter*, aut abl. cum præp. *ex*. *Cic. 3. de Or. c. 18. de Stoicis*: Soli ex omnibus eloquentiam, virtutem, ac sapientiam esse dixerunt. *Plin. l. 9. cap. 17.* Solus omnium accipenser, squamis ad os versis, contra aquas natando meat. ¶ Aliquando jungitur cum *unus*. *Cic. de Arusp. resp. c. 7.* Uno, illo solo antistite sacrorum dissentiente. *Id. in Pison. c. 40.* Cives R. te unum solum suum depeculatorem vemisse senserunt. ¶ Interdum ponitur pro solitario, deserto. *Ter. Andr. 2. 4.* Venit meditatus aliquande ex solo loco. *Cic. 1. de Divin. c. 28.* Cum in locis solis mœstus errares. ¶ Genitivum facit *solius*, olim eriam *soli*, *sole*, *soli*, quemadmodum & in dativo. *Ter. Eun. 5. 6. 3.* Mihi solæ ridiculo fuit. *Lato in Orig.* apud *Priscian. l. 6.* Soli Lucii Manilii beneficium gratum fuit.

Solúte, adverb. *sciolramente, liberamente*, Germ. *frey, liederlich*, Gall. *sans soucy, librement*, Hisp. *sueltamente*, λελυμένως, libere. *Cic. 2. de Div. c. 48.* Si aut furore divino incitatus animus, aut somno relaxatus solute moveatur, ac libere. *Tacit. Ann. 13. c. 47.* Quo solutius lasciviret. ¶ Translate captur pro fine disciplina, cura, solicitudine. *Cic. in Brut. c. 80.* Tam solute egisset, tam leniter, tam otiosse. ¶ Item pro clare, aperte. *Cic. in Brut. c. 29.* Nisi id quæs solute, & suaviter dicere.

Solútilis, le, adject. qui solvi potest, χάσιμος, *scompaginato, mal unito*. *Sueton. in Ner. cap. 34.* Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus est.

Solútim, adverb. solute, laxe. *Tertull. de Pall. cap. 5.* Tota molitio palii est opere solutim.

Solútio, onis, *f. 3. scioglimento*, התרה, פתורה, λύσις, actus solvendi. *Cic. 1. de Or.* Linguæ solutio, vocis sonus, latera, vires. *Id. 3. Tusc. cap. 25.* Ipsam agritudinem λύπην Chrysippus, quasi solutionem totius hominis, appellatam putat. ¶ Item infirmatio, debilitatio, ut *Solutio* stomachi, cum naturales ejus facultates aut amissæ sunt, aut cere imbecilliores redditæ. *Plin. l. 20. cap. 23.* Cum melle, aut adipe, aut cera ad stomachi solutiones inspersum polentæ modo. ¶ Item pro satisfactione de pecunia, aut alia re debita, *pagamento*. *Cic. 2. Off. c. 24.* Solutio rerum creditarum. *Id. Att. lib. 15.* Tamen, nisi explicata solutione, non fum discessurus. idest nisi videro esse, unde satisfiat creditoribus meis.

Solútor, oris, m. *pagatore*. *Tertul. l. 4. adverf. Marcion. c. 17.* Solutori utique pignus restituendum esse.

Solútus, a, um, *sciolto, disciolto, slegato*, מותר, מפותח, נשקל, λελυμένος, λυθείς, a vinculo exspeditus. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Epistola, quam, ancora soluta, de phaselo dedifti. *Plaut. Trucul. 4. 2. 63.* Reus solutus, testes vincti. *Phædr. l. 3. fab. 7. v. 20.* Canis solutus catena. *Horat. epod. 10.* Navis soluta, *sciolta dal lido*. *Ov. 2. Am. el. 11. v. 23.* Funis solutus. *Id. Heroid. ep. 11. v. 4.* Charta soluta. *b. e.* explicata, evoluta. *Nepos in Annibal. c. 11.* Soluta epistola. *b. e.* aperta. *Plin. l. 10. c. 36.* Solutus volatus, *vole sfedito, e libero*. *Cic. l. 1. de Divin. c. 2.* Motus solutus, ac liber. *Propert. l. 4. eleg. 6. v. 31.* Crines in colla soluti. *Horat. l. 1. od. 30.* Gratiæ zonis solutis. *Ovid. l. 1. de ar. am. v. 41.* Loris solutis ire, *a briglia allentata*. *Id. 2. de ar. am. v. 47.* Cera solutæ ignes, *disfatte, liquefatte*. *Id. 3. am. eleg. 6. v. 93.* Nives solutæ. *Horat. l. 1. od. 4.* Flos, terræ quem ferunt solutæ. *b. e.* ab hieme & glacie liberæ. *Ovid. 2. de ar. am. v. 237.* Imber cœlesti nube solutus. *Claudian. l. 2. in Rufin. v. 258.* galeasque solutis Humectat lacrymis. *Quintil. declam. 9. cap. 7.* Solutus lacrymis, *sciolto in lagrime*. *Seribon. Larg. compos. 57.* Cicatrices solutæ. *b. e.* refolutæ, diductæ, rursus aperæ, ἀνακυμώσεις. ¶ *Soluta terra* dicitur, quæ rarior est, & versari facile potest, cui opponitur densa, spissa, & gravis. *Colum. l. 3. c. 14.* Soluta & facilis terra. *Plin. l. 17. c. 22.* Tenerum, & solutum solum. *Frontin. de aquad. artic. 15.* Solutiores ripæ. *b. e.* quas facile fluens amnis abradit. *Sic Plin. l. 25. c. 9.* Agaricon mas spissior, fœmina solutior. ¶ *Soluta alvus* est cita, fusa, *ventre rilassato*. *Plin. l. 14. c. 18.* Solutam alvum firmare. ¶ Translate est diffolutus. *Tacit. 4. Ann. c. 73.* Solutum obsidium. *Juvenal. sat. 9. v. 79.* Solutum conjugium. *Sallust. in Jug. c. 45.* Plebis vis soluta, atque in multitudinem dispersa. *Id. ib. c. 43. in fin.* Milites, quos, soluto imperio, licentia corruperat. *Gell. l. 18. c. 2.* Soluta quæstio, *& c. 13.* Soluta captio. ¶ Item liber, exspeditus. *Cic. 4. Ver. c. 75.* Animo soluto, & libero esse. *Id. pro Rabir. Post. c. 5. in fin.* Solutus, ac liber lege. *Id. 2. de Or. c. 6.* Solutus opere. *Id. Agrar. 1. c. 1.* Solutus a cupiditatibus, liber a delictis. *Horat. Epod. 2.* Solutus omni fœnore. *Id. l. 1. sat. 6. v. 129.* Solutus malæ ambitione. *In Ædil. edicto* apud *Gell. l. 4. c. 2.* Solutus noxa. *Plin. l. 22. c. 4.* Senatus cura belli solutus. *Justin. l. 14. c. 2.* Solutus metu mortis. *Id. l. 3. c. 3.* Solutus religione jurisjurandi. *Quintil. l. 5. c. 14.* Anima soluta corpore. *Cic. Fam. 3. ep. 5.* Quo mea ratio facilior & solutior esse posset. *b. e.* exspeditior. *Id. l. 1. Fam. ep. 9. ad fin.* Si essent omnia mihi solutissima, tamen in republica non alius essem. *Id. 1. de Fin. c. 10.* Cum soluta nobis est eligendi optio. *Tacit. Ann. 4. 35.* Maxime solutum, & sine obtrectatore fuit prodere &c. *Catul. carm. 31. ad Sirmion. vers. 7.* O quid solutis est beatius curis! ¶ Cum genitivo, *Horat. l. 3. od. 17.* Famuli foluti operum. ¶ *Risus solutus* est effusus, liberior, cachinnus. *Virg. 2. Georg. v. 386.* Verfibus incompsis ludunt, risuque soluto. ¶ *Solutus homo*, hoc est a curis liber, atque adeo mente hilaris, serenus, lætus. *Horat. l. 1. ep. 5. v. 19.* Fœcundi calices quem non fecere disertum? Contracta quem non in paupertate solutum? ¶ *Solutus gaudio vultus* apud *Petron. in Satyr. c. 91.* est gaudio carens, tristis. V. integrum locum. ¶ *Soluta oratio* est quæ metro caret, *prosa*: cui opponitur carmen. *Varr. in fin. l. 6. de L. L.* Libri duo de oratione soluta, de poetica unus, *& initio l. 6.* Ut in soluta oratione, sic in poematis. Adde *Cic. 3. de Orat. cap. 48.* & *Varr. l. 9. L. L. pag. 157.* & *Gel. l. 7. c. 14.* ¶ Huc pertinent illa *Ovid. 4. Trist. eleg. 10. v. 23.* toroque Helicone relicto, Scribere conabar verba soluta modis. *Thul. l. 4. eleg. 1. vers. 36.* Canere vincto pede, aut soluto. *Stat. l. 5. silv. 3. v. 101.* Sive orfa libebat Aonitis vincire modis, seu voce soluta spargere. *Quintil. l. 10. cap. 1.* Historia est quodammodo carmen solutum. ¶ Porro *soluta* dicitur oratio, non quod numeris & pedibus careat: (debet enim, ut bella sluat, & apte cadat, suos numeros habere, qui plane iidem sunt cum iis, quos Poetæ in carminibus adhibent: qua de re multa *Cicero l. 3. de Or. c. 44. & sequent.* & *in Orat. c. 56. & seq.* & *Quintil. l. 9. c. 4.* &c.) sed quia ab adstricta illa metrica lege soluta est, & liberius incedit. Est enim elaboratæ verborum compositionis præcipua laus, *ut quamvis* oratoris numeris *vincta sit*, tamen *soluta videri possit*, ut *Quintil. ibid.* loquitur. Quare idem *Quintil.* non longe ab initio ejusdem capitis prosam orationem in duo genera dividit, ut *alia vincta sit, atque contexta*, (qualis est in orationibus) *alia soluta, qualis in sermone, & epistolis*. *Quod non eo*, inquit, *dico, quia non illud quoque solutum habeat suos quosdam, & forsitan difficiliores etiam pedes: neque enim aut hiare semper vocalibus, aut desitui temporibus volunt sermo, & epistola: sed non fluunt, nec cohærent, nec verba de verbis trahunt: ut potius laxiora in his vincula, quam nulla sint*, &c. ¶ Apud *Horat. lib. 4. od. 2. numeri lege soluti*: sunt versus ad libitum Poetæ efficti, non quidem sine metro: sed modo hac, modo illa metri lege compositi, modo breviores, modo longiores, modo lyrici, modo heroici, &c. ut sit in dityrambis. ¶ *Solutus in dicendo* est idem, qui expeditus, facilis, copiosus, & verbis ad voluntatem fluentibus, quidqu d libuerit, clare explicans. *Cic. in Brut. c. 47.* Philippus satis creber in inveniendis, solutus in explicandis sententiis. *Id. ibid. c. 48.* Omnium oratorum solutissimus in dicendo. *& cap. 70.* Torquatus a natura ad dicendum satis solutus, atque expeditus. ¶ *Solvi agri* dicuntur a *Siculo Flacc. de condit. agror. pag. 3. Goesii*, quorum fines deprehendi non possunt. ¶ Ponitur etiam *solutus* pro languente, debilitato, fracto. *Justin. l. 9. c. 6.* Solutus mero. *Virg. 9. Æn. v. 236.* Somno, vinoque soluti *Ovid. 8. Metam. v. 712.* annis, ævoque soluti. *Id. Metam. 11. v. 612.* membra languore soluta. *Petron. c. 138.* Aniculæ solutæ mero, ac libidine. *Stat. l. 3. Theb. v. 255.* Æquor longa ventorum pace solutum. *b. e.* tranquillum, quietum. ¶ Et absolute *Petron. c. 140.* Lumborum solutorum esse. *Lucan. l. 2. v. 559.* Solutus, & defectus. ¶ Hinc *Solutus stomachus* est, qui cibum non retinet, vel non concoquit, *stomaco debole*; quem morbum *Cels. l. 4. c. 5.* resolutionem stomachi appellat. *Petron. c. 117.* Solutioris stomachi esse. *Scribon. Larg. compos. 92.* Solutum stomachum habere. ¶ Hinc etiam *solutus* dicitur de mortuis. *Ovid. in Ibin, v. 146.* Sive manu facta morte solutus ero. *Petron. c. 111.* Solutus inedia, *morto da fame*. *Flor. l. 4. c. 11. in fin.* Sic morte, quasi somno solum est. *Senec. in epigr. super exilio ad Corsicam*. Parce relegatis, hoc est jam parce solutis. Al. plerique leg. *sepultis*. ¶ Sumitur item pro effœminato, molli, delicato. *Cic. de clar. Or. c. 62. in fin.* Solutus, & mollis in gestu. *Quintil. l. 11. c. 3.* Sinum togæ in dextrum humerum ab imo rejicere, solutum, ac delicatum est. *Id. l. 12. c. 2. (al. 3.)* Pueri soluti, ac fluentes ¶ Item pro remisso, negligenti. *Cic. Catil. 2. c. 12.* Mea lenitas si cui solutior visa est. *Liv. l. 3. c. 8.* solutiore cura esse. *Tacit. Ann. 16. c. 28.* Dicta factaque ejus solutiora, & quamdam sui negligentiam præferentia. *Auvel. Vitl. de Cæsar. c. 33.* secundis rebus solutior. *Justin. l. 34. c. 2.* Apud eos neglecta omnia, & soluta fuere. *Plin. l. 2. ep. 11.* sententia solutior. *b. e.* minus severa. ¶ Item pro immoderato, effræni, & qui nulla re coerceri, & astringi potest, qui modum non servat. *Liv. l. 27. c. 31.* Quo minus conspectus, ne fortiger erat. *Id. l. 2. c. 3.* Libido solutior. *Senec. de Constant. Sap. c. 11.* solutissimæ lingæ esse, *linguacciuto*. *Suet. in Aug. c. 44* spectandi solutissimum morem fortiger erat. *Tacit. 2. hiper. c. 99.* Nimis fortunæ indulgentia soluti in luxum. *Apul. in Apol.* soluta audacia præditus. *Damen. in paneg. ad Constantin. c. 2.* solutam, perditamque disciplinam reformare. *Valer. Max. l. 6. c. 9. n. 2.* Vita solutior. *Justin. l. 3. c. 3.* soluti mores, *fregolati*. ¶ Denique *solutus* idem est quod dissolutus, perfolutus, *pagato*. *Cic. Aspic. l. 16. ep. 6.* Hoc, quod satisfacto debeo, peto a te, ut plane expedias, & solutum relinquas. ¶ Urbane, & translate *Virg. 7. Æn. v. 5.* Exsequiis rite solutis. *Ovid. 5. Fast. v. 452.* Justa soluta Remo. *Id. 6. Fast. v. 248.* Vota soluta Deæ. ¶ *In solutum accipere* est accipere ad satisfactionem, aut certe in deductionem debiti, *ricevere a conto di debito*: & *dare in solutum*, vel *pro soluto* est transferre aliquid in creditorem, ut in liberationem debiti cedat. *dare a conto*. Quæ phrases leguntur apud *Senec. l. 2. de benef. c. 26.* & *Ulpian. Dig. l. 42. tit. 15. leg. ult.* & *l. 46. tit. 3. leg. 45.* Sic *Hermogenian. Dig. l. 41. tit. 4. qui inscribitur* pro soluto, *leg. 1.* Pro soluto usucapit, qui rem debiti causa recepit, & *Marcel. Dig. l. 46. tit. 3. leg. 48.* Pro soluto habere aliquid. Sic *Senec. ep. 8. in fin.* Hoc non imputo in solutum, *nel metto a conto*. ¶ Aliquando *solutus* dicitur ipse creditor, cui satisfactum est solutione debiti. *Paul. Dig. l. 12. tit. 1. leg. 31.* Omne, quod habiturus esset actor, si litis contestandæ tempore solutus fuisset, restituendum est. Fortasse legendum *solutum*.

Solýma, orum, ירושלם, urbs Palæstinæ, quæ postea *Hierosolyma* appellari cœpit *Martial. l. 11. ep. 95.* Solymis quod natus in ipsis.

Solými, m. 2. pop. Asiæ, qui postea Milyes appellari sunt, Lyciis, & Pisidis proximi. *Plin. l. 5. c. 27.* eosdem cum Pisidis facit. ¶ Item pop. Palæstinæ, quorum urbs *Solyma. Tacit. 5. hist. c. 2.* Solymos carminibus Homeri celebratam gentem.

Solýmus, a, um, adject. ad Solymos pertinens. *Juven. sat. 6. v. 543.* Interpres legum Solymarum.

Somnialis, le, adject. ad somnia pertinens. *Fulgent. l. 1. Mithol.* sub initium, & *Inscriptio* apud *Reinef. Class. 10. n. 4.*

Somniátor, oris, m. בעל החלומות, qui somniat, vel somniis fidem adhibet. *Senec. l. 3. controver. f.* Erat ex somniatoribus totus. *Tertul. adverf. Gnoft. c. 2.* Ne credaris sermonibus somniatoris illius.

Somniculóse, adv. ὑπνωτικῶς, negligenter. *Plaut. Capt. 2. 1. 31.* Haud somniculose hoc agendum est.

Somniculósus, a, um, *somnolento, sonnacchioso*, נרדם, ישן, Ger. *volschlaffs, schlafferig*, Gall. *qui se laisse aller au sommeil*, Hisp. *cargado da sueno, soñolienbo*, ὑπνωτικός, plenus somno, & ignavia. *Cic. de Senec. c. 11.* Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavæ, somniculosæ senectutis. *Martial. l. 3. ep. 58.* Somniculosi glires.

Somnífer, ra, rum, *sonnifero*, ὑπνοφόρος, quod affert somnum. *Pl. l. 18. c. 25.* Viscque somnifera etiam fativo papaveri.

Somníficus, a, um, ὑπνοποιός, quod somnum facit, seu inducit. *Plin. l. 37. c. 10.* Et vifo dracone spargere somnifica medicamenta.

Somnío, as, a. 1. *fognare*, חלם, Ger. *traumen*, Gall. *fonger*, Hisp. *sonar*, ὑπνοφωτέω, per quietem aliquid quasi vigilans video. *Cic. 1. Divin. c. 20.* Somniavit, se peperisse satyriscum. *Plin. l. 28. c. 4.* Aristoteles, & Fabianus, plurimum somniari circa vernum, & autumnum tradunt. ¶ Sæpe somniare dicuntur, qui aliquid inepte, & sine ratione dicunt, aut faciunt. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 8.* Portenta, & miracula non differentium philosophorum, fed somnianrium. *Plaut. Cappiv. 4. 2. 68.* Hæc vigilans somniat.

Somniósus, a, um, ὑπνώδης, qui crebris somniis vexatur. *Plin. l. 28. c. 19.* Somniosos fieri lepore sumpto in cibis, Caro arbitratur,

Somnium, ii, n. *sogno*, חלום, Ger. *traum, nachtgesichte*, Gall. *songe*, Hisp. *sueno*, ὄνειρο, illusio, quam patimur cum dormimus, phantasma, *visum*. *Enn.* apud *Cic. 1. Divin. c. 21.* Somnium facere. *Cic. ibid. c. 26.* Enarrare somnium. *Id. ibid.* Admonitio in somniis. ¶ Sæpe sumitur pro re inani & vana. *Teren. Adelph. 2. 1. 50.* De argento somnium. *Id. Phorm. 5. 6. 35.* Somnium: utin' hæc ignorarer suum patrem! ¶ Dicitur etiam de inerte homine. *Terens. ib. 3. 4. 31.* Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es; ille fusilis, somnium.

Somnolentia, æ, f. *sonnolenza*, תרדמה, *Sidon. l. 2. ep. 2.* Ubi somnolentiæ cubiculariorum dormiendi locus est.

Somnolentus, a, um, adject. *sonnolento*, somno plenus. *Apul. l. 1. Met.* In media verba somnolentum desinere. *Solin. c. 33.* Somnolentium arbor sustinet.

Somnorínus. V. *Somnunus*.

Somnúrnus, a, um, ὑπνωματικός, quod in somno videtur, a *somnus*, ut a *forylus colurnus*, pro *corulnus*. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 590.* Levis mens unquam somnurnas imagines affatur, non umbrantur somno populæ. Alii leg. *somnonas imagines*, h. e. per somnium visas. Alii aliter.

Somnus, i, m. *sonno*, שנה, תרדמה, Ger. *schlaff*, Gall. *sommeil*, Hisp. *sueno*, ὕπνος, sopor, actus dormiendi, quies. *Cic. in somn. Scip. c. 1.* Arctior somnus me complectitur. *Id. ib. c. 2.* E somno excitare. *Id. c. Tuscul. c. 43.* Ex somno excitare. *Id. Attic. 8. ep. 1.* somnum capere. *Id. Tuscul. 1. c. 47.* Dare se somno. *Id. 3. de nat. Deor. c. 29.* In somnis videre aliquid. *Virg. 6. Æn. v. 520.* Somno gravari. *Id. 2. Æn. v. 302.* Excuti somno. *Id. 9. Æn.* Profiare somnum pectore, *ronfare*. *Sueton. in Aug. c. 16.* Arcto somno devinci. *Tac. de Germ. c. 22.* somnum in diem extrahere. *Quintil. l. 9. c. 4.* somnum petere. *Ter. Heaut. 3. 1. 82.* Hac nocte somnum oculis non vidi meis. *Cic. Fam. 7. ep. 31.* Fuit mirifica vigilantia, qui toto sui consulatu somnum non viderit. Loquitur de *Caninio*, cujus Consulatus fuit paucarum horarum. *Plin. l. 26. c. 8.* Ire in somnum, *esser sonnacchioso, patir letargo*. ¶ Servi ad somnum dicebantur, qui ad cubiculum domini excubantes silentia faciebant, ne eum dormientem quis excitaret. *Curt. l. 6. c. 11.* Per dispositos, quos ad somnum habebat &c. Sunt qui leg. *super somnum*. ¶ Translate somnus; ponitur pro torpore, atque ignavia. *Tacit. 2. Hiftor. c. 90.* Conscia omni Italia, per quam somno & luxu pudendus incesserat. *Sallust. in Catil. c. 2.* Multi mortales dediti ventri, atque somno. ¶ Poetæ fabulantur, Somnum deum esse filium Erebi, & Noctis, cujus regiam apud Cimmerios positam describit *Ovid. 11. Metam. v. 597. V. Cic. 3. de nat. Deor. c. 17.*

Somphus, i, σομφός, cucurbitæ silvestris genus. *Plin. l. 20. c. 3.*

Sonabílis, & le, o. 4. *risonante*, נותן קולו, אתאוה, quod sonat, sonorum. *Ovid. 9. Metam. v. 783.* Crepuitque sonabile sistrum,

Sonándus, a, um, אתאוה, partic. pass. temporis futuri, vel gerundium nominativi. *Ovid. de art. am. l. 1. v. 205.* Et magno nobis ore sonandus eris, idest gravi carminis genere celebrandus.

Sonans, antis, o. 3. *sonante*, בעל קול, הומה, אאוֹן, a verbo *sono*. *Virg. 3. Æn.* Turba sonans prædæ pedibus circumvolat uncis. *Ovid. 12. Met. v. 146.* Nocte, dieque patet, toto est ex ære sonanti. *Plin. l. 6. ep. 16.* Meatus animæ illi gravior, & sonantior erat. ¶ *Sonantes lusi* dicuntur propter murmur fontium, vel fluviorum, qui per illos fluere solent. *Virg. Ecl. 10. v. 58.* per rupes videor, lucosque sonantes Ire. Adde *4. Georg. v. 363.* Sic *Æn. 7. v. 82.* lucosque sub alta Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat.

Sonatúrus, a, um, partic. temporis futuri, a *sono*. *Hor. l. 1. sat. 4.* Magna sonaturum des nominis hujus honorem.

Sonax, acis, adject. sonans, sonorus. *Apul. l. 8. Milef.* Aper dentibus attritu sonaci spumans. *Ovid. 1. Met. v. 333.* Cæruleum Tritona vocat, conchaque sonaci Inspirare jubet.

Sonchus, i, m. *cicerbita, grisspignolo*, σόγχος, herba, intybi quædam species. *Pl. l. 22. c. 21. & l. 26. c. 16.*

Sonípes, edis, m. 3. דוהר, אבירי אתים, qui pedibus sonat. *Grat. in Cyneg. v. 43.* Vix operata fuo sacra ad Bubastia lino Velatur sonipes festivi turba Canopi. *b. e.* suppedaneis crepitaculis instructa saltans. ¶ Dicitur etiam de equis, quia currendo pedibus sonant. *Virg. 4. Æn. v. 135.* Stat sonipes, & fræna ferox spumantia mandit.

Sonito, as, *neut. 1. σώνεω*, frequenter sono. *Solin. c. 8. de Italia*. Locrensium cædæ ultra æteras sonitant.

Sonítus, us, m. *suono, strepito*, הום, קול, Ger. *thon*, Gall. *son*, Hisp. *sonido*, אאוֹן, sonus, crepitus. *Cic. in Somn.* Hoc sonitu complexæ aures obsurdueruut. *Id. 1. Tusc. c. 40.* Quo sonitu reddito, ridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ. *Nep. in Alcib. c. 10.* Sonitus flammæ. ¶ *Sonitri* pro sonitus in genit. usurparunt *Pacuv.* & *Cæcil.* apud *Non. c. 8. n. 67.*

Sonóríus, a, um, adjectiv. idem ac sonans. Augures enim *sonivium tripudium* vocabant, cum ex ore pullorum aliquid excidit cum sonitu, seu strepitu. *Cic. 6. Famil. epist. 6.* Non igitur ex alitis volatu, nec ex tripudiis solistimis, aut soniviis tibi auguror. *Festus*: Sonivium tripudium, ut ait Appius Pulcher, quod sonit, cum puls excidit pulli quadrupedive ex ore.

Sono, as, ui, itum, n. 1. *suonare, fare strepito*, הגה, נתן קול, Ger. *thonen*, Gall. *sonner*, Hisp. *sonar*, אאה, sonum facio, sonum edo. *Plaut. Curc. 1. 2. 18.* Amabo, cuja vox sonat procul? *Virg. 2. Æn. v. 113.* Toto sonuerunt æthere nimbi. ¶ Cum ad instrumentum refertur, ablativum exigit sine præp. ut Sono cithara, fidibus, &c. *Hor. l. 2. od. 13.* Et te sonantem plenius aureo, Alcæe, plectro. ¶ Aliquando accipitur pro sono referre, repræsentare, effingere, & tunc cum acc. constituitur. *Virg. 1. Æn. v. 328.* Nec vox hominem sonat. ¶ Item pro loqui, pronuntiare. *Cic. pro Arch. c. 8.* Ut eriam Cordubæ natis Poetis pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamen aures suas dederet. ¶ Item pro significare. *Cic. 3. Off. c. 21.* Ut hæc duo verba inter se discrepare, sed tamen unum sonare videantur. ¶ Legitur & præterium *sonavi*. *Tertull. ad Scapul. c. 2.* Pristina quid tonitrua sonaverint, sciant qui obdurauerunt. ¶ Hinc partic. *sonaturus*, & *sonandus* V. suis locis. ¶ Passive *Horat. Epod. 17.* Sive mendaci lyra voles sonari. h. e. carmine laudari. *Albinovan. eleg. 1. v. 108.* queftus Ad surdas tenui voce sonantur aquas. ¶ Et impersonaliter. *Apul. l. 5. Met.* Jubet eicharam loqui, psallitur, tibias agere, sonatur. ¶ Est etiam *Sono, is*, 3. conjug. *Lucret. l. 3. v. 157.* Caligare oculos, sonere aures, succidere artus. *Enn.* apud *Non. c. 10. n. 4.* Æs sonit, fragunture hastæ.

Sonor, oris, m. 3. *strepito*, קול, βρόμος, sonus vehementior. *Virg. 7. Æn. v. 462.* Magno veluti cum flamma sonore Virgea suggeritur costis undantis aheni. *Id. 9. Æn. v. 651.* Et crines albos, & fæva sonoribus æma. *Tac. 14. Ann. c. 36.* Ut spirarent sonores barbarorum, & inanes minas.

Sonóre, adv. אתאוה, cum sonitu. *Gell. l. 4. c. ult.* Et in jure stans, clare nimis, ac sonore oscitavit.

Sonorínus, a, um, adject. *Sonorinæ* imagines dicuntur a *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 790.* quas sibi sentire videntur ii, qui morboso aurium tinnitu laborant. Alii tamen aliter leg.

Sonórus, a, um, *sonoro, strepitoso*, הומה, בעל קול, Ger. *laut thonend*, Gall. *qui rend grand son*, Hisp. *que mucho suena, sonoro*, אאוֹנִי, πολυκηχής, ψοφώδης, quod graviter sonat. *Virg. 5. Æn. v. 53.* Luctantes ventos, tempestatesque sonoras. *Tibull. l. 3. eleg. 4. v. 69.* Sonoræ citharæ.

Sons, ontis, o. 3. *colpevole*, אשם, חיב, Ger. *schuldig*, Gall. *coupable*, Hisp. *coulpado, sinistro*, noxius, noxius, criminis alicujus convictus. *Cic. 1. Off. c. 24.* Idque est viri magnanimi rebus agitatis punire noxios, multitudinem conservare. *Id. 3. de Leg. c. 3.* Vincula sontium servanto, capitalia vindicanto. *Virg. 10. Æn. v. 854.* Omnes per mortes animam sontem ipse dedisiem. *Ovid. 13. Met. v. 563.* immergitque manus, fœdataque sanguine sonti. ¶ Dii sontes dicuntur a *Stat. l. 5. Thebaid. vers. 610.* qui noxii sunt hominibus, & injurii.

Sontiátus, m. 3. *Soltz*, pop. & opp. Aquitaniæ, sub Aufciis, in tractu Armeniaco, inter Lactoram ad Occ & confluentes Tarnis in Garumnam fl. ad Or. *Cæsar de B. G.*

Sonticus, a, um, *noceole, grave*, קשה, גורע, Ger. *schadlich, die fallende fuchr*, Gall. *mechante, mal caduc*, Hisp. *culpado*, βλαβερός, noxius, gravis, vehemens, a *sons*. Morbus sonticus veteribus dicebatur, qui ita gravis erat, ut solitas functiones impediret, quem qui patereiur, justam excusationem habere putabant, quo minus in judicium vocatus se sistere cogeretur. Idem est, ac facer, sive comitialis, qui & morbus major vocatur. *Venuleius l. ult. ff. de Ædil. edicto*. Quoties morbus sonticus nominatur, eum significari Cassius ait, qui nocear. Nocere autem intelligi, qui perpetuus sit, non qui tempore finiatur. Sed & morbum sonticum videri qui incideit in hominem, postquam is natus sit. *Plin. l. 36. c. 19.* Gagates deprehendit sonticum morbum, & virginitatem suffitus. ¶ Sontica causa, est causa morbi sonrici: item justa, legitima, vera, quia morbus sonticus est justa causa absentiæ. *Fest.* Sontica causa dicitur a morbo sontico, propter quem, quod est gerendum, agere desistimus. M. Porcius Cato de R. R. Artili, qui dicat eam causæ extitisse, timidus ne sis, ab impedimento tibi causam sonticam fuisse? *Tibull. l. 1. el. 9. v. 51.* Parce, precor, tenero; non illi sontica causa est, sed nimius lucro corpora tingit amor.

Sonus, i, m. *suono*, שאון, קול, הגיה, Ger. *thon, klang*, Gall. *son*, Hisp. *son*, אאוֹן, quicquid auribus percipitur, sive id ab ore animalium proficiscatur, quod vocem appellamus, sive ex aliorum corporum collisione. *Cic. 2. de nat. Deor.* Aures cum sonum recipere debeant. *Id. ibid. c. 60.* Itaque ad pingendum ad fingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos, ad tibiarum apta manus est. *Id. ib. c. 59.* Quæ sonos voces distinctos, & præsos efficit. *Id. 4. Acad.* Fuerit tibi Empedocles videtur, at mihi dignissimum rebus his, de quibus loquitur sonum fundere. ¶ Sumitur etiam pro prosodia, sive accentu. *Cic. in Orat.* Cujus quidem e tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta fit, & tam suavis varietas, perfecta in cantibus. ¶ Item pro verbis. *Ovid. 6. Fast. v. 508.* Instimulat fictis insidiosa sonis. ¶ A Veteribus interdum per quartam declinationem inflectebatur. *Sisenna l. 4. Hist.* apud *Non. c. 8. n. 67.* Postquam in sonu signorum prælium magno cum clamore virorum commissum est.

Sophène, es, f. 1. Sophane, regio Armeniæ majoris, in conf. Mesopotamiæ, ubi Tigris sub terra conditus post 25. M. P. emergit. *Plin. l. 5. c. 12.* ¶ Populi *Sophenæ* appellantur. *Lucan. l. 2. v. 593.*

Sophía, æ, f. σοφία, חכמה, sapientia. Hac voce Cicero si quando uritur, Græcis literis scribit. At *Senec. epist. 89.* Sapientia est, inquit, quam Græci σοφίαν vocant. Hoc verbo quoque Romani utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur: quod & togatæ tibi antiquæ probabunt, & inscriptus Dossenni monumento titulus. Hospes resiste, & sophiam Dossenni lege. Hæc *Senec.* Sic *Martial. l. 1. ep. 112.* Cum tibi sit sophiæ par fama, & cura Deorum. Adde *Afran.* apud *Gel. l. 13. c. 8.*

Sophianus, a, um, adject. σοφικός, sapiens, doctus. *Coripp. l. 4. v. 288.* Et sophianarum splendentia tecta novarum.

Sophísma, atis, n. *sofisma*, השערא, σόφισμα, genus fallacis argumentationis, conclusio fallax, commentum, & falsa oratio ita composita, ut vera esse videatur. *Cic. 4. Acad. c. 24.* Quorum sunt contorta, & aculeata quædam sophismata: Sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. *Gell. l. 18. c. 13.* Sophisma diluere.

Sophísmaticus. V. diction. sequentem.

Sophísmatum, ii,

Varro l. 5. de L. L. c. 8. tradit, vel a Græco ejusdem significationis verbo φορέω. *Plin. l. 7. c. 53.* Ap. Saufejus, cum a balneo reverfus multum bibiſſet, ovumque forberet. *Id. l. 22. c. 23.* His, qui coagulum lactis forbuerint. *Virg. 3. Æn. de Scylla & Charybdi*, imo barathri ter gurgite vaſtos Sorbet in abruptum fluctus. ¶ Simul ſtare & forbere haud facile, proverb. apud *Plaut. Moſtel. 3. 2. 104.* quo ſignificatur, difficile duas res uno eodemque tempore peragi poſſe. ¶ Translate forbere ſumitur pro avide deſiderare, ſeu præpropera ſpe devorare. *Cic. Phil. 12. c. 5.* Quem gurgitem, quam voraginem, quid eum non forbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus ſanguinem non bibere cenſeris? ¶ Item pro perferre. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 9* τὸ ejus iſta odio non forbeam ſolum, ſed etiam concoquam. ¶ Item pro delere, auferre. *Sil. l. 4. v. 578.* Cruor veſtigia forbet. ideſt ita replet veſtigia, ut non cognoſcantur. ¶ Sorberi navigia dicuntur, cum mari merguntur. *Senec. ep. 4.* Eodem die, ubi luſerunt, navigia ſorbentur. ¶ Præterium *forpſi* legitur in compoſitis. V. *Abſorbeo.* Sed & in ipſo ſimplici legi apud Veteres, teſtis eſt *Diomed. lib. 1. pag. 363. Putſch. & Charif. lib. 3. pag. 217.*

Sorbilis, & le, o. 3. ῥοφητός, quod facile ſorbetur. *Col. l. 8. c. 17.* Quinque ſunt cibi ſorbilibus proximi, ut e malchra recens caſeus. Adde *Celſ. l. 4. c. 3.*

Sorbillo, as, a. *bere a ſingulti*, שחה, *ארפולפאו*, minutim, & paulatim ſorbeo, parum, ſed frequenter ſorbeo. *Ter. Adelph. 4. 2. 53.* Et cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem. *Apul. l. 2.* Sorbillæ dulciter.

Sorbillum, i, n. ἀναῤῥόφημα, potiuncula ſorbitioni apta. *Pleut. Pœn. 1. 2. 185.* Hem, mihi jam video propter te vitchtandum ſorbillo. *Al. Sorbilo.*

Sorbitio, onis, *f.* לעה, שחיה, βόφησις, ſorbendi actio, & ipſum juſculum quod ſorbetur. *Perſ. ſat. 4. de Socrate:* Sorbitio tollit quem dira ciccta, ¶ *Metonymice* ponitur pro eo, quod ſorbetur, pro juſculo ad ſorbendum præparato. *Col. l. 6. c.* Factaque ſorbitio per cornu infunditur. *Celſ. l. 4. c. 7.* Ergo primis diebus danda eſt ſorbitio priſanæ, vel aliæ, vel orizæ.

Sorbitum, ii, n. juſculum ſorbendo aptum, ſorbillum. *Seren. Sammonic.*

Sorbitiuncula, læ, f. parva ſorbitio. Eſt *Marcelli Empir. c. 10. ante med.*

Sorbum, i, *n. ſerba*, זרדחא, *ſorbi* arboris fructus, ſimilis piro, quod etiam malum ſorbum appellarur, cui magna vis ineſt ventrem ſiſtendi. *Cato c. 7.* Sorba in ſapa cum vis condire, vel ſiccare, viridia faciæ. *Col. l. 5. c. 10.* Et mala ſorba, pruna, poſt mediam meſſem uſque ad Idus Feb. ſcrito. *Martial. l. 13. ep. 26.* Sorba ſumus molles nimium durantia ventres.

Sorbus, i, f. *ſorbo*, ὄν, ὅς. genus arboris procere. *Pl. l. 16. c. 18,* Aquoſis montibus gaudent acer, fraxinus, ſorbus, ſilia, ceraſus.

* Sorcitus, V. Sarcegit.

Sordeo, es, n. a. *eſſere ſordido*, טמא, Ger. *unflatig, unluſt ſeyn*, Gall. *être ſale*, Hiſp. *enſuziarſe, ſuziar*, βυπαίνομαι, ſordidus fio. *Hor. l. 1. ep. 20. v. 11.* Contrectatus ubi manibus ſordeſcere vulgi cœperis. *Pl. l. 11. c. 22. de mele:* Nunc vero a tanta cadens altitudine, multumque, dum venit, ſordeſcens.

Sordicula, læ, *f. parva ſordes. Marcell. Empir. c. 8.*

Sordidatus, a, um, qui veſtibus, & corpore ſordido eſt, quales erant rei delati, qui eo tempore, quo nec abſoluti, nec damnati erant, & eorum etiam propinqui, & affines, *non cogillos*, aut barbam tondebant, non candida, ſed obſoleta, gritaque veſte uti ſolebant. *Cic. in Piſon. in fin.* Nec minus lætabor, cum te ſemper ſordidum, quam ſi pauliſper ſordidatum viderem. *Sordidum* dixit vilem, & abjectum, ac ſine ullo vitæ nitore; *ſordidatum* autem, accuſatum, & reum. *Id. poſt. red. in Sen.* Cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio ſupplex ad eum ſordidata veniſſet. *Plaut. Aſin. 2. 4. 90.* Quamquam ego ſum ſordidatus, frugi tamen ſum. ¶ Eſt etiam idem ac ſordibus maculatus, *Sidon. l. 3. ep. 13.* ſordidatiſſima conſcientia.

Sordide, adv. *ſordidamente*, βυπαρῶς, cum ſordibus, immunde. *Cic. Attic. l. 15. ep. 2.* Antonius ſordide conſonarus. *Lamprid. in Eliogab. c. 33.* Sordidiſſime per plateas tractus eſt. ¶ Translate ſumitur pro avare. *Cic. 2. de Or. c. 83.* Si aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur. *Pl. l. 3. ep. 9.* Proconſulatum, ſed ſordide, geſſerat, ¶ Sordide naſci, eſt humillimis natalibus naſci. *Auctor Dial. de Orat.* quem alii *Quinvil*, alii *Tacito* tribuunt, c. 8. Quo ſordidius, & abjectius nati ſunt, eo, &c.

Sordido, as, a. *t. ſporcare*, בזה, βυπαίνω, ſordidum facio, ſedo. *Lactant. de ira Dei, c. ult.* Templum cordis non ſumo, non pulvere, ſed malis cogitationibus ſordidarur. *Sidon. carm. 23. v. 249.* Moto pulvere ſordidaturi aer.

Sordidiuſculus, a, um, diminut. a ſordidus. *Plaut. Pœn. 1. 2. 58.* Servulum ſordidiuſculorum ſcorta diobolaria. *Juvenal. ſat. 3. verſ. 149.* Si toga ſordidula eſt.

Sordidus, a, um, *ſordido, ſporco, imbrutto*, מגואל, Ger. *unflatig, unluſt*, Gall. *ord, & ſale, vilain*, Hiſp. *ſuzio, βυπαρός*, ſordibus infectus, inquinatus, immundus. *Martial. l. 1. ep. 104.* Sordidior toga. *Cic. 3. Tuſc. c. 23.* Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia. ¶ Translate ponitur pro vili, ignobili, egente. *Liv. l. 22. c. 25.* Unus inventus eſt ſuaſor legis C. Terentius Varro, qui priore anno Prætor fuerat, loco non humili ſolum, ſed etiam ſordido ortus. ¶ Item pro turpi, inhoneſto, indecoro. *Cic. 1. Off. c. 42.* Illiberales, & ſordidi quæſtus mercenariorum. *Id. 2. Off.* Id eum periculoſum ipſi eſt, rum etiam ſordidum ad famam, committere, ut accuſator nominere. ¶ Item pro avaro, tenaci. *Cic. 3. Fin.* Quis non odit ſordidos, varios, leves, futiles? *Hor. l. 2. od. 16.* Nec leves ſomnos timor, aut Cupido ſordidus aufert. ideſt avaritia. ¶ Item pro mendaci, impuro, obſceno. *Tibull. l. 3. el. 7.* Aut fallat blanda ſordida lingua fide. ¶ Item pro barbaro, inculto, impolito. *Quinvil. l. 8. c. 3.* Quædam hebes, ſordida, jejuna, triſtis, ingrata, vilis oratio eſt. ¶ Sordidæ voces appellantur a Grammaticis, quæ a vulgo tantum, & infimis hominibus uſurpantur. *Gell. lib. 16. c. 7.*

Sordidulo, inis, *f.* βύπαρμα, idem ac ſordes, *Plaut. Pœn. 5. 3. 10.* Vt mihi abſterſerunt omnem ſordidulinem.

Sordulentus, a, um, adject. ſordidus. *Tertul. de Pœnit. c. 11.* Sordulentus, illotus.

Sorex, icis, m. *ſorce*, עכבר, *topo*, Ger. *ſpitz mauſſ*, Gall. *ſouris*, Hiſp. *raton*; μῦς ποντικὸς, ἢ ὀξύρρυγχος, mus Ponticus, vel ſylveſtris. Differt a muredomeſtico magnitudine, & quia clarius ſtrepit. Sed ſæpe hæc nomina confunduntur. *Col. l. 2. c. 31.* Si ſerpens, aut mus, ſorexque in muſtum occiderit. *Id. l. de arb. c. 25.* Vites, quæ ſecundum ædificia ſunt, a ſoricibus, aut muribus infeſtantur. ¶ Soricum occentu auſpicia diſcimebantur. *Plin. l. 8. c. 57.* ¶ Sorex ſuo indicio perit, provebialis Metaphora eſt, qua utimur, quoties ſignificare volumus quempiam a ſe ipſo proditum eſſe, cui vel imprimis expediebat cautiſſime latere. *Ter. Eun. 5. 7.* Egomet meo indicio, miſer, quaſi ſorex, hodie perii.

Soricinus, a, um, μυῖνος, *μυϊκός*, quod eſt ſoricis. *Plaut. Bacch. 4. 8. 48.* Conſoſiorem te faciam ſoricina naenia. V. *Conſoſſus.*

Soriculata veſtis, videtur fuiſſe, in qua linex intexta repræſentabant quodammodo ſoricum figuram, a *ſoriculus*, quod a *ſorex*. Saneuti a vermis vermiculus, unde opus vermiculatum, ſic a ſorex ſoriculus, atque inde analogice veſtis ſoriculata. Favet opinioni, quod Plinius jungit veſti undulatæ, cui nomen inde, quod textura undas imitetur. Secundum Beemamm erat veſtis coloribus conſerta. Ita enim vocari conjectat a copia colorum, & plicarum, nempe a Græco σωρός, vel σώρακος, quo acervus, ac rei alicujus copia ſignatur. *Tornebus l. 23. c. 19.* teſtatur, in veteribus libris legi *ſororiculata*, & *ſororeclata*, ac vocari ita cenſet veſtes ſuris, & latioribus regulis virgatas, ut ira dicantur, quaſi ſuro regulatæ, a *ſuro*, unde *ſurculus*, & *regula*. Sunt, quibus ita vocari placet, veſtes ex lino, & ſparto conſertas, & a conſerendo quaſi ſericulatas dici. *Plin. l. 8. c. 48.* Undulata veſtis primo e lautiſſimis fuit, inde ſoricularæ deſluxit.

Sorites, æ, m. σωρίτης, רמ, argumentatio, quæ multas ratiocinationes acervatim convolvit, atque complectitur, a σωρός, *acervus*, quia pronunciata multa accumulat. Acervum ſimiliter *Perſius* appellat *Sat. ult. in fine*. Fuit propria argumentatio Stoicorum, & originem habuit a Chryſippo Philoſopho Stoico. *Cic. 2. de Divin. c. 4.* Aut quo modo ſoriti reſiſtas? quem, ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat acervalem appellare. Sed nihil opus eſt. Ut enim ipſa Philoſophia, & multa verba Græcorum, ſic ſorites ſatis Latino ſermone tritus eſt. *Id. 4. Acad. c. 16.* Et primum quidem hoc reprehendendum, quod captioſiſſimo genere interrogationis utuntur: quod genus maxime in Philoſophia probari ſolet, cum aliquid minutatim, & gradatim additur, aut demitur. Soritas hos vocant, &c.

Sorix, Sanſix, icis, *f. ſwapa*, avis genus, quæ etiam ſaurix dicitur, ut corus, & caurus, a Græca voce allata. *Marijet Victorinus l. 1. extremo c. de Orthogr.* Sorix, aut ſaurix, avis tributa Saturno ab Augutibus, quia rapiditati, & vetuſtati, & ſenectuti convenit. Nam & in veteranis maxime verſatur locis, & noctium eſt, & rnctis maxime primæ, & quia tempeſtatis nuntius, atque index parvi latis. *Plin. l. 10. cap. pen.* Sorices, & ardeolæ invicem feribus inſidiantes. Aptius tamen hoc loco de ſoricibus terreſtribus intelligitur: nam *Plinius* loquitur de diſſidiis avium cum terreſtribus animalibus.

Soror, oris, *f. ſorella*, אחות, Ger. *ſchweſter*, Gall. *ſœur*, ἀδελφή, mulier, quæ ab iiſdem genitoribus, a quibus ego, procreata eſt. *Virg. 2. Georg. v. 494.* Panaque, Sylvanumque ſenem, Nymphaſque ſorores. *Cicero Mil. c. 27. de Clodio:* Quem cum ſorore germana nefarium ſtuprum feciſſe &c. ¶ *Soror*, abſolute, vel *ſoror Phœbi*, eſt Luna, ſeu Diana. *Ovid. 3. Faſt.* Signaque, quæ longo frater percenſeat anno, Ire per hæc uno menſe ſororis equos? *Id. 15. Met.* Mora ſoror Phœbi gelidum de corpore fontem Fecit. ¶ Soror item eſt Philomela apud *Ovid. 2. Faſt.* Et ſoror, & Progne, Tereuſque duabus iniquus. ¶ Sorores doctæ, & novem ſorores, ſunt Muſæ. *Ovid. l. 2. Triſt. el. 1.* Doctas odiſſem jure Sorores. *Id. lib. 5. el. 12.* Pace novem liceat veſtra dixiſſe Sorores. ¶ Item Parcæ ſorores dicuntur. *Hor. lib. 2. od. 3.* Dum res, & ætas, & Sororum fila trium patiuntur atra. *Martial. lib. 6. ep. 58.* Si mihi lanificæ ducunt non pulla Sorores Stamina. ¶ Item Furiæ. *Ovid. 10. Met. v. 349.* Nec metues atro crinitas angue ſorores? ¶ Translate accipitur pro ſimili, & quaſi gemella. *Plin. lib. 13. c. 4.* Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores, ob hoc adelphides dictæ. Sic lævam manum dextræ ſororem appellat *Virg. in Moreto, v. 28.* & *Plaut. in Pœn. 1. 3. 9.* V. *Frater*. ¶ Sororum nomine, ut & fratrum, interdum ſignificantur ſcorta, ſeu amaſiæ, quæ turpi conſortione junctæ ſunt. V. *Frater*. ¶ Item amicæ honeſtæ, & familiares. *Virg. 11. Æn. v. 8. 3.* Hactenus, Acca ſoror, potui. & *lib. 1. v. 325.* monſtrare, mearum Vidiſtis ſiquam hic errantem forte ſororum.

Sororcula, f. diminut. parva ſoror. *Plaut. in fragm. Citellaria.* Germana mea ſororcula.

Sororicida, æ, com. qui ſororem occidit. *Cic. pro Domo, c. 10.* Quid? de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida, nonne extra ordinem tuliſti?

Sororicidium, ii, n. *ſororicidium*, idem ac ſororicida. *Cic. pro Sext. c. 7.* Homo ſtagnetis flagitiis, ſororiis ſtupris, omni inaudita libidine infamis. ¶ Oſcula ſororia, ideſt caſta, & pudica, qualia ſorores decent. *Ovid. 4. Metam. v. 344.* Poſcenti Nymphæ ſine fine ſororia ſaltem Oſcula. ¶ Sororium vigilum, locus Romæ ſacer in honorem Junonis, ubi M. Horatius ſub jugum miſſus, a cade ſororis expiatus eſt. Erat in angiporto, quod ferebat a Carinis deorſum ad Cyprium angiportum, ubi æræ erectæ ſtabant, & lignum ſupra eas tranſverſum, duobus parietibus inter ſe adverſis infixum, quod capiti exeuntium imminebat. *Liv. l. 1. & Feſtus.* ¶ Sororia cœna dicitur a *Plaut. Curcul. 5. 2. 69,* quæ ob reperram ſororem celebratur. ¶ Sequiori ævo *ſororius*, *ii*, dictus eſt maritus ſororis meæ, *cognato. Inſcript.* apud *Gruter. pag. 1052. n. 11,* Cognatus dulciſſimus Sororio amantiſſimo.

Sors, ortis, *f. ſorte*, גורל, Ger. *gluckſaal, loos*, Gall. *ſort, fortune*, Hiſp. *ſuerte*, κλῆρος, fortuitus alicujus rei eventus, id, quod cuique accidit in ſortiendo. *Cic. 2. de Divin. c. 41.* Quid ſors eſt? Idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras. *Id. Attic. 2. ep. 22.* Quod ſors obtulerit, id æquum videtur. *Id. 1. Verr.* Accuſavi eum, quium Quæſtor fueram, quicum me ſors, conſuetudoque majorum conjunxerat. *Virg. Ecl. 9. v. 5.* Sors omnia vexat. ¶ Inter *ſortem*, & *ſortes* intereſt, quia *ſors* eſt ſortitio, *ſortes* ſunt ſortis inſtrumenta, ideſt teſſellæ quædam, ſeu taleolæ ligneæ inſcriptæ. *Cic. 1. de Divin. 34.* Simia, quam Rex Moloſſorum in delicis habebat, & ſortes ipſas, & cætera, quæ erant ad ſortem parata, diſturbavit, & aliud alio diſſipavit. *Id. lib. 1. 2. c. 4.* Sortes, quæ pueri manu miſcentur, & tollunrur. V. ibi multa de origine fortium Præneſtinarum, & de fortunæ æde Præneſte poſita. ¶ Uſurpatur tamen & in ſing. numero ſors pro teſſella, quæ ſorte ducitur. *Cic. pro Lege c. 7.* Tubertonis ſors *conjecta* eſt S. C. cum ipſe non adeſſet. *Id. 2.* rabella nomine Tubertonis inſcripta in urnam miſſa eſt. *Id. Att. 1. ep. 19.* Cum de Conſulatibus mea prima ſors exiſtet. ¶ Sorte ducere aliquem, *per ſortem*. *Virg. lib. 6. Æn. v. 205.* Ductus Neptuni ſorte ſacerdos. ¶ Ducere ſortem, vel ſortes, idem eſt ac ſortiri. *Virg. 6. Æn. v. 22.* Stat ductis ſortibus urna. *Id. 9. Æn.* Ducere ſortem præ dæ. ¶ Conjicere provincias in ſortem, *mettre alla ſorte*. *Liv. l. 30. c. 1.* Cum prætorum provincia in ſortem conjecta. ¶ *Sorte*, in ſexto caſu, a *ſors*, *cauando la ſorte*. *Cic. 4. Verr. c. 6.* Verri ſorte provincia Sicilia obvenit. *Id. Fam. 13. ep. 20.* Sorte aliquid alicui aſſignare. *Et Fam. 8. ep. 8.* Sorte in provincias proficiſci. ¶ Extra ſortem, *ſenza cauar la ſorte*. *Cic. Verr. 4.* Renuntiari extra ſortem. ¶ Pueræ uſuppant *ſorti pro ſorte*, quod ſirne ablativus caſus, an dativus, an adverbialiter poſitum, ut vult Servius, videtur Grammatici. *Virg. 4. Georg. v. 265.* Sunt, quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti. *Silius l. 7. v. 368.* Quei ſum cecidit cuſtodia ſorti. ¶ Sæpe ſors accipitur pro ſtatu ac conditione cujuſque. *Horat. lib. 1. ſat. 1.* Sua ſorte nemo contentus vivit. *Suet. in Aug. c. 29.* Ulcimæ ſortis homines. *Horat. lib. 4. od. 11.* Telephum, quem tu petis, occupavit non tua ſortis juvenem puella. ¶ Dicitur etiam de oraculis, ſeu reſponſis, ſeu typographis, in quibus reſponſa inſcripta continebantur. *Val. Max. lib. 1. c. 6.* Reciderunt, præcipi ſortibus, ut aquam ejus lacus emiſſam per agros diffunderent. *Virg. 4. Æn.* Lyciæ ſortes, *h. e.* Apollinis oraculum. ¶ Item de fato, ſeu fatali neceſſitate. *Virg. 2. Æn.* Hic exitus illum ſorte tulit. *Ovid. lib. 5. Triſt. el. 3.* Me quoque (ſi fas eſt exemplis ire Deorum) Terrea ſors vitæ, difficiliſque premit. ¶ Item pro hæreditate, patrimonio. *Feſt.* Sors & patrimonium ſignificat, unde conſortes dicimus, & Dei reſponſum, & quod cuique accidit in ſortiendo. *Liv. l. 1. c. 34.* Puero in nullam ſortem honorum nato. ¶ Item pro ſumma, ſive capite, & prima pecunia, quæ conferrur in ſocietatem, vel foenori datur, ut inde lucrum fiat, *il capitale*. *Plaut. Mortell. 3. 1, 34.* Qui mihi neque fœnus, neque ſortem agenti dabunt. *Ulp. l. ſuperi, ff. de uſu, & uſufr. leg.* Fœnus quoque ſortium, quas defunctus collocavit. ¶ Item pro progenie. *Ovid. 6. Faſt. v. 29. de Junone:* Si genus aſpicitur, Saturnum prima parentem Feci, Saturni ſors ego prima fui. ¶ Legitur & *ſortis* in recto caſu pro *ſors*. *Plaut. Caſ. 2. 6. 28.* Vide, ne qua illic inſit alia ſortis ſub aqua,

Sorſum pro ſeorſum quidam auctoritate MSS. legunt apud *Plaut. Epid. 3. 3. 21.* In ædiculam iſtam ſorſum concludi volo. Et apud *Catull. ep. 20. in rapacem vicinorem;* Manumque ſorſum habebis; hoc tibi expedit. Editi libri plerique habent *ſeorſum*: neque obſtat ratio carminis; nam duæ vocales per συζυγίαν in unam coaleſcunt.

Sorticula, æ, *f. t.* κλῆδιον, diminut. a *ſors*. *Suet. in Ner. c. 21.* Sorticulaque in urnam cum cæteris demiſſa, intravit ordine ſuo.

* Sortifex illic Jupiter, h. e. oracula fundens. *Lucan. l. 9. v. 512.* al. *ſortiger*, al. alit.

Sortilegium, ii, n. *ſortilegio*, מחנת גורל, χρησμῳδία, rei futuræ per ſortes & ſuperſtitioſas obſervationes exploratio. Uſus *Plinius l. 28. c. 4.* cujus titulus eſt: De quibuſdam ſortilegiis, & ſaliva hominis.

Sortilegus, i, m. *ſortilego, ſortiere*, גורלי, χρησμῳδός, qui ductis ſortibus prædicit futura, ſive quæſtus ſui gratia ſe prædicere ſimulat, a *ſorte legenda*. *Cic. 1. de Divin. c. 58.* Nunc illa teſtabor, non me ſortilegos, neque eos, qui quæſtus cauſa hariolentur, ne pſychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti ſolebat, agnoſcere. ¶ Adjective *Horat. de art. poet. v. 219.* Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.

Sortilo, is, a. 4. idem ac ſortior. *Varro* apud *Non. c. 7. v. 22.* Cum venerint Conſores, inter ſe ſortiant. *Plaut. Caſ. 2. 6. 43.* Tibi permitto, tute ſorti.

Sortior, iris, d. 4. *ſortire, far le ſorti, cavare a ſorte*, נתר גורל, הפיל גרל, Ger. *loſen, daſſ loſſ wuerffen*, Gall. *tirer au ſort, jetter le ſort*, Hiſ. *ſortear*, λαχχάνω, κληρόω, ſortes duco, fortitionem facio, ſorte eligo. Varie conſtruitur. *Plaut. Caſ. 2. 5. 34.* Conjiciam ſortes in ciſtellam, & ſortiar tibi, & Chalino. *Virg. 3. Æn.* Sternimur optatæ gremio telluris ad undam, ſortiti remos, Ubi *Serv.* Sortiti remos, per ſortem diviſi ad officia remigandi, quis eſſet proreta, qui pedem teneret. *Cic. in Verr. 2.* Cum Prætores deſignati ſortirentur, Q. Metello obtigit, ut is de pecuniis repetundis quæreret. *Id. Att. 1. 1. ep. 10.* Prætores nondum ſortiti ſunt provincias. h. e. provincias inter ſe ſorte diviſerunt. *Id. 1. 2. Fam. ep. 9.* Se ſe ſortiturum eſſe cum Collega provinciam. *Id. ad Q. Fr. 1. 2.* Sententiam dixit, ut ipſe judices per Prætorem Urbanum ſortirentur. h. e. per ſortem eligerent. *Id. pro Cluent.* Sortiri ad pœnam, & hominum delictum fortunæ judicio committere minime Conſorium eſt. *Id. 1. de nat. Deor. c. 35.* Hoc eſt non conſiderare, ſed quaſi ſortiri, quid loquare. *Tacit. 2. hiſt. c. 41.* Dum legiones de ordine agminis ſortiuntur. ¶ Accipitur etiam pro per ſortes aliquid recipere, ſorte aliquid conſequi, obtinere. *Cic. 6. Phil.* Cum C. Cæſare Magiſtratum fortitus eſt. ¶ Translate uſurpatur pro accipere quocunque modo. *Lactant. l. 7.* Unde apparet, hominem, qui eo utitur, immortalem fortitum eſſe conditionem. *Hor. l. 1. ſat. 6.* Sortiri amicum. ¶ Per Catachreſim accipitur pro diſponere. *Virg. 3. Æn. v. 375.* Sic fata Deum Rex Sortitur, volvirque vices. ¶ Item pro ſubſtituere, ſubminiſtrare. *Virg. 3. Georg. v. 70.* Et ſobolem armento ſortire quotannis.

Sortis, V. *Sors* in fine.

Sortitio, onis, *f. ſortizione*, פור, גורל, מאגרומא, actus ſortiendi. *Cic. pro Cluent. c. 46.* Ut, ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortizione in quoſdam animadverteretur. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 1.* Sortitionem teneres.

Sortito, adv. *a ſorte*, Ger. *durch das loſſ*, Gall. *en tirant au ſort, par le ſort*, Hiſ. *ſorteando*, κλήρῳ, κατὰ κλῆρον, ex ſorte, per ſortem. *Cic. 4. Verr. c. 51.* Qua in annos ſingulos Jovis Sacerdotem ſortito capi jus erat. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 8.* Eos ſortito in provincias mitti placere. ¶ Interdum accipitur pro naturaliter, vel occuſita quadam fati ratione. *Hor. epod. 4. v. 1.* Lupis, & agnis quanta ſortito obtigit, tecum mihi diſcordia eſt.

Sortitor, oris, m. κληρωτήρ, qui ſortitur. *Sen. in Troade v. 982.* Et iniquæ ferus ſortitor urnæ.

Sortitus, us, m. idem ac ſortitio. *Cic. pro Domo c. 19,* Quid ſi etiam pluribus de tribus uno ſortitu retulifti? *Virg. 3. Æn. v. 323.* Quæ ſortitus non pertulit ullos.

Sortitus, a, um, nom. partic. a *ſortior*. *Velleſ. l. 2. c. 59.* Sortitus Macedoniam. ¶ Paſſive *Ammian. l. 18. c. 6.* Morum probitate ſpectata ſortita conjuge, liberiſque ſuſceptis. *Cic. l. 4. Attic. ep. 16.* Ab iis conſiliis, quæ erant omnibus ſortita. h. e. ſorte data.

Sory, yos, n. genus Chalcitidis lapidis, quod in Ægypto optimum effoditur, ritu pinguiter nigreſcens, & ſpongioſum, odoremque habens adeo ſtomacho contrarium, ut quibuſdam olfactu modo vomitiones moveat, cæterum curationi oculorum utile. *Pl. l. 34. c. 12.*

Sos, eos, vel ſuos. *Ennius* apud *Feſt.*

Soſianus, cognomen Apollinis, cujus ſtatua cedrina fuit Romæ, ex Seleucia advecta: dictum a σώζω, ſervo. *Pl. l. 13. c. 5.*

Soſpes, itis, com. *ſano e ſalvo*, נושע, שלין, Ger. *unverletzt*, Gall. *ſauve*, Hiſp. *ſalvo*, σῶος, ſalvus, incolumis. *Liv. l. 5.* Soſpiteſque omnes Romam ad propinquos, ſuos, ſalvos, incolumis. *Liv. l. 5.* Soſpitef

Scorpiones bis, ac spari vere, & autumno. *Et infra*: Spari, torpedo, squali circa æquinoctium.

Spasma, atis, n. idem ac spasmus. *Plin. l.20.c.22.* Ruptis, convulsis spasmatum nervis salutare. Alii leg. *spasticis nervis*.

Spasmus, i, m. *spasmo*, שבץ, שבלונא, σπασμός, nervorum contractio, contortio, rigor, distentio, convulsio, a σπάω, quod non solum vellere significat, sed etiam concoquere. *Plin. lib. 22.c.8.* Item ex mulsa auxiliatur renibus, stranguriæ, opisthotonicis, spasmis, lumbis.

Spasticus, a, um, *che patisce spasmo*, σπαστικός, cui aliquid intus convulsum est. *Plin. l. 21.c.19.* Radicem decoctam bibere spasticis, eversis, convulsis, suspiriosis salutare.

Spatale, es, f. 1. nomen Nymphæ, a *spatalium*, quod est ornamentum muliebre circa manus. *Claudian. de nupt. Honor. & Mar. v. 267.* Et gravibus spatale baccis diadema ferebat Intextum, rubro quas iegerat ipsa profundo.

Spatalium, ii, *maniglia*, עמיד, ornamentum muliebre circa manus, quod sit ex auro, vel gemmis. *Plaut. Men.* Amabo, Menæchme, inaureis da mihi facienda, pondo duo nummum spatalia. *Plin. l.13.c.25.* Juba tradit, circa Troglodytarum insulas fruticem esse, qui vocetur Charitoblepharon, efficacem in amatoriis, spatalia eo facere, & monilia fœminas. *Tertul. de cultu fœminarum, cap. 13.* Manus spatalio circundari solita.

Spatalocinædus, i, m. cinædus, delicatus, a σπάταλος, *delicatus. Petron. in Satyr. c. 23.* Huc, huc convenite nunc spatalocinædi.

Spatha, æ, *seu* Spathe, es, f. *spatola*, σπάθη, instrumentum, quo pharmacopolæ movent pharmaca in mortario, aut olla. *Plin. l 23.c.7.* Permiscentes spatha coquebant. *Col. l.12.c.22.* Deinde permisceto spatha lignea. Sic sæpe legitur apud *Celsum*. ¶ Est etiam gladii latioris genus, *spada*, sic dicta a spathæ similitudine. *Apul. l. 1. Metam.* Circulatorem aspexi spatham acutam devorasse. *Spartian. in Adriano, c. 10.* Capulo vix eburneo spatham clauderet. ¶ Insuper signat ramulos, unde palmulæ dependent. *Plin. l. 16. c. 26.* Palma sola, ut dictum est, in spathis habet fructum racemis propendentem. ¶ Sumitur quoque pro ipsa palma, vel certe pro palmæ genere. *Plin. l. 12. c. ult.* Est præterea arbor ad eadem unguenta pertinens, quam alii elaten vocat, quod nos abietem, alii palmam, alii spathen.

Spathallon, ii, n. *spazzola*, σπαθάλιον, termes palmæ, ramulus palmæ cum cayrotis, seu dactylis dependentibus. Usus *Martialis l.13. ep.27.dist.17.* ubi legas tale lemma, Spathalion cayrotarum.

Spathe, V. *Spatha*.

Spathomēla, æ, f. σπαθομήλη, specillum chirurgicum, apud *Theodor. Priscian. l. v. c. 14. & 27.*

Spathula, æ, f. σπαθάλιον, parva spatha. *Celf. l.8.c.15.* Necessaria est spathula ligneæ, & quæ crassitudinem duorum digitorum habeat.

Spatiator, oris, m. qui spatiatur, errator. *Fest.* Spatiatorem pro erratorem Cato posuit.

Spatiatus, a, um, περιπατηθείς, partic. a spatior. *Ovid. 3. Fast.* Spatiataque litore curvo Edidit inculris talia verba comis. *Plin. l. 5.c.9.* Per totam spatiatus Ægyptum.

* Specula, V. Spica.

Specialis, & ie, o. 3, *speziale, singolare, proprio*, שלאיש, יחידי, מיוני. Ger. *eigen, sonderlich*, Gall. *special, particulier*, ἴδιος, ἰδίως, quod est proprium, & veluti peculiare. *Jul. Capitolin. in M. Anton. Philos. c.17.* Marcianorum familiam id speciale semper habuisse, ut &c. *Senec. ep. 58.* Hoc genus est primum, & antiquissimum, &, ut ita dicam, generale; cætera genus quidem sunt, sed specialia. Adde *Quintil. l. 5. c. 7. & l. 12. c. 2.*

Specialitas, atis, f. *specialità*, vox efficta ab Antonio Grammatico, teste *Frontone*, & usurpata a *Tertull. l. 5. adverf. Marcion. c. 8.*

Specialiter, adv. idem ac specialim. *Col. l. 3. c. 9.* Atque de cura eligendi maleoli generatim præcepimus: nunc illud proprie specialiter, &c. Adde *Apulej. de Mundo, & Sidon. in ep. præfixa carmini 14.*

Specialis, a, um, adject. idem quod specialis. *Cæsar lib. 3. B. Civ. c. 53.* Cohortem postea duplici stipendio, frumento, vel specialiis, militaribusque donis amplissime donavit. Ita editi plerique habent. Cum tamen in MSS. aliter legatur, merito hæc vox suspecta Lipsio est. Quidam legendum putant, *vestes, pecuniariis, militaribusque donis*.

Specialim, adv. *specialmente*, לחלין, Ger. *in sonderheit*, Gall. *specialement*, Hisp. *especialmente*, ἰδιαίτερος, κατ' ἴδιος, particulariter. *Cic. post red. in Sen. c. 8.* Legem speciatim initio de salute mea promulgavit. Alii leg. *separatim*.

Speciatus, a, um, adject. specialis. *Tertul. adv. Hermog. c.40.* Quod hodie informe in mundo? quod retro speciatum in materia?

Species, ei, f. 5. *specie, immagine*, מין, בשם, Ger. *gestalt einer person, angesicht*, Gall. *espèce, mine*, Hisp. *especies*, εἶδος, ἰδέα, σχῆμα, rei alicujus forma, effigies, facies, imago, a *specio*, quod notat videre, cernere, ut *effi.ies* ab *effingo*, *facies* a *facio*. Nam proprie species est id, quod in aliqua re cernitur. *Fest.* Speciem quam nos dicimus, εἶδος Græci dixerunt, Plato quidem ideam. *Plaut. Most. 4. 2. 49.* Præter speciem stultus es. h. e. stultior, quam ex vultu apparet. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 22.* Esse aliquem humana specie, & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, &c. *Plin. l. 11. c. 25.* Vermiculos ovorum specie pariunt. ¶ Ponitur etiam pro oculis, sive pro cernendi sensu, & pro aspectu, quæ Græce ὄψεις, dicitur. *Luer lib. 4. v. 242.* Verum nos oculis quia solis cernere quimus, Propterea fit, uti speciem quo vertimus, omnes Res ibi eam contra feriant forma, atque colore. *Vitruvius l. 3. c. 2.* Hæ propter altitudinis intervallum scandentis, oculi speciem fallunt. *Id. l. 5. c. 9.* Auferens ex oculis humorem crassium, aciem tenuem, & acutam speciem relinquit. ¶ Per Synecdochen accipitur pro spectro. *Fest.* in *Lympha*: Quicumque speciem quandam de fonte viderit. ¶ Item pro nocturna visione, id est pro ea re, quæ nocte in somnio cernitur. *Cic. 4. Acad. c.17.* Eadem est in somniis species eorum, quæ vigilantes vidimus. *Liv. l.26. de Scipione*: Pleraque apud multitudinem aut per nocturnas visa species, aut velut divinitus mente monita agens. ¶ Denique generatim pro quacunque re visa, pro spectaculo, aspectu. *Virg. 2. Æn. v. 404.* Non fulit hanc speciem furiata mente Chorœbus. ¶ Translate dicitur etiam de rebus incorporeis. Nam etiam videre, seu cernere ab oculis ad mentem transfertur. *Cic. in Orat.* Insidebat videlicet in ejus mente species eloquentiæ, quam cernebat animo, re ipsa non videbat. *Id. ibid.* Quæ sit optima species, & quasi figura dicendi. ¶ Quoniam vero, ut dixi, non solum oculis, sed etiam mens videre dicitur, & oculis corporea cernit, mens vero incorporea, hinc factum est, ut species usurpetur pro natura universali, quæ etiam appellatur forma, & pars

Spem ſperatam cum hanc obtuliſti mihi, grates ago. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Simul & illud cogita, non de re aliqua, & ſperata gloria jam laborare, ſed de parta dimicare. ¶ Veteres *ſperatum* dicebant ſponſum. *Afran.* apud *Non. c. 2. n. 812.* Curre, & nuncia venire, & mecum ſperatum adduce. Sic *ſperatam* ſponſam, vel eam, quæ ſponſa futura ſperabatur. *Hygin. fab. 33.* Hercules intervenit, centaurum occidit, & ſuam ſperatam abduxit. *Plaut.* apud *Varron. l. 5. de L. L.* Lubenter, mea ſperata, conſequor. ¶ *Id. Plaut. in Amphitr.* Speratam appellat eam quæ jam nupſit, 3. 2. 44. Amphitruo, *inquis*, uxorem ſalutat lætus ſperatam ſuam.

Sperchius, adis, f. 3. Σπερχιὰς, patron. fœ. u. a *Sperchius*. *Ovid. 2. Met. verſ. 250.* Æſtuat Alphæus, *ripæ* Sperchiades ardent. Al. leg. *Spercheides*, ut ſit a recto *Sperchei, idis*.

Sperchionides, æ, m. 1. Σπερχιονίδης patron. maſc. a *Sperchius*. *Ovid. 5. Met. v. 86.* Cancelleumque Abarim, Sperchionidem Lycetum. *h. e.* habitantem apud ſl. Sperchium.

Sperchius, ii, m. *Agriemela*, al. *Selambria*, fl. Theſſaliæ, qui ex pindo monte oriens rapide in ſinum Maliacum labitur. ¶ Huic Achilles *voverat comas*, ſi rediſſet e Troja incolumis. *Virg. 2. Georg. v. 487.* Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænis Taygeta.

Speres, *vel* Speris, is, f. idem ac ſpes, apud vet. *Non. c. 2. n. 788.* Speremvetereſpem dixere: unde & *proſpere* dicitur pro ſpe. *Feſt.* Speres antiqui pluraliter dicebant, ut *Ennius l. 2.* Et ſemel effugit ſperes ita funditur noſtras. Et libro ſexto decimo: Spero, ſi ſperes quicquam prodeſſe poſſes ſunt. *Varro* apud *Non. loc. cit.* Quibus ſuam delectat ipſe amicam, & ſe ſe ſperibus jactet ſuis. *Eumen. in panegy. ad Conſtantin. c. 15.* Pleni ſperum, vacui commodorum.

Sperma, atis, n. *ſemen*, σπέρμα, ſemen. *Sulpit. Serv. l. 1.* Sperma in terram effundit.

* Spermarícus, a, um, σπερματικὸς, ad ſperma pertinens. *Cel. Aurel. Acut. l. 3. c. 18. ſect. 180.* Seminales vias Græci ſpermaticos poros appellant.

Spernax, acis, o. 3. ἀτιτὴς, contemptor. *Sil. 8. v. 465.* Ductor Piſo viros ſpernaces mortis agebat.

Spernendus, a, um, ἀτιτέος, *ſprezzabile*. *Tac. l. 14. Ann. c. 40.* Marcellus Aſinio Pollione proavo clarus, neque morum ſpernendus habebatur.

Spérno, is, ſprevi, ſpretum, a. 3. *ſprezzare, riſiutare*, גנה, Germ. *verachten*, Gall. *mépriſer*, Hiſp. *menoſpreciar*, ἀτιτάζω, ἐκφαυλίζω, ὀλιγορέω, faſtidio, deſpicio, rejicio, contemno, negligo. *Cic. 1. Fin.* Quin Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii ſpernat, aut rejiciat? *Id. 2. de nat. Deor.* Veritas aufpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantum retenta. ¶ A veteribus pro ſeparare uſurpabatur. *Ennius* apud *Non. c. 4. n. 435.* Melius eſt virtute jus: Nam ſæpe virtutem mali nanciſcuntur; jus, atque æquum ſe a malis ſpernit procul. *Plaut. Capt. 3. 3. 2.* Nunc ſpes, opes, auxiliaque a me ſegregant, ſpernuntque ſe.

Spéro, as, a. 1. *ſperare, avere ſperanza*, הוחיל, בטח, Ger. *hoffen*, Gall. *eſperer*, Hiſp. *eſperar*, ἐλπίζω, fiduciam habeo, aliquid ex voto ſucceſſurum eſſe. Conſtruitur vel abſolute. *Cic. pro Cluent. c. 7.* Ut neque accuſator timere, neque reus ſperare debuerit. *Id. pro Deiot. c. 14.* Jubeo, te bene ſperare, & bono animo eſſe. ¶ Vel cum acc. *Cic. pro L. Man.* Præterita meminiſſe, reliqua ſperare videamur. ¶ Vel cum ablat. & præpoſit. *de*. *Cic. Att. l. 9. ep. 7.* Ita neque de otio noſtro ſpero jam. ¶ Vel cum infinitivo. *Cic. 2. Catil.* Si illam meam priſtinam lenitatem perpetuam ſperant futuram. ¶ Aliquando eſt exiſtimare, ſeu confidere, in qua acceptione de præterito etiam, & de præſenti uſurpatur. *Cic. Att. l. 1. ep. 1.* Spero, tibi me cauſam probaſſe, cupio quidem certe. *Id. ib.* Cætera ſpero prolixa eſſe, lis dumtaxat urbanis competitoribus. *Metell. ad Cic. l. 5. Fam. ep. 1.* Te tam mobili in me moſque eſſe animo, non ſperabam. *Terentull. Terent. Eun. 5. 3. 12.* Spero me habere, qui hunc meo excruciem malo. ¶ Cum conjunctivo, & ut particula. *Q. Cic. de petit. conſul. c. 5.* Qui abs te aliquod beneficium aut habent, aut, ut habeant, ſperant. ¶ Sperare deos, eſt in deos confidere. *Plaut. Caſ. 2. 5. 38.* Diis ſum frerus, Deos ſperabimus. Niſi malis *Plautum* per ellipſim locutum eſſe, ut ſubaudiatur *propitios fore*, aut quid ſimile. ¶ Per Catachreſim ponitur pro timere. *Virg. Æn. 4. v. 419.* Hunc egò ſi potui tantum ſperare dolorem. Adde *Cic. pro Roſc. Amer. c. 4.* & *Plaut. Moſtell. 1. 3. 40.*

Spes, ei, f. *ſperanza*, תוחלת, בטחת, Ger. *hoffnung*, Gal. *eſperance*, Hiſp. *eſperanca*, ἐλπὶς, expectatio boni, ut *Cicero* definit 4. *Tuſc.* ſeu opinio venturi boni, ab antiquo *ſperes*. *Caſ. l. 2. B. C. c. 5.* Plenus bonæ ſpei, atque animi adverſus eos proficiſcitur. *Cic. 2. Rhil.* Adoleſcentem ſumma ſpe & animi, & ingenii, præditum rei familiaris facultatibus. *Quinſil. l. 1. c. 1.* Spem eapere de aliquo. *Liv. l. 27. c. 28.* Spes affulger. *Senec. ep. 8.* Spe decipi. Rurſus *Cic. 13. Fam. ep. 19.* In ſpe eramus, te factutum &c. *Id. Fam. 12. ep. 25.* Ingredi in ſpem. *Id. Attic. 2. ep. 22.* In ſpem adduci. *Id. 9. Fam. ep. 1.* In ſpem venire. *Id. 3. Att. ep. 9.* Spe niti. *Id. Agrar. 1.* Spe duci. *Id. pro Mur. c. 15.* Spe inflari. *Id. 5. Tuſc. c. 12.* Spem in aliquo reponere. *Id. 12. Fam. ep. 27.* Spe bona eſſe. Illa quoque *Ciceronis* ſunt, Spem alicui afferre, dare, injicere, oſtendere, &c. *Id. Fam. 12. ep. 1.* Reipublicæ ſpes omnis in vobis eſt. *Id. 5. Fam. ep. 13.* Teneri aliqua ſpe. *Id. Attic. l. 15. ep. 1.* Præter ſpem. *Ter. Andr. 4. 1. 24.* Spe falſa aliquem producere. *Tacit. 1. hiſt. c. 13.* Spem concipere. *Id. ib. 4.* In ſpem erigi. *Id. Ann. 1. c. 8.* In ſpem ſecundam nepores pronepotefque (*heredes*) ſcripſerat. *In ſecondo luogo: in mancanza de' più propinqui*. *Liv. l. 2. c. 15.* Spes incſa. ¶ Spes inverdum dicitur id, in quo aliquid ſperamus. *Virg. 2. Æn.* O lux Dardaniæ, ſpes o fidiſſima Teucrum. *Id. Ecl. 1. v. 14.* Gemelli, ſpes gregis. ¶ Interdum ſumitur pro metu. *Stat. 9. Theb. v. 129.* Dum ſpes nulla necis. *Lucan. l. 5. v. 454.* Naufragii ſpes omnis abit. ¶ Interdum pro lætitia. *Virg. 1. Æn.* ſpem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. ¶ In num. pl. habet nom. acc. & voc. cæteris caſibus caret. *Cic. 3. Catil. c. 7.* Exiſtimare debetis, omnes Catilinæ copias, omnes ſpes, atque opes, his depulſis Urbis periculis, conciditſe. ¶ *Salvian.* tamen *ſpebus* dixit *l. 5. de gubernat. ad fin.* ¶ *Spem pretio emere*, proverbialiter dicitur pro eo, quod eſt certum, & præſens detrimentum facere ſpe incerti lucri. *Ter. Adel. 2. 2. 11.* Spem pretio non emo.

Speſtile, *vel* Speſtile, is, n. caro infra umbilicum ſuis. *Plaut. in fragment. Carbonaria*, interprete *Paulo* apud *Feſt.*

Speuſippus, i, m. Σπεύσιππος, Philoſophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos, quem Plato quaſi Philoſophiæ heredem reliquit. Octo annos Platonicæ ſchiolæ præfuit. Compoſuit Dialogos, qui a Diogene commemorantur. Primus invenit, quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vaſa capacia. Ferunt, hunc ſenio confectum ſibi mortem conſciviſſe mœrore impuliſum. Plutarchus vero ſcribit, illum pediculis efferveſcentibus interiiſſe. V. *Gel. l. 3. c. 17.*

Speuſticus, a, um, adject. a σπεύδω, *feſtino*, ut ſpeuſticus panis, qui celerrime coquitur. *Plin. l. 18. c. 11.*

Sphaeos, i, σφαῖος, herba ſalvia. *Plin. l. 24. c. 6.*

Sphæra, æ, f. *ſfera, globo*, אופן, גלגל, כדור, Ger. *kugel*, Gal. *ſphère*, Hiſ. *eſphera*, σφαῖρα, globus, corpus ſolidum rotundum unica ſuperficie contentum, in cujus medio punctum eſt, a quo omnes lineæ rectæ ductæ ad circumferentiam, vel ad ambientem ſuperficiem ſunt æquales. *Cic. l. 2. de Nat. Deor. c. 18.* Cum duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim σφαῖραν interpretatari placet) ex planis autem circulus, aut orbis. *Id. ibid. c. 21.* Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes, ab æthereæ conjunctione ſeoretam & liberam. *Id. 3. de Or. c. 40.* Quamvis ſphæram in ſcenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in ſphæra fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe. ¶ Sphæræ luſus, eſt luſus pilæ, apud *Cæl. Aurelian. Chronic. l. 3. c. 11.* ¶ Eſt etiam *ſphæra* deſcriptio motus ſiderum. Ejus plura ſunt genera: alia enim eſt *ſphæra Graecanica*, alia *Barbarica*, alia *Perſica*, alia *Indica*. Dicitur *Graecanica* illa, in qua explicantur ortus, & occaſus ſiderum, prout a Græcis in ſuo hemiſphærio viſuntur; *Barbarica*, quæ accommodata eſt ad clima Ægyptiorum, & ſic de reliquis. *P. Nigidius* φαινόμενα ad inclinationem utriuſque cæli Ægyptiaci, & Græcanici ſcribens, alterum librum vocavit *ſphæram Barbaricam*, alterum *Graecanicam*. Ex utroque fragmenta aliquot aſſeruntur a *Servio ad 1. Georg. verſ. 19. & 218.* a *Varrone* apud *eund. Servium ad 2. Georg. v. 190.* & a *Probo in 1. Georg.* Hæc nos ex *Joſ. Scalig. in comment. ad Manil.* ubi plura hac de re. ¶ *Jul. Firmic. Barbarica* meminit *ſphæræ l. 8. c. 18 & 31.* & alibi: ſed videtur eo nomine *ſphæram Graecanicam* intelligere. Perſequitur enim vires, & apotelefmata aſtrorum recundum ea nomina, quibus a Græcis vocantur.

Sphærális, le, adj. *ſferico*, ad ſphæram pertinens, ut ſphæralis forma, *Macrob. l. 7. Saturn. c. 16.* Sphæralis globoſitas, *Ri. l. 1. in Somn. Scip. c. ult.*

Sphærica. V. *Sphærica*.

Sphæricus, a, um, ſphæralis. *Macrob. l. 2. in Somn. Scip. c. 14.*

Sphærion, σφαιρίον, nomen collyrii apud *Celſ. l. 6. c. 6.*

Sphæriſta, æ, m. σφαιριστὴς, qui pila vel globis ludit. *Sidon. lib. 2. epiſt. 9.* Ecce huc ſphæriſtarum contra ſtantium paria inter rotatiles cataſtropharum gyros duplicabantur.

Sphæriſterium, n. 3. σφαιριστήριον, locus pilæ luſui deſtinatus, a σφαιρίζω, *pila ludo*. Erant ſphæriſteria cubicula in balineis, in quibus ſe tum aliis rebus, tum pilæ ludo veteres exercebant. *Plin. l. 5. ep. 6.* Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera excitationis, plureſque circulos capit. *Sueton. in Veſpaſ. c. 20.* Valetudine proſperrima uſus eſt, quamvis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces cæteraque membra ſibimet ad numerum inſphæriſterio defricaret.

Sphærita, æ, f. σφαιρίτης, ſupple πλακοῦς, placentæ genus, in cujus ſolo ſphæræ, ſeu globuli multi ſunt, a *ſphæra*. *Cato c. 85.* Sphæritam ſic facito, &c. Sunt qui leg. *Sphæricam*.

Sphæroides, is, *globoſo, ſferico*, ut ſphæroides ſchema. *Vitruv. l. 8. c. 6.*

Sphæromachia, æ, f. *giuoco di palla*, certatio quæ fit pila, vel globo. *Scaliger in præfat. l. 4. Elivar.* Sphæromachiam ſpectamus, & pilaris luſio admittitur.

Sphagitides, um, f. σφαγῖτιδες, venæ duæ inſignes utrinque ad jugulum apparentes, apud *Celſ. l. 4. c. 1.* ubi tamen græcis literis hanc vocem ſcribit.

Sphagnos, i, σφάγνος, & σφαγνὶς, alio nomine bryon, βρύον. Hac voce ſignificantur cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, ſed odore præſtantes. *Plin. l. 12. c. 23.* & *l. 24. c. 6.*

Sphingius, ii, m. V. in voce ſequenti.

Sphinx, ngis, f. 3. *Sfinge*, Σφίγξ, monſtrum apud Thebas, cujus caput, & manus puellæ, corpus canis, alæ avis, vox hominis, ungues leonis, cauda draconis, a σφίγγω, *ſtringo*, quod in ſcopulo inſidens viæ imminenti ad portam Thebarum ænigmata proponere ſoleret prætereuntibus ira difficilia, ut ſe ſe expedire non poſſent, quod ſi illa ænigmata non diſſolverent, ad eos advolabat, illoſque ad ſe in rupem tractos unguibus lacerabat. *Auſonius Idyl. 11. v. 40.* Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella. Hæc in fabulis. Re vera autem Sphinx erat, quemadmodum ex *Socrate* tradit *Scholiaſtes Euripidis*, ἐγχωρία χρησμολόγος δύσγνωστα μυστολογοῦσα, vates ejus regionis, quæ reſponſa dare intellectu difficilia. Indeque a *Sophocle in OEdipo tyranno* vocatur ἡ ῥαψῳδὸς, ideſt contexens carmina. Vide ſis, quæ de Sphinge notavit *Joſ. Scaliger*, *Animadv. Euſeb. ad ann. 757. Stat. lib. 1. Theb. v. 66.* Si Sphingos iniquæ Callidus ambages te præmonſtrante reſolvi. ¶ Cum OEdipus Thebas ingreſſurus eſſet, Sphinx ænigma ejuſmodi ei propoſuit: Quodnam animal mane quadrupedes, meridie bipes, veſperi tripes eſſet. OEdipus ænigmatis nodum diſſolvit, & dixit, hominem eſſe, qui in infantia manibus, & pedibus repens verius, quam incedens, quadrupes eſt: factus vir, ut qui nullo alio, quam pedum adminiculo nititur, bipes: ingraveſcentibus autem annis, aſſumpto ſcipione, tripes. Hanc ſolutionem Sphinx tam ægre tulit, ut ſtatim ſe de ſaxo præcipitaverit. *Plaut. Pœn. 1. 3. 34.* Iſti orationi OEdipo opus conjectore eſt, qui Sphingi interpres fuit. ¶ Sphinx item animal eſt ex genere ſimiarum, inſigne dubium in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris ſubnigri, oblonga. *Plin. l. 8. c. 21.* ¶ Dicitur & *Sphingius, ii*, m. *Id. l. 10. c. 72.* Et Sphingium, ii, *Id. l. 6. c. 29.*

Sphondýli, orum, σφόνδυλοι, concharum marinarum genus, apud *Colum. l. 8. c. 16.*

Sphragis, idis, f. σφραγὶς, חתם, *ſcrillo*, vox Græca. Scribit *Plin. l. 35. cap. 6.* terram Lemniam ſphragidem appellatam, quia non niſi ſignata venundabatur. ¶ Apud *eund. l. 37. c. 8.* Sphragides ſunt gemmæ quædam optimæ ad ſignandum. ¶ Apud *Celſ. l. 5. c. 20.* ſphragis dicitur paſtillum quoddam ad obſignanda, & glutinanda vulnera utile.

Sphragitis, idis, f. σφραγῖτις, ſignaculum. *Prudent. Peripſtephan. v. 1076.* Quid ſi ſacrandas accipis ſphragitidas, &c.

Sphyræna, æ, f. σφύραινα. V. *Sudis*.

Spica, æ, f. *ſpiga*, אביב, גלילה, שבולת, Ger. *kornahre od. aehre*, Gal. *épi de blé*, Hiſ. *eſpiga*, στάχυς, totum illud in frumento, quo grana continentur, cujus partes ſunt glumæ, & ariſtæ. *Var. l. 1. R. R. c. 48.* Spica in hordeo, & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam, & etiam primitus, ſpica cum oritur, vaginam. *Cic. de Sen. c. 15.* Culmoque erecta geniculato vaginis jam quaſi puberſcens includitur, e quibus cum emerſerit, fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra avium minorum morſum munitur vallo ariſtarum. *Ovid. 8. Met. v. 292.* *de apro Calydonio*: Et Cererem in ſpicis intercipit. ¶ Spica mutica. *Var. l. 1. R. R. c. 48.* Spica murica dicitur, quæ non habet ariſtas. Eæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum. ¶ Spicæ vox a frugibus ad alias etiam plantas extenditur. Hinc crocus dicitur a Poetis ſpica Ciliſſa, nimirum quia filis, ſive capillamentis refert ariſtas. *Ovid. 1. Faſt. v. 76.* Et ſonet accenſis ſpica Ciliſſa focis. *ideſt* crocus adveſtus e Cilicia. *Plin. l. 12. c. 12.* Nardi cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote nardi ſpicas, ac folia celebrant. ¶ Dicitur etiam de bulbo herbarum, præſertim vero allii. *Cato R. R. c. 70.* Ulpici ſpicas quatuor. *Col. l. 11. c. 3.* Ulpicum habet, velut allium, plures cohærentes ſpicas. ¶ Spicæ teſtaceæ, ſunt latercuti coſtiles, oblongi, & acuminati, quibus pavimenta fiunt. *Vitruv. l. 7. c. 1.* V. *Spicatus*. ¶ Spica denique eſt ſignum in cælo, quod in Virginis parte decima oritur. *Col. l. 11. c. 2.* Decimoquarto Calendas Octobris Spica Virginis exoritur.

Spicárus, a, um, *ſpigoſo*, σταχυώτης, quod habet ſpicas. *Plin. l. 21. c. 17.* Aliud rurſus ſpicarum genus herbarum. *Id. l. 24. c. 15.* Chamæciſſos ſpicata eſt tritici modo, ramis quinis fere foliola. ¶ Translate ponitur pro omni eo, quod conciſum minutarim eſt in modum ſpicæ. *Gratius in Cynegetico*: Spicataſque faces ferre ad nemora alta Dianæ. ¶ Pavimentum ſpicatum eſt, quod factum eſt ex lateruculis oblongis, & angulatis *ſpicæ figura*, a *ſpina di peſce*. *Vitr. l. 4. c. 2.* & *l. 7. c. 1.* *Plin. l. 36. c. 25.*

Spiceûs, a, um, *di ſpica*, Ger. *aehren, auſſ ahren gemacht*, Gal. *d'épi, qui eſt fait d'épis*, Hiſ. *d'eſpiga*, σταχύινος, quod ex ſpicis eſt. *Virg. 1. Georg. v. 314.* Spicea jam campis cum meſſis inhorruit. *Ovid. 2. Met.* Stabat nuda aſtas, & ſpicea ſerta gerebat.

Spicifer, a, um, σταχυοφόρος, quod fert ſpicas. *Sen. Herc. Oet. de Cerere*: Et ſpicifera conceſſa Dea Attica Myſtas claudit Eleuſis. *Martial. l. 10. epigr. 74.* Non Hybla, non me ſpicifer capit Nilus.

Spicilegium, ii, n. *ſpigolamento, ſpigolazione*, אגעבעה, לקט, Ger. *nachſamlung der korn*, Gal. *amas d'épis*, Hiſp. *eſpigimiento de eſpigas*, σταχυολογία, collectio ſpicarum in agro a meſſoribus prætereitarum. *Var. l. 1. R. R. c. 53.* Meſſe facta ſpicilegium venire oportet.

Spicio, is, exi, ectum, a. 3. *guardare*, βλέπω, video, cerno, intueor. *Plaut. Mil. 3. 1. 100.* Quo ſupercilio ſpicit! *Eun.* apud *Feſt.* ſpexit de pontibu' celſis.

Spicilum, i, n. idem ac ſpiculum; per Sync. *Lucr. l. 3. v. 199.* At contra lapidum conjectum, ſpiclorumque &c.

Spico, as, n. 1. *ſpigare, mandar fuori le ſpighe*, הוציא שיבולת, Ger. *aehrenauslegen ſchoſſen*, Gall. *jetter les épis*, Hiſp. *eſpigar*, σταχυόω, ſpicas emitto. *Plin. l. 18. c. 7.* Grana in ſtipula erinito textu ſpicantur. ¶ Spicare quoque eſt concidere aliquid minutatim, ſic, ut aſſulis multis referat ſpicam cum ariſtis ſuis, vel in modum ſpicæ acuere. *Gratius in Cynegetico v. 118.* Quid Macedum immenſos libeat ſi dicere contos, Quam longa exigui ſpicant haſtilia dentes!

Scicilla, læ, herba chamæpitys. *Apulej. de herb. c. 26.*

Spiculátor, oris, m. *alabardiero*, Ger. *trabant*, Gall. *halebardier*, Hiſp. *alavardero*, δορυφόρος, ſatelles Principis, carnifex, a *ſpiculum*, quia ſpiculum geſtat. *Tacit. 1. hiſt. cap. 31.* Dilapſis ſpiculatoribus, cætera cohors non aſpernata concionantem. *Sueton. in Claud. c. 35.* Ut ſpiculatores cum lanceis circumſtarent. Utraque loco alii leg. *ſpeculatores*.

Spiculátus, a, um, adject. acuminatus. *Solin. c. 51.* Cauda veluti ſcorpionis aculeo ſpiculata.

Spichlo, as, a. 1. *aguzzare la punta*, σκονόω, cuſpidem acuo. *Plin. l. 11. c. 2. de inſectorum aculeo*: Telum vero perfodiendo tergori quo ſpiculavit ingenio!

Spiculum, li, n. *dardo*, רמח, Germ. *ſchefelein, bolrz*, Gal. *javeline*, Hiſp. *lanca*, λόγχη, ξυσὸς, lancea brevis, ſeu (ut *Vegetius* ait *l. 2. de re milit. cap. 15.*) telum miſſile, cujus ferrum eſt triangulum, unciarum novem, haſtile pedum quinque, & ſemiſſis. *Cic. in Piſ.* L. Craſſus homo ſapientiſſimus noſtræ civitatis ſpiculis prope ſcrutatus eſt Alpes. *Virg. 5. Æn.* Gnoſſia bina dabo levato lucida ferro ſpicula. ¶ Accipitur & pro ſagitta. *Virg. 11. Æn.* Spicula converſo fugientia dirigite arcu. ¶ Aliquando pro quacumque cuſpide, & aculeo, ut ſunt ſpicula ſagittarum, & aculei apum. *Curs. l. 7. c. 6.* Rex ſagitta ictus eſt, quæ in medio crure reliquerat ſpiculum. *Virg. 4. Æn. v. 237. de apibus*: Iaſa venenum Morſibus inſpirant, & ſpicula cæca relinquunt. ¶ Spicula pro ſolis radiis ponuntur a *Prudent. in hymno ad martyrin.* ¶ *Spiculum* per ſyncop. V. ſuo loco.

Spicúlus, a, um, adject. in modum ſpiculi factus. *Tertull. de pudic. c. 7.* Non lucernæ ſpiculo lumine, ſed totius ſolis lancea opus eſt. *Scaliger in notis inedites ad Tertul.* legit *ſpiculi*.

Spicum, i, n. idem ac ſpica. *Cic. 2. de nat. Deor c. 42. de ſigno Virginis*: Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo. *Varr.* apud *Non. c. 3. n. 230.* Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in illa non aliquod bonum.

Spicus, ci, m. idem ac ſpica. *Feſt.* Spicum maſculine antiqui dicebant, ut hunc ſtipendem, & hanc annonem.

Spina, æ, f. *ſpina*, חוח, שילען, שיר, קוץ, Ger. *dorn*, Gal. *épine*, Hiſ. *eſpina*, ἄκανθα, aculeus ſentis, vel ulni, quo pungimur. *Virg. 5. Ecl. v. 39.* Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis. *Col. l. 11. c. 3.* Ea ſint vaſtiſſimarum ſpinarum, maximeque rubi, & paliuri, &c. ¶ Spinam facere dicitur aſparagus, cum percrevit; & ſpinoſus fit. *Col. l. 11. c. 3.* Deinde cum ſpinam fecerit, collectis ſeminibus ipſis, &c. ¶ *Spina Solſtitialis*, eſt ſtarex, vel herba quæ ſolſtitio provenit, vel floret. *Col. l. 2. c. 18.* Alias per vet evellamus, ut inruba, ac ſolſtitiales ſpinas. ¶ Item pro aculeo, quales hyſtricibus, ſerpentibus, & multis piſcibus ineſt. *Cicer. 2. de nat. Deor. cap. 47.* Quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. *Plin. lib. 8. cap. 35.* Hyſtrices generat India, & Africa ſpina contectas. ¶ Translate ſpina dicitur vertebrarum in quocumque animali contextus inter ſe (quam & Græci ἄκανθαν nominant) qui eſt a collo ad extremum uſque os, quod ſacrum dicitur. Sic autem appellata eſt, quod ipſæ vertebræ in ſuo contextu proceſſus utrinque oſtendant, ſpinis haud abſimiles. *Var. l. 2. R. R. c. 7.* Scapulis læris, ſpina maxime duplici. *Plin. l. 11. c. 37.* Spina lumbis oſſea, ſed tereti ſtructura, per media foramina a cerebro medulla deſcendente. ¶ Per translationem item accipitur pro inculto, & horrido dicendi genere, vel pro difficultate. *Cic. 4. Fin. cap. ult.* Panætius nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probavit. *Id. 4. Tuſc. c. 5.* Spinas partiendi, & definiendi prætermittunt.

Spinális, le, adject. quod ad ſpinam pertinet. *Macrob. l. 7. Saturn. cap. 9.* Animæ per ſpinalem medullam præbetur effectus.

Spinéa, æ, f. genus yitis, quæ & ſpionia. *Plin. l. 14. c. 2.*

Spinéola, æ, f. ſpecies roſæ, pluriinis, ſed minutiſſimis foliis. *Plin. l. 21. c. 4.*

Spinéſco, is, n. 3. ſpinoſus fio. *Martian. Capel. lib. 6. metro ult.* Sentis ſpinecture membris.

Spinétum, ti, n. *luogo pianteto di ſpine*, גנא, Ger. *voll dorn*, Gall. *lieu plein d'épines*, Hiſp. *eſpinal*, ἀκανθῶν, locus ſpinis abundans. *Virg. 2. Ecl. verſ. 9.* Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

Spinéus, a, um, ἀκανθώδης, quod e ſpinis factum eſt. *Ovid. 2. Met. v. 789.* Quem ſpinea tortum Vincula cingebant.

* Spinifénis Deus, ſpinas ex agris tollens. *Auguſt. l. 4. de C. D. c. 21.*

Spinifer, ra, rum, ἀκανθοφόρος, quod ſpinas fert. *Cic. in Arat. v. 178.* Spiniferam ſubrer caudam piſtricis adnexit.

Spiníger, a, um, adject. idem quod ſpinifer. *Prudent. in paſſione Hippolyti, v. 115.* Spinigeris ſtirpibus hirtus ager.

Spinoſíſſus, a, um, *ſpinoſiſſimo*, aliquantum ſpinoſus. *Hieron. epiſt. 83. ad Ocean.* Primum ſpinoſiſſus noſter obmutuit, poſtea vero, &c.

Spinóſus, a, um, *ſpinoſo*, ἀκανθώδης, ſpinis abundans. *Var. l. 2. R. R. c. 3.* Atque in ſpinoſis locis paſcuntur. *Plin. l. 12. c. 15.* Coreicem levem myrthæ, ſimilemque unedoni, ſcabrum alii, ſpinoſumque dixere. ¶ Translate ſumitur pro duro, aſpero, & inculto. *Cic. 1. de Orat. cap. 18.* Sed hæc erat ſpinoſa quædam, & exilis oratio, longeque a noſtris ſenſibus abhorrebat. *Idem in Orat. c. 32.* Et poſtea qui Dialectici dicuntur, ſpinoſiora multo pepererunt.

Spinter, *ſive* Spinther, ēris, n. ἀμφοκόμιον, βραχιονιστὴρ, fibula in humeris, vel armilla, qua mulieres in ſummo brachio ſiniſtro utebantur. *Feſt* Spinther vocabatur armillæ genus, quod mulieres antiquæ gerere ſolebant brachio ſummo ſiniſtro. *Plaut. Men. 3. 3. 4.* Jubeas, ſpinther novum reconcinnarier. ¶ Fuit & nomen hiſtrionis ſecundarum, qui ob ſimilitudinem cognomen dedit P. Cornelio Lentulo, qui conſul fuit cum Q. Cæcilio Metello Nepote A. U. 696. *Plin. l. 7. c. 12.* & *med.*

Spintria, æ, com. 1. repertor monſtruoſæ libidinis, novique concubitus, a σπινθὴρ, *ſcintilla, ignículus*, nempe a monſtruoſarum libidinum ardore. *Suet. in Tib. c. 43.* Monſtruoſique concubitus repertores, quos ſpintrias appellabat. *Tac. 6. Ann. c. 1.* Tunc que primum ignota arte vocabula reperta ſunt ſellatiorum, ſpinteriarum, ex fœdiratæ loci, & multiplici parientia.

Spinturnícium, ii, n. genus avis deformis, & inauſpicatæ, diminut. a *ſpinturnix Plaut. Mil. 4. 2. 42.* Pithecium hæc eſt præ illa, & ſpinturnicium.

Spinturnix, icis, f. avis quædam deformis & obſcœna ejuſdemque cum bubone ominis. *Plin. l. 10. c. 13.* & *Feſtus*.

Spinúla, læ, f. *picciola ſpina*. *Arnob. l. 2.* Inhærens callo ſpinula.

Spinus, ni, m. *prugnuolo, ſuſino ſalvatico*, Germ. *ſchlehenbaum*, Gall. *prunier ſauvage*, Hiſp. *ciruelo, manſes*, πρόσνον, agreſtis, ſeu ſylveſtris prunus. *Serv in 4. Georg.* monet, *ſpinus* genere virili eſſe arborem prunorum, at ſentes dici ſpinas in muliebri. reſtius tamen in fœmin. genere uſurpaveris, ſicut carera arborum vocabula. *Virg. 4. Georg. v. 145.* Eduramque pyrum, & ſpinos jam pruna ferentes.

Spio, us, f. 4. contr. Σπιὼ, Nympha, filia Nerei, & Doridis, a σπεύω, *feſtino*, quia Nymphæ in ſpeluncis maris habitare dicuntur. *Virg. 5. Æn. v. 826.* Nitæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

Spionia, æ, f. vitis ſpecies, quæ & ſpinea quibuſdam dicitur. *Plin. l. 14. c. 2.* Æſpionicus, a, um, quod ad uvam ſpionium ſpectat, ut Spionicus guſtus, qui eſt uvæ ſpionis. *Col. l. 3. c. 21.* Sive eſt ille bicuricus, ſeu baſilicus, ſeu ſpionicus.

Spíra, æ, f. *ſpira, rivolgimento. rivolgimento*, גלגל, σπεῖρα, linea flexuoſa faciens orbes non redeuntes in ſe, revolutio, ſive circulus, qui in ſe ipſum non recurrit. De variis rebus uſurpatur. *Feſt.* Spira dicitur & baſis columnæ unius tori, aut duorum, & genus operis piſtorii, & funis nauticus in orbem convolutus: ab eadem omnes ſimilitudine. Pacuvius Quid ceſſatis ſocii ejicere ſpiras ſparteas? Ennius quidem hominum multitudinem ita appellat, cum ait, Spiras legionibus nexunt. Hæc *Feſtus* Igitur ſpira fumitur pro baſi columnæ unius tori, aut duorum. *Plin. l. 36. c. 23.* In Epheſiæ Dianæ æde primum columnis ſpiræ ſubditæ, & capitella addita. ¶ Item pro genere operis piſtorii. *Cato de R. R. c. 77.* Spiram ſic facito, quamvis voles, pro ratione, ita, uti placenta fit, eadem omnino facito, & *torticlione*. ¶ Dicitur & de ſaſciis galeri ſub mento ſtringi ſolitis. *Juven. ſat. 8. v. 208.* De faucibus aurea cum ſe porrigat, & longo jacteur ſpira galero. ¶ Item de muliebri capilli ornamento. *Plin. l. 9. c. 35.* Lolliam Paulinam, quæ fuit Caji Principis matrona, nec ſepio audiem, aut ſolemni cæremoniarum aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis, margaritiſque operiam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitiſque. ¶ Item de ſinuoſis anguium flexibus. *Virg. 2. Georg. v. 154.* Nec rapit immenſos orbes per humum, neque tanto Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. *Idem l. 2. Æn. v. 217.* Spiriſque ligantur ingentibus. ¶ Dicitur etiam de arborum venis, & nodis in orbem convolutis. *Plin. l. 16. c. 39.* Publicum omnium vitium vocant ſpiras, ubi convolvere ſe venæ, atque nodi.

Spira, *Spira*, Germ. *Speyr*, urbs Germaniæ ſuperioris, in Palatinatu Inferiori, ad Rhenum, media inter Argentoratum ad Mer. & Moguntiacum ad Bor. Dicta eſt a *ſpira*, qua globum militarem ſignat, quia Conſtantius Cæſar ibi cohortes Græcas collocaſſet, de quo *Mekerchus l. de pronunt. Ling. Græcæ, c. 30.*

Spirabílis, le, o. 3. *ſpirabile*, ἐμπνεύσιμος, vitalis, quo ſpiramus. *Virg. 3. Æn. v. 600.* Per ſidera teſtor, per ſuperos, atque hæc cœli ſpirabile lumen. *Cic. de Nat. Deor.* Animum denique ipſum ſpirabilem, ſiquis quærat, unde habeamus.

Spiraculum, i, n. *ſpiracolo*, מפח, נשמה, Ger. *luftloch*, Gal. *ſoupirail*, Hiſp. *reſpiradero*, φυσητῆρες, per quod odor, aerve expiratur, aut exhalat. *Virg. 7. Æn. v. 568.* Hic ſpeclus horrendum, & lævi ſpiracula Ditis Monſtrantur. *Plin. l. 2. c. 91.* Ut in Sinueſſano agro, & Puteolano ſunt, quæ ſpiracula vocant, mortiferum ſpirit

jicit, nam σπλάγχνα viscera sunt, & ὄπτιμας videre significat. Hoc nomine appellata est statua vernulæ cujusdam Periclis a Stipace Cyprio facta. *Plin. l.* 22. *c.* 17. & *l.* 34. *c.* 8.

Splen, enis, masc. σπλὴν, σπληνὸς, viscus in sinistra animalis parte situm, succos crassos, & melancholicos in hepate genitos ad se attrahens, quorum parte subtilissima eum se alucrit, quod superest, proprio quodam meatu ad ventriculum remittit, & *lien* dicitur. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Splenem terris obolis pota (*hyoscyamus nigra*) triginta diebus consumit. *Perf. sat.* 1. *v.* 12. Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno. h. e. splene effuso in risum: nam splen risus sedes dicitur.

Splendens, entis, o. 3. μαρμαίρων, lucens, *resplendens*. *Horat. l.* 1. *od.* 19. Vrit me Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius. *Claudian. de Gigantom. v.* 77. Clypeus splendentior igni. ¶ Translate est illustris. *Plin. l.* 9. *c.* 5. Auctores habeo in equestri ordine splendentes.

Splendéo, es, dui, sine sup. *resplendere, rilucere*, אוֹמִיץ, אוֹר, נגה, λάμπω, luceo, splendorem emitto. *Virg. 7. Æn. v.* 10. Splendet tremulo sub lumine pontus. *Martial. l.* 4. *ep.* 79. Et facies multo splendeat alba pilo. ¶ Transfertur etiam ad incorporea. *Cic. pro Sext. cap.* 28. Virtus splendeque per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit.

Splendesco, ĭs, n. 3. *fari lucente*, λαμπυρύω, splendidus fio, *Virg. 1. Georg. v.* 46. Et sulco attritus splendescere vomer. ¶ Eleganter translate usurpatur. *Cic. de Sen.* Omnino canorum illud in voce splendescit etiam, nescio quo pacto, in senectute. *Id. in præf. Parad.* Nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tamquam excolatur.

Splendico, as, n. 1. splendeo. *Apul. lib.* 5. *A. A.* Splendicant gemmæ. Alii leg. *splendidant*.

Splendide, adv. *splendidamente*, דרך אצילים, λαμπρῶς, cum splendore, lucide, & translate nobiliter, præclare, magnifice. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 25. Et acta ætas honeste, ac splendide tantam affert consolationem, &c. *Id. pro Quinc. c.* 30. Magnifice, & splendide ornare convivium. *Id.* 1. *de Fin. c.* 2. Quid habent, cur Græca anteponant iis, quæ & splendide dicta sint, neque sint conversa de Græcis? *h. e.* nitide, & eleganter. *Gel. l.* 14. *c.* 1. Latius ea, & amœnius & splendidius, & profluentius exsequebatur. *Sen. ep.* 47. Splendidissime natus. *h. e.* illustri genere. *Hor. l.* 3. *od.* 11. perjurum fuit in parentem splendide mendax. *h. e.* decore, cum virtute. Loquitur de Hypermnestra, Danai filia, quæ 49. sororibus jussu patris maritos suos occidentibus, una Lynceo fuo pepercit.

Splendido, das, a. 1. splendidum reddo, polio. *Apul. in Apolog.* Splendidare dentes. ¶ Item splendidus sum. V. *Splendico*.

Splendidus, a, um, *splendido, resplendens*, נדיב, צח, אור, טהור, λαμπρὸς, clarus, lucidus, nitidus. *Lucr. l.* 2. Lumina splendida solis. *Horat. l.* 3. *od.* 13. Fons splendidior vitro. *Cic. in Somn. Scip. c.* 3. Circulus splendidissimo candore elucens. Rursus *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 14. jussit quod splendida bilis. Ideo autem bilis splendida dicitur, quia sanguine ipso ejus humor purior est, liquidior, & magis lucens. ¶ Translate sumitur pro pulcro, speciofo. *Cicer. 1. Fin. c.* 18. Quod appellant honestum non tam solido, quam splendido nomine. ¶ Item pro excellenti, præstanti, nobili. *Cic. 1. Off.* In maximis animis, splendidissimisque ingeniis plerumque existunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditates. ¶ Item pro lauto, cui opponitur sordidus. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Splendidus domi, graziosus extra domum. *Nepos in Attic. c.* 20. Elegans, non magnificus; splendidus, non sumtuosus. ¶ Item pro illustri. *Vellej. l. a. c.* 88. Mecænas equestri, sed splendido genore natus. ¶ Splendida Minois arbitria dicuntur ab *Horatio lib.* 4. *od.* 7. h. e. severitatis, & majestatis plena.

Splendísce, adverb. splendide. *Fulgent. l.* 1. *Mythol.*

Splendífico, as, a. 1. splendidum, & lucidum facio. *Martian. Capell.* 9. Lumina ambrosium splendificant diem.

* Splendificumque jubar radianti carperet hausta: affertur hic vers. ex *Fabretto* in Theaur. *Basil. Fabri*.

Splendor, oris, m. *splendore, luce*, נוגה, זֹהַר, *Germ. schern*, Gall. *lueur, splendeur*, Hisp. *resplendor*, αὐγὴ, lux, nitor, claritas. *Plaut. Merc.* 5. 2. 39. Cœlum ut splendore est plenum, nonne ex adverso vides? *Horat. l.* 1. *sat.* 4. Hunc capit argenti splendor, stupet Albius ære. *Lucret. l.* 4. *v.* 221. Splendor aquæ. ¶ Per translationem sumitur pro nobilitate, gloria, dignitate. *Cic. pro L. Man. c.* 14. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet. *Id. pro Cluent. c.* 69. Honesti homines, & summo splendore præditi. ¶ Item pro perfectione, præstantia. *Cic. in Brut. c.* 68. Actio vero ejus habebat & in voce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem. ¶ Item pro puritate, elegantia. *Cic. in Brut. c.* 72. Erat in verborum splendore elegans, compositione aptus.

Splendorífer, ra, rum, adject. splendorem ferens. *Tertul. de Judic. Domi. c.* 5. Splendorifero qui lumine clarus.

Spleneticus, a, um, σπλωνικὸς, lienosus, qui ex splene laborat, cui post inflammationem lien in pristinum non restituitur habitum, sed tumor permanet. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Item splenericis in vino albo per dies quadraginta.

Splenítus, a, um, σπλωνικὸς, splenio obvolutus. *Martial. l.* 10. *ep.* 22. Cur splenitato sæpe prodeam mento.

Splenícus, a, um, adject. idem quod splenéticus. *Plin. l.* 21. *c.* 10. Polium medici splenicis propinat ex aceto. Al. leg. *splenesticis*.

Splenium, ii, n. σπλήνιον, herba, quæ spleni medetur, & usitatius dicitur *asplenum*. *Plin. l.* 25. *c.* 5. Teucrion quidam Hermion vocant, spargentem juncos tenues, folia parva, asperis locis nascentem, austero sapore, nunquam florentem, neque semen gignit. Medetur lienibus. Constatque sic inventum. Cum exta super eam projecta essent; athletisse lieni, eumque exinaniisse. Ob id a quibusdam splenion vocatur. Hæc *Plin.* ¶ Est etiam pannicullus, vel fascia medicamento, aut emplastro illita, quæ fronti, aut oculis aliquo morbo laborantibus imponitur. *Martial. l.* 2. *epigr.* 29. *de servo quadam stigmatis in fronte notato, & ad equestrem dignitatem evecto*: Et numerosa linunt flellantem splenia frontem. Ignoras, quis sit? splenia tolle, leges. ¶ Videtur esse emplastrum ipsum, quod illinitur, apud *Plin. l.* 29. *c.* 9. Supertimponi oportet splenium e melle decoctum, lanamque succidam ex oleo, aut vino.

Spodium, ii, n. σπόδιον, σποδὸς, אפר, חֹמֶר, cinis ignitus, seu exstinctorum carbonum reliquiæ, & crassius illud excrementum, quod quidam fecoriam appellant. *Plin. lib.* 23. *c.* 4. *Spodiumque e caniculis* vehementius inhibet rheumatismos, *& in fine*: Nuclei palmarum cremati in fictili novo, cinere loto spodii vicem efficiunt. ¶ Sumitur etiam pro cinerula, seu repurgamento, quod ex fornacum parietibus everritur, in quibus æs Cyprium, aut plumbum, aut aliud metallum decoquitur. *Plin. l.* 34. *c. ult.* Fit & spodium ex plumbo, eodem modo, quo ex Cyprio ære diximus.

Spodos, f. 2. σποδὸς, idem ac spodium. *Plin. l.* 34. *c.* 13. Fit & in argenti fornacibus spodos, quam vocant laureotim. Utilissima autem oculis affirmatur, quæ fit in aurariis. *Idem l.* 35. *c.* 13. Etiamnum in ærariis reperiuntur, quem vocant pompholygem, & spodon. Differentia, quod pompholyx lotura paratur, spodos illota est.

Spoletinus, a, um, adject. a Spoletio urbe, ut Spoletinus populus, *Cic. pro Balb. c.* 21. ¶ Vina Spoletina inter optima habita sunt. Unde *Martial. l.* 13. *epist.* 120. De Spoletinis quæ sunt cariosa lagenis Malueris, quam si musta Falerna bibas. Adde *l.* 14. *epist.* 116. ¶ Inventitur & Spoletanus, quod probatur *Prisciano lib.* 2. *p.* 592. *Putschii*.

* **Stătēr**, ēris, m. & ſtatera, æ, f. σταθμός, מאזנים, פלס, Germ. *geldwaag, waag, ſchnellwaag*, Gall. *balance*, Hisp. *balanca*, σταθμός, ζυγός, instrumentum, quo res fine lancibus ponderantur. Est ab ἵστημι, quod interdum est appendo, libro, pondero, unde & σταθμός, *menſura*, ἑστικὸν, *ponderandi ars*. Proprie differt a trutina, ut species a genere. Duæ enim species trutinæ, libra, quæ binas habet lances; ſtatera, quæ stilo constat punctis distincto, quæ pondera discriminant. *Vitruv. l. 10. c. 8.* Id autem ex trutinis, quæ ſtateræ dicuntur, licet considerare. *Cic. l. 2. de Orat. c. 38.* Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, sed quadam populari trutina examinantur. ¶ Erat item ſtatera, vaſis genus in argentea suppellectili, quod & tympanum, & magida appellant. *Plin. l. 33. c. 11.* Tympana vero fe juvene appellata ſtateras, & lanees, quas antiqui magidas appellaverant.

Statia. V. Stata.

Statice, es, f. στατική, herba septem caulibus veluti rosæ capita sustinens. *Plin. l. 26. c. 8.*

Staticŭlum, i, n. ſtatua, a *ſtatuo*, quia ſtatuitur, sive erigitur, ac defigitur. *Tertul. adv. Gnosticos c. 2.* Comminuetis ſtaticula eorum. ¶ Staticulum item, genus vehiculi, seu gestatorii, sicut essedum, & petoritum. *Plin. l. 37. c. 10. Redduat* ſpecies fluminum, nemorum, & Jumentorum, & essedæ, & ſtaticula, & equorum ornamenta. *Id. l. 34. c. 17.* Ad aurea quoque ſtaticula inanis luxuria pervenit.

Staticilus, i, m. σκῆμα, ὑπόκρημα, saltatio non motoria, sed fabularia, qualis erat in choris σατύρων, ut *Turnebus* docet *l. 17. c. 20.* & *l. 28. c. 4.* Hinc staticulos dare, χορεύειν, *ballare*. *M. Cato* apud *Macrobium l. 2. Saturn. c. 10.* Descendit de canterio, inde staticulos dare, ridicularia fundere. *Plaut. Pers. 5. 2. 43.* Nequeo, leno, quin tibi saltem staticulum dem, olim quem Hegea faciebat.

Statielienſes, & Statielli, *vel* Statyelli, pop. Liguriæ, inter Apenninum M. & Tanarum fl. quorum urbes Aquæ Statiellorum, & Alexandria. *Plin. l. 3. c. 5.*

Statillius. V. *Statanus*.

Statim, adv. *ſubito*, פִּתְאוֹם, פֶּתַע, Ger. *ein wegs, behendiglich, geſchwend*, Gall *ſoudain*, Hiſp. *luego*, αὐθύς, ἀυτίκα, cito, illico, continuo, protinus. Uſurpatur *vel* abſolute. *Cic. in Orat.* Itaque hoc ſum aggreſſus ſtatim Catone abſoluto. *Martial. l. 12. ep. 95.* Ridenti dominæ ſtatim remittit. ¶ Vel cum partic. *ut*. *Cic. Att. l. 2. ep. 12.* Has literas ſcripſi ſtatim, ut tuas legeram, *ſubiecha*. *Id. Att. l. 12. ep. 18.* Nam ut heri me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt. ¶ Vel cum partic. *atque*. Ulp. *l. ſi maritus, ff. ad l. Juliam 5* Et primum Pomponius putat admitti ad accuſationem extraneum poſſe ſtatim, atque negaverit. ¶ Item cum partic. *quam*. *Ulp. l. 2. §. habet, ff. uſufructuarius quemadmodum caveat*: Quarum prior ſtatim committitur, quam aliter fuerit uſus. ¶ Item cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Plin. l. 27. c. 9.* Semipedalibus ramulis quinis, ſenisve a radice ſtatim foliolis. ¶ Statim (productâ prima ſyllaba) ſignificat conſtanter, perſeverantèr, a ſtando. *Plaut. Amph. 1. 1. 83.* Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat. Et *verſ. 120.* Ita ſtatim ſtant ſigna. Ita *Non. c. 4. n. 423.* ¶ Sunt tamen quidam Poetæ qui etiam in prima hujus vocis ſignificatione produxerunt. *Avien. in Phænom. Arat. v. 398.* Tum ſucciſa Ceres ſtatim cum mergite culmi. Adde *Alcim. Avit. l. 2. v. 380.* Qui non videntur imitandi.

Statina, æ, f. Dea, quæ infantibus ſtatæ incipientibus præerat. *Tert. de An. c. 39.* Prima conſtitutio infantis ſuper terram Statinæ Deæ ſacrum eſt.

Statinæ, ſ. 1. plur. aquæ in Campania, in Pithecuſa inſ. quæ ſubito terræmotu natæ ſunt. *Plin. l. 2. c. 88. Stat. l. 3. Sylv. car. 5.* Æmariæque lacus medicos, Statinæque zenatas.

Statio, onis, f. *conſiſtentia*, מַעֲמָד, מִשְׁמָר, Germ. *ſtelle*, Gall. *place*, *havre*, *ſtation*, Hiſp. *evanca*, *eſtancia*, σκοπή, actio ſtandi, vel conſiſtendi, commoratio, habitatio. *Cic. Att. l. 6. ep. ult.* Athenis ſtatio mea nunc placet. *Lucret. l. 4. v. 389.* Quæ manent in ſtatione, ea præter credimur ire. Loquitur de navi, quæ ferrum, dum ſtare creditur. *Patercul. l. 2. ſub fin.* Eique funcio longiſſima ſtatione mortali deſtinate ſucceſſores quam ſeriſſimos, ideſt longiſſima vita. *Plin. l. 2. c. 16.* Perſuaſæ in qua diximus parte, & triangulo, Solis radio inſibentur rectum agere curſum, & ignea vi levantur in ſublime. Hoc non protinus intelligi poteſt viſu noſtro, ideoque exiſtimantur ſtare, unde & nomen accepit ſtatio. ¶ Metonymice in ſtuminibus ſic vocatur locus, ubi ruto naves ſtare poſſunt, ut ait *Ulp. Pandect. l. 43. tit. 12. leg. 1.* In mari portus dicitur. Sed tamen etiam de mari ſtatio uſurpatur, ideſt de loco in litore ſinuoſo, in quo naves ad tempus poſſunt conſiſtere, minus tamen ruto, quam in portu. *Virg. 4. Georg.* Statio tutiſſima nautis, *Id. 2. Æn. v. 23.* Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis. *Vellej. l. 2. c. 72.* Exitialem tempeſtatem fugientibus, ſtatio pro portu foret. *Serv. ad loc. cit. 2. Æn.* hanc inter portum, & ſtationem ſtatuit differentiam, ut ſtatio dicatur locus, ubi naves ad tempus conſiſtunt; portus vero, ubi hiemant. ¶ Appellatur & ſic locus, ubi ruto ad tempus milites ſtant. Hujuſmodi loca etiam ſtativa, & præſidia dicuntur. *Lentul. l. 12. Fam. ep. 15.* Ut etiam a Rhodiis urbe, portu, ſtatione, quæ extra urbem eſt, commeatu, aqua denique prohiberentur noſtri milites. Adde *Tacitum Hiſt. 3. c. 9.* ¶ Locum item vigilibus ad excubias agendas aſſignarum, ſtationem vocamus, quod in eo ſubſiſtere cogantur, neque illum ſine gravi noxa poſſint relinquere. *Virg. 9 Æn.* Servantque vices ſtatione relicta. *Caſ. l. 5. B. C.* Alteras cohortes in ſtatione habere. *Cic. de ſenect. c. 20. al legginge*: Vetat Pythagoras injuſſu Imperatoris, ideſt Dei, de præſidio & ſtatione vitæ diſcedere. ¶ Perſæpe ponitur pro militibus ipſis, qui ſtatione diſpoſiti ſunt. *Liv. l. 5.* Non ſtationem pro portis excubare, non armatos eſſe in muris. ¶ Uſurpatur de quocunque loco, in quem multi conveniunt, & in quo conſiſtunt, ut de officinis, & de gymnaſiis, in quibus artes traduntur, de locis, ubi de jure reſpondetur, &c. *Gell. l. 13. c. 13.* Quæſtum eſſe memini in plerisque Romæ ſtationibus jus publice docentium, aut reſpondentium. ¶ Item de locis publicis, in quæ poſt negotia ſolent cives convenire confabulandi, vel potius deſſendi gratia, *pancaccio*. *Plin. jun. l. 1. ep. 13.* Plerique in ſtationibus ſedent, tempuſque audiendis fabulis conterunt. *Juv. ſat. 11. v. 3.* Omnis Convictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum De Rutilo. ¶ Statio jumentorum eſt ſtabulum, *Paul. Jctus l. 13. Dig. de uſufr.* ¶ Chriſtiani veteres ſtationes appellaverant eos conventus, quibus in templis orabant. *Tertull. de orat. ſub fin.* ſimiliter de ſtationum diebus non putant plerique ſacrificiorum orationibus interveniendum, quod ſtatio ſolvenda ſit accepto corpore Domini. Ergo devotum Deo obſequium euchariſtia reſolvit, an magis Deo obligat? Nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi ad aram Dei ſteteris? *& mox*. Si ſtatio de militari exemplo nomen accipit, utique nulla lætitia, ſive triſtitia obveniens caſtris ſtationes militum reſcindit. ¶ Pro jejunio uſurpari ajunt a *Tertull. de jejun. cap.* 1. Stationes in veſperam producere, *& cap.* 10. Hæc erit ſtatio fera, quæ ad veſperam jejunans, pinguiorem orationem Deo immiolat. Sed revera nihil eſt aliud, quam mora orantium in templo, cujus moræ jejunium conſequens erat, modo uſque ad nonam, modo uſque ad veſperam.

Stationalis, & le, o. 3. σταθεῖος, quod firmiter ſtat, vel ſtare exiſtimatur, a *Statio*. *Plin. l. 2. c. 15. de ſtella Martis*. Eadem ſtationalis ſenis menſibus commoratur in ſignis, aliquot bimeſtris, cum cæteræ utraque ſtatione quaternos menſes non impleant.

Stationarius, a, um, φυλακή, שׁוֹמֵר, quod ad ſtationem ſpectat. Stationarii militares ſunt præſidiarii, qui in locis hoſti finitimis agitant ſtationes. Item qui in urbibus, aut provinciis tenentur ad populorum quietem tuendam, *ſoldati diguardigione*. *Ulp. l. 1. §. hoc autem, & de fugitivis*; Qua declaratur, & Præſides, & Magiſtratus, & milites ſtationarios dominum adjuvare debere in inquirendis fugitivis. ¶ Stationarii tabelliones, qui in ſtationibus cum adjutoribus, miniſtriſque ſuis morabantur, & inſtrumentis ſubſcribebant, quos *Juſtinianus in Novella 44. συμβολιογράφους*, appellat, ideſt contractuum ſcribas, qui & tabularii dicuntur. *Alciat. l. 6. Parerg. c. 19.*

Stativa, orum, n. pl. σκῆνος, χῶμα, στρατόπεδον, מִצְבָּה, מִשְׁמֶרֶת, loca in quibus caſtra habentur, quod ibi milites ſtent, ac morentur, *campo*, *quartiere*. *Liv. l. 6.* Dictator exercitum in ſtativis tenebat. *Id. l. 3. c. 2.* In Latino agro ſtativa habuit, *poſe quartiere*, *s'accampò*. *Tacit. l. hiſt. p. 66.* Ipſa itinerum ſpatia, ſtativorum mutatione venditante duce. V. *Stativus*.

* Status, ſervile nomen fuit: poſtea verſum eſt quaſi in cognomen. *Gel. lib. 4. in fin.*

Statius, ii, m. Cæcilius Statius Poeta Comicus, cui Volcatius ſedigitus primas Comœdiæ partes tribuit. Sed a Cicerone nonnunquam malis linguæ Latinæ auctor, interdum etiam ferreus ſcriptor appellatur. V. *Gel. l. 4. in fine*. ¶ Statius alter, cognomento Papinius, Poeta Heroicus, Domitiani temporibus, Juvenalis, & Martialis æqualis, cujus multa extant poemata, Sylvarum libri quatuor Thebaidos libri 12. præterea Achilleidos opus inchoatum, quod morte occupatus abſolvere non potuit. Scripſit & Agaven tragœdiam, quam inopia coactus Paridi hiſtrioni vendidit. V. *Juven. ſat. 7. v. 82.*

Stativus, a, um, σκῆνικος, quod ſtat, vel quod pertinet ad ſtationem. Præſidium ſtativum, quod certis locis cuſtodiæ, & ſecuritatis gratia diſponitur. *Cic. 12. Phil. c. 10.* Hæc vigilia, hæc cuſtodia, hoc præſidium ſtativum. ¶ *Caſtra ſtativa*, quæ & *ſtativa* abſolute, munitiones ſunt militares, quibus copiæ ſepiuntur, ut adverſus repentinum hoſtium incurſum rutæ ſint. *Cic. 7. Verr. c. 12.* Iſte novo quodam ex genere Imperator, pulcherrimo Syracuſarum loco, ſtativa ſibi caſtra faciebat. V. *Stativa*. ¶ Aquæ ſtativæ ſunt, quæ non excurrunt, quibus opponuntur aquæ perennes. Priloris generis ſunt putei, & lacus, alterius fluvii, & fontes. *Varro apud Non. c. 3. n. 155.* Secundo de ſtativis aquis, ut ſunt lacus, & ſtagna, & putei, & maria. *Plin. l. 2. c. 88.* In eadem & oppidum hauſtum profundo, alioque motu terræ ſtativas emerſiſſe. Ita recte legit *Scalig. in Conject. ad Varr.* Alii leg. *ſtagnum*. Alii *ſtatinas*. Huc pertinere videtur & illud *Cic. Agrar. 3. c. 15.* Numquid cauſæ eſt, quin omnes agros, urbes, ſtativa, portus, totam denique Bithyniam decemviri venditari ſint? Ubi *ſtativa* alii interpretantur lacus marinos, piſcoſos, qui carp ventur propter piſcium copiam: alii intelligunt receſſus maris, ſeu ſtationes, in quibus naves ad tempus reciperentur, quemadmodum in voce *Statio* notavimus. ¶ Stativæ feriæ ſunt, quæ ſtatis ſixiſque anni temporibus celebrantur. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16.* V. *Feriæ*.

Statonia, ſ. t. *Scatono*, Στατωνία, opp. ſeu pag. Hetruriæ, apud oram Auſtr. inter Saturniam, & Roſetum. Hic vina olim generoſa proveniebant. ¶ Populi Statones appellantur a *Plin. l. 3. c. 5.* Ager vero circa poſitus, Statonienſis ab *eod. l. 2. c. 95.* Statonenſis a *Varr. l. 3. R. R. c. 12.*

Stator, oris, m. *guardiano*, *cuſtode*, שׁוֹמֵר, Germ. *ſtattknecht*, Gal. *huiſſier*, *ſergent*, Hiſp. *portero*, *alguazil*, κλητήρ, ſervus alicujus rei cuſtos, a *ſtando* ſic dictus. *Auctor Priapeorum*, *carm. 52.* Stator hic libidinoſus. *h. e.* horti cuſtos. ¶ Præterea ſtator idem eſt ac viator, aut tabellarius, qui Magiſtratui præſto eſt, ut illius juſſu quemlibet arceſſat, aut literas perferat. *Cic. Fam. 2. ep. 17.* Literas a te mihi ſtator tuus reddidit Taſii. *Ulpian. l. 4. Dig. de Offic. Proconſ.* Nemo proconſulum ſtatores ſuos habere poteſt, ſed vice eorum milites miniſterio in provinciis funguntur. Rurſus *Cic. 2. Fam. ep. ult.* Exiſtimari eſſe faciendum, ut ad te ſtatores meos, & lictores cum literis mitterem. ¶ Eſt præterea ſtator epitheton Jovis apud Romanos, a *ſiſtendo* impoſitum idſt a Romulo, quod Romanos a Sabinis in fugam verſos ſtare fecerit. Græci σταθὸν vertunt, nonnunquam etiam ὑπισχνούμενον. *Liv. l. 1. c. 12.* Deme terrorem, ſpargumque fœdam ciſte. Hic ego tibi templum Statori Jovi, quod monumentum ſit poſteris, tua præſenti ope ſervatam urbem eſſe, voveo. *Ovid. 6. Faſt. circa finem*: Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim Ante Palatini condidit ora jugi.

Statua, æ, f. *ſtatua*, צֶלֶם, מִבְצָר, Ger. *bild*, *ſtock*, Gal. *ſtatue*, Hiſp. *eſtatha*, ἄγαλμα, ἀνδριάς, ſimulacrum ex ære, aliove metallo, quod alicui vel mortuo, vel etiam viventi antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo in loco conſpicuo collocabatur ad alicujus rei bene geſtæ memoriam, a *ſtatuo*. Generalius eſt autem imaginum nomen, quam ſtatuarum, cum pictas etiam tabellas imagines vocemus, ad quas certe ſtatuarum appellatio non extenditur. Imo *Plinius* non temere ſtatuam appellat, niſi ex metallo confectam. Nam quæ ex marmore exſculpitur, ſimulacrum potius, vel imaginem, vel ſignum appellat. *Plaut. Bacch. 4 4.* Hunc hominem decet auro expendi, huic decet ſtatuam ſtatui ex auro. *Cic. pro Sext.* Statuas alicui ſtatuere. *Id. 9. Phil.* Noſtri ſtatuas multis decreverunt, ſepulcra paucis. *Id. pro Arch.* Cum ſtatuas, & imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſe multi ſummi homines reliquerint. *Plin. l. 1. ep. 17.* Neque magis decorum eſt, ſtatuam in foro populi R. habere, quam ponere. ¶ Speciatim ſtatua Romæ dicebatur ſimulacrum cujuſdam hiſtrionis. *Feſt.* Statua eſt ludii ejus, qui quondam fulmine ictus in circo, ſepultus eſt in Janiculo, cujus oſſa poſtea ex prodigiis, oraculorumque reſponſis Senatus decreto intra Urbem relata in Volcanali, quod eſt ſupra Comitium, obruta ſunt, ſuperque ea columna cum ipſius effigie poſita eſt.

Statuaria, æ, ſ. 1. ἐρμογλυφική, ars ſtatuas conficiendi. Differt a ſculptura, quia ſtatuariæ nomine intelligitur fuſoria, qua ex ære, vel ex alio metallo ſtatuæ conficiuntur, ſculptura autem eſt, qua ex marmore, ebore, ligno, aut alia materia ſimili, ſimulacra ſcalpro exſculpuntur. *Plin. l. 35. c. 12.* Laudat & Praxitelem, qui plaſticen matrem ſtatuariæ, ſculpturæque, & cæleturæ eſſe dixit. *Id. l. 36. c. 5. de ſculptura*: Non omittendum, hanc artem veruſtiorem fuiſſe, quam pictoram, aut ſtatuariam.

Statuarius, ii, maſc. *ſtatuario*, *ſcultore*, ἀγαλματοποιός, ἀνδριαντοποιός, ſtatuam art. fex, qui ex ære, alioque metallo fuſoria arte ſtatuas facit. Celebres ſtatuarii recenſentur Lyſippus, Phidias, Praxiteles, Polycletus, Alcamenes, Myron, &c. V. *Plin. l. 34. c. 7. & 8.*

Statuarius, a, um, ἀγαλματοποιητικός, quod ad ſtatuarum conficiendarum rationem pertinet. *Plin. lib. 34. c. 7.* Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ quoque, & vetuſtam, indicat Hercules ab Evandro ſacratus.

Statuliber, ri, a *Feſto* dicitur eſſe is, qui teſtamento, certa conditione propoſita, jubetur eſſe liber, & ſi per heredem eſt, quominus ſtatuliber præſtare poſſit, quod præſtare debet, nihilominus liber eſſe videtur. Hæc *Feſtus*. Adde *Paul. Jctum l. 2. Dig. tit. 9. leg. ult.* ¶ *Statuliberi* in ſom. genere legitur apud *Ulpian. l. 40. ff. tit. 7. leg. 6. & 8.*

Statulinus. V. *Statanus*.

Statumaria, æ, ſ. herba alio nomine proſerpinaca. *Apulej. de herb. c. 28.*

Statumen, inis, n. στάεγμα, מַעֲמָד, מוֹט, יָתֵד, quicquid ad rem muniendam additur, quo ea ſtare poſſit. Hinc dicitur de palo, five pedamento vitis, *κάμακι*. *Col. l. 4. c. 16.* Vehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedanda eſt. ¶ Item de ſtricis ſtipitibus cujuſdam machinæ, qua tunica clauſa curantur. *Col. l. 6. cap. 16.* Primis autem duobus ſtatuminibus inponitur firmum jugum, ad quod jumenta capiſtrantur. ¶ Cæſari quoque ſtatumina ſunt, quæ Plinio coſtæ, hoc eſt arcteria ligna, quæ latera navis ſuppingunt. Aic enim *l. 1. B. Civ. c. 54.* Carinæ primum, & ſtatumina ex levi materia ſiebant, reliquum corpus navium coriis integebatur. ¶ Uſurpatur etiam pro ſtrato, pro eo, quod alicui rei ſubſternitur. *Virruv. l. 7. c. 1.* Tunc inſuper ſtatuminetur, non minore laxo, quam quod poſſit manum implere: ſtatuminibus inductis rudererur.

Statuminatio, onis, ſ. munitio ea in pavimentis quæ fit lapidibus, & cæmentis libralibus, & manualibus ſine calce, & arena, cui deinde ruderatio ſuperinducitur, quæ calce, arena, & rudere efficitur. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Statuminatione facta, rudus inducatur.

Statumino, as, a. 1. *ſoſtentare*, *fortificare*, *ſtabilire*, עָרַד, ἐρείδω, στηρίζω, χαρακόω, ſtatuminibus quibuſdam ſuſtineo, fulcio, firmo. *Plin. l. 17. c. 22.* Eodem modo vineam ſtatuminato. *Id. l. 18. cap. 6.* Ora autem earum (foſſarum) binis utrinque lapidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Tum inſuper ſtatuminetur, non minore ſaxo, quam quod poſſit manum implere.

Staruncula, æ, ſ. *ſtatuetta*. *Perron. in fragment. Tragur.* Ex hac maſſa fabri ſuſtulerunt, & fecerunt catilla, paropſides, ſtaruncalas.

Statuo, is, rui, tutum, a. 3. *ponere*, *conſtituere*, *deliberare*, *ſtabilire*. *Cicer. 3. Verr.* Iſte certe ſtatuerat, ac deliberaverat non adeſſe. *Id. l. 3.* Neque tamen poſſum ſtatuere, utrum magis miret, *&c. Idem Att. l. 9. epiſt. 17.* Ex illius ſermone ſtatuam, Arpinum ne mihi eumdum ſit, an alio. *Liv. l. 6. c. 39.* Proinde ipſi primum ſtatuerent apud animos, quid vellent, *deliberaſſero ſeco ſteſſ*. ¶ Item pro damnare, punire. *Caſ. l. 1. B. G. cap. 20.* quid gravius in fratrem ſtatueret. *Tac. lib. 2. Ann. cap. 85.* Satis viſum de Viſtilia ſtatuere. *Idem lib. 12. Ann. c. 54.* Jus ſtatuendi etiam de procuratoribus dederat. ¶ Item pro cenſere, exiſtimare, proſus ita opinari. *Cic. 2. Fin.* Qui ſummum bonum ſtatuit, non dolere. ¶ Item pro præſinire, præſcribere, aſſignare. *Cic. 5. Verr.* Ego in ſilo reo legem hanc mihi ſtatuo, videlicet eſſe, *&c. Idem 6. Fam. epiſt. 23.* Statuere ſibi finem aliquem. *Liv. l. 28. c. 35.* Statuere locum colloquio. *Idem lib. 21. c. 44.* Statuere terminos. *Id. l. 1.* Statuere alicui ſtipendium de publico, *aſſegnare*. ¶ *Exemplum ſtatuere in homine*, vel *in hominem*, idem eſt, quod edere exemplum. *Cic. 4. Verr.* In quo homine tu ſtatueris exemplum ejuſmodi. *Id. 5. Verr.* in quos aliquid exempli Populus R. ſtatui putat oportere. ¶ *Statuere documentum*, eſt dare, tradere. *Cic. ad Brutum, 15.* In poſterum documentum ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari. ¶ *Statuere de ſe*, eſt ſibi ipſi mortem afferre, non exſpectata Judicum, vel principis damnatione. *Tac. 6. Ann. cap. 29.* Eorum, qui de ſe ſtatuerabant, humabantur corpora, manebant teſtamenta. ¶ Uſurpatur etiam imperſonaliter. *Cicer. 2. Phil.* Statuitur, ne poſt M. Brutum Proconſulem ſit Creta provincia.

Statura, æ, ſ. *ſtatura*, קוֹמָה, גֹּדֶל, Ger. *die leibsmaas*, Gal. *ſtature*, Hiſp. *altura*, μέγεθος, ſtatus, ſeu modus, ſeu quantitas corporis. *Cic. 2. Phil. c. 16.* Vellim mihi dicas, niſi moleſtum eſt, L. Turſecius qua facie fuerit, qua ſtatura. *Sueton. in Tiber. c. 68.* Corpore fuit amplo, ſtatura, quæ juſtam excederet, *ſiucchè ordinaria*. ¶ Translate *Col. l. 5. c. 5. de arboribus*: Producat in tantam ſtaturam, quantam permittit agricola: hoc eſt craſſitudinem, & altitudinem.

Sta-

Statūrus, a, um, partic. futuri temporis, a *ſto*, *ſtas*. *Liv. l. 3. c. 60.* Haud ſcio, an magno detrimento certamen ſtaturum fuerit, *ſe la battaglia gli ſarebbe coſtata cara*. *Plin. l. 25. c. 13.* Anaxilaus auctor eſt, mammas a virginitate illitas ſem per ſtaturas.

Status, us, m. *ſtato*, *lo ſtar fermo*, מעמד, כֵּן, Ger. *maaſſ*, *zuſtand*, Gall. *etat*, Hiſp. *eſtado*, στάσις, κατάστασις, actio ſtandi, conſiſtentia. *Cic. 3. Fin. c. 17.* Per ſe, ut quidam habitus oris, & vultus, ut ſtatus, & mores, in quibus ſunt præponenda quædam, & rejicienda. *Id. 1. Offic. c. 35.* Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio. ¶ Item *lo ſtar in piedi*. *Gell. l. 2. c. 1.* Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius, atque pernox. ¶ Sumitur etiam pro ſtatura, habitu, & poſitione corporis, *ſito*, *poſitura*, *ſtatura*. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Quam ſtatum eſſe ejuſdem. ¶ Præterea ſtator idem eſt ac viator, aut tabellarius, qui Magiſtratui præſto eſt, ut illius juſſu quemlibet arceſſat, aut literas perferat. *Cic. Fam. 2. ep. 17.* Literas a te mihi ſtator tuus reddidit Taſii. *Ulpian. l. 4. Dig. de Offic. Proconſ.* Nemo proconſulum ſtatores ſuos habere poteſt, ſed vice eorum milites miniſterio in provinciis funguntur. Rurſus *Cic. 2. Fam. ep. ult.* Exiſtimari eſſe faciendum, ut ad te ſtatores meos, & lictores cum literis mitterem. ¶ Eſt præterea ſtator epitheton Jovis apud Romanos, a *ſiſtendo* impoſitum idſt a Romulo, quod Romanos a Sabinis in fugam verſos ſtare fecerit. Græci σταθὸν vertunt, nonnunquam etiam ὑπισχνούμενον. *Liv. l. 1. c. 12.* Deme terrorem, ſpargumque fœdam ciſte. Hic ego tibi templum Statori Jovi, quod monumentum ſit poſteris, tua præſenti ope ſervatam urbem eſſe, voveo. *Ovid. 6. Faſt. circa finem*: Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus olim Ante Palatini condidit ora jugi.

Statua, æ, ſ. *ſtatua*, צֶלֶם, מִבְצָר, Ger. *bild*, *ſtock*, Gal. *ſtatue*, Hiſp. *eſtatha*, ἄγαλμα, ἀνδριάς, ſimulacrum ex ære, aliove metallo, quod alicui vel mortuo, vel etiam viventi antiquitus decernebatur, & in foro, aut aliquo in loco conſpicuo collocabatur ad alicujus rei bene geſtæ memoriam, a *ſtatuo*. Generalius eſt autem imaginum nomen, quam ſtatuarum, cum pictas etiam tabellas imagines vocemus, ad quas certe ſtatuarum appellatio non extenditur. Imo *Plinius* non temere ſtatuam appellat, niſi ex metallo confectam. Nam quæ ex marmore exſculpitur, ſimulacrum potius, vel imaginem, vel ſignum appellat. *Plaut. Bacch. 4 4.* Hunc hominem decet auro expendi, huic decet ſtatuam ſtatui ex auro. *Cic. pro Sext.* Statuas alicui ſtatuere. *Id. 9. Phil.* Noſtri ſtatuas multis decreverunt, ſepulcra paucis. *Id. pro Arch.* Cum ſtatuas, & imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſe multi ſummi homines reliquerint. *Plin. l. 1. ep. 17.* Neque magis decorum eſt, ſtatuam in foro populi R. habere, quam ponere. ¶ Speciatim ſtatua Romæ dicebatur ſimulacrum cujuſdam hiſtrionis. *Feſt.* Statua eſt ludii ejus, qui quondam fulmine ictus in circo, ſepultus eſt in Janiculo, cujus oſſa poſtea ex prodigiis, oraculorumque reſponſis Senatus decreto intra Urbem relata in Volcanali, quod eſt ſupra Comitium, obruta ſunt, ſuperque ea columna cum ipſius effigie poſita eſt.

Statuaria, æ, ſ. 1. ἐρμογλυφική, ars ſtatuas conficiendi. Differt a ſculptura, quia ſtatuariæ nomine intelligitur fuſoria, qua ex ære, vel ex alio metallo ſtatuæ conficiuntur, ſculptura autem eſt, qua ex marmore, ebore, ligno, aut alia materia ſimili, ſimulacra ſcalpro exſculpuntur. *Plin. l. 35. c. 12.* Laudat & Praxitelem, qui plaſticen matrem ſtatuariæ, ſculpturæque, & cæleturæ eſſe dixit. *Id. l. 36. c. 5. de ſculptura*: Non omittendum, hanc artem veruſtiorem fuiſſe, quam pictoram, aut ſtatuariam.

Statuarius, ii, maſc. *ſtatuario*, *ſcultore*, ἀγαλματοποιός, ἀνδριαντοποιός, ſtatuam art. fex, qui ex ære, alioque metallo fuſoria arte ſtatuas facit. Celebres ſtatuarii recenſentur Lyſippus, Phidias, Praxiteles, Polycletus, Alcamenes, Myron, &c. V. *Plin. l. 34. c. 7. & 8.*

Statuarius, a, um, ἀγαλματοποιητικός, quod ad ſtatuarum conficiendarum rationem pertinet. *Plin. lib. 34. c. 7.* Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ quoque, & vetuſtam, indicat Hercules ab Evandro ſacratus.

Statuliber, ri, a *Feſto* dicitur eſſe is, qui teſtamento, certa conditione propoſita, jubetur eſſe liber, & ſi per heredem eſt, quominus ſtatuliber præſtare poſſit, quod præſtare debet, nihilominus liber eſſe videtur. Hæc *Feſtus*. Adde *Paul. Jctum l. 2. Dig. tit. 9. leg. ult.* ¶ *Statuliberi* in ſom. genere legitur apud *Ulpian. l. 40. ff. tit. 7. leg. 6. & 8.*

Statulinus. V. *Staranus*.

Statumaria, æ, ſ. herba alio nomine proſerpinaca. *Apulej. de herb. c. 28.*

Statumen, inis, n. στάεγμα, מַעֲמָד, מוֹט, יָתֵד, quicquid ad rem muniendam additur, quo ea ſtare poſſit. Hinc dicitur de palo, five pedamento vitis, *κάμακι*. *Col. l. 4. c. 16.* Vehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedanda eſt. ¶ Item de ſtricis ſtipitibus cujuſdam machinæ, qua tunica clauſa curantur. *Col. l. 6. cap. 16.* Primis autem duobus ſtatuminibus inponitur firmum jugum, ad quod jumenta capiſtrantur. ¶ Cæſari quoque ſtatumina ſunt, quæ Plinio coſtæ, hoc eſt arcteria ligna, quæ latera navis ſuppingunt. Aic enim *l. 1. B. Civ. c. 54.* Carinæ primum, & ſtatumina ex levi materia ſiebant, reliquum corpus navium coriis integebatur. ¶ Uſurpatur etiam pro ſtrato, pro eo, quod alicui rei ſubſternitur. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Tunc inſuper ſtatuminetur, non minore laxo, quam quod poſſit manum implere: ſtatuminibus inductis rudererur.

Statuminatio, onis, ſ. municio ea in pavimentis quæ fit lapidibus, & cæmentis libralibus, & manualibus ſine calce, & arena, cui deinde ruderatio ſuperinducitur, quæ calce, arena, & rudere efficitur. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Statuminatione facta, rudus inducatur.

Statumino, as, a. 1. *ſoſtentare*, *fortificare*, *ſtabilire*, עָרַד, ἐρείδω, στηρίζω, χαρακόω, ſtatuminibus quibuſdam ſuſtineo, fulcio, firmo. *Plin. l. 17. c. 22.* Eodem modo vineam ſtatuminato. *Id. l. 18. cap. 6.* Ora autem earum (foſſarum) binis utrinque lapidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Tum inſuper ſtatuminetur, non minore ſaxo, quam quod poſſit manum implere.

Staruncula, æ, ſ. *ſtatuetta*. *Perron. in fragment. Tragur.* Ex hac maſſa fabri ſuſtulerunt, & fecerunt catilla, paropſides, ſtaruncalas.

Statuo, is, rui, tutum, a. 3. *ponere*, *conſtituere*, *deliberare*, *ſtabilire*. *Cicer. 3. Verr.* Iſte certe ſtatuerat, ac deliberaverat non adeſſe. *Id. l. 3.* Neque tamen poſſum ſtatuere, utrum magis miret, *&c. Idem Att. l. 9. epiſt. 17.* Ex illius ſermone ſtatuam, Arpinum ne mihi eumdum ſit, an alio. *Liv. l. 6. c. 39.* Proinde ipſi primum ſtatuerent apud animos, quid vellent, *deliberaſſero ſeco ſteſſ*. ¶ Item pro damnare, punire. *Caſ. l. 1. B. G. cap. 20.* quid gravius in fratrem ſtatueret. *Tac. lib. 2. Ann. cap. 85.* Satis viſum de Viſtilia ſtatuere. *Idem lib. 12. Ann. c. 54.* Jus ſtatuendi etiam de procuratoribus dederat. ¶ Item pro cenſere, exiſtimare, proſus ita opinari. *Cic. 2. Fin.* Qui ſummum bonum ſtatuit, non dolere. ¶ Item pro præſinire, præſcribere, aſſignare. *Cic. 5. Verr.* Ego in ſilo reo legem hanc mihi ſtatuo, videlicet eſſe, *&c. Idem 6. Fam. epiſt. 23.* Statuere ſibi finem aliquem. *Liv. l. 28. c. 35.* Statuere locum colloquio. *Idem lib. 21. c. 44.* Statuere terminos. *Id. l. 1.* Statuere alicui ſtipendium de publico, *aſſegnare*. ¶ *Exemplum ſtatuere in homine*, vel *in hominem*, idem eſt, quod edere exemplum. *Cic. 4. Verr.* In quo homine tu ſtatueris exemplum ejuſmodi. *Id. 5. Verr.* in quos aliquid exempli Populus R. ſtatui putat oportere. ¶ *Statuere documentum*, eſt dare, tradere. *Cic. ad Brutum, 15.* In poſterum documentum ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari. ¶ *Statuere de ſe*, eſt ſibi ipſi mortem afferre, non exſpectata Judicum, vel principis damnatione. *Tac. 6. Ann. cap. 29.* Eorum, qui de ſe ſtatuerabant, humabantur corpora, manebant teſtamenta. ¶ Uſurpatur etiam imperſonaliter. *Cicer. 2. Phil.* Statuitur, ne poſt M. Brutum Proconſulem ſit Creta provincia.

Statura, æ, ſ. *ſtatura*, קוֹמָה, גֹּדֶל, Ger. *die leibsmaas*, Gal. *ſtature*, Hiſp. *altura*, μέγεθος, ſtatus, ſeu modus, ſeu quantitas corporis. *Cic. 2. Phil. c. 16.* Vellim mihi dicas, niſi moleſtum eſt, L. Turſecius qua facie fuerit, qua ſtatura. *Sueton. in Tiber. c. 68.* Corpore fuit amplo, ſtatura, quæ juſtam excederet, *ſiucchè ordinaria*. ¶ Translate *Col. l. 5. c. 5. de arboribus*: Producat in tantam ſtaturam, quantam permittit agricola: hoc eſt craſſitudinem, & altitudinem.

Stellātes ager, Stellates campus, *Campo Maſſone*, ager Campaniæ, in territorio Calenſi miræ fertilitatis, in quo 16300. Samnites a Romanis Ap. Claudio Coſ. cæſi ſunt. *Cic. Agrar. 2. c. 31.* ¶ Item ager Hetruriæ prope Capenam oppidum. *Feſt.*

Stellatina Tribus ruſtica fuit in agro Stellate in Hetruria, facta a Cenſoribus A. U. 369. ſimul cum Antienſi. *Liv. l. 6. c. 5. & Feſtus.*

Stellātius, æ, ſ. lucellum illud, quod conſequebantur Tribuni annonam erogantes, derrahendo militibus aliquid annonæ ab Imperatoribus ipſis aſſignatæ; quod hodie etiam Tribunis, & Præfectis inſolens non eſt. *Had. Junius in Nomenclatore*, & plures alii ſcribunt, ſtellaturam dici annonam militarem. De erymo valde diſſeperatur. *Præſejus in Lexico cenſet ſtellaturas fuiſſe teſteras, per quas annonæ ſpecies militibus mitteretur, & ita dicta ἀπὸ τῆ σθέλλεσθαι*, hoc eſt a mittendo. Sed σθέλλω etiam notat dimittere. Nec dubium, quin princeps, & honeſtiſſima ratio, cur aliquid Tribuni militibus detraherent de ſtipendio, fuerit ea nomine vocationis, five dimiſſionis temporariæ. Quare ex eo potius ſtellatura dicta ſit. Nec minus placet ſententia Jo. Baptiſtæ Ægnatii, cui id vocabulum factum videtur a vafritie ſtelliorum: unde & ſtellionatus crimen nomen accepit. Nempe ut *ſtellatura* contractum ſit ex *ſtellionatura*, *ſtellator* ex *ſtellionator*. Vide præter eos, quos diximus Caſaubonum, & Salmaſium, Noris in Spartianum. *L

Stercoratio, nis, f. il letamare, זבול, Ger. das misten, zungung, Gall. fumement de terre, His. estercolamiento, κοπρισμός, stercorandi actus. *Col. l. 2. c. 16.* Si tamen aliqua causa tempestivum stercorationem facere prohibuerit. Adde *Plin. l. 17. c. 27. & Varr. l. 1. R. R. c. 38.*

Stercorātus, a, um, *letamato*, κεκοπρισμένος, stercore foecundatus. *Plin. l. 18. c. 23.* Nisi stercorato seri non oportere. Subaudi *agro*, ut sit particip. absolute positum. *Colum. l. 11. c. 2.* Quam pinguissimo, & novo loco, si minus, quam stercoratissimo.

Stercorēus, a, um, κοπρώδε, plenus stercore. *Plaut. Mil. 2. 1. 12.* Stercoreus, plenus pejurii, atque adulterii.

Stercŏro, as, a. 1. *letamare*, זבל, Ger. misten, zungen, Gal. fumer, amander la terre, His. estercolar, κοπρίω, stercore agros aspergo, simum agris foecunditatis gratia adhibeo. *Plin. l. 18. c. 23.* Ager si non stercoratur, aget: si nimium stercoratus est, aduritur. *Cic. de Sen. c. 15.* Homerus Laertem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, & cum stercorantem facit. ¶ Ponitur etiam pro pinguefacere quocunque modo, adhibita alia quavis re, quæ simi vicem supplet. *Col. l. 12.* Vicia, & faba stercorare agrum dicuntur.

Stercorōsus, a um, *pieno di sterco*, κοπρώδης, plenus stercore. *Col. l. 8. c. 3. de aqua.* Nam stercorosa pituitam concitat. *Id. l. 9. c. 4.* Villaticum, quod nascitur in oleribus, & stercorosis herbis. *Cato c. 52. R. R.* Locus stercorosissimus.

Sterculīnium, V. *Sterquilinium.*

Sterculius, *vel* Stercutius, dictus est Picumnus Fauni filius, qui primus stercorandi rationem invenisse dicitur: ob id eo nomine a Romanis cultus. *Lactant. l. 1. c. 20.* Colitur & Sterculius, qui stercorandi agri rationem primus induxit. *Plin. l. 17. c. 9.* Italia regi suo Stercutio ob hoc inventum immortalitatem tribuit. *Macrob. l. 1. Sat. c. 7.* scribit, hoc nomine Saturnum appellatum esse.

Stercus, oris, n. *sterco*, זבל, פרש, גלל, אשפות, אצה, Ger. dreck, mist, Gall. fiente, ordure, His. estercol, κόφοδαμμα, κόπρος, cibi excrementum. *Cic. l. de Div. c. 27.* Se interfectum in plaustrum a caupone esse conjectum, & supra stercus injectum. *Col. l. 2. c. 9.* Novalia stercore saturare. ¶ Per Metaphoram usurpatur de homine vilissimo, quæ tamen Metaphora vitanda est. *Cic. 3. de Orat. c. 41.* Nolo stercus Curiæ dici Glauciam.

* Stercurius, V. Sterculius.

Sterelītis, itidis, f. spuma argenti durata, & soluta instar pulveris. *Plin. l. 33. c. 6.*

Stereobăta, æ, f. fulcimentum e muro exstructum, in quo columna cum sua basi, seu stylobata nititur, a στερεός, *firmus, solidus.* A nonnullis architectis Italis vocatur zocco. *Vitruv. l. 3. c. 3.* Uti firmiora sint inferiora superioribus, quæ stereobatæ appellantur: nam excipiunt onera.

Stergēthron, i, neutr. στεργήθρον, ita nominatur ab aliquibus semperviva herba, quia, ut ait *Plin. lib. 25. c. 13.* stinatoriis convenit. *Apul. de herb. cap. 123.*

Sterigmus, i, m. στερίγμός, mercori genus, nempe lux quædam in cælo apparens immobilis, ut exponit *Apulej. de Mundo.*

Sterilesco, is, anom. 3. *divenire sterile. Solin. c. 27.* ubi alii aliter leg.

Sterilesco, i, n. 3. *divenire sterile*, Ger. *unfruchtbar werden*, Gall. *devenir stérile*, His. *holuerse esteril*, στειρῶμαι, sterilis fio. *Plin. l. 8. c. 50.* Capræ pinguedine sterilescunt. *Id. l. 7. c. 15.* Fruges tactæ sterilescunt.

Sterilicŭla, læ, f. vulva porcæ virginis. *Petron. in fragm. Tragur.*

Sterilis, & le, o. 3. *apud veteres*, Sterilus, a, um, *sterile*, עקר, שכול, Ger. *unfruchtbar*, Gall. *stérile*, His. *esteril*, ἄκαρπος, infœcundus, fructum non ferens, sine prole. *Fest.* Sterilam mulierem appellabant, quam Græci στεῖραν dicunt, quæ non concipit semen genitale. *Lucret. l. 2. v. 844.* Et sonitu sterila, & succo jejuna ferunt. *Virg. 3. Æn.* Sterilis ager. *Id. l. 11. c. 39.* Sterilis in gignendo est, seu masculus, seu femina. *Id l. 16. c. 12.* Arbores sterilliores. *Catul. de Berenyth. v. 58.* Vir sterilis, στεῖρανος. ¶ Usurpatur sæpe translate. *Plin. in Pan. c. 56.* Quod momentum, quod imo temporis punctum aut beneficio sterile, aut vacuum laude? *Tacit. l. 1. hist. c. 3.* Sæculum virorum sterile. *Martial. l. 10. ep. 58.* Serilis labor. ; *Plaut. Mil. 3. 1. 15.* Sterilis prospectus, *vedutta inamena. Pers. sat. 5. v. 75.* Heu steriles veri, quibus una Quiritem Vertigo facit ! h. e. nescii, a vero alieni.

Sterilitas, atis, f. *sterilità*, עקרה, שכולו, Ger. *unfruchtbarkeit*, Gal. *stérilité*, His. *esterilidad*, στεῖρωσις, infertilitas, infœcunditas. *Cic. 1. de Div. c. 57.* Nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. *Plin. l. 10. ep. 24.* Agrorum continuæ sterilitates. *Col. l. 2. c. 10.* Sterilitas annonæ *carestia.*

Sterilus, V. *Sterilis.*

Sternax, acis, o. 3. qui sternit, ut Sternax equus, qui sessorem excutit, ac in terram dejicit. *Virg. 12. Æn. v. 344.* Sternacis equi capistra. ¶ Hac voce etiam usi sunt pro supplice, & humi se sternente. *Sidon. l. 5. ep. 14.* Cervicum humiliatarum, & sternacium civium suspiriosa contubernia. *& l. 4. ep. 12.* Respondit ipse, quamquam esset trepidus, & sternax.

Sterno, nis, stravi, stratum, 2. 3. *atterrare, gettare per terra*, הרביץ, חפיל, חפיל, Ger. *niderwerffen*, zu boden werffen, Gall. *abbattre*, His. *derribar*, καταβάλλω, in humum dejicio. *Horat. l. 4. ode 14.* Primosque, & extremos metendo, Stravit humi sine clade victor. *Liv. l. 24. c. 38.* Sternite omnia ferro. *Id. l. 31.* Cæde ingenti sterni. *Virg. 12. Æn. v. 464.* Sternere aliquem morti. *Id. 1. Georg. v. 331.* Pavor stravit mortalia corda, *abbatte gli spiriti.* ¶ Sternere se, *coricarsi. Virg. 4. Georg. v. 432.* Sternunt se somno diversi in litore phocæ. *Liv. l. 27. c. 47.* Festive aliquot somno, ac vigiliis sternunt corpora passim. ¶ Præterea quia quæ alta sunt in terram dejiciendo, ipsam terram, vel alia complanamus, sterno etiam notat complanare, æquare, componere. *Virg. 5. Æn.* Placidi straverunt æquora venti. hoc est plana fecerunt, quæ prius intumuerant, tranquillum mare reddiderunt. *Id. 9. Eleg.* Et nunc omne tibi stratum silet æquor. ¶ Item quia sternendo fit, ut id, supra quod sternimus, tegamus, sternere etiam pro regere sumitur. *Virg. Æn. 9. v. 666.* Sternitur omne solum jaculis. *Liv. lib. 9.* Sternere locum saxis. *Aurel. de vir. illustr. c. 34.* Viam usque Brundusium stravit lapidibus. ¶ Denique ponitur pro ordinare, apparare, ornare. *Cic. 2. Ver.* Publice sibi convivia pararij, sterni triclinia etiam in foro jubebat. *Id. pro Cluentio c. 5.* Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ suæ nubenti straverat, in eadem domo sibi orari, & sterni, expulsa, atque exturbata filia, jubet. Sic sternere equos. V. *Stratus.* ¶ Sternere sibi viam, *farsi strada. Lucret. l. 3. v. 1044.* Xerxes ipse viam qui quondam per mare magnum Stravit. Sic *Stat. 12. Theb.* Fama stravit benignum iter.

Sternumentum pro sternutamentum habent quædam *Gellii* editiones *l. 12. c. 5. ad fin.*

Sternŭo, is, nui, nutum, n. 3. *sternutare, sternutire*, עטש, זורר, πτάρνυμι, est flatum e pectore exurgentem cum capitis concussione emittere. *Plin. lib. 7. cap. 6.* Oscitatio quidem in enixu lethalis est, sicut sternuisse a coitu abortivum. *Col. l. 8.* Naribus inseruntur, versanturque, donec sternuat ovis. ¶ Translate sternuere dicitur lumen lucernæ cum crepitu scintillantis. *Ovid. Heroid. ep. 19. v. 151.* Sternuit, & lumen: posito nam scribimus illo; Sternuit, & nobis prospera signa dedit. ¶ *Sternuere omen* apud *Propert.* est sternutamento omen dare. Sic enim ille *l. 2. eleg. 2. v. 34.* Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus Aureus arcus rum sternuit omen Amor? *Macrob. in l. de differont. Græci, & Lat. ferm. c. de frequentat.* legit, *Candidus Augusta sternuit omen Amor.* Ex quo alii emendarunt *augustum.* Fuit etiam qui legeret, *Aridus augustum.*

Sternutamentum, i, n. idem ac sternutatio. *Cic. 2. de Div. c. 39.* Pedis offensio nobis & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt observanda. *Plin. l. 20. c. 12.* Semen tritum, & hausum naribus sternutamenta movet. ¶ Ponitur etiam pro medicamento sternutationem evocante. *Plin. l. 26. c. ult.* Eadem siccata concisa sternutamentum est.

Sternutatio, onis, f. *sternuto*, עטישה, πταρμός, actus sternutandi. *Apul. l. 9. Met.* Ut est ingenium meralli, crebras ei sternutationes commovebat. *Scribon. Larg. compos.* 10. Sternutationem invitare.

Sternūto, as, n. 1. *sternutare*, עטש, πταρνύω, πταίρω, freq. a sternuo. *Plin. l. 28. c. 8.* Probosciais tactu capitis dolor levatur: efficacius, si & sternuret. ¶ Cur sternutantibus salutem foleamus precari (cujus ritus etiam meminere Xenophon *l. 3. de expeditione Cyri. Plin. l. 28. c. 2. Apul. l. 9.* atque alii) in causa est, quod sternutamenta sint a capite, caput autem cum sit Jovi sacrum, certissima, maximeque divina hinc omina proficisci, creditum fuit. Vide hoc de more *Plutarchum, l. de Homero*, e junioribus *Alexandrum ab Alexandro, l. 2. c. 26.* & *Janum Duzam in Petronium, l. 2. c. 4.*

Sterŏpe, es, f. 1. στερόπη, filia Atlantis, una Plejadum, quam nonnulli Asteropen

vocant. A Marte amata fuit, ex quo Parthaonem peperit, qui fuit Rex Calydoniæ. *Ovid. 4. Fast. v. 172.* Nam Steropen Marti concubuisse ferunt. ¶ Relata est inter astra. *Id. l. 1. Trist. el. 10. v. 24.* Sæpe mirax Steropes sidere pontus erat.

Steropes, is, m. filius Neptuni, & Amphitrites, frater Brontis, & Pytacmonis, unus ex Vulcani ministris, a στεροπή, *fulgor*, per Aphæresin, pro αστεροπή. *Virg. 8. Æn. v. 425.* Bronteseque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Sterquilīnium, nii, n. *fossa da sterco*, דומן, אשפות, Ger. *mistgrub*, Gall. *fumier*, His. *muladar*, κοπρία, κοπρών, locus stercoribus plenus, seu stercoris receptaculum. *Col. l. 1. c. 6.* Sterquilinia duo sint; unum, quod nova purgamenta recipiat, & in annum conservet: alterum, ex quo vetera vehantur. ¶ Translate usurpatur de homine vili. *Plaut. Pers. 3. 3. 3. de lenone:* Eho lutum lenonium Comissium, eho ru sterquilinium publicum. ¶ Legitur & *sterculinium* tum in *Vet. Gloss.* tum apud *Marcell. Empir. c. 34.* ubi ait: In stercuilinio defodere.

Sterterōsus, a, um, adject. qui stertit, ignavus, desidiæ plenus. *Petron. in fragment. Tragur.* Tu autem sterteres, etiamnum ploras?

Sterto, is, n. 3. *roncheggiare, ronfare*, נחר, Ger. *schlaffen, od. schnarchen*, Gall. *dormir ou ronfler*, His. *roncar*, βέγκω, dormiendo ronchos emitto. A sono sternentium effictum est, uti & Græcum, βέγκειν, & βόγκειν. Fere in malam partem fumitur. *Ter. Eun. 5. 9.* Fatuus est, insulsus, tardus, sterit nocteque, & dies. *Cic. 4. Acad. c. 29.* Per me vel stertas, licet, inquit Carneades, non modo quiescas. *Juvenal. sat. 4. v. 57.* Ad calicem vigilanti stertere naso.

Stesichōrus, i, m. Στησίχορος, Poeta Lyricus, ex Himera Siciliæ urbe, a qua Himerœus est dictus. Alii ex Methauria urbe natum dicunt. Alii ex Palantio Arcadiæ oppido, unde profugus Catanam venerit. Natus est 37. Olympiade, & 56. obiit. Vocarus est Stesichorus, quoniam primus cum citharæ cantu chorum instituit. Nam prius Tisias vocabatur. *Suid.* Fertur luscinia aliquando in ore Stesichori infantis cecinisse, *mirabili auspicio*, fummum eum Poetam futurum, & cantus suavitate omnes, qui ante eum fuissent, superaturum. Fratrem habuit Mamertinum, optimum Geometram. Fuit excellentissimus Lyricus, a quo Stesichoriam carmen dictum. *Horat. l. 4. od. 6.* Stesichoriique graves Camœnæ. Narrant, eum scripsisse Helenæ vituperationem, ex quo excœcatum fuisse, rursusque ob palinodiam visum recuperasse. Quam fabulam tetigit & *Horat. in Epod. ad Canidiam* sic scribens; Infamis Helenæ Castor offensus vice, Fraterque magni Castoris victi prece, Adempta Vati reddidere lumina. Extat de ejus scriptis judicium apud *Quintil. l. 10. c. 1.*

Sthenelēius, a, um, adject. ad Sthenelum pertinens. *Ovid. Heroid. ep. 9. v. 25.* Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hostis, &c.

Sthenēlus, i, m. Σθένελος, filius Capanei, in exercitu fuit Græcorum ad Trojam. *Horat. l. 1. od. 15.* Pugnæ Sthenelus sciens.

Stibadium, ii, n. στιβάδιον, sella, seu lectus semicircularis mensis rotundis accommodatus, quo usi Romæ pro tribus lectis, postquam mensæ citreæ, quæ rotundæ erant, in honore magno apud omnes esse cœperunt. *Servius ad 1. Æn. v. 702.* Antiqui stibadia non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur; unde & triclinium sterni dicitur. ¶ Dictum est stibadium a Græco στιβάζειν, quod est diminutivum a στιβάς, quod in Glossis veteribus stramentum exponitur, quasi stratum cubandi causa. Nempe voce hac στιβάς signatur torus ex herbis, aut frondibus factus, quali olim fuerunt veteres usi sunt, ut *Suidas*, & *Athenæus* scripserunt. Postea ex alia materia fieri confuevit. *Plin. l. 5. ep. 6.* Stibadium candido marmore, vite protegitur, virem quatuor columellæ Caryatidæ subeunt; e stibadio aqua, velut expressa cubantium pondere, siphunculis effluit. *Sidon. l. 2. ep. 2.* In cœnatiuncula stibadium, & nitens abacus. ¶ Stibadium, & figma idem sunt. Nam apud *Martial. l. 14. titulus epigram 87.* est *Stibadia*; ipsum vero epigramma sic habet: Accipe lunata scriptum testudine figma: octo capit, veniet quisquis amicus erit.

Stibium, ii, n. *quod & Stibi, & Stimmi* dicitur, פוך, *antimonio*, metalli genus, simile galenæ, sed magis radians, quod vulgo antimonium dicitur. Græce dicitur, στίβι, στίβη, στίμμι, στίμμις, & στίβα, seu στῖμα, *adstringo*, quia eam vim habet. Usus ejus est mulieribus in fucanda facie: Peculiariter vero ad venustandos oculos olim stibio utebantur. Vide de eo *Georgium Agricolam, l. 10. de nat. fossilium, c. 11. Plin. l. 33. c. 6.* In iisdem argenti metallis invenitur, ut proprie dicamus, spumæ lapis candidæ, nitentisque, non tamen transluscentis, stimmi appellant, alii stibium, alii alabastrum, alii larbafon. Duo ejus genera, mas, & femina, &c.

Stibi, bis, f. idem ac stibium. *Cels. l. 6. c. 6.*

* Stica, æ, f. tunica involvens singulos alii nucleos. *Cato R. R. c. 70. Colum. l. 12. c. 3. l. 10. v. 42.*

Stica, æ, f. uvæ genus, quæ a Latinis apiana dicitur. *Plin. l. 14. c. 9.*

Stichus, i, m. nomen servi, apud *Plautum*, quo Comœdiam suam inscripsit, a στίχω, *pungo*, quia servi punctis quibusdam in facie, aliave parte notabantur.

Sticilla, læ, f. genus vitis, apud *Col. l. 3. c. 2.*

Stigma, atis, n. *segno, segnale, bollatura*, עקעק, Ger. *malzeichen*, Gall. *marque*, His. *senal*, στίγμα, nota, signumve, quod inuritur, vel quo quis compunctus est, a στίχω, *pungo*. Hujusmodi fuit militum puncta in cute manus, de quibus *Vegetius l. 1. c. 8. & l. 2. c. 8.* item fervorum puncta in facie, aliave parte. *Martial. l. 6. ep. 64.* Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte. *Id. l. 10. ep. 66.* Tristia fervorum stigmata delet Eros. *Sen. l. 4. de Benef. c. 37.* Alicui stigmata inscribere. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro infamia. *Sueton. in Cæs. c. 73.* A quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulaverat.

Stigmatĭas, æ, m. 1. στιγματίας, servus notis compunctus. *Cic. Off. l. 2. c. 7.* Omiserum, qui fideliorem & barbarum, & stigmatiam putaret, quam conjugem. Alii leg. *stigmatium.*

Stigmatĭcus, a, um, στιγματικός, stigmate notatus. *Perron. in Satyr. c. 109.* Dicta in calvos stigmaticosque jaculari. Al. leg. *stigmosos*. V. etiam dictionem. *præced.*

Stigmo, as, a. 1. *stimatizzare*, notis, seu stigmatis noto, στιγματίζω. *Prudent. in Rom. vers. 1080.* Quancunque partem corporis fervens nota stigmatat.

Stigmōsus, a, um, στιγματώδης, idem ac stigmaticus. *Plin. lib. 1. ep. 5. referens, & deridens verba cujusdam Caudicii:* Vitelliana cicatrice stigmosum. V. etiam *Stigmaticus.*

Stilbon, onis, στίλβων, stella Mercurii, a στίλβω, *luceo*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 20.* Stella Mercurii στίλβων appellatur a Græcis.

Stilico, *vel* Stilicho, Στιλίχων, & Στιλίχων, Honorii Imper. socer, & Occidentis administrator, quem Claudianus Poeta multis laudibus celebravit. Hic cum res plurimas felicissime gessisset, ut Eucherium filium ad Imperatorium fastigium eveheret, adversus Principes conjuravit, cumque Gothorum irruptioni resistere posset, ut Imperatorum vices minueret, passus est, Italiam ferro, flammisque crudelissime devastari. *Claudian. de III. Cons. Honor. v. 144.* Bellipotens Stilico, cujus mihi robur in armis, Pace probata fides. *Id. l. 2. in l. Cons. Stilic. in fine.* Scribunt æthereis Stiliconem sidera fatis.

Stiliconius, a, um, adject. ad Stilliconem pertinens. *Claudian. l. de nupt. Honor. & Mar. v. 177.* Agnoscat famulum virgo Stiliconia pontum.

Stilla, æ, *goccia, gocciola*, דלף, טפת, Ger. *tropff, wasserropff*, Gall. *goutte, d' eau*, His. *gota*, σταλαγμός, pars minima aquæ, vel alius liquoris. Est diminutivum a *stiria. Fest.* sive *Paul. in Stiricidium*; Stiria enim principale est, stilla diminutivum. Stillam, & guttam sic distinguit *Cornel. Fronto*, quod gutta ser, stilla cadat. Verum id discamus a Scriptoribus non servatur. *Plin. l. 29. c. 4.* Ex eo, cum opus sit, ternis stillis additis in oleum perunguntur. *Cic. 3. de Fin. c. 14.* Ut interit magnitudine maris Ægæi stilla muriæ.

Stillātim, adverb. *a stilla a stilla. Var. l. 4. de L. L. c. 5.* inter stillicidia, & flumina hoc interest, quod stillicidium, eo quod stillatim cadat, flumen, quod fluit continue.

Stillatĭtius, a, um, σταλακτικός, quod guttatim stillat, ut Resina stillatitia. *Plin. l. 17. c. 11.* Eadem resina, si cum aqua levius decoquatur, coleturque, rufo colore lentescit, ac stillatitia vocatur.

Stillatīvus, a, um, adject. idem quod stillatitius ut stillativum mel, *Plin. Veter. l. 1. c. 18.*

Stillātus, a, um, nom. particip. *caduto a goccia a goccia, ἐπιστακτός*, stillando effusus. *Ovid. 2. Met. v. 368.* Stillataque sole rigescunt De ramis electra novis.

Stillicidium, ii, n. *stilla, che cade*, דלף, στάλαγμος, stillatio, actus stillandi, vel aqua illa, quæ cecidit. *Varro l. 4. de L. L. c. 5.* A quo lege prædiorum urbanorum scribitur; Stillicidia flumina aquæ, uti (*ita recte emendat Scaliger*) fluant,

fluant, cadantque. Inter hæc hoc interest, quod stillicidium, eo, quod stillatim cadat: flumen, quod fluit continue. *Fest.* Stiricidium quasi stillicidium, cum stillæ concretæ frigore cadunt. *Plin. l. 17. c. 12.* Stillicidii brevis definitio est: omnium (*arborum*) quæ projectu frondis ita diffunduntur, ut per ipsas non defluant imbres, stilla fæva est. *Id. l. 25. c. 3.* Stillicidium vesicæ, ¶ Præterea stillicidium dicitur pars tecti, quæ anterius prominet, & aquæ pluviæ gurgas projicit, *grondaya*, ὑετοδόκιμα. *Cic. 1. de Leg.* Ut libellos conficiam de stillicidiorum, ac parietum jure? *l. 8. Dig. quemadm. servis.* Stillicidii jus habere in aream alterius. *h. e.* jus derivandi, & projiciendi tecti sui aquam in aream vicini.

Stillo, as, n. 1. *stillare, gocciare*, נטף, דלף, στάζω, λείβω, guttatim fluo, sive guttas emitto. Usurpatur vel absolute. *Martial. l. 1.* Vivebant laceri membris stillantibus artus. ¶ Vel cum abl. *Lucan. l. 7.* Omnisque cruenta Alite sanguineis stillavit roribus arbor. ¶ Usurpatur etiam active. *Hor. in Arte v. 429.* Etiam stillabit amicis Ex oculis rorem. *ideft* illacrymabit. Et passive. *Plin. l. 28. c. 7.* Et contra morsum ejusdem bibitur, stillaturque. ¶ Translate sumitur pro suggerere, imprimere, inserere. *Juv. sat. 3. v. 122.* Nam cum facilem stillavit in aurem Exiguum de naturæ, patriæque veneno.

* Stillaverint, h. e. stilum aut virgam simplicem emiserint. *Col. l. 4. c. ult.* Ita conjicit *Gesner.* pro stillaverint.

Stilus, li, m. עט, תקון סופרים, στύλος, Græce columnam significat, a voce allata, cujus ratione sunt qui *stylus* scribunt: quamquam cum in Latinam linguam vox hæc translata sit, consuetudo obtinuit, ut Latinis literis scriberetur. Itaque primo significat instrumentum ligneum, vel ferreum, vel alterius materiæ, quod in modum columnæ teres, erectum, acuminatumque sit. *Col. l. 12. c. ult.* Et ligneo stilo, laxatis vel rubi, vel ferulæ medullis, stercus immittere. ¶ Item teres virgultum. *Id. l. 5. c. 10.* Dandæ est opera, ut dum teneros ramulos habent, veluti pampinentur, & ad unum stilum primo anno semina redigantur. ¶ Item radicem oblongam. *Id. ibid.* Omnis autem nux unam radicem mittit, & simplici stilo prorepit. ¶ Præterea sæpissime ponitur pro instrumento scriptorio ferreo, vel æneo, quo in ceratis tabulis veteres scribebant, quod ab una parte acuminatum erat ad literas formandas, ab altera obtusum & planum ad delendum, si opus esset, quod scriptum fuerat, & ceram rursus complanandam: alio nomine *graphium* dictum est. *Sympositus in amigra. de stilo.* De summo plane, sed non ego planus in imo: Verset utrumque manu, diverso & munere fungor: Altera pars rapiat, quidquid pars altera fecit. *Plaut. Bacch. 4. 4. 63.* Effert cito stilum, ceram, tabellas. ¶ Metonymice ponitur pro forma scriptionis, seu structura verborum, characterve, genere dicendi. *Terent. in prol. Andr. v. 12.* Dissimili oratione sunt factæ, ac stilo. *Cic. in Brut. c. 45.* Orationes Attico filo scriptæ. *Plin. l. 1. ep. 8.* Stilus pressus, & demissus. *Quintil. l. 1. c. 1.* Stilus rudis. *Id. l. 2. c. 4.* Stilus negligens. *Sueton. in Augus. 85.* Tragœdiam magno impetu exorsus, non succedente stilo, abolevit. ¶ Item pro ipso scribendi exercitio. *Cic. 1. de Or. c. 33.* Stilus optimus, & præstantissimus dicendi effector, & magister. *Id. 3. de Or. c. 49.* Cum exercitatione, tum stilo, qui & alia, & hoc maxime ornat, & limat, formanda nobis oratio est. ¶ Stilum vertere, est ejus partem planam scriptis impingere, delere, inducere, mutare. *Horat. l. 1. Sat. 10. v. 72.* Sæpe stilum vertas, iterum quæ digna legi sint, Scripturus. *Cic. 4. Ver. c. 41.* Vertit stilum in tabulis suis, quo facto causam omnem evertit fuam. Huc pertinet & illud ejusdem *Cic. 2. de Or. c. 23.* Ubertas orationis stilo depascenda est. *h. e.* resecanda sunt superflua.

Stimmi, n. 3. στίμμι, stibium. *Plin. l. 33. c. 6.*

Stimŭla, læ, f. Dea apud veteres, nominata a stimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur, ut interpretatur *Augus. lib. 4. de C. D. c. 11.* Seu quæ stimulat ad libidinem, secundum *Scholiast. Juvenal. ad Sat. 2.*

Stimulātio, onis, f. *stimolazione*, κεντρισμός, actus stimulandi. *Plin. l. 33. c. 2.* Eratque hæc stimulatio summa, & ingens. Addunt aliqui etiam loeum. *Cic. 2. Agrar. c. 3.* fed varia ibi lectio.

Stimulātor, oris, m. *stimolatore*, κέντωρ, qui stimulat. *Cic. pro Domo c. 5.* Seditionis quidem stimulator, & concitator tu fuisti. Alii leg. *instimulator.*

Stimulātrix, icis, f. 3. *stimolatrice*, κέντρια, quæ stimulat. *Plaut. Most. l. 2. 62.* Atque necem scelestam stimulatricem.

Stimulātus, a, um, *stimolato*, κεντρωθείς. *Cic. pro Dom. c. 55.* Deinde aram aliquam in litore deserto somniis stimulatus, aut religione aliqua consecraret. *Ovid. l. 1. de Arte, v. 591.* Jurgia præcipue vino stimulata caveto.

Stimulĕus, a, um, κέντρεος, quod ad stimulum spectat, ut Supplicium stimuleum, quod stimulis infligitur. *Plaut. Mil. 2. 6. 31.* Nisi tibi supplicium stimuleum dedituc.

Stimŭlo, as, a. 1. *stimolare, pungere, κεντράω*, תחמיר, תפריס, pungo, a stimulus. *Silius l. 4. v. 440.* Quadrijugo atro stimulat Bellona flagello. ¶ Fere translate usurpatur pro cruciare, vexare, angere, sollicitum habere. *Plaut. Cist. 2. 1. 4.* Jactor, crucior, agitor, stimulor, verior in amoris rota. *Cicer. pro R. Amer. 2.* Hunc mihi ex animo scrupulum evelle, qui me dies, noctesque stimulat, ac pungit. *Id. in Parad. 2.* Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum. ¶ Item pro concitare, commovere, agere, impellere. *Ter. Heaut. 2. 1.* Magis me nunc amicæ dicta stimulant. *Liv. lib. 2.* Hæc indignatio ferocem animum ad vexandum sævo imperio exercitum stimulat.

Stimulōsus, a, um, adject. stimulis plenus. *Cæl. Aurel. Tard. 5. c. 9.* Stimulosum desiderium Veneræ voluptatis.

Stimŭlus, i, m. & Stimulum, i, n. *stimolo*, מלמר, דרבן, מצב, κέντρον, aculeus, fustis acutæ cuspidis, quo rustici boves suppungunt, a στίχω, pungo. *Tibul. l. 1. eleg. 1.* Aut stimulo tardos increpuisse boves. *Plaut. Men. 5. 2. 112.* Jam attigi in currum, jam lora teneo, jam stimulum in manu est. ¶ *Si stimulos pugnis cadis, manibus plus dolet*, proverb. apud *Plaut. Trucul. 4. 2. 55.* quo significatur fuo damno quempiam adversari potentiori, quem vincere nunquam possit. Hinc simile est illud apud *Terent. Phorm. 1. 2. 28.* Nam quæ inscitia est, adversum stimulum calces? ¶ In *bellicis munitionibus* stimuli erant fudes acuta humi latenter defixæ, ad hostium incursionem sistendam. *Cæsar l. 7. B. G. c. 73.* Talæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram defodiebantur, mediocribusque interstitiis spatiis, omnibus locis disserebantur, quos stimulos nominabant. *Ibi c. 82.* Postea quam propius successerunt, se ipsi stimulis inopinantes inducebant. ¶ Per translationem ponitur pro cruciatu, & omni eo, a quo vexamur. *Cic. 2. Tusc. c. ult.* Non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus, licebit. ¶ Item pro incitamento, incitatione. *Cic. pro Arch. c. 11.* Quæ nostes, & dies animum gloriæ stimulis concitat. *Id. pro Sext. c. 5.* Quot stimulos admoverit homini fortassis studioso victoriæ. *Lucan. l. 1. v. 263.* Stimulos addere.

Stinguo, is, nxi, nctum, a. 3. *estinguere*, deleo, tollo, exstinguo. *Cic. in Arat.* apud *Priscian. l. 10.* Neque longa vetustas Interimet stinguens præclara insignia cæli. *Lucret. l. 2. v. 287.* Evanescere paulatim, stinguique colorem.

Stipa, *vel* Stypa, æ, f. idem ac stupa. *Serv. in 1. Æn.* Stipant, densant. Translate a navibus, in quibus stupa interponitur vasis, quam stipam dicunt.

Stipatĭo, onis, f. actus stipandi. *Plin. l. 20. c. 22.* Fessi (*anseres*) stipatione ad primos; ita cæteri stipatione naturali propellunt eos. *collo sfarsi uniti l' un l'altro gli stringono. Quintil. l. 5. c. 14.* Aggressionem, & enthymematum scipatio. *fol la di pruove.* ¶ Item caterva hominum aliquem comitantium, *seguito, corteggio. Cic. pro Syl. c. 23.* Ejus aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum metum nobis, seditionesque afferebant. *Plin. l. 4. ep. 16.* Adeundi mihi locus, nisi a tribunali, nisi per ipsos judices, non fuit, tanta stipatione cætera tenebantur. *tanta era la calca.*

Stipātor, oris, m. *chi è di guardia*, qui aliorum stipat, & ad ejus latus astat tutelæ, seu amicitiæ causa, σωματοφύλαξ. *Cic. Agr. 2. c. 13.* Stipatores corporis constituit eosdem ministros &c. *Id. 2. Offic. c. 7.* Præmittebat de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres. ¶ *Servius in 2. Æn.* scribit, eos etiam stipatores vocari, qui frupam in naves indunt: nam & *stipam* pro stupa usurpari.

Stipātus, a, um, adject. *circondato, accompagnato, cinto. Cic. pro Mur. c. 24.* Catilina stipatus choro juventutis. *Plin. l. 6. ep. 33.* Stipatum tribunal. *cinto da calca di gente. Liv. l. 33. c. 18.* Stipata phalanx. *condensata, e unita in se stessa. Sidon. l. 3. ep. 2.* Ab omni ordine, sexu, ætate stipatissimus.

Stipendiālis, & le, o. 3. idem ac stipendiarius, ut Fœdus stipendiale, apud *Sidon. Apollin. in carm. post ep. 9. l. 8. confœderatione tributaria.*

Stipendiārius, a, um, *tributario*, שכיר, Ger. *das steur und schatzung geben muss*, Gal. *fermier, tributaire*, His. ὑποτελής, tributarius, vectigalis, qui solvendo stipendio obnoxius est, ut Civitates stipendiariæ, quæ servitute oppressæ aliquid populo victori, ex. gr. Populo Romano, pependerunt. *Cæs. l. 1. B. G. c. 30.* Reliquasque civitates stipendiarias haberent. ¶ Stipendiarium vectigal est tributum certum, quod nulla habita ratione fertilitatis, vel sterilitatis ani solvitur. *Cic. 5. Ver. c. 6.* Cæteris aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, aut Censoria locatio constituta. ¶ Stipendiarii, absolute dicuntur populi, qui stipendia solvunt. *Cic. 1. Ver. c. 3.* Socii, stipendiariique Populi R. *Cæs. l. 7. B. G. c. 10.* Stipendiariis Heduorum expugnatis. ¶ Sumitur etiam stipendiarius pro eo qui stipendia accipit, ut stipendiarii milites. *Liv. lib. 8. cap. 8.* Clypeis antea Romani usi sunt; deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere. ¶ Apud *Veget. l. 1. de re milit. c. 18.* Stipendiarii milites dicuntur, qui aliquot jam stipendia fecere, & opponuntur tyronibus. Ejus verba sunt: Non tantum a tyronibus, sed a stipendiariis militibus salitio Equorum districte est semper exacta.

Stipendiātus, a, um, adject. *stipendiato*, is cui stipendium alendi causa solvitur. *Tert. l. 3. adv. Marcion. cap. 13. de infantibus Ponticis:* Pannis armati, & butyro stipendiati.

Stipendĭor, aris, d. 1. *servire a stipendio*, Ger. *verfolden*, Gal. *être à la solde*, His. *merecer fuelo*, μισθοφορέω, stipendia facio, vel mereor. *Plin. l. 6. c. 19.* Regi eorum pedirum fexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum novem per omnes dies stipendiantur.

Stipendiōsus, a, um, adject. qui stipendia facit, ut stipendiosus miles, *soldato pagato. Veget. l. 2. c. 25.*

Stipendium, ii, n. *stipendio*, *paga*, שכר, Ger. *lohn, kriegsfold*, Gal. *solde, gages*, His. *fuelde*, μισθοφορά, as militare, seu præmium, quod militibus datur. Ita dicitur quasi *stipendium a* stipe pendenda. Nam ante nummum signatum Quæstores stipem militibus appendere solebant, non annumerare. Non tamen milites Romani ab initio Urbis stipendium acceperunt, neque eodem anno equites, quo pedites. Pedibus enim datum est anno Urbis 347. Annure Volscorum oppido capto, ac directo; equitibus anno 350, bello Veientì. *V. Liv. l. 4. & Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 15.* ¶ Stipendium diurnum peditis secundum *Polybium* erant duo oboli, centurionis duplex, equiti drachma, seu denarius; qui quidem denarius, teste *Plinio lib. 33. c. 3.* decem asses valebat, bello Punico sexdecim. Aliis temporibus stipendium peditis erat denarius, centurionis duplex, equitis tres denarii; imo & pro varietate militiæ varium. Lege *Tacit. Ann. 1. Cic pro Cæl. c. 5.* Merere stipendia. *Id. pro Cor

4. *Fast.* Moxque per ardentes stipulæ crepitantis acervos Trajiciat celeri frenata membra pede. *Virg.* 1. *Georg.* Sæpe etiam steriles incendere profuit agros, Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis. ¶ Spicæ etiam, quæ post messorum terga leguntur, stipulæ vocantur. *Cujus* l. 30. *Dig. de verb. signif.* Stipulæ illectæ sunt in messe dejectæ, necdum lectæ, quas rustici, cum vacaverit, colligunt. *Terent. Adelph.* 5. 3. 62. Meridie ipse faciam, ut stipulam colligant. ¶ Accipi etiam videtur stipula pro parva fistula ex pluribus stipulis cera compacta. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 26. Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

Stipulatio, onis, f. *stipulazione, contratto*, שטר, ἐπερωτημα, genus contractus, quod verbis obligationem pariebat. Nam contractus alii nominari erat, alii innominati. Nominati alii re pariebant obligationem, alii verbis, alii litteris, alii solo, nudoque consensu. Re obligatio contrahebatur, cum ea non nisi re tradita, acceptaque concipiebatur, ut in mutuo, commodato, deposito, pignore. Verbis contrahebatur obligatio per stipulationem, ad quam fidejussio pertinebat. Literarum obligatio ea erat, quæ per scripturam fiebat, neque tamen omnis, sed præcipue ad nomina, quæ in tabulis accepti, & expensi fiebant, contrahebatur. Obligatio ex consensu erat, quæ sine ei traditione, sine stipulatione, sine nominibus, nudo consensu, solaque conventione contrahebatur, unde & inter absentes, & inter surdos, ac muros recte fiebat. Erant autem quatuor, emptio, locatio, societas, mandatum. *Sigon. de Judiciis, l.* 1. *c.* 5. Stipulationem ita Pomponius definit, *l.* 5. *§. stipulatio, ff. de verb. oblig.* Stipulatio est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve se, quod interrogatus est, respondet. Hoc nomen ture natum est, & a stipula profectum, ut Isidorus tradit *l.* 5. *c.* 24. Causa ex eo esse videtur, quia in contractibus agrestis stipulam manu solerent tenere, quæ agrum integrum repræsentaret. *Varro l.* 4. *de L. L. fub fin.* & *Festus* in *Stipem*, dici putant a stipe, quia imprimis sit pecuniæ, quam veteres stipem dixere. Ita stipulari sit stipe proposita postulare aliquid sibi promitti, idque verbis concepris. Alii malunt, ita vocari a firmitate, quod firmandarum obligationum causa interponeretur. Nam veteres, quod firmum esset, id a stipite dixere stipulum. Ita *Paullus, l.* 5. *Recept. Sentenz. Justiniani, initio Tit. de verbor. oblig.* & *Isidorus l.* 10. *Orig. Cic. l.* 1. *de Leg.* Stipulationum, & judiciorum formulas componam. *Id. Ast. l.* 16. Etsi nondum stipulationes legeram. ¶ Acceptam facere stipulationem, est cum, qui per stipulationem promisit, obligatione liberare. *Ulp. l. Julianus, ff. de doli mali, & de metus exception.* Et amplius agendo cum stipulatore consequar, ut mihi acceptam faciat stipulationem.

Stipulatiuncula, æ, f. ἐπερωτιδιον, parva stipulatio. *Cic.* 1. *de Or. c.* 38. Cum in circulo decipiare adversarii stipulatiuncula.

Stipulator, oris, m. ἐπερωτητης, qui stipulatur, seu per interrogationem obligat promissorem. Cæterum sicut judiciorum, & cæterarum actionum forensium, ita & stipulationum certæ erant formulæ, quarum qui periti essent, stipulatores dicebantur, adhibebanturque in iis, ne stipulantes circumveniretur. Hoc sensu *Sueton. in Vitell. c.* 14. Fœneratorum, inquit, & stipulatorum vix ulli pepercit. Ubi stipulatores ideo cum fœneratoribus ponuntur, quia usuræ non nisi ex stipulatione debebantur. Adde *Cic. pro Quinz. c.* 17. ubi tamen alii leg. *aspiulator.*

Stipulatus, us, m. idem ac stipulatio. *Quintil. Declam.* 12. Stipulatu legati nostri perimus. *Ulp. l.* 1. *ff. de verbor. obligat.* Acquiret ei ex stipulatu actionem.

Stipulatus, a, um, particip. passivæ signif. stipulando promissus. *Cic. pro Rosc. Com. c.* 5. Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit.

Stipulor, aris, com. 1. *fare contratto, interrogare*, שאל, עשה שטר, ἐπερωταω, ὁμολογεω μαι, est certis & solemnibus quibusdam verbis aliquem interrogare, an velit aliquid dare, vel facere, quo respondente, & promittente, oritur legitima obligatio. V. *Stipulatio. Cic. pro Rosc. Com. c.* 5. Stipulatus es? ubi? quo tempore? quo præsente? quis spopondisse me dicit? nemo. *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 165. Quantum vis, stipulare, & protinus accipe quod vis. ¶ Stipulandi formula legitur apud *Plaut. in Pseud.* 1. 1. ubi *Callidorus* inquit: *Dabis ne argenti mihi hodie viginti minas?* respondet Pseudolus: *Dabo*, & *ibid.* 4. 6. 14. *Nullum*, inquit *Simo: periculum est, quod sciam, stipulari, ut concepisti verba: viginti minas dabis?* respondet Ballio, *Dabuntur.* ¶ Stipulari stipulationem idem est ac stipulari simpliciter. *Fare stipulatione. Ulpian. l.* 3. *Dig. Judic. solvi.* ¶ Dicimus stipulari ab aliquo. *Pompeius l.* 9. *Dig. rem pupill. salv. for.* Pupillus a tutore stipulatur, rem salvam fore. *h. e.* obligat tutorem. ¶ Et *stipulari alicui. Ulpian. Dig. l.* 46. *tit.* 4. *leg.* 8. & *Paul. Dig. l.* 45. *tit.* 7. *leg.* 43. ¶ *Priscian. l.* 8. *pag.* 794. *Putsch.* hoc verbum refert inter communia, quod tam activa significatione, quam passiva usurpetur, dicaturque *stipulor a te*, pro *interrogo te*, & *interrogor a te.* Hinc est ut pro promittere a quibusdam usurpetur, non quia revera promittere significet, sed quia qui legitime promittit, antea interrogatur. *Sueton.* apud *eund. Priscian. ibid.* Lætoria lex, quæ vetat minorem xxv. annis stipulari. ¶ *Stipulo, as*, activa forma usurpatum legimus apud *Symmach. l.* 3. *ep.* 11. juxta quosdam Codices, sed juxta alios aliter.

* Stipulum Veteres dixere fimum, unde *stipulatio* ec. in *Gloss.* stipulum est κοπρον.

Stirla, æ, f. *goccia, stilla*, נטף, σπελαγμος, gutta. *Fest.* Stiricidium, quasi stilicidium, cum stillæ concretæ frigore cadunt. Stiria enim principale est, stilla diminutivum. *Virg.* 3. *Georg. v.* 366. Stiriaque impexis induruit horrida barbis. *Martial. l.* 7. *ep.* 36. Turpis ab invisо pendebat stiria naso. *Plin. l.* 34. *c.* 12. Quarum e latebris destillantes hyberno gelu stiriæ, stalagmias vocant.

Stiria, æ, f. inc. *Steyer*, Ital. *Siiria*, Gall. *Stirie*, prov. Germaniæ, ubi alias pars Nórici, & Pannoniæ sup. versus Murum, & Drayum fl.

Stiriacus, a, um, adject. stillans, stillatitius, a *stiria*, gutta. *Solin. c.* 40. Pingue roscidum cum arefactum inolevit, guttis stiriacis legitur.

Stiricidium, ii, n. idem ac stillicidium, a *stiria. Fest.* Stiricidium, quasi stillicidium, cum stillæ concretæ frigore cadunt.

Stirpesco, is, sine præt. & sup. ῥιζοποιεμαι, in stirpem convertor. *Plin. l.* 9. *c.* 8. *de asparago:* Nam si defringatur, stirpescere, & intermori.

Stirpitus, adver. *sino dalle radici*, ῥιζοθεν, usque ab ima stirpe, radicitus, funditus. *Cic.* 4. *Tusc. c. ult.* Hunc errorem quasi radicem omnium malorum stirpitus Philosophia se extracturam pollicetur.

Stirps, pis, 3. *stirpe*, נטע, יחס, מקור, זרע, עקר, שרש, ῥιζα, ῥιζοφυτον, radix, vel truncus arboris. Vox est dubii generis; nam cum notat arboris partem, in utroque usurpatur; cum de hominibus dicitur, in fœminino plerumque efferur. *Virg.* 12. *Æn. v.* 208. Cum semel in sylvis imo de stirpe recisum. *Hor. l.* 3. *od.* 29. Stirpesque raptas, & pecus, & domos. ¶ Ponitur etiam pro ferula, seu virgulto, quod de radice nascitur. *Col. l.* 3. *c.* 17. Stirpes arbores dicuntur, quæ sua sponte proveniunt. *Virg.* 2. *Georg. v.* 367. Inde, ubi jam validis amplexæ stirpibus ulmos Exierint *Cic.* 7. *Verr.* Ego noyes inanes fuisse dico, remiges, naufasque dimissos, reliquos stirpibus vixisse palmarum. ¶ Item pro planta. *Cic.* 5. *Fin.* Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras persecutus est; Theophrastus autem stirpium naturas, omniumque fere rerum, quæ a terra gignerentur, causas, atque rationes. *Id. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 64. Quarundam stirpium, & herbarum utilitates longo usu percepimus. ¶ Translate dicitur etiam de hominibus, pro principio, origine, genere: item pro gentis propagatione, agnatione, sobole, *stirpe, progenie*, ערך, Ger. *ursprung*, Gall. *race*, Hisp. *linaje, yeneé. Virg.* 3. *æn.* Quæ vos a stirpe parentum Prima tulit tellus. *Cic. de Am. c.* 19. Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis, & generis in famulatu fuerunt. *Id. in Brut.* O generosam, inquit, stirpem, & ramquam in unum arborem plura genera, sic in istam domum multorum insitam sapientiam! *Liv. l.* 1. *c.* 1. Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit. *h. e.* proles. ¶ Hoc sensu etiam in masculino genere usurparunt Veteres. *Enn. Liv.* & alii, quorum exempla refert *Festus.* ¶ Dicitur item de quocumque principio, vel origine, vel fundamento. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 6. Ita sunt alæ stirpes stultitiæ. *Id.* 4. *Fin. c.* 2. Differo eam partem, quæ quasi stirps est hujus quæstionis. *Id. in Catil.* 1. Exstinguetur, atque delebitur non modo hæc tam adulta Reipublicæ pestis, verum etiam stirps, ac semen malorum omnium.

Stiti præterirum est verbi *Sisto*, quod V.

Stitio, onis, f. idem ac statio. *Tertull. de pall. c.* 2. Sol stitionibus annuis, luna modulationibus menstruis variat. Alii leg. *stationibus.*

St va, æ, f. *stiva*, חרב, ἐχετλη, aratri manubrium, quo cursus ejus dirigitur. Dicta est quasi stativa: quod, puto, voluit *Varro*, cum 4. *de L. L. c.* 31. stando deducit stivam. *Virg.* 1. *Georg. v.* 174. Stivaque, quæ currus a tergo torqueat

imos. *Ovid.* 8. *Met. v.* 218. Aut pastor baculo, stivæve innixus arator. *Id.* 4. *Fast.* Inde premens stivam designat mœnia sulco.

Stlata, æ, f. navis piratica, πειρατικη σκαφος ἑδος. Originem indicat *Festus* in schedis *Pomponii Læti*; Stlata genus erat navigii latum magis, quam altum, sic appellatum a latitudine: sed ea consuetudine, qua stlocum pro locum, & stlitem antiqui pro litem dicebant. Adde *Gell. l.* 19. *c.* ult.

Stlatăris, & rc, o. 3. quod ad stlatam spectat. *Caper Grammat.* Stlataris sine C littera scribendum est, a stlata, rate piratica.

Stlatarius, a, um, quod ad stlatam spectat, quod mari portatum est. *Juvem. Sat.* 7. *v.* 134. Sponder enim Tyrio stlatariæ purpura filo. *h. e.* peregrina, longe advecta, & ideo pretiosior. Alii purpuram stlatariam interpretantur latum clavum purpureum, nam quemadmodum *stlirem* pro *lite*, sic *stlatum*, pro *lato* dixisse videntur antiqui. ¶ Stlatarium bellum apud *Patron.* idem est, ac navale.

Stlembus, a, um, gravis, & tardus. *Fest.* Stlembus, gravis, tardus: sicut Lucilius, Apulidæ pedibus stlembum dixit, cum refert equum pigrum, & tardum.

Stlist bus judicandis dicebant veteres pro litibus. *Festus.*

* Stlocus, V. Stlata.

Stloppus, i, m. sonus, quem edunt buccæ inflatæ, collisæque. *Gloss. vett.* Stloppus, περφυμος. Est nomen factum per Onomatopœjam. *Perf. Sat.* 5. *v.* 33. Nec stloppo tumidas intendis rumpere buccas, In vulgaris est *scloppo.*

Sto, as, steti, statum, *n.* 1. *stare, stare in piedi*, עמד, ישב, Ger. *stehen*, Gall. *être de bout, demeurer en un état*, Hisp. *estar*, Ρεπαι, est proprie in se, & sua mole consistere, cui opponitur sedere, a στηλω, στω. Dicitur & de rebus animatis, & de inanimatis. *Plaut. in prol. Capt. v.* 2. Hi stant hic ambo, non sedent. *Ter. Eun.* Interim, dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviam venit. *Virg.* 8. *Æn.* Stabat acuta silex. *Cic.* 4. *Acad. c.* 39. Qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia. ¶ Ponitur etiam pro quiescere, morari, consistere. *Plaut. Merc.* 5. 2. 26. Sta, Charine. *fermati. Virg.* 2. *Ecl.* Cum placidum ventis staret mare. *Id.* 3. *Æn.* Stare loco nescit. *Cic.* 2. *Catil. c.* 3. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam. ¶ Item pro prominere. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 321. Hic corpus solidum invenies; hic stare papillas Pectore marmoreo. ¶ Item pro horrere: *Cæcilius ibid.* Familiæ fame pereant, ager ster sentibus. ¶ Item pro plænum esse. *Virg.* 12. *Æn. v.* 407. Jam pulvere cœlum stare videnr. ¶ Item pro manere, permanere, durare. *Cic. pro Rab. perd. reo:* Idemque violavit, si in fide non stetit. *Virg.* 4. *Æn.* Et bene apud memores veteris stat gratia facti. ¶ Item pro manere in pristino statu, *Cic.* 4. *Acad.* Ut hodie stet Asia Lucculi instituris servandis, & quasi vestigiis prosequendis. *Id.* 2 *Off. c.* 1. Utinam Respublica stetisset, quo cœperat statu. *Id. l.* 13. *Fam. ep.* 30. Per quos homines, ordinesque steterim. ¶ Item pro dignitatem, & auctoritatem suam retinere. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 4. Ad 16. Cal. Febr. cum in Senatu pulcherrime staremus. ¶ Item pro constantem esse, in sententia manere. *Cic. ad Brutum.* Qui si steterit idem, mihique paruerit. *Id. Att. l.* 5. Stamus nimis, & quia consilium, ut videmur, bonis ejimur, separamur. ¶ Item pro immobilem esse, fixum esse. *Ovid.* 3. *Met.* Sic stat sententia. *Virg.* 2. *Æn. v.* 750. Stat casus renovare omnes. *Liv. l.* 21. *c.* 30. Annibali sententia steterit pergere ire, atque Italiam petere. *Cic. Attic. l.* 3. *ep.* 14. *extr.* Nos in Asiam convertemus; neque adhuc stabat, quo potissimum: sed scies. ¶ Item pro præstitutum, prædeterminatum, præfinitum esse. *Virg.* 10. *Æneid.* Stat sua cuique dies, breve, & irrevocabile tempus Omnibus est vitæ. ¶ Item positum esse. *Virg.* 1. *Æn. v.* 650. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. ¶ Item pro constare, valere, æstimari, magno pretio emptum esse. *Liv. l.* 23. *c.* 30. Multoque sanguine, ac vulneribus ea Pœnis victoria steterit. *Quintil. Decl.* 13. Quanti steterit mihi, quod semel imperata non fleri. *Paterc. l.* 2. *c.* 64. Utrique vindicta libertatis morte steterit. *Horat. l.* 1. *Sat.* 2. *v.* 122. Magno pretio stare. ¶ Item pro favere, tueri causam alicujus, sequi ejus partes. *Cic. in Brut.* Ut nemo contra civium perditorum popularem, turbulentamque dementiam a Senatu, & a bonorum causa steterit constantius. *Liv. l.* 26. Ac Dii prope ipsi cum Annibale starent. *Id. l.* 38. Pro Juba, atque Arbis inimicissimis Populi R. stetisse. ¶ Cum particula *contra*, est adversari, resistere. *Cic. in Brut.* Cum is contra populi studium steterit. ¶ Item pro inhærere, persistere, præstare, observare. *Cic. Att. l.* 7. Omnes cupiebant, Cæsarem stare, abductis præsidiis, conditionibus his, quas tulisset. *Id.* 3. *Off.* Facere promissa, stare conventis, reddere deposita. *Liv. l.* 21. *c.* 19. Stare priore fœdere. *Id. l.* 8. Quo satis certo auctore stetur. *h. e.* cui inhærere possimus, cui assentiri, credere. *Quintil. l.* 7. *c. ult.* Verbis ne legis standum sit, an voluntate. ¶ Item pro obedire, obtemperare, parere. *Cic.* 2. *Fin. c.* 12. Sed stare etiam oportet eo, quod sit judicatum. *Id. Att. l.* 8. Tuo potius stabam judicio, quam meo. *Id. ibid.* Utrique Censor Censoris opinione standum non putavit. ¶ Item pro placere. *Ter. in prol. Hec.* Partim sum earum exactus, partim vix steti. Ubi *Don.* Agitur fabula, cum recitatur; stat, cum placet. Sic *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 176. Securus, cadat, an dextro stet fabula talo. ¶ Est etiam verbum servorum, & significat præsto esse ad ministrandum, *Gell. l.* 15. *c.* 12. Nulla apud me fecit popina, neque pueri eximia facie stabant. *Sueton. in Cæs. c.* 49. Etiam ad cyathum & vinum Nicomedi steriste, *aver servito di coppiere.* ¶ Item militantium, pro consistere in loco suo. *Nepos in Epamin. c. ult.* Postquam ad Cadmæam pugnare cum Lacedæmoniis cœpit, in primis stetit, *combattè nelle prime file. Cic.* 2. *Tuscul. c.* 23. Ut sit in prælio, ut ignavus miles fugiat, quantum possit, & ob eam causam peræat nonnunquam, cum ei, qui steterit, nihil tale evenerit. ¶ Item mercricum cum prostant, & amatores captant. *Horat. l.* 1. *Sat.* 2. *v.* 30. olenti in fornice stantem. *Juvenal. Sat.* 10. *v.* 238. Quod steterant multis in carcere fornicis annis. ¶ Per me non stat, quominus &c. *io non impedisco. Terent. Andr.* 4. 2. 16. Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat. *Quintil. l.* 3. *c.* 8. Non per me stetit, sed per illa. Et cum infinito. *Scævola in leg. Pater. Dig. de legat.* 3. Si per eum non stetit parere defuncti voluntati. ¶ In æquo alicui stare, est æqualem esse. *Sen. de Benef. l.* 2. *c.* 29. Quod infra Deos sumus, quod non in æquo illis sumus, quod non in æquo illis stetimus. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Ter. Eun.* 2. 2. 40. Quid agitur? *P.* Statur. *Cic.* 1. *Off.* Jam illis standum non esse quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit? ¶ *Stas, stans*, & *staturus*, V. suis locis.

Stœbe, es, f. στοιβη, genus herbæ spinosæ in folio simul & in caule, quæ alio nomine phleos dicitur, nostrisque temporibus incognita est. *Plin. l.* 22. *c.* 33.

Stœcădes, f. 3. *les isles d'Hyeres*, inf. Galliæ Narb. in ora Provinciæ, contra Olbiam, & inter fin. Sambraticanum ad Or. & Telonem ad Occ. Tres sunt præ cipuæ, eisque adjacent duæ aliæ parvæ admodum. *Plin. l.* 3. *c.* 5. ¶ *Stœcas, adis*, herba quædam est, in iis insulis proveniens, hyssopo similis, odorifera, gustu amaro, *fiecade. Plin. l.* 27. *c.* 12.

Stœcas, V. vocem præced.

Stoice, adv. *Stoicamente*, στοικως, Stoicorum more. *Cic. in præf. Parad.* Stoice solet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. *Id. pro Mur. c.* 36. Agis mecum severe & Stoice.

Stoici, m. 2. *Stoici*, Στοικοι, genus Philosophorum, qui a Zenone Cittico originem habuere, ita dicti a στοα, *portico*, quod Zeno Athenis in porticu Philosophiam docuit, nempe in porticu illa, quæ Pœcile dicta est a varietate picturæ, idest a ποικιλος, *varius*, quam Polygnotus gratuito pinxit. Deum dicebant esse rationem quandam per omnem naturam rerum pertinentem, item legem naturalem recta imperantem, prohibeterempque contraria: iidem divinitatem tribuebant ætheri, astris, annis, mensibus, annorumque murationibus. Nihil bonum existimabant, nisi honestum. Felicitatem in sola virtute constituebant. Itaque eorum axiomata fuerunt, solum honestum bonum esse; in quo virtus sit, ei nihil deesse ad beate vivendum; solum sapientem esse divitem, formosum, regem; omnes stultos seryos esse, peccata esse æqualia; & hujusmodi. Hæc & alia multa eorum placita passim leges apud *Ciceron.* præsertim in libris philosophicis. V. etiam orationem ejus pro Muræna, ubi salse eos ridet in persona *M. Catonis, c.* 29. & 30.

Stoicĭda, æ, m. patronym. idem ac Stoicus, sed per contumeliam, quasi sit is, qui Stoicus videri velit, & tamen moribus sit omnino contrariis Stoicæ disciplinæ, & severitati. *Juv. Sat.* 2. *v.* 64. Fugerunt trepidi vera, ac manifesta canentem Stoicidæ. Quidam volunt hanc vocem significare virum mollem, & stoicidam nomen esse fœminninum de viro dictum, ea ratione, qua apud *Virg.* 9. *Æn.* quidam Rutulorum Trojanos per convicium sic ridet: O vere Phrygiæ; neque enim Phryges &c.

Stoicus, a, um, quod ad Stoicos spectat, ut Philosophia Stoica, Secta Stoica, Libelli Stoici, &c. *Hor. Epod.* 8. Quid? quod libelli Stoici inter fericos Jacere pulvillos amant?

Stoïdis, f. 3. inf. maris Persici, apud fretum, seu fauces illius, in qua margaritæ proveniunt. *Plin. l.* 6. *c.* 25.

Stola, æ, f. *stola*, תכריך, בגר, Ger. *lang kleid.*, Gal. *habillement*, Hisp. *vestidura ostola*, σολη, genus vestis usque ad imos pedes demissæ, sic dicta a στελλω, quod inter alia significat ἐνδυειν, περιβαλλειν, *indure, circundare*: quare a Veteribus de quovis indumento usurpabatur, ut notat *Non. c.* 14. *n.* 6. *Ennius* apud *eund. ibid.* Cedo & caveo vestitus squalida seprus stola. Speciatim vero stola fuit vestis peculiaris, qua Græci, & Latini usi sunt. Sed stola Latinis erat vestis muliebris, Græcis etiam virilis. Hinc *Plutarchus* scribit, ab Alexandro cuidam esse permissum, ut stola Persica uteretur. De Latinis vero ita *Ulpian. l. vestis, ff. de auro, & arg. leg.* Muliebria sunt, quæ matris familias causa parata sunt, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, velut stolæ, pallia, tunicæ, &c. *Hor. l.* 1. *Sat.* 2. *v.* 99. Ad talos demissa stola, & circundata palla. *Cic.* 2. *Phil. c.* 18. Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. ¶ Fuit propria honestarum matronarum. Erat ad imos usque demissa pedes, cujus extremam partem ambiebat instita assuta, quæ erat faciola quædam, sive limbus. *Ovid. lib.* 2. *Trist. v.* 251. Ecquid ab hac omnes rigidas summovimus arres, Quas stola contingi, vittaque sumpta vetat? *Martial. l.* 3. *ep.* 93. Rugosiorem cum geras stola frontem. ¶ Metonymice stola nonnunquam pro ipsa matrona, sive honesta muliere accipitur. *Stat. l.* 1. *Sylv.* 2. *v.* 235. Hinc eques, hinc juvenum cœtu stola mista laborat. ¶ Stola etiam accipitur pro veste sacerdotali, qua Sacerdotes in rebus sacris utuntur, quæ & oratium vocatur. *Apul. l. ult. Met.* Processit duodecim sacratus stolis, habitu quidem satis religioso, &c. ¶ Item pro honestarum matronarum ire, hoc est, ad frumenta colligenda, ea ratione, qua dicimus *frumentatum ire*, &c. *Hygin. fab.* 14. Idmon apud Lycum cum frumentatum exisset. ¶ Quibusdam tamen Criticis ea lectio suspecta est.

Stolidus, a, um, *fastidioso, collerico*, זעם, Germ. *zornmuhtig*, Gall. *dépité*, Hisp. *fanudo*, ὀργιλος, qui cuncta fastidit, qui facile irascitur, vel indignatur. *Hor. l.* 1. *ep.* 15. Læva stomachosus habena Dicet eques. *Firmic. l.* 5. *c.* 10. Erunt hi quoque animo malo, & stomachoso. ¶ Ponitur etiam pro eo, quod iram movet, seu indignationem. *Cic.* 2. *de Or. c.* 69. Ne quidem hercule valde illa movent stomachosa, & quasi submorosa ridicula, &c. *Id. l.* 3. *Fam. ep.* 11. Stomachosiores meas literas quas dicas esse, non intelligo.

Stomachus, i, m. *stomacho*, נרש, Germ. *der magen*, Gal. *estomac*, Hisp. *estomago*, στομαχος, apud Græcos collum, sive cervix cujusque rei in corpore animalis, quod quasi fistula se habet. Sane Hippocrates uteri quoque, ac vesicæ cervicem eo nomine appellat, in lib. de aere, aquis, & locis, & lib. de superfœtationibus, de sterilibus, & de morbis mulieribus, &c. Dictus est stomachus, quasi σω μαχος, angusta longitudo. Per excellentiam vero notat œsophagum, sive fistulam, quæ cibum defert in ventriculum. Hæc significatio fecit, ut vulgo στομαχον dici velint, quasi σωμα χειλ, quia fit os, ac vestibulum cibum in ventriculum infundens. Hac significatione non raro utuntur Latini, quanquam non uno modo. Nam interdum quidem eo nomine signant priorem quoque œsophagi partem, quæ subest faucibus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* 54. Linguam autem ad radices ejus hærens excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt core. Is utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo, atque intimo terminatur. *Celsi l.* 4. *c.* 1. Deinde duo intinera incipiunt. Alterum asperam arteriam nominant, alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem, stomachus interior ad ventriculum fertur. ¶ Interdum vero ima solum œsophagi pars eo vocabulo appellatur, sive, ut Medici ajunt, alterum extremum œsophagi, insertum ventriculo, sive orificium ventriculi sinistrum, situm sub cartilagine mucronata, quam ob id natura videtur comparasse, ut ipsis esset propugnaculum. *Plin. l.* 2. *c.* 47. Summum gulæ fauces vocantur, extremum stomachus. ¶ Sape autem fumitur stomachus pro ipso ventriculo, in quo cibus concoquitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 49. Easque, cum stomachi calore concoxerit, evomere. *Hor. l.* 2. *Sat.* 2. *v.* 38. Jejunus raro stomachus vulgaria temnit. *Celsi l.* 4. *c.* 5. Vulgatissimum verο, pessimumque stomachi vitium est resolutio, idest cum cibi non tenax est, solerque desinere ali corpus, ac sic tabe consumi. ¶ Per metaphoram accipitur stomachus pro ea animi vi, quæ res aut suæ amicas naturæ amat & apperit, aut inimicas refpuit, ur stomachus cibos. *Plin. l.* 2. *ep. ult.* Tranquilli mei stomachum multa sollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ. h. e. emendi cupiditatem. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 1. Ludi apparatissimi, sed non tui stomachi, *nan di tuo genio.* ¶ Item sæpissime pro fastidio, odio, ira, indignatione, &c. *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 15. Ut scires, me tamen in stomacho posse ridere. *h. e.* in indignatione. *Id. Att. l.* 4. *ep.* 15. Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, conaluit. h. e. locus ille, ubi sedes iræ fuit, calorem concepit ad concoquenda, quæ dura sunt. *Id. ad Q. Fr. l.* 3. Superiori epistolæ quid responderam, nihil est, quæ plena stomachi, & querelarum est. *Id.* 4. *Tusc.* Tracta definitionem fortitudinis, intelliges eam stomacho non egere. *id est ira. Id.* 16. *Att. ep.* 3. Erumpere stomachum in aliquem, *sfogar la sua colera.* ¶ Movere stomachum proprie significat turbare, *sconvolger lo stomaco. Plin. l.* 13. *c.* 25. Cynosbaton Apulum vomitus facit, stomachum & alvum mover. ¶ Translate est ad iram excitare. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 3. In quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum mover. Eodem sensu dicimus, stomachum alicui facere. *Id. lib.* 1. *Fam. ep.* 9. Non illi quidem ut mihi stomachum facerent.

Stomatice, es, f. στομαχικη, *medicamento per la bocca*, a στομα, ατος. *Plin. l.* 23. *c.* 6. Fit medicamentum, quod stomatice vocatur, utilissimum oris vitiis, narium, aurium &c. *Id. l.* 24. *c.* 13. Mora, quæ in his nascuntur, stomatices efficaciorem præbent.

Stomaticus, a, um, στομαχικος, oris vitio laborans, cui os est exulceratum. *Pl. lib.* 24. *c.* 14. Hujus flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus sacris, stomaticisque ex aqua bibendus datur.

Stomŏma, atis, n. στομωμα, est genus æreæ squamæ subtilius, ex summa scilicet æris lanugine decussium. *Plin. lib.* 34. *c.* 11.

Storax, acis. V. *Styrax.*

Storĕa, æ, f. *storea, stuoja*, בורית, Ger. *decke, flechte*, Gal. *natte*, Hisp. *estora*, σορεα, teges vilior ex juncis, aut stramentis, a σορεω, sterno, quia humi sternitur. Apud *Cæsarem, Plinium*, & alios in plerisque manuscriptis est *storia. Liv. l.* 30. *c.* 3. Numidæ præcipue erudine texta, floreaque. *Pl. l.* 15. *c.* 16. Cadiva separari, stramentis, storeis, paleisve substerni. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 9. Storeas ex funibus anchorariis ttes fecerunt.

Strabo, onis, m. *guercio, chi guarda di traverso, strabuzato*, Germ. *schiller*, Gal. *louche, ou bigle*, Hisp. *visco, turuio*, σραβος, σραβων, qui oculos habet distortos. Est a σραβων, seu σραβος, quod a σρεβλος, quia oculis est distortis, ac depravatis. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 29. Ecquos si non tam strabones, at pætulos esse arbitramur? Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti. *Horat. l.* 1. *Sat.* 3. *v.* 4. Strabonem appellat patrum pater. ¶ Hinc nata sunt Strabonum cognomina apud Romanos, quia scilicet primi eorum, qui sic vocari sunt, distortis oculis fuere. *Plin. l.* 11. *c.* 37.

Strabo, onis, m. vir Ponticus, ex Amasia urbe Ponti, id, quod ipse de se testatur, & Stephanus prodidit, matre e Gnosso Cretensi urbe, eruditione Græcus, professione Philosophus Stoicus, & Geographus. Claruit Romæ temporibus Augusti, & Tiberii. Amicitia usus est Ælii Galli, cum quo Nilum navigavit, & totam fere Ægyptum lustravit, & magnam Africæ partem. Scripsit Commentarios Geographicos, qui etiam hodie omnium manibus terunntur. *V. Voss. de Hist. Græcis, c.* 6.

Strabōnus, a, um, adject. idem quod Strabo. *Petron. in fragm. Tragur.* Strabonus est, non curo.

Strabus, a, um, adject. idem quod Strabo. *Nonius cap.* 1. *n.* 109. Strabones sunt, quos Strabos nunc dicimus. *Varr.* apud *Priscian. lib.* 6. De Venere pæta Strabam facit.

Strages, is, f. *strage*, מגפה, אויר, Ger. *niderlag*, Gal. *ruerie, défaite*, Hisp. *estrago*, ὀλεθρος, cladες, cum aut vento arbores, aut bello homines, aut alia quapiam de causa res aliquæ sternuntur. *Cic.* 3. *de Leg.* Sed ille quas strages edidit? *Id.* 3. *Phil.* Ille ex Mirmillone dux, ex gladiatore imperator quas fecit strages, ubicunque posuit vestigia? *Silius l.* 3. *v.* 206. Strages nemorum. *Virg.* 12. *Æn. v.* 453. dabit ille (*nimbus*) ruinas Arboribus, stragemque satis, ruet omnia late. *Liv. l.* 32. *c.* 17. Locus strage muri semiruri cumulatus. *Id. l.* 10. *c.* 34. Recentibus vestigiis fugæ, ac strage rerum in trepidatione nocturna passim relictarum, *robe sparse qua, e là. Id. l.* 4. Stragem pecorum dare.

Stragillum, i, n. *drappo da coprire, tapezzaria*, מלע, כבר, תחבן, קש, σρωμα, ἐπιβλημα, omnis vestis, quæ sternitur, cujus generis erant imprimis purpureæ, seu peripetasmata, seu aulæa, seu Attalica, seu Babylonica, quibus aulæ, & triclinia, nonnunquam eriam lecti sternebantur, item pallia, quæ lectis imponebantur, item vestes illæ, quæ equis injiciuntur, &c. a sterno. *Varro l.* 4. *de L. L. c.* 35. Quicquid insternebant a sternendo stragulum appellabant, quale est Græcorum pallium. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 21. Collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Et e libro vela, tegeresque, nec non & vestem, atque stragula. *Martial. l.* 14. *epigr.* 147. Stragula purpureis lucent villosa tapetis.

Stragŭlus, a, um, quod sternitur, ut Vestis stragula. *Cic.* 4. *Ver.* Dicebant, Scyphorum paria compluria, hydrias argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. *Id. ibid.* Dico, te maximum pondus auri, & argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam Syracusis exportasse.

Stramen, inis, n. *strame, paglia*, בלילי, תבן, קש, Ger. *stroh*, Gal. *de la paille*, Hisp. *paja de la cama, beno*, χορτος, καρφος, καρφη, stipula, vel quidvis aliud, quod solo quiescendi gratia sternitur, ut sunt culmi, qui pecori substernuntur. *Virg.* 11. *Æn. v.* 67. Hic juvenem sublimem in stramine ponunt. *Ovid. Met.* 5. *v.* 447. contectam stramine sorte casam.

Stramentarius, a, um, adject. ut falces stramentariæ, quibus stramen cæditur, apud *Caton. de R. R. c.* 10.

Stramentātum ire, hoc est, ad frumenta colligenda, ea ratione, qua dicimus *frumentatum ire*, &c. *Hygin. fab.* 14. Idmon apud Lycum cum frumentatum exisset. ¶ Quibusdam tamen Criticis ea lectio suspecta est.

Stramentĭtius, a, um, καρφωδης, quod ex stramento fit, ut Tectum stramentitium, tegeres stramentitiæ. *Petron. in Satyr.*

Stramentum, i, n. idem ac stramen. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 50. Tertio modo meritur, ut stramentum medium subsecent, quod manu sinistra summum prehendunt, a quo medio messem dictam puto; infra manum stramentum; quod terræ hæret, postea subsecatur. *Cæs. l.* 6. *B. G.* Et fervefacta jacula in calas, quæ more Gallico stramentis erant tectæ, jacere cœperunt. *Col. l.* 6. *c.* 3. Hybernæ stabulationi boum præ

geres afcitur nimia cerræ farcieta, pro pinguedine opprimere. *Quinct. l. 8. in Proœm.* Eo velut læto gramine fata strangulant. ¶ Strangulare sonitum, est comprimere, & compescere, ne totus exeat. *Plin. l. 2. c. 43.* de tonitru: Spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante sonitum. ¶ Cum de fœmina dicitur, obscœnum est, quia refertur ad vulvam. *Cic. Famil. l. 9. ep. 22. ad Paetum.* Vide *Strangulatio*, & *Strangulatus*, *us*.

Stranguria, æ, f. *difficoltà d'orina*, στραγγουρία, urinæ stillicidium, cum urina per intervalla, & guttatim defluit a στάξ, gutta, & οὖρον, urina. Hunc morbum periphrasi exprimit *Cato de re ruft. c.* 156. Nunc de illis, quibus ægre lorium it, quibusque subesillum est. Differt a dysuria, δυσουρία, quâ difficulter urina redditur, nec sine dolore excernitur. *Cic. 2. Tusc. c.* 19. Quamvis idem forticulum se in torminibus, & in stranguria sua præbeat. *Plin. l.* 24. *c.* 13. Aspalathus discutit strangurias.

Stranguriosus, a, um, adject. stranguria laborans. *Marcel. Empir. c.* 26.

Strata, æ, V. *Stratus*, *a*, *um*.

Stratagăma, *& rectius* Strategema, atis, n. στρατήγημα, עורמה, *solers ducis consilium ad hostem circumveniendum, astutia rei militaris, facinus consilio potius, quàm viribus gestum, a* στρατηγέω, exercium duco. Sunt qui stratagema scribant, ac secundam corripiant in versu. Sed obstat, quod Græce per *η* scribatur. *Cic. 3. de nat. Deor. cap.* 6. Consilium illud Imperatorum fuit, quod Græce στρατήγημα, appellant. ¶ Translate dicitur de quocunque ingenioso consilio. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 2. Cum interim Rufio noster, quod se a Vestorio observari videbat, stratagemate hominem percussit.

Stratagematica, orum, n. στρατηγηματικά, *solertia facta ducum, callida consilia militaria. Frontin. procem. l.* 1. *Stratagem.*

Strate, adverb. late, diffuse, a sterno. *Juvencus lib.* 3. *v.* 655. Strate tendentem diffusa umbraeula ficum.

Stratĕæ, *& Strativolæ*, f. cognomina sunt, & convicia meretricum apud *Plaut.* referente *Gel. l.* 3. *c.* 3.

* Strategema. V. Stratagema.

Strategĕum, i, n. στρατηγεῖον, tabernaculum ducis, prætorium. *Vitruv. l.* 5. *c.* 9.

Strategĭa, æ, f. στρατηγία, præfectura, seu locus, ubi præfectus jurisdictionem habet. *Plin. l.* 6. *c.* 9. *de Armenia*; Dividitur in præfecturas, quas ii strategias vocant, *Id. l.* 4. *c.* 11. Thracia in strategias quinquaginta divisa.

Strategus, i, m. *capitano*, dux exercitus, ἴαν, στρατηγός, dictus ἀπὸ τῆ ἄγειν τὸν στρατόν, a ducendo exercitu. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 6. Nec strategus, nec tyrannus quisquam. ¶ Pro magistro convivii. *Id. Stich.* 5. 4. 20. Strategum te facio huic convivio. *Supra jubente.*

Stratiotis, is, f. στρατιώτις, herba millefolium, frutex exiguus, palmi altitudine, folia sriculum pennas imitantibus, brevi admodum, dissectoque foliorum exortu. Est & stratiotis aquatica, sine radice vivens, aquis tantum supernatans, folia habens fempervivo similia, sed majora. *Plin. l.* 24. *c.* 18. Celebratur autem & a Græcis stratiotis, sed ea in Ægypto tantum, & inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni majora haberet folia. Refrigerat mire, & vulnera sanat, ex aceto illita, &c.

Stratiotĭce, es, fem. στρατιωτική, eadem herba, quæ stratiotis, *Apulej. de herb. cap.* 88.

Stratiotĭcus, a, um, στρατιωτικός, militaris, a στρατιώτης, *miles. Plaut. Mil. a.* 4. *sc.* 8. *v.* 49. Muliebres mores discendi, oblivisendi stratiotici. *Id. Pseud. a.* 2. *s.* 9. Stratioticum nuntium advenientem percutiam probe.

Strat ivŏlæ. V. *Stratĕæ*.

Str ăto, onis, m. Στράτων, Philosophus Lampsacenus, discipulus, & successor Theophrasti, præceptor Ptolemæi Philadelphi, qui ob insignem naturalis philosophiæ cognitionem Physicus est cognominatus. Hic omnem vim divinam in natura sitam esse censebat, quæ causas gignendi, augendi minuendique habeat, sed careat omni sensu, & figura. *Cic. 1. de nat. Deor.*

Str atonĭce, es, Ariarathis Cappadocum regis filia, uxor Eumenis regis Pergami, Attalique mater. *Strab. lib.* 13. ¶ Item filia Demetrii Poliorcetæ, uxor Seleuci, quam ille filio Antiocho ex ejus amore ægrotanti concessit. *Plutar. in Demetr.*

Str atonicēa, æ, f. urbs Cariæ, Macedonum colonia. *Livius l.* 33. *c.* 18. *Plin. l.* 5. *c.* 29. ¶ Item urbs Mesopotamiæ ad Babylonem. *Id. l.* 6. *c.* 26.

Stratonicensis, se, adject. ad Stratoniceam urbem pertinens, ut Stratonicensis ager. *Liv. l.* 33. *c.* 18.

Stratonĭcus, i, m. quæstor fuit Philippi, deinde Alexandri Macedonum regis, homo dicacissimus, atque ob id apud Græcos in proverbium transiit, ut apud Latinos Crassus. De hoc Stratonico mentionem facit *Plaut. Rud.* 4. 2. 27.

* Stratopēdum, i, n. στρατόπεδον, castra. *Julius Obseq. de prodig. c.* 116.

Strator, oris, m. ἀναβολεύς, qui equum domini sella insternit, ipsumque in equum sustollit. *Spartianus in Caracalla c.* 7. Cum illum in equum strator suus levaret. *Ulp. de off. Proconf. leg.* 4. Proconsul stratores suos habere non potest.

Stratorĭus, a, um, ad sternendum pertinens. *Paul. l.* 3. *sentent. tit.* 7. *de legat.* Vestes stratoriæ legato cedunt. *h. e.* vestes stragulæ.

Stratum, i, subst. n. *strato*, בורד, στρῶμα, id quod stratum est, super quod quiescendum sit, ut culmi, qui equis sternuntur, in quibus dormiant, item lectus, qui homini paratur. *Virg.* 3. *Æn.* Haud segnis strato surgit Palinurus. *Liv. l.* 21. *c.* 4. Ea neque molli strato neque silentio accersita. ¶ Strata item generaliter dicuntur omnia, quæ equis, mulisve insternuntur, *bardaturæ*. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Frænos, strata equorum Pelethonium invenisse dicunt. *Sen. ep.* 81. Equos emptures solvi jubet stratum. ¶ Apud *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. stratum est tabularum, seu pavimentum ligneum in machina arietaria.

Stratūra, ræ, f. actus sternendi. *Sueton. in Claud. c.* 24. Collegio quæstorum pro stratura viarum gladiatorium munus injunxit.

Stratus, us, m. idem quod stratum, quo equi insternuntur. *Solin. c.* 57. de bucephalo: Accepto regio stratu, neminem unquam alium, quam dominum vehere dignatus est.

Stratus, a, um, *diffusus per terram*, στρωτός, humi extensus. *Virg.* 7. *Ecl.* Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma. *Id. l. Æn. v.* 700. Stratoque super discumbitur ostro. *Cic. Attic. l.* 10. Qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublevavit quidem. *Liv. l.* 28. *c.* 14. stratus equus, *caballo bardado*. ¶ Via strata est, in qua lapides strati sunt, ut sunt viæ in urbibus, & olim omnes viæ, quæ ab urbe Roma in alias Italiæ urbes ducebant. *Liv. lib.* 8. Facto judicio vi. va sub terram ad portam Collinam dextera via strata defossa sceleraso campo. ¶ Strata viarum, idem ac viæ stratæ *Virg. l. Æn. v.* 422. Miratur portas, strepitumque, & strata viarum. ¶ Strata, æ, absolute pro via strata, vel pro via simpliciter, a quo Itali *strada*. *Europ. l.* 10. *c.* 9. Aurelianus interfectus est in itineris medio, quod inter Constantinopolim, & Heracleam est stratæ veteris. *Juvencus de Joanne Bapt.* Sternite jam stratas amplas.

Strebŭla, æ, f. seu strebula, ornm, n. pl. caro circum coxendices. *Varro lib.* 6. *de L. L. c.* 3. Caro strebula, Opilius scribit, circum coxendices sunt nobis. Id Græcum est ab hujus loci *versura*. *Fest.* Strebula Umbrico nomine Plautus appellat coxendices hostiarum, quas Græci *μηρία* dicunt, quæ in altaria imponi solebant, ut Plautus ait in Erivolaria, Strebula agnina. *Arnob. l.* 7. Non enim placet carnem strebulam appellare, quæ taurofum e coxendicibus demitur.

Strena, æ, f. *mancia*, מתנה, Ger. *neu Jahrs-geschenck*, *trinck-geld*, Gal. *étrenne*, Hisp. *estrenas*, ξένιον, munus quod dabatur die festo, & fere anni initio, boni ominis gratia. De vocis origine hæc scribit *Festus*. Strenam, inquit, vocamus, quæ datur die religioso, ominis boni gratia, a numero, quo significatur, alterum, tertiumque venturum similis commodi, veluti trenam, præposita s littera, ut in loco, & *lite* solebant antiqui. *Symmach. l.* 10. *ep.* 28. Ab exortu pene urbis Martiæ strenarum usus adolevit, auctoritate Tatii regis, qui verbenas feliciter horis ex luco Straniæ anni novi auspices primus accepit. ¶ Hujusmodi strenas solebant donare clientes patronis, civesque Principibus, quod ultimum quidem sub Augusto cœpit, Tiberius vero prohibuit, sed mox Caligula revocavit; de quo ita *Sueton. in ejus vita c.* 42. Edixit, & strenas ineunte anno se recepturum, strenuque in vestibulo ædium Cal. Januar. ad captandas strenas stipes, quas plenis ante eum manibus, ac sine omnis generis turba fundebat. V. *eund. in Augusto c.* 57. & *in Tiber. c.* 34. ¶ Dabantur autem strenæ boni ominis gratia, ut ex *Festo* diximus. Hinc *strena bona*, bonum omen est. *Plaut. Stich.* 5. 2. 24. Domum redeundi principium placet; bona fœava, strenaque obviam occessit mihi.

Strenĭa, æ, f. eadem ac Strenua. *Varro de L. L. c.* 4. Hinc oritur caput sacræ viæ, ab strenia sacello.

Strenĭa, æ, fem. Dea, quæ strenuum facere credebatur, quæ & *Strenia*. *Augustlib.* 4. *de Civit. Dei, cap.* 16. Ex hujus Deæ luco viris strenuis Kal. Jan. mittebantur verbenæ felicis arboris, quæ exinde strenæ vocatæ videntur, ut in *strena* diximus.

Strenŭe, adv. *fortemente*, *diligentemente*, בגבורות, Ger. *dapfferlich*, Gal. *vaillamment*, Hisp. *esforçadamente*, ἀνδρικῶς, fortiter, diligenter. *Cic. pro Rab. perduel. c.* 10. Ac si pro illorum laude mihi atma capienda essent, non minus strenue caperem, &c. *Id. Att. l.* 10. *ep.* 6. Magis commode, quam strenue navigavi. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Domus utriusque nostrum ædificatur strenue. ¶ Sumitur etiam pro celeriter, protinus. *Curt. l.* 8. *c.* 2. Revocatoque strenue Oxarte, futurum se in Regia potestate respondit. ¶ Superlat. *strenuissime* habet *Veget. l.* 1. *c.* 17.

Strenuĭtas, atis, f. *fortezza*, *valore*, *diligenza*, גבורה, כח, Ger. *handveste*, *strenge*, *dapfferkeit*, Gall. *vaillance*, *hardiesse*, Hisp. *valentia*, ἀνδραγαθία, fortitudo, celeritas, agilitas. *Ovid. 9. Met. v.* 320. Strenuitas antiqua manet.

Strenŭo, as, n. 1. strenue me gero. *Plaut. Pfeud.* 2. 2. 34. Dum tu strenuas, res erit soluta. Sunt qui hanc lectionem sollicitant.

Strenŭus, a, um, *forte*, *valoroso*, *diligente*, גבור, אמיץ, חזק, אביר, אדיר, Ger. *ftreng*, *veft*, Gal. *vaillant*, *courageux*, Hisp. *valiente*, δραστήριος, fortis, celer, vigilans, & ad res gerendas promptus. *Cic. 2. Phil. c.* 32. Ut cognoscerer te, si minus fortem, attamen strenuum. *Ovid. 9. Met.* Una ministrarum media de plebe Galanthus, Flava comas adeñat, faciendis strenua jussis. *Col. l.* 8. Magister pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atque audax esse debet. *Plaut. Epid.* 3. 4. 10. Strenuiori deterior si prædicet suas pugnas. *Pl. l.* 18. *c.* 5. Fortissimi viri, & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur, minimeque male cogitantes. *Curt. l.* 9. *c.* 1. Transiliebantque in vehicula strenuo saltu. Rufus *Plaut. Rud.* 2. 2. 8. Adolescentem strenua facie, rubicundum, fortem, *concierta da gagliardo, e ardito*.

Strepĭto, as, n. 1. *strepitare*, παταγέω, strepitum facio, freq. a strepo. *Virg.* 1. *Georg. v.* 413. Inter se foliis strepitant. *Tibull. l.* 2. *el.* 2. *v.* 17. strepitantibus advolat alis. *Id. ibid. eleg.* 4. *v.* 73. strepitantia arma.

Strepĭtus, us, m. 4. *strepito mormorio*, המולה, המיה, קול, Germ. *geraufch*, Gall. *bruit*, Hisp. *eftruendo*, ψόφος, lenior sonitus, murmur, fusurrus. *Cic. 2. Ver. c.* 15. Tum vero non strepitu, sed maximo clamore suam Populus R. significavit voluntatem. *Cæs. l.* 4. *B. G. c.* 33. Atque ipso terrore equorum, & strepitu rotarum ordines plerumque perturbant. *Horat. l.* 4. *od.* 3. O tefudinis aureæ Dulcem quæum strepitum, Pieri, temperas. ¶ Acopitur etiam pro fastu, & pompa divitum, a comitantium strepitu dicta. *Quinct. l.* 13. *Declam.* Hic cum me evocasset subito trepidum, totoque fortunæ suæ strepitu circumstetisset. ¶ Antiqui hoc nomen etiam per secundam inflectebant. *Ennius* apud *Non. c.* 8. *n.* 52. Quid in castris strepiti est? ¶ *In strepitu exaudire aliquid*, est quod *Plaut. Capt.* 5. 4. 27. dixit *quasi per nebulam*. *h. e.* confuse, indistincte. *Cic. l.* 13. *ep.* 46. (*al.* 48.) Heri nescio quid in strepitu videor audisse, cum diceres te in Tusculanum venturum.

Strepo, is, pui, pitum, n. 3. *fare strepito*, *o rumore*, המה, רעם, Ger. *rauschen*, Gal. *faire bruit*, Hisp. *hazer estruendo*, ψοφέω, pedibus, aut alio quocunque modo strepitum facio, susurro, murmuro. Est a sono, ut *ftrideo*, & similia. *Cic. 1. de Div. c.* 16. Inter se strepere, aperteque artem obtererc. *Virg. 6. Æn.* Strepit omnis murmure campus. *Liv. l.* 22. *c.* 14. Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sapius nos, quam Deorum invocantium opem. *Plin. l.* 12. *c.* 10. Cum advelperascit, in alveo strepunt. ¶ Strepere aliquid, est submurmurare. *Liv. l.* 2. *c.* 55. Hæc cum sub ipso vallo, portisque strepierent.

Strepsĭcĕros, itis, m. στρεψίκερως, ראם, animal quoddam transmarinum, cornua habens erecta, & in leve fastigium exacuta, rugarumque ambitu contorta, quemadmodum *Plin. l.* 11. *c.* 37. *parum a principio*. describit. *Capitolin. in Pio*, *cap.* 10. Edidit munera, in quibus elephantos, & strepiceros, & crocodilos etiam exhibuit.

Streptos, i, στρεπτός, uvæ genus, ita dicta, quod cum sole circumagitur, a στρέφω, verto. *Plin. l.* 14. *c.* 3.

Stria, æ, f. ξόανον, צינור, eminentia illa, quæ in columnis est inter canaliculos, sive sulcos. Striæ hoc a strigibus differunt, quod striæ sunt partes eminulæ, & extuberantes, striges vero sunt partes depressiores, interque strias subsidentes. *Vitr. l.* 3. *c. ult.* Columnarum striges faciendæ sunt vigintiquatuor, ita excavatæ, ut norma in cavo strigis cum fuerit conjecta, circumacta ita anconibus striarum dextra, ac sinistra angulos tangat, &c. ¶ Dicitur etiam de herbis, pro parte eminula, & proruberante. *Plin. l.* 22. *c.* 22. Quorundam ex his facile noscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro.

Striatĭlis, æ, f. *scanalatura*, ipsa forma striata. *Vitruv. l.* 4. *c.* 3. Perfectionem striaturæ habere. *Sidon. l.* 4. *ep.* 8. Senis cavari striaturis.

Striātus, a, um, *scanalato*, quod striis distinctum est. *Plin. lib.* 21. *cap.* 5. Candor ejus eximius, foliis foris striatis, & angustis, in latitudinem paulatim se fe laxantibus, effigie calathi. *Id. lib.* 37. *cap.* 10. Eureos nucleo olivæ similis est, striata concharum modo, non adeo candida. ¶ Striata frons est rugosa, caperátta, qualis est senum. *Apul. lib.* 10. *M. A.* Senili tristitia striatam gerens frontem.

Stribligo, inis, f. *folecismo*, עקול, σολοικισμός, barbaræ orationis vitium, alias solœcismus, a σραβλός, *curvus*, *pravus*. *Gel. l.* 5. *c.* 20. Solœcismus a Sinnis Capitone, ejusdemque ætatis aliis imparilitas appellatus, vetustioribus Latinis stribligo dicebatur, a versura scilicet, & pravitate tortuosæ orationis, quasi strebobiligo quædam. *Arnob. l.* 1. *pag.* 36. Stribligines & vos istas libris illis in maximis, atque admirabilibus non habetis?

* Striblita, V. Scriblita.

Stricte, adv. *strettamente*, *rigorosamente*, בפרך, בצרה, Germ. *engftliglich*, Gall. *étroitement*, Hisp. *apertadamente*, στενῶς, arcte. *Cic. de Amic. cap.* 16. Nec observare stricte, ne plus reddat, quam acceperit. *Pallad. l.* 2. *cap.* 6. Post bonam vindemiam strictius, post exiguam latius puta. *Gel. lib.* 16. *cap.* 3. Fasciis ventrem strictissime circumligare. *Paul. Digeft. lib.* 8. *tit.* 2. *leg.* 19. Si quis strictius interpretetur.

Strictim, adv. *strettamente*, κλῶβδην, stricte. *Plaut. Capt.* 2. 2. 28. Utrum strictim ne attonsurum dicam esse, an per pectinem, nescio, *fin fulla pelle*. ¶ Sæpe accipitur pro compresse, breviter, singula stringendo, quæ sparsa, ac diffusa sunt, breviter, & quasi summarim colligendo. *Cic. pro Cluent. c.* 10. Cum ea, quæ copiosissime dici possunt, breviter a me, strictimque dicuntur.

Strictipellæ, *vel* Strictivellæ dicuntur per convicium meretrices, quæ pellem stringunt, & rugas vultus complanant, ut amatoribus fucum faciant. *Plaut. in frag.* apud *Gell. l.* 3. *c.* 3. ubi alii leg. *ftrativola*, quod & ipsum convicium est in meretrices, & *Var. l.* 6. *de L. L.* ubi alii reponunt *ftrictabilla*, vel *ftritabilla*, qua voce notari putant eas, quæ prave incedunt, neque planum pedem in vestigio ponunt, sed extremo tantum radunt, & solum veluti stringunt. *Striare* enim *Varr. loc. cit.* exponit, agre confistere.

Strictivus, a, um, σφικτικός, quod stringitur, ut Strictivæ olivæ, quæ manu colliguntur, ad differentiam caducarum. *Cato c.* 146. Oleæ caducæ modii quinquaginta, strictivæ modii decem.

Strictor, oris, m. qui oleas manu stringit. *Cato de R. R. c.* 144.

Strictūra, æ, f. זקות, στιγθρές, scintilla erumpens e massa ferri candentis, cùm stringitur, & malleo tunditur; ita cum *Nonio c.* 1. *n.* 77. & *c.* 13. *n.* 23. exponunt quidam Lexicographi. *Virg.* 8. *Æn. v.* 421. Stridunque cavernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat. *Servius* tamen aptius interpretatur ipsas ferri massas, quæ candendo stringuntur, & malleo denfantur. Nam & *Varro*, quem *idem Servius* citat, eodem pacto usus est hac voce, cum scripsit, in Ilva Italiæ insula nasci quidem ferrum, sed in stricturas non posse cogi. *Plinius* quoque *l.* 34. *c.* 14. eo nomine massas ferræ significat, quæ excoctæ in ferrum transeunt. Sic *Prudent. l.* 2. *adv. Symmach.* Decoquat in massam fervens strictura secures. Denique *Lucilius*, quem *Nonius cit. c.* 1. pro se affert, contra ipsum facit. Ait enim: Crebræ ut scintillæ in stricturis &c. ¶ Est etiam strictura idem quod striatura, canaliculus, incisura. *Patron. in Satyr.* Supercilia usque ad malarum stricturam currentia. Alii leg. *scripturam*, & intelligunt lanuginem, quæ malas quodammodo inscribit. Alii *juncturam*.

Strictus, a, um, *stretto*, נאנח, נאנח, אץ, רכוס, צר, σφιγμένος. *Cic. 2. Phil. c.* 9. Cum tu illum in foro, spectante Populo R. stricto gladio insecutus es? *Cæs.*

Cæs. l. 3. *B. C. c.* 58. Folia ex arboribus stricta. *h. e.* manu collecta. Sic *Horat. l.* 1. *ep.* 14. Strictis frondibus explere bovem dis junctum. *Ovid. de remed. Amor. v.* 233. est ea pro parco, avaro. *Firmic. l.* 5. *c.* 2. Faciet strictos, avaros, fordidos, & qui eur pro parco, avaro. *Firmic. l.* 5. *c.* 2. Faciet strictos, avaros, fordidos, & qui in omni vita gratiam lætitiæ vitent. ¶ Item pro eo, qui brevi, & conciſa oratione utitur. *Aulð. Dial. de Orat. c.* 25. strictior Calvus, numerosior Asinius. ¶ Item pro severo. *Stat. l.* 3. *filv.* 5. *v.* 87. Nulla fore rabies, aut strictæ jurgia legis. ¶ Aliquando est leviter vulneratus. *Stat.* 8. *Theb. vers.* 534. fetigeram Lucana cuspide frontem Strictus aper.

Striculus, i, m. pro hystriculus, h. e. pilis vestitus, hirsutus. *Arnob. lib.* 5. In speciem duri atque striculi pusionis.

Stridens, entis, o. 3. τρίζων, partic. a strideo. *Virg. 1. Georg. v.* 516. Montesque altos Contenta cervice trahunt stridentia plaustra. *Id. 6. Æn. v.* 287. Ac bellua Lernæ Horrendum flammisque armata Chimæra.

Stridĕo, es, dui, n. *ftridere*, *fare ftridore*, *o ftrepito*, חרק, Ger. *geigen*, *kirren*, *pfeifen*, Gal. *eriffer*, *bruire*, Hisp. *rechinar*, τρίζω, γιγγίω, ftridorem, aut strepitum edo, a τρίζω, quod idem notat, & a sono factum est. *Virg. 1. Æn.* Fopitum edo, a τρίζω, quod idem notat, & a sono factum est. *Virg. 1. Æn.* Fopitum cardo stridebat ahenis. *Idem 4. Georg. v.* 262. Ut mare sollicitum stridet refluentibus undis. V. *Stridens*.

Strido, is, di, sine sup. idem ac strideo. *Plin. epist. 26. lib.* 9. At cum stridunt fubines, curvatur arbor, gubernacula gemunt. *Virg. 4. Georg. v.* 556. Liquefacta boum per vifcera toto Stridere apes utero, & ruptis effervere coftis. *Hor. l.* 2. *fat.* 8. *v.* 78. ftridere secreta diversos aure fusurros.

Stridon, onis, f. *Sdrigna*, *Sdrin*, urbs alias Pannoniæ sup. nunc Striciæ, *in conf.* Illyrici, ad Muram fl. ¶ Patria fuit D. Hieronymi, qui proinde *Stridonensis* Illyrici, ad Muram fl. ¶ Patria fuit D. Hieronymi, qui proinde *Stridonensis* appellatur.

Stridor, oris, m. *ftridore*, *ftrepito*, חרוק, המיה, Germ. *das kirren*, *pfeiffen*, *und geigen*, Gal. *eriffement*, *bruit*, Hisp. *ruydo*, σφιγμός, βρυγμός, strepitus, ingrageigen, Gal. *eriffement*, *bruit*, Hisp. *ruydo*, σφιγμός, βρυγμός, strepitus, ingratus sonus qualis in funibus agitaris a ventis, in forium cardinibus, & anguibus sibilis, & in currum rotis male junctis intelligitur. *Virg. 1. Æn. v.* 87. Insequitur clamorque virum, stridorque rudentum. *Cic. 5. Tusc. cap.* 40. At vocem citharœdi non audiunt; ne stridorem quidem ferræ tum, cum acuitur.

Stridŭlus, a, um, ψιθυρός, λιγυρός, quod stridet. *Ovid. l.* 3. *Trift. el.* 12. *v.* 29. Nec, ut ante, per ostrum stridula sauromates plaustra bubulcus agit. *Id.* 10. *Met. v.* 6. Fax lacrymoso stridula lumine. *h. e.* crepitans, & scintillans.

Striga, æ, f. *ftrix*, מעגה, נץ, תלם, שוט, מענית, κορτολόγημα, ἐνώκη, sulcus, qui uno ductu peragebatur in longitudinem, ut scamnum in latitudinem. A rutilis cum striga, tum scamni vocem acceperunt agrimensores. Igitur striga erat mensura, qua agri ita disponebantur, ut in longitudinem longiores essent; sive, quod idem est, ut a Septentrione in Meridiem in longitudinem respicerent: scamnum erat mensura, qua agri ita disponebantur, ut longiores essent in latitudinem, h. e. ut respicerent in longitudinem ab Occidente in Orientem. Nam agrimensores in Italia longitudinem accipiebant a Septentrione in Meridiem, latitudinem vero ab Occidente in Orientem. *Hygin. in Gromaticis*: Omnem mensuræ hujus quadraturam dimidio longiorem, sive latiorem facere debebimus, & quod in latitudinem longius fuerit, scamnum appellare, quod in longitudinem, strigam. ¶ Interdum striga est vocabulum castrense, ac significat spatium turmarum, in quo equi stringuntur, & interquiescunt ad urinam mittendam, & ut a continuo itinere respirent. *Caper, de verbis dubiis*: Striga in turma, ubi equi destringuntur. *Charisi. lib.* 1. Striga castrense est vocabulum, intervallum turmarum significans, in quo equi stringantur. ¶ Est & alia strigæ acceptio, nempe pro ordine rerum inter se continuate conlocatarum. *Fest.* Strigæ appellantur ordines rerum inter se continuate conlocatarum, a stringendo dictæ. *Col. lib.* 2. *c.* 19. Utrunque siccatum coarctabimus in strigem, atque ita manipulos vinciemus. Altera lectio habet *ftriam*. Atque hinc est, quod ζ ut auctor est *Hyginus libello de castrorum metatione*) striga dicatur ordo, & series equorum in castris tendentium. Neque enim hæc diversa est significatio ab ea, quam ponit *Festus*, sed tantummodo generalis vocabuli ad rem specialem accommodatio.

Strigātus, a, um, quod strigæ formam habet, ut Ager strigatus. *Aggenus Urbicus*, *l.* 1. *Commens. in Julium Frontinum*: Strigatus ager est, qui a Septentrione in longitudinem in Meridianum decurrit. Scamnatus autem, qui eo modo ab Occidente in Orientem crescit. Et latitudinem hanc secundum idioma artis voluit Frontinus in Orientem intelligi.

Striges. V. *Strix*.

Strigĭl, lis, n. idem ac strigilis. *Non. c.* 3. *n.* 195. ex *Varrone*.

Strigilĕcula, læ, f. diminut. parva strigilis. Ita eam describit *Apul. l. Florid. (al.* 2.) Præclacabat, fabricatum fibimet honestam strigileculam, recta fastigiatione clausulæ, flexa tubulatione ligulæ, ut ex ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea rivulo læteret.

Strigĭlis, is, *ftregghia*, מהדרה, Ger. *ein ſtrigel*, Gal. *une étrille*, Hisp. *almohaça*, στλεγγίς, ξύστρα, instrumentum dentatum, ex ferro, auro, argento, vel alia materia, quo hominum sordes abradendo expoliuntur. Nam strigilibus utebantur veteres in balneis ad radendas sordes corporis, fudoremque tergendum, præcipue in frictionibus ante cibum. Est a *ftringo*, abjecto *n*, quomodo ab eodem *ftriga* dicitur. Figuram strigilis depictam, vide, fis, apud Hieron. Mercurialem *l.* 1. Artis Gymnasticæ *c.* 8. *Cic. 4. Fin. c.* 12. Ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla, aut strigilis accedat. *Juven. Sat.* 3. *v.* 263. Sonat unctis Strigilibus. *Perf. Sat.* 5. *v.* 126. I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer. ¶ Interdum acipitur pro instrumento ad radendum lignum apto. *Pallad. lib.* 5. *tit.* 4. Arbor ferrea strigili subrasa. ¶ Item pro specillo, sive clystere oriculario, idest quo medicamentum auribus instillatur. *Scribonius Largus compoſit.* 19. Prodesit herbæ urceolaris, ut cucurbitæ ramentorum succus repens per strigilem in foramen auris dolentis infusus. *Plin. l.* 29. *c.* ult. Cum opus sit, strigili repefacta infundere. ¶ Item pro parva massa auri. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Hispania strigiles vocat auri parvulas massas, quod super omnia folum in massa, aut ramento capitur, eum cætera metallis reperta igni perficiantur. ¶ Denique strigilis accipitur pro strige, ideſt parte cava in columnis, &c. *Vitruv. l.* 4. *c.* 4. ut Budæus, & alii legunt ab aliis *ſtriges* reponitur.

Strigillum, i, f. idem quod strigilis, ut aliqui scribunt, n. 2. specillum, quo in aures medicamentum infunditur. *Celſ. l.* 6. *c.* 7. Commodissimeque per strigillum instillatur. Alii leg. *ſtrigilem*.

Strigles, gilum, f. idem quod strigis, h. e. cavitates in columnis. *Vitruv. l.* 4. *c.* 4. Striarum, & strigilium circuitus. Alii leg. *ſtrigium*.

Strigmentum, ti, n. ξύσμα, ῥύπος, γλοιός, ῥάκος, fordes, quæ destringuntur, & absterguntur de corporibus, a *ſtringendo*. *Celſ. l.* 2. *c.* 6. Alvus quoque varia perfrifera eſt, quæ ſtrigmentum, ſanguinem, bilem viridem, aliquid modo diversis temporibus, modo simul, & in mixtura quadam, discrera tamen repræsentat. *Plin. l.* 9. *c.* 15. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viviſcunt. *Id. l.* 32. *c.* 4. Notum eſt, Magistratus honoris ejus octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe. ¶ Ponitur etiam pro quocunque ramento. *Plin. l.* 20. *c.* 3. *de cucurbita ſylveſtri*. Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo, & aceto febrium ardores refrigerat. *Val. Max. l.* 9. *c.* 14. *num.* 3. Ut candentium juglandium ſtrigmentis barbam ſibi, & capillum adurerent. Alii leg. *pus aminibus*.

Strigo, as, n. 1. עמר, idem quod stringo, & dicitur de equis, & jumentis, cum interquiescunt, & destringuntur ad urinam mittendam, aut vires recuperandas. Apud *Phædr. l.* 3. *fab.* 7. ita loquitur mula ad muſcam ſe increpantem: Auſer frivolam inſolentiam; nam ubi ſtrigandum, & ubi currendum eſt, ſcio. *Plin. lib.* 28. *c.* 19. In arando verſum peragi, nec ſtrigare in actu ſpiritus. *h. e.* non interquieſcere, uſque dum totus verſus agri conficiatur. Ita ex Codicib. & Miſſ. legit *Harduin*. Quidam alii *nec ſtriare in actu ſapius*. ¶ Translate *Senec. ep.* 31. Rurſus ad honeſta nitentes, quanto magis incubuerint, minuſque ſibi vinci, ac ſtrigare permiſerint, admirabor, & clamabo: tanto melior ſurge, & reſpira &c.

Strigo, onis, *vel* Strigor, oris, *ſtragone*, נכשף, homo maleficus. *Plaut. Bacc.* 2. 3. 46. Longum eſt ſtrigonem maleficum exornarier. Ita legit *Muretus l.* 22. *var. lect. c.* 19. Alii aliter. *Feſt.* Strigones, vel ſtrigores dici ait homines denſarum virium.

Strigōſus, a, um, *macilente*, דוה, Ger. *ſehr mager und durr*, *ausſgemarglet*, Gal. *fort maigre*, *languereux*, Hisp. *conſumido*, ῥεμφός, macilentus, & dicitur proprie de jumentis, quorum corpora fames, aut nimius labor ſtringit, & enecta reddit. *Col. l.* 7. *c.* 6. Ut largi ſit uberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis. *Liv. l.* 27. *c.* 47. Equi ſtrigoſiores. *Gel. lib.* 4. *cap.* 20. Equum ſtrigoſum, & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum, & habitiſſimum videtur. ¶ Translate ponitur pro jejuno, nimis parco in dicendo, ut Strigoſus Orator. *Cic. in Brut. c.* 16. Verum eſt certe genere toto ſtrigoſior. *h. e.* gracilior, tenuior.

Stringo, is, xi, ctum, a. 3. *ſtringere*, אפף, רפס, אסר, שבץ, אזר, Ger. *ſtrengen*, *zuſtricken*, Gall. *etraindre*, *fort ſerrer*, Hisp. *apretar*, σφίγγω, σύφω, ἀρκτο, comprimo, a voce Græca allata, quæ idem ſignificat. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 66. Ita hodie te ſtringam ad carnarium. *Gell. l.* 17. *c.* 8. Mare gelu ſtringi, *agghiacciarſi*. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Cic.* 3. *Off.* Nullum vinculum ad ſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt. ¶ Metaleptice ſumitur pro educere, nudare. *Liv. l.* 7. *c.* 5. Procul inde omnibus abire juſſis, cultrum ſtringit. *Idem ibid.* Prius in me ſtrinxeritis ferrum. ¶ Item pro decerpere, colligere. *Virg. 2. Georg.* Sed tamen & quernas glandes nunc ſtringere tempus, Et lauri baccas. *Id. Ecl.* 9. *v.* 60. hic ubi denſas Agricolæ ſtringunt frondes. *h. e. am putant*, decutiunt. ¶ Item pro movere, tangere. *Virg.* 10. *Æn.* Atque animum patriæ ſtrinxit pietatis imago. ¶ Item pro leviter vulnerare. *Virg.* 8. *Æn.* Hunc primum levis haſta Themillæ ſtrinxerat. *Id.* 10. *Æn. v.* 478. haſta ſtrinxit aliquid magno de corpore Turni. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 7. Unda ſtringitur tepido Noto. *h. e.* Noto leviter flante verberatur, & criſpatur. ¶ Item pro cædere, dolare. *Sil. l.* 6. Jam nautica pubes Aut ſylvis ſtringunt remos. ¶ Item pro radere. *Virg Æn. l.* 8. *v.* 62. Pleno quem flumine cernis Stringentem ripas. *Ovid. 1. Metam. v.* 536. Vefrigia leporis canis ſtringit. *Id.* 3. *Amor. el.* 2. Stringere metas tota. ¶ Item pro maledicere, obtrectare. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 7. Quam tua delicto ſtringantur pectora noſtro. *ideſt* maledictis lædaris noſtra culpa. ¶ Stringere rem parentis ingluvie, *divorare*, *conſumere il patrimonio*. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1. *v.* 8.

Stringor, oris, m. actus ſtringendi. *Lucret. l.* 3. *v.* 694. Morbus ut indicat, & gelidai ſtringor aquai. *h. e.* frigus aquæ, quo dentes peſtringuntur, de dentibus enim ibi eſt ſermo.

Stringotomium, ii, n. culter anatomicus. *Veget

Strophōsus, a, um, & Strophiōsus, a, um, adject. qui strophi morbo laborat. *Veget. l. 1. c. 27.* Animalia strophiosa, quibus venter frequenter dolet.

Strophus, i, m. *volvolo*, intestinorum dolor, cum circa umbilicum intestina torquentur, στροφός. *Apul. de herb. c. 26.* Champæpytis strophi dolorem tollit.

Stroppus. V. in *Strophium*.

Struatim, adv. cum apparatu, ornate. *Tertul. de cultu fœm. c. 11.* Quæ vobis causa est structim prodeundi.

Structilis, & le, o. κτιστὸς, γεννᾶν, quod structum est, ut Structiles canales, structiles columnæ, quæ non sunt ex uno lapide, sed ex meritis, quibus opponuntur solidæ, quæ ex uno, solidoque constant lapide. *Ulp. l. fecisti, §. 1. ff. si servitus vindicetur.* Superque eum parietem columnas structiles imponere. *Vitruv. l. 8. c. 7.* Canales structiles. ¶ Lapis structilis, lapis minutior, qui aliis imponitur ad domos struendas. *Ulp. l. est sorte, §. modus, ff. si servitus vindicetur:* Sorte ut reficiat lapide quadrato, vel lapide structili. ¶ Cæmentum structile, lapis cæsus ad fundamentum jaciendum, cui ædificium superstruatur. *Martial. l. 9. ep. 77.* Non silice duro, structilive cæmento. ¶ Sepes structiles, manufactæ, quibus opponuntur vivæ. *Col. l. 11. c. 3.* Vetustissimi auctores vivam sepem structili prætulerunt.

Structio, onis, f. actus struendi, structura. *Pallad. l. 12. tit. ult.* Perroselinum sternes inter sparia structionis. *Inscript.* apud *Reinef. class. 7. n. 16.* Scalaris structio.

Structor, oris, m. 3. κτισσόπους, τέκτων, βαναυσος, qui aliquid struit. Specialim ponitur pro ædificatore, & fabro cæmentario, *muratore*. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 5.* A puero ut discessi, in aream tuam veni: res agebatur multis structoribus. ¶ Item pro eo, qui annonam parat. *Cic. Act. l. 14. ep. 7.* Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti, cum inanes redissent, &c. ¶ Item pro eo, cujus cura est mensas exstruere, & decoro mannum gestu cibos discerpere, ac præministrare, *scalco*. *Serv. in 1. Æn. v. 707.* Struere est ordinare, componere: unde & structores dicuntur ferculorum compositores. *Marsial. l. 10. ep. 48.* Et quæ non egeant ferro structoris Ofellæ. *Juvenal. Sat. 5. v. 120.* Structorem saltantem spectes, & chironomona volanti cultello.

Structorius, a, um, adject. qui struitur, ut opera structoria alicui locare. *Tertul. in Apolog. c. 14.*

Structūra, æ, f. *structura, fabrica*, בנין, בנית, κατασκευὴ, ratio struendi, ædificatio. *Liv. l. 21. c. 11. de muris Saguntī:* Cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. *Vitruv. l. 2. c. 8.* Structurarum genera hæc sunt: reticulatum (*opus*) quo nunc omnes utuntur, & antiquum, quod incertum dicitur. ¶ Translate *Cic. de opt. gen. orat. c. 2.* Structura verborum. *Ovid. 4. ex Ponto, ep. 13. v. 4.* Structura carminis. ¶ Ponitur item pro ipsa mole structa. *Vitruv. l. 5. c. 12. de portubus faciendis.* Erit ex una parte statio, ex altera parte structuris, sive aggeribus expediantur progressus. Eæ autem structuræ, quæ in aqua sunt futuræ, videntur sic esse faciendæ, &c.

Structus, a, um, κτισσόπους, *dispositus, fabricatus*. *Cic. de Sen. c. 15.* Fundit frugem spicæ ordine structam. *Id. in Or. c. 70.* Si aut compositi Oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum. *Virg. 3. Æn. v. 84.* Templa Dei saxo venerabar structa vetusto. *Lucr. l. 4. v. 361.* Saxorum structa pro *structa saxa*, ut dicimus Ardua montium, Strata viarum, &c.

Strues, is, f. *carafta, massa, congerie*, תל, מערכה, ערר, Germ. *holtzbeige, scheiterbeig*, Gall. *tas, monceau*, His. *au hazina, monton*, ὄγκος, σωρὸς, ϑημὼν, congeries, seu acervus rerum, a *struo*. *Cic. Act. l. 5. ep. 13.* Strues falinarum appellatur. *Liv. l. 21. c. 27.* Struem ingentem lignorum faciant. *Plin. l. 14. c. 4.* Cucurrit que non nemo ad spectandas uvarum in iis vineis ftrues. ¶ Speciatim sumitur pro genere libi, quod in sacris antiqui prolibabant. *Fest.* Strues genera liborum sunt, dictorum conjunctorum non dissimilia, qui superjecta panicula in transversum continentur. *Ovid. lib. 1. Fast. v. 276.* Hæc adolet flammis cum strue farra suis.

Struferrārii, m. 2. qui ad arbores fulguritas sacrificabant. *Fest.* Struferrarios appellabant antiqui, ut ait Verrius, homines conductos mercede, qui ad arbores fulguritas, aut piacularium commissorum causa sacrificia quædam strue, & ferro, solemnibus verbis faciunt, Precor te, Jupiter, uti mihi volens propitius ſies. Quod & nullo etiam fiebat adhibito struferrario. *Hæc Festus.*

Struix, icis, f. κατασκευὴ, exstructio cujusvis rei, a *struo*. *Fest.* Struices antiqui dicebant exstructiones omnium rerum. *Plaut. Men. 1. 1. v. 26.* Cerçales cœnas dat: ita mensas exstruit, Tantas struices concinnat patinarias. Apud *Nævium* etiam, *Servio* teste, est *struix molarum*. Imo apud *Solinum* quoque *c. 8. & 41.* ubi in vulgaribus est *struem*, & *strigibus*, e veteri codice *struicem*, & *strigibus* repositi *Andreas Schotus*, *l. 3. Observ. Humam. c. 24.*

Struma, æ, f. *scrofula*, Ger. *kropff*, Gall. *écrouvelles, goître*, His. *pserca', lampa-ron*, χοιράς, tumor cervicem præcipue infestans, cum scilicet circa gutturglandulæ quædam pure, & sanguine plenæ oriuntur, quamvis & in aliis interdum corporis partibus gignantur, ut in alis, inguinibus, lateribus. Vide *Celf. l. 5. c. 28.* Dicitur etiam *scrophula*, a scrophis, seu scrofis, quæ id morbi genus patiuntur, quemadmodum & Græcis eadem de causa χοιράς vocatur. *Celf. l. 1. c. 9.* Frigida aqua strumas excitat. *Cic. pro Sext. c. 65.* Ii medentur Reipublicæ, qui excæant pestem aliquam tamquam strumam civitatis. ¶ *Strumam dibapho tegere*, proverb. h. e. alicujus turpia facta dignitate aliqua, seu honesto munere tegere & obliterare. *Cic. Act. l. 2. ep. 9.* Denique etiam Vatinii strumam faceredotii *διβάφῳ* vestiant.

Strumātĭcus, a, um, idem ac strumosus. *Firmic. l. 8. c. 19.* Vicesima tertia pars Arietis ſi in horoscopo fuerit inventa, strumaticum faciet.

Strumĕa, *vel* Strumia, æ, f. genus herbæ, quarta rapunculi species, *ita dicta a strumis*. *Plin. l. 25. c. 4ult.* Nostri herbarii strumeam vocant, quoniam mederur strumis, & panis, parte in fumo suspensa. Hæc herba est, qua mendicantes bene valentes sibi crura, & lacertos dilaniant, quo possint impudentius stipemextorquere, vel hac impostura pecuniolam aucupari. Hinc nonnullis herbariis ulcerania vulgo dicitur, aliis scelerata. *Ruellius*.

Strumella, æ, f. parva strumа. *Marcel. Empir. c. 25.*

Strumentum, i, n. idem quod instrumentum a *struo*. *Tertul. l. 1. ad uxor. c. 7.* Continentia ad strumentum æternitatis demonstrata.

Strumōsus, a, um, χοιρολάδης, qui strumas patitur. *Juvenc. Sat. 10. v. 309.* Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel strumosum, &c.

Strumus, i, herba eadem quæ strychnos, & cucubalum, soporifera. *Apul. de herb. c. 74. & Plin. l. 27. c. 8.*

Struo, is, xi, ctum, a. 3. *ordinare, metiere in ordine*, בנה, צרר, חכין, Germ. *bauen, rurufften*, Gall. *mettre en ordre, compoſer, machiner*, κατασκευάζω, συντίθημι, ordino, ordinare apto, compono. *Serv. in 1. Æn. v. 707.* Struere est ordinare, componere: unde & structores dicuntur ferculorum compositores. *Cic. 3. de Orat. c. 43.* Collocationis est componere, & struere verba, &c. *Ovid. 1. Metam. v. 153.* Altaque congestos struxisse ad sidera montes. ¶ Speciatim sumitur pro ædificare, efficere. *Hor. l. 2. od. 18.* Et sepulcri immemor, struis domos. *Hirt. l. 8. B. G. 41.* E regione ejus vineas agere adversus monrem, & aggères struere cœpit. ¶ Item pro moliri, machinari, parare. *Ter. Heaut. 3. 2. 3.* Num me fefellit, hoc id struere? *Cic. pro Cluent. c. 64.* Ut velle, atque optare aliquid calamitatis filio potius, quam id struere, & moliri videretur. *Liv. l. 23.* Struere inviciem insidias. Sic dicimus struere alicui crimina, mortem, &c. *Tac. 11. Annal. 12. & l. 4. c. 10.* ¶ Item pro excitare, movere. *Cic. ad Or. c. 51.* Atque iisdem his ex locis & odium in alios struere discemus, & a nobis, ac nostris dimovere. ¶ Item pro instruere. *Tac. l. 4. Ann. cap. 67.* Struebantur, qui monerent perfugere, &c. ¶ Struere rem, est augere, *far roba*. *Pers. Sat. 2. v. 44.* Rem struere ejoptas ejo bove, Mercuriumque arcessis fibra.

Struppearia, V. Stroppus.

Struppus, i, m. Strophium, corona, seu vitta, apud *Fest.* cujus verba V. in *Strophium*. *Paulus* apud *eund. Fest.* scribit Strappos fuisse fasciculos de verbenis factos, qui Deorum capitibus in pulvinaribus imponebantur.

Struthĕa mala, quæ & *struthiomela* unica voce dicuntur, στρουθόμηλα, mala Cydonia, seu coronea minora, teste *Plin. l. 15. c. 11.* Fortasse nomen sit ex passerina parvitate. Nam στρουθὸς, *passer*. *Plaut. Perf. 1. 3. 7.* Commisce mulsum, struthea, colutheaque appara. *Col. lib. 5. c. 10.* Cydonia, quorum genera tria sunt, struthia, chrysomeliana, mustea.

Struthum, i, n. pars virilis, a στρουθὸς, *passer*, quæ avis est salacissima. *Festus:* Strutheum in mimis præcipue vocant obscœnam partem virilem, a salacitate videlicet passeris, quæ Græce στρουθὸς dicitur.

Struthus. V. in dictione sequenti.

Struthiocamelinus, a, um, adjectiv. *di struzzo*, ut struthiocamelinum sevum, apud *Plin. l. 29. c. 5.*

Struthiocamēlus, i, m. *struzzo*, στρουθιοκάμηλος, passer marinus, hoc est trans mare advectus, maxima omnium avium. Antiquiores Græci στρουθὸν μεγάλην, aut στρουθὸν λιβυκὴν appellarunt. Dictus videtur a στρουθὸς, non qua passerem significat, sed qua generatim pro omni ave accipitur, & a κάμηλος, *camelus*, quia colli, ac crurum longitudine camelo similis est. Hanc avem ita describit *Plin. l. 10. c. 1.* Sequitur natura avium, quam grandissimi, & pene bestiarum generis struthiocameli Africi, vel Æthiopici, altitudinem equitis insidentis equo excedunt, celeritatem vincunt: ad hoc demum datis pennis, ut currentem adjuvent, cætero non sunt volucres, nec a terra rollunter. Ungulæ iis cervinis similes, quibus dimicant, bifulcæ, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu devorara mira natura, sed non minus stolliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla fustice occultaverint, latere se se existimantium. Præmia ex iis ova, propter amplitudinem pro quibusdam habita vasis, consque bellicos, & galeas adornantes pennæ. Hæc *Plin.* Adde *Tertullian. de Virg. veland. cap. ult.* ¶ Vocatur etiam Struthio, onis, abjecta compositionis parte. *Vopiscus in Firmo ad fin.* Sedentem ingentibus struthionibus vectum esse. *Lamprid. in Heliogab.* Sexcentorum struthionum capita una cœna exhibuit.

Struthium, ii, n. στρούθιον, herba, quæ & radicula, & lanaria appellatur, quia succum haber purgandis, & albicandis lanis aptum. *Plin. l. 19. c. 3.*

Struthopŏdes, qui pedes similes struthii habent. *Plin. lib. 7. c. 2.* Indiæ fœminis plantas adeo parvas, ut Struthopodes appellentur.

Strychnus, i, στρύχνος, herba eadem quæ strumus. *Plin. l. 18. c. 8.*

Strygis, is, f. στρυγὶς, genus frumenti vilioris, ingratique in cibis saporis, apud *Hippocratem*. Hinc *Plaut. Pseud. 3. 2. 31.* Non condimentis conditum, sed strygibus. Alii leg. *strigibus*.

Strymon, onis, m. Conozus, *Stromona*, al. *Readine*, al. *Radini*, al. *Marmara*, al. *Ischar*, fl. Macedoniæ, qui ex Orbelo M. al. ex Scomio M. manat, & per Græcos, & Læos in mare Ægæum fluit, & sinum Strymonicum denominat, qui nunc il *Golfo di Contessa*. *Virg. 4. Georg. v. 508.* deserti ad Strymonis undam. ¶ Item urbs Thraciæ.

Strymŏnis, idis, f. Strymonia. *Propert. l. 4. eleg. 4. v. 70.* Strymonis abscissos fertur aperta sinus. *h. e.* Amazon.

Strymonius, a, um, adject. ad Strymonem pertinens, ut Strymoniæ grues, *Virg. 1. Georg. v 120.* Strymoniæ Matres, *Ovid. in Ibin., v. 603.*

Studĕo, dui, sine sup. *studiare, procurare, attendere*, נוע, חפץ, שם לב, אוה, למד, חנה, Ger. *studiren*, Gal. *étudier*, His. *efludier*, σπουδάζω, studium adhibeo, alicui rei operam do. Usurpatur vel absolute. *Quintil. l. 12. c. ult.* Nunc computamus annos, non quibus studuimus, sed quibus viximus. ¶ Vel cum dativo. *Cic. 1. de Orat. c. 3.* Ut nemo fere studuisse ei scientiæ vehementius videatur. *Id. 4. Fin.* Quia studebat laudi, & dignitati, multum in virtute profecerat. ¶ Vel cum accus. & præp. *in Quintil. l. 10. c. 2.* Poetæ, & Pictores in id solum student, ut describere tabulas mensuris, ac lineis sciant. ¶ Vel cum abl. & præp. *in Gel. l. 11. c. 2. ex Catone*; Siquis in ea re studebat. ¶ Vel cum folo accusativo, præsertim communi. *Cic. 5. de Fin. cap. 2.* Ut id ipsum quod studet, facere possit ornatius. *Ter. And. 1. 1. 31.* Horum ille nihil egregie præter cætera studebat. ¶ Interdum notat conari, eniti, & construitur cum infinitivo, vel cum membro orationis. *Cic. de Orat.* Qui studeat omnium rerum vim, naturam, causasque nosse. *Idem de Amic.* Fiatque studebam ejus prudentia doctior. ¶ Interdum causas agere. *Martial. l. 10. epig. 19.* Dum centum studet auribus virorum. *h. e.* dum causas agit apud Centum viros judices. ¶ Accipitur etiam pro favere, alicujus partes sequi. *Salluſt. in Catil. in or. Cæſari*; Neque studere, neque odisse, sed minime irasci decet. *Cic. pro Cal. c. 4.* Studuit Catilinæ, cum jam aliquot annos esset in foro, Cœlius. ¶ Item pro curam habere, cum genit. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 29. ex Poeta:* Pareptem habere avarum, illepidum in liberos. difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. ¶ Item pro cupere, seu velle. *Nepos in Pelop. c. 2.* Cum tempore ipso, quo studuerat, perveniſſent. *Cic. Phil. 6.* Unum omnes sentitis, unum omnes studetis. *Plaut. Mil. sc. ult.* Minus has res studeant, &c. In his & similibus loquendi modis quidam volunt ellipsim esse, & subaudiendum aliquod infinitum, ut *habere, consequi*, &c. Aliquando etiam infinitus exprimitur. *Cic. in Parrit.* Studeo, mi pater, Latine ex te audire ea, quæ &c. *Ter. Eun. 5. 5.* Dum studes dare verba nobis. ¶ Usurpatur etiam passive impersonaliter. *Plin. l. 35. c. 12.* Hic & similitudinem reddere instituit; ante eum quam pulcherrimas facere studebatur.

Studiōse, adv. *studiosamente, diligentemente*, Ger. *fleiſſiglich, emſiglich*, Gal. *ſoigneuſement*, His. *eſtudioſamenſe*, σπουδῆ, cum studio, diligenter. *Cic. 2. de Orat. c. 62.* Qui cum studiose pila luderet. *Id. in Brut.* Hunc studiose duo adolescentes ingeniosissimi audire soliti sunt. *Plin. l. 4. epist. 26.* Libellos studiosissime comparare. *Nep. in Agesil. c. 3.* Armari studiosius.

Studiōsus, a, um, *studioſo, diligente, ſolleito*, שוקד, Ger. *fleiſſig*, Gall. *diligent, ſoigneux*, His. *eſtudioſo*, σπουδαῖος, diligens, assiduus, perseverans, qui alicui rei dedirus, atque addictus est. Usurpatur vel absolute. *Cic. de opt. gen. Or. c. 5.* Putavi mihi suscipiendum laborem utilem studiosis. *Id. 4. Acad. c. 31.* Homo valde studiosus, ac diligens. ¶ Vel cum genitivo. *Cic. l. 4. Fam. ep. 3.* Te ab initio memoria teneo fumme omnium doctrinarum studiosum fuisse. *Id. 1. de Orat.* Studiosi dicendi adolescentes. *Idem 4. Fin.* Studiosissimus Philosophiæ. ¶ Item cum ablat. cum præposit. *in. Id. Fam. 5. ep. 9.* Studiosiorem in aliquo colendo esse. ¶ Reperitur & cum dativo. *Plaut. 3. 1. 207.* Qui nisi adulterio, studiosus nulli aliæ rei est. ¶ Item pro amatore, fautore, benevolo. *Cic. in Brut. c. 16.* Habet certos sui studiosos, qui, &c. *Id. 6. Fam. ep. 8.* Viri sunt optimi, & rei similium studiosi.

Studium, ii, n. *ſtudio, diligenza*, חשק, חפץ, לחב, חנינן, צפצף, מרדש, חשוקה, Ger. *fleiß, ernſt*, Gal. *etude, ſoin*, His. *eſtudio, ωgeδη*. *Cic. 1. de Inv. c. 25.* Studium est animi assidua, & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, ut Philosophiæ, Poetices, Geometriæ, literarum. ¶ Plus est, quam diligentia. Nam studium cum animo jungitur, diligentia interdum operæ tantum est. *Cæſ. l. 4. B. G. c. 24.* Non omnes eadem alacritate, ac studio, quo in pedestribus uti præliis consueverunt. *Cic. 2. de Div.* Quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius in dies incitatur. *Id. de clar. Orat.* Studium in aliqua re collocare. ¶ Sæpe ponitur pro simplici exercitatione. *Terent. Andr. 1. 1. 29.* Ut animum ad aliquod studium adjungant. *Virg. 1. Æn.* Studiisque asperrima belli. *Col. in præf. lib. 1.* Studium agere. ¶ Sumitur etiam pro voluntate, sententia, ardore animi, &c. *Cic. ad Brut. 14.* Omni studio a te, mi Brute, contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas. *Id. de Amic.* Voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. *Virg. 2. Æn. v. 39.* Scinditur inhertum trudia in contraria vulgus. ¶ Item pro cupiditate, desiderio. *Cic. de Sen. c. ult.* Equidem efferor studio patres vestros, quos colui, & dilexi, videndi. *Id. 1. Acad.* Cum Zenone Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia, aut studio vincendi. ¶ Item pro amore, favore, officio. *Cic. pro Planc.* Comitiis, præsertim Ædilitiis, studium esse populi, non judicium. ¶ Pro opera. *Marcian. l. 5. pragnans, ff. de fideicom. libert.* Si prægnans ancilla moram non studio manumissoris, sed fortuitu pariatur, ne manumittatur, &c. ¶ Pro studio litterarum, & scientiarum. *Quintil. in procem. lib. 1.* Studia alicujus ab infantia formare. *Sueton. de illuſtr. Grammat. c. 9.* Studia leviter attingere. *Hor. l. 2. ep. 2.* Annos dare studiis. *Vellej. lib. 2. c. 59.* Apollonium eum in studia miserat. ¶ Item pro loco, in quem studendi causa convenitur. *Capitol. in M. Anton. Philoſ. c. 26.* Apud Ægyptios civem se egit, & philosophum in omnibus studiis, templis, locis. *Salmaſ.* legit *ſtadiis*. *In Cod. Theodoſ. lib. 14. tit. 8. leg. 3.* Privatarum ædium studia sibi interdicta esse cognoscant. V. Antiquitates *Benev. p. 212. 213. 219.* ¶ *Studia* in sexto casu significat de industria, data opera, a *posta*. *Cic. pro Sex. Rosc. c. 32.* Ut omnes intelligant, me non studio accusare, sed officio defendere.

Stultē, adv. *ſtoltamente, pazzamente*, Ger. *narriſch*, Gal. *ſottement*, His. *locamente, ανοήτως*, inspienter, imprudenter. *Cic. 2. de Leg. c. 7.* Quid est enim verius, quam neminem esse oportere tam stulte arrogantem? &c. *Id. de nat. Deor. cap. 28.* Hæc & dicuntur, & creduntur stultissime. *Sen. l. 5. Controv. 34.* Gargius multo stultius, quam Promethei Parrhasius supplicium pinxisset.

Stultesco, is, n. *divenire ſtolto. Plaut. Moſt. 4. 2. 49.* Fuere, præter speciem stultescis. Alii rectius leg. *ſtultus es*.

Stultiloquentĭa, æ, f. idem ac stultiloquium. *Plaut. Trin. 1. 2. in fin.* Occlusioremque habeant stultiloquentiam.

Stultiloquium, ii, n. μωρολογία, imprudens sermo. *Plaut. Mil. 2. 3. 25.* Ni reprimas tuum stultiloquium.

Stultilŏquus, a, um, adject. qui stulte loquitur. *Plaut. Perf. 4. 3. 45.* Tace stultiloque; nescis quid inster boni.

Stultĭtia, æ, f. *pazzia*, אולת, סכלות, Germ. *narrheit, thorheit*, Gal. *follie, ſottiſe*, His. *locura*, μωρία, ἄφροια, amentia, dementia, imprudentia. *Cic. 2. de Div. 43.* Non omnis error stultitia dicenda est. *Id. 3. Tuſc. c. 30.* Est proprium stultitiæ a-liorum vitia cernere, oblivisci suorum. *Plin. l. 11. c. 52.* Auricularium magnitudo loquacitatis, & stultitiæ nota est. ¶ Interdum gravia quædam crimina stultitiæ nomine appellantur, elevandi, & extenuandi causa. *Plaut. Aulul. 4. 10. 22.* Tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam. *h. e.* ob stuprum filiæ tuæ illatum. Adde *Moſtel. 5. 2. 34.* & *Terent. Heaut. 5. 2. 8.*

Stultivĭdus, a, um, adject. qui stulte, & prave videt. *Plaut. Mil. 2. 3. 64.* Vin' jam faciam, ut stultividum te fateare?

Stultŭlus, a, um, adject. dimin. a stultus. *Apul. l. 9. Metam.* Tu stultule asine, intra terminos psittini contentus.

Stultus, a, um, *ſtolto, pazzo*, כסיל, נבל, אויל, Ger. *narr, narriſch*, Gal. *fou, ſot*, His. *bovo, loco*, μωρὸς, ἀνόητος, amens, imprudens, improvidus, incautus. *Cic. Phil. 12.* Ita quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscere. *Id. pro Mil.* Homines stultissimi. *Id. 1. 9. Fam. ep. 22.* Stultorum plena sunt omnia. *Id. pro Mil.* Homines stultissimi. *Id. 1. 9. Fam. ep. 22.* Stultorum plena sunt omnia. *Id. pro Mil.* Homines stultissimi. *Id. Verr. 7. c. 39.* Stultum consilium. *Id. 3. de Orat.* Stulta loquacitas. *Plaut. Curcul. 4. 3. 19.* Stulto stultior. *Ovid. 2. de Pont. eleg. 3.* stultam artem vocat libros suos. *Ovid. 2. de Pont. eleg. 3.* stultam artem vocat libros suos *ep. 3. 19.* Stulto stultior

alicujus rei. Usurpatur vel absolute. *Cic. Att. l. 8.* Quo in suadendo plus auctoritatis haberem. ¶ Vel cum acc. personæ, per Zeugma, si sit conjunctum alteri verbo petenti accusativum. *Cic. l. 13. Fam. ep. 4.* Hæc, quæ *supra scripta sunt*, eo spectant, ut te horter, & suadeam: reliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum. ¶ Vel cum acc. rei, ut Suadere legem, *quod est* populum ad accipiendam legem adhortari. *Cic. de Sen. c. 5.* Cum legem Voconiam magna voce, & bonis lateribus suasissem. ¶ Vel cum dat. personæ. *Cic. l. 2. Fam.* Nemo est, qui tibi sapientius suadere possit te ipso. ¶ Vel cum acc. rei, & dat. personæ. *Cic. 2. Phil.* Quibus aliquid contra Cæsarem Pompejo suaserim. *Id. Att. l. 8.* Memini, quid mihi cum suaseris per Theophanem Culeonem. ¶ Vel cum ablat. & præposit. *de Quintil. l. 3. c. 10.* Suasuris de pace hæc duo præcipue nota esse voluit. ¶ Vel cum conjunctivo, & partic. *ut. Cic. de Prov. Cons.* Nam postea me, ut sibi essem legatus, non solum suasit, verum etiam rogavit. ¶ Vel cum infinitivo. *Curt. l. 7. c. ult.* Cophas admissus suadere cœpit Arimazo, Perram tradere. ¶ Transfertur & ad res inanimatas, quæ tum suadere dicuntur, cum rei alicujus faciendæ nobis præbent occasionem. *Virg. 2. Æn.* Suadentque cadentia sidera somnos. *Ovid. l. 1. Am. eleg. 6.* Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent. ¶ Suadere silentia digito, est digito silentium indicere. *Ov. d. 9. Met.* ¶ Usurpatur & passive. *Plaut. Trinum. 3. 2. 44.* Minus placet, magis quod suadetur, quod dissuadetur, placet. ¶ Differunt *suadeo*, & *persuadeo* in eo, quod *suadere* significat hortari, *persuadere* autem est vincere dicendo animum auditoris, & id obtinere, quod contenditur. *Cic. 2. Phil. c. 11.* An C. Trebonio persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem. Hoc tamen discrimen perpetuum non est: nam *persuadeo* usurpatum invenitur pro simplici *suadeo*. V. *Persuadeo*.

Suadiludius. V. *Suaviludius*.

Suadus, a, um, adject. *persuasivo*, suadendi vim habens. *Apul. 11. Metam.* Suada majestas. *Symmach. l. 3. ep. 6.* Delenifica, & suada facundia.

Suarius, ii, m. *porcajo*, συβώτης, custos suum, qui sues pascit. *Plin. l. 8. c. 51.* Compertum, agnitam vocem suarii furto abactis (*suibus*) mersoque navigio inclinatione lateris unius remeasse. ¶ Item qui carnem suillam vendit. *Inscript.* apud *Grater. pag. 362a. n. 1.* Corpus suariorum, & confectuariorum.

Suarius, a, um, quod ad sues pertinet. *Plin. l. 7. c. 12.* Is erat suarii negotatoris vile mancipium. *Ulpian. l. 1. §. cura carnis, ff. de off. Præfect. Urb.* Ideo & forum suarium sub ipsius cura est.

Suasio, onis, f. *persuasione, esortazione*, שית לבב, Ger. *rahtgebung, ermahnung*, Gal. *suasion, exhortement*, Hisp. *persuasion, parayneses, parakletyca*, actus suadendi, adhortatio. *Cic. in Brut.* In suasione legis Serviliæ summis ornat Senatum laudibus. *Id. ibid.* Talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyticum. *Id. 2. de Orat. c. 81.* Cur fecerimus ea præcepta, quæ de suasionibus tradenda sunt, aut laudationibus.

Suasor, oris, m. *esortatore*, מפתה, מסית, Ger. *rahtgeber, ermahner*, Gall. *admonetteur, exhortateur*, Hisp. *induzidor, amygnuy*, qui suadet. *Cic. 3. Off. c. 30.* Hujus deditionis ipse posthumius, qui debebatur, suasor, & auctor fuit.

Suasorius, a, um, *esortatorio, parayneutyco, symbeboleutykos*, quod pertinet ad suadendum, ut *Suasorium munus*, ideft officium suadendi. *Suasorius genus causæ*, ideft genus deliberativum, quo fudemus, vel diffuademus. *Quintil. l. 3 in proœm.* Suasoriis accedere tertiam partem ex conjectura, poffet ne fieri, an effet futurum, quod deliberaretur. Adde *l. 3. c. 10.* ¶ Suasoriæ orationes, quibus aliquid suademus, quales funt declamationes *M. Annæi Senecæ*.

Suasum, i, *vel* Suasus color, genus colóris pulli. *Fest.* Suasum, color appellatur, qui fit ex ftillicidio fumofo in veftimento albo. *Plautus Truc. 2. 2. 16.* Quia tibi suaso infecisti propudiosam pallulam. Quidam autem legunt *insuso*. Nec defunt, qui dicant, omnem colorem, qui fiat inficiendo, fuafum vocari, quod quafi perfuadeatur in alium ex alio tranfire. *Idem:* Infuafum appellabant colorem fimilem luteo, qui fiebat ex fumofo ftillicidio. Hæc *Fest.* Suafum, an infuafum colorem dicere oporteat, dubitari poteft. Et jam olim fuiffe dubitatum, patet ex verbis *Festi*. Præterea in *Gloss. vett.* legas, *Infuafum, ολος βαφειο κεχρωσμενον*, Ubi *Joseph Scaliger* legit, *ολος δοκησει κεκρωσμενον*. Nempe quia eft color iíte, quem videmus in trabibus diutino fumo infectis.

Suasus, a, um, partic. *persuaso, esortato. In argumento Aulul. Plauti v. 6.* Megadoras a forore fuafus ducere uxorem.

Suasus, us, m. idem ac fuafio. *Sulpic. Apollinar. in argum. Andr. Terent.* Davi fuafu non repugnat Pamphil. *Ulpian. l. item ſi obſtetrix, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Siquis per vim, vel per fuafum medicamentum alicui infundit.

Suatim, adv. *da porco, vikwς*, ad fimilitudinem fuis. *Nigid.* apud *Non. c. 1. n. 190.* Sunt etiam adjumulanter dicta hæc, canatim, fuatim, bovatim, quæ ab animalibus fumuntur.

Suave. V. *Suavis*.

Suavèolens, tis, *di odor ſuave*, ut fuaveolens amaracus, apud *Catul. carm. 62. v. 7.* ¶ Legitur & *fuave olens* diviſum.

Suaveolentia, æ, f. *odor ſuave*, ריח נחוח, *ωδμὴ α. Sidon. l. 8. ep. 14.* Ad fuaveolentiam pudicitiæ impellere. Adde *Auguſtin. l. 8. Confeſſion. c. 6.*

Suaviatio, onis, f. φίλησις, actus fuaviandi, ofculatio. *Gal. l. 18. c. 2.* Suaviationes puerorum, & puellarum. *Plaut. Bacch. 1. 2. 8.* Suavis fuaviatio.

Suavidicus, a, um, adject. fuavis, vel fuavia dicens, ut fuavidici verfus, apud *Lucr. l. 4. v. 181.*

Suavidus, a, um, adject. fuavis. *Theod. Priſcian. de diæta, c. 20.* Suavida fit potio ad bibendum.

Suavillum, vel Savillum, i, n. genus placentæ ex farina, cafeo, ovo, & melle, apud *Cat. de R. R. c. 84.*

Suaviloquens, entis, o. 3. ηδυεπὴς, ηδυλόγος, qui fuaviter loquitur. *Cic. in Brut. c. 15. ex Ennio.* Additur Orator Cornelii fuaviloquenti ore Cethegus. *Lucr. l. 1. v. 944.* Suaviloquens carmen.

Suaviloquentia, æ, f. ηδυεπία, דברמתוקים, loquendi fuavitas, facultas fuaviter loquendi. *Cic. in Brut. c. 15.* Et Oratorem appellat, & fuaviloquentiam tribuit.

Suaviloquus, a, um, idem ac fuaviloquens. *Lucr. l. 2. v. 528.* Nunc fuaviloquis age paucis Verſibus oſtendam, &c.

Suaviludius, ii, m. qui ludis alios oblectat. *Tertul. de Spect. c. 20. & de cor. mil. c. 6.* Al. leg. *fuadiludius*, & exponunt de eo, qui ludum fuadet.

Suavlo, as, a. 1. idem ac fuavior. *Pompon.* apud *Non. c. 7. n. 49.* Ego illam non amplectar, non fuavlem?

Suaviolum, i, n. φιλημάτιον, diminn. a fuavium. *Catul. ad Juventium, carm. 98.* Suaviolum dulci dulcius ambrofia.

Suavior, aris, *fou* Savior, aris, d. 1. *baciare*, נשק, Ger. *kuſſen*, Gal. *baiſer*, Hiſp. *beſar*, φιλέω, fuavium do, cum voluptate, aut præ gaudio ofculor. *Cic. Att. l. 16. ep. 3.* Articam noftram cupio fuaviari: ita mihi dulcis falus vifa eft per te miſſa ab illa. *Gel. l. 3. c. 15.* Quum ibi eum tres adolefcentes amplexi, coronis fuis in caput patris poſitis, fuaviarentur. Alii leg. *faviarentur*. *Catul. ad Veranium carm. 9. v. 9* Lucidum os, oculoſque fuaviabor.

Suavis, & ve, o. 3. *ſoave, dolce*, ערב, מתוק, Ger. *ſanfft, lieblich, ſuſſ*, Gal. *doux, agréable*, Hiſp. *ſuave, ηδὺς*, dulcis, jucundus. *Cic. pro Com. Balbo*, Comes, benigni, faciles, fuaves homines eſſe dicuntur. *Id. l. 13. Fam. ep. 27.* Quam fuavis eſſet inter nos, & quanta *conjunctio*. *Id. l. 8. Fam.* Suaviſſimum mihi eft tuæ memoriæ dare operam. *Hor. l. 1. ſat. 10.* At fermo lingua concinnus utraque Suavior. ¶ *Suave* neutrum eleganter adverbii modo ponitur pro fuaviter. *Virg. Ecl. 3.* Suave rubens hyacinthus.

Suavitas, atis, f. *ſuavità, dolcezza*, מתקים, *ηδὺτης, γλυκυτης*, dulcedo, jucunditas. *Cic. 2. Phil. c. 45.* Ut quidam morbo aliquo, & ſenſus ſtupore ſuavitatem cibi non ſentiunt. *Idem Ap. l. 13. Fam. ep. 1.* Cariſſimum re mihi eſſe cum propter multas ſuavitates ingenii, officii, humanitatis tuæ, &c.

Suaviter, adv. *ſoavemente*, ηδέως, jucunde. *Cic. 4. Acad. c. 4.* Quam fuaviter voluptas ſenſibus noſtris blandiatur. *Id. l. 15. Fam. ep. 21.* Nunc ad epiſtolam venio, cui copioſe, & fuaviter ſcriptæ, nihil eſt, quod multa reſpondeam. *Id. 5. Fam. ep. 12.* Gratia illa, de qua fuaviſſime quodam in procœmio ſcripſiſti. *Horat. l. 2. ſat. 8.* Et leporum avulſos, ut multo fuavius, armos, Quam ſi cum lumbis quis edat.

Suavitudo, inis, fœm. idem ac fuavitas. *Plaut. Stich. 5. 5. 14.* Age muſa mea, fuavitudo, ſalta. *Auth. ad Her. l. 3. c. 12.* Quoniam igitur res eædem vocis firmitudini, & pronuntiationis fuavitudini proſunt.

Submínistro, as, a. 1. *somministrare, porgere, dare*, נתן, שמת, Germ. *zustellen*, Gal. *fournir*, Hisp. *bastecer, prover*, ὑπουργέω, subservio, porrigo, suppedito. *Cæs. l. 1. B. G. c. 40.* Hæc sibi esse curæ, frumentum Sequanos, Leucos, Lingones submINistrare. *Cic. l. 1. de Invent. c. 5.* Qui huic arti plurima adjumenta, atque ornamenta submINistravit. *Id. pro Cæl. c. 9.* Palam in eum tela jaciuntur, clam submINistrantur.

Submísse, *vel* Summísse, adv. *umilmente*, ταπεινῶς, ὑφειμένως, humiliter, demisse. *Cic. pro Planc. c. 5.* Qui mihi non nimis submisse supplicarat. *Id. 1. Offic. cap. 26.* Submissius fe gerere. *Id. 2. de Orat. c. 53.* Submisse dicere, *parlar basso.*

Submíssum, adv. *con bassa voce. Suet. in Aug. c. 74.* Nam & ad communionem sermonis tacentes, etiam submissim fabulantes provocabat.

Submíssus, onis, f. *sommissione, abbassamento*, הַשְׁפָּלוֹת, השפלה, ταπείνωσις, κάλαξαμος, actus submittendi, depressio. *Cic. 1. Off. c. 41.* Ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex submissione, ex cæteris similibus facile judicabimus, quid eorum apte fiat. *Id. in Orat. c. 25.* Submissio orationis. *Id. in Top. c. 18.* Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem: est enim æqualis

Submíssus, us, m. immissio, inductio. *Tertul. l. 5. contra Marcion. c. 16.* Ex submissu erroris ulciscitur.

Submíssus, a, um, *sommesso, abbassato*, שָׁפֵל, πεκκαθαιμένος, nom. ex part. a submitto. *Liv. l. 1. c. 4.* Eam submissus infantibus adeo mitem præbuisse mammas. *Id. l. 44. c. 9. de tedudine militari:* Stantibus primis, secundis submissioribus, postremis etiam genu nixis. ¶ Translate ponitur pro humili, non elato, non alto. *Cic. pro Planc.* Submissa voce agam, tantum ut judices audiant. *Cæs. l. 3. bell. Civ.* Submissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. ¶ Transfertur etiam ad animum, pro vili, & abjecto. *Cic. 1. Off. c. 34.* Privatum oportet æquo, & pari cum civibus jure vivere, neque submissum, & abjectum, neque se efferentem. *Id. 4. Tusc.* Nequid humile, submissum, molle, effœminatum fractum, abjectumque faciamus. ¶ Item pro placato. *Stat. 1. Theb. v. 663.* ar dentem tenuit reverentia cædis Latoidem, tristemque viro submissus honorem Largitur vitæ.

Submitto, is, isi, issum, a. 3. *sottomettere*, הכניע, חשפיל, נתן תחת, Ger. *nieder lassen, unterlegen*, Gal. *soumettre*, Hisp. *femeter*, ὑποτίθημι, subdo, subjicio *Horat. 2. ep. 1.* Et mihi res, non me rebus submittere conor. ¶ Submittere fasce populo, vel januæ domus alicujus dicebantur Magistratus, cum transeuntes ante populum, vel ad populum concionem habentes, vel alicujus ædes ingredientes, inclinari eos, & deprimi jubebant. *Liv. l. 2. de P. Valerio Poplicola.* Vocant ad concionem populo; submissis faceibus in concionem ascendit. *Plin. l. 7. c. 30* Fasces lictorios januæ fumifit; is, cui se Oriens, Occidensque submiserat ¶ Hinc fasces submittere per Metaphoram est cedere. *Cic. in Brut.* Et cum ti bi æras nostra jam cederet, fasces que submitteret. ¶ Submittere fœtum matribus est supponere, seu alendum præbere. *Col. l. 7. c. 4.* Singuli agni binis matribus submittendi. ¶ Tauros submittere, est subjicere jugo ad arandum, domare, subjugare. *Virg. 1. Ecl.* Pascite, ut ante, boves, pueri, submittite tauros. Quidam interpretantur, *educare, atque alite propaganda fabolis gratia.* ¶ Accipitur etiam pro demittere. deorsum mittere, *lasciar cadere, lasciar andare lasciar crescere*, ut Submittere capillum, vel barbam, Submittere progeniem vel pampinum viris: idest non resecare, sed finere, ut crescat, & uvas progenerer. *Col. l. 3. c. 10.* Ideo in resecem submitti, ut progenerare possit. *Id. l. 11 c. 2.* Submittere prata in fœnum. *Plin. l. 7. epist. 27.* Reis moris est submittere capillum. ¶ Submittere genua, est flectere, & incurvare. *Plin. l. 8. c. de elephantis:* Nam, quod ad docilitatem attinet, Regem adorant, genu submittunt, coronas porrigunt. *Id. l. 11. c. 48.* Hac de causa inter initia pasci nisi submissis genibus, non possunt. ¶ Submittere se, per Translationem, e se se humiliare. *Cic. de Am.* Quamdiem ut ii, qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia, sic quodammodo inferiores extollere. *Id. pro Planc.* Appellavi Populum, Tribubus submisi me, & supplicavi. ¶ Submittere animum, est animum despondere, demittere. *Brutus ad Antonium l. 11. Fam epist. 3.* Neque enim decet, aut convenit nobis periculo ulli submittere animum nostrum. *Liv. l. 21. c. 25.* Ne, qui Cannensi ruinæ non succubuissent, ad minores calamitates animos etiam submitterent. ¶ Vocem submittere, est demittere remittere. *Cic. 1. Ver.* Sæpe illum, qui est secundarum, aut tertiarum partium cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat. ¶ Usurpatur pro minuere, ex tenuare. *Plin. l. 29. c. 1.* Æmuli pretia submittunt. ¶ Item pro clanculum, furtim mittere, seu allegare. *Cic. 5. Verr. c. 28.* Submittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, qui saperent, ut transigerent. *Cæs. l. 4. bell. Gall.* E quos laborantes conspexerat, iis subsidia submittebat. *Suet. in Cæs.* Submissi nonnunquam lictoribus, atque militibus. ¶ Item pro subornare. *Suet. in Ner. c. 28.* Submissis Consularibus viris, qui regio genere ortum pejerarent. ¶ Item pro subrogare, vel successorem mittere alicui. *Cic. de Prov. Conf.* Huic vos non submitteris? hunc diutius manere patiemini? ¶ Item pro substituere. *Ulp. vetus fuit quæstio, in fin. ff. de usufructu:* Debebir ex natis gregem supplere idest in locum capitum defunctorum, vel inutilium alia submittere. ¶ Item pro admissarios facere, alere procreandæ causa sobolis. *Virg. 3. Georg. v. 160.* E quos aut pecori malint submittere habendo. *Id. ibid. v. 73.* Tu modo, quos in spem statuis submittere gentis.

Submixtus. V. Succinctus.

Submœnianus, &c. V. Summœnianus.

Submœstus, a, um, adject. *alquanto mesto*, subtristis. *Ammian. l. 30. c. 1.* Demisse ambulans, femperque submœstus.

Submoleste, adv. ὑπολυπηρῶς, aliquantum moleste. *Cic. Att. l. 5. epist. 21.* Te non esse Romæ meo tempore perneccssario, submoleste fero.

Submolestus, a, um, ὑπολυπηρός, nonnihil molestus. *Cic. ad Att. l. 16. epist. 4.* Illud est mihi submolestum, quod parum properare Brutus videtur.

Submonĕo, es, a. 3. ὑπομιμνήσκω, latenter, leviter, paucis monco. *Ter. Eun. 5. 3. 22.* Submonuit me Parmeno, quod ego arripui. *Plin. l. 1. ep. 2.* Quoties paulum itinere decedere non intempestivis amœnitatibus submonebamur.

Submorósus, a, um, ὑποβλάσκολος, nonnihil morosus. *Cicer. lib. 2. de Orat. cap. 69.* Me quidem hercule valde illa movent stomachosa, & quasi submorosa ridicula.

Submŏtor, oris, m. qui submovet. *Liv. l. 45. c. 29.* Submotor aditus, præco, accensus, insueta omnia oculis, auribusque.

Submótus, a, um, *rimosso. Cic. pro Flacc. c. 7.* Quæ scisceret Plebs, aut quæ Populus juberet submota concione, distributis partibus. &c. *Plin. l. 2. ep. 11.* Submotus a proconsulata.

Submótus, *vel* Summotus, us, m. actus submovendi. *Plin. l. 8. c. 46. de Api:* Cum se proripuit in cœtus, incedit submotu lictorum. Sunt, qui aliter leg.

Submovĕo, es, vi, tum, a. 2. *rimuovere*, הסיר, Ger. *hinweg ruchen, hinweg thun*, Gall. *ôter, detourner*, Hisp. *arredrar*, ἀποκινῶ, clam moveo, arceo, depello, removeo, amoveo. *Liv. l. 3. c. 48.* I, inquit, lictor, submove turbam, & da viam domino ad prehendendum mancipium. *Senec. de Provid.* Felix Sylla, quod ei descendenti in foro gladio submoveatur. *Vellej. l. 2. c. 68.* Submovere a republica. Rufus *Liv. l. 40.* Submovere aliquos in extremam aciem. ¶ Translate sumitur pro cohibere, abstcrrere. *Cic. pro R. Am. c. 25.* Ut quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ii, magnitudine pœnæ maleficio submoverentur. ¶ Item pro separare. *Plin. l. 3. c. 10. de Alpibus:* Germaniam ab Italia submovent. ¶ *Submosses* pro submoviſſes, est *Horatii l. 1. Sat. 9.*

Submurmuro, as, submisse murmuro. *Augustin. l. 6. Confeff. c. 9.* & *alibi*,

Submusso, *vel* Summusso, as, n. 1. submisse musso, *Accius* & *Enn.* apud *Festum*

Submussus, *vel* Summussus, i, m. idem ac murmurator. *Nævius* apud *Festum.*

Submŭto, *vel* Summuto, as, a. 1. *mutare*, aliquid pro alio muto, ὑποκλέπτω. *Cicer. in Orat. c. 27.* Hanc Hypallagen Rhetores, quia quasi submurantur verba pro verbis, Metonymiam Grammatici vocant. Respicit *Cic.* ad verbum Græcum ὑποκλέπτω.

Subnascor, eris, d. 3. ὑποφύομαι, ultra, & post jam nata nascor, succresco. *Plin. l. 11. c. 23.* Atque ita subnasci sui generis palmas. *Id. l. 12. c. 3.* Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis vero subnascentibus. ¶ Hinc participp subnatus. *Ovid. in Halieut. v. 90.* Num vada subnatis imo viridentur ab herbis.

Subnăto, as, n. 1. *nuotar sotto. Silius l. 14. v. 483.* pars subnatat unda Membrorum, pars extat aquis.

Subnecto, is, xui, xum, a. 3. *attaccare*, חתך, Ger. *unten anbinden od. knupffen*, Gall. *lier, ou nouer par dessous*, Hisp. *travar por debaxo*, ὑπεκλύω, ὑποδέω, sub aliqua re necto, subligo, appendo. *Virg. 5. Æn.* Lato quam circum amplectitur auro Baltheus, & tereti subnectit fibula gemma. *Plin. l. 28. cap. 1.* Duabus literis Græcis P, & A, charam inscripsram, circumligaram lino, subnectebat collo. ¶ Translate sumitur pro subjungere, adscribere. *Plin. l. 29. c. 14.* His subnectemus ea, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum essent. Aliud exemplar haber, *subsexemus. Quintil. l. 3. c. 3.* Ita, ut inventioni judicium subnecteremus.

Subnĕgo, as, a. 1. ὑπαρνέομαι, fere, vel quodammodo nego. *Cic. l. 7. Fam. ep. 20.* Verantamen quod præsenti tibi prope subnegaram.

Subnervo, as, a. 1. *snervare*, nervo, cædo, debilito, νεῦρον ὑφαιρῶ. *Tertull. adversus Judæos, c. 10.* Subnervare taurum. *Apulej. in Apolog.* Subnervare calumnias.

Subnexus, a, um, partic. a subnector. *Stat. 5. Sylv. 3. v. 115.* Speciesque comam subnexus utraque.

Subnĭger, gra, grum, *negretto*, ὑπομέλας, nonnihil habens nigredinis. *Plaut. Mer. 3. 4. 55.* Buccullentum, brevicalum, subnigris oculis, oblongis malis. *Varro l. 2. de re ruſt. c. 6.* Subnigris labris pecudes.

Subnivălis. V. *Subdivialis*

Subnixus, a, um, participp. verb. Subnitor, cujus alia tempora non sunt in usu, *chi s' appoggia, ossotenta*, se fulciens, nixus alicui rei. *Manil. l. 1. v. 376.* Axe subnixus mundus. *Virg. 1. Æn. v. 510.* Solio subnixa sedebit. ¶ Accipitur interdum pro fidenti. *Liv. l. 4. c. 42.* Subnixus & fidens innocentiæ animus. *Gell. l. 17. c. 2.* Subnixo animo. *h. e.* erecto, fiducia pleno. ¶ Et in malam partem. *Cic. 1. de Orat. c. 58.* Hæc quam fit facilis, illi viderint, qui ejus artis arrogantia, quasi difficillima sit, ira subnixi ambulant. *Liv. l. 25. c. 41.* Qui Annibalem subnixum victoria Cannensi ab Nola repulisset.

Subnotatio, onis, f. *sottoscrizione. In Cod. Theodos. l. 8. tit. 5. leg. 22.*

Subnŏto, as, a. 1. *notare, osservare*, רשם, ὑπογράφω, idem ac noto, observo, animadverto. *Marcial. l. 1. ep. 28.* Et non sobria verba subnotasti. *Id. l. 6. ep. 82.* Cum vultu, digitoque subnotasset. ¶ Ponitur etiam pro subscribere, *sottoscrivere*, ὑπογράφω. *Plin. l. 1. ep. 10.* Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas.

Subnúba, æ, f. quæ uxoris loco in domo est, pellex. *Ovid. Heroid. epist. 6. v. 153.* Quod gemit Hypsipyle, fecti quoque subnuba nostri. Alii leg. *succuba.*

Subnubĭlus, a, um, *oscuretto*, ὑπανέφελος, aliquantum nubilus, subobscurus. *Cæs. lib. 3. bel. Civ. c. 54.* Et quinque intermissis diebus, alteram noctem subnubilam nactus, tertia inita vigilia, silentio exercitum eduxit. *Ovid. 2. de Rem. Am. vers. 599.* Limes erat tenuis longa subnubilus umbra.

Subo, as, n. 1. συβάω, Veneream libidinem habeo, libidine prurio. Dicitur proprie de suibus fœminis, ut *furio* de maribus. *Plin. l. 10. c. 63.* Verres subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capit. ¶ Translate dicitur etiam de aliis animalibus. *Apul. in Apol.* Memento de solis piscibus hæc volumina a me conscripta, qui eorum coitu progignantur, qui ex limo coalescant, quoties, & quid anni cujusque eorum generis fœminæ subent, mares suriant. *Lucret. l. 4. v. 1190.* Nec ratione alia volucres, armenta, feræque, Et pecudes, & equæ mazibus subdere possent, Si non ipsa quod illorum subat, ardet abunde Natura &c. ¶ Item de hominibus. *Hor. Epod. 12.* Jamque subando Tenta cubilia, tectaque rumpit.

Subobscœnus, a, um, ὑπισχνρός, non omnino vacans obscœnitate. *Cic. in Orat. c. 26.* Ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit, nec subobscœno, ne mimicum.

Subobscûre, adv. *alquanto oscuramente. Gel. l. 3. c. 14.* Subtiliter quidem, sed subobscure explicat.

Subobscûrus, a, um, ὑποσκοτινός, aliquantum obscurus, intellectu difficilis. *Cic. de Cl. Or. c. 7.* Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Subodiósus, a, um, ὑποβδύσσος, aliquantulum odiosus. *Cic Att. l. 1. ep. 5.* Cum eas audire (quod erat subodiosum) leve putassem.

Subodŏror, aris, depon. *subodorare, presentire, penetrare qualche cosa occulta.* Est *Ammian. l. 26. c. 1.*

Suboffendo, is, a. 3. ὑποβλάπτω, aliquantulum offendo. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. epist. 6.* Nam apud illam perditissimam, atque infimam fæcem populi Pompejus propter Milonem suboffendit.

Subolĕo, es, lui, litum, n. 2. ὑπόζω, leviter oleo, idest odorem reddo, & transitare præsentior, indicium do. *Plaut. Cas. 2. 3. 48.* Tu ecastor tibi homo malam chinor. *Ter. Pharm. 3. 1. 10.* Nunquid patri subolet?

Subolesco. V. *Sobolesco.*

Subolfacio, is, a. 3. idem quod olfacio. *Petron. in fragm. Tragur. c. 45. Burm.*

Subopto, onis, inter munera militaria recenseur, & significat eum, qui Tribuno, vel Centurioni, vel alteri cuicumque vicariam operam præstat. Legitur in Inscriptionibus apud *Gruter. pag. 529. n. 8.* & apud *Fabrett. p. 345. V. Optio.*

Suborior, iris, ve, eris, ortus sum, ὑποφύομαι, subnascor, exurgo. *Lucr. l. 1. v. 1035.* Ex infinito suboriri copia posset. *Plin. l. 2. c. 93.* Metallorum opulentia tam varia, tam fœcunda, tot fæculis suboriens.

Subornātor, oris, m. qui subornat, & instruit. *Ammian. l. 15. c. 8.* Subornatore, & conscio præfecto prætorii. *Lamprid. in Commod. c. 19.* Servorum subornatores.

Subornātus, a, um, *subornato. Liv. l. 38. c. 43.* Itaque ad invidiam ei faciendam legatos Ambracienses subornatos criminibus in Senatum introduxit, idest clam instructos criminandi materia. *Cic. in Vatin. c. 1.* Accusatores subornati, & instructi. ¶ Item ornatus, instructus, munitus. *Senec. epist. 24.* Vides hominem non eruditum, nec ullis præceptis contra mortem submunitum. *Id. 3. de Benef. c. 28.* In militum, & quidem non vulgarem cultum subornati. *h. e.* vestiti. *Cic. 1. de leg. c. 22.* Intelliget, quemadmodum a natura subornatus in vita venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam sapientiam.

Suborno, as, a. 1. ὑποστρώννυμι, פתח, חקק, aliquantulum orno, honoro, laudo. *Plancus Cic. l. 10. Fam. ep. 24.* Tu Cicero, quod adhuc feciti, idem præsta, ut vigilanter, nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes. ¶ Subornare item accipitur pro clam submittere, latenter seducere, *subornare. Cic. pro Dejot. c. 6.* Medicum indicem subornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. *Id. pro Rosc. Com. c. 17.* Falsum subornavit testem Roscius Cluvium. *Id. Phil. 13. c. 16.* Pecunia aliquem subornare.

Suborsus, us, idem quod ortus, exortus. *Lucret. l. 5. v. 303.* Sic igitur solem, lunam, stellasque putandum Ortu alio, atque alio lucem jactare suborsu. ¶ Est etiam idem quod occasus, nam quemadmodum ortus dicitur cum sidus aliquod supra terras apparet, ita suborsus cum sub terris oritur. *Manil. l. 3. v. 324.* Stant veri stellarum ortus, verique suborsus.

Subostendo, is, a. 3. idem fere quod ostendo. *Tertul. l. 4. adverf. Marcion. c. 38.*

* Subosténtus, a, um, ostensus, per typos demonstratus aut promissus. *Tert. de Bapt. c. penult.* Spes adventus Domini subostensa.

* Subpǽritulus, i, Suppæritulus, a, um, *guercierotto*, aliquantulum paetulus, ut Oculi subpærituli. *Varr.* apud *Non. c. 6. n. 43.*

Subpallĭdus, a, um, *pallidiccio, pallidetto*, ὑποχρὸς, ad pallorem accedens, vel aliquantulum pallidus. *Celf. l. 5. c. 28.* Alterum est minus super corpus eminens, durum, latum, subviride, subpallidum, magis exulceratum. Adde *l. 2. c. 4.*

Subpalpor. V. *Suppalpor.*

Subpătĕo, es, ui, n. 2. subtus pateo. *Apulej. l. 8. Metam.* Delapsus in proximam foveam, quæ fruticibus imis subpatet. *Id. l. 7.* Immitto me campis subpatentibus.

Subperturbo, as, a. a. aliquantum turbo. *Senec. in apocolocynth. sub fin.* Pusillum subperturbatur. Sunt qui leg. *superturbatur.*

Subpingo, is, a. 3. idem quod pingo. *Avien. in prognoſt. Arat. v. 132.* ignito, subpinxerit ora rubore.

Subpinguis, & gue, *grassetto*, ὑποπίων, nonnihil pinguis. *Celf. l. 6. c. 4.* Pejus est, quod denſam cutem, & subpinguem, & ex toto glabram fecit.

Subprædfectus, i, m. *sottoprefetto. Inscripcio* apud *Gruter. pag. 493. n. 6.* & *523. n. 4.*

* Subprætor, *vice-podestà*, agens vices prætoris, ita legunt apud *Grut. p. 128. n. 5.*

* Subprínceps, secundus a principe vel primo. Ita volunt legi apud *Grut. p. 417. n. 5.*

Subprocurátor, oris, m. qui sub procuratore rem administrat. *Inscripc. apud Gruter. pag. 591. n. 1.* Æliæ Agrippinæ Conjugi Karissimæ Hyparicus Augg. Lib. Subproc. XX. benemerenti fecit.

Subpúdet. V. *Suppudet.*

Subradio, as, a. 1. irradio, illustro. *Tert. de resurrect. carn. c. 29.*

Subrădo, is, subtus rado, vel modice redo. *Cato R. R. c. 50.* In vinea ficos subradito alte.

Subranceĭdus, a, um, ὑπόσηπρος, aliquantulum rancidus. *Cic. in Pis. c. 27.* Exstructa mensa, non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida.

Subrāfus, a, um, nom. ex particip. aliquantum, vel subtus rasus. *Pallad. l. 5. tit. 4.* Arbor ferrea stigili subrasa hilarior fiet.

Subraucus, a, um, ὑποβραχυκλής, aliquantulum raucus. *Cic. de Clar. Orat. c. 38.* Omnisque morus cum verbis, sententiisque consentiens, vox permanens, verum subraucæ naturæ.

Subrectĭo, onis, f. actus erigendi. *Arnob. l. 5. pag. 184.* Phallorum illa, fascinorumque subrectio, quos ritib

Subrogatus, *vel* **Surrogatus**, a, um, nom. particip. *substituto*, **suffectus**. *Valer. Max. l. 6. c. 3. n. 2.* Magistratibus *non* subrogatis.

Subrogo, *vel* **Surrogo**, as, a. 1. *substituire*, נוֹת תַּחַת, Ger. *an eines andern statt stellen*, Gall. *subroger*, *substituer*, *διανεμίζειν*, substituo, alterum in demortui locum sufficio. *Cic. ad Brut. epist. 5.* Statim enim collegam sui subrogasset *Liv. l. 2. c. 7.* Quia nec collegam subrogaverat in locum Bruti. ¶ Lex subrogari dicitur, cum ei aliquid adjicitur. *Ulpian. in fragment. tit. 1.*

Subrostráni, m. 2. qui plurimum obambulant sub Rostris, quod faciebant homines otiosi, omniumque rumorum aucupes. *Cæl. Cic. lib. 8. Fam. ep. 1.* Te ad 9. Cal. Jun. subrostrani (quod illorum capiti fit) dissipasse periisse. Alii leg. *Subvestrarii*.

Subrostátus, a, um, adject. Subrotatus aries dicitur a *Vitruv. l. 10. c. 19.* militaris machina, quæ rotis suppositis agitur.

Subrotúndus, a, um, adject. *ritondetto*, aliquantulum rotundus, ut subrotunda radicula, apud *Cels. l. 5. c. 28. n. 14.*

Subrubéo, es, n. 2. *ὑπερυθραίνομαι*, aliquantum rubeo, nonnihil rubeo. *Ovid. l. 2. de ar. am. v. 316.* Plenaque purpureo subrubet uva mero.

Subrúber, a, um, adject. *alquanto rosso*. *Cels. l. 5. c. 28.* Subrubra caro.

Subrubéus, pro subrubet ufurpatur a *Nonio* Grammatico *c. 19. n. 8.* Oftrina, inquit, ab oftri colore, qui eft subrubeus.

Subrubicúndus, a, um, *rifsetto*, *ὑπερυθρός*, rubicundulus, aliquantum rubicundus. *Plin. l. 25. c. 13.* Herba eft trixaginis fpecie, & mollitia, caulieulis subrubicundis. *Senec. 3. de Ira, c. 4.* Subrubicundus vultus.

Subrúfus, a, um, *ὑπόπυρρος*, aliquantulum rufus. *Plaut. Capt. 3. 4. 115.* Subrufus aliquantum, crifpus, cincinnatus. *Plin. l. 37. c. 10.* Indica gentium fuarum habet nomen, fubrufo colore, in attritu fudorem purpureum emanat.

Subrúmo, as, a. 1. fub mammam fubmitto, a *ruma*. *Festus*: Subrumari dicuntur hœdi, cum ad mammam admoventur, quia ea rumen vocabatur, vel quia rumine trahunt lac fugentes. *Col. lib. 7. c. 4.* Ut & fuis quotidie matribus, & alienis non amantibus agni fubrumentur.

Subrumpo, is, upi, uptum, a. 3. *rompere*, idem ac rumpo. *Arnob. lib. 2. pag. 82.* Aliorum fubrumpant, & labefaciant fcita.

Subrúmus, a, um, *ὑπομάζιος*, quod adhuc fub mamma eft, a *ruma*, qua mammam norat. *Varro lib 2. de R. R. c. 1.* Si parum habet lactis mater fubjiciat fub alterius mammam, qui appellantur fubrumi, ideft fub mamma. Antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut opinor. *Fest.* Mamma aurem rumis dicitur. Unde ruftici hœdos lactentes fubrumos vocabant, qui adhuc fub mammis habentur.

Subruncátor, oris, m. Hoc nomine Deum olim invocabat Flamen Cerealis, teste Fabio Pictore apud *Serv. ad Virg. 1. Georg.*

* **Subruncinator**. V. Imporcitor.

Subruncivi, *vel* Surruncivi limites, *ſtrade conſortive*, in agris dicuntur, ubi terra runcatur, & a vepribus, fentibufque purgatur, ut iter facientibus expedita tranſitio ſit. Differunt ab actuariis, quia hi omnium iter facientium commodo inſerviunt: ſubruncivi vero finitimorum, & menſuræ tantum diſtinminandæ cauſa ſunt conſtituti. *Hygin. de limitib. pag. 152. edit. Goes.*

Subrúo, is, rui, rutum, a. 3. *ſcavare, rovinare*, נָתַץ, Ger. *untergraben*, Gall. *ruer deſſus deſſous*, Hiſ. *derrocar*, *ὑπορύττω*, ſuffodio, vel ſuffoſſo fundamento diruo. *Cæſ. lib. 2. Bell. Gal. c. 6.* Teſtudine factâ portis ſuccedunt, murumque ſubruunt. ¶ Translate ſumitur pro vincere, domare, ſubjugare. *Hor. lib. 3. od. 16.* Et ſubruit æmulos Reges muneribus. ¶ Item pro confundere, perturbare, evertere. *Lucr. l. 4. v. 864.* Et omnis ſubruitur natura.

Subruſtice, adverb. aliquantum ruſtice. *Gell. in præfat. operis, ſeu l. ult. c. ult.* Inciſiose, ac prope ſubruſtice.

Subruſticus, a, um, *ruſticheſto, villanello*, *ὑπάγροικος*, aliquantum ruſticus. *Cic. de clar. Orat. cap. 74.* Sonabarque contrarium Catulo, ſubagreſte quiddam, planeque ſubruſticum. *Id. 5. Famil. ep. 12.* Pudor quidam pene ſubruſticus.

Subrutílo, as, n. 1. clarus aliquantum fum. *Claud. de Mamert. l. 1. de ſtatu anim. c. 25.* Si purgatæ mentis intendas aciem, ſubrutilare tibi jam debet, quid ſit anima.

Subrútus, a, um, *reſſetto*, *ὑπόπυρρος*, inrutilum vergens colorem. *Plin. l. 10. c. 3.* Media magnitudine, colore ſubrutilo, rarum conſpectu.

Subrútus, a, um, nom. partic. *rovinato, diroccato*. *Liv. l. 21. c. 11.* Subruti cuniculo muri. *Stat. 9. Theb. v. 475.* Veſtigia ſubruta limo fallaci.

Subſalſus, a, um, *ὑφάλμυρος*, quod ſalis ſaporem nonnihil refert. *Pl. l. 21. c. 29.* Subſalſa guſtanti herba.

Subſanno, as, a. 1. *beffeggiare, ridere di alcuno*, צָחַק, Germ. *verſpotten*, Gall. *ſe mocquer*, Hiſp. *eſcarnecer*, *χλεύζω*, irrideo, a *ſanna*, quæ eſt oratio cum mordacitate aliquem ridens. *Tertull. adverſ. Jud. c. 11.*

* **Subſaxánus**, a, um, ſub ſaxo extructus, ut Ædes deæ Donæ ſubſaxanæ apud *P. Vict.* V. *Ovid. 5. Faſt. v. 149.*

Subſcribendárius, ii, m. qui ſubſcribit. Eſt nomen officii, de quo aliquoties mentio fit in *Cod. Theodoſ.*

Subſcribo, is, pſi, ptum, a. 3. *ſottoſcrivere*. נָתַב, Ger. *unterſchreiben*, Gal. *ſouſcrire*, Hiſp. *firmar*, *ὑπογράφω*, eſt ſub aliqua re ſcribere. *Cic. pro Cluent. c. 36.* Sicut in ſtatuis inauratis, quas poſuit ad juturnæ, quibus ſubſcripſit, Reges a ſe in gratiam eſſe reductos. *Trebon. Cic. l. 12. Fam. ep. 16.* Ego tamen nactus in navigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnavi tibi munuſculum ex inſtituto meo, & tibi infra ſubſcripſi. ¶ Eſt etiam ſimpliciter adnotare. *Cic. Ver. 5. c. 52.* Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur, *ſi dà in nota*. *Quinſil. lib. 12. cap. 8.* Nec ſit tanta memoriæ fiducia, ut ſubſcribere audita pigeat. ¶ Translate ponitur pro favere, adſtipulari, aſſentiri. *Ovid. 1. Triſt. eleg. 2.* Neve, precor, magni ſubſcribite Cæſaris iræ. *Cels. l. 3. c. 4.* Ulterioribus diebus cubantis luxuriæ ſubſcripſit, *ſoddisfece il appetito dell' infermo*. ¶ Frequens eſt hujus verbi uſus in judiciis. Itaque *ſubſcribere judicium cum aliquo* eſt actionem ſeu judicium inſtituere, judicio cum aliquo experiri, *piantare una lite*. *Subſcribere alicui in aliquem* eſt accuſatorem ſe cum aliquo contra alterum profiteri. Qui enim reos deferre, ſeu accuſare parabant, non ante admittebantur, quam eorum, quibus intendebant litem, *nomina perſcripſiſſent in libro*, quem ob oculos judicibus, & ſubſcripſiſſent ſuum: ſimiliter qui ſe contra aliquem accuſatores adjungebant, ſuum nomen cum aliis accuſationis ſociis ſubſcribebant. *Plin. l. 5. ep. 1.* Ille cum cæteris ſubſcripſit centumviralæ judicium, mecum non ſubſcripſit, *& paulo poſt*. Scis te non ſubſcripſiſſe mecum, & jam biennium tranſiſſe, omniaque me uſucepiſſe. *Cic. pro Cluent. cap. 47.* Nam in L. Popilium ſubſcripſit L. Gellius, quod is pecuniam acceppiſſet. *Id. Q. Fr. l. 3. epiſt. 3.* Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, ſubſcribente privigno Memmio. *Nepos in Attic. c. 5.* Neminem neque ſuo nomine, neque ſubſcribens accuſavit. ¶ Hinc *Subſcribere dicam alicui* eſt actionem intentare. *Plaut. Pœn. 3. 6. 5.* Cras ſubſcribam homini dicam. ¶ *Cauſam ſubſcribere*, eſt ſententiam ferre, & ſuo nomine ſubſignare, *ſottoſcrivere la ſentenza*. *Id. pro Cluent. cap. 42.* Video, judices, animadvertiſſe cenſores in judices quoſdam illius conſilii juniori, cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. *Id. Ibid. c. 45.* Nam hæc quidem, quæ de judicio corrupto ſubſcripſerint, quis eſt, qui ab illis ſatis cognita, & diligenter judicata arbitretur?

Subſcriptio, onis, fem. *ſottoſcrizione*, כְּתִיבָה, Germ. *unterſchreibung*, Gall. *ſubſcription*, Hiſp. *firma*, *ὑπογραφή*, actus ſubſcribendi, ſubſignatio. *Cic. Art. lib. 6. ep. 1.* At mehercule ego cum in turma auratarum equeſtrium, quas hic Metellus in Capitolio poſuit, animadvertiſſem in Serapionis ſubſcriptione Africani imaginem. *Ulp. lib. 1. ff. de conſtit. Princip.* Quodcunque igitur Imperator per epiſtolam, & ſubſcriptionem ſtatuit, &c. Hotomannus hoc loco notat, ſubſcriptiones Principum eſſe conſtitutiones, quibus reſpondent præſentibus ſeſe per libellos conſulentibus; nam cum abſentibus reſponderent, epiſtolas vocari. ¶ Interdum ſubſcriptio epiſtolæ dicitur non ipſa nominis perſcriptio, ſed clauſula adjecta, qua felicitas optabatur iis, ad quos mittebatur epiſtola. Hac ratione (ut docet *Caſaubonus* ex *Dione*) intelligendus eſt locus ille *Suetonii in Tiber. c. 32.* Cum Rhodiorum magiſtratus, quod literas publicas ſine ſubſcriptione ad ſe dederant, evocaſſet, ne verbo quidem inſectatus, ac tantummodo juſſos ſubſcribere remiſit. ¶ Eſt etiam ſubſcriptio idem quod adnotatio, perſcriptio. *Cic. Ver. 5. c. 48.* In Leontio agro jugerum ſubſcriptio, & profeſſio non eſt plus xxx millium. ¶ In judiciis ſubſcriptio accipitur pro ſententiæ latione, ſeu pro ſcriptione, quæ fit ad ſententiam ferendam, *giudizio, ſentenza*. *Cic. pro Cluent. c. 43.* Itaque illud oſtendam, populi R. ſuffragiis ſæpenumero cenſorias ſubſcriptiones eſſe deletas, *& c. 44.* Ne ſubſcriptio cenſoria, non minus calamitatis civibus, quam illa acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre. ¶ Item pro accuſatione. *Quintil. declam. 15.* Numquid inique, judices, in tanti ſceleris ſubſcriptione depoſco, ne nominibus reos velitis æſtimare, ſed moribus? *Sen. l. 3. de Benef. c 26.* Subſcriptionem componere. Alii leg. *proſcriptionem*. *Cic. Divin. in Ver. c. 15.* Ex illo grege moratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt. *h. e.* facultatem ſubſcribendi ſui nominis una cum principe Verris accuſatore, & ſimul cum eo accuſandi. V. *Subſcribo*.

Subſcriptor, oris, m. qui ſubſcribit. Speciatim ſumitur pro eo, qui accuſatori adjungitur, ſecundaſque obtinet accuſationis partes. *Cic. Divin. in Ver. c. 15.* Venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis. Ubi *Aſconius*: Subſcriptores dicuntur, qui adjuvare accuſatorem ſolent, quos oportebat ſubmiſſius agere, quam cum, quem ſequebantur. *Adde l. 3. Q. Fr. ep. 4.* ¶ Ponitur etiam pro eo, qui ejuſdem eſt ſententiæ, pro approbatore. *Gell. l. 5. c. 21.* Quos ſubſcriptores, approbatoreſque hujus verbi habemus.

Subſcriptus, a, um, *ſottoſcritto*. *Modeſtin. Dig. l. 29. t. 2. leg. 50.* Poſt ſubſcriptam epiſtolam.

Subſcus, udis, f. *ſpranga*, tabella utrinque in modum caudæ hirundinis fuciſa, quæ immittitur, ut trabes, aliave committat. *Feſtus*: Subſcudes appellantur cuneatæ tabellæ, quibus tabulæ inter ſe conſiguntur, quia quo immittuntur, ſuccidiuntur. *Pacuvius in Nyptris*: Nec ulla ſubſcus cohibet compagem alvei. ¶ Differt ſubſcus a ſecuricula; quia hæc ex una tantum parte in modum parvæ ſecuris ſeu hirundinineæ caudæ formatur, & immittitur, ſubſcus vero ex utraque parte eam figuram habet, & utrinque compingitur; hujuſmodi eſt ferrum illud, quod in molendini ſuperiorem molam immiſſum, eam ſuſtinet, & verſat, quod proinde a *Vitruv. l. 10. c. 10.* ſubſcus ferrea appellatur. *Id Vitruv. l. 4. c. 7.* Ex trabes ita ſint compactæ ſubſcudibus & ſecuriculis, ut compactura duorum cubitorum habeat laxationem. ¶ In plural. numero *ſubſcudines* pro ſubſcudes dixit *Auguſtin. lib. 15. de Civit. Dei*.

Subſecívus, *vel* Subſicivus, (a *ſub* & *ſeco*) *vel* Subciſivus, *vel* Succiſivus (a *ſub*, & *cædo*) a, um, *τὸ πεῤῥητον, τὸ ὑποτεπόμενον*, כְּרוּת, נִאֲצָר, adject. quod ſuccidatur, ſeu ſubſecatur. Hinc *ſubſecivum tempus*, eſt quod veluti ſubſecatur & detrahitur a gravioribus, & ordinariis negotiis, & occupationibus, & in alias res obiter, & quaſi furtim impenditur: & *ſubſeciva opera*, quæ tali tempore impenditur. *Gell. l. 18. c. 10.* Quantum temporis habui ſubſiciva, medicinæ quoque libros attigi. *Plin. in præfat. hiſt. natur.* Succiſivis temporibus iſta curamus, ideſt nocturnis, ne quid veſtris puteis ceſſatum horis. *Cic. 2. de Orat. c. 89.* Quæ ego ſero, quæ curſim arripui, quæ ſubſeciva operis, ut ajunt, iſte a puero, ſummo ſtudio, ſummis doctoribus. *Gruter.* legit *ſubſiſivis* ex MSS. *Senec. ep. 53.* Exercet philoſophia regnum ſuum; dat tempus, non accipit: non eſt res ſubſeciva, ordinaria eſt. *h. e.* non eſt obiter, & quaſi aliud agendo tractanda, ſed primis & ordinariis curis, & ſerio. Adde *Plin. jun. l. 3. epiſt. 15.* & *Cic. l. 1. de Leg. c. 3.* ¶ *Subſeciva*, inquit *verus auctor de limit.* apud *Rigalt. pag. 299.* ſunt propiæ, quæ ſator de materia præcidens quaſi ſupervacua abjicit: inde *ſubſecivi agri*, quos in pertica diviſos recuſant, quaſi ſteriles, aut paluſtres. Præterea, ut idem docet, ſubſeciva in agris dicuntur partes, quæ in diviſura agri non efficiunt centuriam, ideſt jugera ducenta. Quare generatim ſubſeciva dicuntur portiunculæ agrorum, quæ velut reliquiæ in dividendo ſuperfuerunt. *Var. lib. 1. R. R. cap. 10.* Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt, in ſubſicivum eſſe unciam agri, aut ſextaniem, aut quid aliud, cum ad jugerum pervenerunt. *Sueton. in Domitian. c. 9.* Subſeciva, quæ diviſis per veteranos agris captim ſuperfuerunt, veteribus poſſeſſoribus ut uſucapta conceſſit. ¶ Ponitur interdum ſubſicivus pro interrupto, & mutationi obnoxio. *Apul. de Deo Socrat.* Cum vivacitas illic æterna, & indefecta ſit, hic caduca, & ſubſeciva. ¶ Item pro eo quod reliquum eſt, quod ſupereſt, *reſtante*. *Apul. l. 11. Met.* Quod ſubſicivum, quamvis iteratæ jam traditioni remanſiſſet. *Id. l. 3.* Sed una tantum ſubſiciva ſolicitudo nobis relicta eſt.

Subſécco, as, ctui, ctum, a. 1. *tagliare*, גָּזַר, Ger. *unten abſchneiden*, Gall. *couper par deſſous*, *ὑποτέμνω*, ſubtus ſeco, reſeco, abſcindo. *Ovid. 6. Faſt. v. 230.* Non ungues ferro ſubſecuiſſe licet. *Var. l. 1. R. R. c. 50.* Manipulum, ut quemque ſubſecuerint, ponunt in terra. *Plin. l. 18. c. 17.* Evellantur e terra, non ſubſecantur.

Subſectus, a, um, part. *tagliato, reciſo*. *Colum. l. 2. c. 9.* Adultas ſegetes radicibus ſubſectis enecare.

Subſecundárius, a, um, *ὑποδιατρεῖος*, quod ſecundo tempore advenit, ſubſecivum, ſeu ſubciſivum. *Gell. lib. 20. c. ult.* ſeu *in præfat. op.* Ea omnia ſubſiciva, & ſubſecundaria tempora ad colligendas hujuſcemodi memoriaram diſceptatiunculas conferam.

Subſéllium, ii, n. *ſedia*, מוֹשָׁב, Ger. *ein niederer banck od. ſtul*, Gall. *banc*, *qui eſt en bas*, Hiſ. *ſilla*, *ἕδρα, βάθρον*, ſedes, ſcamnum, a ſella. *Varro l. 4. de L. L. c. 28.* Ut ſubſipere, quod non plane ſapit, ſic quod non plane erat ſella, ſubſellium dictum. ¶ Differt a ſella, quia non habebat integræ ſellæ formam, ut ex *Varrone* apparet. Alii diſcrimen afferunt, quod ſubſellium erat inferius, & humilius ſella. Unde Aſconius ſcribit in Divin. ſubſellia eſſe Tribunorum, Triumvirorum, Quæſtorum, & hujuſmodi minora judicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec in tribunalibus, ſed in ſubſellis conſedebant. *Plaut. Stich. 3. 2. 33.* Scis tu me eſſe imi ſubſellii virum, ideſt qui ſolent ſedere in infimo loco. *Celſ. lib. 7. cap. 26.* Homo reſupinus ſuper ſubſellium, aut lectum eſt collocandus. ¶ Speciatim dicitur de ſedibus, ſeu ſulpitris in theatro, in quibus qui hiſtriones recitantes audiebant, ſedere conſueverant. *Suet. in Aug. c. 43.* Ut, quoties quod ſpectandi uſquam publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacaret Senatoribus. ¶ Item de ſedibus in Curia, ubi Senatores ſedebant. *Cic. 1. Catil. c. 7.* Quid, quod ab adventu tuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt? quid, quod omnes Conſulares, qui tibi perſæpe ad cædem conſtituti fuerunt, ſimul atque aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam, atque inanem reliquerunt? ¶ Item de ſedibus judicum, ac præſertim eorum judicum, qui publicis judiciis diſceptandis operam dabant. *Cic. in Vatin. c. 14.* Quæro ex te, num quis reus poſt Urbem conditam in tribunal ſui quæſtoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, &c. Tribunal Cicero Prætori affignavit, qui judiciis publicis præerat, & quæſitor vocabatur, ſubſellia vero judicibus, qui reas ſententiis ſuis judicabant. *Id. pro Cluent. c. 34.* Accuſabat Tribunus Plebis idem in concionibus, idem ad ſubſellia. ¶ Item de ſedibus, in quibus ſedebant rei, accuſatores, & teſtes. *Cic. pro R. Am. c. 6.* Quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis video. ¶ Metonymice ſubſellia ponuntur pro publicis judiciis. *Cic. 1. de Or. c. 8.* Age vero, ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamque mediteris. *Id. in Brut. c. 89.* Grandiorem, & pleniorem vocem deſiderant ſubſellia. *Id pro Cluent. c. 40.* Rem ab ſubſelliis in roſtra derulit. *hoc eſt* a judicio judicum ſelectorum ad judicium populi. *Idem Famil. 3. ep. 9.* Longi ſubſellii judicatio. *h. e.* quæ longa inquiſitione judiciali tranſigitur. ¶ *Homo a ſubſelliis*, eſt peritus in cauſis, negotiisque forenſibus. *Cic. Divin. in Ver. c. 13.* ¶ Denique ſubſellia interdum ponuntur pro ipſis hominibus, qui in ſubſelliis ſedent. *Martial. l. 1. epigr. 27.* Sextiliane, bibis quantum ſubſellia quinque.

Subſentío, is, a. 4. *preſentire, aver qualche ſentore*. *Terent. Heaut. 3. 1. 62.* Eſſi ſubſenſi id quoque, illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.

Subſéquens, tis, particip. *ſuſſeguente, che vien dietro, o dopo*. *Cicer. 2. de Nat. Deor. c. 29.* Stella ſolem tum antecedens, tum ſubſequens. *Plin. l. 11. cap. 29.* Subſequenti anno, exitu veris emittunt, &c.

Subſequenter, adv. *ſuſſeguentemente*. *Meſſala Corvinus*, ſeu quicunque alius auctor eſt *lib. de progen. Auguſt.* Nunc ad Reges Romanos, conſules, dictatores, tribunos militares, ac plebejos ſubſequenter calamum deducam.

Subſequor, eris, quutus, vel cutus ſum, d. 3. *ſeguire dietro, o dopo*, בּא אַחַר, מִרְדָּף, Ger. *bald nach folgen*, Gal. *ſuivre de près*, Hiſp. *ſeguir deſpues*, *ἑφέπομαι*, ſtatim ſequor. *Plaut. Bacch. 4. 4. 472.* Cedo manum, ac ſubſequere propius me ad fores. *Cæſ. l. 4. B. G.* Agmen ſubſequi juſſit. *Cic. 3. de Or. c. 59.* Omnes animi motus ſubſequi debet geſtus. ¶ Translate *Cic. Fam. 3. ep. 1.* Mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatem tuarum literarum. *h. e.* prædicavit. *Id. in Partit. c. 7.* Quæ omnia plurimum valebant, & cum orationis genere conſentient, ejuſque vim, ac varietatem ſubſequentur, *e s' accorderanno colla di lei forza &c.*

Sub-

Subſericus, a, um, adject. *mezzo di ſeta*. *Lamprid. in Helieg. c. 26.* Primus Romanorum holoſerica veſte uſus fertur, cum jam ſubſerica in uſu eſſent.

Subſéro, is, ſevi, ſitum, n. 3. *ſottoſeminare, ſottopiantare*, *ὑποφυτεύω*, ſubtus ſemino, vel planto. *Col. l. 4. c. 15.* Nec mox vineam tum ſubſeri, cum fructus capiendus eſt. Translate *Ammian. l. 16. c. 10.* Res monuit, de Eleutherio paucca ſubſerere.

Subſértus, a, um, nom. partic. ſubter inſertus. *Apul. l. 7. A. A. ſub fin.* Subſertis manibus exſolvit ſibi faſciam.

Subſervío, is, n. 4. *preſtar una ſpezie di ſervitù*, עָבַד, Germ. *dienen, dienſtlich ſeyn*, Gall. *ſervir ſous un autre*, Hiſp. *ſervir muy bien*, *ὑπηρετέω*, quaſi ſervio, morem gero. *Plaut. Men. 5. 2. 16.* Ita iſtæ ſolent, quæ viros ſubſervire ſibi poſtulant, ſtetæ dote feroces. ¶ Subſervire orationi alicujus, eſt ea dicere, quæ pertinent ad confirmandam alterius orationem. *Ter. And. 4. 4. 14.* Tu, ut ſubſervias Orationi, utcunque opus ſit, verbis, vide.

Subſeſſa, æ, f. *inſidie, aguati*, אֹרֶב, *ἐνέδρα*, inſidiæ, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale ſuſpicans oppimi ſolet, a *ſubſideo*, quod interdum ſignificat delitescere. *Veget. l. 3. R. milit. c. 6.* Adverſarii in iis locis, quæ ſibi opportuna intelligunt, ſubſeſſas occultius collocant. *Ex cap. 22.* Si ab his, qui in ſubſeſſa fuerint, obſerventur. *Serv. ad Æn. 12. v. 268.* Hoſtium dolos ſubſeſſas vocamus.

Subſeſſor, oris, m. *inſidiatore*, אוֹרֵב, *ἐπίβουλος*, qui delitescens inſidiatur. *Senec. in Hippolyt. v. 51.* Tu præcipiti clamore feras ſubſeſſor ages. *Servius ad 5. Æn. v. 498.* Subſeſſores vocantur, qui occiſuri aliquem delitescunt. ¶ Translate *Valer. Max. l. 7. c. 2. extern. n. 1.* Subſeſſores alieni matrimonii. *Arnob. l. 4. pag. 142.* Subſeſſoris, & adulteri perſona.

Subſicco, as, a. 1. aliquantum ſicco. *Col. l. 6. c. 14.* Tumor cervicis aqua madefactus ſubſiccatur.

* **Subſicívus**, V. Subſecivus.

Subſidens, entis, o. 3. partic. a ſubſido. *Col. l. 6. c. 1.* Dorſo recto, planoque, vel *ὑφεσσόμενος*, כֹּרֵעַ, נֹאֲצָר, adject. quod ſuccidatur, ſeu ſubſecatur. Hinc *ſubſecivum tempus*, eſt quod veluti ſubſecatur & detrahitur a gravioribus, & ordinariis negotiis, & occupationibus, & in alias res obiter, & quaſi furtim impenditur: & *ſubſeciva opera*, quæ tali tempore impenditur. *Gell. l. 18. c. 10.* Quantum temporis habui ſubſicivi, medicinæ quoque libros attigi. *Plin. in præfat. hiſt. natur.* Succiſivis temporibus iſta curamus, ideſt nocturnis, ne quid veſtris puteis ceſſatum horis. *Cic. 2. de Orat. c. 89.* Quæ ego ſero, quæ curſim arripui, quæ ſubſeciva operis, ut ajunt, iſte a puero, ſummo ſtudio, ſummis doctoribus. *Gruter.* legit *ſubſiſivis* ex MSS. *Senec. ep. 53.* Exercet philoſophia regnum ſuum; dat tempus, non accipit: non eſt res ſubſeciva, ordinaria eſt. *h. e.* non eſt obiter, & quaſi aliud agendo tractanda, ſed primis & ordinariis curis, & ſerio. Adde *Plin. jun. l. 3. epiſt. 15.* & *Cic. l. 1. de Leg. c. 3.* ¶ *Subſeciva*, inquit *verus auctor de limit.* apud *Rigalt. pag. 299.* ſunt propiæ, quæ ſator de materia præcidens quaſi ſupervacua abjicit: inde *ſubſecivi agri*, quos in pertica diviſos recuſant, quaſi ſteriles, aut paluſtres. Præterea, ut idem docet, ſubſeciva in agris dicuntur partes, quæ in diviſura agri non efficiunt centuriam, ideſt jugera ducenta. Quare generatim ſubſeciva dicuntur portiunculæ agrorum, quæ velut reliquiæ in dividendo ſuperfuerunt. *Var. lib. 1. R. R. cap. 10.* Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt, in ſubſicivum eſſe unciam agri, aut ſextaniem, aut quid aliud, cum ad jugerum pervenerunt. *Sueton. in Domitian. c. 9.* Subſeciva, quæ diviſis per veteranos agris captim ſuperfuerunt, veteribus poſſeſſoribus ut uſucapta conceſſit. ¶ Ponitur interdum ſubſicivus pro interrupto, & mutationi obnoxio. *Apul. de Deo Socrat.* Cum vivacitas illic æterna, & indefecta ſit, hic caduca, & ſubſeciva. ¶ Item pro eo quod reliquum eſt, quod ſupereſt, *reſtante*. *Apul. l. 11. Met.* Quod ſubſicivum, quamvis iteratæ jam traditioni remanſiſſet. *Id. l. 3.* Sed una tantum ſubſiciva ſolicitudo nobis relicta eſt.

Subſído, is, ſedi, ſeſſum, n. 3. *ſedere, formarſi*, יָשַׁב, יָרַד, Ger. *unten ſich ſetzen*, Gal. *ſeoir*, Hiſp. *aſſentarſe*, *ὑποκαθέζω, καθίσταμαι*, ſubtus ſedeo, ſubſilio, conſilio. *Cic. Act. 1. 5. ep. 16.* Itaque ſubſedi in ipſa via, dum hæc, quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem. *Cæſ. B. G. c. 36.* Magna præterea multitudo calonum, magna vis jumentorum, quæ in caſtris ſubſederat, facta poteſtate ſubſequitur. ¶ In aquis quoque, cæteriſque liquoribus ſubſidere dicuntur, quæ imum petierunt fundum, ibique ſubſidunt. *Colum. l. 11. c. 1.* Villica debet curam adhibere, ut ſi quæ fæces, aut amurcæ in fundis vaſorum ſubſederint ſemel, ſtatim emundentur. ¶ Eſt etiam ſubſidere, in aliquo loco latenter ſubſiſtere, inſidiandi cauſa. *Cicer. pro Milon. cap. 19.* Cur neque ante occurrit, ne ille in villa reſideret, nec in loco ſubſedit, quo ille noctu venturus eſſet? *Virg 11. Æn. v. 268.* devicta Aſia ſubſedit adulter.

Subſidiális, le, adject. *auſiliario*, ſubſidiarius, ut ſubſidiales copiæ, *Ammian. l. 14. c. 17.* Subſidialis manus, *Id. l. 27. c. 24.* (*al. 10.*)

Subſidiárius, a, um, *chi ſoccorre, auſiliario*, עָזוּר, Ger. *der zu hulff komt*, Gall. *ſubſidiaire*, Hiſp. *el que ayunda, o ſoccorre*, *βοηθικός*, quod in ſubſidium datur, aut venit. *Liv. lib. 5.* Paulum erat ab dextera ediri loci, quem ſubſidiariis repleri placuit. *Subaudi*, militibus. *Id. l. 9. c. 27.* Qui ſubſidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſervabantur, in primam aciem extemplo emiſit. ¶ Subſidiarius palmes, idem qui præſidiarius, reſex, cuſtos, vinitus. *Col. l. 4. c. 24.* Subſidiarius, idemque cuſtos in pollicem reſecari non debet.

Subſídior, aris, d. 1. *venire in ſoccorſo*, ſubſidio ſum. *Hirt. l. 8. B. G. c. 13.* Sed etiam qui longius ſubſidiari conſueverant.

Subſídium, ii, n. *ſuſſidio, ajuto*, עֶזְרָה, Germ. *hulf, zuflucht*, Gal. *aide, ſecours*, Hiſp. *ayuda, ſocorro*, *βοήθεια, συμμαχία*, acies eorum, qui expectabant, ut aliis periclitantibus eſſent auxilio, a *ſubſidendo*, ut *præſidium* a *præſidendo*, *obſidium* ab *obſidendo*. *Feſtus*: Subſidium dicebatur, quando milites ſubſidebant in extrema acie, labentique acieri ſuccurrebant: quod genus militum conſtabat ex iis, qui emeruerant ſtipendia, locum tamen retinebant in exercitu, quæ erat tertia acies Triariorum, ut Plautus in Privolaria: Age nunc, ſubſidite omnes, quaſi ſolent Triarii. Simili modo dicti præſidiarii, ante eos collocati qui erant, aut in alio loco præpoſiti. ¶ Quomodo a præſidio, & auxilio differant, oſtendit *Cornelius Fronto*, & ante eum *Varro lib. 4. de L. L. cap. 16.* Pilani, inquit, Triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur. Quod hi ſubſidebant, ab eo ſubſidium dictum. A quo Plautus: Agite nunc, ſubſidete omnes, quaſi ſolent Triarii. Auxilium appellatur ab auctu, cum acceſſerant, qui adjumenta eſſent, alienigenæ. Præſidium eſt dictum, quia extra caſtra præſidebant in loco aliquo, quo tutior regio eſſet. *Cic. lib. 15. Fam. ep. 4.* His ego ſubſidiis ea ſum conſecutus, quæ nullis legionibus conſequi potuiſſem. *Cæſ. l. 2. B. G. c. 6.* Subſidium mittere alicui. ¶ Translate accipitur pro quocunque adminiculo, auxilio, opitulatione. *Cicer. pro L. Man. de veſtigalibus*: Facis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis. *Id. 1. de Or. c. 45.* Subſidium ſibi aliquod comparare. *Id pro Quint.* Diligentiam ſibi ſubſidio comparare. *Id. Artic. l. 8. ep. 17.* Ire ſubſidio alicui. *Ep. l. 6. ep. 5.* Subſidio alicui venire. *Cæſ. l. 3. B. C. c. 70.* His difficultatibus duæ res erant ſubſidio. ¶ Ascipitur etiam ſubſidium pro loco, in quo navigia ſubſidere poſſunt, & ſtare, & ſuffugia habere. Ita ſubſidium ſimile quidam eſt portui, & ſtationi, etſi minus. Hæc ſubſidia Græci videntur *ὑφόρμους*, appellare. *Tacit. l. 4. Ann. c. 77.* Vix modicis navigiis pauca ſubſidia.

Subſído, is, idi, n. 3. *inchinarſi, diſcendere, calare*, נָפַל, יָרַד, Ger. *ſich nieder laſſen*, Gall. *s' abbaiſſer, s' affaiſſer*, Hiſ. *baxarſe, abatirſe*, *ὑποκαθίζω, ὑφίσταμαι*, ſubtus ſedeo, deſcendo, peſſum eo. Fit enim cum motu. *Virg. 5. Æn. v. 491.* ſe collegit in armis, Poplite ſubſidens. *Ovid. 1. Met. v. 47.* Juſſit & extendi campos, ſubſidere valles. i. e. depreſſas eſſe. *Liv. l. 28.* Subſidunt Hiſpani adverſus emiſſa tela ab hoſte, inde ad emittenda ipſi conſurgunt. *Senec. ep. 108.* In amphora, quod ſubſtrum eſt, ſubſidit. *Lucan. l. 1.* Subſident urbes, terræque dehiſcent, *ſi ſubiſſeranno*. ¶ Ponitur etiam pro commorari, cui opponitur proficiſci. *Cic. ad Cæcin. l. 9. Fam. ep. 8.* Quid ſim tibi auctor, in Sicilia ne ſubſidas, an ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare? ¶ Item pro ſe ſubjicere. *Hor. Epod. od. 16.* Juvet ut rigues ſubſidere cervis. ideſt ſuccumbere ad coitum. ¶ Item pro deficere, ceſſare, minui. *Plin. l. 22. c. 8.* Mulierum menſes ſive ſubſidant, ſive abundent. *Quinct. l. 3. c. 8.* Impetus dicendi ſubſidit. ¶ Præteritum hujus verbi eſt *ſubſidi*, quamquam frequentius in uſu ſit *ſubſedi* a *ſubſideo*, ductum. *Laud. de Vi. Conf. Honor. v. 345.* hic rabeſcente ſolutus Subſidit galea, liquefactaque fulgure cuſpis Canduit, & ſubiris fluxere vaporibus enſes.

Subſíduus, a, um, adject. in imo ſubſidens. *Gratius in Cynoget. v.

ap. 31. Substituebatur crimini Sempronius Senecio, Eques Romanus. ideſt accuſabatur, agebatur reus, tanquam id crimen feciſſet. ¶ Frequenter ſumitur pro ſufficere, in locum alterius ſurrogare. *Cic. 7. Ver. c.* 28. Iſte homo nefarius in eorum locum, quos domum ſuam de piratis abduxerat, ſubſtituere, & ſupponere cœpit cives Romanos, &c. *Plin. l. 5. c. 6.* In vicem novellam ſobolem ſubſtituat. *Id. l.* 10. *c.* 54. Pro eis alia ſubſtituenda.

Subſtructio, onis, *f. ſoſtituzione*, תַּחְלָה, תְּמוּרָה, ὑποκατάστασις, actus ſubſtituendi, ut ſubſtitutio hæredis, de qua integer titulus eſt *l.* 28. *Digeſt. tit.* 6.

Subſtitutivus, a, um, adject. qui ſubſtituitur. *Apulej. l.* 3. *de dogm. Plat.* ſeu *de ſyllegiſm. categorem.* Concluſio ſubſtitutiva, vel conditionalis: Ajax qui regnat ſi ſapit, beatus eſt: ſubſtitutis enim conditionem, qua &c.

Subſtitutus, a, um, *ſoſtituito. Cic. l.* 2. *de Div. cap.* 2. Philoſophiam nobis pro Reipublicæ procuratione ſubſtitutam putabamus.

Subſto, as, ſtiti, ſtatum, vel ſtitum, n. 1. *ſuſſiſtere, ſtar coſtante, ſoſtenere*, עָמַד, קם, ἐφίστασθαι, ſubſiſto, conſtans ſum, ſuſtineo. *Ter. Andr.* 5. 4. 11. Perii, metuo, ut ſubſtet hoſpes. *Cic. in Top. cap.* 5. Quarum rerum nullum ſubſtet quaſi corpus. Priore loco alit leg. *ſubſiſtat*, poſteriore *ſubeſt*. At ſine controverſia *Celſ. l.* 6. *c.* 10. Si pure ſubſtante non rumpuntur hi tumores, incidendi ſunt.

Subſtomachans, antis, aliquantum iratus. *Auguſt. in ſi. l.* 3. *Confeſſion.* Subſtomachans tædio.

Subſträmen, inis, n. *ſtrume*, תֶּבֶן, בְּלִיל, ὑπόστρωμα, quod animalibus, vel alii cuipiam rei ſubſternitur. *Var. l.* 3. *de R. R. cap.* 10. Sed habeant molle ſubſtramen e palea, aliave aliqua re. *Silius l.* 12. *v.* 444. Lubrica roboreis aderant ſubſtramina plantis.

Subſträmentum, ti, n. idem quod ſubſtramen. *Cato de R. R. cap.* 161. Aſparagum ſubſtramentis operito, ne peruratur.

* Subſträtus, a, um, *ſparſo, e diſteſo ſoto*, ὑποστρωθείς, extentus, ſubtus extentus. *Plin. lib.* 37. *c.* 11. Subſtrato glarea ¶ Item opertus. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Subſtratus arena locus.

Subſträtus, us, m. ὑπόστρωσις, actus ſubſterrendi, vel id, quod ſubſternitur. *Pl. l.* 24. *c.* 9. Suffitu quoque, aut ſubſtratu fugant venenata. Adde *lib.* 18. *c.* 30.

Subſtrépo, is, n. 3. aliquantum ſtrepo. *Apul. l.* 5. *Metam.* Semianimi voce ſubſtrepens.

Subſtrictus, a, um, *ὑποσφιγκός*, partic. a ſubſtringor. *Colum. l.* 2. *cap.* 1. Boves cum ab opere disjunxeris, ſubſtrictos confricet. ¶ Eſt & nomen ex participio, pro arcto, contracto, pavo, gracili, cui opponitur prominens, & effuſus. *Plin. lib.* 32. *c.* 3. *de teſtibus*: Quinimo parvos eſſe, ſubſtrictoſque, & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine vitæ animalis poſſe. *Col. l.* 6. *c.* 10. Ut ſit magna portio corporis, ventre paulo ſubſtrictiore, &c.

Subſtridens, tis, particip. aliquantum ſtridens. *Ammian. lib.* 26. *c.* 4. Ita exundante ſubſtridens.

Subſtringo, is, inxi, ictum, a. 3. *ſtringere*, צָרַר, Ger. *einſtrengen, unterzuſtrengen*, Gal. *reſtreindre, reſerrer*, Hiſp. *apretar, eſtrenir*, ὑποσφίγγω, idem ac ſtringo, vel ſubtus conſtringo, contraho, complico. *Quinct. l.* 11. *c.* 10. *cap.* 6. Omiſſa ſuppleres, & elſuſa ſubſtringere. *Martial. l.* 12. *epigr.* 39. Fetcinant tropidi ſubſtringere carbaſa naturæ. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 432. ſubſtringere bilem. *h. e.* iram compeſcere. ¶ Significat etiam obſtringere, ſeu accommodare, apud *Hor. l.* 2. *ſat.* 5. *prope fin.* Aurem ſubſtringe loquaci, *obbliga il tuo orecchio alle ſue ciancie*.

Subſtructio, onis, f. *fondamento d' una fabbrica*, יְסוֹד, בִּנְיָן, ὑποδόμησις, id quod in imo ſtruitur, & quaſi baſis ædificium totum ſuſtinet. *Vitr. l.* 1. *c.* 5. Non ſolum in muro, ſed etiam in ſubſtructionibus parietes hac ratione religati non cito vitiabuntur. ¶ Ponitur etiam pro quacunque mole, quæ ſub alia, vel circa illam in parte inferiori ſtruitur. *Cæſ. l.* 2. *B. C. c.* 25. Subſtructionibus ejus operis maximis. Ital. *ſperti, e volte*. ¶ Item pro tota fabrica, præſertim quæ vaſta & magnifica ſit. *Cic. pro Mil. c.* 20. Quo in fundo, propter ingenias illas ſubſtructiones, facile mille hominum verſabatur valentium.

Subſtructum, i, n. idem ac ſubſtructio, fundamentum. *Vitruv. l.* 8. *c.* 7. Subſtructum ad libram ſactum.

Subſtructus, a, um, nom. partic. *fabbricato. Liv. l.* 6. *c.* 4. Capitolium ſaxo quadrato ſubſtructum. *Ovid. l.* 1. *Triſt. eleg.* 10. Barbara pars hæva eſt avidæ ſubſtructa rapinæ. *h. e.* inſtructa.

Subſtruo, is, a. 3. *ſotoſabbricare, far i fondamenti*, יָסַד, בָּנָה, Ger. *unterbauen*, Gal. *baſir par deſſous*, Hiſ. *edificar de baxo*, ὑποδομέω, ſubtus ſtruo, ab imo exſtruo, ſubædifico, fundamentum jacio, a fundamentis erigo. *Plaut. Moſt.* 1. 2. 19. Primum dum parentes fabri liberum ſunt, & fundamentum liberorum ſubſtruunt, extollunt, &c.

Subſultim, adv. *ſaltellando*, ſubſiliendo, per ſaltus. *Suet. in Aug. c.* 83. Ita, ut in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret.

Subſulto, as, n. 1. *ſaltellare*, רָלַז, ὑφιλλόμαι, frequenter ſubſilio. *Plaut. Caſ.* 2. 5. 10. Ut ſubſultabat, poſtquam vicit villicus! *Id. Capt.* 3. 4. 104. Tu ſubſultas, ego miſer vix aſto præ formidine. *Quinſilian. l.* 9. *c.* 4. Monoſyllaba ſi plura ſunt, male contrahuntur, quia neceſſe eſt compoſitio multis clauſulis conciſa ſubſultet. ¶ In quibuſdam *Plauti* codicibus legitur *ſuſſulto*.

Subſum, ſubes, n. anom. *eſſer ſotto, eſſer naſcoſto*, הוּא תַּחְתָּיו, ὕπαιμι, ſubtus ſum, inſum, ſub aliqua re ſum, lateo. *Plaut. ad Cic. Famil.* 10. *ep.* 18. Subeſt intra cutem vulnus. *Cic. Phil.* 9. *c.* 2. In qua periculi ſuſpicio non ſubeſſet. *Id.* 5. *de Fin. c.* 10. Intelligatur aliquam ſubeſſe ejuſmodi cauſam, ut &c. *Id. Act.* 1. 3. *ep.* 25. (*al.* 23.) Si ulla ſpes ſaluti noſtræ ſubeſſet. ¶ Significat etiam adeſſe, in ſtare. *Cic. pro Mil. c.* 16. Præſertim cum dies comitiorum ſubeſſet. *Plancus Cic. Fam.* 10. *ep.* 22. Putabam, poſſe me ſubeſſe propinquis locis, ut ſi diutius aliquid eſſet, ſuccurrere celeriter poſſem. ¶ Præteritum *ſubfui* non eſt in uſu.

Subſundus, a, um, aliquantum ſurdus. Translate *Quinctil. l.* 11. *c.* 3. Deinde vox non ſubfurda, rudis, immanis, &c.

Subſtus, a, um, nom. ex partic. a ſubſuor. *Hor. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 29. Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte. Ubi *ſubſutam veſtem* vocat, cujus limbriæ, ſeu extremitati inſtita, ideſt limbus, ſeu faſcia affuebatur.

Subtabidus, a, um, aliquantum tabidus. *Ammian. l.* 26. *c.* 6. (*al.* 27.) Stetit itaque ſubtabidus: excitim putares ab inſeris.

Subtacitus, a, um, adject. aliquantum tacitus. *Prudent. Hamartig.* 174. Hinc ſchola ſubtacitam meditetur gignere ſectam.

Subtectus, a, um, adject. *coperto. Vitruv. l.* 9. *c.* 6. *de ſiderib.* Sub avis cauda pedes equi ſunt ſubtecti.

Subtegmen. V. *Subtemen*.

Subtego, is, a. 3. ſubtus tego. *Ammian. l.* 19. *c.* 6. Ferxea munimenta cœlum omne ſubtexerunt.

Subtegulanea, orum, n. pl. *pavimenti al coperto*, ὑπόστεγα, καταστέγια, στικτοί, pavimenta ſub tecto, quæ alias barbarica dicuntur, ex teſtis tuſis, rudere, & calce conſtantia. Differunt a ſubdialibus, quæ Græci vocant ὑπαίθρια, quia ſubtegulanea ſunt ſub tecto, ſubdialia ſub dio, ſive aere aperto. *Plin. lib.* 36. *c.* 25. Pavimenta credo primum facta, quæ nunc vocamus barbarica, atque ſubtegulanea.

Subtel, elis, n. 3. cavum pedis. *Priſcian. l.* 5. *de vocib. intel.* Eſt enim ſubtel in pede, quod vola in manu. Unde *Priſcian.* exponit κοῖλον τῶ ποδός, *Perotus* ſcribit *ſubral*, ac dici putat, quia ſit ſub talo.

Subtemen, inis, n. *trama*, עֵרֶב, πρόνη, filum, quod ſub ſtamine texitur, a *ſub*, & *ſtamen. Varro l.* 4. *de L. L. c.* 23. Stamen a ſtando, quod eo ſtat omne in tela, velamentum, ſubtemen, quod ſubit ſtamini. *Ovid. 6. Met. v.* 55. Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis. *Ter. Heaut.* 2. 3. Anus ſubtemen nebat. Prætexta una ancilla erat. *Virg.* 3. *Æn. v.* 483. Fert picturatas auri ſubtemine vestes. ¶ Legitur & *ſubtegmen*, eodem ſenſu: nam qui ita diſtinguunt, ut *ſubtemen* ſit quod explicuimus, *ſubtegmen* vero dicatur quaſi *ſubtegimen*, & ſignificet pannum illum, quo veſtes fuſſulciuntur ſive commoditatis, ſive ornatus gratia, *fodera*, nullo id idoneo confirmant exemplo. *Auſon. epigr.* 36. Sive probas Tyrio textam ſubtegmine veſtem. *Plin. l.* 13. *c.* 12. *de charturum confectura*, E ſecundo corio ſtratumina facta ſunt, e primo ſubtegmina. *h. e.* ſecundis phi-lyris papyri chartæ ſtratumen, & veluti ſtamen factum eſt, ex primis ſubtegmen, ſeu textura: texebatur enim papyrus in morem telarium. *Harduin. in totum cit. cap. Plin.*

Subtendo, is, a. 3. ſurſum tendo, extollo. *Virg. in Ciri, v.* 7. Altius ad magni ſubtendit fœdera mundi. Alii leg. *ſuſpendit*,

Subtento, as, a. 1. ὑποπυρόομαι, idem quod tento. *Plaut. Truc.* 2. 2. 51. Adveniſti huc ſubtentatum exoratis oſſibus. Alii aliter leg.

Subtentus, a, um, ſubtus extenſus. *Cato de R. R. c.* 10. Lectum in cubiculo unum, lectos loris ſubtentos quatuor. *h. e.* de tabulato, ſeu ſolario loris propendentes, qui mos erat antiquorum.

Subtenuis, & nue, o. 3. ὑπόλεπτος, aliquantulum tenuis. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 7. Non anguſta juba, crebra, fuſca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis, implicata in dexteriorem partem cervicis.

Subter, *ſotto*, תַּחַת, Ger. *unter*, Gal. *deſſous*, Hiſp. *debaxo*, ὑπό, præpoſitio locum denotans inferiorem, ſicut *ſuper* ſuperiorem ſignat, a *ſub*, ut *inter* ab in, *præter* a *præ*. Ferme accuſandi caſum poſcit, ſive quietis, ſive motus verbis adjungatur. *Cic. 4. Tuſcul. c* 10. Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locavit. ¶ Interdum a Poetis cum ablativo uſurpatur. *Virg. 9. Æn. v.* 515. Cum tamen omnes Ferre juvat denſa ſubter teſtudine caſus. ¶ Ponitur & ſine caſu, adverbialiter. *Cic. de Somn. Scipionis c.* 4. Deinde ſubter mediam fere regionem Sol obtinet.

Subteractus, a, um, nom. partic. a *ſubter*, & *ago*. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. Idque vitium ſubteractis quaſi quibuſdam radicibus ſexpit.

* Subteranhelo, as, ſubter anhelo. *Stat. l.* 1. *Silv. v.* 56. Subterhanelat humus.

Subtercavatus, a, um, adject. *ſcavato di ſotto. Solin. c.* 8. *de avib. Diomedeis*. Cum fœtificum adeſt tempus, roſtro ſcrobes excavant, deinde furculis ſuperpoſitis texta cratium imitantur, & ſic contegunt ſubtercavata.

Subtercurro, is, n. 3. *correr ſotto. Vitruv. l.* 9. *c.* 7. *de ſid. orib.* Perfeus dexterioribus ſubtercurrens baſim Vergiliarum.

Subtercutaneus, a, um, adject. *che ſta ſotto la cute*, ut ſubtercutaneus morbus. *Idropiſia. Aurel. Vict. epitom. in Adriano.*

Subterdiico, is, xi, ctum, a. 3. *ſottraere*, הִסִּיר, הוֹצִיא, Ger. *ſich von einem ſchleichen und verſtelen*, Gal. *ſe retirer ſecrettement*, Hiſp. *huyr á eſcondidas*, ὑφαιρέω, ὑφέλκω, eſt ſe ſubtrahere, clam ſe ſubducere ex aliqua ſocietate, vel loco, ſubterfugere. *Plaut. Mil.* 2. 3. 72. Serva iſtas fores, Ne tibi clam ſe ſubterducat iſtinc. *Id. Aſin.* 2. 2. 12. Si huic occaſioni tempus ſeſe ſubterduxerit.

Subterfluo, is, xi, xum, ὑποῤῥέω, ſubtus fluo. *Plin. l.* 8. *c.* 50. Torrente rapido minaciter ſubterfluente.

Subterfundo, as, a. 1. *ſtabilire, o formar ſotto. Lactant. l.* 2. *c.* 8. Cum fabricarerur cœlum, terraque ſubterfundareur.

Subterfugio, is, gi, gitum, n. 3. *fuggire, ſchivare*, מָנַס, בָּרַח, ὑποφεύγω, clam aufugio. *Ulp. l. eum qui circa, ff. de privil. credit.* Nam & eum, qui recedit, hoc eſt qui ſubterfugit, ut ne ſecum aliqua actio moveatur, latitare placet. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 2. Subterfugiſſe ſic mihi hodie Chryſalum. ¶ Aliquando ponitur pro vitare, detrectare, cum acc. ut Subterfugere crimen, laborem, militiam, periculum, pœnam, &c. *Plaut. Merc. c.* 2. 82. Nequicquam ego mare ſubterfugi fœvis tempeſtatibus. *Cic.* 3. *Off. c.* 26. *de Ulyſſe*. Inſimulant eum Tragœdiæ ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe.

* Subterhabitus, a, um, poſthabitus. *Apul. l.* 1. *Met.* al. *inſuper habitus*.

Subterjacĕo, es, n. 2. *eſſer poſto ſotto. Aleim. Aoir.* l. 1. *v.* 196. Hic genus ardentem cœli ſubterjacet axem.

Subterjacio, is, a. 3. *gettar ſotto. Pallad. lib.* 3. *tit.* 18. Hordei grana ſubterjaciuntur.

Subterior, oris, adject. comparat. a ſubter, idem quod inferior. *Æmil. Macer*, 2. *v.* 13. Nocuus ſanguis per ſubteriora dicitur expelli.

Subterlăbor, eris, lapſus ſum, d. 3. *ſcorrere ſotto*, Ger. *entrunnen, hinfahren*, Gal. *s' écouler*, Hiſp. *huyr a eſcondidas*, ὑποῤῥέω, labor ſub aliqua re. *Virg.* 10. *Ecl. v.* 4. Cum fluctus ſubterlabere Sicanos. ¶ Ponitur etiam pro clam elabi, & effugere. *Liv. l.* 30. *c.* 25. Sed neque roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant.

Subterlino, is, lini, vel levi, litum, a. 3. ὑπολείβω, ſubtus lino, imam rei alicujus partem perlino. *Plin. l.* 28. *c.* 7. Sotira obſtetrix tertianis quartanisque efficaciſſimum dixit, plantas ægris ſubterlini.

Subterlĭo, is, a. 3. ſubtus lavo, ſubluo. *Claudian. de VI. Conſ. Honor. v.* 177. Gurgite fidereo ſubterluit Oriona.

Subterluvio, onis, f. ſublavies, proluvies. *Claud. Mamert. l.* 1. *de ſtatu anim. c.* 2. Loca humoris aſſidui ſubterluvione cedentia.

Subtermĕo, as, n. 1. *paſſare di ſotto*, ὑπομορεύομαι, ſubtus tranſeo. *Claudian. de baln. Aponi, v.* 61. Et junctos rapido pontes ſubtermeat æſtu.

Subternăto, as, n. 1. *nuotar ſotto*, ſubnato. *Solin. cap.* 32. *de Ægypto*: Delphines crocodilos eliciunt ad narandum, demerſique æſtu tenera ventrium ſubternatantes ſecant.

Subternus, a, um, adject. idem quod infernus, a *ſubter*. *Prudent. Hamartig. v.* 922. rapidos ſubterna noſtæ caminos. *Id. l.* 1. *adver. Symmach. v.* 392. Religionis opem ſubternis poſcere ab aprris.

Subtĕro, is, trivi, tritum, a. 3. *peſtare, diminuire*, חִתַּת, Ger. *zerreiben*, Gal. *broyer menu*, Hiſp. *deſmenuzar*, συντρίβω, comminuo. *Col. l.* 12. *c.* 5. Salis ſextarium ſubterito, & ſubtritum cum quartario mellis aceto diluito. ¶ Ponitur etiam pro continuo attrito ſubtus conſumere. *Cato c.* 72. Boves ne pedes ſubterant, prius, quam in viam quoquam agas, pice liquida cornua infima ungito.

Subterpendĕo, es, n. 2. ſubtus pendeo. *Pallad. in Martio, tit.* 10. Mala ſine terræ tactu ſubterpendentia.

Subterranĕus, a, um, *ſotterraneo, che è ſotto terra*, תַּחְתִּי, ὑπόγειος, quod eſt ſub terra. *Col. l.* 1. *c.* 6. Vinctis quam faluberrimum ſubterraneum ergaſtulum, anguſtiis illuſtratum feneſtris. *Tacit. de German. c.* 16. Specus Subterraneos aperire, ſubterrĕnus, a, um, adject. &

Subterrĭus, a, um, adject. idem quod ſubterraneus. *Arnob. l.* 7. *p.* 226. Opinionem neceſſe eſt fruſtrari, quam ſuper atris pecudibus habetis, Diviſque ſubterreis. *Apul. l.* 9. *A. M.* Subterranas orbis plagas illuminabat.

Subterrĭgo, as, a. 1. ſubtus ſeco. *Cic. in Arat. v.* 273. medium ſubterſecat hic Capricornum.

Subtertenĭo, as, a. 1. *logorare di ſotto. Lucr. l.* 1. *v.* 312. Anulus in digito ſubterrenuatur habendo. Scribi tamen poteſt diviſim *ſubter tenuatur*.

Subtervacans, antis, particip. a *ſubter*, & *vaco*, *vacuo di ſotto. Senec. lib.* 6. *Quæſt. nat. c.* 25. Decidanc in illum ſubtervacantem locum. Niſi malis diviſim ſcribere *ſubter vacantem*.

Subtervŏlo, as, n. 1. *volar ſotto. Stat.* 3. *Theb. v.* 669. fragor intonat ingens Hortantum, & vaſto ſubtervolat aſtra tumultu.

Subtervolvo, is, a. 3. ſubtus volvo. *Ammian. l.* 22. *c.* 20. Ita Pontus perſtringitur gela, ut nec amnium curſus ſubtervolvi credantur.

Subtexo, is, xui, xtum, a. 3. *coprire*, tego, abſcondo, quaſi ſubtus texendo coperio. *Virg.* 3. *Æn. v.* 583. Et cœlum ſubtexere fumo. *Stat. l.* 3. *ſil.* 1. Cœlum ſubtexitur umbra. ¶ Transiate ponitur pro ſubdere, ſubjungere, veluti texendo addere, *ſeggiungere*, προστίθημι. *Plin. l.* 25. *c.* 11. Singulis corporum morbis remedia ſubtexemus. *Liv. l.* 37. *c.* 48. Subtexit deinde fabulæ huic, legatos interrogatos eſſe, &c. *Vellej. l.* 1. *c.* 14. Huic rei haud intempeſtive ſubtexturi videmur; civitates propagatas, auctumque Romanum imperium, &c.

Subtextus, a, um, adject. intextus, immixtus. *Manil. l.* 3. *v.* 522. Et ſubtexta malis ſunt bona.

Subtililoquentĭa, æ, f. ſubtilis oratio. *Tertul. l.* 5. *cont. Marc. c.* 19.

Subtilŏquus, a, um, adject. ſubtiliter loquens. *Tertul. l.* 5. *adv. Marc. c.* 19.

Subtilis, & le, o. 5. *ſottile*, דַּק, מְזֻקָּק, Ger. *rein*, Gal. *ſubtil*, Hiſ. *delgado*, λεπτός, tenuis, gracilis, cui craſſus opponitur, a *tela*. *Lucret. l.* 4. *v.* 899. ventus ſubtili corpore tenuis, & *v.* 86. Subtile filum. *Plin. l.* 11. *c.* 5. Apes fuccum ſubtiliſſimum contrahunt. ¶ Translate *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 38. Fervida quod ſubtile exſurdant vina palatum, *delicato*. *Col. l.* 8. *c.* 16. Subtilior gula, *guſto fino*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 23. Acutiſſimum, & ſubtiliſſimum dicendi genus. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 47. Soleas, ſubtiliſque deſcriptio partium, *diligente, minuta*. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 6. Judicium ſubtile, *acuto, perſpicace*. *Id. pro Planc. c.* 5. C. Serenus ſubtiliſſimus homo: fuit enim & animi ſatis magni, & conſilii. ¶ Subtile dicendi genus idem eſt aliquando, quod ſtilus ſimplex, tenuis, infimus. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 21. Privatas cauſas, & eas tenues, egimus ſubtilius, capitis, aut famæ ſciliecet ornatius. Adde *de clar. Orat. c.* 9. ¶ *Ad ſubtile* apud *Cenſorin. de die nat. c.* 17. idem eſt quod *ſubtiliter*. Ita enim ait: Seculum quid ſit, uſque adhuc arbitror ad ſubtile examinatum non eſſe.

Subtĭlis

Subtilitas, atis, f. *ſottigliezza*, דִּקְדּוּק, דק, Gen. *ſubtilitçkeit*, Gal. *ſubtil.zé*, Hiſp. *ſoſileza*, λεπτομέρεια, tenuitas, gracilitas. *Plin. l.* 10. *in fin.* Immenſæ ſubtilitatis animalia. ¶ Translate eſt macies, ac jejunitas. *Cic. de clar. Orat. c.* 16. Lyſia eſt genere toto ſtrigoſior, ſed habet tamen ſuos laudatores, qui hac ipſa ſua ſubtilitate admodum gaudent. ¶ Item acumen. *Cic. 4. Fam. ep.* 4. Subtilitas, & elegantia ſcriptorum. *Quinctil. l.* 1. *c.* 4. Intima quæſtionum naturalium ſubtilitas.

Subtiliter, adv. *ſotilmente, acutamente*, λεπτῶς, acute, acriter, tenuiter. *Cic.* 1. *Acad.* Sed Zeno cum Arceſilam anteiret ætate, valdeque ſubtiliter diſſereret. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 21. Dexteriores cauſas, & eas tenues, agimus ſubtilius, capitis, aut famæ ſcilicet ornatius. *Id. pro Corn. Balb. c.* 22. A quo hæc, quæ ego nunc perſcurro, ſubtiliſſime ſunt omnia perpolita. *Liv. l.* 3. *c.* 5. Numerum ſubtiliter exſequi, *per minuto*.

Subtimĕo, es, a. 2. ὑποφοβέομαι, aliquantulum timeo, ſubvereor, ſubformido. *Cic.* 2. *Phil. c.* 14. Nunquid ſubtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur?

Subtinnĭo, is, aliquantum tinnio. *Terſul. de pal. c.* 4.

Subtitillans, antis, aliquantum titubans. *Prudent. in Apotheoſi, v.* 650. Subtitillante fide.

Subtractus, a, um, *ſottratto, tolto via*. *Ulp. l. ſed ſi mora, ff. de donat.* Ut nunc pleniſſimam habeat infirmitatem, quando ab hac luce fuerit ſubtractus. *Calliſtrat. l.* 2. *Dig. de jure Fiſci*. Ea ſubtracta eſſe creduntur, quæ nocitura cauſa ejus fuerunt.

Subtrăho, is, xi, ctum, a. 3. *ſottraere, togliere di ſotto*, לָקַח, הוֹרִיחַ, הָסִיר, Ger. *ſtehlen heimlich, entziehen od. hinnemmen*, Gal. *ſouſtraire*, Hiſ. *ſacar*, ὑπεξάγω, aufero, de medio aufero, removeo, adimo. Uſurpatur vel cum ſolo accuſat. *Cic. 1. de Or.* Neque verba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris. *Hirt. lib.* 8. *B. G. c.* 33. Quæ ſi clandeſtina fuga ſubtrahere conarentur. ¶ Vel cum acc. & dat. *Cic. pro Mur. c.* 37. Nolite mihi ſubtrahere vicarium meæ diligentiæ. *Virg. 6. Æn. v.* 465. Iſte gradum, teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Ubi *aſpectu noſtro* dativus eſt more antiquorum. ¶ Vel cum acc. & abl. cum præp. *a*, vel *ab*. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. Quo ego me libentius a curia, & ab omni Reipublicæ parte ſubtraho. ¶ Vel cum acc. & abl. & præp. *de*. *Cicer.* 3. *Offic.* Qui ſi occiderit, multum de communi utilitate ſubtraxerit. ¶ Subtrahere etiam eſt ſurripere, furari. *Plaut. Caſ.* 2. 2. 28. Ei haud commodi eſt, quin viro aut ſubtrahat, Aut ſtupro invenerit. ¶ Item abducere, tollere. *Colum. l.* 3. *cap.* 4. Eam materiam, quæ lædere videbatur, ducendo ſapius alvum, ſubtrahebant.

Subtriſtis, & ſte, o. 3. ὑπόλυπρος, aliquantulum triſtis. *Ter. Andr.* 2. 6. 16. Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.

Subtritus, a, um, ὑποτετριμμένος, attritus, partic. a ſubtero. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 73. Quibus ſubtritæ ad femina jam erant ungulæ. *ideſt* attritu nimio corroſæ.

Subturpiculus, a, um, dim. a *ſubturpis*, & idem ſignat. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 5. Etiam ſubturpicula mihi videbatur eſſe πτελωθέα.

Subturpis, & pe, o. 3. ὑπαισχρός, quod turpitudinis nonnihil habet conjunctum. *Cic.* 2. *de Or. c.* 66. Et quæ ſint, quod ridiculi proprium eſt, ſubturpia.

Subtus, adverb. *ſotto*, תַּחַת, Germ. *unter, darunten*, Gal. *ſous, deſſous*, Hiſp. *de baxo*, ὑπένερθε, idem quod *ſub*, a *ſub*, ut *ab in, intus*. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 9. Labris ſubnigris, aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus, mento ſuppreſſo.

Subtuſus, a, um, nom. partic. aliquantum tuſus, ſeu percuſſus. *Tibul. l.* 1. *eleg.* 11. *v.* 55. Flet teneras ſubtuſa genas. *Al.* leg. *ſuffuſa*.

Subvas, ădis, m. qui ſubſiſtit in locum prioris vadis, ſeu qui pro ipſo vade ſpondet. *Gel. l.* 16. *c.* 10. Vades, & ſubvades.

Subvăla, æ, f. *camiſcia*, חֲלוּק כֻּתֹּנֶת, Germ. *hemd*, Gal. *chemiſe*, Hiſp. *camiſa*, ὑποκάτων, intima veſtis, quæ ſere ex lino fit, ita dicta, quod ea ſubtus induamur, ſeu quia tunicæ ſubſit, ut tunica pallio. *Var. l.* 4. *de L. L. c.* 30. Capitium ab eo, quod capit pectus, ideſt, ut antiqui dicebant, indutu comprehendit: alterum, quod ſubtus, a quo ſubucula, alterum, quod ſupra, a quo ſupparus. *Hor. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 95. Subucula pexæ Trita ſubeſt tunicæ. *Sueton. in Aug. c.* 82. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace lineo, & ſeminalibus, & tibialibus muniebatur. ¶ Sumitur etiam pro libi genere. *Feſt.* Subuculam Ælius Stilo, & Cloarius iiſdem fere verbis demonſtrant vocari, quod Diis detur ex halica, & oleo, & melle. Nam de tunicæ genere notum eſt omnibus. *Paul. ibid.* Subucula genus libi dicitur, ex halica, & oleo, & melle: & genus veſtimenti.

Subuculăris, a, um, ὑποκαπωνικός, ſubucula indutus. *Quinctil. l.* 8. *cap.* 3. Nec a verbis modo, ſed a nominibus quoque derivata ſunt quædam, ut a Cicerone ſubuculatum, & ab Aſinio ſimbriatum, & ſigulatum. Alii pro *ſubuculatum* leg. *ſyllaturit*.

* Subudus. V. Sudus.

Subvectio, onis, f. ὀχαγωγία, actus ſubvehendi. *Caſ. l.* 7. *B. G. cap.* 10. Ne ab re frumentaria duris ſubvectionibus laboraret. Adde *Liv. l.* 24.

Subvecto, as, a. 1. freq. a. ſubveho. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 74. Ipſos, qui tibi ſubvectabant rure huc virgas ulmeas. *Virg. 6. Æn. v.* 303. Et ferruginea ſubvectat corpora cymba.

Subvector, oris, m. qui ſubvehit. *Avieni. in deſcriptione Orbis, v.* 193. Boſphorus Inachiæ ſubvector virginis olim.

Subvectus, us, m. idem ac ſubvectio. *Tac. l.* 15. *c.* 4. Et proviſi ante commeatus, quorum ſubvectu, &c.

Subvectus, a, um, partic. a ſubvehor. *Ovid. Met. 2. v.* 796. Illa dato ſubvecta per aera curru Devenit in Scythiam.

Subvĕho, is, xi, ctum, a. 3. *portare in alto, innalzare*, הֵרִים, הֵבִיא, Ger. *auf hinfahren*, Gal. *enlever*, Hiſ. *traer*, ὑποκομίζω, extollo. *Lucret. l.* 5. *v.* 516. Aſt alium ſubter, contra qui ſubvehat orbem. *Plin. l.* 31. *c.* 1. Sæpe etiam lapides ſubvehunt, portantes aliena pondera. ¶ Sæpe uſurpatur pro advehere, vehiculis, vel navibus afferre. *Cæſ. l.* 1. *B. G. c.* 16. Eo frumento, quod flumine Arari navibus ſubvexerat. *Liv. l.* 9. *cap.* 35. Inſeſſis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio ſubvehebatur. *Id. l.* 24. *c.* 40. Subvehi adverſo flumine.

Subvello, is, a. 3. ſubtus vello. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *num.* 202. Rador, ſubvellor, deſquamor, pumicor, ornor. h. e. pilos corporis mihi vello.

Subvenio, nis, n. 4. *ſouvenire, ajutare*, עָזַר לְעֶזְרָה, בֹּא, Ger. *zu hulffkommen*, Gal. *ſecourir*, Hiſp. *ſocorrer*, βοηθέω, ſubſidio venio, ſuppetias fero, auxilior, adjuvo. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 4. Gum eo animo veniſſem, ut utrique provinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubvenirem. *Id. Aſt. l.* 1. *ep.* 12. Hinc quoque rei ſubventum eſt maxime a nobis. *Id. ibid. ep.* 14. Gravedini quæſo omni ratione ſubveni. h. e. remedium affer. Sic *Tacit. Ann.* 15. *c.* 68. Non aliter tot flagitiis ejus ſubveniri poteſſe. ¶ Cum accuſativo communi. *Plaut. Stich.* 2. 3. 74. Si neque ille adeſt, neque hic qui venit, quiſquam ſubvenit. ¶ Ponitur & pro intervenire, advenire. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 12. Cæteros via fua, aut equites cum Sterninio ſubvenientes, periculo exemere. *Gell. lib.* 19. *cap.* 7. Ut quæque vox digna animadverſione ſubveneret, memoriæ mandabamus. ¶ *Subvenito*, pro *ſubveniam*, ἀρκέσω. *Plaut. Men.* 5. 7. 20. Defendam, & ſubvenibo ſedulo.

Subvento, as, neut. 1. freq. a ſubvenio. *Plaut. Rud.* 2. 4. 11. Spes bona, obſecro, ſubventa mihi.

Subventor, oris, m. *che ajuta, ſouvenitore. Inſcript.* apud *Gruter. p.* 459. *n.* 1. Populi ſubventori. & *p.* 1095. *n.* 7. Subventori civium neceſſitatis.

Subventurus, a, um, part. temporis futuri a ſubvenio. *Cic. Att. l.* 8. Quin is Do mitio ſubventurus eſſet. *Ovid. l.* 2. *Amor. el.* 16. Et ſubventuros auferat unda Deos.

Subverbuſtus, a, um, σιγματίας, ſervus, verbero, a *verber*, ut a *jus jurus*, ab *arbor arbuſtum*, ab *onus onuſtus*. Secundum *Feſtum* dicitur quaſi *ſub verberibus*, *b* pro *u* poſito. Scribit enim: Subverbuſtum, veribus, vitam ſignificat. Plautus, cum ait, Ulceroſam, compeditam, ſubverbuſtam, ſordidam. ¶ Opponitur liberali. *Tertull. de Pallio cap.* 4. Liberrinos in equeſtribus, ſubverbuſtos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in urbanis, ſcurras in forenſibus, paganos in militaribus.

Subverſor, eris, ĭtus ſum, d. 2. ἀλλαβόομαι, aliquantulum verſor. *Cicer. l.* 6. *Fam. epiſt.* 10. Venit enim mihi in mentem ſubvereri interdum, ne te deleſtet tarda deceſſio.

Subverſo, onis, f. *ſouverſione*, ἀνάτασις, καταστροφή, מַהְפֵּכָה, actus ſubvertendi. *Arnob. l.* 1. *p.* 7. Subverſio humani generis, & *l.* 5. Animorum ſubverſiones.

Subverſo, as, a. 1. freq. a ſubverto. *Plaut. Curc.* 4. 1. 23. Vel qui ipſi vortant, vel qui alios ſubverſandos præbeant. Alii leg. *ut verſentur*.

Subverſor, oris, m. everſor. *Tacit.

succedant, necesse est. ¶ Sumitur etiam pro in alterius locum venire, succedere. *Cæs. l. 5. B. G.* Integrique, & recentes defatigatis succederent. *Cic. l. 12. Fam. ep. 4.* Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quod tibi tam cito succederet. *Id. 3. Off.* Ut veros hæredes moveat, in eorum locum ipse succedat? ¶ Usurpatur etiam impers. *Cic. in Pison.* Cum tu non solum, quod tibi succederetur, sed quod Gabinio non succederetur, exanguis, & morsuus concidisti. *Id. l. 13. Fam. ep. 30.* Qui, cum forte Quæstor Macedoniam obtineret, neque ei successum esset. ¶ Est etiam prospere cedere, felicem exitum habere, *aver buon successo, andar bene.* Varie construitur. *Ter. Andr. 4. 1. 46.* Hac non successit, alia aggrediemur via. *Cicer. Q. Fr. l. 2. ep. 13.* Si ex sententia successerit, bene erit opera posita. *Plaut. Mil. 3. 2. in fine.* Lepide hoc succedit sub manus negotium. *Liv. lib. 21.* Non ita prospere, ubi ad effectum operis ventum est, cæpris succedebat.

Succendo, is, endi, ensum, a. 3. *accendere*, בער, Ger. *anzunden*, Gal. *enflammer*, His. *encender*, ὑποκαίω, ignem subjicio, accendo, incendo. *Lucan. lib. 6. v. 178.* alterius flamma crinesque, genasque Succendit. ¶ Translare est incitare. *Id. lib. v. 171.* movit tantum vox illa furorem, Quantum non primo succendunt classica cantu.

Succenseo, es, sui, sine sup. *adirasci*, קצף, הזמרמה, Ger. *zornig sein*, Gall. *se corroucer*, His. *enfadar*, ὀργιστῶ, irascor. *Cic. pro Dejot. c. 13.* Non enim jam metuo, ne illi succenseas: illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspiceere. *Ter. Andr. 2. 3. 2.* Si id succenseat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes. *Gell. lib. 16. cap. 11.* Psyllos ex aquaria defectos, eam injuriam graviter Austro succensuisse. *Plaut. Bacch. 3. 4. 27.* Neu quid ei succenseat mea causa de auro.

Succensio, onis, f. calefactio, ut succensio lavacri, *Ammian. l. 31. c. 1.* V. *Suffitio.* ¶ Item accensio, illustratio. *Tertull. de resur. carn. cap. 25.* Redaccendentur enim & stellarum radii, quos matutina succensio extinxerat. ¶ Item indignatio, ira, a *succenseo. Symmach. l. 5. ep. 35.* Literæ tuæ officii plenitudine memoriam succensionis obliterant.

Succensus, a, um, nom. ex particip. *accenso. Liv. l. 28.* In succensum rogum injiciere corpora. *Cic. in Pison. c. 18.* Succensis ignibus torreri. ¶ Translate. *Senec. in Herc. Fur. vers. 779.* Lapithæque multo in bella succensi mero. *Ovid. heroid. ep. 15 v. 197.* Succensus amore. *Silius lib. 1. v. 169.* Succensus ira.

Succentivus, a, um, adject. qui cum alio canit. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Dextera tibia alia, quam sinistra, ita ut tamen sit quodammodo conjuncta, quod est altera ejusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva, *accordata con l' altra.*

Succentor, oris, m. qui succinit, & cantum suum cum alio, sed submissius, accommodat: hanc enim eandem significationem habet *succino*, cujus est verbale. Translate *Ammian. l. 29. c. 48.* Paulo succentore fabularum crudelium. *h. e.* impulsore. ¶ *Isidorus l. 6. Orig. c. 19.* aliter succentorem definit; ait enim tres esse in cantando gradus, primum succentoris, (*h. e.* ejus, qui cantum incipit) secundum incentoris, tertium accentoris.

Succentoriatus, a, um, ὑποκαταχρηστικῶς, קטנה, qui additus est in supplementum centuriæ, partic. a succentorior. *Ter. Phorm. a. 1. sc. 4. in fine:* Nunc prior adito tu, ego in insidiis hic ero succentoriatus, siquid deficies. Ubi sic *Donatus:* Tota Metaphora de re militari est. Succenturiati dicuntur, qui explendæ centuriæ gratia subjiciuntur ei ad supplementum ordinum.

Succenturio, as, a. 1. *recturare*, רדם והעביר, ὑπαγκάζω, est in locum occisorum militum alios substituere; a *centuria. Festus ex Plauto*, & *Cæcilio*: Succenturiare est explendæ centuriæ gratia supplere, subjicere. ¶ Translate dicitur de quacunque re, cum in locum rei, quæ auferitur, alia statim substituitur. *Gel. l. 15. c. 8.* Et alia esca melior, atque amplior succenturietur.

Succentus, us, m. cantus post cantum. *Martian. Capella l. 1. pag. 6.*

Succerda. V. *Sugerda.*

Succerno. V. *Subgerno.*

Successio, onis, f. *successione*, Ger. *nachfolgung*, Gall. *succession*, His. *succession*, διαδοχή, actus succedendi. *Cic. 1. Fin. c. 11.* Sic in omni re doloris amotio successionem efficit voluptatis. *Cæl. Cic. l. 3. Fam. ep. 1.* Quod adhuc nihil retulit de successione provinciarum Galliarum. *Brutus ad Attic. in epist. ad Brutum, 17.* Si merces Antonii oppressi poscitur in Antonii locum successio. ¶ Item successus. *Cic. in fragmen. in Hortens.* apud *Augustin. de vita beata:* Ejusque omne institutum voluntatemque omnem successio prospera consecuta est.

Successive, adverb. *successivamente*, ἐκ διαδοχῆς, per successionem. *Spartian. in Caracal. c. 8.* In advocatione fisci successive. Sed alii leg. *successisse.*

Successivus, a, um, adject. *che succede*, qui post alium succedit. *Lactant. de opif. Dei, c. 12.* Duobus foxibus maris, ac fœminæ copulatis, successiva proles parturit.

Successor, oris, m. *successore*, Ger. *nachfolger*, Gal. *successeur*, His. *successor*, διάδοχος, qui alteri succedit. *Cic. lib. 2. Fam. ep. 17.* Martium quidem successorem tarde video esse venturum, *Ovid. de remed. am. v. 462.* Successore novo tollitur omnis amor. ¶ Successorem alicui dare, est imperium ei abrogare, summovere, exauctorare: utebantur enim eo dicendi modo ad invidiam molliendam. *Spartian. in Adrian. c. 11.* Septicio Claro Præfecto, & Suetonio Tranquillo epistolarum magistro successores dedit. *Id. in Pio. cap. 5.* Factus imperator nulli eorum, quos Adrianus provexerat, successores dedit.

Successorius, a, um, adject. ad successionem pertinens, *Ammian. l. 14. c. 8.* Seleucus cum post Alexandrum successorio jure teneret regna Persidis. *Ulpian. l. 1. ff. lib. 38. tit. 9.* Successorium edictum idcirco propositum est, ne bona hæreditaria vacua sine domino diutius jacerent.

Successus, us, m. *buon successo*, עזרא, מצלחה, Ger. *gluckliches gelingen*, Gal. *aventure, bonheur*, His. *successo*, ἀνάπλους, cyprius prosper. *Virg. 2. Æn. v. 386.* Atque hic successu exultans, animisque Chorœbus: *Liv. in præf. operis*, ut oculis tanti operis successus prospexisse darentur. *Ovid. de remed. amor. v. 624.* Successibusque arte non habuere meæ. *Idem Heroid. ep. 3. v. 118.* Successu carere. ¶ Sumitur & pro cursu temporis continuato, & succedente. *Justin. l. 3. c. 8.* Cyrus regnavit annos xxx. non initio tantum regni, sed continuo totius temporis successu admirabiliter insignis. ¶ Proprie est actus succedendi, & subeundi, h. e. accessus, & loco ad locum. *Cæs. l. 2. B. G. c. 20.* Quarum rerum magnam partem temporis brevitas, & successus, & incursus hostium impediebant.

Successus, a, um, παραπλησιάζων, quod prospere cessit, partic. pass. a succedo. *Cic. l. 16. Fam. ep. 21.* Nam cum omnia mea causa velles mihi successa, tum etiam tua. ¶ Successum, more substantivi, *bonum successo. Ovid. Met. 2. v. 788. de Invidia:* Murmura parva dedit, successorumque Minervæ indoluit. Alii leg. *successumque.*

Succidaneus. V. *Succedaneus.*

Succida, æ, f. *canne porcina salata*, בשר חזיר מומלח, Germ. *eine speckseite*, Gall. *flèche de lard*, His. *lardo salado*, μυελός, cetgum suis, sive massa carnis porcinæ sale durata, & in quotidianos usus servata. *Varro l. 2. L. L. c. 22.* Succidia ab suibus concidendis. Nam id pecus primum occidere coeperunt domini, & ut servarent, salire. *Id. l. 2. R. R. c. 4.* Ignavum, & sumptuosum esse, qui succidiam suspendere in carnario potius ab lanario, quam ex domestico fundo. ¶ Translate. de aliis rebus usurpatur. *Cic. de Sen. cap. 16.* Jam horum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. *Cato* apud *Gel. lib. 13. c. 24.* Succidias humanas facere. *h. e.* homines occidere.

Succido, is, succidi, succisum, a. 3. *tagliare*, גדר, Ger. *abhauen, abschneiden*, Gal. *couper*, His. *cortar*, ἀποτέμνω, ὑποκόπτω, idem ac cædo, vel subrus cædo, subtraho. *a sub, & cædo. Virg. 1. Georg. v. 297.* At rubicunda Ceres medio succidirur æstu. *Plin. l. 15. c. 21.* Postea tota arbor succiditur, & medulla ejus uritur.

Succido, is, succidi, succasum, n. 3. *cadere sotto*, ὑποπίπτω, subrus cado, sub onere cado. *Plaut. Curc. 2. 3. 32.* Genua media succidunt lassitudine. *Sen. de Prov.* Etiamsi succideris, de genu pugnat. *Lucret. l. 5. v. 1310.* Succidere horrisono posse omnia victa fragore.

Succidus, a, um, o. 1. *succido, sudiccio, immondo*, טמא, Ger. *feucht*, Gall. *fangeux, humide*, His. *sucio*, succi plenus, pinguis, sordidus, a *succus*, ut Lana succida, *lana di fresco sosata, e non purgata. Var. l. 2. R. R. c. 11.* Tonsuræ tempus inter æquinoctium vernum, & solstitium, cum sudare incepernt oves: a quo sudore recens lana tonsa succida est appellata. *Martial. l. 11. ep. 28.* Succida pelliolo vellera quinque petit. *Juvenal. sat. 5. v. 24.* Vinum, quod succida

nolit Lana pati. ¶ Succida mulier, est bene habita, bene valens, succi *bene in carne. Plaut. Mil. 3. 1. 192.* Siccam, succidam, quam lepidissimam quamque adolescentem maxume.

Succidius, a, um, *chino, ὑπόγωνιος*, pronus ad cadendum, sive forme *Ovid. 10. Met. v. 458.* At illi Poplite succidue genua intremuere. *Id. ep. 12.* cidio dicor procubuisse genu. *Claud. lib. 3. de rapt. Pros. v. 153.* Succidui gressus.

Succincte, &

Succinctim, adverb. *succintamente*, συντόμως, קצרות, על קצות, breviter. *Mamert. in præfat.* Succinctim, atque uti digito denotare. *Ammian. lib. 1.* Nec pigebit docere succincte. *Sidon. lib. 1. ep. 9.* Fabor super his aliquæ cinctius.

Succinctorium, ii, n. πεφαλόμμα, חגורה, campestre subligar. *Augustin. serm. verb. Dom. sub fin.*

Succinctulus, a, um, adject. diminut. a succinctus. *Apul. lib. 2. Milesi.* Ipse tunica mundule amicta, & ruffea, fasciola altiuscule sub ipsas papillas fictula.

Succinctus, a, um, *succinto*, חגור, διεζωσμένος. *Cic. 13. Phil. c. 16.* Galbadem pugione succinctum videtis. ¶ Translate ponitur pro agili, & p *Quintil. l. 2. c. 2.* At nunc proni, atque succincti ad omnem clausulam non surgunt modo, sed etiam excurrunt. ¶ Item pro circumdato, circumsi *Cic. 2. Agr. c. 32.* Deleta Carthago est, quod cum hominum copiis, tum ipatura, ac loco, succincta portubus, armata muris, excurrere ex Africa, i nere ita fructuosissimis insulis P. R. videbatur. *Strab. l. 4. silv. 1.* Succincta pectora. ¶ *Plin. lib. 16. c. 10.* Arbores graciles, succinctioresque, & enodes. minus ramosæ, *meno sparse. Augustin. ep. 157.* Succinctior brevitas, *più succ*

Succinctus, a, um, πλεκτικός, quod est ex succino. *Plin. l. 22. c. 23.* Succ novaculis, aut argento apparatu comitante.

Succingo, is, inxi, ictum, a. 3. *cingere*, אזר, ὑποζώννυμι, subrus ci vestis lacinias cingulo coerceo, ut solemus, quo expeditiores simus ad ali opus faciendum. *Hor. l. 2. sat. 6.* Veluti succinctus curritat hospes. ¶ Trar sumitur pro circumdare, circumspicere, munire. *Cic. 7. Verr. c. 56.* Quod n se pluribus, & majoribus canibus succinxerat. *ideft* pluribus copiis, major tentia, ut ait *Budæus. Ov. 13. Met. de Scylla:* Illa feris atram canibus succ tur alvum. *Plin. in Panag. c. 49.* Fruftra se terroze succinxerit, qui septus tare non fuerit: armis enim arma irritantur.

Succingulum, *vel* Subcingulum, i, p. balteus, a succingo. *Festus.* Succings appellabant antiqui balteum. Plautus (*Men. 1. 3. 17.*) ab Hippolyta succingu Hercules æque magno meruiquam abstulit periculo.

Succino, is, cinui, centum, a. 3. *cantare dopo, ὑποᾄδω*, canendo subsequor, sterioze loco cano, cui opponitur præcino. *Hor. l. 1. ep. 17. v. 48.* Clamat, Vic date, succinit alter, Et mihi dividuo findetur munere quadra.

Succisnum, ni, *ambra*, πλακοῦς, idem quod cicetrum. Succinum vocatur, fit arborum succus, ut *Plinius* scribit *l. 37. c. 3.* Siquidem in Septentrionali Oceani insulis fudat ex arboribus pinei generis, ac tempore, aut mari ind tur, & Oceano intumescente defertur in litus. Marito itaque ab *Ambrone zampron l. 3. c. 15.* dicitur esse lacryma virguli. *Plin. l. 37. c. 3.* Succina et gemmis, quæ sunt translucida, adulterandis magnum habent locum, &c. ra de succino V. apud *eund. l. 4. c. 16. & loc. cit.*

Succinus, a, um, idem ac succineus. *Martial. l. 6. c. 15.* Implicuit tenuem su na gutta feram.

Succipio, is, pro suscipio quidam putant legi apud *Lucret. l. 5. v. 403.* sed non a consueta & aptima scribendi ratione recedendum.

Succisio, onis, f. actus succidendi. *Sidon. l. 1. ep. 2.* Filis infra carium antra fr canibus quotidiana succisio.

Succisivus. V. *Subsecivus.*

Succisus, a, um, *tagliato. Cæs. l. 4. B. G. c. 19.* Omnibus eorum agris vastatis, mentis succisis.

Succlamatio, onis, *lo sgridare*, ἐπιφώνημα, idem quod acclamatio. *Liv. l. 4 26.* Si ex eo, quod aut inter se loquantur, aut succlamationibus apud con panem Imperatorem significent, quid sentiant, &c.

* Succlamitans, a, um, clamoribus excepius. *Quint. decl. 18. c. 9.* Publica succ marus invidia, h. e. exagitatus.

Succlamo, as, p. 1. *gridare*, צעק, ἐπιφωνέω, idem quod acclamo sive alter prationem clamose excipio. *Liv. l. 3. c. 50.* Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo, nec illius dolori, nec fuæ libertati se defuturos. ¶ Usurpa & impers. *Brutus Cic. l. 11. Fam. ep. 13.* Succlamatum est & frequenter a mili bus. ¶ Passive *Quintil. declam. 19.* Omnium maledictis succlamatus. h. e. o gitatus, onegatus.

* Succones, *Cic. 7. Attic. ep. 13.* al. *saccopes*, al. *salacones*, al. *sanitones.*

Succollatus, a, um, *portato sulle spalle. Suet. in Othone, c. 6.* Succollatus, & præsente comitatu Imperator conslaturus.

Succollo, as, a. 1. *portar su le spalle*, סבל, κατακολλάω ὤμοις, in collum, tollo cervicibus subjectis porto, quod proprie eorum est, qui aliquem in lec ea gestant, *a sub, & collum. Suet. in Claud. c. 10.* Ab his lectica impositu & quia feryi diffugerant, viciffim succollantibus in castra delatus est. *Plin. l. c. 10.* Succollantium specie mulieres labentes, stupidasque ferentur. *Var. l. 3. R. c. 19.* Apes Regem suum succollant.

Succonditor, oris, m. qui in factionibus circi, ludisque circensibus sub curru & jugum ese condebat, si forte male jupti essent equi, aut loris se imped rent. *In ipso text.* quod affert, & explicat *Turneb. l. 13. Adversi. c. 12.* M. Vipi pio fulloni tinctori, M. Vipsanio Mignioni viatori, M. Vipsanio Quarrino fu conditori, M. Vipsanio Eroti aurigatori.

Succosus, a, um, *succoso, pieno di succo*, לח, שמי, ὑγώδης, plenus succo, su culentus. *Plin. l. 22. c. 32.* Exit & in Pamphylia, sed acrior, mipusque succ sus. *Colum. l. 4. c. 29.* Stirpes succosioris libri. ¶ Ponitur etiam pro eo, quod n rura humectum, & irrigatum est. *Colum. l. 2. c. 17.* Meliusque habetur rusticum quod natura succoso gignitur cælo, quam quod irrigatum aquis elicitur.

Succresco, is, evi, etum, n. 3. *crescere*, גדל, Ger. *wachsen und aufwachsen*, Gall. *croitre peu à peu*, His. *crecer*, ὑποφύομαι, idem ac cresco, vel succrescit crisco. *Plaut. Trin. 1. 1. 8.* Interim moles mali quasi herba irrigua succrevere ubertime. *Ovid. 9. Met. v. 352.* Succrescit ab imo, Torquque pallidum lentus pre mit inguina cortex. *Cic. 3. de Orat. in fine.* Non enim ille medioeris orator ve stræ quasi succrevisse ætati, sed & ingenio peracri, & studio flagranti.

Succretus. V. *Subcretus.*

Succrotulus, a, um, tenuis, exilis. *Fest.* Succrotila tenuis dicebatur, & alta vox. Titinius: Fœminina fabulare succrotila vocula. Afranius in epistola: Loqueba tur succrotila voce ferio. Plautus in describendis mulierum cruribus gracilibus Cum extortis talis, cum succrotilis crulculis belle, quæ non pedibus irent. Se *Festus* ipse versum hunc aliter, atque alibi citat. In *Crocotilum* legit, *cum crocotilis crusculis*, sive, ut in magistro est *crocorillis.* In *Todi* vero, *cum rodillis crusculis.*

Succubia, æ, m. & f. qui, vel quæ sub aliquo cubat: & speciatim qui *in re* Venerea se alteri subjicit, ὑποκοίτης. Igitur succuba est mulier adultera, quæ in locum legitimæ uxoris se alteri viro subjicit. *Ovid. heroid. epist. v. 153.* Lecti quoque succuba nostri Moereat, de leges sentiat ipsa suas, *Heinsius* legit *subnuba. Apul. l. 5. Metam.* Tunc indignata Venus exclamavit, vel maxime Psychen illam meæ formæ succubam, mei nominis æmulam. h. e. quæ debitum meæ pulchritudini cultum intercipit. Adde *l. 10.* ¶ In masculi gen. *florulentum succubum* dixit *Prudent. in Rom. v. 252.* ecorum masculum intelligens.

Succubo, as, bui, bitum, n. 1. *cubo sub aliqua re. Apul. l. 2. Metam. post prin.* Humi prostratus lectulo succubans jacet. *& l. 9.* Illum, qui instar te fundipis alveum succubabat, depulso regnine cunctis palam fecere.

Succubophus, V. *Subcubanensis.*

Succudo, is, udi, usum, a. 3. idem quod cudo, seu cudendo fabricor. *Var. l. 4 de L. L. c. 24.* Lorica a loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant: postea succuderunt Galli e ferro, sub id vocabulum, ex anulis ferream tunicam.

Succulentus, a, um, *succoso*, πολύχυλος, succo plenus. *Apul. lib. 10. A. A.* Corium arvina succulenta molliveram. *& l. 2.* Inenormis proceritas, succulenta gracilitas.

Suc-

Succumbo, is, ubui, ubitum, n. 3. *cadere sotto*, נפל, Germ. *unter etwas nieder fallen, erliegen*, Gal. *succomber, tomber sous quelque chose*, His. *caer, ser vencido*, ὑποπίπτω, subrus cado, subjicior, oneri impar sum. *Liv. l. 6. c. 32.* Cui succumbere oneri coacta plebes. *Ovid. l. 4. Trist. eleg. 2. v. 1.* Jam fera Cæsaribus Germania, totus ut orbis, Victa potes flexo succubuisse genu. ¶ Usurpatur etiam pro rem Veneream pati. *Var. l. 2. de R. R. cap. 10.* Quibus mos eorum non denegavit, ante nuptias ut fœcumberent, quibus vellent. ¶ Translate dicitur de animo pro frangi, ac debilitari. *Cic. 2. de Fin. c. 29.* Turpe esse viro debilitari, dolere, franfrangi, succumbere. *Idem 2. Tusc. cap. 23.* Non quod doleant, animove succumbant. *Id. lib. 9. Fam. ep. 12.* Aut fortunæ succumbendum putem. ¶ Item pro subjacere, cedere, decedere se. *Virg. 4. Æn. v. 19.* Huic uni forsan potui succumbere, cedere, decere se. *Virg. 4. Æn. v. 19.* Huic uni forsan potui succumbere culpæ. *Ovid. Heroid. ep. 3. vers. 91.* Succumbere precibus alicujus, *lasciarsi vincere.*

Sucurro, is, succurri, ursum, n. 3. *soccorrere, sovvenire, porgere aita, soccorso*, עזר, Germ. *zu hulff kommen*, Gall. *secourir*, His. *socorer*, βοηθέω, ἐπικουρέω, auxilium presto, suppetias fero, subvenio. *Virg. 1. Æn.* Non ignara mali, miseris succurrere disco. *Cic. 2. Ver.* Sed ut infamiæ communi succurreremus. *Id. 3. Ver.* Ut & vitæ patris, & pudicitiæ sororis succurreret. ¶ Usurpatur etiam pass. impersonaliter. *Liv. l. 9. c. 58.* Cujus adversæ fortunæ velit succurfum. *Cæs. lib. 8. cap. 4.* Os fractum, nisi succurfum est, gravibus inflammationibus afficit. ¶ Significat etiam subire, accurrere, *correr sotto, sottoporsi. Cic. pro Rosc. Amer. c. 11.* Licet hercules omnes in me terrores, periculaque impendeant omnia, succurram, atque subibo. ¶ Item in mentem venire, *venir in mente*: & hac ratione impersonaliter usurpatur. *Virg. 2. Æn.* Pulchrumque mori succurrit in armis. *Cic. in Fam.* Neque enim mihi succurrebant verba, quæ ante discessum a Dolabella audieramus.

Succus, ci, m. 2. *succo, umore*, טיט, לית, Ger. *safft*, Gall. *suc, sere*, His. *cumo*, χυλός, χυμός, humor tam in animalium, quam in plantarum corporibus, quo illa aluntur, ita dictus a *fugendo*, ut quidam volunt, quod singula membra, quantum cuique opus est, ex eo exfugant, attrahantque. Si gemino scribatur *c*, erit a supino *fuctum*, *c* in *c* converso. Veram ex *Pierii castig. ad Ecl. 3.* constat in antiquis codicibus, ae iis etiam, quæ geminatione consonantium gaudent, vocem hanc unico scribi *c*. Ac similiter in *Philoxeni* Glossis exaratum, *Succus*, χυλός. Ideoque magis verisimile fit esse a præsenti *fugo*, ut ita dicatur quasi *fugus*, ut est apud *Donat. in Eun. 4. 2. sc. 3. Cic. 1. de nat. Deor.* Principio eorum, quæ gignuntur e terra, stirpes & stabilitatem dant iis, quæ sustinentur, & ex terra succum trahunt, quo alantur ea, quæ radicibus continentur. *Virg. 3. Ecl.* Et succus pecori, & lac subducitur agnis. *Terent. Eun. 2. 3. 36.* Corpus solidum, & succi plenum. Ubi *Donatus*: Succus est humor in corpore, quo abundant bene valentes. ¶ Qui rem herbariam ex professo tractandam susceperunt, succum distinguunt a lacryma, & liquore, ut *lacryma* sit, quæ sponte profluit, *liquor*, qui scarificato cortice emanat, *succus*, qui ex planta contusa exprimitur. Quæ differentia, ut cognita digna est, ita a Scriptoribus nullo pacto observatur. Nam & *Plinius* succum accipit pro resina, sive pice ex arboribus sponte profluente. Ita enim habet *l. 14. c. 20.* Arborum succo manantium, picem, resinamque aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa ferunt. ¶ Interdum ponitur pro sapore. *Virg. 2. Georg.* Pomaque degenerant succos oblita priores. ¶ Translate usurpatur pro ratione, seu substantia cujuscunque rei, pro plenissima, copia, vigore, ducta metaphora a corporibus bene valentibus. *Vic. Art. l. 4. epist. 16.* Amisimus, mi Pomponi, non omnem modo succum, & sanguinem, sed etiam colorem, & speciem primitiam civitatis. *Id. in Brut.* Ut opinio mea fert, succus ille, & sanguis incorruptus usque ad hanc ætatem Oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non factitius nitor. *Quintil. in proem. lib. 1.* Ebibere omnem ingenii succum, *indebolir l' ingegno*. ¶ Succum in genit. plurali pro *succorum* habet *Apul. l. 20. A. A.* Sapidissimis succum intrimentis condita pulmenta.

Succusani, m. 2. pop. Latii, Fregellanis finitimi, ad Lirim fl. qui & Liriates dicti sunt. *Plin. l. 3. c. 5.*

Succussator, oris, m. *cavallo, che trotta o shatte la vita*, ὑποσυντής, equus, qui duriore gressu fessorem concutit. *Lucil.* apud *Non. c. 12. n. 55.* Succussatoris tardi, rapique caballi.

Succussatura, æ, *shattimento*, רעש, ὑποσυντμός, succussus equi prave ingredientis. *Non. c. 6. n. 60.* Gradarius equus est, molli gradu, & sine succussatura nitens.

Succussio, onis, f. *shattimento. Sen. l. 6. quæst. nat. c. 21.* Succussio est, cum terra quatitur, & sursum, ac deorsum movetur.

Succusso, as, a. 1. *shattere*, רעש, Ger. *erschutten*, Gal. *secouer*, His. *sacudir*, συσσείω, freq. a succutio, propriegue dicitur de equis, qui duriore gradu incedentes, fessorem succutiunt, ut notat *Non. c. 12. n. 55. Accius ibid.* Agit, ac vulnus ne succusset gressu, caute ingredimini.

Succussor, oris, m. idem ac succussator. *Lucil.* apud *Non. c. 12. n. 55.* Campanus sopipes succussor nullo sequetur.

Succussus, us, m. *shattimento di cavallo, che trotta*, רעש, Germ. *auffschustung*, Gal. *secousse*, His. *sacudimiento*, ὑποτιγασμός, ὑπτασμός, actus succurienti, seu succussandi. *Cic. 2. Tusc. 21. ex Posta:* Pedetentim, inquit, ire, & sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor.

Succussus, a, um, nom. ex partic. *sbattuto*. Translate *Valer. Max. l. 6. cap. 9. extern. n. 5.* Semel duntaxat vultum mutavit, perquam brevi trifitiæ salebra succussum.

Succutio, is, cussi, cussum, a. 1. ὑποσείω, subrus quatio, *shattere. Ovid. 2. Met. v. 167.* Succutiurque alte, similifique est currus inani.

Sucerda, æ, f. *sterco di porco*, fuillum sterous. *Lucil.* apud *Non. cap. 2. n. 813.* Hic in stercore humi, fabulique fimo, atque fucerdis. ¶ *Tirin.* apud *Fest.* scribit *fucerdæ.*

* Sucidus, Sucosus, V. per duplex cc.

Sucro, onis, m. 3. *Xucar*, fl. Hisp. Tarraconensis. Oritur ex eodem monte, quo Tagus, in Castella nova, & in fin. Aragoniæ, deinde Concham urb. & Alarconium rigat, hinc auctus fl. *Gabriel*, *Algarra*, aliisque minoribus, in mare Ibericum, in finum Suctonensem ab eo dictum, se exonerat, inter Dianium, & Setabin. *Pl. l. 3. c. 3.* ¶ Est etiam Succo oppidum in eadem Hispania Tarraconensi hodie *Succa. Plin. ibid.*

Suctus, a, um, adject. *succiato*, emunctus. *Pallad. in Februar. tit. 26.* Porca sex nutrire debet, quia frequentior numero fusta deficiet.

Suctus, us, m. *succiamento*, ἐκμύησις, actus sugendi, humoris attractio. *Plin. lib. 8. c. 30.* Aliis diebus residunt, ac priorum pedum suctu vivunt. *Id. l. 28. c. 3.* Tactu ipso lavant pectusso, suctuve modico.

Suculæ, æ, f. *porcelletta*, ὑπερκόμιον, parva porca, dim. a *sus*, quasi *sucula*, ut *bucula* a *bos. Plaut. Rud. 4. 4. 125.* Est eft sicilicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ, & duæ suculæ. *Ger.* Quin tui dicrecta cum suculæ, & cum porculis. Ubi *Plaut.* alludit ad machinam tractoriam, de qua ftatim dicemus. ¶ Suculæ etiam Latinis dicuntur ftellæ in capite Tauri, quæ Græcis ὑάδες, Hyades appellantur; quod fidus vehemens est, & terra, marique turbidum, tamque in orta, suo, quam occasu pluvias, tempestates, largosque imbres concitat. *Plin. l. 2. cap. 9. & Serv. ad 1. Georg.* ¶ Nomen id ex veterum imperitia originem cepit. Putarunt enim, quia ὑὰς Græce fuculam, sive porcellam notat, fidus hoc ita appellatum, quia suculæ similitudinem referat. Sed errorem hunc refellit Tullius *l. 2. de nat. Deor. c. 43.* Tauri, inquit, capite ftellis conspersum est, frequentibus, has Græci ftellas ὑάδας vocitare fuerunt, a pluendo, ὗειν enim, est pluere. Nostri imperite fuculas, quasi a fulus essent, non ab imbribus nominatæ. Adde *Plin. l. 8. c. 26. & Gell. l. 13. c. 9.* ¶ Est etiam suculæ appellatio translata ad machinas; de qua notione *Turneb. in Adversariis l. 6. c. 25.* Fuit autem machina trastoria, quam ita describit *Budæus*; Sucula est machina tractorii generis: conflat autem tereti ligno, duobus, aut pluribus vectibus trajecto utrinque, æqua extantibus longitudine. Hæc dum versatur, funis, qui ductarius dicitur, circa eam obvolvitur. Sic vocata est a scrophæ similitudine. Nempe quod ceriam hæc machina suum porculum haberet. Nam in media circiter fucula batillus, aut uncus, qui figebatur, ut teneret funem, qui dum versabatur, fucula circumplicabatur, porculus vocabatur. *Cat. de R. R. c. 19.* Porculum in media fucula facito. *Vitr. l. 10. c. 2.* Cum autem funis haber caput ad suculam religatum, & vectes ducentes eam versant, funis se in volvendo circa suculam extenditur: & ita sublevant onera ad altitudinem, & opesum colloeationes.

judicio, emendatissimus, & candidissimus, Plinii junioris amicus, scripsit stilo eleganti, & erudito duodecim priorum Imperatorum Vitas, librum de illustribus Grammaticis, alterum de claris Rhetoribus; quæ omnia extant. Vitæ quorundam Poetarum, ut Horatii, Lucani, Juvenalis, libellus item de Viris illustribus, ejusdemne Suetonii sint, nec ne, disputant Critici.

Suētus, a, um, *solito*, συνεχὴς, εἰωθὼς, solitus, partic. a fuesco. *Virg.* ☞ *Usu*: Quibus acer Eryx in prælia suetus Ferre manum. *Cic. Att. l. 6.* Civitates omnes suis legibus & judiciis suetæ, αὐτονομίαν adeptæ revixerunt. *Liv. libr. 5. c. 45.* Abstinere suetus ante talibus consiliis.

Suēvi, m. 1. *pop.* Germaniæ Sept. sub Vindilis, valde extensi, sub quibus septem nationes fuere, teste Ptolemæo, nempe Angli, Varini, Caviones, Deuringi, Eudoses, & Huitiones, & Saxones, ubi hodie Duc. Megalopolitanus, & Pomeraniæ. *Cæsar* Peucerus credit, Suevos totam illam oram Sept. tenuisse, quam nunc incolunt Gassubii; Poloni ex parte, & Pomerani universi, ad Austrinum litus maris Baltici, quod Sueticum mare ab eis denominatum, ea in parte, ubi & fl. Suevi nomine, *Die Schwatze*, in mare influit. Inde profecti circa Danubium consedere, & hodie sunt in parte Australi Germaniæ, versus fontes Danubii, ubi prov. Suevia dicta. *Lucan. l. 1. v. 51.* Fundat ab extremo flavos aquilone Suevos; V. *Cluver. German. antiq. lib. 3. c. 24.*

Suevia, f. 1. inc. *Schwaben*, Gall. *Souabe*, Ital. *Svevia*, prov. ampla Germaniæ inter Franconiam ad Boſ. Helvetios ad Mer. Rhenum ab Occ. quo separatur ab Alsatia, & Bavariam ad Or. *Tacit. de Germ. c. 43. & 45.*

Suēvicus, a, um, adject. &

Suēvus, a, um, adject. ad Suevos pertinens, *Propert. l. 3. eleg. 2.* Suevo perfusus sanguine Rhenus. *Tacit. de Germ. c. 45.* Dextro Suevici maris litore. ¶ Ponitur pro flavo, seu rutilo, quia Suevorum crines hujus coloris erant. *Silius l. 5. v. 134.* Triplices cristæ jubas effundit crine Suevo.

Suevus, m. 2. *Spree*, fl. Germaniæ, qui oritur ex montibus Bohemiæ, per Lusatiam, & Marchiam fluit, mixtusque Havellæ in Albim influit. Ortelio est *Pine*, qui medius fluit inter Odeſam ad Or. & Havellam ad Occ. ¶ Aliis est *Oder*.

Suēs, *vel* Suffes, etis, m. שופט, summus Magistratus Carthagine. *Festus in schedis Pomponii Læti*: Sufes dictus Pœnorum Magistratus, ut Osconum Mediastucus. *Liv. l. 8. c. 38.* Ad colloquium Suffetes eorum, qui summus Pœnis est Magistratus, cum Quæstore elicuit. *Sen. de tranquil. c. 3.* Non vis enim, nisi Consul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes, administrare Rempublicam.

Suffārcĭnātus, a, um, *carricato, aggravato*, מלא, עמוס, Ger. *aufgefüllet*, Gall. *chargé de bastillons*, Hisp. *cargado, sobrecargado, lleno*, gravatus, oneratus, farcina quapiam oneratus. *Terent. Andr. 4. 5.* Verum vicii Cantharam suffarcinatam, *Plaut. Curc. 2. 3. 10.* Qui incedunt suffarcinati cum libris.

Suffarcĭno, as, a. 1. *caricare, empire*, onero, impleo, a *sub*, & *farcio*. *Apul. l. 9. Metam.* Veteratricem fœminam multis exoral præcibus, multisque suffarcinat muneribus.

Suffarcinātus, a, um, qui far in castra convehit. *Plin. l. 7. c. 34.* Mulionem castrensem suffarcinatum fuisse, &c. Notat tamen Harduin. variare MSS.

Suffectio, onis, f. *substitutione*, subſtitutio. *Arnob. l. 5. pag. 166.* Putorem temperare suffectione unguentorum.

Suffectūra, æ, f. idem quod suffectio. *Tertull. l. 1. adv. Marcion. c. 28.*

Suffectus, a, um, *substitutus*, subrogatus, subſtitutus, partic. a sufficior. *Liv. l. 21. c. 8.* Suffectus est in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus. ¶ Accipitur etiam pro infecto, maculato, *Virg. 2. Æn. v. 210.* Ardentesque oculos suffecti sanguine, & igni. *Valer. Flacc. l. 2. v. 604.* Et maculis suffecta genas. *Senec. l. 1. Quæst. natural.* Dicitur tibi, nubem Sole esse suffectam. *h. e.* Solis lumine colpatam, & veluti tinctam. Sunt qui legi *suffertam*, i. e. lumine oppletam.

Sufferentĭa, æ, f. *sufferenza*, *tollerenza*. *Tertull. de Orat. cap. 4.* Et *l. 4. adv. Marcion. c. 14.*

Sufferō, ers, a. anom. *soffrire, sostenire*, נשא, סבל, Ger. *ertragen, Endurer*, Gal. *souffrir, endurer*, Hisp. *erdulcianerir, padecer, ὑποφέρω, ὑπομένω, τλάω, πάσχω, ἀνέχω, ὑφίστημαι*, perfero, sustineo, patior. *Terenz. Heaut. 3. 1. 41.* Satrapes si sies amator, nunquam sufferre ejus fumpsus queat. *Virg. 2. Æn. v. 491.* Nec claustra, nec ipsi Custodes sufferre valent. *Plaut. Merc. 1. 1. 4.* Vix suffero athletum, *non passo più, mi sento crepare*. Verba sunt follicite currentis. *Id. Asin. 3. 2. 10.* Quis me fortior ad sufferendas plagas? ¶ Ponitur etiam pro pati. *Ter. And. 5. 3. 17.* pro hujus peccatis ego suppliciam ut sufferam? *Cic. Catil. 2. calf.* Ut ne improbus quidem quisquam in hac urbe ponam sui scelcris sufferat.

Suffertus, a, um, *πυκνὸς* partic. a sufferceo, sicut *refertus* a *referceo*. Significat plenum, denſum, ſpiſſum. *Suēton. in Ner. c. 20.* Mediaque in orchestra frequenti populo epulatus, ſi paulum ſubbibiſſet, aliquid ſe ſufferti tiuniturum, Græco ſermone promiſit. *h. e.* canaturum ſe aliquid, quod Græci dicunt *πυκνὸν*, ideſt magnum quiddam, & ſucci plenum, quod auditoris aures impleat: vel voce plena, & ſonora. *Egnatius* legit *ſuffertim*. Aliud exemplum ex *Seneca in Quæſt. nat.* V. in *Suffeſtus*.

Sufferveſcĕo, is, a. 3. *ſcaldare alquanto*, חמם, Ger. *ein wenig ſieding machen*, Gal. *faire un peu bouillir*, Hiſ. *hazer poco caliente, ὑποθέρμαίνω*, ſubferveſcidum reddo. *Plin. l. 18. c. 11.* Vulgo nec ſufferveſaciunt. ¶ Hinc paſſivum *ſufferveſco, ὑποθέρμαίνομαι. Id. l. 27. c. 9.* Affirmant lapillos, qui ſufferveſcant, rumpi.

Sufferveſactus, a, um, *ὑπόθερμος*, paulum fervefactus, partic. a ſufferveſio. *Plin. l. 22. c. 25.* In veſicæ vero dolore ſemuncia amyli cum ovo, & paſſi tribus (*uncis*) ovis ſufferveſacta a balneo. *Id. l. 24. c. 7.* Ad mulierum mammas bruria ex vino ſufferveſacta cum polline farzacco.

Sufferveſio, V. *Sufferveſactio*.

Suffervĕo, es, bui, n. 2. *bollire alquanto*, חמם, Ger. *ein wenig ſieden*, Gall. *bouillir un peu*, Hiſp. *hervir un poco, ὑπόθερμος*, aliquantum fervco. *Apul. de herb. 115.* Rutæ cauliculos contrito, additis aquæ cyathis tribus, & aceti heminæ, & ſufferveat. ¶ Scribitur & *ſubferveo*.

Suffes, pro Sufes legitur in nonnullis Livii codicibus.

Suffibŭlum, i, n. *Feſt.* Suffibulum eſt veſtimentum album, prætextum quadrangulum, oblongum, quod in capite Virgines Veſtales, cum ſacrificant, ſemper habere ſolent, idque fibula comprehenditur.

Sufficĭens, entis, o. 3. *ſufficiente, baſtante*. רב, די. *Liv. l. 2. c. 8.* Non ſufficientibus jam viribus ad Conſularia munera obeunda, intra paucos dies moritur. *Curt. l. 8. c. 4.* Regem ſufficientem malis, quibus ipſi eſſerant, deferre erubeſcebant. *Id. c.* adverſus mala conſtantem. *Leg. ff. de jur. dotium.* Sufficientium teſtium facultatem habere. *Tertull. l. 5. adv. Marcion. c. 2.* Sufficientiſſima definitio.

Sufficienter, adv. *ſufficientemente*, דיי, *ἀρκούντως*, ſatis. *Ulpian. l. 6. ſi quid, ſi ſi. de ædiſic. & quemadmodum*: Sufficienter autem alere, & veſtire debet ſecundum ordinem, & dignitatem mancipiorum. Adde *Pallad. l. 1. tit. 5.*

Sufficientĭa, æ, f. *ſufficienza*. *Tertull. de Pud. adverſ. c. 4.*

Sufficĭo, is, ēci, ectum, a. 3. *ſoſtituire, ὑφίστημι, ἀντικαθίστημι*, ſubſtituo. *Virg. 3. Georg. v. 65.* Atque aliam ex alia generando ſufficit proles. *Cic. pro Mur. c. 9.* Nam ne ſufficiatur Conſul, non timent. *Varro Cic. l. 9. Fam. ep. 10.* Si miſeriorum appii os haberem, in cujus locum ſufficeres tum. ¶ Accipitur etiam pro ſubminiſtrare, *ſomminiſtrare, dare, porgere, ἐπαρκῶ*. *Virgil. 2. Æn.* Ipſe Pater Danais animos, viresque ſecundas Sufficit. *Liv. l. 3. c. 61.* Milites excurſionibus ſufficere. *h. e.* ſubinde mittere. ¶ Item pro maculare. *Cic. in Verrem* apud *Non. c. 2. n. 405.* Ut ſi, qui conſibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam. ¶ Item neutre utore pro ſatis eſſe. *eſſer ſufficiente, baſtare*, דיי, *ἀρκεῖν*, *Curt. lib. 9. c. 7.* Adeo reſolutus, ut ne ad evellendum quidem telum ſufficeret dexteræ. *Virgil. Æn. 3. v. 21.* Nec nos obniti contra, nec tendere tantum ſufficimus. *Liv. l. 29. c. 11.* Sufficiebat hic mons abunde alimentis hominum. *Cic. 2. Phil. c. 7.* Nec ſcribæ ſufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt.

Sufflĭgo, is, xi, xum, a. 3. *ficcare*, דקר, Ger. *aufhencken*, Gal. *ficher deſſous*, Hiſ. *hincar, apoſpeſiar, προνοκᾶν*, idem, quod affigo. *Horat. l. 1. ſerm. ſat. 3.* Si quis eum ſervum, patinam qui tollere juſſus, Semeſos piſces, tepidumque liguriet jus, in cruce ſuffigat. *Hier. de hel. Aſric. c. 60.* Poſtero die Juba Numidas eos, qui loco amiſſo fuga ſe receperant in caſtra, in cruce omnes ſuffixit. *Pl. lib. 33. cap. 3.* Aureis clavis ſuffigere crepidas. *Sen. in Thebaid. v.* novos ſtimulos dolori ſuffigere. ¶ Legitur & *ſubfigo* apud *Jul. Firmic. de err. profh. relig. c. 8.*

Suffimen, inis, n. *profumo*, קטר, Germ. *beraucherung*, Gall. *parfumement*, Hiſp. *ſahumar*, *ὑποθυμίαμα*, ſuffitio, ſuffitus. *Ovid. 4. Faſt. v. 731.* I, pete virginea, populus, ſuffimen ab ara.

Suffimento, as, a. 1. *profumare. Veget. l. 3. rei veterin. c. 2.* Suffimentare aliquid.

Suffimentum, i, neut. idem ac ſuffimen. *Feſt.* Suffimenta ſunt, quæ faciebant ex faba, milioque molito, muſto ſparſo. Ea Diis dabantur eo tempore, quo uvæ calcaræ prælo premebantur. *Cic. 1. de Leg. c. 14.* Nam & iis ſine illius ſuffimentis expiari ſumus.

Suffĭo, is, ivi, vel ii, itum, a. 4. *profumare*, קטר, Germ. *beraucben*, Gall. *parfumer*, Hiſp. *ſahumar*, *ὑποθυμιῶ*, ſignificat adolere, & ſuffumigare, ut docent *Serv. in 4. Georg.* & *Gloſſæ veteres* tum *Cyrilli*, ubi *Θυμιάτων*, exponitur *ſuffito*, tum *Philoxeni*, in quibus eſt *Suffitio, ὑποθυμίσεις. Lucret. lib. 2. v. 1096.* Ignibus ætheriis terras ſuffire feraces. *Virg. l. 4. Georg. v. 241.* At ſuffire thymo, ceraſque recidere inanes Quis dubitet? *Columb. lib. 12. cap. 18.* Galla quoque vinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffienda. *Plin. l. 20. c. 12.* Suffire rutam vulvarum cauſa. *Id. l. 28. c. 8.* Nervis (*hyænæ*) a dorſo, arniſque ſuffiendos nervorum dolores.

Suffĭcus, i, m. ſaccus, matſupium. *Feſt.* Suffiſcus dicebarur folliculus teſtium artificiorum, qui celebris uſus erat pro marſupio; forſitan dictus ſuffiſcus a fiſci ſimilitudine.

Suffĭtio, onis, f. *profumo, ὑποθυμίαμα*, actus ſuffiendi, ſuffitus, ſuffimentum. *Plin. l. 25. c. 22.* Orpheus, & Heſiodus ſuffitiones commendavere. *Col. lib. 1. c. 6.* Ne rurſus nimia ſuffitione medicatæ ſint.

Suffītor, oris, m. *ὑποθυμιατής*, qui ſuffit, ſeu ſuffumigat. *Plin. l. 34. c. 8.* Mycus & ipſe puerum ſuffitorem.

Suffĭtus, us, m. *profumo, Θυμίασις*, ſuffumigatio, a ſuffio. *Plin. l. 24. c. 11.* A multis in ſuffitus pro thure aſſumitur.

Suffĭtus, a, um, *profumato, πεθυμιαμένος*, ſuffumigatus. *Plin. l. 20. c. 17.* Anſum dolores capitis levat ſuffitum naribus. *Col. l. 9. c. 14.* Suffitas deinde, & aſtivantes refrigerare oportet.

Suffixus, a, um, *ὑφηλωμένος, confiscato*, particip. a ſuffigor. *Cic. in Piſon. c. 18.* An ego, ſi te, & Gabinium cruci ſuffixos viderem? &c. *Silius l. 1. v. 153.* Erecto ſuffixus robore.

Sufflabĭlis, le, adject. *ſpirabile. Prudent. in Apotheoſ. v. 842.* Spiramus quotiens animæ ſufflabilis auras.

Sufflāmen, inis, n. lignum illud, quo currus in declivibus locis nimio impetu ruentes cohibentur. *Juven. ſat. 9. verſ. 148.* Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine Conſul. ¶ Accipitur etiam translate pro quolibet retinaculo, impedimento, retardatione. *Juven. ſat. 16. verſ. 50.* Nec tes atteritur longo ſufflamine litis.

Sufflammĭno, as, a. 1. ruentem currum ſufflamine ſiſtere. *Senec. in Apocolocyntoſ.* Aliquando Ixionis miſeri rotam ſufflaminandam. ¶ Per translationem accipitur pro comprimere, retinere, refrenare in univerſum. *Senec. in præfat. l. 4. exercet. controverſ.* Tanta illi erat velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque D. Auguſtus optime dixit, Ateriis noſter ſufflaminandus eſt. Adeo nedum currere, ſed decurrere videbatur, nec verborum tantum illi copia, ſed etiam rerum erat.

Sufflammo, as, a. 1. inflammo, accendo. *Sidon. l. 4. epiſt.* Calumniam plectibili ſufflammat invidia.

Sufflatĭo, onis, f. *ὑποφυσίωσις, ἐμφύσημα, gonfiamento. Plin. l. 9. c. 7.* Buſſantium a quarum ſufflatio.

Sufflātus, a, um, vento inflatus, *enfiato. Plin. l. 8. c. 38.* Sufflatæ curis diſtentæ ictus hominum, & morſus canum lynces areos. *Senec. l. 1. Quæſt. naturali.* Dicitur tibi, nubem Sole eſſe ſufflatam. *h. e.* Solis lumine colpatam, & veluti tinctam. Sunt qui legi *ſuffertam*, i. e. lumine oppletam.

Sufferentĭa, æ, f. *ſofferenza, ſopportazione, tollerenza*. ἀνοχή, ἀνεξικακία, ἐπιείκεια, μακροθυμία, patientia, longanimitas, clementia, indulgentia, lenitas, mansuetudo, humanitas, benignitas, misericordia, mitis animus, mansuetus animus, lenis animus, mansuetudo animi, lenitas animi, clementia animi, humanitas animi, benignitas animi, misericordia animi, mitis

Sulcātus, a, um, πολλαχῶς λεγόμενος, *sulcato*. *Lucan. l. 1. v.* 168. Et quondam duro sulcata Camilli Vomere.

Sulci, *vel* Sulchi, orum, m. *Solo*, urbs Sardiniæ in ora Australi. *Claudian. de B. Gildon. ad fin.* Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos. ¶ Ejus incolæ Sulchitani dicuntur a *Plin. l. 3. c. 7.*

Sulco, as, a. 1. *solcare, far solchi*, עָנָה, חָתַר, פָּתַח, Ger. *furchen machen*, Gal. *cauper ou arer par rayons*, Hisp. *assulcar*, αὐλακίζω, sulcos facio, proscindo. *Col. l. 11. c. 2.* In subacta jam terra latiores porcæ sulcantur. ¶ Ponitur etiam pro effodere, excavare. *Pl. l. 9. c. 6.* Satianisque se per complures dies, alveum in vado sulcaverat. ¶ Translate usurpatur pro navigare. *Virg. 10. Æn.* Sulcat maria alta carina. *Ovid. l. 1. ex Ponto ep. 4. v. 35.* Nos fragili ligno vastum sulcavimus æquor. Eadem ratione *Propert. l. 4. eleg. 8.* pedibus teneris sulcare proninas. *h. e.* ambulando findere, ¶ Item pro corrugare, asperum, & inæqualem facere. *Ovid. 3. Met. v.* 276. Sulcavitque cutem rugis.

Sulcŭlus, i, m. *solchetto*, αὐλάκιον, parvus sulcus. *Col. l. de Arb. c. 30.* Surculis disponi per sulculos pedales convenit.

Sulcus, ci, m. *solco*, תֹּלֶם, מְעָנִית, Germ. *furch*, Gall. *rayon*, Hisp. *sulco*, αὖλαξ, fossa oblonga, quæ inter arandum fit vomere. Differt a scrobe, quod sulcus est profectio terræ in longum producta, scrobs in figuram quadratam, vel circularem, aut similem. Vel quia sulcus non tantæ profunditatis est, quanta scrobs efficitur. *Cic. lib. 2. de Div. c. 23.* Cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus. *Virg. 1. Georg.* At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum Arcturum sat erit tenui supfendere sulco. *Id. Ecl. 4. v.* 33. Telluri intindere sulcos. *Plin. l. 18. c. 19.* Arvum sulcis subigere. ¶ Interdum accipitur pro ipsa aratione. Hinc fit, ut terrio, quarto, quinto fulco ferere dicamus, pro eo, quod est terria, quarta, aut quinta aratione. *Plin. l. 18. c. 20.* Quarto seri sulco, Virgilius existimarur voluisse, cum dixit, optimam esse fegetem, quæ bis Solem, bis frigora sensisset. Adde *Plin. jun. l. 5. ep. 6.* ¶ In vitium quoque, cæterarumque arborum plantationibus sulcum appellamus fossam in longum ductam, in qua plantantur semina. *Virg. 2. Georg.* Ausim vel tenui vitem committere sulco. ¶ Translate dicitur de quacunque re, quæ in longitudinem excavata est, ut de rugis in veste, & in fronte, de vulneribus, &c. *Claud. l. 3. v.* 425. *de raptu Proserp.* & ora fatifcunt Vulneribus, grandesque rubent in pectore sulci.

Sulfur. V. *Sulphur*.

Sulla. V. *Sylla*.

Sulmo, onis, m. *Sulmona*, *Sulmona*, urbs parva Pelignorum, in Aprutio, apud Sarum fl. inter Aquilam & Venafrum, patria Ovidii Poetæ. Hinc ille 4. *Trist. eleg.* 10. Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus u dis, Millia qui novies distat ab urbe decem. ¶ Condita est, & nominata a Solymo Phrygio, ut *Idem* docet 4. *Fast. v.* 79.

Sulmonensis, se, adject. *di Sulmona*, ad Sulmonem pertinens. *Juven. sat. 6. v.* 286. De Sulmonensi mera Cecropis.

Sulphur, uris, n. *solfo*, *zolfo*, גָּפְרִית, Ger. *schwefel*, Gall. *soufre*, Hisp. *cufre*, θεῖον, terræ pinguedo quæ a *Plin. lib. 35. cap.* 15. terræ genetibus assignatur, ab aliis quibusdam inter metallica corpora, seu mineralia enumeratur. *Virg. 3. Georg. vers.* 449. spumas miscent argenti, ac sulphura viva. *Id. 2. Æn.* Et late circum loca sulphure fumant. *Plin. l. 35. c.* 15. In terræ autem reliquis generibus, vel maxime mira natura est sulphuris, quo plurima domantur. Nascitur in insulis Æoliis inter Siciliam, & Italiam, quas ardere diximus. Sed nobilissimum in Melo insula. In Italia quoque invenitur in Neapolitano, Campanoque agro, collibus, qui vocantur Leucogæi. Quod est cuniculis effossum, perficitur igni. Hæc *Pl.* ¶ Sulphur sacrum, est fulmen, quia ubi cecidit, sulphureum odorem relinquit. *Pers. sat. 2. v.* 25. ocius ilex Sulphure discutitur facto. ¶ *Festus in Etymol.* putat rectius scribi *sulfur*, quia hæc vox apud Latinos tantum in usu est. At *Mannt. in Orthogr.* consuetudinem probat scribendi cum *ph*, additque in quibusdam ver. monumentis legi *sulpur*, quia Veteres aspirationem parce adhibebant.

Sulphŭrans, antis, nom. ex participio. idem ac sulphureus, ut aquæ sulphurantes. *Tertul. adversf. Valentinian. c.* 15.

Sulphurāria, æ, f. *solfonaria*, sulphuris fodina, vel locus ubi sulphur præparatur. *leg. 8. Dig. de Pœnis*, & *l.* 52. *Dig. de Furtis*.

Sulphurātio, onis, f. mixtura sulphuris subterranea, sulphuris locus sub terra. *Sen. l. 3. de Nat. Quæst. c.* 15. Aut sulphuratio contraxit humorem.

Sulphurātus, a, um, *insolforato*, θεώδης, quod sulphur habet admistum. *Martial. l. 10. ep. 3.* Sulphurato empta ramento. *Plin. l. 31. c. 3.* Depressis puteis sulphurata, vel aluminosa occurrentia putrearios necant. *Tertul. l. 1. cont. Marcion. c. 18.* Sulphuratiorem eis gehennam præparabit. ¶ Sulphurata, orum, absolute, sunt ligna exilia, vel fila sulphure imbura ad ignem accendendum, *falsanelli*. *Martial. l. 1. epigr.* 42. Pallentia sulphurata fractis permutat vitreis. *Pl. l. 36. c. 19.* Scintillæ exceptæ sulphuratis, aut fungis.

Sulphŭreus, a, um, *solfureo*, θεώδης, quod ex sulphure est, sive sulphuris naturam, odorem, colorem refert. *Virg. 7. Æn. v.* 517. Audiit amnis Sulphurea Nar albus aqua. *Plin. l. 36. c. 19.* Cum uritur, odorem sulphureum reddit.

Sulphurōsus, a, um, adjectiv. idem ac sulphureus, ut Sulphurosi fontes. *Vitruv. lib. 8. c. 3.*

Sulpicia, æ, f. puerpa Romana nobilis, cujus ingenium, castitatem, fidemque erga maritum laudat *Martial. l. 10. epigr.* 35. & 38. Extat ejus carmem, seu satyra, qua in Domitiani tempora invehitur. Duos præterea senarios jambicos ex ejus carminibus allegat verus *Juvenalis Scholiastes ad Sat. 6. v.* 535.

Sulpicius, ii, (rectius quam *Sulpitius*, ut ex vet. monum. ostendit *Manut. in Orthogr.*) nomen Romanum multorum illustrium virorum. C. Sulpicius Gallus, P. Sulpicius, & Serv. Sulpicius nobiles eloquentia fuere; quos laudat *Cic. in Brut. c. 20. & 55. & de Haruspic. resp. c.* 19. ¶ Sulpicius Apollinaris Grammaticus, Pertinacis Imperatoris præceptor, laudatur a *Gel. l. 4. c.* 17. ut vir præstanti literarum scientia. Hic Terentii fabularum periochas jambicis versibus scripsit. ¶ Severus Sulpicius Niobrix Gallus, æqualis D. Hieronymi, scripsit eleganti, & terso stilo, ut *illis temporibus*, viram B. Martini, & duos præterea sacræ historiæ libros. Hunc *Josephus Scaliger in prolegom. emendat. temp.* Ecclesiasticorum scriptorum purissimum merito appellat.

Sultis, *si velolete*, אִם יִשְׁכֶם נִפְשְׁכֶם וְרֹעִים, אִם יֵשׁ יִשְׁכֶם, εἰ βόλεσθε, si vultis, apud veteres, qui eo utebantur ad imperium leniendum. *Plaut. Capt. 2. 3. 96.* Servate ipsum, sultis, intus servi, ne quoquam pedem Efferat sine custode. *Id. Asin. prol. v. 2.* Hoc agite, sultis, spectatores, nunc jam.

Sum, es, fui, n. anom. *essere*, הָיָה, Germ. *seyn*, Gall. *être*, Hisp. *ser*, εἰμί, ὑπάρχω, habeo essentiam, existo. A Grammaticis appellatur verbum substantivum, quod, cum cætera omnia verba actionem *important*, aut passionem, solum hoc substantiam rei denotet. Construitur cum nominativo præcedente. *Cic. 1. de nat. Deor.* De Diis, neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere. ¶ Vel cum duobus nominativis, uno præcedente, altero subsequente. *Cic. de Amic.* Nihil enim stabile est, quod infidum est. ¶ Aliquando verbum *fum* omittitur. *Virg. 1. Æn. vers.* 621. Tu ne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ, &c.? *Id. lib. 3. v.* 45. Nam Polydorus ego. ¶ Accipitur etiam pro vivere. *Cic. Att. l. 12.* Longumque illud tempus, cum non ero. ¶ Item pro manere, commorari. *Cic. lib. 4. Fam. ep. 7.* Nonne thavis fine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ? *Id. l. 2. de Orat.* Ut hic sitis hodie. ¶ Item pro expositum esse, vergere, *essere a dirimpetto*, cum accus. & præp. *ad. Cæs. l. 1. B. G.* Aquitania a Garumma flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem, quæ est ad Hesperiam. ¶ Item pro solere. *Cic. lib. 12. Fam. ep.* 20. Quod si, ut es, ecssabis lacessam. ¶ Nonnunquam pretium importat, in qua significatione genitivum exigit pretii indeterminati, vel ablativum pretii certi, aut determinati. *Terent. Adelph. 5. 9. 20.* Argentum, quanti est, sumito. *Cic. 1. Offic.* Ita fit, ut considerate agere pluris sit, quam cogitare prudenter. *Id. 4. Verr.* Cum in Sicilia sesterriis binis tritici modius esset, ad summum ternis. ¶ Usurpatur etiam cum dativo personæ æstimantis. *Cic. l. 15. Fam. ep.* 15. Magni erunt mihi tuæ literæ. ¶ Interdum refertur ad dominium, vel possessionem, & genitivum poscit. *Cic. lib. 2. Fam. epist.* 13. Jam me Pompeji totum esse scis. ¶ Interdum ad proprietatem, cum genitivo. *Cic. de Sen.* Ut petulantia, ut libido magis est adolescentum, quam senum. ¶ Interdum ad convenientiam, consequentiam. *Cic. 1. de Or. c.* 28. Nitidum quoddam genus est verborum, sed palæstræ magis, & olei, quam hujus civilis turbæ atque fori. ¶ Interdum ad opus, munus, officium cum gen. *Cic. pro L. Man.* Erit humanitatis vestræ magnum eorum civium numerum calamitate prohibere. ¶ Significat etiam habere. Tunc est terrii ordinis. *Cic. 3. Off.* Nulla enim nobis cum Tyrannis sponcierpa, sed potius summa distractio est. *Terent. Hecyr. prol.* Hecyra est huic nomen fabulæ. *Plaut. Amph. prol. vers.* 19. Nomen mercurii est mihi. ¶ Item afferre, afficere. Ufurpatur cum duobus dativis. *Cic. 1. Offic.* Cui dedecori esse nefas, & virtûm judicandum est. *Id. lib. 2.* Reipublicæ est ornamento. ¶ In hac acceptione reperitur etiam cum dat. & ablat. *Plaut. Mil. 3. v.* 145. Nihil me pœnitet jam, quanto sumptu fuerim tibi. Sed fortasse *quanto sumptus* dativus est. Nam dativus quarræ declinationis priscis seculis etiam in u exibat. Adde, quod eo loco alii leg. *sumptui*. ¶ Signant aptum esse, cum dativo. *Ulpian. l. qui penum legat, ff. de pen. leg.* Aristo notat, etiam quæ esui, potuique non sunt, contineri legato. ¶ Denotat etiam laudem, vel vituperationem, partem, statum, affectionem corporis, vel animi, vel quid simile. Et usurpatur interdum cum ablativo, ut *Esse animo bono, virili, præsenti, vacuo, Esse mira alacritate, Esse capite*, vel *supercilii rasi*: interdum cum genit. ut *Esse nullius consilii, Esse cibi minimi, & fere vulgaris. Cic. pro Sex.* Me nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor. *Id. l. 6. Fam. ep.* 26. Fac, animo forti, magnoque sis. *Id. 4. Ver. c.* 35. Esse summo honore. *Id. 14. Fam. ep. ſt.* 3. Esse studio mirifico erga aliquem. *Id. de Amic.* Siquis ea asperirare est, & immanitate naturæ. *Id. 3. de Leg.* Qua quisque sit lege, conditione, fœdere. *Id. l. 16. ep.* 13. Incredibili sum solicitudine de tua valetudine. ¶ Significat etiam accidere, evenire. *Horat. lib. 3. od. 1.* Est, ut viro vir latius ordinet arbusta sulcis. *Cic. Att. lib. 5. ep.* 21. Si erit, ut volumus. ¶ Item licere, cum infinito. *Virg. Æn. 6. v.* 595. Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat. *Gell. lib. 13. c.* 24. Est tamen non nusquam invenire, ita scripsisse quosdam. ¶ *Esse ab aliquo*, & *pro aliquo* est cum aliquo sentire, ab aliquo stare, alicui favere. *Cic. 2. de Orat. c.* 38. Critolaus erat ab Aristorele. *Id. pro Cluent.* Judicia partim nihil contra Habitum valent, partim pro eo sunt. ¶ *Esse ab aliquo* significat etiam ex alicujus familia, vel domo esse. *Terens. Andr. 3. 1. 3.* Ab Andria est amicula hæc. *Plaut. Curcul. a. 3. v.* 82. Credo, te esse ab illo. ¶ *Apud aliquem recte esse*, est cum, ejusque omnia bene se habere. *Cic. Att. lib. 1. ep.* 7. (al. 5.) Apud matrem recte est, eaque nobis curæ est, *tutto va bene*. Eodem sensu dicimus, bene, vel male esse alicui. *Cic. Fam. 16. ep.* 22. Spero ex tuis literis, tibi melius esse. *Ter. Adelph. 1. 1. 8.* Cognitat, tibi bene esse soli, cum sibi sit male. ¶ Esse apud aliquem, vel cum aliquo, interdum ponitur pro coenare apud aliquem. *Ter. Heaut. 1. 1. 110.* Dionysia hic sunt; hodie apud me sis, volo. *& 1. 2. 11.* Quam vellem Menedemum invitarum, ut nobiscum hodie esset lautius. ¶ Adhibetur interdum eleganti circumlocutione. *Terenr. Phorm. 5. 8.* Sin est, ut velis manere illam apud te. *h. e.* Sin vis illam manere, &c. *Horat. lib. 1. ep. 12.* non est ut copia major Ab Jove donari possit tibi. *h. e.* non potest tibi donari &c. ¶ Præterea infiniti prope sunt hujus verbi usus. Esse in intimis alicujus, *esser de' più intrinseci*. *Cic. Att. 4. ep.* 16. Sic esse in amore, in deliciis, esse in gratia cum aliquo, apud *eun. Verr. 6. c. 1. & Att. 2. ep. 9.* ¶ Est mihi in animo, *ho intenzione, ho stabilito*. *Id. Att. 3. ep.* 21. ¶ Esse in spe, *sperare*. *Id. Fam. 14. ep.* 3. ¶ Esse in mora alicui, *impedirlo, trattenerlo*. *Ter. Andr. 2. 5.* 13. ¶ Esse in noxa, *esser reo*. *Ter. Phorm. 2. 1. 36.* ¶ Est mihi minus cum illo, *non son troppo suo confidente*. *Cic. Fam. 15. ep.* 10. ¶ *Esse in aliqua re* aliquando significat habere, possidere. *Cic. Fam. 13. ep.* 30. Nullam arbitramur de ea hæreditate controversiam eum habiturum: & est hodie in bonis. *Ade Verr. 6. cap.* 6. ¶ *Esse ad aliquid* est prodesse. *Cato R. R. c.* 12. Est ad alvum cudum. ¶ Infinitum *esse* ponitur aliquando pro rei natura, *l'essenza*, τὸ εἶναι. *Lucret. lib. 4. v.* 98. necesse est Esse in imaginibus missis consistere eorum. ¶ In conjunctivo olim usurpabatur, *siem, ſies, ſiet*, pro *ſim, ſis, ſit*. *Cic. in Orat. cap.* 47. *Siet* plenum est, *ſit* imminurum; licet utare utroque. *Ter. Phorm. 5. 4.* Sin patesit, in probro siem. *Plaut. Amph. 1. 1. 54.* Sin aliter sient animati. *& 3. 2. 43.* Irata ne sies. ¶ In imperativo secunda persona est, *es* & *esto*. *Terent. Eun. 1. 2. 4.* Bono animo es. *Plaut. Asin. 4. 1. 56.* Si dixerit, hæc ei multa esto. ¶ Sæpe *esto* est assentientis, & concedentis, *sia così, diasi*. *Ter. Heaut. 3. 3. 10.* At mihi fides apud hunc est, &c. *Cb.* Esto: at certe concedes, &c. *Virg. 7. Æn.* Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis. ¶ Participia *ens*, & *futurus* V. suis locis.

* Sum *pro* eum, usus est *Ennius* apud *Fest.* V. Sas.

Sumen, inis, neut. שֶׁפַר, שֶׁפֶר, קֶרֶב, בֶּטֶן, חֵלֶב, estimus venter suillus infra umbilicum cum ipsis uberibus, summis olim Romæ in deliciis habitus, præcipue si ex primipara excisus esset sive uno die post fœtum editum. *Gl. Cyr. ὑποκοίλιον*, *ſubmen*, *ſubventrale*. Item ὑπογάστριον, sumen. Dictum est a *ſus*. Nam suis est abdomen. Vel potius est a fugendo, quasi fugimen: quæ Nonii sententia est, qui & *Lucilium* pro mulieris uberibus usum docet *c. 6. n. 54.* *Lucilii* autem verba sunt: Quod si nulla poresi mulier tam corpore duro Esse, tamen tenero moveat succussa lacerto, Et manus uberior lactanti in sumine fidat. ¶ Proprie tamen est sumen ea pars suilli ventris, qua ubera continentur, ut dictum est. *Plin. lib. 11. c.* 37. Proxima ejectitiæ est occisæ uno die post partum. Hujus & sumen optimum, si modo fœtus non hauserit; ejectitiæ deterrimus. *Martial. lib. 13. epigr.* 44. Esse putes nondum sumen: sic ubere largo Effluit, & vivo lacte papilla tumet. Alii leg. esse pores nudum sumen. ¶ Translate usurpatur pro pinguedine, ubertate. *Varro lib. 1. de R. R. c.* 7. Campos Roseæ Italiæ dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.

Suminēus, a, um, adject. ut suminata caro, apud *Arnob. l. 2. pag.* 73. h. e. caro suminis. ¶ Suminata etiam dicitur scrofa, quæ lactat suculos. *Lamprid. in Alex. Severo, c.* 22. Jussit, ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem. *h. e.* neque scrofam, neque suculum, seu procellum.

Summa, æ, f. *somma*, וְשֵׁאת, מְכוֹם, Ger. *die ganze summ haupt*, *ad Kurtzer begriff*, Gall. *somme, abrege*, Hisp. *suma*, κεφάλαιον, collectio, seu quantitas rerum, quæ numerantur. Ita dicitur a *summus*, quia vere summus est is numerus, quo colligitur totum. *Cic. in Horat. apud Non. c. 3. n.* 28. Quid tu, inquam, soles, cum rationem a disponsatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex ea confecta sit, non probare? *Id. 1. Off. c.* 18. Addendo, deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat. *Id. Attic. 5. ep.* 21. Summam subducere, *sommare*. Sic summam conficere. *Id. in Somn. Scip. c. 2.* & summam facere. *Id. Ver. 4. c.* 53. Apud *Sueton. in Domitian. c.* 12. actor summarum non dicitur, qui rationibus dispungendis præest. *Plin. l. 9. c.* 35. Quæ summa quadringenties sestertium colligebat, *ascendeva, montava, faceva*, &c. ¶ Usurpatur sæpe translate. *Quintil. l. 1. c. 1.* Hoc per singulos annos prorogatum in summa proficit. h. e. in cumulum excrescit. ¶ Dicitur etiam de capite cujuscunque rei. *Ovid. 1. Amor. eleg. 9. v.* 37. Summa ducum Atridem. h. e. princeps, & caput cæterorum ducum. *Cic. l. 13. Fam. ep.* 76. Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaveris, &c. *questa è la conclusione*. *Id pro Rosc. Am. cap.* 51. Summa Reipublicæ in hujus periculo tentatur. *Sen. extrema epist.* 40. Summa ergo summarum hæc est: tardiloquum te esse jubeo. *Quintil. l. 3.* Altero, quo significamus summam illam, in qua causa vertitur, *il punto principale*. ¶ Summam habere, est primum locum obtinere. *Plaut. Trucul. 4. 2. 15.* Salus summam habet hic apud nos. ¶ Summa rerum, *tutte le cose*. *Liv. l. 1.* Qui summæ rerum præsient. *Id. l. 3.* Veniffetque in periculum summa rerum. ¶ Ponitur etiam pro complemento. *Quintil. l. 3. c. 2.* Hinc studium, & incrementum dederit utilitas, summam ratio, & exercitatio. ¶ Ad summam, *in somma*, ut summarim comprehendam, ne plura, breviter. *Cic. 1. Off. cap.* 41. Ad summam, ne agam de singulis, &c. *Id. 4. Fin. c.* 21. Ad summam ea, quæ Zeno &c. ¶ In summa, idem, ac ad summam. *Cic. Q. Fr. 1. 2. ep. ult.* Drusus erat de prævaricatione a tribunis ærariis absolutus, in summa quatuor sententiis, cum senatores, & equites damnassent. *Id. lib. 1. 3. ep.* 5. In omni summa me ad otium converto, *in somma dalle ſommo*. Adde *Plin. l. 1. ep.* 22.

Summālis, le, adject. qui summam continet, completus. *Tertullian. adverſ. Hermog. c.* 31.

Summanālia, ium, n. 3. liba farinacea in modum rotæ efficta, ut ait *Festus*, a *Summanus*, quia eorum in sacris Summanis usus erat.

Summano, as, a. 1. omnia rapio, ac devoro, Plutonis, sive Orci instar, a *Summanus*. Quidam deducunt a *manus*, ut sit idem, ac involare, sive manu vola arripere. Verum obstat, quod secunda sit porrecta, ut versus tertius, & quintus ex his, quos infra afferimus, ostendunt. Sunt enim jambici senarii, qui erochæum respuunt. *Plaut. Curc. a. 3. v.* 43. Le. Quis tu homo es? *Cu.* Libertus illius, quem omnem Summanum vocant. *Le.* Summane, Salve. Qui Summanus? fac, fciam. *Cu.* Quia vestimenta, ubi obdormivi ibi ebrius, Summano. Ob eam rem me omnes Summanum vocant.

Sammānum, i, m. ᾅδης, plutonis cognomentum, a Manibus, quia summus Manium, ut scribit *Capella l. 2.* quanquam *Ovid. 6. Fastor. v.* 733. tanquam incerti alicujus Dei meminit, & de quo non conster, cum inquit: Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur. Huic Deo nocturna fulgura attribuebantur, sicut Jovi diurna, ut *Plin. l. 2. c.* 52. docet. Templum habuit Romæ, eodem *Plin.* teste *l. 29. c. 4.* non longe ab æde Juventutis. Mentionem ejus fecit & *Cic. l. 1. Div. c.* 10. & *Plaut. Bacch. 4. 8. 34.* ubi & *Submanus* legitur.

Summarium, rii, n. *sommario*, Ger. *auſſzug*, Gall. *sommaire*, Hisp. *sumario*, ἐπιτομή, idem quod breviarium, a *summa*. *Sen. ep. 39.* Vide, ne plus profectura sit ordinaria oratio, quam quæ nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum Latine loqueremur, summarium dicebatur.

Summarius, ii, m. *primario*, princeps, primarius. *Cic. Attic. l. 10. ep.* 1. Nisi forte iste summarius ei potest persuadere, ut &c. ita legit *Lambinus*. Videtur autem *Cicero* perstringere aliquem ex factione Cæsaris, qui cæteri annecellere vellet, vel etiam ipsi Cæsari, qui summe rerum imperium affectabat. Verum Critici fere omnes eam lectionem suspectam habent: itaque alii *Summanus*, alii *Nummarius*, alii *Nomarius*, alii denique aliquid aliud omnino dissimile substituunt.

Summas, atis, com. *primate*, *principe*, *primario*, ראש, Ger. *derhochſt*, Gal. *primat*, Hisp. *grande*, *principal*, ἄριστος, optimas, primas, princeps civitatis, a *ſummus*. *Plaut. Pseud. 1. 2. 90.* Nunc tibi hæc ego loquor, deliciæ summatum virum. *Apul. l. 11.* Benevolis præceptis summaris Deæ recrearus. *h. e.* ſtudis Deæ præporentis. *Sidon. l. 9. ep. 6.* Puella moribus, natalibusque summas.

Summātim, adverb. *ſommariamente*, *brevemente*, לסכום, Ger. *zu oberſt*, *in einer ſumm*, Gall. *ſommairement*, *brief*, Hisp. *brevemente*, κεφαλαιωδῶς, ὁμοίως, οἱ ἐπιπολῆς, in summa, breviter, & omnibus quasi simul comprehensis. *Cic. Att. l. 5. ep.* 16. Dum hæc, quæ singula desideranr orationem, summatim tibi perscriberem. *Id. l. 10. Fam. ep.* 28. Sed illa cognosces ex aliis, a me pauca, & ea summatim. ¶ Aliquando etiam summatim a *summus* fit, & significat a summa extremitate, per summum. *Col. de arb. l. 3. c. 6.* Sin autem eo usque exaruit (*ſcilicet vinea truncus*) ut curvari non possit, primo anno summatim, ita ne radices quidem, aut lædas, ablaqueato.

Summātus, us, m. *ſignoria*, πρωτεῖον, ἀρχή, imperium, & rerum summa, principatus. *Lucret. l. 5. v.* 1141. Imperium sibi cum, ac summatum quisque petebat.

Summe, adverb. *ſommamente*, Germ. *zum hochſten*, Gall. *extremement*, Hisp. *muy grandemente*, εἰς τὸ μάλιστα, maxime, excellenterque. Jungitur fere nominibus positivis, raro superlativis. *Cic. l. 13. Fam. epiſt.* 19. Tale enim tum judicium de homine eo, quem ego unice diligo, non poterit mihi non summe esse jucundum. *Plin. epiſt. 11. (al. 17.) lib.* 10. Habui illam Quæstorem in Consulatu, mei summe observantissimum.

Summergo. V. *Submergo*.

Summĭtas, atis, f. *ſommità*, *altezza*, קדקד, ראש, גב, Ger. *die oberſte hohe*, Gal. *ſommet*, Hisp. *cima*, ἄκρα, vertex, sive fastigium, altitudo. *Pallad. l. 1. tit.* 6. Ut quatuor pedibus a terra summitas ejus (*vitis*) insurgat. *Macrob. lib. 1. Sat. c.* 6. Cum duæ summitates duabus intersectionibus vinciuntur. *Conſorin. de die nat. c.* 13. Ad terræ summitatem.

Summitto. V. *Submitto*.

Summo, adverb. *in fine*. *Quintil. lib. 7. c. 2.* Ut putet primo fixmum esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio, quia & initio movendus sit judex, & summo impellendus.

Summoenĭānus, a, um, adject. Summœnianæ dicebantur meretrices, quæ Romæ sub ipsis urbis mœnibus in fornicibus habitabant. *Martial. lib. 3. ep.* 82. Summœnianas cœnet inter uxores. Adde *l. 11. ep.* 62.

Summœnium, ii, neut. locus Romæ sub mœnibus, ubi meretrices prostabant. *Martial. l. 1. ep.* 35. At meretrix abigit testem veloque, feraque: Nullaque Summœni fornice rima patet. Alii leg. *ſi memini*.

Summopĕre, adv. *ſommamente*, מְאֹד מְאֹד, Germ. *zum hefftigſten*, *gar groſſlich*, Gall. *extremement*, Hisp. *muy grandemente*, μάλιστα, maxime, vehementissime. *Cic. de Invent. l. 1. c.* 8. Vitia vero hæc sunt certissima exordiorum, quæ summopere vitare oportebit.

Summotēnus, adverb. *ſino alla ſommità*. *Apulej. lib. 3. Metam.* Floribus celeriter scissis, ac florefoontibus summotenus.

Summovĕo. V. *Submoveo*.

Summŭla, æ, f. parva summa. *Sen. ep.* 76. Summulas minutas distribuit fientibus servis. *Juvenal Sat. 7. v.* 174. Summula ne pereat.

Summum, i, neut. summa, seu altissima pars, fastigium, vertex. *Cic. de Div. c.* 17. Bacillum incurvum, & leviter a summo inflexum. *Id. 3. Fin. c.* 14. Qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, & longe non absunt a summo, quam etiam si essent in profundo.

Summum, adv. *al più*, τὸ μέγιστον, τὸ σύμπαν, ad summum. *Cic. 5. Verr.* Duo millia nummum, aut summum tria dedisset. *Id. Att. l. 12. epiſt.* 43. Scies igitur fortasse eras, summum perendie.

Summus, a, um, *ſommo*, *ſupremo*, עֶלְיוֹן, רֹם, רֹאשׁ, ὕψιστος, ὑπέρτατος, ἔσχατος, supremus, altissimus, a supremus per Syncopen. *Virg. 4. Æn.* Summoque ululârunt vertice Nymphæ. *Nepos in Annib. c. 9.* Amphoras complet plumbo, summas operit auro. *h. e.* summam amphorarum partem. *Cic. 4. Fin. c.* 23. Ad summam aquam appropinquare, *a fior d' acqua*. ¶ Ponitur etiam pro extremo, sive ultimo. *Virg. 2. Æn. v.* 324. Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ. *Cic. in Hort. apud Non. c. 5. n.* 440. Vixit ad summam senectutem valetudine optima. ¶ Item pro maximo, præstantissimo, amplissimo. *Cic. pro L. Manil.* In summo Imperatore quatuor has res inesse oportere, &c. *Id. ibid.* Omnia sum ma in eo sunt. *Id. 3. de Leg. c.* 16. Utinam isto animo, atque virtute nobiscum versari in summa republica, quam in municipali maluisses. *h. e.* in Romana. ¶ Aliquando pro laudabili, glorioso. *Virg. 9. Æn.* Me quæ igitur socium summis adjungere rebus, Nise, fugis? ¶ Item pro nobili, illustri. *Cic. 2. Fam. epiſt.* 18. Summo loco natus, *Plaut. Mostell. 5. 2. 20.* Summis nati generibus. ¶ Summa hiems dicitur, cum maxime sævit, *il cuor, dell' inverno*. *Cic. 12. Fam. epiſt.* 60. Quod pro salute mea multa pericula adierit, sæpe summa hieme navigarit. Sic *Verr. 7. c. 31.* Summa ætas. ¶ Summa res, est idem quod summa rerum. *Virg. 2. Æn. v.* 322. Quo res summa loco, Panthu? *Tacit. hiſt. 4. c.* 72. Summæ rei periculum facere. ¶ Summus amicus, *amico intrinſeco*. *Ter. Phorm. 1. 1.* Amicus summus meus, & popularis Geta. ¶ Aliquando summus fine substantivo ponitur, sed intelligitur *amicus*. *Ter. Eun. 2. 2.* Plurima salute Parmenonem summum fuum impertit Gnatho. ¶ Ad summum, *al più*. *Cic. pro Mil.* Unus, aut ad summum duo inventi sunt, qui Milonis causam non probarent. h. e. non plures, quam unus, aut duo ex omnibus. ¶ A summo bibere, est, quod Græci dicunt οἰ κάτω πίνειν, h. e. ab eo conviva, qui summus, h. e. primo loco accumbit, usque ad imum. *Plaut. Perſ. 5. 1. 19.* A summo ceptenis cyathis committe hos lados. *Id. Asin. 5. 2. 41.* Da, puere, ab summo, tu interibi ab imo da suavium. V. *Accumbo*.

* Summussi, Submussi dicebantur murmuratores. Nævius: Odi, inquit, summussos; proinde aperte dice, quid sit quod times. *Festus*.

Summusso, as, n. 1. tacite musso. *Ennius* apud *Festum*. Quintus in occulto summussabat. *Accius ibid.* Non decet jam summussare.

Summuto. V. *Submuto*.

Sumo, is, sumpsi, & sumsi, sumptum, & sumtum, a. 3. *pigliare*, לָקַח, Germ. *nehmen*, Gall. *prendre*, Hisp. *tomar*, λαμβάνω, capio, accipio, a *ſub*, & *emo*, quod antiquis notabat tollere, ut docet *Festus*, *Cic. de Clar. Orat. cap.* 19. A Nævio sumpsiti multa, si fateris, vel si negas, surripuisti. *Id. 2. Agr. cap.* 6. Itaque hoc animo legem sumpsi in manus, *Id. 4. Acad.* Hæc autem, quæ jam dicam, sunt sumpta de primo. ¶ Nonnunquam accipitur pro arrogare sibi; sive attribuere, vendicare. *Cic. pro Planc. c.* 12. Quanquam non tantum mihi sumo, judices, neque arrogo, ut &c. *Id. Fam. 13. ep.* 50. Sumpsi hoc mihi, ut scriberem. *Id. 2. de Orat. c.* 72. Duo illa mihi pro meo jure sumo. ¶ Item eligere, suscipere. *Horat. l. 1. ep.* 3. Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit? *Cic. Fam. 16. ep.* 11. Sumere regionem aliquam tuendam. *Id. in Vatin. c.* 11. Sumere inimicitias. *Id. 1. Acad. c. 2.* Studium aliquod sibi sumere. *Tac. 4. Ann. c.* 3. Sumitur in conscientiam Eudemus, *viene electo per conſidente*. ¶ Item pro emere. *Cic. l. 7. Fam. ep.* 23. Tanti ista quatuor, aut quinque sumpsisti. ¶ Item pro consumere. *Ter. Adelph. 5. 3. 68.* I ergo intro, & cui rei opus est, hilarem hunc fumamus idem. *Id. Heaut. 4. 3. 15.* Frustra operam, opinor, sumo, *perdo il tempo*. ¶ Item impendere, fumptus facere, *ſpendere*. *Plaut. Trinum. 2. 4. 9.* Minus certe in hisce rebus sumptum est sex minis. ¶ Est etiam Dialectici corum verbum, & significat ponere aliquid, quod tanquam certum habeas, *ſupporre*. *Lucret. l. 1. v.* 973. Alterutrum fatearis enim, sumasque, necesse est. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 32. Beatos esse Deos, sumpsisti; concedimus. *Id. 2. Divin. c.* 49. Ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur. ¶ Sumere obsequium animo, est animo obsequi. *Plaut. Bacch. 4. 10. 8.* Ego dare me ludum meo gnato Institui, ut obsequium animo sumere possit. ¶ Sumere supplicium, est punire. *Cic. 7. Verr. c.* 29. Dixit se de vero archipirata sumpsisse supplicium. *Virg. Æn. 12. in fine*. Pœnam inimico ex sanguine sumit. ¶ Sumere prælium, est inire, *far battaglia*. *Sueton. in Cæſ. c.* 60. Prælia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat. ¶ Sumere spiritus, animum, superbiam dignam meritis, *prender coraggio*, *inanimirſi*. Primum est *Cæſ. l. 1. B. G. c.* 33. alterum *Tacit. in Agric. c. 31.* tertium *Horat. l. 3. od.* 30. ¶ Sumere mortem, *darſi la morte*. *Tacit. 4. Ann. c.* 22. Tanquam uxor sponte mortem sumpsisset. ¶ Sumere mutuum, & sumere pecunias mutuas, *tor' ad impreſtito*. *Plaut. Amph. 2. 2. 187.* & *Cic. 3. Verr. c.* 10.

Sumptĭfactio, is, a. 3. *fare ſpeſa*, *ſpendere*, *conſumare*, δαπανάω facio sumptum. *Plaut. Caſ. 3. 7. 1.* Si nunc me suspendam, meam operam lusserim, & præter operam rectum sumptifecerim.

Sumptĭo, onis, f. 3. λῆμμα, λῆψις, actus sumendi. *Cato de R. R. c.* 152. Si sumpserit, in singulas sumptiones, &c. ¶ Ponitur etiam pro assumptione.

cubabat super Regem. V. *Accumbo.* ¶ In hac acceptione accufativum exigit, five conjungatur cum verbis motus an locum, five cum verbis ſtatus in loco. *Cic. l. 1. de Leg.* Demerſus ſuper tumulum noluit quidquam ſtatui. *Id. 2. Fin.* Super eam ¶ alpidem) aſſidere. ¶ A Poetis tamen interdum cum ablativo cum verbis ſtatus in loco uſurpatur. *Virg. 1. Ecl.* Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte, Fronde ſuper viridi. ¶ Ponitur etiam pro ultra, cum acc. *Virg. 6. Æneid.* Super & Garamantas, & Indos Profert Imperium. ¶ Item accipitur pro *præter. Virg. 1. Æneid.* O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. h. e. o imago, quæ mihi ſola remanet præter, vel poſt imaginem mei Aſtyanactis. Alii explicant, *ſupereſt. Suet. in Vitell. cap. 13.* Famoſiſſima ſuper cæteras fuit cœna ei data adventitia a ſtatre. Et cum ablat. *Silius l. 11. v. 142.* His ſuper exciſam primoti Marte Sagunrum. *Oltre a queſte coſe.* ¶ Item pro *pluſquam*, cum accuſ. *Suet. in Aug. cap. 35.* Erant enim ſuper mille, & quidem indigniſſimi. *Tac. l. 13. Ann. cap. ult.* Quæ ſuper octingentos, & quadraginta annos Remi, Romulique Infantiam texerat. ¶ In hac acceptione etiam cum ablativo junĉta legitur. *Suet. in Aug. c. 38.* Super triginta ducibus juſtos triumphos, &c. ¶ Super ſomnum eſt ſervus a cubili. V. *Somnus.* ¶ Ponitur etiam *pro de*, cum ablat. *Virg. 1. Æneid. v. 754.* Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. *Cicer. Aſt. l. 16. ep. 6.* Hæc ſuper re ſcribam ad te Rhegio. Ubi autem, aliquando *ſuper* ſuo caſui poſtponi. Sic & *Tac. 11. Ann. c. 23.* Multus ea ſuper re rumor. ¶ Aliquando notat *pro. Virg. 4. Æn. verſ. 235.* Nec ſuper ipſa ſua molitur laude laborem. ¶ Aliquando *in. Virg. 9. Æn. verſ. 59.* Ac velluti pleno lupus inſidiatus ovili Nocte ſuper media. Quidam exponunt, ultra mediam noctem. Sic ſuper cœnam, eſt cœnæ tempore. *Plin. lib. 4. epiſt. 22.* Et, ſuper vinum & epulas. *Curt. lib. 8. cap. 4.* ¶ Super omnia, *ſopra tutto, più di tutto, ſpezialmente. Virg. 8. Æn. v. 303.* Super omnia Caci ſpeluncam adjiciunt. *Ovid. 6. Met. verſ. 927.* Fruſtra clamato ſæpe parente, ſæpe ſorore ſua, magnis ſuper omnia Divis. ¶ Uſurpatur etiam adverbialiter, ſine caſu, & ponitur pro *deſuper. Virg. 9. Æneid. verſ. 168.* Hæc ſuper e vallo proſpectant Troes. ¶ Interdum pro *inſuper, amplius. Virg. 2. Æn. v. 71.* Cui neque apud Danaos uſquam locus, & ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcent. *Adi. leg.* Inſuper. *Cic. pro R. Com.* Satis, ſuperque habere dicit. ¶ Interdum pro *præter. Liv. l. 27. c. 20.* Marcellus etiam adverſo tumore eſſe, ſuper quam quod primo male pugnaverat, *oltrechè. Horat. l. 1. ſat. 2. v. 65.* Pœnas dedit uſque ſuperque, quam ſatis eſt, *aſſai più del neceſſario.*

Super, adject. *ſuperiore*, ſuperior, ſupernus. *Lucret. l. 1. v. 649.* Natutam, quam torus habet ſuper ignis, haberent. *Caſo R. R. cap. 149.* Ubi ſuper, inferque vicinus permitter.

Supĕra, idem ac ſupra, apud vet. ut notat *Priſc. l. 14. Cicer. in Arat.* Torvu' draco ſerpit ſubter, ſuperaque retorquens Se ſo. *Lucr. l. 2. v. 429.* Id, quod jam ſupera tibi paulo oſtendimus ante.

Superabĭlis, & le, o. 2, *ſuperabile*, נִכְבָּד, ἐπικρατητός, quod facile ſuperari poteſt. *Liv. l. 25. c. 23.* Humilioremque aliquanto priſtina opinione fua, & cæterorum omnium ratus eſſe, & vel mediocribus ſcalis ſuperabilem. *Ovid. lib. 5. Triſt. el 8. v. 27.* Scilicet ut per vim non eſt ſuperabilis ulli.

Superabĭlo, is, a. 3. *Avien. in deſcript. Orbis Terræ, v. 881.* Caſpinam late terram ſuperabluit unda.

Superabundo, as n. 1. *ſuperabbondare*, מָרַץ, עָרַף, Germ. *gar überflüſſig ſeyn*, Gall *abonder*, Hiſp. *ſobrar, reboſar*, περισσεύω, redundo, ſuperfluo. *Ulp. l. non ſolent, ff. de reg. jur.* Non ſolent, quæ ſuperabundant, vitiare ſcripturas. Adde *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c. 14.*

Superaccommŏdo, as, a. 1. *aggiuſtare ſopra. Celſus l. 8. c. 10.* Ferulæ ſuperaccommodandæ ſunt, quæ oſſa contineant.

Superacervo, as, a. 1. coacervo, acervum ſuper acervum impono. *Tertul. l. 2. ad Nation. c. 15.*

Superadditus, a. um, *aggiunto ſopra. Virg. 3. Ecl. v. 38.* Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis.

Superaddo, is, a. 3. *aggiunger ſopra*, ἐπιπροστίθημι. *Virg. Ecl. 5. v. 42.* Et tumulum facite, & tumulo ſuperadditæ carmen.

Superadducĭo, is, a. 3. *condurre di più. Plaut. Trucul. 2. 6. 53.* Quot ancillæ ſunt jam? Quin etiam ſuperadducas, quæ mihi comedint cibum?

Superadjĭcio, is, a. 3. *aggiungere*, ſuperaddo. *Apic. l. 7. c. 4.* Ubi offellæ coctæ fuerint, ſuperadjicitur his hæc conditura.

Superadĭmo, is, a. 3. inſuper adimo. *Ammian. l. 14. c. 7.* Poſt ſtatuas dejectas ſuperadimenda vita.

Superadornātus, a, um, adj. *ornato di ſopra. Senec. l. 4. qu. nat. c. 2.* Signorum coagmenta ſolvuntur, nullum materiæ ſuperadornatæ manet opertimentum.

Superadſto, as, n. 1. *ſtar ſopra. Liv. l. 10. c. 5.* Male denſatus agger mole ſuperadſtantium in foſſam procubuit. *Manil. l. 2. v. 637.* Vorticibus ſuperadſtantem, mediumque ſecantem Cælum.

* Superædificātio, onis, f. ὑπεροικοδομή. *Tertul. adv. Marc. 5. 6.*

Superaggĕro, as, a. 1. aggere impleo. *Colum. l. 12. c. 44.* Scrobs ea humo, quæ fuerat egeſta, ſuperaggeratur.

Superăgo, is, ſupra aliquid ago, ſeu duco. *Tibul. l. 4. eleg. 1. v. 157.* Sed durata riget denſam in glanciemque nivemque. Quippe ubi non unquam Titan ſuperegerit ortus. Poſſis & diviſim legere *ſuper egerit.*

Superallĭgo, as, a. 1. *legar ſopra, ἐπιδέω*, ſuperne alligo. *Plin. l. 30. c. 6.* Quidam recentem ſuperalligant.

Superambŭlo, as, a. 1. *camminar ſopra. Sedul. l. 3. v. 226.* calcatas Dominus ſuperambulat undas.

Superamentum, i, n. quod ſuperat, & ſuperfluum eſt. *Ulp. leg. ligni, §. Offilius, ff. de legat. & fideicom* 3. Etiam virgulæ, & cremia, & ſarmenta, & ſuperamenta materiarum, & vitium ſtirpes, atque radices continebuntur.

Superans, antis, o. 3. πρόσχυμα, *che ſupera. Virg. 5. Æn. v. 473.* Hic victor ſuperans animis, tauroque ſuperbus. *Lucr. l. 5. v. 395.* Cum ſemel in terra fuerit ſuperantior ignis. *Solinus c. 2. (al. 8.) de Italia.* Mons Veſulus ſuperantiſſimus inter juga Alpium.

Superanteactus, a, um, ut ſuperanteacta ætas, h. e. acta, *età paſſata, anni trascorſi. Lucret. l. 2. v. 673.* Cur ſuperanteactam ætatem meminiſſe nequimus?

Superargumentans, tis, partic. inſuper argumentans. *Tertul. adv. Hermog. c. 27.*

Superaſpergo, is, *ſpargere ſopra*, ſuper ſpargo. *Apic. l. 4. cap. 2.* Piperis pulverem ſuperaſperges.

Superatio, onis, f. *il ſuperare*, actus ſuperandi. *Vitruv. l. 3. in præfat.* In ambitione certationis contrariorum ſuperatio.

Superātor, oris, m. *vincitore. Ovid. 1. Faſt. v. 541.* Populi ſuperator Herrufci.

Superātrix, icis, f. *ſuperatrice. Inſcripr.* apud *Fabret. pag. 383.* Aureliæ omnium retro temporum caſtarum ſuperatrici.

Superattollo, lis, a. 3. *alzar ſopra. Plaut. Caſ. 4. 4. 1.* Senſim ſuperattolle limen pedes, nova nupta. *h. e.* tolle pedes ſuper limen.

Superattrăho, is, a. 3. extollo, ſurſum traho. *Avien. in Arat. v. 1251.* Argo quod puppim curvis ſuperattrahit oris.

Superātus, a, um, *ſuperato, vinto*, ἐπικρατημένος. *Ovid. 12. Met. v. 364.* Bello ſuperatus Amyntor.

Superba, æ, f. herba, quam & chamæmelon vocant. *Apulej. de herb. c. 23.*

Superbe, adv. *ſuperbamente, altieramente*, Ger. *hoffertiglich*, Gall. *fierement*, Hiſp. *altivamente*, ὑπερηφανῶς, elate, faſtuoſe. *Liv. l. 4.* Superbe a Samnitibus, qui Capuam habebant, Cumaſque, Legari prohibiti coumercio ſunt. *Cic. pro Leg. Man. c. 5.* Legari quod erant appellati ſuperbius. *Id. in Piſon. c. 27.* Cujus tu ſuperbiſſime decreta, & preces repudiaſti.

Superbĭa, æ, f. *ſuperbia*, זָדוֹן, יֶתֶר גַּאֲוָה, Germ. *hoffart*, Gall. *orgueil, fierté* Hiſp. *ſobervia, altivez*, ὑπερηφανία, ſupergrediens elatio, arrogantia, inſolentia. *Cic. 1. Off. c. 26.* Atque etiam in rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus, ſuperbiam magnopere, faſtidium, arrogantiamque fugiamus. *Id. 1. d. Orat. c. 22.* Quod ego non ſuperbia, atque inhumanitate faciebam. *Horat. l. 3. od. 20.* Ponere ſuperbiam. *Plaut. Merc. 5. 2. 10.* Abjicere ſuperbiam. ¶ Interdum ufurpatur in bonam partem. *Horat. l. 3. od. ult.* Sume ſuperbiam Quæſitam meritis, & mihi Delphica Lauro cinge volens Melpomene comam, *ſpiriti generoſi* ¶ Translate *Vitruv. l. 7. c. 3.* Semper album opus, propter ſuperbiam candoris non modo ex propriis, ſed etiam ex alienis ædificiis concipit fumum.

Superbĭbo, is, a. 3. ἐπίπινω, eſt poſt cibum, potumque aſſumptum alium potum ſuperingerere. *Plin. l. 22. c. 1.* Aquæ potum interponere utiliſſimum; itemque jugi ſuperbibere ebrietati.

Superbĭfĭcus, a, um, γαμικοποιός, מִתְפָּאֵר, quod ſuperbum facit. *Senec. Herc. Fur. v. 58.* Et ſuperbifica manu Atrum per urbes ducit Argolicas canem, *hoc eſt* quæ ſuperbum eum facit ob tam multas victorias.

Superbiloquentĭa, f. *parlar ſuperbo*, μεγαλογλωσία, elatus, atque arrogans ſermo. *Cic. 4. Tuſc. c. 16.* Impendere apud Inferos ſaxum Tantalo faciunt ob ſcelera, ac nimiique impotentiam, & ſuperbiloquentiam.

Superbĭo, is, n. 4. גָּאָה, גֵּאָה, הִתְפָּאֵר, Ger. *ſtolz und hoffertig ſeyn*, Gall. *devenir fier, s'enorgueillir*, ὑπερηφανεύομαι, faſtu quodam extollor. *Ovid. 11. Met.* Nec avi magis ille ſuperbit Nomine, quam ſoceri. *Plin. l. 10. c. 63. de equabus:* Commantes enim gloria ſuperbite. *Stat. l. 8. Theb. v. 588.* Spoliare ſuperbit Oenides. *h. e.* non dignatur, contemnit. ¶ Accipitur aliquando pro nobilitari, illuſtrari, celebrari. *Ciaud. l. 3. de rapt. Proſ. verſ. 337.* Phlegræis ſylva ſuperbit Exuviis. *Plin. l. 37. c. 7.* Hac (*gemma*) certe apud Menandrum & Philomenem fabulæ ſuperbiunt.

Superbĭter, adv. idem ac ſuperbe apud veteres. *Afran.* apud *Non. c. 11. n. 48.* Ille ſuperbiter imperat. *Nævius ib.* Superbiter contemptim conterit legiones.

Superbus, a, um, *ſuperbo, altiero*, זָדוֹן, גֵּאֶה, Germ. *ſtolz*, Gall. *fier, orgueilleux*, Hiſp. *ſobervio, altivo*, ὑπέρογκος, elatus, inflatus, arrogans, inſolens. *Cicer. 6. Verr.* Superbum eſt, & non ferendum, dicere &c. *Id. 7. Fam. ep. 13.* Superbiorem te facit pecunia. *Id. pro Rabir. perduell.* Tarquinius rex ſuperbiſſimus. ¶ Aliquando ponitur pro alto, elato. *Virg. 7. Æn. v. 630.* Atina potens, Tyburque ſuperbum, *h. e.* alre ædificatum. Ita *Non. c. 4. n. 420.* ¶ Aliquando pro nobili, excellenti, præſtanti. *Hor. l. 1. od. 35.* Vel ſuperbos Vertere funeribus triumphos. *Virg. 1. Æn. v. 25.* Hinc populum late regem, belloque ſuperbum Venturum excidio Libyæ. ¶ Aliquando pro ornato. *Virg. 2. Æn. v. 504.* Barbarico poſtes auro, ſpoliisque ſuperbis Procubuere. ¶ Aliquando pro iniquo. *Virg. 8. Æn.* Quos illi bello profugos egere ſuperbo. ¶ Quæ *Col. l. 5. cap. 10. ad fin.* pira ſuperba vocat, ideo ſic appellantur, quia ſunt prima adventu, ocyſſima maturitate, decerpique properantia, ut eſt apud *Plin. in fine c. 14. & c. 15. l. 15.* ¶ Lexicographi quidam addunt, ex *Nonio*, antiquos etiam ſuperbum pro mortuo uſurpaviſſe, propter pompam funeris. *Plaut. Amph. 1. 1. 201.* Faciam ego hodie te ſuperbum, ni hinc abis. *Plautus* non ſignificat *mortuum*, quod *Nonius* putavit, *c. 2. n. 748.* ſed eum, qui non ambulet pedibus ſuis, prout divites ſuperbi ſolent. Divites præ ſuperbia pedibus ſuis uti nolunt: Sofia ſi pedibus non iſſet, eo id futurum erat, quia male muſtatus ingredi pedibus non poſſet. Sequitur enim *Plautus:* Auferere, non abibis, ſi ego ſuſtem ſumpſero. ¶ Denique ponitur pro eo, quod ſuperbe, ſevereque fit. *Cicer. de provinc. Conſular. cap. 3.* Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu, & duriſſima conquiſitione collectus omnis interiit, *lenis rigoroſiſſima.*

Supercælĕſtis, e, adject. qui ſupra cælum eſt. *Tertul. de anim. c. 23.* De ſupercælestibus ſedibus.

Supercalco, as, a. 3. *calcare ſopra*, רָמַס, דָּרַשׁ, Germ. *mit fuſſen übertreten*, Gall. *fouler aux pieds*, Hiſp. *hollar*, ἐπιστίβω. *Col. l. 12. c. 39.* Ubi unum tabulatum feceris, vinum vetus conſpergito, poſtea alterum ſupercalcato, & irem vinum conſpergito.

Supercerno, is, crevi, cretum, a. 3. ἐπικρίνω, eſt terram cribro purgatam injicere. *Plin. l. 17. c. 20.* Terræque cribris ſupercernitur pollicis craſſitudine.

Supercĭlĭo, is, ſupercidi, caſum, n. 3. *cadere ſu*, Germ. *uberfallen, oben darauff fallen*, Gall. *cheoir deſſus*, Hiſp. *caer ſobre*, ἐπιπίπτω, ſuper rem aliquam cado. *Col. l. 4. c. 9.* Ne, ſi tranſverſa fuerit, cicatrix, cæleſtem ſupercidentem aquam contineat: Alii leg. *ſuperincidentem.*

Supercilĭōſus, a, um, *auſtero, grave*, ὑπέροφρυς, κατόφρυωμένος, auſterus, & gravis. *Senec. ep. 123.* Triſtes, & ſupercilioſi alienæ vitæ cenſores. *Marbian Capell. l. 8 pag. 273.* Me ſupercilioſior increpabas.

Supercilĭum, lii, n. *ciglio*, גַּבָּה, Germ. *augbrauen*, Gall. *ſourcil*, Hiſp. *ceja, ſobreceio*, ὀφρύς, ἐπισκήνιον, pars extrema frontis, quæ ſuper oculos prominens brevibus veſtitur pilis, ad oculi protectionem adverſus ea, quæ ſuperne incidere poſſent, velut vallum quoddam a natura conceſſa. *Plin. 11. c. 37.* Supercilia homini & pariter, & alterne mobilia. *Cic. pro R. Com. c. 7.* Supercilia illa penitus abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur. ¶ Supercilia ir Junonis tutela fuere. *Feſtus.* Supercilia in Junonis tutela eſſe putabant, quoc iis protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuar Juno. Unde ipſ Dea Lucina quoque dicta videtur. ¶ *Supercilium ſalit*, prov. dicitur, quoc bona quædam ſpes titillat animum noſtrum. *Plaut. Pſeud. 1. 1. 105.* Unde di cam, neſcio, niſi quia futurum eſt: *ita ſupercilium ſalit. V. Eraſm. Adag* ¶ Metonymice, quoniam ſupercilia annuimus, & negamus, ſupercilium pon ſolet pro nutu. *Her. l. 3. od. 1.* Reges in ipſos imperium eſt Jovis Cuncta ſuper cilio moventis. ¶ Item pro gravitate, severitate, ſuperbia. *Cic. Agr. 2. cap. 34* Hunc Capuæ Campano ſupercilio, ac regio ſtrepitu cum videremus. *Marſial. l. 1. ep. 4.* Terrarum dominum pone ſupercilium, ideſt Imperatoram gravitatem. ¶ Translate etiam dicitur de quacunque re, quæ ſupereminet, pro re ſummitate, & loco eminentiore. *Virg. 1. Georg. v. 108.* Ecce ſupercilio clivoſ tramitis undam Elicit. *Liv. l. 27.* Iple ad levem armaturam infimo ſtantem ſupercilio ducit. Sic ſupercilia Rheni, ſupercilia Moſæ, legitur apud *Ammian l. 14. c. 32. & l. 17. c. 18.* pro ripis Rheni, & Moſæ. ¶ Apud Scriptores rei agrariæ ſupercilium uſurpatur pro ſpatio agri devexo, quod paucorum pedum modo æſtimatur. *Siculus Flacc. de conditionibus agror. & Hygin.* apud *Goeſium*

Supercludo, is, a. 3. claudo ex parte ſuperiore. *Liv. l. 37. cap. 27.* A continente arctæ ſemitæ aditum habet: a mari rupes exeſæ fluctibus ſupereludaunt. Pleræque tamen optimæ editiones habent *claudunt.*

Supercompōno, is, a. 3. ſuper aliquid compono, colloco. *Apic. l. 4. c. 2.* Cepa concides in patinam, & piſces ſupercompones.

Superconcido, is, a. 3. *tagliar ſopra. Apic. l. 5. c. 5.* Coliculorum minutias ſuperconcidito.

Supercontĕgo, is, a. 3. ſuperiori parte contego. *Celſ. l. 4. c. 1.* Renes tunicis ſuperconteguntur.

Supercurrĭo, is, n. 3. *cadere ſopra*, ἐπιπίπτω, cado ſuper aliquid. *Val. l. 5. c. 6 n. 5.* Factaque ingenti ſtrage telis obrutus ſupercorruit.

* Supercreātus, a, um, σαρκοφυὴς, ἐπιγινόμενος, adnatus, adventitius. *Aurelian Tard. l. 3. c. 8. Seſt. 225.*

Supercreſco, is, vi, tum, n. 3. *creſcere di ſopra*, גָּדַל, Germ. *daruber wuachſen* Gall. *ſurcroiſtre*, Hiſp. *ſobrecrecer*, ἐπιφύομαι ſuper aliquam rem creſco, ſeu innaſcor. *Cal. l. 3. c. 28. de carcinomate:* Si id nimium ſupercrevit, tentanda ſquama ætis eſt, & *cap. 22.* Carnem ſupercreſcentem exedere.

Supercrĭbo, as, avi, atum, n. *giacere, o ſtar ſopra*, Ger. *auff etwas ligen*, Gall *coucher deſſus*, Hiſp. *eſtar en cima*, ἐπίκειμαι, ſuperjaceo, ſuperdormio. *Col. l. 7. c. 4.* Perfotatis tabulis, quibus ovilia conſternuntur ut grex ſupercubet. *Apul. l. 6. Metam.* Europam tauro ſupercubaſſe.

Supercurro, is, n. 3. *ſoprabbondare. Plin. l. 7. ep. 18.* Ager propter id, quod vectigali large ſupercurrit, ſemper dominum, a quo exerceatur, invenier.

Superdĭco, is, a. 3. *aggiungere*, הוֹסִיף, ἐπιλέγω, ſubjungo dictis, dico aliquid præter id, quod dictum eſt. *Cicer. 2. de Leg. cap. 21. de liberatione haredis a rebus ſacris:* Quod ſi hoc, qui reſtamentum faciebat, cavere nohuiſſet, admoner Juriſconſultus hic quidem ipſe Marius, nonifex idem, ut minus capiar, quam omnibus hæredibus relinquatur: ſuperdicebat, quicquid cepiſſet, addringi. Alii aliter legunt. *Leg. 13. Dig. de jurejur.* Si quis juraverit in re pecuniaria, & perjuraverit, Imperator reſcripſit, ſuſtibus eum caſtigandum dimittere, & ita ei ſuperdici: προπέτως μὴ ὀμνύε *h. e.* petulanter ne jurato. Quidam hic minus recte leg. *ſuperindici.*

Superdo, as, n. 1. ἐπιτίθημι, ſuperimpono. *Celſ. lib. 7. cap. 7.* Superdandum emplaſtrum, quo id glatinetur. *Idem ibid. cap. 2.* Glutinantia ſuperdanda.

Superdūco, is, a. 3. ἐπαγάγω, יָקַע, הוֹבִיל, induco. Superducere novercam pater tum dicitur, cum priore uxore mortua filiis prioris matrimonii novercam inducit. *Quintil. in argumento Declam. 281.* Quidam filio ſuperduxit novercam, & ex ea aliam filiam ſuſcepit. *Capitolin. in Macro, cap. ult.* Concubinam ſibi adſcivit, ne tot liberis ſuperduceret novercam.

* Superductĭo. *Ulpian. Dig. 28. 4. 1.* Si noviſſime fuerit adſcriptum *in teſtamento*; lituras, **inductiones, ſuperductiones ipſe feci.** *Al.* **ſuperinductiones.**

Superductus, a, um, nom. ex particip. inductus. *Donat. in prol. Eun.* Novercæ ſuperductæ adoleſcenti, *Sidon. l. 5. ep. 17.* Pampinus ſuperductæ texuerat.

Superedĭtus, a, um, adj. *alto*, plus quam editus. *Lucret. l. 5. verſ. 707. de Luna.* Atque oriens obitus ejus (*Solis*) ſuperedita nidit.

Superēdo, is, edi, esum, a. 3. *mangiare dopo*, Ger. *darauff eſſen*, Gall. *manger près, d'avantage*, Hiſp. *ſobrecomer*, ἐπιφάγω, poſt cibum aſſumptum alium ſuperingerere, & ro, rurſus edo. *Plin. l. 19. c. 6.* Menander ex Græcis auctor eſt alium edentibus, betæ radicem in patina toſtam ſi ſuperederint, odorem extingui.

Superfĭlio, is, n. 3. *ſoprabbondare, eſſer ſuperfluo. Paulin, de obitu Celſi, verſ. 511,* Quidquid, inique, tibi nullo ſuperefluit uſu. ¶ Item ſupra fluo. *Valer. Flacc.* Quidquid ſuperfluit æquor.

Superēmĭnens, tis, partic. *ſoprastante*, הִתְרוֹמֵם, Germ. *fur auffgehen*, Gall. *apparoître par deſſus*, Hiſp. *ſobreprajar*, ὑπερέχω, ſupra alios emineo. *Virg. 6. Æn. v. 857.* Viſ Quique viros ſupereminet omnes. *Col. l. 12. c. 47.* Ut olivæ premantur, & jus ſuperemineat. *Plin. l. 26. c. 8.* Superemineres extra aquam.

* Superemorfor, eris, *morir ſopra*, ἐπιθνήσκω, מוּת שָׁם. *Plin.* 10. 2. Senefcentem

caſiæ, turiſque ſuccilus conſtruere nidum, replere odoribus, & ſuperemorſ.

Superenāſcor, eris, dep. 3. *naſcer ſopra. Plin. lib. 19. cap. 3.* Superenato caule. Alii leg. *ſupernato.*

Superenāto, as, n. 1. ſupra nato. *Lucan. l. 4. v. 133.* Tumidum ſuperenatat amnem.

Superĕo, is, n. anom. ſupra gradior. *Lucr. l. 3. v. 1045.* Ac pedibus falſas docuit ſuperire lacunas. Alii leg. *ſuperare.*

* Superērectus, a, um, adject. ſupra erectus. *Ammian. l. 20. cap. 3. (al. 4.)* Velut a perpendiculo ſupererectum gerit ſolem.

Superĕrōgo, as, a. 1. aliquid ſupra id quod debeo, erogo, ſeu largior, aut condono. *Legitur in Cod. Juſtin. l. 2. tit. 19. l. 14.*

Superēſcit, idem ac ſupererit. *Feſt.* Supereſcit, ſignificat ſupererit. Ennius: Dum quidem unus homo Romæ toga ſupereſcit.

Superevŏlo, as, n. 1. ſupra volo. *Lucan. l. 3. v. 299.* Agmine nubiferam rapto ſuperevolat Alpem, *hoc eſt* celeriter, ac raptim tranſcendit.

Superexactĭo, onis, fem. exactio ultra debitum. V. titulum *Codicis* de ſuperexactionibus.

* Superexaltātus, a, um, *ſourinnalzate*, מְרוֹמָם, ὑπεραψωθείς. *Auguſt. Conf. l. 3. c. 2.* Deo ſuperexaltato in omnia ſæcula.

Superexcurro, is, n. *ſtenderſi ſopra qualche coſa. Ulpian. l. 1. Dig. de arbor. cad.* Si arbor ædibus alienis impendeat, utrum totam arborem jubeat prætor adimi, an id ſolum, quod ſuperexcurrit.

Superexĕo, is, n. *Auſon, Idyl. 18. in princ.* Ter binos deciesque novem ſuperexit in annos. h. e. procedit ad annos nonaginta ſex.

Superexĭgo, is, a. 3. exigo aliquid ſupra id, quod debetur. *l. 1. Cod. tit. 55. leg. 4.* Superexigere damna.

Superexŭlo, is, a. 3. *alzare ſopra gli altri. Teruul. de reſurr. carn. c. 24.*

Superexŭlto, as, n. 1. vehementer exulto. *Symmach. l. 5. ep. 9.* Ubi tamen alii Codices habent *exulto.*

Superfĕro, ers, tuli, latum, a. anom. *portare ſopra*, Germ. *uber tragen, oder ſchlagen*, Gall. *porter par deſſus*, Hiſp. *traher porde ſobre*, ἐπιφέρω, ſupra aliquid fero. *Plin. l. 32. c. 10.* Et periclitari partus, ſi ſuperferatur.

* Superfĕro. V. *Superfeto.*

Superficiālis, le, adj. *ſuperficiale. Tert. l. 4. adv. Marcion. c. 28.*

Superficiārius, a, um, ἐπιπολαῖος, quod ad ſuperficiem ſeſertur, ut Superficiariæ ædes, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & civili, & naturali jure ejus eſt, cujus eſt ſolum: Superficiaria prædia, quæ in conducto ſolo certa penſione annua habentur. *Sen. ep. 89.* Mathematica, ut ita dicam, ſuperficiaria eſt, in alieno ædificat. *Ulp. l. 10. ff. fam. erciſc.* Item prædia, quæ noſtri patrimonii ſunt, ſed & vectigalia, vel ſuperficiaria. Sic, ſuperficiarius homo dicitur, qui conduxit ſolum, ut in eo ædificaret, & ob id annuam penſionem ſolvit. *Paul. l. 74. Dig. de rei vindic.*

Superficies, ei, f. *ſuperficie*, חֶרֶב, Ger. *der oberth den, oberfle*, Gall *ſuperficie, ſurface*, Hiſ. *ſobrechaz*, ἐπιφάνεια, ſuperior, ſive exterior pars cujuique rei, & facies, quæ exterius oculis cernitur. *Plin. l. 11. c. 49.* Longitudo ſuperficiem corporum ampliat. *Id. l. 9. c. 10.* Tettudines tantæ magnitudinis odium mare emittit, ut ſingularum ſuperficie habitabiles cavis ſingant. Adde *Macrob. de Somno Scip. l. 2. c. 2.* ¶ A Juriſconſultis ſuperficies dicitur quidquid ſuper ſoli facium impoſitum eſt, ut ædes, areæ, vires, arbores, ſegetes. Unde eſt ſirulus de ſuperficiebus *l. 43. Digeſt.* Sed plerumque dom s ſuperficies appellatur, ut *leg. 23. Dig. de Uſucapionib.* ubi præterea *Jabolenus* docet, domum duobus conſtare, ſolo & ſuperficie, h. e. ſolo, in quo domus ſundatur, & parietibus, qui domum conſtituunt, & a ſolo disjungi non poſſunt. *Paul. l. Domui infecti. Dig. de damn. inf.* Qui conducto ſolo ſuperficiem impoſuit. *Cic. Aſt. l. 4. ep. 2.* Nobis ſuperficiem ædium Conſules de conſilii ſententia æſtimarunt HS vicies.

Superfĭcio, is, n. 3. ſuperfum, reſto, redundo, ſuperfluo, a *ſuper*, & *facio. Ulp. l. 1. ff. de aqua: & aque pluvia arcende.* Iidem ajunt, aquam pluviam in fao retinere, vel ſuperficientem ex vicini in ſuum derivare. Aliqui legunt *ſuperfluentem.*

Superfĭcium, ii, n. idem ac ſuperficies. *Leg. 1. Dig. de ſuperficieb. leg. 32. Dig. de jure Dot.* & *l. ſi arca. Dig. de legat. 2.* ita legitur in Pandectis Florentinis, & aliis quibuſdam codicib. in aliis vero *ſuperficies.* Adde *inſcriptiones* apud *Gruter. pag. 183. in menſe Febr.* & *pag. 608, num. 8.* in quibus ſine controverſia *ſuperficium* legitur.

Superfĭo, is, n. paſſ. anom. ſupra fio, vel ſuperfum, redundo, ſuperfluo, reſto. *Col. l. 12. c. 1.* Tum ſeparare, quæ conſumenda ſunt, & quæ ſuperfieri poſſunt, cuſtodire, ne ſumptus annuus menſtruus fiat. *Auſon. epigr. 8.* Incipe; Dimidium tacti eſt cœpiſſe: ſuperſit Dimidium: rurſum hoc incipe, perficies. *Plaup. Stich. 4. 2. 12.* te vocem libenter, ſi ſuperfiat locus.

Superfixus, a, um, adj. ſupra aliquid fixus. *Trebel. Pol. in Claud. c. 3.* Illi in Roſtris poſita eſt columna cum palmata ſtatua ſuperfixa. *Liv. l. 42. c. 60.* Superfixa (*haſtis*) capita hoſtium portantes.

Superflexus, a, um, a ſuperiori parte flexus, curvatus. *Sidon. lib. 8. epiſt. 12.* Superflexa crate.

Superfloreſco, i, neut. ἐπιανθέω, poſt alium floreſco. *Plin. l. 19. c. 5.* Particularim cucumis floret, ſibi ipſe ſuperfloreſcens.

Superflŭe, adv. *ſuperfluamente. Martian. Capel. l. 3. & Symmach. l. 10. ep. 72.*

Superfluĭtas, atis, f. *ſuperfluità*, מוֹתָר, Ger. *uberfluß*, Gall. *ſuperfluité*, Hiſp. *demaſia, ſuperfluidad*, περισσεία, abundantia. *Plin. l. 14. c. 1.* Aliæ improbo reptatu, pampinorumque ſuperfluitate atria media conplentes.

Superfluo, is, xi, xum, neutr. 3. *ſcorrere di ſopra, ἐπιῤῥέω*, ſupra ripas fluo. *Plin. l. 31. cap. 4.* Apollonize in Ponto fons juxta mare ætate tantum ſuperfluit. ¶ Translate ſumitur pro abundare, *ſoprabondare*, יֶתֶר, עָרַף, מָרַץ, Ger. *uberfliſſen*, Gall. *abonder, être ſuperflu*, Hiſp. *ſobrar, abondar*, περισσεύω. *Plin. lib. 36. cap. 15.* Reportatis, quæ ſuperfluebant, quotidiani uſus deliciis. *Cic. de Clar. Orat. c. 91.* Ut nimis redundantes nos & ſuperfluentes juvenili quadam dicendi impunitate reprimeret. *Senec. l. de benef. cap. 11.* Pecunia non ſuperfluens, ſed ad ſanum modum habendi parata.

Superfluo, adv. idem quod ſuperfluæ, *lib. 7. Cod. tit. 34. l. 2. & l. 5. tit. 51. leg. 6. & Auguſtin. ep. 28. Carmil. carm. 29 in Mamur. v. 7.* Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens Perambulabit omnium cubilia. *h. e.* pecunia affluens.

Superfluum, i, n. ſuperfluiras. *Papin. l. deductæ, §. ult. ff. ad S.C. Trebel.* Hæres ejus, qui bonorum ſuperfluum poſt mortem ſuam reſtituere fuerat rogatus.

Superfluus, a, um, *ſuperflua*, מוֹתָר, Germ. *uberflüſſig*, Gall. *ſuperflu*, Hiſp. *demaſiado, ſuperfluo*, περισσός, redundans, abundans. *Plin. in Pan. cap. 21.* Quibus moris eſt eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis ſuperfiua, nunc liquida, ac deferentia ſuſtrare navigiis. ¶ Translate dicitur de quacunque re abundanti. *Papin. l. deductæ, §. ult. ff. ad S.C. Trebel.* Fructus ſuperfluos reſtituere non videtur rogatus.

Superfœro, as, n. 1. *concepire ſopra*, Germ. *noch empfangen*, Gall. *concevoir après être groſſe*, Hiſp. *empreñarſe ſobre prenez*, ἐπικύω, ſuperiori fœtationi alteram addo, quod accidere ſolet quibuſdam animalibus, quæ poſt unum fœtum ex coitu conceptum rurſus alium concipiunt a priore, unoque, aut altero die, vel etiam pluribus poſt primum emiſſum ſuo tempore enituntur. *Plin. l. 8. c. 55.* Lepus omnium prædæ naſcens, ſolus præter daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in utero ſeſtirum, aliud implume, aliud inchoarum gerens pariter. *Id. l. 10. c. 63.* Daſypodes ſuperfœtant, ſicut lepores.

Superfŏranĕus, a, um, adject. *Symmach. l. 3. ep. 48.* Superforanei laboris eſt, commendare ſuperfluos. h. e. otioſi, ſuperfui.

Superforatus, a, um, adject. *forato dalla parte ſuperiore. Scrib. Larg. compoſit. 84.* Si uteris ſuperforatus caſu fuerit. ¶ Editio tamen celeberrima *Joan. Rodii* in duas voces dividit.

Superfore. V. *Superſum.*

Superfrutĭco, as, n. 1. denuo pullulo. *Tertul. adverſ. Valentin. c. 39.* Talia ingenia ſuperfruticant apud illos ex materni ſeminis redundantia.

Superfugĭo, is, n. 3. ſuper aliquam rem fugio. *Valer. Flac. l. 3. v. 554.* intactas leviter ipſe ſuperfugit undas.

Superfulgĕo, es, n. 2. ἐπιστράπτω, deſuper affulgeo. *Stat. 1. Sylv. 1. v. 33.* Templa ſuperfulges, & profpectare videris.

Superfundo, is, udi, usum, a. 3. *ſpargere ſopra*, יָצַק, Germ. *vergieſſen, drauff gieſſen*, Gall. *verſer deſſ

Supericurvàtus, a, um, adject. curvatus super aliquid. *Apulej. l. 9. A. A.* Inclinatam uxorem superincurvatus secure dedolabat.

Superindico. V. *Superdico.*

Superindíctio, onis, f. &

Superindíctum, i, n. Voces sunt Jurisconsultorum, quibus significatur extraordinarium munus impositum ultra solitam collationem, augmentum indictionis, seu vectigalis, quod solvendum indicitur pro aliqua necessitate, *gravezza straordinaria. Leg. 1. Cod. de indictionib.* & *l. 1. Cod. de superindict.*

Superindúco, is, xi, ctum, 2. 3. *soprammettere*, ἐπιπάσσω, superinjicio. *Plin. l. 15. c. 17.* Duum pedum terra superinducta. *Tertul. adv. Hermag. c. 26.* Dispositionem ejus superinducit.

Superinductio, onis, f. *scritto posto sopra, o fra altro scritto. Leg. 1. Dig. de his, quæ in testam. delentur.* Si novissime testamento fuerit adscriptum: literas, inductiones, superinductiones ipse feci.

Superinductítius, a, um, adject. subditirius, fictitius. *Tertul. l. 5. adv. Marcion. c.12.* Quos propterea falsos, & superinductitios fratres appellat.

Superinductus, a, um, superinjectus. *Quintil. l. 5. c. 8.* Nervis illis, quibus causa continetur, adjiciunt superinducti corporis speciem.

Superindumentum, i, n. *sopravveste. Tertull. de resurr. carn. c. 42.*

Superindúo, is, dui, duxum, a. 3. ἐπενδύω, super cætera vestimenta induo. *Suet. in Ner. c. 48.* Penulam obsoleti coloris superinduit.

* Superindútus, a, um, supra indutus. *Tertul. Apolog. c. 48.* Superinduti substantia propria æternitatis.

Superinfúndo, is, a. 3. *spargere sopra. Cels. l. 3. c. 4.* Mel superinfundendum. ¶ Scribitur & divisum *super infundo.*

* Superinfúsus, a, um, supra infusus. *Cels. l. 3. c. 20.* aqua frigida superinfusa.

Superingĕro, is, gessi, gestum, a. 3. ἐπιφέρω, aggregatim supérimpono. *Plin. l. 18. c. 30. fub fin.* Sunt, qui leguminum acervos superingerant. Hinc Superingestus. *Stat. l. 1. Sylv. 1. v. 59.*

Superinjectus, a, um, particip. a superinjicior. *Ovid. 5. Fast. v. 533.* Tum superjecta texere madentia terra.

Superinjício, is, jeci, jectum, a. 3. *gettar sopra*, ἐπεμβάλλω, desuper injicio. *Virg. 4. Georg. v. 46.* Razas superinjice frondes. *Plin. l. 18. c. 9.* Farinæ vice cribris superinjici.

Superingĕro, is, a. 3. *Virg. in Moreto*, dictas superinserit herbas. Al. leg. *superingerit.*

Superinsídeo, es, n. 2. idem quod insideo, immoror. *Lucret. l. 3. v. 915.* Jam desiderium rerum superinsidet ura.

Superinspício, is, a. 3. curam habeo, inspicio. *Sidon. lib. 9. epist. 3.* Ecclesiæ sacra superinspicere.

Superinsterno, is, a. 3. super sterno. *Liv. l. 30. c. 10.* Tabulas superinstravit.

Superinstíllo, as, a. superstillo. *Apicius l. 4. c. 2.* Olei modicum superinstillabis.

Superinstrátus, a, um, superiore parte stratus. *Silius l. 7. v. 288.* Superinstrati tori pelle leonis.

Superinstrépo, is, n. 3. *Sil. l. 2. v. 186.*

Superinstructus, a, um, nomen ex particip. a *super*, & *instruo. Columell. l. 9. c. 7.* Ordines vasorum superinstructi in altitudinem, *disposti uno sopra l'altro.*

Superinstrúo, is, a. 3. *fabbricar sopra. Imp. Sever. & Antonin. l. 8. Cod. tit. 10. leg. 1.* Superinstruere concameratis.

Superinsúlto, as, n. 1. *insultare stando sopra, o saltar sopra. Claudian. in Gigantomach. v. 83.* Dum superinsultans avidus languentia curru Membra terit.

Superintĕgo, is, texi, tectum, a. 3. *coprire sopra*, Ger. *oben dar auff decken*, Gal. *couvrir par dessus*, Hisp. *cubrir en cima*, ὑπεγκαλύπτω, superne intego. *Plin. l. 18. c. 6. in fin.* Ora utrinque lapidibus statuminari, & alio superintegi.

* Superintendo, is, *sopraintendere*, פקד, ἐπισκοπῶ, super aliquid animum intendo. *Augustin. in Psal. 126. sect. 3.* Ut ipsi superintendant, & quasi custodiant populum.

* Superintentor, oris, m. *sopraintendente*, צופה, ἐπίσκοπος. *Aug. l. 1. Psal. 126. sect. 3.* Nam & græce quod dicitur episcopus, hoc latine superintentor interpretatur, &c.

Superintŏno, as, n. 1. ἐπιβροντῶ, desuper tono. *Virg. 9. Æn. v. 709.* Dat tellus gemitum, & clypeum superintonat ingens.

Superinvĕho, is, a. 2. *portar sopra. Avien. in Arat. v. 159.* Fluctiguni speciem monstri superinvehit Auster.

Superinvergo, is, a. 3. *versare sopra. Ovid. 7. Met. v. 264.* Superinvergens liquidi carchesia vini. ¶ Legitur & divisum.

Superinundo, as, n. 1. *inondare.* Translate *Tertul. de resurr. carn. c. 63.* Ejusmodi eloquitis superinundare.

Superinungo, is, a. 3. ἐπαλείφω, supra inungo. *Cels. l. 7. c. 7.* Superinungi collyrio aliquo, quo lippientes oculi superinunguntur.

Superior, & us, com. 3. *superiore*, עליון, Ger. *der obere, das oben ist*, Gal. *superieur, qui est au dessus*, Hisp. *superior, ὑπώτερος, κρείττων*, altior, sublimior, editior, qui magis supra est, comp. a *superus. Cic. Att. l. 12. ep. 10.* Tota domus superior vacat, ut scis. ¶ Superior accumbere in cœna quis dicatur, vide *Accumbo.* ¶ Translate sumitur pro majore, potentiore, excellentiore. *Cic. 1. Offic. c. 26.* Quanto superiores sumus, tanto nos summissius gestamus. *Id. l. 3. Fam. ep. 5.* Gravissimum est, cum superior factus sis ordine, inferiorem esse fortuna. ¶ Item pro eo, qui assum vincit. *Cæsl. 5. B. G. c. 15.* Nostri omnibus partibus superiores fuerunt. ¶ Dicitur de iis, qui ante nos dixerunt, qui etiam majores appellantur; de tempore, quod præcessit; de vita, quæ ante acta est, &c. *Vart. 2. R. R. c. 4.* Proavus, ac superiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. *Cic. l. 5. Fam. ep. 17.* Superioribus temporibus nullas ad te literas misi. *Id. de Senect. c. 8.* Quale cujusque studium in superiore vita fuit. *Id. 1. Catil. c. 1.* Quid proxima, quid superiore nocte egeris, *la notte innanzi. Id. 7. Ver. c. 10.* Superior Africanus, *hoc est* senior. Sic, superior Dionysius, apud *Nepot. 10. c. 1. in Dione.*

Superjumentarius, ii, m. qui jumentariis præest. *Sueton. in Claud. c. 2.* Quem barbarum, & olim superjumentarium ex industria sibi appositum, &c.

Superius, adv. *dalla parte superiore, di sopra*, למעלה, ἄνω, ἄνωθεν, ex superiore parte. *Pallad. l. 1. tit. 44.* Piscina superius contruenda est. *Senec. l. 5. quæst. nat. cap. 8.* Cum sol procesfit, alia superius rapiuntur, alia diffunduntur tempore. ¶ Superius dixi, superius posui, *ho detto di sopra. Capitolin. in Maximin. jun. c. 1.* De cujus genere superius dictum est. *Phædr. l. 4. fab. 24.* Quantum valerent inter homines literæ, dixi superius. Adde *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 6.* & *Scribonii Largi* loca plura, quæ in ejus Lexico congerit *Joan. Rhodius.*

Superlăbor, eris, degon. 3. *scorrere sopra. Senec. epist. 90.* In aperto jacentes sidera superlabebantur.

Superlacrymo, as, n. 1. *lagrimare sopra*, ἐπιδακρύω, lacrymando irrigo. *Col. l. 4. c. 24.* Ne, ut jam ante diximus, superlacrymet, & gemmantem cæcet oculum.

Superlatio, onis, f. *iperbole*, מעלה, תפלגה, גומה, ὑπέρθεσις, ὑπερβολή, oratio superans veritatem, alicujus augendi, minuendive causa, ut *Auctor ad Heren. l. 4. c. 33.* definit. *Cic. 3. de Orat. c. 53.* Tum augendi, minuendive causa, veritatis superlatio, atque trajectio. *Quintil. l. 1. c. 10.* Per comparationes, & superlationes. ¶ A Grammaticis ponitur etiam pro gradu nominum superlativo. *Charisius l. 1. de gradib.* Ipsa superlatio per se prælationem omnium significat. ¶ Interdum ponitur pro insigni cognomine a re aliqua sumpto, ut cum aliquis per excellentiam sapiens vocatur. *Valer. Max. l. 6. c. 9. n. 12.* Crasso nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem injunxit.

Superlativus, a, um, *superlativo*, ὑπερθετικός, quod superat, vel quod eminentiam denotat. Nomen superlativum illud est, quod rem ad summum gradum attollit, vel deprimit ad infimum, ut *doctissimus, indoctissimus; fortissimus. Charisius l. 1. Priscian. l. 3.*

Superlātus, a, um, ὑπέρθετος, sursum elatus, elevatus, partic. a superferor. *Val. Max. l. 8. c. 6.* Ad auxilium servorum pileo superlato confugit. ¶ Superlata nomina, aut verba dicuntur; quæ augendi causa in oratione proferuntur. *Cic. in Partit. c. 15.* Illustris autem oratio est, si & verba gravitate delecta ponuntur, ac translata, & superlata, & ad nomen adjuncta, & duplicata. Intelligere videtur *Cic.* voces hyperbolicas. Nonnulli interpretantur nomina superlativa.

Superliminare, is, n. *soglia di sopra*, מזקוף, Ger. *die oberschwellen einer thuren*, Gal. *le linteau de dessus l'huis*, Hisp. *umbral*, ὑπέρθυρον, limen ostii superius, hoc est lignum, sive lapis, qui postibus superincumbens, jugi formam efficit.

Plin. l. 29. c. 4. Privatimque ovilibus circumlatum toties, & pedibus suspe sursum in superliminari.

Superlino, is, a. 3. *unger di sopra. Pallad. in Jun. tit. 5.* Tunc luto superlinis liberam gemmam relinquens. *Id. in Octob. tit. 14.* Superlines dolium. *Scriben. compos. t. 253.* Deinde hoc medicamentum superlinitur.

* Superlitio, onis, f. ἐπίχρισις. *Marcel. Empir. c. 8.* Cum siccata fuerit superlitio ipsa, *l'unzione, l'empiastro.*

Superlitus, a, um, *unto dalla parte superiore*, nom. ex particip. a *super*, & *lino. Plin. lib. 22. cap. 23.* Visco superlitum, ut hæreat. Hinc Superlitio apud *Empir. c. 8.*

Supermando, is, a. 3. *rimasticare*, ἐπιμαστάομαι, post rem aliquam manfam iliam mandendo superingero. *Plin. lib. 31. cap. 6.* Raphanos supermandi ex aceto jubent.

Supermĕo, as, n. 1. ὑπερῤῥέω, superfluo, sive superlabor. *Plin. l. 2. c. 103.* Qui vero (*aquæ*) etiam dulces inter se supermeant alias, ut in Fucino lacu.

Supermetior, iris, ensus sum, dep. 4. *Tertull. de anim. c. 38.* Secundæ post vium genituræ supermensus est, *hoc est* magis contulit, majore liberalitate sus est alimenta hominibus.

Supermico, as, n. 1. supra mico. Translate *Senec. 3. de benef. c. 32.* Etiamsi qu tuli exempla, nondum satis faciunt; nec beneficia parentum supermicant. *sius* ex *Vet. codicib.* legit *superinficiunt.* Propriæ *Avien. in Phænom. Arat. vers.* Tepidumque supermicat astrum.

Supermitto, is, a. 3. *spruggiungere, soprapporre. Apic. l. 2. c. 1.* Et sic supern jecur, *& l. 5. c. 3.* Pisa supermittes.

Supermundialis, le, adject. qui supra mundum est, cælestis, ut supermunc substantiæ, *Tertul. de anim. c. 18.*

Supermunio, is, a. 4. a superiori parte munio. *Colum. l. 9. c. 7.* Convenit, alv porticibus supermuniri.

* Supernans, antis, *galleggiante*, שטוחה, ἐπιπολάζων. *Gell. 9. 9.* Gaudia levia quasi in summo pectore supernantia.

Supernas, atis, o. 3. ὁ ἄνωθεν, quod est supra, ut Abies supernas, quæ ad re superum, hoc est Adriaticum, nata est, & contra infernas, quæ nata e mare inferum, seu Tyrrhenum. *Plin. l. 16. c. 39.* Ideo Romæ infernas abies pernati præfertur. *Id. l. 15. c. 12.* Supernatia porsica e Sabinis veniunt. ¶ Su nas ventus apud *Vitruv. l. 1. cap. 6.* est, qui a dextra Aquilonis parte Orie versus flat. *Græce verso Levante.*

Supernăto, as, n. 1. *sopranuotare*, שחה, ἐπιπολάζω, in aque, alteriusve liq superficie fluito. *Col. l. 12. c. 9.* Deinde arido spissamento fœniculi sic con mi, ut jus supernatet. *Plin. l. 28. c. 9.* Quod supernatat, butyrum est. *Id. l. 15.* Supernatans bitumen.

Supernātus, a, um, ἐπίπους, post, vel supra alios natus, præter alios natus. *l. 19. c. 3.* Supernato caule, quem magydarim vocarant. *Alii leg.* super na *Prudent. in Apotheos. vers. 253.* Sive supernatus fuerit fibi dec. *Cels. l. 8. cap. 2.* pernatis gravibus ulceribus, aut fistulis.

Superne, adv. *disopra*, למעלה, Ger. *oben herab, oberhalb*, Gall. *d'en haut*, Hisp *alto, soberanamente*, ἄνωθεν, desuper, de parte superiore. *Virg. 1. Æn. v.* Unde superne Plurimus Eridani per sylvam labitur amnis. *Liv. l. 1. c. 25.* Male stinenti arma gladium superne jugulo defigit. ¶ Ponitur etiam pro supra. *Pl 33. c. 6.* Argentum superne innatat, ut oleum aquis. ¶ Item pro sursum. *Pli 19. c. 5.* Solum enim hoc genus superne tendit, non ut cætera, in terram.

Supernĭtas, atis, f. *altezza. Tertul. ad Valent. c. 7.* supernitates supernitatum, *di*

Superno, as, n. 1. idem quod supernato. *Macrob. l. 7. Saturn. cap. 12.* Mellis p quæ in imo est, utique præstat pondere, & ideo supernante pretiosior. *leg.* supernatante. *Gel. l. 9. c. 9.* Gaudia pigra, & levia, & cunctantia, & q in summo pectore supernantia.

Supernomĭno, as, a. 1. *dar il soprannome. Tertul. Apolog. c. 18.* Ptolemæorum er tissimus, quem Philadelphum supernominant.

Supernumerarius, a, um, adj. *soprannumerario. Veget. l. 2. c. 19.* Accensi, hoc postea additi, quam fuisser legio completa, quos nunc supernumerarios voc

Supernus, a, um, *di sopra*, עליון, Germ. *das von oben ist*, Gall. *qui est d'en ha souverain*, Hisp. *soberano, ὑπέρτερος*, quod est supra. *Plin. l. 11. c. 37.* Dentes miles aspidi, & serpentibus, sed duo in superna parte dextra, lævaque lon simi. *Stat. 8. Theb.* Crines a fronte superni.

Supĕro, as, a. 1. *superare, ascendere*, חפליג, גבר, נצח, Germ. *ubersteigen*, *surmonter*, Hisp. *sobrepujar*, ὑπερβαίνω, transcendo, subeo, supergredior, a *rus. Cic. 1. Tuscul. c. 19.* Quam regionem cum superavit animus, &c. *Virg. lib Georg. v. 270.* Superant montes, & flumina tranant. ¶ Per translationem poni pro vincere, antecellere, præstare. *Virg. 5. Ecl. v. 4.* Quid, si idem certet Pl bum superare canendo? *Cic. 7. Verr.* Si cum aliorum improbitate certet, lo omnes multumque superabit. *Id. 1. Tusc. c. 1.* Doctrina Græcia nos, & omni terarum genere superabat. *Id. 4. Fin.* Superare injurias fortunæ. ¶ Item pro cedere. *Varr. l. 1. R. R. c. 53.* Ne in ea re sumptus fructum superet. ¶ Item superesse, restare, suppetere, more neutrorum. *Liv. lib. 29.* Multa die super te, accesfit. *Virg. Ecl. 9. v. 27.* Superet modo Mantua nobis. *Plin. l. 8. c. 26.* Q niam ad persequendas feras vires non superant. ¶ Item pro abundare, su fluum esse, *soprabbondare, avanzare. Cic. in Parad. c. 3.* Uter igitur est diti cui deest, an cui superat? qui eget, an qui abundat? *Id. 5. Fin. c. 15.* Deque quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. ¶ Ponitur etiam pro superfiri esse, supervivere. *Virg. 4. Æn. v. 439.* Quid puer Ascanius? superat ne, & fcitur aura Ætheria? *Id. 2. Æn. vers. 643.* Capræ superavimus urbi. ¶ Interdi etiam pro excelli, *alzarsi. Plaut. Stich. 2. 3. 41.* Radiosus ecce fol superabat mari. *Alii leg.* se fe fol superabat ex mari.

Superobrŭo, is, rui, rutum, a. 3. ὑπερχωννύω, re aliqua injecta operio. *Prop* Hecuba injectis periî superobruta saxis.

Superoccĭdo, is, n. 3. supra aliquem occido, *tramontar sopra. Macrob. l. 1. in Som Scip. c. 18.* Postquam sol demersus est, Luna Cæli marginem tenet, antecede superoccidens.

Superpendĕo, es, n. 2. *sopr'appendere*, Germ. *ober hin hangen*, Gall. *pendre par d sus*, Hisp. *estar colgado encima*, ὑπερπέμπω, supra pendeo. *Liv. l. 37. c. 27.* ut quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum, quam quæ in static sunt naves, promineant.

Superpictus, a, um, nom. ex particip. *dipinto di sopra. Solin. c. 21.* Pantheræ n nutis orbiculis superpictæ.

Superpingo, is, a. 3. *dipingere sopra*, Germ. *noch darzu mahlen*, Gall. *peindre par d sus*, Hisp. *pintar par de sobre*, ὑπογράφω. *Avien. in Phænom. Arat. v.* 907. Cu sta superpingunt rutilam sua sidera noctem. ¶ Quod quidam Lexicographi a dunt ex *Plin. l. 35. c. 11.* mendosum est.

Superplaudo, is, n. 3. *Solin. c. 2. de avibus in Diomedis insula juxta Apuliam.* Pe nulis superplaudunt.

Superpondium, ii, n. *soprappeso*, Germ. *auffschlag*, Gall. *surpoids*, Hisp. *subrepes* ἐπίμεσον, pondus auctarium, quod legitimæ farcinæ adjicitur. *Apul. l. 7. M.* Exiguum scilicet & illud tantæ molis superpondium.

Superpōno, is, sui, situm, a. 3. *sopr'apporre*, Germ. *darauff legen, ed. darauff setze* Gall. *mettre par dessus*, Hisp. *poner en cima*, ὑπερτίθημι, super aliquid colloco. *l. 29. c. 2.* Tantumque pollent, ut medicamentis quoque superponantur. *Col. lib. c.* Et loci salubritas, editiorque situs ripæ permittet superponere villam profluenti

* Superpositio, onis, f. *Cal. Aurel. Tard. l. 2. c. 13.* & *alibi*, est πρόσληψις, suc ma morbi accessio, tempus morbi vehementius, & exacerbatio per intervalla diens: quam *in pref. Tard.* suprapositionem vocat.

Superpŏsĭtus, a, um, *sopr'apposto. Ovid. Heroid. epist. 21. vers. 190.* Ægra superpos membra fovere manu. Hinc superpositio apud *Cal. Aurel. Tard. l. 2. c. 13.*

Super quam. V. *Super* in fine.

Superquærĭto, is, a. 3. super concutio. *Avien. in Phænom. Arat. v. 1207.* Superqua tit ira, furorque.

Superrātus, a, um, particip. a *super*, & *rado*, raso di sopra. *Plin. l. 22. c. 23.* Clav pedum superrasis.

* Superrĭgo, as, supra rigo, inundo. *Sil. l. 15. v. 155.* curvata sublime superriga unda. Alii *suberigit*.

Super-

Superrŭmis, a, um, superl. a superior. *Varro l. 6. de L. L. c. 3.*

Superrŭo, is, n. 3. *cadar sopra qualche cosa. Apul. l. 1. A. A.* Atque ego de alto decidens, Socrarem superruo. *Id. l. 2.* Ecce uxor flens interrupit, & statim corpori superruens, &c.

Supersaplo, is, n. 5. valde sapio. *Tert. de anim. c. 18.* Plato illum ait supersapere, qui mente maxime sapiat.

Superscando, is, a. 3. *andare sopra*, ὑπερβαίνω, sursum ascendo. *Col. lib. 11. c. 3.* Quam superscandant fentes utriusque sulci. *Liv. lib. 7. c. 36.* Superscandens vigilium strata somno corpora miles.

* Superscendo. V. Superscando.

Superscribo, is, a. 3. *scrivere sopra*, ἐπιγράφω, supra scribo. *Gell. l. 20. c. 6. Vestrum* obleverunt, & *vestri* superscripserunt. *Modestin. l. 4. Dig. de operib. publ.* Nec præfidis quidem nomen licebit superscribere.

Superscriptus, a, um, nom. ex particip. *scritto sopra. Suet. in Ner. c. 52.* Ita multa & decera, & inducta, & superscripta inerant.

Superscrĭbo, es, edi, essum, n. 2. *feder sopra*, חרל, יעב, ὑπέρκειμαι, super aliquid sedeo. *Sueton. in Aug. c. 96.* Aquila tentorio ejus superscedens, duos corvos hinc & inde insestantes affilxit. ¶ Sæpissime ponitur pro a re aliqua cessare, rem institutam omittere, *sopraseder, cessare da far qualche cosa*, & constituitur fere cum ablativo. *Cæs. l. 2. B. G. c. 8.* Prælio superscedere. *Cic. l. 4. Fam. ep. 2.* Superscedeas hoc labore itineris. *Id. l. 1. de Invic. 21.* Quod cum acciderit, omnino narrazione superscedendum est. ¶ Vel cum dativo. *Hirt. de B. Afric. c. 75.* Superscedere pugnæ. ¶ Vel cum acc. *Gell. l. 2. c. 29.* Cognati, & affines operam, quam dare rogati sunt, superscedent. Sed subintelligi potest, *dare supersedent.* Vel figurate *Gellius* locutus est; figura Anastrophe, ut *Urbem, quam statuo, vestra est*, pro *quam urbem statuo.* Vel scripsit, *opera.* ¶ Vel cum infinitivo. *Liv. l. 21. c. 40.* Superfedisse loqui apud vos. *Suet. in Aug. c. 93.* In peragranda Ægypto paulo defiecere ad visendum Apin supersedit. ¶ Reperitur etiam passive. *Auct. ad Hor. l. 2. c. 17.* Hæc causa judicialis fieri non potest, sed quod potest vel ad Senatum, vel ad consilium venire, non visa est supersedenda. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Cic. 1. de Invent. c. 40.* Sunt autem, qui putant nonnunquam posse complexione supersederi. ¶ Supersedere etiam ponitur pro manere, perseverare, quasi in volantate. & consilio sedere. Ita exponit *Ninius c. 1. n. 187.* illud *Turpilii*: Ut ille hac se abstineret, ego supersederem nuptiis.

Superseminātor, oris, qui superseminat. *Tertul. de anim. c. 16.*

Superseminātus, a, um, *superseminato. Tert. adv. Praxean, c. 1.*

Supersĕmino, as, a. 1. *sopraseminare. Tert. adv. Praxean, c. 1.*

Supersessus, a, um, part. passiv. *ommesso, tralasciato: Apul. l. 4. Florid.* post princip. Sed omnibus istis superfessis, nihil amplius spectari debet, quam, &c.

Supersĭdĕo, es, n. 2. *feder sopra. Ammian. l. 25. c. 25.* Supersidentes uribus.

Supersĭliens, entis, particip. a *super* & *filio. Col. l. 8. c. 3.* Pertiæ dolantur in quadrum, ne teres lævitas earum supersilientem volucrem non recipiat.

* Supersolanĕus. V. Subsolaneus.

Supersparge, is, si, sum. a. 3. *spargere sopra*, ἐπιπάσσω, inspergo, aspergo. *Cato c. 54. R. R.* Quæ herbosissima erunt, in recto condito, & sale superspargito.

Superspersus, a, um, nom. ex particip. *aspersо. Solin. c. 27.* (*al.* 40.) Gemma viridi colore, stellis punicеis superspersa. *Er c. 30.* (*al.* 43.) de camelo pardali. Candidis maculis superspersa.

Superstagno, as, n. 1. *allagare di sopra*, ἐπικλυζω, restagno, redundo. *Tacit. l. 1. Annal. c. 79.* Si amnis Nar in rivos deductus superstagnavisset.

Superstans, antis, o. 3. *che sta sopra. Virg. 10. Æn. v. 540.* Quem congressus agit campo, lapsumque superstans immolat. *Liv. lib. 10. c. 6.* Essedis carrisque superstaos hostis armatus, ingenti sonitu equorum, rotarumque advenit. *Suet. in Galba c. ult.* Statuam ei decreverat rostratæ columnæ superstantem.

Superstatumĭno, as, a. 1. statumine supra firmo. *Pallad. l. 1. tit. 9.* Superstatuminare rudus.

Superstĕrno, is, stravi, stratum, a. 3. *distendere sopra*, ὑποστρώννυμι, superexstendo. *Col. l. 1. c. 6.* Simili modo pavimenta testacea supersternuntur. *Liv. l. 10. c. 29.* Obrutum (*corpus Consulis*) superstratum Gallorum cumulis erat.

Superstes, stĭtis, o. 3. *vivo, superstite*, חי, שריד, נותיע, Ger. *noch bey leben*, Gal. *survivant*, Hisp. *que subreviue*, περιγινόμενος, qui suis jam fato functis supervivit, & generatim qui post aliquod malum superest. *Ter. Heaut. 4. 4. 7.* Ita mihi, atque huic fis superstes. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Utinam te non solum vitæ, sed etiam dignitatis meæ superstitem reliquissem. *Ovid. l. 3. Trist. el. 7.* Me tamen extincto fama superstes erit. *Id. l. 3. Amor. in fin.* Post mea mansurum fata superstes opus. ¶ Sumitur etiam pro salvo, & incolumi, absolute. *Ter. Andr. 3. 2. 7.* Deos quæso, ut sit superstes. ¶ Superstites olim dicebantur testes præsentes. *Fest.* Superstites, testes præsentes significat. Cujus rei testimonium est, quod superstitibus præsentibus ii, inter quos controversia est, vindicias fumere jubentur. Plautus in Artemonei. Nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adest superstes. *Cic. pro Mur. c. 12.* Carmen compositum est cum cæteris rebus absurdum, tum vero nulli usui: *utrisque superstitibus præsentibus istam viam dico: inite viam.*

Superstillo, as, a. 3. *gettar sopra a goccia a goccia. Apic. lib. 8. c. 7.* Superstillabis oleum, piper asperges.

Superstitio, onis, f. *superstizione*, עבודה זרה, Ger. *aberglaub, falscher glaub*, Gal. *superstition*, Hisp. *superticion*, δεισιδαιμονία, θεοσδρησκία, religio quæcumque delira, & anilis, in qua inest timor inanis Deorum, ut ait *Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 42.* Unde manarit nominis ratio, docet *Id. ibid. l. 2. c. 28.* his verbis. Non Philosophi solum, verum etiam majores nostri superstitionem a religione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut sui liberi sibi superstites esset, superstitiosi sunt appellati; quod nomen postea latius patuit. *Et cap. 72.* Superstitio hominum imbecillitatem occupavit. *Id. 2. de Leg. cap. 11. Et cap. 72.* Superstitio confiscari. *Id. 1. de Fin. cap. 18.* Superstitione imbutus. *Id. 1. Div. l. 4. c. 4.* Anili superstitione obligari. *Liv. l. 26. cap. 19.* Superstitione captus. *Quintil. l. 1. c. 4.* Superstitiones novas inducere. ¶ Interdum in bonam partem sumitur, pro religione. *Justin. l. 39. c. 3.* His tot necessitatibus sanguinis adjicit superstitionem templi, quo abdita profugerit. *Et l. 41. c. 3.* In superstitionibus atque cura deorum, præcipua amnibus veneratio est.

Superstitiōse, adv. *superstiziosamente*, cum superstitione. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 38.* Neque id diciris superstitiose, & aniliter, sed physica constantique ratione. Item nimis sollicite, & diligenter. *Quintil. l. 1. c. 1.* Non tamen hoc adeo superstitiose velim fieri, ut diu tantum loquatur Græce, aut discat, sicut plerisque moris est.

Superstitiōsus, a, um, *superstizioso*, עובד עבודה שלא כמשפט, Ger. *aberglaubisch*, Gal. *superstitieux*, Hisp. *supersticioso*, δεισιδαίμων, superstitione imbutus. *Cic. 2. de Div. c. 39.* Imbecilli animi facile superstitiosa ista concipiunt. *Nigidius* apud *Gell. l. 4. c. 9.* Superstitiosa religione se alligare. *Tertul. in Scorp. c. 2.* Superstitiosissimum sæculum. ¶ Superstitiosi proprie qui dicantur V. in *Superstitio.* ¶ Interdum superstitiosus homo dicitur, qui aliquid divinat. *Plaut. Curcul. a. 3. v. 27.* Superstitiosus hic quidem est, qui vera prædicat. *Id. Rud. 4. 4. 95.* Quid si ista aut superstitiosa, aut ariola est, atque omnia, quidquid infit, vera dicet? *Cic. 1. Div. c. 31. ex poeta.* Missa sum superstitiosis ariolationibus.

Superstĭto, as, n. 1. *essere sano, e salvo*, שרד, περιγίνομαι, superstes, & incolumis sum, supersum, freq. a superstо. *Plaut. Persa 3. 1. 3.* Ut mihi superfit, superet, ac superstitet. ¶ Antiqui hoc verbo usi sunt pro servare, sive incolumem præstare. *Ennius* apud *Non. c. 2. n. 776.* Regnumque vestrum ut sospitent superstitentque.

Superstō, as, stĭti, statum, n. 1. *star sopra*, ἐφίστημι, supra aliquid sto. *Liv. l. 40. c. 2.* Atrox cum vento tempestas signa in circo maximo cum tolleret, quibus superstabant, everrit. V. *Superstans.*

Superstrictus, a, um, particip. a superstringo. *Apul. l. 11. A. A.* Nam compressis in arctum feminibus, & superstrictis accurate manibus, velamento me naturali probe muniveram.

Superstringo, is, a. 3. supra stringo, constringo. *Sidon. l. 4. epist. 20.* Balteis superstrinxerant clausa latera.

Superstrŭo, is, xi, ctum, a. 3. *sopra fabbricare*, ἐποικοδομέω, superædifico. *Tacit. 4. Ann. c. 62.* Neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit.

Supersum, es, fui, n. anom. *restare*, שרד, נשוע, περίειμι, περιγίνομαι, reliquus sum, resto. *Cic. Catil. 3. c. 11.* Cum hostes vestri tantum civium superfuturum putarint, quantum infinitæ cædi resistisset. *Id. 3. de Orat. c. 24.* Hæ duæ partes, quæ mihi supersunt, illustrandæ orationis. *Id. Fam. 10. ep. 33.* Omnes qui supersunt de Hirtii exercitu. *Id. 9. Attic. ep. ult.* Quod supereft scribe, quæso, quam accuratissime, quid placeat, quid censeas, *del rimanente, del resto. Scevola leg. Creditor. Dig. mandat.* Nullam actionem superfore ad recipiendum. ¶ Item superstitem esse, *sopravvivere. Plaut. Asin. 1. 1. 2.* Tuum vis unicum gnatum tuæ supereste vitæ sospitem, & superstitem. *Liv. l. 1. c. 34.* Lucumo superfuit patri, bonorum omnium hæres. ¶ Item redundare, affluere. *Cic. 2. de Orat. c. 25.* Vis ejus rei, quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quicquam, neque supersit. *Id. 13. Fam. ep. 62.* Ne mihi superesse verba putes, quæ dixeram defuturæ. ¶ Item excellere, superiorem esse. *Cic. de republ. apud Gell. l. 11. c. 22.* Nec verо scientia juris majoribus suis Q. Tubero defuit, doctrina etiam superfuit. *Virg. 3. Georg. v. 126.* supereste labori, *vincer la fatica.* ¶ Denique ponitur interdum pro interesse, adesse; cum sermo est de præsentia in judiciis, & litibus a patrono, vel procuratore exhibenda. *Augustus* apud *Sueton. in ejus vita c. 56.* Cunctari se, ne si supereslet, exiperet legibus reum; sin deesset, destituere, & prædamnare amicum videretur. *Gell. loc. cit.* Cum is qui veria faciebat, reclamasset, *ego illi supersum*; respondisse prætorem festiviter, *tu plane superes, non ades. Ulpian. l. 2. Dig. de procuratorib.* Usus procuratoris perquam necessarius est, ut qui e ibus suis ipsi supereste vel nolunt, vel non possunt, saltem per alios possine vel agere, vel convenire. Adde *eund. leg. 5. Dig. de postulando.* Hanc tamen loquendi rationem ipse *Gellius ibid.* merito improbat, tanquam a propria hujus verbi notione maxime alienam. ¶ Aliquando hoc verbum per Tmelim dividitur, interjecta alia dictione. *Plaut. Curc. 1. 1. 85.* si quid super illi fuerit, id nobis sat est.

Supertectus, a, um, nom. particip. idem quod tectus, *coperto. Justin. lib. 43. c. 4.* Plures frondibus supertectos induci vehiculis jubet.

Supertĕgo, is, a. 3. *coprire*, idem quod tego, vel ex superiori parte tego. *Apulej.* l. 11. *A. A.* Impigre superiorem exutus runicam supertexit me celeriter. *Colum. l. 11. A. A.* Impigre superiorem exutus runicam supertexit me celeriter. *Colum. l. 9. c. 14.* Et quamvis porticu prorecta vasa, nihilo minus congestu culmorum, & frondium supertegemus. Adde *Pallad. in Mart. tit. 9.*

Supertĕrrĕnus, a, um. adject. qui supra terram est. *Tert. de resur. carn. l. 49.*

Supertĕrro, is, a. supra traho. *Plin. l. 18. c. 18.* Crates supertrahere.

Supervacāneus, a, um, *superfluo*, יקסם, περισσός, superfluus, non necessarius. *Cic. l. 3. Fam. ep. 5.* Confirmata amicitia, & perspecta fide, commemoratio officiorum supervacanea est. *Liv. lib. 10. c. 24.* Quin alter Consul pro supervacaneo, atque inutili habeatur? *Sallust. in Catilin. c. 51.* De timore supervacaneum est scribere. ¶ Supervacaneum opus dicitur illud, quod horis subsecivis animi causa fit, cum scilicet a seriis operibus, & magis necessariis vacamus. *Cic. de Senect. c. 16.* Conditiora facit hæc supervacanei operis aucupium, atque venatio. *Lambinus* legit *supervacaneis operis.*

Supervăco, as, n. 1. supervacaneus, aut superfluus sum. *Gell. l. 1. c. 22. Supereste* ita dixerunt, ut eo verbo significarent superfluere, & supervacare, atque esse supra necessarium modum.

Supervacŭe, adv. &

Supervacŭo, adv. *superfluamente, in vano, senza necessità*, חנם, πρόσκαιρος. *Ulpian. l. 14. Dig. de pecul. & sumpt. fun.* Quod si supervacuo fuerit factum. *Paulus l. 3. recept. sententiar. tit. 3. sentent. 20.* Libertas supervacue data videtur. *Quint. declam 16.* Supervacuo hoc in martis causa movet, quæ cæca est.

Supervacŭus, a, um, *supervacuo, superfluo, vano*, חנם, περισσός, ἀργός, quod non est necessarium, superfluum, præter rem. *Ovid. l. 2. ex Ponto ep. 7. v. 6.* Sed me timor ipse malorum Sæpe supervacuos cogit habere metus. *Col. de arborib. c. 26.* Supervacuum est hoc loco repetere jam tradiram rationem terebrationis. *Et c. 11.* Quidquid supervacui enatum fuerit, tollito.

Supervădo, is, n. 3. *ascendere, superare*, עלה, גבר, Ger. *uber hinein gehen*, Gal. *aller par dessus, outre*, Hisp. *subir en cima*, ὑπερβαίνω, super aliquid ascendo, supero, supergredior. *Sall. in Jug. c. 75.* Omnes asperitates supervadere, ac naturam loci etiam vincere aggreditur. *Liv. l. 32. c. 24.* Ruinas muri supervadebant.

Supervăganĕus, a, um, adject. *Festus*

Supĕrus, a, um, *supranus*, עליון, רם, Ger. *das ober, das hochst*, Gall. *souverain, qui est en haut*, Hisp. *soberano, de arriba*, ὁ ἄνω, superius, qui supra est, cui *infernus* opponitur, a super. *Virg. 6. Æn.* Revocare gradum, superasque evadere ad auras. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 56.* Spectatore *superarum* rerum, atque cœlestium. ¶ Superum mare, idem atque Adriaticum, sive Jonium, ita dictum quod Italiam supra, hoc est ab Ortu alluat, quemadmodum mare Tyrrhenum ab Occasu, quod ideo Inferum appellatur. *Cic. 3. de Orat. c. 19.* Ut Philosophi tanquam in Superum mare Jonium defluerent Græcum quiddam, & portuosum; Oratores autem in Inferum hoc Thuscum, & barbarum, scopulosum, atque infestum laberentur, in quo etiam ipse Ulysses erraſſet. ¶ *Superi* absolute *sunt* cœlestes. V. *Super-*. ¶ *Supera, orum*, idem ac cœlum. *Virg. 6. Æn. v. 787.* Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes.

* Supinālis dictus est jupiter, quod vim haberet omnia tum stabiliendi, tum resupinandi, h. e. evertendi. *Aug. l. 7, de C. D. c. 11.*

* Supinatio stomachi ap. *Cæl. Aur. Tard. l. 4. c. 3. sec. 64* est ejus, qui cibos recusat, ac rejicit.

Supinātus, a, um, *volto all' insù*, ὑπτιάζων. *Virg. 2. Georg.* Ante supinatas Aquilonibus offendere glebas. *Quintil. l. 11. c. ult.* Aut eadem manu supinate in superiora jactetur. Hinc supinatio apud *Cæl. Aur. Tard. l. 4. c. 3.*

Supine, adv. negligenter. *Sen. 2. de benef. c. 24.* Alii beneficia supine accipiunt.

Supinĭtas, atis, *le lo star supino. Quintil. l. 11. c. 3. a med.* Pectus ac venter ne projiciamur, observandum; pandunt enim posteriora; & est omnia odiosa supinitas. *Solin. c. 3*, Planaſia de facie supinitatis sic vocata.

Supīno, as, a. 1. *volcare all' insù*, רמז, ὑπτιάζω, supinum colloco. *Hor. l. 2. sat. 7. v. 38.* Nisum nidore supino. *b. e.* naso erigor in sublime; quod facere solent ii, qui aliquo odore vehementer delectantur. Est autem Græca constructio similis illi apud *Virg. 7. Æn.* Loricam induitur. *Sent. l. 6. Theb. v. 786.* Præcipitatque retro juvenem, atque in terga supinat. ¶ Translate sumitur pro planum facere, complanare, extendere, ut cerninus in iis, qui supini jacent. *Sen. l. 12. Theb. v. 244.* Jamque supinantur fessis, lateque fatiscunt Penthei devexa jugi. ¶ Item pro erigere in arrogantiam. Solent enim arrogantes incedere supini. *Senec. l. 2. de benef. c. 13.* Ostendis, te non agnoscere ista bona, quibus tantum inflatis; quidquid das, corrumpis. Liber itaque interrogare, quid tantopere te supinet.

Supīnum, i, n. pars verbi, duas habet terminationes in *u*, & *um*, ut *amatum, auditum, amatu, auditu*, quæ participialia appellantur a *Quintil. l. 1. c. 4.* a cæteris vero Grammaticis supina. *Charisl. 2. Priscianus l. 4.* ¶ *Donades l. 2.* hoc nomine etiam gerundia complectitur. *Prisicianus loc. cit.* etiam participia passiva, a quibus ipla supina nomen accepisse dicit, quia a participiis passivis oriuntur.

Supīnus, a, um, *supino, col ventre in su*, על, נפה, נהר, Ger. *ruckling*, Gall. *couché le ventre en haut*, Hisp. *trasornado, pando*, ὕπτιος, κύμβιχος, qui jacet ventre in cœlum verso, qui dorso incumbit, ab antiquo *supus*, sive *supus*. *Cic. 1. de Divin. c. 43.* Omne animal, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino. *Juven. sat. 3. v. 280.* Cubat in faciem, mox deinde supinus. ¶ Dicitur etiam de quacunque re, quæ cœlum spectat, seu cœlum ersus elevata est. *Virg. 3. Æn. v. 176.* Tendoque supinas Ad cœlum cum voce manus. *Liv. l. 3. c. 10.* Supino jactu, tela in locum superiorem mittebant. ¶ Accipitur pro declivi, sive montoso. *Hor. l. 3. od. 4.* Seu mihi frigidum Præneste, seu Tibur supinum. Hæc enim urbs in afcensu montis fuit constituta. ¶ Item pro eo, quod retro fit. *Ovid. l. 4. ex Ponti epist. 5. sub fin.* Fluminaque in fontes cursu reditura supino. Sic apud *Martial. l. 12. ep. 86.* Supinum carmen dicitur, quod in se ipsum recurrit, & ab utra parte incipias, recte constat. ¶ Meronymice, quoniam supinus ille recubitus indicium est hominis soluti, & otiosi, factum est, ut supinus pro molli, otioso, & negligenti ponamus. *Juven. Sat. 1. v. 66.* Et multum referens de Mœcenate supino. *Martial. l. 6. epigr. 42.* Supina aure audire aliquid. *Id. l. 2. epigr. 6.* Delicæ supiniores, h. e. quæ magis reddunt ignavos, & molles. ¶ Ignorantia supina dicitur, qua quis ea ignorat, quæ nosse facili negotio poſſet, quæ vulgo craſſa dicitur. *Ulp. lib. Nec supina, dig. de juris & facti ignor. Nec supina ignorantia ferenda est factum ignorantis.* ¶ Ponitur etiam pro superbo, arroganti, nam hujusmodi homines erecta facie, & versis in altum oculis incedere solent. *Pers. sat. 1. v. 129.* Italo quod honore supinus Fregerit hominas Areti ædilis,

* Supo, V. Sipo.

Suppactus, *vel* Subpactus, a, um, *solato*, nom. ex partic. a suppingo. *Plaut. Bacch. 2. 3. 98.* Qui foccis habeat auro suppactum solum. h. e. qui aurum in lamellas extensum sub soleis gestat.

Suppætŭlus, a, um, aliquantum pætus: *Var.* apud *Non. c. 6. n. 43.* Oculi suppætuli nigellis pupulis.

Suppalpo, as, a. 1. leniter palpo, adulor, *Simmach. l. 1. ep. 99.* Non discam dolo, utpote suppalpandi nescius.

Suppalpor, *vel* Subpalpor, aris, dep. 1. adulor, blandior, gratificor. *Plaut. Mil. 2. 2. 28.* Occepit ejus matri suppalpariier, vino, ornamentis, opiparisque obsoniis.

Suppar, aris, *quasi æguale*, Ger. *schier, gleichmäßig*, Gall. *presque pareil*, Hisp. *casi igual*, πάσιος, propemodum æqualis, ex *sub*, & *par*. *Cic. de Clar. Orat. c. 7.* Huic ætati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes.

Supparasitor, aris, *complacere, secondare*, ὑποκριτεύομαι, subservio, obsequor, tanquam parasitus. *Plaut. Amph. 3. 4. 10.* Accedam, atque hanc appellabo, & supparasitabor patri.

Suppăro, as, a. 1. apparo, accommodo, adjungo, *Tertul. de cultu fœm. c. 7.* Ne exuvias alieni capitis sancto, & Christiano capiti supparetis. *Id. de Anim. c. 25.* Labem corpori, & animæ supparare. ¶ Est item similem reddere, a *par*. *Tert. adv. Valent. c. 4.* Lupæ fœminæ formam quotidie supparare, solemne est.

Suppărum, i, n. *vel* Supparus, i, m. πεδίλιον, omne velum ex lino. *Festus*: Velum omne, quod ex lino est, dicitur supparum. ¶ Speciatim, ut *Festus* ait, Supparus dicebatur puellare vestimentum lineum, quod & subucula appellabatur. Addirque, ita usum *Pomponium*, & *Afranium*, Verum non puellare solum, sed & matronale supparum fuit, *Lucan. l. 2. v. 363. de Martia Catonis uxore*: humerisque hærentia primis Suppara mitatos cingunt angusta lacertos. ¶ Sed & aliis vestibus aptarum, etiam virilibus. Idem *Festus* in nautis vocat Neptuno vestem consecratam supparum. Ad vestimenta masculi pertinent *Nonii* verba, *c. 14. n. 20.* Supparum est lineum femorale, usque ad talos pendens, dictum, quod subrus apparæat. De masculi etiam veste usus *Varro* apud *eund. ib* Hic indutus supparum, Coronam ex auro, & gemmis fulgentem gerit. ¶ Nec de veste solum usi, sed etiam de navium velis, non quibuslvis, sed minoribus, ut docet *Festus*, quæ summo malo, favente vento, pandi solent. *Lucan. l. 2. v. 429.* Summaque pandens suppara velorum, perituras colligit auras. *Stat. l. 3. sylv. 8. v. 27.* Vos summis annectite suppara velis. *Sen. epist. 77.* Solos enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent naves.

Suppedamentum, i, fcabellum, quod pedibus supponitur. *Inscripſ. apud Grut. p. 1076.*

Suppedaneum, i, n. idem quod suppedamentum. *Lactant. l. 4. c. 12.* verba *Psalmi 109.* ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, vertit, suppedaneum pedum tuorum.

Suppeditatio, onis, f. abundantia, affluentia. *Cic. 1. de nat. Deor c. 40.* Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interventu.

Suppeditātus, a, um, particip. *fornimiſtrato. Cic. 4. Ver. c. 2.* Suppeditato frumento exercitus maximos alere. *Id. Ver. 7. c. 51.* Remigi rem frumentariam esse suppeditatam.

Suppedĭto, as, a. 1. *somministrare, dare, porgere*, נתן, Ger. *darreichen, fusseuren*, Gall. *fournir, bailler*, Hisp. *administrar*, χορηγέω, ὑπουργέω, suggero, ministro, præbeo. *Cic. 2. de leg. c. ult.* Quæ terra fruges ferre, & ut materiem cibos suppeditare possit. *Id. 2. Fin. c. 21.* Suppeditat nobis Atticus de thesauris suis. *Id. Att. l. 12.* Unde nobis suppeditentur sumptus necessarii. *Id. pro Rab. perduel. c. 12.* Fistulis aqua suppeditabatur remplis. *Id. 2. Agrar. cap. 13.* Sumptum haurit ex ærario, suppeditat a sociis, h. e. a sociis mutuatus submiſtrat. *Terent. Heaut. 5. 1. 57.* Nam si illi pergo suppeditare sumptibus. *b. e.* submiſtrare, quod infumet. ¶ *Cic. Catil. 2. c. 11.* Omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamur, ille eget. Alii leg. *suppeditabamus*, h. e. abundamus. ¶ Pro calcare, pedibus subjicere. Inscripto quædam apud *Reinef. in Var. pag. 503.* Mors omnia *calcat*, suppeditat, rapit. ¶ Sæpissime effertur neutrorum more, & significat satis esse, sufficere, patem esse. *Plaut. Asin. 2. 4. 17.* Labori non queo suppeditare. *Cic. 1. Offic. cap. 4.* Parare ea, quæ suppeditent ad cultum, & ad victum. ¶ Ponitur item, eadem constructione, pro abundare, suppetere. *Tacit. Ann. 13. c. 36.* Obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem injicerent. *Cic. de clar. Orat. c. 70.* Cujus etiam pater, si vita suppeditavisset, consul factus esset. *Id. 3. de Orat. c. 31.* In hoc campo facile suppeditat omnis apparatus, ornatusque dicendi. ¶ Videtur etiam usurpari deponentium more. *Cic. Attic. l. 14. epist. 18.* De Patuliano nomine quod mihi suppeditatus est, gratissimum est, ζ Verum hæc lectio suspecta est.)

Suppēdo, is, n. 3. idem quod pedo, flatum ventris emitto. *Cic. 9. Fam. epist. 22.* Suppedit, flagitium est; jam erit nudus in balneo, non reprehendes. Alii aliter legunt.

Suppendeo, es, n. 2. subter pendeo. *Col. l. 4. c. 26.* Ita colligare, ut solo vimine suppendeat. Quidam leg. *suspendeat*, h. e. supra pendeat.

Suppēnātus, a, um, adject. a *sub*, & *perna*, in modum pernæ succisus. *Catul. carm. 17. v. 18. ad Colo. jam*, sed velut alnus In fossa Liguri jacet suppernata, securi. Alii aliter leg. *Festus*: Suppernati dicuntur quibus femina sunt succisa in modum pernæ suillæ,

* Supperturbo. *Senec. Apocol. ad fin. al, superturbatur.*

Suppes, edis, qui sub pedibus jacet. *Perron. in fragment. Tragur.*

Suppetĭæ, arum, f. v. *ajuto*, עזר, Germ. *hulff*, Gall. *aide, secours*, Hisp. *socorro*, *ayuda*, ἐπικουρία, subsidium, quod fertur laboranti, quod mittitur ad rem sustentandam, ne labatur, aut pereat, *Valla* auxilium interpretatur. *Plaut.* tamen in *Epid. 5. 2. 12.* diversa esse ostendit, cum ait, *Auxilia mihi, & supperiæ sunt domi*. Si enim idem esset *supperiæ, & auxilium*, alterum vacaret. Rectius itaque auxilii nomine intelligimus, quod augendarum virium causa alicui submittitur, suppetias vero eas dicimus, quæ jam laboranti, & periclitanti feruntur, quod & subsidium dicimus. Habet autem hoc nomen folum nominativum, & accusativum numeri pluralis. *Hirt. de B. Afric. c. 5.* Munitabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire, *Id. ibid. c. 25.* Suis finibus oppidisque suppetias profectus est, *& c. 39.* Suis fugientibus suppetias ire contendit. *Plaut. Epid. 5. 1. 52.* Suppetias alicui ferre. *Id. Men. 5. 7. 31.* Suppetias advenire alicui.

Suppetiātus, us, m. auxilium, suppetiæ. Usurpatur a *Nonio c. 2. n. 47.* in voce *Auxiliatum*.

Suppetior, aris, dep. 1. *soccorrere, dar ajuto*, ἀλέω, *Apul. l. 8. A. A.* Pastorem illum suppetiatum ciet? *& infra*: Facile est suppetiari misertimo seni. *& l. 7.* Omnem vicinam suppetiatum convocans.

Suppētit, ebat, imp. 3. *essere in pronto*, הנה, περιγίνομαι, adsum, in promptu sum, occurro, venio in mentem. *Cic. 3. Ver. c. 11.* Vereor, ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset. *Livil. 4. c. 48.* Non suppetit consilium, *non so che partito prendere*. ¶ Ponitur etiam pro sufficere, satis esse. *Cic. 5. Tusc. c. 32.* Ut amori, ut ambitioni, ut quotidianis sumptibus copiæ suppetant. *Liv. l. 2. c. 56.* Rudis in militari homine lingua non suppetebat libertati, animoque. ¶ Item pro superesse, superfluere, abundare. *Plaut. Trin. 1. 2. 19.* Deosque oro, ut vitæ superstes supperat. *b. e.* port te vivat. *Cic. 1. Fin. c. 4.* Et scribentur forsasse plura, si vita supperet. ¶ Singularis est hujus verbi usus apud *Plaut. Pseud. 1. 1. 106.* Utinam quæ dicis, dictis facta supperant. *b. e.* congruant, respondeant.

Suppertum, ii, n. idem quod suppetiæ. *Commodian. instruct. 43.* Suppertum nullum erit; *& instruct. 70.* Petit suppertum.

Suppĕto, is, ivi, itum, a. 3. παρατεύω, est latenter, seu per fraudem petere. *Ulp. si quis uxori, ff. de furtis.* Furti actionem adversus eum, qui supperiit, figilinario competere, non mihi.

Suppilator, oris, m. qui suppilat. *Labet.* apud *Non. c. 8. n. 56.* Quæ deliritas vos suppilatores fecit?

Suppilo, as, a. 1. *rapire, rubare*, גנב, Ger. *ſtelen, rauben*, Gall. *piller, dérober*, Hisp. *ſaltear, hurtar*, ὑπεξαρπάσαι, furor, suffuror, rapio, furripio, a *pilo* prima producta, quod vel denfare notat, vel furari. *Plaut. Truc. 2. 7. 15.* Hæc cum video fieri, suffuror, suppilo, & de præda prædam facio. *Id. Asin. 5. 2. 38.* Ille ecastor suppilabat me, quod ancillas meas suppilabar. *b. e.* furabatur a me, quod ego suspicabar fieri ab ancillis. Sic *ib. 4. 2. 6.* Suppiles clam domi uxorem tuam. *b. e.* furripias uxori tuæ.

Suppingo, is, a. 3. *a sub*, & *pango*, subter compingo, *attaccar sotto. Plaut. Trinum. 3. 2. 94.* Fulmentas jubeam suppingi foccis. ¶ *Suppingo* a *pingo*. V. *Subpingo*.

Suppingnis, V. *Suppingnis*.

Supplanto, as, a. 1. *fare il gambetto, ſupplantare*, עקב, ὑποσκελίζω, pede suppositio in terram dejicio, a *sub*, & *planta*, qua pedem notat. *Cic. 3. Offic. 10.* Qui stadium currit, supplantare eum, quicum certat, aut manu depellere nullo modo debet. ¶ *Supplantare verba* est supprimere, & veluti strangulata voce referre, quo suaviora videantur. *Pers. sat. 1. v. 15.* tenero supplantat verba palato. ¶ Est & supplantare, compositum a verbo *planto*, idem significans, quod sub re quippiam plantare. *Plin. l. 17. c. 23.* Supplantare in terram vites.

Supplantārius, a, um, *fatto andare. Senec. epist. 13.* Qui supplantarium adversarium toto tulit corpore.

Supplaudo, is, n. 3. idem quod plaudo, vel tacite plaudo. *Tertul. de Idolol. c. 12.* Male nobis supplaudimus. *Idem de Pud. c. 19.* Nescio quid diverſæ parti supplaudere videtur.

Supplausĭo, onis, f. supplosio. *Auctor ad Herenn. l. 3. c. 15.* Pedis dextri rara suppiausione uti oporrebit.

Supplementum, ti, n. *supplemento, aggiunta*, גולא, תוספת, Ger. *das auff fullen, zufatz*, Gal. *ſupplement*, Hisp. *ſupliemento*, πλήρωμα, quod suppletur, quod ad supplendum rei alicujus numerum submittitur, ut *Militum, & remigum supplementa*, quæ ad justum numerum explendum succenturiantur, *recluse*. *Cic. l. 3. Fam. ep. 3.* Censebant omnes fore, ut in Italia supplementum meis, & Bibuli legionibus scriberetur. *Liv. l. 1. c. 30.* Legiones veteres supplemento explevit. *Id. l. 22. c. 36.* Decem millia novorum militum scripta in supplementum. *Colum. l. 9. c. 13. de apum morbis*: Nimio fatigatæ opere plurimæ pereunt, nec ullis juventutis supplementis frequentatæ noviſſime reliquæ intereunt.

Supplĕo, es, evi, etum, a. 2. *ſupplire, empire, aggiungere*, מלא, Germ. *erfullen, voider erfullen*, Gal. *ſupléer, remplir*, Hisp. *ſuplir*, πλήρόω, in deficientis locum aliquid substituo. *Virg. 3. Æneid. vers. 471.* Remigium suppler, socios simul instruit armis. *Cic. ad Fr. l. 2. ep. 4* De bibliotheca tua Græca supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim sita confici. *Liv. l. 29. c. 24.* Supplevitque ita eas legiones, *recluse*. ¶ Accipitur etiam pro subjungere, adjungere. *Cic. pro Flacc.* Suppler enim ille nescio quis, & privatim dicit se dedisse. *Id. 2. de Orat. c. 26.* Ut referendis præteritis verbis id scriptum, quodcunque defendimus, suppleatur. ¶ Aliquando pro implere. *Cato de R R. c. 88.* Ibi fiscellam cum sale populari suspendito, & quassato, suppletoque identidem. *Ovid. 4. Met. v. 140.* Vulnera suppleyit lacrymis.

Supplētus, a, um, particip. *ſupplito, reclutato. Cic. Phil. 8. c. 9.* Legionibus suppletis ex D. Bruti exercitu.

Supplex, icis, o. 3. *ſupplice, ſupplichevole*, משתחוה, מתחנן, Ger. *demuetiglich, bittend*, Gall. *ſuppliant*, Hisp. *humilde*, ἱκέτης, ἱκέτις, qui alteri abjecte, demisse, & humiliter supplicat, ad ejus pedes se prosternens, & genua flectens. *Cic. 3. Tusc. c. 32.* Cum se Alcibiades afflictarer, lacrymansque Socrati supplex esset, ut sibi, &c. *Id. Capitoni, in ep. ad Attic. lib. 16,* Nunquam putavi, fore, ut ad te supplex venirem. *Id. pro Mur. c. pœnul.* Vester est supplex, Judices, vestram fidem obtestatur. *Virg. 8. Æn. v. 60.* Iramque, minasque Supplicibus supera voris. ¶ Libelli supplices, *memoriali*. *Martial. l. 8. epig. 31.* Sed jam supplicibus dominum lassare libellis Desine.

Supplicamentum, i, n. idem quod supplicatio. *Apul. l. 1. A. A.* Supplicamenta solemnia, *& infra*: Quantoque sumptu deberem procurare supplicamentis. *Arnob. l. 7. pag. 227.* Supplicamenta Diis præstare,

Supplicanter, adv. *ſupplichevolmente. Sedul. l. 1. Pasch. Operis.*

Supplicatio, onis, f. *ſupplica, pubblica preghiera*, תפלה, תחנונים, Ger. *eine dymutige bin*, Gall. *requête, ſupplication*, ἱκεσία, ſupplicandi actus, precatio. Frequentissime ponitur pro Dei adoratione, & gratiarum actione pro re aliqua, quæ prospere evenit. Sic apud Romanos *ſupplicatio* ei diebantur, quando re feliciter gesta, ex Senatusconsulto templa aperiebantur, Divorumque simulacra in lectulis collocabantur, populo certatim ad pulvinaria confluente, Diisque suis pro eorum in Remp. meritis supplicante, gratiaſque agente. *Cic. in Catil. 3. c. 6.* Supplicatio Diis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est. *Id. de Prov. Consul. c. 11.* Decem dierum supplicatio decreta Cn. Pompejo, *Id. Phil. 14. cap. ult.* Prætor urbanus supplicationes per dies quinquaginta ad omnia pulvinaria constituat. *Cæl. l. 7. B. G. c. ult.* Supplicationem indicere. ¶ Hic honor supplicationis dabatur imperatoribus tanquam prærogativa quædam triumphi, ut ait *Cic. 15. Fam. epist. 5. & l. 7. ad Attic. ep. 1.* Nam supplicatione decernenda declarabatur, adeo insignem fuisse victoriam, ut pro ea Diis gratulari, gratiaſque agere dignum esset. *Id. Cic. pro Syll. c. 30.* Cui uni togato supplicationem senatus decreverit. Loquitur *Cic.* de se ipso, gloriaturque, eum honorem, qui solummodo propter militares victorias haberi civibus solebat, se sine armis ob detectam Catilinæ conjurationem fuisse consecutum.

Supplicātor, oris, m. *ſupplice. Prudent. in passione martyr. Calagurris. v. 14.* Lætus hinc terſis revertit supplicator fletibus.

Supplĭce, supplicitet. *Varr. l. 6. L. L. pag. 76.* Divum extra cante, divum deo supplice cante.

* Suppliciamentum, i, n. supplicium, pœna. *Tertul. de fug. in perſ. c. 9.* timor suppliciamentum habet. *Al.* supplicamentum, *al.* pœnam.

Supplĭciter, adv. *ſupplichevolmente, ἱκετεύως*, cum supplicatione, humiliter, demisse, abjecte. *Cic. pro Flac. c. 27.* Cumque defensor suppliciter, demisseque responderet. *Cæl. l. 1. B. G. c. 27.* Suppliciterque locuti, fientes pacem petiisset.

Supplĭcĭum pro *suppliciter* quidam Lexicographi afferunt ex *Justin. l. 14.* sed ibi *suppliciter* legitur.

Supplĭcium, ii, n. *ſupplicazione*, תחנונים, ἱκεσία, idem quod supplicatio. *Sallust. in Catil. c. 52.* Non votis, neque suppliciis muliebribus Deorum auxilia parantur. *Id. in Jug. c. 55.* Itaque Senatus ob ea feliciter acta Diis immortalibus supplicia decernere, &c. *Tac. l. 3. Annal. c. 64.* Sed tum supplicia Diis, ludique magni a Senatu decernuntur. Hinc a *Plauto* supplicium supplicatio pro munere ponitur, quod alicui darur placandi causa, & gratiæ conciliandæ. *Trucul. 4. 5. v. 8.* Ego, inquit, mea voluptas, si quid peccavi prius, supplicium ad te hanc minam ferro auri. *Plautum* imitatus *Apulej. l. 11.* Tunc cuncti populi vannos onuftas aromatis, & hujusmodi suppliciis certatim congerunt. ¶ Dicitur etiam de scelpiis, seu insignibus Caduceatorum, seu Fecialium, seu Legatorum. *Fest.* Suppliciis sunt, quæ caduceatores portarent. Ea sumebantur ex verbena feliciis arboris. Nec enim ex alia supplicia fas erat, quam de verbenis sumi. ¶ Item de sacrificio illo, quod faciebant, cum vellent aliquem fontem publice interficere, quo Diis supplicabant, & deprecabantur ὼ ἱκέσιον, ideſt precabantur, ne sibi culpæ vererentur, quod interficerent civem. *Festus*: Sinnius Capito ait, cum civis necaretur, institutum fuisse, ut Semoniæ res sacra fieret vervece bidente, ut eo sacrificio pœna solutis civibus, caput ipsum damnari, patrimonique, cui deliberatum esset, id fieret sacrum Deo, (sive, ut *Scaliger* emendat) cujus causa id fieret, sacrum Divis Manibus esset. Indeque fuisse solitum, ut, quia tunc in forum supplicandi causa prodiret Rex Sacrorum, id vocaretur supplicium, hoc vero semper elatum a multis. Quo exemplo docet, supplicia dici supplicamenta. Nunc fere supplicia pro pœnis dicuntur. ¶ Quia vero, cum civem publice interfecturi essent, sacrificio Diis supplicabant, & expiationem precabantur, hinc supplicium dici cœpum est pro pœna capitali, *ſupplizio, pena*, עונש, צלוב, מוחים, Ger. *leibſtraff*, Gall. *ſupplice*, Hisp. *tormento, pena*, τίμημα, τιμωρία. *Cic. 7. Verr.* Includuntur in carcerem condemnari, suppliciumque constituitur in illos. *Id. l. 3. de nat. Deor. c. 33.* Summo cruciatu, suppliciique Q. Varius homo importunissimus periit. *Id. 3 de Orat.* Rapi ad supplicium. *Id. Ver. 4.* Supplicio aliquem afficere. *Id. 2. Inv.* Sumere supplicium de aliquo: hoc est, supplicio afficere. *Nepos in Pausan. c. ult.* Dare aliquem ad supplicium. *Ter. Eun. 1. 1. 24.* Supplicium alicui dare. *Justin. l. 2. c. 5.* Supplicia luere, *pagar il fio*. Sic, supplicium ferre, apud *Cæl. l. 1. B. C. c. 84.*

Supplĭco, as, avi, atum, a. 1. *ſupplicare, pregar riverentemente*, התחנן, Ger. *demutiglich bitten*, Gall. *ſupplier*, Hisp. *ſupplicar*, ἱκετεύω, humiliter, & demisse precor, a *plico*. Nam qui humiliter precantur, manibus, pedibusque complicatis orant. *Cic. l. 6. Fam. ep. 14.* Neque Cæsari solum, sed etiam amicis ejus omnibus, quos mihi amicissimos esse cognovi, pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo. *Id. pro Font. c. 14.* Præsertim cum tot res sint, quæ veſtris animis pro hujus innocentis salute supplicent. ¶ Ponitur sæpe pro adorare, *Plaut. Curc. 4. 2. 41.* Volo hic in fano supplicare. *Suet. in Aug. c. 93.* Quod Judæam pertervehens, apud Hierosolymam non supplicasset. ¶ Usurpatur & imperf. *Plin. l. 13. c. 1.* Iliacis temporibus non supplicabatur thuræ. ¶ *Supplicaſſis* pro *ſuppliaveris*. *Plaut. Asin. 2. 4. 61.* Verbo cave supplicaſſis.

Suppliche, adv. idem quod suppliciter. *Apul. l. 11. Met. ſubfin.* Pro meo modulo supplicue gratiis perfolutis, *& l. 9.* Hortulanus supplicue respondit,

Supplōdo, is, si, sum, a. 3. *battere con li piedi*, כתא, כפק, Ger. *mit den fuſſen klopffen, ſcharren*, Gall. *frapper du pied contre terre*, Hisp. *patear*, κροπτρόω, ὑποκρούω, pedibus terræ illisis fonitum facio: quod plerumque fieri solebat in dolore, indignatione, contemptu. *Cic. 1. de Orat. c. 53.* Pedem nemo in illo judicio supplosit, credo, ne Stoicis renuntiaretur.

Supplosĭo, onis, f. ὑποκρόπμα, actus supplodendi. *Cic. in fragm.* apud *Quintil. l. 11. c. 3. a med.* Supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis. Adde *l. 3. de Orat. c. 12.*

Suppœnĭtet, ebat, imp. 2. ὑπομετανοεῖ, est aliquantulum, vel propemodum pœnitet. *Cic. Att. l. 7. ep. 114.* Nam & illum furoris, & hunc noſtrarum copiarum suppœnitet.

Suppŏlĭtor, oris, m. qui alienam mulierem subagitat. *Naber.* apud *Non. c. 8. n. 56.* Quæ deliritas vos, poſtitores, facit cum cano engio puellarier?

Suppōno, is, sui, situm, a. 3. *ſottoporre, mettar ſotto*, שתת, נתן, Ger. *unterlegen*, Gall. *ſuppoſer*, Hisp. *poner de baxo*, ὑποτίθημι, subtus pono, submitto. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 48.* Quin etiam anatum ova gallinis sæpe supponimus. *Ovid. l. 3. am. eleg. 9.* Prima jugis ruratos supponere gaſulla coegit. *Id. 5. Fast.* Cervicem cœlo suppoſitorius Atlas. ¶ *Supponere cultros*, est sub collo, & jugulo victimæ ponere, hoc est jugulare. Sed *jugulare* in sacris ne dicerent, cavebant quod ominis mali verbum esset, ne sacra vitiarent inauspicata voce. *Turneb. Virg. Æn. 6. v. 178.* Supponunt alii cultros, repidumque cruorem Excipiunt pateris. ¶ Interdum est subjicere. *Cic. pro R. Amer. c. 38.* In his operæ noſtræ vicaria fides amicorum supponitur. ¶ Interdum subjicere. *Cic. l. 1. de Inv.* Nam ei tres partes, quas ante diximus, supponemus, judicialem, deliberativam, demonſtrativam. ¶ Interdum adulterinum loco veri subjicere, ut *supponere teſtamenta*, id est falsa teſtamenta suppoſita persona obfignare. *Ter. Eun. 5. 3.* Qui referam illi sacrilego gratiam, qui hunc suppoſuit nobis? *Cic. pro Cluent. c. 44.* Qui suppoſita persona falsum teſtamentum obfignandum curarit. *Id. l. 1. de Leg.* Jus esset latrocinari, jus adulterare, jus teſtamenta falsa supponere. ¶ *Suppoſivi*, in præterito pro *suppoſui* habet *Plaut. Trucul. 2. 5. 9. & 4. 3. 30.*

Supporto, as, a. 1. *portar, condurre*, הבא, ὑπάγω, subveho, importo. *Cæſ. l. 1. B. G.* Aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dicebant. *Cæſſus l. 22. Fam. ep. 13.* Nisi quid navibus Laodicenorum supportarit.

Suppostrĭo, onis, f. actus supponendi, משכות, ὑπόθεσις. *Plaut. Truc. 2. 4. 83.* Suppositionem paveri mihi credidit, *lo ſcambiamento d'un fanciullo per un altro. Colum. l. 8. c. 5. de ovis supponendis.* Nam & ipsa suppoſitio per hos fere dies commodiſſima.

Suppostĭtĭus, a, um, בן שקר, ὑπόβλητος, ὑπόβλημένος, quod suppoſitum est, & alterius loco pro vero, & nativo positum. *Var. l. 2. R. R. c. 8.* Matri suppoſititiæ quoque inferviunt. ¶ Gladiator suppoſititius est, qui altero interfecto, vel sesso subjicitur, & certamini succedit. *Mart. l. 5. epig. 25. de Hermete præſtantiſſimo gladiatore*: Hermes, suppoſititius sibiipſi. h. e. qui nunquam pugnando defatigatur, nec succeſſore indiget.

Suppostōrius, a, um, adject. *Cella ſuppoſitoria* in balneis eadem est, quæ tepidaria, ita dicta quia frigidariæ suppoſita erat: tres enim erant balneorum cellæ, frigidaria, tepidaria, & caldaria, atque per frigidariam primum, deinde per tepidariam influebat in caldariam. *Vopiſc. in Charin. c. 17.* Balneis ita frigidis usus est, ut solent esse cellæ suppoſitoriæ. V. ibi *Caſaub.* & *Salmaſ.*

Suppostĭtus, a, um, *ſottopoſto, ſuppoſto*, ὑποβεβλημένος, sub aliqua re positus, partic. a supponor. *Liv. l. 29.* Tegentibu « tumulis, qui perpopturne circa viæ flexus suppoſiti erant. ¶ Interdum ponitur pro fraudulenter posito. *Cic. 7. Verr. c. 27.* Ut ille suppoſitus facile, & libenter se illum, qui non erat, esse simularet.

Suppostor, oris, m. Suppoſitores enumerantur inter opifices monetæ confiandæ in quadam *Inſcript.* apud *Salmaſ. in Solin. pag. 277.*

Suppostrix, icis, f. quæ supponit, speciatim quæ alienos pueros aliis tanquam suos nutriendos clam præbet. *Plaut. Truc. 4. 2. 50.* Venefica, suppoſtrix puerum.

Suppostus, a, um, idem ac suppoſitus, per Sync. *Virg. 6. Æn. v. 24.* Hic crudelis amor tauri, suppoſtaque fœtu Pasiphae.

Suppræfectus, i, qui est sub præfecto, vicesque ejus gerit. *Inſcripſ.* apud *Gruter. pag. 523. n. 4.* Athenæus Firmus cornicularius Suppræf. Vigil. B. M. fecit.

Suppresse. V. *Repreſſe*.

Suppressĭo, onis, f. *ſuppreſſione*, מחבא, ἀπόκρυψις, actus supprimendi. *Cic. pro Cluent. c. 25.* Statuit ad eadem ibi prædas, ac suppreſſionos judiciales revertendum. *b. e.* injustas detentiones pecuniæ sibi ad corrumpendos oblatæ, & in usus proprios conversæ. V. integrum *Ciceronis* locum. ¶ *Suppreſſiones nocturnæ* dicuntur, quoties per somnum spiritus supprimitur, aut etiam ipsa vox, ut incerta, indiscreteque edatur, quemadmodum in eo morbo accidere solet, qui Græcis *Ephialtes*, Latinis *Incubus* dicitur. *Plin. l. 27. c. 10.* Grana nigra auxiliantur & suppreſſionibus nocturnis, in vino pota, quo dictum est numero.

Suppressor, oris, m. qui supprimit, hoc est occultat alienum servum. *Call. lib. 6. Dig. ad leg. Fav. de plag.* Apud quem unus aut alter fuerit fugitivus inventus, qui operas suas locaverit, ut paſcererur; & utique si idem antea apud alios fecerit, hunc non jure quis suppreſſorem dixerit.

Suppressus, a, um, *ſuppreſſo*, ὑποκεκρυμμένος, partic. a supprimor. *Ovid. l. 3. Triſt. eleg. 1. v. 21.* Si jam deficiam, suppreſſaque lingua palato. ¶ Fuga suppreſſa, est retenta, cohibita. *Ovid. 11. Met. v. 777.* Cum vita suppreſſa fuga est. ¶ Navis suppreſſa, est depreſſa, sive submerſa. *Juſtin. l. 2. c. 9.* Victi Persæ in naves confugerunt, ex quibus multæ suppreſſæ, multæ captæ. ¶ Mentum suppreſſum, est contractum, non oblongum, sed breve potius. *Var. l. 2. R. R. c. 9. de canibus*: Mento suppreſſo, ex eo enatis dubius dentibus, dextra, & sinistra. ¶ Vox suppreſſa, est summiſſa. *Cic. pro Syll. c. 10.* Qui cum suppreſſa voce de scelere P. Lentuli, de audacia conjuratorum omnium dixiſſet. *Id. in Orat. c. 25.* Erit enim, ut voce, sic etiam oratione suppreſſior.

Supprĭmo, is, essi, essum, a. 3. *ſupprimere, reprimere*, חשך, צמן, מטמן, Ger. *verſtecken*, Gall. *ſupprimer*, Hisp. *ſuprimir, ἐπέχω, κρυπτόω*, reprimo, cohibeo, compesco. *Cic. 3. Tusc. c. 31.* Hæc officia sunt consolatium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut derrahere quam plurimum, aut suppriмere. *Cæſ. l. 1. B. C. c. 45.* H

* Supraviyo, is, *supravivere*, ἐπιβιόω. *Ves. Cap. antiq. Renov. class.* 9. n. 80.

Suprēme, adv. *suprēmam*. *Priscian. l.* 15. testatur a Veteribus usurparum fuisse.

Supremitas, atis, fem. *suprēmum tempus*, mors. *Ammian. l.* 31. *cap.* 19. Nec Valenti sepulturam, qui suprēmitatis honor est, contigisse. ¶ Item summa dignitas. *Claud. Mamert. l.* 2. *c.* 13. Supremitates, & præminentias adire.

Suprēmo, adverb. *ultimamente*, ἐσχάτως, novissime. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Eadem commeabat, ab eo *recens* assidue, exitura *suprēmo*, & sola ex omnibus perfutura.

Suprēmum, *adv.* idem ac *suprēmo*. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Ut neque ab homine *suprēmum* eos (*oculos*) spectari ras sit.

Suprēmus, a, um, *supremo*, *sommo*, עליון, אחרון, Ger. *der oberst od letzt*, Gal. *le plus haut*, *le dernier*, Hisp. *soberano*, ὑπέρτατος, κράτιστος, altissimus, a *super*. *Paul.* apud *Fest.* Suprēmum modo significat summum, modo extremum, modo maximum. *Virg. 4. Georg. v.* 460. At chorus æquali Dryadum clamore *suprēmos* impleruut montes. ¶ Ponitur etiam pro maximo. *Plaut. Capt.* 5. 2. 22. Serva me *suprēme* Jupiter! ¶ Item pro extremo, ultimo. *Cic. de Sen.* Quæ Socrates *suprēmo* vitæ die de immortalitate animorum disseruisset. *Hor. l.* 1. *ep.* 5. Supremo te Sole domi, Toxuate, manebo. *h. e.* occidente. *Tac. l.* 5. Quod *suprēmis* in matrem officiis defuisset. Ubi *suprēma officia* sunt, quæ morienti exhibentur. ¶ Hoc sensu absolute etiam usurpatur in plurali numero. *Id.* 3. *Ann. c.* 49. Celebre carmen, quo Germanici *suprēma* defleverant. *Id. l.* 1. *Ann. c.* 61. Solvere Supremæ militibus, *Far l' esequie*: *Plin. l.* 16. *c.* 44. Circa *suprēmas* Neronis Principis. *h. e.* ultimis ejus vitæ annis. ¶ Supremum dicere alicui, *dar l'ultimo addio*, h. e. *suprēmam* vale. *Plaut. Asin.* 3. 3. 4. Mater *suprēmum* mihi tua dixit.

Supus. V. *Suppus*.

Sura, æ, f. *le polpa della gamba*, בשן, Germ. *der waaden am schenckel*, Gal. *le mollet*, *le gras de la jambe*, Hisp. *pantorilla*, γαστροκνημίς, pulpa tibiæ carnosa, & ventricosa. *Plin. l.* 11. *c.* 45. Suræ homini tantum, & crure carnosæ. ¶ Ponitur & pro toto crure. *Virg. 1. Æn. v.* 341. Purpureoque alte suras vincire cothurno. ¶ Item pro osse posteriori, & minori ipsius cruris. *Cels. l.* 8. *c.* 1. ¶ Fuit etiam sura cognomen apud Romanos. Primus sic vocatus est P. Cornelius Lentulus Catilinæ socius, nempe quia is, cum Sylla rationem ab eo poscreret pecuniæ publicæ, quam Quæstor tractaverat, dixerat, se non posse rationem reddere, sed præbiturum suram: ut pueri solent, qui, si in pilæ ludo deliquerint, pila suram præbent percutiendam. *Plutarch. in Cicerone*.

Surclo, as, a. 1. per Syncop. pro *surculo*, as, est surculo connectere, ligare. *Apic. l.* 4. *c.* 5. & *l.* 7. *c.* 4.

Surcilla, læ, f. idem quod surculus. *Apic. l.* 4. *c.* 7. & *l.* 7. *c.* 2.

Surculaçeus, a, um, φρυγανώδης, quod est simile surculo. *Plin. l.* 19. *c.* 7. Surculacea in folliculo sunt raphano, sinapi, rapo. *Subaudi*, semina.

Surculāris, & re, o. 3. φρυγανώτικος, quod surculos generat. *Colum. lib.* 3. *cap.* 11. Considerandum est antequam pastinemus, surcularis, nec ne, sit terra.

Surcularius, a, um, φρυγανιστής, quod ad surculos spectat, ut Surcularia cicada, quæ in surculis vivit, vel eo tempore apparet, quo arbores surculos emittunt. *Plin. l.* 11. *cap.* 26. Quidam duo alia genera faciunt earum: surcularium, quæ sit grandior, frumentarium, quam alii avenariam vocant. Apparet enim simul cum frumentis æresceutibus. ¶ *Surcularius ager*, qui surculis consitus est. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 2. Colonus in agro surcolario ne capra gatum pascat.

Surculōsus, a, um, φρυγανώδης, surculis abundans. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Reliqua legumina surculosa sunt.

Surculus, i, masc. *germoglio d'albero*, *marza*, פארה, זלזל, טעיף, Ger. *ein schoss*, *eines gewvachs*, Gal. *jetton d'un arbre*, *greffe à enter*, Hisp. *renuevo*, πλάθος, φρύγανον, quod in ramis simplex oritur, & frondes gerit, deinde iterum, & resecatur ex arbore ad alias rursus producendas, est diminutivum a *surus*, quem *Festus* interpretatur palum, *Enniumque* eo usum docet. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 40. Ex arbore, e qua quis vult habere surculum. *Cic. 2. de Orat. c.* 69. Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore, quos feram surculos. ¶ *Surculum defringere*, ex veterum juris consultorum indicta consuetudine, dicebantur, qui possessionem aliquam arboribus consitam sibi vindicabant: eam enim ingressi ramulum ex aliqua arbore decerpebant, eumque in jus deferentes, in eo tamquam in tota possessione jus suum persequebantur. Ita quoque si possessio arboribus careret, glebam sumebant, ut in voce *Conservus* adnotatum est. *Cic. 3. de Orat. c.* 28. Non ut recuperare amissam possessionem, sed ut ex jure civili, surculo defringendo, usurpare videantur.

Surdaones, m. 3. pop. Hisp. cis in Catalonia, in fin. Ceretanorum, quorum tractus *Campos de Cerdana*. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Surdaster, a, um, *mezzo sordo*, Ger. *halb dummer*, Gal. *sourdaut*, Hisp. *un poco sordo*, ὑπόκωφος, non plane surdus, surdulus, qui parum surdus est. *Cicer. 5. Tusc. c.* 40. Erat surdaster M. Crassus, sed aliud molestius, quod male audiebat, etiam, ut mihi videbatur, injuria.

Surde, adverb. *sordamente*. Surde audire dicitur is, qui alterum loquentem parum attendit, sive vecordia animi, sive quod cogitatione alia in re versetur. *Afranius* apud *Charis.* Amentes, quibus animi non sunt integri, surde audiunt.

* Surdesco, is, *divenir sordo*, κωφώσσω. *Augustin. epist.* 157. *c.* 4. In parte aures aperiant, in parte surdescant.

Surdigo, ginis, f. *sordità*. *Marcell. Empir. c.* 9. Surdiginis molestiam pati.

Surditas, atis, f. *sordità*, חרוש, Ger. *dumme*, *dumheit*, Gal. *surdité*, Hisp. *sordedad*, κώφωσις, privatio sensus audiendi. *Cic. 5. Tusc. c.* 40. In surditate vero quidnam est mali?

Surdus, a, um, *sordo*, חרש, Ger. *taub*, Gal. *sourd*, Hisp. *sordo*, κωφός, ἀνήκοος, sensu auditus spoliatus. *Ter. Andr.* 3. 1. Utinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. *Cic. 5. Tuscul.* In illis linguis, quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. ¶ Reperitur & cum genitivo. *Col. l.* 3. *c.* 12. Id nobis Poeta velut surdis veritatis indulget. ¶ Comparativum *surdior*. *Ovid. 1. Amor. eleg.* 6. *v.* 61. *ad fanitorem*: O foribus surdior ipse tuis. Superlat. *surdissimus*. *Augustin. ep.* 39. (*al.* 41.) Durissime, immanissime, surdissime. ¶ Surdo narrare fabulam, proverbialiter dicitur is, qui operam apud aliquem insumit, quocum nihil est profecturus. *Terent. Heaut.* 2. 1. 10. Næ ille haud scit, quam mihi haud surdo narrat fabulam. ¶ Translate surdus dicitur, qui nulla re, non precibus, non muneribus, non misericordia flectitur. *Ovid. Heroid. epist.* 7. *v.* 27. Ad munera surdus. *Id. 9. Metam. v.* 946. Surdæque adhibent solatia menti *Sil. l.* 11. *v.* 354. Surdus timori. ¶ Sumitur etiam passive, pro eo, quod non auditur. *Juven. sat.* 7. *v.* 71. Surda nihil gemeret grave buccina. Sic etiam *vox surda* dicimus, quæ non exaudiuntur. *Pers. sat.* 6. ¶ Item dicitur de loco, in quo non facile auditur. *Vitr. lib.* 5. *c.* 3. Diligenter est animadvertendum, ne sit locus surdus. *Var. l.* 8. *de L. L. c.* 38. Surdum theatrum. ¶ Transfertur quoque ad visum, & ad ejus objectum, ut Surdus color. *Plin. l.* 37. *c.* 5. Ad hoc quibusdam intercurrit umbra, surdaque sit color, qui improbatur etiam dilutior. *colore obtuso*, *ammaccato*. Item ad olfactum. Sic dicitur surdum, cujus odor non sentitur. *Pers. sat.* 6. *v.* 36. Nec spirent cinnama surdum. ¶ Item ad linguam. *Ovid. l.* 2. *de Pont. el.* 6. Non erit officii gratia surda tui. *h. e.* non tacebitur a me. ¶ Denique translate sumitur pro ignobili, vili, cujus nomen sæpe non auditur. *Plin. l.* 22. *c.* 2. Quæ quanta debeatur etiam surdis, hoc est ignobilibus herbis, perhibebitur.

Surēna, æ, f. nomen piscis est apud *Varron. l.* 4. *de L. L. c.* 12. ¶ Surena item apud Parthos nomen erat summi magistratus post Regem, cui ex officio obtingebat novam regem diademate coronare. *Tacit. Annal.* 6. *c.* 42.

Surgite pro surrigite V. vocem sequentem.

Surgo, is, rrexi, rrectum, a. 3. *alzare*, idem ac *surrigo*, per Syncopen. *Plaut. Epid. v.* 411. Plaudite, valete, lumbos surgite, atque extollite.

Surgo, is, rexi, rectum, *n.* 3. *levarsi su*, *sorgere*, קם, Germ. *aufstehen*, Gal. *se lever*, Hisp. *levantarse*, ἀνίστημι, erigor, a *surrigo*, elisio, i, & abjecto altero r, quod dicitur pro *subrigo*, estque a *rego*. *Cic.* 3. *Off. c.* 31. Surrexit e lectulo. *Id. 2. de Inv.* Ille multo ante lucem surrexit. *Virg.* 3 *Æn.* Haud segnis strato surgit Palinurus. *Horat. l.* 2. *Sat.* 2. Surgere de cœna. ¶ Translate dicitur de ventis, cum veluti se erigentes flare incipiunt. *Virg.* 3. *Æn.* Et fando surgentes demoror Austros? ¶ Item de astris, cum in nostrum hemisphærium ascendunt. *Horat. l.* 3. *Sat.* 4. *v.* 29. Hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo Vespertina tepet regio. *h. e.* ab Oriente ad Occidentem. *Idem l.* 2. *od.* 9. Vespero surgente. ¶ Item de ædificiis, cum paulatim a fundamento ad recti fastigium elevantur, vel cum sensim eminent, & in altum attolluntur. *Virg. 1. Æn. v.* 370. Surgentemque novæ Carthaginis arcem. ¶ Item per translationem ponitur pro oriri, nasci. *Virg. 1. Æn. v.* 582. Quæ nunc animo sententia surgit? *Id. 9. Æn. v.* 667. pugna aspera surgit. *Tacit. 2. hist. c.* 42. Rumor surrexit. ¶ Item pro crescere, sugeri. *Virg. 4. Æn. v* 274. Alcantum surgentem, & spes hæredis suis Respice. *Id. 4. Georg.* Surgentes atterat herbas. *Ovid. 15. Met. v.* 508. Mare surgit, *si consta*. ¶ Item pro pristinum statum, seu fortunam recuperare. *Cic. 12. Phil.* Senuel cecidi sciens; ut honestissime surgere possem. ¶ Usurpatur etiam impers. *Juven. sat.* 4. *v.* 144. Surgitur, & misso proceres exire jubentur Concilio. ¶ Item active cum acc. *Arnob. l.* 5. *p.* 169. Surrexisse se Deus, & nervis obrigiusse divinis. ¶ Surrexe pro surrexisse. *Horat. l.* 1. *sat.* 9. *v.* 72. hunccine solem tam nigrum surrexe mihi?

Suria, æ, pro Syria, ex priscomm Latinorum consuetudine græcum *υ* in *u* mutandi. *Plaut. Trnc.* 2. 6. 49. Ancillas adduxi ex Suria duas. ¶ Hinc & Surus pro Syrus. *Id. ibid. v.* 60. Abduce has e conspectu Suras.

Surio, is, n. 2. libidine prurio, subo, & dicitur proprie de suibus. *Festus* in voce *Sus*. Et translate de piscibus. *Apul. in Apolog.* ita distinguit, ut *subare* de fœminis dicatur, furire de masculis. Quoties, inquit, & quid anni cujusque eorum generis (*piscium*) fœminæ subent, mares surlant.

* Surkus. V. Surus.

* Surpicilla. V. Sirpicula.

Surpus. V. *Surreptus*.

Surpui per syncopen pro *surripui*. V. in *Surripio*.

Surrectio, onis, resurrectio. *Arator in Acta Apostol. l.* 1. *v.* 315.

Surrecto, as, n. 1. fæpe surgo. *Cato* apud *Gell. l.* 10. *c.* 13. In cubiculum surrectitavit e convivio. Alii leg. *subrepticavit*. h. e. fæpe in cubiculum clam irrepsit.

Surrectūrus, a, um, particip. temporis futuri a surgo. *Col. l.* 6. *c.* 23. Et sentibus ustis fruticem surrecturum in altitudinem compescit.

Surrectus. V. *Subrectus*.

Surrego, is, a. 3. idem ac surgo, apud Vet. *Fest.* Surrego, & sorctus antiqui ponebant pro surgit, & ejus participio quasi surrectus, quibus L. Livius frequenter usus est.

Surrēmo, is, emi, vel empsi, emptum, a. 3. est sursum emere, idest suscipere, sumere, ab *emo*, quod antiquis etiam tollere signabat. *Fest.* Surremit, sumpsit: inque manum surremit hastam.

Surrentinus, a, um, adject. ad Surreptum pertinens, ut Surrentini colles. *Columl. 3. c.* 2. Surrentina vina. *Horat. l.* 2. *Sat.* 4. quæ celebrantur a Scriptoribus inter generosiora, propter vicinitatem Massici montis.

Surrentum, n. *Surrento*, *Sorrento*, *Sorriento*, urbs Picentinorum, maritima, A. inter Neapolim, & prom. Minervæ.

Surrepo. V. *Subrepo*.

Surreptitius. V. *Subreptitius*.

Surreptus, a, um, nom. ex particip. *rapito*, *rubato*, a furripio. *Cic. Phil.* 14. *c.* 4. Qua in urbe tam immanis Hannibal capta, quam in Parma furrepta Antonius? *Plaut. Pœn. prol. v.* 109. Rogitat, unde sit, capta ne, an furrepta sit. ¶ *Surpus* dicitur per syncop. pro *furreptus*. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 80. & 5. 2. 98. ubi tamen alii *furreptus* substituunt; alii *furruptus* eodem sensu.

Surrexe. V. *Surgo*.

Surrigo. V. *Subrigo*.

Surripio, is, ripui, reptum, a. 3. *togliere nascostamente*, *rubare*, גנב, חמס, שרה, Ger. *heimlich wegnehmen*, Gal. *emporter*, *ravir*, Hisp. *hurtar de secreto*, ὑφαιρέω, latenter capio, clam aufero, furor. Varie construitur. *Cic. de clar. Orat. cap.* 19. Tu qui a Nævio vel pumpistī multa, si fateris; vel, si negas, furripuisti. *Id. pro Dom. c.* 25. Qui ex ejus custodia per insidias regis amici filium furripuisset. *Id. Attic. l.* 5. *ep.* 16. Surripere aliquid spatii ad scribendum, *rubar'un poco di tempo*. *Id. Parad.* 6. *sub fin.* Quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec surripi potest unquam? *Ovid. ep.* 11. *v.* 66. Crimina sunt quæ nisi furripienda patris. *h. e.* cavendum est, ne pater hæc rescisceat. ¶ Surripere se alicui, est subducere se ab ejus conspectu. *Plaut. Men.* 3. 2. 26. Ut furripuisti te mihi dudum de foro. ¶ Usurpatur a Poetis cum Syncope. *Hor. l.* 2. *Sat.* 3. Unum me furpite morti. *Id. l.* 4. *od.* 13. Quæ spirabat amores, Quæ me furpuerat mihi.

Surrogo. V. *Subrogo*.

Surruncivi. V. *Subruncivi*.

Surruptus. V. *Surreptus*.

Sursum, adv. *in su*, *in alto*, למעלה, Ger. *ubersich*, Gal. *en haut*, Hisp. *arriba*, ἄνω, superam partem versus, cui opponitur *deorsum*. Est compositum a *versum*, quasi *suprāversum*, vel *superversum*. *Ter. Adel.* 4. 2. 35. Præterito hac recta platea sursum. *Id. Eun.* 2. 2. 47. Nec sursum deorsum recurrites. *Cicer. 2. de nat. Deor. c.* 56. Nares, eo quod omnis odor ad superiora ferrur, sursum sunt. ¶ *Sursum versum*, aut *versus*, est versus superiorem locum, aut parrem aeris, velloci. *Cic. in Partit.* Et idem quasi sursum versus, retroque dicatur. *Id. in Orat. c.* 39. Cum gradatim sursum versum rediter.

Surus, i, m. palus, a quo diminutive fit furculus. *Enn.* apud *Fest.* ¶ *Surus* pro *Syrus* V. in *Suria*.

Sus, is, com. 3. *porco*, *a porca*, חזיר, Ger. *schwein*, Gal. *un porc*, Hisp. *puerco*, ὗς, porcus, vel porca, & dicitur tam de feris, quam de domesticis. *Varl. 2. de R. R. c.* 4. Sus græce dicitur ὗς, olim thyfus ab illo verbo, quod dicunt Σύειν, quod est immolare. Ab eullo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur, cujus vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur, & quod initiis pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur: & quod nuptiarum initio antiqui Reges, ac sublimes viri in Hetruria in conjunctione nuptiali, nova nupta, & novus maritus primum porcum immolant. *Ov. l.* 4. *Fast. v.* 414. A bove succinctī cultros removete ministri, Bos aret, ignavam sacrificate suem. *Cic. 2. de nat. Deor. cap* 64. Sus quid habet præter escam? ¶ Sues Veneri invisi fuerunt. *Fest.* in *Suillum*; Suillum genus invisum Veneri prodiderunt Poetæ, ob interfectum ab Apro Adonim, quem diligebat Dea: quidam aurem, quod immundissimi sint fues ex omni manfueto pecore, & ardentissimæ libidinis, ita ut opprobrium mulieribus inde tractum sit, cum subare, & furire dicuntur. ¶ *Sus Minervam docet*. *Fest.* Sus Minervam, in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cujus ipse inscius est. *Cic. 1. Acad. c.* 4. Nam est! non sus Minervam, ut ajunt, tamen inepte quisque Minervam docet. *Id. 2. de Orat. c.* 57. Dorebo sus (ut ajunt) oratorem eum, quem &c. ¶ *Sidon. in ep.* 17. *l.* 7. *ad Volusianum*. Rura paludicolæ temnis populos? Ravennæ, Et quæ lanigero, de sue nomen habet. h. e. Mediolani agrum. Cum enim Gallis consilium esset eam urbem condendi, solum effodientibus ferunt inventam suem dimidio lanatam, a quo portento ductum Mediolani nomen. V. *Isid. l.* 15. *Orig. c.* 1. ¶ In recto casu reperitur etiam *suis*. *Prudent. l.* 2. *contra Symmach. v.* 813. Spurca suis nostro, amne natat.

Susque deque, מעלה ומטה, ἄνω κ᾽ κάτω, proprie est sursum, & deorsum, sed translate usurpatum, *susque*, *deque ferre*, vel *susque*, *deque habere*, est æquo animo ferre, nihil pensi habere, sursum, an deorsum hoc eat, non magni facere, non magni pendere, *non curarsi*, *lasciar correre*, ὀλιγωρῶ. *Cicer. 14. ad Attic. ep.* 16. De Octavio susque deque. *Laber.* apud *Gel. l.* 16. *cap.* 9. Nunc tu lentus es: nunc tu susque deque fers. *Plaut. Amph.* 1. 2. 5. Atque id me susque deque esse habituram putat. ¶ *Susque deque esse* significat nihili esse, nihili fieri, ad nihil valere. *M. Var.* apud *Gel. loc. cit.* Quod si non horum omnium similia essent principia, ac postprincipia, susque deque esset. *Lucil. ibid.* Verum hæc ludus ibi, susque omnia deque fuerunt: susque & deque fuere, inquam, omnia ludu'jocusque. Alii legunt *susque hæc deque fuere inquam* &c. ut tollatur &, quod videtur superfluum.

Susa, orum, n. pl. *Sus*, *Susfria*, שושן, Σοῦσα, urbs ampla Asiæ, in Regno Persarum, Susianæ regionis caput, & regia, ad Eulæum fl. versus montes, inter Seleuciam magnam, & Persepolim. Hæc urbs a Memnone condita fuit. *Sed Strabboni* placet, originem habuisse a Tithone Memnonis patre. *Plin. l.* 6. *c.* 27. scribit, conditorem fuisse Darium Hystaspis filium. Etymologus, & Stephanus nomen ajunt accepisse a σῦσον, quod lingua Punica, ac Phrygia idem est, ac λείριον, seu κρίνον, *lilium*, ob lilium in illis locis crescentium copiam. In hac urbe fuit nobilis illa Cyri regia, candido, varioque marmore, columnis aureis, magnaque gemmarum copia exornata, cæli in lacunaribus habens simulacrum stellis micantibus insignitum. *Propers. l.* 2. *eleg.* 13. Non tot Achæmeniis armantur Susa sagittis.

Suscepto, onis, f. *intraprendimento*, עלילה, ὑπόληψις, ὑπόδοχή, actus suscipiendi. *Cic.* 3. *Fin. cap.* 9. Sic ea, quæ proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione recta sunt judicanda. *Id. pro Mur. cap.* 1. Atque etiam ipsa susceptio causæ reprehenda est.

Suscepto, as, a. 1. frequentativum a *suscipio*, sed ejusdem fere significationis. *Apul. l.* 2. *Mor. sub fin.* Vicarium pro me sustinenam susceptavit.

Susceptor, oris, m. ὑπόδοκος, ὑπολήπτωρ, מקבל, בעל ברית, פנרק, qui suscipit. *Ascon. in Ver. de Prat. Urb.* Extraordinariarum pecuniarum susceptor. Speciatim dicitur de eo, qui lusoribus domi suæ ludendi dat locum. *Ulpian. l.* 1. *ff. de aleator.* Prætor susceptorem verberatum quidem, & damnum passum, ubicunque, & quandocunque non vindicat. ¶ Item pro eo, qui aliquid faciendum conducit, redemptor. *Justinus l.* 8. *c.* 3. Mittit, qui opinionem fererent, regem Philippum magna pecunia locare & muros per civitates, & fana, & templa faciendum, & ut per præcones susceptores sollicitarent. ¶ Susceptores præterea dicuntur, qui annonis, & tributis ærarii recipiendis præpositi sunt. V. titulum *Codicis* de susceptoribus.

Susceptum, i, n. *impresa*, δεδεγμένον, ἐγχείρημα, ἔργον, res suscepta, inceptum facinus. *Ovid. 11. Met. v.* 200. Susceptaque magna labore Crescere difficili.

Susceptūrio, onis, f. *sospetto*. *Cicer. 1. de Invent. c.* 16. Si aliquas minus honestas suspectationes injectas diluemus. Ita legit *Grav.* ex quodam codice. Alii *suspiciones*.

Suspectio, onis, f. idem ac suspicio. *Ter. Andr.* 3. 2. 21. Nam qui istuc tibi incidit suspectio? Alii leg. *suspicio*. *Paulin. ad Auson. epist.* 2. *v.* 15. Duceret in sanctum suspectio falsa parentem. *Auson. ad Paulin. epist.* 24. *v.* 8. Concinnat verisimilis suspectio culpam. Quidam hic quoque leg. *suspicio*. V. *Suspicio* in fine.

* Suspecto, adv. *con sospetto*, sospiciose. *Paul. Dig. l.* 34. *t. ult. l.* 21. Qui mortem liberorum suspecto decedentium non defenderunt.

Suspecto, as, a. 1. *guardar in su*, חשב, הכיט, Germ. *auffsehen*, Gal. *regarder en haut*, Hisp. *mirar arriba*, ὑποβλέπω, ἀνακλέπω, sursum specto, freq. a suspicio. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Leo suspectans. *h. e.* sursum spectans. *Id. l.* 11. *c.* 29. Solicite suspectantibus populis (*locustas volantes*) ne fuam operiant terram. ¶ Est etiam suspicari, suspectum habere, *sospettare*, *aver'in sospetto*. *Tacit. 3. hist. c.* 82. Omnem prolarationem, ut inimicam victoriæ, suspectabant. *Ie. 4. Ann. c.* 3. Pellit domo Sajanus uxorem, ne pellici suspectaretur, *per non rendersi sospetto alla concubina*.

Suspector, oris, m. *miratore*. *Sidon. l.* 3. *epist.* 5. Morum vestrorum suspector veneratorque.

Suspector, aris, dep. 1. idem quod suspecto. *Ammian. l.* 28. *c.* 1. (*al.* 3.) Impetrarunt, ut hi, quos suspectari sunt, compingerentur in vincula.

Suspectus, us, m. ἀνάβλεψις, actus suspiciendi, idest sursum aspiciendi, *Virg. 9. Æn. v.* 530. Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis. *Plin. l.* 9. *c.* 38. Laus ei summa color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. ¶ Ponitur etiam pro altitudine. *Virg. 6. Æn. v.* 578. Quantus ad æthereum cæli suspectus Olympum. ¶ Item pro admiratione. *Ovid.* 5. *Fast. v.* 31. Protinus intravit mentes suspectus honorum. *Sen. de Benef. l.* 2. *c.* 25. Nimius sui suspectus, & instrum mortalitati virium se, suaque mirandi.

Suspectus, a, um, partic. a *suspicior*, vel etiam a *suspicor*, quemadmodum a *conspicor* est *conspectus*. *Fest.* Suspectus est diversæ significationis. A suspicor enim, & suspicio partim venit. Itaque non mirum, si non una significatio data potest. ¶ Fere tamen accipitur pro eo, de quo est suspicio, in quo subest suspicio alicujus rei, *sospetto*, ὑποπτος, ὑπόληπτος. Usurpatur vel absolute. *Cic. de Amic. cap.* 15. Omnia semper suspecta atque sollicita sunt. *Id. 2. Offic. cap.* 9. Quo quis verfutior, & callidior est, hoc invisior, & suspectior. *Virg. 3. Æn.* Grajugenumque domos, suspectaque linquimus arva. *Liv. l.* 24. Ipsum ut ambigua fidei vinum suspectum jam pridem habebat. ¶ Vel cum dativo persona. *Cic. 1. Catil. c.* 7. Si meis civibus tam graviter suspectum, atque infensum viderem. *Suet. in Tit. c.* 6. Suspectissimum quenque sibi haud cunctanter oppressit. ¶ Vel etiam cum ablat. rei. & præp. *de*. *Cic. 3. Offic. c.* 25. Cum filius patri suspectus esset de noverca. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *in*. *Suet. de claris Grammat. cap.* 16. Suspectus in aliqua virginc. ¶ Vel cum ablat. & præpos. *super*. *Sallust. in Jugur. c.* 71. Suspectus super aliquo scelere. ¶ Vel cum ablat. sine præpos. *Curt. l.* 8. *c.* 8. In Callisthenem olim contumacia suspectum pervicacioris iræ fuit. *Tac histor. 1. c.* 45. Licinius intima familiaritate suspectus consilia ejus lœvisse. ¶ Vel cum genit. *Tac. 3. Ann. c.* 29 Suspectus nimiæ spei Sejanus. ¶ Ponitur interdum, sed raro, pro suspicioso, *sospettoso*. *Cas. in difficih.* Suspectus cave sis, ne sis miser omnibus horis, nam timidis, & suspectis apissima mors est,

Suspendeo. V. *Suppendeo*,

Suspendĭōsus, a, um, *appiccato*, ἀπαγχωμένος, qui laqueo nexili strangulatus est. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Cardinibus ostiorum aceto affusis, lutum fronti illitum capitis dolorem sedare, item laqueum suspendiosi circumdarum temporibus.

Suspendium, ii, n. *appiccamento*, צלוב, κρέμασις, ἀγχόνωσις, suspensio. *Cic. 5. Verr. cap.* 56. Ut homines injuriæ tuæ remedium morte, ac suspendio quærerent. *Martial. l.* 1. *epigr.* 116. Jam suspendia tua cogitabas. *Sueton. in Aug. c.* 65. Suspendio vitam finivit,

Suspendo, is, endi, ensum, a. 1. *sospendere*, תלה, צלב, Germ. *auffhenken*, Gall. *pendre*, Hisp. *ahorcar*, κρεμάω, ἀγχόνω, sursum pendo, appendo, aliquid sursum ligo, ut pendeat. *Virg. 4. Georg. v.* 307. tignis nidum suspendit hirundo, ¶ Sumitur etiam pro sublevare, sustollere, *alzare*. *Apul. l.* 6. *Metam.* Cum deberet manum porrigere, capistro suspendere, cauda sublevare, nullum mihi ferebat auxilium. ¶ Suspendere ædificium, vel parietem, est in fornicem substruere, *fabbricar in volta*, *o archi*. *Cic. in Top. c.* 4. Non ejus vitio, qui demolitus est, damnum factum est, sed ejus operis vitio, quod ita ædificatum est, ut suspendi non posset. ¶ Est etiam suspendendo interimere, strangulare, *appiccare*. Et contruitur vel cum simplici accus. *Cic. 5. Ver.* Centuripinum Dioclem, hominem locupletem, suspendisse se constat. ¶ Vel cum dat. *Cic. pro Rab. Perd. c.* 4. Caput obnubito, infelici arbori suspendito. ¶ Vel cum ablat. & præp. *in*. *Cic. 5. Ver. c.* 23. Hominem corripi, ac suspendi justit in oleastro quodam. ¶ Vel cum ablat. & præp. *de*. *Cic. de Orat l.* 2. *c.* 69. Quod dicetur, uxorem suam fuspendisse de fico. ¶ Vel cum accus. & præp. *in*. *Ulpian. l. facrilegii* 5. *ad leg. Juliam peculatus*: Ex eâdem arbore, ex qua bestias damnatæ sacrificio, nonnullos & vivos exussisse, alios vero in furcas suspendisse. ¶ Item fulcire, *puntellare*. *Senec. l.* 6. *de benef. c.* 35. *sub fin.* Agentem ex imo rimas insulam incredibili arte suspendit. ¶ Metonymice, seu metaleptice ponitur pro arare. Nempe quia terra, dum profcinditur, sursum elevatur. *Virg. 1. Georg. v.* 68. Tellurem tenui suspendere sulco. *Stat. l.* 6. *Theb. v.* 4. Litora vomere suspendere. ¶ Translate accipitur pro interrumpere, differre. *Liv. l.* 39. *c.* 29. Movit aliquantulum oratio Regis legatos: itaque medio responso rem suspenderunt. *Ovid.* 4. *Fast.* Dat tamen exequias, nec jam suspendere flectim Sustinet. *Quintil. l.* 1. *c.* 8. *de lectione pueri*; Sciat, ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, *pigliar fiato*, *far pausa*. ¶ Item pro cohibere, sistere. *Plin. l.* 28. *c.* 7. Mitio præterea ovorum candido liquore, madidaque lana frontibus impositum fluxionem oculorum suspendit. ¶ Item pro incertum reddere, suspensum habere, *tenere sospeso*. *Curt. l.* 9. *c.* 7. Ea ipsa res omnium animos expectatione suspenderat. *Suston. in Tiber. c.* 24. Ambigui sensatum responsis, & callida cunctatione suspendent. ¶ *Suspendere de paxillo*, translate est parare, novum aliquid instituere, ducta translatione a funellecsile, quam, ubi emimus, domi suspendere solemus. *Var.* apud *Non. c.* 2. *n.* 649. Ubi dicatur primus Zeno novam hæresim nova paxillo suspendisse. Ita exponit *Turneb. l.* 15. *Adversar. c.* 4. ¶ Suspendere nasō, V. *Nasus*.

* Suspense, suspenso animo. *Augustin. Conf.* 10. 34. quia suspensius incideram, ὑποπτότερος.

Suspensio, onis, f. *fabbrica a volta*, צב, opus fornicatum. *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. *de fornice hypocaustī*: Ipsa per se ita flamma facilius pervagabitur sub suspensione. ¶ Translate sumitur pro animi incertitudine. *Hirt. de bell. Africo. c.* 48. Exercitus ejus magis suspensione animi ante adventum Jubæ commovebatur. Plerique leg. *suspensiore animo*.

Suspensūra, æ, f. opus a terra elevatum, & suspensum. *Vitruv. l.* 5. *c.* 10. *de balneis*: Suspensuræ caldariorum ita sunt faciendæ, &c. *Senec. epist.* 90. (*al.* 91.) Quædam nostra prodisse memoria scimus, ut suspensuras balneorum, & impressos parietibus tubos, per quos circumfundererur calor. *h. e.* balnea a terra substructionibus & pilis elevata, ut sicciora sint, & facilius calorem concipiant. Horum structuram describit *Pallad. l.* 1. *tit.* 40. ubi quædam invenies locum *Vitruvii* citatum illustrantia. *Plinius lib.* 26. *cap.* 3. hujusmodi balneos *pensiles* vocat.

Suspensus, a, um, *sospeso*, *elevato*, תלוי, תמהמה, μετέωρος, ματάρσιος, pattic. a suspendor. *Cic. 2. Agrar. c.* 35. Romam in montibus positam, & convallibus, cœnaculis sublatam, atque suspensam, &c. *Horat. l.* 2. *Sat.* 8. *v.* 14. Interea suspensa graves aulæa ruinas in patinam fecere. *Terent. Phorm. c.* 6. Suspenso gradu placide ire, *camminar' in punta di piedi*. *Liv. l.* 8. *c.* 16. Suspensus teste manibus se demisit. *Plin. l.* 20. *c.* 20. Radicem ejus filo suspensam in collo gestare. *Senec. l. de Benef. c.* 12. Suspensis amici bonis libellum dejicio. Ubi *suspensa bona* dixit pro scripta, quæ venalia pendent in tabula. Alii leg. *suspensum amici bonis libellum*. *Colum. l.* 12. *c.* 52. Suspensa mole olivam frangito, *idest* non vehementer, & toto pondere conterente quod subditum est. *Id. l.* 3. *c.* 13. Neque enim parum refert suspensissimum esse pastinatum, & si fieri possit, vestigio quoque inviolatum. *h. e.* terram probe pastinatam, & non conculcatam, qualis est, quæ recens arata, & subacta est. ¶ Est etiam cohibitus. *Ovid. 1. Amor. eleg.* 7. *v.* 57. Suspense fæ diu lacrymæ fluxere, *trattenute*. ¶ Translate sumitur pro incerto, ac dubio. *Virg. 6. Æn.* Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo. *Cic. ad Consules, l.* 15. *Fam. epist.* 1. Etsi intelligebam, socios iqsirme animaros esse, & novarum rerum expectatione suspensos. *Tac. 1. Ann. c.* 11. Suspensa verba, *ambigue parole*. *Plin. lib.* 6. *epist.* 22. *ad Fabatum*: Tu vero non debes suspensa manu commendare mihi, quos tuendos putas, *h. e.* dubitanter, & timide. *Id. lib.* 10. *epist.* 40. In suspenso relinquere. ¶ Item pro sollicito, anxio. *Liv. l.* 8. *c.* 13. Inter spem, metumque suspensos animi habentis. *Hirt. de bell. Africo. c.* 48. Suspensiore animo commoveri. *Propert. l.* 3. *eleg.* 5. Suspensis auribus ista bibam, *con orecchi attenti*. ¶ Suspensus somnus dicitur pro levi, inquieto, in quo mens curis est fatigata, cui contrarius est profundus somnus. *Cic. 1. Tusc. ex poeta*: Mater, te appello, tu, quæ curam somno suspenso levas.

Suspicabilis, le, adject. *pieno di sospetto*, o *dubbio*. *Arnob. l.* 1. *pag.* 28. medicinam vocat artem suspicabilem.

Suspicātrix, icis, f. *sospettosa*. *Var. l.* 6. *de L. L. c.* 3.

Suspicax, acis, o. 3. idem quod

suſpicio. ¶ *Habere ſuſpicionem*, eſt in ſuſpicione eſſe. *Cic. Att. l. 16. ep. 4.* Navigatio habet ſuſpicionem periculi. *Nep. in Epamin. c. 6.* Habebat Meneclides ſuſpicionem adulterii. ¶ Significat etiam ſuſpicari, *ſuſpettare*. *Cic. ad Pompej. l. 8. Attic. poſt epiſt. 11.* Cum ad te litteras miſiſſem, ſuſpicionem nullam habebam, te reip. cauſa mare tranſiturum. ¶ Ponitur interdum ſuſpicio pro levi cognitione, opinione, conjectura. *Cic. de nat. Deor. c. 23.* Eſſe genes ſic immanitate eſſerratas, ut apud eas nulla ſuſpicio deorum ſit. *Id. l. de nat. Deor. c. 25.* Itam intelligentiam non modo comprehendere animo, ſed ne ſuſpicione quidem poſſum attingere. ¶ Habet hoc verbum antepenultimam longam. Ratio hujus moduli eſt, quod per Syncopen factum eſt ex *ſuſpicatio*. *Martial. l. 11. ep. 46.* Oblinitur, minimæ liqua eſt ſuſpicio rimæ.

Suſpiciôſe, adverb. ὑπόπτως, ſuſpicionem injiciendo, *dando ſoſpette, mettendo in ſoſpetto*. *Cicer. de clar. Orat. c. 34.* Suſpiciôſius dicere, & criminoſius. *Quint. lib. 4. c. 2.* Narrare aliquid ſuſpiciôſe.

Suſpiciôſus, a, um, *ſoſpettoſo*, חושד, Germ. *ergvvohnig*, Gall. *ſoupçonneux*, Hiſp. *ſoſpechoſo*, ὑποληπτικός, qui pronus eſt ad ſuſpicionem, qui multis diſtrahitur ſuſpicionibus. *Cic. 7. Ver. c. 29.* An te, id, quod fieri ſolet, conſcientia timidum, ſuſpiciôſumque faciebat? *Id. pro Flac. c. 28.* In tam ſuſpiciôſa, ac malédica civitate locum ſermoni obrectatorum reliquit. ¶ Sumitur etiam paſſive pro eo, qui ſuſpectus eſt, ſeu de quo ſuſpicio habetur. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 7.* Verum id, quod adhuc eſt ſuſpiciôſum, niſi ſuſpicionem habeo, puto, opinor. Eſt a *ſub*, & *ſpecio*. *Cic. 3. Ver.* Hoſpes janitor, qui nihil ſuſpicaretur. *Id. Att. lib. 7.* Scribe, non modo ſi quid ſcies, ſed etiam ſiquid ſuſpicabere. *Id. in Brut. cap. 14.* Licet aliquid etiam de M. Popilii ingenio ſuſpicari. *Id. 1. de nat. Deor. cap. 11.* In quo neque figuram divinam, neque ſenſum quiſquam ſuſpicari poteſt. *Caſ. l. 8. B. G.* Tamen id conſilium cum fugæ cauſa initum ſuſpicaretur.

Suſpirarſo, onis, f. actus ſuſpirandi. *Sen. lib. 7. de ira*. Sentiet itaque ſuſpirationes quaſdam, & umbras affectuum. *Plin. in præf.* Inde illa nobilis M. Ciceronis ſuſpiratio: O te felicem, M. Porci. *h. e.* exclamatio.

Suſpirâtus, us, idem quod ſuſpirium. *h. e.* actus ipſe ſuſpirandi. *Ovid. 14. Met. v. 129.* Reſpicit hunc vates, & ſuſpiratibus hauſtis, Nec Dea fum, dixit.

Suſpirâtus, a, um, adject. *invocato con ſoſpiri*. *Sil. l. 13. v. 82.* Quid ſuſpiratos magno in diſcrimine nautis Ledæos referam fratres?

Suſpiriôſe, adv. *con aſma*. *Celum. l. 7. c. 5. de vvibus*. Suſpirioſe laborantibus auriculæ ferro reſcindendæ.

Suſpiriôſus, a, um, *aſmatico*, ἀδθμαντικός, qui ſpirandi difficultatem patitur. *Pl. l. 23. c. 7.* Sicæ ſici utiles anhelantibus, & ſuſpiriôſis.

Suſpirĭtus, us, m. *ſoſpiro*. *Liv. lib. 30. c. 15.* Cum crebro ſuſpiritu, ac gemitu aliquantum temporis conſumpſiſſet. *Plaut. Merc. 1. 2. 4.* Enecato ſuſpiritus. *h. e.* iſtas crebras anheli pectoris reſpirationes pervince animi firmitudine. ¶ Addunt quidam alia inſuper loca tum ex ipſo *Plauto*, tum etiam ex *Cic. Att. l. 1. ep. 18.* ſed ubique lectio variat.

Suſpirium, ii, n. *ſoſpiro*, אנחה, Germ. *ſeufftzer*, Gall. *ſoupir*, Hiſp. *ſoſpiro*, στεναγμὸς, στοναχὴ, ſuſpiratio, hoc eſt ab imo pectore ſpiratio, quæ plerunque doloris, & curarum ſignum eſt. *Cic. Tuſc. 4. c. 34.* Sine ſollicitudine, ſine deſiderio, ſine cura, ſine ſuſpirio. *Ovid. 10. Met. v. 402.* Myrrha, patre audito, ſuſpiria duxit ab imo pectore. *Col. l. 6. c. 14.* Interdum tumore palati cibos reſpuit, cerebrum ſuſpirium facit. ¶ Eſt etiam morbi quoddam genus reſpirationem infeſtans, *aſma*, *difficoltà di reſpiro*. *Senec. ep. 54.* Vni morbo quaſi affligantus ſum, quem quare Græco nomine appellem, neſcio: ſatis enim apte dici ſuſpirium poteſt. V. *Hieron. Mercurial. l. 6. var. lect. c. 16.*

Suſpiro, as, n. 1. *ſoſpirare*, חלל, אנח, Ger. *ſeufftzen*, Gall. *ſoupirer*, Hiſp. *ſoſpirar*, στένω, ſpiritum ab imo pectore traho, quod ſolicitudinis, aut doloris argumentum eſt. *Cic. Att. l. 1. epiſt. 18.* Reperiri ex magna turba neminem poſſumus, quicum aut jocari libere, aut ſuſpirare familiariter poſſimus. *Ovid. epiſt. ule. verſ. 201.* Ingemit, & tacito ſuſpirat pectore. ¶ Per translationem accipitur pro deſiderare, & ſic fere accuſativo jungitur, *Juven. ſat. 11. verſ. 152.* Suſpirant longo non viſam tempore matrem. *Tibul. l. 4. eleg. 5.* Quod ſi forte alios jam hunc ſuſpiret amores. ¶ Vel acc. cum præp. *in*. *Ov. d. t. Faſt. v. 417.* Hanc cupit, hanc optat, ſolam ſuſpirat in illam. ¶ Suſpirare, etiam eſt ſurſum expirare, exhalare, emittere. *Lucan. l. 6. v. 569.* Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem Aera, nec ventos tenues ſuſpirat Anaurus, Adde *Sil. l. 12. v. 136.*

Suſque, V. ſupra poſt *Sui*.

Suſſilio, V. *Subſilio*.

Suſſulto, V. *Subſulto*.

Suſtendo, dis, a. 3. Suſtendere inſidias, h. e. clam tendere, quidam legunt apud *Salluſt. in Jugur. c. 113.* ubi alii rectius *tendere*.

Suſtentaculum, i, n. *ſoſtentacolo*, ῥῆσμα, fulcimentum, quod aliquid ſuſtinet. *Tacit. 2. hiſt. c. 28.* Sin victoriæ ſanitas, ſuſtentaculum, columen in Italia verteretur, &c.

Suſtentatio, onis, f. *dilazione*, אחור, dilatio. *Cic. 2. de Invent. c. 49.* Utrum ſtatim fieri neceſſe ſit; utrum habeat aliquam moram, & ſuſtentationem. ¶ Eſt etiam Rhetoricum ſchema, Græce ἀποδόσεων. *Quinzil. lib. 9. cap. 2.* Sed nonnunquam communicantes aliquid inexpectatum ſubjungimus, quod & per ſe ſchema eſt, ut in Verrem Cicero: quid deinde? qui cenſeris? ſuſtinuit fortaſſe, aut prædam aliquam? deinde cum diu ſuſpendiſſet judicum animos, ſubjecit quod multo eſſet improbius, hoc Celſus ſuſtentationem vocat, Eſt autem duplex, &c. V. ibi cætera.

Suſtentâtus, us, m. actus ſuſtentandi. *Apulej. in Apolog.* Levia ſuſtentatui, gravia demerſui. *Auſon. in perioch. 5. Odyſſ. Homeri*. Cujus ille ſuſtentatu ad uſque Phæacum litus evadit.

Suſtentâtus, a, um, *ſoſtentato*, partic. a ſuſtentor. *Cic. pro Mur. cap. 2.* Reſpublica magnis meis laboribus ſuſtentata. *Lucret. l. 5. v. 96.* multoſque per annos Suſtentata ruet moles, & machina mundi.

Suſtento, as, a. 1. *ſoſtentare*, *ſoſtenere*, כמך, סבב, Ger. *erleiden*, *erhalten*, Gall. *ſoutenir*, *endurer*, Hiſ. *ſoſtentar*, ἀνέχω, crebro, multumque ſuſtineo, fulcio, conſervo, a *ſurſum*, & *teneo*. *Virg. 10. Æn. v. 338.* Huic frater ſubit Alcanor, fratremque ruentem ſuſtentat dextra. *Cic. 2. Off. c. 24.* Valetudo ſuſtentatur noxia ſui corporis, & obſervatione. ¶ Suſtentare ſe, eſt fortem animum in rebus adverſis gerere. *Cic. l. 12. Fam. ep. 4.* Quod reliquum eſt, ſuſtenta te, mea Terentia, ut potes. *Id. Att. l. 3.* Me vix, miſereque ſuſtento. ¶ Speciatim ponitur pro alere, ſeu reficere, & egeſtatem alicujus ſublevare. *Terent. Adelph. 4. 3. 6.* Solus omnem familiam ſuſtentat. *Cic. de provinc. conſul. c. 5.* Qui ſe etiam meo ſubſidiis patrimonii, aut amicorum liberalitate ſuſtentant. ¶ Item pro conſolari, recreare, reficere. *Cic. Att. l. 3. ep. 23.* Terentiam unam omnium ærumnoſiſſimam ſuſtentes tuis officiis. *Id. Att. lib. 10. ep. 4.* præclara conſciencia ſuſtentor, & recreor. ¶ Item pro tolerare, perferre, patienter ferre. *Cic. in Piſon. cap. 36.* Cum ſuſtentare vix poſſes mœrorem tuum, doloremque degeſſionis. *Caſ. l. 7. B. G. cap. 17.* Pecore e longinquioribus vicis adacto extremam famem ſuſtentarent. ¶ Item pro differre. *Cic. ad Q. Fr. lib. 2. ep. 7.* Ædificationem Arcani ad tuum adventum ſuſtentari placebat. Sic ſuſtentare aciem, eſt cohibere ne ad pugnam progrediatur, & certamen differre. *Hirt. de Bello Africo. c. 82.* Dubitante Cæſare, ſubique eruptione pugnari non placere, clamitante, & etiam atque etiam aciem ſuſtentante, ſubito dextro cornu, tubicen a militibus coactus canere cœpit. ¶ Significat etiam pugnantes in acie milites adhortari, confirmare. *Tacit. 1. Ann. cap. 65.* Cæcina dum ſuſtentat aciem, fuſſoſſo equo delapſus circumveniebatur.

Suſtinĕo, es, nui, entum, a. 2. *ſoſtenere*, כמך, עמד, נשא, Germ. *aufenthalten*, Gall. *ſoutenir*, *endurer*, Hiſp. *ſoſtener*, βαστάζω, ὑφίστημι, ἀνέχω, ſuſtento, fulcio, tueor, conſervo, a *ſurſum*, & *teneo*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Cum omnes mundi partes ſuſtineantur calore. *Plin. l. 12. c. 25.* Vineæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent. *Ovid. 2. de ar. am. v. 486.* Suſtinet immundum ſima capella marem. *h. e.* inſcendentem ſe ad coitum patitur. ¶ Sæpe translate ſumitur pro tueri, defendere, *conſervare*. *Cic. 4. Acad. cap. 6.* Philo ea ſuſtinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur. *Id. 7. Verr. c. 39.* Videat illis monarchis teſtibus tantum hoc crimen ſuſtinere ſe nullo modo poſſe. *Id. pro Dom.* Qui non ſolum conſiliis ſuis, ſed ſpecie ipſa dignitatem Reipublicæ ſuſtinent. *Id. pro Rab. Poſth. c. 16.* Labentem excepit, corruere non ſivit, ſuſtit, & ſuſtinuit, re, fortuna, fide, hodieque ſuſtinet. ¶ Item pro aliqui rei parem eſſe, rei ſe congruenter gerere. *Cic. poſt red in Sen.* Numen Conſulatus, magnitudinem tanti imperii nec intueri, nec ſuſtinere, nec capere poſſe. ¶ Item pro reparare. *Cic. 2. de Or. c. 24.* Tres perſonas unus ſolus ſuſtineo ſumma animi æquitate, meam, adverſarii, judicis. ¶ Per translationem quoque uſurpatur pro non cedere alicui in quacumque re, reſiſtere. *Cic. 3. Off.* Cum perſarum impetum nullo modo poſſet ſuſtinere. *Id. Caſſio, l. 15. Fam. ep. 14.* Abſens hominum ſermones facilius ſuſtinebis. ¶ Item pro tolerare, ferre, perferre. *Cic. 7. Phil. cap. 6.* O Dii immortales, qui hujus potentiam poterit ſuſtinere? *Brutus Cic. l. 11. Fam. ep. 10.* Non, ſi Varronis haberem, ſuſtinere ſumptum poſſem. *Plin. l. 1. ep. 12.* Et cur, inquit, me putas hos tantos dolores tamdiu ſuſtinere? ¶ Item pro alere, egeſtatem ſublevare. *Virg. 2. Georg. v. 514.* Hinc patriam, parvoſque nepotes Suſtinet. *Liv. l. 39. c. 9.* Meretricalæ munificentia ſuſtinebatur. ¶ Item pro reprimere, cohibere, compeſcere, retinere. *Caſ. l. 4. B. G.* Ut in declivi, ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & brevi moderari, ac flectere didicerunt. *Cic. 4. Acad.* Cum ſe a reſpondendo, ut aut approbet, aut reprobet quid, ſuſtineat, ut neque neget aliquid, neque ajat. *Id. ibid.* Suſtinenda eſt potius omnis aſſenſio, ne præcipitet, ſi temere proceſſerit. *Liv. l. 41.* Suſtinebant tela, ne in permixtos hoſtibus ſuos conjicerent. *Tacit. 3. Hiſt. cap. 23.* Suſtinuit labentem aciem Antonius. *h. e.* retinuit, ne fugæ ſe daret. ¶ Item pro differre. *Liv. l. 5. cap. 45.* Compreſſique a Cenſurione, quem ſibimet ipſi præfecerant, rem in noctem ſuſtinuere. *Id. l. 3. c. 60.* Suſtinuit conſilio bellum. ¶ Item pro poſſe, audere. *Ovid. 4. Faſt.* Nec jam ſuſpendere fletum Suſtinet. *Suet. in Calig. c. 30.* Hanc ut crudeliſſimam eædem cædem & deſſevit edicto, & eos, qui ſpectare ſuſtinuiſſent, execratus eſt.

Suſtollo, is, ſuſtuli, ſuſtitum, a. 3. *ſollevare*, *alzare*, נשא, הרם, Germ. *aufheben*, *aufſtuffen*, Gall. *elever en haut*, Hiſp. *alcar*, ἀναιρέω, ἀπαίρω, ſurſum tollo, attollo, in altum erigo. Fere uſurpatur in præteritis, quæ communia ſunt cum verbo *tollo*, quod V. Non deſunt tamen etiam aliorum temporum exempla. *Plaut. Pœn. 1. 2. 136.* Age, ſuſtolle hoc amiculum. *Id. ibid. 5. 3. 41.* Græce ſunt hæ columnæ, ſuſtolli ſolent. *Catull. in Argon. ſeu de nupt. Pel. & Thet. v. 235.* Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes. *Cic. pro Dejot. c. 10.* Dejotarum cum plures in equum ſuſtulliſſent. *Virg. 2. Æn. v. 153.* Suſtulit exuras vinclis ad ſidera palmas. ¶ Ponitur etiam pro ſuſcipere, tollere (V. *Tollo*) ut cum dicimus quempiam ex uxore liberos ſuſtulliſſe. Nam quemadmodum mater dicitur peperiſſe, ita pater ſuſtulliſſe. *Cic. Phil 13. c. 10.* Qui ex Fadia ſuſtulerit liberos. ¶ Nonnunquam pro educare. *Cic. 3. Tuſc. c. 13.* Ego cum genui, tum morituros ſcivi, & rei ſuſtuli. *Virg. 9. Æn.* Mœonio Regi quem ſerva Lycimnia furtim Suſtulerat. ¶ Nonnunquam pro necare, auferre de medio, perdere, ſubvertere. *Cic. de Divin. l. 1. c. 3.* Xenophanes divinationem funditus ſuſtulit. *Id. 1. Off.* Majores noſtri Carthaginem funditus ſuſtulerunt. *Id. Att. l. 15. ep. 12.* Eam rem Servilia ſuſlaturam ex ſenatus conſulto ſe eſſe dicebat. *Sueton. in Nerone, cap. 39.* ex Poeta: Quis neget Æneæ magna de ſtirpe Neronem? Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. Priore loco ſumitur pro *necare*, poſteriore pro *portare*. ¶ Item pro efferre, attollere. *Liv. l. 26. c. 5.* Suſtulerant animos Ætoli poſt Attali adventum.

* Suſtŭlo, V. Suſtollo.

Suſum, idem ac ſurſum, apud vet. *Cato c. 157. R. R.* Ita ſubducito ſuſum animam, quam plurimum poteris. Legitur etiam apud *Plautum* non ſemel in quibuſdam MS. teſte *Pareo in Lex. Crit.*

Suſurrámen, inis, n. ſuſurratio. *Apulej. lib. 1. Miles. ſub init.* Magico ſuſurramine amnes agiles reverti. *Martian. Capel. l. 7.* Hilaro ſuſurramine reſpondere.

Suſurrâtim, adverb. *con voce baſſa*. *Martian. Capel. lib. 6. pag. 227.* Alicui ſuſurratim decenter arridere.

Suſurratio, onis, f. *ſecreta mormorazione*, ψιθυσμὸς, actus ſuſurrandi. *Cæl. Cic. l. 8. Fam. ep. 1.* Quod ad Cæſarem artinet, crebri, & non belli de eo rumores, ſed ſuſurrationes duntaxat veniunt. h. e. ſecretæ inter paucos de Cæſare obtrectationes, & colloquia. Alii leg. *ſuſurratores*.

Suſurrător, V. dictionem præcedentem.

Suſurro, onis, m. *ſuſurratore*, *mormoratore*, מתלחש, הולך רכיל, ψιθυριστὴς, ψιθυσιστὴς, qui occulte maledicendo odium in aliquem, aut diſſenſionem molitur, obtrectator, delator. Cauſam nomini præbuit, quod delatores, ne exauditi poſſint, in aures ſoleant ſuſurrare. *Sidon. l. 5. ep. 7.* Aures mariti ſuſurronum ſæce completas opportunitate falſi ſermonis eruderat.

Suſurro, as, n. 1. *ſuſurrare*, *mormorare*, רגן, לחש, התלונן, ψιθυρίζω, lenem, & ſubmiſſum ſtrepitum edo, qualis eſt aut apium murmur, aut aquæ molliter deſluentis, aut venti leviter ſpirantis. *Virg. in Cul. v. 103.* Ima ſuſurrantis repetebant ad vada lymphæ. *Id. 4. Georg. v. 260. de apibus*: tractimque ſuſurrant. ¶ Sumitur etiam pro ſubmiſſa voce loqui, pro clanculum dicere, *parlare ſotto voce*, התלחש, Germ. *leiſſ reden*, *brumlen*, Gall. *murmurer entre ſes dents*, Hiſ. *cumbar*, *murmurar*, ψιθυρίζων. *Terent. Andr. 4. 4. 40.* Jam ſuſurrari audio, civem Atticam eſſe hanc. *Ovid. epiſt. & verſ. 19.* Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro.

Suſurrum, i, n. idem ac ſuſurrus. *Ovid. 7. Met. v. 825.* Procrin adit, linguaque refert audita ſuſurra.

Suſurrus, ri, m. *ſuſurro*, *mormorazione*, *mormoro*, תלונה, קול, לחש, Ger. *geroff*, *gereuſch*, Gall. *bruit*, *murmure*, Hiſp. *cumido*, ψιθυρισμὸς, parvum, & ſubmiſſum murmur. *Cic. 5. Tuſc. 36.* Leviculus ſane noſter Demoſthenes, qui in illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt, inſuſurrantiſque alteri, &c. *Hor. l. 2. od. 9.* Leneſque ſub noctem ſuſurri. ¶ Sumitur interdum pro clandeſtina obtrectatione, ſeu delatione. *Plin. in Panæg. c. 62.* Ne reſpexoris clandeſtinas exiſtimationes, nullíſque magis, quam audientibus inſidioſos ſuſurros. ¶ In quarta declinatione effert *Apulej. lib. 3. Florid.* Vox, inquit, hominis & ſiſtula ſuſurru jucundior, & buccina ſignificatu longinquior.

Sutăres, m. 3. idem ac ſutores, quaſi corinue ſuentes, vel ſtantes in ſutrina. *Plaut. Aul. 3. 5. 39.* Calceolarii, ſutares, diabarhrarii. Sic eſt in quibuſdam MSS. Editi libri plerique habent *ſutores*.

Sutēla, æ, f. κακοῤῥαφία, doloſa aſtutia, techna callide conſuta, a *ſuo*, per Metaphoram, ut *cautela* a *caveo*, *ſuadela* a *ſuadeo*, quemadmodum Græci dicunt ῥαπτὸν, & ὑφάπτειν δόλους, imo & *Plautus* conſuere dolos. *Feſt.* Sutelæ, doloſæ aſtutiæ, a ſimilitudine ſuentium dictæ ſunt. *Plaut. Capt. 3. 5. 35.* Atque ob ſutelas tuas te morti miſero.

Sutĕrna. V. *Sutrina*.

Sutĭlis, e, lo. 3. *cucito*, *rappezzato*, *unito inſieme*, ῥαπτὸς, quod conſutum eſt, a *ſuo*. *Virg. 6. Æn. v. 414.* Gemuit ſub pondere cymba Sutilis. *Id. l. 12. v. 273.* Teritur, qua ſutilis alno Bateus. *Martial. lib. ep. 95.* Sutilis aptetur decies roſa crinibus. h. e. in modum coronæ compacta.

Sutor, oris, m. *calzolajo*, סנדלר, qui calceos fuit. *Cic. pro Flacco cap. 7.* Se velle dixit; id ſutores, & zonarii conclamarunt. *Plin. l. 35. c. 10. de Apelle*: Feruntque a ſutore reprehenſum, quod in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas, eodem poſtero die ſuperbo emendatione priſtinæ admonitionis cavillante circa crus, indignarum proſpexiſſe, denuntianeem, ne ſupra crepidam ſutor judicaret: quod & ipſum in proverbium venit.

Sutorĭtus, a, um, adject. idem ac ſutorius, ut ſutoritium attramentum. *Marcell. Empir. c. 8.*

Sutorĭus, a, um, ῥαπτικὸς, quod ad ſutorem pertinet. *Cic. Att. l. 6. ep. 1.* Noſtri enim, credo, graves habent Turpionem ſutorium, & Vectium mancipem. ¶ Attramentum ſutorium, χάλκανθος, χάλκανθον, idem ac chalcanthum, quod vulgo vitriolum dicimus, a perſpicuitate vitrea. *Plin. lib. 34. cap. 32.* Græci cognationem æris nomine ſecerunt & aramento ſutorio: Appellant enim chalcantum. *Celſus l. 5. cap. 1.* Attramentum ſutorium, quod Græci χάλκανθον appellant. V. *Plin. lib. c. Cic. lib. 9. Fam. ep. 21.* Jam pater ejus accuſatus a M. Antonio, ſutorio attramento abſolutus putatur. *Paullus Manutius* abſolvi attramento ſutorio putat idem eſſe, quod voluntaria morte a damnationis judicio liberari. Nam *Galenus lib. 13. Meth. cap. 20.* nominat chalcanthum inter ea, quæ habent ξυσματικὴν φθαρτικὴν, ideſt vim corrumpendi. *Eraſmo* id proverbium viſum eſt, ac putabat idem eſſe, quod judicium corrumpere; quia, ut obſcuræ ſunt literæ atramento ſutorio ſcriptæ, ſic in judicio Carboniano obſcuræ de eo fuerint judicum ſententiæ. *Turnebus l. 6. c. 1.* ſententiam eſſe vult, ut ſutorium attramentum nigras ducit maculas, ſic eum maculoſo, & infami judicio a corruptis judiciibus abſolutum eſſe.

Sutrioallus, i, m. ſutor, qui ruptos calceos reconcinnat. *Vetus Juvenalis Scholiaſt. ad ſat. 3.* Conſuto vulnere; a ſutriballo furus.

Sutrīna, æ, f. 1. *bottega da calzolajo*, Germ. *ſchumacher vverckſtatt*, Gall. *boutique de cordonnier*, Hiſ. *tienda de capatero*, σκυτέων, officina ſutoris, in qua calcei fiunt. *Pl. l. 15. c. 10.* Tonſtrinas, ſutrinaſque pinxit, & aſellos, & obſonia, ac ſimilia. ¶ Adjective *Tacit. 15. Ann. c. 34.* Tabernæ ſutrinæ alumnus. Sic *Plin. lib. 7. c. 56.* Fulloniam artem Nicias, (*invenit*) ſulcrinam Boethius. ¶ Videtur etiam pro ipſa ſutoris arte abſolute poni. *Varro apud Non. c. 2. n. 760.* Qui ſutrinas facere inſcius, nihil homo agis. Eſt qui legit *ſutornas* eodem ſenſu.

Sutrinum, i, n. 2. ars ſutrina. *Sen. ep. 91.* (al. 90.) Quin ſutrinum quoque inventum a ſapientibus dicerec.

Sutrīnus, a, um, adject. V. in *Sutrina*.

Sutrium, n. 2. *Sutri*, col. & urbs Hetruriæ, ad fl. Paccolo, rupibus undique cincta. Cum Sutrini a Romanis defeciſſent, ad eos compeſcendos Camillus miſſus eſt, qui ut celeritate eos opprimeret, juſſit, milites trium dierum commeatum ſecum ferre. *Liv. l. 6.* Hinc prov. *Quaſi Sutrium tant*, apud *Plaut. in Caſ. 3. 1. 10.* & apud *Feſt.* cum quid celeriter fit, & inſtructe.

Sutrius, a, um, adject. ad Sutrium urbem pertinens. *Silius l. 8. v. 491.* Sabatia qui que ſtagna tenent, Cimiuique lacum, qui Sutria tecta.

* Sutrix, icis, f. *calzolaja*, βάπτρια, quæ calceos fuit. *Gruter. pag. 199. n. 5. & 220. n. 1.*

Sutŭra, æ, f. *cucitura*, תפירה, ῥαφὴ, ῥαφίς, actus ſuendi. *Liv. l. 38. c. 29.* Sed triplex ſutulæ crebris futuris duratum. *Celſ. l. 7. c. 4. Sect. 3.* Sutura oras jungit, quæ ne ipſæ quidem inter ſe contingere ex toto debent. ¶ Translate etiam de aliis rebus dicitur, pro commiſſura, qua partes junguntur. *Id. lib. 8. cap. 1.* Ratio calvaria ſollida ſine futuris eſt, & id caput firmiſſimum, atque a dolore turiſſimum eſt; ex cæteris quo pauciores ſunt futuræ, eo capitis valetudo commodior eſt.

Sutus, a, um, *cucito*, partic. a ſuo. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 60.* Cultus dico agrorum, extructionesque tectorum, tegumenta corporum vel texta, vel ſuta, ornamque fabricam æris, & ferri. *Virg. 4. Georg. v. 33.* Seu corticibus ſuta, ſeu vimine texta alveraria.

Suus, a, um, *ſuo*, שלו, Germ. *ſein*, Gall. *ſon*, *ſien*, Hiſp. *ſu*, *ſuyo*, ὅς, ἑός, σφέτερος, pronomen reciprocum derivativum. Olim erat *ſos*, *ſa*, *ſum*, ut eſt apud *Feſt. Cic. 5. Tuſc. de beſtiis*: Nonne pro ſuo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant? *Id. pro Quint. c. 7.* Alphenus utebatur populo ſane ſuo, *h. e.* ſibi favente. *Id. Att. l. 14. ep. 12.* Octavius, quem ſui Cæſarem ſalutant, *i ſuoi fautori*. *Horat. epod. 9.* Ventis iturus non ſuis. *h. e.* non ſecundis. Ruſus *Cic. 2. Agrar. c. 2.* Petere conſulatum anno ſuo, *h. e.* tempore legitimo. *Id. 5. Verr. c. 60.* Scandillus dicit, ſe ſuo tempore rediturum, *a ſuo tempo*. *Modeſtin. l. 26. Dig. de negot. geſ.* Ex duobus frarribus uno quidem ſuæ ætatis, alio vero minore annis. *h. e.* majore 25. annis, quæ ætas legitima dicitur. *Rurſus Cic. de clar. Orat. cap. 1.* Hortenſius ceſſit e vita ſuo magis, quam ſuorum civium tempore, *quanto a ſe, maturo, ma troppo preſto per i ſuoi cittadini*. *Id. 4. de Fin. cap. 4.* Qui ſciet, ubi quidque poſitum ſit, is etiam, ſi quod obrutum erit, poterit eruere, ſemperque eſſe in diſputando ſuus. *h. e.* ſibi conſtans. *Plaut. Perſ. 4. 3. 3.* Ancilla mea quæ fuit hodie, ſua nunc eſt. *h. e.* ſui juris, *libera*. *Ulpian. l. 7. Dig. quibus ex cauſ.* Furioſus hanc venditionem plurimum pati non poteſt, quia non ſe occultat, qui ſuus non eſt. *h. e.* compos mentis, *chi è ſuoi di ſe ſteſſo*. ¶ Interdum ei additur *ſibi*, nulla neceſſitate, ſed tantum veluti cujuſdam feſtivitatis gratia. V. *Sui*. ¶ Eodem modo jungitur interdum cum *proprius*. *Liv. l. 3. c. 70.* Ni ſuo proprio eum prælio exceptum equites reſtituiſſent. ¶ Uſurpatur in neutro gen. more ſubſtantivi. *Cic. Att. l. 6.* Sed ii ſuum tam diligenter tenent, quam ego, aut tu *h. e.* ſuam rem, ſuas opes. *Id. pro Quinct.* Ut ad ſuum quiſque quamprimum ſine cujuſquam dedecore, infamiaque perveniat. h. e. quod ad ſe pertinet. ¶ Reperitur quoque pro *ejus*. *Cic. Att. lib. 6. ep. 2.* Non deſtiti rogare, & petere mea cauſa, ſuadere, & horrari ſua. *Id. l. 10. ep. 11.* Induſit illi quidem ſuus pater ſemper. Adde *pro Quint. c. 17.* ¶ Item pro *ſui*. *Plaut. Aſin. 2. 4. 40.* Jam hic me abegerit ſuo odio. Alii tamen exponunt, *ſua iracundia*. ¶ Aliquando ſumitur pro proprio. *Perſ. ſat. 5. v. 52.* Velle ſuum cuique eſt. *Cic. pro Roſc. Am.* Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat, ſuum quemque ſcelus agitat. ¶ Componitur ſuipe pro pte, & ſignificat ſuum ipſius, ſeu proprium. *Plaut. Merc. 5. 4. 9.* Suapte *culpa*; *In argum. Rudentis*. Suipte patris. *Cic. 1. Tuſc. cap. 17.* Ut terrena, & humida ſuopte nutu, & ſuo pondere in terram, & in mare ferantur. *Liv. l. 1.* Suopte ingenio. ¶ Item cum *met*, & idem notat. *Tac. l. 14.* Suomet ipſi metu conflictabantur. *Sall. in Jug. c. 14.* Neceſſe eſt ſuomet ipſi more præcipites eant. ¶ *Suum* pro *ſuorum*, *Terent. Adelph. 3. 3. 57.* Eſt ſimilis majorum ſuorum.

S A N T E Y.

Sygros, *Cap Facalbad*, ſeu *Cap Sachalat*, prom. Arabiæ Fel. in ora maris Rubri ad Or. inter fauces ſin. Arabici & ſin. Perſici. *Plin. l. 6. c. 23.*

Sybăris, is, m. *Sabaro*, *Cochile*, fl. Magnæ Græciæ. Oritur ex finibus Brutiorum, apud Muranum, al. ex Apennino monte, in Calabria citeriore, ac in ſinum Tarentinum non longe a Crathi ſe ſe exonerat. Ejus aqua oves, & boves nigros facit, ſicut contra Crathis albos, teſte *Plinio l. 31. c. 2.* Facit etiam bibentes ſtetnutare, ut *Strabo narrat, lib. 6.* ¶ Præterea Sybaris, Σύβαρις, urbs eſt Magnæ Græciæ, in ora ſinus Tarentini, ad oſtia Sybaris, al. inter oſtia Sybaris, & Crathis fl. juxta Thurium poſt illius excidium ædificatum. Condita fuit a Trœzeniis, teſte *Solino*. Alii ſcribunt ab Achivis confecto bello Trojano fuiſſe conditam. Quondam clariſſima fuit, & ram potens, ut quatuor gentibus vicinis imperarit, & viginti quinque urbibus. *Ovid. 15. Met.* Præterit & Sybaris, Salentinumque Neæthum.

Sybaritæ, arum, m. Συβαρῖται, cives urbis Sybaris in Magna Græcia. Deliciis dediti fuere præ omnibus aliis populis, erantque ingenioſiſſimi omnium voluptatum architecti. *Quinctil. l. 3. c. 9.* Frugalitas apud Sybaritas forſitan odio fuerat. ¶ Traditur hiſce fuiſſe conſuetudo, ut convivas in proximum annum invitarent, ne ſpatium interim deeſſet, aut convivatori conquiſitis terra, marique deliciis ejus epulas extruendi, aut convivis ipſis corpus auro, gemmiſque exornandi. Hinc *Menſa Sybaritica* in proverbium abiit, ſicut & *Syracuſana*, ut *Suidas* auctor eſt. Idem inſtituerunt, Suida referente, ut equi ad tibiæ cantum ſaltare condiſcerent. Sic otio, & deliciis operam dabant, ut nullas artes, quæ ſonum ederent, nullóſque gallos in urbe eſſe vellent. Fuere etiam ſumme faſtuoſi. Hinc adagium, *Sybarita per plateas* apud *Eraſm.* Hi poſtremo adverſus Crotoniatas bello ſuſcepto, cum trecenta hominum millia in aciem eduxiſſent, turpiſſime tamen victi, unaque cum urbe ſua ſunt deleti. Unde ortum eſt proverbium, *Sybaritica calamitas*, ut *Stephanus* ſcribit: qua de re & *Athenæus l. 12.* verba facit.

Sybaritānus, a, um, Συβαριτικὸς, quod ad Sybaritas ſpectat. *Plin. l. 8. c. 42.* Docilitas tanta eſt; ut univerſus Sybaritani exercitus equitatus ad ſymphoniæ cantum ſaltratione quadam moveri ſolitus inveniatur.

Sybaritĭcus, a, um, adject. idem quod Sybaritanus. Sybaritici libelli dicuntur, qui laſcivis rebus pleni ſunt, & obſcœni argumenti. *Martial. lib. 12. epiſt. 97.* Muſæi pathiciſſimos libellos, qui certant Sybariticis libellis. ¶ Sybaritica menſa. V. *Sybarita*.

Sybaritis, idis, f. Συβαρῖτις, opus Hemitheonis cujuſdam cinædi de generibus voluptatum, & obſcœnarum delectationum, a Sybariticis populis. *Ovid. de Triſtib. l. 2. v. 417.* Nec qui compoſuit nuper Sybaritida, fugit.

Sybŏta, orum, n. pl. *Sivita*, port. & opp. Epiri. ¶ Item inſ. apud *Leucimnam*, prom. Corcyræ inſ. in ora Or. *Cic. 5. Attic. epiſt. 9.* ¶ Item inſ. ante Leucadiam, apud quam ingens pugna navalis inter Corinthios olim, & Corcyræos fuit.

Sybōtes, æ, m. *porcajo*, συβώτης, ſubulcus. *Manil. l. 5. v. 126.* Et fidum Laertiadæ genuere Sybotem. Ita leg. *Scalig.* alii: *Et fidum in terris alium genuere Boo-*

tem. *Hygin. fab. 126.* Ulyſſes pervenit ad quandam æſam ſuam, ubi erat *nomine* Eumæus ſybotes.

Sycamĭnon, n. urbs exc. Phœnices, in conf. Paleſtinæ, media inter Ptolemaidem & Cæſaream. Locus nunc *Carmelo* dicitur. Pop. Sycamini.

Sycamĭnus, i, f. συκάμινος, morus, arbor. *Celſ. l. 3. c. 28.* Græci morum ſycaminum appellant. ¶ Hoc arboris genere utuntur Ægyptii in aggeribus Nili, per quos incrementa ejus diſpenſantur, & coercentur. *Ulp. l. 7. ff. de extraord. crim.* Sed & metallo quidem & ſecundum ſuam dignitatem, ſiquis arborem

ille, qui bello civili Rempublicam perturbavit. Puer liceris Græcis, ac Latinis eruditus fuit. In adolescentia omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, usque ad Quæsturam, quam sub Mario adeptus est, in qua vitam omnem penitus commutavit. Erat astutus, facundus, acer, sui securus, gloriæ cupidus, pecuniæ maximus largitor, animo grandis, adeo ut de illo dubitari potuerit, inquit Sallustius, fortior ne, an felicior esset. Missus a Mario ad Bocchum Regem Legatus, Jugurtham vinctum retulit. Mithridatem Asiam crudelissime vastantem compescuit. Socialis belli luctus repressit. Cinnæ dominationem fregit. Certavit bello civili cum C. Mario, eoque oppresso, Urbem infesto exercitu ingressus quatuor millia dedirorum, qui Mariananum partium fuerant, in campo Martio interfici jussit, ad portam vero Collinam septuaginta amplius millia. Ea cæde peracta, celebrem illam proscriptionis tabulam proposuit, in qua ex ipso Equestris, & Senatorii ordinis flore duo millia ad mortem designabantur, quorum admodum pauci ultimum supplicium effugerunt. Dictator effectus ita Rempublicam oppressit, ut teste *Cicerone in Ver.* 5. c. 35. nemo illo invito nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset. Postremo Republica constituta Dictaturam deposuit, & privatus Puteolos concessit, ubi pediculorum morbo periit. Quapropter C. Julius Cæsar dicere consuevit, Syllam literas nescivisse, quia Dictaturam deposuerat, ut scribit *Tranquillus* in ejus vita, c. 77. V. *Flor. l. 3 c. 21.* ¶ Scribitur & *Sulla*, ex consuetudine scilicet Romanorum Græcum *υ* in *u* vertentium, atque ita exaratum legitur in lapidibus Capitolinis, quos affert *Manut. in Orthograph.* Cæterum ætate Ciceronis, cum Græcæ literæ in magno honore esse cœpissent, Græca *υ* recepta fuit, & frequentius usurpata ut *Manut. ib.* notat, quare *Sylla* potius, quam *Sulla* scribendum videtur.

Syllānus, & Sullanus, a, um, Συλλανός, quod ad Syllam pertinet. *Cic. Att. l. 10, ep. 7.* Non fuisset & illa nox tam acerba Africano sapientissimo viro, non tam dirus dies ille Syllanus calidissimo viro C. Mario.

Syllaturio, is, *n.* 4. cit Syllam, ejusque mores, crudelitatem, & proscriptionem imitari. *Cic. Att. l. 9. ep. 10.* Hoc turpe Cneus noster biennio ante cogitavit: ita syllaturit animus ejus, & proscripturit jam diu.

Syllepsis, f. 3. σύλληψις, Figura verborum, per quam ponitur aliquod verbum vel in principio, vel in medio, vel in fine, quod alia etiam membra ejusdem periodi regere, & sustentare debeat, sed in iis affumitur cum aliqua mutatione vel generis, vel numeri, vel alius accidentis, ut in illo *Virg. 9. Æn.* Vos, o Calliope, precor, aspirate canenti. *h. e.* tu, o Caliope, vosque cæteræ Musæ; Et in illo *Cic. 1. de Or.* Quamobrem hoc vos docebo, sulpiti. Ubi intelligitur etiam Cotta. ¶ Est Græca vox, ducta a συλλαμβάνω, comprehendo. *Charisf. l. 1. Diomed. l. 2.*

Syllogismaticus, a, um, adject. syllogismis constans, ut syllogismaticum Aristotelis verbiloquium. *Fulgent. l. 1. Mythol.*

Syllogismus, i, *m. syllogismo*, ψῆφ, συλλογισμός, collectio, quæ ratiocinando fit, genus argumentationis ex tribus propositionibus constans, quæ sunt propositio, assumptio, complexio, seu, ut Logici loquuntur, major, minor, conclusio; ut *Omne bonum est amandum: atqui virtus est bona: igitur virtus est amanda.* Est a συλλογίζομαι, colligo, ratiocinor. *Quintil. l. 3. c. 7.* In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est, qui intendit. *Plin. l. 2. ep. 3.* Crebri syllogismi, circumscripti, & effecti. *h. e.* breves, & elaborati.

Syllogistĭcus, a, um, adject. ad syllogismum pertinens, *Quintil. l. 5. c. 10.* Cicero statum syllogisticum ratiocinativum appellat.

Sylva eum derivatis V. *Silva.*

Symæthus, V. *Simæthus.*

Symbări, *m.* 2. populi feri, inter Arabiæ montes, Nilum incolentes, qui elephantorum venatu victitabant. *Pl. l. 6. c. 30.*

* Symbiōtes, æ, m. 1. συμβιώτης, contubernalis. *Gruter. p. 855. n. 7.*

Symbŏla, æ, f. collatio, pecunia, quæ ab iis, qui communi sumptu cœnaturi sunt confertur, a συμβάλλω, *conficio, confero.* Symbola, & symbolum in eo differunt, quod symbola erat collatio eranistæ ad convivium, ideft ejus, qui cœna collatitia cœnaturus erat: symbolum vero, ut *Casaubonus* docet ad *Athenæi lib. 3. cap. 31.* erat anulus, vel aliud, quod arthæ loco ei dabatur, qui convivium parabat. Crebro aureni in symbolæ voce peccarunt librarii, qui symbolum pro symbola scripserunt. *Ter. Andr. 1. 1.* Symbolam dedit, cœnavit. Ubi vulgo perperam *symbulum*. Nam *symbolam* in antiquis codicibus legi, testantur *Georgius Fabricius*, & *Gabriel Faernus*, fusque hanc lectionem probat *H. Stephanus*, libello de abusu linguæ Græcæ. *Id. Eun. 3. 4. 2.* In hunc diem ut de symbolis essem. Etiam hic est a recto *symbola*, non a *symbolum*. *Plaut. Stich. 3. 1. 35.* Eadem symbolam dabo, & jubebo, ad Sagarinum cœnam coqui, *Id. Curc. 4. 4. fo. 1. vers. 7.* Symbolarum collatores, apud forum piscarium.

Symbolīce, adv. *simbolicamente, sotto allegoria*, συμβολικῶς. *Gell. l. 4. c. 11.* Testimonios more Pythagoræ operte, atque symbolice κυάμους appellatos, quia sint ἐν τῷ κυΐῃ ζωοί, καὶ αἴτιοι τῇ κυΐῃ.

Symbŏlum, li, *n. contrassegno, indizio*, אות, σύμβολον, Græce ponitur pro quocunque signo, indicio, nota, a συμβάλλω, *conficio*. Latini symbolum usurpare unt pro anulo, quia eo pro signo utebantur ad literas, & vasa obsignanda, &c. *Plin. l. 33. cap. 1.* Græci anulum a digitis appellavere, apud nos prisci unguium vocabant, postea & Græci, & nostri symbolum. V. *Symbola*: ¶ Item tesseram, qua loco syngraphæ utebantur in contractibus. *Plaut. Pseud. 1. 1. 53.* Miles hic reliquit symbolum, expressum in cera ex anulo suo imaginem. Sæpissime hanc eandem vocem repetit *Plautus* in eadem Fabula, & fere in genmasculino usurpat. V. vocem seq.

Symbŏlus, i, *m.* συμβολος, idem quod symbolum, ideft anulus, tessera, chirographum, &c. *Plaut. Bacch. 2. 3. 29.* Eo præsente homini exemplo ostendit symbolum. Quem rute dederas ei eum, ut ferret filio. *N.* Quid? ubi est ostendit symbolum? *C.* Infit dicere adulterinum, & non eum esse symbolum. *Id. Pseud. 2. 2 57.* Dato eum symbolum illi. *Just. n. l 2. cap. 12.* Solicitare inquietos in partes suas statuit, &, cum colloquendi copiam non haberet, quo applicaturi erant, symbolos proponi, & saxis proscribi curat, &c. Quo in loco *symbolos* videtur appellare notas, quas Themistocles proposuerat, ut Jones his notis procul admoniti eo naves appellerent, & verba legerent, quæ in saxis proscribi curaret.

Symmăchus, i, m. Συμμαχος, Orator Romanus, qui missus fuit a Senatu Constantinopolim ad Theodosii liberos, rogatum, ut Vestales a Christianis destrui minime paterentur. Cujus rei gratia putabant se adversa multa a Diis esse passos. Ejus orationem & *Prudentius*, & *Ambrosius*, qui hujus meminerunt, acerrime confutarunt. Extant ejus epistolæ, viris tamen magis, qui sana a corruptis possunt discernere, quam adolescentulis legendæ. ¶ Fuit & *Symmachus* factorum librorum interpres, doctrinæ parum syncerè, cujus meminit *Eutropius*.

Symmetrĭa, æ, *f. proporzione, simmetria*, זמם, משקל, יחס, בנין, Germ. *gleichförmigkeit*, Gall. *symmetrie*, Hisp. *simetria*, συμμετρία, commensuratio, convenientia mensurarum, apta membrorum, & partium omnium proportio, quæ quibus adest, symmetræ, σύμμετροι dicuntur. *Vitruv. lib. 1. cap. 2.* Symmetria est ex ipsius operis, membris conveniens consensus, ex partibusque separatis, ad universæ figuræ speciem, ratæ partis responsus, *Plin. lib. 34. cap. 8. de Myrone statuario.* Numerosior in arte, quam Polycletus, & symmetria diligentior. *Id. ibid.* dicit, symmetriam non habere Latinum nomen; quam tamen alii scriptores variis vocabulis exprimere conati sunt; nam *Plin. jun. lib. 2. epist. 5.* congruentiam, & æqualitatem appellat; *Sueton. in August. c. 79.* commoditatem; *Gell. lib. 1. cap. 1.* competentiam; *Vitruv.* etiam *lib. 3. cap. 1.* commensum.

Symmĕtrus, a, um, adject. congruens, *proporzionato. Vitruv. lib. 1. c. 2.*

Symmonĭānum, trifolium, vel (ut *Ruellio* placet) symmoniacum, herbæ genus. *Col. lib. 6. cap. 17.* Plus enim ejusdem radix contusa prodest, vel symmonianum trifolium, quod invenitur contragosis locis, efficaciffimum traditur odoris gravis, neque absimilis bituminis, & idcirco Græci eam ὀσφάντιον appellant, nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium, Nam longis, & hirsutis follis viret, caulemque robustiorem facit, quam præsepe.

Symmysta, æ, m. ejusdem Dei, vel collegii sacerdos. *Apulej. in Apolog.* Unius Liberi patris Symmystæ, qui adestis.

Sympăsma, ătis, *n.* σύμπασμα, hoc est aspergo, seu id, quod aspergitur: a σύν, cum, & πάσσω, aspergo, conspergo. *Sympasmata* vocant Medici medicamenta, quæ corpori insperguntur. *Cel. Aurel. Acut l. 1. c. 38.*

Sympathĭa, æ, *f. simpatia, inclinazione naturale.* רצון, חפץ, יצר, Ger. *mitleidung*, Gall. *sympathie*, Hisp. *sympathia*, συμπάθεια, compassio, naturalis consensus, & convenientia, qualis est maris cum Lunæ natura, & heliotropii cum natura Solis. Græca vox est, & Græcis perpetuo literis scribitur a Cicerone, quem quidam Lexicographi afferunt ad ejus usum confirmandum. Usus est tamen Latine *Vitruv. lib. 1. cap. 1.* ubi ait: Similiter cum Astrologis, & Musicis est disputatio de sympathia stellarum. Item *Var.* apud *Non. cap. 6. n. 57.* Quam sympathiam lumbi ad oculos habeant.

Symphonĭa, æ, *f. sinfonia, concerto musicale*, קול שרה ושרות, גגינת, Ger. *zusamen stimmung*, Gall. *symphonie*, Hisp. *simphonia*, συμφωνία, consonantia, & musicus concentus, ἀπὸ τῆ συμφωνεῖν, quod est consonare, sive concinere. *Horat. de art. poet. v. 374.* Ut gratas inter mensas symphonia discors ostendit. *Senec. ep. 12.* Ad symphoniam canere. *Cic. Ver. 5. c. 44.* cum in eis conviviis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. *Id pro Cal. c. 15.* Bajis acta convivia, comissationes, cantus, symphonias, &c. ¶ Sumitur etiam pro organo musico. *Isid. l. 3. c. 11.* Symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte, pelle extensa, quam virgulis hinc, & inde Musici feriunt, ftique in ea ex concordia gravis, & acuti suavissimus cantus. Id vero *Isidorus* cum nullo exemplo confirmet, non facile usurpandum videtur. ¶ Symphonia item genus herbæ est, quæ & gomphena dicitur. *Apulejo* eadem est, ac Apollinaris, sive hyoscíamus. *Plin. l. 25. c. 7.* Symphonia, vel gomphena alterois viridibus, rofeisque per caulem foliis, in posca sanguinem rejicientibus medetur.

Symphoniăcus, a, um, adject. *da sinfoniaco*, מנגן, ad symphoniam pertinens. Symphoniaci homines, servi, vel pueri, *sonatori, musici*, συμφωνιακοὶ, sunt qui ad modulationes inusicas concentusque conficiendos comparantur. *Cic. pro Mil. cap. 21.* Milo tum casa symphoniacos pueros uxoris ducebat. *Idem Divin. Ver. cap. 17.* Symphoniacos servos adducebat per injurium, quibus se in classe uti velle dicebat. *Ascon. Pedian.* ad hunc locum notat, adhibitos fuisse etiam in navibus symphoniacos, qui remigantibus celeusma canerent, vel per assam vocem, hoc est ore prolatam, vel per citharam, ut in Argo navi. ¶ Symphoniaca herbat, eadem ac symphonia. *Fallad. lib. 9. tit. 12.* Si cerafus æstu canicularum fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torquebimus in coronam, vel ex ea juxta imum caudicem cubile faciemus.

Symphraretides, dum, m. 3. vel potius symphreatidæ, arum, m. 1. συμφρεάτιδαι, qui iisdem utuntur puteis, & per Metaphoram qui sunt ejusdem patriæ, seu civitatis. *Cic. l. 2. de Leg. c. 2.* Ut vestri Attici, priusquam Theseus eos demigrare ex agris, & in asty quod appellatur, omnes se conferre jussit, & symphreatidas ex Atticis fieri. Alii aliter legunt.

Symphÿton, *n.* σύμφυτον, genus herbæ. Duplex est. Unum dicitur symphyton petræum, estque herba in saxis nascens, origani similis, aut cunilæ bubulæ, ramis tenuibus, & parvis, tribus, aut quatuor a radice, capitulis thymi, furculosa tota, odorata, gustu dulcis, salivam ciens, longa radice, subrufa, crassitudine. Alterum dicitur symphyton majus, quod caule nascitur duorum cubitorum, aut majore, angulofo, inani, ut fonchus, & crasso, qui per brevia intervalla circumdatur foliis lanuginosis, oblongis, &c. Officinæ nomen symphyti retinuerunt. Herbariis, & vulgo *consolida major* vocatur, *consolida maggiore, rigaglio. Plin. l. 26. c. 8.* Symphyti radix illita enterocelas cohibet,

* Sympinsium, ii, *n.* vas capax, ex quo plures bibere possunt. *Arnob. lib. 7. p. 235.* V. *Simpuvium.*

Symplectos, pes est metricus constans duabus longis syllabis, & tribus brevibus. *Diomed. Grammatic. l. 3. pag. 478. Putsch.*

Symplegădes, dum, f. 3. *le Pavonare*, Συμπληγάδες, insulæ duæ sunt, vel potius scopuli matis Euxini, apud os Bosphori Thracii, inde 13. M. P. al. mille, & quingentis passibus ab Europa distantes, quæ alias Cyaneæ, item Planetæ dicuntur, quod errare videantur. Dictæ sunt a συμπλέκεσθαι, quo est connecti, conjungi, Nam Poetæ fabulati sunt, olim eas inter se concurrisse. Fabulæ occasionem præbuit quia tam modico sunt inter se disceræ intervallo, ut ex adverso quidem intiantibus geminæ cernantur, paulum veso deflexa acie, coeunium speciem præbeant. *Plin. l. 4. cap. 13.* & *l. 6. cap. 12. Ovid. 15. Met. vers. 337.* Timuit concursibus Argo Undarum sparsas Symplegadas elisarum, Quæ nunc immotæ perstant, vencisque resistunt. *Id. l. 1. Trist. el. 9.* Altera namque parat Symplegadas ire per altas. ¶ Poetæ etiam in numero singulari *Symplegas* dicunt, quasi una tantum insula sit. *Claud. in Eutrop. lib. 2. vers. 30.* Vitant instabilem rursus Symplegada nautæ. *Lucan. lib. 2.* Vanaque percussit pontum Symplegas inanem. ¶ Usurpatur etiam hoc nomen translate, *Martial. l. 11. ep. 100.* Si constringantur gemina Symplegade culi, Et Minyas intrant, Cyaneasque nates. Ubi per *geminam symplegadem* nates intelligit, simulque alludit ad Symplegades insulas, quas inter Minyæ navi Argo præterveeti sunt.

Symplēgas. V. *vocem præcedentem.*

Symplegma, ătis, *n.* σύμπλεγμα, חבוק, amplexus, complicatio. *Martial. libro 2. ep. 4.* Quo symplegmate quinque copulentur. *Plin. l. 36. c. 5.* Cephisfodori Praxitelis filii laudarum est Pergami symplegma, signum nobile digitis, corpori versus, quam marmori impressis.

Symposiăcus, a, um, adject. *da convito*, συμποσιακὸς, convivalis, ad sympofium, seu convivium pertinens. In titulo *c. 13. l. 6. A. Gellii* ita legitur: De quæstiunculis apud Taurum philosophum in convivio agitatis, quæ sympofiacæ vocantur. ¶ Notatur etiam hoc adjectivo liber *Platonis*, & *Plutarchi*, quod *Sympofium* inscribitur, quia scilicet hujusmodi quæstiones continet. *Gell. lib. 4. cap. 20.* Plutarchus in Sympofiacis dicit. *Id. lib. 17. cap. 11.* Plutarchus in libro Sympofiacorum.

Symposĭum, ii, *n. convito*, משתה, Ger. *zeche, mahlzeit*, Gal. *festin*, *banquet, repas*, Hisp. *combite*, συμπόσιον, comporatio, convivium, a σύν, *simul*, & πίνω, *bibo*. *Cic. l. 9. Fam. ep. 24.* Ut sapientius nostri, quam Græci: illi συμπόσια, aut σύνδειπνα, ideft comporationes, ac conccenationes, nos convivia, quod tum maxime simul vivitur. ¶ Hoc nomine inscriptus est *Platonis* liber περὶ Ἔρωτος, *h. e.* de amore, in quo Alcibiadem cum aliis inducit in convivio disputantem. *Gel. l. 1. c. 9.* A *Sympofio* Platonis incipere gestit, propter Alcibiadis comissationem. *Nepos in Alcib. c. 2.* De quo mentionem facit Plato in Sympofio.

* Sympsalma, σύμψαλμα, vocum copulatio in psallendo. V. Psalma.

Sympuvium. V. *Simpuvium.*

Synăda. V. *Synnada.*

Synærĕsis, f. 3. συναίρεσις, contractio. Figura, qua duæ syllabæ in unam contrahuntur, nullo sublato elemento, quæ etiam *Epizeuxis*, & *Synecphonesis* vocatur, cui contraria est *Diæresis*, seu *Dialysis*, qua una syllaba in duas dividitur, a σύν, *simul*, & αἴρω. *Virg. Æn. l. 6. v. 280.* Ferreique Eumenidum thalami. ¶ Vox Græca est, & Græce scribenda.

Synagōga, æ, f. *sinagoga, congregazione*, עדה, קהל, כנסת, συναγωγή, congregatio, cœtus, a συνάγω, *congrego*. Hoc nomine præcipue Hebræorum Ecclesia, sive societas in rebus sacris appellata est. *Tertul. adverf. Jud. c. 8.* & *13.* & *l. 3. adv. Marcion. c. 22.*

Synalœphe, es, f. 1. συναλοιφή. Figura Poetica, qua ultima vocalis, aut diphthongus præcedentis dictionis a prima vocali, vel diphthongo sequentis excipitur, & quodammodo absorbetur, a σύν, *simul*, & ἀλοιφή, *præsto*, vel ἀπὸ τῆ συναλείφειν, hoc est a conglutinando, propterea quod per eum duæ syllabæ in unam coalescant. *Virg. 1. Æn.* Conticuere omnes, intentique ora tenebant. V. Grammaticos. *Charif. l. 4. Diomed. l. 2.* & alios. ¶ Vox ipsa Græca est, & græce scribenda.

Synanche, es, f. *schinanzia*, אסכרא, συνάγχη, morbus acutus, quo fauces tumescunt, & spiritus intercluditur. Græca vox ab ἄγχω, strangulo, Latine *angina* dicitur. ¶ Cum Milesii oratores Athenas venissent petitum auxilium, Demosthenes acriter contendit apud populum, ut eis negaretur. Re in posterum diem dilata, nostu Milesii Demosthenem adierunt, multaque data pecunia obtinuerunt, ut postero die contra se dicere abstineret. Postridie Demosthenes lana multa collum fauceisque convolutas habens in concionem prodiit, & quoc contra Milesios non diceret, synanches morbum excusavit. Tum unus e populo, qui rem totam forte noverat, exclamavit, *non synanche Demosthenem, sed argyranche laborare*, hoc est argenti angina, quia pecunia corruptus fuerat Rem narrat *Gel. l. 13. c. 9.*

Synan-

synanchĭcus, a, um, adject. *ebi patisce di scaranzia. Apulej. de herb. 6. 109.* Synanchica passio. *Theod. Priscian. l. 1. c. 17.* Synanchicos efficere.

Synapothnescontes, συναποθνήσκοντες, simul morientes, commorientes, titulus cujusdam Græcæ Comœdiæ. *Plaut. in fragm.* apud *Priscian.* Synapothnescontes Diphili est Comœdia: Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Synarīstōsæ, arum, συναριστῶσαι, mulieres simul epulantes, quas repræsentavit in fabula quadam Menander, quæ ideo hoc nomine appellatur. *Plin. l. 23. c. 9. de femine myrti.* Apud Menandrum Synaristosæ hoc edunt.

Synathroæsmus, i, m. συναθροισμός, Figura, qua multa simul coacervantur, ἀπὸ τῆ συναθροίζειν, quod est congerere, seu congregare. Potest autem & singulis rebus accidere, ut sæpe. *Cic. Verr. 5. c. 44.* cum in eis conviviis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. *Id pro Cal. c. 15.* Bajis acta convivia, comissationes, cantus, symphonias, &c. ¶ Sumitur etiam pro organo musico. *Isid. l. 3. c. 11.* Symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte, pelle extensa, quam virgulis hinc, & inde Musici feriunt, ftique in ea ex concordia gravis, & acuti suavissimus cantus. Id vero *Isidorus* cum nullo exemplo confirmet, non facile usurpandum videtur. ¶ Symphonia item genus herbæ est, quæ & gomphena dicitur. *Apulejo* eadem est, ac Apollinaris, sive hyoscíamus. *Plin. l. 25. c. 7.* Symphonia, vel gomphena alterois viridibus, rofeisque per caulem foliis, in posca sanguinem rejicientibus medetur.

Synchōrus, a, um, adject. *da sinfoniaco*, מנגן, ad symphoniam pertinens. Symphoniaci homines, servi, vel pueri, *sonatori, musici*, συμφωνιακοὶ, sunt qui ad modulationes inusicas concentusque conficiendos comparantur. *Cic. pro Mil. cap. 21.* Milo tum casa symphoniacos pueros uxoris ducebat. *Idem Divin. Ver. cap. 17.* Symphoniacos servos adducebat per injurium, quibus se in classe uti velle dicebat. *Ascon. Pedian.* ad hunc locum notat, adhibitos fuisse etiam in navibus symphoniacos, qui remigantibus celeusma canerent, vel per assam vocem, hoc est ore prolatam, vel per citharam, ut in Argo navi. ¶ Symphoniaca herbat, eadem ac symphonia. *Fallad. lib. 9. tit. 12.* Si cerafus æstu canicularum fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torquebimus in coronam, vel ex ea juxta imum caudicem cubile faciemus.

Synchōrus, a, um, adject. *da sinfoniaco*, מנגן, ad symphoniam pertinens. Synchoriaci homines, servi, vel pueri, *sonatori, musici*, συμφωνιακοὶ, sunt qui ad modulationes inusicas concentusque conficiendos comparantur. *Cic. pro Mil. cap. 21.* Milo tum casa symphoniacos pueros uxoris ducebat. *Idem Divin. Ver. cap. 17.* Synchoriacos servos adducebat per injurium, quibus se in classe uti velle dicebat. *Ascon. Pedian.* ad hunc locum notat, adhibitos fuisse etiam in navibus synchoriacos, qui remigantibus celeusma canerent, vel per assam vocem, hoc est ore prolatam, vel per citharam, ut in Argo navi. ¶ Synchoriaca herbat, eadem ac synchonia. *Fallad. lib. 9. tit. 12.* Si cerafus æstu canicularum fatigetur, herbam synchoriacam circa arboris truncum torquebimus in coronam, vel ex ea juxta imum caudicem cubile faciemus.

Synchrĭsis, f. 3. σύγχυσις, תהו, Græce est confusio, fusio, turbatio ordinis, συγχέω, seu συγχύνω, *confundo*. A Grammaticis accipitur pro Hyperbato obscuro, seu transgressione confusa, & perturbata, ideft pro vitio Grammaticali, quo verba inter se longius permiscentur, & confunduntur, quam æquum sit, ut apud *Hor. l. 1. sat. 5. v. 49.* Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis. Rectus ordo erat. Namque pila ludere inimicum est lippis, & crudis. V. *Charisium l. 4.* & alios. ¶ Vox Græce scribenda.

Syncŏpa, æ, *vel* Syncope, es, f. 1. συγκοπή, concisio, Figura Poetica, per quam litera, vel syllaba de medio dictionis subtrahitur, a συγκόπτω, *cado, abscindo*, ut *periclis* pro *periculis*, *vixet* pro *vixisset*, cui contraria est Epenthesis. *Virg. 4. Æneid.* Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem. ¶ Ufitata etiam est Oratoribus, aliisque Scriptoribus in quibusdam vocabulis. *Cic. in Orat. c. 46.* Atque etiam a quibusdam sero jam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt. Nam *Pro Deum atque hominem fidem, Deorum* ajunt, Ita credo, hoc illi nesciebant, an dabat hanc licentiam consuetudo? Itaque idem Poeta, qui inusitatius contraxerat; *Fastis mei meum factum pudet*, pro *meorum factorum*, & *Texitur: exitium examen rapit*, pro *exitiorum*, non dicit *liberum*, ut plerique loquimur, cum *Cupidos liberum*, aut *In liberum loco* dicimus, sed, ut illi volunt, *Neque tuum unquam in gremium exvollas liberorum ex te genus*, &c. Hæc *Cicero*. V. *eund. ibid. c. 45.* & *46.* ubi multa ad hanc rem. ¶ Vox ipsa Græca est, & Græce scribitur a plerisque antiquis Grammaticis. *Charisf. l. 4. Diomed. l. 2.* & aliis. ¶ A Medicis ponitur Syncopa pro animi subita defectione, *deliquio*. Sed neque hoc sensu Latinum usum habet.

Syncŏpo, as, *n.* 3. Syncopare dicuntur jumenta, quæ subita virium defectione in itinere corruunt. *Veget. l. 1. de re Vet. c. 56.*

* Synerăsis, σύγκρασις, commixtio. Unus ex æonibus. *Tertul. adverf. Valent. cap. 8.*

Synerĭsis, f. 3. Figura, eadem quæ Antithesis, qua res, atque personæ contrariæ inter se comparantur, ut apud *Cic. pro Mur. c. 9.* Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas, ille, ut mature, quo intendit, cum exercitu perveniat, te gallorum cantus, illum buccinarum ftrepitus excitat. ¶ Vox Græca est, a συγκρίνω, *simul judico, comparo.*

Syndĭcus, i, m. *Sindico, rappresentante di qualche università, collegio, o Città*, συνήγορος, qui ab aliquo collegio, vel civitate ad causam ipsius agendam, ejusque jura tuenda electus est. A *Cic. in Divin. Ver.* actor dicitur. *Hermogenian. l. 1. Dig. de manerib. & honorib.* Munerum civilium quædam sunt pattimonii, alia personarum; personalia sunt civilia munera, defensio civitatis, ideft ut Syndicus fiat, ut &c. *Arcadius leg. ult. ejusd. tit.* Defensores quoque, quos Græci συνηγόρους appellant, qui ad certam causam agendam vel defendendam eliguntur. *Cajus Dig. lib. 3. tit. 4. leg. 1.* Quibus autem permissum est corpus habere, collegii, societatis, sive cujuscumque alterius nomine, eorum proprium est, ad exemplum reip. habere res communes, arcam communem, & actorem, sive fyndicum, per quem tamquam quod communiter agi, fieri oporteat, agatur, fiat.

Synecdŏche, es, f. 1. συνεκδοχή, Comprehensio, Intellectio, Tropus, per quem eorum pro parte, vel vice versa, vel antecedentia pro consequentibus usurpantur. Hæc definitio complectitur octo illoc modos, quibus Synecdoche fit. V. *Quintil. l. 8. c. 6.* ubi interdum Græcis, interdum Latinis literis hanc vocem scribit. ¶ Est etiam Figura verborum per detractionem, per quem aliquod vocabulum prætermittitur, quod facile ex cæteris intelligitur. Hæc Figura ab Auctore ad Her. non agnoscitur, vel cum Apofiopesi confunditur. Hujusmodi est illa apud *Cic. Att. l. 16.* Ego, si Tito ad me, cogito in Tusculanum, h. e. si Tito ad me venerit, cogito proficisci in Tusculanum.

* Synecdochĭce, adv. συνεκδοχικῶς. *Hier. l. 2. c. 12. in Matt.*

Synecphonēsis, f. συνεκφώνησις, figura metrica, eadem quæ Synæresis, Græcæ originis, atque usus. *Mar. Victorin. Grammat. l. 1.*

Synēdrus, m. 3. συνέδρος, confessor, adfessor, consiliarius. *Liv. l. 45. c. 32. de Macedonibus*: Senatores, quos Synedros vocant, legendos esse, quorum consilio Respublica administraretur.

Synemmĕnon, i, συνημμένον, adjunctum, connexum, uti explicat *Gell. l. 16. c. 8.* ubi ostendit quid sit συνημμένον ἀξίωμα apud Græcos. ¶ *Nexa synemmenon. vrite synemmenon, paranete synemmenon* nomina sunt chordarum musicarum apud *Vitruv. l. 5 c. 4.* quarum prior *nete synemmenon*, h. e. penultima conjunctarum, respondere videtur ei, quæ a recentioribus Musicis dicitur *D la sol*: altera *paranete synemmenon*, h. e. penultima conjunctarum, *C sol fa*: tertia *trite synemmenon*, h. e. tertia conjunctarum, *B fa b mi.*

Synephēbi, m. 2. συνέφηβοι, adolescentes simul pubescentes. Quod nomen inditum est comœdiæ Statii Cæcilii. *Cic. 2. de Fin. c. 2.* Synephebos ego, inquit, potius Cæcilii, aut Andriam Terentii, quam utraque Menandri legam? *Id. de Sen. c. 7.* Ait Statius in Synephebis.

Synephītes, æ, m. συνεφίτης, gemma lactei coloris, alio nomine galactites. *Plin. l. 37. c. 10.* Galactites ex uno cologe lactis est. Eandem dicunt leucogeam, & leucographiam, appellant & synephitem, tritam lactis succo & sapore notabilem.

* Synĕsis, is, f. συνίσεις, intelligentia, perspicatia. *Tertul. adverf. Valent. c. 8.* V. Synthesis.

Synesĭus, ii, m. Συνέσιος, Philosophus Christianus, e Pentapoli Africæ. Præsul Ptolemaidis factus, scripsit Græce libros in Grammatica, & Philosophia, Panegyricos, Epistolas, & alia. *Suid.*

* Syngenicon. V. Polygyngecon.

Syngrapha, æ, f. *scrittura, canzione, obbligo in iforitto*, כתובה, שטר, Ger. *handschrift*, Gall. *cedule*, Hisp. *cedula*, συγγραφή, scriptura, sive schedula, quæ fit propria manu contrahentium ad pactorum fidem, & ab utroque subscribitur, ac ab utraque parte servatur, a συγγράφω, *conscribo, simul scribo*. Differt a chirographo, ut ostendunt hæc *Asconii* verba in *3. Verr.* Inter syngraphas, & cætera chirographa hoc interest, quod in cæteris tantum, quæ gesta sunt, scribi solent, in syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, &, non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solent more institutoque Græcorum, & cæteræ tabulæ ab una parte servari solent, syngraphæ signatæ utriusque manu, utrique parti servandæ traduntur. Hæc *Asconius*. *Cic. l. 7. Fam. ep. 17.* Tamquam enim syngrapham ad Imperatorem, non epistolam attulisses, sic pecunia ablata, domum redire properabas. *Id. de Aruspic. resp. c. 13.* Alterum putabo regem, si habuerit, unde tibi solvat, quod ei per syngraphamcredidisti. *Id. pro Dom. c. 50.* Facere syngraphas cum aliquo. *Id. pro Mur. c. 17.* Agere ex syngrapha, *far lite sopra una canzione, o scrittura*. *Id. Attic. l. 5. ep. 21.* Postulare aliquid ex syngrapha, *pretendere in vigor d'una scrittura d'obbligo.*

Syngrăphus, i, m. idem ac syngrapha. *Plaut. Asin. 4. 1. 1.* Age, ifum ostende, quem conscripsi, syngraphum inter me, & amicum, & lenam. ¶ Idem *Plautus* syngraphum posuit etiam pro chirographo, quod belli tempore datur, ut liber transitus quoquo sit, *passaporto, salvacondotto*. Sic enim ait *Captiv. 2. 3. 90.* Eadem opera a Prætore fumam syngraphum, quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire ut liceat domum.

* Synistor, oris, συνίστωρ, conscius, titulus unius ex Menippeis *Varronis*.

Synizēsis, is, f. συνίζησις, a σὺν, *simul*, & ἵζω, *sedeo*: figura est apud Grammaticos, cum duæ vocales, aut vocalis, & diphthongus in unam syllabam quasi confiduntur, ut in illo *Virg. Æn. 1. v. 702.* Aurea quæ consurgit sponda, mediamque locavit: & *Lucret. l. 1. v. 306.* Uvescunt: eædem diffanſæ in fole feresecunt: & apud Græcos Πηλεΐδεω Ἀχιλῆος. *Servius ibid.*

Synnăda, æ, f. & Synada, orum, n. 2. Synada, *Sinada*, urbs Phrygiæ Magnæ, hodie pene jacens, apud Juliopolim, & Eumeniam, marmore clara. *Cic. lib. 3. Fam. ep. 8.* Iisdem diebus meus conventus erat Apameæ, Synnadis, Phtiomeli; tuus Tarsi. *Plin. l. 5. c. 29.* Alter conventus a Synnada accipit nomen.

Synnadensis, se, adject. ad Synnada urbem pertinens, ut Synnadense forum. *Cic. Attic. l. 5. ep. 21.*

Synnadĭcus, a, um, adject. idem quod Synnadensis, ut Synnadicus lapis, apud *Plin. l. 35. c. 1.* ¶ Legitur & *Sinnadicus*.

Synnas, *vel* Synas, *vel* Sinas, adis, (tot enim modis scriptum invenitur) f. urbs Phrygiæ, eadem quæ Synnada, marmoribus pulcre maculosis celebris. *Strat. l. 12. fol. 4. v. 36.* Sola nitet flavis Nomadum decisa metallis Purpura, sola cavo Phrygiæ quam Synnados antro Ipse cruentavit maculis lucentibus Atys. *Id. l. 2. silv. 2. v. 87.* Synnade quor mœsta Phrygiæ fodere fecures.

Synochitis, idis, f. συνοχιτὶς, gemma, qua Magi umbras inferorum evocatas teneri asserunt. *Plin. l. ult. c. 11.* Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines Deorum, synochitide umbras inferorum evocatas teneri.

Synodĭa, æ, f. συνοδία, *congresso*, קהל, congressus, colloquium, a σύν, *simul*, & ὁδὸς, *via*. *Cic. Att. l. 10. ep. 7.* Injecta autem mihi spes quædam est, velle mecum Servium Sulpitium colloqui: Si vir esse volet, præclara synodia: Sin autem, erimus nos qui solemus. Pleræque editiones habent συοδία Græcis literis exaratum.

Synodĭcus, a, um, adject. in itinere conjunctus. Synodica Luna dicitur a *Jul. Firmic. lib. 3. cap. 6.* cum est in conjunctione cum sole, quo scilicet tempore lumine omnino caret.

Synodītæ, arum, m. συνοδῖται, videntur esse monachorum comites in itinere, solent enim Monachi iter facientes aliquem ex collegii sui inferiore ordine comitem eligere: hujusmodi monachos nunc Itali vocant *Laici, aut Conversi*. *Arcad. & Honor. l. 7. Cod. de episcop. audient.* Addictos supplicio nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam, quos Synoditas vocant, licear vindicare.

Synodontes, συνοδόντες, pisces, qui & synagides dicuntur. *Plin. l. 37. c. 10. Ovid. in Halieut. v. 107.*

Synodontites, m. 1. συνοδοντίτης, gemma ex cerebro synodontis pisces. *Plin. l. ult. c. 10.* Synodontites e cerebro

pta Jovem. ¶ Denique synthesis est figura syntaxeos, ubi constructio non ad verba, sed ad verborum sensum referitur, estque duplex: alia, cum nomini collectivo singularis numeri verbo m plurale subjicitur, ut in illo *Virg. Æn.* 1. v. 216. *Pars in frusta secant*: Alia, cum altero substantivo nomine posito, alterum subintelligitur, & cum illo adjectivum concordat, ut in illo *ejusd. Æn.* 12. v. 899. Vix illud lecti bis sex cervice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus; *corpora* enim posuit, sed *ut lecti* ad *homines*, quod in mente habebat, retulit. Utrumque synthesis genus est in illo *Statii Theb.* 7. v. 605. Subeant Tegeæa juventus Auxilio tardi.

* Syntonator, organorum musicorum magister. *Lap.* apud *Spon. miscel. sect.* 6. p. 234.

Syntonus, a, um, adj. σύντονος. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *prope fin.* Quotidie magis lascivimus, syntonorum modis saltitantes. Ubi *syntona* videntur esse musica quædam scabella, quæ pedibus pulsata symphoniacum quendam, ejusdemque semper tenoris sonum edebant modcrandæ voci aptum. Alii tamen leg. *Sybaritarum*.

Syntrophium, ii, *n.* συντρόφιον, herba, quæ rubus, seu eruscus dicitur. *Apulej. de herb. c.* 87.

Syphax, acis, m. Σύφαξ; Numidiæ Rex, qui cum Scipioni per Lælium fuisset conciliatus, bellique societatem cum eo iniisset, postea violata fide Annibali adhæsit. Tandem victus a Masinissa, vivus in Scipionis manus perductus est, a quo in triumphum ductus, & deinde in carcerem inclusus veneno, vel inedia vitam finiit, ut Polybius narrat. Nam *Liv. l.* 30. *c. ult.* dicit, eum mortuum fuisse Tybure ante triumphum. Regnum ejus Masinissæ concessum est. Ejus regia fuit Siga urbs. *Plin. l.* 5. *c.* 2. In obliquis penultimam longam habet. *Ovid. 6. Fast. v.* 769. Postera lux melior vincit Masinissa Syphacem. Reperitur tamen correpta. *Claud. de bello Gild. v.* 91. Haurire venena Compulimus dirum Syphacem, fractumque Metello, &c.

Syracosius. V. *Syracusius*.

Syracusæ, arum, f. i. *Siracusa, Saragosa*, Συρακοῦσαι, urbs Siciliæ, quatuor urbibus constans, Neapoli, Achradina, Tyche, & Insula, teste *Cicerone 6. Verr. Diodoro*, & *Livio*; ambitu supra 22. M. P. Est in ora orientali Vallis Neetinæ, ubi fons Arethusa, inter Catinam & Pachynum prom. Prius Ortygia dicebatur. Condita fuit ab Archia Corinthio, teste Stephano. Fuit pulcherrima, & potentissima. Genuit multos magnos viros, in his Archimedem summum illum Mathematicum, Theocritum, qui Bucolica scripsit, Epicharmum, & Demolchum ejus filium insignem Comicum Olympiade 73. Philemonem novæ Comœdiæ scriptorem, ætate Alexandri Magni, qui anno 90. nimio risu obiit, Photinum item Comicum sub Gelone Tyranno. Vino etiam celebris est. *Solinus in Polybistore* scribit in Sicilia primum Comœdiam inventam fuisse. *Ovid. 4. Fast. v.* 873. Utque Syracusas Arethusidas abstulit armis Claudius, & bello te quoque cepit, Eryx.

Syracusani, orum, m. pl. cives Syracusarum, qui & Syracusii, & Arethusii. Diffissimi erant. Eo divitiarum pervenere, teste *Strabone l.* 6. ut proverbio diceretur, *Ne decima quidem Syracusanorum pars*, in eos, qui se divites venditarent. Ut autem olim erant opibus florentissimi, sic fuere & voluptatibus addictissimi, ut propterea *Mensa Syracusana*, proverbio satis vulgato, apud Aristophanem, Athenæum, & alios, de mensa lautissima diceretur. Olim longum bellum cum Catinensibus gessere. *Justin. l.* 4. *c.* 3. & 4.

Syracusius, & Syracosius, & Syracusanus, a, um, adj. *Siracusano*, ad Syracusas pertinens. *Claud. in epigr. de sphæra Archimedis*: Ecce Syracusius tra rsluit arte senex. *Ovid. 6. Fast. v.* 277. Arte Syracusia suspensus in aere clauso stat globus. *h. e.* arte Archimedis. Alii leg. *Syracosia*. *Id. in Ibin, v.* 551. Utque Syracosio perstricta fauce Poetæ. *h. e.* Philemoni, qui Syracusius fuit. *Virg Ecl. 6. vers.* 1. Syracosio versu ludere. *h. e.* Bucolice, quale fuit carmen Theocriti Syracusii. Hic quoque alii leg. *Syracosio*. *Plaut. Men.* 5. 9. 10. Siculus sum Syracusanus.

Syræum. V. *Siræum*.

* Syrëon, herbæ nomen, de qua. *Plin. l.* 24. *c. ult.*

Syri, orum, m. pl. סוּרִיִּים, pop. Syriæ, qui etiam in Cappadocia sunt, teste Strabone, qui & Leucosyri *Plinio*, & *Ptolemæo*. *Cic. 2. de Or. c.* 66. Nostros homines similes esse Syrorum venalium, ut quisque optime Græce sciret, ita esse nequissimum. ¶ Fortunam coluere. Pisces etiam venerati sunt, quibus vesci nefas putabant. Causam *Ovid. 2. Fast. v.* 459. affert, quia, cum olim Venus una cum Cupidine Typhonem fugeret, bello Gigantum, & in Euphratem cannarum strepitu perterrita prosiluisset, duo pisces accurrere, qui eos trans flumen incolumes vexerunt, qui etiam eo merito in cælum a Poëtis translati fuisse finguntur. ¶ Hortorum cultores fuisse feruntur, ut *Multæ Syrorum olera*, apud *Plinium l.* 20. *c.* 5. *vice* proverbii habeatur in eos, qui in rebus plus voluptatis, quam utilitatis afferentibus occupantur. ¶ Callidi, & fraudulenti sunt. Hinc *Syri adversus Phœnices* apud *Suidam* proverbium est in versipelles, & fraudulentos mutuo, qui hoc agant, ut dolis se mutuo circumveniant, quales erant inter se Syri, & Phœnices. Nisi dicamus, hoc proverbium in maleficos proferri, quales Syros fuisse tradunt. ¶ Plurimi Syrorum servi erant apud Romanos: unde *Syrus* servile nomen est apud Comicos. *Juvenal. Sat. 6. v.* 350. Quam, quæ longorum vehitur cervice Syrorum.

Syria, æ, i. *Soria*, סוּרִיָא, Turcis *Souristan*, Συρία, prov. Asiæ. Ejus fines sunt a Sept. Amanus mons, quo a Cappadocia, & Armenia separatur, a Mer. Arabia Petræa, & Ægyptus, ab Occ. ejusdem Arabiæ Petrææ pars, & mare Syriacum, sive Phœnicum, usque in Ægyptum, & Amanus mons, quo a Cilicia submovetur, ab Or. Euphrates amnis, quo discernitur a Mesopotamia, usque ad Thapsacum opp. atque inde Arabia deserta. ¶ Differt ab Assyria. Nam Assyria est ultra Mesopotamiam, & trans Tigrim fl. Mediam, & Susianam versus. Cæterum multi hæc nomina confundunt, ut *Herodotus*, qui Syros a Græcis dictos, Assyrios a Barbaris dici scribit, & illis Chaldæos annumerat. *Acron* quoque, & *Porphyrio* insignes Grammatici, apud *Horatium*, eam, quæ nunc Syria dicatur, olim Assyriam dictam, addita syllaba, scribunt. *Ammianus Marcellinus* similiter *l.* 23. scribit, quæ olim Assyria dicebatur, nunc omnem Syriam appellari.

Syriacus, a, um, Συριακός, סוּרִי, quod ad Syriam pertinet, ut Boves Syriaci, ideſt qui sunt in Syria. *Plin. l.* 8. *c.* 45. Syriacis non sunt palearia. ¶ Syriacus Prætor, qui Syriam regit. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Nam si te interioribus vicinis tuis, Ciliciensi, & Syriaco anteponis. ¶ Syriacum, seu Syrium mare, Phœnicium Plinio, Sidonium Eustathio, Judaicum Tacito, *Mare di Soria*, mare apud Syriam, quod Phœnicium, Palæstinamque alluit. ¶ Radix Syria, idem ac silphium, quod Larini laserpitium vocant, quia, ut inquit Dioscorides, ex Syria, & Media optima hujusmodi radix afferebatur. Vulgus nostrum hanc herbam, ut inquit Ruellius, pariter & radicem ab auctoritate, & nobilitate Angelicam, & radicem S. Spiritus, & Imperatoriam appellat. *Col. lib.* 11. *cap.* 23. Nec minus, si vernum, & æstivum fructum voles habere, Syriacæ radicis, & rapi, napique semina obrues. ¶ Syriacus ros, δροσόμελι, cæli sudor, sive aëris se se expurgantis succus, in foliis stirpium concrescens, præcipue in Syria, juxta Libanum montem, unde & Nomen accepit. Arabes manna appellant: quo nomine utuntur & Officinæ. Quidam accipiunt pro succo radicis silphii, qui Græcis ὀπὸς κυρηναϊκὸς etiam dicitur, hoc est succus Cyrenaicus, quod in Cyrenaica provincia, quemadmodum & in Syria, optimus nasceretur in silphio. *Col. lib.* 9. *cap.* 13. Vel uvæ passæ cum rore Syria eo cum peri mensura pinsitæ. ¶ Syriacus raphanus, species raphani cæteris raphani speciebus suavior, & tenerior, & patientior hyemis. A Syria, unde primum advectus fuit, nomen retinuit. *Plin. lib.* 19. *cap.* 5. Alterum rapi figura, quod vocant Syriacum, suavissimum fere, ac tenerrimum, hyemisque patiens. Præcipuum tamen est, quod e Syria non pridem advectum apparet, quoniam apud Auctores non reperitur: id autem tota hyeme durat. ¶ Lapis Syriacus, idem ac recolithus, qui calculos renum frangit, qui alias Judaicus vocatur, ut Aetius auctor est. Causa utriusque nominis est, quia nascatur in Judæa, sive Syria Palæstina. Meminit & *Solinus* & alii,

* Syriarcha, æ, m. συριάρχης, Sacerdos deæ Syriæ. *Cod.* 5. 27. 1.

* Syriarchia, æ, f. συριαρχία, Syriarchæ dignitas. *Cod. Theod.* 12. 1. 103.

Syriaticus, a, um, adject. idem quod Syriacus. *Florus lib.* 4. *cap.* 9. Syriatico bello succeſſit, ut debebat, Ætolicum. *Salmasius* notat, in antiquis codicibus &c. quentius reperiri *Syriaticus*, quam *Syriacus*. Alii tamen in loco *Flori* allato leg. *Syriaco*.

Syrictæ, m. 1. συρῖκται, pop. inter Nomades Indiæ. *Plin. l.* 7. *cap.* 2. Megasthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantum habentem, anguium modo loripedem, vocari Syrictas.

Syricus, a, um, adject. idem quod Syriacus, ut Syrica mala. *Col. l.* 5. *c.* 10. Syricum attramentum. *Plin. l.* 35. *c.* 6. ubi docet, ita vocari colorem quendam fictitium ex sinopide, & fandyce mixtis, quo minium adulteratur.

Syringatus, a, um, adj. excavatus in modum fistulæ, intus inanis factus. Hædus *Syringatus* dicitur ab *Apic. l.* 8. *c.* 6. cujus intestina probe expurgata, omni emissa fæce, & vacua facta sunt, ut condimentis tarciri possint, quibus postea confuris, integrum coquitur, & mensæ infertur.

Syringlos, i, m. genus calami, qui totus concavus est, utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. *Plin. l.* 16. *c.* 36.

Syringites, æ, m. 1. συριγγίτης, gemmæ genus, a σύριγξ, *fistula*. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Syringites stipulæ internodio similis, perpetua fistula cavatur.

* Syringotomus, i, m. συριγγοτόμος, cultellus incidendis fistulis accommodatus. *Veget. R. V.* 2. 17. al. *syringorotomium*.

Syrinx, gis, f. Nympha Arcadiæ, quæ cum Panos vim effugere non posset, miseratione Deorum mutata est in paluſtres calamos. *Ovid. 1. Met. vers.* 689. inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas Naias una fuit, Nymphæ Syringe vocabant. ¶ Ex iis calamis idem Pan concinnavit fistulam, quam sæpe inflabat ad Nymphæ desiderium levandum, eodemque nomine Σύριγγα appellavit, quæ vox Græce calamum, seu fistulam pastoritiam significat: item canaliculum, seu cavitatem in catapulta. *Vitruv. l.* 10. *cap.* 15. Canaliculi, qui Græce σύριγξ dicitur, longitudo &c. Alii leg. τριγξ. ¶ Sunt etiam *Syringes* cavitates subterraneæ. *Ammian. lib.* 22. *cap.* 39. Sunt & syringes subterranei quidam, & flexuosi secessus. *Id. lib.* 17. *c.* 15. Aut in cavernis minutis terrarum, quas syringas vocamus.

Syriscus, i, adject. diminut. a *Syrus*, Συρίσκος. Apud *Terent. Adelph.* 5. 1. 1. ita appellatur Syrus servus bland endi causa.

Syrisca, æ, f. Σύρισκα, mulier e Syria, a *Syrus*, ut Libyssa a Libys, Cilissa a Cilix. *Virg. in Copa*, *v.* 1. Copa Syrissa, caput Graja redimita mitella.

Syrite, es, f. i. inf. Joniæ, apud Ephesum, quæ nunc mediterranea effecta est. *Plin. l.* 2. *c.* 89.

Syrites, æ, m. 1. συρίτης, genus lapidis. *Plin. l.* 11. *c.* 37. In vesica lupi lapillus, qui syrites appellatur.

Syrium, ii, n. σύριον, oleum, seu succus lilii expressus. *Plin. lib.* 21. *cap.* 19. & *lib.* 23. *cap.* 4.

Syrius, a, um, Σύριος, qui est ex Syria. *Virg.* 2. *Georg. vers.* 87. Cruſtumiis, Syriisque pyris, gravibusque volemis. *Col. lib.* 5. *cap.* 10. Ea sunt Crustumina regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur. ¶ Syrium munus, unguentum e Syria. *Prop. lib.* 2. *el.* 10. *vers.* 30. Cum dabimur Syrio munere plenus onyx. ¶ Syriæ Dea, eadem videtur esse quæ Cybele Deum mater, ut probat *Selden. de Diis Syris*. Alii Venerem esse voluerunt, alii Junonem. *Flor. l.* 3. *c.* 19. Syrus quidam, fanatico furore simulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem servos concitavit.

Syrma, atis, n. σύρμα, *Virg.* 3. *Georg. vers.* 87. Cruſtumiis, Syriisque pyris, gravibusque volemis. *Col. lib.* 5. *cap.* 10. Ea sunt Crustumina regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur. ¶ Syrium munus, unguentum e Syria. *Prop. lib.* 2. *el.* 10. *vers.* 30. Cum dabimur Syrio munere plenus onyx. ¶ Syriæ Dea, eadem videtur esse quæ Cybele Deum mater, ut probat *Selden. de Diis Syris*. Alii Venerem esse voluerunt, alii Junonem. *Flor. l.* 3. *c.* 19. Syrus quidam, fanatico furore simulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem servos concitavit.

Syrma, atis, n. σύρμα, longa, genus vestis longæ, humum verrens, a σύρω, traho, *Donat.* sive aliius *prolegom. in Ter.* Syrmata dicta sunt ab eo, quod trahuntur, quæ res ab scenica luxuria inſlituta est. Nempe syrma vestis erat oblonga: unde *profundum* appellat *Sidonius l.* 7. *ep.* 14. Hoc vestis genere in tragœdiis utebantur, teste Polluce, quo personæ heroum, vel heroinarum videruntur proceriores. *Valer. in Phormione*, apud *Priscian. l.* 6. Quid hic cum syrmatis vestibus, & syrma facis? Ubi *syrma* antique ufurpat pro *syrmate*. *Juven. sat.* 8. *v.* 229. Longum tu pone Thyestea syrma, vel Antigones. Quo ex loco patet, *syrma* ad utrumque sexum pertinuisse. *Prudent. in Psychomachia v.* 365. Ut tenet incessus vestigia syrmate verrac. ¶ Metonymice ponitur pro tragœdia, pro stylo tragico. *Martial. l.* 4. *epigr.* 49. Musa nec infano syrmate nostra tumet, *ideſt* stylo tragico. *Id. l.* 12. *ep.* 96. Aptasti longum tu quoque syrma tibi. *h. e.* tu quoque te ad tragœdiam contulisti.

Syrmaticus, a, um, adj. ut Syrmaticum jumentum, apud *Veget. lib.* 3. *Rei veter. c.* 22. h. e. claudicans, & dolore aliquo coxam trahens.

Syrna, æ, f. Σύρνα, opp. in Chersonneso Cariæ adhærente, a Podalyrio conditum & nomine Syrnes uxoris ejus ita appellatum. Ferunt enim, Podalyrium, cum in Cariam esset ejectus, a captivo quodam fuisse servatum, & ad Damasthum regem deductum, cujus filiam de rebo delapsam cum detracto ex utroque brachio sanguine servasset, admiratus hominis ingenium Damasthus, filiam, ejus beneficio servatam, ei uxorem tradidit, Cherroneso illi in dotem attributa: in qua Podalyrius duas urbes condidisse traditur, quarum altera uxoris, alteri patris nomen indidit. *Steph.*

Syrobatæ, m. 1. pop. Æthiopiæ, altitudinis octo cubitorum, ad Astapum fl. inter Nomades. *Plin. l.* 6. *c.* 30. *l.* 7. *c.* 2.

Syrophœnicia, æ, f. regio Phœniciæ proxima Syriæ maritimæ.

Syrophœnix, icis, com. 3. qui est ex Syrophœnice, idem ac Phœnix. *Juven. Sat.* 8. *v.* 159. Obvius assiduo Syrophœnix udus amomo.

Syros, i. f. *Sira*, insula maris Ægei, una ex Cycladibus, patria Pherecidis. *Plin lib.* 4. *cap.* 12.

Syrpe. V. *Sirpe*.

Syrticus, a, um, adject. ad Syrtim pertinens. *Senec. de vita beat. cap.* 14. Deprehensi in mari syrtico, modo in sicco relinquuntur, modo torrente unda fluctuantur: *Id. epist.* 90. Gentes Syrticæ. ¶ Ponitur & generatim pro arenoso, & sterili. *Lucan. lib.* 10. *cap.* 38. Syrticus Ammon. *Sidon. l.* 8. *ep.* 12. Syrticus ager, & vagum solum.

Syrtis, is, vel idis, f. *Sirte*, σύρτις, locus arenosus in mari a σύρω, *traho*, quat *σύρσις*, *tractus*. Etymon id approbat Sallustius in Jugurtha, ubi a tractu syrtes Africæ nominatas ait. Ac respexit eodem *Festus Avienus*, cum ait, Late tra ilit æquora syrtis. *Virg.* 10. *Æneid.* In syrtis, in saxa volans vos Turnus adoro Ubi *syrtis* accusativus pluralis est per contractionem pro *syrtes*, vel *syrteis* more Græcorum. ¶ Speciatim, per excellentiam, dicitur de mari vadoso, & sæpuloso Africæ, inter Byzacenam ad Occ. & Cyrenaicam ad Or. longe, lateque diffuso, *le secche di Barbaria*, quod apud *Senecam* mare Syrticum. In magnam & parvam dividitur. Magna, seu major sinus est magnus maris Mediterranæ in ora Africæ, inter Leptim magnam ab Occ. & Berenicen urb. Cyrenaicæ ac Or. vulgo *Golfo di Solocho*, & *Golfo di Palo*, al. *Golfo di Sidra*. Syrtis parva seu minor est sinus maris Mediterranei in ora Africæ, inter Taphruras ad Occ. & Zetham prom. ab Or. apud Laptim magnam, *Golfo di Capi* Ortelio, & *Golfo di Berbo* Fazello. Utraque Syrtis navigantibus est periculosissima, quod mare ibi vadosum sit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant dorsaque, & brevia in alia, atque alia loca transferunt. *Sallust. in Jug. c.* 78. Duæ sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamen natura, quorum proxima terris perlata sunt, cæterum, uti fors tulit, ajta, alias tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse cœpit, & ventis æstare cœpit, limum, arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt; ita facies locorum cum ventis simul mutatur. *Virg. 4. Æn. v.* 41. Et Numidæ infræni cinguntur, & inhospita Syrtis. ¶ Aliæ quoque celebres syrtes sunt, ut in America Septentrionali, in mari Æthiopico, &c. de quibus V. Geographos. ¶ Translate Syrtis patrimonii. h. e. vorago: quam tamen metaphoram minus probat *Cicero lib.* 3. *de Orat. cap.* 41. & *scapulum* aptius esse scribit.

Syrtites, æ, gemma, ita dicta quod circa Syrtes Libyæ permixta arenis, fluctibus expulsa fervente freto reperitur. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

Syrus, i, scrobs subterranea. V. *Sirus*.

Syrus, a, um, adject. idem quod Syrius, & Syriacus, ut Syra lagena. *Martial lib.* 4. *epigr.* 46. Syra vina. *Horat. lib.* 1. *od.* 31. ¶ Syri, populi Syriæ. V. *supra Syri*.

Systema, matis, n. *systema*, σύστημα, מַעֲרֶכֶת, שֶׁלֶד, compages, constructio. Solo adhiberi pro rerum dispositione, quo sensu nondum vidimus idoneum latini sermonis proris exemplum. ¶ Transferrur ad explicanda genera multorum sonorum musicalium, qua de re. V. *Martian. Capellam l.* 9. *tit. Quid sit systema*.

Systole, es, f. i. συστολή, Figura Poetica, per quam syllaba natura longa corripitur *Virg.*

Virg. Æn. v. 827. Ille autem, paribus quas fulgere cernis in armis. ¶ Locum etiam habet, cum syllaba longa positione, altera consonante extrita, brevis fit. *Lucan. l.* 8. *v.* 796. Cur obicis Magno tumulum, Manesque vagantes? V. *Diomed. Lucan. l.* 8. *v.* 796. Cur obicis Magno tumulum, Manesque vagantes? *Id. l.* 2. & *Charisf. l.* 4. qui tamen Græce semper hanc vocem usurpant.

Systylos, i, σύστυλος, species ædium columnas habens rariores pycnostylo, crebriores autem diastylo, ita ut inter unam alteramque columnam duarum columnarum crassitudo interjaceat. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2.

Syzygia, *vel* Syzugia, συζυγία, תְּמוּרָה, conjugatio, conjunctio, a σύω, & ζεύγνυμι, *copulo*, *jungo*. Figura est Poetica, quæ fit variorum pedum velut in unum, pedem collecta conclusione, ut definit *Sergius Grammat. in Donat. pag.* 1832. *Putschii*. ut si v. g. dictio aliqua quatuor syllabarum numerum excedens, in duas partes, aut tres dividatur, hæ partes syzygiæ appellantur, ut *ædificatio* nullum per se pedem efficit, at si dividatur hoc modo *ædifice-atio*, duos dactylos facit; si hoc modo *ædifica-tio*, choriambum, & pyrrhichium.

DE LITTERA T

T Littera consonans muta, cognationem quandam habet cum *d*, ut ait *Quintil. lib.* 1. *cap.* 4. Veteres namque *Alexantor*, & *Cassantra* olim scripsere, quod postea *Alexander*, & *Cassandra*. ¶ In veteribus Senatusconsultis littera T subscripta significabat, illud Senatusconsultum a tribunis pl. quoque approbatum fuisse. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 2. ¶ In prænominibus T significat *Titus*, ut T. *Livius*, *T. Manlius*.

T A N T E A

Taautes, Deus apud Phœnices, ut Saturnus apud Latinos. *Var. l.* 4. *de L. L. cap.* 10. Principes dei Cælum, & Terra, hi iidem, qui in Ægypro Serapis, & Isis, qui sunt Taautes, & Astarte apud Phœnicas.

Tabanus, i, m. 2. *tafano*, Ger. *ein bram*, Gall. *taon*, Hisp. *tavano*, μύωψ, vel οἶστρος, prout Glossæ Cyr. interpretantur, muscæ genus, quod & *asilum* Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maxime infestat. Unde Poetæ *fingunt*, Io puellam, tabano a junone immisso, versam fuisse in insaniam. *Varro l.* 2. *de R. R. c.* 5. Itaque quod eas æstate tabani concitare solent, & bestiolæ quædam minutæ sub cauda. *Plin. lib.* 11. *cap.* 28. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sive tabanum dici placet, item culicibus, & quibusdam muscis.

Tabefactus, a, um, nom. particip. *liquefatto*. *Solin. c.* 8. Tabefactis nivibus, & liquentibus.

Tabella, æ, f. *tavoletta*, לוּחַ, πινάκιον, parva tabula, *Plin. l.* 16. *c.* 39. Lignum tabellis pictorum immortale. *Cic. 7. Fam. ep.* 32. Exhedria tabellis ornare, *di quadri*. *Martial. l.* 11. *ep.* 32. Pictor multiplices struit tabellas. h. e. placentas in modum tabellarum. ¶ Dicitur etiam de codicillo, in quo scribebant, *scritture*, *lettere*. *Fest.* Tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro, citroque, sive privatim, sive publice opus erat, certiores absentes faciebant. Unde adhuc tabellarii dicuntur, & tabellæ missæ ab Imperatoribus. Hæc *Fest.* Fiebant tabellæ istæ e fago, abiete, buxo, tilia, sive phylira, acere, citro, ebore. Iis vero cera inducebatur: unde *ceratas tabellas* legimus, & *ceram* simpliciter pro *tabellis*. Hasce tabellas postquam scripserant, lino obligabant, & ceram anulo suo obsignabant. Hinc *Plaut. Pseud. a.* 1. *sc.* 1. *v.* 39. Phœnicium Callidoro amatori suo per ceram, & linum, literasque interpretes *Salutem* mittit. Et *Bacch. a.* 4. *sc.* 4. *v.* 60. Cedo tu ceram, ac linum actutum, age, obliga, obsigna cito. Et *Cicero* 3. *Catil. cap.* 5. Tabellas proferri jussimus, quæ a quoque dicebantur datæ. Primum ostendimus Cethego, signum cognovit. Nos linum incidimus, legimus; erat scriptum ipsius manu, &c. Rursus *Plaut. Curc.* 2. 3. 26. Tabellas obsignare, *sigillare*. *Juvenal. Sat.* 6. *v.* 199. Si tibi legitimis pactam, junctamque tabellis Non es amaturus. h. e. uxorem ductam rite, & secundum leges, conventione matrimoniali in tabellis perscripta. Tabellis obsignatis cum aliquo agere, est suo illum scripto convincere. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 11. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris, quid aliquando dixerim, aut scripserim. ¶ Tabellæ item dicebantur, in quibus populus suffragium, aut judices sententiam perscribebant, *voti*. *Cic. in Pis.* Me universa civitas non prius tabella, quam voce priorem Consulem declaravit. *Id. 1. Ver.* Ceratam unicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami, ac nefaria. ¶ In Comitiis de legibus distribuere duo tabellarum genera populo distribuebant, unum in quo duæ literæ U. R. scriptæ erant, ideſt *Uti rogas*, *Uti eu*, *qui legem ferebat*, *nos rogas*, *ita jubemus*, alterum, in quo litera A. quæ significabat *Antiquo*, ideſt *legem refpuimus*. Si igitur cives legem acciperent, punctum scribebant in tabellis in quibus erant literæ U. R. illoque puncto significabant, se velle, *sicuti* interrogabantur: si improbabant, punctum scribebant in tabellis, in quibus erat litera A. & eo puncto significabant, se antiqua velle, legemque illam repudiare. *Sigon. de Judiciis*, *l.* 3. *cap.* 15. In Comitiis de reis ternæ tabellæ dabantur, sive judicium a Populo, sive a Judicibus fieret, quarum in una scriptum erat A, ideſt *Absolvo*; in altera C, ideſt *Condemno*; in tertia N. L. ideſt *Non liquet*, h. e. *causam plane non intelligo*, *quare neque absolvo*, *neque condemno*. Igitur cives, in qua vellent tabella, punctum scribebant, quemadmodum cuique videretur. *Sigon. de Judiciis*, *l.* 2. *c.* 22.

Tabellarius, ii, m. *corriero*, *portalettere*, מְנַאֵף, Ger. *briefträger*, Gall. *courrier*, *porteur de lettres*, Hisp. *correo*, γραμματοφόρος, qui tabellas, ideſt literas perfert. *Cic. 2. Phil. c.* 31. Janitor, qui tu es a Marco tabellarius. *Id. l.* 14. *Fam. ep.* 22. Nos quotidie tabellarios vestros expectamus. ¶ Accipitur item pro eo, qui rationes conficit, & data, acceptaque in tabulas refert, *computista*. *Sidon. lib.* 4. *ep.* 11. Ille suscipiebat hunc granditer, habens in eo consiliarium in judiciis, vicarium in ecclesiis, procuratorem in negotiis, villicum in prædiis; tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem. Alii leg. *tabularius*.

Tabellarius, a, um, πινακιακός, quod ad tabellas pertinet. Lex tabellaria fuit, ne suffragia posthac a Populo voce, sed tabella, ideſt ne palam, & aperte, sed clam, & occulte ferrentur. Hac lege constituturum fuit, genus illud libertatis Civium Romanorum, quo Civium suorum, gratiæ non erant obnoxii; qui enim palam alicui repugnare non audebant, per tabellas quidvis poterant efficere sine ullius offensione. Hujus generis leges quatuor fuere. Prima Gabinia, lata a Gabinio, ut populus in ereandis Magistratibus suffragium non, ut antea, voce, sed per tabellas ferret: altera Cassia, lata a L. Cassio Longino, ut in judiciis quoque tabellæ adhiberentur, excepto perduellionis crimine. Tertia Papiria, lata a C. Papirio Carbone, oratore illo eloquentissimo, ut leges etiam per tabellas jubarentur, aut, verarentur: quarta denique Cælia, lata, a quodam Cælio trib. pl. qua sanxit, ut etiam in judiciis perduellionis usus tabellarum esset, atque his quatuor legibus complexi sunt ea omnia, quæ suffragiis ferendis tranſigi poterant. *Cicer. 3. de Legib. cap.* 15. Quis non sentit, auctoritatem omnem optimatium tabellariam, legem abolusse? V. *eund. ibid. &. cap.* 16. *Plin. lib.* 3. *epist.* 20. *lib.* 4. *epist.* 25. ¶ *Tabellariæ naves* sunt, quæ præmitti solent, & nuntiare, fecuturæ classis adventum. *Senec. epist.* 77. *l. al.* 78. *initio*.

Tabellio, onis, m. *notaio*, מְחוֹק, γραμματεύς, notarius, qui tabulas, hoc est testamenta, & publicas scripturas conficit. *Firmic. lib.* 4. *cap.* 5. Tabelliones publicos facit, qui ex literis quærent vitæ subsidia. *Capitolin. in Maurino*, *cap.* 4. Venator primo, mox etiam tabellio. ¶ Utrum idem, notarius, dici possit. V. *Notarius*.

Taběo, es, bui, sine sup. n. 3. *liquefarsi*, τήκομαι, langueo, deficio, confumor. *Ovid. 7. Met. vers.* 541. Lanæque cadunt, & corpora tabent. ¶ *Virg.* 1. *Æneid. vers.* 172. Sale tabentes artus in litore ponunt. *h. e.* fessos, & languidos incommodis navigationis, & nausea.

Taberna, æ, f. i. *bottega*, חָנוּת, Ger. *herberg*, *kauffladen*, Gall. *boutique*, *logis*, *taverne*, Hisp. *ciendas*, *venta*, ἐργαστήριον, dicta est quasi *tabularna* per syncop. a *tabula*, nam proprie significat ædificium, seu casam ex tabulis constructam, ut ait *Ulpian. l.* 183. *Dig. de Verb. sign.* quo sensu forsasse usurpavit *Horat. l.* 1. *od.* 4. Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres; quamquam & de loco, ubi merces venduntur, commode accipi potest. Differt

ab officina, quia in hac res ab opificibus efficiuntur, in taberna vero venduntur. *Cic. 2. Philip. c.* 9. Taberna libraria. *Id. pro Cluent. c.* 63. Instructa, & ornata taberna medicinæ exercendæ causa, *una spezieria*. *Var. l.* 7. *de L. L.* Taberna vinaria. *Plaut. Men.* 3. 2. 81. Taberna diversoria, *osteria*. *Cic. 2. de Inv. c.* 4. Divertere in tabernam, *andar all'osteria*. *Liv. l.* 26. *c.* 11. Taberna argentaria, *bottega da orefice*. ¶ Romæ in foro plures erant tabernæ, præcipue argentariæ, apud quas auctiones fieri solebant, ut ex *Cic. pro Cæc.* & *Quintil. l.* 6. colligitur. Aliæ veteres dicebantur, aliæ novæ, quarum mentio fit a *Plaut. in Curcul.* 4. 1. 19. & a *Liv. l.* 26. *c.* 27. ¶ Pro officina *Juvenal. sat.* 13. *v.* 55. & jam siccato nectare tergens Brachia Vulcanus Liparea nigra taberna.

Tabernaclarius, ii, m. qui tabernas conficit. *Inscripc. apud Gruter. pag.* 642. *nu.* 8. Collegium tabernaclariorum.

Tabernaculum, i, n. *tabernacolo*, *alloggiamento*, *padiglione*, סֻכָּה, אֹהֶל, Ger. *eine hutten od. zelt*, Gall. *tabernacle*, Hisp. *tienda delience*, *otablat*, σκήνωμα, subitarium quoddam tectum frondibus, aut stragulis operrum, adversus Solis, tempestatisque injuriam; cujusmodi sunt, quæ in castris excitantur, & modo huc, modo illuc transferuntur, a *taberna*, quod veluti taberna quædam sit. *Cæs. l.* 6. *B. G.* Hic, diffisus suæ, ac omnium saluti, inermis ex tabernaculis prodit. *Cic. in Pison. c.* 25. Domum mihi biduo ante conduxerat; quæ si vacua non fuisset, in campo Martio mihi tabernaculum collocassem. Et translate. *Id. 3. de Orat. c.* 20. Qui in una philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocarunt. ¶ Capere tabernaculum augures dicebantur, cum ad augurium captandum locum eligebant, tabernaculumque statuebant, ex quo de cælo servarent. *Cic. l.* 1. *Divin. c.* 17. Cum tabernaculum vitio cepisset imprudens. *Id. ibid. l.* 3. *c.* 35. Tabernaculo recte capto.

Tabernarius, ii, m. *bottegajo*, רַבָּל, תַּרְנָם, Ger. *ein kramer*, Gall. *tavernier*, Hisp. *tendero*, *o mesonero*, ἐργαστηριάρχης, κάπηλος, institor, qui in taberna merces suas venales habet, qui rebus minutatim vendendis præest. *Cic. pro Flac. cap.* 8. Opifices, & tabernarios, atque illam omnem faecem civitatum, quid est negotii concitare? ¶ Sumitur etiam pro eo, qui præest curandis tabernis, ut aquarius pro aquarum, & aquæductuum curatore. *Cal. Cicer. l.* 8. *Fam. epist.* 6. Nisi ego cum tabernariis, & aquariis pugnarem verernus civitatem occupasset. Tabernarios *Celius* hic vocat non omnes omnium mercium institores, verum eos omnes, quorum in tabernas homines cibi gratia conveniunt, hoc est caupones. V. Manut. ad hunc locum. ¶ Adjective tabernarias blanditias dixit *Apul. in Apolog.* hoc est, rusticas, plebejas, viliores, quales abhiberi solent ab hominibus cauponas frequentantibus, vel ab ipsis cauponibus ad hospites alliciendos.

Tabernula, æ, f. *picciola bottega*. *Apul. lib.* 7. *Met.* Nocte tabernulam quandam, vitatis maris fluctibus, incubabat.

Tabes, is, f. *liquefazione*, *liquore*, מַק, τῆξις, colliquatio, liquefactio, liquor, a Dorico τάκω, pro τήκω, ideſt liquo, liquefacio. *Ovid. 9. Met. de Hercule in Oeta monte*; Ambustique sonant nervi, cæcaque medullis Tabe liquefactis, &c. *Id. 3. de Pont. eleg.* 1. Tinctaque mortifera tabe sagitta madet. *Liv. l.* 21. *c.* 36. Fluentem tabem liquescentis nivis. *Plin. l.* 9. *c.* 35. *de Cleopatra*: Cujus (acceti) vis in tabem margaritas resolvit. ¶ Item sæpe pro corporis humani colliquatione ex morbi diuturnitate, vel nimia extenuatione ex cura, animique ægritudine

Tabrăca, f. 1. *Tabarca*, col. & urbs Africæ, in ora maris Medit. in R. Algerii, & Constantina prov. cum portu capaci. *Juv. sat. 10. & Sil. l. 3.*

Tabŭla, æ, f. *tavola*, קֶרֶשׁ, לוּחַ, *Gesbreet, tafel, tisch*, Gall. *table, planche, ais*, Hisp. *tabla*, πίναξ, πλαξ, asser, pars arboris, quæ in longitudinem secta est, varia crassitudine. *Cic. 3. Offic. c. 23.* Si tabulam de naufragio stultus arripuerit. ¶ Quoniam vero tabulis ad multas, & varias res antiqui usi sunt, hinc tabula speciatim varie accipitur. Nam tabula dicebatur instrumentum, quo tesseris, seu talis ludebant, quæ *lusoria tabula* vocabatur, & *latruncularia*, item *alveus*, & *alveolus*, in quo pyrgus erat, seu turris, in quam tali conjiciebantur. *Sen. de tranquil. anim. c. 14.* Lusisse tu Canium in illa tabula putas? illusit. ¶ Item sumitur pro pictura, *quadro*: nam veteres in tabulis ligneis pinxere. *Cic. 5. de Fin. c. 1.* Epicuri imaginem in tabulis habent. *Propert. l. 1. eleg. 2.* Qualis Apelleis est color in tabulis. ¶ Item usurpabatur pro instrumento, in quo scribebant, & metonymice pro quacunque scriptura. Nam scribebant plerunque in tabulis ligneis cera obductis. *Liv. l. 4.* Constituerum est, eam domum unicuique nostrum debere existimari, ubi quis sedes, & tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. Hinc *tabula accepti, & expensi*, idest codices, in quibus describebant pecuniam, quam accipiebant, & expendebant. *Cic. pro Rosc. Com.* Si tabulas C. Fannius accepti, & expensi profert suas in suam rem suo arbitratu scriptas. *Id. 6. Att. ep. 2.* Tabulæ Dicæarchi. *h. e.* liber de Geographia. ¶ Item tabulæ erant codices, in quibus sua testamenta scribebant, quo nomine & ipsa testamenta vocabantur. *Ulp. l. 1. ff. de bonor. poss. secund. tabul.* Tabulas testamenti accipere debemus omnem materiæ figuram. Igitur scripta qualiacunque sint, sive chartæ, sive membranæ, sive corium alicujus animalis, tabulæ recte dicuntur. *Tic. pro Cœl.* Cœlius tabulas nullas fecit. *Martial. l. 5. epigr. 33.* Quadrantem Crispus tabulis, Faustine, supremis Non dedit uxori. Cui dedit ergo? sibi. ¶ Liceræ item, & syngraphæ omnes tabularum nomine appellabantur. *Cic. pro Flac.* Ne corrumpi tabulæ facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit. *Plaut. Asin. 4. 1. 18.* Ne epistola quidem ulla sit in ædibus, nec cerata adeo tabula. ¶ Erant etiam tabulæ auctionariæ, in quibus argentarii, quarum rerum auctio futura esset, perscribebant. Hinc metonymice *tabula* pro auctione ponitur. *Cic. pro Cæc.* Adest ad tabulam, licet Ebutius. *Id. lib. 14. Fam. epist. 2.* Quemadmodum a Vestæ ad tabulam Valeriam ducta esses. *h. e.* a templo Vestæ ad tabulam, in qua scripta lex Valeria de venditione bonorum proscriptorum, & profugorum, ut & tu ipsa bona nostra vendere cogereris. Alii explicant, ad tabulam Valeriam, *h. e.* ad tabernam Valerii argentarii, nam ad hujusmodi tabernas acta fori perscribebantur, & præsertim auctiones. Hujusmodi autem fuit *tabula Sextia*, de qua idem *Cic. pro Quinct. c. 6.* ¶ Tabulæ in comitiis quoque, & in judiciis locum habuerunt. V. *Tabella. Cic. in Pison.* Cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogativæ. ¶ Demum in tabulis ex ære leges scribebantur, deinde in foro pro Rostris illæ tabulæ figebantur, ut ab omnibus legi possent. Unde per Metonymiam tabula etiam legem signat. *Cic. 12. Phil.* Num figentur nescio hæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis? *Id. l. 12. Fam. ep. 1.* Tabulæ figuntur, immunitates dantur. ¶ Tabulæ novæ erant lex de ære alieno plebis creditoribus invitis relaxando. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 6.* Alii sita definiunt: Tabulæ novæ appellantur, quando debitores creditas pecunias cum usuris persolvere non coguntur ipsis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, novæ tabulæ conficiuntur. Hanc legem ut nemo unquam nisi perturbandæ Reipublicæ cupidus promulgavit, sic optimus semper quisque, & otii amantissimus repudiavit. *Cic. 2. Offic. c. 23.* Tabulæ vero novæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? *Sallust. in Catil.* Tunc Catilina polliceri cœpit tabulas novas, proscriptionem locupletum. ¶ Duodecim tabulæ, idem est, ac leges duodecim tabularum, quæ erant leges Romanorum, ab Atheniensibus, aliisque Græcorum civitatibus, quæ sapientissimæ tunc habebantur acceptæ. Cum enim ob crebras plebis contentiones cum Patribus, ob nexorum injurias a fœneratoribus, ob legem agrariam ferendam, ob alterum Consulem de plebe creandum, aliisque de causis maxime turbaretur Respubl. placuit communes quasdam leges ferri, quibus æque omnes tenerentur. Itaque missis in Græciam tribus Legatis, descriptæ sunt inde variæ leges, ex quibus a Decemviris optimæ quæque selectæ, & in duodecim Tabulis perscriptæ sunt, circa annum Urbis 302. eæque populo promulgatæ centuriatis Comitiis perlatæ sunt. His legibus quantum auctoritatis tributum sit, docet *Cic.* apud quem Crassus *l. 1. de Orat. c. 44.* Fremant, inquit, omnes licet; dicam quod sentio: bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII. Tabularum libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare. Vide *Rosin. l. 2. antiq. Rom. c. 6.* ubi hæ leges collectæ habentur & explicatæ. ¶ Apud rei rusticæ Scriptores tabula sumitur pro agrorum mensura. *Pallad. l. 3. tit. 9.* Nonnulli ternos pedes inter singulas vites dimittant: sed hoc genere divisionis in jugerali tabula pangentur tria millia, quod si duos semis pedes inter vites relinqui placuerit, in eadem tabula ponentur vites quatuor millia, *jugeralis tabula* est idem ac jugerum.

Tabulamentum, i. n. *tavolato*, tabularum, seu asserum colligatio. *Frontin. lib. 1. strateg. c. 1.* Junxit dolia, constravitque tabulamentis.

Tabularĭa, æ, f. idem quod tabularium, ut Tabulariæ publicæ. *Claud. apud Non. cap. 3. nu. 110.*

Tabulārĭs, & re, o. *j.* πινακικός, quod ad tabulas pertinet, ut *Temperatura æris tabularis*, quæ accommodatissima erat conficiendis æreis tabulis, quibus ea incidebantur, quorum memoriam posteritati traditam volebant. *Plin. l. 34. cap. 9.* Æs omne frigore magno melius fundi, sequensque temperatura statuaria est, eademque tabularis, hoc modo massa conflatur, &c. ¶ Substantive *tabularia, rium*, dicuntur laminæ æreæ igne candentes, quæ reis torquendis admovebantur. *Sen. 3. de ira, c. 19.* Bidiculis, tabularibus, equuleo, igne torquere. Alii leg. *tribularibus*.

Tabularĭum, ii, n. *archivio, cancellaria*, בֵּית סְפָרִים, γραμματοφυλάκιον, locus, in quo tabulæ, hoc est instrumenta, & literæ, & acta publica reponuntur. *Virg. l. 2. Georg. v. 502.* Nec ferrea jura, Insanumque forum, aut populi tabularia vidit. *Cic. pro Arch. c. 4.* Hic ea tabulas desideras, Heraclienium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interiisse scimus omnes.

Tabularĭus, rii, m. ratiocinator, fupputator. *Senec. epist. 88.* Non esse felicioremo, cujus patrimonium tabularios lassat. *Ulp. l. ult. ff. si mensor falsum modum dixerit*: Ego & adversus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione fefellit. ¶ Dicitur etiam de tabellionibus, qui Magistratuum acta, & rationes conscribunt, *notaj pubblici*; quo munere ante Arcadii constitutionem servi publici fungebantur. Differunt tamen tabularii a tabellionibus, quod his rationum tabulæ nullæ committuntur. *Arcad. l. ult. ff. de mun. & honor.* Logographi, vel tabularii. *Ulpian. l. 3. de tab. exhib.* Si custodiam tabularum ædituus, vel tabularius suscepit.

Tabulātim, adv. *a misura di tavole*, dispositione per tabulas jugerales facta. *Pallad. lib. 3. tit. 9.* Maxime expedier genera farmentorum tabulatim disponi.

Tabulatĭo, onis, f. 3. σανίδωσις, tabularum compositio, & textura. *Cæs. l. 2. B. C. c. 9.* Ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent.

Tabulātum, i, n. *solajo, palco*, עֲלִיָּה, מִקְרֶה, Ger. *fus boden, eine buhne*, Gall. *plancher*, Hisp. *sobrado*, σανίδωμα, solarium, idest plana superficies, tabulis constrata. *Cato c. 3. R. R.* Si in terra, vel tabulato olea nimium diu sit, putrefecet. *Cæs. 6. B. G. cap. 28.* In extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit. ¶ Rursus tabulata dicuntur rami externi in arboribus in plana tendentes, non in aleiora crescentes. *Col. l. 5. c. 6.* Cum deinde adolescere incipient ulmi, falce formanda sunt, & tabulata intruenda. *Virg. 2. Georg. v. 361.* Summasque sequi tabulata per ulmos.

Tabŭlātus, a, um, adject. tabulis constratus. *Plin. l. 2. ep. 17.* Adhæret dormitorium membrum, transitu interjacente, qui suspensus, & tabulatus conceptum vaporem salubri temperamento huc illuc digerit, & ministrat.

Tabulinum. V. *Tablinum*.

Tabum, i, n. corruptus sanguis, juxta Servium, שֹׁחַד, vel αἷμα νεκρὸν, *sanguis mortui*, ut Philoxeni Glossæ interpretantur, a *tabes*, vel a τάκω, Dorico, pro τήκω, *liquo, liquefacio*. Est nomen diptoton, idest duorum tantum casuum, genitivi, & ablativi. *Virg. 3. Æn.* Et terram tabo maculant. *Ovid. 2. Metam. v. 760.* Protinus Invidiæ nigro squalentia tabo Tecta petit. *Cic. 1. Tusc. ex Poeta*: Saxa spargens tabo, sanie, & sanguine atro. *Lucan. l. 6. v. 547.* Stillantis tabi saniem, virusque coactum. ¶ *Tabus* m. g. *Senec. in Herc. Oet. v. 520.* Tabum fluentem vulneris dextra excipit, Traditque nobis ungulæ infertum suæ. Al. leg. *tabem infertam*.

Taburnus, m. 2. *Taburo*, mons Campaniæ, in conf. Samnii, apud Caudium, inter Capuam, & Nolam, Casertæ urbi finitimus, olivis inter alios abundans. *Virg. 2. Georg. v. 28.*

Tacăpe, f. 1. *Capes, Caps*, col. & urb. Africæ, ad Syrtim parvam, & ostia Tritonis, inter Thœnas & Zetham prom. Hic ager fertilissimus, & vites biferæ. *Plin. l. 18. c. 22.*

Tacapensis, e, adj. a Tacape, ut Tacapensis ager, apud *Plin. l. 16. c. 27.*

Tacĕo, es, cui, citum, a. 2. *tacere, star cheto*, שָׁתַק, חָשָׁה, דָּמָה, Ger. *schweigen*, Gall. *se taire, ne dire mot*, Hisp. *callar, estar cheto, estarse*, σιωπάω, nihil loquor, silco, obmutesco. Usurpatur vel absolute. *Cic. 3. Agr.* Si illa solum sanciret, quæ a Sylla essent data, tacerem. ¶ Vel cum acc. *Cic. 1. de Or. c. 26.* Enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui, & tacendum putavi. ¶ Vel cum abl. & præp. *de. Cic. Att. lib. 1. ep. 19.* Nimis diu de rebus alicujus tacere. ¶ Usurpatur & impersonaliter. *Ter. Adel. 3. 4. 28.* Ignotum est, tacitum est, creditum, *Cic. 3. Agr.* Ut doceam Rullum posthac in his saltem tacere rebus, in quibus de se, & de suis factis tacere velit. ¶ Translate etiam dicitur de iis, quæ sine voce sunt, pro quiescere. Sic agrum, & mare tacere dicimus, in quo nullus auditur strepitus. *Virg. 3. Ecl.* Cum tacet omnis ager. *Ovid. heroid. ep. 21.* Plectra dolore tacent. ¶ Quoniam vero, cum aliquid laude dignum est, laudamus; & e contrario maleficta non laudamus, factum est, ut tacenda non laudanda, & non tacenda laudanda dicantur, per Metalepsin. *Ovid. lib. 2. de art. v. 603.* Eximia est virtus præstare silentia rebus: At contra gravis est culpa, tacenda loqui. *Martial. l. 1. ep. 50.* Vir Celtiberis non tacende gentibus.

Tacĭtabundus, a, um, adj. tacens. *Donat. in vita Virgilii*: Quare ille sæpe tacitabundus discedebat. Al. *tacibundus*.

Tacĭte, adv. *tacitamente*, בְּדְמָמָה, לְאַט, σιγῇ, σιωπηρῶς, cum silentio, secrete, submisse. *Plaut. Pœn. prol. v. 32.* Matronæ tacite spectent, tacite rideant. *Liv. l. 42. c. 16.* Et quanquam dissimulare, & tacite habere id, patique constituerat. *Cic. pro Leg. Man. c. 5.* Tacite rogare.

Tacĭto, adv. idem quod tacite. *Justin. l. 18. c. 4.* Mitigato interim vultu, fugam tacito molitur.

Tacĭtŭlus, a, um, adj. diminutivum a *tacitus*. *Varro apud Non. c. 1. n. 234.* Novus maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingulum.

Tacĭtum, i, n. *secreto*, res arcana. *Ovid. 3. amor. eleg. 7. v. 51.* Taciti vulgator. *Senec. ep. 54.* Ei, qui soleat ebrius fieri, non dari tacitum. ¶ *Per tacitum*, est per silentium. *Senec. in Thyest. v. 396.* Nullis nota Quiritibus ætas per tacitum fluat. Tacitum ferre, *Cic. Att. l. 2. ep. 3. & Liv. l. 3. c. 45.*

Tacĭturno, is, n. 4. tacere cupio. *Sidon. l. 8. ep. 26.* Et si tacere nondum cœpimus, certe taciturnire jam deliberavimus.

Tacĭturnĭtas, atis, f. *taciturnità*, דְּמָמָה, σιγή, σιωπή, actus tacendi, silentium. *Cic. l. 1. Fam. ep. 5.* Sed nosti hominis rarditatem, & taciturnitatem. *Id. Att. l. 7. ep. 8.* Suspicionem mihi majorem tua taciturnitas attulerat.

Tacĭturnus, a, um, *taciturno, silencioso*, דּוֹמָם, Germ. *still, verschwreigen*, Gall. *taciturne, qui parle peu*, Hisp. *taciturno, σιγηλός, σιγηρός, σιωπηρός*, qui natura facile tacet, qui paucorum est verborum, & minime garrulus. *Cic. pro Sext. c. 9.* Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum, atque incultum videbant. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 83.* Ingenium statua taciturnius. ¶ Translate fumitur pro quieto, in quo nullus auditur strepitus. *Horat. l. 3. ode 29.* Caretque Ripa vagis taciturna ventis. ¶ Superlat. *Plaut. Curc. 1. 1. 20.* Valet ne nostim? PH. Bellissimum hercle vidi, & taciturnissimum.

Tacĭtus, a, um, *tacito*, דּוֹמֵם, Ger. *stillschweigend, verschwiegen*, Gall. *tacite, secret*, Hisp. *tacito*, Στωπῶν, qui tacet. *Cic. 4. Ver. c. 73.* Cum id quoque constabit, vos jam me tacito intelligeris. ¶ Tacitum os alicui præbere, est nihil prorsus respondere. *Cic. 1. Ver.* Qui testes priore actione interrogare nolueris, & iis tacitum os præbere malueris, &c. ¶ Aliquando passive fumitur, pro eo, quod tacetur. *Virg. 6. Æn.* Quis te, magne Cato, tacitum, aut te Cosse, relinquat? *Cic. l. 3. Fam. ep. 8.* Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. ¶ Tacitæ induciæ sunt, quæ verbis non exprimuntur. *Liv. l. 2.* Interesse pauci dies, velut tacitis induciis utrinque quiete sumpta. ¶ Tacitum ferre alïquid dicitur is, de quo tacetur aliquid, quod taceri maxime cupit. *Liv. l. 3. c. 45.* Ferro hinc tibi summovendus sum, Appi, ut tacitum feras quod celari vis. *Cic. Att. l. 2. ep. 3.* Cærera si reprehenderis, non tacitum feres *non la portarai fuori senza che io mi risenta*. ¶ Metonymice ponitur pro eo, quod tacere facit, vel cum taciturnitate conjunctum est. *Cic. pro Cluent.* Vocat me amplio jamdudum tacita vestra expectatio. *Liv. l. 1.* Sed silentium triste, ac tacita mœstitia ita defixit omnium animos. ¶ Translate fumitur pro quieto, quod sine strepitu fit. *Ovid. l. 6. Fast.* Tacitisque senescimus annis. *h. e.* qui fluunt absque eo quod sentiamus. *Stat. 2. Sylv. 2.* Timide Primum vestigia jungit Accessu tacito. ¶ Item pro occulto. *Cic. Att. l. 4. ep. 16.* Senatus decrevit, ut tacitum judicium ante comitia fieret.

Tacĭtus prænomine Cornelius, Orator clarissimus, æqualis, ac familiaris Plinii junioris, sub Vespasianis, Domitiano, Nerva, Trajano, Hadriano. A Vespasianis, ad honores evectus est. Galliæ Belgicæ rationes procuravit, Historiam Principum conscripsit ab Augusto usque ad Hadrianum, quæ ad nos haud integra pervenit. Scripsit & de clariis Oratoribus: præterea vitam Agricolæ soceri sui. Scripsit quoque de moribus, ac situ Germanorum: atque hæc omnia stilo sublimi, presso, arguto, & sententioso. *Flavius Vopiscus* tradit hunc auctorem tanquam e suis progenitoribus, Tacitum Imp. quotannis decies describi, no liber periret, eumque in omnibus bibliotheciis apponi jussisse.

Tactĭlis, & le, o. 3. quod tangi potest. *Lucr. l. 5. v. 159.* Tactile nil nobis quod sit, contingere debet.

Tactĭo, onis, f. *toccamento*, הִגְעָה, ἅψις, actus tangendi. *Cic. 4. Tusc. c. 9.* Et quadlis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum. *Plaut. Aulul. 4. 10. 14.* Quid tibi ergo meam me invito tactio est? h. e. quid meam rem tangis?

Tactus, us, m. *tatto*, Ger. *das anruren*, Gall. *touchement*, Hisp. *tacto*, ἁφή, tangendi actus. *Virg. 2. Æn.* Tactuque innoxia molli Lambere flamma comas. ¶ Tactus item est unus ex quinque corporis sensibus a cerebro per nervos in totum corpus diffusus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 56.* Tactus in toto corpore æqualiter fusus est, ut omnes ictus, omnesque nimios & frigoris, & caloris appulsus sentire possimus. *Plinl. 10. c. 69.* Ex sensibus ante cætera homini tactus, denique gustus; reliquis superatur a multis.

Tactus, a, um, *toccato*, πεψηλάφημένος, partic. a tangor. *Cicer. pro Cæc. cap. 13.* Verum ita est, ut dicis, te dejectum debeo intelligere, etiamsi tactus non sis. *Idem post red. cap. 3.* Tribuni sanctissimum corpus non solum tactum ac violatum manu, sed etiam vulneratum ferro, confectumque vidisti. *Idem lib. 2. de Orat.* Illud tertium, quod & a Crasso tactum est, *toccato brevemente, accennato. Manil. lib. 3. elog. 22.* Tacta loqui, *cose vere, e come toccate con mano.* ¶ Tactus de cælo, idem est ac fulmine percussus. *Cicer. 2. de nat. Deor.* Natæ statua de cælo tacta. *Plinl. 36. cap. 4.* Simulacrum e cælo tactum. ¶ Translate accipitur pro commoto, incitato. *Ovid. 4. Trist. eleg. 5.* Tactus cupidine laudis.

Tæda, æ, f. *face, facella*, לַפִּיד, Ger. *eine torfche od. fackel*, Gal. *torche, falve*, Hisp. *tea*, δᾷς, δαδίον, fax ex arbore, quæ picem fert. Est a δαΐς, sive δάϊς, quod faculam, vel lampadem signat. Ab accusativo δαΐδα est tæda, ut ab ἐβδομὰς dicimus, ἑβδομάδα, unde *hebdomada* dicunt Latini. *Cæs. lib. 3. B. G.* Magno vento, & secundo compleras onerarias naves tæda, & pice, & stupa, reliquisque rebus, quæ sunt ad picendia, in Pomponianum classem immisit. *Cic. pro Rosc. Amer. cap. 24.* Agitari, ac perterreri furiarum tædis ardentibus. ¶ Per Synecdochen Latini tædam usurpant etiam pro ipsa arbore. *Juvenal. sat. 12. vers. 57.* I nunc, & ventis animam committe, dolato Confisus ligno, digitis a morte remotus Quatuor, aut septem, si fit latissima tæda. *h. e.* tabula ex pinu, vel picea, ex qua navis componitur. Adde *Plin. lib. 16. cap. 10.* ¶ Per Metonymiam dicitur de morbo arborum, qui ex abundantia succi, & ubertate larga luxuriantis naturæ provenit. *Plin. lib. 17. cap. 24.* Aliquæ vero & obesitate, ut omnia, quæ resinam ferunt, nimia pinguedine in tædam murantur. ¶ Item de nuptiis. Mos enim antiquorum erat, ut in nuptiis faces, & tædæ semper præirent, quod antea non nisi per nostem nubentes ducerentur a sponsis, ut ut *Varro* loquit, *Virgil. 4. Æn. v. 18.* Si pon pertæsum thalami, tædæque fuisset. *Sen. in Agamemn. v. 259.* Nec regna socium ferre, nec tædæ scient. *Stat. l. 3. silv. 4.* Jungere tædas. ¶ Scribitur & *teda* sine diphthongo.

Tædĕscit, ebat, impers. 3. idem quod tædet. *Minut. Fil. in Octav.* Quos prius tædescit impudicitiæ suæ, quam pudescit.

Tædet, ebat, tæsum est, imp. 2. *rincrescere, infastidire*, קְצַף, Ger. *sich lassen verdriessen, verdrusst haben*, Gall. *s'ennuyer, etre fâché*, Hisp. *enojarse*, ἀχθομαι, βαρυοῦμαι, est tædium, idest satietatem, & fastidium capere. Construitur a parte anteriore cum genitivo, vel infinitivo, a posteriore cum accusativo, vel expresse, vel tacite. *Terent. Eun. 1. 1.* Et tædet, & amore ardeo. *Id. Phorm. 3. 2.* At enim tædet jam audire eadem millies. *Cic. Att. l. 5.* Quid quæris? tædet omnes nos vitæ. *Id. 2. Verr.* Quos libidinis, infamiæque fuse pœnitet, neque tædet. *Plaut. Mostel. 1. 4. 5.* Convivii, sermonisque tæsum est. Alii leg. *pertæsum*, quod certe est usitatius. ¶ Reperitur etiam præreritum *tædui*. *Sidon. l. 8. ep. 15.* Cœperam scribere, sed operis arrepti fasce perspecto tæduit inchoasse.

Tædĭfer, a, um, δαδοφόρος, qui tædam fert. Tædifera Dea est Ceres, quæ dicitur tædas ad ignem Ætnæ inflammasse, cum investigare veller filiam Proserpinam a Plutone raptam: cujus etiam sacra nocte fiebant, in quibus Sacerdotes Deam imitati faces deferebant. *Ovid. 2. epist. vers. 42.* Et per tædiferæ mystica sacra Deæ.

Tædĭo, as, n. 1. *tediarsi*, tædio afficior, fastidio. *Lamprid. in Alexand. Severo, cap. 29.* Si necessitas cogeret, ante lucem actis operam dabat, & in longam horam producebat, neque unquam tædiavit, aut morosus, aut iracundus fuit. Adde *Veget. lib. 3. rei veterin. cap. 2.* ¶ *Isaci Casauboni* judicio verbum hoc elegantissimum est; sic nostro corruptam potius Latinitatem sapit.

Tædĭose, adv. Tribuitur *Apul. de Deo Socrat.* sed varia ibi lectio.

Tædĭosus, a, um, *tedioso*, quod tædii plenum est. *Firmic. l. 1. cap. 3.* Ille invisus longam, ac tædiosam lucis sustinet sarcinam.

Tædĭum, ii, n. *tedio, fastidio, noja*, נֶעַל, Ger. *verdruss*, Gal. *ennuy*, Hisp. *enojo*, ἀκηδία, ἄχθος, κόρος, fastidium, fatietas. *Ovid. 9. Met.* Nec tædia cœpti Ulla mei capiam. *Juven. sat. 7.* Tædia tunc subeunt animos. *Quintil. l. 2. cap. 12.* Lectionis tædium vicibus levare. *Liv. l. 34. c. 34.* Tædium afferre. *Idem lib. 8. cap. 2.* Cepit eum tædium belli. *Plin. l. 30. c. 15.* Tædium adducere.

Tædŭlus, a, um. *Fest.* Tædulum antiqui interdum pro fastidioso, interdum quod omnibus tædio esset, ponere soliti sunt.

Tænarides, æ, masc. qui est ex Laconia. *Ovid. 10. Metam. vers. 183.* Tollere Tænarides obrem properabat. Loquitur Ovidius de Hyacintho ab Apolline adamato.

Tænărĭs, idis, adject. f. ad Tænarum, seu Laconiam pertinens. *Ovid. Heroid. epist. 17. v. 6.* Excepit portu Tænaris ora suo.

Tænărius, a, um, adject. ad Tænarum pertinens; item Lacedæmonius. *Virg. 4. Georg. vers. 487.* Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis. *Plin. lib. 36. cap. 22.* Tænarius lapis. *h. e.* qui circa Tænari promontorium effoditur. *Ovid. Heroid. epist. 13. v. 45.* Tænariæ faciem culpasse maritæ. *h. e.* Helenæ Menelai Lacedæmoniorum regis uxoris.

Tænărus, i, fœm. & Tænarum, i, n. ταίναρος, & ταίναρον, *Capo di Matapan*, aliis, *Capo Maina*, promontorium Peloponnesi in Laconia, dividens sinum Messeniacum a Laconico, cum oppido cognomine, aliquantum tamen distante, quod hodie dicitur *Maina*, & *Capo delle Quaglie*, copia coturnicum, quæ illic est. Hoc loco specus horrendum, & profundissimo hiatu cernitur: propter quod ibi descensum esse ad inferos olim existimatum est, fabulantur que Poetæ hac extractum Canem Cerberum ab Hercule fuisse, ut est apud *Seneca. in Herc. Fur. vers. 806. & seqq.* Quare Poetice interdum pro ipsis Inferis ponitur. Celebre etiam fuit viridi marmore, quod Tænarius lapis a *Plinio* dicitur. *Plin. lib. 4. cap. 5.* Oppida (Laconiæ) Tænarum, Amyclæ, Pheræ, Leuctra. *Lucan. lib. 9. vers. 36.* Dorida tunc Maleam, & apertam Tænaron umbris, Inde Cythera petit. *Horat. lib. 1. od. 34.* Styx, & invisi horrida Tænari sedes.

Tænĭa, æ, f. ταινία, חֲתִילִים, מִצְנֶפֶת, fascia, & speciatim vitta, infula, item *vittæ extremitas. Festus ita scribit.* Tænias Græcam vocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud *Cæcilium in Androgyno*, Sepulcrum pœnum tæniarum. *Et alias*, Dum tæniam, qui vulnus vinciret, petit. *Ennius in Alexandro*, Volans de cœlo cum corona, & tæniis. *Attius in Neoptolemo*. Decorare est satius, quam urbem tæniis. Hæc *Festus*. Sed in primo Cæcilii versu non accipitur pro capitis ornamento, verum pro fasciis, quibus mortui involvi solent a Græcis, quas ipsi νεκρικὰς appellant. Palliatam enim comœdiam, non togatam scripsit. Cæterum si Romano more interpreteris, coronæ sepulcrales intelliguntur, & ita locum habebit sententia *Verrii*. Ad sepulchra enim lanæ cum frondibus, atque floribus afferebantur. *Jos. Scal. Castig. ad Fest.* Græce est ταινία, quod a τείνω, *extendo*. *Virg. 5. Æneid.* Puniceis ibant evincti tempora tæniis. Ita *Vossius* legit. Pes ultimus spondæus est per Synæresim. Alii legunt *tanis*, & dicunt esse a *tana*, non a *tænia*, nam & *tana*, & *tænia* dici, testatur *Serv. Id. lib. 7.* Fit tortile collo Aurum, ingens coluber, fit longæ tenia vittæ. *Plin. lib. 33. cap. 12. de chorta.* Deprehenditur & lentigo oculis, sed interta mediis glutinamentis tænia, fungo, papyro bibula, vix nisi litera fundente se, tantum inest fraudis. ¶ Tænias præterea dicimus lapides sub aquis candicantes, in longum porrectos, a faciarum similitudine. *Plin. in Præfat. l. 3.* Frequentes quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. ¶ Est & tænia, pisciculi genus, a gracilitate, & longitudine dictum, *tenia*. *Plin. lib. 32. cap. 7.* Idem tæniæ jecur siccatum cum oleo cedrino perunctis pilis novem mensibus. ¶ Item dicitur de lumbricis ventris, quod instar fasciarum sint lati, ac longi. *Plin. lib. 11. cap. 33.* Sicut intra hominem tæniæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine. ¶ In architectura tænia dicitur pars epistylii Dorici, in modum regulæ ducta, epistylio sub triglyphis adpacta, & triglyphis ipsis perpetuam quodammodo basim efficiens. hanc quidam Italice *liſta*, alii *corrente* appellant, Galli *plattebande*. *Vitruv. lib. 4. cap. 3.*

* Tænĭensis, se, ad tænias pertinens. *Plin. l. 9. c. 37.*

Tænĭŏla, æ, f. ταινίδιον, parva tænia. *Colum. lib. 11. cap. 3.* Ita ut radix ejus liquido simo illita, & involuta tribus algæ tæniolis pangatur. *h. e.* quibusdam quasi fasciolis.

Tæpocon, inquit *Fest.* appellarunt Græci genus scribendi deorsum versus, ut nunc dextrorsum scribimus.

Tæter. V. Teter.

Tagaste, f. 1. Tagastha, Tagastense oppidum, *Tagasta*, urbs Africæ, in Numidia, in medit. in R. Algerii, & prov. Constantina, patria D. Augustini inter Hipponem Regium ad Bor. & Siccam Veneriam in Mer.

Tagax, acis, o. 3. furunculus, ab antiquo *tago*, quod idem est ac tango. Nempe ab ea tangendi significatione, qua pro furari accipitur. *Fest.* Tagax, furunculus, a tangendo dictus, cujus vocabuli Lucilius meminit: Et mutoni manum perscribere posse tagacem. *Cic. Att. l. 6. ep. 3.* Quæstor levis, libidinosus, tagax. Sic eum locum corrigit *Cujacius*. Alii leg. *fagax*.

Tagensa, orum, n. pisces quidem, qui ταγήνισται Græce appellantur. *Plaut. in fragm. Fest. in Narita.* Bonam naritam, & camarum, & tagenia. Vide *Athenæum*.

Tages, is, m. 3. τάγης, filius Terræ, vel, ut aliis placet, filius Genii, & nepos Jovis, qui Etruriæ populos haruspicinam tradiur docuisse. *Fest.* Tages nomine, Genii filius, nepos Jovis, puer dicitur disciplinam aruspicii dedisse duodecim populis Etruriæ. *Ovid. 15. Met. v. 558.* Indigenæ dixere Tagem, qui primus Etrusca Edocuit gentem casus aperire futuros. V. *Cic. lib. 2. de Divin. c. 23.*

Tago, is, a. 3. idem ac tango, apud vet. ut *frago* dixere pro *frango*. *Pacuv. apud Fest.* Ut ego, si quis me tagit, & tagam.

Tagrus, m. 2. Tagus, *Monte di Sintra*, mons Lusitaniæ, apud ostia Tagi ff. apud Cascajum opp. & Sintram. Ibi equas vento concipere tradunt *Varro*, & *Columella*. Alii est *monte Junto*.

Tagus, m. 2. inc. *Tajo*, Ital. *Tago*, Gall. *Tage*, fl. Hispaniæ. Oritur in Castella nova, & in ipso limite Aragoniæ, prope fontes Sugonis, & Turiæ, deinde per Castellam novam fluens, auctus aliquot fluviis minoris notæ, juxta Tolerum, & Talaveram labitur: hinc rigatis Norba Cæsarea, & aliquot oppidis Extremadaræ prov. per Portugalliam fluit, ubi receptis aliquot fluviis, æstuarium amplum efficit, & infra Ulyssiponem Oceano mittit. Aureas arenas trahit. Circa hunc fluvium, si *Plinio* credimus, equæ flanti Favonio obversæ animalem spiritum concipiunt, quoscque gignunt perniciissimos, sed qui tertium vitæ annum non excedant. *Ovid. 1. Amor. eleg. 15.* auriferi ripa beata Tagi.

Talaionĭdes, æ, m. Adrastus Talai filius. *Stat. Theb. 5. v. 18.* Dux Talaionides.

Talāĭon, onis, m. 3. five Talaus, i, m. 2. τάλαος, filius Jasii, nepos Abantis, frater Amphionis, & Atalantæ, qui Argis regnavit. Filios habuit Eurydicem, Phlegeum, Adrastum. *Ovid. in Ibin*: Quam Talai, Tydareique generideist Orpheus, qui duxit Eurydicen filiam Talai, & Menelaus, qui Helenam filiam Tyndari.

Talarĭa, ium, n. pl. τὰ πέδιλα, calceamenta alata, qualia Mercurio tribuuntur, a *talus*, quia talis annectebantur. *Virg. 4. Æn.* Pedibus talaria nectit Aurea. ¶ *Talaria indutre*, proverbialis Allegoria, pro eo, quod est fugam adornare, quasique velle quopiam avolare. *Cic. Att. lib. 24. epist. 23.* Nemo est istorum, qui otium non timeat: quare talaria induamus. ¶ Talaria quoque dicuntur quæcunque ad talos spectant, ut tumores, quos in talis generat podagra. *Senec. epist. 54.* Dubio, & incipiente morbo quærimur nomen, qui ut cœperit talaria intendere, necesse est fateri podagram.

Talārĭs, & re, o. *j.* ποδήρης, quod ad talos pertinet, ut *Vestis talaris*, quæ ad talos usque descendit. *Cic. 7. Verr. c. 13.* Stetit soleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in litore. ¶ Talaris ludus, est ludus talorum. *Quintil. l. 11. c. 3.* Ipsam fori sanctitatem ludorum talarium licentia solvere.

Talarĭus, a, um, ποδίωνις, quod pertinet ad talos, ut *Talarius ludus*, idest ludus talorum. *Cic. 1. Offic. cap. 42.* Adde his, si placet, unguentarios, saltatores, torumque ludum talarium. ¶ Lex talaria erat de talorum ludo recte, & sine fraude exercendo in conviviis, cum talorum jactu convivii magistrum fortiebantur. Hinc ambigue apud *Plaut. Mil. 2. 1. in princ.* cum Periplectomenes jussisset, talos defringi omnibus, quicumque in suas tegulas ascendissent: acque adeo, inquit, ut ne legi fraudem faciant talariæ, accuratore, ut sine talis domi agitent convivium. Ubi & ad talos pedis confractos, & ad lusorios lepide alludit.

Talasĭo, seu Talassio, onis, m. vel Talassius, i, seu Talassius, ii, vox quædam, qua apud Romanos sponsa sponsi domum ingrediente magna voce clamabatur, quemadmodum in itinere tres illi prætextati pueri, a quibus deducebatur, respondentibus viciissim pueris puellisque, clara voce concinnebant, *Hymen, o Hymenæe. Sigon. lib. 1. de ant. jur. C. R. cap. 9.* Quidam Lexicographi dicunt, Talassionem apud Romanos carmen nuptiale fuisse, & Deum ipsum nuptiarum præsidem, quem Græci vocant Hymenæum. Ab aliis scribitur est, fuisse Deum virginitatis. De nominis causa sic *Liv. lib. 1.* quo loco *de raptu Sabinarum virginum tractat*: Unam longe ante alias specie, ac pulchritudine insignem a globo Talassii cujusdam raptam ferunt, multisque fcisci

plex fuit. Unumquodque autem dividebatur in mille ſiclos, qui quidem ſicli in quintuplici fuere differentia. Siclus duas drachmas valebat. *Talentum publicum minus* tantumdem valebat, ac Talentum Atticum. *Talentum ſacrarii* Hebræis erat altera parte majus, quam Atticum, ideſt valebat 120. minas, ſeu duodecim millia drachmarum. *Ac fuit hoc* talentum omnium longe antiquiſſimum, quo & Abrahami, Iſaaci, & Jacobi tempore Hebræi utebantur, quanquam necdum ſacrarii talentum dici potuerit. Imo, ut diximus, & antiquis Græcis hujuſmodi talentum in uſu fuit, quod ex *Dionyſio Halicarnaſſenſi*, *Vitruvio*, & *Heſychio* probari poteſt. *Talentum regium*, hoc eſt quo Judæi ſub Regibus uſi ſunt, habuit ſe ad talentum ſacrarii, ut dodrans ad aſſem, hoc eſt ut novem ad duodecim: continebat enim nonaginta minas, ſeu novem millia drachmarum. *Talentum numiſmaticum*, prout *Suidas* in voce *obolus* vocat, ſe ad talentum Atticum habuit ut ſemiſſis, ad talentum vero ſacrarii ut quadrans, ſive tres unciæ. Valuit igitur triginta minas, ſeu tria millia drachmarum. *Voſſius* ſcripſit, hoc talentum fuiſſe ad talentum ſacrarii ut unciam. Athenienſibus quoque, ut ſupra diximus, in uſu fuit. *Talentum publicum majus* ad ſacrarii talentum ſe habuit, ut dextans ad aſſem, h. e. ut decem ad duodecim, valuit enim centum minas Atticas, ſeu decem millia drachmarum. *Talentum Babylonium* fuit ſeptuaginta Atticarum minarum, ſeu ſeptem millium drachmarum, eoque ſe ad Hebraicum talentum ſacrarii habuit, ut ſeptunx ad aſſem. *Æliam. lib. x. cap. 22. de var. hiſt.* ſcribit, talentum Babyloniciim fuiſſe ſeptuaginta duarum minarum Atticarum, ideſt ſeptem millium & ducentarum drachmarum: *Herodotus* vero ſcribit, fuiſſe ſeptuaginta minarum Euboicarum. *Euboicum talentum* fuit ſexaginta minarum Euboicarum, ſeu ſex mille drachmarum Euboicarum. Septuaginta minæ Euboicæ æſtimabantur ſeptuaginta duabus Atticis. Eadem proportio erat in drachmis, ſive denariis. Ex. gr. triginta quinque drachmæ Euboicæ triginta ſex drachmas Atticas valebant. Quare talentum Euboicum æſtimabatur drachmis Atticis centum, & ſeptuaginta ſupra ſex millia. *Syrium talentum* valebat drachmas Atticas mille & quingentas. *Feſt.* Talentorum non unum genus. Atticum eſt ſex millium denarium. Rhodium, & Ciſtophorum quatuor millium quingentorum denarium. Alexandrinum duodecim millium denarii. Neapolitanum ſex millium denarium. Syracuſanum trium millium denarium, &c. V. *Gronov. de pecun. vet. lib. 3. cap. 3.* ¶ Cæterum quoties apud Scriptores talenti mentio occurrit, niſi aliud addatur, de minore talento Attico fere intelligimus, quod fuit minarum ſexaginta, quæ quidem minæ ſingulæ drachmas Atticas centum continebant. *Virg.* 5. *Æn. v.* 248. Et argenti magnum dat terræ talentum.

Taleŏla, æ, f. *Fulcimentum*, parva talea. *Col. lib.* 3. *c.* 17. Complures taleolas terræ mandaverunt.

Talĭa, æ, f. folliculus cepæ. *Feſtus*.

Talĭe, onis, f. *taglione*, *pena equivalente*, שלומה תמורה, עונש חלוף, ἀμοιβή, æqualis retributio, vindicta, hoſtimentum. Sumitur in malam partem, & dicitur a *talis*, quod nempe aliquis tale quid patitur, quale fecit: e. g. ſi quis manum alicui amputavit, illi etiam manus amputatur; ſiquis alteri oculum eruit, ipſi quoque oculus eruitur. *Feſt.* Talionis mentionem facit (alii corrigunt *ruperit*, vel *rupie*,) ni cum eo pacit, talio eſto. Neque id quid ſignificet, indicat. Puto, quia notum eſt. Permittit enim lex parem vindictam. *Plin. l.* 7. *c.* 54. Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus: idque voluiſſe, verſum talionem, erubo C. Marii cadavere. *Gel. l.* 21. *c.* 1. Taliones illæ tæ reciprocæ arguriores profecto, quam veriores fuerunt.

Talipēdo, as, n. *ſcappucciare*, *ſdrucciolare*, כשל, נוע, παραφέρομαι, pedibus vacillo, & quaſi ſupra talos inſiſto. *Feſt.* Talipedare antiqui dicebant pro vacillare pedibus laſſitudine, quaſi trahar pedes, ut talis videatur inſiſtere, aut identidem tollere pedes. *Lucr. l.* 3. *v.* 505. Tum quaſi talipedans primum conſurgit. Alii leg. *vacillans*.

Talis, & le, o. 3. *tale*, כזה, Germ. *ſolcher*, Gall. *tel*, Hiſp. *tal*, τοιοῦτος, ejuſmodi, ejus generis. *Virg. l.* 1. *Æn.* Haud equidem tali me dignor honore. *Cic.* 2. *Off. cap.* 13. Quales fumus, tales eſſe videamur. *Id. pro Quinct. cap.* 13. Tot, talesque viri. *Id. Fam. lib.* 15. *ep.* 4. Tale, ac tantum juſjurandum. *Id. Art. lib.* 16. *epiſt.* 2. Tale aliquid putavi fore, *qualche coſa di ſimile*. *Id.* 2. *Leg. c.* 5. Talibus quibuſdam argumentis docent, *con tali, e ſimili argomenti*. *Liv. lib.* 5. *c.* 1. Tale quid dictum referre. ¶ Jungitur eleganter cum particulis, *ac*, *atque*, *ut*, *qui*. *Cic. in Varin. c.* 4. Honos talis paucis eſt delatus, ac mihi. *Id. 1. Offic. c.* 26. Tales enim rune nos eſſe putamus, ut jure laudemur. *Id. Fam.* 10. *ep.* 6. Talem te eſſe oportet, qui te ab impiorum ſocietate ſejungas. *Ter. Phorm.* 5. 8. 39. Tali, atque hic eſt, infortunio.

Taliſcumque, lecumque, idem ac talis. *Auctor. Priapeor. carm.* 15. Taliacumque puer dominus florentis agelli Impoſuit menſæ, nude Priape, tuæ. V. integrum epigramma.

Taliter, adv. *talmente*, כן, נואת, Germ. *ſolcher geſtalt*, *alſo*, *dermaſſen*, Gall. *tellement*, Hiſp. *en tal manera*, τοιούτως, tali modo. *Cic. Aſt. l.* 10. Etenim audieram nemini taliter licere. Alii rectius leg. *aliter*. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Adde *Martial. l.* 5. *epigr.* 7.

Talĭtrum, i, n. *buffetto*, κονδυλισμός, ictus digiti altero digito contorti, & vibrati. *Sueton. in Tiber. c.* 68. Articulis-ita firmis, ut caput pueri, vel etiam adolescentis talitro vulneraret.

Talla, vel Thalla, æ, f. cortex ſeu folliculus cæpæ. *Lucil. apud Non. cap.* 5, *n.* 67. Lactymoſaque ordine tallæ.

Talpa, æ, f. & m. *talpa*, תחשת, Ger. *maulwurff*, *ein ſchwermauß*, Gal. *une taupe*, Hiſp. *topo*, ἀσκάλαξ, animal muri ſimile, nigri coloris, captum oculis, quod arva, & hortos ſubfodit. *Virg. 1. Georg. v.* 183. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. Ubi *Servius*: mutavit genus; nam hæc talpa dicitur. *Cic.* 4. *Acad. c.* 25. Quid? talpam num deſideramus lumen putas?

Talpānus, a, um, adject. Talpana vitis, apud *Plin. l.* 14. *c.* 3. fortaſſe dicta eſt, quia muſtum colore talpæ fert.

Talpīnus, a, um, *di talpa*, ad talpam pertinens. *Caſſiodor. l.* 9. *Variar. ep.* 3. Talpinum animal imitantes ſtinera ſodiunt, quæ nullis ante patuerunt.

Talthybius, m. ὁ ταλθύβιος, præco Agamemnonis in Græcorum exercitu, qui una cum Eurybate ab Agamemnone miſſus eſt ad Achillis caſtra, ut Briſeidem ab eo abduceret. *Ovid. inep. Briſeid. 3. v.* 6. Nam ſimul Eurybates me, Talthybiuſque vocarunt, Eurybati data ſum, Talthybioque comes.

Talus, i, m. prænomen apud Sabinos. *Feſt.* Talus in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuiſſe.

Talus, li, m. *tallone*, קרסל, Ger. *die ferſen*, Gal. *le talon*, Hiſp. *carnical*, ὀστράγαλος, os in articulo pedis animalium biſulcorum, extuberans, concave, vertebra ligatum, quadratum forma, altera parte concavum, altera fere planum. Tali propriè homini non ſunt, neque animalibus digitos, aut ſolidas habentibus ungulas, ſed tantum (ut diximus) biſulcis. *Pl. l.* 11. *c.* 46. Talos aſinus indicus unus ſolipedum habet. Hominem qui exiſtimarunt habere, facile convicti. Lynx tantum digitos habentium ſimile quiddam. talo habet. Leo etiamnum tortuoſus. Talus autem rectus eſt in articulo pedis, ventre eminens, concava in vertebra ligatus. Hæc *Plin.* ¶ Per Catachreſim tamen talos quoque in homine dicimus pro ima parte cruris. *Cic. pro Cluent. cap.* 40. Purpura uſque ad talos demiſſa. *Horat. lib.* 2. *epiſt.* 2. talos a vertice pulcher ad imos, *da capo a piedi*. ¶ Translate *Id. lib.* 2. *ep.* 1. *ve ſ.* 176. cadat, an recto ſtet fabula talo. *h. e.* placeat, an explodatur; ducta a talo pedis translatione. *Perſ. ſat.* 5. *Verſ.* 105. recto vivere talo. *h. e.* celſo, & erecto gradu in via virtutis incedere, honeſte vivere. ¶ Tali item dicebantur officula quædam, quadrilatera, quibus olim luſitabant, quæ ſimiliter Græcis ἀστράγαλοι vocabantur. Differebant a cubis, ſive teſſeris, quia teſſeræ lapſus ſex habebant, tali quatuor duntaxat. Etſi enim ſex eſſent tali latera, tamen quatuor tantum in uſu ludentium erant. Nam duo erant ita incurva, ut illis talos vix poſſet conſiſtere. Proinde ſeiendum, in talo binarium, & quinarium, qui duo numeri ſunt in teſſeris oppoſiti, deſiderari. Talis autem quatuor ludebant, eoſque conficiebant fere in arcam, ſeu pyrgum, ſeu turriculam, unde agitati in abacum, ſeu tabulam luſoriam cadebant, ad evitandas hominum fraudes, qui ſubdola manu uri. vellent. *Cic. de Sen.* Ex multis luſionibus nobis talos relinquant, & teſſeras. *Id.* 3. *de Or.* Ut ſi velim ego talis optime ludere, aut pilæ ſtudio teneat. *Id.* 2. *de Div.* Quid eſt tam incertum, quam talorum jactus?

Sen. in Apocolo. Talos mittere. ¶ Ex tali partibus, præter incuvas, una *ſupina* dicebatur, & *ternio*, quæ ternarii vices obibat, altera *prona*, & *quaternio*, quæ quaternarii, tertia *Chius*, & κύων, ideſt canis, vel canicula, quæ ſignificabat unitatem, quarta κῶος, & ἕξιτης, Latine *Cous*, & *ſenio*, quæ ſex continebat. Omnes autem caſus talorum ex conſuetudine ludentium annumerati quinque, & triginta erant, ut ait *Euſpathius*, nempe quatuor ſimplices eadem omnes facie, duodeviginti geminati, duodecim triplices, unus quadriformis, ultimus omnium, quippe quo nullus numeroſius accrevit. Quidam ex his a Diis, alii ab Heroibus, alii a claris hominibus, aut a meretricibus nomen accipiebat, nonnulli ab eventibus, qui cum laude, aut probro acciderant. Inter eos enim caſus quidam *Venus* dicebatur, aut *caſus Venereus*. Non enim Venus unius tali facies fuit, ut canis, & ſenio, ſed Venus dicebatur, quoties tali quatuor ita excidebant, ut diverſa eſſet omnibus facies: qui jactus inter triginta quinque ultimus numerabatur, quod *Martialis* ſignificat *lib.* 14. his verbis; Cum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem, Munera me dices magna dediſſe tibi. Item caſus quidam erat, qui dicebatur *Steſichorius*, octonarium ſignificans, quod ſepulchrum Steſichori, quod erat in Himera urbe Siciliæ, octo fuerit angulorum. Item alius, qui *Euripidius*, qui quadraginta ſignificabat. Nam Euripides unus fuiſſe traditur e quadraginta Præfectis poſt triginta Tyrannos Athenis expulſos. Qui canem, ſive unitatem jecerat, nummum unum deponebat. Hinc damoſus vocabatur. *Perſ. ſat.* 3. *verſ.* 49. Damnoſa canicula quantum raderet. Senio dexter, ſive felix erat, quia qui eum jecerat, quatuor numos auferebat. Aliqui dicunt, ſenionem ſignificaviſſe quaternarium, quod ſi quidem erat, qui quatuor nummos lucrabatur. *Perſ. ſat.* 3. *verſ.* 48. Quid dexter ſenio ferret, Scire erat in voto. Erat tamen & ludi quædam ratio, in qua ſenio æque damnoſus, erat, atque canis. *Auguſt. in epiſt. ad Tib. apud Suet.* Talis enim jactatis, ut quiſque in canem, aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios conferebat in medium, quos tollebat univerſos, qui Venerem jecerat. ¶ Veneris jactus feliciſſimus erat. Nam qui Venerem jecerat, ſcil. nummos lucrificiebat, & quicquid caniculæ jactu amiſiſſet. *Cic. 1. de Divin. c.* 13. Quatuor tali jacti caſu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, ſi cccc. talos jeceris, caſu futuros putas? *Id. l.* 2. *c.* 59. Tamen nemo eſt, quin ſæpe jactans, Venerem aliquando jaciat, nonnunquam etiam iterum, ac tertiam. *Propert. l.* 4. *eleg.* 9. Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos, Semper damnoſi ſubſiliere canes. ¶ Talorum jactu Venerem, quod lætiſſimus foret, in compotatione principatum fortiebantur veteres, ſeu, quod idem eſt, creabant Sympoſiarcham, ſeu Regem convivii, ſeu arbitrum bibendi. *Horat. lib.* 1. *od.* 4. Nec regna vini ſortiere talis. *Id. lib.* 2. *od.* 7. Quem Venus arbitrum dicet bibendi? Tam, adv. *tanto*, ככה, Ger. *alſo*, *ſo viel*, *ſo weit*, Gal. *ſans*, *autant*, *ſi*, Hiſ. *tanto*, τοσοῦτον, tantum, adeo, ita. Fere cum nominibus poſitivis uſurpatur, ſubſequente, vel præcedente adv. *quam*. *Cic. 1. de Orat.* Nemo Orator tam multa ne in Græco quidem orio ſcripſit, quam multa ſunt noſtra. ¶ Uſurpatur etiam cum diminutivis. *Terent. Adelph.* 2. 4. 10. Tam ob parvulam rem. ¶ Interdum adv. *quam* ſubintelligitur. *Cic. de Amic.* Nihil eſt enim tam naturæ aptum, tam conveniens ad res vel ſecundas, vel adverſas. ¶ Interdum pro adverb. *quam* adjungitur particula *atque*, vel *ac*, vel relativum *qui*, *quæ*, *quod*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 287. Tam conſimilis eſt, atque ego. *Cicer. de Amic.* Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma civitas eſt, quæ non odiis, atque diſſidiis funditus poſſit everti? *Id. 6. Famil. epiſt.* 1. Neque tam eramus amentes, ut explorata nobis eſſet victoria. ¶ Reperitur etiam cum comparativis. *Cicer. pro Rejor.* Per dexteram te iſtam oro, iſtam, inquam, dexteram non tam in bellis & prælüis, quam in promiſſis & fide firmiorem. *Virgil. 7. Æneid. verſ.* 787. Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis, Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. ¶ Item cum ſuperlativis. *Terent. Heaut.* 5. 2. 44. Namque adoleſcens quam minima in ſpe. ſitus erit, Tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas. ¶ Cum ſuperlativis etiam ſeparatim ſine adverb. *quam* reperitur. *Cicer. 12. Phil.* Nondum erat veſtris tam graviſſimis, tamque multis judiciis, ignominiiſque concilus. ¶ Uſurpatur quoque cum nominibus ſubſtantivis. *Cicero in Brut.* Utinam non ram fratri pictatem, quam patriæ præſtare voluiſſet. ¶ Item cum pronominibus. *Cicer. lib.* 5. *Famil. epiſt.* 2. Tam enim ſum amicus Reipublicæ, quam qui maxime. *Id.* 13. *Famil. epiſt.* 3. Tam mihi gratum id erit, quam quod gratiſſimum. ¶ Item cum verbis. *Cicer. 1. Offic.* Nihil eſt, quod tam deceat, quam in omni re gerenda, conſilioque capiendo ſervare conſtantiam. ¶ Item cum adverbiis. *Cicer. 1. Ver.* Ecquis unquam tam palam de honore, tam vehementer de ſalute ſua contendit, quam ille, atque illius amici, ut ne hæc mihi delatio detur? ¶ Aliquando cum adverbiis ſuperlativis. *Salluſt. in Jugurt. cap.* 31. Quam quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. ¶ Vereres etiam pro *tamen* uſi ſunt. *Nonius apud Feſtum*. Qui, ſi taceat, dum videat, tam etiam ſciat, quid ſcriptum ſit. *Titinnius ibid.* Quanquam eſtis nihili, tam ſimul vobis conſului.

Tama, æ, f. genus tumoris. *Feſt.* Tama dicitur, cum labore viæ ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit. Lucilius, Inguem ne exiſtat, papulæ, tama, ne boa noxit.

* Tamarice, es, f. ταμαρίκη, frutex myrice. *Pl.* 13. 22. & 24. 9.

Tamarici, m. 2. pop. Gallæciæ, per quos Tamaris fl. excurrit, in quorum peninſula Aræ Seſtianæ Auguſto dicatæ. *Plin. l.* 4. *c.* 21.

Tamarici fontes, tres fontes, in Gallæcia, octonis pedibus diſtantes, & in unum alveum magno ampe coeuntes, qui ſingulis diebus duodecies, & aliquando vicies ſiccantur. *Plin. l.* 31. *c.* 2.

Tamāris, m. 2. *Tamar*, *Tambre*, fl. Hiſpaniæ in Callaicis, ſive in Gallæcia, qui in Oceanum Atlanticum cadit prope opp. *Muros*.

Tamariſcus, i, f. idem quod Tamarix. *Pallad. in Novembr. tit.* 8. Apes ex tamariſci floribus mella conficiunt.

Tamarīx, m. 1. pop. Aſiæ Hircanis finitimi, qui Bacchum ex India victorem recipientem ſummo honore excipientes, illi certa tempore vindemiæ conſtituerunt, choreas circum torcularia multo deſpumantia agentes.

Tamārix, icis, f. *tamarice*, ταμαρίκη, humilis frutex, Amerinæ ramis, folio angusto, carnoſo, & fere pinnato, qui aliter myrica dicitur. Duo ejus ſunt genera, unum ſylveſtre, omnino ſterile, unde & infelix lignum appellatur: alterum fructiferum, quod in Ægypto aleiſſimas æquat arbores, ramis ex herbaceo, ſulvoque variegatis, lignoſo fructu, galla majore, in quo ſemen gaſtu aſperum, ejuſdem effectus cum galla. *Lucan. l.* 9. *v.* 97. Et tamarix non læta comis. *Plin. l.* 24. *c.* 9. Myricen, quam & tamaricem vocat Lenæus, ſimilem ſeopis Americanis dicit. *Et paulo poſt*: Vulgus infelicem arborem appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec feratur unquam. Corinthus, & quæ circa eſt regio, bryoniam vocat; ejuſque duo genera facit, ſylveſtrem, plane ſterilem, alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto, Syriaque etiam abundanter lignoſum fructum, majorem galla, aſperum guſtu, quo Mecici uzuntur vice gallæ, & in compoſitionibus, quas antheras vocant. Hæc *Plin.*

Tamde, idem quod *tam* antique. *Lucil. apud Feſt.* Tamde mihi infeſtus, quam &c.

* Tamdiu. V. Tandiu.

* Tame. V. Tam.

Tamen, *nientedimeno*, *nulladimeno*, *nondimeno*, *tuttavia*, *pure*, אבל, אולם, אך, Ger. *jedoch*, Gal. *neanmoins*, Hiſ. *empero*, ὅμως, μέντοι, nihilominus, conjunctio adverſativa. Reſpondet particulæ *quanquam*, *quamvis*, *licet*, *etſi*, *tametſi*, *etiamſi*. *Cic. 1. Offic.* Et, quanquam omnis virtus nos ad ſe alliejt, tamen juſtitia, & liberalitas id maxime efficit. *Id. l.* 3. Quod turpe eſt, id quamvis occulteturr, tamen honeſtum fieri nullo modo poteſt. Adde *quod. Cic. ad Attt. 9. ep. 9. pro Roſc. Amer. cap.* 20. & *Fam. 4. epiſt.* 12. ¶ Uſurpatur interdum ſine illis particulis. *Cic. Aſt. lib.* 6. *epiſt.* 2. Pro Appio nos hic omnia facimus, honeſte tamen. *Id. Attic. lib.* 3. *ep.* 2. Me quidam boni nuntii, non optimis tamen auctoribus, adhuc Theſſalonicæ tenebant. ¶ Interdum ponitur in principio orationis, ubi alteri reſpondetur, & ad aliam orationem referri poteſt. *Cic. 9. Fam. epiſt.* 19. Tamen a maliſia non diſcedis. ¶ *Tamen ne*, & interdum ſolum *tamen* ponitur in interrogationibus. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 29. Tamen ne iſta tam abſurda defendes? *Id. Divin. Ver. c.* 6. Tamen his inviriſſimis te offeres? tamen in aliena cauſa loquere? tamen eos defendes? &c. ¶ *Si tamen*, & *niſi tamen* ſervit correctioni. *Ovid.* 3. *Triſt. eleg. ult.* Nunc incorrectum populi pervenit in ora, In Populi quidquam ſi tamen ore

ore meum. *Plin. in Paneg. cap.* 93. Ullam ne tibi pro beneficiis referre gratiam parem poſſumus, niſi tamen illam, ut ſemper nos meminerimus conſules fuiſſe? *Id. l.* 8. *epiſt.* 17. Parvulum differt, patiaris adverſa, an expectes; niſi quod tamen &c.

Tamenetſi, *benchè*, idem quod etiamſi, quamvis. *Pol. Aſin. ad Cicer. l.* 10. *Famil. epiſt.* 33. Tamenetſi tantam calamitatem Reipub. quam tardiſſime audire optandum eſt. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 42. *ex poeta*: At Romanus homo, tamenetſi res bene geſta eſt, corde ſuo trepidat. *Id.* 5. *Att. epiſt.* 17. Tamenetſi hoc te audire ex aliis malo.

Tames, m. 3. prom. Indiæ, inter Indum, & Gangem, quod Taurus M. attollit *Mela l.* 3. *c.* 7.

Tametſi, *benchè*, *febbene*, *quantunque*, גם כי, Germ. *obwol*, *wiewol*, Gal. *bien que*, Hiſp. *aunque*, καίτοι, εἰ καί, etſi, etiamſi, quamquam, quamvis. Factum eſt per ſyncopen ex *tametſi*. In principio periodi indicativo gaudet. *Cic.* 4. *Ver.* Id tametſi priore actione ex Heraclii Syracuſani teſtimonio cognovi-ſtis, tamen vobis alio loco demonſtrabitur. ¶ Cæterum in locis non refpuit conjunctivum. *Teren. Eun.* 2. 1. 10. Memini, tametſi nullus moneas. ¶ Uſurpatur eleganter cum interrogatione. *Cic. 6. Ver.* Tametſi quæ eſt iſta laudatio, cuni laudator jurerrogatus lædat neceſſe eſt? ¶ Reperitur etiam pro tamen. *Terent. Andr.* 5. 2. 23. Ego jam te commorum reddam. D. Tametſi hoc verum eſt. Al. leg. *tamenetſi*.

Tamĭănus, a, um, adject. unde prædia tamiaca, *h. e.* poſſeſſiones propriæ patrimonii Principis, ita dictæ, quod earum reditus cellario Principis, quod promonii Principis, ita dictæ, quod earum reditus cellario Principis, quod promonii Principis, dicitur, deputati eſſent: neque ſolum prædia, ſed coloni, & inquilini, & ſervi, qui in eis erant, tamiaci dicebantur. *leg.* 1. & 2. *Cod. de prædiis tamiac. &c.*

Tamĭea, vel Tamĭnia uva, genus uvæ, acinos habens rubentes. *Plin. l.* 23. *cap.* 1. Aſtaphis agria, ſive ſtaphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falſo (ſuam enim genus habet) cauliculis nigris, foliis labruſcæ, fert folliculos verſus, quam acinos, virides ſimiles ciceri, in his nucleum triangulum. Maturefcit cum vindemia, nigreſcitque cum taminiæ rubentes norimus acinos, ſciamuſque illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis.

Tamnē? *tanto? a tal ſegno?* adeo ne? *Afran. apud Feſt.* Tamne arcula tua plena eſt aranearum?

* Tamnus, genus vitis. *Pl.* 21. 15. V. Taminea.

* Tanacæ. V. Taniacæ.

Tanăger, gri, m. *il Negro*, fl. Lucaniæ, qui oritur prope lacum Nigrum, in lim. Baſilicatæ prov. ad rad. Apennini, deinde in Bor. tendens, rigatis Atina, Auleta, aliiſque oppidulis, in Silarum fl. ſe exonerat, receptis prius aliquot fluviis minoribus, & nominatim *la Bozza*, qui prope Picernum oritur. *Virg.* 3. *Georg. v.* 151.

Tanăgra, æ, f. *Anatoria*, oppidum Bœotiæ, ubi galli gallinacei naſcuntur ad prælia aſſidua nobiles. *Plin. l.* 10. *cap.* 21.

Tanagræus, a, um, adject. a Tanagra. *Stat. 9. Theb. verſ.* 745. Prima Tanagræum turbavit arundo Choræbum.

Tanagrĭcus, a, um, adject. ad Tanagrum pertinens, ut Tanagrici galli, apud *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. Tanagricum gallinarum genus, apud *Col. l.* 8. *c.* 2.

Tanăis, m. 3. inc. *Don*, Ital. *Tanai*, *la Tana*, fl. Sarmatiæ Europææ, in Moſcovia, antiquus limes inter Aſiam, & Europam. In Rezan Oſera oritur, ex lacu *Juvanovoy Lezioro*, & primum recta per Tartarorum Precopenſium agros verſus Or. labitur, & haud longo a Volga fl. intervallo, & Saniſſa opp. cubito ſe flectens, atque aliquot aliis amnibus auctus, in Mœotidem pal. prope Tanaim urb. ſe exonerat. *Horat. lib.* 3. *od.* 10. Extremum Tanaim ſi biberes, Lyce.

Tanaïræ, m. 1. Tanais fl. accolæ, qui a Suitis, Anchetis, & Sarancis deleti ſunt. *Pl. l.* 6. *c.* 7. *Ammian. l.* 31. *c.* 8. (*al.*).

Tanaïticus, a, um, adject. ad Tanaïtas pertinens. *Sidon. carm.* 11. *v.* 479. Scythicæ potor Tanaiticus undæ. *Id. carm.* 12. *v.* 96. Strinxit hyperboreis Tanaitica cruſta pruinis.

Tanĕquil, is, f. Tarquinii Priſci uxor, magni animi mulier, Herruſcæ diſciplinæ peritiſſima, cujus opera, interfecto Priſco, Servius Tullius Regnum Romanorum occupavit. *Dionyſ. Halicarn. l.* 3. & 4. *Rom. Ant. Liv. l.* 1. *c.* 34. & *ſeq.* ¶ Ponitur & pro quavis uxore viro imperante. *Auſon. ep.* 23. *v.* 31. Tanaquil tua neſciat iſtud

Tanărus, m. 2. *Tanaro*, fl. Ligutiæ, navigabilis, qui ex Appennino M. oritur, & in Padum apud Auguſtam Batienorum influit, irrigatis Ceba, Alba Pompeja, Aſta, & Alexandria, quam intermeat.

Tandem, adv. *finalmente*, *alla fine*, *ultimamente*, באחרונה, במוח, Germ. *endlich*, Gall. *enfin*, Hiſp. *ultimadamente*, *alla poſtre*, ποτέ, τελευταῖον, τέως, ὀψέποτε, poſtremo, denique, ad extremum, poſt longam moram. *Feſt.* Tandem cum ſignificet aliquando, interdum tamen ex ſupervacuo ponitur, ut apud Terentium in Phormione, cum ait: Ita ne tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo? non enim hic tempus ullum ſignificat? At Cicero etiam duplicat temporalem ſignificationem, cum ait: Tandem aliquando. *Virgil. Æneid. lib.* 5. Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. *Cic. 1. Catil.* Ibis tandem aliquando, quo te jam pridem tua iſta cupiditas effrænata, ac furioſa rapiebat. *Id. Id. pro Quinct. cap.* 30. Aliquando tandem poſſe conſiſtere. ¶ Sæpe eſt particula expletiva, quæ tamen vim quandam addit orationi. *Cic. 1. Catil.* Quouſque tandem abutere, Catilina, patientia noſtra? *ſino a quando mai? Id. 1. de nat. Deor.* Hoc per Deos ipſos, de quibus loquimur, quare tandem eſt? *Ter. Adelph.* 4. 5. In qua civitate tandem te arbitrare vivere? ¶ Tandem tandem, reticentia quædam eſt cum abrupto ſermone, nonnihil ornatus habens. *Plaut. Cur. 1. 1. 7.* At tandem tandem. PH. Tandem es odioſus mihi. ¶ *Tandem denique* per pleonaſmum dixit *Apulej. l.* 4. *Met.*

Tandĭu, & Tamdiu, adv. *tanto tempo*, לעת כון, τοσοῦτον, χρόνον, tanto tempore. *Cic. 7. Ver.* Nam tandiu fuit in carcere Apollonius. ¶ Sæpe ei reſpondet quandiu, vel una his particulis *quoad*, *quam*, *dum*, *donec*. *Cic. 7. Ver.* Ignominia autem illa gravis tandiu in illo homine fuit, quandiu iſte in provincia manſit. *Id. 1. Offic.* Et diſces, quandiu voles, tandiu autem velle debebis, quoad te, quantum profiſcias, non pœnitebit. *Id. lib.* 2. Tibi enim Gracchus P. F. tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. *Id. in Brut.* Vixitque tandiu, quam licuit in civitate bene, beateque vivere. *Cel. l.* 12. *c.* 12. Itaque ſubinde alium ſalem tandiu ingeret, donec in totum permaneat integer.

Tangibĭlis, le, adject. qui tangi poteſt. *Lactant. l.* 7. *c.* 11. Manu tangibilis. *Id. lib. c.* 12. Corpus tangibile, & viſibile.

Tango, is, tetigi, tactum, a. 3. *toccare*, נגע, Germ. *anrühren*, Gall. *toucher*, Hiſp. *tocar*, ἅπτομαι, tactus ſenſu inveſtigo, ſeu deprehendo, manu apprehendo, a Σίγω, aut Σιγγάνω, quod idem notat. *Lucr. lib.* 1. *v.* 304. Tangere enim & tangi, niſi corpus, nulla poteſt res. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 17. De præda mea teruncium nec attigit, nec tacturus eſt quiſquam. ¶ Translate accipitur pro contiguum eſſe. *Cic. pro R. Am. c.* 7. Fundos decem, & tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt. ¶ Item pro pervenire. *Cic.* 3. *Ver.* Vertes ſimul ac tetigit provinciam, ſtatim Meſſanam literas dedit. ¶ Item pro commovere, perturbare, quia tangendo quodam modo moveri videntur ea, quæ tanguntur. *Cic. Aſt. l.* 2. *ep.* 19. Cætera modice me tangunt. *Virg. 1. Æn.* Sunt lacrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt. ¶ Item pro deſcribere, mentionem facere, obiter attingere. *Cic. pro R. Am. c.* 30. Neque omnia dicam, & leviter unumquodque tangam. *Id. 4. Acad.* Sed ubi Socrates, ubi Ariſtoteles iſta tetigit? ¶ Item pro pungere acri dicto. *Ter. Eun.* 3. 1. 30. Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio. ¶ Item pro clam aliquid attrectare, furari. *Plaut. Mil.* 3. 2. 10. Tetigit calicem elanculum. h. e. exhauſit. *Id. Epid.* 5. 2. 40. Iſtis adeo te tetigi triginta minis, h. e. tibi per fraudem furripui. *Id. Pœn.* 5. 5. 7. Ære militari tetigero lenunculam. Quo loco notat *Muretus*, verbum *tango* hic uſurpari ad minuendam invidiam, quæ figura μείωσις dicitur, h. e. imminutio. Huc pertinet & illud *Plauti Pſeud.* 1. 1. 118. Tuum tangam patrem. h. e. decipiam, circumveniam. ¶ Item pro percutere. *Horat. l.* 3. *od.* 26. Sublimi flagello tange Chloem. Hinc, *de cælo tangere* eſt fulmine ferire. V. *Tactus*. ¶ Tangere mulierem, eſt cum ea rem habere. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. marronam nullam ego tango ¶ Tangere plantam ſimo bibulo, eſt linere, tingere. *Pallad. lib.* 2. *tit.* 16. ¶ Tangere rem acu, *toccar il punto*, *indovinare*. *Plaut. Rud.* 5. 2. 19. ¶ Tangere ulcus, *ritoccar la piaga*, *rinnovar il dolore*. *Ter. Phorm.* 4. 4. 9.

Tangomēnæ. V. Tingomenæ,

Taniăcæ, arum, partes ſuillæ longiores, ut coſtæ, &c. *Varro R. R. l.* 2. *c.* 4. Alii leg. *Tanaceæ*.

Tanis, is, f. Τάνις, civitas Ægypti, cui proximum quoddam Nili oſtium Taniticum appellatur. *Plin. l.* 5. *c.* 10.

Tanos, m. 2. gemmæ genus. *Plin. l.* 37. *c.* 5. Inſeritur ſmaragdis, & quæ vocatur tanos, e Perſis veniens gemma, ingrate viridis, atque intus ſordida.

Tanquam, & Tamquam, adv. *come*, כ, כמו, Ger. *als*, *ob*, *gleichals*, *als ob*, Gal. *comme*, *ainſi que*, Hiſp. *como*, ὡσεί, ὥσπερ, veluti, ſicut, quemadmodum. Sub eodem verbo cum antecedenti ſimilem expoſcit. *Cic. in Bruto c.* 74. Ætatis illius iſta fuit laus, tanquam innocentiæ. ¶ Interdum tamen vocabulorum proprietas aliud exigit, ut in ſtatu, & motu locali. *Cic. l.* 13. *Fam. ep.* 76. Apud eum ſic fui, tanquam domi meæ. ¶ Admittit etiam partic. *ſic*, vel ante, vel poſt. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Neve te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudine negotii ſinas. *Id. poſt red. ad Quir. c.* 1. Sed tanquam bona valetudo jucundior eſt ei, qui e gravi morbo recreati ſunt; ſic ea omnia deſiderata, magis, quam aſſidue percepta, delectant. ¶ Jungitur etiam verbis. *Plin. lib.* 2. *c.* 63. Tanquam neſciamus, hanc eſſe ſolam, quæ nunquam iracfatur homini. ¶ Quando cum verbis conſtruitur, ſæpe flagitat partic. *ſi*. *Cic. lib.* 2. *Fam. ep.* 15. De Dolabella quod ſcripſi, ſuadeo, videas, tanquam ſi tua res agatur. *Id. l.* 12. *Fam. ep.* 7. Tanquam enim ſi clauſa ſit Aſia, ſic nihil perfertur ad nos. ¶ Interdum ei additur ſyllabica particula *met*, quæ emphaſim quandam addit ſententiæ. *Plaut. Mil.* 5. 2. 29. Tanquammer genium meum.

Tantalĕus, a, um, ταντάλειος, quod ad Tantalum ſpectat. *Prop. lib.* 2. *el.* 1. *v.* 68.

ex *tantus*, & abl. *epœe*. Itaque dividit *Plautus Cæs.* 3. 2. 2. Hoc erat ecastor, quod me tanto vir opere orabat meus. *Cic. pro Mur.* Illud nescio quid, quod tantopere didicisti. *Id.* 2. *de Orat.* Neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere ejus in causis oratione delector.

Tantillum, adv. *un tantino*, tam parum, dim. a *tantum*. *Cic.6.Ver.c.68.* De omnibus nobis siquis tantillum de recta regione destexerit. *Id. ib. c.* 71. Si tantulum oculos dejecerimus, præsto esse insidias.

Tantillus, a, um, *si pleciolo*, *si poco*, tam parvus, dim. a *tantus*. *Cic. de Sen.* Quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex ceteranum frugum, ac stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat. *Id. Aust. lib.* 4. Dices, tantula ne in causa? *Id. pro R. Am.* Deinde cur tantulo venierint. Subaudītur *pretio*. ¶ Usurpatur etiam substantive, ut cætera adjectiva. *Cic.4. Ver.* Et vendidisset, si tantulum moræ fuisset, quominus ei pecunia illa numeraretur. *Id. pro R. Am.* Si ex eo negotio tantulum in rem suam convertisset.

Tantum, adv. *tanto*, כֵּן, לְבַד, τοσοῦτον, tantopere, tam vehementer, usque adeo: cui respondet *quantum*. *Plaut. Mast.* 2. 2. 94. Tu, ut occepisti, tantum, quantum quis, fuge. *Virg.* 4. *Georg. v.* 101. Nec tantum dulcia, quantum Et liquida. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 1. De fano illo tantum, quantum me amas, velim cogites. ¶ *Tantum abesse*, est tam longe distare. *Cic.* 1. *Off.* Id autem tantum abest ab officio, ut nihil magis officio possit esse contrarium, *tanto è lontano, che anzi ec. Id.* 4. *Acad.* Tantum abesse dicebat, ut id consentaneum esset, ut maxime etiam repugnaret. ¶ Ponitur etiam pro solum. *Cic. pro Mur.* Nihil dicam arrogantius, tantum dicam, &c. ¶ *Tantum non*, est solum non, locutio usitata de re non plane peracta, pro fere, ferme, propemodum, *quasi, poco meno che. Liv. lib.* 4. *cap.* 2. Et cum hostes tantum non accersierint. *Suet. in Tib. cap.* 11. Tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit. ¶ *Tantum quod*, est vix dum. *Suet. in Aug. c.* 96. Navis Alexandrina, quæ tantum quod appulerat, *allora allora*. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 23. Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te literæ redditæ sunt, *appena io era ritornato, che ec.* ¶ Significat etiam *solum quod*. *Cic.* 3. *Verr. c.* 45. Tantum quod hominem non nominat, causam quidem totam perscribit. *Id. Verr.* 5. *c.* 53. Tantum quod aratoribus Merellus obsides non dedit. Alii hic leg. *tantum non*.

Tantummŏdo, adv. *solamente*, μόνον, μόνως, solum. *Cic.* 3. *Orat.* Neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. *Id. pro Syll.* Quod omnia suppressa voce dixit, tantummodo ut vos, qui ea probabatis, posterīs exaudire.

Tantundem. V. Tantusdem.

Tantus, a, um, *tanto, così grande*, כֵּן, זֶה, Germ. *so groß*, Gall. *si grand*, His. *tanto grande*, τόσος, πηλικοῦτος, tam magnus, vel tam parvus, a *tam*, conversō *m* in, *n*, euphoniæ causa. *Cic.* 2. *de Divin.* Sol major ne, quam terra sit, an tantus, quantus videatur. ¶ Sæpe absolute ponitur, sine relativo *quantus*, quod tamen facile potest intelligi. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 16. Tantus natu Deorum nescis nomina, *così vecchio*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* Hi tanti ignes, tamque multi. *Id.* 3. *de nat. Deor.* Urbs tanta, atque talis. ¶ Sæpe conjunctivum regit cum particul. *Cæl. Cic. l.* 8. *Fam. ep.* 10. Sin autem non erit isthic bellum, aut tantum erit, ut vos, aut successores parvis additis copiis sustinere possint. *h. e.* tam parvum. ¶ Putet aliquis, assumere post se etiam particulam *quod*; ex illo *Cic. pro Cæl. c.* 1. Miretur profecto, quæ sit tanta atrocitas hujusce causæ, quod diebus festis, ludisque publicis hoc judicium exerceatur. Sed illud *quod*, si recte attendas, ab adject. *tanto* minime pendet. ¶ Usurpatur etiam substantive, ut cætera adjectiva. *Cæs. l.* 6. *B. G.* Præsidii tantum est, ut ne murus quidem cingi possit. ¶ *In tantum*, est tantopere, vel usque adeo, eatenus. *Virg.* 6. *Æn.* Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos, In tantum spe tollet avos. *Sen. lib. a de Benef.* Quomodo danti in tantum producenda notitia est muneris sui, in quantum delectatura est, cui datur. *Plin. l.* 10. *c.* 53. Quædam aves in tantum pariunt, ut effœtæ moriuntur, *tanto spesso, che ec.* ¶ *Tantum est*, elegans formula, cum significamus, nihil amplius restare. *Ter. Eun.* 5. 5. 26. Nunquid est aliud mali reliquum? Pa. Tantum est, *tanto*, e non più. *Plaut. Mere.* 1. 2. 22. Nunquid amplius? Ly. tantum est. ¶ *Tantus* pro *tam*. *Plaut. Amph.* 5. 1. 5. Tanta mira facta sunt in ædibus. ¶ *Tanti* pro *tot*. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 37. Quasi mihi non fexcenta tanta soleant credier. *Cajus l.* 64. *Dig. de legat.* 1. Quod si minus, in tantos quanti inveniantur. *Valer. Flac. l.* 5. *v.* 635. quid tantæ coeunt in prælia gentes?

Tantusdem, tantădem, tantundem, *altrettanto*, τοσοῦτος, τοσοῦτον, τοσοῦτο, æque tantus, æque multus. *Ulp. l.* 8 *proparte*, *ff. de in rem verso*: Si decem in rem domini verterit, & postea tantandem summam a domino mutuatus sit. ¶ Fere usurpatur substantive. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 19. Quæ morte, testamentove ejus tantundem capiat, quantum omnes hæredes. *Id.* 1. *Tusc. cap.* 43. Undique enim ad inferos tantundem viæ est. *Plaut. Perf.* 4. 4. 36. Si tibi subiti nihil est, tantundem est mihi.

Taos, m. 2. gemmæ genus, a ταώς, *pavo*, quia pavoni similis est. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Taos pavoni est similis, item aspidi, quam vocari chelidoniam invenio.

Tapanta, τὰ πάντα, omnia. Græca vox latinis literis scripta legitur apud *Petron. in Satyr.* Trimalchionis tapanta est. Loquitur *Petron.* de uxore cujusdam divitis, quæ viri animum ita sibi subegerat, ut in omnibus imperaret. V. integrum locum in voce *Quare*.

Tapes, etis, m. *tapete*, קֶרֶץ, Ger. *teppich*, *gewurckteuch*, Gal. *tapis*, His. *alhombra*, *tapete*, πάνης, πέπις, idem ac aulæum, h. e. vestis stragula, variis coloribus intexta, qua aularum parietes, pavimenta, mensæ, nonnunquam etiam lecti sternuntur. *Virg.* 6. *Æn. vers.* 358. Crateræque simul, pulchroque tapetes. *Id. l.* 10. Qui forte tapetibus altis Extructus toto perflebat pectore somnum. ¶ Rectus casus *tapes* non est in usu.

Tapēte, is, n. idem ac tapes. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 14. Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia. Ubi *taperia belluata* vocat, ut Græci ζωωτὰ, hoc est in quibus ζῶα, sive belluæ sunt acu pictæ.

Tapētum, i, n. idem ac tapes. *Virg.* 7. *Æn. v.* 277. Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis.

Tapinōma, ătis, *n. umiltà, bassezza di dire*, dictio humilis, ταπείνωμα. *Sidon. l.* 4. *ep.* 3. O eloquium non exilis, sed subtilis ingenii, quod nec per scaturigines hyperbolicas intumescit, nec per tapinomata depressa tenuatur.

Tapinophronēsis, ταπεινοφρόνησις, vox Græca, quæ animi demissionem, seu abjectionem significat, *viltà, o bassezza d'animo*, a ταπεινός, *humilis*, & φρονέω, *sapio, sentio*. Usurpatur a *Ter. ad v. Pysch. c.* 12.

Tapinōsis, eos, *f.* 3. ταπείνωσις, humiliatio, a ταπεινόω, *humilio*. Hoc nomine appellarunt vitium Grammaticale, cum rei magnitudo, vel dignitas verbi humiliter deprimitur, seu minuitur, ut siquis paricidam vocet hominem nequam. *Virg. Æn.* Apparent rari nantes in gurgite vasto. *Ubi Servius*: In gurgite vastio, Tapinosis est, idest rei magnæ humilis expositio. Pendenter tamen Virgilius humiliratem sermonis epitheto plerumque sublevat, ut hoc loco *Vasto* addidit.

Taprobāna, seu Taprobane, *f.* 1. *Ceylan*, *Ceylon*, *Zeilan*, inc. *Favazisa*, ideſt terra deliciarum; inf. ampla Asiæ & Indiæ intra Gangem, in mari Indico, in ora sinus Gangetici, prope prom. Commarium, & partem Australem peninsulæ Indiæ cis Gangem, a qua tantum dirimitur freto *Mænar*. Nobilis est felici aromatum proventu. Affluit margaritis, & etiam gemmis, ac auro, maxime apud Palæogones pop. Lucet ibi Canopos, sidus clarum, & amplissimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cœruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis. Vivunt ultra centum annos. *Avien in periegesi. v.* 777. Insula Taprobane gignit terros Elephantos, Et super astriferi torretur sidere cancri. *Plin. l.* 7. *c.* 2. In Taprobana insula longissimam vitam sine ullo corporis languore traduci. V. *eund. l.* 6. *c.* 22.

Tapulla, lex quædam convivalis ficto nomine, & joco so carmine conscripta a Valerio Valentino. *Lucil. apud Fest.*

Tarandus, m. 2. παράδος, animal apud Scythas. *Plin. lib.* 8. *c.* 34. Mutat colores Scytharum tarandus, nec aliud ex iis, quæ pilo vestiuntur, nisi in Indis lycaon, cui jubata traditur cervix. Et *paucis interfectis*. Tarando magnitudo, quæ bovi, caput majus cervino, nec absimile, cornua ramosa, unguæ bisidæ, villus magnitudine ursorum. Sed cum libuit sui coloris esse, ferri similis est. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorumque reddit metuens, in quibus latet, ideoque raro capitur. Mirum esset, habitum tam multiplicem dari, mirabilius & villo.

Tarānis, m. 3. dicebatur Jupiter a Gallis, cui humano sanguine litabant. *Lucan. l.* 1. *v.* 446. Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.

Taras, ătis, m. τάρας, filius Neptuni, qui primus Tarentum condidisse creditur; & a nomine suo appellasse. Græce enim Tarentum τάρας dicitur. *Boco. l.* 9. *Gen.*

Taras, antis, m *Tara*, fl. Magnæ Græciæ, qui oritur apud Massafram opp. & in sin. Tarentinum apud Tarentum urb. cui nomen dedit, influit. *Strab. l.* 1. *fil.* 1. *v.* 103.

Tarantalla. *Martial. l.* 1. *ep.* 51. Si tibi Mistyllus cocus, Æmiliane, vocatur, Dicetur quare non Tarantalla mihi? Horum versus hæc est sententia: Æmilianus quidam coquum suum Mistyllum vocabat, ducto forsasse nomine ab illo *Homeri* versu *Iliad.* 1. μίστυλλόν τ' ὄρσε τ' ὀβέλσιν. h. e. fecabant autem & alias res. Cur non liceat, inquit *Martialis*, quemadmodum tibi a primo verbo illius carminis, ita mihi a sequentibus nomen coquo imponere, & *Tarantalla* appellare?

Tarantantăra, *f.* 1. vox tubæ, ab Ennio ficta. *Serv. in* 9. *Æn.* in eum versum: At tuba terribilem sonitum procul ære sonoro. Hemistichium, *inquit*, *Ennii*. Nam sequentia iste mutavit. Ille enim ad exprimendum tubæ sonum ait *tarantantara*. Et multa hujusmodi Virgilius, cum aspera invenerit, mutat.

Tarcho, & Tarchon, ontis, m. τάρχων, dux, & aruspex Hetruriæ, qui Æneæ supperias tulit adversus Turnum, & Rutulos. *Virg.* 8. *Æn. v.* 603. Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant Castra locis. *Id.* 10. *Æn. v.* 299. Effatus Tarchon socii consurgere tonsis, &c. *Id.* 11. *Æn. v.* 727. Tarchontem in prælia fæva, &c.

Tardabilis, le, adj. tardus, torpescens, ut tardabilis rigor. *Tertull. de anim. c.* 43.

Tardātus, a, um, *tardato*, *ritardato*, βραδυνθείς, particip. a tardor. *Virg.* 5. *Æn.* At non tardatus cursu, neque territus heros Actior ad pugnam redit. *Cic. ad Brut.* Si ea, quæ ex tempore suscepta sunt, ut agerentur, non tardata, & procrastinata sunt. *Pl. l.* 8. *c.* 8. Ac præcauta bipenni hoc erure tardato. h. e. debilitato.

Tarde, adv. *tardamente*, *tardi*, לְאַט עֵרֶב, Germ. *langsamlich*, Gall. *tard*, *lentement*, His. *tardamente*, ὀψὲ, βραδέως, lente, pigre, cunctanter. *Cic. lib.* 14. *Fam. ep.* 15. Cum sane adversis ventis usi essemus, tardeque, & incommode navigassemus. ¶ Accipitur aliquando pro sero, hoc est vespertino, vel nocturno tempore. *Cic. pro Mil.* Videre nunc illum primum egredientem e villa subito. Cur vesperi? quid necesse est tarde? ¶ Comp. tardius, sup. tardissime. *Cic.* 4. *Acad.* Inimicorum calumnia triennio tardius, quam debuerat, triumphavit. *Id. l.* 2. *Fam.* Quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissime omnia perferuntur.

Tardesco, is, n. 3. *divenir tardo*, אָחַר, βραδύνομαι, tardus fio. *Lucret. lib.* 3. *v.* 480. Tardescit lingua, madet mens.

Tardigemĭlus, la, um, adject. tarde, & lente gemens. *Navius apud Gell. l.* 19. *c.* 7. Tardigemulo femie oppressus. Alii leg. *tardigenulo*, ut sit a *tardus*, & *genu*, & idem significet quod *tardigradus*.

Tardigrădus, a, um, *chi va tardo*, βραδύπους, qui tarde graditur. *Cic.* 2. *de Div. cap.* 64. *ex Pacuv.* Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera.

Tardilŏquus, a, um, βραδύγλωσσος, qui tarde loquitur. *Sen. ep.* 40. Summa summarum hæc erit, tardiloquum te esse tabarinum.

Tardĭpes, edis, o. 3. βραδύπους, qui tarde incedit, aut claudicat, epithetum Vulcani qui claudus esse dicitur. *Catull. in annales Volusii* 34. 2. Electissima pessimi Poetæ Scripta tardipedi Deo daturum. *i. e.* igni. *Col. l.* 10. *circa fin.* Quia & tardipedi sacris jam rite soluris.

Tarditas, ătis, f. *tardanza*, עַצְלוּת, אֹרֶךְ, Ger. *langsamkeit*, *tragheit*, Gal. *tardiveté*, His. *tardanca*, βραδύτης, qualitas celeritati contraria, pigritia, cunctatio, mora. *Cic. pro Rab. perd. reo c.* 7. Non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat. *Idem de Univ.* Quæ in octo cursibus celeritates, tarditatesque declararent. *Id. in Orat. c.* 68. Tarditas ingenii, *ingegno non pronto*.

Tarditer, ei, f. 5. idem ac tarditas, apud vet. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 806. Multa amittuntur tarditie, & discordia.

Tarditūdo, inis, idem ac tarditas, apud vet. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 29. Podagrosi estis, ac vicitis cochleam tarditudine.

Tarditusculus, a, um, ὀκνοβραδύς, aliquantum tardus, dim. a tardus. *Ter. Heaut.* 3 2. Est ille Clinia servus tarditusculus.

Tardo, as, a. 1. *ritardare*, אָחַר, Ger. *verhindern*, *saumen*, Gall. *retarder*, His. *detener*, *retardar*, βραδύνω, moror, remoror, moram alicui injicio, tarditatem affero. Usurpatur eum acc. *Cæs. l.* 1. *B. G.* Atque ut eorum auxilia tardaret. *Cic. l.* 7. *Fam. ep.* 5. Mea quidem tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certe tardare. *Id. l.* 11. *Phil.* Vereor, ne exercitus quoque nostri tardentur animis. ¶ Vel cum infinitivo. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 42. Reliqui hoc timore propius adire tardarentur. ¶ Translate ponitur pro reprimere. *Cæs. l.* 2. *B. C.* Quo facilius impetum Cæsaris tardaret. ¶ Est etiam neutrum absolutum, & significat moram trahere. *Cic. ad Brut. ep.* 18. An tardare, & commorari re melius esset tibi.

Tardor, oris, m. tarditas. *Varro apud Nonium c.* 5. *n.* 255.

Tardus, a, um, *tardo*, עָצֵל, מְאֻחָר, Germ. *langsam*, *gemach*, Gal. *tardif*, *lent*, His. *tardo*, βραδύς, cunctator, cunctabundus, ferus, remissus, piger, iners. *Cic.* 1. *de Inv.* Formosus, an deformis, velox, an tardus sit. *Id. clar. Orat. c.* 59. Tardum esse in cogitando. *Id.* 1. *Off.* Ad injuriam tardiores. *Ovid.* 8. *Metam.* Tardus ætate. *Plin. lib.* 9. *cap.* 42. Tardissimi pisceum. ¶ Cum infinito. *Sil. lib.* 3. *v.* 233. docilis fallendi, & nectere tectos Nunquam tarda dolos. ¶ Tardæ noctes dicuntur hibernæ a *Virg.* 2. *Georg. v.* 482. & *Æn. v.* 750. quæ diu super terras morantur, & tarde recedunt: Contra tardos menses æstivos appellat *Georg.* 1. *v.* 32. qui dies habent longiores. ¶ Per translationem ad animi, vel ingenii tarditatem refertur, & accipitur pro heberi, cui ingenium non est promptum. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 5. Sed quia nimis indociles quidam, tardique sunt. *Id.* 3. *Agr.* Sed quem vestrum tam tardo ingenio fore putavit, &c. ¶ Item pro difficili. *Plin. lib.* 23. *cap.* 1. Quippe cum sit tardum dictu, pluribus prosit, an nocear. ¶ Quandoque ponitur pro perseveranti, & diuturno. *Virg.* 2. *Georg.* Media fert tristes succos, tardumque saporem Felicis mali. Sic *Nonius*. *Servius* vero interpretatur saporem tardum, vix senſibilem. ¶ Quandoque pro denso, ac crasso. *Virg.* 5. *Æn.* Stupa vomens tardum fumum.

Tarentīnus, a, um, *Tarentino*, ταραντῖνος, quod ad Tarentum spectat, vel ex Tarento est, vel in Tarentinis agris crescit. ¶ *Tarentini equites*, qui longe jaculari consueverant. *Ælian. non longe a principio libri de instruendis aciebus*: Tarentinorum duo sunt genera. Nam alii longius jaculantur, & ob eam rem equites jaculatores dicuntur, & *Tarentini* speciali vocabulo: alii, cum semel, aut bis jaculum miserint, quo leviori utuntur, manus de cætero eum adversario conferunt, & cominus pugnare incipiunt, non secus, quam quos hastatos appellari sæculimus. *Leves* hos nominari solitum est. Ergo Tarentinorum alii *Tarentini* nomine suo vocantur, qui de longe jaculari consueverunt, alii *Leves*, qui pugnam cominus subeunt. *Cic. Att. l.* 5. *ep.* 19. Quæ de Tarentinis in militia laborovi, ea tibi grata esse gaudeo. *Liv. lib.* 35. Deis Cretenses auxiliares, & quos Tarentinos vocabant equites, binos secum trahentes equos. *Et infra*. Luce orta, Cretenſium levis armatura, & Tarentini equites super torrentem præsilium commiserunt. ¶ Tarentinus sinus, *Golfo di Tavanto*, sinus Magnæ Græciæ, pars maris Ionii, inter duo promontoria, Japigium ad Bor. & Lacinium ad Austr. & inter Calabriam citeriorem, Basilicatam, & Terram Hydruntinam, prov. Regni Neapolitani. Sic dicitur a Tarento urbe in ejus intimo recessu. ¶ *Tarentina nux*, quæ in agro Tarentino nascitur. Est e juglandium genere, adeo fragili putamine, & ita mollis, ut vix attrectata rumpatur. Sed tamen Tarentinarum nucum duo genera sunt, unum fragili putamine, alterum duro. *Plin. l.* 15. *c.* 22. ¶ Sunt etiam nuces pineæ Tarentinæ. *Plin. l.* 15. *cap.* 20. Harum genus aiterum Tarentinum, digitis fragili putamine, aviumque furto in arbore. ¶ Similiter Tarentinæ castaneæ, Terentina pyra, Tarentinæ ficus, Tarentina vina, Tarentinæ myrti, Tarentinæ cypressi, &c. quæ in agro Tarentino proveniunt. *Plin. l.* 15. *cap.* 23. *Id. l.* 15. *c.* 17. *Colum. l.* 5. *c.* 10. ¶ *Venenum Tarentinum*, est purpura Tarentina, quæ rubedinis pulculum habet. *Hor. lib.* 2. *ep.* 1. Lana Tarentino violas imitata veneno.

Tarentum, i, n. *Taranto*, Τάρας, urbs ampla Magnæ Græciæ, in Messapia, seu Calabriæ prov. in Salentinorum confinio, olim clarissima Respublica, quæ cum Romanis bellum gerere ausa fuit, cum arce permunita, & portu olim capacissimo. Condita fuit & nominata a Tarante filio Neptuni. Deinde est amplificata, expulsis incolis, a Spartanis, ideſt a Partheniis, anno U. C. 45. seu 47. duce Phalanto, vel Palanto, quod idem proditum est a *Justino lib.* 3. & 20. & *Virgilius* significat *l.* 3. *Æn.* dum ait: *Hic sinus Herculei* (*si vera est fama*) *Tarenti Cernitur*, *h. e.* a Spartanis auſti, & habitati, ex quorum gente Hercules fuit. Quidam putant sic appellari a Sabina voce *tarentum*, quæ illis molle significat, propterea quod in agro Tarentino & nuces juglandes, & nuces pineæ, & lanæ mollissimæ proveniunt. Hinc *Horat. lib.* 2. *sat.* 4. Pestinibus patulis jactat se molliculus Tarentum. Ex hac urbe ortum traxerunt cives illustres, Aristoxenus Musicus, Aristotelis familiaris, Rhinthon Tragicus, & Comicus, Iccus Medicus, & Archyta summus Mathematicus, Tarenti obiit M. Pacuvius Tragœdiographus, patria Brundusinus. ¶ Ceterum ejus incolæ fere molles fuere, & deliciis dediti. Hinc imbelle Tarentum dictum est ab *Horat. lib.* 1. *epist.* 7. ¶ Tarentus sem. genere, *Sidon. carm.* 5. *vers.* 435. Ipsaque, quæ petiit, trepidaverat uncta Tarentus.

Tarinātes, m. 3. Taranates, pop. Sabinorum, quorum opp. Tarannum, *Tarano*, ad Himelem fl. apud montem Severum, & Crures.

Tarmes, itis, m. vermis genus, a τέρμμαι, præterito verbi τείρω, *tero*; exedit carnes, ut air *Festus*: item lignum, ut ex his Plauti verbis colligitur *Mostell.* 3. 2. 140. Postes ambo ab infimo tarmes secat.

Tarpeja, æ, f. 1. Ταρπηΐα, virgo Romana, filia Sp. Tarpeji, reguante Romulo. Cum Sabini propter raptas virgines bellum Romanis intulissent, duce T. Tatio Rege, & castra inter Quirinalem, & Saturnium, seu Capitolinum collem posuissent, sequenti die præteriere radices Capitolii, ut explorarent, siqua forte collis pars vel clam, vel vi aperta capi posset. Hos Tarpeja, cujus patri loci illius custodia mandata erat, de sublimi aspiciebat; quam, ut Fabius, & Cincius scribunt, cupido cepit armillarum, quas in sinistris brachiis illi gestabant, & anulorum, quos in digitis ferebant. Sed, ut L. Piso tradit, virginem præclari facinoris cupido incessit, ut hostes armis denudatos suis civibus objiceret. Itaque per occultum colloquium cum Sabinis pacta, prodituram se arcem, si pro mercede quidquid in sinistro brachio gestabant, sibi dedissent, aperta clanculum portula, noctu eos recepit; cumque pro armillis & auro, eorum scuta ex pacto projecissent, irati Sabini scutis in eam injectis obruere. *Liv. lib.* 1. *cap.* 11. paulo aliter rem narrat. *Ovid.* 14. *Metam. vers.* 778. arcisque via Tarpeja recluſa, Digna animam pœna congestis exuit armis.

Tarpejus mons, Rupes Tarpeja, Tarpejum saxum, ταρπήϊον ὄρος, mons Romæ, idem, qui antea Saturnius, & postea Capitolinus, ita dictus a Tarpeja filia Sp. Tarpeji, quæ cum Sabinis arcem in eo ædificatam prodidisset, eorum scutis obruta, ibidem sepulta est. *Virg.* 8. *Æn.* Hinc ad Tarpejum sedem, & Capitolia ducit, Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis. *Propert. l.* 4. *el.* 1. Tarpejus pater h. e. Tarpejæ coronæ fuerunt, quas obtinebant, ii, qui victores in ludis Jovi Capitolino dicatis fuissent. *Martial. lib.* 9. *ep.* 41. Sic Tarpejæ querecus. h. e. coronæ e quercu. *Id. lib.* 4. *epist.* 54. ¶ *De Tarpeja lege*, cujus meminit *Fest. in voce Peculatus*, diximus in *Asteria*. Invenitur & Tarpejanus apud *Apicium lib.* 8. *cap.* 6.

Tarquiniensis, & fe, o. 3. qui ad Tarquinios urbem spectat, ut Ager Tarquiniensis. *Plin. lib.* 7. *c.* 52. Qui in Tarquiniensi feras pascere instituit. ¶ Tarquiniensis lacus, idem qui Sabatus, sive Sabatinus, ita dictus a Tarquiniis urbe vicina. *Plin. lib.* 2. *c.* 95.

Tarquinĭi, orum, m. pl. familia Romæ Regalis, ex qua fuere L. Tarquinius Priscus Rex, L. Tarquinius Superbus Rex, L. Tarquinius Collatinus, &c. *Virg.* 6. *Æn.* Vis & Tarquinios Reges, animamque superbam Ultoris Bruti.

Tarquinĭi, orum, m. pl. Tarquiniæ *Ptolemæo*, Tarquiniæ *Antonio*, olim Tarchona, seu Tarcona, *Tarquene*, seu *la Turchina*; vulgo *la Turchina*, ταρκυνία, colonia, & urbs Hetruriæ, ultra lacum Sabatinum, qui & Tarquiniensis dictus est. Condita fuit hæc urbs a Tarchonte, qui Æneæ opem contra Turnum tulit, & Tarchona ab illo nominata. Progressu temporis dicta est Tarquinia, & Tarquinii. Aliqui scribunt Tarquiniam esse appellatam a Tarquinio Prisco Rege. Sed potius Rex ab urbe nomen accepit, ut *Collatinus* a *Collatia*.

Tarquitĭus, a, um, adject. a Tarquinii familia Romana, ut Tarquitiæ scalæ, quas Tarquinius superbus fecerat. *Festus*. Al. leg. *Tarquinie* eod. sensu.

Tarracina, æ, f. oppidum Volscorum, idem quod Anxur. *Plin. lib.* 3. *c.* 5. ¶ Apud *Liv. l.* 4. *c.* 59. est Tarracinæ, arum. ¶ Legitur & *Terracina*.

Tarrăco, onis, f. *Tarragona*, ταρράκων, urbs, olim colonia Romanorum, Hispaniæ citerioris, in ora Catalauniæ, & maris Mediterranei, in tumulo, ad ostia Tulcis fl. cum portu, media inter Barcinonem ad Bor. & Dertusam ad Mer. Condita est a Scipionibus, dum in Hispania bellum gererent. Ab ea tertia Hispaniæ pars nomen Tarraconensis accepit. Abundat vino optimo. *Mart. l.* 13. *ep.* 118.

Tarraconensis, fe, adject. a Tarracone, ut Tarraconensis regio. *Pl. l.* 3. *c.* 1. & 3.

Tarsensis, se, adject. a Tarso oppido, ut Tarsense pelagus. *Colum. lib.* 18. *cap.* 16. ¶ Tarsenses, ejus urbis incolæ. *Cic. l.* 5. *ad Att. ep.* 21.

Tarsus, i, *Tarso*, Ταρσός, Ciliciæ metropolis, apud ostia Cydni fluvii, a Perseo ædificata, patria fuit D. Pauli Apostoli. De ea meminere *Lucan. lib.* 3. & *Plin. lib.* 5. *cap.* 27.

Tartarĕus, a, um, *infernale*, ταρτάρειος, quod ad tartarum spectat. *Cic.* 2. *Tusc. cap.* 9. *ex Poeta*: Hæc e tartarea tenebrica abstractum plaga Tricipirem eduxit hydra generatum canem. *Virg. Æn. lib.* 7. Connuque recurvo Tartareum intendit vocem. h. e. terribilem, aut fortem, inquit *Servius*. ¶ Tartareæ forores, h. e. Furiæ. *Stat.* 4. *Theb. v.* 66.

Tartarĭnus, a, um, ταρταρώδης, horrendus, terribilis. *Fest.* Tartarino cum dixit Ennius, horrendo, & terribili Verrius vult accipi, a Tartaro, qui locus apud Inferos. *Enn. apud Varron. l.* 9. *de L. L.* Corpore tartarino prognata palude virago.

Tartărus, i, m. & in plurali tartara, orum, n. *inferno*, תַּחְתִּיּוֹת, Ger. *die helle*, *diebell*, Gall. *les enfers*, His. *infierno*, ὁ τάρταρος, τὰ τάρταρα, locus profundissimus inferorum, ex quo Acheron fluvius erumpit. *Serv. ad Æn.* 6. *vers.* 135. & 295. ¶ Poetæ fabulantur, esse filium Terræ sine patre. Fortasse est a ταράττω, *perturbo*, παρὰ τὸ ὑπεπράδαι, ἢ συνεχῶσθαι τὸ ἐν αὐτῷ πάντα, quam originationem affert Etymologus; ideſt quia quæ in ipso sunt, omnia perturbata, & confusa sunt. Plutarchus lib. de primo frigido ita scribit, Τάρταρος δ' ἐστὶ, ὑπὸ ψυχρότητος, ἀκινησίας, δυλοῦ δὲ καὶ ἠνωμένου, ὥπαν, πάντα ἀπορον περάσεως, ἢ τὸ ἐνδιδόναι πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ, ἢ τρέμειν, ταράττεσθαι. Ideſt, Tartarus hic a frigore appellatus est. Atque id ostendit quoque Hesiodus, dicens, tartarum aerosum, sive obscurum. Et qui horrore concutiuntur, ac tremunt, dicuntur tartarizare. ¶ Est etiam Tartarus fluvius Italiæ in regione Veronensi, il *Tartaro*, qui ex Athesi in Padum decurrit, ex quo unum ex Padi ostiis Tartarum a *Plin. lib.* 3. *cap.* 16. vocatur. *Tacit.* 3. *hist. c.* 9.

Tartessĭus, idis, adject. fem. ut Tartessis lactuca apud *Colum. l.* 10. *v.* 185. & alibi.

Tartessiăcus, a, um, adject. a Tartesso urbe, *Sil. l.* 16. *v.* 114. Ad Tartessiacos tendis per litora portus.

Tartessius, a, um, adject. Tartessiacus. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 416. Presserat occiduus Tartessia litora Phœbus.

Tartessus, *f.* 2. *Tarifa*, urbs Hisp. Bæticæ in ora freti Herculei, contra Mauritaniam Ting. alio nomine *Carteja*. Ibi feles maximæ gignuntur, ut *Felis Tartessia* sit in proverbium deducta, de copia rerum. ¶ Poetæ usurpant in occasus solis descriptione. *Silius l.* 3. *v.* 399. Tartessus stabulanti conscia Phœbo. ¶ Etiam Gadium insula Tartessus dicta est. *Plin. l.* 4. *c. penult.*

Tarvisānus, & Tarvisianus, ad Tarvisium pertinens. *Plin. l.* 3. *c.* 18. & *vet. Inscriptiones apud Muratorium p.* 829. & 1085. Hinc Tarvisani montes, ex quibus Plinius scribit Silim oriri. Invenitur & *Taurisanus* in vetustis MSS. Plinii.

Tarvisium, ii, n. Tarvisius Venantio Fortunato, olim Taurisium, *Trevisio*, *Trevigi*, ταρουίσιον, urbs Venetiæ, Marchiæ Tarvisinæ caput, ad Silim fl. Nomen accepit a tauro bestia, quod indigenæ illi, qui ab Antenore ex Isis fœdibus exturbati sunt, ubi ille Paravium condere statuit, taurum quendam ferum dimiserunt, ut ubi ille consisteret, urbem sibi novam construerent, & quod & fecerunt. Pop. Tarvisini. *Fortunatus in vita S. Martini lib.* 4. Qua mea Tarvisius reſidet, si molliter irrasa.

* Tarum, lignum aloes. *Pl. l.* 12. *c.* 20.

Tarus, m. 2. il *Taro*, fl. rapidissimus Galliæ Togatæ, qui ex Apennino M. in Padum per Æmiliam, & agrum Parmense decurrit, Æmiliam secans. *Pl. l.* 3. *c.* 16.

Tascōnium, ii, n. terra alba similis argillæ, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. *Plin. lib.* 33. *cap.* 4. Catini fiunt ex tasconio. Hæc est terra alba similis argillæ. Neque enim alia affatum, ignemque, & ardens materiam tolerat.

* Tasis, f. τάσις, intensio, intentio, vehementia. *Capell. l.* 9. *p.* 318. Est autem intensio, quam dicimus tasim, qua vox persistit ac perseverat.

Tat. V. Tatæ.

Tata, æ, m. pater, vox puerorum, qua illi utuntur, cum patrem vocant, ut mamman appellant matrem. *Varro apud Non. c.* 2. *n.* 97. Cum cibum, ac potionem bua, ac papas vocent, & matrem mammam, patrem tatam. *Martial. lib.* 1. *epist.* 101. Mammas, atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum Dici, & mammarum maxima mamma potest. ¶ Ponitur & pro nutritore, educatore. *Inscript. apud Fabret. p.* 142. Saturnino patet, & Phœbus tata fecerunt. *Alia* apud *Gruter p.* 662. *n.* 6. Elpidius Pamphilus Patri tatæ suo bene merenti fecit.

Tatæ, interjectio est admirantis. *Plaut. Trucul.* 3. 1. 18. Tatæ! ecquis est? Alii, leg. *Tat.* quæ vox legitur & apud *Charisf. l.* 2. *ex Nev.* quemadmodum & *tatat*: quæ omnes eundem sensum habere videntur, sunt tamen perantiquæ, ut idem *Charisf.* ibidem notat. ¶ Est etiam tatæ particula exultantis, & joculariter exclamantis. *Id. Stic.* 5. 7. 3. Fac tu huc modo. St. at tu huc modo, Sa. babæ! St. tatæ! Sa. papæ! St. pax! Describit *Plautus* saltantium fervorum jocos.

Tatienses, ium, m. 3. una ex tribus Tribubus Populi Romani reguante Romulo, ideſt Sabini illi, qui T. Tatii Regis ductu bellum Romanis propter virginum raptum intulerunt, deinde fœdere percusso domicilium Romam transtulerunt. Dicti sunt a T. Tatio. *Varro l.* 4. *de L. L. Pediæus. in* 3. *Verr.* ¶ Aliqui dicunt fuisse secundam Equitum centuriam, quæ ex centum Sabinis equitibus constabat. *Liv. lib.* 1. & *Aurel. Victor. de Vir. Illustr. Ovid.* 3. *Fast.* Quin etiam partes totidem Tatiensibus ille, Quosque vocant Ramnes, Licerībusque dedit.

* Tatĭes *pro* Tatienses quidam legunt apud *Varr. L. L.* 4. 9.

Tatius, m. 2. Sabinorum Rex, qui ob Sabinarum Virginum rapt

tus divisi, *Cyrnus Taurus*, alibi *Felber Taurus*, & alibi *Karo Taurus*. ¶ Carni quoque Taurisci Plinio dicuntur, qui Carnicas alpes incolunt. *Pl. l. 3. c. 20. & 25.*

Taurobelita, æ, fem. Dianæ cognomen inde ductum, quod a Tauris Scythiæ populis humano sanguine ei sacrificaretur. *Inscript. apud Gruter. pag. 309. n. 2.*

Tauroboliatus, a, um, particip. deponentis forma a *taurobolior, aris*, h. e. qui taurobolion fecit. *Lamprid. in Heliog. c. 7.* Matris Deum sacra accepit, & tauroboliatus est, ut typum eripere, & alia sacra, quæ penitus habentur condita.

Taurobolium, ii, *n. ταυροβόλιον*, sacrificium tauronum, qui in sacris Matris Deum Cybeles immolabatur, quemadmodum Criobolium, sacrificium arietum. Hinc *taurobolium* (vel *tauropolium*: nam & hoc modo legitur in *vet. inscription.*) *facere*, apud *Gruter. in inscript. pag. 30. & 31. Taurobolium accipere*, h. e. in sacris Matris Deum initiari. Qui taurobolium accipiebat, & confecrandus erat, in scrobem profundam demittebatur. Deinde scrobs ipsa tabulis sternebatur, quæ multis foraminibus pertusæ erant: super has tabulas taurus aureis cornibus immolabatur, cujus sanguis per foramina defluens, oculis, naribus, capite, toto denique corpore a subjecto homine excipiebatur, qui expiari hac ratione dicebatur, lustraqique adeo, ut viginti totos annos purus mundusque esse diceretur. V. Selmas. *in Lamprid. in Heliog. ab. c. 7.*

Tauromintanus, a, um, adject. a Tauromínio, ut: Tauromintana sedes. *Sil. lib. 4. v. 257.* ¶ Tauromitani, orum, ejus urbis incolæ. *Cic. 4. Verr. c. 66.*

Tauromínium, n. 2. Tauromenium, *Taormina*, urbs Siciliæ, cum portu in ora Or. in valle Demonæ, in planitie. Mare ibi adjacens euripum facit æstus die ac nocte reciprocans, quam aliis *in locis. Plin. l. 2. cap. 97.* Hinc Tauromínitanam chatybdim nominat *Lucan. l. 4. v. 462.* ¶ Ager circa hanc urbem fertilis est vini inter generosiora enumerati ab eodem *Plin. l. 14. c. 2. & 6.*

Tauropólium. V. Taurobolium.

Taurubília, arum, f. ita appellatur a *Stat. lib. 3. Silv. 1. v. 229.* via Herculea septem stadiorum apud Lucrinum traducendorum boum causa deducta.

Taurúlus, i, m. *piccol toro. Potron. in fragment. Tragur.*

Taurúnum, urbs Pannoniæ inf. in conf. Mœsiæ a confluentia Savi in Danubium 3. M. P. ex cujus ruinis crevit in viciniis urbs Alba Græca, Hungaris antiquis Alba Bulgarica, recentioribus *Nandor Alba*, Germ. *Griechs Weissenburg*, Ital. *Belgrado*, Gall. *Belgrade*, Slavis *Biegrad*, in Servia regione, ad rad. collis, permunita, ampla, cum arce valida. Anno 1717. a Principe Eugenio expugnata est, & in Caroli VI. Imperatoris ditionem redacta.

Taurus, i, m. *toro, bue*, שור, Germ. *stier*, Gall. *taureau*, Hisp. *toro*, ταῦρος, mas in genere bubulo, & vaccarum admissarius. *Virg. 3. Georg.* Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant Pascua. ¶ Accipitur & pro quocunque forti bove. *Virgil. 1. Georg.* Ergo age, terræ Pingue solum primis extemplo a mensibus anni Fortes invertant tauri, ¶ Item pro statua, seu simulacro, aut imagine bovis, qualis fuit taurus ille, quem Perillus effecit, quemque Phalaridi Tyranno Agrigentinorum in Sicilia dono dedit, ut eo ad homines torquendos uteretur, quem cruciatum ipse Perillus Tyranni jussu primum expertus est. *Cic. 6. Verr.* Ille nobilis taurus, quem Phalaris habuisse dicitur. *Ovid. lib. 5. Trist. el. 12.* Utque dedit justas tauri fabricator aheni, Sic ego do pœnas artibus ipse meis. ¶ Taurus item est signum Zodjaci, constans ex triginta tribus stellis. Hic est taurus ille, cujus imagine Jupiter Europam rapuit, & ex Phœnice in Cretam transvexit. *Virg. 1. Georg.* Candidus auraris aperit cum cornibus annum Taurus. ¶ In cauda tauri sunt stellæ illæ, quæ appellantur Vergiliæ, in fronte Hyades, vel suculæ. *Pl. l. 2. c. 41.* ¶ Accipitur quoque pro radice arboris. *Quintil. lib. 8. c. 2.* Sicut in his, quæ homonyma dicuntur, ut taurus animal pecus, an manus, an signum in cœlo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum non intelligitur. ¶ Item pro aviscula ex genere carduelium, ita dicta, quod taurorum mugitus imiteatur, præsertim in agro Arelatensi. *Plin. l. 10. c. 42.* Est quæ boum mugitus imitetur, in Arelatensi agro, taurus appellata, alioquin parva. ¶ Item dicitur de scarabeis terrestribus. *Pl. l. 30. c. 5.* Tauri vocantur scarabei terrestres *vicino similes*, nomen cornicula dedere. Alii pediculos terræ vocant. ¶ Item taurus, & Græce ταῦρος significat βῆρον, idest partem illam, quæ est inter podicem, & scrotum, quomodo exponit Eustathius, vel τὸ αἰδοῖον τῦ ἀνδρὸς, idest membrum pudendum viri, prout interpretatur Suidas; unde apud Aristophanem ἀταυρώτους, dicitur virgo intacta. *Diomed. l. 2. c. de amphibol.* Cum tauro, nec scias, utrum de armento, an obscœnam corporis partem, an monte, qui est in Cilicia, an qui est in sideribus, taurum dicamus. *Fest. in Solisaurilia.* Atque harum hostiarum omnium (pura tauri, arietis, verris) immolati sunt tauri, quæ pars scilicet cæditur in castratione. ¶ Item ficta farinacea. *Fest. sive Paull.* Tauri verbenæque in commentario sacrorum significant ficta farinacea.

Taurus, i, m. Ταῦρος, vir Berytius, philosophus Platonicus, A. Gellii familiaris. Floruit sub Antonino Pio. Scripsit de differentia sectarum Platonis, & Aristotelis, de corporeis, & incorporeis, & alia. Laudatur sæpe ab *eod. Gell. in noctib. Atticis.*

Taurus, masc. 2. *Tauro*, κεραύνιος, mons maximus Asiæ, qui a Lycia ad Occ. usque ad extremos Seres in Or. perducitur, pater multorum montium per Asiam ad Boream, & ad Austrum vergentium, quos utrinque velut ramenta emittit. Varia pro locorum diversitate nomina assumit. Nam in Lycia Cragus dicitur, in Pamphylia Coracesius, & Sarpedon, in Cilicia Taurus, vulgo *Caraman*, in Armenia min. Antitaurus, inc. *Mundarrun*, in Syria Amanus, in Mesopotamia Chaboras, in Mesopotamiæ, & Armeniæ majoris confinio Niphates, in Armenia majore Pariedrus, & Gordiæus, ac Moschicus, in Colchide Coraxicus, in Iberia, & Albania Caucasus, in Media Zagrus, in conf. Assyriæ ult. Orontes, Jasonius, Coronus, & Choatras, in Parthia Parachoutras, ad Mer. in Carmania Scopolus, in Hyrcaniæ Cotonus, in Margiana Sariphus, in Bactriana Paropamisus, in Scythia Imaus, inter Scythiam, & Indiam Emodus. In Cilicia adeo nivibus obruitur, ut ante mensem Junium, teste *Cic. l. 5. ad Att. ep. ult.* transiri nequeat. ¶ Item mons Germaniæ, in fin. Carnorum. ¶ Item mons Sarmatiæ Europææ, juxta Mœotidem pal. ¶ Item mons Tauricæ Chersonesi, unde Tauri pop. & ipsa peninsula Taurica. ¶ Item *el Tor*, mons Arabiæ Petrææ, ad fin. Arabicum, cum opp. cogn.

Tautología, æ, ἡ ταυτολογία, Græce est ejusdem rei eloquium, ejusdem sententiæ per alia, atque alia verba repetitio: Figura apud Poetas frequens, qua res eadem multis verbis idem significantibus explicatur. Hujusmodi est illa apud *Virg. 1. Æn.* Quem si fata virum servant, si vescitur aura Ætherea, neque adhuc crudelibus occubat umbris.

Taus, m. 2. Tavus, Tava, inc. *Tay*, al. *Wuthesk*, al. *Sour Esk*, flu. amplus Scotiæ, illam bifariam secans, nempe in Septentrionalem, seu Trans-Taanam & in Meridionalem, seu Cis-Taanam. Oritur in Albania prov. ex Grampio M. & Lacum Tavum efficit, deinde in Atholia prov. aliquot auctus fluviis, per Perthiam prov. fluit, tandem, rigata Abernethea, in Oceanum Germ. se exonerat.

Tax, ακος, vox fictitia, strepitum verberum exprimit. *Plaut. Persa, a. 2. sc. 3. v. 12.*

Tax, tax tergo meo erit. Monent cerjici, in quibusdam MSS. legi *tax cax*.

Taxa, æ, f. lauri quædam species. *Pl. l. 15. c. 30.*

Taxatio, onis, f. *taxatione, stima, τίμησις*, actus taxandi. *Pl. l. 9. c. 35.* At illa corollarium id esse, consumptumque se ea in censa taxationem confirmans, &c. *Id. l. 33. c. 15.* Interiit nuper incendio a Cethegis descendens. H. S. quatuordecim permutata, latifundii taxatione, si quis prædia tanti mercari malit.

Taxátor, oris, m. qui aliquem maledictis tangit. *Fest. in Taxos.*

Taxátus, a, um, nom. particip. *taxato, stimato. Sueton. in Calig. c. 38.* Cognoscebat de talibus causis, taxato prius modo summæ. *Flor. lib. 2. c. 6.* Modii duo anulorum Carthaginem missi, dignitas equestris taxata incensura.

Taxea, æ, *l. lardo*, laridum apud Gallos. *Afran.* Apud *Isid. l. 20. c. 2.*

* Taxeóta, æ, m. τεταξιώτης, in aliquo ordine constitutus. *Cod. i. 3. 52.*

Taxeus, a, um, adject. qui est e taxo arbore, ut taxea silva. *Stat. lib. 5. Silv. 5. vers. 24.*

Taxicus, a, um, adject. ad taxum arborem pertinens, ut *taxica venena*, quæ quidam eadem fuisse putarunt, quæ hunc *taxicum*, teste *Plin. l. 16. c. 10.*

Taxilla, orum, *n. pl. urbs* maxima Indiæ cit. inter Indum, & Hydaspem, forte *Lambaja*, in Regno Cambaico, vel interius *Cisor*. In hac urbe, teste Philostrato, Apollonius invenit elephantem, quem virtus, & myrteis coronis indigenæ ornabant. Eam autem regionis filius homines esse dicebant, qui pro Rege Poro contra Alexandrum pugnaverat: quem idcirco Alexander Soli dicavit, torquibus aureis circa cornua adaptatis. Pop. Taxillæ. *Pl. l. 6. c. 20.*

Taxillus, i, m. idem ac talus, apud ver. unde nomen talus per Syncopen factum est. *Cic. in Or. c. 43.* Quam literam etiam e maxillis, e taxillis, & vexillo, & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit.

Taxim, is, it, a. 3. tetigero, vel tetigesim, futurum subjunctivi, apud veteres, ab antiquo *taxo*, pro *tango*, ut *faxim*, pro *fecero*, vel *fecerim*. *Varro apud Non. c. 2. n. 816.* Ne meum taxis liberum.

Taxim, adverb. *pian piano*, fensim, & quasi tangendo sæpius, apud vet. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 840.* Adoptatu clandestino tacitus taxim perspectavi petracutum. Adde *Varr. ibid. c. 1. n. 234.*

Taxis, as, a. 1. ψηλαφάω, ψαύω, pressius, crebriusque quicquam tango, a *sago* pro *tango*, ut *vexo* a *veho*. *Gell. l. 2. c. 6. Macrob. l. 6. c. 7.* & *Festus*. ¶ Translate sumitur pro notare, reprehendere, vituperare. *Suet. in Aug.* Sed etiam ut nunc smulari nepotem sic taxat Augustum. *Plin. l. 15. c. 15.* Eadem causa in piris taxatur superbiæ cognomine. ¶ Metaleptice accipitur pro æstimare, *tassare*, שערך, Germ. *wirdigen, schetzen*, Gall. *taxer, mettre à prix*, Hisp. *tassar*, τιμάω. Id inde est, quia ad æstimandum, ponderandumque crebro tactu, ac tractatu opus sit. *Plin. l. 17. c. 1.* Illos, qui frugiferas tanti taxaverunt. *Id. l. 35. c. 11.* Talentum Atticum XVI. M. taxat Varro. *Senec. de consol. ad Marc. c. 19.* Tanti quodque malum est, quanti illud taxavimus.

Taxus, xi, f. σμίλαξ, arbor abieti similis, baccasque ferens, quibus lethale venenum inest, præcipue in Hispania, & Arcadia. *Virg. 9. Ecl.* Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos. *Plin. lib. 16. c. 10.* Similis (abieti sc. & picea) eriamnum aspectu est, nequid prætereatur, taxus, minus virens, graciliusque, & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Lethale quippe baccis, in Hispania præcipue, venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sextius similacem a Græcis vocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui & *taxica* hinc appellata dicant venena, quæ nunc *toxica* dicimus, quibus sagittæ tingantur. Repertum innoxiam fieri, si in ipsam arborem elavus æreus adigatur. ¶ Ob noxiam vim inter feroles habetur, ideoque Inferis tribuitur. *Sil. l. 13. v. 595.* Vasta comas, nemorosaque brachia fundit Taxus, Cocyti nigra frondosior umbra. *Lucan. lib. 6. v. 645. de Dite.* Phœbo non pervia taxus opacat.

Taygéte, es, vel Taygeta, æ, f. ι. τ. τυγέτη, filia Agenoris, ex qua Jupiter Lacedæmonem genuit urbis sibi cognominis conditorem, esto sint, quæ Taygetæ filiæ Atlantis, item qui Semeles filium faciant. *Bocc. l. 2. Gen. Deor.* ¶ Taygete altera, filia Atlantis, & Plejones, una Plejadum. *Ovid. 4. Fast. Virg. 4. Georg. v. v. 232.* Taygete simul os tertis ostendit honestum Pleias, &c.

Taygétus, masc. & Taygeta, orum, mons Laconicæ, apud Eurotam, fl. & Spartam urb. Amyclis imminens, unde Amyclæus dicitur, non ille quidem adinodum magnus, sed tamen excelsus, & erectus, facer Libero Patri, ut tradit *Serv. in a. Geor.* item Castori, & Polluci, qui in ejus radicibus nati dicuntur, quod & Homerus asserit in Hymnis. *Virg. 2. Georg.* O ubi campi, Sperchiusque, & virginibus bacchata Lacænis Taygeta. *Claudian. de bello Getico.* Culminaque Taygeti trepidæ vidistis Amyclæ. *Lucan. l. 4.* Gelidique inculta juvencus Taygeti. ¶ Hujus montis bona pars cum terræ motu corruisset, Spartam oppressit. *Cic. 1. de Divin. & Plin. l. 2. c. 79.*

T A N T E E.

Te, syllabica adjectio, quæ extra compositionem nihil significat, in compositione autem aliquid addit significationi dictionis, cum qua componitur, ut *Tute id facisti*, ideſt tu ipse per te, & non per alium. *Cic. l. 1. Fam.* Ut tute mihi præcepisti.

Tecmum, & Thecanum, i, n. cognomento Sidicinum, *Tiano*, col. & urbs Campaniæ, in colle, inter Calen & Suessam. ¶ Teanum alterum, Apulum cognomine, *Tiano*, al. *Civitate*, Apulis Apuliæ Daunias, apud Frentanorum fines, in monte Apennino, inter Luceriam ad Or. & Larinum in Corum.

Tearus, m. 2. fl. Thraciæ, qui ex 38. fontibus manat, partim calidis, partim frigidis, & in Contadesdam amnem influit, qui in Agrianem illabitur, & cum eo in Hebrum. Ad hunc fluvium cum pervenisset Darius I. Hystaspis filius, aquis ejus delectatus, triduum ibi commoratus est, columnamque erexit cum elogio ejus laudes continente. *Herod. l. 4.*

Teate, n. 3. *Chieti*, urbs Marrucinorum caput, in Apruzio cit. in lim. ulteriores, ad Æternum flu. in colle, media inter Atinatum ad Eur. & Atriam ad Bor. *Sil. l. 17. v. 454.* Marrucina domus, clarumque Teate ferebat.

Teatini, orum, n. populi Marrucinorum, Teates incolæ. *Plin. l. 3. c. 12.*

Teba, æ, f. *colle*, collis, Sabinorum lingua. *Varr. l. 3. R. R. c. 1.*

Technа, æ, f. *arte, artificio, furberia*, ערמה, Germ. *betrug, list*, Gall. *finesse, art*, Hisp. *arte par enganar*, τέχνη, Græca vox est, quam Latine artem, seu artificium interpretari possumus. Utuntur hac voce & Latini, sed fere in deteriorem partem, pro dolo, astutia, impostura, fraude, sive fallacia. *Ter. Heaut. 3. 1. 62.* Falli te sinas technis per servulum. Adde *Plaut. Mostell. 3. 1. 19.*

Technicus, a, um, τεχνικός, artificiosus. *Quintil. lib. 2. c. 3. subfinem*: Et velut decretis technicorum tutos parent. h. e. eorum, qui omnino artem sequuntur.

Technopægnion, ii, τεχνοπαίγνιον, ludus artificiosus, a τέχνη, *ars*, & παίγνιον, *ludus*. *Ausonius* hoc nomine inscripsit carmen suum, quod est *Idyll. 12.* in quo jus præfatione ad Pacarum Proconf. Technopægnion, inquit, nomen dedi, ne aut ludum laboranti, aut artem crederes defuisse ludenti. Continet autem illud carmen versus monosyllaba finitos, & interdum etiam incertos, omnesque multa arte compositos.

Technophyon, n. 2. τεχνόφυον, artium officina, παρὰ τὸ φύειν τὰς τέχνας, h. e. a producendis artibus. *Sueton. in Aug. c. 72.* Erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas & technophyum vocabat.

Technosethus, i, gemma nucleo olivæ similis. *Solin. c. 50.*

Tecte, adverb. *occultamente, oscuramente, coperamente*, κρυφίως, λάθρα, latenter, occulte, cui contrarium est aperte. *Cic. Att. l. 1. ep. 14.* Et tamen ab illo aperte, tecte quicquid est datum, libenter accepi. *Id. l. 9. Fam. ep. 22.* Quod tu in epistola appellas fuo nomine, ille tectius penem.

Tectonicus, a, um, adject. ad ædificia, vel ad ædificandum pertinens, a Græco τέκτων, *fabricans*. *Auson. in Mosell. v. 298.* Quis pocis innumeros cultus, habitusque locorum Pandere, tectonicas per singula prædia formas, *i disegni della fabbriche*.

Tector, oris, m. *che imbianca, a incrosta i muri*, מיח, Ger. *duncher, der die mauren verputzet*, Gal. *qui enduit les parois, & murailles*, Hisp. *encalador, enyessador, revestidor*, qui opus lectorium parieti inducit. *Var. l. 3. de R. R. c. 2.* Quem nec pictor, nec rector vidit unquam. *Terent. de Idolol. c. 8.* Albarius rector, *imbiancatore*.

Tectoriolum, ii, n. parvum tectorium. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22.* Bella tectoriola: dic ergo etiam pavimenta isto modo: non potes.

Tectorium, ii, n. *intonicato, e intonacato, intonico*, פיח, *κονίαμα*, operimentum parietum, vel soli, a tegendo, quia eo parietes, ac solum loricarentur, ut loquitur *Varro l. 1. de R. R.* Constabat tectorium opere albario, arenato, & marmorato. Albarium fiebat ex gypso, aut pura calce: arenatum dicebatur arena cum calce, marmoratum arena cum marmore tuso. Inductio rectorii *trullisatio* dicebatur, quia fieret trulla. Ejura de his vide apud *Vitruvium*, & ad eum *Philandrum l. 7. c. 3.* & *Budæum in Pand. ad l. quod si servus, §. 1. ff. de in rem verso. Cic. 3. Verr. c. 55.* Dico esse, ex qua tanrum rectorium vetus deletum sit, & novum inductum. *Id. Ast. l. 1. ep. 6.* Quos in tectorio atrioli possum includere. *Plin. l. 36. cap. 23.* Tectorium, nisi ter arenato, & bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. *Vitruv. loc. cit.* Tectorio udo colores induere, *dipingere a muro fresco*. ¶ Sumitur etiam pro fuco, quo mulieres faciem illinunt. *Juven. sat. 6. v. 466.* Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit. ¶ Translate tectorium linguæ ponitur pro sermone simulato. *Pers. sat. 5. v. 25.* Pulsu digne fecerecautus, Quid solidum crepet, & picta tectoria linguæ,

Tectorius, a, um, *κονιατικός, κονιαμαρικός*, quod ad tegendum pertinet. *Cic. 2. de Leg. cap. 26.* Neque id opere tectorio exornari, nec Hermas hos, quos vocare, licebat imponi, *intonacare. Plaut. Mil. l. 1. 18.* Tectorius penicultus. h. e. penicillus, quo parieres dealbantur.

Tectosages, masc. Tectosagæ, pop. Germaniæ, juxta Hercyniam sylvam, quorum adhuc extat vestigium arx *Teck*, in Duc. VVirtembergensi. ¶ Tectosages item, & Te-

Tegulicius, a, um, adject. tegulis contectus. *Inscript. apud Gruter. pag. 54. num. 11.* Deo Mercurio Alegiam tegulitiam ex voto posuit.

Tegulum, li, n. idem quod tegumen. *Plin. lib. 16. c. 36.* Tegulo enim aquaticarum arundinum domos suas Septentrionales populi operiunt. Et *cap. 37.* Scirpi fragiles ad tegulum, tegetesque.

Tegúmen, inis, n. idem ac tegmen. *Liv. l. 1. c. 20.* Et super tunicam æneum pectori tegumen, cœlestiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre. *Id. lib. 36. cap. 32.* Testudo collecta in suum tegumen.

Tegumentum, i, n. idem ac tegmen. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 11. ex poeta.* Palpebræque, quæ sunt tegumenta oculorum. *Id. 5. Fin. cap. 57.* Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. *Sueton. in Calig. cap. 55.* Tegumenta equorum, *bardelle. Plaut. Trinum. 2. 2. 32.* Tegumentum ætati meæ. *h. e.* præsidium. ¶ In *Pandect. Florent.* legitur *tegimentum*.

Tegus, tegoris, pro tergus, oris, quidam legunt apud *Varron. l. 4. de L. L.* & apud *Plaut. Capt. 4. 3. 2.* ubi alii *tergus*. *Turneb. l. 22. c. 6.*

Tefum, *n. τίφον*, opp. Paphlagoniæ, in ora maris Euxini, Patria Anacreontis Poetæ fuisse creditur. Sed alii patria ejus esse Teios, vel Teos Urbs Ioniæ. *V. Teos.*

Tefus, a, um, adject. a Teio oppido, τήϊος, ut Anacreon Tejus apud *Horat. epod. 14.* Sic Teia Musa fenis, apud *Ovid. 2. Trist. v. 364.*

Tela, æ, f. *tela*, ἱστός, Germ. *gewebe*, Gall. *toile*, Hisp. *tela*, ἱστός, quod texendo conficitur, ab antiquo *texula*, quod a *texo*. *Virg. 1. Georg. v. 294.* Percurrere pectine telas. *Id. Æn. 4. vers. 264.* Tenui telas discreverat auro. ¶ *Telas jugalis*, jugo impositas, in quo texitur ad aliarum telarum differimen, quæ pinguntur acu, texuntur radio, pectine, aur alio genere, sine jugo tamen. *Caso de R. R. cap. 10.* Pilam ligneam unam, telam jugalem unam, pilas duas. ¶ Pro instrumento ipso, quo texitur. *Virg. 1. Georg. vers. 285.* & licia telæ addere. *Tibull. lib. 2. eleg. 1. vers 66.* Atque aliqua assidue texerrix operata Minervam, Cantat, & appulso tela sonat latere. Adde *Sen. ep. 90.* ¶ Sæpe translate usurpatur. *Cic. 3. de Orat. c. 60.* Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in civitate ratio vivendi, ac posteritati ostenditur, ut &c. ¶ Item proverbialiter, ut *Telam exordiri*, quod est rem aliquam incipere, & aggredi. *Plaut. Bacch. 2. 3. 116.* Exorsa hæc tela non male est omnino mihi. ¶ Penelopes telam reperire, est rem inceptam interrumpere, & ad principium redire. *Cic. 4. Acad. cap. 29.* Quid quod eadem illa ars (dialectica) quasi Penelopes telam retexens, tollit ad extremum superiora? V. *Penelope*.

Telámon, onis, masc. τελαμών, filius Æaci, frater Pelei, pater Ajacis, qui ab eo Telamonius dictus. Regnavit in Salamine inf. *Valer. Flacc. l. 1. v. 353.*

Telámon, f. 3. Talamon, *Telamone*, opp. parvum Herruriæ, in maritima parte agri Senensis, cum portu urcunque capaci, in ora maris Tyrrheni, prope ostia Almianæ fl. Conditum dicitur, & nominatum a Telamone Trojano, vel a Telamone Argonauta. *Plin. l. 3. c. 5.*

Telamónes, um, m. pl. *Atlanti*, ἄτλαντες, hominum simulacra, gibbosa fere figura, quæ in ædificiis mutulos, vel coronas sustinent. Atlantis instar, quem fuis humeris cælum fulcire propter Astrologiæ scientiam Poetæ fabulati sunt. Dicti sunt παρὰ τὸ τλῆναι, quod est sufferre, sustentare, & a Græcis *atlantes* etiam dicuntur, eadem origine. *Vitruv. l. 6. c. 10.* Item sigua virili figura signa mutulos, aut coronas sustinent, nostri telamones appellant, cujus rationes, quid ita, aut quare, ex historiis non inveniuntur: Græci vero eos ἀτλαντας vocitant. Adde *Ennium* apud *Serv. in 1. Æn.*

Telamoníades, æ, m. Ajax filius Telamonis. *Ovid. Metam. 13. v. 231.* Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quidquam Ausus.

Telamonius, a, um, adject. a Telamone, ut Telamonius vir, *h. e.* Ajax Telamonis filius. *Ovid. 13. Met. vers. 194.*

* Telánæ ficus atræ, pediculo longo, al. *Telliana*. *Plin. 15. 18. Cat. R. R. cap. 8. Macr. Saturn. l. 2. c. ult.*

Telandros, f. 2. τήλανδρος, opp. Lyciæ. *Plin. l. 5. c. 27.* ¶ Item inf. in mari Lycio. *Plin. l. 5. c. 31.*

Telchin, inis, seu Telchinis, is, f. 3. Rhodos inf. *ita dicta a Telchinibus*.

Telchines, um, m. pl. τελχῖνες, *filii Solis*, & *Minervæ*, vel *Saturni*, & Aliopes, ut alii volunt, asseflores Martis Idææ, seu Cybeles, in Creta, qui etiam Idæi, Curetes, Corybantes, Dactyli dicti sunt. Hi profecti sunt in Rhodum insulam, ac Jalisum urbem *incoluerunt*. Tandem cum omnia aspectu suo in pejus commutarent, a Jove sunt submersi. *Ovid. 7. Met.* Phœbeamque Rhodon, & Jalysios Telchinas, Quorum oculos ipso mutantes omnia visu Jupiter exosus fraternis fubdidit undis. ¶ Sunt, qui memorent, Telchines in Rhodo novem fuisse Rheæ comites in Creta m, qui quoniam Jovis alendi curam gesserunt, Curetes nominati sunt.

Telchius, ii, m. τελχιος, auriga Castoris, & Pollucis. *Plin. lib. 6. cap. 5. de Dioscuriade urbe Colchorum*: Sunt, qui conditam eam ab Amphito, & Telchio, Castoris, ac Pollucis aurigis putent, a quibus ortam Heniochorum gentem fuam constat.

Teleboæ, arum, m. 2. seu Teleboes, um, m. 3. τηλεβόαι, pop. Ætoliæ, seu Acarnaniæ, latroeinio famosi. *Arist. in Polit. & Plaut. Amph. prol. & a. 1. sc. 1.* ¶ Item pop. insulæ Caprearum, in mari Tyrrheno. *Virg. 7. Æn.* Teleboum Capreas cum Regna teneret jam senior.

Teloboas, antis, m. Τηλεβόης, filius Ixionis, & Nubis, unus ex Centauris. *Ov.*

Teleboides insulæ, exdem quæ Taphiæ, in Jonio mari. *Plin. l. 4. c. 12. Metam. 12. v. 442.* Clithonius quoque, Thebeoasque Ense jacent nostro.

Telegónus, i, m. Τηλέγονος, filius Ulyssis ex Circe. Hic patrem, cum grandis jam natu esset, videre cupiens, cum incognitum in Ithaca interfecit, cum & ipse incognitus a patre hospitio prohiberetur. Eum autem occidit nostro piscis illius, qui xiphia dicitur, quod est instar laminæ magni ensis, ut scribit Oppianus de piscibus, quod genus ensis a matre accepit. Inde in Italiam rediens, Tibur condidit, al. Tusculum. *Ovid. 3. Fast.* Factaque Telegoni mœnia celsa manu. *Id. l. 4.* Et jam Telegoni, jam mœnia Tiburis udi Stabant.

Telemáchus, i, m. Τηλέμαχος, filius Ulyssis ex Penelope, quem ad Trojam proficiscens apud matrem reliquit. *Ovid. in ep. Penelopes*: Tres fumus imbelles numero, sine viribus uxor, Laertesque senex, Telemachiusque puer.

Telémus, i, masc. Τήλεμος, filius Eurymi, teste Homero in Odyssea, & Theocrito in Bucolicis. *Boccatius lib. 10. Gen. Deor. scribit*, filium fuisse Neptuni ex matre incerta, fortasse ex Eurymo. Inter Cyclopas annumeratus est. Fuit vates egregius, qui Polyphemo prædixit, quæcunque ab Ulysse passus est. *Ovid 13. Met.* Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales, Terribilem Polyphemon adit, lumenque, quod unum Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Ulysses. *Id. in Ibin*, Pastor ut Ætnæus, cui casus ante futuros Telemus Eurimedes vaticinarus erat.

Telephi Fons, fons Lyciæ, in quo Telephus vulnera abluit, unde turbidus effectus est.

Telephium, ii, neut. herba portulacæ similis caule, & foliis, quæ crassa sunt, & carnosa: nascitur in cultis, & maxime inter vites: alio nomine *sempervivum sylvestre* dicitur. *Plin. l. 27. c. 13.*

Telephus, i, m. Τήλεφος, Herculis filius ex Auge Nympha, al. ex Augæa filia Alcæi Arcadiæ Regis. Hic avi jussu expositus in sylvis a cerva nutrius est, deinde dono darus Regi Mysiæ pro filio educatus ei successit in Regno Mysiæ, seu Lyciæ. Cum Græcos ad expeditionem Trojanam proficiscentes prohibere veller, ne per Mysiam transirent, ab Achille vulneratus est. Huic plagæ remedium nullum invenierat. Tandem Apollinis oraculum consuluit, qui respondit, eum sanari non posse, nisi ab eadem hasta, qua percussus fuerat. Igitur fupplex medicinam ab Achille petiit. Achille assentiente Ulysses ex hastæ illius rubigine malagma effecit, & vulneri impofuit, quod sanarum est. *Ovid. 14. Metam.* Opusque meæ bis fensit Telephus hastæ. *Id. l. 3. Trist. el. 2.* Telephus æterna consumptus tabe periffet, Si non, quæ nocuit, dextra tulisset opem. ¶ Telephus alter Pergamenfis Grammaticus. Scripsit fere omnia, quæ ad Grammaticen pertinent, inter cætera collationes epithetorum eidem rei congruentium ad copiam parandam elocutionis. *Suid.*

Teléta, æ, f. τελετή, sacrificium, expiatio per sacrificium. *Apul. l. 11. Metam.* Quæ forent ad usum teletæ necessaria. Et *infra*. Cogor tertiam teletam suscipere.

* Teléus, a, um, τελεῖος, perfectus. *Tertull. adv. Valent. c. 8.* est unus ex zgoniibus, al. theletæus, θελητὸς, cupitus.

Telethúsa, æ, fem. uxor Ligdi Cretensis ex Phæstio urbe, cui gravidæ *vir* præcepit, ut, si puellam peperisset, illam necaret. Cum ei Isis noctu appariffet, & Te-

* Tegularius, ii, m., qui tegulas facit, πλινθοποιὸς, Cap. apud *Mur. p. 305.*

set, & jussisset educare; quicquid naturæ esset, se enim illi opem allaturam, Telethusa puellam peperit, & puerum mentita, nutrici alendam dedit. A patre Iphis appellata est, quod avi nomen fuerat. Ad decimum tertium ætatis annum Iphis pervenerat, cum Ligdus pater ei despondit Ianthem filiam Telethusæ. Adventante igitur nuptiarum die, mater Isidis opem in ejus templo imploravit, quæ puellam in puerum convertit. *Ovid. 9. Metam.*

Telicardios, m. a. gemma colore cordis. *Plin. l. 37. c. 10.* Telicardios colore cordis Persas, apud quos gignitur, magnopere delectat, maculamque appellant.

Teliger, a, um, *adj.* qui tela fert, βελοφόρος. *Senec. Hercul. Oet. v. 543.* Timende matri teliger fave puer. *Id. e.* Cupido.

Tellinum, τήλινον, genus unguenti preriosissimi, ita dictum, quia præcipuum eorum, ex quibus componitur, est fœnum Græcum, quod Græcis τῆλις. Unde similiter τήλινον ἔλαδον dicunt Græci farinam ex fœno Græco confectam. *Plin. l. 13. c. 1.* Tellinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, melilotο, fœno Græco, melle, melino, mero, amaraco. *Tertull. l. de Pallio, c. 4.* Quod apud Omphalen balsamo, aut telino spero factum.

* **Telirrhizos**, i, f. gemma cinerei coloris aut rufi, candidis radicibus, τελίῤῥιζος. *Plin. l. 37. c. 10.*

* **Telis**, is. f. τῆλις, fœnum græcum, unde *telinum*. *Pl. l. 24. in fin.*

Tellenæ tricæ dictæ sunt ut videtur a quodam Tellene inepto poeta, & implicatas absurdasque res carminibus persequente, de quo *Eras. in Adag. Arnob. lib. 5. pag. 176.* Jamdudum me fateor hæsitare, circumhisscre, tergiversari, tricas, quemadmodum dicitur, conduplicare tellenas.

* **Tellianæ**. V. *Telanæ*.

Tellūmo, onis, m. Deus terræ, a tellus. *Voss. in Tellus*.

* **Tellūrus**, i, m. deus telluris, Tellumo. *Capell. l. 1. p. 16.*

Tellus, uris, f. Dea terræ. *Cic. 3. de nat. Deor.* Jam si est Ceres a gerendo, ita enim dicebas, terra ipsa Dea est, & ita habetur. Quæ est enim alia Tellus, nisi terra? *Id. ad Q. Fr. l. 3.* In qua de æde Telluris, & de porticu Catuli me admones. ¶ Non raro tamen Tellurem pro ipsa accipimus terra, quemadmodum Cererem pro ipsis frugibus, γῆ, תבל. *Cic. in Somn. Scip.* Nam ea, quæ est media, & nona tellus, neque movetur, & infima est. *Virg. l. 1. Æneid.* Ac magno telluris amore Egressi optata poriuntur Troes arena. Ubi *Servius*: Tellurem pro terra posuit, cum Tellurem Deam dicamus, terram elementum, ut plerumque Vulcanum ponimus pro igne. *Plin. l. 2. c. 5.* Cujus vi suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem.

Tellustris, e, adj. idem ac terrestris. *Capell. l. 7. p. 237.*

* **Telmessus**, i, f. urbs maritima in confinio Cariæ & Lyciæ. Unde Telmessi eus, a, um, & Telmessīs, idos, f. apud *Liv. Plin. Lucan.* aliosque; item Telmessius, Telmissius, a, um.

Telo, onis, m. 3. Telo Martius, *Tolon*, *Toulon*, urbs Galliæ Narb. in Provincia, in ora maris Mediterranei in planitie, munita, probe culta, cum armamentario instructissimo, & portu capacissimo.

Telonarius, ii, m. *gabellier*, מוכס, vectigalibus exigendis præpositus, a τελώνιον, *telonium*, quod significat locum, ubi publicani sedent, & vectigal exigunt. *Cod. Theodos. de Indulgent. debit. leg. 3.* & *Nonius c. 1. n. 65.* ubi in quibusdam codicib. legitur *telonearius*: quod magis ad analogiam *telonii* accedit.

Telonium, ii, n. *banco de gabellieri*, מכס, publicanorum mensa, τελώνιον. *Tertull. de Idololatr. c. 12.* & *de Baptism. c. 11.*

Telos, i, insula una ex Sporadibus, unguento nobilis, a Callimacho Agathussa appellata. *Plin. l. 4. c. 12.*

Telum, i, n. *dardo, arma da lanciare*, חץ, שלח, Ger. *geschoss*, Gal. *fleche, dard*, Hisp. *flecha, dard*, βέλος, τοξεύμα, omne quod manu jaci potest, quo nomine lignum, ferrum, plumbum, lapis, & alia continentur. *Fest.* Tela proprie dici videntur ea, quæ missilia sunt, ex Græco videlicet eorum nomine, quia illi πάλλειν, missa dicunt, quæ nos eminus. *Servius ad illud 8. Æn.* Desuper Alcides telis premit. Omne, inquit, quod jaci potest, telum vocatur, dictum ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι. *Cic. 6. Verr.* Telum, quod cuique fors offerebat, arripuit. ¶ Interdum teli vox ita lare accipitur, ut pro quovis ense sumatur. *Auctor ad Her. l. 2.* Ajax in Sylva, postquam rescivit, quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Ulysses intervenit. Occisum conspicatur, e corpore cruentum telum educit. *Cic. in Catil. 1.* Omnes sciunt, te sletisse in Comitio cum telo. ¶ Sæpe translate sumitur. *Cic. in Pison.* In me de corpore Reipublicæ tuorum scelerum tela revellenteu. *Id. de Amic. c. 17.* Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. *Id. e.* instrumentum; quo tenui etiam *arma* usurpantur. ¶ Ponitur etiam pro quovis ictu. *Virg. Æn. 5. v. 438.* de *Entello cæstibus pugnante*: Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. ¶ Præterea dicitur de radiis Solis. *Lucret. l. 2. v. 147.* Non radii Solis, neque lucida tela diei. ¶ Metaphorice quoque telum vocatur morbi genus. *Isid. lib. 4. Orig. c. 6.* Telum lateris dolor est. Dictum est autem ita a Medicis, quod dolore corpus transverberet, quasi gladius, *puncta*. *Serenus Sammon. c. de jecoris, & lateris vitiis medendis*: Est vis morbi, quod telum commemoratur, Dum subito furor insanus furit incitus ictu.

Temenites, æ, m. epitherum Apollinis, cujus signum pulcherrimum & maximum in Sicilia fuit prope Syracusas, in loco, qui Temenos dicebatur. *Suetonius in Tiber. cap. 74.*

Temerarie, adv. *temerariamente*, temere. *Tert. de virgin. veland. 3.* & *Cod. Justin. lib. 9. tit. 1. leg. 18.*

Temerarius, a, um, *temerario, inconsiderato*, זד, עז פנים, Ger. *frevell*, Gal. *temeraire*, Hisp. *desatinado*, ἄβουλος, inconsultus, nullius consilii? qui facere aliquid suscipit, conatur, credit. *Cic. pro Cæc. c. 12.* Ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. *Ovid. 8. Met. v. 407.* Licet eminus esse Fortibus, Ancæo nocuit temeraria virtus. *Liv. l. 25.* Ad consilium prima specie temerarium magis, quam audax, animum adjecit. *Plaut. Asin. 2. 1. 14.* Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? haud temerarium est. *Id. e.* non casu hoc, & sine ratione fit, sed aliquid portendit. ¶ Ponitur interdum pro inerto, non stabili. *Festus in Nautilis scriba*. Columbariorum quæstus ἀσπεραίους, incertusque. ¶ Triburum temerariorum quid sit. V. in *Tributum*.

Temerātor, ōnis, m. *violatore, corruttore*, מטמא, qui temerat, βεβηλωτήρ. *Stat. Theb. 11. v. 12.* Quantus) Apollineæ temerator matris Averno Tenditur. *Id. e.* Tityon qui Latonam corrumpere tentavit. *Leg. 2. Cod. de apparitorib.* Temerator legis. ¶ Item falsarius, *falsificatore*. *Leg. 29. Dig. ad leg. Cornel. de falsis.* Si accusatus fuerit, pœnam temeratoris luit: perinde enim punitur, atque si falsum fecerit.

Temerātus, a, um, βεβηλωθείς, *violato*. *Ovid. ep. 16.* Ausus es hospitii temerati advena sacris Legitimam nuptæ sollicitare fidem? *Liv. l. 26. c. 13.* Sepulcra majorum vulsa, temerata, ac violata. *Tacit. 1. Ann. cap. 30.* Castra insausta, temeratoque.

Temere, adv. *temerariamente, inconsideratamente*, חנם, לשוא, Ger. *vervvegenlich*, Gall. *à la volée, inconsiderement*, Hisp. *aladamente*, εἰκῆ, πάσῃ σκέψει, ἀβούλως, inconsulte, stulte, imprudenter. *Virg. 9. Æn.* Temere inter tela jacentes. *Cic. 1. de Inv.* Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus infructior est rebus, & apparatior, quam ea, quæ temere, & nullo consilio administratur. ¶ Non temere pro non sine causa. *Ter. Phorm. 5. 9.* Non pol temere est, quod tu tam times. *Auct. ad Her. l. 2. cap. 8.* Non temere fama nasci solet. ¶ Item pro non sine periculo. *Plaut. Bacch. 1. 2. 52.* Rapidus fluvius est, non hac temere transiri potest. ¶ Item fere. *Cicer. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris ac muneris, non temere, nisi libertis suis deferebant. *Liv. l. 30. cap. 30.* Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. *Quintil. l. 1. cap. 4.* Illud ingeniorum velut præcox genus haud temere unquam pervenit ad frugem. ¶ Item vulgo, passim. *Hor. lib. 1. od. 12.* unde vocalem temere insecutæ Orphea sylvæ. *Liv. lib. 22.* Argentum temere per vias, velut objectum ad prædam. ¶ Comp. *temerius*. *Accius apud Non. cap. 2. num. 841.* Seu Euripidis, qui choros temerius in fabulis, &c. Alii leg. *temerus*.

Temeritas, atis, f. *temerità*, זדון, Ger. *thorheit, frevelheit*, Gall. *temerité, legereté*, Hisp. *temeridad*, προπέτεια, ἀβουλία, imprudentia, inconsiderantia. *Cic. pro M. Marcel.* Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. *Id. 1. Off. c. 15.* Multi faciunt multa temeritate quadam, sine judicio, vel modo. *Id. 1. de Div. c. 4.* Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errorque turpis est.

Temeriter, adv. idem ac temere. *Accius apud Non. c. 11. n. 54.* Hoc in re est, quod tu tam temeriter meam benevolentiam interisse es ratus.

Temeritūdo, inis, f. idem ac temeritas. *Pacuvius apud Non. c. 2. n. 867.* Egon' tyranni novi temeritudinem?

Temĕro, as, 2. 1. *maculare, contaminare*; violare, חנף, Ger. *schanden, verunehren*, Gall. *gâter, souiller*, Hisp. *manchar, enfuziar*, βεβηλόω, corrumpo, contamino. *Festus*: Temerare, violare sacra, & contaminare, dictum videlicet a temeritate. *Ovid. 15. Met.* Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora. *Id. 7. Met.* Temerare fluvios venenis. *Tac. l. 1. Ann. c. 53.* Eandem Juliam in matrimonio M. Agrippæ temerarat.

Temĕrus, a, um, adj. temerarius. *Accius apud Non. c. 2. n. 841.* V. *Temere* in fine.

Temĕsa, f. 1. urbs fuit ampla Brutiorum, æte celebris, in Calabria cit. in ora maris Tyrrheni, prope sin. Hipponiatem, cujus rudera hodie dicuntur *Terre Loppa*. Alii credunt esse *S. Lucido*, castr. prope oram maris Tyrrheni. Aliis videtur esse *Malvicsso*, opp. inter Montem altum, & Marcopolim. Alii indigitant *Longo buco*, apud Cirellos, in ora. *Stat. 1. Achil. vers. 413.* Æra domant Temesæ.

Temesæus, a, um, quod ad Temesam urb. spectat. *Ovid. 5. Fast. vers. 441.* Rursus aquam tangit, Temesæaque concrepat æra. ¶ *Temesæus Genius*, prov. Græcum de pœna res sacras violantibus imminente. Nam juxta Temesam fuit sacellum Politæ, uni ex Ulyssis comitibus sacrum, quod a barbaris violatum graves in eos exercuit pœnas. *Pausanias* rem aliter narrat: Politam ab incolis propter stupratam virginem interfectum, larvas illius, nisi quotannis oblata virgine placarentur, grassari in illos, atque omni sexui pernicium afferre solitas fuisse, ficque Genium Temesæum in proverbium transiisse. Gravia enim mala alicui minantes, dicere solebant: *Aderit Temesæus Genius*.

Temētum, i, n. *vino*, יין, vocabulum priscum, quo vinum significatur, ex articulo τό, & μέθυ, *vinum*, vel μέθη, *ebrietas*. *Donat. ad Ter. Andr. 1. 4. 2.* & *Non. c. 1. n. 14.* sic dici putant, quod tentet mentem, h. e. labefactet. *Gell. l. 10. c. 23.* Qui de victu populi R. scripserunt, mulieres ætatem abstemias egisse dicunt, hoc est vino semper, quod temetum prisca lingua appellabatur, astinuisse dicunt. *Plin. l. 14. c. 13.* Cato ideo propinquos fœminis osculum dare jussit, ut scirent, an temetum olerent: hoc tum vino nomen erat: unde & temulentia appellata. *Hor. l. 2. ep. 2. v. 163.* Pullos, ova, cadum temeti, nempe modo isto. *Juv. sat. 15. v. 25.* De Corcyræa temetum duxerat urna. ¶ Sunt qui scribunt temetum a vino sic distingui, ut *vinum* nomen generale sit, *temetum* vero significet vinum purum, & nulla aqua admixtum: afferuntque hunc locum *Cic. ex lib. 4. de Repub. apud Non. loc. cit.* Carent temeto omnes mulieres, non vino. Verum in optimis quibusdam Codicib. quos vidimus, ultima verba *non vino* desunt.

Temnītes, m. 3. τημνίτης, qui est ex Temno urbe. *Cic. pro Flac.* Heraclides ille Temnites homo ineptus, & loquax.

Temno, is, psi, ptum, a. 3. *sprezzare*, καταφρονέω, sperno. *Virg. 1. Æn.* Si genus humanum, & mortalia temnitis arma. *Hor. lib. 2. sat. 2.* Jejunus raro stomachus vulgaria temnit.

Temnos, f. 2. urbs Æolidis, medit. ultra Hermum fl. cum monte cogn. pateræ Hermagoræ Rethoris. *Plin. lib. 5. cap. 30.*

Temo, onis, m. *timone*, יר, Germ. *der deichsel*, Gall. *timon, eu limon de charrete*, Hisp. *timon, ῥυμός*, lignum longum, & extentum in aratro, vel curru, ad quod jugum ligatur. *Cic. 2. de nat. Deor. ex Poeta*: Quod quasi temone adjunctam præ se quatit Arctum. *Ovid 2. Met.* Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ. ¶ Dicitur etiam de stipitibus, sive lignis tranſversariis, & longuriis. *Col. l. 6. c. 19.* Omnesque transversis sex temonibus, quasi vacerræ inter se ligantur. ¶ Temones in *Cod. leg. 23. de excus. mun.* referuntur inter præstationes, & munera sordida: horum nomine præstabantur equi, tyrones ad militiam, & pecunia pro tyroniibus, quæ aurum tyronicum dicebatur.

Temonarius, a, um, adj. ut temonaria onera, *h. e.* obligationes solvendi tributa, quæ temones appellantur, *Leg. 4. Cod. de dignitatib.* ¶ Temonarii, orum, qui hujusmodi tributa exigunt. *Leg. 7. Cod. Theodos. de tyronib.*

Tempe, n. indecl. n. pl. τέμπεκ, & contracte τέμπη, regiuncula Theſſaliæ, in valle amœnissima, per quam Peneus fl. decurrit, cincta Olympo, Ossa, & Pelio montibus, inter Larissam, & oram maritimam, cum urbe, quæ nunc *Licostomo* dicitur. *Virg. 4. Georg.* Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe. ¶ Ibi aquas æs erodit. *Plin. lib. 31. c. 2.* & *Ælian. l. 3. cap. 1.* ¶ Sunt & Tempe in Bœotia, quæ Teumesia dicuntur a Teumeso M. ab *Ovidio* etiam Cygneia vocantur. *7. Metam. vers. 371.* ¶ Sunt & alia in Sicilia, dicta Heboria a nomine amnis. Denique quælibet loca amœna, nemorosa præsertim, & aquas habentia, per Synecdochen Tempe appellantur. *Virg. Georg 2. vers. 469.* Spelunceæ, vivique lacus, ac frigida Tempe.

Temperāculum, li, n. temperatura. *Apul. l. 1. Florid.* Et cinnami merces, & ferri temperacula, & argenti metalla.

Temperamentum, ti, n. *temperamento, mescolanza*, temperatura, mixtio rerum cum proportione, proportio diversarum qualitatum in corpore mixto, מזג, בלבול, μίξις, κρᾶσις. *Plin. l. 9. c. 36.* Concharum ad purpuras & conchylia (eadem enim est materia, sed distat temperamento) duo sunt genera &c. *Id. l. 19. c. 8.* Æruca præcipue frigorum contemptrix diversæ est, quam lactuca, natura; idcirco jungitur illi fere in cibis, ut nimio frigori par fervor immixtus temperamentum æquet. *Scribon. Larg. compostt. 230.* Teruntur ex cinere lixiva, qua culinarii utuntur, donec habeat mellis liquidi temperamentum. *h. e.* spissitudinem. Hac eadem ratione fæpius ustpatur ea pasta apud eundem *Scribon.* ¶ Ponitur & pro modo, mediocritate. *Plin. l. 17. c. 24.* Omnia modo constant, certoque temperamento. *Id. l. 12. c. 25.* Incidentis manus librarii artificii temperamento, ne quid ultra corticem violet. ¶ Translate *Cic. 3. de Leg. c. 10.* Inventum est temperamentum, quo renuiores cum principibus æquari se putarunt. *Liv. l. 28. c. 44.* Et, si nulla alia re, modestia certe & temperamento linguæ adolescens senem vicero. Alii leg. *temperando linguæ*. Adde *Plin. in Paneg. c. 3.*

Temperans, antis, o. 3. *temperante*, מחאפק, Gal. *bien temperé*, *po:é*, *raffis*, Hisp. *templado*, σώφρων, moderatus, continens. *Cic. in Parad. 3.* An temperantem eum dixeris, qui in aliqua libidine se continuerit, in aliqua se effuderit? *Id. ib. c. 13.* Homo sanctissimus, ac temperantissimus. *Liv. l. 26. c. 22.* Temperantiores a cupidine imperii. ¶ Temperans rei, aut famæ est, qui rei suæ parcit, aut famæ consulit. *Ter. Phorm. 2. 1. 41.* Si est, culpam ut Antipho in se admiserit, Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans. ¶ Temperans potestaris est, qui imperio, & potestate moderate utitur. *Tacit. Ann. 13. c. 46.*

Temperanter, adverb. *temperatamente*, σωφρόνως, μετρίως, temperate, moderate. *Tacit. lib. 4. Ann. cap. 33.* Et quibus modis temperanter haberetur. *Cic. Attic. lib. 9. ep. 2.* Nam quod ais, si hic temperantius egerit, consideratius te consilium datum, &c.

Temperantia, æ, f. *temperanza*, השתמרות, Ger. *mässigkeit*, Gal. *temperance*, His. *templança*, σωφροσύνη, continentia, modestia, moderatio, virtus moralis, quæ in temperandis voluptatibus corporis posita est. *Cic. 2. de Inv. c. 54.* Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio: ejus partes sunt continentia, clementia, modestia. *Id. 1. Fin. cap. 14.* Temperantia est enim, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis, rationem ut sequamur, monet. *Id. l. 2.* Transfer idem ad modestiam, vel temperantiam, quæ est moderatio cupiditarum, rationi obedienis. *Plin. l. 28. cap. 5.*

Temperantia in cibis.

Temperāte adv. *temperatamente, mediocremente*, μετρίως, moderate, mediocriter, & quodam cum temperamento. *Cato c. 69. R. R.* Ubi temperate tepebit, tum cuminum indito, postea linito. *Cic. Attic. l. 11. ep. 32.* Ages, ut scribis, temperate. *Id. Att. l. 3. ep. 1.* Neque temperatius scribi potuerit. Alii leg. *temperantius*: habet tamen hoc comparativum, *Senec. ep. 18.*

Temperatio, onis, f. *mescolanza, temperazione*, מהול, מזג, κρᾶσις, μίξις, mixtio, temperamentum, temperatura. *Cic. 6. Verr.* Tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertissime perspicis? *Id. 4. Tusc. l. 13.* Corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constamus. ¶ Aliquando idem valet, quod moderatio, sive gubernatio. *Cic. 2. de Div.* Hoc temperatio Lunæ, cælique moderatio efficit. *Id. de Somn. Scip.* Deinde subter mediam fere regionem Soli obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio. *Id. 3. de Leg. c. 5.* Temperatio Reipublicæ.

Tem-

Temperātivus, a, um, adject. qui temperat, ut temperativa medicamina. *Cœl. Aurelian. Acut. 4. c. 1. medicamenti miscigenti.*

Temperātor, oris, m. *temperatore*, ἁρμοστήρ, moderator, gubernator. *Cic. in Orat.* Magni igitur judicii, summæque etiam facultatis esse debebit moderator ille, & quasi temperator hujus tripartitæ varietatis. *Martial. l. 4. epigr. 55.* Quam fuctu tenui, sed inquieto Armorum Salo temperator ambit. Ubi Salonem fl. vocat armorum temperatorem, quia ejus aquis temperantur enses. *Senec de vita beat. c. 14.* Temperator voluptatis. h. e. qui voluptate temperate utitur.

Temperatūra, æ, f. *temperà, mescolanza*, מהול, מזג, κράσις, μίξις, temperamentum, mistio. *Plin. l. 34. c. 9.* Sequens temperatura statuaria est, eademque tabularis. *Id. l. 34. c. 15. de temperatura ferri*: A rubigine vindicatur cerussa, & gypso, & liquida pice: Hæc est temperatura, a Græcis antipathia dicta. ¶ Sumitur etiam pro proportione partium simplicium, quæ constituunt corpus mistum, ut eum quempiam calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut siccæ temperaturæ ut eum quempiam calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut siccæ temperaturæ ut eum quempiam calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut siccæ temperaturæ dicimus. *Senec. ep. 11.* Conditio nascendi, & corporis temperatura, *complexione, temperamento*. ¶ Item pro temperie. *Var. apud Non. c. 2. n. 848.* Quæro, utrum hoc adduxerit cœli temperatura, an terræ bonitas.

Temperātus, a, um, mistus, partic. a temperor. *Cic. 1. Tusc. c. 24.* Nam & auribus oblectatio magna parta est, inventa, & temperata varietate, & natura sonorum. ¶ Item administratus. *Vellej. l. 2. c. 60.* Omnia pretio temperata, vendente Reipublicam consule. ¶ Sæpe nomen est, & ponitur pro moderato, mediocri, modesto. *temperato, modesto*, מזוג, ענין, ראוי, מתון, μέτριος. *Cic. l. 12. Fam. epist. 27.* Est autem ita temperatis, moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate jungatur. *Id. Attic. l. 4. ep. 6.* Hominem in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus. *Horat. lib. 2. ode 3.* Æquam memento rebus in arduis Servare mentem, non secus in bonis ab insolenti temperatam lætitia. *Cæl. ad Cic. lib. 8. Fam. epist. 15.* Temperatior in victoria. ¶ Temperata regio, temperatum tempus est, ubi frigus & calor ita temperata sunt, ut neutrum excedat, & modestum sit. *Varr. lib. 2. R. R. cap. 5.* Temperatissimum anni tempus. *Vitruv. lib. 1. cap. 4.* Temperatissimæ cœli regiones. ¶ Temperata pæcia sunt, quæ ad opus parata sunt, & instructa, ut iis quandocunque uti liceat. *Cato R. R. cap. 12.* Pæcla temperata quinque, supervacanea tria.

Temperi. V. Tempori.

Temperies, ei, f. *temperamento, temperie*, מזג, ἀκρασία, temperamentum, diversarum rerum commixtio æquata, & ad perfectionem perducta. *Plin. l. 34. c. 2.* Corinthii æris tria genera, candidum argento quam proxime accedens, in quo illa mixtura prævaluit; alterum, in quo auri fulva natura, tertium, in quo æqualis omnium temperies fuit. *Id. l. 16. c. 11.* Refinæ temperies. ¶ Speciatim sumitur pro temperata, & moderata aeris constitutione. *Ovid. l. 2. de Pon. eleg. 7.* Temperie cœli corpusque, animusque juvatur. *Plin. ep. 6. l. 5.* Ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cœli, regionis situm, villæ amœnitatem. ¶ Translate *Stat. l. 2. silv. 6. v. 48.* tranquillaque morum temperies. ¶ Ponitur etiam interdum pro quacumque aeris, sui cœli constitutione, sive bona, sive mala sit. *Plin. l. 18. c. 25.* loquens de fignis brumæ adventantis, & fementis ante eam faciendæ: Indocilis, *inquit*, cœli agricola hoc signum habeat inter suos vepres, humumque fuam aspiciens, cum folia viderit decidua: sic indicatur anni temperies, alibi tardius, alibi maturius.

Tempĕro, as, 2. 1. *temperare, mescolare*, מהל, מתק, מזג, Ger. *mässigen, vermischen*, Gall. *bien temperer, mesler*, Hisp. *templar, ῥυμπυρόω*, misceo, proportione temperatura. *Cic. in Somn.* Qui acuta cum gravibus temperans, varios æquabiliter concentus efficit. *Plin. l. 7. c. 56.* Ex conflare, & temperare Aristoteles Lydum Scytheum monstrasse putat. *Horat. l. 3. od. 19.* Temperare aquam ignibus. ¶ Sæpe sumitur pro componere, constituere, efficere. *Cic. 1. Tusc. c. 1.* Rem vero publicam nostri majores certe melioribus temperaverunt & institutis, & legibus. ¶ Item pro mitigare, moderari, lenire. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 19.* Solis tum accessus modici, tum recessus & frigoris, & caloris modum temperant. *Suetonius in Tiber. c. 34.* Temperare annonam, h. e. pretium annonæ minuere. ¶ Item pro administrare, regere. *Horat. l. 1. od. 12.* Qui res hominum, ac Deorum, Qui mare, & terras, variisque mundum Temperat horis. *Cic. 4. Acad.* In eodem tanta prudentia fuit in constituendis, temperandisque civitatibus. Sic temperare ratem. *Ovid. 13. Met.* Temperare ora frænis. *Horat. l. 1. od. 2.* ¶ Item pro abstinere, cum dativo, ut *Temperare alicui*, idest abstinere ab injuria inferenda. *Liv. l. 1. c. 29.* Templis tamen Deum temperatum est. *Cic. 3. Ver.* Te puter quisquam sociis temperasse, qui ædem Castoris testem furtorum tuorum esse voluerit? *Id. 4. Ver.* Si cuiquam ulla in re unquam temperaverit. ¶ Vel cum abl. & præp. vel *ab*. *Virg. 2. Æn.* Quis talia fando Temperet a lacrymis? *Cæs. lib. 1. B. G. c. 7.* Temperare ab injuria. ¶ Cum infinito etiam interdum jungitur hac notione. *Gel. l. 4. c. 9.* Religiosi dies, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum est. *Plaut. Pœn. prol. v. 22.* dormire temperent, & *v. 33.* tinnire temperent. ¶ Item pro modum imponere, continere, cohibere. *Plaut. Rud. 4. 7. 28.* Temperare linguæ. *Cic. pro Flac.* Ut qui ante dictum testimonium sibi temperarit. *Liv. l. 32.* Temperatum ægre est, quin missilibus pugnam inter se consererent. *Virg. 1. Æn. v. 57.* Temperare iras. *Plaut. Epid. 1. 2. 8.* Temperare in amore. ¶ *Temperinx* pro *temperent*, ut *edinx* pro *edant*, habet *Plaut. Trac. 1. 1. 41.*

Tempestas, idem quod tempestiva. *Festus*.

Tempestas, atis, f. *tempo*, עת, זמן, idem ac tempus, ab antiquo genitivo *temperis* pro *temporis*. *Plaut. Cas. prol. v. 18.* Ea tempestate nos Poetarum fuit. *Liv. l. 1. c. 5.* Qui multis ante tempestatibus ea tenuerat loca. *Sallust. in Jugur. c. 96.* Solertissimus omnium in paucis tempestatibus factus est, *in pochi anni, o in poco tempo*. ¶ Reperitur pro die. *Cic. 1. Divin. c. 25. ex Poeta*. Tertia te Pithiæ tempestas læta locabit. ¶ Accipiter etiam pro tempore tranquillo, & sereno, *bonaccia*. *Cæs. l. 4. B. G.* Nactus idoneam ad navigandum tempestatem, tertia fere vigilia solvit. *Cic. l. 14. Fam. ep. 4.* Si esset licitum per nautas, qui tempestatem præcmittere noluerunt. *Virg. l. 9. Æn. v. 20.* Unde hæc tam clara repente Tempestas? ¶ Frequentius in malam partem accipitur, ut idem sit, quod procella, turbo, grando, & generaliter quivis cœli inquietior status, *tempesta, burrasca, fortuna*, Gall. *la tempeste*, Gall. *faiſon, disposition de temps*, Hisp. *tempo*, χειμών, χειμασία. *Plin. l. 18. c. 28.* Ante omnia autem duo genera cœlestium injuriæ meminisse debemus: unum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque similia intelliguntur, quæ cum acciderint, vis major appellatur. *Plaut. Most. 1. 2. 27.* Tempestas venit, conftringit regulas, imbricesque. *Cic. pro Mur.* Tempestates fæpe certo aliquo cœli signo commoventur. ¶ Romani tempestates in Deorum numero venerati sunt. *Cicer. 3. de nat. Deor. c. 20.* Quod si nubes retuleris in Deos, referendæ certe erunt tempestates, quæ Populi Rom. ritibus consecratæ sunt. *Horat. Epod. 10.* Libidinosus immolabitur caper, & agna tempestatibus. ¶ Translate sumitur pro periculo, calamitate, infortunio, perturbatione. *Cic. l. 15. Fam. ep. 4.* Mitto, quod invidiam, quod periculum, quod omnes meas tempestates, & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris. *Id. 1. Catil. c. 9.* Quante, tempestas invidiæ nobis inimicitiæ.

Tempestīve, adverb. *opportunamente, a suo tempo*, לעתות, ἀκαίρως, suo tempore, opportune. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 62.* Neque ferendi, neque colendi, neque tempestive dementendi, percipiendique fructus, neque condendi, ac reponendi ulla pecudum scientia est. *Plin. l. 16. c. 36.* Cædi solebant tempestive usque ad Antigenem tibicinem. *Horat. l. 4. od. 1.* Tempestivius comissari, i. e. ante legitimam cœnæ horam. *Plaut. Trac. 1. 1. 41.* Qui nostræ ætati tempestive tempe rint. Sunt qui leg. *tempestivo*.

Tempestīvitas, atis, f. *tempo proprio per far qualche cosa*, ἀκαιρία. *Cic. de Sen. c. 10.* Sua cuique parti ætatis tempestivitas est data. *Plin. lib. 10. c. 34.* Columbæ præparantes tempestivitatem cibo.

Tempestīvo, adv. V. Tempestive.

Tempestīvus, a, um, *opportuno, fatto a suo tempo*, עתי, καίριος, ἀκαιρος, ὥριος, quod suo tempore fit, opportunum. *Cic. 2. Off. cap. 4.* Nec hoc tempore fine hominum opera tempestivos fructus ex his capere possemus. *Id. pro L. Man. cap. 12.* Inde Sardiniam cum classe venit, nondum tempestivo ad navigandum mari. *Cæl. lib. 1. cap. 8.* Deinde, si tempestivum erit, confestim, sin minus, postero die fines oculis perlustrare. h. e. si opportunum erit. *Gel. lib. 2. cap. 29.* Sementes tempestiviores, h. e. citius tolito maturæ. *Horat. lib. 1. ad 23.* Virgo tempestiva viro, *nubile*. ¶ Tempestivus surgere dicitur, qui cum sit operosus & famus non se lectulo detinet ultra surgendi tempus. *Plin. l. 7. c. 53.* Nullis evidentibus causis obiere, dum calciantur, duo Cæsares, Q. Fabius Maximus, & C. Vulcatius Gurges, omnes adeo sani atque tempestivi, ut de progrediendo cogitarent. ¶ Tempestiva convivia *sunt*, quæ ipsa cœnæ hora sine dilatione ulla incuntur; quod facere solent qui negotiis carent, & gulæ serviunt. Et quia fere istiusmodi convivæ largius & diutius cibo vinoque indulgent, lætiores quoque & longiores sermones habent. *Cic. de Senect. c. 14.* Ego vero propter sermonis delectationem tempestivis quoque conviviis delector, nec cum æqualibus solum, sed cum vestra etiam ætate. *Id. Attic. l. 9. ep. 11.* Multa a me tempestivis conviviis dispuntur. *Id. Ver. 5. c. 25.* Statuitur Lollius in illo tempestivo gladiatorum convivio. *Curt. l. 8. c. 1.* Jamque iter parare in posterum jussus, solemni, & tempestivo adhiberur convivio. ¶ Hojusmodi convivia *intempestiva* etiam dicebantur eodem prorsus sensu: nam qui ita tempestiva ab intempestivis distinguunt, ut illa essent, quæ solito maturius incipiuntur, hæc quæ tardius, & multa nocte finirentur, nullo id idoneo exemplo conficere videntur. Quamquam est aliquid differiminis: nam tempestiva convivia & inbonam, & in malam partem accipi possunt, ut ex allatis exemplis apparet; intempestiva vero in malam tantummodo partem usurpantur. *Curt. l. 6. c. 2.* Intempestiva convivia, & perpotandi pervigilandique insana dulcedo, ludique, & greges pellicum, omnia in extremum lapsa sunt morem. *Et infra*: Cum intempestivis conviviis dies pariter nocteique consumeret. Addi solet etiam locus *Cic. pro Mur. c. 6.* ubi tamen optimæ quædam Editiones ex quamplurimis MSS. habent *tempestiva*, quod idem dicendum est de alio *Suetonii* loco *in Calig. c. 45.*

Tempestuōsus, a, um, adject. Σκελώδης, procellosus. *Sidon. l. 4. ep. 6.* Ad tempestuosos hostium incursus trepidare.

Tempestus, a, um, adject. idem quod tempestivus. *Festus*.

Tempĭcus, a, um, adject. τεμπικός, a Tempe, ut Tempicus agon, *Theodor. Prisc. lib. 1.*

Templātim, adv. per templa, ut vicatim, per vicos. *Tertul. in Apolog. c. 42.* Plus nostra misericordia infumit vicatim, quam vestra religio templatim.

Templum, i, n. *tempio*, בית, דביר, היכל, Ger. *kirche*, Gall. *eglise*, *temple*, His. *yglesia, templo*, ναός, ἱερόν, locus qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnia pars videri potest. *Fest.* Contemplari dictum est a templo, idest loco, qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant. *Varro* etiam *l. 6. de L. L.* a tuendo sic dici ait, idest ab aspiciendo, quia qua tuemur, templum est. Templum tripartiam dicitur, a natura in cœlo, ab auspicio in terris, a similitudine sub terra. Igitur primum templum de cœlo dicitur: cujus quatuor partes erant secundum Augures, qui spectabant conversi a Sept. in Aust. sinistra ab Oriente, dextera ab Occasu, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem. *Ennius*: Contremuit templum magnum Jovis altitonantis. *Ter. Eun. 3. 5. 42.* Qui templa cœli summa sonitu concutit. ¶ Præcipue vero templum accipi solet pro regione in terris, aut agro, qui certo carmine ab Augure lituo finitus, & notatus, consecratusque esset, unde in omnes cœli partes liber erat aspectus. Sane Augures interdum ea, quorum altitudo impediret, quominus liber quoquoversus aspectus foret, demol

mur, *Id. pro Cluent. c.* 5. Quasi ſiego potuerim illud, quod tam populare eſſet, in illo tempore præterire, *in quella occaſione*. *Id. 5. Fam. ep.* 15. Omne tempus una

Tenuis, & nue, o. 3. *fottile, tenue,* דל, רק, Ger. *fein, dunn, fubtil,* Gal. *mince, delié,* Hisp. *delgando, futil,* λεπτὸς, *fubtilis,* exilis, gracilis, *cujus antitheton eſt craſſus.* Eſt a τείνω, quod eſt tendere. Ut proprie ſit idem, quod τετακὼς, *extentus, exporrectus.* Nam quæ extenduntur, ea attenuantur, ut liquet in pannis, laminis, atque *aliis. Virg. 4. Æneid.* Et tenui telas diſcreverat auro. *Cic. de Fat.* Athenis tenue cælum, ex quo etiam acutiores putantur Attici, *aria fottile. Id. 2. de nat. Deor.* Tenuiſſimæ membranæ. ¶ Sumitur etiam pro parvo, exiguo. *Cic. 4. Ver.* Bidis oppidum eſt, tenue ſane, non longe a Syracuſis. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Cic. pro Cæc.* Qui metu, ac tenui ſæpe ſuſpicione periculi fugerunt. ¶ Aliquando uſurparur pro parco. *Hor. in Art.* In verbis etiam tenuis, cautuſque ſerendis. *Cic. 5. Tuſc.* Negat ullam, in ſapiente vim eſſe fortunæ, tenuem victum anteferri copioſo. ¶ Item pro humili, ut ſtylus tenuis. *Cic. in Orat.* Tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes. ¶ Item pro paupere. *Cic. in Partit.* Si obſcuri teſtes erunt, aut tenues, dicendum erit, non eſſe ex fortuna fidem ponderandam. *Id. 3. de Leg.* Quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint. ¶ Item pro imbecillo. *Caſ. l. 5. B. G. c. 40.* Ipſe Cicero cum tenuiſſima valetudine eſſet. ¶ Item pro acri, ingenioſo. *Cic. 4. Acad. c. 14.* Tenuis, & acuta diſtinctio. ¶ Poetæ metri cauſa ν ſyllabam in hac voce conſonantem taciunt, & *te* producunt. *Virg. 2. Georg.* Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus arvis. *Id. ib. l. 1.* Tenvia nec lanæ per cælum vellera ferri.

Tenuitas, atis, *tenuidad, ſotiglieza,* דלת, λεπτὸτης, gracilitas, ſubtilitas. *Cic. 1. Tuſc.* Cafurus ne in conſpectum videatur animus, an tanta ſit ejus tenuitas, ut fugiat aciem. *Plin. l. 8. c. 33. de chameleonte.* Cauda prælonga in tenuitatem deſinens. ¶ Translate dicitur de oratione. *Cic. 3. Fin. c. 12.* Propter limatam quandam & rerum, & verborum tenuitatem. ¶ Item per tranſlationem ponitur pro pauperrate, rei familiaris angultia. *Cic. 2. Off.* Propter æraarii tenuitatem. *Id. l. 16. Fam. ep. 21.* Ut poſſim, ex meis angultiis illius ſuſtento tenuitatem.

Tenuiter, adv. *ſottilmente,* λεπτῶς, graciliter, ſubtiliter. *Caſ. l. 3. B. Gal. cap. 13.* Pelles pro velis, alutaque tenuiter confectæ. ¶ Sæpe translate ſumitur. *Cic. 4. Ver.* Jamdudum mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor. *Id. 2. de Invv. c. 16.* Sed illæ tenuius, & acutius, & ſubtilius tractantur, hi autem gravius, & ornatius. *Id. 6. Ver. c. 16.* Juſſit Timarchidem æſtimare argentum, quo modo? quo qui unquam tenuiſſime in donatione hiſtrionum æſtimavit.

Tenuo, as, a. 1. *ſottigliare, aſſottigliare,* דקק, Ger. *fein, dunn machen,* Gall. *amenuiſer, apetiſſer,* Hiſp. *amenguar,* λεπτύνω, tenuem, ſubtilem, macrum, debilem facio. *Virg. 3. Georg.* Ipſa autem macie tenuant armenta volentes. *Ovid. 2. de Pont. ep. 7.* Vomer tenuatur ab uſu, h. e. minuitur, teritur. *Quint. l. 2. c. 10.* Ita ſibi quoque tenuandos adipes. ¶ Translate *Hor. l. 3. od. 3.* Magna modis tenuare parvis. h. e. elevare, minora facere.

Tenus, oris, n. *laccio,* laqueus qui tendirur ad aves captandas. *Plaur. Bacch. 4. 6. 22.* apud *Non. cap. 1. n 17.* Ab tranſenna hic turdus lumbricum petit: pendebit hodie pulcre; ita intendi tenus. ¶ *Servius in 6. Æneid. verſ. 62.* Tenus dici ait extremam arcus partem; ubi nervus colligatur. V. *Lambinum ad Plautum l. c.*

Tenus, *ſino,* עד, Germ. *biſſ,* Gall. *juſques,* Hiſp. *haſta,* μέχρι, uſque ad, præpoſitio ex iis, quæ ablativo, vel genitivo ſerviunt, & in oratione ſemper poſponitur. Uſurpatur autem vel abſolute. *Horat. lib. 1. epiſt. 1.* Eſt quadam prodire tenus, ſi non datur ultra, *ſino a qualche ſegno.* V. Quadantenus. ¶ Vel cum ablativo, ſi cum nomine numeri ſingularis jungatur. *Cicer. pro Dejot. v. 13.* Antiochus a Scipione devictus Tauro tenus regnare juſſus eſt. *Id. de Off.* Sunt quidam homines non re, ſed nomine tenus, *ſolo di nome. Id. 3. de Leg. cap. 6.* Veteres verbo tenus acute illi quidem, ſed non ad hunc uſum popularem atque civilem de republica diſſerebant. h. e. diſputandi tantum gratia, *in ſpeculativa.* ¶ Reperitur etiam cum accuſativo. *Flacc. lib. 1. verſ. 448.* Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro. ¶ Vel cum genitivo cum nominibus numeri pluralis. *Virg. 3. Georg. 53.* Et crurum tenus a mento palearia pendent. *Cicer. in Famil. 8. ep. 1.* Illi rumores de Comitiis Cumarum tenus caluerunt. ¶ Cum nominibus numeri pluralis etiam cum ablativo reperitur. *Celſ. l. 1. c. 3.* Demittere ſe inguinibus tenus in aquam calidam.

Teos, f. 2. Tcios, *Suſor,* urbs, & portus Joniæ, in ora lit. inter Erythras ad Bor. & Colophonem ad Auſtr. patria Anacreontis, & Erinnæ poetriæ. V. *Teium.* ¶ Item inſ. Joniæ. ¶ Item urbs Scythiæ, ad paludem piſcibus referram, cui fereno tempore oleum innatat tanta copia, ut in vaſa colligi poſſit, & neceſſariis uſibus adhiberi. *Steph.*

Tepefacio, is, eci, actum, a. 3. *far tepido, riſcaldare alquanto,* חמם, Ger. *laulicht machen,* Gal. *tieder, faire tiéde,* Hiſ. *entibiar,* ϑερμαίνω, tepidum reddo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 15. de Sole.* Is ejus tactus eſt, non ut tepefaciat ſolum, ſed etiam ſæpe comburat. *Hor. l. 2. ſat. 3.* In matris jugulo ferrum tepefecit acutum.

Tepefactus, a, um, *fatto tepido,* partic. a tepefio. *Virg. 9. Æneid.* Acro tepefacta cruore Terra. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Frigoribus adjectis durefcit humor, & idem viciſſim mollitur tapefactus & tabeſcit calore.

Tepefio, is, factus ſum, n. paſſ. anom. *farſi tepido,* χλιαίνομαι, tepidus fio. *Pl. l. 11. c. 6.* Mature tepefiunt.

Tepens, entis, o. 3. *tepido,* χλιαινόμενος, partic. a tepeo. *Virg. 3. Georg.* Zephyrique tepentibus auris Laxant arva ſinus.

Tepeo, es, pui, ſine ſup. *eſſer tepido,* חמם, Ger. *lau ſeyn,* Gall. *être tiéde,* Hiſp. *ſer tibio, entibiarſe,* χλιαίνομαι, χλιαρὸς εἰμι, ὀλιγόθερμος, tepidus ſum. *Cato de re ruſt. c. 69.* Ubi temperata tepebit, tum cuminum indito. *Plin. l. 29. c. 4.* Carnibus gallinaceorum, ita ut tepeant avulſæ, appoſitis, venena ſerpentium domantur. ¶ Translate tepere aliquo, eſt amoris ignem concipere erga aliquem, *innamorarſi. Hor. l. 1. od. 4.* Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet juventus, & mox virgines tepebunt. ¶ Interdum ſignificat, in amore remiſſum eſſe. *Ovid. 2. Amor. eleg. 2. ad fin.* Seu tepet, indicium ſecuras prodis ad aures; Sive amat, officio ſit miſer ille tuo.

Tepeſco, is, n. 3. *farſi tepido,* Ger. *lau werden,* Gal. *devenir tiéde,* Hiſp. *entibiarſe,* χλιαίνομαι, tepidus fio. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 10.* Atque etiam matia agitata ventis ita tepeſcunt, ut intelligi facile poſſit, in tantis illis humoribus eſſe incluſum calorem. *Virg. 9. Æn.* Et fixo ferrum in pulmone tepeſcit. ¶ Ponitur etiam pro calorem remittere, deſervere, *intepidiſci.* ¶ Translate *Lucan. l. 4. v. 284.* Paulatim cadit ira ferox, mentelque tepeſcunt.

Tephras, æ, m. marmoris genus coloris cinerei, a τέφρα, *cinis. Plin. l. 36. cap. 7.* Contra ſerpentes autem a quibuſdam laudatur præcipue ex his, quem tephriam appellant, a colore cineris.

Tephritis, ſ. τεφρῖτις, gemma, quæ novæ Lunæ ſpeciem habet in cornua curvatæ, cinerei tamen coloris, unde & nomen habet, nempe a τέφρα, *cinis. Pl. l. 37. c. 10.* Tephritis novæ Lunæ ſpeciem habet curvatæ in cornua, quamvis cinerei coloris.

Tepidarium, ii, n. χλιαρὸν, λουτρὸν, locus in balneis, in quo tepida aqua lavabantur, quemadmodum *caldarium,* in quo calida lavabantur, & *frigidarium,* in quo frigida. *Vitruv. l. 5. c. 10.* Ipſa caldaria, tepidariaque lumen habeant ab occidente hyberno. ¶ Ponitur etiam pro vaſe, in quo aqua tepida continetur. *Id. ib.* Supra hypocauſtum ahena tria ſunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium, & ita colloranda, uti ex tepidario in caldarium, quantum aquæ caldæ exierit, influat; de frigidario in tepidarium ad eundem modum.

Tepide, adv. χλιαρῶς, *tepidamente. Plin. l. 5. ep. 6.* Si natare latius, aut tepidius velis, in area piſcina eſt. ¶ Translate *Auguſt. l. 8. Confeſſ. c. 11.* Jam tepidiſſime hoc dicebat.

Tepido, as, a. 1. *far tepido,* Germ. *wuarm od. lau machen,* Gall. *attiedir, rendre tiéde,* Hiſ. *entibiar,* χλιαίνω, tepidum facio. *Plin. l. 17. cap. 26.* In eodem agro bruma, tanto magis ſi nives jaceant, gelentve, ne frigus vites aduret, circunfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in anne ſolo.

Tepidus, a, um, *tepido,* חם, χλιαρὸς, quod eſt medium inter calidum, & frigidum, ſeu quod calido, & frigido temperatum eſt. *Plin. l. 12. c. 25.* Præterea ſinceri denſantur in tepida aqua. *Ovid. l. 2. de Arte, v. 445.* Tepidamque recalface mentem. ¶ Tepidum adverbialiter poſitum. *Ovid. 4. de Pont. ep. 10. v. 43.* At Notus, adverſo tepidum qui ſpirat ab axe. Alii leg. *tepidus.*

Tepor, oris, m. *tepidezza,* חום, Ger. *lauigkeit,* Gall. *tiedeur,* Hiſ. *tibieza,* θάλπος, ἀλέα, media qualitas inter calorem, & frigus. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Nec enim ille externus, & adventitius habendus eſt tepor. *Id. de Sen. c. 15.* Veſtitaque pampinis nec modico tepore caret, & nimios Solis defendit ardores.

Teporatus, a, um, *fatto tepido,* χλιανθεὶς, tepidus factus. *Plin. l. 36. c. 26.* Fragmenta teporata agglutinantur tantum.

Tepõrus, a, um, adj. idem quod tepidus. *Sidon. l. 9. epiſt. 15.* Teporus flatus. *Auſon. Idyl. 24.* Teporum veris æquinoctium.

Tepulus, a, um, adject. teporus, tepidus, ut tepulæ aquæ, *Frontin. de aquæduct. art. 8.*

Ter, adv. *tre volte,* שלושת פעמים, Germ. *drey mahl,* Gall. *trois fois,* Hiſp. *tres vezes,* τρὶς, tribus vicibus, a τρεῖς, *per Metathefin,* vel a *tres. Cicer. pro R. Am. cap. 46.* Unde vix ter in anno audire nuntium poſſunt. *Hor. l. 1. od. 31.* Ter, quater anno. ¶ Aliquando non tam numerum ſignificat, quam augmentum, ut Ter maximus, ter beatus. *Virg. 1. Æn. verſ. 94.* O terque, quaterque beati. *Hor. l. 2. od. 14.* Ter amplus Geryon. *Id. epod. od. 4.* bis ter ulnarum toga. Lege *bis* III.

Terapnæ. V. Theraprnæ.

* Tercenarius, a, um, nomen gradus in militia. *Gruter. p. 487. n. 8.* V. Tricenarius.

Tercentēni, æ, a, *trecento,* τριακόσιοι, trecenti. *Martial. l. 2. epigr. 1.* Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.

Tercenti, æ, a, *trecento,* שלוש מאות, τριακόσιοι, idem ac trecenti. *Mart. l. 4. ep. 37. Plaut. Perſ. 3. 3. 6. & Cic. 3. Phil. c. 4.* quibus tamen locis al. leg. *trecenti.*

Tercentum, *trecento,* idem ac trecenti, ſed indecl. *Virg. 1. Georg.* Tercentum nivei tondent dumeta juvenci. *Id. 8. Æn.* Maxima tercentum totam delubra per urbem Lætitia, ludiſque viæ, plauſuque fremebant.

Terdecies, adv. *tredici volte,* ter & decies. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Quem circulum luna terdecies in duodecim menſibus percurrit. *Cic. Ver. 5. cap. 80.* Seſtertium terdecies, Al. leg. *tredecies. Auſon. ep. 7. v. 32.* Binas terdecies, ſemel quaternas. h. e. triginta. ¶ Scribitur & *ter decies* ſeparatis vocibus.

Terdēni, æ, a, *trenta,* τριάκοντα, triginta. *Virg. 8. Æn. v. 47.* Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis Aſcanius clari condet cognominis Albam.

Terebinthinus, a, um, quod eſt ex terebintho, ut Reſina terebinthina, *trementina. Plin. l. 24. c. 6.* In arborum differentia placet terebinthina, odoratiſſima, atque leviſſima. Adde *Celſ. l. 5. c. 26.*

Terebinthizūsa, æ, nomen gemmæ ſic dictæ, quod terebinthinæ reſinæ colorem refert. *Plin. l. 37. c. 8.*

Terebinthus, i, ſ. τερέβινθος, *terebinto,* arbor materia lenta, & nigra, radice valida, in profundum acta, lauri pene folio, olæ flore, ſed punicео, baccis primum herbaceis, mox rubris, & cum maturuerint, nigricantibus, magnitudine fabæ, reſinoſis, & ſulphuroſis. Circa Idam, Macedoniamque eſt brevis, fruticoſa, & contorta, in Syria vero magna, & copioſa. Duo terebinthi ſunt genera, ſexu diſtincta; ex quibus mas ſterilis eſt, teſte Theophraſto. *Virg. 10. Æn. v. 136.* Incluſum buxo, aut Oricia terebintho, *Plin. in l. 13. c. 6.* Syria & terebinthum habet. Ex his maſcula eſt ſine fructu, Fœminarum duo genera, alteri fructus ruber lentis magnitudine, alteri pallidus, &c.

Terēbra, æ, ſ. *trivella,* Ger. *ein bohrer,* Gal. *tariére,* Hiſ. *barrena,* τέρετρον, ϑυΐσκον, inſtrumentum, quo ligna perforantur, a *terendo. Col. l. 4. c. 29.* Nam antiqua terebra, quam ſolam veteres agricolæ noverant, ſcobem faciebat, perurebatque eam parrem, quam perforaverat.

Terebrāmen, inis, n. foramen terebra factum. *Fulgent. l. 2. Mythol.* Furfuracea tinearum terebramina.

Terebratio, onis, ſ. τύρησις, actus terebrandi. *Col. l. 4. c. 29.* In illa autem, quæ fit per terebrationem, &c. ¶ Item foramen ipſum terebra factum. *Vitruv. l. 9. c. 9.* Translata ex terebratione in terebrationem.

Terebrātus, us, m. idem ac terebratio. *Scribon. Largus compoſit. 206.* De induſtria a Medicis cum terebratu exciditur, quod lædit eam os.

Terebrātus, a, um, *forato. Ovid. 6. Faſt. v. 697.* Prima, terebrato per rara foramina buxo, Ut daret, effeci, tibia longa ſonos.

Terēbro, as, a. 1. *trivellare, forare,* נקב, קדח, Ger. *durchboren,* Gall. *percer d'une tariére,* Hiſp. *barrenar,* τορύνω, terebra perforo. *Virg. 2. Æn. v. 18.* Aut terebrare cavas uteri & tentare latebras. *Col. l. 5. c. 9.* Eas terebrare Gallica terebra convenit. ¶ Translate, terebrare aliquem, apud *Plaut. Bacch. 5. 2. 82.* eſt blandis dictis alicujus animum pervincere, & exorare.

Terēdo, inis, ſ. τερηδὼν, עש, vermis, qui in ligno naſcitur, illudque rodit, a *tero.* Quidam etiam deducunt a ſono, quem edit in rodendo. Proprie de iis vermibus dicitur, qui in mari ligna terebrant. *Plin. l. 16. c. 41.* Teredines tantum in mari ſentiuntur; nec aliam putant teredinem proprie dici. Terreſtres, tineas vocant: culicibus vero ſimiles thripas. ¶ Interdum tamen generatim de terreſtribus quoque uſurpatur. *Vitruv. l. 5. c. 12.* imo *Plinius* ipſe veſtium vermes ſic appellat *l. 8. c. 48.* ubi de prætextis Servii Tullii ait: Mirumque fuit, nec deſluxiſſe eas, nec teredinum injurias ſenſiſſe annis quingentis ſexaginta.

Terensis, is, f. Dea frugibus terendis præſidens. *Arnob. l. 4.*

Terentia, æ, f. M. T. Ciceronis uxor, quam a Cicerone poſt reditum ab exilio repudiatam Salluſtius uxorem duxit, ut inimici ſui arcana certius poſſet diſcere ex ea, quæ omnium ejus conſiliorum particeps fuerat, & ſocia. Centum, decem, & ſeprem annos viviſſe dicitur. *Plin. l. 7. c. 48.*

Terentiānus, a, um, *terentiano,* quod ad Terentium ſpectat. *Quinctil. l. 6. c. 3.* Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio, h. e. ab Terentio inductus in ea Comœdia, quæ *Phormio* inſcribitur. *Cic. de Amic. c. 24.* Terentiano verbo libenter utimur.

Terentiānus Maurus, Grammaticus, natione Afer, ſcripſit poema vario carminum genere, de litteris, ſyllabis, pedibus, metris, multiplici carminum genere. Hunc ſuaviſſimum grammaticorum appellat *Muretus.* Eſt Scriptor ætatis incertæ, ſed tamen paulo poſt Martialis tempora floruiſſe videtur.

Terentīnus, a, um, quod ad Terentum ſpectat, ut Ludi Terentini, qui alio nomine ſeculares vocantur, qui centeſimo quoque anno tribus diebus continuis, tribuſque noctibus celebrabantur, tametſi poſtea ambitione Principum minore interjecto ſpatio aliquoties fuerint celebrati. *Auſon. in Ternario:* Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. V. *Seculares.* ¶ Terentina Tribus, una ex Tribubus Populi R. Erat in Sabinis. Denominata eſt a Tarento, loco in Campo Martio. Facta eſt anno U. C. 454. M. Fulvio Pæto, T. Manlio Torquato Coſſ. a P. Sempronio Sopho, & P. Sulpitio Saverrione Cenſoribus, quo anno etiam Anienſis addita eſt. *Liv. l. 10. c. 9. in fin. & Cic. pro Planc.*

Terentius, ii, m. 2. Τερέντιος, Poeta Comicus, natione Afer, patria Carthaginienſis, Libertus fuit Romæ Terentii Lucani: a quo ob liberale ingenium optimis literis eruditus, in hominum nobiliſſimorum amicitiam pervenit, præcipue Scipionis, & Lelii: quorum etiam opera adjutus creditur in ſcribendo, ob ſermonis elegantiam, ut teſtatur *Cicero ad Attr. l. 7. ep. 3.* Scripſit fabulas ſex, quæ omnium manibus teruntur. Poſthac vifendarum Athenarum cupidate ductus, ex quo navim conſcendit, nuſquam deinde conſpectus eſt. Quo ſit, ut naufragio creditur periiſſe. Latius exequitur hujus vitam *Donatus in Prolegomenis Andriæ. Hor. l. 2. ep. 1.* Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

Terentius Scaurus, Grammaticus, quem *Gellius l. 11. c. 15.* dicit floruiſſe Adriani temporibus, librum de Cæſelii Vindicis Grammatici erroribus ſcripſit.

Terentus, m. 3 locus apud Romanos in extremo Campo Martio, haud procul a Capitolio, ubi templum Plutonis & Conſi, atque ſub terra Diis inferis dicata, quæ ludis tantum ſeculatibus effoſſa terra oſtendebatur, iiſque peractis rurſus claudebatur. In hoc loco, ut ait *Stephanus in Theſ. L. L.* omnium, qui neſcerentur, aut morerentur, nomina ſcribi ſolebant, quorum civitas luſtrabatur. *Feſtus ita ſcribit de etymo:* Terentum in Campo Martio locum Verrius ait per *d* dicendum fuiſſe, quod terendus ſit per ludos ſeculares Ditis Patris, & ita leviter teratur ab equis quadrigariis, ut eorum levis agilitas æquiparet motus rapidos velocis Lunæ: quod quam aniliter relatum ſit, cuivis manifeſtum eſt. *Paullus vero ſic:* Terentum, locus in Campo Martio dictus, quod eo loco ara Ditis Patris in terra occulteratur. *Martial. l. 4. ep. 1.* Hic colat ingenti redeuntia ſecula luſtro, Et quæ Romuleus ſacra Terentus habet. *Id. l. 10. ep. 63.* Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento. h. e. binos ſpectavi ludos ſeculares.

Teres, ētis, o. 3. *lungo e rotondo,* עגול, Ger. *lang, und rund, kugelicht,* Gall. *rond, en long,* Hiſp. *rollizo,* τροχύλος, κυλινδροειδὴς, quod in oblongo eſt rotundum. *Feſt.* Teres in longitudine rotundatum, quales aſſeres natura miniſtrat.

Virg.

Virg. 6. Ecl. Incumbens tereti Damon ſic cœpit olivæ. *Liv. lib. 28. cap. 8.* Telum haſtili tereti. ¶ Cum de corpore uſurp atur, notat membrorum bonam habitudinem, decentemque pinguedinem, quæ tamen ad obeſitatem non accedat. *Hor. Epod. 12.* Teres puer. *Id. l. 2. od. 4.* Teretes furæ. *Lucr. l. 1. v. 36.* Teres cervix. *Id. l. 4.* Teretes ſumitur pro bono, æquali, & conſtanti. *Hor. l. 2. ſat. 7. v. 68.* Fortis, & in ſe ipſo totus teres, atque rotundus. ¶ Teres oratio dicitur, quæ æquabili, & in ſe ipſo totus teres, atque rotundus. ¶ Teres oratio dicitur, quæ æquabilis, & veluti rotunda eſt. *Cic. 3. de Or. c. 52.* Si habitum etiam orationis, & quaſi ill

Rursus Cic. 3. de Orat. c. 31. Terere ætatem in rebus discendis. ¶ Quoniam vetò res novas, quibus sæpius utimur, terimus, seu consumimus, ut patet in vestibus & aliis, hinc metonymice terere accipitur pro usitatum, seu vulgare facere. *Cic. 4. Acad. c. 6.* Jam enim hoc verbum satis hesterno sermone tritvimus. *Id. 3. Fin. c. 4.* Hæc ipsa *quondam rerum nomina novarum nova videbantur*, quæ nunc consuetudo *diuturna* trivit. ¶ Similiter metonymice, iter terere, est iter facere, quia via, per quam ambulamus, teritur, seu consumitur. *Virg. 1. Æneid.* Sæpius e tectis penetralibus extulit ova Angustum formica terens iter. ¶ Reperitur etiam pro perdere, seu interimere, Græcorum imitatione, qui τείβειν sic usurpant. *Nævius apud Priscianum:* Ut illum Dii terant, qui primum olitor cæpam protulit. ¶ Præteritum *tersi* pro *trivi*, afferri solet ex illo *Plauti Pseud. 3. 2. 29.* Prinsquam tersuerunt, oculos ut extillent, facit. Similiter *attersi* pro *attrivi*, ab *attero*, ex *Tibull. l. 1. eleg. 4. v. 42.* Aut operi infuetas attenuisse manus. Et pro priore quidem ideo additur auctoritas *Prisciani*, qui *l. 6. pag. 682. Putsch.* dicitur probare τὸ *tersuerunt*; *Putsch.* tamen edidit *triverunt*, quod & in *Plauto* plures admittunt. Ad jocum *Tibulli* quod attinet, ibi quoque incerta admodum lectio est: quanquam illud *attersuisse*, multis defendituar a *Broukusio*, & quod quidam intrusserunt *attenuasse*, omnino improbatur.

Terpsichŏre, es, f. 1. τερψιχορὴ, una novem Musarum, quæ choris, & cœtibus præest. Dicta a τέρπω, *delector*, & χορὸς, *chorus*, *tripudium*; quod choreis, & tripudiis delectetur, vel, ut *Plutarchus* ait, quod maxima vitæ pars hisce rebus delectetur, & gaudeat. Huic quidam citharæ inventionem tribuunt. ¶ Ponitur translate pro omni poetico studio. *Juven. sat. 6. v. 35.* tunc feque, suamque Therpsichoren odit facunda & nuda senectus.

Terra, æ, f. *terra*, אדמה, תבל, ארץ, Ger. *die erden*, Gall. *terre*, Hisp. *tierra*, γῆ, γαῖα, χθών, elementum frigidum, & siccum. *Varro l. 4. de L.L.* dictam ait, juxta *Ælium Stilonem*, quod pedibus teratur, suamque sententiam eo confirmat: quod in Augurum libris *tera* scribatur unico R. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ac principio terra universa cernatur, locata in media mundi sede, solida, & globosa, & undique ipsa in se nitibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. *Id. 1. Tusc.* Persuadent Mathematici, terram in medio mundo sitam ad universi cœli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant. ¶ *Varro lib. 1. de R. R. cap. 9.* Terra tribus modis dicitur, communi, proprio, & misto. Communi, ut cum dicimus, orbem terræ, & terram Italiam, cuni & lapis, & arena, & cætera ejus generis sint in nominando comprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo, neque cognomine adjectivo appellatur. Tertio modo dicitur terra, quæ est mista, in qua feri quidi potest, & nasci, ut argillosa, aut lapidosa. Hæc *Varro*, quæ quidem omnia confirmari etiam possunt exemplis ex *Cicer.* petitis. *Lucret. Vitruv. Liv. & aliis.* ¶ Sunt, qui velint, hoc nomine in singulari numero totum elementum significari, in plurali aliquot ejus regiones. *Virg. 1. Æneid.* Multum ille & terris jactatus, & alto. *Cic. 1. Catil.* Dubitas, si hic morti æquo animo non potes, abire in aliquas terras? Sed hæc differentia aut falsa est, aut certe non perpetua. Nam & terram frequentissime pro una qualibet regione legimus, & terras pro toto orbe. *Cic. de Amic.* Eorum, qui in hac terra fuerunt, Magnamque Græciam, quæ tum florebat, &c. *Virg. 4. Æneid.* Et nunc magna mei sub terras ibit imago. Diversus etiam, terra Italia, terra Græcia, pro regione Italiæ, Græciæ, &c. *Callistrat. l. 3. Dig. de Abigeis.* Ut extra terram Italiam decem annis relegentur. ¶ Terra iter facere, *andar per terra*, sive pedibus, sive equo gatur. *Cic. pro Planc. cap. 40.* ¶ Sternere terræ, *gettare a terra*. *Stat. 7. Theb. v. 755.* Sic terræ procumbere, *gettarsi a terra*. *Ovid. 2. Metam. v. 346.* Sic sæpe Poetæ *terræ* in dativo usurpant pro *terra*, vel *in terram*. ¶ *Terra ortus*, *Terræ filius* tam in bonam, quam in malam partem adhiberi potest, tum quia terra orti dicuntur, quorum antiquissimum genus est, & in ipsa vetustate sepultum; tum quia etiam ita appellantur ignobiles homines, qui patrem & avum ciere non possunt. *Quintil. lib. 3. cap. 9.* Multum auctoritatis affert vetustas, ut iis, qui terra dicuntur orti. *Cic. 1. Attic. ep. 13.* Huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo. ¶ Terram videre, vel in terra esse dicuntur, qui ad molesti, prolixique laboris finem propemodum pervenerunt. Sumptum a navigantibus. *Plaut. Merc. 1. 2. 84.* Equidem jam me confebam esse in terra. *Cic. pro Mur. c. 2.* Quo tandem animo me esse oportet prope jam ex magna jactatione terram videntem? ¶ *Terra, marique*, vel *aut terra, aut mari*, est in omnibus locis, vel quacunque ratione. *Plaut. Pseud. 1. 3. 83.* Ego in hoc triduo aut terra, aut mari alicunde evolvam id argentum tibi. *Cic. 5. Fin. c. 4.* Ut nulla pars cœlo, mari, terra, ut poetice loquar, prætermissa sit. *Vatin. Cic. lib. 5. Fam. ep. 9.* Ego tamen terra, marique, ut conquireretur, prædandavi. ¶ *Percontari a terra ad cœlum*, proverbialis locutio est, quæ significat minute exquirere, & ab initio ad finem usque rem totam scisciari. *Plaut. Pers. 4. 4. 53.* Volo hanc ego percontari. Sa. A terra ad cœlum, quid lubet. ¶ Genitivus pluralis *terrarum* eleganter jungitur cum quibusdam adverbiis loci, & vim quandam addit orationi. *Cic. Verr. 7.* Ubicumque terrarum, & gentium. *Id. Attic. l. 5. ep. 10.* Nesciebam, ubi terrarum esses, *in qual paese mai fossi*. ¶ A Veteribus terra Dea habita est variis nominibus appellata, Tellus, Vesta, Ceres, Mater, Cybele, &c. *Cic. l. 1. & 3. de nat. Deor. Plin. l. 2. c. 63.* & *Ovid. 6. Fast. v. 460.* Fabulatur autem esse eam filiam Demogorgonis, quæ ex incertis patribus Noctem peperierit, Tartarum, Pamain, Tagem, Antæum. *Boccac. l. 1. Geneal. Deor.*

Terracina. V. Tarracina.

Terræmōtus, ūs, m. *terremoto*, *tremimento*, רעש, Ger. *erdbeben*, Gall. *tremblement de terre*, Hisp. *terremoto*, *temblor de tierra*, γῆς σεισμὸς, terræ, ut vulgo creditur, concussio, quæ a spiritibus retrae inclusis, & exitum sibi molientibus fieri videtur. *Cic. 1. de Div.* Tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, complurisque insulis, totaque in Italia factos esse. *Id. ibid.* Apuliaque maximis terræmotibus conquassata esset. ¶ Dividitur hæc vox interdum, verbo aliquo interposito. *Plin. l. 2. c. 84.* Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tiberii principatu.

Terrēnum, i, subst. n. *terreno*, שדמה, Ger. *erdfeld*, Gall. *terrain*, Hisp. *terruno*, γῆ, terra cultui idonea. *Colum. l. 2. c. 2.* Callidissimi rusticarum rerum genera terreni tria esse dixerunt, campestre, collinum, montanum.

Terrēnus, a, um, *terreno*, *di terra*, Ger. *irrdisch*, Gall. *de terre*, Hisp. *terrenal*, χερσαῖος, quod in terra natum est, vel in terra vivit, vel aliquid cum terra commune habet, vel denique ad terram pertinet. *Cic. 1. de nat. Deor.* Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraque sede viventes. *Col. l. 1. c. 2.* Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus. ¶ Sumitur etiam pro terreo, idest pro eo, quod ex terra est. *Cic. 1. Tusc.* Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt. *Virg. 11. Æn. v. 850.* terreno exurgere busto. *Plin. l. 6. c. 17.* Terrenum iter. h. e. quod terra fit, non mari, aut amni, *viaggio per terra*. *Id. l. 35. c. 12.* Terrena vasa. h. e. fictilia.

Terrĕo, es, ui, itum, n. 2. *spaventare*, הֵחֲרִיד, הִבְהִיל, Ger. *erschrecken*, Gall. *epouvanter*, Hisp. *espantar*, φοβέω, timorem alicui inquito, metum injicio. *Cic. 12. Fam. ep. 15.* Nec me ista terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. *Id. pro Cluent.* Non inedieri ab eo cæteri proscriptionis, & mortis metu terrebantur. *Id. de Arusp. resp. c. 4.* Omnia cæde, incendiisque terrete.

Terrestris, (& aliquando Terrester in masc.) *terrestre*, *di terra*, χερσαῖος, ἐπίγειος, γεώδης, quod ad terram spectat. *Cic. 6. Verr.* Illud Flaminius fra ex æde sua sustulit, ut in Capitolio, hoc est in terrestri domicilio Jovis ponerer. *Liv. l. 1.* Audi Jupiter, & tu Juno, Quiriqeque, Diique omnes cœlestes, vosque terrestres, vosque inferi audite. *Id. l. 3.* Confignata omnia ad Senatum inferre terrestri missi. *Flor. l. 2. c. 2.* Pastorius ille populus, vereque terrester. ¶ Terrestris cœna dicitur, in qua nihil nisi terra natum apponitur, ut olera, pomæ. *Plaut. Capt. 1. 2. 86.* Terrestris cœna est multis oleribus. ¶ Terrestris avis dicitur a *Plin. l. 10. c. 23.* quæ non alte volat, sed prope terram.

Terreus, a, um, *di terra*, γήϊνος, quod ex terra est. *Col. l. 1. c. 6.* Horreum, camera contectum, cujus solum terream, priusquam consternatur, perfossum. Alii leg. *terrenum*. *Cæs. l. 1. bell. Gall. c. 45.* Planities erat magna, & in ea tumulus terreus satis grandis. *Varr. l. 4. de L.L.* Terreus murus.

Terribĭlis, le, o. 3. *terribile*, *orrendo*, נורא, אלוים, Ger. *erschrecklich*, *greulich*, Gall. *terrible*, Hisp. *terrible*, *espantoso*, φοβερὸς, formidabilis, horrendus. *Cic. pro Sext. c. 8.* Altex, o Dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu. *M. in Parad. 2.* Mors terribilis est illis, quorum cum vita omnia extinguuntur. *Virg. 6. Æn. v. 277.* Terribiles visu formæ, lethumque, laborque. *Liv. l. 4. c. 26.* Alia aliis terribiliora afferebantur.

Terribĭliter, adv. *terribilmente*. *Arnob. l. 2.* Sonus cæli terribiliter concrepantis.

Terricŏla, æ, com. 1. ἔπιχθόνιος, qui terram habitat. *Apulej. de Deo Socrat.* Inter terricolas, cælicolasque.

Terricŭla, æ, f. idem ac terriculum. *Senec. de remed. fortuit.* (Sunt hæc excerpta quædam ex *Senecæ* libris, quæ in fine suæ Editionis *Lipsius* collegit, neque tamen *Senecæ* esse putat, quod idem plerique alii Critici sentiunt) *circa principium.* Sic ergo te forma, ut si quis tibi palam mortem minetur, omnes terriculas ejus deludas. *Lactant. de mors. persecut.* Terriculas tyrannicæ potestatis profligare. Adde *Minuc. Fel. in Octav.*

Terriculamentum, i, n. *spauracchio*, *spaventacchio*, *larva*, *fantasma*, בהלה, μορμολύκειον, phantasma, spectrum terrorem incutiens. *Apulej. in Apolog.* Noctium occursacula, buftorum formidamina, sepulcrorum terriculamenta. *Sidon l. 7. ep. 1.* Prodigiorum terriculamenta.

Terriculum, i, n. *spavento*, Ger. *schreckbild*, Gal. *epouvantail*, Hisp. *espantajo*, φόβητρον, quod injicit terrorem. *Accius apud Non. c. 3. n. 244.* Proinde istiac hæc tua aufer terricula, atque animum iratum comprime. *Liv. l. 5. c. 9.* Gauderentque Patres, sive Tribunitiæ potestatis terriculis inventam esse aliam vim majorem ad coercendos Magistratus.

Terrificātio, onis, f. terriculamentum. Vox est *Nonii c. 2. n. 513.*

Terrifĭco, as, a. 1. *spaventare*, idem ac terreo. *Lucr. l. 1. v. 133.* Et quæ res nobis vigilantibus obvia mentes Terrificet. *Virg. 4. Æn. v. 210.* Cæcique in nubibus ignes Terrificant animos.

Terrifĭcus, a, um, *terribile*, φοβερὸς, terrorem incutiens, terribilis, formidabilis. *Virg. 5. Æn. v. 524.* Seraque terrifici cecinerunt omina vates. *Id. l. 7.* Fulgores nunc terrificos, sonitumque, metumque Miscebant operi.

Terrigĕna, æ, com. 1. *nato dalla terra*, γηγενὴς, ex terra genitus, *Cic. 2. de Div.* Terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam, potius, quam hominum more cochleam dicere. *Ovid. ep. 12.* Donec terrigenæ, facinus mirabile, fratres In se constrictas conseruere manus.

Terrigĕnus, a, um, adj. e terra genitus. *Tertull. l. 2. cont. Marcion. c. 12.* Aquigenæ & terrigena animalia.

Terriloquus, a, um, δεμιολόγος, qui terrorem afferentia loquitur. *Lucr. l. 1. v. 101.* Terriloquis victus dictis desciscere quæres.

Terripavium. } V. Tripudium.
Terripudium. }

Terrisŏnus, a, um, δεμιοτροχὴς, quod sono terret. *Claud. l. 1. de laud. Stilic. v. 109.* Nec te terrisonus stridor venientis Alani.

Terrĭto, onis, f. *spavento*, terrendi actio. *Ulp. Dig. l. 47. tit. 10. leg. 15.* Nuda iue territogatio, vel levis territio non pertinet ad hoc edictum.

Terrĭto, as, a. 1. *spaventare*, הֶחֱרִיד, δεμιόω, frequenter terreo. *Virg. 4. Æn. v. 187.* Et magnas territat urbes. *Liv. l. 8. c. 28.* Minis territare, atque identidem admonere fortunæ.

Territorialis, le, adj. ad territorium pertinens, ut territoriales termini. *Agenus in Frontin. de limitib. p. 47.*

Territorium, ii, n. *territorio*, גבול, מרעה, פלך, שדה, Ger. *landschafft*, Gal. *territoir*, His. *territorio*, ἀγρὸς, χωρίον, intra quos fines juris dicendi jus esset, prout lib. de agrorum conditionibus definit *Siculus Flaccus*, juxta emendationem Barnabæ Brissonii. Nam in vulgatis vox *juris* omittitur. Consentit *Pomponius*, *D. l. 50. tit. 16. leg. 239.* a quo definitur: Universitas agrorum intra fines cujusque civitatis. *Varro* etiam *l. 4. de L. L.* Territorium, inquit, est locus communis, qui circa oppidum relinquitur. *Cic. 2. Phil. c. 40.* Ut florentis coloniæ territorium minueretur, *Plin. l. 29. c. 6.* Extra territorium id abire.

Territus, a, um, adj. *spaventato*. *Vellej. l. 2. c. 70.* Denunciatione territus. *Ovid. 4. Met. v. 232.* Inopino territa visu.

Terror, oris, m. *terrore*, *spavento*, *paura*, חתת, פחד, Germ. *ein schrecken*, Gall. *frayeur*, Hisp. *espanto*, φόβος, timor, qui hominem concutit. *Cic. 4. Tusc.* Quæ subjectæ sunt sub metu, ea sic definiunt, pigritiam metum consequentis labilis, terrorem metum concutientem. Ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. *Id. 3. Fin. c. 11.* Qui sibi injecto terrore mortis horrescunt. *Id. Arist. l. 2. ep. 23.* Sed noster consanguineus non mediocres terrores jacit, atque denuntiat. *Id. Att. l. 6. ep. 8.* Terrorem alicui afferre. *Liv. l. 3. c. 4.* Terrorem incutere. *Id. l. 34. c. 28.* Terrori esse. *Id. ib.* In terrorem conjicere. *Nepos in Attic. c. 9.* Magnis terroribus vexari. *Tacit. 4. hist. c. 33.* Terrorem facere. ¶ *Servius* inter terrorem, & metum sic distinguit, ut *terror* proprie sit, qui aliis infertur, unde & *terribilis* dicitur, *metus*, quem habent timentes. Sed hæc differentia non est perpetua. *Virg. 11. Æn.* Quod si tantus habet mentes, & pectora terror.

Terrōsus, a, um, adj. *terroso*, *pieno di terra*, ut arena terrosa. *Vitruv. l. 2. c. 4.*

Terrŭla, æ, f. parva terra. *Leg. un. Cod. de thesaur.* In alienis terrulis opes abditas perscrutari.

Terrulente, adv. terreno modo. *Prudent. in Rom. v. 378.* Rem spiritalem terrulente quærere.

Terrulentus, a, um, adj. terrenus. *Prudent. Peristeph. 2. v. 195.* Quod terrulentum ac sordidum, flammis necesse est decoqui.

Tersus, a, um, *terso*, *netto*, מחוק, καθαρὸς, mundatus, purus, nitidus. *Ovid. 2. Met. v. 736.* Ut tersis niteant talaria plantis. ¶ Translate *Stat. in præf. l. 2. Silvar.* Vir optime, nec minus in judicio literarum, quam in omni vitæ colore tersissime. *Plin. l. 2. ep. 3.* Tersæ præfationes. ¶ *Tersi dies*, h. e. sicci, sereni. *Festus.*

Tersus, ûs, m. *il forbire o nettare*. *Apul. l. 1. A. A.* E promptuario oleum unctui, linteaque tersui profer. *Id. in Apolog.* Petere aliquid tersui dentium.

Tertiadecimanus, a, um, miles legionis tertiæ decimæ, apud *Tacitum hist. 3. c. 27.*

Tertianus, a, um, *terziano*, שלישי, τριτάιος, quod tertio quoque die recurrit, quod tertio ordine dispositum est. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 10.* Ne tertianas quidem febres, & quartanas divinas esse dicendum sit. Et absolute *Plin. l. 10. c. 14.* Xenocrates pulegii ramum lana involutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari &c. ¶ *Tertiani*, *orum*, sunt tertiæ legionis milites. *Tacit. 3. hist. c. 24.* & *13. Ann. c. 38.*

Tertiarsum rii, n. *quattro once*, τεταρτημόριον, idem quod triens, hoc est uncias quatuor, & tam de pondere, quam de mensura dicitur. In ponderibus enim, teste *Budæo*, libræ tertiam partem significat: in mensuris autem tertiam partem congii. *Cato de re rust. c. 95.* Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium. Apud *Vitruv. l. 3. c. 1.* tertiarium quid sit, V. in fine vocis *As*.

Tertiarius, a, um, quod tertiam rei alicujus partem recipit. *Plin. l. 34. c. 17.* Tertiarium vocant, in quo duæ nigri portiones sunt, & tertia alba.

Tertiatio, onis, f. τεταρτωσις, tertia operis repetitio. *Col. l. 12. c. 50.* Plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus tertiationem.

Tertiātō, adv. *Cato apud Charisium, l. 2.* Tertiato, & quartato verba dicere præmeu. h. q. ter, & quater reperendo. V. *Tertiatus*.

Tertiātus, a, um, tertio repertus. V. *Tertio. Col. l. 2. c. 4.* Iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris calendas tertiatos. Tertiata verba dicuntur in quibus tertio quid repertiur, quod in perturbatione loquentes facere solemus: alii tertiata verba ea esse dicunt, quæ ita confuse proferuntur, ut vix tertia eorum pars intelligatur, quod item in perturbatione usuvenit. *Apul. l. 5. Met.* Extemens, & tertiata verba subsurrepens sic ad illas ait.

Terticeps is. V. Bicepsos.

Tertĭo, as, a. 1. τριτόω, tertio repeto, ut Tertiare agrum, est tertio proscindere. *Col. l. 2. c. 4.* Nam commode proscinditur duabus, una iteratur, tertiatur dodrante, in liam redigitur quadrante operæ.

Tertio, & Tertium, adv. *la terza volta*, τὸ τρίτον, tertia vice. *Ter. Eun.* Non hercle veniam tertio. *Col. lib. 3. cap. 13.* Sarriuntur sesquiopera, iterum farriuntur una opera, & tertio una. *Cic. 2. de Div. cap. 59.* Nemo est, quin fape jactans Venerem jaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum, ac tertium. ¶ Tertium Consul esse dicitur, qui duobus jam perfunctus Consulatibus, tertium gerit. *Liv. l. 3. c. 22.* Consules creati Q. Fabius Vibulanus tertium, & L. Cornelius. *Inscript. apud Gruter. p. 1. n. 1.* M. Agrippa L. F. Consul. tertium fecit. Hac ratione dicitur Consul quartum, octavum, nonum, &c. ¶ Inter *tertium* & *tertio* discrimen aliquod esse putant Grammatici, nimirum quod *tertio* ad locum, & ordinem referatur, *tertium* ad tempus, quod idem dicendum de *quarto*, & *quartum*, *quinto*, & *quintum*, & similibus. Verum hæc differentia non videtur cognita fuisse optimis Scriptoribus. Narrat enim Tito Ciceronis libertus apud *Gel. lib. 10. c. 1.* cum Pompejus eadem Victoriæ dedicaturus esset, fuumque nomen, & honores inscribi vellet, dubitatum fuisse, scribendum ne esset, *consul tertio*, an *tertium*, ea de re interrogatum ipsum Ciceronem perfuasisse, quoniam sibi non satis liqueret, utrum rectius esset *tertium*, an *tertio*, ut *Tert.* præciebaretur, quo res quidem satis demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret. V. *Gell. loc. cit.* ubi hæc fuse re plura.

* Tertiocerius. V. Secundocerius.

Tertium, adv. V. in voce præcedenti.

Tertius, a, um, *terzo*, שלישי, Ger. *der dritte*, Gall. *troisième*, Hisp. *tercero*, τρίτος, ultimus, sive unus ex tribus, a *ter*, vel ab Æolico τέρρος ἕ τρος. *Cic. 2. Tusc. cap. 10.* Tertio quoque die. *Id. pro Rab. Posth.* Modo vobis inspectantibus in judicio Gabinii tertio quoque verbo excitabatur, *ad ogni terza parola*. *Plin. jun. l. 4. ep. 24.* Tertius dies est, quod audivi recitantem Sentium. *Gel. l. 9. c. 4.* Cibum capere diebus tertiis, medio abstinere, *ogni tre dì*. ¶ *Tertia nota herba*, tertio loco adscribenda, vel tertiam dignitatem post alias fortita. *Col. l. 9. c. 4.* Tertiæ notæ, sed adhuc generosæ martinus ros, & nostras cunila, quam dixi satureiam. ¶ Ad tertias decoquere, est usque eo decoquere, dum una ex tribus partibus absumatur. *Plin. l. 20. c. 4.* ¶ Tertia, æ, nomen mulierbe est; mos enim fuit Romanis plures quam duas filias habentibus, ut eam, quæ primo loco nascebatur, primam, quæ secundo, secundam, quæ tertio, tertiam vocarent, & sic de reliquis, adjecto proprio nomine, ut *Livia prima*, *secunda*, &c. si vero duæ tantum essent, altera *major*, altera *minor* dicebatur. *Macrob. lib. 2. Saturn. c. 2.* Filia Servilia erat Junia Tertia. ¶ Hinc est *Terzulla* nomen deductum a *Tertia* per diminutionem, qui legitur apud *Cic. l. 14. Art. ep. 20.*

Tertiusdecimus, a, um, apud *Celsum l. 3. c. 4.* & *Column. l. 6. c. 36.*

* Tertiusvicesimus, *vigesimotertio*, שלושה, ועשרים, τριοστὸς ἕ τος, vicesimus tertius. *Gell. 17. 7.* Nigidius in tertiovicesimo grammaticorum commentariorum.

Tertulla. V. *Tertius* in fin.

Tertullianus, i, Τερτυλλιανὸς, Scriptor Ecclesiasticus, patria Carthaginiensis, multa scripsit, quæ extant, stylo aspero, &, ut ita dicam, salebroso, novatis insolenti deductione verbis, & phrasi sæpe impedita, & obscura; non tamen sine veteris, proùeque eruditionis ornamentis. Floruit sub Severo, & Caracalla.

Tertus, a, um, idem ac tersus, apud vet. *Varro* apud *Non. c. 2. n. 84.* Atzei tertæ niter galea. *Id. ibid.* Alii funt circuntonsi, & terti, atque uncluli, ut mangonis esse videantur servuli.

Terveneficus, m. maxime veneficus. *Plaut. Bacch. 4. 7. 15.* Ut pergræcetur tecum, terveneficæ.

Teruncius, ii, m. τεταρτημόριον, τριώβολον, אגורה, nummus perexiguus ejusdem pretii, ac quadrans, quomodo vocatur quarta pars assis, nisi quod teruncius erat argenteus, sed quadrans erat æreus. Ergo habet se teruncius ad semissem, ut quadrans ad sembellam, hoc est dimidiam libellam: item ad assem, ut quadrans ad libellam. Nam materia, non pretio differunt. Dictus est a tribus uncis, quæ sunt quarta pars assis, seu libellæ. *Varro l. 4. de L.L.* Teruncius a tribus uncis dictus. *Cic. lib. 2. Fam. ep. 16.* De præda mea teruncium non attigit quisquam. ¶ Teruncii aliquem facere, est parvi æstimare. *Plaut. Capt. 3. 1. 17.* Neque ridiculos jam teruncii faciunt.

Tesqua, & Tesca, orum, n. plur. loca augurio designata, juxta *Verrium*, vel loca consecrata ad augurandum, ut *Opilius Aurelius* tradidit apud *Festum*. Sæpius vero hoc nomine significantur loca edita, aspera, & inculta, ipso seu atque silentio religionem quandam, & horrorem incutientia. *Hor. lib. 1. ep. 14.* Nam quæ deserta, & inhospita tesqua Credis, amœna vocat, mecum qui sentit, & odit, Quæ tu pulchra vocas. *Lucan. l. 6. v. 42.* Magnoque recursu Amplexus fines, saltus, nemorosaque tesqua. ¶ Apud Festum fere legitur *tesca*.

Tessella æ, f. *tessello*, תשבץ, τεσσάγωνον, quævis tes formam habens quadratam, cujusmodi sunt latercuti, sive lapides quadrati, quibus pavimenta sterauntur, dim. a *tessera*. *Plin. l. 37. c. 10.* Adrodamas argenti nitorem habet, ut adamas figura quadrata, & semper tessellis similis. *Id. l. 37. c. 11.* Exempta cortice tessella, *Senec. l. 6. quæst. nat. c. 1.* Balneum tessellis stratum.

* Tessellarius, ii, m. λιθοβέτης, qui tessellas facit & inserit. *Cod. Theodos. 13. 4. 2.*

Tessellātim, adverb. tessellarum modo, ut tessellatim concidere. *Apic. l. 4. c. 3. & l. 7. c. 9.*

Tessellātus, a, um, *seaccato*, משובץ, σβυκτήριος πεποικιλμένος, quod tessellis, idest parvis quadratis lapillis est compositum, ut *Pavimentum tessellatum*, quod etiam *sectile* dicitur, quoniam in particulas sectum est. *Suet. de Cæs. 46.* Mundi tiarum, lautitiarumque studiosissimum multi prodiderunt, quamvis tenuem adhuc, & obærratum, in expeditionibus tessellata, & sectilia pavimenta circumtulisse.

* Tessello, as, tessellis sterno, ψηφοθετέω. Inscr. ap. *Maffej. p.* 208. Eusebia cum suis tessellavit P. CXX.

Tessĕra, æ, f. κύβος, אבן, ארבע, figura Geometrica constans sex lateribus, seu superficiebus æqualibus, ex omni parte quadrata, quæ etiam *cubus* dicitur, ex τέτταρες, hoc est quatuor. Nam Jonice τέσσερες dicitur pro τέτταρες. Ita vocatur, non quia quatuor latera habeat (sunt enim sex) sed quia est undique quadrata. *Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 5.* Fit enim tribus dimensionibus impletis corpus solidum, quod τετρέδον vocatur, qualis est tessera, quæ cubus vocatur. Item numerus Arithmeticus, qui ex omni parte quadratus est, cujus generis est viginti quatuor. *Martian. in Arithmetica l. 7.* Si tessera tesseram metitur. ¶ Tessera item dicuntur officula, quibus in alveolo ludimus, quæ punctis quibusdam distincta sunt, & quamcumque incubuerint partem, immotam stabilitatem habent, *dadi*. *Terent. Adelph. 4. 7.* Tesseris ludere. ¶ In hac acceptione tessera differt a talo. Nam talus quidem sex latera habebat, sed quatuor tantum in usu ludentium erant, quia duo ita erant incurva, ut illis talus vix posset consistere; tessera autem cum sex casus, sexque aspectus haberet, hi omnes in usu erant. *Cic. 2. de Div. c. 41.* Quid est sors? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod tesseras, quibus in rebus temeritas, & casus, non ratio, nec consilium valet. *Id. de Senect. c. 16.* Senibus talos relinquant & tesseras. ¶ In militia etiam tessera dicebatur symbolum, quo socii ab hostibus, & exploratoribus dignoscebantur, *segno*, *contrassegno*. Ea erat tabella vel taleolala lata, interdum inscripta literis, interdum omni nota vacua, quæ militibus distribuebatur confusionis evitandæ causa, vel ad obeundas vigilias nocturnas, (qua de re V. supra in voce *Signum*) vel ad significanda Imperatoris jussa, expeditiones, prælia, & hujusmodi militaria munera; & hæc vocabatur tessera muta, quia sine voce eo symbolo Imperatoris voluntas innotescebat: alia autem erat tessera vocalis, quæ una, duabus, aut pluribus vocibus constabat ab Imperatore prolatis, & iis, ad quos spectabant justa exequi, enunciatis. *Virg. Æneid. 7.* Classica jamque sonant, it bello tessera signum. *Silius lib. 15. v. 475.* Tacitum dat tessera signum. *Sueton. in Galb. c. 6.* Data tessera, ut manus pænulis contineret. *Liv. l. 7. c. 35.* Cæteris omnibus tesseram dari jubet, ubi secunda vigiliæ buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se veniret. ¶ Item tessera est belli, & pacis futuræ signum. *Pompon. de orig. juris lib. 2.* Deinde Q. Fabius, qui ad Carthaginenses missus legatus, cum essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato, utram vellet, referret Romam, utramque sustulit, & ait, Carthaginenses petere debere, utram mallent accipere. ¶ Ponitur nonnunquam pro signo frumentario, quo exhibito, unusquisque frumenti pro portione accipebat a præfecto annonæ, sicut Patavii fieri solet ab his, qui panperum curam habent. Nam erogantur signa quædam plumbea, quibus exhibitis, sigillatim accipiunt certam mensuram farinæ, vel panis. *Sueton. in Aug. c. 40.* Ne plebs frumentationum causa frequentius a negotiis avocaretur, ter in annum quaternorum mensium tesseras dare destinavit. *Juven. sat. 7. v. 174.* Summula ne pereat, qua vilis tessera venit Frumenti. ¶ Sic etiam dicuntur *tesseræ nummariæ*, quibus exhibitis summa nummum præscripta repensari solet. *Sueton. in Aug. c. 41.* Frumentum in annonæ difficultatibus sæpe levissimo, interdum nullo pretio admensus est, tesseramque nummarias duplicavit. ¶ Item sumitur pro signo hospitalitatis, quæ *tessera hospitalis* dicebatur. Fuit antiqui moris tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quicunque attulisset ad hospitem, continuo agnosci posset, & hospitio accipi tanquam amicus, & vetus hospes. Hoc autem tum necessitudinis ad posteros transibat. Propterea tesseram hospitalem diligenter asservabant. *Plaut. Pœn. 5. 2. 86.* Ego sum ipsus, quem tu quæris. H. Item quid audio? A. Antidamæ me gnatum esse. H. Si ita est, tesseram conferre si vis hospitalem, eccam, arruli. A. Agedum huc ostende. est par probe: nam habeo domi. ¶ Tesseram hospitalem confregisse dicebatur, qui jus hospitii violabat, hoc est, ut ait *Erasmus*, qui sibi reditum in domum aliquam præcluserat. *Plaut. Cist. 2. 1. 27.* Hic apud nos jam Alcesimache confregisti tesseram. ¶ Contesserare cum aliquo, pro hospitia jungere, amicitiam colere, dixit *Tertul. adversf. Haretic. cap. 36.* ¶ In vestibus item figuræ quædam quadratæ, tesseræ dicebantur, unde & vestes ipsæ dictæ sunt tessellatæ. *Plin. lib. 35. cap. 9.* de *Zeuxide pictore*. Opes quoque tantas acquisivit, ut in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentarit. ¶ Denique tessera dicitur de lapillis, quibus pavimenta insternuntur, & confinciuntur. *Plin. lib. 37. cap. 25.* Tum nucleo crasso sex digitos induci, & ex tessera grandi non minus alta duos digitos strui. V. *Tessella*.

Tesseratius, ii, m. qui militibus tribuit tesseras. Glossæ Πραιμαστὴς, *scriba tesserarius*. *Tac. 1. hist. cap. 25.* A quo Barbium Proculum tesserarium spiculatorem, & Veturium optionem. Inscript. apud *Gruter pag. 550. num. 2.* Tesseratius in Leg. III.

Tesseratus, a, um, κυβικὸς, quod ad tesseras pertinet, ut tesseraria ars, apud *Ammian. lib. 14. h. e.* ars tesseras in pavimentis disponendi.

Tesserĭta, æ, f. ψωδημάτιον, parva tessera. Speciatim dicitur de tabella suffragiorum. *Varro lib. 3. de R. R. c. 5.* Quemdam deprehensum tesseralas conjicientem in loculum, eum ad Consulem tractum a fautoribus competitorum. ¶ Item de symbolo, seu signo frumentario, quod qui ad Præfectum annonæ referebant, certam frumenti accipiebant mensuram. *Pers. sat. 5.* Scabiosum tesserula far Posidet. ¶ Tesselulæ item dicebantur exigui quidam, & quadrati lapilli, ex quibus elegantiora pavimenta sternebantur, quæ ab antiquis *tessellata* dicebantur. *Cic. in Orat. cap. 44. ex Lucilio*: Quam lepide lexeis compostæ, ut tesserulæ omnes Arte pavimento, atque emblemate vermiculato!

Testa, æ, f. *testo*, *vaso di terra*, חרש, Germ. *irrdin geschirr od. scherben*, Gall. *coquille*, *vaisseau de terre cuite*, Hisp. *vaso di baro*, *teja*, o *ladrillo*, κέραμος, omnis res fictilis cocta, cujusmodi sunt vasa escaria, & vinaria, lucernæ, tegulæ, lateres, tesseræ, in quibus Athenienses, & alii suffragia scribebant, quæ iis ὄστρακα dicebantur, & alia innumera. *Virg. 1. Georg.* Testa cum ardente viderent Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. *Hor. lib. 1. epist. 1.* Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu. *Auct. ad Her. lib. 4. cap. 6.* Promerheus, cum mortalibus ignem dividere vellet, ipse si a vicinia cum testa ambulans carbunculos corrogarer, non ridiculum videretur? ¶ Hoc quoque *nomine* appellatum *fuit genus celerrimum navicularum*, nempe quia fictile erat, vel quia testæ formam habebat. *Cic. Att. lib. 16. epist. 4.* Tamen arbitror esse commodius tarde navigare, quam omnino non navigare, &, si cum processerimus exploratora videbuntur, & testis utemur. *Juven. sat. 15. de Ægyptiis*. Hæc sævit rabie imbelle, & inutile vulgus Parvula fictilibus solitum dare vela phaselis, Et brevibus pictæ remis incumbere testæ. ¶ Item genus quoddam crotalorum fictilium, v

tum publicum erat, & publica auctoritate manicum. Teſtamentum in procinctu erat illud, quod fiebat a militibus jam jam pugnaturis; nam acie jam inſtructa, & procincta, h. e. ad prælium parata, antequam ſcuta caperent, tribus aut quatuor adhibitis teſtibus, ſine ſcriptis teſtamenta faciebant, atque heredes nominabant. *Veliej. l. 2. c. 5.* Facientibus omnibus in procinctu teſtamenta, velut ad certam mortem eundum foret. Denique teſtamentum per familiæ emancipationem diecebatur, cum paterfamilias, is, qui teſtari volebat, emancipatione, hoc eſt imaginaria quædam venditione, res omnes ſuas, univerſumque familiæ jus vendebat illi, quem volebat ſucceſſorem relinquere. Itaque quinque vocabantur teſtes, & libripens, omnes cives R. & puberes, atque iis præſentibus is, qui familiæ emptor dicebatur, æneum nummum manu tenens, hujuſmodi ſolemnem formulam proferebat: *hujus ego familiam, qua mihi empta eſt hoc ære, æneaque libra, jure Quiritium meam eſſe aio:* nummo deinde libram percutiens, illum dabat ei, a quo hereditatem expectabat, quaſi loco pretii. Porro venditor nihil emptori tradebat, ſed heredem eum ita conſtituebat, ut poſt ſuam mortem jure poſſet hereditatem adire. Facta hac familiæ emancipatione, tum venditor ordinabat, quid poſt mortem ſuam fieri veller; dicebat enim emptori, ſeu ſucceſſori: huic volo dari fundum, illi domum, alii centum ſolidos, &c. quod ab *Ulpiano* teſtamenti nuncupatio dicitur. Hujuſmodi heredis declaratio dicebatur etiam *teſtamentum per nexum*: Nexum enim, inquit *Gallus Ælius apud Feſt.* dicitur id omne, quod per æs & libram fit; idque neſci dicitur. Quo in genere ſunt hæc, teſtamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Tria hæc teſtamentorum genera paulatim in deſuetudinem abiere, & prius quidem illud, quod calatis comitiis, progreſſu deinde temporum etiam reliqua, obtinuitque tandem, ut qui teſtamenta conderent, ſuam voluntatem in tabulis perſcriberent, adhibitiſque legitimis teſtibus obſignarent, de quo quidem teſtamento, ejuſque variis diviſionibus conſule JCtos, quorum eſt talia enucleate deſcribere.

Teſtans, antis, o. 3. teſtator, teſtamenti conditor. *Ulp. l. cum res, ff. de leg.* Niſi alia mens fuerit teſtantis.

Teſtārim, adv. *minutatim*, ὀλιγηδόν, minutim, apud veteres, tractum a teſtarum natura, quæ in exigua fragmenta ſolent conſtringi. *Pomp.* apud *Non. c. 2. n. 842.* Jam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi.

Teſtāſio, onis, f. *teſtimonio*, ערות, Ger. *bezeugung*, Gall. *temoignage*. Hiſp. *teſtimonio*, μαρτυρία, idem, quod teſtimonium. *Liv. l. 8.* Sicut in fœderum rerumque teſtationem ingenti fragore cœli procellam effuſam. *Quintil. l. 5. c. 13.* Si quid ab adverſario teſtationibus comprehenſum. ¶ Sumitur etiam pro tabula, ſeu ſcriptura conſignata, quæ teſtificandæ alicujus rei cauſa fit, *ſcriptura*. *Quintil. l. 5. c. 7.* Sæpe inter ſe collidi ſolent, inde teſtatio, hinc teſtes; hæc enim ſe pars jurejurando, illa conſenſu ſignantium tuetur. *Paulus l. Lucius Titius*, *Dig. de his qui not. infam.* Atque in eam rem teſtationem apud præſectum Prætorio recitavit. *Ulpian. l. 9. Dig. de pan.* Teſtationem conſignare.

Teſtāto, adv. *con teſtimonj*, עַל יְדֵי עֵרִים, teſtibus adhibitis. *Scævol. l. 22. Dig. de verb. oblig.* Poſt paucos dies teſtato creditori dixit, paratum ſe eſſe Romæ eam (pecuniam) numerare. ¶ Item expreſſe, aperte. *Ulp. l. 1. Dig. de pœic. & comm. rei vend.* Priuſquam teſtato denunciet emptori, ut, &c. ¶ Item teſtamento facto, ut teſtato decedere, *morire ſatto il ſuo teſtamento*. *Ulpian. l. 45. Dig. de jure fiſci.* Sive teſtato, *Dig. l. 49. tit. 14. leg. 45.* ſive inteſtato deceſſerunt.

Teſtātor, oris, m. *teſtatore*, διατιθέμενος, teſtamenti conditor. *Sueton. in Ner. c. 17.* Cautum, ut in teſtamentis primæ duæ ceræ, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuæ ſignaturis oſtenderentur.

Teſtātrix, icis, *teſtatrice*, quæ teſtamentum facit. *Modeſtin. l. 35. in fine Dig. de legat. 2.* Nihil prohibet propter voluntatem teſtatricis fidei commiſſum peti.

Teſtātus, a, um, מֵעִיד, μαρτυρούμενος, qui teſtamentum condidit, partic. a teſtor; cujus contrarium eſt *inteſtatus*, ἀδιάθετος, qui teſtamentum non condidit. *Ulp. l. 1. Dig. de ſuis, & legitim. hered.* Inteſtati appellantur, qui cum poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. ¶ Item qui teſtes vocavit. *Virg. 12. Æn.* Multa Jovem, & læſi teſtatus fœderis aras. ¶ Item qui teſtimonium dedit. *Horat. l. 2. od. 28.* clypeo Trojana refixo tempora teſtatus. ¶ In ſignificatione paſſiva teſtatus, μεμαρτυρημένος, dicitur apertus, vulgatus, ab omnibus cogniteus, quod id quaſi omnes teſtentur, *certo, provato, conſeiuto*. *Cic. 4. Ver.* Ut res quam maxime clara, atque teſtata eſſe poſſet, in jus ad Metellum Carpinatium voco, tabulaſque ſocietatis in forum defero. *Id. pro Cal. c. 36.* Ut & comprehendi Licinius facile poſſet, & res multorum oculis eſſet teſtatior. ¶ Superlativum *teſtatiſſimus* habet. *Auguſt. l. 8. Confeſ. c. 6.* ¶ Teſtato ablat. abſolutus, ut *compoſito, cognito*, &c. *Plin. l. 8. c. 36. ad fin.* Cerebro veneficium ineſſe Hiſpaniæ credunt, occiſorumque in ſpectaculis capita cremant. teſtato, quoniam potum in urſinam rabiem agat.

Teſtēns, a, um, adject. *di terra cotta*, fictilis. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 15.* Medicinæ ratio eſt cum teſteis, terreniſque corporibus.

Teſticulātus, a, um, adject. teſticulis præditus. *Veget. l. 1. veterin. c. 7.*

Teſticŭlor, aris, d. 1. ad coitum beſtias admitto, a *teſticulus*. *Feſt. ſeu Paul.* Teſticulari eſt jumentis maribus fœminas, vel mares fœminis admovere, licet alii dicant teſtilari. ¶ Pro teſtem eſſe, teſtimonium dicere, legitur apud *Plaut. Amph. 2. 2. 194.* Mihi quoque adſunt teſtes. Al. Qui teſtes? quid teſticulare? &c. qui tamen verſus una cum ſequenti a Criticis paſſim tanquam ſuppoſititius rejicitur.

Teſticŭlus, i, m. dim. *teſticolo*, חֲצִי, ὄρχιδιον, dim. a *teſtis*; cum pro coleo accipitur. *Auct. ad Her. l. 3. c. 20.* Medicus teſticulos arietinos tentat. *Juven. ſat. 11. v. 157.* Nec pugillares deſert in balnea raucus Teſticulos.

Teſtificātio, onis, f. *teſtificazione*, עדות, μαρτυρία, actus teſtificandi, probatio per teſtes. *Cic. 6. Ver. c. 42.* Si ejus rei teſtificatio tollerctur, cautumque eſſet, eos teſtimonium non eſſe dicturos. *Id. de clar. Orat. c. 80.* Seſeque chirographa teſtificationes, indicia, quæſtiones, tam manifeſtam deferre diceret. ¶ Interdum idem eſt, quod declaratio, aſſertio, profeſſio, *teſtimonianza*. *Cic. l. 1. Fam. ep. 1.* Sic egit cauſam tuam, ut neque eloquentia majore quiſquam; nec gravitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit, cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum.

Teſtificātus, a, um, particip. *chi ha chiamato in teſtimonio*, teſtatus. *Ovid. Heroid. ep. 21. v. 134.* Lingua præſentem teſtificata Deam. ¶ Sumitur etiam paſſive; quemadmodum & *teſtatus*, & ſignificat certum, manifeſtatum, probatum, μεμαρτυρημένος, *Id. 4. Faſtor. v. 328.* teſtificata loquor. *Cic. Art. lib. 1. ep. 16.* Mihi nota fuit, & abs te aliquando teſtificata tua voluntas omittendæ provinciæ.

Teſtifĭcor, aris, d. 1. *teſtificare*, *teſtimoniare*, העיד, Ger. *offentlich bezeugen*, Gal. *témoigner*, Hiſp. *atteſtiguar*, μαρτυρέω, teſtor, teſtimonium dico, notum facio. *Cic. 3. de Orat.* Quod eo ſæpius teſtificor, ut auctoribus laudandis ineptiarum nomen effugiam. *Id. Art. l. 8. ep. 9.* Teſtificor me experem belli fuiſſe. ¶ Significat etiam teſtari, & in teſtimonium invocare. *Cæl. ad Cicer. lib. 8. Fam. ep. 16.* Nam Deos, hominesque, amicitiamque noſtram teſtificor, me iſti prædixiſſe, &c.

Teſtimoniālis, le, adject. ad teſtimonium pertinens, ut teſtimonialis comparatio. *Tertull. adverſ. Pſych. c. 16.* ¶ Teſtimoniales in *l. pen. Cod. Theodoſ. de veter. & testim. vocibus.* ſunt miſſionis honeſtæ epiſtolæ. *Veget. l. 2. de re milit.* Conturbernalibus, compleſis ſtipendiis, per teſtimonialies ex more dimiſſis.

Teſtimonium, ii, n. *teſtimonio* ſ *teſtimonianza*, עדות, Germ. *zeugnuſs*, Gall. *témoignage*, Hiſp. *teſtimonio*, *dicho*, μαρτυρία, teſtium depoſitio, quæ & teſtario dicitur. Proprie abſentium eſt, cum dicta teſtium, quæ alibi depoſuerant, apud judicem in ſcripris profcruntur, quod genus Græci μαρτυρίας vocant. *Calliſtr. l. teſtium fidei 3. ff. de teſtibus.* Idem D. Hadrianus Rufino Proconſuli Macedoniæ reſcripſit, teſtibus ſe, non teſtimoniis creditarum. *Et infra*: Canius quoque Maximo in hæc verba idem Princeps reſcripſit: Alia eſt auctoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, quæ recitari ſolent. *Cic. pro Mil. cap. 17.* Legit teſtimonia teſtium veſtrorum. *Id. pro Flacc.* Teſtimoniorum reſignatorum, & ſidem nunquam iſta nata coluit. ¶ Teſtimonium duplex eſt, manifeſtum, & cæcum. Manifeſtum eſt, quod certos teſtes, & præſentes haber. Cæcum, in quo multitudinem, aut civitatem dicimus ſcire, ut *Cicero*: *Teſtis eſt tota Sicilia*. Eſt etiam in cæco teſtimonio juſjurandum, tabulæ, abſentemque perſonæ. Hæc *Donatus in Terent. Andr. 5. 4. 28.* ¶ Dicimus etiam, teſtimonium in aliquem, & contra aliquem dicere. *Cic. pro Syll. c. 17.* & *3. de nat. Deor. c. 34.* teſtimonium alicui dare. *Id. pro Roſc. Amer. c. 6.* & teſtimonium eddere. *Quintil. l. 11. c. 1.* eodem ſenſu. Dicere aliquid pro teſtimonio. *Cicer. Art. l. 1. ep. 13. dire in teſtimonianza*. ¶ Accipitur etiam latius teſtimonii vocabulum, pro omni eo, quod ab aliqua re externa ſumitur ad faciendam fidem. *Cic. in Pariſ. c. 2.* Teſtimoniorum duo ſunt genera, divinum, & humanum. Divinum, ut oracula, auſpicia, varicinationes, & reſponſa Sacerdotum, Aruſpicum conjecturæ. Humanum, quod ſpectatur ex auctoritate, & ex voluntate, & ex oratione, aut libera, aut expreſſa, in quo ſunt ſcripta, pacta, promiſſa, jurata, quæſita. *Id. Art. l. 8. ep. 19.* Cui rei teſtimonio ſunt literæ; quas Buſſenius ad me miſit. ¶ Sumitur quoque aliquando pro elogio, quo ſententiam noſtram de re quapiam declaramus. *Cic. 3. de Leg.* Præclarum mihi dediſti judicii cui teſtimonium.

Teſtis, is, com. *teſtimonio*, עֵד, Ger. *ein zeug*, Gal. *témoin*, Hiſp. *teſtigo*, μάρτυρ, qui, quæve teſtimonium dicit, vel teſtimonio eſt, ſive in judicio, ſive extra judicium. Uſurparur vel abſolute *Cic. 3. Off.* Cum jurato ſententia dicenda ſit, meminerit, Deum ſe habere teſtem. *Ovid. 3. ex Pons. ep. uls. v. 50.* Atque incorrupræ pondera teſtis habet. *Sueton. in Claud. cap. 40.* Inducta teſte in Senatu, &c. ¶ Vel cum genitivo, & dativo. *Cic. l. 1. Fam. ep. 7.* Præterea quidem Conſularibus nemini poſſum aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici animi eſſe teſtis. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. de Prov. Conſ.* Cn. Pompejus idem mihi teſtis de voluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea. ¶ Vel cum accuſ. & præp. *in*. *Cic. 3. Ver.* Satis multos ex illa calamitate Atiminenſium teſtes nobis in hanc rem reliquos eſſe. ¶ Vel cum infinitivo. *Cicer. l. 3. Fam.* Atque in eo me non perſeveraſſe, teſtes ſunt rationes civitatum. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. l. 5. Fam.* Meus in te animus quam ſingulari officio fuerit, & Senatus, & populus R. teſtis eſt. ¶ *Teſtis loculpes*, eſt teſtis fidei integræ, non mercenarius, aut qui pecunia, vel pretio accepto corrumpi poſſit. *Cic. pro Flac.* Locuples teſtis doloris ſui. *Id. in Brut.* Ab inferis locupletiſſimos teſtes excitare. ¶ *Claſſicus teſtis*, eſt teſtis gravis auctoritatis, omni exceptione major, quales in teſtamentis ſignandis adhibebantur, ducta translatione a civibus Romanis primæ claſſis, qui per excellentiam claſſici dicebantur, cum reliqui infra claſſem vocarentur. *Feſt.* Claſſici teſtes dicebantur, qui ſignandis teſtamentis adhibebantur. ¶ *Teſtibus præſentibus aliquid facere*, eſt aperte, cui contrarium eſt clam, furtim, ſine arbitris. *Plaut. Curc. 1. 1. 31.* Quod amas, ama teſtibus præſentibus. ¶ Teſtes producere, adhibere, citare teſtes in re aliqua, teſtes refutare, habere, teſtibus uti, &c. apud *Ciceronem* paſſim leguntur.

Teſtis, is, m. *teſticolo*, פַּרְחִי, ὄρχις, δίδυμος, unum ex membris virilibus. Nomen inde eſt, quod hæc membra teſtes ſunt ἀρρένων τόπος, ideſt virilitatis. *Auctor Priapeſ.* Magnis teſtibus iſta res agetur. *Plin. lib. 12. c. 49.* Teſtes pecori arremtroque ad crura decidui.

Teſtitrăhus, a, um, adject. qui teſtes, h. e. teſticulos trahit, epitherum eſt arietis apud *Tertull. de pal. c. 1. ex Laberio*, quia aries ob teſticulorum magnitudinem eos trahere videtur potius, quam portare.

Teſto, as, pro Teſtor, aris, ſcribit *Priſcian. l. 8.* uſurpatum fuiſſe a veruſtiſſimis quibuſdam ſcriptoribus.

Teſtor, aris, d. 1. *teſtificare*, העיד, Ger. *bezeugen*, Gall. *témoigner*, Hiſp. *atteſtiguar*, μαρτυρέω, teſtimonio ſum, fidem facio, oſtendo. *Cic. 2. de nat. Deor.* de venis, & arteriis. Utræque autem crebræ, multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificioſi operis, *divinique* teſtantur. ¶ Accipitur quoque pro teſtem advocare, alterius implorato teſtimonio aliquid aſſerere, & confirmare. *Virg. 2. Æn.* Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum Teſtor numen, ait. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Sed teſtor omnes Deos, me hac una voce a morte eſſe revocatum. *Id. pro Cluent.* Quibus illa Deos immortales de ſuo ſcelere teſtarur. *Plaut. Rud. 5. 2. 21.* Teſtem teſtor mihi. ¶ Interdum eſt ſimpliciter affirmare, profiteri, palam dicere. *Cic pro Mur. c. 37* Ego, quod facio, omnium veſtrum cauſa me facere clamo, atque teſtor. *Suet. in Claud.* Teſtatus quondam per edictum, tanto impenſius petere ſe, &c. ¶ Accipitur item teſtari, pro teſtamentum condere. *Cic. 2. de Inv. c. 21.* Poſſitne quiſquam de filii pupilli re teſtari. *Liv. l. 1. c. 34.* Qui cum ignorans, nurum ventrem ferre, immemor in teſtando nepotis deceſſiſſet.

Teſtu, u, n. *coperchio*, *teſto*, גֵּרְיָם, גְּמוּרָה, operculum fictile, quod ad tegendas ollas, & alia culinaria vaſa adhibetur. *Chariſ. l. 1.* Sunt quædam tantum monoptota, ut genu, teſtu. *Cato de R. R. c. 84.* In cœnum indito, carinum teſtu operito. *Id. ib. c. 75.* In foco calido ſub teſtu coquito leniter. *Ovid. 5. Faſt. v. 506.* Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebat: Et fumant teſtu preſſus uterque ſuo. ¶ Quidam putant eſſe *teſtus*, *us*, m. quibus opponimus auctoritatem Chariſii allatam.

Teſtuārium, ii, n. κλιβανίτης, libi, vel panis delicatioris genus, quod in teſta coquebatur. *Varro l. 4. de L. L.* Libum, quod libaretur, prius, quam eſſet coctum: teſtuarium, quod in teſta calda coquebatur, ut etiam nunc Matrallibus id faciunt matronæ.

Teſtudinĕatus, & Teſtudinatus, a, um, adject. *fatto in forma di teſtudine, o a volta*, καμαρωτός, fornicatus, concameratus, & incurvus teſtudinis more. *Col. l. 12. c. 15.* Et inter ſe acclives teſtudineato tecto more tuguriorum inareſcentem ſicum a rore, & interdum a pluvia defendant. *Vitruv. l. 6. c. 3. de cavis ædium*, Teſtudinata vero ſunt, ubi non ſunt impetus magni.

Teſtudĭnātus, a, um, quod eſt teſtudinis. *Plaut. Amph. in ſuppoſitis, ſcena, quæ incipit: Dii veſtram fidem, v. 62.* Sive grallatorius, ſive teſtudineus (gradus) fuerit, certum eſt mihi nunc ſceleſtum perdere, *paſſo lento, paſſo di tartaruga*. ¶ Item quod ex teſtudine factum eſt. *Propert. l. 4. eleg. 6.* Teſtudinea lyra. *Martial. l. 9. epigr. 60.* Teſtudineum hexaclinon.

Teſtūdo, inis, f. *teſtudine*, צב, Ger. *ein ſchildkrotte*, Gall. *tortue*, Hiſp. *galapago*, χελώνη, genus animalis ita dictum a teſta, quod teſta prædita eſt teſtum hoc animal, ut ait *Var. l. 4. de L. L.* Earum genera ſunt marinæ, paluſtres, terreſtres, & lutariæ, quæ in dulci aqua diverſantur. *Cic. 3. de nat. Deor.* Teſtudines autem, & crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde diſcedere. Ira & naſcuntur, & educantur ipſa per ſe ſe. *Plin. l. 9. c. 10.* Teſtudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant, atque inter inſulas Rubri præcipue maris navigent cymbis. In terram egreſſæ, in herbis pariunt ova, avium ovis ſimilia, ad centena numero. Eaque defoſſa extra aquas, & coöperta terra, ac pavire pectore, & complanata, incubant noctibus. Educant fœtus annuo ſpatio. ¶ Ab ea noctione fluxere aliæ tres, una in Architectura, altera in Muſica, tertia in re militari. In Architectura notat opus concameratum, *volta, cupola*. *Non. cap. 1. n. 286.* Teſtudines funt loca in ædificiis camerata, ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum, quæ duris tergoribus ſunt, & incurvis. *Cic. ad Q. Fr. lib. 3. ep. 1.* Nunc hoc vel honeſtatem teſtudinis, vel valde bonum æſtivum locum obtinebit. ¶ Altera translato eſt, cum pro inſtrumento muſico accipitur, quod Græcis ſimiliter χέλυς. V. Chelys. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quocirca & in fidibus teſtudine reſonatur, aut cornu. *Virg. 4. Georg.* Ipſe cava ſolans ægrum teſtudine amorem. ¶ Denique, uti diximus, hæc vox ad militiam translata eſt. In militia notat, quod Græci vocant συναστισμόν, quaſi dicas *conſertationem*, cum nempe corpora jungunt milites, clypeoſque capitibus ſuperimpoſitos ita condenſant, ut ſatis ſtimum munimentum ſint adverſus impetum lapidum, aliorumque telorum deſuper incidentium. *Liv. l. 34. c. 39.* Subtaris ſuper capita ſcutis, continuariſque ita inter ſe, teſtudine facta ſubibant. ¶ Similiter in militia teſtudo vocabatur machina contegendi cauſa fabricata, ſub qua a militibus foſſæ, aliaque fiebant ad urbium oppugnationem. Hæc tabularis contexta erat, & crudo corio, aut cilicinis centonibus contecta, aliave materia, quæ difficulter poſſet exuri. Intus autem habebat trabem funibus ſuſpenſam, quæ ſi unco præmuſtetur ferreo, falx dicebatur, eo quod incurvata eſſet eum in uſum, ut lapides e muro evelleret, ſi vero ferro bifurco caput haberet munitam, aries dicebatur, five quod arietis in morem retrorſum cederet ut majori cum impetu feriret; ſive quod geminis cornibus capitis arietini ſimilitudinem referret. *Teſtudo* autem dicebatur, quod modo caput exereret, modo ſubducereret vivæ teſtudinis ritu. *Cæſ. l. 4. B. G.* Reliquis diebus turres ad altitudinem valli, talesque teſtudinesque parate ac facere cœperunt. ¶ *Teſtudo volat*, proverb. de re impoſſibili, apud *Claudian. l. 1. in Eutrop. v. 352.*

Teſtŭla, æ, f. ὄστρακον, חֶרֶשׂ, parva teſta, vel teſtæ fragmentum. *Cæl. l. 11. c. 3. de portis capitalis*: Tum teſtulæ vel conchæ quaſi ſodes in ſingulis ſubjectæ ſeminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. ¶ Teſtulis in comitiis ferebantur ſuffragia. Hinc teſtula collabeſieri, apud *Nepot. in Ariſtide, c. 1.* eſt damnari.

Teſtum, i, n. idem quod teſta, ex fictili, aliave materia. *Plin. lib. 32. cap. 7.* Ranarum corda in olei vereris ſextario ſub æneo teſto diſcoxere. ¶ Item teſtacea materia, qualis eſt laterum, & tegularum. *Severr. Sulpic. l. 2. hiſt. ſacr. c. 2. de ſtatua Nabuchodonoſoris*: Sed ferrum, atque teſtum inter ſe confuſum coire non poterat.

Teſtus, us. V. Teſtu.

* **Teta**, æ, f. palumbes. *Serv. ad Ecl. 1. v. 58.* Columbæ quas vulgus tetas vocat; & non dicuntur latine, ſed multorum auctoritas Latinum facit.

Tetanĭci, m. 2. τετανικοί, qui tetano laborant. *Plin. l. 23. c. 7.* Datur tetanicis, & ſpaſticis.

Tetanŏthrum, i, n. τετανόθρον, medicamentum, quo rugæ tolluntur, & cutis faciei extenditur, quod etiam a τετανός, *extenſus*, quia efficit δέρμα τετανόν, ideſt cutem extenſam planamque. Differt a pſilothro. Nam pſilothris ad pilos vellendos, tetanothris ad extendendam in facie cutem utebantur. *Plin. l. 32. c. 7. de ichthyocolla*: Utilem eam in capitis doloribus affirmant, & tetanothris.

Tetānus, i, m. τέτανος, omnis convulſio, & rigiditas corporis, vel membrorum, cujuſmodi eſt rigor, & immobilitas cervicis cum ſpinæ nervi, & muſculi utrinque ex æquo obtiguerunt, ita ut cervicis vertebras neutram in partem flecti permittant, a τείνω, *extendo*. *Scribon. Larg. 101.* Facit & hoc medicamentum ad eos, quorum muſculi maxillares cum maximo dolore tenſi ſunt adeo, ut aperire os nullo modo poſſit. Tetanon hoc vitium Græci dicunt. *Celſ. l. 2. c. 1.* Frigus modo nervorum diſtenſionem, modo rigorem infert: illud σπασμός, hoc τέτανος Græce nominatur.

Tetartæum, i, n. τεταρτεῖον, tetras, ſive numerus quaternarius. *Col. l. 3. c. 20.* Quodque eatenus velut lectarum quodam contenti ſumus tetartæo.

Tetartemorion, o. 2. τεταρτημόριον, quadrans, ac ſpeciatim quarta pars zodiaci. *h. e.* tria ſigna. *Plin. l. 7. c. 49.* Durat & ea ratio, quam Petoſiris, ac Necepſos tradiderunt, & tetartemorion appellant, a trium ſignorum portione, qua poſſe in Italiæ tractu CXXVI. annos vitæ contingere apparet.

Teter, tra, trum, *moleſto, cattivo, tetro, orrido*, שָׁנוּעַ, אַכְזָרִי, אִיּוּם, פָּרִיץ, Germ. *greulich, ſchnod*, Gal. *cruel, méchant*, Hiſp. *feo, cruel, deſdeñoſo*, moleſtus, fœdus, malus. Quidam a *tædes* deducunt, unde & *tæter* feribendum conjectant, quaſi cujus tædeat. Ac favent huic ſententiæ aliquot veterа monumenta, quæ affert *Manut. in Orthogr. Parotto* dici placuit ab *ater*, quia tetrum eſt, quod nigrum, ac tenebricoſum. *Virg. 3. Æn.* Tum vox tetrum dira inter odorem. *Col. l. 7. c. 5.* Et ſpumam quamdam tenuem tetri odoris expuit. ¶ Translate ſumitur pro malo, vitioſo, crudeli. *Cic. 4. Tuſcul.* Ipſam ægritudinem, quam nos ut tetram, & immanem beluam fugiendam eſſe diximus, *Horat. l. 1. ſat. 2.* Nam ſimul ac venas inflavit tetra libido. *Sulpic. Cic. l. 4. ep. 12.* Vir clariſſimus ab homine tetriſſimo acerbiſſima morte eſt affectus. *Id. l. 8. epiſt. 15.* teterrima hiems. *Cic. 2. Offic. c. 22.* Nullum vitium tetrius, quam avaritia. *Id. 1. Tuſc. v. 40.* Teterrimus in aliquem. ¶ *Tetrum* adverbii more *Prudent. Cathem. 4. v. 22.* Tetrum fiagrat enim vapore craſſo Horror conſcius æſtuante culpa.

Tethalaſſomenon vinum, *h. e.* marina aqua mixtum, a θάλασσα, mare. *Plin. lib. 14. cap. 8.*

Tethæa, æ, f. piſcis quidam marinus, qui in foliis marinis plerumque degit exſugens, qui tamen, ſecundum *Plin. lib. 32. cap. 9.* fungus potius, quam piſcis dicendus eſt.

Tethys, os, f. 3. Τηθύς, Cœli, & Veſtæ filia, ſoror Saturni, & Titani, uxor Neptuni, ſive Oceani, mater fluviorum, & Nympharum. *Heſiod. in Theog. Eocc. lib. 3. Gen. Deor. Ovid. 5. Faſt.* Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn, Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis. *h. e.* Titani ſororem *Id. infra, de Hyadibus*: Pars Bacchum nutriſſe putat, pars credidit eſſe Tethyos has neptes, Oceanique ſenis. ¶ Hæc Tethys magna, ſeu major, & a Poetis cana cognominatur. Quidam cauſam afferunt, ut diſtinguatur a filia Nerei, & matre Achillis. Sed hujus nomen ſcribitur *Thesis*, cum aſpiratione in prima ſyllaba, & litera i in ſecunda. *Ovid. 2. Faſt.* Canamque petit Saturnia Tethyn. *Cæſul. de coma Beren.* Luce tamen canæ Tethyi reſtituor. ¶ Interdum ponitur pro mari. *Lucan. l. 1. v. 4. 14.* Tethyos unda vagæ lunaribus æſtuet horis.

Tetinĕrim, is, it, antiquum præteritum pro *tenuerim, is, it*, & *tetinisſe* pro *tenuiſſe* olim uſurparunt *Accius*, & *Pacuvius* apud *Non. c. 2. n. 854.*

Tetĭni præterirum antiquum verbi *teneo*, pro tenui, *Paul. apud Feſt.*

Tetrachordon, i, n. & Tetrachordos, i, m. & f. τετράχορδον, & τετράχορδος, quatuor chordas, ſeu quatuor ſonos habens. Ab antiquis Muſicis tetrachordon dicebatur quatuor in ordine poſitorum ſonorum congruens fidaque concordia, ut *Martian. Capella* definit, *h. e.* quod dicunt recentiores Muſici *una quarta*. In toto veterum muſicarum vocum ſyſtemate quinque tetrachorda conſtituebantur, quibus univerſa modulationum varietas continebatur; ita tamen ut diſſimiles eſſent diſpoſitiones, & intervalla tonorum, & hemitonorum in tetrachordis diatonici generis, chromatici, & harmonici, ut explicat, quamvis ſatis obſcure more ſuo, *Vitruv. l. 4. c. 4.* & fuſius, apertiuſque *Kircherus lib. 3. Muſurgiæ univerſ. c. 8. & 13. & l. 7. c. 8.* quem conſule. V. etiam *Philandrum in Vitruv. loc. cit.* ¶ Tetrachordos machina dicitur ab *eod. Vitruv. l. 10. c. 13.* organum hydraulicum, quod quatuor ſonorum differentias habet, *organo di quattro regiſtri*. ¶ Translate anni tetrachordon dixit *Varro apud Non. c. 2. n. 22.* quatuor anni tempora ſignificans, *le quattro ſtagioni*.

Tetracōlon, i, n. periodus quatuor membris conſtans, τετράκωλον. *Senec. l. 4. controverſ. 25.* Myrrhedius dixit illud tetracolon: Serviebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer convivio, dies nocti. ¶ Translate ponitur pro numero quaternario cujuſcumque rei. *Id. in præfat. lib. 5. Controverſ. de Capitone declamatore*: Nulli non poſt primum tetracolum præterendus, primum tetracolum quotum fariam, quæritis? Latronis, Fuſci, Albutii, Gallionis.

* **Tetradĕum**, Tetradium. V. Tetartæum, & Tetracolon.

Tetradŏres, i, m. & f. τετράδωρος, quatuor palmorum magnitudinem habens. *Plin. l. 35. c. 14.*

Tetradrachmum, i, n. τετράδραχμον, numnus quaternas valens drachmas. *Caſſius Cic. l. 12. Fam. ep. 13.* Nam jam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam eſt. *Liv. lib. 37. c. 58.* Tetradrachma Attica trigintæ quatuor millia ſeptingenta. *Id. l. 34. c. 52.* Signati argenti octoginta quatuor millia ſuere. Atticorum, tetradrachmum vocant &c. quidam hic leg. *tetradrachmam*, ut ſit fœminini generis.

Tetragnathus, ii, maſc. *vel* thon, ii, n. genus aranei, a τέτταρες, *quatuor*, & γνάθος, *maxilla*, propter multitudinem maxillarum. *Plin. l. 29. cap. 4.* Tetragnathii duo genera habens pejor medium caput diſtinguente linea alba, & tranſversa altera.

Tetragōnum, i, n. τετράγωνον, רְבוּעַ, *tetragono, aſpetto quadrato*, ſpectus quadrangularis alicujus aſtri, apud Aſtrologos. *Anſon. in Eclogar. de rutione puerperii maturi*, ſeu *Idyll. 12. v. 21.* Fulgor tetragono aſpectus vitale conſuetat. *Et in fine*. Tetragono abſolvet dubiarum vincla monarum. Alii priore loco leg. *tetragono aſpectu*, ut ſit *tetragonus, a, um*, adject. Caterum nimia hic licentia penuliema corripitur ab *Auſonio*, cum natura producenda ſit.

* **Tetrălix**, icis, f. τετραλίξ, herba alio nomine erix, & ſiſara, apibus gratiſſima. *Plin. 16. 11. & 21.*

Tetrametĕr, a, um, adject. τετράμετρος, Verſus tetrameter dicitur qui quatuor pedibus conſtat, cujuſmodi eſt illud carmen, quod in exemplum adducitur a *Diomed. lib. 3.* Fulmina nubibus obvia torques. Sunt tamen alia multa tetrametrorum genera, quæ V. apud *Grammatic.* & præſertim *Diomed. lib. 3. Terentianus Maurus de metris* uſurpat *tetrametros* in recto caſu, quod magis accedit ad Græcam vocem.

Tetrans, tis, quarta alicujus rei pars, quadrans, τετρημόριον. *Vitruv. d. 4. c. 2. & 3.* qui *l. 4. c. 3.* dixit etiam *tetrantorum* pro *tetrantium*, velut ſi eſſet *tetrantus*, i, quod quidem *Vitruvio* condonandum.

Tetrāo, onis, τέτραων, avis quædam ex genere anſerum, olim in deliciis habita, quæ a quibuſdam Gallus unus eſſe creditur. *Plin. lib. 10. cap. 22.* & *Sueton. in Aug. cap. 22.*

Tetraphărmăcum, i, n. emplaſtrum quoddam quatuor rebus conſtans, nempe cera, pice, reſina, ſevo taurino, aut, ſi hoc deſit, vitulino: valet autem ad pus movendum. *Celſ. l. 5. c. 19. & 26.*

Tetraphŏri. V. Hexaphori.

Tetrapŏlis, lis, f. τετράπολις, ſic dicta eſt Antiochiæ regio, in qua quatuor inſignia oppida fuerunt. *Strab. l. 16.* ¶ Item ob eamdem rationem regio Atticæ.

Tetrapŏra, τετράπορα, nomina dicuntur, quæ quatuor tantum caſus habent. *Priſcian. l. 5.*

Tetrăpus, τετράπους, הוֹלֵךְ עַל אַרְבַּע, quadrupes, hoc nomine inſcribitur liber octavus Apicii, eo quod in eo agitur de quadrupedum animalium obſoniis, & condituris.

Tetrarcha, æ, ſeu Tetrarches, æ, m. *Tetrarca, Signore della quarta parte d'un Regno*, שַׂר רְבִעִית, τετράρχης, qui quartam Regni partem obtinet, a Græco nomine allato. Ita vocatur non ſolum qui cum aliis tribus regnum aliquod occupat, ſed etiam qui poſt tetrarchas imperium adeptus eſt, licet plures ſint, vel etiam pauciores; item qui ſolus eam regionem tenet, quæ aliquando a quatuor tetrarchis poſſeſſa fuit. *Hirt. de bello Alexandrino c. 67.* Dejotarus Tetrarches Gallogræcæ tunc quidem pene totius, quod ei neque legibus, neque moribus conceſſum eſſe cæreri Tetrarchæ contendebant, &c. *Cicer. Art. l. 2. ep. 9.* Qui Regna, qui prædia Tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. *Hor. l. 1. ſat. 3. v. 12.* Habebat ſæpe ducentos, ſæpe decem ſervos, modo Reges, atque Tetrarchas. *Lucan. l. 7. v. 226.* Sicci fed plurima campi Tetrarchæ, Regeſque tenent, magnique Tyranni.

Tetrarchia, æ, f. τετραρχία, רִבְעִית, principatus quartæ partis alicujus regionis. *Cic. 1. de Divin. c. 15.* Quod poſteaquam a Cæſare Tetrarchiæ Regno, pecuniaque mulctatus eſt. *Id. pro Dejot. cap. ult.* Negat, unquam ſe a re in Dejotari tetrarchia pedem diſceſſiſſe.

Tetras, ădis, f. numerus quaternarius. *Tertul. ad Valentin.

Teuthrantum, i, Attice oppidum. V. vocem præcedentem.

Teuthras, Teuthrans, antis, m. rex Mysiæ, a quo Teuthrania dicta est.

Teutŏni, orum, populi Germaniæ prope Cimbros, in inferiore Saxonia, a quibus postea Germani, ab Italis *Tedeschi* appellati sunt. *Cic. pro leg. Manil. c. 20. ad fin.* Idem cum Cimbris, idem cum Teutonis bellum administraret. *Cæs. lib. 1. B. G. c. 33.* Ut ante Cimbri, Teutonique fecissent. *Plin. l. 4. c. 14.* Cimbri, Teutoni, ac Chaucorum gentes. Adde *Tacit. 4. histor. cap. 73.* ¶ In singulari num. *Lucan. l. 6. v. 259.* Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.

Teutonĭcus, a, um, quod ad Teutonos spectat. *Martial. lib. 14. epigr. 26.* Caustica Teutonicos accendit spuma capillos. *Propert. lib. 3. eleg. 3.* Teutonicas Roma refringat opes.

Teutŕia, f. i. *S. Domino*, vel *S. Domo*, inf. Apuliæ Dauniæ adjacens, una Diomedearum. *Plin. l. 3. c. 11.*

Texo, if, xui, textum, a. 3. *tessere*, אָרַג, Ger. *weben*, *ein gewand machen*, Gal. *tistre*, *faire de la toile*, Hisp. *texer*, ὑφαίνω, telam conficio. Est a *tego*, ea forma, qua *vexo* a *veho*. *Tibul. l. 2. el. 3.* Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa Texuit. *Cic. 3. de Or.* Quamquam ea tela textitur, & ea incitatur in civitate ratio vivendi, ac posteritati ostenditur. V. *Tela.* ¶ Per translationem usurpatur pro struere, componere, ex quacumque materia. *Virg. 10. Ecl.* Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco. *Id. 11. Æn.* Bis denas Italo texamus robore naves. *Cic. Arr. l. 4. ep. 1.* Paulus in medio foro basilicam jam pene texuit iisdem antiquis columnis. *Id. 4. Acad.* Quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. *Propert. l. 3. eleg. 7. v. 5.* Texere causas lethi. ¶ Item pro scribere, colligere. *Cic. l. 9. Fam. ep. 21.* Epistolas vero quotidianis verbis texere sciemus. *Id. ad Q. Fr. l. 3.* Sane texebatur opus luculente.

Texterna, æ, f. taberna, vel officina textoris. *Apulej. l. 2. Florid.*

Textĭle, is, subst. n. 3. opus texendo factum. *Liv. l. 45. c. 35.* Navi regia onerata Macedonicis spoliis, non insignium tantum armorum, sed etiam regiorum textilium. *Propert. l. 2. el. 24.* Variis serica textilibus.

Textilis, le, o. 3. *tessuto*, אָרוּג, Ger. *gewrieben od. geflochten*, Gal. *qui est tissu ou entrelacé*, Hisp. *texido*, ὑφαντός, quod texendo factum est. *Virg. 3. Æn.* Textilibusque onerat donis, ac talia fatur. *Cic. 5. Tusc. c. 21.* Collocari jussit hominem in aureo lecto strato pulcherrime, textili stragulo magnificis operibus picto. ¶ Vestem textilem Ægyptii invenerunt. *Plin. l. 7. c. 56.* ¶ Ante inventionem vestis textilis, nexilis in usu fuit. *Lucr. l. 5. v. 1349.* Nexilis ante fuit vestis, quam textile regmen. ¶ Textilis pictura, quæ in tapetibus fieri, aut tela solet. *Cic. 6. Verr.* Nego ullam picturam neque in tabulis neque textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit, &c. ¶ Textilis umbra palmitis, quæ multis palmitibus intertextis fit. *Martial. l. 12. ep. 50.* Hæc textilis umbra supini Palmitis. ¶ Textilem pestem vocat *Cic. 2. Tusc. c. 8. ex Ennio*, vestem Nessi Centauri infectam sanguine, qua indutus Hercules periit.

Textor, ōris, m. *tessore*, *tessitore*, אוֹרֵג, Ger. *weber*, Gal. *tisserand*, Hisp. *texedor*, ὑφάντης, πανοπλεύς, qui texit. *Cic. pro Planc. c. 25.* Si pro fabro, aut textore emimus. *Juvenal. 9. v. 30.* Et male percussas textoris pectine Galli.

Textorĭus, a, um, adject. texens, contextus. *Senec. epist. 113.* Textorium totum illud est, quod cum maxime agitur.

Textrĭcŭla, æ, f. *tessarella*, ὑφαντική, dimin. a textrix. Hinc textricularas puellas dixit *Arnob. l. 5.*

Textrīna, næ, f. & Textrīnum, i, n. locus, seu officina textoris, בֵּית אוֹרְגִים, ἐργαστήριον. *Cic. 6. Verr. c. 26.* Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste textrinam non instituerit. Alii leg. *textrinum*. Item ipsa texendi ars. *Plin. lib. 11. c. 24.* Ipsa per se pertinax ratio textrinæ. Alii leg. *trama*. ¶ Item navale, ubi naves texuntur, *arsenale*. *Ennius apud Servi. in illud Virg. Æn. 11. v. 326.* Italo texamus robore naves. Idem, *inquit*, campus habet textrinum navibus longis. Adde *Servi. Daniel. ad illud. 2. Æn.* Sectaque intexunt abjete costas.

Textrīnus, a, um, adject. textorius, quod ad texendum pertinet. *Cic. 6. Verr. c. 26.* Quod ramen oppidum isti textrinum ad conficiendam muliebrem vestem fuit. *Firmit. de err. profh. relig. c. 17.* Textrina ars.

Textrix, icis, f. *tessitrice*, ὑφαντρίς, mulier textoriæ artis perita. *Tibull. l. 2. el. 1. v. 65.* Atque aliquæ assidue textrix operata Minervam Cantat.

Textum, i, n. *tessimento*, ὕφασμα, אָרִג, quicquid ex quavis materia contexitur, aut componitur. *Virg. 8. Æn. v. 625.* Haftamque, & clypei non enarrabile textum. *Martial. l. 3. ep. 58.* Et dona marrum vimineo ferunt texto. *Catul. carm. 54.* texta carinæ. ¶ Textum orationis, est stilus, seu genus dicendi. *Quinct. l. 9. cap. 4.* Neque illud in Lysiæ dicendi textum tenue, atque rasum lætioribus numeris erat corrumpendum.

Textūra, æ, f. *tessitura*, אֲרִיג, Germ. *das gewrebt*, Gal. *tissure*, Hisp. *texedura*, ὕφασις, ὕφασμα, συμπλοκή, actus texendi, vel etiam opus texendo factum. *Lucr. l. 5. v. 281.* Quam tenui consset textura, quamque loco se Contineat parvo. *Propert. l. 4. eleg. 5.* Coæ textura Minervæ.

Textus, us, m. idem ac textura. *Plin. l. 9. c. 35.* Alterno texru fulgentibus toto capite crinibus. *Id. l. 18. c. 7.* Grana in stipula crinito textu spicantur. ¶ Translate ponitur interdum pro contexru orationis, seu pro verbis alicujus auctoris, *testo*, συγγράφω, לִקְרֹן. *Ammian. l. 15. c. 7.* Rem brevi textu percurram. *h. e.* paucis verbis. *Id. ib. c. 9.* Ut ostendit textus superior. *Id. l. 27. c. ult.* Quod contra fœderum textum juvarentur Armeniæ. *Manil. l. 3.* quarum ratio manifesta per artem Collecta est, venierque suo per carmina textu, *orditura*.

Textus, a, um, *tessuto*, אָרוּג, ὑφασμένος, particip. a texor. *Virg. 2. Æn.* Hanc tamen immensam Calchas attollere molem Roboribus textis, cœloque educere jussit. *Id. 5. Æn.* Parietibus textum cæcis iter. *Cic. 2. de nat. Deor.* Tegumenta corporum vel texta, vel suta.

T A N T E H.

Thabor, m. 3. *Tabor*, תָּבוֹר, שְׁבוֹר, mons Palæstinæ, in Galilæa, apud campum Esdrelon. ¶ Item mons Palæstinæ, in Tribu Nephthali versus Dan.

Thais, idis, f. Θαΐς, nobilis meretrix Alexandrina, quæ Atticam juventutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebravit Menander, Comicus Poeta Græcus, unde & Menandreæ epitheto a Poetis insignitur. *Propert. lib. 2. eleg. 6.* Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

Thalamēgus, i, Θαλαμηγός, navis deliciarum magis causa, quam belli ornata, thalamis, & cubiculis instructa, pretiosisque obducta velis, aliisque regiis ornamentis; videturque ita dicta παρὰ τὸ ἄγειν τὸν θάλαμον, h. e. quia thalamos habet, & cubicula. *Sueton. in Cæs. c. 52. de Cæsare, & Cleopatra*: Eadem nave thalamego pene Æthiopia tenus Ægyptum penetravit. *Senec. l. 7. de benef.* hujus generis naves *cubiculatas* vocat, *Plinius* vero *l. 7. c. 30. vitreatas*.

Thalămus, mi, m. *camera degli sposi*, חֶפֶר, וְאֵת, Germ. *der ehebettchen schlaffkammer*, Gal. *chamber à coucher*, Hisp. *palamo*, θάλαμος, cubiculum nuptiale. *Vitruv. l. 6. c. 10.* In prostadis, dextra ac sinistra cubicula sunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphitalamus dicitur. *Virg. 6. Æn.* Hic thalamum invasit natæ, vetitosque Hymenæos. ¶ Translate ponitur pro nuptiis, matrimonio, jure connubii. *Virg. 4. Æn.* Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ! *Ovid. l. 1. Amor. el. 8.* Hæc sibi propositi thalamos violare pudicos. *Stat. 5. Thebaid.* Thalami coacti, πόσεις ἑρκεσίοι. ¶ Item pro quovis habitaculo. *Virg. 6. Æn. v. 280.* Ferreique Eumenidum thalami. *Id. 4. Georg. de apibus*; ubi jam thalamis se compositere, fiterur.

Thalassa, θάλαττα, mare: Græca vox, qua inscribitur liber nonus Apicii auctoris culinarii, quia in eo libro de piscibus marinis conditendis, & de salsamentis agitur.

* Thalassĕgle, es, f. θαλασσεγλη, herba marina. *Plin. 24. 17.*

Thalassĭcus, a, um, θαλασσικός, idem ac thalassinus. *Plaut. Mil. 4. 4. 43.* pallium habens ferrugineum, nam is colos thalassicus est. *Id. ibid. 4. 6. 67.* Nescio, quis tecum incedit, ornatu quidem thalassico, *con abito marinaresco*.

Thalassīnus, a, um, θαλασσινός, marinus, ut *Thalassinus color*, idest cæruleus, qui est similis fluctibus maris, a θάλασσα, *mare*. *Lucret. l. 4. v. 1130.* texturque thalassina vastis *Aliidue*.

Thalassĭo. V. Talassius.

* Thalassĭon phycos, n. θαλάσσιον φύκος, fucus marinus, herba. *Plin. 26. 10. in fin.*

Thalassītes vinum dicitur, quod cum vasis suis in mare demergitur, ut ejus præcocior sit vetustas, inquit *Plin. l. 14. c. 8.* Est autem vox a Græco θάλασσα, *mare*, Thalassiomĕli, n. θαλασσόμελι, decoctum ex aqua marina, pluvia, & melle. *Plin. l. 31. c. 6.*

Thales, etis, & Thales, is, m. Θαλῆς, Θάλης, unus ex septem Græciæ sapientibus, qui eodem tempore in Græcia floruerunt. Narus est, ut ex Apollodori sententia tradit Laertius, anno primo 35. Olympiadis. Fuit primus Philosophiæ inventor, id est Physicæ, Astronomiæ, Geometriæ, & hujus generis disciplinarum. Solis & Lunæ eclipsim primus prædixit. *Sidon. carm. 15. versf. 79.* Disseruit de Ursa minore, ut ait Callimachus. Aquam dixit esse initium rerum, Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret. Interrogatus, quid in rerum natura difficillimum existimaret, se ipsum, inquit, nosse. Eum alii Sapientes omnium sapientissimum esse decreverunt, quippe qui ad eum tripodem auream, de qua inter piscatores ex Co inf. & Milesios lis fuerat, communi consensu miserunt, cum Apollo consultus respondisset, donum illud illius ætatis sapientissimo deberi. Discipulum habuit Anaximandrum, cujus auditor Anaximenes, & Hecateus Historicus. A Thalete Jonica fluxit disciplina, sicut a Pythagora Italica. Vixit annos, ut Soscrates tradit, nonaginta; ut alii, septuaginta. Obiit Olympiade 58. cum certamen spectaret, æstu, ac siti fatigatus. *Valer. Max. l. 4. 1. extern. n. 7.* Milesii Thaleti mensam dederunt. *Plaut. Capt. 2. 2. 24.* Thalem talento non emam Milesium. ¶ Thales alter, Poeta Lyricus Cretensis, quem e Creta Solon Spartam misit, cujus odis, ac poesi Spartani deliniti animorum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam mitigarent. *Plut. in Solone.*

Thalesĭcus, a, um, adject. a Thalete. *Sidon. carm. 15. v. 89.* Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata servat.

Thalĭa, æ, f. Θάλεια, una Musarum, dicta a θάλλειν, quia semper virescat Poetarum gloria. Græce est Θάλεια, unde Latinum Thalia, e in *i* longum conversio. *Servius ad Ecl. 6.* ait *Thalea* per *e* Latine dici debere, ut in *Cytherea*, & *Medea*. Et sane in Romano codice sic scribi monet *Pierius*. Non tamen Maronem sic scripsisse verisimile est, quando *Servius* ipse agnoscit, cum propter euphoniam *Thalia* per *i* maluisse. Et sane utrumque rectum est, cum ei nunc abeat in *i*, nunc in *e* longum. *Virgil. 6. Ecl.* Nostra nec erubuit sylva habitare Thalia. ¶ Est etiam una Gratiarum. Hæ enim tres sunt, *Aglaie*, *Thalia*, *Euphrosyne*. V. Gratiæ. ¶ Item Nymphæ nomen in Sicilia, juxta Symæthum fl. *Virg. 5. Æn.*

Thaliĕtrum, i, n. θαλίηρον, herba folio coriandri, sed paulo pinguiore, caule papaveris, in campestribus præcipue nascens, utilis contra ulcera. *Plin. l. 27. c. 13.*

* Thalla. V. Talla.

Thallus, li, m. *gamba della cipolla*, θάλλος, caulis cæpæ, qui ejus capitulum sustinet, a θάλλω, *vireo*, *pullulo*. *Colum. l. 11. cap. 3. ad fin.* Nec patiendum est, ut pereatcsar (semen cæparum) aut torum decidat, verum integri thalli vellendi sunt. *Pallad. in Febr. tit. 24.* Vellendi sunt thalli adhuc semifissi cum semine. ¶ Item furculus, seu ramus olivæ. *Virg. inCiri, v. 376.* Pergit Amalcæo spargens altaria thallo.

Thamnus, vel Thannus, i, f. θαμνός, fruticis quædam species. *Colum. l. 12. c. 7.* Asparagi, ruscі, thamni (al. *thanni*) digitelli, puleii, &c.

Thamȳras, æ, m. Θαμύρας, Θάμυρις, Poeta ex Thracia, præstantissimus in canendo. *Ovid. l. 5. de Arte Am. v. 399.* Tu licet & Thamyram superes, & Amœbea canu. ¶ Cum omnes pulcritudine præcelleret, initio mares dilexit, deinde mutata consuetudine Musas amavit, cum quibus de cantu certavit hisce conditionibus, ut, si vincerer, earum complexu potiretur, sin succumberet, ab illis pateretur, quicquid eis videretur. Superatus & lyra, & oculis privatus est. Hinc manavit Græcum proverbium in eos, qui præter ingenium proprium aliquid agunt, Θαμύρας μαίνεται. *Thamyras insanit. Suid. & Erasm.*

* Thamȳris, is, m. θαμυνις. V. Thamyras.

* Thannum, Thamnum. V. Thamnos.

Thapsĭa, æ, f. θαψία, frutex quidam foliis freniculi, caule inani, nec excedente baculi longitudinem, semine ferulæ, radice candida: incisa lacteo succo manat: vim autem habet venenatam, quippe quæ etiam effodientibus nocet: remedium autem est cera corpus prius obducere. Dicta est a Tapso insula, in qua primum inventa creditur. Habet aliquos usus in medicina. V. *Plin. lib. 13. cap. 22.*

* Thapsos, idem ac thapsia. *Lucan. l. 9. v. 919.*

* Tharsomēnus, Tharsiminenus. *Quintil. l. 5. al. 9.* V. Catamitus.

Thasĭus, sive Thasius, a, um, quod ad Thasum inf. spectat. *Virg. 2. Georg.* Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides uvæ. *Senec. epist. 86.* Thasius lapis. h. e. marmor quod optimum in ea insula effodiebatur. ¶ Thasium vinum laudatissimum est apud *Apulejum in Apol. & alios*. Unde prodiit adagium, *Thasium infudisti*, apud *Aristophanem in Plut.* ubi quis vinum temperat, non aqua, sed alio vino potentiore.

Thasĭus, Thasus, Thasos, i, f. *Taso*, inf. Thraciæ, in mari Ægæo, prope ostia Nessi fl. & versus Strymonicum sin. Habet opp. cogn. a Patris conditum. Miræ fertilitatis est, & auri etiam mineras habet, quod inde effoditur maxima copia. Hinc Callistratus Orator, ut *Xenodocus* scribit, Athenienibus persuadere conatus est, ut regionem illam occuparent, tamquam feracissimam, & quæ auri etiam venas haberet, & tandem orationem concludens, dixit, *Summa Thassus bonorum est*. Quod in proverbium receptum est de bonis splendidis, quæ quis pollicetur. ¶ Nobili etiam marmore illustris fuit. Hinc *Stat. l. 1. Silv. 5. v. 34.* Non hue admisse Thasos, aut undosa Carystos. h. e. hic non visuntur marmora Thasi, & Carysti.

Thaumantēus, a, um, adject. ut Thaumantea virgo, eadem quæ Thaumantias. *Ovid. 14. Met. propesfin.* Romuleos cum virgine Thaumantea Ingreditur colles.

Thaumantĭas, adis, f. θαυμαντιάς, Iris, id est arcus cœlestis, filia Thaumantis ex Electra filia Oceani, nuntia Deorum. Cæterum ex admiratione hoc nomen accepit, nempe a θαῦμα, *miraculum*, quia arcum cœlestem apparentem admirari solemus, præcipue propter colorum varietatem. *Virg. 9. Æn.* Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.

Thaumantis, idis, f. θαυμαντίς, idem quod Thaumantias. *Stat. 3. Sylv. 3. v. 80.* summi Jovis aliger Arcas Nuntius, imbrifera potitur Thaumantide Juno.

Thauris, fœm. 3. inf. Illyrici, Isæ proxima, ubi inter Vatinium, & Octavium navali prælio pugnatum est, & victoria penes Vatinium fuit. *Hirt. de B. Alex.*

Theætētus, i, θεαίτητος, titulus est unius ex Dialogis Platonis, in quo disputat adversus falso jactatam a Sophistis scientiæ comparandæ rationem. *Gell. lib. 13. cap. 18.*

Theagĕnes, is, m. Θεαγένης, vir Athenicnsis, qui de Homero scripsit. *Suid.* ¶ Theagenes alter, itidem Athenicnsis, qui κηφὸς, idest *fumus*, est cognominatus, quod multa promittens, nihil præstaret. Pauper enim erat, ac dives videri volebat. *Suid.* ¶ Theagenes tertius, vir potens, ac dives Athenis, qui liberalitate, ac beneficentia publice, ac privatim multa digna laude gessit. Theagenes quoque, athleta celebris, patria Thasius, qui centum quadraginta coronas ex certaminibus retulit.

Theamēdes, is, lapis est in Æthiopiæ montibus nascens, contrarius magneti, quippe qui ferrum sibi appositum statim abigit. *Plin. l. 36. c. 16.*

Theanum. V. Teanum.

Theatrālis, le, o. 3. *teatrale*, di teatro, Germ. *dess schauplatzes*, Gal. *de théatre*, Hisp. *de teatro*, θεατρικός, ad theatrum pertinens. *Cicero pro Sext.* Theatrales, gladiatoriique consessus. *Tac. l. 1. Ann. c. 16.* Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum. *Id. Ann. 11. c. 13.* Theatralis lascivia. *Sidon. l. 3. ep. 11.* Theatrales sermones. h. e. obsceni. *Plin. l. 7. c. 30.* Theatralis lex. h. e. de ordine sedendi in Theatro. V. *Roscia*.

Theatrĭcus, a, um, theatralis. *Augustin. l. 2. de doctr. Christ. c. 18.* Ad theatrices nugas converti.

Theatridĭon, n. 2. θεατρίδιον, *piccol teatro*, parvum theatrum. *Varro l. 3. de R. R. cap. 5.* Inter has, & exteriores gradatim substructum, ut theatridion avium. ¶ Plerumque tamen Græcis literis scribitur.

Theātrum, tri, n. *teatro*, Germ. *schauplatz*, Gal. *théatre*, Hisp. *teatro*, θέατρον, ædificium in hemicycli speciem factum, ad videnda spectacula idoneum, a θεάομαι, *specto*, *video*. *Cic. 3. Fin.* Theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest, ejus esse cum locum, quem quisque occuparit. *Ovid. lib. 2. Amor. el. 7.* Sive ego marmorei respexi summa theatri. ¶ Sero Roma theatrum vidit: serius probavit, nec, nisi cum a prisca severitate multum degenerasset. Docet hoc cum *Livius l. 48.* & *Velleius l. 2.* tum *Valer. Max. l. 2. cap. 4.* cujus verba sunt: Theatra inchoata quidem sunt a Messalla, a Cassio Censoribus (anno U. C. 599.) Cæterum auctore P. Scipione Nasica omnem apparatum operis eorum subjectum hastæ venire placuit. Atque etiam S. C. cautum est, nequis in Urbe, propiusve passus mille subsellia posuisse, sedensve ludos spectare vellet, ut scilicet remissioni animorum juncta standi virilitas, propria Romanæ gentis nota esset. Hæc *Val. Max.* Postea L. Mummius ludis, quos in triumpho fecit, theatrum exstruxit, sed temporarium. Imprimis autem celebratur theatrum, quod in Ædilitate fecit M. Scaurus, de quo operæ pretium est legere *Plin. lib. 36. cap. 15.* At manfurum theatrum primus ex lapide quadrato exstruxit Pompejus, idque ad ejus exemplum, quod Mitylenis viderat bello Mithridatico; eique Veneris ædem superposuit, teste *Tertull. de spect. cap. 10.* Theatrum hoc igne fortuito hausfum, scribit *Tacit. lib. 3. Ann.* ¶ Forma theatri Theatrum hoc igne fortuito hausfum, scribit *Tacit. lib. 3. Ann.* ¶ Forma theatri cujusque erat hemicycli. Qua in re differt ab amphitheatro, quod ex eo nomen habet, quod e duobus constaret theatris. Nam cum theatrum forma esset hemicycli, ac ante se haberet scenam, quæ ab uno theatri cornu ad alterum porrigebatur, amphitheatrum scena hac (nomine eo prosecnium quoque, & postscenium comprehendo) carebat, sedibusque continenter dispositis procurrebat in orbem. Non tamen amphitheatrum plane circuli habuit figuram, sed ovi, quemadmodum scribit *Cassiodor. l. 5. ep. 42.* Respexit huc *Calpurn. in Ecl. de venatione Cæsini*, Et geminis medium se molibus attigit ovum. Nam vult, duas moles, hoc est duo theatra, in ovi speciem conjungi. Nec figura tantum, sed & usu theatrum, & amphitheatrum differebant. Nam in theatro ludi scenici, in amphitheatro gladiatorii fiebant, ac circenses. Itaque illud Veneri, hoc Marti sacrum fuit. V. *Lipsium comment. de amphitheatro*. ¶ Partes theatri hæ sunt. Primo erant *sedilia*, cum porticibus, & scalis, quorum ordines *cunei* dicti sunt. Deinde erat *orchestra*, quæ erat locus in medio theatro, hoc est interior pars, quæ concava: a qua theatrum ipsum *cavea* dicebatur, quæ vox postea transiit ad amphitheatrum. In orchestra apud Græcos chorus saltabat, apud Romanos Senatores sedebant. In orchestra erat locus editior, qui *thymele* vocabatur, id est ara, & erat pulpitum, in quo musicis instrumentis inservicbatur scenæ. Orchestræ proximum erat *prosecnium*, idest locus a cornu uno theatri ad alterum porrectus, interque orchestram, & scenam constitutus, scena quidem depressior, orchestra autem altior, in medio sui pulpitum habens, qui agentium, ac loquentium locus erat. Dictum est, quia ante scenam esset. Proxima erat *scena*, in qua latere soliti actores, prius quidem tecti aulæis, postea vero suppariis, sive sparsiis. Denique ultimum fuit *postscenium*, idest locus post scenam, in quo multa occulte fiebant, quæ ab auditoribus audiebantur, non videbantur. In postscenio statuit Pollux βροντεῖον, in quo calculis complexibus in urnes conjectis, perque æra versatis tonitru similitudo referebatur. Fuere & aliæ theatri partes: sed præcipuas tantum commemorare animus fuit. Quare de cæteris, si voles, vide e veteribus quidem *Vitruv. lib. 5. cap. 5. & seq. Pollucem l. 4. c. 29. Calpurnium lib. 4. Virg. ep. 41. Isidor. l. 18. Orig. cap. 7.* e junioribus autem *Budæum annot. prior. in Pand. Cæl. Rhodig. lib. 5. cap. c. 8. Lilium Gyraldum dial. 6. Hist. Poetarum, Jul. Scalig. lib. 1. de Re Poetica cap. 21. Calliach de mim. & pantom.* ¶ De ordine sedendi in Theatris V. in voce *Roscia*. ¶ Sæpe translate sumitur pro loco conspicuo ante omnium oculos. *Cic. 2. Tusc. c. 26.* Nullum theatrum virtuti conscientia majus est. *Idem lib. 12. Fam. ep. 28.* Magno theatro spectata est tum, cum &c. ¶ Memoriæ ponitur pro spectaculo, *Cicer. lib. 13. Fam. ep. 64.* Magnum theatrum habet ista provincia, adolescentis nobilis, ingenioli, abstinentis commendatione atque gloriam. ¶ Item pro spectatoribus, seu pro multitudine spectante. *Cic. 3. de Or. cap. 50.* Si in his paulum modo offensum est, theatra tota reclamant. ¶ Apud Græcos Theatra Curiæ vicem præbebant: ibi enim conveniebant de republica consulturi. *Auson. de 7. Sapientib. in prol.* Atticis quoque, quibus theatrum curiæ præbet vicem. *Nepos in Timoleont.* Veniebant in Theatrum, cum ibi consilium populi haberetur. Adde *Tacit. 2. hist. cap. 80.*

Theba, æ, f. Θήβη, idem ac Thebæ, arum. *Stat. lib. 8. Theb.* Vive superstes, ait, direque ad mœnia Thebæ Solus abi.

Thebæ, arum, f. pl. *Sivres*, *Sthes*, *Tiva*, urbs Bœotiæ, ad Ismenum fl. Condita fuit a Cadmo filio Agenoris Regis Phœnices, ut est in fabulis, ope quinque virorum, qui ex dentibus draconis ab ipso interfecti in terra satis exorti sunt. Unde & urbs Draconigena, & incolæ cives Ophionii sunt appellati. *Varro* tamen *l. 3. de R. R.* scribit, hanc urbem ab Ogyge ædificatam. Ejus mœnia deinde Amphion cithara canens construxisse dicitur, cum ad citharæ sonitum saxa congregarentur, & invicem copularentur. Quod de ejus eloquentia intelligendum est, qua effecit, ut cives concordes inter se viverent, atque concordia ipsi suæ urbi pro mœnibus essent. Verisimile tamen est, Amphionem & eloquentem fuisse, & re vera urbem mœnibus munivisse. Eadem dicta fuit Hepta-pylos, quia septem portas habuit. Vocata etiam est Dircæa, a Dirce vicino fonte. Potit patria Bacchi, & *Herculis*. Inclyta etiam fuit duobus ducibus, Epaminonda, & Pelopida, item Pindaro Poeta. Eversa fuit ab Alexandro Magno. Hodie vero in vicum redacta est. Istic hirundines non nidificant, sicut Athenis cornices non videntur, teste *Plin. lib. 10. cap. 24.* quoniam urbs illa sæpius capta sit, ut *ibid.* subdit. *Juven. Sat. 13. versf. 26.* Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili. ¶ Usurpatur & in singulari numero. V. *Thebe*, & *Theba*. ¶ Thebæ alteræ, Hecatompylos, Diospolis, *Thebes*, *Minio*, urbs Ægypti sup. condita a Busiride Rege, quondam clarissima, & potentissima, caput, & metropolis Thebaidis reg. Fuit insignis hæc urbs centum portis, ut docet *Plin. lib. 5. c. 9.* unde & *Hecatompylos* appellata est, aliisque publicis, privatisque ædificiis. Fuit tota pensilis, adeo ut Reges vel maximos exercitus foverint educere nullo oppidanorum id sentiente, ut dit *Plin. lib. 36. cap. 14. Juven. Sat. 15. v. 6.* Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis. ¶ Thebæ quoque, *Ziton*, urbs Phthiotidis, in Thessalia, ad sin. Maliacum. ¶ Item Thebæ, postea Thebestis, urbs Africæ, condita a Baccho, sive Libero Patre. *Heron. epist. ad Galatas.* ¶ Item urbs Ciliciæ, patria Andromaches uxoris Hectoris. *Ovid. in Ibin.* ¶ Item urbs exc. Corsicæ. ¶ Item Thebæ cognomine Lucaniæ, *li Luzzi*, opp. Brutiorum medit. conditum ab Aontis colonis, in Calabria cit. apud Crathim fl. *Plin. lib. 3. cap. 11.*

Thebæus, a, um, adject. idem quod Thebanus, ut Thebaicus lapis. *Plin. lib. 36. cap. 22.* ¶ De illo *Stat. lib. 4. silv. ult. versf. 46.* Chartæ Thebaicæve, &c. V. in *Caricus*.

Thebăis, idis, & idos, Θηβαΐς, adject. fœmin. quæ est ex Thebis. *Stat. lib. 2. silv. 2. versf. 60.* Jam Methymnæi vatis manus, & chelys una Thebais, & Getici cedat tibi gloria plectri. h. e. cithara Amphionis Thebani. ¶ Thebais dicitur ab *Ovid. 3. de art. am. versf. 338.* Andromache uxor Hectoris, filia Æetionis regis Thebarum Ciliciæ. ¶ Thebais etiam inscribitur est insigne poema Papinii Statii, in quo canit bellum Argivorum contra Thebas. ¶ Est præterea hoc nomine regio Ægypti, Æthiopiæ contermina, ita appellata a Thebis urbe ejus regionis capite. *Pl. l. 5. c. 9.* ¶ Item fluvius Lydiæ, qui Tralles alluit. *Id. lib. 5. c. 29.* ¶ In quinto casu, *Stat. ad fin. Thebaidos*. O mihi bissenos multum vigilata per annos Thebai.

Thebānus, Thebæus, a, um, adject. ad Thebas pertinens, præsertimque ad eas, quæ in Bœotia, ut Thebani, orum, ejus urbis incolæ. *Cic. 1. de Fato*, & *2. de Inv.* Thebana agmina, *Stat. l. 9. Theb.* Thebana arx, *Horat. de ar. poet.*

Thebe, es, f. Nympha, a qua Thebanum urbs cognominata est: adamata fuisse dicitur in fabulis, ab Asopo fluvio Bœotiæ, atque ex eo quinque filias suscepisse. *Ovid. 3. Amor. eleg. 6.* Quid referam Asopon? quem cepit Martia Thebe, Natarum Thebe quinque futura parens. *Martia*, dicitur, vel quia ipsa urbs Thebæ bellicosa admodum fuit; seu, quia ex eadem nympha Mars etiam filiam suscepisse dicitur. ¶ Ipsa quoque urbs Thebe dicitur in singulari num. *Stat. lib. 10. Theb.* peritura que Thebe, si taceam. *Id. ib. lib. 9.* premit agmina Thebes Hippomedon. ¶ Est præterea Thebe nomen virginis, e cujus gremio geminæ columbæ, ut est in fabulis, cum evolassent, altera ad Hammonis fonem tetendit, & ibidem responsa dedit, altera ad sylvam Dodonæam, ubi futura mortalibus præcinuit.

Theca, æ, f. *borsa*, *guaina*, *fodero*, אַרְנָז, בַּיִת, Germ. *das futter*, *die scheide*, Gal. *étuy*, Hisp. *estuche*, θήκη, repositorium, vagina, loculus, in quo aliquid recondimus. *Varro lib. 1. de R. R. cap. 48.* Ut grani theca sit gluma, & apex arista. *Cic. 6. Verr. cap. 23.* Efferri sine thecis vasa. *Id. Arr. lib. 4. ep. 8.* In hoc thecam summariam ne retexeris. *Martial. lib. 14. epigr. 19.* Sortitus thecam calamis ar-

mare memento *il penajuolo*, qui a *Suetonio in Claud. cap. 35.* dicitur *theca calamaria*.

Thecātus, a, um, adject. theca inclusus. *Sidon. l. 1. ep. 2.* Thecarum arcum gestare.

Thecŭla, læ, f. parva theca. Quidam hanc vocem legi putant apud *Cic. Arr. l. 9. ep. 6.* ubi optimus quisque codex habet *tegula*.

Thedo, onis, m. piscis cujus quidam sine spinis. *Auson. in Mosella*. Et nullo spinæ nociturus acumine Thedo. In variis Codicibus legitur *Tedo*, *Redo*, & *Rhado*.

Thelygŏnon, i, n. θηλύγονον, herba semine millii, quod crategono (quæ item herba est) est admodum simile, gustu tamen leniore. *Plin. lib. 27. cap. 8.*

Theliphŏnon, i, n. θηλίφονον, herba, quæ & scorpion dicitur, quia ejus tactu scorpiones moriuntur. *Plin. lib. 25. c. 10.*

Thelypteris, idis, f. θηλυπτερίς, filix femina, multos ex se ramos producens. *Plin. lib. 17. cap. 9.*

Thema, atis, n. *Sema*, תְּשׁוּמָה, positio, id, quod positum est. Speciatim sumitur pro positura cœli, sidere natalitio, affectione cœli natalitia, horoscopo. *Sueton. in August. cap. 94.* Tantam mox fiduciam fati habuit, ut thema suum vulgaverit. ¶ Item pro argumento controversiæ declamandæ, pro quæstione, quæ pro fundamento dissertationis ponitur, *tema*. *Quintil. lib. 7. cap. 2.* Nam in schola certa sunt, & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ themata Græci vocant, Cicero proposita. *Senec. lib. 3. controv.* Ea thema controversiæ.

Themis, idis, f. Θέμις, filia Cœli, & Terræ, soror Jovis secundi, quæ ejus nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compressa fuit, ex quo concubitu Minervam natam esse narrant. Hanc veteres coluere ut Deam præsidem justi, & honesti, & consiliorum. *Fest.* Themin Deam putabant esse, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas esset, eamque id esse existimabant, quod & fas est. Est autem *Themin* græcus accusativus, Θέμιν. ¶ *Ammian. lib. 21. cap. 1.* scribit, Themin vaticiniorum Deam fuisse: unde & faridica dicta est. Habuit templum in Bœotia juxta Cephisum amnem, ad cujus oraculum accessit Deucalion cum Pyrrha uxore post diluvium pro consilio recuperandi humani generis, *Ovid. 1. Met. v. 320.* Coryciias Nymphas, & numina montis adorat, Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat. *Claud. lib. 1. in Ruf. in præf.* Ad Themidis coeunt antra fevera Deæ.

Themiscўra, f. i. *Themir*, *Themisera*, al. *Lirio*, al. *Fanagoria*, urbs Cappadociæ maritima, in conf. Ponti Galatici, & Polemoniaci, apud Thermodoontem fl. & ostia Iridis, Regio circa eam sita eodem nomine gaudet. *Plin. lib. 6. cap. 3.*

Themista, æ, f. mulier quædam Epicuri ætate, philosophiæ apprime dedita, & sapientissima habita *illis temporibus*. Hinc *Themista sapientior*, proverbium est apud *Cic. in Pison. cap. 26.* ubi alii Themistam eandem esse putant ac Themin, alii denique aliter legunt.

Themistius, m. 3. Philosophus temporibus Juliani Apostatæ, cujus etiam Præfectus Prætorio fuit Constantinopoli. Scripsit Paraphrasin in Aristotelis Physic. lib. octo, in Analytica posteriora libris duobus. Præterea edidit sua, videlicet de intentione, & inscriptione Prædicamentorum, *disputationes etiam quasdam*. Hic Valentem Imp. quotidie favientem in Orthodoxos auctoritate sua, & epistolis reddidit mitiorem. *Suid.*

Themistŏcles, is, m. Θεμιστοκλῆς, filius Neoclis Athenicnsis. Prodigus, ac lascivus prima juventute, postea dux electus res inclytas gessit. Pircæum munivit bello maritimo. Perses apud Salamenen vicit. Cum ab ingrata patria

quo Deorum genealogias explicat. *Cic. 1. de nat. Deor. cap.* 14. Cum Hesiodi theogoniam interpretatur, tollit omnino insitas perceptasque cognitiones Deorum.

Theologia, æ, f. *Teologia*, נבואת אלהות, Germ. *verstand der schrifft Gottes*, Gall. *théologie*, Hisp. *teologia*, Θεολογία, scientia quæ agit de Deo, & de rebus, quæ ad Deum proxime referuntur, ut de Angelis, de mundi origine, & similibus. *Danetius in Lex. ad usum Delph.* roborat vocem hanc Varronis auctoritate. Non desunt exempla certa apud Auctores Sacros.

Theologicus, a, um, adject. *teologico*, ad theologiam pertinens, Θεολογικός, ut doctrina theologica. *Ammian. lib. 16. cap. 6.*

Theologus, i, m. *Teologo*, נביא, Germ. *gelehrter der schrifft Gottes*, Gall. *théologien*, Hisp. *teologo*, Θεολόγος, qui circa Dei, & rerum divinarum contemplationem versatur. *Cic. 2. de nat. Deor. cap.* 21. Principio Joves tres numerant ii, qui Theologi nominantur.

Theon, onis, m. Θέων, pictor Samius. *Quinsil. lib.* 12. ¶ Theon alter, insignis sculptor, unus ex illis quinque, qui Mausoleum cælavere. *Plin. lib.* 35. *cap.* 11. ¶ Theon alius, Philosophus Stoicus Antiochenus. Scripsit Apologiam Socratis. ¶ Theon alius, Philosophus Stoicus Alexandrinus, qui ætate Augusti post Arrium Philosophum eminuit. Scripsit in Physicam, & in artem Rhetoricam, & alia. ¶ Theon alius, Mathematicus Alexandrinus, sub Theodosio seniore. Scripsit de Astrologia, commentariosque in Ptolemæum, & Astrolabium parvum, & alia. ¶ Theon alius, Philosophus Smyrnæus. ¶ Theon alius, Sophista Alexandrinus, qui Ælius cognominatus est. Scripsit in Arte Rhetorica. ¶ Theon alius, Sophista Sidonius, tempore Constantini II. Præcepit in patria. ¶ Theon quoque Grammaticus, interpres Apollonii Rhodii. ¶ Theon item, Poeta quidam rabiosæ loquacitatis, pessulantissimæque maledicentiæ. Unde factum est ut Theonino dente rodi cum dicamus, qui conviciis lacessitur, *Acron in Hor. lib.* 1. *epist.* 18

Theoninus, a, um, Θεώνιος, quod ad Theonem maledicum Poetam spectat, ut dente Theonino rodere, idest conviciis, & maledictis lacessere. *Hor. lib.* 1. *ep.* 18. *vers.* 82. qui Dente Theonino cum circumroditur.

Theophanes, is, m. Θεοφάνης, Historicus Mitylenæus, scriptor rerum Pompeji Magni. *Cic. pro Arch. cap.* 10.

Theophrastus, m. 2. Θεόφραστος, Philosophus ex Eresso Lesbi oppido. Prius Tyrtamus appellatus est, deinde Euphrastus, & postremo Theophrastus a Θεός, *Deus*, & φράζειν, *eloquio*, ob oris, & eloquentiæ suavitatem quasi divinam, teste *Cic. in Orat. cap.* 19. Fuit discipulus Aristotelis, & in schola successor. Lectitavit Platonem, audivit & Demosthenem. Vixit Athenis, ibique scripsit de vegetabilibus, idest de plantis: Item de legibus omnium civitatum: Item librum de beata vita, in quo negat sapientem in tormentis beatum esse; Item de Rhetorica: Extant hodie tantum libri de plantis, conversi a Theodoro Gaza, & parva quædam opuscula. Habuit discipulos ad duo millia, excepitque admodum senex. Ejus meminit sæpissime *Cicero* in libris de Philosophia, & in Oratoriis.

Theopolis, f. 3. urbs Syriæ, ad Orontem fl. eadem, quæ Antiochia Magna, ita appellata a Justiniano Imp. idest urbs Dei, cum post ingentem terræmotum servata esset. *Sæph.*

Theopompinus, vel Theopompius, a, um, adject. ad Theopompum pertinens. *Cic. Att. lib.* 2. *epist.* 7. Itaque ὠιδεῖον, quæ tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam superiore multo pangentur. Alii leg. *Theopompie*, a Græco Θεοπομπικός, alii *Theopompeo*. Adde in *Orat. c.* 62.

Theopompus, i, Θεόπομπος, orator, & historicus, patria Gnidius, post Thucydidem & Herodotum gravissimus, idemque & maledicentissimus. Ejus meminere *Nepos in Alcib. cap.* 11. & *Quinsil. lib.* 10. *cap.* 2.

Theorema, atis, n. Θεώρημα, עיון, speculatio, propositio speculativa, perceptio: Vox Græca est, & Græce usurpatur a *Cic. de Fato, c.* 6. at Latine a *Gell. l.* 1. *c.* 2. ubi *ait*: Se in theorematibus tantum nugalibus oblectantes.

Theorgmarium, ii, n. diminutivum, parvum, seu breve theorema. *Gell. l.* 1. *cap.* 13. Instructius deliberatiusque fore arbitramur theorgmarium hoc.

Theoretice, vel Theoretica ατέ, *la speculativa*, Θεωρητική, ars est, quæ posita est in sola rerum inspectione, & contemplatione rerum, nullumque præterea actum exigit, qualis est Astrologia. Ita definit *Quinsil. l.* 2. *c.* 18. (*al.* 21.) sed ipsam vocem Græcis literis scribit.

* Theoria, *speculazione*, *studio*, θεωρία: *Hier. l.* 12. *in Ezech. c.* 40., & græce adhibent *Cic.* & *Lactant.*

* Theoricæ, es, f. *contemplativa*, θεωρική, facultas contemplandi. *Hieron, ep.* 155. al. 30. al. *Theologiam*.

Theotocos, f. Θεοτόκος, quæ Deum peperit: Græca vox a Θεός, Deus, & τίκτω, *pario*: dicitur de una Maria Virgine. *Imp. Justinian. lib.* 1. *Cod. tit.* 1. *leg.* 6. Semper virgo Maria, theotocos, seu Deipara.

Thera, f. 1. *Gexi*, inf. maris Ægæi, apud Cretam, quæ, ut primum enata est, Calliste appellata fuit, teste *Plin. lib.* 2. *cap.* 89. juxta Diam, a qua Theresia postea avulsa est, proxima Anaphe. ¶ Thera item *Anisimito*, inf. maris Ægæi, apud Eubœam, & apud Melon, Callimachi poetæ patriæ.

Theramènes, is, m. Philosophus Atheniensis, unus ex triginta Tyrannis. Cum a collegis multos insontes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cum cæterorum omnium, tum præcipue Critiæ cujusdam, qui reliquos ut porentia, ita & immanitate antecedebat, odium in se conciavit, tandemque per calumniam circumventus, & innocens capitis damnatus est. Cum cicutam avide hausisset, quod reliquum erat, e poculo ejiciens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ. V. *Cic.* 1. *Tusc. cap.* 40.

Theramnæ, f. 1. opp. Sabinorum, ex quo Appius Clausus, qui postea Claudius dictus est, originem habuit. ¶ Item oppidum Laconicæ, quod & Therapne dictum est. *Plin. l.* 4. *c.* 5.

Theramnæus, a, um, adject. a Theramnis. *Sil. lib.* 8. *vers.* 413. Theramnæo a sanguine Clausi Exultat rapidis Nero non imitabilis ausis. Loquitur *Silius* de Claudia familia, quæ originem habuit a Sabinis, qui cum Laconibus permixti erant.

Therapnæ, vel Terapnæ, arum, & Terapne, es, opp. Laconicæ, apud Eurotam fl. proximum Spartæ urbi, ubi Diana primum coli cœpit, teste *Solino*, patria Helenæ, Clytemnestræ, Castoris, & Pollucis. *Sil. l.* 6. *v.* 303. Misit Agenoreis ductorem animosa Terapne. *Stat. l.* 3. *Theb.* Apollineæque Therapnas.

Therapnæus, vel Therapnëus, a, um, adject. ad Therapnas pertinens. *Ovid. epist.* 16. *v.* 196. Rure Therapneo nata puella. h. e. Helena. Penultima hujus vocis interdum a Poetis corripitur more Græcorum, apud quos etiam n liquida est. *Silius l.* 13. *v.* 43. Non unquam affirmat Therapnæis Ilion armis Cessurum.

Therasia, f. 2. *Santorini*, inf. Græciæ, in mari Ægæo, una Sporadum, circuitu 30. M. cum aliquot castris, & vicis, a paucis habitata. *Plin. l.* 2. *c.* 87.

Theriaca, æ, vel theriace, es, f. *ortiaca*, *utriace*, *triaca*, רפואה, Germ. *der theriack*, Gall. *theriaque*, Hisp. *atriaca*, Θηριακή, Θηριακική, genus medicamenti compositi ex multis simplicibus adversus venena. Dicta est a Θηρίον, quod etsi universe notet feram, tamen & speciatim accipitur pro serpente, sive quia e viperæ carne fiat, sive quod remedium sit adversus serpentes, & generatim adversus venena. *Plin. l.* 20. *cap. ult.* Scepilli duum denariorum pondus, oppanacis, & milii tantundem singulorum, trifolii pondus denarii, anethi, & fœniculi seminis, & anisi, & apii denariorum semum singulis generibus, ervi farinæ quodecim. Hæc tusa, cribrataque vino, quam possit, excellenti digeruntur in pastillos, victoriati pondere. Ex his singuli dantur ex vini mixti cyathis tersis. Hac theriaca magnus Antiochus Rex adversus omnia venena usus traditur. Adde *lib.* 29. *c.* 1. & 4. ¶ Theriace item, genus vitis in Thasso, seu Thaso insula Thraciæ in mari Ægæo, cujus vinum venenis resistit. *Plin. lib.* 14. *cap.* 18. Apud eosdem vitis theriace vocatur, cujus & vinum, & uva contra serpentium ictus medentur.

Theriacus, a, um, adject. a theriaca ut theriaci pastilli, apud *Plin. lib.* 29. *cap.* 4.

Theriôma, atis, n. Θηρίωμα, genus quoddam ulceris, quod interdum per se nascitur, interdum ulceri ex alia quapiam causa facto supervenit, colorem habet lividum, vel nigrum, odorem fœdum, humoreque manat muco simili. *Cels. lib.* 5. *cap.* 28. n. 3.

Therisonarca, Θηρισόναρκη, herba corporem afferens serpentibus. *Plin. lib.* 24. *cap.* 17. & *lib.* 25. *cap.* 9.

Theriotrophium, Θηριοτροφεῖον, locus ubi feræ concluſæ aluntur. Vox Græca & Græce usurpatur a *Varr. l.* 3. *R. R. cap.* 13.

Theristrum, i, n. Θέριστρον, תיר, vestis muliebris æstiva, teste *Polluce, lib.* 7. *cap.* 13. & *Isidor. lib.* 19. *cap* 25. a Θερίζω, *æstatem transigo*, quod a Θέρος, *æstas*, cui contrarium χείμαστρον, *vestis hyemalis*, a χειμών, *hyems*, *tempestas*, ut idem eopse docet capite. *Tertull. de Pall. cap.* 5. Qualis ille Hercules in theristro Omphales.

Thermæ, arum, f. pl. *bagni*, *stufe*, חמים, Germ. *warme bader von natur*, Gall. *bains*, *étuves*, Hisp. *banos*, Θέρμαι, loca, quæ aquis sponte calentibus ad lavandum, aut sudorem provocandum apta erant, ut in Bajis, & in Aponi fonte. Hinc Thermæ vocantur quædam oppida prope æstuosmodi calidas aquas sita, aut Thermæ in Sicilia in ora Meridionali inter Agrigentum, & Lilybæum, hodie *Sacca*, vel *Xacca*. Item Thermæ alteræ in eadem regione, in Ora occidentali, ad Himeram fluvium, hodie *Termine*. ¶ Sæpe usurpatur de balneis structilibus, in quibus calefit aqua fornacibus. *Martial. lib.* 7. *epist.* 33. Thermæ Neronianæ, h. e. extructæ a Nerone.

Thermæus sinus, idem qui Thermaicus. *Tacit.* 5. *Ann. cap.* 10.

Thermaicus sinus, *Golfo di Salonichi*, sinus maris Ægæi, in Macedoniam extensus, in cujus intimo recessu ad Bor. Thessalonica urbs sita est, ubi antea Therma. Extenditur a Mer. in Sept. & in eum se exonerant Axius, Peneus, Charbrius, Haliacmon, & aliquot alii fluvii. *Plin. lib.* 4. *cap.* 10.

Thermantícus, a, um, adject. calefaciendi vim habens, a Θερμαίνω, *calefacio*. *Apul. de herb. c.* 120. Menta virtutem habet thermanticam.

Thermapâla ova, Θερμαπαλὰ ὠά, ova calida, & mollia. *Theodor. Priscian. lib.* 2. *cap.* 20.

* Thermarius, ii, m. thermarum artifex vel custos. *Grut. p.* 636. *n.* 13.

Thermefacio, is, feci, factum, a. 3. est in thermis calefacere, vel simpliciter calefacere. *Plaut. Stich.* 1. 3. 97. (*al.* 2. 1. 97.) Jam ne exta cocta sunt, quod thermefecerat? Ita est in quibusdam Lexicis. At optimæ editiones fic habent: *Jam ne exta cotta sunt? quos agnis fecerat?*

Therminus, a, um, adject. ut Therminum oleum, quod e lupinis factum est, qui Thermini a Diosscoride appellantur. *Plin. l.* 23. *c.* 4.

Thermitânus, a, um, adject. ad Thermas Siciliæ oppidum pertinens. *Cicer. 4. cap.* 33. & 34.

Thermôdon, ontis, *Pormon*, Θερμώδων, fl. Cappadociæ, qui in mare Euxinum inter Themiscyram ad Occ. & Polemonium ad Or. prolabitur. Eum Amazones incolucre. *Virg.* 11. *Æn. vers.* 6. 9. Quales Threjicæ cum flumina Thermodontis pulsant, & pictis bellantur Amazones armis. Quidam putant legendum *Thermodontis* a recto *Thermodon*, quod tamen minus placet, cum in Græco fere semper legatur Θερμώδων, trisyllabum. *Ovid. 4. de Pont. eleg.* 10. Et tu fœminæ Thermodon cognite turmæ.

Thermodontéus, a, um, quod ad Thermodontem spectat. *Prop. l.* 3. *eleg.* 13. Thermodonteis barba lavatur aquis. ¶ Legitur & Thermodontæus per a diphthongum.

Thermodontiâcus, a, um, adject. Thermodonteus. *Ovid. 9. Met. vers.* 189. Thermodontiaco cælatus baltheus auro.

Thermodontius, a, um, adject. Thermodonteus. *Senec. Herc. Fur. vers.* 245. Thermodontia gens. *Id. in Herc. Oet. vers.* 21. Hostis Thermodontia.

Thermopolium, ii, n. Θερμοπώλιον, caupona, ubi calida potoria venduntur, a Θέρμος, *calidus*, & πωλέω, *vendi*. Nam calida olim in deliciis erant. Qua de re vide, quæ fuse notavit *Fulvius Ursinus Append. de Triclinio*, & *Lipsius lib.* 1. *Elect. cap.* 4. *Hieron. Mercurial. lib.* 1. *Var. Lect. cap.* 8. & alii. *Plaut. Cure. cap.* 2. *sc.* 3. *vers.* 13. Tam isti Græci palliati, capite operto qui ambulant, quos semper videas bibentes in thermopolio. Ubi tamen in *Hermopolio* legi possit. Nam id in codice veteri reperit *Camerarius*, & suspicatur, Ερμῶ, sive Mercurium, cum præsit mercibus, cauponarium quoque Deum fuisse, ac fortasse effigiem ejus cauponis præponi solere, indeque dicta *Hermopolia*. *Id. Trinum.* 4. 3. 6. *Sat*tin' in thermopolio condallium es obitus, postquam thermopotasti gutturem? Adde *Rud.* 2. 6. 45.

Thermopôto, as, a. 1. calida bibo. *Plaut. Trin.* 4. 3. 6. Postquam thermopotasti gutturem. h. e. calida potione gulam oblectasti.

Thermopylæ, arum, f. pl. *Porta di Lupa*, ab Θέρμη, *Terramoto*, angustiæ Oetæ M. in Thessalia ubi ex Phthiotide in Phocidem transitus est, 25. pedum tantum spatio, prope fin. Oetæum, seu Maliacum. Dictæ sunt a Θερμός, *calidus*, & πύλη, *porta*, quia ibi sunt calidæ Herculi consecratæ. Juxta has erat conventus frequens totius Græciæ statis diebus. Ibi Leonidas Spartanorum Rex cum quatuor millibus militum partim ex Spartanis, partim ex sociis, adversus quingenta millia, & amplius Persarum duce Xerxe Rege triduum dimicavit, quarta die, dimissis sociis, cum fexcentis Spartanorum in hostium castra irrupit, per omnia castra victor vagarus est, cecidit, stravit omnia, tandem cum suis intra ingentes stratorum hostium catervas interiit. *Cic.* 1. *Tusc.* & *Justin. lib.* 2. *cap.* 11.

Thermospodium, ii, n. Θερμοσπόδιον, vas cinere calido plenum, in quo deponuntur ea, quæ frigefieri nolumus. *Apic. l.* 4. *c.* 2. In Thermospodio apponere.

Thermitæ, arum, f. parvæ thermæ. *Martial. lib.* 6. *epigr.* 42. Etrusci nisi thermitis lavetis.

Therodâmas, antis, Scythiæ rex fuit, qui ne per insidias occideretur, leones humano sanguinis sanguine in sui corporis custodiam alebat, quo fæviores eos haberet, si quando opus esset. Ejus meminit *Ovid. 1. de Pont. eleg.* 2.

Therodamantéus, vel Theromedontéus, a, um, adject. a Therodamante, vel Theromedonte. *Ovid. in Ibin, v.* 383. Therodomanteos ut qui sensere leones.

Thersites, æ, m. Θερσίτης, Græcorum omnium fœdissimus, quem Achilles sibi procaciter convicianiem pugni ictu interfecit. Hujus insignis deformitas ab *Homero l.* 2. *Iliad.* graphice expressa effecit, ut cum hominem vehementer fœdum significare velimus, Θερσίτειον βλέμμα; idest Thersitæ faciem, cum habere dicimus. *Juven. sat.* 8. Malo, pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Æacidæ similis. ¶ Apud *Seneс. lib.* 3. *de ira cap.* 23. Thersites pro homine conviciatore, & maledico ponitur.

Thesaurarius, a, um, Θησαυρόσυλος, quod ad thesaurum spectat, *Plaut. Aul.* 2. 8. 25. Confige sagittis fures thesaurarios.

Thesaurensis, is, m. thesaurorum custos, unus ex officialibus præsidis thesaurorum. *lib.* 2. *Cod. de palat. sacr. largit.*

Thesaurocrysonychochrysides, Θησαυροκρυσονυχοχρυσίδης, fictum a *Plaut. Capt.* 2. 2. 35. nomen ad notandum prædivitem, & avarum hominem: conflatum est autem a vocibus, Θησαυρός, *thesaurus*, κρύπτω, *abscondo*, ὄνυξ, *unguis*, & χρυσός, *aurum*, quasi eum significet, qui thesaurum auri unguibus, & furando congerit, & abscondit. Alii al. leg. & interpretantur.

Thesaurus, i, m. *tesoro*, אוצר, Germ. *ein schatz*, Gal. *thresor*, Hisp. *tesoro*, Θησαυρός, aurum, vel argentum aliquo loco reconditum. *Cic. de Div. l.* 3. *cap.* 65. Respondit conjector, thesaurum defossum esse sub lecto. *Virg.* 1. *Æn.* Veteres tellure recludit Thesauros, ignorum argenti pondus, & auri. ¶ Sæpe accipitur pro repositorio, seu conditorio cujuscunque rei. *Vitruv. lib.* 5. *cap.* 9. *ad fin.* In his operibus thesauri sunt civitatibus in necessariis rebus a majoribus constituti: *magazzini*. *Cic.* 1. *de Orat. cap.* 5. Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria? *Id. in Partit.* Qui illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorum notatos habebit. *Id. in. lib.* 10. *cap.* 72. Condit in thesauris maxillarum cibum. ¶ Sumitur etiam in malam partem, pro copia, & abundantia. *Plaut. Mercat.* 2. 2. 5. Tu quidem thesaurum huc apportasti mali. *Id. in suppos. Amph. scena, qua incipit*: Quis tam vasto, *vers.* 13. & *assertur a Non. cap.* 6. *n.* 46. Hunc qui domi uxorem meam impudicitia impetivit, per quem teneo thesaurum stupri. h. e. per quem stupra multa fiunt in domo mea.

Thesëis, idis, Θησηΐς, poema Thesei gesta complectens. *Juven. sat.* 1. Vexatus toties rauci Theseidæ Codri.

Theseus, i, dissyllabum, Θησεύς, filius Ægei Regis Athenarum, & Æthræ, nepos Pandionis. In fabulis est, filium fuisse Neptuni. Dum esset adolescens, opera Medeæ novercæ pene veneno periit. Sed post mortem patris ad Regnum evectus, tam multa digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellavit Amazones una cum Hercule, earumque Reginam Hippolytem cepit, quam in Græciam duxit, & accepit in uxorem, ex qua Hippolytum genuit. Creontem Regem Thebarum Argivos in bello cæsos sepeliri prohibentem interfecit. Oppressit terribilem taurum in Attica, apud Marathonem, idest eum, quem Hercules in Creta domuerat, & in Græciam adduxerat. Minotaurum in labyrintho occidit, & incolumis ex ductum Attice immiserat. Minotaurum in labyrintho occidit, & incolumis ex ducium Attice immiserat. Minotaurum in labyrintho occidit, & incolumis ex ductum

Θώραξ, pectus, totum illud corporis spatium, quod duodecim costis utrinque circumscribitur, & pertinet anteriore quidem parte ad pectorale os, & septum transversum, declinat vero posteriore ad spinam, duodecim vertebris circumscriptam. *Pl. l. 27. cap. 7.* Absynthium thoracem purgat cum iride sumptum. ¶ Accipitur item pro quovis munimento pectus tegente, sive illud laneum sit sive ferreum, sive ex alia materia confectum, *coraxa*, *pectorale*. *Virg. l. 10. Æn. v. 337.* Thoracea simul cum pectore rupit. *Suet. de Aug. cap. 82.* Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & subjuculâ thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

Thos, is. V. Thoes.

Thot, nomen Jovis quinti apud Ægyptios, a quo & primum suum mensem appellaverunt. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 22.*

Thous, i, Θόος, nomen canis apud *Ovid. 3. Met. vers. 220.* a Θέω, *curro*, vel a Θοός, *velox*.

Thraca, æ, f. idem ac Thracia, Θρᾴκη. *Virg. 12. Æn.* Gemit ultima pulsu Thraca pedum. ¶ Adjective pro Threicia. *Valer. Flac. l. 2. v. 204.* qua primus Athos, & Pontus, & ingens Thraca palus.

Thrace, es, f. eadem quæ Thracia, Θρᾴκη. *Horat. l. 3. od. 25.* Hebrum prospiciens, & nive candidam Thracen.

Thraces. V. Thrax.

Thracia, æ, f. *Tracia, Romania, Rumelia*, regio ampla Europæ. Terminatur a Sept. Hæmo M. quo a Mœsis sejungitur, a Mer. mari Ægæo, ab Occ. Strymone fl. quo secernitur a Macedonia, ab Or. Ponto Euxino, Bosphoro Thracio, Propontide, & Hellesponto. Dicta est a Thrace Martis filio. Aliqui putant dictam esse ab asperitate, nempe a τραχὺς, *asper, durus, agrestis*. Est enim regio, ut *Pomponius* scribit, nec cæto, nec solo tractabilis, & nisi qua mari propria est, infœcunda, frigidaque. Habet item feros homines, aspero cultu. Olim dividebatur in duas partes, in Thraciam cis Rhodopen, & in Thraciam trans Rhodopen. Postea divisa fuit in quatuor provincias, Thraciam prope dictam ab Occ. Hæmimontum ad Bor. Rhodopen ad Mer. & Europam ad Or. versus Constantinopolim. Olim etiam divisa fuit in quinquaginta strategias, ut auctor est *Plinius*. V. *Cluver. l. 4. c. 13.* ¶ Fluvii celebres sunt, Nestus, seu Nessus, Hebrus, Athyras, Bathynias. *Cluver. ib. c. 14.* ¶ In montibus Hæmus, Rhodope, & Orbelus principatum tenent. *Id. ibid.* ¶ In ea Mars ubique colebatur, sicut & apud Getas, unde *Odrysius* dictus est.

Thraclus, a, um, quod est ex Thracia. *Virg. 5. Æn. v. 565.* Quem Thracius albis portat equus bicolor maculis. *Plin. l. 4. c. 12.* Thracius Bosphorus.

Thracus, a, um, ex Thracia. *Val. Flaccus l. 2. v. 201.* Thraca palus. *Adde Gellium l. 10. c. 25. & alibi.*

* Thranis, θρανὶς, xiphia piscis. *Plin. l. 32. c. ult. ad fin.*

Thrasĭas, æ, m. Θρασκίας, & Θρασκίδας, *maestro Tramontana*, ventus flans inter septentrionem, & occasum solstitialem. *Plin. l. 2. c. 47.* Caret autem latino nomine, ut notat *Senec. l. 5. quæst. nat. c. 16.*

Thrasĭmēnus. V. Trasimenus.

Thraso, onis, Θράων, nomen gloriosi militis apud *Terent. in Eun.* a Θράσος, *insolentia, jactantia, audacia*.

Thrasonĭānus, a, um, ad Thrasonem pertinens. *Sidon. lib. 1. ep. 9. ad fin.* Volo paginām gloriosō, idest quasi Thrasoniano fine concludere.

Thrax, acis, m. *Trace*, qui est ex Thracia, Thraciæ incola. *Virg. 3. Æn.* Terra procul vastis colitur Mavortia campis, Thraces arant. *Claudian. de VI. Consul. Honor. vers. 583.* Thrax erat; hic Thracum domitor &c. Thraces, vel ut in plerisque codicibus legitur, Threces, erant genus quoddam gladiatorum, qui parma armati (quæ Thracum propria fuit) & brevi gladio, seu sica pugnabant, & plerumque cum Myrmillonibus committebantur. *Paul. apud Fest.* Threces gladiatores a similitudine parmularum Thracicarum. *Auson. in Monosyl.* Quis Myrmilloni componitur æquimanus? Thrax. Alii leg. *Threx*. *Horat. lib. 2. sat. 6.* Thrax est Gallina Syro par. Hic quoque alii leg. *Threx*. est autem *Gallina* nomen gladiatoris proprium.

Threce, es, f. eadem quæ Thrace, seu Thracia. *Ovid. 2. de ar. am. v. 588.* Mars Threcen occupat, illa Paphon.

* Threces, ỹ. Threx.

Threcidĭcus, a, um, adject. idem quod Thracius, ut Threcidicus gladius, apud *Auson. de Commodo Cæs.* ¶ Threcidica etiam dicuntur arma, quibus utuntur gladiatores ii, qui Threces, seu Thraces vocantur. *Cic. Phil. 7. c. 6.* Cum ornasset Threcidicis comitem & familiarem suum.

Threcĭscus, a, um, parvulus Threx. *Capitolin. in Maximino c. 3.* Quid vis, Threcisce? Threcisce, &

Threicĭus, a, um, adject. idem qui Thracius. *Horat. lib. 1. od. 24.* Threicius Orpheus. *Ovid. 1. Amor. eleg. 14.* Threcia Bacche.

Threissa, & Thressa, æ, quæ est ex Thracia. *Virg. Æn. l. 1. v. 320.* qualis equos Threissa fatigat Harpalice. *Horat. lib. 3 od. 9.* Me nunc Thressa Chloe regit.

Threnus, i, *lamento*, Θρῆνος. *Ausonius in Professor. n. 5. v. 3. & alibi.*

Threx, cis, m. idem quod Thrax. De Threcibus gladiatoribus V. in *Thrax*.

* Thridax, acis, f. θρίδαξ, lactuca silvestris. *Seren. Sammon. c. 24. v. 448.*

Thrips, ipis, m. Σπὶψ, vermiculus, seu tinea culici admodum similis, quæ arbores erodit. *Plin. l. 16. c. 41.*

* Throcum Thocum, V. Thronus.

Thronus, i, m. *trono*, Θρόνος, sedes, solium, quasi Θρόνος, h. e. sedes. *In quendam epigr.* apud *Sueton. in Aug. c. 70.* Fugit & duratos Jupiter ipse thronos. *In Pervigil. Ven. v. 7.* Cras Dione jura dicet, fulta sublimi throno. *Prudens. in præfat. Hamartig. v. 10.* Vox summo perstitat throno.

* Thryallis, idis, f. θρυαλλὶς, herbarum duplex genus, de quibus. *Pl. 21. 17. & 25. 10.*

Thucydĭdes, is, m. Θουκυδίδης, historicus Athenienſis, filius Olori, *sive* Holori, summo loco natus, liquidem a Militiade, & Cimone ortum trahebat, qui genus suum ad Æacum Jovis filium referebant; nobilior fuit ingenii laude. Scripsit enim historiam belli Athenienſium cum Peloponnenſibus tanta styli excellentia, tantis sententiarum luminibus; ut teste *Cic. in Orat. c. 9.* post Herodotum omnes dicendi artificio in eo genere facile vicerit. Ejus tamen stylus ad eloquentiam aptus non est, ut idem *Cic. docet in Orat. c. 9. & alibi.* Nihilominus Demosthenes, teste *Dionyso Halicarnassæo*, adeo probavit, ut ejus libros octies sua manu descripserit, totosque fere edidicerit.

Thucydĭdĭus, a, um, qui Thucydidem imitatur. *Cic. in Orat. c. 9.* Aliqui se Thucydidios profitentur, novum quoddam imperitorum & inaudirum genus.

Thule, es, f. 1. vel Thyle, Danis *Islande*, Gal. *Island*, Hisp. & Ital. *Islanda*, inſ. perampla *maris Septentrionalis*, *omnium Borealissima*, extensa *majore parte* ab Or. in Occ. Hæc extrema fuit earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ. Ortelius existimat, Thulen esse *Tilemarck*, tractum Norvegiæ, cui convenit latitudo Thules, teste Ptolemæo; Cambdenus autem opinatur, Thulen esse Schetlandiam inſ. Oceani Deucaledonii, quæ etiamnum a nautis *Thylenſel* vocatur. Sed prior interpretatio de Islandia magis probatur. Thule tantam piscium copiam habet, ut illis exsiccatis lignorum loco ad ignem nutriendum utantur, præterim ossibus. Adeo sunt ingentes. *Virg. 1. Georg.* tibi serviat ultima Thule.

Thunus. V. Thynus.

Thuraĭus, ii, qui thura tractat, ac vendit. *Firmic. l. 8. cap. 25.* Vicesima septima pars Libræ ſi in horoscopo fuerit inventa, thuriarios facit, vel pigmentarios, seu pharmacopolas. *Adde Tert. de Idolol. cap 11.*

Thurĕus, a, um, λίβανος, quod est thuris. *Virg. 2. Georg.* Sola India nigrum Fert hebenum, ſolis est thurea virga Sabæis. *Id. 6. Æn. v. 225.* Congesta cremantur Thurea dona. *Col. lib. 3.* Jam thurea planram manure ampliatam, florentesque hortos myrtha, & cropo. ¶ Scribitur & *tureus* abjecta aspiratione.

Thuria, æ, f. & Thurium, ii n. oppidum Messeniæ, nunc *Calamata*, urbs Calabriæ, quæ & Sybaris dicta.

Thuribŭlum, i, n. *profumiere, turibile*, מִקְטֶרֶת, Θυμιατήριον, vas, in quo thus adoletur. *Cic. 6. Ver. c. 22.* Num etiam de L. Papirio vizo primario, locupletes, honestoque Equite Romano thuribulum emisti? *Liv. l. 29. c. 14.* Thuribulis ante januas positis. ¶ Est etiam Thuribulum signum ecclesiæ. V. *Ara*.

Thuricrēmus, a, um, quod thus cremat, vel in quo thus crematur. *Virg. 4. Æn. v. 453.* Thuricremis cum dona imponeret aris. *Ovid. 2. de A. v. 18.* Sæpe Deos supplex, ut tu scelerate valeres, Sum prece thuricremis devenerata focis.

Thurifer, ra, rum, λιβανοφόρος, quod thus fert, seu producit. *Ovid. 3. Fast.* Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas. *Plin. l. 12. c. 14.* Ut illo modo, cum decivisser thuriferas gentes, supplicaret.

Thurificātor, oris, m. qui thus adoler Diis. Legitur non semel apud *Augustin. lib. 2. cont. litter. Petil. c. 103.*

Thurilegus, a, um, qui thus colligit. *Ovid. 4. Fast. v. 569.* Nam modo thurilegos Arabas, modo despicit indos.

Thuringia, æ, f. inc. *Thuringen*, Ital. *Turingia*, Gall. *Thuringe*, prov. Germaniæ, in Saxonia superiore, Landgraviatus titulo insignita. Terminatur ab Or. Misnia, ab Occ. Hassia, a Sept. Principatu Anhaltino, & Ducatu Brunsvicensi, a Mer. Franconia, & Principatu Hennebergensi. Olim Reges habuit proprios, tempore primæ stirpis Regum Franciæ. Nunc subest partim Duci Electori Saxoniæ, & partim Ducibus Vveimarienſibus, & Comitibus Saansfeldiæ. Totius provinciæ caput est Erfordia, *Erfort*, quæ subest Electori Moguntino.

Thurinus, a, um, V. in Thurium.

Thurium, ii, n. & Thurii, orum, m. oppidum magnæ Græciæ, a Philoctete conditum, non longe a loco, ubi Sybaris antea fuerat. ¶ Ejus populi Thurii. ¶ Sinus Thurinus, qui Tarentini pars est. De quo *Ovid. 15. Met. v. 52.* Thurinosque sinus, &c.

Thus, uris, seu tus, ut alii scribunt, *incenso*, לְבוֹנָה, λίβανος, lacryma exignæ arboris in Arabia, cujus usus est in sacrificiis, a Θύω, quod idem est ac Θυμίαμα, *fumus*. Nec obstat, quod in antiquis codicibus *tus* legatur absque aspiratione, ut *Pierius* quoque agnoscit ad 2. *Georg.* Nam soliti fuere Latini voces a Græcis acceptas, aut deductas ita conformare, atque immutare, ut origine quoque Latinæ viderentur. Ita scripsere *silva*, non *sylva*, licet sit ab ὕλη; *lacrima* non *lacryma*, etsi sit a δάκρυον; *scena*, non *scœna*, etsi sit a σκηνὴ, idemque in sexcentis aliis factum. *Serv. ad 1. Georg.* dici scripsit a *tundendo*, ut sic dicatur quasi *tusum*, nempe a glebis tusis, sive tunsis. *Virg. 1. Georg. v. 57.* India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. *Pers. sat. 5.* Sed nullo thure litabis. ¶ Thus masculam, genus thuris, ita dictum, ut putatur, quod testium speciem habeat. *Plin. l. 12. c. 14.* Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus, cum alias non fœte mas vocetur, ubi non sit fœmina. Religioni tributum, ne sexus alter usurparetur. Masculum aliqui putant a specie testium dictum, ¶ Thus terræ, genus herbæ. *Plin. l. 24. c. 6.* Chamæpitys, Latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis thus terræ, cubitalibus ramis, flore pinus, & odore.

Thuscanĭa, æ, f. olim Salumbria, postea Tyrrhenia, Thuscia, seu Tuscia, & Thuscana, seu Tuscana, *Toscanella*, urbs Hetruriæ, prope Tarquinios, ad Marthan ſl. inter Castrum ad Occ. & Viterbium ad Or. ac inter Montem Phyſconem ad Bor. & Cornuetum ad Austr. Condita dicitur ab Ascanio Æneæ filio.

Thuscanĭcus, a, um, adject. idem quod Tuscanus, ut Thuscanica opera. *Vitruv. l. 4. c. 7.* Thuscanicæ statuæ, *Quintil. l. 12. c. 10.* Thuscanicæ columnæ. *Plin. l. 36. c. 23.* V. Thuscanus.

Thuscanienses, m. 3. populi Hetruriæ, quorum urbs Thuscania. *Plin. l. 3. c. 5.*

Thuscānus, a, um, & Tuscanus sine aspiratione, adject. ad Thuscos pertinens. Thuscanæ dispositiones dicuntur a *Vitruv. l. 4. c. 6. in fine*, ædificia, & quælibet opera architectonica, quæ ratione a Thuscis inventa, & usurpata efficiuntur; quæ quidem ratio erat omnium simplicissima, præsertim in columnis, quæ constabant solida basi, scapo simplici, capitulo item, & coronide, sine ullis ornamentis, sine scanillis in stylobata, sine voluris in epistylio, &c. quemadmodum *Philander* exhibitis figuris docet ad *c. 2. l. 3. ejusd. Vitruv.* Doc Thuscanicis vero ædibus loquitur ipse *Vitruv. l. 4. c. 7.*

Thusce, adverb. Thuscorum more. *Var. apud Gell. lib. 2. cap. 25.* Cum dicamus ab Osco, Thusco, Græco, Osce, Thusce, Græce.

Thusci, m. 2. Tusci, Hetrusci, Etrusci, Tyrrheni, *Toscani*, pop. antiquissimi Italiæ, quorum regio Thuscia, sive Tuscia, sive Hetruria, sive Etruria, sive Tyrrhenia. Ita dicti sunt ob peritiam sacrorum ministeriorum, & divini cultus, qua in re cæteris fuit excellentiores. Olim enim Romani rem ipsam nomine accuratius exprimentes *Thyscenos*, ut Græci, vocabant. *Dionys. Halicarn. Rom. Ant. l. 1.* Θυοσκόος autem notat aruspicem, qui intelligit ea, quæ per ignita sacrificia significantur, a Θύος, *sacrificium*, & σκοῦν Jonice pro σκέω, *intelligo*, vel a Θύω, & κέω, idest καίω, quod sacra adolet. Alii Tuscos dictos ajunt a Tusco Rege Herculis filio. *Festus*.

Thuscŭlum, i, n. diminutivum, parvum, seu potius paucum thus. *Plaut. Aulul. 2. 8. 15.* Nunc thusculum emi, & hasce coronas floreas: hæc imponentur in focō nostro Lari.

Thuscus, seu Tuscus, a, um, *Tosco, Toscano*, τυῤῥηνὸς, quod ad Thuscium spectat. *Virg. 10. Æn.* Quæ manus interea Thuscis comitetur ab oris. *Cic. 3. de Orat.* Mare Thuscum. *Juvenal. sat. 12. v. 109.* Catinum Thuscum. *h. e.* fictile. Multa enim fictilia in Thuscia fiebant. Hinc *Thuscum fictile* apud *Pers. sat. 2. v. 60.* *Thuscō modo dotem quærere*, est vilitatæ artibus meretricibus, nam Thusci filias suas exponere solebant, ut corpore quæstum facerent, teste *Herodoto*. Legitur hoc proverbium apud *Plaut. Cist. 2. 3. 20.* ¶ Thuscus vicus, unus ex vicis urbis Romæ, ita dictus a Thuscis illis, qui duce Lucumone, sive Lucretino supperias Romulo adversus T. Tatium, & Sabinos bellum gerenti tulerint, & Romæ domicilium figentes ibi habitaverint. Ex *Sigon. l. 1. de ant. jur. C. R. c. 3.* Sed *Varro lib. 4. de L. L.* hunc ducem Cœlem Vibennum appellat. Scribit enim, Cœlium montem a Cœle Vibenno Thusco dictum, qui Romulo auxilio fuit contra Sabinum Regem, eos, qui cum eo venerunt, Romæ remansisse, & post ejus obitum, quod nimis munita loca tenere dicerentur, deductos esse in planum, & ab eis esse dictum vicum Thuscum. Aliqui dicunt nominatum fuisse a quibusdam Thuscis ex exercitu Porsenæ Regis Hetruriæ, qui Romæ Rege ab obsidione discedente remanserint, ex quibus postea Cœles, & Vibenna Vejentes ejecti urbe sint, quod novis rebus studentes, Tarquinium reducere tentaverint. *Fest.*

Thyssagĕtæ. V. Thyrsagetæ.

Thya, æ, f. arbor odorata, radicem habens admodum crispsam, mulcis operibus utilem, in Cyrenaica interiore nascens, & circa Ammonis delubrum. *Plin. l. 13. c. 16.*

Thyămis, is, f. fluvius Thesprotiæ in Epiro, hodie *Calama*. *Cic. Att. l. 7. ep. 2.*

Thyas, adis, f. Ita dictæ sunt Bacchi sacrificulæ, quæ & Bacchæ, & Mænades, & Bassarides. Rationem hujus nominis quidam referunt ad Thyam quamdam Cephisi filiam, quæ prima omnium Dionysio initiata, Orgia ejus celebravit; Bacchicoque furore correptis nomen reliquit, ut ab ea Thyades dicerentur. Alii hanc non Cephisi, sed Castalis cujusdam indigenæ filiam fuisse volunt. *Virg. 4. Æn. v. 302.* qualis commotis excita sacris Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia. *Horat. l. 2. od. 19.* Pervicaces Thyadas.

Thyăsus, i, m. *ballo*, Θίασος, saltatio, sive chorea, quæ Baccho exhibebatur, a Θυάζω, *Orgia celebro*. *Virg. 5. Ecl.* Instituit Daphnis Thyasos inducere Baccho.

Thyatira, f. 1. *Tyre, Tiro*, urbs Lydiæ, ad Hillum amnem, prope Hermum flu. ¶ Thyatira quoque, insula parva maris Jonii, apud Echinades, imo una Echinadum, teste *Plin. l. 4. c. 12.* Pop. Thyatireni. *Id. l. 5. c. 30.*

* Thybris. V. Tiberis.

Thyella, f. 1. Hyella, *Ayello*, opp. Brutiorum, ab Oenotriis habitatum, in Calabria cit. apud Amantiam urb. Sed Barrio est *Thyeso*, seu *Cineto*, opp. ejusdem tractus.

Thyēne, es, f. Θυήνη, una ex Hyadibus, quæ & Tyche dicitur. *Ovid. 6. Fast. vers. 710.* Tertia nox veniet, qua tu, Dodoni Thyene, stabis Agenorei fronte videnda bovis.

Thyestes, is, vel Thyestes, æ, m. Θυέστης, filius Pelopis, & Hippodamiæ, nepos Tantali, frater Atrei, qui, cum fratri, cui pessime cupiebat, alter nocere non posset, uxorem ejus per adulterium polluit. Propter hujusmodi flagitium Atreus eum in exilium ejecit, deinde revocavit ab exilio, ejusque filios illi epulandos appositit. Tunc Sol retro fugisse fertur, ne scelera illa cernens polluereturc. *Boccas. l. 12. Gen. c. 5. & 7.* V. Atreus; Thyestes Apollinem consuluit, quanam ratione fratrem ulcisci posset: qui respondit, ex filio, & ejus filia Pelopia exoriri posse eorum scelerum ultorem. Igitur se fe cum filia commiscuit. ex eaque Ægisthum procreavit, qui Atreum primo interfecit, deinde cum Clitæmnestra adulterum patravit, tandem Agamemnonem sustulit. *Pers. sat. 5.* aut si quibus olla Thyestæ fervebit. *Cic. 3. Tusc. c. 12.* Tu te, Thyestā, dannabis, &c. *Mart. l. 5. ep. 54.* quid scribis, amice, Thyestem? h. e. tragœdiam de Thyeste.

Thyestēus, a, um, Θυέστειος, quod ad Thyestem spectat. *Ovid. 15. Met. v. 462.* Neve Thyesteis cumulemus viscera mensis, *Cic. in Pison. c. 19.* Thyestea exsecratio.

* Thye-

* Thyestiădes, æ, m. Θυεστιάδης, filius, aut nepos Thyestæ. *Ov. 2. de ar. am. v. 407. Claudian, 4. consulat. Honor. v. 113.*

Thyestĭas, adis, m. Ægysthus Thyestis filius. *Ovid. 2. de ar. aman. vers. 407.* Inde Thyestiadem thalamoque, animoque recepit.

Thyle. V. Thule.

Thymbra, æ, f. herba eadem quæ cunila, & satureia, teste *Plin. l. 19. c. 8. ad fin.* quamquam *Col. l. 10. v. 253.* satureiam sapore tantum thymbræ similem scribit. *Scar. l. 1. silv. 2. v. 21.* Olenti spargere thymbra. ¶ Hoc nomine appellatus est etiam campus Troadis, per quem Thymbrius fluvius in Scamandrum influit, nempe a copia hujus herbæ ibi feliciſſime provenientis.

Thymbræus, a, um, Θυμβραῖος, quod est ex Thymbra, vel ad Thymbram spectat, ut Apollo Thymbræus, ita dictus a Tymbra campo, sylva, oppido Troadis, ubi colebatur, & ubi templum habuit, quod *Strabo* in ea parte fuisse tradit, qua Thymbrius fluv. in Scamandrum influit. Hoc in templo ferunt Achillem a Paride fuisse interemptum. Inde factus locus fabulæ, ut *Achilles Apollinis* sagittis diceretur esse interfectus. *Virg. 3. Æn. v. 81.* Da propriam Thymbræe domum.

Thymbre, es, f. 1. Thymbrium, opp. Troadis conditum a Dardano apud Trojam, sive Ilium urb. *Plin. l. 5. c. 30.*

* Thymelæa, f. 1. Θυμέλαια, genus fruticis de quo *Plinius l. 13. c. 21.*

Thymele, es, f. 1. Θυμέλη, Græce signat aram, a θύειν, sacrificare, ut *Suidas* scribit. Ita etiam vocatur locus editior in orchestra, id est pulpitum illud, in quo musicis instrumentis inserviebatur scenæ. V. Theatrum. Quidam putarunt hoc sensu usurpari hanc vocem apud *Martial. l. 1. epigr. 5.* Qua thymelen spectas, deriſoremque Latinum, illa fronte, precor, carmina nostra legas. *i. e.* ludos scenicos. Sed aptius hic accipias pro nomine proprio mulieris saltatricis, quam ita appellat etiam *Juven. sat. 1. vers. 36. & sat. 8. vers. 197.* ¶ Pro saltatione videtur hanc vocem posuisse *Sidon. in carm. 2. ep. 13. lib. 9.* ubi ait: Bimari remittat urbe Thymelen, palenque doctas Citharistrias Corinthus. Quod si quis hic quoque *Thymelen*, *Palenque* nomina propria esse dicat, non valde repugnaverim.

Thymelĭcus, a, um, adject. Θυμελικός. Thymelici dicebantur citharœdi, & tibicines, qui in thymele canebant, *suonatori di Teatro*. *Ifid. l. 18. c. 47.* Thymelici erant musici scenici, qui in organis, & lyris, & citharis præcinebant. Et dicti thymelici, quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum, quod thymele vocabatur. ¶ Diversi erant a scenicis. *Scenici* enim dicebantur histriones, qui in scena fabulam agebant, *thymelici* vero, qui personam ex fabula non habentes, ante scenam in orchestra musicis instrumentis scenæ subserviebant. *Vitr. lib. 5. cap. 8.* Itaque ex eo scenici, & thymelici græce separatim nominantur. *Ulpian. l. Athletas, ff. de his, qui not. infam.* Neque thymelici, qui certaminibus sacris deserviunt, ignominiosi habentur. ¶ Ponitur interdum Thymelicus generatim pro scenico. *Apul. in Apol.* Thymelicum choragium, *apparato da scena*.

Thymiāma, atis, n. Θυμίαμα, genus suffimenti odorati ex variis aromatibus compositum, ut ex ſtacte, galbano, & ex majori parte thure, quod incenditur ad suffitus, a Θυμιάω, odores incendo. *Celſ. l. 5. c. 28. n. 11.*

Thymiānæ oves, apud *Plaut. Bacch. 5. 2. 11.* videntur dictæ esse a thymo, hoc est thymum amantes. Sed alii aliter leg. ex variis MSS. & conjecturis.

Thymĭnus, a, um, Θυμινός, quod ex thymo factum est. *Col. lib. 6. cap. 33.* Cum melle Attico, vel, ſi id non est, utique thymino celeriter levatur.

Thymion, ii, n. Θυμίον, uleus quoddam scabrum, & aliquando sanguine manans, quod supra corpus quasi verrucula eminet, modicum tamen, quia raro fabæ magnitudinem excedit: ita autem appellatur, quia summum colorem floris thymi repræsentat. Hæc *Celſ. l. 5. c. 28. n. 13.* Adde *Plin. l. 32. c. 10.*

Thymītes, æ, m. Θυμίτης, vinum ex thymo confectum. *Col. l. 12. c. 35.* Vinum absynthiticum, & hyssopitum, & abrotonitem, thymitem, & marrubitem, &c.

Thymōsus, a, um, Θυμώδης, quod thymo abundat, vel ex thymo est. *Plin. l. 11. c. 15.* Thymosum mel non colit.

Thymum, i, n. frequentius, quam thymus, i, m. *timo*, Ger. *timian, edel Balsamkraut*, Gal. *thym*, Hisp. *tomillo*, Θύμον, Θύμος, frutex humilis odoratus, apibus gratissimus, a Θύω, *fugo*, quia odorem exhalat. *Virg. 3. Ecl.* Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ. *Horat. l. 4. od. 2.* apis Matinæ Grata carpentis thyma. *Æmil. Macer.* Si desit thymus, pro thymo ponere thymbram Præcipiunt Medici. ¶ Duplex est, album, & nigrum. *Plin. l. 21. cap. 21.* Thymum colligi oportet in flore, & in umbra siccari. Duo autem sunt genera ejus, candidum, radice lignosa, in collibus nascens, quod & præfertur: alterum nigrius, florisque nigri, &c. ¶ *Thymus* quoque dicitur parva verruca in corpore, quæ & *Thymion* dicitur, quod V. supra. *Plin. l. 23. c. 7.* Crudæ grossi verrucas, & thymos tollunt.

Thymus, V. vocem præced.

Thyni, m. 2. pop. Thraciæ, ex adverso Bithyniæ. *Plin. l. 5. c. ult.*

Thyniăcus, a, um, adject. ad Thyniam Thraciæ promontorium pertinens, ut Thyniacus sinus. *Ovid. 1. Trist. eleg. 9. 35.*

Thynĭas, æ, m. *Capo Tenia*, promontorium Thraciæ in ora meris Euximi. *Plin. lib. 4. c. 11.*

Thynĭas, adis, *f. Sagora*, oppid. Thraciæ, in ora maris Euxini, ad Thyniam prom. apud Apolloniam. Gent. Thyniacus, a, um, ut Thyniacus sinus, *Golfo di Sagora*.

Thynnarĭus, a, um, adject. ad thynnum pectinens, ut thynnaria piscatio, *leg. 13. ff. commun. prad.*

Thynnus, sive thunnus, i, m. *tonno*, תֹּנִין, Germ. *thunus genannt*, Gal. *thon ou thonnine*, Hisp. *atun*, Θύννος, Θύννη, Θυννίς, genus piscis marini, forte ab Hebræo תֹּנִין, quod ingentem piscem notat. Capitur copiosissime mense Majo, in freto Gaditano. Nam id temporis ex Oceano Atlantico in mare Mediterraneum irrumpit, non parvo Gaditanorum quæstu, qui infinitam eorum multitudinem retibus extrahunt, ceteriisque /inferunt, saliuntque, membratimque dissectos, & in cadis affervatos celebri / mercimonio per omnem Europam diffundunt. *Ov. in Halieut. fragmen.* Et pluvidi magno fugientes æquore thunni. *Horat. lib. 2. sat. 5.* Plures adnabunt thynni. ¶ In fœminino gen. *Plin. lib. 9. cap. 13.* Thynnus fœta.

Thynus, i, Θύνος, oppidum Ciliciæ. *Plin. l. 5. c. 27.* Hinc

Thynus, a, um, adject. idem quod Cilicius. *Horat. l. 3. od. 7.* Thyna merce beatus.

Thyōne, es, uxor Nisi, & mater Bacchi, Θυώνη. *Cic. l. 3. de nat. Deor. c. 23.*

Thyonēus, m. 3. per tres syllabas, Θυωνεύς, cognomen Bacchi, a Θυώνη, *Thyone*, quæ eadem ac Semele Bacchi mater. *Suidas*. Quidam a Θύω, *sacrifico*, deductum putant, quod illi adhuc inter homines versanti sacrificaverit. *Ovid. 4. Metam.* Additur his Nysæus, indetonfuque Thyoneus. *Horat. l. 1. od. 17.* Semeleius Thyoneus.

Thyoniānus, i, m. ad Thyoneum pertinens. *Catul. carm. 27.* hinc abite lymphæ Vini pernicies, & ad seros Migrate: hic merus est Thyonianus. h. e. hoc vinum omnino merum est, & quod Bacchum deceat.

Thyræi, m. 2. pop. Salentinorum, inter Tarentum, & Brundusium, quorum opp. *Turi*, in fin. Apuliæ Peucetiæ.

Thyre, es, f. ἡ Θύρη, opp. Messeniorum. Cum de Thyreate agro bellum esset inter Argivos, & Lacedæmonios, res pugnæ 300. militum utrinque commissa est, quibus omnibus intertectis, Othryades Spartanus, qui solus evaserat, se interemit, & aliis se comitem dedit. *Strat. l. 4. Theb. v. 48.* Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.

Thyrĕa, f. 1. inf. Peloponnesi, apud Hermionen. Gent. Thyreatæus, a, um, ut Sinus Thyreaticus, qui & Hermionicus. ¶ Thyrea item, Thyræa, Thyræum, *Burdugna*, opp. medit. Peloponnesi, in conf. Argivorum, & Spartanorum eadem quæ Thyre.

Thyreātis, idis, adject. fœmin. ad Thyreatem pertinens. *Ovid. 2. Fast. v. 664. de Deo Termino*. Si tu signasses quondam Thyreatida terram, corpora non leto missa trecenta forent. V. Thyre.

Thyrōma, atis, n. *porta*, Θύρωμα, ostium, janua. *Vitruv. l. 4. c. 6.*

Thyrsagĕtæ, (Thyssagetæ, *Plin. l. 4. c. 12. & l. 6. c. 7.*) pop. Sarmatiæ, apud Mœoricam pal. finitimi Gelopis, Turcis, Budinis, Basternis, qui sylvas incolunt, victumque sibi venatu comparant. *Valer. Flacc. 6. Argon.* Non ego sanguineis gestantem tympana bellis Thyrsageten, cinctumque vagis post terga filebo Pellibus.

Thyrsĭcŭlus, li, m. parvus thyrsus. *Apul. de herb. c. 68.* Thyrsiculi purpurei.

Thyrsĭger, ra, rum, qui thyrsum gerit. Speciatim Bacchi cognomen est, quia thyrsum gestare solitus fuit. *Sen. in Med. vers. 110.* Candida thyrsigeri proles generosa Lyæi.

Thyrsus, i, m. *tirso*, Θύρσος, Græce significat quicquid sic confurgit, ut in graciliratem attenuetur, ut arbores coniferæ, coni piceæ, &c. *Hesych.* Κῶνος, οἱ Θύρσοι, ἢ οἱ τρόμβυλοι, ἢ οἱ τρόμοι. ¶ Speciatim thyrsus dicitur de caule, ideſt de eo in herbis, quod virgulæ in modum, vel teli rectitudinem confurgit. *Serv. in 12. Æn.* Caulem autem medium fruticis, qui vulgo thyrsus dicitur. *Plin. l. 19. c. 8.* Inventum omnes thyrsos, vel ſolia lactucarum prorogare urceis conditos, ac recentes in parinis coquere. ¶ Est præterea thyrsus hasta aculeata, hederis obtecta, quam Bacchus gestare solitus fuit, & Bacchæ in Orgiis quatiebant. Sane *Macrobius* ait, Liberum Patrem tenere thyrsum, quod est latens telum, cujus mucro hedera lambente protegitur. Et *Diodorus* scribit, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. *Horat. l. 2. od. 19.* Liber gravi mentende thyrso. ¶ Metonymice sumitur pro furore, ardore, stimulo, instinctu. *Lucret. l. 1. v. 921.* Percussit thyrso laudis spes magna meum cor. *Ovid. 4. Trist. eleg. 1.* Sic ubi mora calent facro mea pectora thyrso.

Thyrsus, masc. a. *Tirso, Torso*, fl. Sardiniæ, præcipuus totius insulæ, qui oritur in parte Boreali, deinde per mediam inſ. fluens, in mare Sardoum ſe exonerat.

Thyssagetæ, V. Thyrsagetæ.

T A N T E I.

Tiāra, æ, f. & tiaras, æ, m. *tiara, mitra*, תְּאַרָה, Germ. *ein hauptzied der Perſiſchen weiber, oder biſchoffs hut*, Gal. *tiare*, Hisp. *tiara*, ὁ τιάρας, ὁ τιάρα, capitis ornamentum apud Persas. Verum Reges eorum recta ſoli tiara utebantur, & cum acumine; cæteri fine apice, teste *Hesych.* & *Senec. l. 3. de benef. c. 31.* ¶ Etiam apud Phrygas tiaræ usus erat, sed eam Sacerdotes tantum adhibebant, teste *Serv. in 7. Æn.* Et reges, teste *Juven. sat. 10. v. 267.* ubi eam Priamo tribuit. De ejus forma ita scribit *Hieron. ad Fabiolam*: Quartum est genus vestimenti rotundum pileolum, quasi sphæra media sic divisa, & pars altera ponatur in capite. Hoc Græci, & nostri τιάραν, nonnulli galerum vocant. Non habet acumen in summo, nec totum usque ad comas tegit, sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta constrictum est, ut non facile labatur ex capite. *Virg. 7. Æn. v. 247.* Sceptrumque, facerque tiaras, *Juv. sat. 6. v. 515.* Et Phrygia vestitur bucca tiara.

Tiarantus, m. 2. *Sereth*, fl. Scythiæ Europææ, qui per Daciæ fines, seu per Moldaviam, ubi opp. cogn. alluit, in Istrum influit.

Tiarātus, a, um, adject. tiara ornatus. *Sidon. l. 8, ep. 3.* Inter farrapas regum tiaratorum.

Tiare, es, f. τιάρη, oppidum Teuthraniæ, quæ est regio Asiæ supra Æoliden, & partem Troadis. *Plin. l. 5. c. 30.*

Tibarēni, m. 2. τιβαρηνοὶ, pop. Cappadociæ, apud Chalybes, inter Chalybes ad Or. & eos, qui Coryorum incolunt, ad Occ. in Armeniæ majoris confinio. Feliciratem in lusu, & risu collocabant. Tenacissimi erant justitiæ, ut qui, nisi ante denuntiato die, hostem non adoriretur. De his memoriæ prodidit *Nymphodorus*, mulliere partu soluta virum in lecto decumbere, & tamquam partus auctorem ab uxore puerpera curari. Hi etiam, teste *Hieronymo*, quos delexerant, senes suspendebant in patibulis. De Tibarenis scripsere etiam *Mela l. 1. c. 21. & Plin. l. 6. c. 4.*

Tibe pro *tibi* dixere

verus Albula nomen. Sunt, qui hoc nomen trahant a Græco ὕβρις, *injuria*. Ajunt enim, hunc eundem Thuscorum Regem cuncta hujus fluvii ripas latrocinari consuevisse, & transeuntes crebris affiscere injuriis, inde Thybrim cognominatum fuisse, quasi esset fluvius ὕβριος, ideit injuriæ. Ex qua ratione, cum ὕβρις aspiretur, Thybrim quoque cum aspiratione scribi volunt. Aliis placet, advenas de Sicilia venisse, & Tyorim dixisse, ad similitudinem fossæ Syracusanæ, quam fecerunt Afri, & Athenienses juxta urbis murum: quod vero *Dionysius*, *Livius*, & alii scripsere, ab Albano Rege Tiberim dictum, falsum esse, quia etiam ante Albam urbem conditam Tybris dictus invenitur. Igitur incertum est, quarum sit vera ratio hujus nominis scribendi, quia etymon incertum est. Alii per *i*, alii per *y* scribunt. A *Strephano de Urbibus* & Ὑβλιβρις, & *τιβερις*, appellatur. Præterea secundum *Servium*, hic fluvius in sacris dicitur *Tiberinus*, in communi sermone *Tiberis*, & in Poemate *Tyberis*, *is*, vel *idis*. Antea ab aquarum colore dictus est *Albula*. Tiberis, auctore *Plinio*, lupum inter pisces gignit, ut Ravenna rhombum, Rhodus ellopem, Sicilia murænam. *Horat. lib. 1. carm. od.* 2. Vidimus flavum Tiberim retortis Litore Hetrusco violenter undis Ire dejectum monumenta Regis, Templaque Vestæ. *Cicer. Ar. lib. 12. epist. 19.* Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare. ¶ Tiberis etiam, seu Tybris, seu Tybris appellatus est Deus præses fl. Tiberis. *Virg. 8. Æn.* Tuque, o Tybri, tuo genitor cum flumine sancto.

Tiberius, m. 2. τιβέριος, filius Tib. Claudii Neronis, & Liviæ Drusillæ, frater Drusi Neronis Germanici, illius, qui in Germania mortuus est, privignus Augusti, ejusdemque in Imperio successor. Fuit Imperator callidissimus, idemque omni genere avaritiæ, libidinis, crudelitatis contaminatissimus, V. *Sueton. in ejus vita.*

Tibia, æ, f. 1. *osso anteriore della gamba, stinco*, תֹּף, Germ. *schinbein*, Gall. *l'os de la jambe*, Hisp. *espinilla*, κνήμη, proprie os cruris in animali, suræ oppositum. *Cels. lib. 1. cap. 1.* ¶ Ab animali hoc nomen translatum est ad organum musicum ex arundine, aut buxo, aut oliva, vel ex tibiis gruum, interdum cervorum, & asinorum, nonnunquam ex auro, orichalco, ære, aut alia ductili materia factum, *flauto*. Est igitur tibia, αὐλὸς, δόναξ, חָלִיל, *pive*, instrumentum musicum, oblongum, teres, & foraminosum, quod inflatum, & digitis modo adductis, modo reductis temperatum, non injucundam reddit symphoniam. *Hor. de Ar. vers.* 202. Tibia, non ut nunc orichalcho vincta, tubæque Æmula, sed tenuis, simploxque foramine pauco. *Cic. 1. Tusc.* Non intelligo, quid metuat, cum tam bonos septenarios fundat ab tibiam. *Id. de clar. Orat.* Si tibiæ inflatæ non referant sonum, abjiciendas eas esse tibicen putet. *Quintil. l. 1. c. 11.* Tibiis canere. ¶ Præcipuus tibiarum usus erat in scenis, ubi histriones eas per tibicines adhibebant: quamquam in conviviis quoque, in nuptiis, in funeribus, in triumphis, in bello, &c. tibiis canere mos fuit, ut ex *Plauti Cas. 4. 3. Aulu. ad Her. l. 4 c. 33. Cic. 2. de Leg. c. 23. & 24. Strat. 4. Theb. &* aliis constat. V. *Rosin. Antiq. Rom. l. 3. c. 31. & 33.* Hinc illa, *tibiis dexteris, & sinistris modos facere*; item *tibiis paribus*, & *imparibus*, & *tibiis Sarranis*, quæ leguntur in titulis Comœdiarum *Terentii*, &c. ostendunt diversitatem tibiarum, in iis fabulis inflatarum. Tibiæ enim dextra dicebatur, quæ acutum sonum reddebat; sinistra quæ gravem, ita tamen quod essent ambæ quodammodo conjunctæ, quod dextra erat ejusdem carminis incentiva, sinistra succentiva, ut ait *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Scribit autem *Plin. l. 16. c. 36.* sinistras tibias ex ea arundinis parte fieri solitas, quæ proxima terræ nascitur, quia latius foramen habet, & actius ad gravem sonum reddendum; dextras autem ex superiori arundinis parte, ubi foramen angustius acutam vocem emittit. Cur autem una dextra dicretur, altera sinistra, ea ratio est, quod cum simul inflarentur, una quidem dextra parte oris, manuque dextra tenebatur, altera vero sinistra: nisi malis dicere, ita nuncupatas fuisse ab ipso loco, ubi tibicines canentes consistebant. V. *Manut. de quæstr. per epist. par. 3. epist. 4.* ¶ Tibiæ pares, & impares ita dictæ sunt, ut putat *Festus* in voce *Impares*, a pari, vel impari foraminum numero. ¶ Fuerunt & *Serranæ tibiæ*, de quibus V. Sarranus. Cæterum de universa tibiarum ratione librum condidit *Caspar Bartolin.* quem consule. ¶ Tibiæ aperta vocantur, quæ apertis foraminibus sonant clarius. Hinc *apertis tibiis dicere* apud *Quintil. l. 11. c. 3.* est clarissima voce dicere. ¶ Differt tibia a fistula, quod hæc ex multis calamis componitur: singulis unum tantum foramen habentibus; tibia vero multa habet foramina, & uno tantum calamo constat. *Plin. lib. 16. cap. 36.* Calamus alius totus concavus, quem Syringiam vocant, utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis, atque carnis: Orchomenius est continuo foramine pervius, quem auleticon vocant: hic tibiis utilior, ille fistulis. ¶ Tibiæ inventrix fuisse traditur Pallas, quam inflando cum nimium buccas deformare sibi videretur, abjecisse; eamque poëta a Satyro sufceptam, & usurpatam. Ita refert *Ovid. 6. Fast. v.* 697. ¶ Olim tibia usurpabatur in gen. m. *Var. apud Non. c. 3. n. 256.* Quare meas libidines, ac tibias bilingues.

Tibiale, *is*, o. *y. calza*, מִכְמָס, Germ. *strumpff*, Gal. *bas de jambes*, Hisp. *medias*, περισκελὶς, velamentum tibiæ, seu cruris. *Suet. in Aug. cap.* 82. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculæ thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus munierbatur. ¶ Dicitur etiam de ocreis, sive armis, quibus crura muniuntur, *gambiera*. *Paul. leg. qui commeatus*, *ff. de re milit.* Si tibiale, vel humerale miles alienavit. V. Feminalia.

Tibialis, & le, o. *is* αὐλητικὸς, idoneus ad tibias faciendas. *Plin. lib. 16. cap. 36.* Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant. ¶ Aura tibialis est, quæ inflando per tibiam transit, & sonum edit. *Sidon. in carm. lib. 9. epist. 13.* Date ravulos choraulas, Quibus aptera per palati, Crepulis sedanda buccis Gemit aura tibialis.

* Tibiarius, ii, m. αὐλοποιὸς, qui tibias facit. *Inscript.* apud *Muratori. p.* 949. n. 1. P. Curius Eupor. tibiarius de sacra via.

Tibiatim, adverb. a tibia, qua crus notat. *Titin. apud Fest.* Jam eum mullos te ostendisti, quos tibiatim calceas. Ita restituit corruptum locum *Jos. Scaliger.*

Tibicen, *inis*, m. αὐλητὴς, חָלִיל, qui tibia canit, a *tibia*, & *cano*, ut fidicen, cornicen, lyricen. Præter aliorum morem penultimam producit, propter Crasso, sive Synæresin. Nam est contractum ex *tibicicen*. *Cic. 2. de Orat.* Tibicen fine tibiis canere non potest. *Idem 2. de Leg. cap.* 24. Ad cantum, & tibicinem profequi laudes doctorum virorum. *Horat. lib. 2. ep. 1.* Nunc tibicinibus, nunc barbitos aptior, & gravis tragœdis. ¶ Tibicines item, αὐλητρίδες, pilæ dicuntur, sive columellæ, quibus rustici tecta sua fulcire solent, a similitudine tibiæ canentium. Nam ut qui tibia canunt, canentes sustinent, ita hujusmodi columnæ ligneæ sustinent tecta, inquit *Fest. Jupen. sax. 3. vers.* 193. Nos, urbem incolimus, tenui tibicine fultam Magna parte fui. Nam sic labentibus obstat villicus. *Ovid. 4. Fast. vers.* 695. Hæc modo vetrebat stantem tibicine villam. Translate *Arnob. lib.* 2. Post Atlantem gestatorem, bajulum, tibicinem illum, ac destinam cœli.

Tibicida. V. Cibicida.

Tibicina, æ, f. αὐλητρὶς, mulier tibia canens. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 64. Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. *Gell. l.* 4. *c.* 13. Fœminas etiam tibicinas in exercitu habuit. *Hor. lib.* 1. *ep.* 14. Meretrix. tibicina.

Tibicinium, ii, n. ars tibicinis. *Apul. l. 1. Florid. posttinit.* Marsyas cum in artificio parrisseret tibicinii.

Tibicino, as, tibiis cano. *Fulgent. lib.* 3. *Mythol. cap.* 9. Ordo tibicinantium. ¶ Item tibicine, seu columella fulcio, sustento. *Tercul. de anim. cap.* 38. Desiderabit inquisitus profutura domui, toto inquilinatus sui tempore, non ut ipse substruendus, nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodo continendus.

* Tibinus, a, um, ὀλυκὸς, adject. a tibia, ut Tibini modi, Varr. apud *Non. c.* 4. *n.* 251. *c.* 1. *n.* 246.

Tibiscus, m. 2. (Pachisius. *Plin. lib.* 4. *cap.* 12.) *Tyssa*, *Teissa*, fl. Hungariæ. Oritur ex Carpatho M. in ipso fim. Russiæ nigræ, & Transylvaniæ, deinde in Occ. tendens, auctus Zamo, Thura, & plurimis rivis, Tochoam rigat, recipitque Bodocum, & Tarcacum fl. deinde in Mer. fluens, Zagivam recipit ad Zolnochium, Chrysium ad Csongradium: Mariscum ad Segedinum, tandemque auctus fl. *Temes*, paulo infra Tibiscum opp. in Danubium se exoneret, supra Taurinum, 4. l. infra Petrovaradinum vix 2.

Tibiscinus, a, um, adj. ad Tibiscum pertinens, ut Tibiscina ostia. *Vid. Flac. l. 6. v.* 521.

Tibissi, is, fl. Scythiæ ex Hæmo monte nascens, & Septentrionem versus in Istrum influens. *Herodot. l.* 4.

Tibricŏla, æ, m. qui prope Tiberim habitat, Romanus, *Prudent. περιστεφ.* 11. *v.* 174. Pascit item sanctis Tibricolas daribus.

Tibrinus. V. Tiberinus.

Tibris, & Tybris, is, & idis, m. idem qui Tiberis. *Claudian. de Consul. Probi & Olyb. v.* 220. Est in Romuleo procumbens insula Tibri. *Virg. 7. Æn. vers.* 303. optato conduntur Tibridis alveo.

Tibula, f. *Castel Aragonese*, urbs munita Sardiniæ, in ejus parte Boreali, & in Occidentali, contra Herculis insulam. Aliis est *Locofardo*.

Tibullus, i, m. 2. prænomine Albius, Poeta elegiographus. Natus est Romæ, C. Vibio Pansa, A. Hirtio Coss. anno U. C. 710. eodem anno, quo Ovidius Nasso. Parentes habuit ex Equestri Ordine. Quod ingenio facili, & egregia forma foret, nobiliores civitatis sibi conciliavit, in quorum numero fuit Messala Corvinus. Familiariter dilexit Horatium, Ovidium, & Macrum Poetas. In amores, & delicias paulo proclivior fuit. Libros quatuor Elegiarum, sive Amorum composuit. Obiit virenti adhuc ætate, dum pergeret cum Messala in Phæaciam. Eum ut elegantem, & tersum commendat *Quintil. l.* 10. *c.* 1. cultum vocat *Ovid. l. 1. de art. am. v.* 764.

Tibullus, i, f. arbor eadem, quæ pinaster. *Plin. l.* 16. *c.* 10.

Tibur, & Tybur, uris, n. *Tivoli*, τίβουρις, τίβουρα, τίβυρα, urbs alias Latii, nunc Campaniæ Romanæ, in conf. Sabinorum, in colle, ubi cataractæ Anienis. Condita fuit a Catyllo Arcade classis Evandri præfecto, ante Romam, ut *Cato*, *Solinus*, & alii quidam prodiderunt. *Sed Sextus* Græcus historicus scripsit, Catyllum Amphitrai filium, post patris apud Thebas ante bellum Trojanum interitum, in Italiam venisse, & in Italia tres liberos procreasse, Tyburtum, Coracem, & Catyllum, qui expulsis ex oppido haud longe ab urbe Roma posito veteribus Sicanis, a nomine *Tyburti*, qui ex tribus maximus natu erat, *Tybur* appellaverunt. Hic maxima pomorum copia, & crebri fontes. *Hor. l.* 1. *od.* 18. Circa mite solum Tiburis. *Virg. 7. Æn. v.* 630. Atina potens, Tiburque superbum. h. e. vel quia nobile, vel quia in monte situm.

Tiburnus, i, m. idem quod Tibur. *Horat. l.* 1. *od.* 7. Et præceps Anio, & Tiburni lucus.

Tiburs, urris, adject. *tiburtinus*, quod est ex Tiburte. *Horat. lib.* 2. *sat.* 4. Picenis cedunt pomis Tiburtia succo. *Cicer. 2. de Or. cap.* 65. Villam in Tiburte habes. Subaudi *agro*. *Gell. l.* 19. *c.* 5. In Tiburte eas concesseramus. *Et infra.* Promite bibliotheca Tiburti. ¶ Tiburtes, um, populi sunt Tiburis incolæ. *Plin. lib.* 3. *cap.* 12. *Virg. Æn.* 11. præsidium Tiburtum ex agmine Tarchon portæ ovans. *Tac.* 14. *Ann. cap.* 22. Tiburtum fines. ¶ In recto casu singulari est *Tiburs*. *Fabricipt.* apud *Gruter. pag.* 446. *num.* 3. Sex. Oppido Frisco patrono incomparabilis S. P. Q. Tiburs ob merita ejus.

Tiburtinus, a, um, adject. *di Tivoli*, ad Tibur pertinens. *Martial. lib.* 4. *ep.* 57. Tiburtina frigora. *Propert. lib.* 4. *el.* 7. Tiburtina terra. ¶ Tiburtinum, i, villa fuit Pompeji in Tiburtino agro. *Cic. 5. Phil. c.* 7.

Tichobătes, æ, m. qui super cæcos muros graditur, τειχος, *murus*, & βαίνω, *gradior*, quemadmodum *schœnobates* est, qui per funem ambulat. *Vopisc. in Carino. c.* 18. Exhibuit Tichobatem, qui per parietem alio usu cucurrit.

Ticida, æ, m. Poeta quidam, qui de Perilla puella ab se adamata Elegias scripsit. *Ovid. 2. Trist. v.* 433.

* Ticinus. *Non. c.* 6. *n.* 22. Ebrios & ticinios, non vinolentos, sed expletos qualibet re possumus dicere. Quid *ticinius* non constat, nisi forte sit a τικτομαι, liqueſco, quasi madidus, & tunc esse poterit ebrii synon.

Ticinum, i, n. postea Flavia Papia, & Papia, *Pavia*, urbs Insubriæ, ad Ticinum fl. olim regia Longobardorum, condita a Liguribus, Levis, & Mariscis ante Mediolanum. *Plin. l.* 3. *c.* 17. Hinc Ticinensis apud *Aurel. Vict. in Epitome cap.* 35. & Ticinus, a, um, apud *Silium. l.* 12. *v.* 548.

Ticinus, m. 2. *Tesino*, fl. Insubriæ navigabilis. Erumpit ex Adula M. in com. Helvetiorum, ac per lacum Verbanum excurrens, Ticinique urbis, nunc *Pavia*, mœnia radens, in Padum excipitur, aquas suas perspicuas ad 10. M. P. immixtas aquis Padi turbidis conservans. Alicubi arenas aureas habet. Thymalum piscem gignit. *Claudian. in 6. Consul. Honor. v.* 195. Colla levant pulcher Ticinus, & Addua visu. M. *Plin. l.* 2. *c.* 103. & 3. *c.* 19. ¶ Ticinus alter, *Tesino*, fl. Picenino procul a ripa Transona.

Tiphăra, m. Tiphara, *Monte di Capoa*, *e di Caserta*, mons Campaniæ, cum opp olim cogn. inter Capuam, & Nolam extensus, qui Campaniam a Samnio dirimebat. *Fl. l.* 3. *c.* 5.

Tifernātes, tum, oppidi Tiferni incolæ, duplicis fuere generis, alii cognomine Tiberini, alii Metaurenses appellati. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Tifernum, Tiburnum cogn. urbs Umbriæ, caput regiunculæ cogn. ad Tiberim fl. ¶ Tifernum Metaurum, seu Metaurense, *S. Angelo in Vado*, urbs Umbriæ, ubi Duc. Urbini, versus fontes Metauri fl. a Tiferno Tiberino 16. M. P. in Bor.

Tifernus, m. *Tiferno*, fl. Frentanorum, qui oritur ex Apennino M. Frentanos ab Apulis Daunisis dividit, & in mare Hadriaticum per Larinum ad Thermulas influit, mediis inter Frentonem ad Or. & Trinium ad Occ. *Plin. l.* 3. *c.* 12.

Tigillum, i, n. *travicello*, קוֹרָה, Germ. *balcke*, Gall. *folivean*, Hisp. *vigita*, δοκίδιον, perrica, sive longarium. Est a *tegendo*, ut *figillum* a *fingendo*. *Lion lib.* 1. *cap.* 26. Transmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub jugum missi juvenom. *Tibull. lib.* 2. *eleg.* 1. Illic compositis primum donuere tigillis Exiguum viridi fronde operire domum. ¶ Generatim etiam pro quovis ligno accipitur. *Plaut. Aul.* 2. 4. 22. De suo tigillo fumus figua exit foras. Ita habent veteres manuscripti, & excusi, non *ligillo*, quod *Lambinus*, *Bosius*, & alii quidam probant, ut ligillum sit a lignum ea forma, qua duo illa priora.

* Tigillus, i, cognomen Jovis, qui tanquam tigillum mundum sustinet. *Aug. de C. D. l.* 7. *c.* 11.

Tignārius, a, um, quod ad tignum spectat, ut Faber tignarius, quo nomine intelligitur non solum is, qui tigna dolat, sed etiam qui solaria ligna facit, hoc est trabes, & cætera ad tabulata domus utilia, denique omnis, qui ædificeat. *Cic. in Brut. c.* 73. Ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. *Inscript.* apud *Gruter. pag.* 194. *num.* 2. Colleg. Fabr. tignarior.

Tignium, n. *S. Maria in Giorgio*, opp. Piceni, in colle, medium ferre inter Firmum, & Tolentinum.

Tignum, i, n. *trave*, עֵב, קוֹרָה, Ger. *ein balck*, *bloch*, *latten*, Gal. *folive*, *chevron*, Hisp. *viga*, δοκὸς, ξύλον, lignum in ædificiis. *Cajus Dig. l.* 50. *tit.* 16. *leg.* 62. Tigni appellatione in lege 12. Tabularum omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur. Dicitur autem a *tenendo*, ut est apud *Ulp. tit.* 3. *ff. lib.* 47. *leg.* 1. Differt a trabe, quia trabs, teste *Festo*, sunt duo tigna ædificii gratia simul coaptata. *Lucret. l.* 2. *v.* 191. Nec cum subsiliunt ignes ad tecta domorum, Becclori flamma deguttant tigna, trabesque. *Cæs. l.* 4. *B. G.* Tigna bina sesquipedalia ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis. *Her. de Arte v.* 179. Et modicis instravit pulpita tignis. ¶ Tigna etiam dicuntur in vineis porticæ, & pedamenta posita ad vites sustinendas. *Ulpian. lib.* 58. *ad tit. sign. junctos.* ¶ Masculino gen. *Livius.* 44. *c.* 5. Longi duo validi asseres defigebantur: in eos transversi inquibentes tigni, ad tricenos longi pedes, ut pons esset, injungebantur.

Tigranes, is, m. Rex Armeniæ majoris, qui auxilium ferens Mithridati Regii, victus est primo a Lucullo, deinde a Pompejo Magno. Eum Pompejus in deditionem accepit, eique adjecta sibi procumbenti, adempris Syria, Phœnice, Cilicia, Regnum Armeniæ restituit. *Lucan. l.* 2. *v.* 637. Tigranemque meum, nec Pharnacis arma relinquas.

Tigranocerta, f. 1. *Bitlis*, urbs Armeniæ majoris, ad Nymphæum fl. al. ad Nicephorum fl. versus confinia Assyriæ, in Turcomania, munita, inter Arthemitam ad Cæc. & Amidam ad Austr. nonnullis est *Sulvania*, al. *Sava*. Sed hæ urbes in Media sunt, apud conf. Parthorum. Condita fuit a Tigrane, unde & nomen accepit, quasi Tigranis civitas. Nam *certe* Parthorum lingua urbem sonat. *Steph.*

Tigrifer, a, um, adject. tigres ferens. *Sidon. carm. 2. v.* 444. tigriferi pharetrata per arva Niphatis.

Tigrinus, a, um, τιγρινὸς, quod ad tigrem spectat, ut Mensæ tigrinæ, quæ longis macularum notis referunt virgatas, ut Poetæ vocant, tigres, quomodo etiam ab intorto macularum discursu dictæ sunt mensæ pantherinæ. *Plin. lib.* 13. *c.* 15. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel (sic recte Dalecampius emendat) in vorrices parvos: illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinæ appellantur: hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur.

Tigris, is, & idis, f. *tigre*, Germ. *ein tigerthier*, Gall. *tygre*, Hisp. *tigre*, τίγρις, fera fœvissima, & velocissima, in Hircania maxime abundans. De vocis origine ita

ne ita *Varro lib.* 4. *de L. L.* Tigris, qui est ut leo varius, qui vivus capi adhuc non potuit; vocabulum e lingua Armenia. Nam ibi, & sagitta, & quod vehementissimum flumen, dicitur Tigris. *Plin. l.* 6. *c.* 27. *de Tigri fluvio*: A celeritate Tigris incipit vocari: ita appellant Medi sagittam. *Virg.* 4. *Æn.* Hyrcanæque admorunt ubera tigres. *Ovid. Heroid. ep.* 10. *v.* 86. Quis scit, an hæc favas tigridas insula habet? *Id. Metam.* 7. *v.* 92. tum me de tigride natam, Tum ferrum, & fœcundos gestare in corde faebor. *Hor. de Art. Poet. v.* 393. lenis tigres. *Stat. 6. Theb. v.* 722. Talao victori tigrin inanem, &c. ¶ Est etiam nomen cani venatorio impositum ob velocitatem. *Ovid. 3. Met. v.* 217.

Tigris, is, & idis, m. *Tigre*, *Tegil*, חִדֶּקֶל, fl. Asiæ, percelebris, sic dictus a velocitate, quasi sagitta. Nam sagitta ab Armenia tigris dicitur. *Varro l.* 4. *de L. L. Plin. l.* 6. *c.* 27. Oritur ex montibus Ararat, sive Armeniæ, & inter Assyriam, Mesopotamiamque fluens, & Chaldæam, sive Babyloniam interfecans, Euphrate recepto, labitur in sin. Persicum, Arabiam inter, & Persidem, prope Teredonem. *Virg. Ecl. 1. v.* 63. Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. *Lucan. l.* 3. *v.* 256. Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates.

Tigullii, m. 2. τιγυλλιοὶ, pop. Liguriæ, quorum urbes Tigullia, & Segesta. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Tigullia, æ, f. 2. Tigulia, opp. Liguriæ, in ora lit. ad Or. medium inter Genuam ad Occ. & Erycis portum ad Or. Plerique *Sestri* indigitant. Sed *Sestri* dicitur Segesta, quæ in mediterraneis est.

Tigurini, m. 2. τιγυρινοὶ, pop. inter Helvetios, Limagi fl. accolæ. *Cæs. lib.* 1. *B. G. c.* 12.

Tilia, æ, f. *tiglio*, φιλυρα, arbor folio hederaceo, molliore & in angulum acutiorem rotundiore, & prolixiore in orbem lente crispo, atque serrato, flore rantifper, dum calyculo continetur, herbaceo, dum emersit, flavo, fructu magnitudine fabæ, simili acinis hederæ, in quo semen prætenue, quantum atriplicis, omnibus animalibus ingratum, cum foliorum pabulo maxime ducantur. *Virg. 2. Georg.* Nec tiliæ leves, nec togno rasili buxum. ¶ Tiliæ item dicuntur vincula ex arboris hujus, vel etiam aliarum membranis tenuissimis, quæ inter corticem & lignum sitæ sunt. *Plin. l.* 16. *c.* 14. Inter cortices, & lignum tenues tunicas multiplici membrana, e quibus vincula tiliæ vocantur. Tenuissimæ earum philyræ coronarum lemniscis celebres.

Tiliaceus, a, um, φιλύρινος, quod ex tilia confectum est. *Jul. Capitol. de Antonino Pio*: Cum senex, & longus esset, incurvareturque, tiliaceis tabulis in pectore fasciabatur. *Col. l.* 12. *c.* 49. Arculæ fagineæ, vel etiam tiliaceæ, quales sunt, in quibus vestimenta forensia conduntur.

Tiliaginĕus, a, um, tiliaceus. *Colum. l.* 12. *c.* 45.

Tiliāris, re, adjectiv. idem quod Tiliaceus, ut Tiliaris Tabula. *Cæl. Aurelian. Tard. 4. c.* 1.

Tilos. V. Tylos.

Timăvus, m. 2. *il Timavo*, τίμαυος, fl. maximus Carnorum, sed brevissimi decursus. Oritur apud Fanum Diomedis, vulgo *S. Giovanni*, ex vicino monte, novem fontibus erumpens, quibus confluentibus vix ad 2. M. p. latissimus Hadriaticum mare petit, ultra Aquilejam 7. M. P. Tergeste versus. *Plin. l.* 3. *c.* 18. Carnorum hæc regio, iunctaque japidum; amnis Timavus. *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 4. Proxima est a Tergeste Concordia: interfluit Timavus novem capitibus exurgens. *Virgilius* tamen 1. *Æn. v.* 248. ita de Timavo locutus est, ut eum non procul a Patavio collocare videatur; cum enim Antenoris iter describeret per medios Græcos, per sinus Illyricos, per regna Liburnorum, per fontem Timavi, ea sive licentia, sive incuria, qua Poetæ de rebus Geographicis loquuntur, eum præfertim longinqua describunt, statim subdit: Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum. Hinc *Lucanus l.* 6. *v.* 192. Timavum appellat *Antenoreum*, & *Martial. l.* 13. *ep.* 89. dixit *Euganeum*, quamvis idem *Martial. l.* 5. *ep.* 25. habeat: Et tu Ledæo felix Aquileja Timavo. Unde orta est aliquorum opinio, duos esse Timavos, alterum in finibus Patavinorum, alterum in finibus Carnorum. Nos putamus, & *Lucanum* & *Martialem* citatis locis, de præterea *Statium l.* 4. *silv.* 7. & infuper nonnullos posteriorum ætatis Scriptores, *Virgilii* carminibus deceptos, Patavino Medoaco Timavi nomen dedisse.

Timefactus, a, um, adject. *intimidito*, *impaurito*. *Lucret. l.* 2. *v.* 43. His tibi cum rebus timefactæ religiones Effugiunt animo. *Cic. 2. Off. c.* 7. timefacta libertas. Alii leg. *tremefactæ*.

Timendus, a, um, adject. *terribile*, *da temerfi*. *Ovid. Heroid. epist.* 4. *v.* 104. Deore timendus aper. *Id.* 14. *Metam. v.* 256. Usta timenda. *Horat. epod.* 6. Voce timenda complere nemus.

Timens, tis, nom. ex particip. *timido*, *pauroso*. *Ovid. Metam.* 14. *v.* 215. Mortem timens. *Lucr. l.* 7. *v.* 1237. vitæ nimium cupidi mortisque timentes. *Virg. Æn.* 2. *v.* 729. Comiti timens.

Timĕo, es, mui, fine sup. a. 2. *temere*, *aver paura*, יָרֵא, חָחַד, Ger. *furchten*, *forcht haben*, Gall. *craindre*, Hisp. *temer*, φοβέομαι, metuo, horreo, formido, vereor. Construitur vel absolute. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 9. Magis etiam reprehendendi, qui se timere simularunt. ¶ Vel cum accus. *Cic. l.* 1. *Fam. ep.* 5. Quanquam omnia sunt timenda, nihil magis, quam perfidiam timemus. *Martial. l.* 11. *ep.* 19. Colono Tanquam fus Calydonius timetur. ¶ Vel etiam cum dativo, præsertim cum de amicis sermo est, & tunc significat vereri, ne quid mali alicui accidat. *Ter. Heaut.* 3. 2. 20. Syre, tibi timui male. *Id. And. l.* 3. Si illum relinquo, ejus vitæ timeo. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. Religiosus judex libenter eum audit, quem justitiæ suæ minime timet. *i. e.* ne suæ justitiæ infidietur. ¶ Vel etiam cum abl. & præp. *a*, vel ab. *Cic. pro Syll. cap.* 20. A quo quidem genere, Judices, ego nunquam timui. ¶ Vel cum abl. & præp. *pro*. *Gell. l.* 19. *c.* 1. Ipsum autem pro Aristippi anima timere. ¶ Vel cum membro orationis. *Cic. 1. Ver.* Jam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui possim. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 20. Hæc quo sint cruptura, timeo. *Brut. Cic. lib.* 11. *ep.* 20. Timeo, quemadmodum hæc quo explicari possint. ¶ Vel cum conjunctivo, & particula *ne* in iis, quæ nolumus, vel *ut* in iis, quæ volumus, seu cupimus fieri. *Ter. Andr.* 1. 5. Tum autem hoc timet, ne deseras se. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 6. Sed timeo, ne non impetrem. *i. e.* ut impetrem. *Id. lib.* 14. *Fam. ep.* 2. Omnes labores te excipere video: timeo, ut sustineas. ¶ Vel cum infinitivo. *Curt. l.* 9. *c.* 6. Eloqui timeo. *Id. l.* 4. *c.* 1. Si te committere nobis times, dabimus fidem, impune venturum. ¶ Interdum significat averfari. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. Nec modica cœnare times olus omne patella.

Timesco, is, n. 3. idem fere quod timeo. *Ammian. l.* 32. *c.* 4. Athanaricus paturnper timescens.

Timide, adverb. *timidamente*, φοβερῶς, pavide, verecunde, minus audacter. *Cic. 5. Fin.* Tum ille timide vel potius verecunde, Faciò, inquit, equidem. *Id. 2. Tusc.* 23. Nequid abjecte, nequid timide, nequid ignave, nequid serviliter, muliebriterve faciamus. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Timidissime dicendum est. *Cæl. l.* 11. *B. C. c.* 19. Omnia trepidantius, timidiusque agere.

Timiditas, atis, f. *timidità*, חָרְדָה, *forcht femkeit*, Gall. *timidité*, Hisp. *temor*, δειλία, proclivitas ad timorem, angustus, & parvus animus. *Cic. 4. de Fin.* Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis nascitur. *Id. 2. Phil. c.* 29. Cur ei bello propter timiditatem defuisti?

Timidĭte, adv. *con alquanto timore*. *Apul. l.* 4. *A. A.* Timidule per balneas reptare.

Timidus, a, um, o. 1. 2. *timido*, *pauroso*, *di poco animo*, יָרֵא, Ger. *forchesam*, Gall. *craintif*, Hisp. *medroso*, δειλὸς, φοβερὸς, ἔκπληκτος, pavidus, meticulosus, qui est angusti animi. *Cic. 1. Off.* Ne imbecilles, atque timidi videamur. *Id. l.* 3. Quæ timido animo, humili, demisso, fractoque fiant. *Id. pro Marc.* Si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus, quam parum prudens. *Id. 1. Agrar.* Liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in concionibus. *Id. de Fin. l.* 2. *c.* 20. Ita non timidus ad mortem, ut in acie sit ob Republicam interfectus. *Hor. l.* 3. *od.* 19. Codrus pro patria non timidus mori. *Sin. de vit. beat. c.* 21. Nocturna, animalia abduntur in aliquas rimas, timida lucis. *Cæs. l.* 8. *B. G.* Ut vix judicari posset, utrum secundis rebus insolentiores, an adversis timidiores essent. *Ovid. l.* 1. *de Ar. v.* 117. Ut fugiant aquilas, timidissima turba, columbæ.

* Timoleontēus, a, um, τιμολεόντειος, ad Timoleontem pertinens, qui fuit vir Corinthius, pacis ac belli artibus nobilis: ut Timoleonteum gymnasium. *Nep. in Timol. in fin.*

Timŏlus. V. Tmolus.

Timor, oris, m. *timore*, *paura*, פַּחַד, יִרְאָה, חִתָּה, Ger. *forche*, Gall. *crainte*,

peur, Hisp. *miedo*, φόβος, metus, opinio mali imprudentis. *Cic. 4. Tusc. cap.* 8. Terrorem metum concutienrem, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur; timorem metum mali appropinquantis, pavorem metum mentem loco moventem, ex quo illud Enni: Tum pavor fapientiam mihi omnem ex animo expectorat. *Beut. Anyan. lib.* 13. *Fam. ep.* 2. Maximo timore de donis afficiuntur amici nostri. Rursus *Cic. Arr. l.* 5. *ep.* 20. Injicere timorem alicui. *Id. Fam.* 2. *ep.* 10. Magno in timore esse. *Id. ibid. l.* 10. *ep.* 28. Timorem alicui facere. *Id. Att. l.* 5. *ep.* 14. Magno timore esse. *Id. c.* valde timere. *Lucan. l.* 3. *v.* 82. Magno timori esse populis. *Id. c.* esse valde terribilem. Dicimus etiam, timorem omittere, deponere, abjicere, &c. *Cic. sepe*, & *Ovid.* Sic timore perculsus, timore perterritus. *Cic. ad Brut. ep.* 3. & *Div. c.* 28. ¶ Cæcis gentibus Timor fuit in numero Deorum filius Erebi, & Noctis. *Cic. 3. de nat. Deor.*

Tina, æ, f. 1. *sina*, *tavlon*, vas vinarium, ex eorum genere, quæ in mensam inferuntur. *Varr. l.* 1. *de vit. P. R. apud Non. c.* 15. *n.* 7. Antiquissimi in conviviis urres vini primo, postea tinas ponebant. Ex his *Varronis* verbis satis apparet hoc vasis genus minus, & omnino diversum ab eo, quod apud nos sub hoc vocabulo habetur. His namque vasis e ligno fabricatis nostri excipiunt mustum, & cum vinaceis ebullire sinunt.

Tinca, æ, *tinca*, piscis paludtris, & fluviatilis, sine squamis. *Auson. in Mosel. v.* 125. Quis non & viridis vulgi solaria tincas Norit?

Tinctilis, & le, o. 3. *tinto*, טָבוּל, Ger. *tunckig*, Gall. *teint*, Hisp. *tenido*, βαπτὸς, quod inflictum est. *Ovid. l.* 3. *Trist. el.* 10. *c.* 64. Nam volucri ferro tinctile virus ineft.

* Tinctĭto, onis, f. *Tertull. de Cor. Mil. c.* 13. secundum quosdam.

* Tinctor, oris, m. *tintore*, βαφεὺς, qui tingit. *Vitr. l.* 7. *c. ult.* Tinctores cum volunt fil imitari, violam avidam cum aqua conservescere faciunt, &c.

Tinctorium, & } v. Cinctorium.
Tinctorius, a, um, }

Tinctūra, æ, f. *tintura*, Ger. *ein tunchung*, *farb*, Gall. *teinture*, Hisp. *tenidura*, βαφὴ, infectio, imbuito coloris. *Plin. l.* 37. *c.* 9. Adulteratur maxime tinctura.

Tinctus, us, m. idem ac tinctura. *Pl. l.* 10. *c.*

utebantur in sumendis supplicüs, *nam* qui ad supplicium ducebantur, tintinnabula gerebant, teste *Zonara*.

Tintinnio, is, & Tintinnio, is, Tintinno, & Titinno, as, p. *vi sonare*, tinnitum edo, tinnio, πολυήχω. *Afran. apud Fest.* Ottiarii impedimenta titinnire audio. *Nev. ibid.* Tintinnabant compedes. *Nigid. apud Non. c. 1. n. 188.* Itaque ex ære in Saliaribus Altanus *tintinnat*.

Tintino, as, *n. idem quod* tinnio. V. Tinnio.

* Tintinnus, i, m. Tintinnabulum. *Venant. Fort. l. 2. car. ult. v. 49.* Tintinnum rapit alter inops, magis improbus ille, Qui jumentorum colla tenere solet.

* Tinus, i, f. τῖνος, genus lauri silvestris. *Plin. 15. 30. & 17. 10.*

Tiphe, es, τίφη, genus frumenti. *Plin. l. 18. c. 8. & 10.*

* Tiphyon, τίφυον, τύφον, genus floris æstivi. *Plin. l. 21. c. 11.*

Tiphys, m. 3. τίφυς, vir arte carpentaria celebris, qui primus gubernandi naves adminiculà instituit. Argonautarumque Colchica expeditione gubernator fuit. *Virg. eclog. 4.* Alter erit tum Tiphys, & altera, quæ vehat Argo Delectos heroas. *Ovid. Heroid. ep. 6. v. 48.* Quid tibi cum patria, navita Tiphy, mea?

Tipula, & Tipulla, æ, f. genus insecti, quod in fontibus, ac rivis vivitur, summa celeritate superficiem aquæ percurrens. *Fest.* Tipulla bestiolæ genus sex pedes habentis, sed tantæ levitatis, ut super aquam currens non desidat. *Plautus Pers. 2. 2. 62.* Neque tipulæ levius pondus est, quam fides lenonia.

Tiresias, æ, m. τειρεσίας, vir Thebanus, filius Heveri, al. Peneti, insignis vates. Cum aliquando in Citharone M. vidisset duos dracones coeuntes, obtervata foemina ex iis, occidit illam, quo facto in fœminam & ipse mutatus est. Deinde cum rursus post septem annos eodem pacto & marem draconem interfecisset, in pristinam formam rediit. Contigit igitur aliquando, certantibus inter se Jove, & Junone, viri ne, an fœminæ majorem ex Venere voluptatem caperent, ut ille judex sit adhibitus, ut qui utrumque fuisset sexum expertus. Tiresias autem pro Jove sententiam tulit, asserens, multo plus voluptatis ex coitu fœminas percipere. Ob hujusmodi judicium a Junone excæcatus est. Jupiter autem in solatium visus amissi, divinationem illi dedit. Alii propterea excæcatum dicunt, quod Palladem nudam in fonte conspexerit. *Strabo l. 9.* auctor est, Tiresiæ sepulcrum fuisse sub Tilphosso M. Bœotiæ, juxta fontem Tilphossam, ubi profugus diem suum obiit, cum jam senex gelidissimam illius aquam hausisset. Ibi Thebani cives sepulto divinos honores tribuere. Fuit Tiresiæ filia fatidica nomine Manto, quæ in Italiam venit, & ex Tiberi fl. filium peperit Ocnum, qui in Cisalpina Gallia oppidum condidit, & a nomine matris Mantuam appellavit. *Stat. l. 10. Theb.* Sibi callidus ista Tiresias, nataque canat. ¶ A Poetis usurpatur pro homine cæco. *Juv. sat. 13. v. 248.* Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse Deorum.

Tiro, onis, m. *tirone, soldato novello*, תִּירוֹן, νέος στρατιώτης, miles novus, & fortis ad militiam exercendam. Scribitur non pen, sed per i, ut est in *Pand. Florimo* & in antiqua inscripticne: in quo perperam sententiam mutavit *Manutius*, falsa inscriptione deceptus. Nec enim vetam esse, satis ostendit *Antonius Augustinus, dial. 11.* telte *Vossio in Etymol. Cic. 2. Tusc.* Ætas tironum plerumque melior, sed ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. *Liv. l. 40.* Veteribus militibus tirones misceantur. ¶ Adjectivi more, *tiro exercitus* dicitur, qui ex tironibus constat. *Cic. l. 7. Fam. ep. 3.* Signa tirone, & collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit. ¶ Per translationem tironem appellamus, qui prima in quacunque arte ponit rudimenta, νουκίιος, πρωτόπειρος. *Cic. 1. de Orat. c. 50.* Fateor, calidum quendam hunc, & nulla in re tironem, ac rudem in agendo esse.

Tiro, onis, m. libertus Ciceronis in omni literarum genere exercitatissimus, qui ipsi Ciceroni in studiis adjutor fuit. Libros de usu atque ratione linguæ Latinæ, item de variis, atque promiscuis quæstionibus composuit. Ad eum multæ Ciceronis epistolæ extant. *Gell. l. 7. c. 3. & l. 13. c. 9.*

Tirocinium, ii, n. *tirocinio, novizziato*, πρωτοπειρία, μελέτησις, primum rudimentum, seu experimentum militiæ. Hinc tirocinium ponere, aut deponere, est, primum experimentum militiæ dare, & stipendia mereri incipere. *Justin. l. 12. c. 4.* Constantiores futuri, si non solum tirocinia, verum & incunabula in ipsis castris posuissent. *Id. lib. 9. cap. 1.* Ut sub militia patris tirocinii rudimenta deponerent. ¶ Translate ponitur pro prima actione in quacunque arte, seu pro primis artis alicujus rudimentis. *Plin. l. 7. c. 48.* Luceja in scenam producta fuerat tirocinio a M. Pomponio Ædili Plebis. *Vennlej. l. animi, ff. de adil. edict.* Novitium autem non tirocinio animi, sed conditione servitutis intelligi. ¶ *Tirocinium fori* dicebatur, cum in forum primum adolescentes deducebantur, ut publice versari, & agere cum populo inciperent, & *tirocinium Oratorum* vocabatur, cum Oratores futuri in forum deducti quasi Oratoriæ arti, & agendis causis initiabantur. Hoc tirocinii die posita prætexta togam virilem sumebant. *Suetan. in Ner. c. 5.* Neronem, & Drusum Patribus commendavit, diemque utriusque tirocinii consiario Plebi dato celebravit. *Id. in Calig. c. 10.* Uno eodemque die togam simpsit barbamque posuit, sine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum ejus. ¶ *Tirocinium navium*, cum primum mari committuntur naves, & veluti in Neptuni militiam conscribuntur. *Plin. l. 24. c. 7.* Optima hæc a tirocinio navium.

¶ Tirocinio ætatis labi, h. e. simplicitate, insicitia. *Declam. in Sallust. c. 5.*

Tirölis, seu Tyrolis, f. 3. Ital. *Tirolo*, Gal. *le Tirol*, regio Germaniæ Meridionalis, partem Orientalem Rhætiæ propriæ antiquæ tantum complectens. Terminatur a Sept. Bavariæ Ducatu, a Mer. ditione Veneta, ab Or. Diœcesi Salisburgensi, & Carinthia, ab Occ. Rhætis, & Helvetiis. Sic dicitur a Teriolo, hodie *Tirol*, tenui castro ad Athesim, prope Meranum. Ab Alpibus Tridentinis fere bifariam scindiur. Rigatur Athesi, & QEno fl.

Tironätus, us, m. tirocinium. *Lib. 7. Cod. Theodos. tit. 13.* Tempore tironatus eorum procuratores præsententur.

Tirociänus, a, um, quod ad Tironem Ciceronis libertum spectat. *Gel. l. 1. c. 7.* In oratione Ciceronis 5. in Verrem, libro spectatæ fidei, Tironiana cura, atque disciplina facta.

Tirunc̃ula, æ, fœm. quæ in arte aliqua adhuc rudis est, nova, adolescens. *Col. l. 7. c. 12. de cane:* Quoniam tirunc̃ula nec recte nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tirunc̃ulus, i, m. parvus tiro, juvenculus, qui prima in arte aliqua cœpit ponere rudimenta. *Plin. l. 3. ep. 6.* Quod me quanquam tirunculum solicitavit ad emendum. *i. e* rudem in cognitione signorum. *Juven. sat. 11. v. 142.* Nec latus Aphræ Novit avis nostet tirunculus.

Tiryntbius. V. Tyrinthius.

Tis, σοῦ, genitivus singul. pronominis *tu*, apud vet. *Plaut. Mil. 2. 4. 42.* Tis egeat, qui re careat.

Tisiphöne, es, f. τισιφόνη, una ex Furiis, a τίσις, ultio, & φόνος, *cades*, quia cædibus plectendis præest. *Hor. lib. 1. sat. 8.* Hecaten vocat altera lævam, altera Tisiphonen.

Tisiphonëüs, a, um, Tισιφόνειος, ad Tisiphonem pertinens. *Ovid. 4. Trist. el. 9. v. 6.* cupiasque evadere vitæ tempora, si possis, Tisiphonea tuæ. *h. e.* noxia, maligna, invida.

Titan, anis, vel Titänus, i, m. τιτάν, filius Cæli, & Vestæ, frater Saturni. Sex filios ex Titea uxore suscepit, qui ab eo *Titanes* sunt appellati. Cum esset major natu, & patri succedere vellet tamen animadverrens, matrem, & sorores Saturno magis favere, Regnum ipsi concessit, hac tamen lege, ne Saturnus prolem masculam alceret, ut Regnum ad suos filios perveniret. Igitur Saturnus liberos suos devorare cœpit, statim ac nati essent. Sed Opis, sive Rhea Saturni uxor Jovem, Neptunum, Plutonem nutriendos clam ablegavit, marito autem lapides, quos se peperisse dicebat, devorandos obtulit. Id cum Titan cognovisset, cum filiis suis bellum gessit adversus Saturnum, & Opim, quod conventioni non steritsent, eosque capros muro inclusit, qui postea a Jove filio victis Titanibus liberati sunt. *Boce. l. 4. c. 1.* ¶ Ponitur etiam pro Sole. Nam Sol secundus filius fuit Hyperionis, teste *Cic. 2. de Nat. Deor.* Hyperion vero Titanis. Aliqui dicunt, Hyperionem Solis, ac Lunæ, stellarumque motus primum observasse, atque demonstrasse, ideo Solis parentem, & astrorum fingi. *Cic. in Arate:* Quem cum perpetuo vestivit lumine Titan.

Titänes, um, m. pl. vel etiam Titani, orum, filii Titanis, & Titeæ. Sed aliqui dicunt ex Terra ortos esse absque patre. *Servius in 6. Æn.* Terra primum Titanas contra Saturnum genuit, Gigantes postea contra Jovem. Et ferunt fabulæ, Titanas ab irata contra Deos Terra ad ejus ultionem creatos. Unde & Titanes dicti fuerint ἀπὸ τῆς τίσεως, idest ab ultione. *Cic. 3. de Leg.* Melius vero Plato Titanum e genere statuit eos, qui ut illi Cælestibus, sic hi adversabantur Magistratibus. *Id. 2. de nat. Deor.* Sed etiam, ut cum Titanis, ut cum Gigantibus, propria bella gesserunt.

Titania, æ, f. Diana, seu Luna, filia Hyperionis, neptis Titanis. *Ovid. 3. Met.* Dumque ibi perluitur solita Titania lympha.

Titaniäcus, a, um, idem ac Titanius. *Ovid. 7. Met. v. 399.* Hinc Titaniacis ablata draconibus iuerat Palladias arces.

Titänis, idis, f. Τιτανίς, aqui fœm. quæ ad Titanem, vel Titanas pertinet. *Ovid. 6. Met. v. 185.* Latonam Titanida. *Id. 5. Fast. v. 81.* Titanida Thetin. *Juven. sat. 8. v. 132.* Titanida pugnam.

Titanius, a, um, quod ad Titanes spectat. *Virg. 6. Æn.* Hic genus antiquum terræ, Titania pubes, Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo. *Id. ib.* Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra. ¶ Substantive Titanium pro Sole posuit *Avien. in Arat. v. 127.*

Titänus, i, m. fluvius, & oppidum Mysiæ, seu Æolidis. *Plin. l. 5. c. 30.*

Titaressus, m. 2. Titaresus, Titarestus, *Titaresio*, fl. Thessaliæ, qui oritur ex Titano M. fluit apud Pharsalum urb. & in Peneum labitur. *Lucan. l. 6. v. 376.*

Tithonæus, a, um, adj. ad Tithonum pertinens, ut Memnon Tithonæus, h. e. Tithoni filius. *Avien. in perieg. v. 368.*

* Tithönis, idis, f. τιθωνίς, aurora uxor Tithoni. *Stat. l. 5. Sil. 1. v. 34.*

Tithonius, a, um, adj. ad Tithonum pertinens, ut Tithonia conjux, h. e. Aurora, *Ovid. 3. Fast. v. 403.* & *Tithonia* absolute dicatur a *Val. Flacc. l. 1. v. 311.*

Tithönus, m. 2. τιθωνός, filius Laomedontis, frater Priami. Cum juvenis esset, & decorus, ab Aurora, ut fabulæ ferunt, dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. *Virg. Æn. 4. v. 585.* Tithoni croceum linquens Aurora cubile. ¶ Immortalitatem impetravit a Diis, non tamen cartuit infelici senecta. *Hor. l. 2. od. 16.* Longa Tithonum minuit senecta. ¶ Audita Memnonis filii morte, in cicadam versus est. *Hor. l. 1. ode 28.* Tithonusque remotus in auras.

Tithoræa, f. 1. urbs Phocidis, in cacumine Parnassi M. a Tithorea Nympha. Ibi Zetus, & Amphion conditi sunt. *Pausan. l. 6.*

Tithymälus, m. & Tithymalon, n. *titimaglio*, τιθύμαλος, τιθύμαλον, (*Suidas* τιθύμαλλος scripsit) herba folio levi, albo, capire fabæ magnitudine, cujus septem species Dioscorides enumerat. *Plin. l. 20. c. 19.*

Titia lex dicta est a L. Titio, qui eam tulit, cavirque, ne quis ob orandam causam munera aut pecuniam a cliente acciperet. *Auson. epigr. 88.* ¶ De alia Titia lege V. in *Atilia*.

Titiæ aves. V. Titus.

* Titialis, le, Titiensis. *Gruter. p. 304. n. 9.* Q. Cæcilio Feroci Kalatori Sacerdotii Titialium Flavialium, &c. *b. e.* Sacerdotum institutorum in honorem Vespasiani & Titi Impp. ex gente Flavia.

Titiänus, a, um, ad Titium aliquem pertinens, ut Titianus fundus. *African. Dig. ff. l. 23. tit. 3. leg. 50.*

Titiensis, vel Tities, iidem qui Tatienses. *Propert. l. 4. eleg. 1.* Hinc Titiens, Rhamnesque viri, Luceresque coloni.

Titiensis tribus a prænomine Tatii Regis appellata videtur, ait *Festus*, fuitque una ex illis tribus, in quas primum Romulus populum Romanum divisit, quæ a *Varrone l. 4. de L. L.* Tatiensis appellatur.

Titii Sodales, Sacerdotes Apollinis, qui extra Urbem in tuguriis certa auguria observabant, a *titis* seu *titiis* avibus, quæ pium palumbes, seu columbæ agrestes. *Var. l. 4. de L. L.* Titii Sodales dicti ab titiis avibus, quas in auguriis certis observare solent. *Lucan. l. 1. v. 602.* Septemvirque epulis sacris, Titiique Sodales.

Titillamentum, i, n. idem quod titillatio. *Fulgent. l. 2. Mythol.* Tantalus, cui fallax aqua gulosis labia titillamentis atfingit.

Titillatio, onis, f. *sollatico*, γαργαλισμός, actus titillandi. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 40.* At has leviores ducis voluptates, quibus quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbum) sensibus adhibetur. *Id. de Sen. c. 14.* At non est voluptatum tanta quasi titillatio in sensibus.

Titillätus, us, m. idem ac titillatio. *Plin. l. 11. c. 37.* Quod titillatu maximo intelligatur alarum, quas subit.

Titillätus, a, um, partic. a titillor. *Auson. in Epig. 108.* Titillata brevi cum jam sub fine voluptas.

Titillo, as, a. 1. *titillare, sollaticare, dilaticare*, חלץ, γαργαλίζω, est levi attrectatione alarum, aliarumve mollium corporis partium risum cuipiam movere. Factum est e *titillo, velio*, seu *vellico*, geminatione primæ syllabæ. Nam ex levi vellicatione, sive tractione proveniet titillatio. Hoc sensu usurpatur *titillatus* nomen a *Plinio*. V. *Titillatus, us*. ¶ Per translationem accipitur pro commovere, provocare, blandiri. *Hor. lib. 2. sat. 3.* Præterea ne vos titiller gloria. *Cic. 1. de Fin. c. 11.* Si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suavitate afficeret.

Titillus, li, m. titillatio. *Leg. 8. Cod. Theodos. tit. 5.* Flagrum, cujus in cuspide brevis aculeus pigrescentes arcus innoxio titillo poterit admonere.

* Titinnio. V. Tintinnio.

Titinnius, ii, m. vetus quidam Poeta, cujus multa loca refert *Nonius* in suo opere de propriet. ferm.

Titio, onis, *tizzone*, אֵזֶר, Ger. *ein brand*, Gal. *tison*, Hisp. *tizon, δαλός*, lignum adustum, quod ab igne extrahitur, tortis. *Celsi. l. 3. c. 12.* Maximeque involutis testis, & extinctis titionibus.

Titivillitium, ii, n. *cose da nulla*, בלימה, significat rem vilem, & nullius pretii. *Plaut. Cas. 2. 5. 39.* Non ego isthuc verbum emissum titivillitio. ¶ *Festus* scribit vocem hanc esse nullius significationis, ut βλίτυρα, & σπινδαψός apud Græcos. *Fulgens. Planc. de Prisco sermo. n. 20.* ait, titivillicia dici fila putrida, quæ de tela cadunt, *le filaccie*.

Titius, ii, m. poeta quidam Lyricus, cujus meminit *Hor. l. 1. ep. 3.* ¶ Titius etiam nomen fuit cujusdam incompositæ saltationis, & gesticulationis, de qua ita *Cic. de clar. Orat. c. 62.* Sextus Titius, inquit, homo loquax sane, & satis acutus, sed tam solutus, & mollis in gestu, ut saltatio quædam nascereretur, cui saltationi Titius nomen esset. ¶ Est præterea Titius Romanum nomen, ut L. Titius, P. Titius.

Titübans, antis, o. 3. ὑποφερόμενος, part. a titubo. *Cic. pro Dom. c. 54.* Nedum valeat id, quod imperitus adolescens mente, ac lingua titubante feciste dicatur. *Ovid. 4. Met.* Quique senex ferula titubantes ebrius artus Sustinet. *in e.* Silenus.

Titübanter, adv. *inconstantemente*, παρωφόρως, σολερῶς, inconstanter. *Cic. pro Cæl. c. 7.* Posuistis enim, atque id tamen titubanter, & stricim, conjurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse. *Auct. ad Herenn. l. 4. cap. 41.* Titubanter loqui.

Titübantia, æ, f. idem ac titubatio. *Suet. in Vitel. c. 6.* Ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris prope mutum, & elinguem. *Id. in Claud. c. 30.* Titubantia linguæ.

Titubatio, onis, f. *titubazione, vacillamento*, βόσπις, συγκλόνησις, actus titubandi. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 8.* Ut ne parvula quidem titubatione aut offensione impediremur. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 6.* Titubatio linguæ.

Titübatus, a, um, *vacillante*, συγκλονθείς, part. pass. a neutr. titubo. *Virg. 5. Æn. v. 331.* Hic juvenis jam victor ovans vestigia presso Haud tenuit titubata solo.

Titübo, as, n. 1. *titubare, vacillare*, הִכְשִׁיל, נָפַל, Ger. *schwancken*, Gal. *chanceler*, Hisp. *bambalearse*, περιφέρομαι, συγκλονέομαι, vacillo, instabilis sum, insistere nequeo, & proprie de lingua, ac pedibus dicitur. *Ovid. 3. Met.* Ille mero, somnoque gravis titubare videtur. *Id. l. 3. Trist. eleg. 11.* Hæc ubi sum furtim lingua titubante locutus. ¶ Transfertur ad animum, quoties ab animo verba dissentiunt, quod inconstantiæ, ac levitatis signum esse dicitur. *Cic. pro Flac.* Una ex domo prodeunt, si verbo titubarint, quo revertantur, non habebunt. *Hor. l. 1. ep. 13.* Cave ne titubes, mandataque frangas. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Plaut. Mil. 3. 3. 69.* Cogitate, nequid, ubi miles venerit, titubetur. *Cic. 3. de Or. c. 50.* Versus æque prima, & media, & extrema pars attenditur, qui debilitatur, in quacunque sit parte titubatum.

* Titulätus, a, um, titulo infignitus. *Pomp.* apud *Non. c. 1. n. 68.* Mulier ubi aspexit tam mirifice titulatam truam.

Titŭlo, as, a. 1. *intitulare, chiamare*, titulum seu nomen indere. *Tertull. adverss. Jud. c. 9.* Magos quoque Samaritanorum appellatione titulavit. *Id. de anim. c. 13.* Animæ nomine totius hominis mentio titulata est.

Titŭlus, i, m. *titolo, d'gnità*, כֹּתֶב, מִשְׁבָּצָה, Ger. *titrel, od. uberschrifft*, Gall. *titre*, His. *titulo, τιτλος*, dignitas, honor, nomen, a τίτος, *honoratus*, quod ἀπὸ τίτων, *honorare*. Si *Varronem* audimus, & *Festum*, dicitur a *tuendo*, quasi *tutulus*. Nam *Festus* & milites sit dici titulos, quia patriam tuerentur. *Cic. in Pison. cap. 10.* Sustinere titulum Consulatus. *Ovid. 2. Fast. v. 15.* At tua prosequimur studioso pectore, Cæsar, Nomina, per titulos ingrediemurque tuos. ¶ Præterea titulus notat inscriptionem; cujusmodi est inscriptio illa, quæ libri initio fit, qua materia ejus sub aspectum subjicitur una cum nomine Auctoris; item inscriptio, quæ singulis libri capitibus præfigitur, quam *Jurisconsulti* rubricam vocant, estque summa rerum, quæ tractantur. *Ovid. lib. 1. de Rem. Am.* Legerat hujus Amor titulum, nomenque libelli. *Mart. l. 27. ep. ult.* Primus ubi est, inquis, cum sit liber iste secundus? Quid faciam, si plus ille puderis habet? Tu tamen hunc fieri si mavis Regule, primum, Unum de titulo tollere jota potes. *Suetan. in Domit. c. 5.* Plurima, & amplissima opera incendio consumpta restituit, sed omnia sub titulo tantum suo, ac fine ulla pristini auctoris memoria. ¶ Sumitur apud Jurisconsultos interdum pro toto capite libri, videlicet pro omni eo, quod in contexta explicatur. Sic in libris legalibus tituli nomine παραπίτλον dicitur. *Titulo uti* dicitur in vetustis lapidibus, præsertim Brixianis, qui, inscriptione appositæ, suum erga aliquem testatur animum, ἐπιγραφην. *Gruterus p. 306. 3. pr. 458. 8. p. 471. 1.* & *Donins Class. 7. 186.* ¶ Item pro programmate, seu inscriptione, qua significatur, domum aliquam esse venalem, vel locandam. Hinc sub titulum ire domus dicitur, quæ venalis fit. *Tibul. l. 2. eleg. 4.* Ire sub imperium, sub titulumque lares. Sic, sub titulum mittere, est venalem facere. *Ovid. de remed. amor. v. 302.* Sub titulum nostros mitt avara lares. ¶ Insuper titulus ponitur pro prætexta, & causa. *Liv. l. 37. c. 54.* Et meminisse, quem titulum prætenderitis prius adversus Philippum, nunc adversus Antiochum belli. *Suetan. in Aug. c. 32.* Plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non ficinoris societatem coibant, *sotto pretesto*.

Titus, vel Titius, m. 2. genus avis, idem ac palumbes, seu columba agrestis. *Isidor. lib. 12. Orig. cap. 7.* ait, palumbes appellari ex cantu a moribus castis, quia amisso corporali consortio solitariæ incedant, nec carnalem copiam ultra requirant. *Cornutus in Pers. sat. 1. v. 20.* contrarium scribit, has aves ardere libidine, & ab his titos appellari a membri virilis magnitudine, qui ad libidinem sunt proni. *Varr. l. 4. de L. L.* Titii Sodales dicti ab titiis avibus, quas in auguriis certis observare solent.

Titus, m. 2. prænomen Romanis familiare, quasi τίτος, *honoratus*, quod a τίω, *honoro*. Sed *Festus* a tutando derivat, his verbis. Tituli milites appellantur, quasi tutuli, quod patriam tuerentur. Unde & Titi prænomen ortum est. At *Cornutus*, vel quisquis interpres ille *Persii*, qui nomen illud præfert, quo loco exponit istud Poetæ sat. 1. vers. 20. *Iugentes trepidare Titos*, ait, Titos a inembri virilis magnitudine vocari eos, qui ad libidinem sunt proni, ficut aves, quibus comparantur, titi.

Titus, m. 2. cognomine Vespasianus, filius Flavii, frater Domitiani, Imperator Romanorum, circa ann. Christi 81. Optimus Princeps fuit, Populoque Romano adeo charus, ut vulgo orbis amor, & deliciæ humani generis diceretur. V. ejus vitam apud *Suetan.*

* Tityrus, ii, m. τίτυρος, genus animalis. *Eugen. Toletan. carm. 22.* Tityrus ex ovibus oritur, hircoque parente. ¶ Translate capitur pro Virgilio & quovis pastore apud *Ovid. Propert. Virgil.*

Tityus, m. 2. τιτυός, filius Jovis ex Elara filia Orchomeni, quam prægnantem Jupiter, timens Junonis iram, occultavit in terram: ex quo factum est, ut nascens puer, ex terra natus videretur. Cum ad integram ætatem perveniisset, tantæ magnitudinis gigas evasit, ut jacens novem jugera occuparet. Aliquando captus amore Latonæ Apollinis matris eam de stupro interpellavit. Quamobrem Apollo iratus, sagittis ipsum confodit, & apud Inferos relegavit, ejusque jecur vulturibus lancinandum apposuit, hac lege, ut consumptum renascteretur illico, & sic nunquam vultures a discerpendo cessarent, nec ipse a paciendo. *Virg. 6. Æn. v. 590.* Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat. *Ovid. l. 1. de Pont. eleg. 2.* Sic inconsumptum Tityi, semperque renascens Non perit, ut possit sæpe perire, jecur. *Tibul. l. 1. eleg. 4.* Porrectusque novem Tityus per jugera terræ Assiduas atro viscere pascit aves.

T A N T E M.

Tmesis, f. 3. τμῆσις, species Hyperbari, qua aliqua vox, præsertim composita, dividitur, & inter utramque partem alia vox interponitur. *Virg. 1. Georg.* Septem subjecta trioni, *pro* Septentrioni. *Id. 5. Æn.* Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu, *pro* circumfudit. Ubi *Servius*: Figura Tmesis est, quæ fit, cum festo uno sermone aliquid interponimus. Sed hoc tolerabile est in sermone compositio: cæterum in simplici nimis est asperum, quod tamen faciebat antiquitas, ut Saxo cere comminuit brum. Qratores etiam hac figura utuntur. *Cic. pro Sext. c. 31.* quod judicium cumque subierat, damnabatur.

Tmolites, is, ex monte Tmolo, ut Tmolites vinum apud *Plinium l. 14. c. 7.*

Tmolius, a, um, adj. ad Tmolum pertinens. *Ovid. 4. de Pont. ep. 15.* Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.

Tmolus, & Timölus, li, τμῶλος, m. *Tomalitze*, mons Phrygiæ Magnæ, in conf. Lydiæ, ad flu. cogn. in agro Trallensi, & Sardensi, vitibus consitus. Inter alia crocum plurimum gignit. Ex eo Pactolus amnis profluit, aureas arenas ferens. *Ovid. 5. Met.* Riget arduus alto Tmolus in aëthera, clivoque extensus utroque Sardibus hinc, parvis illinc finitur Hypæpis. *Id. l. 6. v. 15.* Defleruere sui Nymphæ vineta Timoli. *Plin. l. 4. c. 29.* Celebratur Lydia maxime Sardibus in latere Tmoli montis, qui ante Timolus dicebatur.

Tmolus, m. 2. fl. Phrygiæ Magnæ, in confin. Lydiæ, qui ex ejusdem nominis monte profluit, & in Mæandrum per Sardes, quas alluit, influit. In eo coticula invenitur auro explorando utilis. *Plin. l. 33. c. 8.*

T A N T E O.

Tocullio, vel Tocullio, onis, m. τοκυλλίων, fœnerator, a τόκος, usura. *Cic. l. 2. Att. ep. 1.* Neque enim ista tua negotia provincialia esse putabam, neque te in tocullionibus habebam, *h. e.* non putabam te esse in iis, qui usuram exercent, pecuniam cum fœnore exigentes a provincialibus. Utitur autem *Cicero* Græco verbo, quia ad Atticum scribit Græcæ linguæ studiosissimum. In quibusdam libris legitur *decurionibus*, quod sane mendosum videtur.

Todi, &

Todilli, orum, m. parvæ quædam aves, quarum meminit *Plautus in Syro*, cum ait: Cum extritis talis, cum todillis crusculis. Hæc *Festus*. Quo tamen loco multiplex est lectionis varietas.

* Tocharchus, i, m. ἀρχιτέκτων, שׁוֹטֵר, τοίχαρχος, qui in navi præest remigibus. *Hygin. fab. 14.* Tœcharchi autem fuerunt Zetes & Celais Aquilonis filii.

Tofaceus, & Tophaceus, a, um, τοφώδης, quod ex tofo est. *Plin. l. 17. c. 7.* Est alba, rufa, columbina, argillacea, tofacea, arenacea.

Tofitus, & Tophitus, a, um, adj. *di tofo*, qui est ex tofo, τόφινος. *Capitolin. in Max. c. 6.* Lapides tofitios friare. *Suet. in Claud. c. 21.* Circo marmoreis carceribus, aurataque metis, quæ utraque & tofina, ac lignea ante fuerant, exculto.

Tofosus, & Tophosus, a, um, adj. idem quod Tofaceus. *Sidon. l. 3. ep. 13.* Verruca humore tofosa.

Tofus, m. 2. *tofo*, τῶφος, lapis cavernosus, & scaber, qui facile in arenam resolvitur. Pro eo etiam *tophus* scribitur, quasi plane Græcum sit. *Virg. 2. Georg. v. 224.* Et tofus scaber, & nigi es exesa chelydris. *Plin. l. 17. c. 4.* Nam tofus scabra natura.

Toga, æ, f. τήβεννα, תַּכְרִיךְ, Ger. *burgerrock, ein langer ehrenrock*, Gal. *une robbe longue*, His. *toga*, τήβεννος, τήβωνος, exterior vestis communis omnium Romanorum, tum nobilium, tum ignobilium, tum loquentium, tum inopum. Unde *togatam gentem* pro Romanis posuit *Virg. 1. Æn. v. 286.* ¶ Dicta est a *tegendo*, tum quia totum tegebat corpus; tum quia aliis interioribus vestibus superinjiciebatur; tum etiam quia olim straguli vice lectos ea sternebant, teste *Varrone* apud *Non. c. 14. n. 25.* Hinc est, ut togam pro tecto etiam usurpaverit *Tisinius* apud *eund. Non. c. 1. n. 3.* quæ tamen notio jam obsolevit. Igitur toga vestis fuit rotunda, & usque ad pedes demissa, clausa, & sine manicis, quæ uno conjectu totum corpus, & utrumque brachium operiebat. Ea in superiori parte, qua ad cervices sedebat, ita laxa apetiebatur, ut dextrum brachium commode exeri, imo & totus humerus ostendi posset: brachium vero sinistrum non per eundem

hiatum exerebatur, sed ex inferiori parte sub ipsa toga extensum extremam oram in rugas, plicaturasque contractam colligebat, subducebarque ad sinistrum latus, læva manu extante. Rugas eas, & plicaturas, quæ superne a dextra cervicis parte cadentes exerto brachio colligebantur ad pectus, atque oblique ad sinistrum humerum instar balthei decurrebant, *sinum togæ* appellabant. Neque tamen semper, neque omnibus idem mos fuit togæ gestandæ: nam antiquissimis temporibus nulli sinus fuere, tum quia brachium sub toga tunc renere solebant, quod præter cæteros diserte notat *Quinct. l. 11. c. 3.* tum quia ipsa togæ angustior illis fuit, & magis corpori adstricta: postea fusior, laxiorque adhiberi cœpta est, maxime vero ab iis, qui molli vestitu gauderent, ex qua majores sinus fiebant, adeo ut interdum a dextera parte totum humerum usque ad lumbos detegerent, ad ostendam pretiosam tunicam, vel latum clavum in ea intextum; a sinistra vero laciniam in humerum usque rejiciebant. Præterea adolescentes cum primum virilem togam sumebant, solebant priore illo anno brachium (dexterum intellige; nam sinistrum semper collectam togæ laciniam sustinendo quodammodo impeditum erat) non exerere, præsertim si forensia stipendia auspicarentur, ut loquitur *M. Sen. in excerpt. controvers. l. 5. controv. 6.* qui ramen mos etiam temporibus Ciceronis exoleverat, ut ex ipsius oratione *pro Cal. c. 5.* colligitur. Candidati quoque in honorum petitionibus brachium continebant, & tunc solum exerebant, cum prensandi causa manus porrigenda esset: quod videtur esse quibusdam *trans ponderu dexteram porrigere* apud *Hor. l. 1. ep. 6. v. 49.* hoc est dexteram togæ pondere cohibitam exerere, & extendere. ¶ Cum Romanis mos esset aperto semper capite, præsertim in Urbe, incedere (extra Urbem enim in itinere pileos, petasos, aut aliud tegumenti genus contra aeris injurias adhibebant) facile tamen erat, si opus esset, caput togæ operire, quod fiebat partem superiorem togæ sub dexterum humerum dejectæ revocando, & supra caput adducendo: atque ea positione toga super utrunque humerum æqualiter sedebat, & nihilominus tatis idhuc parebat ante pectus ad brachium exerendum: hac ratione caput obvolvebant sacra facturi: quod videre est in icone veteris lapidis apud *Ferrar. de re vestiar. l. 1. c. 10.* Cæsar quoque a conjuratis impetitus eodem modo caput obnupsit, ut est apud *Suetan. in ejus vit. c. 82.* Verum tamen est, aliquando non superiorem oram, sed inferiorem laciniam ad caput tegendum fuisse adhibitam, quod *Lipsius* apud eundem *Ferrar. loc. cit.* multis ostendit. ¶ An toga cingeretur, quæritio est apud Eruditos. Affirmat *Macrobius*, quem satis refellit *Ferrar. l. 2. c. 12.* At *Manut. de quæsit. per epist.* de tunica Maerobium, non de toga locutum fuisse putat. Sane in omnibus togatorum hominum imaginibus, quas affert idem *Ferrar.* nullus cinctus apparet, sed toga partim sinistro humero, partim sinistro brachio fulta sustinetur. ¶ Materia togæ fuit lana cocta, quæ si longiore pilo esset, *toga pexa* dicebatur, scilicet ob villorum densitatem: hinc *trisam* togam *pexa* opponit *Martial. l. 2. epigr. 44.* & *l. 3. ep. 36.* ¶ Toga *rasa* dicebatur, quæ ex lana minime villosa confecta erat, eratque apta æstivo tempori, ficut *pexa* hiemali. *Id. lib. 2. ep. 85.* ¶ A texturæ etiam & lanæ genere togæ dicebantur *rudis, densa*, &c. ¶ Color togæ albus fuit, h. e. nativus albæ lanæ, qui nonnihil ad fuscum accedit: proterea ut non alba solum, sed etiam candida esset, amplius adhuc dealbabatur, creta adhibita ad id apta; quam ob rem *cretatam ambitionem* dixit *Pe sius sat. 5. v. 177.* candidatos intelligens. ¶ Toga vero atrata, seu pulla adhibebatur in privato luctu. V. *Pullus*. Nam in luctu publico, togis depositis, saga sumebant. *Cic. Phil. 12. & 14.* ¶ Toga palmata dicebatur, quæ palmas intextas habebat. V. *Palmatus*. ¶ Toga picta, hoc est acu elaborata. V. *Pictus*. ¶ Alia prætexta fuere togarum genera; *Prætexta*, de qua V. suo loco; *Pura*, quæ prætextæ opponitur; quia scilicet nullo purpuræ prætextu distincta, quam sumebant adolescentes, cum prætextam deponebant. *Cic. 9. Att. ep. 6.* Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini vellem. Eadem dicebatur *virilis*, quia utilitatis initium indicabat: *libera*, quia initium quoddam erat libertatis, ut ait *Ovid. 3. Fast.* Quo autem die sumebatur, is dies celebrabatur magna propinquorum, amicorumque frequentia, ascendebantque in Capitolium, *religionis*, & boni ominis causa, teste *Valer. Max. l. 5. c. 4.* Atque hoc est, quod *Plin. l. 1. ep. 9.* vocat officium togæ virilis, & *Tertul. de Idol. c. 16.* solemnitates togæ. ¶ Toga purpurea fuit in rer regum insignia,

dantium comparationes tolerabiliter dixerimus. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 20. Quo tolerabilius igniculum defideriі tui feramus.

Tolerandus, a, um, adject. *da tollerarsi*. *Stat. 1. Theb. v.* 195. Toleranda nullis alpera fors populis.

Tolĕrans, antis, o. 3. *paziente*, τλατός, ἀκρατικὸς, patiens. *Col. lib.* 8. *c.* 16. Piscium genera dulcis aquæ tolerantia. *Id. l.* 7. *c.* 10. Penuriæ tolerantissimus.

Tolĕranter, adv. *pazientemente*, κρατικῶς, tolerabiliter, patienter. *Cic. l.* 4. *epist.* 6. Cum frangerem ipse me, cogeremque illa ferre tolerantèr. *Pl. l.* 8. *ep.* 45. Anniculæ ad fœcunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimæ.

Tolerantĭa, æ, f. *tolleranza*, *pazienza*, κρατερία, ἀνοχὴ, ὑπομονὴ, πλῆσις, patientia. *Cic. in Parad. c.* 1. Tolerantia rerum humanarum. *Quintil. l.* 1. *cap.* 2. Tolerantia doloris laude sua non caret.

Tolerātio, onis, f. *soffrimento*, ἀνάσχεσις, actus tolerandi. *Cic.* 2. *Fin. cap.* 29. Quædam alia toleratio est verior, qua uti vos non potestis.

Tolerātus, a, um, adject. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 11. Clementiam ac justitiam, quanto ignara Barbaris, tanto tolerationa capesseret. Al. leg. *tolerantiora*.

Tollo, as, a. 2. *tollerare*, *patire*, *sopportare*, *soffrire*, נשא, סבל, Ger. *erdulden*, *ertragen*, Gal. *endurer*, *souffrir*, Hisp. *cufrir*, ὑπομένω, ἀνέχομαι, patienter fero, perfero, patior, sustineo. *Cic. a Catil.* Se facilius hyemem toleraturos putant. *Id. in Famil. 7. ep.* 18. Forti animo istam tolera militiam. *Id. Tusc. c.* 7. Res ad patiendum tolerandumque difficilis. ¶ Accipitur etiam pro opitulari, adjuvare. *Plaut. Trin.* 2. 2. 57. Quia sine omni malitia est, tolerare ejus egestatem volo. Et v. 77. Cujus egestatem tolerare vis? ¶ Idem pro sustinere, sustentare, alere. *Cæs. l.* 3. *B. C. c.* 58. Erat summa inopia, adeo ut foliis ex arboribus strictis, & teneris arborum radicibus contusis equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. *Ulp. l. in lege censoria*, 205. *ff. de verb. signif.* Ex quibus agris pater familias fructus caperet, quibus se tolleraret. *Plin. l.* 33. *c.* 20. Gitona millia equitum sua pecunia toleravisse. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 45. Simplici victu vitam tolerare. ¶ Tolerare absolute pro tolerare vitam. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 40. Posse Livium ipsum statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet. ¶ *Tolero* pro tolero, deponentium forma affert ex antiquorum usu *Priscian. l.* 8.

Toles, Tolles, ium, m. *vel* tolæ, tolarum, f. *vel* tolia, n. πτυάδιον, inflammatio faucium. *Fest.* Toles, tumor in faucibus, quæ per diminutionem tonsillæ dicuntur.

Tolerānus, a, um, ad Toletum pertinens. Toletani, orum, ejus urbis cives. *Liv. l.* 35. *c.* 22. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Tolētum, *Toledo*, Τολήτον, col. & urbs Hisp. Tart. alias caput Carpetanorum, postea regia Gothorum, & Maurorum, hodie caput Castellæ Novæ, & antea Regum sedes, ampla, & elegans, cum arce antiqua in colle, ad Tagum fl. circumfluentem, in ambilico Hispaniæ. Incolæ Toletani dicuntur. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

* *Tolia*. V. Toles.

Tollēno, onis, m. *mazzacavallo*, καλώδιον, genus machinæ, quo trahitur aqua, alteram partem prægravante pondere, dictus a tollendo. Ita describit *Festus*, *ex cujus verbis non obscure colligitur*, tollenonem esse cum trabi in terram defixæ superne connectitur altera transversa, quæ nunc susstollitur, nunc deorsum agitur, cujus rei exemplum videmus in quibusdam puteis. Hujusmodi machinis Archimedes in obsidione Syracusanum Romanas naves ferrea manu in proram injecta extollebat, & in puppim statuebat, gravi ex altera parte plumbi libramento ad solum recellente, ut legere est apud *Liv. l.* 24. *c.* 34. qui tollenonis meminit, etiam *l.* 38. *c.* 5.

* Tolles. V. Toles.

Tollo, onis, m. idem ac tolleno. *Plaut. Rud.* 2. 5. 24. Heus sic tolloni gratia? cape hanc unam tibi. Plerique tamen Codices aliter omnino habent.

Tollo, is, sustŭli, sublatum, a. 3. *levare*, *alzare*, נשא, הרים, Ger. *erheben*, *aufheben*, Gall. *élever*, *hausser*, Hisp. *alçar*, *quitar*, αἴρω, ἀναιρῶ, elevo, sursum erigo. *Cic. de Arusp. Resp.* Tollam altius tectum, non ut ego te despiciam, &c. *Id.* 3. *de nat. Deor.* An ut Sol in eurrum cum Phaethontem filium sustulit? *Id.* 3. *Off.* Optavit, ut in currum patris tolleretur: sublatus est. ¶ Interdum notat capete. *Cic. pro Cæc. c.* 21. Qui faxa jacerent, quæ de terra ipsi tollerent. *Hor. l.* 1. *ep.* 7. At tu quantumvis tolle. ¶ Interdum assumere. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 10. Mea factum est verecundia, ut te proficiscens non tollerem. *i. e.* assumerem socium itineris. *Id. pro Rosc. Amer.* Fide, *sapientiaque vestra fretus plus oneris susstuli*, quam ferre me posse intelligo. ¶ Interdum gignere. *Cic.* 13. *Phil.* Is autem humilitatem despicere audet cujusquam, qui ex eadem susstulerit liberos. *Suet. in Ner. c.* 5. Decessit Pyrgis morbo aquæ intercutis, subiato filio Neronę ex Agrippina. ¶ Interdum nutrire, quod e moribus, & institutis veterum sumptum est, qui, si infantes ali volebant, depositos humi tollebant, unde & Dea quædam *Levana* dicebatur, ut scribit *Augustinus*; si nolebant ali, jubebant exponi. *Ter. Andr.* 1. 3. 14. Quicquid peperisset, decreverunt tollere. *Id. Adelph.* 5. 3. 23. Tu illos duos olim pro re tollebas tua, quod satis putabas tua bona ambobus fore. ¶ Interdum auferre, removere, *togliere*. *Cic. l. Ver.* Quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis susstulisset. *Id. de Amic. c.* 13. Solem de mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt. *Id. pro Font.* Noluerunt ii, qui judicabant, hanc pareze inimicitiis viam, quem quisque odisset, ut eum testimonio posset tollere. *i. e.* de medio auferre, privare vita, vel urbo. *Id. l. Fin.* Tu quidem, inquit, totum Epicurum pene e Philosophorum choro susstulisti. Huc pertinet tollere metum, suspicionem, dubitationem, &c. apud *Cic.* sæpe, & alios. ¶ Interdum occidere, *Cic. de nat. Deor. c.* 33. Sed quia Drusum ferro, Metellum veneno susstulerat. *Id. pro R. Amor. c.* 7. Perfacile hunc hominem incautum, & rusticum, & Romæ ignotum de medio tolli posse. ¶ Interdum destruere, delere, abolere. *Cic. l. Off.* Majores nostri Carthaginem, & Numantiam funditus susstulerunt. *Id. in Phil.* Dictaturam funditus de Republica susstulit. ¶ *Animos tollere*, est superbire, audaciorem esse. *Ter. Hec.* 3. 5. Quia paullum vobis accessit pecuniæ sublati animi sunt. *Propert. l.* 3. *el.* 18. I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos. ¶ *Cachinnum tollere*, est risum augere, in clarum, & immoderatum risum solvi. *Cic. de Exto c.* 5. In quo Alcibiades cachinnum dicitur susstulisse. ¶ *Clamorem tollere*, est summopere clamare. *Cic. 6. Ver. c.* 43. Clamor a vigilibus, fanique custodibus tollitur. ¶ *In cœlum*, vel *ad astra tollere*, est summis laudibus celebrare, & quantum fieri potest, cœlestibus æqualem facere: *Cic. pro Arch* In cœlum hujus prœvus Cato tollitur. *Id. Att. l.* 2. *ep.* 25. Quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra susstulit! ¶ *Gradum tollere*, est ambulare. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 6. Is est, adibo contra, & tollam gradum. ¶ *Legem tollere*, est abrogare, antiquare, corrumpere. *Cic.* 2. *de Leg.* Quid? leges non jure rogatas tolrere, &c. ¶ *Manus tollere*, est manus ad cœlum elevare, quod interdum signum est admirationis, interdum lætitiæ, & gratias agentis. *Cic.* 4. *Acad. c.* 19. Hortensius vehementer admiratus, ut etiam manus sæpe tolleret. *Id. l.* 7. *Fam. ep.* 5. Susstulimus manus & ego, & Balbus. ¶ *Minas tollere*, est minari, timorem incutere. *Virg.* 3. *Georg.* Tollentemque minas, & sibila colla tumentem. ¶ *Oculos tollere*, est recreari, lætari. *Cic. l.* 16. *Fam. ep.* 10. Hæc tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paullum susstulerunt. ¶ *Tollere se a terra*, est crescere, & de herbis, arboribusque dicitur. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 13. Neque se tollere a terra altius possunt. ¶ Tollo pro differo, *prolungare*, afferri solet ex *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 52. sed ibi legendum *extollo*.

Tolōsa, æ, f. cognomine Palladia, apud *Martial. l.* 9. *epigr.* 101. quod ibi per ea tempora florebant literæ, *Tolosa*, Τόλωσα, col. & urbs Galliæ Narb. in ipso limite Aquitaniæ, ad Garumnam fl. perampla, caput Occitaniæ provinc. ¶ Tolosa item, olim Iturissa, *Tolosa*, urbs Hispaniæ, in Guipuscoa prov. prope Orium fl. ad rad. Pyrenæorum M. satis culta.

Tolosānus, a, um, adject. ad Tolosam pertinens, ut Tolosana cathedra. *Sidon. in carm. l.* 9. *ep.* 16. ¶ Tolosanum aurum proverbio dicitur de re calamitosa, & possidenti noxia. Nam cum oppidum Tolosanum in terra Gallia Q. Cœpio consul diripuisset, multumque auri in ejus oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero, cruciabilique exitu periit. *Gell. l.* 3. *c.* 9. *Justin. l.* 32. *c.* 3. ¶ Tolosani, orum, incolæ sunt Tolosæ. *Plin. l.* 3. *c.* 4. & *l.* 4. *c.* 19.

Tolōsas, atis, m. qui est e Tolosa, ut Tolosas caseus, apud *Mart. l.* 12. *ep.* 32. ¶ Tolosates, tium, populi circa Tolosam Galliæ incolentes. *Cæs. l.* 1. *B. G. c.* 10. Qui non longe a Tolosatium finibus absunt.

Tolosensis, se, Tolosanus. *Justin. l.* 32. *c.* 3. ¶ Tolosensis lacus.

Tolus, i, nomen viri, cujus caput in possessis Urbis Romæ fundamentis repertum Capitolio nomen dedit. *Arnob. l.* 6.

Tolutarius equus, *cavallo*, *che va di portante*, ἱππαφορὰς, ἄβρομος. Dicitur a *solutim*, quia tollit altero gloreatu pedes. Aliqui volunt, dictum esse a pedum volubilitate, quasi *volutarium*. Hujus generis equi etiam *gradarii* dicuntur, quia gradu non vulgari incedant, sed alternis crura mollitèr explicantes, commodam sessori præbeant vectationem, citra ullam succussationis molestiam, *Senec. ep.* 87. Ita non omnibus obesis mannis, & asturconibus, & tolutariis præferres unicum illum equum a Catone defrictum?

Tolutĭlis, le, adject. ut tolutilis gradus. *Var. apud Non. c.* 1. *n.* 60. h. e. tolutim incedens.

Tolutiloquentia, æ, f. linguæ volubilitas, a *solutim*, & *loquendo*. *Navius* apud *Non. c.* 1. *n.* 12. O pestifera, trux tolutiloquentia.

Tolūtim, adv. ἐπιβροχάδην, ἀβρόμως, *di portante*, pedes mollitèr tollendo, quod proprie ad equorum gradariorum incessum attinet, qui alternis crura mollitèr explicantes, commodissimam sessori præbent vectationem, quod genus equorum a Polluce ἄβρομοι appellantur. *Var.* apud *Non. c.* 1. *n.* 11. Ut equus, qui ad vehendum est narus, tamen tradiтur magistro, ut equiso doceat tolutim incedere. *Plin. l.* 8. *c.* 42. In eadem Hispania Callaica gens, & Asturica equini generis, quos Thieldones vocamus, minori forma, appellatos asturcones gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, unde equis tolutim carpere incursus traditur arte.

Tomacĭna, æ, f. idem ac tomaculum, nempe a τομὴ, quia est segmentum carnis, & imprimis porcinæ. *Var. l.* 2. *de R. R. c.* 4. Quotannis e Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, & tomaceæ, & perasones.

Tomacŭlum, i, n. vel per syncopen tomacłum, *tomasella*, *mortadella*, ἀλλᾶς, κόμμα, genus edulii, quod fere fit ex jecore, abdomine, testiculis, & vulvis suum minutim concisis & jam semicoctis, infusis ovis crudis, & caseo oprimo, & liquamine, pipere, anisо, gingibere, tegiturque omento susillo. *Juven. sat.* 10. *v.* 355. *Extra*, & candiduli divina tomacula porci. *Martial. l.* 11. *ep.* 42. Fumantia tomacla.

Tome, s, f. sectio, incisio, τομὴ a τέμνω, seco. *Auson. ep.* 5. *v.* 88. Tum quod bucolice tome relinquit. h. e. cæsura quæ in bucolicis versibus adhiberut, nempe cum versus hexametri pes quarius est dactylus dictionem finiens, ut in illo *Virg. Ecl.* 2. Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Tomentum, i, n. ὑμέναλλον, lana brevis, ac concisa, quæ ex vestibus a fullone poliendo derrahitur, & quicquid farciminis ex quacunque re, sive ex fœno, aut palea, sive ex pluma fuerit, quo culcitæ infercirantur. *Varr. l.* 4. *de L. L.* Postquam transierunt ad culcitas, quod in eas fagos, aut tomentum, aliudve quid calebant, ab inculcando culcita dicta. *Suet. in Tib. c.* 54. Adeo alimenta a Drusо deducta, ut tomentum ex culcita rentaverit mandere. ¶ Tomentorum plura genera fuerunt. Primo loco numerantur Leuconica, & Lingonica, quæ erant e lanæ rasæ floccis, & erant ditiorum hominum. Ut Lingonicum dixere tomentum a Lingonibus Celtarum populo, cujus Cæsar, & alii meminere, sic iidem Leuconicum vocarunt a Leuconibus, sive Leucones iidem, ac Lingones, sive potius iidem, ac Leuci, quos Lingonibus vicinos facit Ptolemæus. Hinc *Plin. l.* 8. *c.* 48. dicit, suo tempore tomenta Gallicis disseruі nominibus. ¶ Fuit & tomentum circense, quod fiebat ex arundinibus concisis, unde a Martiale concisa palus dicitur. Circense dictum est, quia in circo veniret, & fuit proprium pauperum. *Martial. l.* 14. *ep.* 160. Tomentum concisa palus circense vocatur. Hæc pro Leuconico stramina pauper emit. *Seneca de vita beata*, *c.* 25. Nihilo miserior ero, si lassa cervix mea in manipulo fœni acquiescet, si super circense tomentum per futuras veteris lintei effluens incubabo. Fiebat etiam tomentum ex gnaphalio herba. Nempe gnaphalion dicta est, quia inde fierer gnaphalon, hoc est tomentum. *Plin. l.* 27. *c.* 10.

Tomex, sive tomix, icis, f. σωμυγὲ, restis ex cannabi impolito, & sparto leviter torta, vel alia materia, ex qua funes fiunt. Scribitur a nonnullis *thomex* cum aspiratione, sequtis Græcam vocem. *Columl.* 12. *c.* 32. Deinde fasciculos tomice palmea, aut juncea ligato. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Tomice ex sparto Hispanico religentur. *Pallad. l.* 1. *c.* 13. Et binas inter eas perticas erigemus, tomicibus alligatis.

Tomĭtæ, arum, m. Tomi oppidi incolæ. *Ovid. l. Trist. eleg.* 2.

Tomĭtānus, a, um, adject. ad Tomum oppidum, seu Tomitas pertinens, ut Tomitana terra. *Ovid. l. de Ponto*, *eleg.* 1.

* Tomix. V. Tomex.

Tomos, seu Tomus, f. *Kiovia*, urb. Mœsiæ inf. in Bulgaria reg. in ora Ponti Euxini, Odessio proxima, celebris exilio P. Ovidii Nasonis. Dicta est a τομὴ, sectio, vel a τέμνω, h. e. frustum sectione ablatum, quia ibi Medea, cum fugeret ex Colchide una cum Jasone, Absyrtum fratrem secum adductum in membra discerpsit, eaque variis in locis sparsit, ut patrem persequentem in filii membris colligendis occupatum retardaret. *Ovid. l. Trist. eleg.* 9. Inde Tomos dictus locus hic, quia ferrur in illo Membra soror fratris confecuisse sui. ¶ Condita fuit a Milesiis. *Ovid. l.* 1. *Trist.* A quibus adveniat Milecida sospes ad urbem, Offensi quo me contulit ira Dei.

Tomus, i, m. Græce est sectio, pars, τόμος, τμῆμα, πέρος. Speciatim sic appellatur chartæ sectio, ex qua convoluta volumen efficitur, *un pezzo di carta*. *Martial. l.* 1. *epig.* 67. Erras, meorum tur avare librorum, Fieri pockam posse qui putas tanti, Scriptura quanti constat, & tomus vilis.

Tomўris, f. 3. Τόμυρις, Regina nobilis Massagetarum in Scythia, quæ Cyrum Persarum Regem, qui Scythis bellum intulerat, ejusque filium cum tertia copiarum parte per insidias occiderat, & ipsa ad angustias perductum, compositisque insidiis in montibus, cum ducentis Persarum millibus trucidavit. Neque hoc eventu victoriæ contenta fuit, aut emollita animi rabies. Caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum conjici jussit, his verbis insultans: Satia te sanguine, quem sitisti, cujusque insatiabilis semper fuisti. *V. Justin. c.* 8. *Tibull. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 143. Nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe.

Tonans, antis, o. 3. *tonante*, מרעים, βροντῶν, participp. a tono, sive a tonat, *Cic. 2. de Div.* Jove tonante, & fulgurante comitia haberi nefas. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Tiberium principem tonante cœlo ea coronari solitum ferunt contra fulminum metus. ¶ Tonans, tis, absolute dicitur Jupiter. *Sen. in Herc. Fur.* Soror Tonantis, hoc enim solum mihi nomen relictum est, &c.

Tonātio, onis, f. *tuono*, ἦχος, actus tonandi. *Senec. l.* 2. *Nat. Quæst. c.* 12. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit, illa, ut ita dicam, comminatio est, & tonatio sine ictu, ista jaculatio cum ictu.

Tondĕo, es, totondi, tonsum, a. 2. *tosare*, κείρω, ξαίνω, πέκω, est lanam, capillos, & hujusmodi incidere, a τομὴν, *secare*. *Cic. 5. Tusc. c.* 20. Tondebant barbam, & capillum patris. *Virg. 3. Georg. v.* 312. Nec minus interea barbas, incanaque menta Cinyphii tondent hirci, lætaque comantes. Ubi quidam interpretes *tondent pro tondentur*, positum putant: sed ut hoc loco fe res habeat, *tondere* certe dicitur non solum qui tondet, sed etiam qui tondetur: qua ratione & *lavo*, sæpe usurpatum legitur. *Suet. in Aug. c.* 74. In capite comendo tam incuriosus, ut rapim compluribus tonforibus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam. *Cels. l.* 6. *c.* 6. *n.* 8. Tonderi ad cutem, *sin sulla pelle*. ¶ *Tonsus est pro* totondit. *Solin. c.* 14. (*al.* 9.) Crines tonsus est, & mœrorem vultu publicavit. ¶ Translate sumitur pro secare, demetere. *Virg. 1. Georg.* Arida prata tondentur. ¶ Item pro depascere. *Virg. 1. Georg.* Ter centum nivei tondent dumeta juvenci. ¶ Item pro spoliare, privare. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 8. Tondebo auro usque ad vivam cutem. *h. e.* totum aurum emungam.

Tonefico, is, n. 3. idem ac tono. *Varro* apud *Non. c.* 2. *n.* 858. Tunc repente cœlitum altum tonitribus templum tonefecit.

* Tongere, Ælius stilo ait, noscere, esse, quod Præneстini tongitionem dicant pro notione. Significat & latius dominari. Ennius: Alii Rhetorica tongent. Et, vincere, etiam quandoque videtur significare. Hæc *Festus*.

Tonitrālis, le, o. 3. βρονταῖος, in quo fit tonitru. *Lucres. l.* 1. *v.* 1096. Neve ruant cœli tonitralia templa superne.

Tonitruālis, le, adject. qui tonitrua immittit, h. e. Jupiter. *Apulej. de Mundo*. Dicitur (Jupiter) & fulgurator, & tonitrualis, & fulminator.

Tonitrŭo, as, n. tonitrua edo. *Commodian. instruct.* 6. Insipiens Jovem tonitruare tu credis.

Tonitrus, us, m. in ablativ. singulari Tonitru, & in dativ. plurali Tonitribus, item Tonitruum, i, n. & in plurali Tonitrua, *tuono*, רעם, *Ger. der donner*, Gall. *le tonnere*, Hisp. *tronido*, βροντὴ, βρόμος, sonus nubis ictæ, *fragor ille*, qui fit inter nubes, a *tono*. *Virg. 4. Æn.* Tonitrū cœlum omne ciebo. *Cic. l.* 2. *de Div.* Jove tonante, & fulgurante comitia haberi nefas. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Fabricius Tuscus vocamus, minori forma, appellatos asturcones gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, unde equis tolutim carpere incursus traditur arte. ¶ Reperitur etiam *tonitruus*, *i*, m. *Hieronym. ep.* 61. *ad Pammach. c.* 4. Tonitruus Gentium, flumen eloquentiæ Chilitianæ. ¶ Affertur a quibusdam Lexicographis, & a *Charis. Grammat. l.* 1. *tonitru*, *n.* 4. sed hujus positionis nullum adhuc exemplum vidimus.

Tono, as, sui, n. *tuonare*, רעם, Ger. *donnern*, Gall. *tonner*, Hisp. *tronar*, βροντάω, strepo, & proprie dicitur de nubibus. *Virg. 9. Æn.* Cœlum tonat omne fragore. *Cic. 2. de Div.* Si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cœlo. *Id. ibid.* Cum tonuit lævum bene tempestate serena. ¶ Translate sumitur pro resonare. *Martial. l.* 9. *ep.* 72. Murmure jam sævo, verberibusque tonas. ¶ Tonare laudes alicujus, est magnopere efferre. *Plin. in præf. l.* 3. Quanto tu ore laudes patris tonas. ¶ Tonare etiam dicuntur magni Oratores. *Cic. in Orat. cap.* 9. Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus est. *Col. in præfat. l.* 1. Neque enim ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demostheni, Platonique. ¶ Legitur & *tono*, *nis*. *Var. apud Non. c.* 1. *n.* 245. Tympana non inani sonitu tonimus. h. e. pulsamus, sonamus.

Tonor, oris, m. ita dictus est ab antiquis tenor, hoc est accentus, teste *Quintil. l.* 1. *c.* 5.

Tonotŏcus, a, um, adject. vim intendendi habens. *Theodor. Priscian. de diæta*, *c.* 9. Mastix intus cathartica, foris tonotica.

Tonsa, æ, & Tonsæ, arum, f. *ερετμοὶ*, imæ remorum partes, quibus aqua tunditur. *Festus* deducit a *tondendo*, his verbis: Tonsam *Ennius* significat temum, quod quasi tondeatur ferro, cum ait *libro septimo*. Poste recumbite, vestraque pectora pellite tonsis. *Item*, Pone petunt, exin referunt ad pectora tonsas. *Et in Astora*, Alius in mari vult magno tenere tonsam. *Virg. 3. Æn. v.* 28. Et in lento luctantur marmore tonsæ. *Stat. 5. Theb. v.* 340. Aſt ubi susspensis filuerunt æquora tonsis.

Tonsĭlis, e, le, o. 3. *tosato*, κεκαρμένος, quod tonsum est, a *tondeo*, ut *Tonsile nemus*, cujus rami eminentiores refecti sunt; *Tonsilis corona*, seu *tonsile sertum*, ubi folia parum tantummodo eminent; *Tonsiles tapetes*, ideſt sine villis. *Martial. l.* 6. *ep.* 80. Tonsilibus serris omne rubebat iter. *Plin. l.* 12. *c.* 2. Primus C. Marius nemora tonsilia invenit. *Id. l.* 8. *c.* 50. Villo tonsili vestiuntur.

Tonsilla, æ, f. palus, ad quem naves ligantur, dim. a *tonsa*. *Fest.* Tonsillam ait esse *Verrius* palum dolatum in acumen, & cuspide præterratum, ut exiſtimat, quem configi in litore navis religandæ causa. *Pacuvius in Medo*: Accessi ad eam, & tonsillam pegi lævo in litore.

Tonsillæ, arum, f. σίαλες, δμωαὶ, glandulæ faucium, item illarum glandularum morbus, dum vel inflammantur, vel ob affluxum materiæ aquæ, & pituitosæ intumescunt, vel etiam quando ob defectum humiditaris nimium refecantur, & ita deglutitionem quovis modo impediunt. *Fest.* Toles, tumor in faucibus, quæ per diminutionem tonsillæ dicuntur. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Tonsillæ in homine, in fuc glandulæ. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 54. Linguam autem ad radices ejus hærens excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt ore: is utraque ex parte tonsillas arteriosque palato extremo, atque intimo terminatur.

Tonsĭo, onis, f. actus tondendi. *Cato R. R. c.* 2. *ad fin.* Pecus considerer tonsionem uti faciat. Ita Editio A. 1472. Alia *auctionem*.

Tonsĭto, as, a. 1. freq. a tonso. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 9. Retin' ter in anno tu has tonsitari?

Tonsor, oris, m. *barbiere*, ספר, גלב, Ger. *ein scherer*, Gall. *barbier*, Hisp. *barbero*, κυρεύς, qui barbam, & capillos tondet, vel aliud quippiam. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 11. Omnino tonsores in Italiam primum venisse ex Sicilia dicuntur post Romam conditam anno 454. *Cic. 5. Tusc. c.* 20. Dionysius, qui e tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. *Hor. l.* 1. *sat.* 7. Omnibus & lippis notum, & tonsoribus esse. h. e. rem apud omnes jam esse pervulgatam. ¶ Tonsor in æqualis dicitur ab *eod. Horat. l.* 2. *ep.* 1. *ad fin.* qui inæqualiter tondet.

Tonsorĭus, a, um, κειρικός, quod ad tondendum pertinet, ut Cultер tonsorius. *Cic. 2. Offic.* 7. Cultros meruntes tonsorios, candente carbone fibi adurebat capillum.

Tonstrĭcula, æ, f. κυρεῖον, dim. a tonstrix. *Cic. 5. Tusc. c.* 20. Regiæ virgines ut tonstriculæ tondebant barbam, & capillum partis.

Tonstrĭna, æ, f. *barberia*, Ger. *scherstube*, Gall. *boutique d'un barbier*, Hisp. *barberia*, κυρεῖον, officina tonsoris. *Ter. Phorm.* 1. 2. 39. Ex adversum ei loco tonstrina erat quædam. *Plin. lib.* 29. *c.* 6. Hæc & valneribus tonstrinarum sanguinem sistit.

Tonstrix, icis, f. *barbiera*, גלוחת, Ger. *schererin*, Gall. *barbière*, Hisp. *barbera*, κυρεύτρια, quæ tondet, mulier tonsoris officio fungens. *Plaut. Trucul. a.* 4. 51. Tonstricem Syram novisti nostram.

Tonsūra, æ, *tonsura*, *tosatura*, κυρὰ, tondendi actus. *Col. l.* 11. *c.* 1. Oves Tarentinæ radice lanaria lavari debent, ut tonsuræ præparentur. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Vitis tantum tonsuram annuam quærit, alternam myrtus, punicæ, oleæ.

Tonsus, us, m. 4. idem ac tonsura. *Plaut. Amph.* 1. 1. 288. Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasus, vel labra. *Accius apud Non. c.* 2. *n.* 805. Sed quænam hæc est mulier, funesta veste, tonsu lugubri?

Tonsus, a, um, *tosato*, Germ. *beschoren*, *beschroten*, Gall. *tondu*, *rogné*, Hisp. *trasquilado*, κεκαρμένος, cui lana, vel barba, vel coma abscisa est. *Cic. in Pis. c.* 8. Cum illa saltatrice tonsa. *Martial. lib.* 11. *epigr.* 40. Jam mihi nigrescunt tonsa fudaria barba. *Virg. 5. Æneid.* Ipse caput tonsæ foliis evinctus oliuæ. Ubi sic *Servius*: Tonsæ olivæ, minutis foliis compositæ: Habiturum se autem coronam tonsilem dixit. Quibus ex verbis clare liquet, tonsilem coronam, & tonsam idem notare, nempe minutis foliis compositam. ¶ Aliquando pro privato, ut *Tonsi montes*, & *tonsa Valles*, quæ arboribus, & sylvis velluti comis suis viduatæ sunt. *Virg. 4. Georg.* Tonsis in vallibus illum Pastores, &c. ¶ *Tonsus reus* idem est, qui absolutus: nam dum causa ageretur, nec rei barbam, nec capillum resecabant, absoluti vero tondebant, & in Capitolium ascendebant gratias acturi. *Martial. l.* 2. *ep.* 74. Ad alta tonsum templa cum reum misit.

* Tonum. V. Tonus.

Tonus, i, m. *tono*, *suono di voce*, קול, Germ. *thon*, Gal. *ton*, *son*, Hisp. *tono*, τόνος, accentus, tenor a τόνος, quod proprie intentio, & speciatim soni intentio. *Vitruv. l.* 5. *c.* 4. Harmonia retrachordorum & tonos, & dieses habet binas: diesis autem est toni pars quarta. *Martian. Capel. l.* 9. Dulciſoni toni. ¶ In picturis splendor intermedius inter lumen, & umbram, tonus dicitur. *Plin. l.* 35. *cap.* 5. Deinde adjectus est splendor alius hic, quam lumen, quem, quia inter hoc & umbram esset, appellaverunt Græci tonon. ¶ Inventur & tonum genuerit. apud *Vitruv. l.* 9. *c. ult.*

Toparcha, æ, m. τοπάρχης, regionis præfectus, *Spartian. in Adrian. c.* 13. Toparchas, & reges ad amicitiam invitavit.

Toparchĭa, æ, f. τοπαρχία, regionis præfectura. *Plin. l.* 5. *c.* 14. Reliqua Judæa dividitur in toparchias decem.

* Topaziacus, a, um, ad topazion pertinens, ut Topaziaci lapilli. *Venant. Fortun. l.* 8. *car.* 4. *v.* 173.

Topazĭus, ii, f. & Topazĭon, *vel* Topazon, ī, n. *topazio*, Ger. *topasz gennant*, Gall. *topasse*, Hisp. *topacio*, τοπάζιος, פטדה, gemma coloris aurei, & vitrei. Dicta est a Topazo insula Indiæ, quæ & *Pax* dicebatur, & *Opax*, & *Topaz*. V. *Plin. l.* 37. *c.* 8.

Topāzos, f. inf. maris Rubri, quæ topazium lapidem gignit. *Plin. lib.* 6. *cap.* 29. & *l.* 37. *c.* 8.

Toper, adv. cito, statim, apud veteres. *Nevius apud Fest.* Capelle flammam Vulcani toper. ¶ Quemadmodum Græcis πάχα, ita & toper Latinis cito notat, & fortasse. *Accius apud eund. Fest.* Toper, ut sit, patris tunc rejicit iras.

¶ Legitur & *topper*. ¶ *Quintil. l.* 1. *c.* 6. (*al.* 11.) docet hanc vocem, ut nimis vetustam, inter obsoletas numerandam esse.

Tophus cum derivatis. V. *Tofus*.

Topia, orum, n. *paesi dipinti*, picturæ, in quibus regiones, oemora, portus, litora, flumina, & alia id genus repræsentantur. *Vitruv. l.* 7. *c.* 5. agens de ratione pingendi in ædificiis, cum dixisset, antiquos primum rectorio opere, & coloribus crustarum marmorearum varietates imitatos fuisse; Postea, inquit, ingressi sunt ut etiam ædificiorum figuras, columnarumque & fastigiorum eminentes projecturas imitarentur: patentibus autem locis, ut exhedris, propter amplitudinem parietum, scenarum frontes Tragico more, aut Comico, aut satyrico designantur: ambulationibus vero, propter sparia longitudinis, varietatibus topiorum ornarent, ab certis locorum propriетatibus imagines experimentes; pinguntur enim portus, promontoria, litora, flumina, fontes, euripi, fana, luci, montes, pecora, pastores: nonnullis locis item signorum megalographiam, habentem Deorum simulacra, seu fabularum expositas explicationes, non minus Trojanas pugnas, seu Ulyssis errationes, per topia, cæteraque, quæ sunt eorum similibus rationibus ab rerum natura procreata. Hactenus *Vitruv.* cujus verba duabus de causis longiora hunc transtulimus: primum, ut facile intelligi posset, de pictura hic sermonem esse, non de topiario opere (de quo V. *Topiarium*) quod nonnulli putarunt; deinde ut quid *topiorum* nomine veniat, clare ex ipsius Vitruvii verbis explicaretur.

Topiæ, arum, f. genus quoddam ficuum, apud *Colum. l.* 5. *c.* 10.

Topiaria, æ, f. ars, quæ versatur circa opera topiaria, ut *argentariæ*, quæ circa argentum. Hinc topiariam facere, est artem exercere topiarii operis. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 2. Ut denique illi palliati topiariam facere videantur.

Topiarium opus, *lavoro fatto di frondi*, *erbe intessute*, *e simili*, τοπιεῖον ἔργον, opus ex arbore, aut fructice, aut herba, ornatus, aut virandi æstus causa factum, ut sunt restudines, cameræ, naves, aviculæ, & hujusmodi, quæ ex buxo, vel hedera, & aliis, quorum natura sequax est, & flexibilis, fieri consueverunt. Quidam topiarium dici ex eo volunt, quia funiculos Græci τόπια appellant, ut ex Hesychio discimus, cui τοπεῖον, sive τόπιον, sive τοπίον, exponitur κάλως ἀχοίνος. Ratio appellationis est, quod in opere topiario fructices, & arbusculæ tonsiles, quæ variæ torquentur, & flectuntur, usque dum animalium, vel aliarum rerum similitudinem repræsentent, topiis, sive funiculis soleant religari. Id magis placet, quam ut dicantur ita, quia arbusculæ illæ flexiles, & sequaces sint instar funiculorum, quod quibusdam aliis videtur. Hæc *Vossi* in *Etymolog.* Alii tamen ita dici censent a τόπος, ideſt locus, eo quod varia in eo loca constituuntur, sive per excellentiam, quod loca istiusmodi ad voluptatem mire faciunt. *Cic. l.* 3. *ad Q. Fr. ep.* 1. *c.* 2. Topiarium laudavi; ita omnia convestivit hedera, &c. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Accedit in topiario opere lauri genus, quæ taxa dicitur, ramos spargit a rad

Ger. peinigung, folterung plag und pein, Gall. tourmens, torture, Hisp. tormento, βάσανος. Cic. pro Dejot. Cum more majorum de servo in dominum ne tormentis quidem quæri liceat. id. pro Sylla c. 28. Quæstiones nobis servorum, ac tormenta accusatori minitatur. Id. in Pætit. c. 14. Perferre vim tormentorum. Id. 3. Off. Adhibere tormenta. Apul. lib. 10. Metam. Vi tormentorum veritatem erucre. ¶ Translate Hor. l. 1. ep. 2. Invidia Siculi non invenere tyranni Majus tormentum. Plin. l. 19. c. 1. 8. Naturitium nomen accepit a natium tormento. Plin. l. 8. ep. 23. In tantis tormentis etiam, cum hæc scriberem. ¶ Sic etiam vocarunt morbi genus, quod Græci ileon vocant. Nominis causam his verbis affert Cælius Aurelianus, l. 3. Acut. c. 17. Tormentum dictum est, quod existiment ægrotantes convolvi, atque torqueri suorum intestinorum verticula: vel quod spirituus ob abitinentiam clausus fe se involvens vinctiones, atque tormenta efficiat: vel quod vehementia dolorum supra eas partes, quæ patiuntur, ægrotantes arcuati, convoluriq e plicentur. ¶ Ducta metaphora a tormentis, quibus aliquis cruciatur, tormenta dicuntur purgationes, & poliziones sæpius repetitæ, quæ vestibus adhibentur, ut niteant. Senec. de Tranquil. c. 1. Placet non ex arcula prolata vestis, nec ponderibus, aut mille tormentis splendere cogentibus expressa, sed domestica, & vilis,

Tormina, um, (nam tormen in singulari num. non est in usu) n. dissenteria, dolore di ventre, חֲלִי, Germ. der rothlauf, Gall. tranchée de ventre, Hisp. torcones, τρόφοι, δυσεντερία, morbus intestinorum, a torquendo. Cels. l. 4. c. 16. Proxima his inter intestinorum mala tormina esse consueverunt, δυσεντερία Græce vocantur. Cic. 2. Tusc. c. 19. Quamvis idem torticulum se in torminibus, & in stranguria sua præbeat. Col. l. 6. c. 7. Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta, & mucosa ventris proluvies.

Torminalis, & le, o. 3. τροφοτικός, quod torminibus medetur. Plin. l. 15. c. 21. de sorbis: Quartum genus torminales appellant. Cels. l. 2. c. 30. Sorba, magisque ea, quæ torminalia. Vide torm utriusque locum.

Tormines, pro Tormina, protulit Nonius c. 1. n. 135.

Torminosus, a, um, τροφοδύνης, dysentericus, qui tormina patitur. Cic. 4. Tusc. c. 2. itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia sæpe sint.

Tornacum, n. 2. Tournay, urbs Galliæ Bel. alias caput Pleumosiorum, in Morinis, in fin. Hannoniæ, ad Scaldim fl. permunita, cujus arce valida recens extructa. Pop. Tornacenses, olim Nervii, quia & ipsa urbs olim Nervii appellata est.

Tornator, oris, m. τορνιάρ, tornivore, qui tornat. Firmic. l. 4. c. 7. Facit quoque tornatores, aut simulacrorum sculptores.

Tornatus, a, um, torno factus, rotundus. Lucr. l. 4. v. 361. Fit, quasi tornata ut faxorum structa tuantur. Alii leg. ad tornum. ¶ Translate fumitur pro facto, elaborato. Horat. de Arte, v. 441. Et male tornatos incudi reddere versus.

Torno, as, a. 1. far al torno, Ger. drehen, und zurucken, Gal. tourner, polir, Hisp. tornear, τορνόω, τορνεύω, torno conficio, vel polio. Cic. de Univ. c. 6. Idque ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius. Plin. l. 36. c. 22. Lapis est, qui cavatur, tornaturque in vasa coquendis cibis utilia. ¶ Inte dum notat circumagere, in gyrum movere. Plin. l. 36. c. 13. Quarum in officina turbines ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur.

Tornus, i, m. torno, אַשְׁנָב, Ger. ein drehen, Gal. tour, tourner, Hisp. torno, τόρος, instrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua hujusmodi circumagendo polita reddantur, a nomine Græco allato. Virg. 3. Ecl. Lenta quibus torno facili superaddita vitis. Plin. l. 7. c. 56. Normam autem, & libellum, & tornum, & clavem Theodorus Samius invenit. Id. l. 6. c. 40. Calices ex terebintho foliis facere torno.

Torone, f. i. Torone, opp. Epiri, in Thesprotia, ad oft. Thyanidis fl. inter ipsum, & Sybotam. Quibusdam hodie est Parga, seu Pergа, oppidum cum arce munita, in ora prov. Larissæ. ¶ Torone item, opp. Macedoniæ, ad fin. Tornaicum, inter Derxim, & Casandriam, cum portu, ita dictum a Torone filia Neptuni. Plin. l. 4. c. 10. ¶ Ad ejus portum tantus fit maris fragor, ut nihil exaudiatur inter loquendum. Hinc prov. Græcum in surdos, Surdior Toronæo portu.

Toronæus, seu Toronaicus sinus, Golfo di Rampo, al. Golfo di Agiomamè, sin. propc Toronem opp. Macedoniæ.

* Torosilius, a, um, carnisatto. Hier. in Jovinian. l. 2. fol. 14. Formosuli nostri & torosuli, & vix summis pedibus adumbrantes vestigia.

Torosus, a, um, qui pulpam carnis musculosam habet, in qua est robur, & fortitudo, a torus; qua nomine partem in animali extantem carnosam. Col. l. 6. c. 13. Boves parandi sunt novelli, cervice longa, & torosa. Pers. sat. 3. v. 86. multumque torosa juvensus. ¶ Per Metaphoram dicitur etiam de herbis. Plin. l. 19. c. 5. Brevior est, sed torosior, amariorque jnula.

Torpedo, inis, f. pigritia, segnities, stupor. Sallust. in fragment. l. 1. Hist. Hac si placent, si tanta torpedo animos oppressit. Cato apud Gel. l. 11. c. 2. Torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio. ¶ Hoc nomine appellatur etiam piscis genus, qui limo se occultat se, & pisces supra natantes torpentes facit, & postquam obtorpuere, devorat, a torpeo, quia torpedinem facit. Cic. 2. de nat. Deor. c. 50. Cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones, aliæ fuga se, aliæ occultatione tuentur, atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines. Pl. l. 9. cap. 42. Novit torpedo vim suam, ipsa non torpens, mersaque in limo se occultat, piscium, qui secus supernatantes obtorpuere, corripiens. Adde eund. l. 32. c. 1. Torpefacio, is, a. 3. torporem induco, torpidum reddo. Usus est Nonius in voce Torporavit, p. 2. p. 870.

Torpeo, es, pui, sine sup. esser pigro, esser languido, עָצֵל, Ger. faul, unde a vulg. lyn, Gall. etre engourdi, or endormi, Hisp. entome cerse, ναρκάω, κάμπτω, σθένω Ενω, segnitiam, piger, semiviuus, languidus. Virg. 1. Georg. Nec torpere gravi passus sua Regna veterno. Cic. 1. de nat. Deor. Deum sic feriasum volumus cessatione torpere. Liv. l. 28. Torpre metu. Id. lib. 6. Consilia torpent. Stat. 4. Theb. amnis torpens. h. e. cursu impeditus.

Torpesco, is, & o. 3. impgrisco, ναρκόω, נִרְפֶּה, torpidus fio, pigresco. Sal. in Jug. c. 2. Ingenium, quo neque melius, neque amplius in natura mortalium, est incultu atque socordia torpefcere sinunt. ¶ Translate fumitur pro speciem, seu pulchritudinem amittere. Plin. l. 9. c. 35. de margaritis: Flavescunt tamen & illæ senecta, rugisque torpescunt.

Torpidus, a, um, pigro, stupidite, עָצֵל, Germ. faul, Gall. engourdi, Hisp. entomecido, ναρκώδης, torpens, piger, segnis, stupens. Liv. lib. 25. c. 38. Tum inter torpidos somno, pavenresque ad nec opinatum tumultum, & inermes in cubilibus suis oppressos illa cædes edatur. Id. l. 22. c. 51. stupore, & miraculo torpidi.

Torpor, oris, masc. pigritia, stupidita, עַצְלָה, Germ. faul, beir, Gall. engourdissement, Hisp. entomicimiento, ναρκη, νάρκωσις, torpidus, pigritia, segnities, stupor. Cic. 2. de nat. Deor. c. 50. Atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines. Virg. 12. Æn. v. 867. Illi membra novus solvit formidine torpor.

Torporatus, a, um, adject. torpidus factus, stupefactus. Lactant. l. 2. c. 8. Humidæ nimiis rigoribus torporata concrescunt.

Torpoto, a. 1. narkiw, torporem induco, torpefacio. Turp. apud Non. cap. 2. n. 870. Stupidus astat, ita ejus alpectus repens cor torporavit hominis amore.

Torquatus, a, um, τρεπτοφόρος, torque ornatus. Quid. ep. 2. Affuit Alecto brevibus torquata colubris. ¶ Milites torquati erant, qui torque aureo ab Imperatore donari erant ob rem strenue gestam, qui duorum generum fuere, simplares, & duplares, ex quibus illi unam annonam præter laudem, hi duas consequebantur. Veget. l. 2. c. 7. Torquati duplares, torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit: quem qui meruissel, præter laudem interdum duas consequebatur annonas, duplares, duas, simplares, unam. Plinius tamen lib. 33. cap. 2. auctor est, priscis Romanorum temporibus auxiliares tantum, & externos aureis torquibus donari solitos, at cives non nisi argenteis. ¶ Palumbus torquatus, cujus collum circulo quodam pennarum alterius coloris, veluti torque cingitur. Aristoteles φάττην appellat. Martial. l. 13. epigr. 62. Inguina torquati tardant, hebetantque palumbi.

Torquatus, i, m. cognomen T. Manlii, a torque impositum, quem occiso ad Anienem Gallo detraxit. V. Gel. l. 9. c. 13.

Torqueo, es, si, sum, & tum, a. 2. torcere, volgere, חָשׁוּךְ, חֹאשִׁיב, Ger. wenden, biegen, Gall. tordre, tourner, Hisp. torcer, τρέφω, κάμπτω, περάτω, κυκλόω, flecto, inflecto, curvo, in orbem ago. Cic. de Univ. c. 7. Deinde in orbem torsit. Virg. 2. Georg. v. 448. Ityreos taxi torquentur in arcus. Id. 1. Æn. Ast illum tec fluctus ibidem Torquet agens circum. i. e. in orbem agit, gyro celeri rotat. Id. 6. Æn. Torquetque sonantia saxa. h. e. secum abripit. ¶ Torquere fusum prægnantem stamine, filare. Juven. Sat. 2. v. 55. &, torquere stamina pollice, eod. sensu. Ovid. 12. Met. ¶ Torquere comam igne, h. e. in cincinos flectere, crispare: Ovid. 2. de art. am. v. 304. ¶ Torquere iter, voltare strada. Stat. 12. Theb. Sic, torquere vestigia ad sonitum vocis, apud Virg. 3. Æn. ¶ Torquere aurem ab obscenis sermonibus, h. e. avertere, Hor. l. 2. ep. 1. ¶ Sæpe sumitur pro torquendo jacere, jaculari, lanciare. Virg. 5. Æn. In medios telum torsiti primus Achysos. Hor. l. 2. ep. 2. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. ¶ Item pro gubernare. Virg. 4. Æn. Cælum, & terras, qui numine torquet. h. e. regit, in orbem agendo. Aliquando pro sustinere. Virg. 6. Æn. Ubi maximus Atlas Axem humero torquet. Nam cælum, quod Atlantis humeris innititur, perpetua conversione in orbem movetur. ¶ Præterea, torquere sæpe sumitur pro cruciatibus in aliquem sævire. Nam multis in tormentis, ut in culeo, in rota, & aliis, miseronum membra flectuntur, & curvantur. Cic. 3. Fin. c. 13. Non posse sapientem beatum esse, cum equuleo torqueatur? ¶ Transferrur & ad animum, pro affligere, vexare, molestiam afferre. Cic. 3. de Orat. Aliquanto me major in verbis quam in sententiis eligendis labor, & cura torquet. Id. Ar. l. 8. ep. 14. Qua quidem expectatione torqueor. Id. eidem, l. 7. ep. 9. Equidem dies noctesque torqueor. ¶ Demique per translationem dicitur de quacunque re pro evertere, pervertere. Cic. pro Cæcil. c. 7. Juris retinere sententiam, & æquitatem, pluximum valere oportere. verbo, ac litera jus omne torqueri.

Torquer. & torquis, quis, m. collare, collare, עָנָק, Germ. halsband, Gall. carquan, collier, Hisp. collar, τρεπτὸς, αὐχένιον, aureus, vel argenteus circulus, læpe gemmis ornatus, qui pro colli, & summi pectoris ornamento gestatur, a torqueo, quia inrortus, flexusque est. Unde & Græcis dicitur τρεπτὸς, a στρέφω, flecto. Cic. 3. Offic. c. 31. Manlius is est, qui ad Anienem Gallo, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, Torquati cognomen invenit. Id. 5. Veri c. 80. Torque aliquem donare. Stat. 10. Theb. v. 537. Verba solo, vultusque cadunt, colloque decorus Torquis in hostiles cecidit per vulnus arenas. ¶ Reperitur & in fœmin. genere. Claud. Quadriger. apud Non. l. 9. c. 13. Torquem detraxit, camque sanguinolentam sibi in collum imponit. Propert. l. 4. el. 10. v. 44. (al. eleg. 11.) Torquis ab incisa decidit unca gula.

Torrefacio, is, a. 3. arrostire, עָלָה, קָלָה, Gall. darren, brotzen, Gal. rôtir, seicher, Hisp. sostar, quemar, ἐπφύω, torridum reddo, arefacio, ad ignem, solemve sicco. Col. l. 6. c. 7. Quidam vinacorum duas libras torrefaciunt, & ita conterunt. Torrefactus, a, um, secato, abbruciato, arrostito. Col. l. 2. c. 21. Et subinde opportunis torrefacta proteritur. Ap. ab. l. 7. Torrefacta carbonibus.

Torrens, entis, m. torrente, נָהָל, נַחַל, Ger. ein bach wrallwasser, Gal. un torrent, Hisp. chorro corriente, χειμάῤῥους, χαράδρα, fluvius temporarius, qui non de fonte, neque de viva aqua, sed a pluvijs concitatus de montibus descendit, & brevi temporis intervallo siccatur præterim æstatis siccitatibus, a torreo, quia cito torrescit, ideft exsiccatur, auctore Festo. Vel torrens dicitur, quod unda rapido impetu æstuet, qua ratione & torrens fretum dixit Justinus l. 4. c. 1. hoc est æstuans. Natura quippe sua adjectivum est, Virg. 2. Æn. Aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores. Cic. 2. Fin. c. 1. Cum fertur quasi torrens oratio. ¶ Sumitur etiam translate. Quintil. l. 10. c. 7 Id porius, quam se inani verborum torrenti dare quasi tempestatibus, quo vellent, auferendum.

Torrens, entis, o. 3. urens, æstuans, exurens, adject. Virg. 4. Georg. Jam rapidus torrens sitiens Sirius Indos. Hor. lib. 2. ode 1. Nunc torrentia agros Sidera, nunc hyemes iniquas. Stat. lib. 3. Silv. 1. vers. 53. cæli cum torrentissimus axis Incumbit terris. Claudian. in Fescenn. vers. 20. Torrentior Sirius. ¶ Interdum idem est, quod desiuens cum impetu, exundans, concitatus, rapidus. Virg. Ecl. 7. Torrentia flumina. Stat. lib. 1. Silv. 2. vers. 97. Torrentes sanguine campi, Id. 7. Theb. vers. 316. abruptis cum torrentissimus exit pontibus. Plin. lib. 3. cap. 16. de Pado flumine: Augetur ad Canis ortus liquatis nivibus, agris, quam navigiis torrentior. ¶ Translate Quintil. l. 3. c. 8. Torrens oratio. h. e. vehemens, concitata. Juven. sat. 3. v. 74. fermo promptus, & ISæo torrentior. Lucan. l. 7. Abstulit ingentes fato torrente minas. h. e. urgente.

Torrenter, adv. precipitosamente, a guisa di torrente. Claudian. l. 3. de Raptu Pros. v. 198. torrentius amne Liberino, tortaque ruunt pernicius rubum.

Torreo, es, rui, postum, a. 2. seccare, abbrustolire, צָלָה, קָלָה, καίω, ἐκφαίνω, ad ignem, Solemve sicco, arefacio, ab obsoleto torrus, h. e. torridus, aridus. Festus, Plaut. in Casin. Una eadem opera in furnum caliqum condito, arque ibi torreto, Cic. in Som. Scip. c. 6. Torreri ardore solis. Prop. l. 4. elg. 10. Siris torret ora. ¶ Neque solum torrere de calore dicitur, verum etiam de frigore. Varro apud Non. c. 6, n. 23. Ante lucem fuscitat, frigore torret. ¶ Ponitur etiam pro assare, ideft sine aqua ad ignem coquere, arrostire. Virg. 5. Æn. Subjicinunt verubus prunæ, & vicera torrent. Cic. in Pison. c. 18. Sapientem in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torret. ¶ Translate Hor. l. 3. od. 9. Me torret facy murua Thurini Calais filius Ornithi. h. e. amoris flamma me adurit, & ego illum viciffim.

Torresco, is, ui, 3. abbrustolirsi, arrostirsi. Lucret. l. 1. v. 903, Ignibus impositum calidis torrescere flammis.

Torridatus, a, um, adject. abbrustolito. Martian. Capel. lib. 6. Anhelis ardoribus torridatus.

Torrido, as, a. 1, comburo, aduro. Usurpatur a Nonio in voce Torris, c. 1. n. 51.

Torridus, a, um, secco, arido, ἀζήμιος, ἐκκαιόμενος, aridus, exustus, igne vel Sole torrefactus, ut Zona torrida, quæ inter duos Tropicos sita assiduo æstu torretur. Virg. 1. Georg. Quinque tenent cælum Zonæ, quarum una corusco Semper Sole rubens, & torrida semper abigni. Id. Ecl. 7. Torrida æstas. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ frigore, vel alia causa arefactæ sunt. Cic. Agr. 2. c. 34. Quem hominem ut grandi macie torridum Romæ, contemptum, abjectum videbamus, Liv. l. 21. c. 32. Pecora, jumentaque torrida frigore. Id. l. 4. c. 30. Torridi fontes.

Torris, is, m, δᾷς, δαδός, δαλὸς, אֹזֶר, sive ut Æschylus vocat, κάμακ ποιᾶ φλεκτὸς, stipes semiustus, & adhuc ardens, aut saltem ignitus, a torreo. Lexicographi quidam asserunt, torrem dici de ligno tereti, cum ardet, titionem de ligno extincto. Verum hoc discrimen nullum est, nam Celsus titionem extinguere l. 3. c. 12. & l. 2. c. 17, dixit, Virg. 2. Æn. Obvius ambustum torrem Chorineus ab ara Corripit. Ovid. 8. Met. v. 512. Funereum torrem medios conjecit in ignes.

* Torror, oris, m. siccitas, Cal. Aurel. Tard. 5. 6, ηλίωσις, quam nos corporis torrorem dicimus,

Torrus. V. in Torreo.

Torsio, onis, f. 3. torcimento, στρόφος, actus torquendi, tormentum. Plin. l. 20. c. 17. Privatim ejus usus contra torsiones stomachi in tepida aqua, & cruditates. i. e. tormina ab humoribus acribus provenientia.

Torte, adv. διαμέσως, tortuosamente, oblique, transverse, Lucr. lib. 4. vers. 306. Quamvis torte, penitusque remota Omnia,

* Torticius. V. Tortivus.

* Torticordius. V. Fravicordius.

Tortilis, & le, o. 3. torto, στρεπτὸς, quod retortum, & replicatum est. Ovid. in ep. 16. v. 252. Tortilis a digitis excidit ansa meis. Lucan. l. 6. Hunc aut tortilis hus vibrata phalarica nervis Obruat. Plin. l. 9. c. 52. Polypi pariunt vere ove tortili vibrata pampino.

Tortio, onis, f. idem ac torsio, Sen. l. 1. Controv. 4. Cum oculorum caliginem, animi defectionem, membrorum omnium tortionem deferipsisset.

Tortivus, a, um, quod est noviffime expressum, ut Mustum tortivum. Col. l. 12. c. 36. Tortivum mustum dicut, quod post primam pressuram vinaceorum circumcisio pede exprimitur. Cato de re rust. c. 23. Tortivum mustum circumcidaneum suo cum dolio dividito.

Torto, as, a. 1. torcere bene, חָשׁוּךְ, Ruruiw, iterum atque iterum torqueo, flecto, a torqueo. Pomp. apud Non. c. 2. n. 872. Et ubi insuli in cochlearum equuleum, ubi tolutim tortor. ¶ Item torquere, cruciare. Lucret. l. 3. v. 662. Recenti vulnere tortari. h. e. cruciari, torqueri. Lucil. l. 3. ep. 106. Dolorum acuminibus tortari.

Tortor, oris, m. qui cruciat, five ad emendam veritatem, sine ad puniendum crimen, five ob immanitatem, & crudelitatem, tortore, tormentatore, carnefice, מְנַאֵב, מְנַאֵב, Ger. peiniger, folterer, Gal. tourmenteur, Hisp. atormentador, βασανιστής. Cic. pro Clu. c. 63. Cum jam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa. Hor. l. 3. od. 5. Acqui sciebat, quæ sibi barbarus Tortor pararet. ¶ Apollo cognomine Tortor statuam Romæ habuit, quæ fortasse quia posita erat in vico ubi torqueabantur rei, occasionem dedit vocabulo. Suet. in Aug. c. 70. V. Martial. l. 2. ep. 27.

Tortum, i, n. funis extensus ad torquendum. Pacuv. apud Non. c. 2. n. 847. Nam te in tenebras sæpe lacerabo fame clausum, & fatigans artus torto distraham.

Tortuose, adverb. tortuosamente. Tertull. adverf. Valentin. c. 3. Per anfractos seriem suam evolvat, tortuose procedat.

Tortuositas, atis, f. tortuosità, involuppo. Tertull. l. 4. cont. Marcion. cap. ult. & de Carne Christi, c. 20.

Tortuosus, a, um, tortuoso, torto, מְעֻוָּל, ἑλιγματώδης, obliquus, anfractuosus, multis flexibus sinuosus. Cic. 2. de nat. Deor. c. 54. de alvo: Est autem multiplex & tortuosa. Id. ibid. c. 57. de sanis: Et ex tortuosis, & inclusis locis referuntur ampliores. Plin. l. 11. cap. 46. Lynx tantum digitos habentium, simile quidam talo habet: leo etiamnum tortuosius. Auguft. l. 2. Confeffion. c. ult. Tortuofiffima talo habet: leo etiamnum tortuosius. Augusf. l. 2. Confession. c. ult. Tortuosissima nodosiras. ¶ Translate Cic. 4. Acad. cap. 31. Tortuosum genus disputandi. h. e. quod longe petit principia, & quasi per anfractus quosdam procedit. Idem de Amic. c. 18. Ingenium multiplex, & tortuosum, simulatora, coperto, doppio.

* Tortūra, æ, f. torcimento, torsio, στρεβλώσις, βασανισμός. Pallad. Febr. t. 9. ipsa tortura vexatio est. Veget. R. V. l. 40. tortura & extensio ventris.

Tortus, a, um, torto, נָשׁוּךְ, διστρεπτμένος, flexuosus, obliquus. Martial. lib. de spectac. ep. 3. Crines torti in nodum. Virg. 4. Æn. Torsit funes. Id. 8. Æn. Tres ſpectac. ep. 3. Crines torti in nodum. Virg. 4. Æn. Torsit funes. Id. 8. Æn. Tres flexibus amnis torti radios, tres nubis aquosæ, h. e. grandiasis. ¶ Translate Plaut. Mon. 4. 2. 25. Conditiones tertuli tortas, contragosas. h. e. obscuras, perplexas. ¶ Sumitur etiam pro cruciato, βασανιθείς, Cic. in Top. c. 20. Nam & verberibus tormitur etiam pro cruciato, βασανιθείς, Cic. in Top. c. 20. Nam & verberibus tormiti, & igne fatigari quæ dicunt, ea veritas videtur ipsa dicere. Hor. l. 1. epiſt. 19. Commissumque reges & vino tortus, & ira, spinto dal vino.

Tortus, us, masc. torcimento, idem ac torsio. Cic. 2. Tusc. c. 9. ex Poeta: Tortu multiplicabili Dtaco. Virg. 5. Æn. v. 276. Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.

Torva, acc. pl. adverbialiter positus, pro torve, ut etiam torvum in sing. loco adverbii ponitur. Virg. 6. Æn. v. 467. Talibus Æneas ardentem, & torva tuentem Lenibat dictis.

Torve, adverb. ὑπόδρᾳ, severe, terribiliter. Plaut. Amph. 4. 2. 8. Quid me torve aspectas? Alii leg. ſolide.

Torvitas, atis, f. ὑποδρυότης, severitas. Fest. Torvitas a ferocia taurorum dicta est. Plin. l. 7. c. 19. Erit hic animi tenor aliquando in rigorem quemdam, torvitatemque naturæ. ¶ Sæpius significat torvum aspectum, guardatura fiera, e biesca. Tacit. 2. hiſt. cap. 9. Corpus insigne oculis, comaque, & torvitate vultus. Plin. l. 8. c. 17. Capitis torvitas. Ammian. l. 31. c. 7. Oculorum severitas.

Torvitter, adv. idem ac torve. Enn. apud Non. c. 11. num. 57. Quem nunc tu tam torviter increpuisti.

Torulus, i, m. cordoncino, אַטְוֵן, κιρίδιον, funiculus, dim. a torus, quod proprie funem notat. Plaut. Amph. prol. v. 144. Tum meo patri autem tortus inibat aureus fub petasu. Ammian. Marcell. l. 29. cap. 7. Torulo capite circumflexo. Sunt qui his locis torulum interpretantur parvum conum in capite ex capillis contortis factum, quod ornamentum præcipue mulierum est, ut legitur apud Varron. lib. 4. de L. L. Torulus in mulieris capite ornatus. Et ad Plautum quidem quod attinet, putant respexisse eum ad morem Athenienfium, qui ut se κόνδυλος, hoc est antiquissimæ originis, & terræ filios declararent, capillos torquebant in conum, aureasque cicadas innectebant: nam cicadæ e terra procreari credebantur. Non deruit tamen qui Plauti & Varronis loca aliter legunt. V. Taubman. ad Plaut. loc. cit. ¶ Toruli in animalibus sunt parvi tori, hoc est partes carnosæ, seu pulposæ. Apulej. l. 7. Metam. Terga pulposis torulis obesa. ¶ Hinc apud Vitruv. l. 2. c. 9. torulus accipitur pro ea ligni parte, circa medullam qua magis albescit, teneriorque est, & teredinibus & putredini magis obnoxia, qua idcirco rejici jubetur; cum ad aliquod intestinum opus lignum secatur. Verba ibi Vitruvii sunt: Ima (pars arboris) cum excisa quadrifluviis disparatur, ejecto torulo ex eadem arbore ad intestina opera comparatur.

Torus, i, m. letto, מִטָּה, σίβιξ, lectus. Ita dicitur per Metonymiam, quia lecti tendebantur toris, ideft funibus. Id enim Latinis olim torus, quo modo usus Cato apud Scalig. in Conjectan. ad Varron. de L. L. pag. 73. ¶ Grammaticis torus a torta herba dici videtur. Serv. ad 1. Æn. Torus dictus est, quia veteres super herbam tottam vel sedebant, vel discumbebant, ut 5. Æn. v. 388. Viridante toro considerat herbæ. Plin. l. 8. c. 48. Antiquis enim torus e stramento erat, qualiter etiam nunc in castris gausape. Juvenal. Sat. 6. Sylvestrem sternere passus Conjux, & culmo, vicinarumque feratum Pellibus. Virg. 6. Æn. Riparumque toros, & prata recentia rivis Incolimus. ¶ Cæterum torus generatim pro quovis lecto accipitur. Virg. 1. Æn. toro pater Æneas sic orsus ab alto. Stat. l. 3. Silv. 1. Signis torus aper eburnis. ¶ Sæpe etiam translate pro nuptiarum, seu matrimonii vinculo. Ovid. 1. Met. v. 319. Cum consorte tori parva rate vectus adhæsit. Id. lib. 10. Appellarque tori sociam. ¶ Tori etiam dicuntur in quibus est robur, & fortitudo, cujusmodi in brachiis cernuntur: nempe vel ob rotunditatem, vel quia musculosæ illæ partes nervis, quasi toris, seu funibus sint compactæ. Virg. 3. Georg. v. 81. de equis: Luxuriatque toris animosum pectus. Cicer. 2. Tusc. O pectora, o terga, o lacertorum tori. ¶ De venis quoque dicitur, cum varicum in morem quibusdam in locis turgescunt. Celsus l. 7. c. 18. Ac per ipsos venarum toros inæquale est. ¶ Per Metaphoram transfertur ad arbores, in quibus prominentes partium calli, & in se pulparum modo collecti, tori nuncupantur. Col. de arb. cap. 26. Arbustivam vitem, quam putare, tam alligare diligenter oportet. Nam in eo fructus maxime vis consistit, diuturnique perennat, quæ firmis toris, & idoneis locis religata est. Itaque omnibus annis convenit subsequi putationem, ita ut tori renoventur, & vitis per idoneos ramos disponatur. Hæc Columella. Aliqui suspicantur toros hic accipi pro vinculis: quemadmodum & in illo ejusd. l. 5. c. 6. Vitis novella tribus toris ad arborem alligetur. ¶ Præterea sic appellatur funiculus, ex quo triplicato, & intorto fit suais. Cato R. R. cap. 135. Funem exordiri oportet longum pedes LXXII., toros III. habeat, lora in toros singulos IX. lata digitos duos. ¶ Translate Cic. in Or. cap. 6. de Oratore mediocri. Addit aliquos, ut in corona, toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum, sententiarumque distinguit. Senfus est. In coronis sunt eminentiæ quædam, quæ tori vocantur ad similitudinem tororum in animalibus, aut vitibus: ita etiam in mediocri oratione nonnunquam, sed leniter, decet assurgere, ita ut modica verborum, & sententiarum ornamenta appareant.

Torvum, adv. idem ac torve, per Enallagen. Virg. 7. Æn. v. 399. Torvumque repente Clamat, Io matres audite ubi quæque Latinæ.

Torvus, a, um, torvo, terribile, ferace, orribile, פֶּרֶץ, אֵיוֹם, ἀγριωπὸς, γοργωπὸς, vel σκυθρωπὸς, specie ipsa ferociam præ se ferens, aspectu formidabilis, terribilis. Festo placet esse a taurus, quia animal hoc ferox, & torvum. Vel torvus a torquendo, quasi torvo vultu. Virg. 3. Georg. v. 51. Optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix. Cic. 2. de nat. Deor. c. 42. ex Poeta: Torvus draco serpit subter, supraque revolvens Se se. Ovid. 5. Met. v. 92. Torvis oculis tueri, guardar bieco. Arnob. l. 6. Leonis torvissima facies. ¶ Translate fumitur pro aspero, immiti, indomito. Plin. l. 17. c. 23. Cultura quoque torva fiunt vina. Catul. de coma Beren. Prælia torva. Aquisq. in Apoleg. Tuba rudore torvior.

Tostus, a, um, adject. ex particip. a torreo, abbrustolito, seccato, arrostito. Cic. 3. Tuscul. c. 19. ex Poeta: Fana flamma deflagrata: tosti alii stant parietes. Ovid. 2. Met. v. 283. Tostos en aspice crines, Inque oculis fumum. Id. 12. Met. v. 255. Tosta caro. Colum. l. 12. c. 5. Tostum hordeum.

Tot, nomen numerale, indeclinabile, tanti, כַּמָּה, Ger. so vil, Gal. tant, Hisp. tantos, τοσοῦτοι, tam multi. Eli respondet nomen quot vel expresse, vel tacite. Cic. l. 2. de Orat. c. 31. Quot homines, tot eauſæ. Id. 5. Tusc. In his tot, & tantis, atque etiam, quæ plura possunt accidere. Virg. 1. Æneid. Quidve dolens Regina Deum tot volvere casus Insignem pietate virum, tot adire labores Impulerit. ¶ Tot pro tam pauci. Albinovan. eleg. 1. v. 339. Vix credent tantum rerum cepisse tot annos.

Totalster, adv. totalmente, ὁμοίνο. Lactant. l. 6. Totaliter cavere.

* Totfarfam, tanti, tot, τοσοῦτοι. Var. in totfariam locis. Ita Scalig. ad Fest. in Multifariam.

Totidem, nomen numerale indeclinabile, altrettanti, כֵּן, Ger. eben so viel, Gal. tout autant, Hisp. otros tantos, ἴσοι, ἰσάριθμοι, æque multi, nec plures, nec pauciores, a tot, & dem, ut tantundem, a tantum, & dem. Virg. 3. Æneid. Tres adeo incertos cæca caligine soles Erramus pelago, totidem sine sidere noctes. Cic. Attic. lib. 6. epist. 2. Ilsum ego locum totidem verbis a Dicæarcho transtuli.

Totiens, adverb. tante volte, τοσαυτάκις, tot vicibus, a tot, ut quoties a quot. Pro toties, & quasies in veteribus libris legitur totiens, & quotiens, cum n, approbantibus id Victorino, & Capro, qui ita distertim scribere jubent. Virg. 4. Æn. Quos ego sam toties sum dedignata maritos. Cic. Att. l. 7. ep. 12. Velim, mihi ignoicas, quod ad te scribo tam multa toties. Id. 1. de Or. Quam toties, quoties præscribitur, Beeanem, aut Mutionem citarimus. Id. pro Cluent. cap. 18. Quotiescumque dico, toties mihi videor in judicium venire.

Torjugis, & Torjugus, a, um, adject. idem ac tantus, vel tam magnus. Apulej. l. 2. Metam. In qua (domo) torjugis jam diebus ne fumus quidem visus est ullus. ¶ Item tam varius. Id. l. 2. Florid. Torjugi scientia magnificus.

* Tormōda, tot & tanta. Catul. carm. 13. 13. al. tot bona.

Totus, a, um, gen. totius, tutto, כֹּל, Ger. gantz, Gal. tout, entier, Hisp. todo, ὅλος, integer, universus, solidus. Plaut. Most. l. 1. 36. Ædificantur ædes totæ denuo. i. e. integræ. Terent. Eun. 2. 2. 46. Sex ego te totos menses quietum reddam. Cic. Att. l. 12. ep. 15. Totos dies scribo. Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 1. Plancius totus est noster. Id. 1. de Leg. c. 18. Ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? ¶ Toto corpore, atque omnibus ungulis, proverbialis locutio, pro toto conatu. Cic. 2. Tusc. c. 24. Toto corpore, atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis afferviunt. ¶ Totus in aliqua re esse dicitur, qui in unam rem aliquam incumbit, & nihil præterea curat. Terent. Adelph. 4. 2. 51. Totus in amore est. ¶ In totum, del tutto, totalmente. Plin. l. 2. c. 9. de Luna: Siquidem in totum mutuata ab eo (sole) luce fulgere. ¶ Ex toto, eamdem habet significationem. Cels. l. 3. cap. 4. Antequam ex toto integer fiat, totalmente sano. Id. l. 7. c. 4. n. 3. Id non ex toto ira se habet. ¶ Totus, & omnis in eo differunt, quod totus ad quantitatem referrur, omnis ad numerum: totus partium, omnis numeri denotat plenitudinem. Aliquando tamen totus pro omnis usurpatur. Stat. l. Theb. v. 81. Totos in pœaam ordine nepotes. Apul. l. 9. Metam. Accumbebat cum sua Junone Jupiter, ac deinde per ordinem toti Dii. ¶ Totum, si, absolute, il tutto, id quod integrum est. Cic. l. 1. Acad. Corporis bona alia ponebant esse in toto, alia in partibus. Id. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 1. Totum in eo est, tectorium ut concinnum sit, tutto sta, che &c. qui sta il punto, che &c. ¶ Totus, penultima correpta, idem est ac tantus, τοσοῦτος, cui respondet quotus. Manil l. 3. v. 447. Detrahitur summæ tota pars, quota demit utrinque &c. ¶ Hoc nomen in dativo singulari habet toti in omnibus generibus, reperitur tamen etiam toto, & tota. Cels. lib. 4. cap. 12. Calida cataplasmata toto ventri imponere. Plaut. apud Varr. l. 6. de L. L. Gannit odiosus omni totæ familiæ. ¶ Tosi etiam apud Afranium apud Priscian. l. 6.

Toxicum, ci, n. toffico, veleno, לְעָנָה, רֹאשׁ, Ger. gifft, Gal. poison, Hisp. ponzoña, τόξικον, venenum, a τόξον, quo nomine Græci tum arcum tum sagittam vocant, ut docent Homeri enarratores. Plin. l. 16. cap. 10. Sunt qui & toxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tinguntur. Festus: Toxicum dicitur cervarium venenum, quo quidam perungere sagittas soli

Trachallus, m. 2. Orator Domitiani temporibus, magnæ vocis, pronuntiationisque felicitate. *Quinct. l. 10. c. 1. l. 12. c. 5.*

Trachēlus, i, τράχηλος, Græce collum significat. Itaque hoc nomine *Virr l. 10. c. 15.* partem quandam catapultæ appellat, a colli similitudine. V. *Bald in Lex. Vitruv.*

Trachēotis, itis, f. τραχεῶτις, ita dicitur a *Plin. l. 5. c. 27.* Seleucia urbs, quia in ipsa Ciliciæ parte aspera, & montana, quæ Trachea dicitur, sita est.

* Trachia, æ, f. Τρηχέα, *trachea. Macrob. sat. 7. 15.*

Trachin. V. Trachyn.

Trachinia, f. l. regiuncula Phthiotidis, in ora sinus Maliaci, ubi Heraclea urbs cogn. Trachin, & montes, seu petræ Trachiniæ.

Trachonitis, idis, *Bochart*, regio Palæstinæ, in Cœlesyria, inter Aquas Meron, & montem Hermon, ac inter terram Hus, & Regnum Basan Borealius. *Plin. l. 5. c. 18.*

Trachyn, ynis, & Trachin, inis, f. urbs Thessaliæ in Phthiotide, ad sinum Maliacum sub Oeta monte, ab Hercule condita, unde & Herculea dicitur. *Senec. in Herc. Oet. v. 194.* Resonerque malis aspera Trachyn. *Ovid. 11. Metam. v. 634.* Herculeam Trachyna jube sub imagine regis Halcyonem adeant. ¶ Nomen est etiam tragœdiæ Sophoclis. *Cic. 2. Tusc. c. 8.*

Trachynius, & Thrachynius, &

Trachynus, & Trachinius, a, um, adject. a Trachine urbe, ut Trachina tellus. *Ovid. 11. Met. v. 269.* Trachyna saxa. *Senec. in Herc. Oet. v. 135.*

Tractа, æ, f. & Tracta, orum, n. *massa di lana filata, spezzinata,* אלומה, כנר, manipulus lanæ, qui circa fusum involvitur, postquam tractus, hoc est netus est: nam trahere lanam, est nere. *Tibull. l. 1. eleg. 7. v. 86.* Firmaque conductis annectit licia telis, Tractaque de niveo vellere ducta putat. ¶ In panificio tracta dicuntur partes farinæ manibus bene agitatæ, subactæ, & in longum tractæ in modum membranarum, ut ea agitatione melius fermententur: nam trahere panem apud *Plin. l. 18. c. 15.* est subigere. *Id. ibid.* Eum (panem) novem diebus macerant, decimo ad speciem tractæ subigunt uvæ passæ succo. *Cato c. 76. R. R.* Alicam in aquam infundito; ubi bene mollis erit, in mortarium purum indito, siccatoque bene: deinde manibus deponito: ubi bene subactum erit, farinæ libras quatuor paulasim addito, id utrumque tracta facito. *Et infra:* placentam fingito: tracta singula in totum solum primo ponito, deinde de mortario tracta linito, tracta addito singulatim, &c. ¶ Apud *Apicium* tracta est genus quoddam placentæ in modum membranæ factæ, deinde concisæ: unde pullus tractogalatus dicitur *ibid. l. 6. c. 9.* qui tracta, & lacte conditur. Sic *lib. 5. c. 1.* Pultes tractogalatæ. Sic *l. 8. c. 7.* Porcellus tractomellitus. h. e. ex melle & tracta conditus.

Tractabilis, & le, o. 3. *trattabile*, נתפש, משמש, δεκτικὸς, quod tractari potest. *Cic. de Univ. c. 4.* Corporeum autem, & aspectabile, itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Materies earum (arborum) tractabilis ad intestinum opus, *facile da lavorare.* ¶ Translate sumitur pro mansueto, pacato, facili. *Cic. de Am. c. 23. de virtute:* Quæ quidem est cum multis in rebus, tum in amicitia tenera, atque tractabilis. *Virg. 4. Æn.* Quassatæque rates, & non tractabile cœlum. *i. e.* procellosum, inquietum, inpacatum. *Rursus Cic. Att. l. 1. ep. 11.* Nihil est enim eo tractabilius.

Tractabilitas, atis, f. qualitas qua aliquid tractari potest. *Vitruv. l. 2. c. 9.* Populus, salix, tilia in sculpturis commodam præstant tractabilitatem, *sono facili da lavorarsi.*

Tractabiliter, adverb. faciliter. *Gel. l. 6. c. 2.* Omnem illam vim, quæ de fato existimaeus ingruit, inoffensius, tractabiliusque transmittunt.

Tractatio, onis, f. *maneggio, impresa,* תפשה, μετακείρισις, actus tractandi, exercitatio. *Cic. 3. de Or. c. 52.* Utiii, qui in armorum tractatione versantur. *Id. 2. de Divin. c. 3.* Neque vero qui tibiis, aut fidibus uti volunt, ab Aruspicibus accipiunt earum tractationem, sed a Musicis. ¶ Translate sumitur pro compositione, concinnatione. *Cic. in Or. c. 59.* Est in utroque & materia, & tractatio, materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. ¶ Item pro studio. *Cic. 4. Acad. c. 2. de Philosophia:* Profecto ejus tractatio optimo, atque amplissimo quoque dignissima est. ¶ Item pro ratione, qua quis alium secum versantem tractat, excipit, *trattamento. Quintil. l. 4. c. 2.* Quæ zelotypum male tractationis accusat. *Id. l. 7. c. 5.* Causæ abdicationis, dementiæ, malæ tractationis.

Tractator, oris, m. qui tractat. Speciatim tractatores dicebantur, qui manu membra tractabant, & leniter fricabant. *Sen. ep. 66.* Quidni ego feliciorem putem Mutium, qui sic tentavit ignem, quam si manum illam tractatori præstitisset? ¶ Tractator etiam dicitur, qui de aliqua re disserit, scribit, disputat. *Sid. l. 4. ep. 11. in carm.* Orator, dialecticus, poeta, tractator, geometra, musicusque.

Tractatorium, ii, n. locus in quo causæ, & aliæ res aguntur. *Sidon. l. 1. ep. 7.* It in tractatorium frequens senatus.

Tractatrix, icis, f. quæ tractat, ideft corpus alicujus manu tractat, & leniter fricat. *Martial. l. 3. ep. 82.* Percurrit agili corpus arte tractatrix.

Tractatus, us, m. *toccamento,* מלמוש, μετάχειρισις, actus tractandi, contrectatio. *Plin. l. 8. c. 58. de simili.* Tractatu gaudent, similes gratulationem intelligentis. Alii legunt *tractari.* ¶ Translate sumitur pro studio, *Cic. 3. de Or. c. 23.* Qui ipsarum artium tractatu delectari, nihil in vita aliud agunt. ¶ Item pro descriptione, *trattato. Quintil. l. 3. c. 9.* Ante hominem patria, ac parentes, majoresque erunt, quorum duplex tractatus est. *Id. in prooem. l. 8.* Asperiorum tractatu rerum attenuntur ingenia. ¶ Item proliberi parte, in qua aliquid describitur. *Plin. l. 14. c. 4.* Tractatu toto separatim sententia ejus indicanda est.

Tractātus, a, um, *trascinato,* נמשך, ἠφυγκισμένος, raptatus, partic. a tractor, quod a trahor. *Ovid. Met. 13. v. 410.* Tractata comis antistita Phœbi. ¶ Item contrectatus, *toccato, maneggiato. Hor. l. 2. ep. 1.* Tractata nogram, labemque remittunt Atramenta. ¶ Translate sumitur pro exercito, agitato. *Cic. pro Arch. c. 2.* Persona propter otium, ac studium minime in judiciis, periculisque tractata est. ¶ Item pro excepto, accepto, *trattato,* βεβασανισμένος. *Cic. pro Cal. c. 2.* Pater parum pie tractatus a filio. ¶ Item actus, transactus. *Auctor ad Herenn. l. 4. c. 24.* An ad suam revertetur antiquam vitam alicubi honeste tractatam?

Tractim, adv. *continuamente,* לארך, ξυνεχῶς, longo tractu, diutine, sine intermissione. *Virg. 4. Georg. v. 260.* Tum sonus audiitur gravior, tractimque susurrant. ¶ Tractim tangere, est leniter, & leviter tangere, manum trahendo, ut cum canes, felesque demulcemus tracta a capite ad caudem manu, & ut nutrices blandiuntur infantibus, ut somnum eis concilient, vultum eorum fraviter contingendo. Hinc per ironiam *Plaut. Amph. 1. 1. 157.* Quid si ego illum tractim tangam, ut dormiat? So. servaveris, non continuas has tres noctes pervigilavi. Alii hunc locum ita exponunt: Quid si ego illum ita tangam, ut trahendo ad terram illidam, & humi affligendo ita obtundam, ut dormire videatur? nam supra *v. 148.* dixerat: *quatuor homines in saporem colleoastis.*

Tractitius, a, um, adject. qui trahitur. *Aspch. Vit. in Epitom. c. 23.* scribit, Heliogabalum, quia post mortem tractus per vias, & in Tiberim projectus fuit, *tratticium*, & *Tiberinum* per contemptum faisse appellatum.

Tracto, as, a. 1. *tirare a lungo,* למשך, משך, ἕλκω, tracto, in longum traho, frequentativum a *traho. Lucr. l. 5. v. 930.* Volgivago vitam tractabant more ferarum. ¶ Sæpissime sumitur pro frequenter tangere, manu versare. *Cic. 5. Tusc.* Quæ guttemus, olfacimus, tractemus, audiamus. *Col. l. 8. c. 2.* Talis nora vitulos oporteт, dum adhuc teneri sunt, consuescere manu tractari. *Plaut. Mil. 2. 6. 30.* Tractaviſti hospitam ante ædes meas. h. e. attrectasti. *Lucr. l. 3. v. 903.* Morsuque ferarum tractari. h. e. lacerari. ¶ Translate ponitur pro exercere. *Ter. in prol. Phorm. v. 17.* Qui artem tractant Musicam. ¶ Item pro administrare, curam habere, procurare, *maneggiare. Cic. 2. Verr.* Eras tu Quæstor; pecuniam publicam tu tractabas. *Id. l. 13. Fam. ep. 78.* Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit. *Id. pro Sext.* Clavum imperii tenere, & gubernacula Reipublicæ tractare. ¶ Item pro gerere. *Cic. l. 13. Fam. ep. 14.* Quo in munere ita se tractavit, ut accepisse ab eo beneficium videret, non dedisse. *i. e.* ita se gessit. ¶ Item pro agere cum aliquo, accipere, suscipere, *trattare,* תפש, משש, Ger. *handlen, schaffen,* Gall. *traitter. Manier,* Hisp. *tratar,* ὑποδέχεσθαι, ἠφυγκισμένην. *Cic. l. 1. Fam. ep 3.* Omnibus rebus eum ita tractes, ut intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse. *Id. l. 13. Fam. ep. 27.* Nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari nec se præsentem, nec rem familiarem absentis patroni sui. *Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Me summa simulatione amoris, summaque assiduitate quotidiana sceleratissime, insidiosissimeque tractavit. ¶ Item pro disserere, describere, operam dare. *Cic. 1. de Or.* Quis unquam res præter hunc tragicas pene comice, tristes remisse, feveras hilare, fonses scenica prope venustate tractavit? *Id. 1. Acad.* A quibus hæc jamdiu tractantur. *Plin. l. 2. c. 46.* Scrupulosius tractabo ventos. h. e. de ventis differam. ¶ Tractare causam est agere. *Cic. l. 3. Fam. ep. 12.* Nunquam enim mihi videor tractasse causam difficiliorem. ¶ Interdum ponitur pro consulture, deliberare. *Tacit. Ann. l. 4. c. 13.* Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipisci principem locum abnuerent, aut vellent. *Suet. in Aug. c. 35.* De negotiis ad Senatum referendis tractare. ¶ *Tractare animos*, est afficere, versare. *Cic. in Orat. c. 28.* Eloquentiæ est tractare animos, & permovere.

Tractogalātus, &) v. in *Tracta.*
Tractomelītus)

Tractorius, a, um, ἑλκυστικὸς, quod spectat ad trahendum, ut Tractoriæ machinæ, quibus graviora onera sursum trahuntur. *Vitruv. l. 10. c. 1.* ¶ Tractoriæ literæ, de quibus titulus est *in Cod. l. 12.* sunt quæ dantur a Principe iis, qui ab eo mittuntur aliquo; vel evocantur, ut eis necessaria itineri pulice præbeantur, adscriptis etiam stativis, ideft diversoriis, seu mansionibus, ubi excipi debeant, & vecturæ, & viatici copia eis suppeditetur.

Tractum, i. V. Tracta.

Tractuōsus, a, um, adject. *viscoso*, glutinosus. *Cel. Aurel. Acut. 2. cap. 32.* Sudor crassus, & tractuosus.

Tractus, us, m. *tratto,* מלך, משוכה, ἕλκυσμὸς, ἑλκύσμα, actus trahendi. *Plin. l. 9. c. 45.* Dextra apprehenso stilo in pugna est: modicus alias tractus, *con poca fatica si tira.* ¶ Translate ponitur pro cursu, fluxu, continuatione. *Cic. 2. de Orat. c. 50.* Qui timor! quæ dubitatio! quanta hasitatio, tractusque verborum! *Id. 2. de Or.* Neque verborum collocatione, & tractu orationis levi, & æquabili perpolivit illud opus. ¶ Item pro inflexione, declinatione, derivatione. *Quin. l. 8. c. 4.* In tractu, & declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronem beatitas, & beatitudo. ¶ Per metonymiam, & metaphoram simul ponitur pro longitudine, serie, ordine in longum ducto. *Virg. 1. Georg.* Nocturnique per umbras Flammarum longos a tergo albescere tractus. *Liv. l. 3.* Contemplatus, qui tractus castrorum, quæque forma esset. ¶ Item pro via, itinere, spatio. *Ovid. 2. Met.* Longoque per aera tractu Fertur. ¶ Item pro circulato serpentium progressu, qui Græcis συρμὸς dicitur. *Virgil. 2. Georg.* Squameus in spiram tractu se colligit anguis. ¶ Item pro regione, plaga, climate, spatio alicujus magnitudinis, ut cœli, vel terræ, *tratto, spazio, regione,* פאה, Ger. *strich,* Gal. *traite, contrée,* Hisp. *trecho,* χώρα, πλάτος. *Cic. pro Planc.* Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifanus, tota denique nostra illa aspera, & montuosa regio. *Virg. 2. Georg.* Indicio est tractus surgens oleaster eodem. ¶ Item pro spatio temporis. *Vellej. l. 2. c. 9.* Eodem tractu temporum nituntur Oratores Scipio, & Lælius.

Tractus, a, um, ἑλκιδὴς, ductus, part. a trahor. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* Qui, sicut venæ, & arteriæ a corde tractæ, & profectæ, in omne corpus ducuntur. *Id. Phil. 11. c. 2.* Reliquum corpus tractum, & laceratum abjecit in mare, *strascinato.* ¶ Oratio tracta eadem est, quæ fusa, seu continuata, & extenta. *Cic. 2. de Or. c. 15.* Genus orationis fusum, atque tractum. *Id. in Or. c. 20.* Tracta quædam & fluens expetitur, non hæc contorta, & acris oratio.

Tradītio, onis, f. παράδοσις, מסורה, קבלה, actus tradendi. *Cic. in Top. c. 5.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt. ¶ Translate sumitur pro documento, doctrina, *insegnamento. Gell. lib. 11. c. 22.* Sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis diceretur. *Quintil. l. 3. c. 1.* Jejuna, atque arida præceptorum traditio.

Tradītor, oris, m. qui tradit. *Arnob. l. 3. p. 113.* Neque enim traditor alicujus esse scientiæ potius est, non ejus, quod tradit, rationem tenear. ¶ Item proditor, *traditore. Tacit. 4. hist. c. 24.* Quin potius interfecto traditore, virtutem suam malo omine exsolvessent. *Ursinius* & *Abidalius* mallent *proditore*, quod certe est magis Latinum. *Sedul. l. 5. v. 61.* Traditor immiris, fere proditor, impie larro.

Tradītus, a, um, nom. partic. *dato, insegnato. Cic. 6. Fam. ep. 22.* A sapientissimis viris tradita memoria, & scientia comprehendere. *Cæs. l. 3. B. Civ. c. 57.* Traditus & commendatus. *Tac. 3. hist. c. 32.* Traditq more quemcumque principem adulandi, *essendo passato in costume.*

Trado, is, didi, ditum, a. 3. *dare,* נתן, המסיר ביר, Ger. *geben, darbieten,* Gal. *bailler,* Hisp. *dar,* παραδίδωμι, ἐγκαταλύω, idem ac do, seu porrigo, ex *transdo*, de quo infra suo loco. *Cæs. l. 1. B. C.* Saxa multa locis præruptis iter impedibant; ut arma per manus necessario traderentur. *Id. lib. 2.* Pecuniam ex publico tradunt. ¶ Sæpe ponitur pro dedere, dare in manus, sive in potestatem. *Cæs. l. 8. B. C.* Itaque necessitate coacti se tradidere, *s' arresero. Cic. ad Q. F. l. 1. ep. 2.* In custodiam tradere aliquem. *Id. de Prov. Conf.* Tradere in servitutem aliquem alicui. *Id pro Dom.* Tradere aliquem alicui ad supplicium. *Id. ib.* Provinciam ad diripiendum tradere. ¶ Item, pro committere, commendare, *consegnare. Cic. l. 7. Fam. ep. 5.* Totum denique hominem tibi trado de manu, ut ajunt, in manum tuam istam, & victoria, & fide præstantem. *Id. 2. Phil. cap. 2.* At enim te in disciplinam meam tradideras. *Id. l. 16. Fam. ep. 1.* Et te totum trade. ¶ Item pro transmittere, relinquere. *Autom. ad Cic. post ep. 13. l. 14. ad Att.* Non esse tradendas posteris inimicitias. *Plin. in l. 1. ep. 12.* Nam plerunque morbi quoque per successiones quasdam, ut alia, tradiuntur. ¶ Item pro adjicere, applicare, spectam dare. *Cic. 1. de Div.* Qui salubri, & moderato cultu, atque victu quieti se tradiderit. *Id. 1. de Inv.* Se in studium aliquod tradere. ¶ Item pro præstare, *Cic. 3. Verr.* Quæsivit, quis eadem Castoris fanum rectum dederet tradere. ¶ Item pro docere. *Cæs. l. 6. B. Gal. c. 23.* De Deorum immortalium vi, ac potestate disputant, & juventuti tradunt. *Cic. pro Flacc.* Et qui se artem dicendi tradiderunt etiam cæteris profitebantur. Item pro dicere, referre, narrare. *Cic. 1. Tuscan.* Nam Galbam, Africanum, Lælium doctos fuisse tradunt. *Id. 5. Tusc.* Traditum est etiam, Homerum cæcum fuisse. *Plin. l. 13. c. 1.* Unguenta quis primus invenerit, non traditur. ¶ *Tradere memoriæ* est memoriæ mandare, *mettere a mente. Cic. in Somn. Scip.* Et quæ dicam, trade memoriæ. Item scriptum relinquere, *lasciare scritto alla memoria de' posteri. Id. l. 2. de Inv. c. 1.* Quarum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt. ¶ Tradere scriptis, *lasciare scritto. Cic. 3. de Or.* Cujus ingenium, variosque sermones scriptis suis tradidit. ¶ Tradere pro prodere, *tradire*, rarum est. *Sedul. in Acrostich. v. 74.* Tunc ille Judas carnifex ausus magistrum tradere. ¶ Tradere consuetudini Latinæ, h. e. in Latinum sermonem vertere. *Columell. in prooem. l. 12.* Hæc in Œconomico Xenophon, & deinde Cicero, qui eum consuetudini Latinæ tradidit. ¶ Tradere se tristitiæ, *darsi alla malinconia. Cic. Fam. 5. ep. 14.*

Tradūco, is, xi, ctum, a. 3. *traddurre, trasportare,* העביר, Ger. *uberhinführen,* Gall. *traduire,* Hisp. *trasportar,* μετάγω, per locum aliquem duco, vel de loco in locum duco, transfero, a *trans*, & *duco. Cæs. l. 1. B. G. c. 12.* Helvetii per angustias, & fines Sequanorum suas copias traduxerant. *Virg. Ecl. 8.* Atque fatas alio vidi traducere messes. *Cic. pro Cluen. c. 48.* Traducere equum, *passar banda*, a *passar' innanzi col cavallo.* ¶ Interdum est trajicere, h. e. in litus, vel ripam alteriorem transvehere, *trasgettare. Cæs. l. 8. B. G. c. 12.* Tres jam copiarum partes Helvetios id flumen transduxisse. *Id. ibid.* Ab eo postulat, ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traduceret. *Id. lib. 1. c. 5.* Flumen Axionam exercitum traducere maturavit. *Cic. l. 2. de Inv.* Fluvius ita magnus fatebatur, ut eo vidimæ traduci non possent. ¶ Interdum transmittere, seu de loco, in quo quid natum est, alio mittere. *Juv. Sat. 7.* Altera quos nudo traducit Gallia raso. ¶ Translate fumitur pro transferre ex uno ordine in alium. *Cic. Ast. l. 1. ep. 18. (al. 16.)* Is ad Plebem P. Clodium traducit. *i. e.* ex Patricio Plebejum facit. ¶ Item pro abducere, avertere, & alio convertere, aut trahere. *Cic. Fam. ep. 2.* Et mihi videret animum hominis ab omni alia cogitatione ad eum dignitatem tuendam traducere. *Id. de Clar. Orat. c. 93.* Judicum animos a severitate ad hilaritatem, risumque avducere. ¶ Item impellere, trahere. *Idem pro Cluent. cap. 52.* Traduxit me ad suam sententiam. ¶ Item inflectere, convertere. *Id. 2. de Orat. c. 48.* Tum omnem orationem traduxi, & converti in increpandam Capionis fugam. ¶ Item pro transigere, ferere, consumere, *menare, passare, consumare. Cic. de Sen. cap. 23.* Ut vitam otiosam, & quietam sine ullo dolore, & contentione traducamus. *Id. lib. 4. Fam. ep. 6.* Qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. ¶ Item pro accusare, sinistram famam de aliquo spargere, infamia afficere, deridere: quasi fit ducere per vicos, & plateas ad deridendum. *Marsial. lib. 1. ep. 54.* Quæ tua traducit manifesto carmina furto. *h. e.* arguit furti, infamat, convincit. *Liv. lib. 2. c. 38.* Vestras conjuges, vestros liberos traductos per ora hominum? ¶ In imperativo est *traduce. Ter. Adel. 7. 7. 12.* Traduc familiam omnem ad nos. Legitur tamen & *traduce* in quibusdam Editionib. apud *Valer. Max. l. 4. c. 1.* ¶ *Traduxiti* pro *traduxisti* per syncopen legitur apud *Plaut. Cas. 3. 3. 16.*

Traductio, onis, f. actus traducendi, seu ex uno in alium locum transferendi. *Auson. in gratiar. act. c. 4.* Traductio captorum. *Cic. pro Sex. c. 7.* Traductio ad plebem furibundi hominis. h. e. translatio Clodii ex Patricio ad Plebejum ordinem. *Id. 3. de Or. c. 42.* Traductio, atque immutatio in verbo. h. e. translatio ab uno ad alium sensum. ¶ Item cursus, fluxus. *Cic. 5. Divin. c. 56.* Traductio temporis, nihil novi efficientis, & primum quidque replicantis. ¶ Item irrisio, derisio. *Senec. l. 1. de ira, c. 6.* Cum dedecore, & traductione vitam exigere. ¶ Denique traductio est figura rhetorica, quæ facit, ut eam idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniorem orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita jucundius vita, is cum virtute vitam non poterit colere. Item, Eum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis periisset. Hæc ex *Auct. ad Her. lib. 4. cap. 14.*

Traductor, oris, m. qui traducit, seu transfert. *Cic. Acr. l. 2. ep. 9.* Sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem. h. e. Pompejus Hierosolymorum excisor, qui Clodium a Patricio ordine ad Plebejum transtulerat.

Traductus, a, um, adject. ex partic. *tirato dan luego all' altro, trasferito. Varr. R. R. cap. 8.* Ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. ¶ Item actus, transactus. *Cic. pro Planc. c. 12.* O adolescentiam traductam eleganter!

Traductus, us, m. *tranfito*, locus, per quem aliquid traduci potest. *Ammian. l. 9.* Præsidium per eos traductus agentes.

Tradux, ucis, m. & f. נטע, ramusculus vitis, vel alterius arboris, qui in aliam arborem traducitur, seu transfertur. *Varro, l. 1. R. R. c. 8.* Quartum pedamentum est nativum ejus generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. *Col. l. 5. c. 7.* Novi traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur; Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur. *Id. l. 4. c. 29. de inſitione:* Ex qua velut traducem inhærentem matri, palmitem attrahas, & per foramen transmittas. *Tac. 2. hist. c. 25.* Vineæ nexu traduces impediræ. ¶ Translate *Sever. in Octav. v. 567.* Sacra marmora resque vetustas traduce materia. h. e. adeo firma, ut opera ex illa facta ad posteros usque traduxerit; ducta metaphora a vitibus, quæ traducum ope conservantur. *Prudent. in Apotheosi, v. 983.* Ne traduce carnis Transfundi in fobolem credatur fons animarum. h. e. medianre carne, quæ ab uno in alium quasi traduxproparatur.

Tragacantha, es, f. τραγάκανθα, frutex in Creta Insula maxime provenicns, spinæ albæ radice, ex qua lacryma manat aliquot usus in medicina habens. *Plin. l. 13. c. 21.* ¶ Dicitur & tragacantha, æ, ab eodem *Plin. l. 26. c. 24.*

Tragānus porcellus est hircosus, hoc est hircum pilo, & habitu corporis quodammodo referens. *Apic. l. 8. c. 7.*

Tragelāphus, i, m. τραγέλαφος, *irocecervo*, animal juxta Phasin amnem nascens, barba, & armorum promisso villo hirco simile, cetera cervo: unde & nomen sortitus est, nam τράγος, *hircum*, ἔλαφος, *cervum* significat. *Plin. l. 8. c. 33.*

Tragemāta, um, n. *treggea,* מתק, τραγήματα, bellaria, h. e. omne genus cibi delicatioris, quod secundis mensis infertur. Græca tamen vox est, & Græce usurpata tum a *Gellio l. 13. c. 11.* tum ab ejus exscriptore. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 8.*

Tragia, f. l. Tragias, Tragæa, inf. parva maris Ægæi, apud Samum, partia Theogitonis Philosophi peripatetici. *Plin. l. 4. c. 12.* ¶ Item opp. Naxi inf. ubi Apollo colebatur, unde Tragæus dictus est: *Strabo l. 14.*

Tragice, adv. *tragicamente,* τραγικῶς, more tragico, ritu tragicorum. Translate, seu metaleptice sumitur pro graviter, sublimiter, stilo gravi, verbis grandibus, quibus tragici utuntur. *Cic. in Bruto c. 11.* Hanc enim mortem rhetorice, & tragice ornare poterunt.

Tragicomœdia, æ, f. genus fabulæ ex Tragœdia & Comœdia mixtæ, qualis est Amphitruo Plauti, eodem teste *ibid. in Prol. v. 59.* & 63. ibi enim & Dii, qui Tragicæ personæ sunt, & servi, qui Comicæ, inducuntur.

Tragicus, a, um, adject. *tragico*, τραγικὸς, quod ad tragœdiam spectat. *Cicer. 1. de nat. Deor.* Ut tragici poetæ, cum explicare argumenti exitum non poterit, confugitis ad Deum. *Idem in Bruto c. 55.* Fuit enim Sulpitius vel maxime omnium, quos quidem ego audiverim, grandis, &, ut ita dicam, tragicus Orator. ¶ Metaleptice sumitur pro tristi, crudeli, scelerato. Nam talia fere solent esse tragœdiarum argumenta. *Liv. l. 1. c. 46.* Tulit & Romana Regia scelcris tragici exemplum. ¶ *Tragicum* adverbii more positum. *Hor. lib. 2. epist. 1.* Nam tragicum spirat satis, & feliciter audet. h. e. tragice & sublimi stilo scribit. ¶ Tragicus, i, absolute pro tragico Poeta. *Horat. de ar. poet.* Et Tragicus plerumque doler sermone pedestri.

* Tragion, τράγιον, & Tragiōnis, is, f. genus fruticis. *Plin. lib. 27. cap. ult. lib. 13. cap. 21.*

Tragœdia, æ, f. *tragedia*, Germ. *ein prechtig spiel*, Gal. *tragedie*, Hisp. *tragedia*, τραγῳδία, poematis gravissimi genus, quo Regum, Principumve, aut eorum, qui in aulis Regum versantur calamitates depinguntur, tristissimum fere habens exitum. Dicta est a τράγος, *hircus*, & ᾠδὴ, *cantus*, quia præmium ejus, qui tragœdia vicisset, hircus erat, quem ille Baccho sacrificabat. Unde *Horat. in Arte:* Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum. ¶ Differt a comœdia, quod in hac humiles, & privatæ personæ introducantur, in tragœdia Reges, Principes, Duces, nonnunquam etiam Heroes, & Dii. Ad hæc comœdia a turbulentioribus fere rebus initium sumens, tranquillum, lætumque fortitur exitum, tragœdia autem totum quidem argumentum habet luctuosum, exitum autem tristissimum. *Cic. de Sen.* Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit. ¶ Translate fumitur pro magnificentia, magniloquentia, re ingenti. *Cic. 1. de Or.* Neque vero istis tragœdiis tuis, quibus uti Philosophi maxime solent, Crasse, perturbor. ¶ *Tragœdias agere, movere, excitare*, est gravi dicendi genere uti, amplificare, exaggerare, interdum etiam tumultum commovere, fedit onem concitare. *Cic. l. 2. de Orat.* Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut tragœdias agamus in nugis, &c. *Id. pro Mil. c. 7.* Quantas tragœdias excitat! *Quintil. l. 6. de peroratione:* In parvis litibus has tragœdias movere tale est, quasi si personam Herculis, & cothurnos aptare infantibus velis.

Tragœdus, m. 2. *colui, che recita tragedie*, τραγῳδὸς, auctor tragœdiæ. *Cic. 1. de Or.* Vox tragœdorum, gestus pene summorum actorum est requirendus. *Horat. ep. 2.* Qui se credebat miros audire tragœdos. ¶ Fuit hoc nomine Romæ vicus, in quo quia Jovis statua ab Augusto dedicata fuit, ut est apud *Suet. in Aug. c. 57.* Is Jupiter Tragœdus appellatus est. Alii putant sic dictum Jovem, quod ad Plautum in Amphitr. inducatur histrionicam faciens: nam ea fabula mixta est ex Tragœdia, & Comœdia.

* Tragonis. V. Tragion.

Tragōpan, anis, f. avis aquila major, cornua curva in temporibus habens, colore ferrugineo, capite phœniceo. *Plin. lib. 10. cap. 49.* qui tamen inter fabulas recenſet.

Tragopōgon, onis, f. *barba di becco*, herba hircinæ barbæ similis, a τράγος, hircus, & πώγων, barba. *Plin. l. 21. c. 5.*

* Tragorigānum, τραγοριγάνον, & Tragoriganus, i, m. herbæ species, de qua *Plin. 20. 17. Cels. 1. 11.*

* Tragos, i, m. τράγος, genus vepris, *Pl. 13. 21.* Item spongiarum, *Id. l. 9. c. 45.* Item genus pulcis. V. Tragum.

Tragūla, æ, f. κερκὶς, βολὶς, σφόνιμα, שלח, genus teli similitudine hastæ. A *trajiciendo* dici vult *Varro l. 4. de L. L.* Aliter vero *Festus*: Tragula, inquit, genus teli, dicta, quod ex scuto infixa trahatur. Unde *Scaliger trabulam* dicendum putabat, quasi diminutivum sit a *trabe*. Ab eadem etymologia id genus teli hamatum fuisse, suspicatur *Lipsius l. 4. Poliorcet. c. 4. Liv. l. 24. c. 42.* Cn. Scipionis femur tragula confixum erat. ¶ Tragula item, *trattα*, ἀμφίβληστρον, verticulum, sive rete piscatorum, quod subere innatat, ita dictum a *trahendo*. Nempe quod per undas, & ex undis trahatur. *Plin. l. 16. c. 8.* Usus suberis anchoralibus maxime navium, piscantiumque tragulis, & cadorum obturamentis. ¶ Translate *Plaut. Epid. 5. 1. 24.* Tragulam in te injicere adornat. h. e. dolum, insidias tibi machinatur. *Idem Cas. 2. 4. 18.* Ego pol istam jam aliquovorsum tragulam decidero, nam si nihil impetrare potero, saltem fortiar. h. e. aliquo modo telum istud fecuero, remque hanc expediam, ducta translatione a tragula, quæ infixa corpori, non nisi laxato vulnere evelli potest: vel deducta metaphora a tragula rete, quam, ut evadas, aliquo loco cædere oporter.

* Tragularius, ii, m. qui tragulas jacit. *Veget. R. 2. 15.* Erant tragularii, qui ad manubalistas vel arcubalistas dirigebant sagittas.

Tragum, i, n. genus pultis ex tritici semine, hoc est ex zea factum, quod inter cibos non nimium acres, cum ptisana, & lenticula recenseretur a *Cels. l. 9. cap. 4.* Adde *Plin. l. 18. c. 7.*

Tragurium, neut. Tragurum, *Trau*, urbs Dalmatiæ, in insula parva cogn. ponte juncta continenti, contra Bubuam, seu Boam inf. cui etiam ponte jungitur. *Plin. l. 3. c. 21.*

Tragus, vel Græco more Tragos, i, τράγος, herba semipede alta, fruticosa, sine foliis, pusillis racemis rubentibus, grano tritici acuto acumine, in maritimis nascens, quæ alio nomine scorpios dicitur. *Plin. l. 2. c. 13.* ¶ Est item genus piscis, qui & hircus latino vocabulo appellatur. *Plin. l. 9. c. 45.* Apud *Festum* legitur, Tragum esse genus conchæ malt saporis. ¶ Præterea sic dicitur fœtor alarum in hominibus. *Martial. l. 11. epigr. 23.* Inde tragus, celeresque pili, mirandaque matri Barba. ¶ Denique tragos genus est spongiarum scissum, prædurum, & asperum. *Plin. l. 9. c. 45.*

Traha, æ, f. *treggia*, עגלה, Ger. *schlitten*, Gal. *trenoir*, Hisp. *rastra*, ἕλκηθρον, genus vehiculi sine rotis, quo coloni uruntur, a *trahο*, ut monet *Servius*. Nam quia rotas non habet, non volvitur, sed trahitur. *Col. l. 2. c. 21.* Si pauca juga sunt, adjicere tribulam, & trahan possis. ¶ Pro *trahα* Poetæ per Epenthesin dicunt, *trahea*, ut navita pro nauta. *Virg. 1. Georg. v. 164.* Tribulaque, traheæque, & iniquo pondere rastri.

Traharius, ii, m. qui trahan ducit, vel traha vehit. *Sidon. l. 6. ep. 1.* Traharios recenſet inter calones, & lixas, qui sunt in impedimentis exercitus.

Trahax, acis, o. *rapace*, גזול, Ger. ζυgig, Gal. *attrayant*, Hisp. *que trae*, ἑλκτικὸς, qui omnia ad se trahit, rapax, avidus. *Plaut. Persa*, procax, rapax, trahax: trecentis verſibus tuas impuritias loqui nemo poteſt.

Trahea. V. Traha.

Traho, his, traxi, tractum, a. 3. *tracre, tirare, strascinare, trascinare,* משך, גרם, Ger. *ziehen, schleiffen*, Gal. *attirer, trainer*, Hisp. *traer, llevar*, σύρω, ἕλκω, per vim duco. Trahimur enim inviti, ducimur volentes. *Senec. ep. 107.* Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. ¶ *Trahere* absolute, pro ad fuppilicum trahere, quemadmodum & *ducere* eodem modo usurpatur. *Sall. in Catil. c. 51.* Paulo post ipli trahebantur. ¶ Non semper tamen est per vim ducere, sed sæpe amore ducere, sympathia ducere. *Cic. l. 1. de Div.* Magnes lapis est, qui ferrum ad se allicit, & trahit. *Virg. 2. Ecl.* Trahit sua quemque voluptas. ¶ Ponitur etiam pro reptare, ideft ita aliquid ducere, vel gestare, ut tamen humo non attollatur, quod dicitur de iis, quæ non ambulant, aut vix possunt ambulare. *Plaut. Cist. 1. 1. 117.* Amiculum hoc fustolle faltem. *S.* Sine trahi, cum egomet trahor. ¶ Item pro haurire, educere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 9.* Atque etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahi. *Plaut. Trucul. 2. 7. 41.* Traxit ex intimo

sativos, unum communem verbis omnibus activis, alterum vi præpositionis, vel hujus vice adverbium motus. Plane. Cic. l. 10. Fam. ep. 9. Exercitum ad Calendas Majas Rhodanum trajeci. *Et ep. 21.* Exercitum huc trajiciendum quam primum cures. *Brutus Cic. l. 11. ep. 9.* Si se Alpes Antonius trajecerit. ¶ Sæpe alter accusativus omittitur, qui tamen facile subintelligitur. *Cic. Att. l. 7. ep. 21.* Et, si terra quidem, qui possum? mari, quo trajiciam? *Brutus Cic. l. 11. ep. 13.* Neque ex Italia tam celeriter exercitum trajici posse credebant. *Liv. l. 22.* Annom vado trajecit. *Plin. l. 8. c. 32.* Trajicere Cyprum, *passar in Cipro.* ¶ Accipitur quoque pro fundere. *Varro l. 1. de R. R. c. 64.* Trajiciere in alia vasa. ¶ Item *trapassare, διελαύνειν. Cic. 4. Fin.* Si Annibal ad portas venisset, murumque jaculo trajecisset. *Cæs. l. 5. B. G. c. 35.* Utrumque femur tragula trajiciunt. ¶ Translatum est de suo loco in alienum transferre. *Cic. in Or. c. 69.* Ne verba trajiciamus aperte, quo melius aut cadat, aut volvatur oratio. ¶ Item de criminibus, pro transferre, *rivolgere, addossare. Cic. 1. Ver.* Ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit. ¶ Item pro rejicere, *rimettere. Ovid. 12. Met.* Et arbitrium litis trajecit in omnes. *Liv. l. 2.* Trajicere rem ad novos Magistratus.

Tralatio. V. Translatio.

* Tralatus. V. Translatus.

Tralles, f. 3. num. pl. vel Trallis, num. sing. *Cora*, urbs Asiæ min. *in* Lydia, inter Magnesiam, & Mæandrum fl. ad Mer. & Caystrum fl. ad Bor. *Plin. l. 5. c. 29.* Trallis, eadem Evanthia, & Seleucia, & Antiochia dicta. *Juvenal. sat. 3. v. 7.* Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

Trallianus, a, um, ad Tralles pertinens. *Cic in Or. c. 70.* Quasi vero Trallianus fuerit Demosthenes.

Tralúquor, eris, dep. 3. rem omnem enarro, a principio ad finem usque rem eloquor. *Plaut. Perf. 3. 3. 7.* Tieceatis verbibus tuas imputitias traloqui nemo potest, *dirle tutte.*

Tralúceo. V. Transluceo.

Trama, æ, f. 1. *il tessuto*, ערב, Ger. *der eintrag*, Gal. *traime d'un tissurand*, His. *trama, κρόκη*, quod ex stamine, & subregmine fit. *Plin. l. 11. c. 24.* Quam non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte, ipsa per se tenax ratio tramæ? Adde *Sen. ep. 90.* ¶ Translate *trama putres* ponuntur pro re nullius pretii. *Plaut. Rud. 5. 2. 36.* Quid dare velis, qui isthæc tibi indicet? La. nummos trecentos. Gr. tricas. La. quadringentos. Gr. tramas putridas. La. quingentos. Gr. cassam glandem. ¶ Trama apud *Varron. l. 5, de L. L.* videtur esse genus vestimenti tenui texturæ, & rara. Trama, inquit, quod tramest frigus id genus vestimenti. Hinc translate *trama figura* ponitur pro extenuatissimo corporis habitu umbram potius hominis, quam hominem referente. *Perf. sat. 6. v. 73.* Mihi trama figuræ sit reliqua, sit illi tremat omento pœpa venter.

Tramĕo. V. Transmeo.

Trames, itis, m. *sentiero trasversale*, נתיב, משעול, Ger. *ein krumer ad. scheler fussweg*, Gal. *sentier, chemin à travers champs*, His. *senda, τρίβος, τρίβος*, semita transversa, a *trameo*, seu *transmeo*, quia transversus scindit viam rectam. Ita *Var. l. 6. de L. L.* Sed generatim accipitur pro angusta semita, & a majori via remotiori, minusque trita. *Cic. Phil. 13. c. 9.* Egressus est non viis, sed tramitibus. ¶ Ponitur etiam pro *quævis via. Prop. l. 3. el. 16.* Qua facit assiduo tramite vulgus iter. ¶ Trames quoque est *αὐλὼν*, sive convallis, ac generatim locus saltuosus, virgultisque obiectus. *Serv.* Tramites sunt convalles, quæ de lateribus utrinque pervia limitant montes: quæ solent etiam saltus nuncupari. *Prop. l. 3. el. 13.* Si forte meo tramite quæris avem.

* Tramigro. V. Transmigro.

Tramitro. V. Transmitto.

* Tranăto, Trasnăto, as, trasno. *Cæs. B. G. l. 1. c. pen. Fl. l. 6. c. 27. l. 8. c. 22. Drakenborch*, ad *Liv. l. 22. c. 27.* loca MSS. collegit, in quibus *transnatare, tranatare, tranare, trasnare* promiscue legitur.

* Tranătus, Transnatus, a, um, *passato notando.* Tranato flumine. *Frontin. strategem. l. 1. c. 7.*

* Tranavigo. V. Transnavigo.

Trano. V. Trasno.

Tranquillĭtas, ātis, f. *tranquillità, acquietato. Nepos 25. c. 4.* Tranquillatis rebus Romanis remigravit Romam.

Tranquille, adv. *tranquillamente*, בטח, *γαλήνως*, leniter, placide, citra motum, & perturbationem. *Cic. 3. Tusc. c. 11.* Si volumus hoc, quod datum est, vitæ tranquille, placideque traducere. *Id. in Or. c. 28.* Qui nihil potest tranquille, nihil leniter dicere. *Sen. ep. 73.* Animus tranquillius inter divina manfurus. *Suet. in Aug. c. 2.* Tranquillissime senuit.

Tranquillĭtas, ātis, f. *tranquillità*, שלוה, שקט, Ger. *stille, ruhe*, Gal. *tranquillité, beau temz*, His. *sussego, γαλήνη, γαλήνωσις*, quies maris tempestatis expers, ut serenitas est status quietus cæli. *Cic. 4. Acad.* Proficisci probo navigio, bono gubernatore, ac tranquillitate. *Id. Att. l. 6. ep. 8.* Nos longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus. ¶ Per translationem accipitur pro quavis quiete, ut *tranquillitas vitæ, & animi*, hoc est securitas motuum omnium, & perturbationum expers. *Cic. 1. de Or. c. 1.* Locus quietis, & tranquillitatis plenissimus fore videbatur. *Id. 1. Off.* Ut tranquillitas animi, & securitas adsit. *Id. pro Mur. c. 27.* Qui remoti a studiis ambitionis, otium, ac tranquillitatem vitæ secuti sunt.

Tranquillo, as, a. 1. *tranquillare, rendere tranquillo, abbonacciare, far bonaccia, calmare*, השקיט, Ger. *ruhig machen*, Gal. *appaiser*, His. *sussegar, γαλήνω*, tranquillum facio, tempestates sedo. *Plin. lib. 2. cap. 103.* Mare tranquillatur oleo. ¶ Translate sumitur pro sedare, lenire, liberare a perturbationibus, cui opponitur *perturbare. Cic. 1. Fin. c. 16.* Semper alit aliquid, quod tum vi sua, atque natura tranquillet animum. *Plaut. Cap. 1. 2. 21.* Vultum alicujus tranquillare.

Tranquillo, adv. V. in Tranquillus.

Tranquillus, a, um, *tranquillo*, שלו, שקט, Ger. *still, ruhig*, Gal. *tranquille, paisible*, His. *sussegado, γαλήνως*, quietus, placidus, propriegue de mari dicitur, quando nulla exagitatur tempestate, ut *serenus* de cælo. *Cic. pro Cluent. c. 49.* Ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari, atque turbari. *Plaut. Cas. prol. a. 26.* Tranquillum est, Alcedonia sunt circum forum. ¶ Translate sumitur pro pacato, leni, experte perturbationum. *Plaut. Cist. 4. 3. v. 21.* Si possum tranquillum facere ex irato mihi. *Ter. Phor. 3. 1. 15.* Tranquilla res est. *Cic. de Sen. c. 20.* Sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo potest. *Id. in Bruto.* Ut in transferendis, faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. *Id. Att. 7. ep. 7.* Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud æqui boni facit. ¶ *Tranquillo* (supple *mari*) eleganter more adverbii usurpatur. *Plin. l. 9. c. 7.* Piscium tranquillo oscitatio. *Sen. ep. 85.* Tranquillo, ut ajunt, quilibet gubernator est.

Trans, *oltre, oltra, di là*, עבר, Ger. *inseit, uber*, Gal. *outre, de delà*, His. *allende, πέρα, πέραν*, ultra, præp. ex iis, quæ accusativo serviunt, & jungitur tam motus verbis, quam quietis. *Cic. Att. l. 12. ep. 19.* Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare. *Id. pro Quinct. c. 3.* Et trans Alpes usque transferar. *Hor. l. 1. ep. 11.* Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

Transabeo, is, ivi, itum, n. anom. *passare*, עבר, *περάω*, per aliquem locum, sive rem abeo, ultra eo. *Val. Flacc. l. 4. Argon. v. 510.* Turbine sic rabido populos, atque æquora longe Transabiit. *Sent. l. 6. Theb. v. 509.* Transabiere fuga. *Id. l. 9. v. 126.* trabs medium Poliren transabit. *Virg. Æn. 9. v. 431.* Ensis transabiit costas. *Alii leg.* transadiit.

Transactio, onis, f. *aggiustamento*, ערך, *συμβιβασμός*, pactio gratuita de re dubia, & controversa, cujusmodi est, si quis pacificatur cum alio, se ei centum nummos aureos daturum, ut lite absistat; & jus omne, quod *in re litigiosa* præstendit, sibi cedat, *l. 3. 7. 8. & c. ff. de transactionibus.* V. *Transigo.* ¶ Alio sensu *Ter. de anim. c. 55.* Cum transactione mundi referabuntur regna cælorum. h. e. cum consumptione, destructione, fine rerum.

Transactor, oris, m. *διαπεπραγμένος*, qui transigit, cujus ministerio ad rei alicujus transactionem utimur. *Cic. 4. Ver. c. 28.* Qui est rerum hujusmodi omnium transactor, & administrator.

Transactus, *fatto, finito*, διαπεπραγμένος, peractus, perfectus, absolutus, participa transigor. *Ter. Adelph. 2. 4.* Ego jam re transacta convortam me demum cum obsolito. *Cic. 2. de Or.* Quod transactis jam meis partibus sed Antonium audiendum venisti. ¶ *Facta, transactaomnia*, proverbium est, inquit *Donatus*, quo utimur cum volumus significare, nihil diligentiæ prætermissum, nihilque reliquum esse ad agendum. *Ter. And. 2. 5.* Contemptus, spretus, facta transacta omnia. ¶ Sæpe transactus accipitur pro præterito, antecedenti, præcedenti. *Cic. 4. Tusc.* Quid, cum in rebus jam transactis, & præteritis orationes scribimus, num irati scribimus? *Auct. ad Her.* In consequenti tempore spectabitur, num quid re transacta relictum sit.

* Transadactus. V. Transadigo.

* Transadeo, is. V. Transabeo.

Transadigo, is, egi, actum, a. 3. *trapassare*, עבר, *διαπερόω*, trajicio. *Virg. 9. Æn.* Sed viribus ensis adactus Transadigit costas, & candida pectora rumpit. *Apulej. l. 8. Metam.* Ferto sub papilla transadacto.

Transăgo, is, a. 3. idem quod transadigo. *Lucan. lib. 10. v. 523.* Terribilem justo transegit Achillea ferro.

* Transalpĭnus, *di là dall' Alpi*, adv. *Gell. l. 15. c. 30.* Prætorium enim est non ex Græca dimidiatum, sed totum transalpinus.

* Transalpicus. V. Cisalpicus.

Transalpinus, a, um, *di là dalle Alpi, Oltramontano, ὑπεράλπιος*, quod trans Alpes situm est, vel fit, ut Gallia Transalpina. V. *Gallia. Cic. l. 6. Fam. ep. 15.* Braccatis, & Transalpinis nationibus. *Id. 2. Off.* Nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt.

Transaustrīnus, a, um, adject. *posto di là dall' Austro. Martian. Capel. l. 6. de Zonis*, Altera regio transaustrini habitus deterrione contrahitur.

Transbībo, bis, n. 3. idem quod bibo, ut dare aliquid transbibendum, apud *Cal. Aurelian. l. 4. Tard. c. 7. & 8.*

Transcædo. V. Transcido.

Transcendo, is, endi, ensum, n. 3. *ascendere di là*, עלה, Ger. *uber steigen*, Gall. *passer outre*, His. *subir allende, ὑπερβαίνω*, supero, ascendendo transgredior, a *trans*, & *scando. Cic. 4. Catil. c. 3.* Latius opinione disseminatum est hoc malum, manavit non solum per Italiam, verum etiam tranicendit Alpes. *Cæs. l. 3. B. G.* In naves inimicorum transcendere. *Liv. l. 28. c. 42.* Cum Asdrubal in Italiam transcenderet. h. e. transfreturet, trajiceret.

Transcensus, us, m. actus transcendendi. *Ammian. lib. 19.* Occurrere multitudini transcensu scalarum jam propugnacula ipsa prensanti.

Transcensus, a, um, traj. ctus. *Sex. Rufus in Breviar. c. 6.* Transcensis alpibus.

Transcindo, is, scidi, scissum, a. 3. *lacerare, κατακόπτω*, omnino scindo, conscindo, lacero. *Plaut. Perf. 4. 8. 1.* Transcidi loris omnes adveniens domi. ¶ Hoc præteritum potest etiam duci a *trans*, & *cædo*, quod plerique Criticis magis placet.

Transcribo, is, a. 3. *trascrivere, copiare, ricopiare*, תורה, Ger. *hinuberschreiben, abschreiben*, Gal. *transcrire, copier*, His. *transladar, μεταγράφω, ἀπογράφω*, exscribo, sive ab exemplari describo. *Cic. de nat. Deor. l. 3. c. 30.* Qui transcripserit tabulas publicas. *Auct. ad Her. l. 4. c. 4.* Si vestra manu fabulas, si orationes totas transscripsisseris. *Plin. l. 14. c. 2.* Græcinus, qui aliquot Cornelium Celsum transcripsit. ¶ Interdum venale proscribere. *Quintil. Declam. 12.* Quomodo satis accusabo vendentem? Spiritus noltros transcribis, saluteni noltram exponis. ¶ Interdum scribere in coloniam. *Virg. 5. Æn. v. 750.* Transcribunt urbi matres, ideft ad urbem. Ubi *Servius*: Romani moris verbum eft: Transcripti enim in colonias deducebantur. ¶ Interdum per scripturam, aut inftrumentum rem noftram in alterius dominium transferre. *Proculus l. 12. ff. de præscript. verbis*: Ut eos fundos, fi ipfe vellet, eodem pretio mulier transcriberet viro, ideft jure ceffio traderet, ait *Badeus*. Sic in libris cenfualibus transcribere eft rem cenfualem ab uno nomine in aliud transferre; & in rationibus transcripcio fieri dicitur, cum id, quod mihi expenfum latum eft, in aliud nomen transfertur, & nomen meum ex rationibus eximitur. *Liv. l. 35. c. 7.* Cum multis fœnebribus legibus conftricta avaritia eflet, via fraudis inita erat, ut in focios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent. Cajus *l. 13. ff. ad S. C. Vellejanum*: Si hæreditatem emerit, & æs alienum hæreditarium in fe transcribat. ¶ Translate fumitur pro transferre, tradere, tribuere. *Virg. 7. Æn.* Turne tot inceffum fufos patiere labores, Et tua Dardaniis transcribi feeptra colonis? Ubi *Servius*: Transcribi, tradi. Sæpe autem hic tractus eft de pecunia, nam scribi eft dari. *Sen. Thyeste v. 13.* Inquod malum transcribor? *Sen. ep. 4.* Cum puerilem animum depolueris, & te in virum philofophia transcripserit.

Transcriptio, onis, f. excultatio, prætextus. *Quinct. Declam. 13.* Jam privati veneni transcriptio eft.

Transcriptus, a, um, *copiato. Cic. pro Cluent. c. 14.* Teftamentum transcriptum in alias tabulas. ¶ Transcriptum prædium apud *Justin. l. 18. c. de prad. navicul.* eft prædium ab uno nomine ad aliud translatum, *cedura ad altri.*

Transcurro, is, transcurri, & transcucurri, transcurfum, n. 3. *trascorrere, passare*, רוץ, עבר, Ger. *hinuberlaufen, eylends laufen*, Gal. *courrir, passer outre*, His. *correre allende, μεταδρέχω*, curfu me aliquo confero. *Ter. Eun. 4. 6. 25.* Tu abi, atque obfera oftium intus, ego dum hinc transcurro ad forum. *Liv. l. 25. c. 39.* Captis prioribus caftris, in altera transcurfum caftra ab Romanis eft. *Plin. l. 2. c. 26.* Præter ora populi transcucurrit. ¶ Aliquando eft curfum conficere, vel potius ultra debiti curfus metam progredi. *Cic. in Brut. c. 81.* Dum Cyri, & Alexandri fimilis eße voluit, qui curfum fuum transcurrerant. ¶ Aliquando excurrere, evagari. *Auct. ad Her. l. 4. c. 34.* Ne fine delectu temere, & cupide videantur in diffimilem transcurriße. *Plin. l. 9. c. 36.* Quod fi hactenus transcurrat expofitio, fraudatam fe protinus luxuria credat. ¶ Translate ponitur pro perftringere, curfim, & breviter perfequi. *Quinsil. l. 4. c. 2.* In narratione transcurram fubtiles nimium divifiones quorundam.

Transcursio, onis, f. *il trascorrere. Cod. Justinian. l. 6. tit. 23. l. 27.* Decennii transcurfione evanefcere.

Transcursus, us, παροδρομή, μεταδρομή, actus transcurrendi. In transcurfu aliquid facere, eft obiter facere, quaſi inter transcurrendum. *Plin. l. 18. c. 13.* In transcurfu eos attigere noftri, paulo diligentius Græci. *Velleſ. l. 2. c. 55.* Admonet promiſſæ brevitatis fides, quanto omnia transcurſu dicenda ſunt, *con quanta brevità*, &c.

Transcursus, a, um, *oltrepassato, trascorso. Ammian. l. 21. c. 14.* Euphrate ponte navali transcurſo. *Terent. Heaut. 3. 4. 17.* Transcurſo in arcem opus eſt. h. e. transcurrendum eſt in arcem: quemadmodum dicimus, *fatto opus est*, &c.

Transdanubiānus, a, um, adject. *posto di là del Danubio*, ut Transdanubiana regio. *Liv. l. 40. c. 58.*

Transditus, a, um, particip. *consegnato*, traditus. *Cæsar. l. 7. B. G. c. 12.* Parte jam obſidum tranſdita.

Transdo, is, a. 3. idem ac trado. *Ter. prol. Phorm. 2.* Retrahere a ſtudio, & transdere hominem in otium. Ubi *Donatus*, *Transdere*, inquit, veteres ſonantius, quod nos dicimus *tradere. Cæſ. l. 2. B. C. c. 21.* Pecuniam ex publico transtulerat. *Id. ib. c. 20.* Quod penes eum eſt pecuniæ, tranſdit. *Hirt. de B. G. l. 8. c. 43.* Neceſſitate coacti ſe tranſtiderunt, *s' arrendettero.*

Transdūco, is, xi, ctum, a. 3. *trasportare, condurre di là*, μεταγω, μεταφέρω, העביר, traduco. *Cic. 6. Ver.* Utroonarere clientelam tam illuſtrem, tam ſplendidæ provinciæ tranſducere ad te. *Sen. l. 2. de Ira, c. 13.* Tranſduci mali in melius dicuntur, ideſt converti. *Col. l. 3. c. 9.* Tranſducere arbores, ideſt tranſplantare. ¶ Ubique tamen non deſunt editiones, quæ *traduco* repoſuerunt. Occurrit paſſim hoc verbum in Cæſaris commentariis, ut *l. 1. B. C. c. 30. 42. 54. 61. 63. 64.* &c. ut ſine ulla dubitatione uſurpari poſſit. ¶ Cum accuſ. ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo. *Hirt. de B. Alexandr. c. 60.* Legiones Bætim tranſducit.

Transenna, æ, f. *ferrata, rastello, gelosia*, שכבה, κιγκλίς, opus cancellatum, ſive reticulatum, atque ut Græci vocant, *δικτυωτόν*, cancelli ferrei, vel lignei, ſive viminei, qui feneſtris, aut etiam mercibus oppoſiti viſui pervii ſunt. Appellatio ex eo videtur eße, vel quia aſpectus tranſeat, contra quam fit in corpore ſolido, vel quia perticæ, unde tranſenna fit, ſe tranſeant mutuo, ut quæ ligneis conſter tranſverſis. *Nonius cap. 2. n. 859.* interpretatur feneſtras: *Per transennam aſpicere* proverbialis locutio eſt, qua ſignificatur non propius, neque ſigillatim, ſed procul, obiter, & ſummatim inſpicere; tractaque videtur a mercatoribus, qui mercibus, quas correctiori nolunt, cancellos objiciunt, ut prætereuntibus procul modo conſpicuum liceat, nec explicant eas niſi licitatori idoneo. *Cic. de Orat. c. 35.* Similiter nunc petis a Craſſo, ut eam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructam uno in loco, quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus, in lucem proferat, & ſuo quidque loco collocet. Sunt qui putant, locum hunc Ciceronis corruptum eße, ita legi debere, ut verba illa *per transennam* delenda ſint, tanquam a librariis per imperitiam intruſa: quorum tamen conjecturæ Ciceronis editiones repugnant. ¶ Cæterum hæc vox alias quoque habet notiones: nam ſignificat etiam rete ex funiculis cancellatis factum ad ſtruendas avibus inſidias. *Plaut. Bacch. 4. 6. 22.* Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit: pendebit hodie pulere; ita intendi tenus. h. e. per tranſennam hic turdus procedit ad capiendum lumbricum, ſed irritus pendebit. ¶ Translate vero ponitur pro inſidia, dolo, fallacia. *Plaut. Rud. 4. 7. 10.* In ætate hominum plurimæ ſiunt tranſennæ, ubi decipiuntur dolis: atque adepol in eas plerumque eſca imponitur &c. *Id. Perf. 4. 3. 11.* Hunc ego hominem hodie in tranſennam doſtis ducam dolis. ¶ Præterea ſignificat funem extenſum, ducta fortaſſe ſimilitudine a tranſenna, qua rete ſignificat, quæ funis extenſis tendebatur. *Salluſt. in fragment. l. 2. hiſtor.* Tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu coronam capiti imponebat. *Nonius loc. cit.* hunc locum aſſert, ut ſuam probet interpretationem, qua dixit, tranſennam ſignificare feneſtram, & fortaſſe non aberravit a veritate, verum de hac ſignificatione mitæ ſunt lites apud Criticos.

Transĕo, is, ivi, & ii, itum, n. anom. *passare, trapassare*, עבר, Ger. *furfahren, o gehen*, Gal. *passer, outre binuber, paſſer*, His. *passar, μεταβαίνω, διοδεύω, διεξβαίνω*, ultra eo, tranſgredior, trajicio, tranſmitto. *Cic. 1. de nat. Deor.* Cum Gracchus pomœrium tranſiret, auſpicari eſt oblitus. *Id. in Piſon.* Cum mare vaſtiſſimum hyeme tranſibas. *Nepos in Alcib. c. 9.* Ad Pharnabazum in Aſiam tranſiit. ¶ Tranſire dicitur cibus, qui facile in ſtomacho concoquitur, & egeritur. *Var. l. 2. R. R. c. 11.* Ex hoc lacte caſei qui fiunt, maximi cibi, ſunt bubuli, & qui difficillime tranſeant ſumpti; ſecundo ovilli, minimi cibi, & qui facile dejiciantur. ¶ Aliquando tranſire nihil aliud eſt, quam ire, aut ſe ingerere. *Plaut. in Stich. 4. 2. 43.* Deos ſalutabo modo, poſtea ad te continue tranſeo. ¶ Aliquando penetrare. *Cic. 4. Acad.* Quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet, & tranſeat. ¶ Aliquando ſuperare, anteire. *Virg. 12. Æn. v. 719.* Tranſire curſu equum. ¶ Metaphoræ ponitur pro deficere, ideſt ſe ad hoſtes conferre. *Cic. 3. Ver.* Repente relinquas, deferas, ad adverſarios tranſeas? ¶ Translate ſumitur pro præterire, elabi. *Cic. Agr. l. 2. ep. 7.* Quid? ergo exercitum retinentis, cum legis dies tranſierit, rationem haberi placet? Item pro excedere. *Cic. 1. Off.* Hi ſine dubio finem, & modum tranſeunt. ¶ Item pro ſuperare, non curare. *Cic. l. 9. Fam. ep. 1.* Videor ſperare debere, ſi te viderim, & ea, quæ premant, & ea, quæ impendeant, me facile tranſiturum. ¶ Item pro mutari, converti. *Pl. l. 11. c. 37.* Vituli marini, & hyenæ in mille colores tranſeunt ſubinde. ¶ Item pro paucis & curſim attingere. *Cicero pro Rosc. Amer.* Sed in animo ſeſt leviter tranſire, ac tantummodo perſtringere, unamquamque rem. ¶ Item pro prætermittere. *Cic. Aſt. l. 2. ep. 19.* Equidem malueram, quod erat ſuſceptum ab illis, ſilentio tranſire. *Cæl. ad. Cic. l. 8. Fam. ep. 11.* Multa tranſi, in primis ludorum expoſitiones, & funerum &c. *Pl. jun. ep. 3. l. 5.* Tranſeo enim Neronem. ¶ Item pro gradum facere ad aliam rem. *Cic. 1. de Inv.* Deinceps ad partitionem tranſeamus. ¶ Item pro tranſcurrere. *Gell. lib. 9. c. 4.* ¶ *Tranſire in alia omnia.* V. Omnis. ¶ Tranſire in ſententiam alicujus, *Liv. l. 34. ſeguire il parere.* ¶ Tranſire vitam, *paſſar la vita*, vivere. *Salluſt. in Catil. in princ.* Omnes homines, qui ſe ſtudent præſtare cæteris, ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſeant, Al. tamen leg. *tranſigant.* ¶ Uſurpatur & impersonaliter. *Cic. 2. Fin.* Cujus ſimilitudine perſpecta in formarum ſpecie a dignitate tranſitum eſt ad honeſtatem dictorum, atque factorum. ¶ Item paſſive. *Paul. l. ult. ff. de ſerv. ruſt. prad.* Si flumen aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habet. *Martial. l. 4. v. 398.* Totus tranſibitur orbis. ¶ *Tranſire* pro *tranſibir.* [*Tibull. lib. 1. el. 4. v. 23.* Ah, ſi tardus eris, erabis, tranſiet ætas.

Transĕro, is, a. 3. *trapiantare. Cato c. 133. R. R.* Calicem perpuſum ſumito, aut quaſillum; per eum ramulum tranſerito.

Transertus, a, um, nom. partic. a *trans*, & *sero, trapiantato, μεταφυτεύθεις. Stat. lib. 2. Silv. 1. verſ. 101.* Vidi ego tranſertos alieno in corpore ramos Altius ire ſuis.

Transeunter, adv. *di passaggio*, in tranſitu, obiter. *Ammian. l. 28. c. 4.* Transeunter judicionum fide diſcuſſa, ſuppliciis lethali damnavit.

Transfĕro, fers, tuli, latum, a. anom. *trasportare*, העביר, Germ. *uberhin ad. anhin tragen*, Gall. *transporter, transporter*, His. *llevar allende, μεταφέρω*, de uno loco in alium fero. *Cæſ. l. 3. bel. Civ.* Cæſar paulo ultra eum locum caſtra tranſtulit. *Cic. 3. Phil.* Ad ſe omnia ex his ornamenta tranſtulerit. ¶ Cum accuſativo ſine præpoſit. quæ ineſt in ipſo verbo. *Hirt. de B. Alexand. c. 60. ad fin.* Caſtra Bætim tranſfert, *di là*, &c. ¶ Per translationem. *Cic. pro Quinct.* Tollitur ab artiis Liciniis, atque a præconum conſeſſu Nævius, & trans Alpes uſque tranſfertur. *Id. pro Mur.* Cum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumque ad accuſandum tranſtuliſſes. *Id. 4. Acad.* Cur non ſe tranſtulit ad alios, & maxime ad Stoicos? ¶ Item pro conferre, attribuere, adſcribere. *Cic. pro Sext.* Gracchum illum ſuum transferendi in nos criminis cauſa occidere cogitarint. *Id. 3. Ver.* Te hujus circumſeſſionis tuæ cauſam, & culpam in alios tranſtuliſſe? ¶ Item pro differre, prorogare. *Cæl. Cic. lib. 8. ep. 6.* Cauſa hæc integra in proximum annum transfertur. ¶ Item pro tranſcribere. *Cic. 4. Ver.* Literæ, litteræque omnes aſſimulatæ, expreſſæ de tabulis in libros transferuntur. *Id. pro Roſc. Com.* Qui tabulas conficiunt, menſtruas pene rationes in tabulas transferunt. ¶ Item pro vertere, convertere. *Cic. 1. de Or. c. 29.* Si placet, ſermonem alio transferamus. ¶ Item pro vertere de una lingua in aliam, *tradurre. Cic. Aſt. l. 6. ep. 2.* Iſtum ego locum totidem verbis a Dicæarcho tranſtuli. *Pl. l. 18. c. 3,* In Latinam linguam transferre. *Quinctil. l. 10. c. 5.* Græcos Auctores transferre. *Suston. in Cæſ. c. 30,* Transferre ad verbum. ¶ Item pro aptare, accommodare. *Cic. 1. Off.* Quod ab Ennio poſitum in una re, transferri in multas poteſt. *Id. 4. Acad,* Illa definitio poſſet in aliam rem transferri quamlibet. ¶ Denique transferri vocabula dicuntur, cum a ſignificatione propria propter aliquam ſimilitudinem ad minus propriam tranſumuntur. *Cic. in Or.* Inexunt fabulæ, verba aperius transferunt. *Id. ibid.* Cum verbum aliquod alius tranſfertur, idque in oratione humili ponitur, quod idem in alta decoret. V. *Translatio.*

Transfigo, is, xi, xum, a. 3. *trafiggere, trapassare*, דקר, Germ. *durchſtechen*, Gall. *percer tout outre*, His. *luricar, διελαύνω, διαπείρω*, per medium figo, transfodio, trajicio. *Liv. lib. 1. cap. 26.* Strictio itaque gladio, ſimul verbis increpans, transfigit puellam. *Id. lib. 2. cap. 46.* Q. Fabium gladio per pectus transfixit.

Transfigurabĭlis, le, adject. qui transfigurari poteſt. *Tertul. de carne Chriſt. cap. 6,* Angeli in carnem humanam transfigurabiles.

Transfiguratio, onis, f. *transfigurazione, transformazione*, שינוי צורה, μεταμόρφωσις, actus transfigurandi, transformatio. *Pl. l. 7. c. 55.* Alias immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias ſenſum inferis dandi.

Transfigurātor, oris, qui transfigurat. *Tertull. lib. 5. adverſ. Marcion. cap. 12.* Doloſi transfiguratores ſui.

Transfigurātus, a, um, adject. *transfigurato, Ulp. l. quid tamen, ff. quibus modis uſufructus amittatur.* Ornamentum diſſolutum, aut transfiguratum extinguit uſumfructum.

Transfigūro, as, a. 1. *trasfigurare, trasformare*, שנה, Ger. *anders geſtalten*, Gall. *transfigurer, changer de forme*, His. *transfigurar, μεταμορφόω*, in aliam figuram verto. *Suet. in Nerone, c. 28.* Puerum Sporum, exfectis teſtibus, etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt. *Plin. l. 17. c. 24.* Transfiguranturamygdalæ ex dulcibus in amaras. *Quinctil. l. 6. cap. 2.* Animos judicum in eum, quem volumus, habitum formare, & velut transfigurare.

Transfixus, a, um, *trafitto, διαπεπαρμένος. Cic. 3. Fin.* Evelli juſſit eam, qua erat transfixus, haſtam. *Virg. 1. Æn.* Illum expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit.

Transfĭo, is, xi, xum, n. 3. *μεταρρέω*, ultra fluo, effluo. *Plin. l. 21. c. 38.* Sanguinem multis non transfluere transfoſſis evenit. *Claudian. in epiſt. ad Probin. v. 5,* Transfluere dies. *h. e.* præteriere.

Transfodio, is, di, fixum, a. 3. *trapassare*, Germ. *durchſtechen*, Gall. *percer tout outre*, His. *trafegar, διορύττω, διεξκάνω, διαπείρω*, perforo, trajicio, transfigo. *Ovid. 2. Met.* Gemino transfodit vulnere pectus. *Liv. l. 39. c. 42.* Deinde ſuigienti, fidemque eorum, qui aderant, imploranti latus transfodiße.

Transformatrix, onis, f. *trasformatrice*, μεταμόρφωσις, *D. Aug. l. 25. de Trin. c. 8.* Transformationis donum.

Transformātus, a, um, *trasformato. Ovid. Metam. 14. v. 74.* Scylla in ſcopulum transformata.

Transformis, & me, o. 3. μεταμορφωτός, quod in formas diverſas transformatur. *Ovid. Met. v. 871.* Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſenſit, *Id. 2. Faſt. v. 373.* Ille ſua faciem transformis adulterat arte.

Transformo, as, a. 1. *trasformare*, שנה, Ger. *verſtellen*, Gall. *transformer*, His. *trasformar, μεταμορφόω*, in aliam formam muto. *Virgil. 4. Georg. v. 441.* Omnia transformat ſeſe in miracula rerum. *Ovid. 3. Amor. el. 12.* Jupiter aut in aves, aut ſe transformat in aurum.

Transfŏro, as, a. 1. transfigo, trajicio. *Senec. l. 2. de Benef. c. 6.* Gladius, idem & ſtringit, & transforat.

Transfossus, a, um, *passato da parte a parte. Valer. Flac. l. 6. Arg. verſ. 222.* Cadit impiger una Inguine transfoſſo clari Taulenis alumnus. *Virg. 9. Æn. v. 544.* Duo transfoſſi ligno.

Transfretānus, a, um, adject. *Oltramarino*, transmarinus. *Tertul. in Apol. c. 52.*

Transfretatio, onis, f. *passaggio di una stretto di mare. Gel. l. 10. c. 26.* Negant, apud idoneum ſcriptorem reperiri poſſe pro transfretatione tranſgreſſum.

Transfrĕto, as, n. *Πεζοπορέω*, עבר, fretum trajicio, eo trans fretum, *passare uno stretto di mare. Sueton. in Cæſ. c. 34.* Brunduſium retendit, quo Conſules confugerant quam primum transfretaturi. ¶ Activa conſtructione *Ammian. l. 22. cap. 8, (al. 6.)* Ne quis transferrare auderet Ægyptum.

Transfuga, æ, com. 1. *fuggitivo, disertore*, נפל, נס, φυγόστρατος, αὐτομόλος, qui transfugit, & ad hoſtes deficit. *Paul. l. poſtliminium, ff. de captivis;* Transfuga autem non is ſolus accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit, ſed & qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit. *Cic. 1. de Div.* Non omnia illum transfugam auſum eße Senatui dicere. *Tacit. de Germ. c. 12.* Transfugas arboribus ſuſpendunt.

Transfugio, is, gi, gitum, n. 3. *fuggire*, נפל, נוס, דרך, Ger. *von einem zum andern fliehen*, Gall. *s' enfuyr de l' un à l' autre*, His. *huyr, αὐτομολέω, διαφεύγω*, de loco ad locum, vel de homine ad hominem fugio. *Cic. pro Quinctil. cap. 30.* Fatetur, ſe non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare. ¶ Speciatim ponitur pro ad hoſtes deficere, *disertare. Liv. l. 2.* Magna clientium comitatus manu transfugit. *Plaut. Epid. 2. 1. 28.* Transfugere ad hoſtes.

Transfugium, ii, n. *ἀποστασις, αὐτομολία*, defectio ad hoſtes. *Liv. l. 22. cap. 43.* Ut transfugia impeditiora levibus ingeniis eſſent. *Tacit. l. 2. hiſt. c. 34.* Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis.

Transfugĭo, es, n. transluceo. *Pl. l. 37. c. 7.* Transfulgent aureæ guttæ.

Transfŭmo, as, n. *ἐκτυφόομαι*, fumi modo tranſeo. *Stat. 6. Thb. 2. 399.* Clauſtraque compactæ transfumat anhelitus iræ.

Transfundĭtor, ſus, a. 1. transfigo, trajicio. *Senec. l. 2. de Benef. c. 6.* Gladius, idem & ſtringit, & transfor

ee pedes posita, & alia longe repetita sumere. *Id. 3. de Fin.* Cum ad summum bonum volunt pervenire, transiliunt omnia. ¶ Item pro tacere, silentio præterire. *Cic. 2. Phil.* Sed ne forte ex multis rebus gestis M. Antonii rem unam pulcherrimam transiliat oratio. *Plin. in Paneg.* Non transilivi P. C. Principis nostri Consulatum. ¶ Item pro transire, mutari. *Plin. lib. 37. cap. 6.* Onyx in gemmam transilit.

Transĭlio, & le, o. 2. ὑπερβαστικός, quod transit, transiliens, ut Palmes transilis, ideſt reflictus, qui alios transilit. *Plin. l. 17. c. 23.* Onerariis enim vetuſtate melius donare tempus, ut transilem faciant.

Transĭens, antis, particip. *ibi passa. Cic. Att. l. 5. ep. 21.* Tullius legatus, cæteroquin abſtinens, ſed Julia lege transitans. Alii leg. *transita*. V. ibi *Manut.*

Transĭtio, onis, f. *passaggio*, מעבר, διάβασις, actus transeundi. *Cic. in Brut. c. 16.* Ad plebem tranſitiones. *Liv. l. 2. c. 25.* Siqua nocturna tranſitio proditione fieri poſſit. ¶ Metaleptice ſumitur pro defectione. *Liv. l. 25. c. 15.* Vocati ſæpe ad tranſitionem ab hoſtibus per colloquia erant. *Id. l. 34.* Numidas ad tranſitionem perlicerent. ¶ Translate uſurpatur pro Figura Rhetorica. *Auct. ad Her. l. 2. c. 26.* Tranſitio vocatur, quæ cum offendit breviter, quod dictum ſit, proponit item brevi, quod conſequatur, ut, In patriam cujuſmodi fuerit, habetis; nunc in parentes qualis extiterit, conſideratе.

* Transĭtivus, qui transit. Verba transitiva, διαβατικὰ ῥήματα, פעלים יוצאים, *verbi transitivi*, ſunt quorum vis in aliam perſonam tranſit. *Priſcian. l. 14. p. 982. Putſch.*

Transĭtor, oris, m. *paſſeggiere*, אורח, qui tranſit. *Amm. l. 15. c. 2.* Ut ſubterraneus ſerpens foramen ſubidens occultum, aſſultu ſubito tranſitores obſervans inceſſit,

Tranſitorĭe, obiter, *di paſſaggio. Hieron. adverſ. Helvid. c. 13. & Epiſt. 51. al. 60.*

Transĭtorĭus, a, um, per quod tranſitur. *Sueton. in Ner. c. 31.* Domum a Palatio Eſquilias uſque tranſitoriam fecit. *Tranſitoriam* vocat, quia per eam facilis erat a Palatio in Eſquilias tranſitus.

Transĭtus, m. 4. *tranſitio, paſſaggio*, עבר, מעבר, μεταβατικὸς, μεταβασις, πάροδος, actus tranſeundi, iter, via. *Cic. 5. Tuſc.* Foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxit. *Plin. lib. 12. c. 15.* Petunt myrrha a Troglodytis Sabæi tranſitu maris. *Id. l. 11. c. 36.* Tranſitus in alias figuras, *cangiamento*. *Id. lib. 6. c. 24.* Anguſtus tranſitus, *paſſo ſtretto*. *Liv. l. 21. cap. 20.* dare tranſitum alicui per aliquem locum, *checeder il paſſo*. ¶ Translate *Varr. l. 9. L. L. pag. 154.* Reliquas declinationes ab hujuſmodi tranſitibus habebit. ¶ *In tranſitu* ponitur pro obiter, breviter, curſim. *Quintil. l. 6. c. 3.* Eorum non ſimplex natura, nec in tranſitu tractanda. ¶ In pictura tranſitus dicitur, ubi unus color finitur, & alius incipit. *Ovid. Met. 6. v. 66. de Iride*: diverſi nitent ſecum mille colores, Tranſitus tamen ſpectantia lumina fallit.

Transĭtus, a, um, *paſſato*, particip. paſſ. a tranſeo. *Liv. l. 21.* A tergo Alpes urgent vix integris vobis, ac vigentibus tranſitæ. *Manil. l. 2. v. 367.* Alterius ducis locus eſt per tranſita ſigna. V. *Tranſitarius*.

* Transjŭgātus, u, um, ultra jugum tranſitus. *Pomp. Mela, l. 2. c. 2.* al. melius transnavigatus.

Tranjŭngo, is, xi, ctum, a. 3. μεταζεύγνυμι, eſt, teſte *Budæo*, in quadriga locum veteranis mutare, ut mulam temonariam facere, quæ præcedere ſolita ſit, vel dexteram, quæ ſiniſtra eſſe ſolebat. *Ulp. l. Ædiles, ff. de Ædil. edict.* Si mula talis ſit, ut tranjungi non poſſit.

Translapſus, a, um, particip. a *trans*, & *labor*. *Claudian. l. 1. in Eutrop. v. 376.* rapit cæli per inania curſum Diva potens, unoque Paldum tranſlapſa volatu &c. *h. e.* prætervolans.

Translatĭo, onis, f. 3. *tranſlazione, trasporto*, העתקה, μετοφορὰ, μετενεκτικὸς, actus transferendi. *Don. ad Ter. Phor. in prol. v. 2.* Tranſdere veteres dixerunt, ſonantius, quod nos lenius tradere nunc dicimus, ut *Tralatum*, non *translatum* e contrario. *Cic. 1. Off.* Pecuniarum tranſlatio a juſtis dominis ad alienos. *Plin. l. 21. c. 4.* Translatione quoque, ut vitis, optime, oculiſque proveni, *col trapiantarſi*. Rurſus *Cic. Ver. 6. c. 43.* Translatio criminis, *l' addoſſar ad altri una colpa*. ¶ Apud Rethores Tranſlatio ſumitur pro mutatione verbi, vel nominis a propria ſignificatione in aliam, ſed ſpeciatim pro ea Tropi ſpecie, quæ *Metaphora* a Græcis dicitur, eſtque Tropus, per quem aliqua vox a ſua re, cujus eſt propria, ad aliam rem diverſi generis, vel ſpecie cum ſimilitudine transfertur, ut Prata rident, herbæ luxuriantur. *Cic. 3. de Or. c. 38.* Hæ translationes quaſi mutationes ſunt, cum, quod non habeas, aliunde ſumas. *Et infra cap. 39.* Nonnunquam etiam brevitas translatione conficitur, ut illud: Si telum manu fugit.

Translatĭtĭe. V. Translative.

Translatĭtius, a, um, *tralatizio*, מושאל, μεταφορικὸς, quod transfertur, vel translatum eſt. *Aſcon. in Varr. 3. cap. 45.* Translatitia dicuntur, quæ nova non ſunt, nec nuper inventa, ſed aliunde translata. Ex hac *Aſconii* explicatione ſatis apparet, translatitium uſurpari pro communi, uſitato, noto, non exquiſito. *Cic. loc. cit.* Sed in re tam uſitata ſatis eſt offendere, omnes antea jus ita dixiſſe, & hoc verus edictum translatitium eſſe. *Id. Fam. 3. ep. 8.* Hoc vero, ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiſſe aliquid, in quo te offenderem, translatitium eſt. *h. e.* commune, non callide conquiſitum. *Suet. in Aug. cap. 20.* Ne publicum quidem, & translatitium jus ulla in re ſibi ſine pactione graviſſimæ mercedis impertiente. *Id. in Nerone c. 7.* Celeberrimis patronis non translatitias, & breves, ſed maximas, plurimaſque poſtulationes certatim ingerentibus. *Plin. lib. 7. cap. 5.* Translatitium in Ægypto eſt. *h. e.* uſitatum, & minime novum. Aliqui legunt *translatium*. *Plin. jun. l. 9. ep. 4.* Nec tuæ naturæ eſt, translatitia hæc, & quaſi publica officia a familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere. Nonnulli hic quoque legunt *tralativa*. ¶ Scribitur & *tralatitius*.

Translative, adv. μεταφορικῶς, דרך השאלה, perfunctorie, negligenter, remiſſe, languide. *Ulp. l. 1. de jurisdict.* Patronorum querelas adverſus libertos Præſides audire, & non translative exequi debent. *Martian. l. 1. Dig. ad S. C. Turpil.* Prævaricatorem eſſe cum oſtendimus, qui colludit cum reo, & translative munere accuſandi fungitur. Alii utrobique legunt *translatitie*, eodem ſenſu: quibus accedit & *Haloander*. Pandectæ quoque Florentinæ ſic habent.

Translativus, vel tralativus, a, um, o. 1. 2. μεταστατικὸς, quod transfertur, vel transferri poteſt, aut ſolet. Quæſtio, ſeu conſtitutio translativa eſt illa, in qua quæritur da translatione, vel commutatione actionis, ſeu, quod idem eſt, conſtitutio translativa eſt illa, in qua cauſa pendet, quia actio non fit iis circumſtantiis, quibus facienda eſt, ac proinde indiget tranſactionis, & commutationis. *v. g.* Utrum Populus Romanus, an Centum viri de hac re judicare debeant: Utrum cum eo, qui vaſa argentea publica de loco privato ſuſtulerit, furti, an peculatus agi oporteat. *Cic. 1. de Invent. c. 10.* At cum cauſa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur, quem oportet, aut non cum eo, quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet, tranſlativa dicitur conſtitutio, quia actio translationis, & commutationis indigere videtur. *Id. l. 4. cap. 19.* Cum autem actio translationis, aut commutationis indigere videtur, quod non aut is agit, quem oporteret, aut, cum eo, quicum oporteret, aut apud quos, qua lege, qua pœna, quo crimine, quo tempore oporteret, conſtitutio tranſlativa appellatur. ¶ Translativus etiam ponitur pro vulgari, communi, ordinario. V. *Tranſlatitius*.

Translātor, oris m. μεταφορεὺς, qui tranſfert. *Cicer. 7. Verr. cap. 58.* Verres ille verus proditor Conſulis, tranſlator Quæſtiuræ, averſor pecuniæ publicæ.

Translātus, a, um, *tranſlato, trasportato*, μεταφορικὸς. *Cic. 1. Ver.* Accuſandi voluntas ad viros fortes, ſpectatoſque homines tranſlata. *Id. Att. lib. 16. epiſt. 3.* Hunc tu tranſlatum in macrocollum lege in Arcano conviviis tuis. ¶ Tranſlata verba, ſeu vocabula ſunt, quæ ab iis rebus, quarum propria ſunt, ad alias cum ſimilitudine transferuntur. *Cic. in Or. cap. 27.* Tum illuſtrant eam, quaſi ſtellæ quædam, translata verba, atque imitantur. Translata ea dico, ut ſæpe jam, quæ per ſimilitudinem ab alia re aut ſuavitatis, aut inopiæ cauſa transferuntur: mutata, in quibus pro verbo proprio ſubjicitur aliud, quod idem ſignificet, ſumptum ex re aliqua conſequenti. ¶ Translatum exordium eſt illud quod alind conficit, quam cauſæ genus poſtulat; ut ſi quis docilem faciat auditorem, cum benevolentiam cauſa deſiderat, aut ſi principio utatur, cum inſinuationem res poſtulat. *Cic. lib. 1. de Invent. cap. 18.* ¶ Scribitur & *tralatus*.

Translātus, us, ui, m. actus trasferendi. Uſurpatur a *Charif. Grammatico lib 2. cap. de adverb.*

Translĕgo, is, a. 3. *traſcorrere leggendo*, Germ. *durchleſen*, Gall. *lire tout, lire en courant*, Hiſ. *traſcorrer leyendo* διαγινώσκω, perlego, ſive legendo tranſcurro. *Plaut. Aſin. 4. 1. 5.* Age, quæſo, mi hercle tranſlege.

Translucĕo, & Tralucĕo, es, n. *tralucere, traſparire*, נגה, אור, Ger. *durchſcheinen, durchſchlantzen*, Gal. *luire à travers*, Hiſ. *traluzir*, διαφαίνω, pelluceo, *Ovid. l. 4. Met. v. 35 4.* In liquidis translucet aquis, ut eburnea ſi quis Signa tegat claro, vel candida lilia vitro. *Pl. l. 6. c. 17. de ſerice*: Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat. *Id. l. 37. c. 22.* Gemmæ translucentes, *traſparenti*. ¶ *Lucr. l. 4. v. 308.* Uſque adeo e ſpeculo in ſpeculum translucet imago. *h. e.* de ſpeculo in ſpeculum tranſit.

Translucĭdus, a, um, *traſparente*, διαφανὴς, quod adeo lucet, ut per illud aliquid aliud liceat aſpicere; quod viſui per medium ſui tranſitum præbet, quod pellucidum eſt. *Pl. l. 36. c. 8.* Probantur quam maxime melliei coloris in vertice maculoſi, atque non translucidi. ¶ Translate ſumitur pro nimium ornato. *Quintil. l. 8. in proœm.* Similiter illa translucida, & verſicolor quorundam elocutio res ipſas effœminat.

Transmarīnus, a, um, *oltra mare, oltramarino*, עבר לים, Ger. *uber meer bergebrachs*, Gal. *d' outremer*, Hiſ. *de allende el mar*, ὑπερθαλάσσιος, quod trans mare eſt, vel petitur. *Plaut. Moſt. 2. 2. 66.* Ego tranſmarinus hoſpes ſum Diuporticus. *Cic. 7. Verr. c. 18.* Privatim autem nec proficiſci quoquam potes, nec accerſere res tranſmarinas. *Id. 3. de Or.* Quid enim M. Catoni præter hanc politiſſimam doctrinam tranſmarinam, atque adventitiam defuit? *h. e.* præter Juriſprudentiam. Nam Romani petivere leges trans mare per tres legatos a civitatibus Græciæ, ut patet ex hiſtoria legum 12. Tabularum.

Transmeabĭlis, le adject. qui tranſmeari poteſt. *Auſon. in gratiar. act. ad fin.* Spatio non tranſmeabili.

Transmeātor, us, a, um, adject. ad tranſmeandum aptus. *Tertull. adverſ. Valent. c. 27.* Tranſmeatorio portius, quàm generatorio more.

Transmĕo, as, n. 1. *paſſare, mettebbaſſare*, ultra meo, tranſeo. *Plin. lib. 10. c. 19.* Ad quem ciconiæ non tranſmeant. *Id. l. 30. c. 11.* Sole tranſmeante. ¶ Legitur & trameo, as. *Lucr. l. 4. v. 605.* Qualia ſunt vitri (*foramina*) ſpecies quæ trameat omnis. Adde *Varr. l. 4. de L. L.* ¶ Hinc tranſmeatus, a, um, apud *Ammian. lib. 27. c. 8. & Apul. l. 6. Metam.*

Tranſmigrātio, onis, f. μετοικεσία, גלות, *cangiamento di paeſe. Prudent. in Hamartig. v. 448.* Hæc illa eſt Babylon, hæc tranſmigratio noſtræ Gentis.

Transmigro, as, n. *mutar paeſe*, גלה, Ger. *von einem ort in das ander ziehen zu wohnen*, Gal. *changer de logis, de demeure*, Hiſp. *mudar poſada*, μετοικέω, eſt domicilium, ſeu habitationem commutare, tranſire. *Liv. l. 5.* Hanc eandem rem actam eſſe, ut Vejos tranſmigraremus. *Suet. in Tib. c. 15.* E Carinis, ac domo Pompejana Eſquilias in horros Mecenatianos tranſmigravit.

Transmĭſſio, onis, f. *traghetto per mare da un luogo all' altro*, navigatio, trajectus. *Cic. Att. l. 4. ep. 17.* O navigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans ſuperioris tuæ tranſmiſſionis. *Id. 1. Phil. c. 2.* Quod ab urbe ea tranſmiſſio in Græciam laudabatur.

Transmĭſſus, us, m. trajectus, ſive trajiciendi ſpatium. *Cæſ. l. 5. B. G. c. 13.* Pari ſpatio tranſmiſſus, atque eſt a Gallia in Britanniam.

Transmĭſſus, a, um, partic. a tranſmitto. *Virg. 2. Æn. v. 403.* Quin ubi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora cautes: *h. e.* navigatione peracta.

Transmitto, is, ſi, ſſum, a. 3. *tramandare, traſmettere, traſportare*, עבר, Ger. *uberſchicken, durch laſſen*, Gal. *traſmettre, laiſſer paſſer*, Hiſ. *embiar allende*, διαπέμπω, ultra de loco ad locum mitto, per medium mitto. *Cic. Att. l. 9. ep. 3.* Nunc nihil poteſt, niſi ſupero (*mari*) tranſmitti quo iter inclauſum eſt. *Liv. l. 21.* Reguli Gallorum capti donis cum bona pace exercitum per fines ſuos præter Ruſcinonem oppidum tranſmiſerunt. *Id. ibid. c. 20.* Tranſmittere bellum in Italiam, *Pl. l. 13. c. 22. de charta bibula*: Ad hoc tranſmittens literas litura inerum afferebat adverſis, *Id. l. 9. c. 22.* Lacus Benacus Mincium amnem tranſmittens. *h. e.* ex ſe effundens. *Plaut. Mil. 1. 1. 30.* Petque os elephanto brachium tranſmitteres. *Plaut. Epid. 3. 4. 27.* Mihi illam ut tranſmittas. Sic habent plerique Editiones. ¶ Aliquando trajicere, perforare. *Sil. l. 7. v. 658.* Tranſmittit cuſpide pectus. ¶ Aliquando tranſcendere, tranſire, percurrere. *Virg. 4. Æn.* Aſia de parte patentes Tranſmittunt curſu campos. *Plin. l. 28. c. 4.* Cum qui tectum, in quo ſit gravida, tranſmiſerit lapide, vel miſili. *i. e.* lapidem, vel miſſile ultra tectum conjecerit. ¶ Frequenter etiam uſurpatur pro tranſnavigare, aut tranſire in aliquam regionem, ut *Tranſmittere mare*, quaſi mittere ſe trans mare. Uſurpatur autem vel abſolute, vel cum caſu Præpoſitionis. *Cic. Att. lib. 8. epiſt. 11.* Lentulum ante puto tranſiiſſurum, quam poterit convenire. *Id. ibid. l. 16. epiſt. 6.* Duo ſinus fuerunt, quos tranſmitti oporter, utrumque pedibus, & equis tranſimiſſimus. *Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 6.* Eoſdem ajebant nuntiare, te prima navigatione tranſmiſſurum. *Liv. lib. 28.* Ni cum reliquis quinque navibus Aderbal velis in Africam tranſmiſiſſet. ¶ Translate ſumitur pro tribuere, demandare, impertiri. *Cic. pro L. Manc. c. 1.* Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittrendum putavi. *Id. infra c. 14.* Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit? *h. e.* danda provincia bellum deli adminiſtrandi. ¶ Item pro ducere, tranſigere, conſumere. *Senec. ep. 15.* Tranſmittere vitam per obſcurum. *i. e.* vivere ſine fama. *Pl. junior l. 9. ep. 6.* Tranſmittere tempus inter pugillares, & libellos. *Stat. 3. Theb.* Operi tranſmittere noctes. *i. e.* totas noctes operari. ¶ Item pro præterire, tacere. *Sil. c. 7.* Haud ſas Bacche, vates tacitum tranſmittere honores. *Tacit. 4. hiſt. c. 9.* Eam ſententiam moleſtiſſimus quiſque, deinde oblivio tranſmiſit. ¶ Dicitur & *tramitto*, quod præterquam quod veteribus in uſu fuiſſe teſtatur *Donatus*, legitur etiam in quibuſdam Editionib. *Ciceronis, Gellii*, & *Taciti*.

Transmontānus, a, um, *oltramontano*, Ger. *jenſeit dem gebirg*, Gal. *de la les monts*, Hiſp. *de allende los montes*, ὑπερόρειος, qui ultra montes habitat. *Livel. 39. c. 2.* Subactis eis Apenninum omnibus, tum tranſmontanos adortus.

Transmotĭo, onis, actus tranſmovendi. *Mart. Capella l. 5. p. 172.*

Transmōtus, a, um, μετακινηθὲις, partic. a tranſmoveor. *Tac. l. 13. Ann. cap. 35.* Quippe Syria tranſmotæ legiones, *ritirate dalla Soria*.

Transmŏveo, es, vi, tum, a. 2. μετακινέω, de loco in alium locum moveo, transfero. *Ter. Eun. 3. 1.* Labore alieno magnam partem gloriam Verbis ſæpe in ſe tranſmovet, &c. *h. e.* ſibi attribuit.

Transmutātio, onis f. actus tranſmutandi. *Quintil. l. 1. c. 5.* Duos in uno nomine faciebat barbariſmos, Tinca Placentius, *preculam*, pro *pergula* dicens, & immutatione, cum *e* pro *g* uteretur, & tranſmutatione, cum *r* præponeret *e* antecedenti.

Transmūto, as, a. 1. *traſmutare*, שנה, תמיר, μεταλλάττω, idem ac ſimplex muto. *Hor. lib. 3. od. 29. de Fortuna*: Tranſmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc aliis benigna. *Lucret. l. 2. v. 487.* tranſmutans dextera lævis. Quidam Codices habent *tramutans*, quemadmodum etiam *tramito* pro *tranſmitto* legitur.

Tranſnato, as, n. 1. *nuotare oltra*, περανίκομαι, ultra nato, natando tranſeo. *Liv. l. 21. c. 27.* Ipſi ceteris ſuperpoſitis incubantes flumen tranſnatavere. Alii leg. *tranavere* a *trano*. *Plin. lib. 6. c. 27.* Sicut nec e Tigri piſces in lacum tranſnatant. Adde *Cæſar. l. 1. B. G.* ¶ Paſſive *Hygin. fab. 257.* Flumen ira crevit, ut tranſnatari non poſſet.

Tranſnātus, vel Tranatus, a, um, nom. partic. *paſſato nuotando. Front. l. 1. Stratagem c. 7.* Tranato ſtatim flumine. Et *l. 3. c. 13.* Tranato Tiberi.

Tranſnavĭgo, as, *paſſare navigando. Frontin. l. 1. ſtrateg. c. 4.* Anguſtias maris tranſnavigare. *Pomp. Mela l. 2. c. 3.* Athos a Xerxe tranſnavigatus.

Tranſno, & Trano, as, n. 1. *nuotare oltra*, שחה, Ger. *hinuber ſchwimmen*, Gal. *nager outre*, Hiſp. *paſſar nadando*, διανήχομαι, διαχνῶ, no ultra flumen, vel vel fretum, nando tranſeo. *Hor. l. 2. ſat. 1.* Ter uncti tranſnavantis Tiberim, ſomno quibus eſt opus alto. *Virg. 3. Georg.* Superant montes, & flumina tranant. ¶ Sumitur etiam pro tranſire, tranſterri. *Virg. 10. Æn.* gtues æthera tranant. *Lucret. 4. v. 602.* foramina tranant.

Tranſnominātio, onis, Metonymia, apud *Diomedem*, & *Donatum in edit. Putſchii.*

Tranſnomĭno, as, a. 1. *mutar nome*, μετονομάζω, nomen commuto ſeu immuto vel inverto. *Suet. de Clar. Grammatic. c. 18.* L. Craſſitius, genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Paſides, mox Panſam ſe tranſnominavit.

Tranſnumĕro, as, a. 1. ὑπεραριθμέω, ultra numero. *Auct. ad Her. lib. 4. c. 50.* Tu illo plures mittas, oporteт, inquit, ſi hodie vis tranſnumerari.

Tranſ-

Transpadānus, a, um, ὑπερπάδανος, trans Padum habitans. *Cic. ad Caſſ. l. 12. Fam. ep. 5.* Tuos clientes Tranſpadanos etiam mirifice conjunctos cum cauſa habebamus. *Plin. l. 3. c. 17.* Tranſpadana regio.

Transpectus, us, m. *veduta*, διόρασις, actus tranſpiciendi, viſus. *Lucr. l. 4. v. 271.* Janua cum per ſe tranſpectum præbet apertum.

Transpĭcio, is, exi, ctum, a. 3. *guardare oltra*, Ger. *hindurchſehen*, Gall. *voir à travers*, Hiſ. *mirar allende*, διοράω, ultra aſpicio, proſpicio. *Lucr. l. 4. v. 271.* Quod genus illa foris, quæ vere tranſpiciuntur. *Lactant. de opif. Dei, c. 8.* Per eas igitur membranas ſenſus ille, qui dicitur mens, ea quæ ſunt foris, tranſpicit.

Transplantātus, a, um, *trapiantato*. *Sedul. l. 2. v. 258.*

Transpōno, is, ſui, ſitum, a. 3. *traſportare*, שנה, transfero, μετατίθημι. *Gell. l. 4. c. 5.* Illam ſtatuam ſuſſerunt in inferiorem locum tranſponi. ¶ Sæpius uſurpatur pro trans flumen, vel mare vehere, trajicere, *traghettare*. *Juſtin. l. 23. c. 3.* Victorem exercitum tranſponere in Italiam. *Tacit. Ann. c. 8.* Claſſis Amiſiæ relicta, lævo amne tranſpoſuit militem dextras in terras iturum. *Plin. l. 10. ep. 69.* Tranſponere moneta in flumen.

Transportātio, onis, f. *tranſportazione*, actus tranſportandi. *Sen. de conſol. ad marem c. 6.* Iſtæ populorum tranſportationes quid aliud, quam publica exilia ſunt?

Transporto, as, a. 1. *traſportare*, העביר, Germ. *hinuber tragen*, Gal. *tranſporter*, Hiſ. *llevar allende*, μετακομίζω, de loco in locum portare, traducere, tranſmittere, tranſvehere. *Virg. 6. Æn.* Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt. *Cic. in Piſon. c. 20.* In quam tantum exercitum tranſportaſſes. *Id. Att. l. 7. ep. 17.* De pueris in Græciam tranſportandis cum cogitaban. *Id. eidem l. 8. ep. 17.* Inde navibus Dyrrhachium tranſportarentur. *Liv. l. 26. c. 17.* Eum exercitum Puteolis in naves impoſitum Neto in Hiſpaniam tranſportavit. ¶ Item pro deportare in exilium. *Suet. in Aug. c. 65.* Agrippam nihilo tractabiliorem, imo in dies amentiorem in inſulan tranſportavit.

Transpoſitivus, a, um, adject. qui tranſponit. *Quinſil. l. 3. c. 6.* Μετάλειψις, quam nos varie translativam, tranſumptivam, tranſpoſitivam, vocamus.

Transpoſĭtus, a, um, *traſportato. Gell. l. 12. c. 1.* Arbor in locum alium tranſpoſita.

Transrhenānus, a, um, *di là dal Reno*, qui trans Rhenum incolit. *Cæſ. l. 5. B. G.* Germanoſque Tranſrhenanos ſolicitare dicebantur. Adde *l. 3. c. 16.*

* Transthebaitāni milites, qui ultra Thebaidam tendebant præſidii cauſa. *Trebell. Poll. in Gallien. c. 4.* ubi al. al.

Transtiberīnus, a, um, *oltre il Tevere*, ὑπερτιβερινὸς, trans Tiberim incolens. *Martial. l. 1. ep. 42.* Hoc, quod Tranſtiberinus ambulator.

Transtigritānus, a, um, adject. *di là dal Tigri*, trans Tigrim Armeniæ fluvium ſitus. *Sextus Rufus Itinerar. c. 25.* Tranſtigritanæ regiones. Adde *Ammian. l. 17. c. 22.*

Transtĭlla, orum, n. parva tranſtra, *h. e.* parvæ trabes tranſverſim poſitæ. *Vitruv. l. 5. c. 11.* Deinde inter eas ex tranſtillis inferior pars ſub aqua exæquanda & purganda. Aliæ editiones omittunt *ex tranſtillis*.

Transtĭnĕo, es, a. 2. *Plaut. Mil. 1. 1. 58.* Nimis beat, quod commeatus tranſtinet trans patieram. *h. e.* commeatus ſeu tranſitus trans patierem patet: paries nobis pervius eſt.

Transtrum, n. 2. ζυγὸς, σέλμα, Φράσης, משוש, locus vel tabula, ſuper quam ſedent remiges, ſedile remigum in navibus, ζυγὸς σκάφης, κρατεύγυμα πλοίων. *Feſt.* Tranſtra, & tabulæ navium dicuntur, & tigna, quæ ex pariete in parietem porriguntur. ¶ Eſt a *tranſeo*, unde tranſtrum per Syncopen, quaſi *tranſitrum*. Vel ita dicitur quaſi tranſverſim ſtratum. Uſurpatur autem fere in num. pluteli. *Virg. 1. Æn.* Furit immiſſis Vulcanus habenis Tranſtra per, & remos, & pictas abjete puppes. *Ovid. 14. Met.* Et incurvæ ſumabant tranſtra carinæ. In ſingulari num. *Perſ. ſat. 5. v. 147.* Tu mare tranſilias, tibi torta cannabe fulto Cœna ſit in tranſtro? Adde *Flor. epit. l. 89.* ¶ Tranſtra item in ædificio, ut vidimus ex *Feſto*, ſunt trabes tranſverſæ. *Vitr. l. 4. c. 2.* Trabes etiam ſupra columnas, & paraſtatas, & antes ponuntur in contignationibus, tigna, & axes ſub tectis, ſi majora ſpatia ſunt, & tranſtra, & capreoli, ſi commoda, columen, & canterii, &c.

Transvarsĕo, as, es, obſtrepo. *Veget. l. 3. Rei Veterin. c. 60.*

Transvectĭo, onis, *tragitto*, העברה, διαπόντισις, actus tranſvehendi, tranſportatio. *Cic. 1. Tuſc. c. 5.* Dic, quæſo, num te illa terrent, criceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſvectio Acherontis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus? ¶ Tranſvectio item dicebatur recenſio, ſeu recognitio, *meſtra*, cum equites ſolemniter recenſebantur, & ante oculos Cenſorum, vel Principis equis prætervehebantur. Fiebat autem hoc maxime modo. Idibus Quintil. ex inſtituto Q. Fabii, ut refert *Liv. l. 9. in fine*, equites trabeati equis inſidentes, corona ornati oleaginea, ab Honoris, ſive Martis templo in Capitolium tranſvehebantur. Si ſine culpa eſſent, abibant; ſin aliter, ſiſtebant, & equum vendere jubebantur. *Sueton. in Aug. c. 38.* Equitum turmas frequenter recognovit, poſt longam intercapedinem reducto more tranſvectionis. ¶ In MSS. quibuſdam Codicibus legitur *travectio*, teſte Pareo.

Transvectus. V. Tranſvehor.

Transvĕho, is, exi, actum, a. 3. *traſportare*, transfero, tranſporto, tranſduco. *Sueton. in Cæſ. c. 59.* Neque exercitum in Britanniam tranſvexit, niſi ante portus & navigationem exploraſſet. *Flor. l. 2. c. 12. de triumpho Æmilii Pauli.* Primus & navigationem exploraſſet. *Flor. l. 2. c. 12. de triumpho Æmilii Pauli.* Primus dies ſigna, tabulaſque, ſequens arma pecuniaſque tranſvexit. *Ulpian. Dig. l. 47. tit. 2. cap. 29.* Sed quibus defuncti in itinere per vicos ſui aut oppidum tranſvexerunt. *Silius lib. 4. verſ. 488.* pons qui Dardanium tranſvexerat agmen. ¶ Uſurpatur etiam pro tranſire, trajicere, perforare, *paſſare*. *Cæſ. lib. 7. cap. 7. nu. 8.* Acus ſub ipſis pilorum radicibus angulo immittenda eſt, ut ea tertiam partem pelebræ tranſvehat. *Al. leg.* tranſuat. *Var. lib. 2. R. R. cap. 7.* Si cum flumen tranſvehundum eſt, gregi in primis prægreditur. Al. leg. *tranſvehendum*, quod idem eſt. Editio *Jenſon. A. 1472.* & *Aldina* habent trajiciendum.

Tranſvĕhor, eris, ectus ſum, *paſſare, paſſar' oltre*, עבר, ultra vehor, ſive paſſivum ſit, ſive deponens, ut quidam Grammatici docent. *Cic. 5. de Fin. c. 18. ex vum* ſit, ſive deponens, ut quidam Grammatici docent. *Cic. 5. de Fin. c. 18. ex vum* ſit, ſive deponens, ut quidam Grammatici docent. *Cic. 5. de Fin. c. 18. ex poeta*: Nemo hæc unquam eſt tranſvectus æquora curſu. *Plin. l. 8. c. 6.* Tranſvecti ratibus. *Claudian. in I. Conſul. Stilich. v. 273.* Tranſvehitur Tuſcos. *Tacit. in Agric. cap. 17.* Tranſvectæ a fronte pugnantium alæ. *Liv. l. 32. c. 15.* Tranſvectis a mari commeatibus. *Sallujt. in Jug. cap. 18.* Armenii navibus in Africam tranſvecti. ¶ Tranſvehi dicebantur Romani equites, cum ſolemniter recenſebantur. *Liv. l. 9. in fine.* Ab eodem inſtituram dicitur, ut equites idibus Quintilibus tranſveherentur. *Sueton. in Aug. c. 38.* Neque detrahi quemquam in tranſvehendo ab accuſatore paſſus eſt. V. *Tranſvectio*. ¶ Translate *Tacit. 2. hiſt. c. 76.* Abiit jam, & tranſvectum eſt tempus, quo poſſes videri concupiſſe.

Tranſvĕna, æ, m. hoſpes, qui ex longinqua regione tranſiens ad nos pervenit. *Fort. de ſpect. c. 5.* Traditur, Lydos ex Aſia tranſvenas in Etruria conſediſſe.

* Transvendo, is, *alienare, vendere*, vendendo transfero. *Gruter. pag. 801. n. 5.* in annis centum quandoque tranſvendere.

Transvenĭo, is, n. 3. ex aliquo loco tranſeundo advenio. *Tertul. de anim. cap. 23.* Anima inde (h. e. a Deo) tranſvenit.

Transverbĕratus, a, um, nom. partic. *paſſato da parte a parte. Liv. l. 38. cap. 22.* Tranſverberatis ſcutis quidam intra ſe conſerti hærebant. *Tacit. 1. hiſt. cap. 42.* Tranſverberatus in utrunque latus.

Transverbĕro, as, a. 1. *traſpaſſare*, תחב, דקר, Germ. *hindurch treiben, durchſtechen*, Gal. *traſpercer, percer outre*, Hiſ. *traſpaſſar*, διελαύνω, transfigo, trajicio. *Cic. l. 7. Fam. ep. 1.* Aut præclara beſtia venabulo tranſverberatur? *Virg. 12. Æn.* Cujus apertum Adverſi longa tranſverberat pectus.

Transversa, acc. pl. loco adverbii tranſverſe, ſeu oblique. *Virg. 3. Ecl.* Novimus & qui te, tranſverſa tuentibus hircis. *Idem 5. Æn. v. 19.* Murati tranſverſa fremunt venti.

Transversārius, a, um, *traſverſale*, quod in tranſverſum ponitur. *Cæſ. l. 7. B. C. c. 18.* Tranſverſaria ſigna injiciuntur, quæ firmamento eſſe poſſint.

Transverſe, adv. *a traverſo, obliquamente*. *Vitr. l. 9. c. 9.* In columella horæ tranſverſe deſcribantur.

Transversum, adv. idem quod tranſverſe. *Tertul. de baptiſm. c. 8.* Manibus tranſverſim obliquatis. *Plin. l. 3. c. 1.* Ad Gallicum Oceanum Iberico a mari tranſverſim ſe pandens terra. Alii leg. *tranſverſa*.

Transversus, a, um, *traſverſale*, ; *poſto a traverſo, obliquo*, עלתון, Ger. *uberzwerch*, Gall. *qui eſt à travers, mis de travers*, Hiſ. *atravеſſado*, πλάγιος, obliquus, lateralis, ut Linea tranſverſa, quæ tectam lineam decuſſat, ut, ſi linea recta, verbi gratia ab Ortu ducatur in Occaſum, tranſverſa dicetur, quæ a Septentrione ducta in Meridiem eandem mediam diſſecat. *Hor. de Arte v. 946.* Incompris illinet atrum Tranſverſo calamo ſignum. *Liv. l. 7. c. 7.* Tranſverſis itineribus in Tuſculanos colles tranſire. *Cic. 3. de Or. c. 33.* Manilius tranſverſo ambulans foro. ¶ Sæpe translate uſurpatur pro adverſo, contrario. *Cic. in Bruto c. ult.* Cujus in adoleſcentiam per medias laudes quaſi quadrigis vehentem tranſverſa incurrit miſeræ fortuna Reipublicæ. ¶ *Tranſversus agi* dicitur, qui vi, & impetu quodam ab inſtituto deflectitur. *Senec. ep. 8.* Tranſverſos agit felicitas. ¶ Ex, & de tranſverſo ire, venire, *venir per traverſo*, occurrere alicui, nec opinanti ſupervenire, ductum ab iis, qui tranſverſis itineribus incidunt in eos, qui recta via eunt. *Plaut. Pſeud. 4. 1. 45.* Ex tranſverſo cedit, quaſi cancer ſolet. *Cic. Att. l. 15. ep. 4.* Ecce autem de tranſverſo (quidam legunt *traverſo*, quemadmodum *tralatus* pro *translatus* dicitur) L. Cæſar, ut veniam ad ſe rogat. *Auct. ad Heren. lib. 4. c. 10.* Ecce ibi iſte de tranſverſo, Heus, inquit, puer &c. ¶ Tranſverſum digitum, vel unguem diſcedere, proverbialis Hyperbole eſt, pro minimo ſpatio. *Plaut. Aul. 1. 1. 18.* Si hercle tu ex iſ

Trecasses, masc. 3. Tricases, Tricasii, Tricassini, pop. Galliæ Celticæ, in conf. Galliæ Belgicæ, quorum urbs Trecasses, Trecæ, Urbs Trecassium, Augusta Trecarum, Augustobona, Augustomana, *Troyes*, ampla, & culta, caput Campaniæ, ad Albulam in Occ.

Trecenarius, a, um, adject. *Inscript. apud Fabret. pag. 634.* legitur: *Numisfenus Gallus Trecenarius*; qui ita dictus fuisse videtur, quod trecentorum militum ductor esset.

Trecēni, æ, a, *trecenti*, τεκακόσιοι, idem ac trecenti, per Syncopen. *Liv. l. 8. c.* 8. Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis. *Id. l. 31.* Attalus trecenos tantum milites in præsidium, Rhodii quadriremem unam ex classe, cum ad Tenedum flaret, miserunt. Quidam legunt *Tricenis*, & *tricenos*. Sed *triceni* est triginta.

Trecentēni, æ, a, adject. *trecento. Col. lib. 5. c. 2.* Duo millia trecenteni, & quadraginta. Alii leg. *tricenteni*.

Trecentesimus, a, um, adject. *trecentesimo*, qui trecenta continet. *Valer. Max. l. 8. c. 13. n. 6. extern.* Trecentesimum annum cumulare. *Liv. l. 4. c. 7.* Anno trecentesimo decimo, quam urbs Roma condita erat.

Trecenti, æ, a, adject. *trecento*, שלוש מאות, τεκακόσιοι. *Virg. 10. Æn.* Sexcentos illi dederat populonia mater Expertos belli juvenes, sed ilva trecentos.

Trecenties, adv. *trecento vices*, τεκακοκιάκις, trecentis vicibus. *Cæsul. in Jul. Cæs. cap.* 30. Ut ista vestra diffluxura mentula Ducenties comesset, aut trecenties. Aliqui legunt *tercenties*. Perperam. Nam congruum est, ut etiam ultimus iste versus sit jambicus trimeter, seu senarius acatalectticus sincerus, ut alii præcedentes.

Trechedippa, orum, neut. Τρεχίδιππα, a τρέχω, *curro*, & ἵππον, *equus*, ita dicitur a *Juvenale* toga cursoria, qua induti ad cœnam, seu sportulam accipiendam cives Romani cursitabant. Notat autem hac voce civitatis mores ad Græca vitia simul cum lingua ipsa degenerantes. *Sat. 3. v. 67.* Rusticus ille tunc sumit trechedippa, Quirine. ¶ Qui legunt *Rechedippa*, nulla ratione probant.

Tredecies, adv. *tredici vices*, τρισκαιδέκακις. *Cic. Ver. 5. c. 80.* Sestertium tredecies. Alii leg. *terdecies*: utrumque enim passim recte legitur, & usurpatur.

Tredēcim, adv. *tredici*, שלשה עשר, τρισκαίδεκα, ter & decem vices. *Liv. l. 36. c. 45.* Tredecim captis navibus. *Tacit. 5. hist. c. 19.* Centum tredecim Treverorum senatores. ¶ Dividitur etiam, & invertitur. *Cic. pro Rosc. Amer. c. 7.* Fundos decem & tres reliquit.

Tredecimus, a, um, adject. *decimotertio*, *Plin. l. 1. nat. hist. qui caterorum index est*: Libro tredecimo continentur de unguentis &c.

* Tregemini, V. Trigemini.

Treis, Tris, idem ac tres, apud veteres, Græcorum more, qui τρεῖς per ει dicunt. *Virg. 8. Æn.* Treis imbris torti radios treis nubis aquosæ Addiderant.

Tremebundus, a, um, *tremente*, מחרך, Germ. *zitternd*, Gall. *tremblant*, Hisp. *semblante*, περίφοβος, tremens. *Auct. ad Heren. l. 3.* Sin erit sermo in jocatione leviter, & tremebunda voce, cum parva significatione risus. *Cic. pro Dom. c. 52.* Aut si dixit aliquid verbis hæsitantibus, postemque tremebunda manu tetigit. *Col. l. 10. v. 396.* efferra tremebundior ubere porcæ.

Tremefacio, is, feci, factum, a. 3. *far tremare*, הרעיד, ἐκκλήττειν, tremorem incutio. *Virg. 6. Æn. v. 803.* Et Lemam tremefecerit arcu. *Id l. 9.* Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum, *Cic. 2. de Div. ex poeta*: Ac quum fe gravido tremefecit corpore tellus.

Tremefactus, a, um, *impavido. Virg. 2. Æn.* Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis Insinuat pavor. ¶ Translate ponitur pro concusso, prostrato, labefacto. *Cic. 2. Off.* Quamvis enim demerint sint leges alicujus opibus, quamvis tremefacta libertas. Alii leg. *timefacta*.

Tremendus, a, um, *terribile*, אאים, גורא, φοβερός, φοβητός, terribilis, metuendus, propter quem quis tremere debet. *Virg. 4. Æneid.* Manesque adit, Regemque tremendum. *Id. l. 6.* Matrisque egere tremenda Carmentis Nymphæ monita.

Tremens, entis, n. 3. *tremante*, τρέκων, partic. a tremo. *Cicer. 4. Tusc.* Ut ipsum Hectorem, quemadmodum est apud Homerum, toto pectore trementem provocasse ad pugnam pœniteret. *Id. ad Q. Fr. l. 3. ep. 2.* Et me trementi voce exulem appellavit.

* Tremidus, a, um, tremens. Legitur in quodam *MS. Propert. l. 11. el. 1. v. 43.*

Trēmipes, edis, adject. qui pedibus tremit. *Var. apud Non. c. 6. n. 65.* Nec quassaginnas anates, trepalipedes. Alii leg. *tremipedas*, ut sit a recto *tremipedus*: quod quidem minus placet. Alii *remipedes* reponunt.

Tremisco, is, sine præt. & sup. *tremere*, τρέκω, tremore concutior. *Virg. 5. Æn.* Tonitruque tremiscunt Ardua terrarum, & campi. ¶ Sumitur etiam pro timere. *Virg. 3. Æn. v. 648.* Sonitumque pedum, vocemque tremisco.

Tremissis, is, m. nummus valens tertiam solidi aurei partem. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 39.* Tunc etiam, cum ad tertiam partem aurei vestigal decidisset, tremisses aureorum formati sunt.

Tremo, is, mui, sine sup. n. 3. *tremare*, רגז, Germ. *zittern*, Gall. *trembler*, Hisp. *temblar*, τρέμω, τρομέω, commoveor, agitor, tremore concutior, a Græco verbo allato. *Virg. 1. Georg.* Terra tremit, fugere feræ. *Id. l. 3.* Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus. Ubi *artus* est accusativus partis pro ablativo *artubus*. *Cic. 2. Acad.* Ut si qui tremerent, & exalbescerent. *Id. 2. de Orat.* Locus est familiaris, Sapiens, si algebis, tremes. ¶ Metonymice ponitur pro timere. Nam timorem sæpe tremor consequitur. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 1.* Quid? si tibi bellum aliquod magnum, & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo. *Liv. lib. 22.* In ea civitate, in qua Magistrum equitum, virgas, ac secures Dictatoris tremere, atque horrere soliti sunt.

* Tremodia, V. Trimodia.

Tremor, oris, m. *tremore*, רעד, Germ. *das zittern*, Gal. *tremblement*, Hisp. *temblamento*, τρόμος, σεισμός, corporis solidi motus, quo in suo loco stans movetur, cujus generis est motus terræ, cum ventis, seu ignibus inclusis concutitur: item motus in hominibus frigentibus, timentibus, febricitantibus. *Virg. 2. Georg.* Unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant Objicibus ruptis. *Cicer. 4. Tusc. c. 8.* Ex quo fit, ut pudorem rubor, sic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequatur. *Id. pro Flacc. c. 4.* Tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit!

Tremūle, adv. *tremolando. Apulej. l. 5. Metam.* Extimæ plumulæ tremule resultantes inquiete lasciviunt.

Tremŭlus, a, um, *tremante*, τρομώδης, τρομερός, qui tremit. *Cicer. 1. de Divinat. ex Poeta*: Haud modicos tremulo fundeas e gutture cantus. *Virg. 8. Ecl.* Aspice, corripuit tremulis altaria flammis Sponte sua cinis. *Plin. lib. 20. cap. 9.* Ideo paralyticis, & tremulis dari jubet. ¶ Metonymice ponitur pro tremefaciente, seu pro eo, quod tremere facit. *Cicer. in Arato*: Dum fixum tremulo quatierint frigore corpus.

Trepĭdans, antis, o. 3. *tremante*, *trepidante*, σπεύδων. *Virg. 4. Georg.* Et trepidantia bello Corda licet longe præscifcere. *Liv. l. 23. c. 7.* Trepidante tota civitate ad excipiendum Annibalem, visendumque. ideft feftinante, tumultuante præfestinatione. V. *Trepido*.

Trepidanter, ἐντρόμως, timide. *Suet. in Claud. c. 49.* Quod ut sensit, trepidanter æstatus, &c. *Cæs. l. 1. B. C. c. 19.* Trepidantius, timidiusque omnia agere.

Trepidarii equi, τεκποδίγωνες, dicuntur, qui trepidantibus, hoc est crebriter saltientibus pedibus incedunt, qui brevi, sed festino gradu ambulant. *Veget. l. 2. rei veterin. c. 56.* Equi, quos vulgo trepidarios, militari verbo gutronarios vocant.

Trepidatio, onis, f. *timore, pavor*, חרדה, τρόμος, actus trepidandi. *Cic. pro Dejot.* Num quæ trepidatio? num qui tumultus? *Liv. lib. 3. cap. 3.* Nec opinata etiam res plus trepidationis fecit.

Trepide, adv. *cum festinatione, timore*, ἐντρόμως. *Liv. l. 22. c. 31.* Classis a litoribus hostium plenis trepide soluta in Siciliam cursum tenuit.

* Trepidiarii, V. Trepidarii.

Trepido, as, a. *r. tremere*, חפז, חרד, τρέμω, φοβέομαι, φρίττω, tremo, paveo, timeo: a sono corporum, qui ex motibus contrariis oritur. *Festus* putavit, esse a τρέπω, verto. Sic enim scribit: Trepit, vertit; Unde trepido, & trepidatio, quia turbatione mens vertitur. *Ter. Eun. 5. 6. 8.* Quid est, quod trepidas? satis ne salvæ? *dic mihi*. *Cæs. l. 5. B. G.* Tum demum Titurius, ut quinihil ante providisset, trepidare, & concursare. *Cic. 3. de Orat. c. 42. ex Poeta*; At Romanus homo, tamenetsi res bene gesta est, Corde suo trepidat. ¶ Cum accusativo. *Ju. Sat. 10. v. 21.* Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram. *Et sat.*

8. *v. 252.* Et occurfum nufquam trepidabit amici. ¶ Cum *ne*, & conjunctivo. *Idem Sat. 14. v. 64.* Ergo miser trepidas, ne ftercore fœda canino Atria difpliceant. Adde *Sat. 1. verf. 97.* ¶ Et quoniam a timentibus omnia præproperе aguntur, factum eft, ut trepidare accipiatur pro feftinare. *Virg. 4. Æn. verf. 121.* Dum trepidant alæ, faltufque indagine cingunt. *Hor. l. 2. ode 4.* Cujus octavum trepidavit ætas Claudere luftrum. ¶ Ufurpatur & impersonaliter. *Ter. Hec. 3. 1. 35.* Trepidari fenio, curfari furfum prorfum.

Trepidŭlus, a, um, ὑποτρόμος, dim. a trepidus. *Gel. l. 3. c. 19.* Atque ubi rediit caftita, pulli trepiduli circumftrepere, oraeque intra mare, &c.

Trepĭdus, a, um, *timido, pauroso*, יראי, ἔντρομος, περίφοβος, pavidus, metuens, timens. *Liv. l. 2. c. 24.* At vero curia mœfta, ac trepida ancipiti metu. ¶ Ponitur etiam pro incerto, dubio. *Virg. 12. Æn. v. 589.* Illæ intus trepidæ rerum, per cœrea caftra Difcurrunt. *Liv. l. 1. cap. 27.* Tullius in re trepida duodecim vovit Salios, fanaque Pallori, & Pavori. ideft dubia, & ob hoc timorem inducente. *Id. l. 36. c. 31.* Meffenii trepidi rerum fuarum. ¶ Item pro feftino, quod qui timent, feftinant greffus. *Virg. 3. Æn.* Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt, Immemores focii vallo Cyclopis in antro Defcruere.

* Trepit, vertit (a βέπω) unde trepido, trepidatio, quia turbatione mens vertitur. *Paul. ex Fest.*

Trepondo, n. ind. τριλίτρον, trium librarum pondus. *Quintil. l. 1. c. 9.* Nam dua, & tre, & pondo diverforum generum funt barbarifmi. At duapondo, & trepondo ufque ad noftram ætatem ab omnibus dictum eft, & recte dici Meffala confirmat.

Tres, & tria, o. 3. *tres*, שלשת, τρεῖς, τρία, nomen numerale cardinale, a vocibus Græcis allatis. *Virg. 5. Æn.* Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur Ductores. *Id. 8. Ecl.* Nec tribus nodis ternes, Amarylli, colores. ¶ *Trium literarum homo*. V. Litera. ¶ *Tribus verbis*, eft breviter. *Plaut. Mil. 4. 2. 29.* Brevin', an longinquo fermone? Mi. Tribus verbis. *Id. Trin. 4. 2. 121.* Pax! te tribus verbis volo.

* Tresdecim. V. Tredecim.

Treffis, & ffe, o. 3. *vile*, τεσσάβολος, quod eft trium affium, vile, minimi pretii. *Perf. Sat. 5. v. 76.* Non treffis agafo.

Trefviri, m. 2. iidem qui Triumviri. *Plaut. Amph. v. 1. 3.* Quid faciam nunc, fi Trefviri me in carcerem compegerint? *Cic. 3. de Or. c. 19.* Trefviri Epulones.

Treventinātes, m. 3. pop. Samnii, in conf. Frentanorum, quorum urbs Treventinum. *Plin. l. 3. c. 12.*

Trevericus, a, um, adject. ad Treviros urbem pertinens, ut Trevericus ager, *Plin. l. 18. c. 20.*

Trevir, iri, qui eft ex Trevirorum urbe. *Lucan. l. 1. v. 441.* Tu quoque lætatus converti prælia Trevir.

Trevĭri, Treveri, pop. Galliæ Belgicæ, verfus Mofellam fl. extenfi, inter Rhenum fl. ad Or. qui feparabantur a Germania magna, Remos, Tungrofque ad Occ. Mediomatticos, & Virodunos ad Mer. & Ubios ad Bor. ubi nunc Trevirenfis ditio, & pars Auftralis Duc. Luxemburgici, ubi erant Cæfi fub ipfis contenti. Eorum urbs eft Treviri, feu Auguſta Trevirorum, Germ. *Trier*, Gal. *Treves*, Ital. *Treviri*, ampla, & præclara, ad Mofellam fl. ubi recipit Suravum. ¶ Sunt etiam *Trevini* iidem qui *Trefviri*, hoc eft triumviri. *Cic. Fam. 7. ep. 13.* ubi in ambiguo hujus vocis ludit.

* Triacontas, adis, f. *triginta*, שלשים, τριακοντάς, numerus tricenarius. *Terull. adv. Valent. c. 40.*

Triambi, m. 2. qui terni in profcenio loquebantur. *Feft.* Jambi vocabantur, qui finguli ex profcenio loquebantur, triambi, qui terni.

Triangularis, & re, *triangolare*, τρίγωνος, quod triangulari formam refert. *Col. l. 5. c. 2.* Triangularis agri forma.

Triangŭlum, i, n. *triangolo*, משולש, τρίγωνον, figura tres angulos habens, feu fuperficies plana tribus lineis rectis comprehenfa. *Cic. 2. de Nat. Deor. c. 49.* Grues, cum loca calidiora petentes maria tranfmittunt, trianguli formam efficere. *Id. 2. de Div. c. 42.* Ea triangula illi, & quadrata nominent.

Triangŭlus, a, um, *triangolare*, τρίγωνος, quod triangularem figuram habet. *Col. l. 5. c. 2.* Ifto ager triangulus pedum quoquoverfus trecentorum. *Plin. l. 13. c. 11.* Latera triangula.

Triarii, orum, m. 2. שלישים, milites veterani fpectatæ virtutis, qui in tertio aciei loco collocabantur, pilis armati. Qui fint, & unde dicantur, docet hic locus *Varronis l. 4. de L. L.* Haftati dicti, qui primi haftis pugnabant, Pilani, qui pilis, Principes, qui a principio gladiis. Pilani, Triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis fubfidio deponebantur. Quod ii fubfidebant, ab eo fubfidium dictum. A quo Plautus: Agite nunc, fubfidete omnes, quafi folent Triarii. Hæc *Varro*. *Liv. l. 22.* Nova de integro pugna exorta eft, non illa ordinata per Principes, Haftatofque, ac Triarios, &c. ¶ Tertio loco præfium inibant poft profligatos Haftatos, qui primo loco, & Principes, qui fecundo loco pugnam capeffebant. Hinc factus eft locus proverbio, ut, cum in re aliqua laboratur, eoque res adducta eft, ut extremo conatu, fummifque viribus fit enitendum, rem ad Triarios redifle dicamus, ut docet *Liv. l. 8. c. 8.* ubi omnem pugnandi apud Romanos ordinem luculenter defcribit.

Triarius, tertius dies poft Idus. *Paulus ex Festo*: Quinquatrus feftivus dies dictus, quod poft diem quintam iduum celebraretur, ut triarius, & fexatrus, & feptimatrus, & decimatrus.

Tribacca Margarita, eft inauris tribus baccis feu unionibus conftans. *Perron. in Satyr.* Quo margarita cara tribacca Indica? Alii leg. *cara tibi, bacca Indica*.

Tribades, dum, f. 3. mulieres fricatrices, quæ in fexum fuum libidinem exercent, a τρίβω, *tero*, *frico*. Hoc nomine male audivit Sappho, quod innuit Ovidius in ep. ipfius ad Phaonem. *Rhadrus l. 4. fab. 14.* Rogavit alter, tribades, & molles mates quæ ratio procreaffet.

Triballi, m. 2. *Bulgari*, τριβαλλοί, pop. Mœfiæ inf. quorum regio *Bulgaria*, urbs primaria Ternoba, feu Sophia. In Triballis populi feruntur fcinahant, & interimebant, quos irati diutius, & fixis oculis afpexiffent, *teste Plin. l. 7. c. 2.*

* Tribla. V. Trebla.

Tribon, onis, m. τρίβων, *veste logera*, pallium tritum. *Auson. epigr. 53.* Pera, polenta, tribon, baculus, fcyphus, arcta fupellex.

Tribonianus, i, celebris Juriſconſultus, quæſtor fuit Juſtiniani Imperatoris, eique operam fuam præbuit in libro Novellarum componendo. Cæterum multis vitiis infignis, aſſentatione, fraudulentia, avaritia, omnis religionis contemtor, præfertimque Chriſtianæ. *Suidas*.

Tribrachus, & tribrachys, m. τρίβραχυς, pes metricus ex tribus fyllabis brevibus conftans, a τρεῖς tres, & βραχύς, *brevis*, ut *Dominus, loqueris, agimus*. *Diomed. Grammat. l. 2. Quintil. l. 9. c. ult.*

Tribrĕvis, is, adject. A *Diomed. Grammat. lib 3. cap. de pedibus* ita appellatur pes tribrachys, qui e tribus fyllabis brevibus conftat.

Tribuarius, a, um, adject. ad Tribum pertinens. *Cic. pro Planc. c. 19.* Itaque hæftantem te in hoc fodalitiorum tribuario crimine ad communem ambitus cauſam contuliſti. h. e. in crimine corrumpendarum tribuum in petitione alicujus honoris.

Tribŭla, æ, f. *trabbia*, idem ac tribulum. *Col. l. 2. c. 21.* Si pauca juga funt, adjicere tribulam, & traham poſſis, quæ res utraque culmos facillime comminuit.

Tribularia, ium, n. 3. inſtrumentum tribulis, hoc eſt ferreis acuminibus contextum, quo utebantur in torquendo & cruciando. *Senec. 5. de Ira, c. 19.* Torſerat per omnia, quæ in rerum natura triſtiſſima funt, fidiculis, tribularibus, equuleo, igne. Alii leg. *tabularibus*.

Tribularium, ii, n. locus ad triturum frumenti aptus, vel, ut alii explicant, locus in quo tribulæ, & ſimilia inſtrumenta reponuntur. Affertur a Lexicographis quibuſdam ex *Columella*, ſed cum neque locum, neque verba citent, adhuc fides eſt penes ipſos.

Tribulatio, onis, f. g. *tribolazione*, צרה, θλῖψις, afflictio, oppreſſio, angustia. Habent hanc vocem *Tertullianus adverſ. Judæos, cap. 11.* ubi *diem tribulationis* ponit pro die extremi divini judicii, & *Jul. Firmicus, de prof. relig.* verbis ex *Pſalmo* deſumptis: Obliviſceris inopiam noſtram, & tribulationem.

Tribulātus, a, um, adjectiv. acuminatus, in modum tribuli. *Pallad. l. 1. tit. 43.* Falciculas breviſſimas tribulatas, quibus filicem ſolemus abſcindere.

Tribulis, & le, o. 3. θυλέτης, φρικτῶρ, φρόκτωρ, qui ex eadem Tribu eſt. *Cicero lib. 12. Fam. epiſt. 24.* L. Coſſinio amico, & tribuli tuo valde familiariter utor. *Livius*.

Tom. II.

Liv. l. 2. Vetus Claudia Tribus, additis poſtea novis tribulibus, qui ex eo venirent agro, appellata. ¶ Interdum accipitur pro divite, ut *Tribus* pro pauperibus. *Hor. l. 1. ep. 13.* Ut cum pileolo ſoleas conviva tribulis. *Martial. l. 9. epigr. 50. de toga trita*: Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli.

Tribŭlo, as, תחבט, *trebbiare, batter fuori il grano*, θλίβω eſt tribula, aut alio cuncque inſtrumento comminuere. Gl. Cyr. θλίβω, *tribulo, preſſo, premo*, θλῖψις, ἡ σφῆξις, *preſſura, tribulatio. Cato R. R. c. 23.* Si indideris defrutum, aut marmor, aut reſinam, dis vigint permiſceto cerebro, tribulatoque quotidie.

Tribulōſus, a, um, adject. aſper, ſpinoſus, tribulis plenus. *Sidon. l. 3. ep. 2.* Viarum voragines tribuloſæ. ¶ Transiate *Id. l. 1. ep. 7.* Tribuloſiſſima diſſimulatio.

Tribŭlum, i, n. *trebbia*, חרוץ, Germ. *troſchwurgen*, Gal. *fleau à battre le bled*, Hiſp. *trillo, trillolon*, ruſticum inſtrumentum, quo frumenta in area teruntur. *Var. l. 4. de L. L.* Hinc in meſſe tritura, quod tum frumentum teritur, & tribulum. *Id. l. 1. de R. R. c. 52.* E ſpicis in aream excuti grana, quod fit apud alios jumentis junctis, ac tribulo. Id ſit e tabula lapidibus, aut ferro aſperata, quæ impoſito aurига, aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut diſcutiat e ſpica grana. *Pl. l. 18. c. 30.* Meſſis alibi tribulis in area, alibi equorum greſſibus exteritur. *Virg. 1. Georg.* Tribulaque, trahæque, & iniquo pondere raſtri.

Tribŭlus, i, m. *tribolo*, דרדר, Germ. *wuſſernus*, Gall. *chardon, chauſſetrape*, Hiſ. *abrojo*, τρίβολος, genus ſpinæ, herba foliis ad portulacæ effigiem accedentibus, tenuioribus viticulis, in terra ſtratis, ſpinis fecundum folia rigidis, & præduris. *Virg. 1. Georg. v. 153.* Lappæque, tribulique, interque nitentia culta Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ. *Pl. l. 21. c. 15.* Aliqua & fecundum ſpinam habent folium, ut tribulus, & ononis. ¶ Eſt & alterum tribuli genus aquaticum, non niſi in amnibus naſcens, coma duntaxat aquis extante, folio ulmi effigie. *Pl. l. 21. c. 16.* Tribulus non niſi in paluſtribus naſcitur: dira res alibi, juxta Nilum, & Strymonem amnes exciptur in cibis, inclinatus in vadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo, &c. ¶ Per Metaphoram Græcis τρίβολοι, Latinis tribuli dicuntur ſtimuli illi ferrei, qui aliter vocantur muraces, quos ſpargere moris erat in bello contra camelos, aut quadrigas falcatas, aut oppidanorum eruptionem. Nempe ita dicti ſunt a triquetra figura, & ob eminentes cuſpides. Extat vox hujus ſignificationis apud *Vegetium l. 3. c. 24.*

Tribūnal, alis, n. *tribunale*, במה, Germ. *richterſtul*, Gal. *tribunal, ſiege de juge*, Hiſp. *tribunal*, δικαστήριον, βῆμα, locus exceſſus arcuata figura, in quo reſidebat qui jus civibus, aut peregrinis reddebat, a *Tribunis*. Nam proprie eſt ſedes Tribuni, ut *Papias* exponit, hoc eſt locus ſublimior, ubi is jus dicit: fed per Synecdochen ſumitur pro quovis loco, ubi jus redditur. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Nullius inopiam, ac ſolitudinem non modo illo populari acceſſu, ac tribunali, fed ne domo quidem, & cubiculo eſſe excluſam. ¶ Apud Romanos tribunal fuit ſuggeſtus editior, unde conſpici Magiſtratus ab omnibus poterat, multorum hominum capax, in quo ſella curulis, jurifdictionis inſigne, locata erat, ubi ſedens Prætor cognoſcebat, & pronuntiabat. Fuiſſe locum multorum hominum capacem, indicat *Cicero in Bruto cap. 48.* Volo, hoc Oratori contingat, ut, cum auditum ſit, eum eſſe dicturum, locus in ſubſelliis occupetur, compleatur tribunal, &c. Et *l. 1. de Or. c. 37.* Nobis in tribunali Q. Pompeji Prætoris Urbani ſedentibus. Et *Tacitus l. 11. c. 7.* Tiberius aſſidebat in comitio tribunalis, ne Prætorem curuli deſelleret. ¶ Sellæ curulis meminit *Cic. Verrin. 4. cap. 38.* Palam, inquit, de ſella, ac tribunali pronuntiat: ſi quis &c. ¶ Forma tribunalis fuit arcuata. *Virg. l. 5. c. 1. de Baſilica Julia*, quam ipſe architectatus fuerat. Item tribunal eſt in ea æde hemicycli ſchematis minore curvatura formatum. Ejus autem hemicycli in fronte eſt intervallum pedum quadraginta ſex, introrſus curvatura pedum quindecim, uti eos, qui apud Magiſtratus ſtarent, negotiantes in Baſilica ne impediret. ¶ *Pro* vel *de tribunali* idem eſt ac in tribunali, quemadmodum dicimus *pro roſtris*. *Cic. 3. Fam. ep. 8.* Idque pro tribunali cum aliquid ageretur, intelligi potuiſſe. *Id. in Piſon. c. 5.* Pro Aurelio tribunali delectus ſervorum habebatur. Sic Citare aliquem de tribunali, *h. e.* ſedendo in tribunali, *Cic. Ver. 7.* ¶ De tribunali porro ii tantum Magiſtratus jus dixere, qui ſellam curulem habebant, ut Conſules, Prætores, Ædiles, Præſides in provinciis, & Proconſules: nam Tribuni, Quæſtores, Triumviri, & alii pro ſubſelliis ſedebant, ut ſcribit *Aſconius*. ¶ In caſtris quoque erat tribunal, ex quo Imperator jus dicebat, aut milites alloquebatur, quod olim de ceſpite extruebatur. *Tacit. hiſtor. 3. c. 10.* Senſit ludibrium miles, diſceptifque qui tribunal tuebantur, &c. *Id. ib. l. 4. c. 25.* Conſcendit tribunal Vocula, reprehenſumque militem duci juſſit. ¶ *Tribunal nummarium* dicitur, in quo qui ſeder, pecunia corrumpi ſe patitur. *Senec. l. 1. de benef. c. 9.*

Tribunātus, us, m. 4. *Tribunate*, χιλιαρχία, δημαρχία, Magiſtratus, ſeu dignitas Tribunorum. Aliud fuit Tribunatus, aliud Tribunitia poteſtas: Nam Sylla Tribunatum non ſuſtulit, ſed Tribunitiam poteſtatem. Ruſſus Romani Imperatores Tribunatum non geſſere, ſed Tribunitiam poteſtatem ſumpſerunt, ut *Dio* auctor eſt. Nam cum Plebejis fas eſſet ſolis Tribunatum gerere, religio Imperatoribus fuit Tribunarum ſibi vindicare, cum Patricii eſſent: cum vero Tribuni Pl. ſacroſancti eſſent, Imperatores ſibi poteſtatem Tribunitiam uſurpavere, ut & ipſi ſacroſancti eſſent, & inviolabiles. *Cic. de Am.* De C. Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari. *Id. 1. de Orat. c. 7.* Tribunatum petere. *Id. 11. Att. ep. 9.* Inire tribunatum.

Tribunitius, a, um, *Tribunicio*, δημαρχικός, quod ad Tribunos pertinet. *Cic. 2. de Or.* Cum Tribunitia poteſtas eſſet conſtituta, (de Tribunitia poteſtate V. in voce præced.) *Id. l. 2. Qu. Fr. ep. 14.* Tribunitii candidati. *Id. pro Cluent.* Spiritus Tribunitii. ¶ Tribunitius dicitur qui Tribunarum geſſit, quemadmodum Conſularis, qui Conſularum, Ædilitius, qui Ædilitatem. *Cic. 13. Phil. c. 14.* Qui Ædilitii? qui Tribunitii? qui Quæſtorii?

Tribūnus, i, m. *Tribuno*, שר, δήμαρχος, Magiſtratus apud Romanos, inde dictus, quod qui primum hoc nomine appellati ſunt, præerant Tribubus, qua ratione Curiones vocati, qui præeſſent Curiis, hoc eſt decimæ Tribus cujuſque partis, teſte *Aſconio in 3. Verr. Pomponius l. 2. de orig. juris*, §. 2. ita ſcribit: Dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus diviſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur, vel quia Tribuum ſuffragio creabantur. ¶ Nomen Tribunorum antiquiſſimum eſt, atque una pene cum Urbe natum. Nam Romulus primum univerſum populum in tres partes diviſit, quas appellavit Tribus, & ſingulis partibus ſuos duces dedit, eoſque Tribunos vocavit: deinde ſingulas Tribus in decem partes ſecuit, & effecit 30. partes minores, eaſque vocavit Curias quibus aſſignavit ſuos Duces, nomine Curionum: tertio diſtribuit ſingulas Curias in decem partes, quas nuncupavit Decurias, ſingulis duces attribuit, iiſque nomen Decurionum indidit. ¶ Tribunorum varia fuerunt genera *Tribuni Celerum, Tribuni militum Conſulari poteſtate, Tribuni ærarii, Tribuni Plebis*. De ſingulis habes infra.

Tribunus Celerum, *Cæſarum dei corpo di guardia*, Magiſtratus quidam in Monarchia, qui præerat trecentis illis Celeribus Equitibus, qui Regis corpus cuſtodiebant, & rem militarem cum Regibus curabat. Fuit antiquiſſimum omnium Magiſtratuum. Nam ab ipſo Romulo inſtitutus eſt. *Pompon. de orig. juris, l. 1. Dig. tit. 2. lib. 2.* Iiſdem temporibus & Tribunum Celerum faiſſe conſtat. Is autem Equitibus præerat, & velati ſecundum locum a Regibus obtinebat; quo in numero fuit Junius Brutus, qui auctor fuit Regis ejiciendi. ¶ Diverſus erat a cæteris Tribunis. Nam cæteri, qui tres erant, Tribubus præerant, unus Ramnenſibus, alter Tatienſibus, tertius Luceribus, ſed hic tribus Centuriis Equitum, qui Celeres vocabantur, imperabat. Dictus eſt a ſimilitudine aliorum Tribunorum. Ut enim duces Tribuum dicti Tribuni quod præerant tribubus, quæ tres erant, ita Tribunus Celerum ita appellatus, quod tribus Equitum Centuriis præerat. Hoc nomen retentum eſt uſque ad inſtitutionem Conſulum. Nam poſtea Magiſtratus iſte pro Tribuno dictus eſt Magiſter Equitum, & poſtremo Præfectus Prætorio. *Pompon. loc. cit.*

Tribuni Militares, duces legionum, qui peditibus legionum, non item equitibus præerant. Dicti ſunt Tribuni, auctore *Varrone*, quod ab initio terni eſſent, rum, cum legio ex tribus millibus conficiebatur, ex ternis, quæ tum erant, Tribubus, Ramnium, Tatienſium, & Luceram ſumpti. ¶ Initio tres fuerunt, qui ſinguli mille peditibus præerant. Poſtea ut numerus peditum in legione auctus eſt, ſic etiam Tribunorum militarium, ita ut a tribus ad quatuor, atque ab his ad ſex pervenerint. Progreſſu temporis duodecim legi cœperunt, terni in ſingulas legiones, quæ quatuor erant. Deinde anno 441. quaterni in ſingulas legiones creati ſunt, ut eſſent ſexdecim. Interjectis inde temporibus, cum legio ex quinque millibus conſcribi jam eſſet cœpta, ut ſua ſactum ætate ſcribit *Polybius l. 6.* & poſtremo cum ex ſex millibus, Tribuni militum ad quatuor legiones vigini quatuor, in ſingulas ſeni, ſecti ſunt. ¶ Ut Tribunorum militum numerus, ſic eorum electio varia fuit. Modo enim ab exercitus Imperatore, modo populi ſuffragio creati ſunt: quæ varietas uſque ad extrema Reip. tempora perduravit. Nam C. Cæſar, & M. Cato Tribunatum militum a populo obtinuerunt, teſte *Suetonio*, & *Plutarcho*. Per eadem vero fere tempora Proconſul *Cicero* Tribunarum militum alteri dedit, & pro altero petiit, ut ipſe ſcribit *ad Atticum*: Scaptius cum a me Tribunatum acceſſiſſet, quem ego ex Bruti literis ei detuliſſem, poſtea ſcripſit ad me ſe uti nolle eo Tribunatu; & *ad Cæſarem*: Huic ego neque Tribunatum, neque Præfecturam peto, benevolentiam tuam peto. ¶ Quoniam autem legiones ſcribi quotannis quatuor erant ſolitæ, cum Conſulibus ad bella prope quotidiana proficiſcentibus tradrentur, factum eſt, ut quemadmodum quatuor legiones primæ cæteris, quæ poſt ad eas adjunctæ ſunt, clariores fuerunt, ſic qui his legionibus præfuerunt, omnes aliarum duces honore anteceſſerint. Hi *Tribuni militum quatuor legionibus primis* ſunt appellati. Propterea igitur præ cæteris celebrantur, quia majore, quam cæteri, non quidem poteſtate, ſed dignitate fuerunt. Unde *Tr. Mil. L. IV. primis* in veteribus quibuſdam æneis legum tabulis legitur, teſte *Sigon*. ¶ Tribuni militum fafces non prætulere, quod oſtendit *Livius* in ſeditione militari Scipionis apud Sucronem: Fugatis ex caſtris Tribunis, ad milites gregarios duos delatum omnium conſenſum imperium: quî nequaquam Tribuniciis contenti ornamentis, inſignia etiam ſummi imperii fafces, ſecuteſque attrectari auſi. *Appianus* Tribunos militares aureo anulo uſos ſcribit, cum cæteri ferreo uterentur. ¶ Officium Tribunorum militarium erat caſtris milites continere, & ad exercitationem producere, vigilias circuire, rei frumentariæ præeſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere, denique & dare, & obſervare caſtrenſia omnia. ¶ Dividebantur in *Rufulos*, *ſive Rutulos*, & *Comitiates*. *Rufuli* erant, qui ab Imperatoribus in exercitu lecti fuerant, ita dicti a *Rutilio Rufo*, qui legem tulit de jure Tribunorum, qui a Conſulibus eſſent facti. *Comitiati* dicebantur, qui a populo in Comitiis creati eſſent. *Aſcon. Padian. in Divin.* Tribunorum militarium duo ſunt genera; primum eorum, qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari ſolent. Alii ſunt Comitiati, qui Romæ Comitiis deſignantur. *Feſt. Pompejus*. Rufuli Tribuni militum appellabantur, quos Conſules faciebant, non populus: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerat, qua eis cavebatur multis modis (ſic enim elevaverant eorum jus, aut tunc elevabant, qui populi ſuffragio creabantur) Rufuli a cognomine Rutilii, ac poſt Rutilii appellati ſunt.

Tribuni militum Conſulari poteſtate, Magiſtratus Romæ, qui Conſulare imperium obtinebant, & Conſulum loco Rempublicam adminiſtrabant. Eorum hæc origo narratur. Cebris ſeditionibus Plebis, quibus Conſules de ſuo quoque creari cernebat, externis etiam bellis ingruentibus, Plebe ipſa delectum parari nequante, coacti tandem Patres ſunt, ut aut civibus, aut hoſtibus de victoria concederent

¶ Progressu temporis crescente civium numero, multisque aliis populis in civitatem Romanam allectis, aliæ subinde Tribus additæ sunt. Tarquinius enim Priscus sex fecit; servius Tullus decem & novem, omnesque divisit in *Urbanas*, & *Rusticas*, illas ita appellando, quod in urbe essent, has quod in agro Romano. Postea vero Tribuum numerus usque ad triginta quinque auctus est, quarum nomina fuerunt, Æmilia, Arniensis, Amiensis, Claudia, Collina, Cornelia, Crustumina, Esquilina, Fabia, Falerina, Galeria, Læmonia, Mæcia, Menenia, Ocriculana, Palatina, Papiria, Pollia, Pomptina, Popillia, Pupinia, Quirina, Romilia, Sabarina, Scaptia, Sergia, Stellatina, Saburana, Tarentina, Tromentina, Vejentina, Velina, Veturina, Ufentina, Voltinia. *Sigon. de ant. jur. Civ. R. lib. 1.*

At *Panvinius* pro Ocriculana Horatiam substituit, dicens, Ocriculanam fuisse extra numerum. *P. Manutius* omittit Ocriculanam, & Veturiam, adjungit Papiam, distinguit Popiliam a Popillia, pro Menenia ponit Mentinam, pro Vejentina Vejentanam. Idem *Panvinius* recenset alias Tribus extra numerum 35. & sunt, Ælia, Camilla, Cestia, Cluentia, Cluvia, Flavia, Julia, Minucia, Ocriculana, Papia, Pinaria, Pumia, Sappinia, Tauria, Ulpia, Voturia, vel Veturia. Et addit has decem, Æliam, Camillam, Cestiam, Cluentiam, Cluviam, Minuciam, Papiam, Puniam, Tauriam, Voturiam additas fuisse sociali bello. Sed *Sigonius* dicit, multas tribus ex 35. duo habere nomina, & in lapidibus, ac veteribus libris appellari interdum nomine loci, interdum nomine gentis, vel familiæ. ¶ Hujusmodi nomina partim ducta sunt a locis ubi Tribus constitutæ erant, ut *Suburana* a Subura regione urbis, *Palatina* a Palatio, *Læmonia* a pago Læmonio &c. partim ab iis, a quibus sunt institutæ, ut *Ulpia* a Trajano, qui fuit ex gente Ulpia, *Julia* ab Augusto, qui fuit ex gente Julia &c. partim denique ab illustrioribus quibusdam familiis, ut *Claudia*, *Papiria*, *Fabia* &c. De his omnibus nominibus singillatim mentio fit etiam suis locis. ¶ Postquam Tribus Censoribus permissæ sunt, rusticæ honestiores urbanis esse coeperunt. Causa est partim quia agrestium vita, quæ laboriosa est, vitæ urbanorum, quæ est plena otii, ac desidiæ, anteferebatur, partim quia Censores urbanas Tribus omni fere didissimorum hominum genere, idest non solum artificibus & turba forensi, sed etiam libertinis inquinaverant. Igitur a nobilibus, & ingenuis, non solum, qui rure vitam agebant, sed etiam qui urbem incolebant, in rusticas commigratum est. Eos enim pudebat numerari cum negotiatoribus, cum artificibus, cum turba forensi, cum libertinis. Hinc Censores, & cum novos homines in Tribus referrent, & cum aliquem ex veteribus civibus vellent honore afficere, in Tribus rusticas transferebant. Fuerunt autem Urbanæ tribus quatuor tantummodo, *Palatina*, *Esquilina*, *Collina*, & *Suburana*; reliquæ omnes rusticæ. *Plin. l.* 18. *c.* 3. ¶ In Tribus referre jus Censorum fuit, postquam instituti sunt: hi enim poterant novas Tribus addere, & Cives de una in aliam transferre. Atque hoc pertinet *Tribu movere*, h. e. ex Tribu nobiliori in ignobiliorem transmittere ignominiæ causa. *Cic. 2. de Orat. c.* 67. Africanus Censor tribu movebat eum centurionem, qui in Pauli pugna non affuerat. ¶ Quotiescunque ad nomen alicujus Civis R. Tribus etiam adscribitur, ejus nomen ponitur in ablativo sine præpositione, & tere cognomini præponitur. *Cic. in Ver. act.* 1. *c.* 8. Inventum tamen esse ex eadem familia Q. Verrem Romilia, qui id se perfecturum polliceretur. *h. e.* ex Tribu Romilia. *Id. Phil.* 9. *c. ult.* Ser. Sulpicius Q. F. Læmonia Rufus. V. ipsum *Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 8. & ibi *Manut.* ubi multa habebis hujusce constructionis exempla. ¶ *Tribus explere* est Tribuum tot suffragia obtinere, quot satis sunt ad honorem aliquem obtinendum. *Liv. l.* 3. *c.* 64. Cum præ studiis aperte petentium novem tribuporum alii candidati tribus non explerent, concilium dimisit.

Tributarius, a, um, *tributario*, ὑποφόρος, φορολογὴς, solvendo tributo obnoxius. *Justin. l.* 1. *c.* 7. Civitates, quæ Medorum tributariæ fuerant. *Pl. l.* 12. *c.* 1. Jam ad Morinos usque perveda, ad tributarium etiam pertinens solum. ¶ Tributaria necessitas, est necessitas tributi conferendi. *Justin. l.* 31. *c.* 2. Antiochus sub specie tributariæ necessitatis nocte templum Elymæi Jovis aggreditur.

Tributim, adv. κατὰ φυλὰς, per singulas Tribus. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 16. Populo tributim domi suæ satisfecerat. *Horat. l.* 2. *sat.* 1. Primores populi arripuit, populumque tributim.

Tributo, onis, *f.* distributio, divisio, partitio. *Ulpian. l. Procurat. ff. de tribut. act.*

Tributo autem fieri debet pro rata ejus, quod cuique debetur. *Cic. l. de nat. Deor. c.* 19. Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, hoc est æquabilem tributionem.

Tributor, oris, m. *datore*, qui tribuit. *Apul. ad Asclep.* Mundus præstitor est, & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona.

Tributorius, a, um, adject. ad tributendum pertinens. Hinc tributoria actio apud *JCtos*, de qua *leg.* 1. & passim toto *tit. l.* 14. *ff.*

Tributum, i n. *tributo*, *impositione*, *gravezza*, מס, τὸ φορὰ, τέλος, φόρος, pecunia, quæ a privatis Reipublicæ, aut Principi penditur. Quomodo differat a vectigali, V. in Vectigal. Apud Romanos triplex fuit tributum, secundum capita, secundum censum, & extra ordinem, seu temerarium, auctore *Festo*. Tributum secundum capita dicebatur, quod a singulis patribus, vel matribus familias tam pauperibus, quam divitibus æqualiter conferebatur secundum numerum liberorum, quos in sua potestate habebant. Tributum ex censu erat, quod imperabatur a singulis familiis, habita ratione fortunarum. Tributum extra ordinem, quod & *temerarium* dicebatur, erat, cum propter periculi magnitudinem, qui habebant, quæcunque haberent, in commune conferebant, cujus generis fuit, quod collatum est statim post captam a Gallis urbem. Dictum est temerarium, quia temere, hoc est nec cum ordine Tribuum, & familiarum, nec cum proportione ad divitias conferebatur. ¶ *Ultro tributum*, quid sit, V. post vocem *ultro*. ¶ Dicimus tributum conferre, *pagar tributo Cic. 2. Off. cap.* 21. Tributum indicere, *Liv. l.* 4. Tributum imponere, irrogare, imperare, &c. *Cæs. l.* 3. *B. C. Cic. Ver.* 7. *Pl. in Paneg.* &c. al.

Tributus, i, m, idem ac tributum. *Plaut. Epid.* 2. 2. 43. Tributus major penditur.

Tributus, a, um, adject. a Tribu. Tributa Comitia erant genus Comitiorum, quibus Cives Romani suffragium ferebant secundum Tribus, in quas distributi erant. Hæc vero Concilia verius, quam Comitia dicebantur, quod ex plebe tantum constabant, exclusis Patribus. Hinc *Liv. l.* 2. Insignem, inquit, animum maxime tributa comitia faciunt, res major victoria suscepti certaminis quam usu: plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est, patribus ex concilio summovendis, quam vitium aut plebi additum, aut demptum Patribus. ¶ Hisce comitiis post annum U. C. 282. creabantur omnes magistratus minores, hoc est Tribuni plebis, Ædiles plebis, & Curules, Quæstores, Triumviri, itemque aliqui ex Sacerdotibus. *Vide Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. *c.* 27. & *Panvin. de Comit. Trib.* &c.

Tributus, a, um, partic. a tribuo, is, *dato*. *Cic. 2. de Orat. cap.* 11. Honor muliebri tributus. ¶ Item divisus, distributus. *Id. 2. de Fin. c.* 6. Omnis vis loquendi in duas tributa partes.

Trica, *f.* 1. urbs Apuliæ Dauniæ, eversa a Diomede una cum Apina. Hæ urbes in proverbium abiere pro nugis, rebusque futilibus, quod ignobiles fuerint, nulloque negotio everſæ sint. *Plin. l.* 3. *c.* 11. V. voc. seq.

Tricæ, arum, *f. hafe*, *triche*, בלהות, φλυαρίαι, λῆρος, nugæ, res nugatoriæ, ac frivolæ, res nihili, a *Trica* oppido ignobili Apuliæ, vel ex eo, quod tricæ, si *Nonio* credimus *cap.* 1. *n.* 26. sunt pili pedibus pullorum gallinaceorum involuti. *Plaut. Rud.* 5. 2. 36. LAN. Nummos trecentos. GR. Tricas. ¶ *Apinæ*, *tricæque*. proverbialiter usurpatur pro rebus futilibus, & nugatoriis, a duobus ignobilibus Apulorum oppidis, quæ Diomedes nullo negotio everrit, ut *Plin. l.* 3. *c.* 11. narrat. *Martial. l.* 14. *epigr.* 1. Sunt apinæ, tricæque, & si quid vilius istis. ¶ Translate tricæ dicuntur tum quævis res viles, tum impedimenta, sive quia res nugatoriæ, ac frivolæ impediant negotia seria, sive quia translatio sit a pilis pullorum gallinaceorum pedes involventibus. *Plaut. Perf. a.* 1. *sc.* 2. Ut me intricas conjectis! *Turpil. apud Non. loc. cit.* Judica, lites, turbas, tricas, contentiones maximas. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 8. Quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domesticas tricas?

Tricamaratus. V. Bicamaratus.

Tricasses, ium, m. populi Galliæ Celticæ. V. Trocasses.

Tricastini, m. populi Galliæ Narbonensis, quorum tractus dicitur *le Tricastin*, in provincia Delphinatus, versus Rhodanum fluvium. Eorum urbs est Augusta Tricastinorum, *Saint Paul*. *Plin. l.* 3. *c.* 4. Hinc adjective *Silius l.* 3. *v.* 466. Jamque Tricastinis incedit finibus agmen.

Tricca, *f.* 1. Trica, *Tricala*, urbs Thessaliæ, alias in Æstiotide, ad Peneum fl. Gonno, & Pindo M. vicina. Dicta est a Tricca Penei filia. Hic templum Æsculapii fuit. *Pl. l.* 4. *c.* 8.

Triccæus, a, um, adject. ad Triccam urbem pertinens. *Ovid. in Arat. vers.* 206. Triccæi fidus stat nominis.

Tricennatus, a, um, τεσσαρακονταέτης, quod triginta continet, vel producit. *Varr. l. R. R. c.* 2. Nonne item in agro Faventino, a quo ibi tricennaria appellantur vites, quod jugerum tricenas amphoras reddat? *Arnob. lib.* 2. Quot vultis annos agens? vultis vicenarius? vultis tricenarius?

Tricēni, æ, a, *trenta*, שלושים, Germ. *je dreyßig*, Gall. *trente*, Hisp. *treinta*, τριακονταὶ, triginta, nomen numerale distributivum. *Auct. ad Her. l.* 3. Intervalla locorum mediocria placet esse fere paulo plus aut minus pedum tricenum. *Horat. l.* 2. *od.* 14. Non si tricenis, quotquot eunt dies, Amice, places illacrymabilem Plutona tauris. Alii legunt *trecenis*. Sed *treceni* idem est ac *trecentesimi*. *Pl. l.* 19. *c.* 36. Latent sicut murices circa Canis exortum tricenis diebus.

Tricennalia, lium, n. solemnitas tricesimo quoque anno celebrata. *Orosius l.* 7. *cap.* 28. Constantinus tricennalibus suis Delmatium Cæsarem logit.

Tricennium, ii, n. *spazio di trent' anni*. *Cod. Justinian. l.* 7. *tit.* 31. *leg.* 1. Possessio connumeretur in decennium, vel viginti annorum spatium, vel tricennium.

Triecentēni. V. Trecenteni.

Tricenties, adv. idem ac trecenties. *Martial. l.* 3. *epigr.* 22. Dederas, Apici, bis tricenties ventri.

Triceps, ipitis, o. 3. τριπρόσωπος, quod habet tria capita, a *tricapitis*, per Syncopen, ut *biceps* a *bicapitis*. *Cic. in Orat. c.* 48. Quid in verbis junctis, quam scite insipientem, non insapientem, iniquum, non inæquum, tricipitem, non tricapitem? *Id. 1. Tusc. c.* 5. Dic, quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? &c. *Ovid. 8. Met.* Tuque triceps Hecate.

Tricesimus, a, um, *trigesimo*, τριακοστὸς, ultimus ex triginta. *Cic. Att. l.* 6. *ep.* 1. Tricesimo quoque die. *Horat. l.* 1. *sat.* 9. Hodie tricesima sabbata. *Pl. l.* 17. *c.* 23. Ante tricesimum sextum mensem attingi falce vetantur.

Tricesīs, is, adject. valens tres decusses, hoc est asses triginta. *Var. l.* 4. *de L. L.*

Trichalcum, i, n. τρίχαλκον, monera valens quartam oboli partem. *Vit. lib.* 3. *c.* 1.

* Trichapatum, τρίχαπτον. Vestis tam tenui & subtili textura, ut capillorum similis esse videatur. *Hieron. in Zachar. l.* 3. *c.* 14. *in Ezech. l.* 11. *c.* 16. a θρὶξ & ἅπτω.

Trichias, æ, m. τριχίας, genus pisces, quod *Gesner.* putat esse idem ac fardam, *fardella*. *Pl. l.* 9. *c.* 15. Intrantium Pontum soli non remeant trichiæ.

* Trichiasis, *f.* τριχίασις, morbus quo pili palpebrarum ad oculos conversi, pungunt & irritant. *Morgagnus* restituit hanc vocem *Vegetio de R. R. l.* 2. *c.* 15.

Trichila, æ, *f. pergola*. Ita dicuntur pergulæ compluviatæ vitium, cucurbitarum, cucumerum, quas vulgo umbellas, & umbracula appellant, a *trichinis*, hoc est densus, sive spissus. Has describit *Sidon. l.* 5. *ep.* 17. cum ait: Sub umbra palmiris adulti, quam stipitibus allatis, cancellatimque pendentibus pampinus superducta texuerat. *Virg. in Copa*: Et trichila umbrifetis frigida arundinibus. *Colum. l.* 10. *v.* 305. At qui sub trichila manantem rapit ad undam.

Trichilum, li, n. τρίχηλον, vas tria habens labra, unde aqua effundi potest. Penultimam habet natura longam, quæ tamen corripi etiam possit, si altera ex diphthongo *e* vocalis abjiciatur, quod Poetis, Græcis præsertim, est familiare. *Colum. l.* 10. *v.* 378. Tum modo dependens trichili, modo more cylindri lortus cucumis.

Trichinus, a, um, τρίχινος, pilis densus, & quasi impeditus, a τρίχες, quomodo Græcis pili appellantur. Generatim notat densum, sive spissum, quod ex eo conjicere est, quia pergulis indidere nomen trichilarum, quia διακτύωλοι, idest densæ foliis. *Voss. in Trichilæ. Var. apud Non. c.* 2. *n.* 864. Quod nunc quæstus trichinus erat, nunc est uber, ut quæstus sit magnus. *Nonius* interpretatur tardum, & quasi impeditum, & siccum, vel sine succo, ut sunt capilli.

Trichītis, is, *f.* τριχῖτις, genus aluminis. *Plin. l.* 35. *c.* 15. Concreti aluminis unum genus schiston appellant Græci, in capillamenta quædam canescentia dehiscens. Unde quidam trichitin pouius appellavere. Hoc fit e lapide, ex quo & chalcitin vocant, ut sit sudor quidam ejus lapidis in spumam coagulatus, &c.

Trichomānes, is, n. τριχομανὲς, herba capillamentis abundans, adianto similis, exilior modo, & nigrior, foliis lenticulæ amaris, & adversis inter se. *Pl. l.* 17. *c.* 13.

Trichordis, de, adject. tres chordas habens. *Sidon. l.* 5. *ep.* 5. Novus Amphion in citharis trichordibus temperandis.

Trichōrum, i, n. *casa disfinta in tre appartamenti*, τρίχωρον, domus tripartita. *Stat. l.* 1. *silv.* 3. quid nunc ingentia mirer, Aut quid partitis distantia tecta trichoris? *Spartian. in Pescenn. Nigr. c.* 12. Domus ejus hodie Romæ visitur, quæ appellatur Pescenniana, in qua simulacrum ejus in trichoro constituit. *h. e.* in uno ex trichoris ejus domus, ut quidem explicat *Casaubon*. At *Salmasius* scribit, Trichora esse fastigia domorum acuminata, triangulari forma: veterum enim tecta omnia plana fuisse: deorum vero templa, itemque Imperatorum ædes honoris causa fastigiata fuisse, & simulacris insuper impositis ornata, τρίχωρον autem idem esse, quod τρίγωνον, hoc est triangulari forma: quæ quidem interpretatio non omnibus Eruditis placet.

Trichrus, i, *f.* τρὶς Ἄρης, lapis quidam in Africa. *Pl. l.* 37. *c.* 10. Trichrus ex Africa nigra est, sed tres fuscos reddit, a radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum.

Tricies, adv. *trenta volte*, τριακοντάκις, triginta vices. *Cic.* 3. *Ver. c.* 38. His nominibus solis Cn. Dolabellæ H. S. ad tricies litem esse æstimatam. *Liv. l.* 28. *c.* 9. Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertium tricies octoginta millia æris.

Tricinium, ii, n. *canto di tre voci*. *Symmach. l.* 1. *ep.* 47. Tricinium semivolucrum psellarum. *h. e.* trium Sirenum cantus.

* Triclia, V. Trichila.

Triclinarius, V. Triclinialis.

Tricliniarchus, & Tricliniarcha, æ, m. τρικλινιάρχης, servus convivio præpositus, & totius tricliniaris ministerii curator. *Petron. in Satyr. cap.* 22. Jam triclinarches experrectus lucernis occidentibus oleum infuderat. *Adde Inscript. apud Gruter. pag.* 474. *n.* 4.

Triclināris, & re, o. 3. τρικλινιακὸς, quod ad triclinium spectat. *Pl. l.* 37. *c.* 2. Lectos tricliniares tres, vasa ex auro, & gemmis abacorum novem. *Varr. apud Non. c.* 14. *n.* 14. Apotheca tricliniares.

Tricliniarius, a, um, adject. idem quod Tricliniaris, מלאך, ut Tricliniaria strągula, *coperte da letto*, quibus tricliniares lecti sternebantur. *Pl. l.* 8. *c.* 48. Metellus Scipio, tricliniaria Babylonica H. S. octingentis millibus veniſſe, posuit in Capitonis criminibus. *Id. l.* 9. *c.* 39. Qua purpura (dabapha Tyria) quis non jam tricliniaria facit? Hoc loco quidam non stragula, sed vestimenta coenatoria intelligunt. Utrobique autem alii leg. *triclinaria*, quod idem est. *Inscript. apud Gruter. pag.* 576. *n.* 6. Tricliniarius servus. ¶ Tricliniaria, absolute sunt loca in ædibus ad cœnandum apta. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 13. Hi laborant, ut spectent sua æstiva tricliniaria ad frigus orientis. Hic quoque alii *triclinaria*.

Triclinium, ii, n. *triclinio*, חדר, עלית, משתה, τρικλίνιον, lecti, & reliquus apparatus ad cœnam. Nomen triclinio fecit numerus τῶν κλινῶν, *h. e.* lectorum, quis Romani pransuri, vel cœnaturi τρὶς κλίνας, hoc est tres lectos sternerent, quibus incubantes cibos sumerent. *Hor. l.* 1. *form. ser.* 5. Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos. *Juven. sat.* 5. Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto. *Serv. in* 1. *Æn. v.* 699. Antiqui ibidia non habebant, sed ſtratis tribus lectis epulabantur. Unde & triclinium sterni dicitur. Sic *Cicero*: Sterni triclinia & in foro jubebat. Unde apparet errare eos, qui triclinium dicunt ipsam basilicam, vel cœnationem. Hæc *Servius*, qui tamen fallitur, cum negat pro loco domus cœnatorio accipi, ut infra videbimus. *Var. de R. R. l.* 3. *c.* 13. Erat locus celsus, ubi triclinio posito, cœnabamus. *Vitr. l.* 10. *c.* 6. In eis tricliniis quatuor ſtratis. ¶ Nonnunquam tamen duo tantum lecti erant. Unde biclinii nomen apud *Plautum*, ex Latino bis, & Græco κλίνη. V. suo loco. ¶ Porro hi lecti, si unum tantum hominem caperent, dicebantur scimpodia. V. *Scimpodium*. Interdum & duos capiebant, quales non pauci cernuntur Romæ in lapidibus antiquis; in quibus maritus, & conjux accumbentes cœnant. Erant & qui tres, quatuor, quinque caperent, Postquam autem mensæ citreæ, quæ rotundæ, in honore magno apud omnes esse cœperunt, pro tribus lectis usi ſtibadio sunt, quod & ſigma appellabatur. V. *Stibadium*, & *Sigma*. ¶ Metonymice triclinium accipitur etiam pro conclavi discubitorio, seu loco, in quo discumbebant, & cœnabant. *Cic. Att. l.* 13. *epist. ult.* Villa ita complera militibus est, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret. *Manil. l.* 5. Nunc jam luxuriæ pars, & triclinia templis Concertant. *Quintil. lib.* 11. *c.* 2. Ne eo limen egresso, triclinium illud supra convivas corruit. ¶ Cætera de triclinio, & conviviorum apud veteres ritu vide apud *Philandr. in Vitruv. Hieronym. Mercurial. lib.* 1. *de re Gymnast. c.* 11. & *Ciaconium*, ac *Fulvium in tractat. de triclinio*, item *Just. Lipsium*, *lib.* 3. *antiq. lect.* & *Stuckium in conviualibus*.

Trico, onis, m. *contenzioso*, *litigatore*, מריב, ἐριστὴς, contentiosus, litium, vel rixarum amans. *Non. c.* 1. *n.* 86. Interpretatur morosum, & durum ad reddendum *Lucil. apud Non. ibid.* Luciu' Cotta fenex. Crassi pater hujus Panæti Magnus trico fuit nummarius, solvere nulli Lentus. *Jul. Capitol. in Vero*, *cap.* 4. Et commiscereetur cum triconibus, & commitereter rixas.

Tricoceum, i, n. βλίτον, *giraſole*, heliotropium majus, apud *Plin. l.* 22. *c.* 21. A *Dioscoride* vocatur scorpiuron, quia semen fert scorpionis caudæ non dissimile.

Tricolum, i, n. βλίτον, periodus tribus membris constans. *Sen. l.* 2. *controv.* 12. Hanc controversiam cum declamaret Maximus, dixit quasi tricolum tale, qualia sunt, quæ basilicam infestant. Adde *l.* 4. *controv.* 25.

Tricon, ūnis, m. cognomen Novelli Torquati Mediolanensis, tribus congiis vini eporis, spectante Tiberio principe. *Plin. l.* 14. *c.* 22.

Tricor, aris, d. a. *cianciare*, Ger. *zirlen*, *unnutz geſchwatz treiben*, Gal. *cagueter*, *badiner*, *dire des comptes*, Hisp. *desvariar*, ληρέω, φλυαρέω, nugor, nugas ago. Alii exponunt perplexe, & involute loqui. *Cic. Attic. l.* 14. *ep.* 19. Publilius tecum tricatus est. *Id. sid. l.* 5. *ep.* 13. Tricatur scilicet, ut homo talis.

Triconĭger, a, um, adject. tria cornua gerens. *Auson. in Technopæg.* Furca triconigera specie pene ultima sum ψ.

Triconis, & ne, o. 3. *di tre corni*, τρίκερως, quod tria habet cornua. *Plin. lib.* 8 *c.* 22. Indicos boves unicornas, triconesque.

Tricorpor, oris, o. 3. τρίσωμος, quod tria habet corpora. *Virg. 6. Æn. v.* 289. Et forma tricorporis umbræ. idest Geryonis. *Sil. l.* 3. *v.* 422. Geryonis peteret cum longa tricorporis arva.

Tricŏsus, a, um, adject. fallax, tergiversator, qui tricatur. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 84. Hic tricosus, bovinatorque, ore improbus duro.

Tricuspis, idis, adject. *tricuspide*, βίγκωχις, quod tres habet cuspides. *Ovid.* 1. *Met. v.* 330. Positoque tricuspide telo Mulcet aquas rector pelagi.

Tridacna, orum, n. pl. genus ostreorum, a δὶς, *ter*, & δάκνω, *mordeo*. *Plin. l.* 32. *c.* 6. Necnon inter nos nepotis cujusdam nomenclator tridacna appellavit; tantæ amplitudinis intelligi cupiens, ut ter mordenda essent.

Tridens, entis, m. *tridente*, *forcone*, מזלג, שלוש קלשון, Ger. *das drey zahn ber*, Gal. *qui a trois dans*, Hisp. *de tres dientes*, βίκερνα, ferramentum tres habens dentes, sive cuspides. *Plin. l.* 9. *c.* 15. Thynni a guberniaculis non separantur, ne interdente quidem in eos sæpius jacto territi. ¶ Ab hac forma Poetæ peculiariter Neptuni sceptrum tridentem appellarunt. *Virg. 1. Georg. v.* 13. Cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti. ¶ Adjective *Valer. Flac. l.* 1. *v.* 687. Vo lat iminiſſis cava pinus habenis, Infindirque salum, & spumas vomitare tridenti.

Tridentifer, ra, rum, τριαινοφόρος, qui tridentem fert, quo nomine Neptunus cognominatur a Poetis. *Ovid.* 8. *Met. v.* 596. O proxima terræ Regna vagæ, dixi, sortite Tridentifer undæ.

Tridentiger, ra, rum, idem ac tridentifer. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 203. Cumque Tridentigero tumidi Genitore profundi. idest Neptuno.

Tridentinus, a, um, adject. ad Tridentum pertinens, ut Tridentinæ Alpes, apud *Plin. l.* 3. *c.* 19. ¶ Tridentini, orum, Tridenti incolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 19.

Tridentipotens, entis, qui tridente potest; estque epitheton Neptuni. *Sil. l.* 15. *v.* 159. Dive tridentipotens, cujus maria ire per alta Ordimur.

Tridentum, i, n. 2. Trilente, Ital. *Trento*, Ger. *Trient*, Gal. *Trente*, urbs Cenomanorum Venetiæ, in Rhætia propius, in Comitatu Tyrolensi, ad Athesim ſi in valle, inter altissimos montes. Ibi Concilium Œcumenicum indictum est anno salutis 1545. anno 4. Olympiadis 580. sub Pio IV. Pont. Tridentini.

Tridentus, a, um, *di tre giorni*, τριήμερος, quod est trium dierum. *Apul. l.* 10. *M. M.* Mathus gladiatorum ornamenta spectaculi pollicitus.

Tridŭum, i, n. *spazio di tre giorni*, τριήμερον, spatium trium dierum. *Ter. Andr. a.* 2. *s.* 9. Nihil hercle: aut si adeo, bidui, aut tridui est hæc sollicitudo. *Cic. 2. de Leg.* Cotta censet habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum pati. *Id. pro Mil.* Clodius respondit, triduo illum, ad summum quatriduo periturum.

Triennium, ii, n. *triennio*, τριετία, spatium trium annorum. *Cic. 4. Verr.* Triennium provinciam obtinuisti. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Præclarum est summo cum imperio fuisse in Asia triennium. ¶ Interdum dicitur de festis triennalibus, quæ Græcis trieterica. *Ovid. 9. Met.* Ismariæ celebrant repetita tiremnia Bacchæ.

Triens, entis, m. שלישׁ, τριημόριον, genus nummi tertiam partem assis valens, idest quatuor uncias. *Juvenal. sat.* 9. *v.* 56. Te Trifolinus ager fœcundis viribus implet. *Martial. l.* 13. *epigr.* 114. Non sum de primo, fateor, Trifolina Lyæo, Inter vina tamen septima vitis ero.

Trifollum, ii, n. *trifoglio*, τρίφυλλον, herbæ genus, ita dictum a tribus foliis, quibus constat. *Plin. l.* 21. *c.* 9. Folio coronat & trifolium. Tria ejus genera, minyanthes vocant Græci, alii alphaltion, majore folio, quo utuntur coronarii; alterum acuto, oxytriphyllon; tertium ex omnibus minutissimum, &c.

Trifōrmis, & me, o. 3. *triforme*, τρίμορφος, quod tres habet formas, ut *Canis triformis*, idest Cerberus; *Dea triformis*, idest Hecate, sive Diana, sive Luna, sive Lucina. *Horat. l.* 3. *od.* 22. Quæ laborantes utero puellas Ter vocata audis, adimisque letho Diva triformis.

Trifur, uris, m. τρίφωρ, maximus fur, insignis fur, plus quam fur. Nam ἔφις, hoc est *tres*, in compositione augendi vim habet, & accipitur pro *valde*. *Plaut. Aul.* 4. 4. 6. Non fur, sed trifur.

Trifurcifer, a, um, maximus furcifer insignis furcifer, plus quam furcifer. *Plaut. Rud.* 3. 4. 29. Tun' trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

Trifurcŭlum, ii, n. quod in modum trigeminæ furcæ erigitur. *Apul. de herb. c.* 77. Gramen, quod in se trifurcium habet.

Trifurcus, a, um, *trifurcuto*, τρίκλινος, τρίδουλον, quod tria acumina habet. *Colum. l.* 5. *v.* 10. Trifurcam maxime ponito, ea extet minime tribus pedibus. *Id. ib. c.* 11. Surculi sint bifurci, vel trifurci. ¶ Samitur etiam pro eo, quod in tres partes divisum est. *Colum. de arbor. c.* 20. Semina trifurca maxime ponito, ea extent supra terram tribus pedibus.

Triga, æ, *f. carro da tre cavalli*, Ger. *wagen fur der man drey roß ſpannet*, Gal. *charior à trois chevaux*, Hisp. *carros de tres cavallos*, τέθριππον, vehiculi genus, quod a tribus equis trahitur, quasi trijuga. *Isid. l.* 18. *c.* 36. Quadrigæ, & bigæ, trigæ, sejugæ, ab equorum numero, & jugo dictæ. *Ulpian. l. Ædiles ajunt, ff. de ædil. edict.* Et, si triga venierit, redhibenda erit tota.

Trigāmus, a, um, qui tres uxores duxit. *Hieronym. l.* 1. *adverſ. Jovinian. c.* 11.

Trigarium, ii, n. τριππόδρομος, locus ubi curule certamen trigis fit, qualis fuit juxta Campum Martium apud Romanos. *Plin. l. ult. c.* 13. Ne equos quidem in trigariis præferri ullos vernaculis animadverto. ¶ Translate luminis pro quacumque societate trium rerum. *Martian. Capel. l.* 9. Trigarium supplicantis semper germanitatis advenat.

Trigarius, ii, m. τριππηλάτης, trigarum agitator. *Plin. l.* 28. *c.* 17. Feruntque & Neronem principem hæc potione recreari solitum, cum sic quoque se trigario approbare vellet.

Trigemini, æ, a, *trigemini* dicuntur, qui tres uno partu editi, qui etiam *tergemini* dicuntur, ut fuere tres illi fratres Horatii apud Romanos, & illi tres Curiatii apud Albanos, regnante Tullo Hostilio, quorum certamen controversiam illam finivit, Albani ne, an Romani imperare deberent. *Liv. l.* 1. *c.* 24. Forte in duobus tum exercitibus erant trigemini fratres, nec ætate, nec viribus dispares. Horatios Curatiosque fuisse satis constat. *Col. l.* 7. *c.* 6. *de capella*: Parit autem, si est genus fœtus enixa jacebit. Adde *Plin. l.* 4. *c.* 12.

* Triglĭtis, is, *f.* τριγλίτης, gemma sic dicta a colore mulli piscis, qui τρίγλα Græcis est. *Plin.* 37. 11.

Triglyphus, i, m. τρίγλυφος, vox est Architectorum, qua significatur pars quædam Zophori in ordine Dorico, tribus canaliculis, seu cavitatibus in longum ductis ornata, *lavoro fatto a canaletti nel fregio*. *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. *&* 4. *c.* 1.

Trigon, onis, m. τρίγων, genus pilæ minimæ, duræ, & firmo pilo plenæ, qua ludebatur in Thermis, seu balneis exercitationis gratia. Nomen inde ductum, quod a tribus ludentibus jactabatur, & ita disponitis, ut trigoni, seu trianguli figuram efficerent, vel quod locus huic ludo destinatus triangularis formæ fuit. *Martial. l.* 14. *epig.* 19. Seu lentum ceroma teris, tepidumque trigona, Sive harpasta manu pulverulenta rapis. *Id. l.* 7. *epig.* 71. Sic palmam tibi de trigone nudo Undæ decavor arbiter coronæ. *Trigonum nudum* dixit, quia nudi, & undi eo exercebantur.

Trigonālis, le, adject. Trigonalis pila (quod legitur in titulo *epigr.* 46. *l.* 14. apud *Martial.*) eadem est quæ Trigon.

Trigonĭcus, & Trigonĭtus, a, um, adject. *triangulare*. *Jul. Firmic. l.* 2. *c.* 12. Trigonica radiatio. ¶ *Trigonitus* legitur apud *Hygin.* ut testatur *Danetius in Dictionario ad usum Delph.*

Trigŏnum, Trigonĭtum, i, n. vel Trigonus, i, m. *triangolo*, משולש, τρίγωνος, & τρίγωνον. *Vitruv. l.* 9. *c.* 2. Regulæ schema habentes trigoni. *Manil. l.* 2. Quin adversa micant triamque trigona trigoni. ¶ Hæc vox bis corripitur in penultima ab *Ausonio*, sed nimis licenter, cum natura longa sit. ¶ Est etiam genus marini piscis, quod alio nomine pastinaca marina nuncupatur. *Plaut. Capt.* 4. 2. 72. Scombrum, & trigonum, & cetum, & mollem cafeum.

Trigōnus, a, um, τρίγωνος, triangularis. *Manil. l.* 2. *c.* 6. Et quæcumque tamen dicuntur ſigna trigona.

Trihortum, ii, n. *tempo di tre ore*. *Auson. in Mosel. v.* 87. post bina trihortia.

Trijūgus, a, um, adject. *Apul. l.* 6. *Metam. de Cerbero*: Canis prægrandis trijugo, & satis amplo capite præditus. hoc est, triplici capite.

* Trilaterus, a, um, τρίπλευρος, שלו שלשת צלעים, tria habens latera, sic *quadrilaterus*, *pluriloterus* &c. apud *Frontin.*

Trilibris, & bre, o. 3. *di tre libbre*, τρίλιτρος, quod est trium librarum. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. Laudas insane trilibrem mullum.

Trilinguis, & gue, o. 3. *di tre lingue*, Ger. *dreyzungig*, *der drey zun hat*, Gal. *qui à trois langues*, Hisp. *de tres lenguas*, τρίγλωσσος, qui tres linguas habet. *Hor. l.* 3. *od.* 11. *de Cerbero*. Quamvis furiale centum Muniant angues caput ejus, atque Spiritus teter, saniesque manet Ore trilingui. ¶ *Var. apud Isid. l.* 15. *cap.* 1. Phoenices *trilingues* vocat, quia Græce, Latine, & Gallice loquebantur.

Tri-

Trifaux, ucis, o. 3. τρίγναθος, tres fauces habens. *Virg. 6. Æn. v.* 417. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat.

Trifax, acis, telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur. *Enn. apud Fest.* Paries perciſus trifaci.

Trifer, a, um, τριφόρος, quod ter quotannis fructum producit. *Pl. l.* 18. *c.* 27. Vites quidem & triferæ sunt, quas ob id insanas dicunt, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. *Col. l.* 3. *c.* 10. Omnes etiam biferæ, & triferæ.

Trifidus, a, um, τρίκλωσος, quod in tres partes dividi potest, ut *Hasta trifida*, *Cuſpis trifida Neptuni*: idest tridens: *Flamma trifida*, idest fulmen trifulcum, ab antiquo *fido* pro *findo*. *Ovid. 2. Met. v.* 325. Najades Hesperiæ trifida fumantia flamma Corpora dant tumulo. *Claudian l.* 2. *de rapt. Proſerp. v.* 181. Trifida cuſpis Neptuni.

Trifilis, le, adject. tria fila habens. *Martial. l

Trilix, icis, o. 3. τελίμιτος, quod ex tribus constat licciis, a *licium*, nempe a numero licciorum, hoc est filorum. *Virg. 3. Æn. v. 467.* Loricam consertam hamis, auroque trilicem. *Valer. Flac. 3. Argon.* Per clypei cedentis opus, partemque trilicem.

* Trilongus pes, τρίμακρος, Molossus. *Terent. Maur. de ped. p. 2413. Putsch.*

Trilōris, re, adject. Triloris vestis dicitur, quæ tria autata segmenta in modum lori intexta habet. *Vopisc. in Aurelian. c. 46.* Aliis dedit vestes monolores, aliis dilores, trilores aliis. V. ibi *Salmas.*

Trimàerus, i, τρίμακρος, pes metricus tribus syllabis longis constans, ut *virtutes*. V. *Grammaticos.*

Trimātus, us, m. ἔτους τρίμηνος, trium annorum ætas. *Plin. l. 8. c. 43.* Partus a trigesimo mense ocyssimus, sed a trimatu legitimus. *Colum. l. 8. c. 5.* Summovebimus autem veteres, ideft quæ trimatum excesserunt.

Trimembris, e, adject. *trimembre*, triplicia habens membra. *Hygin. fab. 30. de Hercule.* Geryonem Chrysaoris filium trimembrem uno telo interfecit.

Trimĕtus, f. 2. Trimetus, Tremerus, Teutria, Diomedæa, *S. Maria di Tremiti*, inf. maris Hadriatici, major Diomedæarum, ante Garganum M.

Trimestris, & tre, o. 3. *di tre mesi*, τρίμηνος, τεμαινιαῖος, quod est trium mensium. *Plin. l. 7. c. 15.* Et hoc tale, tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit, & trimestri spatio largius. *Id. l. 10. c. 25.* Trimestres aves, & turdi.

Trimĕter versus, tribus metris constans, cujus plures sunt species. V. *Diomed. l. 3.*

Trimeterus, a, um, adject. senariis constans. *Auson ep. 16. v. 78.* Æsopiam trimetriam, quam vertit exili stilo. *h. e.* Æsopi fabulas trimetris versibus constantes. ¶ *Trimetria*, æ, carmen trimetrum. *Sidon. l. 9. ep. 15. in carm.*

Trimĕtron, n. 2. τρίμετρον, carminis genus tribus constans mensuris majoribus, ideft pedibus sex. Unde senarii jambici trimetri appellati. *Hor. de ar. poet. v. 252.* Unde etiam trimetris accrescere jussit Nomen jambeis, cum senos redderet ictus.

* Trimetrus. V. Trimeter.

Trimodĭa, æ, f. vas, quod tres modios continet, quæ mensura fatoria vocatur, quoniam ex ea fatores semina jaciunt in fatione seminum. *Colum. l. 2. c. 9.* Nonnulli pelle hiænæ fatoriam trimodiam vestiunt, atque ita ex ea semina jaciunt. *Id. l. 11. c. 50.* Tum fcaïæ corbulæ, decemmodiæ, trimodiæ fatoriæ, quibus districta bacca fuscipitur.

Trimodium, ii, n. τριμέδιμνος, τρίμοιρος, mensura trium modiorum. *Plaut. Mes.* Nunc argumentum vobis demensum dabo, Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo. *Plin. l. 33. cap. 1.* Neque enim aliter potuiffent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Hannibale mitti.

Trimŭlus, a, um, τριετούσιος, diminu. a *trimus*. Usurpamus hanc vocem, cum de pueris loquimur. *Sueton. in Ner. c. 6.* Trimulus patrem amisit.

Trimus, a. um, *di tre anni*, שלשלי, Ger. *dreyjährig*, Gal. *de trois ans*, Hisp. *de tres annos*, τρίετος, τριετὴς, quod est trium annorum. *Plaut. Rud. 3. 4. 39.* Trima quæ periit mihi, jam tanta esset, si vivit, scio. *Var. l. 2. de R. R. cap. 7.* Videndum, ne sint minores trimæ, majores decem annorum. *Plin. l. 17. c. 11.* Arborem nec minorem bima, nec majorem trima transferri quidam præcipiunt.

Trinacrĭa, æ, f. *Sicilia*, τρινακρία, inf. maris Tyrrheni, eadem quæ Sicilia, a τρεῖς, *tres*, & ἄκρα, *summitas, promontorium*, nempe a tribus promontoriis, Peloro, Pachyno, & Lilybæo. *Virg. 1. Æn.* Trinacria fines Italos mittere relicta. ¶ Rhodus etiam hoc nomine quondam dicta est, teste *Plin. l. 5. c. 31.*

Trinăcris, idis, f. τρίγωνος, quæ ad Trinacriam spectat, Sicelis. *Ovid. 4. Fast. v. 419.* Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor Trinacris, a positu nomen adepta loci.

Trinacrius, a, um, *Siciliano*, τρινάκριος, Siculus. *Virg. 3. Æn.* Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni.

Trinĕpos, otis, m. τριπάγγονος, filius abnepotis ita dictus, quod tertius a nepote. Ejus correlativum est *trinavus*. *Paul. ff. de grad.* Trinepos, trineptis, hi sunt filii, filiæve abnepotis, abneptis.

Trineptis, is, f. v. diction. præced.

* Trinicium carmen constat monometro acatalecto, ut *Calidum jubar est*. *Serv. in Cent. p. 1822. Putsch.*

Trinĭtas, atis, f. *numero ternario*, τριάς, שלשלי, numerus tria continens. *Tertul. adv. Valentin. cap. 17.* Facta exinde trinitas generum est ex trinitate causarum. ¶ Antonomastice Trinitatis nomine significantur tres Divinæ Personæ, de quibus *Tert. adverf. Prax. & alibi fæpe*, multique præterea rei Christianæ Scriptores.

Trinium, n. 2. *Trigne*, flu. Frentranorum, in Apruti, cum oppido cognom. qui profluit ex Apennino M. ubi is Majella appellatur, ac inter Tifernum ad Or. & Sarum ad Occ. ad Rittonium oppidum in mare Hadriaticum labitur, Trivento urbe, & Trinio oppido irrigatis. *Plin. l. 3. c. 12.*

Trinoctiālis, & le, o. 3. τριήμερος, quod est trium noctium. *Martial. l. 12. epigr. 78.* Trinoctiali Affecit domiciœnio clientem.

Trinoctium, ii, n. τριήνυτον, spatium trium noctium. *Gel. l. 3. c. 2.* Non enim posse impleri trinoctium, quod abesse a vivo usurpandi causa ex XII. Tabulis deberet. *Fabius Pictor apud eumd. l. 10. 15.* De eo lecto trinoctio continuum non decubat.

Trinōdis, & de, o. 3. τριπόμβικος, quod tres nodos habet. *Ovid. ep. 4. v. 115.* Ossa mei fratris clava perfracta trinodi.

* Trinso. V. Trisso.

Trinummus, vel Trinummus, i, nomen est Plautinæ Comœdiæ, inde ductum, quia Sycophanta quidam induerint operam suam tribus nummis locans ad artes nugatorias, ut ibi legitur *a. 4. sc. 2. v. 1.*

Trinundĭnum, i, n. tres nundinæ, spatium trium nundinarum, h. e. 27. dierum. *Cic. l. 16. Fam. ep. 11.* Se præsentem trinundinum peritarum. *Id. Phil. 5. c. 3.* Ubi promulgatio trinundinum? Subaudi *per*. ¶ Legitur & divisim. V. Nundinæ. ¶ Adjective *Macrob. l. 1. Satur. c. 16.* Scita, atque consulta, trinundino die proposita. *Et mox.* Inde mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur.

Trinus, a, um, *trino, tre*, שלשלי, ἕξις, nomen numerale distributivum, idem ac ternus. *Sueton. in Ner. c. 56.* Trinis iu die sacrificiis colere perseveravit, *tre al giorno.* ¶ Usurpatur sæpe extra distributionem. *Cic. Att. l. 11. ep. 17.* Tullia mea litteras reddidit trinas. *Cæf. l. 7. B. G.* Eamque transgressi trinis castris potiuntur. *Plin. l. 2. c. 31.* Trinos Soles antiqui sæpius videre.

Triobŏlus, i, m. τριώβολος, nummus tres obolos valens, alio nomine hemidrachmium. Senos enim obolos drachma efficit, ut ajunt *Plinius, Pollux*, & alii. Triboli nota, ab altera parte effigiem Jovis, ab altera nocturn habebat. V. Obolus. *Plaut. Bacch. 2. 3. 26.* Negare, se se debere tibi triobolum. ¶ *Homo triboli*, est homo nequam, & nullius pretii. *Plaut. Pan. 1. 2. 168.* Non ego homo triboli sum.

Triocăla, f. 1. Triŏcla, Tricala, Tricalum, urbs Siciliæ, apud oram Austr. in monte, versus oram maris Africi, excifa a Romanis post bellum servile. *Sil. l. 14. v. 271.* Et mox fexvili vastata Triocala bello.

* Triodeta figna, h. e. fimulacra in τριόδοις, id est triviis constituta. *Gruter. pag. 28. num. 6.*

Triŏnes, um, m. 3. *bovi*, בקרים, צמדים, Ger. *efugochsen*, Gal. *boeufs*, Hisp. *bueyes*, βόες; boves. *Var. l. 6. de L. L.* Triones etiam nunc boves appellantur a bubuleis, maxime cum terram arant: e quibus valentiores dicti glebarii, quod facile glebas profcindant. Sic omnes, qui terram arabant, a terra terriones. Unde triones ut dicerentur, detrium. Adde *Gel. l. 2. c. 21.* ¶ Triones item dicuntur duo Arctæ, seu duæ Ursæ, major, & minor, quæ sunt duo signa cœlestia prope Aquilonem, & Circulum hyemalem sitæ, quia urriusque signi stellæ plausttum, & boves junctos referunt. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 41.* Altera dicitur esse Helice, cujus quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus, Quas nostri septem solti vocitare triones. *Virg. 1. Æn.* Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque triones.

Trionўmus, a, um, *di tre nomi*, tria habens nomina. *Sulpic. Sev. lib. 2. hist. sacr. c. 42.* Trionyma solitarii Dei unio. h. e. unus Deus tria habens nomina.

* Triopeïus. V. Dryopeius.

Triophthalmus, i, m. gemma genus in Sicyonia, quod intus oculorum effigiem præ se fert. *Plin. l. 37. c. 11.* Triophthalmus cum onyche nascitur, tres homines oculos simul exprimens.

Trioxhes, is, m. τριόρχης, avis ex accipitrum genere, a τρεῖς, *tres*, & ὄρχις, *testiculus*, quia tres testiculos habet. *Plin. l. 10. c. 8.* Trioxhem a numero testium, qui principatum in Auguriis Phæmonoe dedit: burconem hunc appellant Romani. ¶ Trioxhes idem dicitur tertium genus centaurii herbæ. *Plin. l. 25. c. 6.* Tertia est centaurea, cognomine trioxhes. Qui eam secat, rarum est, ut non vulneret se se. Hæc fuccum sanguinem mittit. Theophrastus defendi eam, impugnari-

que colligentes tradidit a trioxche accipitrum genere, a quo & nomen acce[pit].

Tripālis, & le, o. 3. quod tribus palis sustinetur. *Varro apud Non. c. 3. num. 1* Quid tu? non vides, in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici?

Tripărcus, a, um, adject. *troppo parco*, nimis parcus, sordidus, tenax. *Plaut. P. 2. 3. 14.* Tripărcos homines, vetulos, avidos, aridos.

Tripartīto, adverb. *in tre parti*, τριμερῶς. *Cic. 5. Tusc. c. 14.* Bona tripartito videre. *Liv. l. 21. c. 7.* Urbem tripartito aggredi.

Tripartītus, a, um, adject. *diviso in tre parti*, τριμερής. *Cic. 3. Off. cap. 2.* Divi tripartita. *Id. 3. Ver. c. 5.* Causa tripartita. Legitur & *tripertitus*.

Tripatīnum, ni, n. *convito di tre portate*, trium ferculorum epulæ. *Plin. l. 35. c. 40.* Tertia vigilia noctis Papirius silentio surgit, & pullarium in auspicium mittit. Cum pulli non pascerentur, auspicium mentiri jussus, tripudium solistimum Consuli nuntiavit. Consul lætus auspicium egregium esse, ac Diis auctoribus rem gesturos pronuntiat, signumque pugnæ proponit. ¶ Denique hoc auspicium fuit proprium eorum Imperatorum, qui in Consulatu, Prætura, Dictatura provinciam lege Curiata obtinuissent, hi non nisi addicentibus pullis rem ullam aggrediebantur: ac Proconsules, & Prætores, qui ex privatis provincias, & bella plebiscito, & Comitiis Tributis obtinuerant, tripudium non observabant. *Cic. 2. de Div. c. 36.* Quam multi anni sunt, cum bella a Prætoribus, & Proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent? itaque nec amnes transeunt auspicato, nec tripudio auspicantur.

Tripus, odis, masc. *di tre piedi*, Ger. *dreyfuſſig*, *das drey fuß hat*, Gal. *qui a trois pieds*, Hisp. *qui tiene tres pies*, τρίπους, quod habet tres pedes. *Hor. lib. 1. sat.* Modo fit mihi mensa tripes. *Mart. l. 12. epist. 32.* Ibat tripes grabatus, & big mensa. *Liv. l. 40.* Quod tripedem mulum Reate natum, nuntiatum erat.

Tripetĭa, æ, f. *scagno di tre piedi*. Ita vocabatur a Gallis rusticis cathedra trib pedibus fulta, teste *Scv. Sulp. dial. 2. c. 1. de vitâ B. Martini.*

Triphallus, i, m. cognomen Priapi, & significat eum, qui magnum phallum, c. penem habet, nam *tri* in compositione auget. *Auctor priap. carm. 83. v. 6.* tamen alii aliter leg.

Triphylla, f. 1. Triphyllis, Triphilia, regiuncula Elidis, in Peloponneso, qua *Stephanus* eamdem ac Elidem facit, ita dicta a Triphyle Clyii matre, vel a tribus portis, quasi Tripyle. Per eam Alpheus fl. decurrit. In ea est Pylus cum ad Scholim M. patria Nestoris, quæ Triphyliaca cognominatur, ad alterius P differentiam, quæ est in ora Messeniæ, apud Coryphasium prom. Hinc Jupiter qui a Triphyliis colebatur, Triphylius cognominatus est. *Paluph. l. 1.*

Triphĭus, a, um, adject. *Prudent. Apotheof. v. 381. de titulo crucis Christi.* Pilat jubet ignorans, i, scriba tripĭtis Digere versiculis, quæ sit fuffixa potestas. c. tripliciter descriptis.

Triplāris, re, adject. Triplaris numerus est, cum de duobus numeris minor t in majore numeratur, ut sunt tria ad unum, quindecim ad quinque, vigir septem ad novem. Hæc *Macrob. l. 2. in Somn. Scip. c. 1.* qui hac voce utitur etia *l. 1. c. 6. & 19.*

* Triplasĭus, a, um, triplaris. *Capell. l. 9. p. 322.* In triplasia ratione, ut 4. ad

Triplex, icis, o. 3. *triplice, triplicato*, שלשלי, Ger. *dreyfach, dreyfaltig*, Gal. *triple*, Hisp. *triple*, τριπλοῦς, τριπλάσιος, quod est trium plicarum. *Hor. l. 1. Car ode 3.* Illi robur, & æs triplex Circa pectus erat. ¶ Ponitur etiam pro term seu trino. *Cic. 1. Acad. c. 5.* Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi r tio triplex. *Id. 1. Tusc. c. 10.* Plato tripliciter finxit animam. *Ovid. 9. Met.* N me pastoris Iberi Forma triplex, nec forma tripiex tua, Cerbere, movit. ¶ I terdum absolute usurpatur sine substantivo, quod tamen facile intelligitur. *Seri Largus:* Olei autem veteris triplex adjicitur. ideft triplex pondus.

Triplicabĭlis, le, adject. triplex. *Sedul. l. 1. subsin. de SS. Trinitate:* Quod simplex triplicet, quodque est triplicabile, simplet.

Triplicātio, onis, f. actus triplicandi. *Jul. Firmic. l. 2. c. 26.* Nulla vel duplicati ne, vel triplicatione. ¶ Apud JCtos triplicatio est secunda actoris defens contra rei duplicationem oppositæ: seu triplicatio est id quod tertio loco po actionem refertur, atque in judicium objicitur. *l. Consilio Dig. de curat. furic &c. & §. 1. Instit. de replicat.*

Triplicātus, a, um, nom. ex particip. *triplicato*, triplex effectus. *Plin. l. 7. cap. 4* Cornici novem nostras tribuit ætates Hesiodus, quadruplum ejus cervis, id tr plicatum corvis.

Triplĭces, ium, m. 3. libelli, seu tabellæ ceratæ trium foliorum, in quibus res l viores scribi solebant, sicut graviores in quinquplicibus. *Martial. l. 14. ep. 6.* Tur triplices nostros non vilia dona putabis, Cum se venturam scribet amica tibi.

Triplĭco, as, a. 1. *triplicare*, שלש, τριπλοκιάζω, tribus vicibus multiplico. *Macro l. 1. in Somn. Scip. c. 20.* Triplicabis septem, faciunt viginti unum. *Manil. l. 3. v. 574.* triplicabit Aquarius annos. *Gell. l. 1. c. 20.* Idem ipse numerus triplicatur

Triplinthĭus, a, um, adject. ut murus lateritius triplinthius, *muro di tre pietre* murus crassitudinem habens trium plinthorum, h. e. laterum coctilium. *Vitruv. lib. 2. cap. 8.*

Triplus, a, um, idem ac triplex. *Cic. de Univ. cap. 7.* Deinde tertiam, quæ esse fecundæ fesquialtera, primæ tripla.

Tripŏdes. V. Tripus.

Tripŏlis, is, f. *Tripoli di Soria*, Turc. *Tarapolo*, al. *Trabelos*, urbs maritima Phœniciæ. Sic vocata est, quod tribus urbibus stadio inter se distantibus olim con staret, seu quod trium urbium esset colonia, hoc est Aradi, Tyri, & Sydonis teste *Strabone, Plin. l. 5. c. 20.* ¶ Tripolis item, nomen est duarum urbium Africæ, in ora maris Mediterranei, quarum altera Tripolis vetus, altera Tripolis nova dicitur. Tripolis vetus, *Tripoli vecchio*, urbs Africæ, in ora maris Medit in reg. Tripolitana, ubi alias Sabrata, media inter Leptim magnam ad Or. & Tacapam ad Occ. cum portu capaci. Tripolis nova. *Tripoli, Tripoli di Barbaria*, urbs ampla Africæ, ubi alias Oea urbs, caput Regni Tripolitani, cum portu capaci, & munito, fed piratica infamis, apud Syrtim parvam. ¶ Erant aliæ hujus nominis urbes, una in Theffalia, teste *Livio*, alia in Caria, *Stephano*, alia in Lydia, *Plinio*.

Tripolitānus, Tripolitĭcus, a, um, adj. a Tripoli urbe, ut Tripolitana provincia. *Eutrop. l. 8. c. 10.* ¶ Tripolitani, orum, ejus oppidi incolæ, *Plin. l. 5. c. 29.*

Tripondĭum, ii, n. pondus trium assium, seu librarum. *Instisut. de hared. instituend. §. si plures.*

Tripŏrtenta, orum, n. magna portenta. *Pacuv. apud Var. l. 6. de L. L.*

Triptolĕmus, m. 2. τριπτόλεμος, filius Celei, Regis Eleusinis, & Menalippæ, qui primus in Græcia agriculturæ rationem crediturr inveniffe. Cum ejus pater Ce rerem filiam quærentem liberalissime hospitio fuscepisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ, filium etiam ejus Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, & eum alatis ser pentibus superpositum, per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. *Auct. ad Her. l. 4.* Si Triptolemus, cum omnibus semen largiretur, ipse ab aliis hominibus id mutuaretur.

Triptōtus, a, um, adj. τριπτῶτος. Apud Grammaticos nomen triptoton dicitur illud, quod per tres tantum casus declinatur. *Palamon Grammar. Isid. l. 2. c. 6. & Martian. Capell. l. 3.*

Tripudĭo, as, n. 1. *ballare*, חולל, Germ. *dantzen*, Gal. *dancer*, Hisp. *dancar*, χορεύω, salto, pedibus terram pavio. *Cic. pro Sext. c. 41.* Sed illum tot jam in funeribus Reipublicæ exsultantem, ac tripudiantem legum, si posset, laqueis constringere.

Tripudĭum, ii, n. *tripudio, ballo*, מחולה, Germ. *dantz*, Gal. *dance*, Hisp. *dança*, χορός, χορεία, saltatio, quasi terripavium, h. e. terræ percussio, quæ pe va, animadvertit tristiculam.

Tristificus, a, um, σκύθρωπος, quod tristitiam affert. *Cic. 1. de Div. c. 7. ex Poeta.* Tristificas certant Neptuno reddere voces.

Tristimonĭum, ii, n. & Tristimonia, æ, f. tristitia. *Petron. in fragm. Tragur.* Cum nos in tristimonio essemus. Adde *Ver.* apud *Fest. in Colace.*

Tristis, & ste, o. 3. *triste, mesto, di mala voglia, gramo, mescbino*, אבל, קדור, עצוב, Ger. *traurig*, Gal. *triste*, Hisp. *triste*, λυπηρός, σκυθρωπός, moetus. *Cic. 1. de Div.* Quærerem ex te, quid tristis esses. *Liv. l. 24.* Lacus Trasimenus, & Cannæ, triste ad recordationem exemplar. *Id. l. 5. c. 51.* Tristissimi exitus solarium. ¶ Quoniam vero tristitia in fronte hominis gravitatis, difficultatis, studii, iræ, minarum, crudelitatis indicium est, fit, ut tristis accipatur aliquando pro gravi. *Cic. l. 6. de Rep. apud Non. c. 4. n. 455.* Qui numero optimatum, & principum obtulit his

rum, ideft Imperatoris in bello: eique Consules, Prætores, Dictatoresque paruerunt, qui foris rem gesserunt. Hujus hæc fuit consuetudo: singulis Magistratibus, qui imperium haberent, pullarii præsto erant, hi jussu eorum, antequam prælium incipererur, efurientes pullos e cavea emittebant, iisque oftam objiciebant, & diligenter spectabant, an pascerentur, & quomodo pascerentur, atque rei eventum ex eorum pastu conjiciebant. Nam si offa objecta aliquid e pullorum pascentium ore in terram cecidisset, auspicium prosperum habebatur, sin minus, infaustum. Faustissimum vero erat, si integræ offæ ex pullis caderent, quo significabatur universum hostium exercitum prostratum iri: infaustum, si nihil caderet, infaustissimum, si pulli non pascerentur. *Liv. l. 10. c. 40.* Tertia vigilia noctis Papirius silentio surgit, & pullarium in auspicium mittit. Cum pulli non pascerentur, auspicium mentiri jussus, tripudium solistimum Consuli nuntiavit. Consul lætus auspicium egregium esse, ac Diis auctoribus rem gesturos pronuntiat, signumque pugnæ proponit. ¶ Denique hoc auspicium fuit proprium eorum Imperatorum, qui in Consulatu, Prætura, Dictatura provinciam lege Curiata. obtinuissent, hi non nisi addicentibus pullis rem ullam aggrediebantur: ac Proconsules, & Prætores, qui ex privatis provincias, & bella plebiscito, & Comitiis Tributis obtinuerant, tripudium non observabant. *Cic. 2. de Div. c. 36.* Quam multi anni sunt, cum bella a Prætoribus, & Proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent? itaque nec amnes transeunt auspicato, nec tripudio auspicantur.

Tripus, odis, masc. *di tre piedi*, Ger. *dreyfuſſig*, *das drey fuß hat*, Gal. *qui a trois pieds*, Hisp. *qui tiene tres pies*, τρίπους, quod habet tres pedes, ut est mensa, sella, & omne id, quod tribus pedibus sustinetur, cujusmodi fuit sella illa in templo Apollinis Delphici, in qua Phœbas, seu mulier Sacerdos Apollinis sedebat, & responsa dabat. *Cic. 3. de nat. Deor.* Quem concertaviste cum Apolline de tripode accepimus. *Plin. l. 34. c. 3.* Ex ære factitavere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam duos maxime Apollinis Delphici dicabantur. *Sidon. l. 4. ep. 22.* Tripodes sellæ. ¶ Græci fortes viros tripodibus donabant, quia non facile succumbant. *Virg. 5 Æn.* Munera principio ante oculos, circoque locantur In medio, sacri tripodes, viridesque coronæ. *Horat. l. 4. od. 8.* Donarem tripodas præmia fortium Grajorum.

Triquĕtra, æ, f. Sicilia, ita dicta, quia forma est triangulari, teste *Plin. l. 3. c. 8. Quintil. l. 1. c. 6.* ait dictam esse Triquetram, quasi Triquedram, a tribus sedibus.

Triquĕtrum, i, n. τρίγωνον, משלש, triangulum, figura triangularis. *Plin. l. 2. c. 15.* Postea radiorum ejus contactu tegunrur, & in triquetro a partibus centrum vigint stationes matutinas faciunt.

Triquĕtrus, a, um, τρίγωνος, triangularis. *Cæf. l. 5. Bell. Gall. c. 13.* Insula natura triquetra, cujus unum latus est contra Galliam. *Col. l. 5. c. 2.* Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus.

Triquĕtrus, a, um, Siculus, ad Siciliam spectans. *Hor. l. 2. sat 6.* Quid? militibus promissa Triquetra Prædia Cæsar, an ost Itala tellure daturus? *Sil. lib. 5.* Nunc Ætnæa cohors, Triquetris quam miserat oris.

Trisēmis, is, f. *nave di tre ordini di remi*, Ger. *schiff mit dreyen ruderen auff einem zierbanck*, Gal. *wirême, galère à trois rames par banc*, Hisp. *galera, tesirpes*, navis instructa tribus remorum ordinibus, uno superalium dispositis: imus enim ordo erat propior aquæ, superior propior foris navis, medius inter imum, & supremum. Remiges imi θαλαμῖται vocabantur, medii ζυγῖται, summi θρανῖται. *Cic. 7. Ver. c. 17.* Nayem Cybeam, maximam triremis instar, pulcherrimam, atque ornatissimam. *Cæf. l. 2. Bell. Civ.* Appulsa ad proximum litus triremi. *Liv. l. 21.* Quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque. Adjective *Nepos in Themist. cap. 2.* Triremem primus fecit Amiocles. Corinthius. *Plin. l. 7. c. 56.*

Tris, ἕξις, tres, vetere scribendi more. *Virg. 1. Æn.* Tris Notus abreptas in saxa latentia torquet. *Cic. 4. Acad. c. 45.* Testatur sæpe Chrysippus, tris solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus. Non est tamen ubique constans lectio.

Trisĕchœnus, a, um, tres schœnos, hoc est 180. stadia continens, ut Trischœna mensura, apud *Plin. l. 5. c. 24.*

Trisĕcuria, orum, n. *grandi buffonerie*, res admodum scurriles, & libero homine indignæ, quales fuisse ait *Juvenalis* Patriciorum Romanorum exercitationes in arena, & in scenis gladiatorum, & mimorum vices subeantium: particula *tri* hoc loco auget, quemadmodum in *trifurcifer*. Verba *Juvenal.* sunt *sat. 8. v. 190.* populi frons durior hujus, Qui sedet, & spectat trisecuria patricionum, Planipedes audit Fabios, ridere potest qui Mamercorum alapas. *Scaliger* legit *transcuria*, h. e. excursiones in arena. Alii *trifcuria*, h. e. indignam patriciorum curam. Alii denique alia hujusmodi multa comminiscuntur.

Trisĕclisĕrex, i, qui tria sæcla vixit. Epitheta est Nestoris usurpatum a *Nævio* apud *Gell. l. 19. c. 7.*

* Trisēmus, τρίσημος, triplex. *Capell. l. 9. p. 330.* V. *Disemus.*

Trismegĭstus, masc. 2. *Trismegisto*, τρισμέγιστος, h. e. ter maximus. Hoc cognomine appellatus est Hermes, sive Mercurius quartus filius Nili, Rex Ægyptiorum; etsi alii dicunt, Trismegistum fuisse nepotem majoris Mercurii, quem Poëtæ fabulantur fuisse filium Nili. Ita vero cognominatus est, quod summus Sacerdos esset, sapientissimus Philosophus, Rex potentissimus. Consueverunt enim Ægyptii ex omni Philosophorum numero Sacerdotes, ac rursus ex Sacerdotibus Regem eligere. Hic autem & Philosophos sapientia, & religione Sacerdotes, & in imperio administrando superiores omnes Reges superavit. Primus a Physicis ad divinorum speculationem se erexit. Primus de majestate Dei, de dæmonum ordine, animarumque mutationibus disputavit. Scripsit multa voluimina, quibus arcana mysteria, & oracula panduntur. Non enim ut Philosophus solum, sed etiam ut Prophera futura fæpe prædixit. *Died. Sicul.* ¶ Hunc etiam afferunt occidisse Argum, urbem condidisse, & a se Hermopolim nominasse, & Ægyptiis leges, literaique tradidisse, sed literarum characteres animalium, arborumque figuras habuisse. *Cic. l. 3. de nat. Deor.* hæc tribuit Mercurio quinto, quem Ægyptii Thoyth, sive Theuth appellant.

* Trisōmus. V. Disomus.

* Trispes. V. Thripes.

Trispătos, i, genus machinationis tractoriæ, quod per tres orbiculos circumvolvitur, a τρεῖς, *tres*, & πατέω, traho. *Vitruv. l. 10. c. 3.*

Trispithămi, orum, m. τριασπιθαμοι, populi ultra Indiæ fines siti, qui tres spithamas longitudine non excedere dicuntur. *Plin. l. 7. c. 2.* Supra hos in extrema parte motium Trispithami, Pygmæique narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes. Ita legit *Hardouinus*. Alii *Spithamai Pygmæi*.

Trissăgo, & Trixago, ginis, f. herba, quæ & chamædrys dicitur, foliis magnitudine mentæ, colore, & divisura quercus similibus, flore pene purpureo. *Plin. l. 24. c. 15. Cels. l. 8. c. 3.*

Trisso, as, n. 1. verbum fictum a voce hirundinis. *Auctor carm. de Philom. v. 26.* Trissat hirundo vaga.

* Tristătæ, m. pl. τεττάρων, nomen est apud Græcos secundi gradus post regiam dignitatem; tres primi; quos nos magistratus utriusque militiæ, & præfectos annonarii tituli nominamus. *Hieron. in Ezech. l. 7. c. 27.*

Triste, neutrum substantivi more positum. *Virg. Ecl. 3.* Triste lupus stabulis. h. e. res tristis, & noxia.

Tristĕga, orum, neut. τὰ τελέσεγκα, tres contignationes, vel ædes, quæ habent tres contignationes. *Hieron. in c. 41. Exech. & Alcim. Avit. l. 4. v. 245.*

* Tristi. V. Tero.

Tristĭculus, a, um, *aliquanto malinconico*, ὑποδύσθυμος, subtristis, aliquantum tristis. *Cic. 1. de Div. c. 46.* Filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodum parva, animadvertit tristiculam.

Tristĭficus, a, um, σκύθρωπος, quod tristitiam affert. *Cic. 1. de Div. c. 7. ex Poeta.* Tristificas certant Neptuno reddere voces.

Tristimonĭum, ii, n. & Tristimonia, æ, f. tristitia. *Petron. in fragm. Tragur.* Cum nos in tristimonio essemus. Adde *Ver.* apud *Fest. in Colace.*

Tristis, & ste, o. 3. *triste, mesto, di mala voglia, gramo, mescbino*, אבל, קדור, עצוב, Ger. *traurig*, Gal. *triste*, Hisp. *triste*, λυπηρός, σκυθρωπός, moetus. *Cic. 1. de Div.* Quærerem ex te, quid tristis esses. *Liv. l. 24.* Lacus Trasimenus, & Cannæ, triste ad recordationem exemplar. *Id. l. 5. c. 51.* Tristissimi exitus solarium. ¶ Quoniam vero tristitia in fronte hominis gravitatis, difficultatis, studii, iræ, minarum, crudelitatis indicium est, fit, ut tristis accipatur aliquando pro gravi. *Cic. l. 6. de Rep. apud Non. c. 4. n. 455.* Qui numero optimatum, & principum obtulit his vocibus, & gravitatis suæ liquit illum tristem, & plenum dignitatis sonum. *Id. 2. Ver.* Judex tristis, ac integer. ¶ Aliquando pro difficili. *Ovid. l. 1. de Rem. Am.* Janua nostræ artis est tristissima, hoc est maxima difficultas est in prima statim curatione. ¶ Aliquando pro irato. *Plaut. Cas. 2. 3. 14.* Ita mea Juno; non decet te esse tam tristem tuo Jovi. *Afran. apud Non. loc. cit.* Mihi erit tristior. ¶ Aliquando pro minaci. *Virg. 2. Æneid.* Illi mea tristia facta, Degeneremque Neoptolemum narrare memento. *Id. ibid.* Quo tristis Erinnys, quo fremitus vocat. ¶ Aliquando pro horrido, aspero. *Cic. in Or.* Quod ipsum alii aspera, tristi horrida oratione, neque perfecta, neque concluſa. ¶ Aliquando pro amaro. *Virg. 1. Georg.* Tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos. *Id. 2. Georg.* Media fert tristes succos, tardumque saporem Felicis mali. ¶ Aliquando pro infausto, infelici, pro eo, quod tristes facit. *Pers. sat. 2. v. 27.* Triste jaces lucis, evitandumque bidental. *Cic. Arr. l. 2. ep. 25.* Tristes litteræ. h. e. quæ tristia nunciant. Sic clades tristis, apud *Hor. l. 3. od. 3.* Hinc titulus librorum Ovidii *de Tristibus*, quia ibi de suo exilio, & ærumnis queritur.

Tristĭtas, atis, f. *tristezza*. *Pacuv. apud Non. c. 2. n. 869.* Vultum alligat quæ tristitas? Alii aliter leg.

Tristĭtia, æ, f. *tristezza*, אנחה, יגון, נאנח, עצב, Ger. *traurigkeit*, *unmuth*, Gal. *tristesse*, Hisp. *tristeza*, λύπη, σκύθος, mœstitia, ægritudo. *Cic. 2. de Orat.* Judex tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. *Id. 2. de nat. Deor.* Quarum intervallo tum quasi tristitia quædam contrahitur rerum, &c. *Lucejus apud Cic. l. 5. Fam. ep. 14.* Tristitiæ se tradere. ¶ Sæpe sumitur pro gravitate, severitate. *Cic. in Brut.* Homo non liberalitate, ut alii, sed ipsa tristitia, & severitate popularis. ¶ Cum arrogantia tristitiam conjungit *Tac. in Agric. c. 9.* & eum malignitate *Suet. in Ner. c. 22.* Quibus locis *tristitia* pro nimia severitate, aut crudelitate ponitur. ¶ Accipitur etiam pro acerbitate, aut calamitate. *Cic. 3. Offic.* Levitate verbi tristitiam rei mitigare. *Id. Ascic. l. 12. ep. 39.* Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, *tempi calamitosi*.

* Tristitĭas. V. Tristitia.

Tristitĭes, ei, f. idem quod tristitia, apud *Apulej. l. 6. & 9. Met.*

Tristitūdo, inis, f. *tristezza, malinconia. Sidon. l. 8. ep. 11.* Animus tristitudine gravis. *Apul. l. 3. Metam.* Tristitudinem pectore mittere.

Tristĭus, adv. comp. σκυθρωπότερον, majore tristitia. *Cic. de Sen. cap. 19.* Facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur, ideft difficilius. *Id. Figulo l. 4. Fam. ep. 13.* Quo facilius, quibus est itatior, respondere tristius possit. h. e. asperius.

Tristor, aris, depon. 1. *attristarsi*, mœrore afficior, tristis sum, λυπέω. *Senec. l. 2. de Ira c. 7.* Concitari, tristarique ob scelera. *Id. de Provid. c. 2.* Nunquam flere, nunquam tristari. *Cornel. Gall. ad Augus. de morte Virg.* Temporibus lætis tristamur.

Tristŭlcus, a, um, τριγλώχιν, *chi ha tre punte*, quod tres acies habet, & a tribus partibus scindit, trifidus. *Virg. 3. Georg. v. 439.* Linguis micat ore trisulcis. *Ovid. 2. Met.* Cui dextra trisulcis ignibus armata est.

Trisyllăbus, a, um, adject. *di tre sillabe*, tribus constans syllabis. *Var. l. 8. de L. L.* A focer fit trisyllabum sooeri.

* Trit, vox murium. *Nævius* ap. *Charisf. l. 2. p. 213. Putsch.*

* Tritavia, *quintavola*. V. In voce sequenti.

Tritāvus, m. *quintavolo*, אב, τριπάππος, pater atavi, h. e. quintus ante patrem meum. *Paullus leg. ult. Digest. de Gradibus, & Affinitatib.* Parentes usque ad tritavum apud Romanos proprio vocabulo nominantur: ulteriores, qui non habent speciale nomen, majores appellantur: item liberi

vita beata cap. 1. Tritissima quæque via, ac celeberrima. ¶ Translate *Cic. 1. Offic. c.* 10. Ex quo illud, *Summum jus summa injuria*, factum est jam tritum sermone proverbium. *Id. 1. Acad. c.* 7. Faciamus enim tractando usitatius hoc verbum, & tritius.

Trivenefica, æ, f. φιφαρμακίστρια, מכשפה, insignis venefica. *Plaut. Aul.* 1.2.8. Mirum, quin tua nunc me causa faciat Jupiter Philippum Regem, aut Darium, trivenefica.

Trivia, æ, f. τριοδῖτις, Diana, quod in triviis ejus simulacrum poneretur, vel quod eadem sit, ac Luna, quæ tres vias percurrit, cœlestem, terrestrem, infernalem. *Varl. 6. L. L. Virg. 6. Æn.* Atque una Phœbi, Triviæque Sacerdos. *Ovid. l. 3. de Ponto el.* 2. Protinus immitem Triviæ ducuntur ad aram.

Trivia lacus, Dianæ lacus, Stagnum Dianæ, Lacus Hippolyti, Lacus Nemorensis, Speculum Dianæ, *Lago di Nemi*, *Lago di Janfano*, vel *Lenfano*, lacus parvus Latii, circuitu 6. M. P. circiter, sic hodie dictus a castro Nemo ei adjacente. *Virg. 7. Æn.* Audiit & Triviæ longe lacus, audiit amnis, &c.

Trivialis, & le, o. 3. *triviale*, *volgare*, בעלמא, ἐγκύκλιος, quod in trivio sit, vel quo in triviis utebantur. Unde Grammatica dicitur a *Quintil. l.* 1. *c.* 4. trivialis scientia, quia in triviis docebatur. ¶ Metaleptice accipitur pro vulgari, & minime exquisito, ut Verba trivialia, inculta, parum elegantia. *Suet. de Cl. Rhet. c.* 6. Tantummodo verbis trivialibus egit. *Juven. Sat.* 7. *v.* 55. nec qui Communi feriat carmen triviale moneta. Adde *Nemesian. Ecl.* 4. *v.* 10. & *Arnob. l.* 1. *p.* 36.

Trivialiter, adv. *trivialmente*, passim, per triv ia. *Arnob. l.* 7. Infantes parvuli trivialiter & populariter instituti. Adde *Solin. c.* 11.

Triviatim, adv. per triv ia, ut Triviatim diffultare. *Martian. Capel. l.* 1.

Trivium, ii, n. *luogo di tre strade*, שוק, Ger. *ein orth an welchem drey weeg zusammen stossen*, Gal. *carrefour*, Hisp. *encrucijada*, τρίοδος, locus, in quem tres viæ conveniunt, ut *bivium*, in quem duæ, *quadrivium*, in quem quatuor. *Cic. 1. de Div. c.* 54. Ut ventum est in trivium, eadem qua cæteri, fugere noluit. ¶ Sumitur tamen sæpe pro quocunque loco frequenti, quo homines convenire solent. *Cic. 2. Agr. c.* 3. Ut in atriis auctionariis potius, quam in triviis, aut in compitis auctionentur. ¶ Trivia, ut etiam quadrivia, erat rusticorum sacris attributa. Nam ibi oves cædebant, & ferta appendebant. *Tibull. l.* 1. *t.* 1. Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris, Seu vetus in trivio florida serta lapis. ¶ Arripere maledictum ex trivio. h. e. verba contumeliosa ex fæce plebis in triviis conmorantis. *Cic. pro Mur. c.* 6.

Triumphalis, & le, o. 3. *trionfale*, נצחי, Ger. *zum triumph gehoret*, Gal. *triomphal*, *de triomphe*, Hisp. *triunfal*, θριαμβευτικός, quod ad triumphum pertinet. *Plin. l.* 22. *c.* 3. Triumphales coronæ. h. e. quibus triumphantes utebantur. *Quintil. l.* 10. *c.* 12. Habitus triumphalis. ¶ *Vir triumphalis*, qui triumphavit, sicut *Consularis*, qui consul fuit. *Suet. de Aug. c.* 25. Solos triumphales, quamquam & socios expeditionum, & participes victoriarum suarum nunquam donis impertiendos putavit. *Vellej. l.* 2. *c.* 6. Consularis, ac triumphalis vir. ¶ *Triumphalis provincia*, qua devicta Imperator triumphum reportavit. *Cic. in Pison. c.* 19. Ex ea provincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime triumphalis. ¶ *Currus triumphalis*, quo vehebantur triumphantes. *Plin. l.* 7. *c.* 25. Curru triumphali reversus est. ¶ *Corona triumphalis*, qua Imperator in triumpho coronabatur. Hæ coronæ primum ex lauro fieri solebant, postea ex purissimo auro confectæ sunt, quod inde aurum coronarium appellabatur. *Zon. l.* 2. *Sigon. de Prov. c.* 10. *Plin. l.* 22. *c.* 3. ¶ *Porta triumphalis*, porta urbis Romæ, per quam triumphi agebantur, hoc est Imperatores triumphantes in Urbem deducebantur. Hæc alio nomine *Capena* porta dicebatur, & *Appia*, quod ad viam Appiam sita erat. Hodie *D. Sebastiani porta* vocatur. *Cic. in Pison. c.* 23. ¶ *Vestes triumphales* fuere, quibus Imperatores induti triumphabant, idest tunica purpurea, palmata, & toga non solum purpura, sed cocco etiam, auroque distincta. *Sigon. de Prov. l.* 2. *c.* 20. & *de Judic. l.* 3. *c.* 18. *Plin. l.* 8. *c.* 48. ¶ *Triumphales causæ* sunt, in quibus agitur de triumpho alicui decernendo. *Sueton. in Calig. c.* 4. Oravit & triumphales causas. ¶ *Aurum triumphale* est, quod vestibus triumphalibus inseritur. *Plin. lib.* 9. *c.* 36. *de purpura succo, seu colore purpureo*: Dii advocatur placandis, omnemque vestem illuminat, in triumphali miscetur auro. ¶ *Cœna triumphalis*, convivium, quod Imperator triumphans facto sacrificio in Capitolio celebrabat. *Plin. l.* 9. *c.* 55. Cœnis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murænarum murno appendit. ¶ *Statua triumphalis*, quæ habitu triumphantis facta est. *Plin. l.* 2. *ep.* 3. Heri a Senatu Vestricio Spurinnæ Principe auctore, triumphalis statua decreta est. ¶ *Triumphalia ornamenta*, erant insignia, quibus triumphantes olim uti solebant; quæ postea favore Principum concedebantur interdum iis quoque, qui non triumphassent. *Sueton. in Aug. c.* 38. Super triginta ducibus justos triumphos, & aliquanto plurib us triumphalia ornamenta decernenda curavit. ¶ Hujusmodi ornamenta erant corona aurea, patera aurea, equi albi, toga picta, tunica palmata, sella eburnis, & scipio eburneus: quæ omnia interdum *triumphalia* absolute appellantur. *Tacit. 4. hist. c.* 4. Muciano triumphalia de bello civili data. *Vellej. l.* 2. *c.* 116. Triumphalia adipisci. V. *Sueton. in Claud. c.* 24. & *in Ner. c.* 15.

Triumphandus, a, um, partic. vel gerund. a triumpho. *Aurel. Vict. de Vir. Illust. de Metello Numidico*: Achæos bis prælio fudit, triumphandos Mummio tradidit.

Triumphātor, oris, m. θριαμβευτής, qui triumphat. *Apulej. in Apolog.* Ille vir de Sabinis, deque Samnitibus triumphator.

Triumphatorius, a, um, adject. idem quod triumphalis. *Tertul. l.* 3. *adverf. Marcion. c.* 20. Verbum triumphatorium, & insultatorium.

Triumphātus, us, m. *trionfo*, θριαμβευτής, triumphatio. *Plin.* Ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius. Ita referunt plerique Lexicographi; sed loci hujus fides adhuc est penes ipsos.

Triumphātus, a, um, *vinto*, θριαμβευθείς, de quo triumphatum est. *Virg. 4. Georg.* Bisque triumphatas utroque ab litore gentes. *Ovid. l.* 1. *Am. el.* 15. Roma triumphati dum caput orbis erit. *Plin. l.* 5. *c.* 5. Omnia armis superata, & triumphata.

Triumpho, as, n. 1. *trionfare*, נצח, Ger. *sighafftich einreiten*, *triumphieren*, Gall. *triompher*, *s'enjouir fort*, Hisp. *triunfar*, θριαμβεύω, triumphum ago. Usurpatur vel absolute. *Cic. 2. Fin.* Bella magna gesserat is, bis Consul fuerat, triumpharat. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*, vel *ex*. *Cic. de Sen.* M. Curius cum de Samnitibus triumphasset. *Id. in Pison. c* 23. Triumphare ex Macedonia. ¶ Vel cum accusativo. V. *Triumphandus*. *Lactant. l.* 6. *c.* 23. Hic terram triumphabit, hic erit consimilis Deo. ¶ Translate sumitur pro exultare, sibi placere. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 16. Atque ego cum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho, & gaudeo. *Id. pro Cluent. c.* 5. Tum vero illa egregia, ac præclara mater palam exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit. *Id. 2. Catil.* Quin in hoc ipso, in quo exultat, & triumphat oratio mea, me vehementer accufet. ¶ Usurpatur & passive. *Liv. l.* 3. Tum primum sine auctoritate Senatus, Populi jussu triumphatum est. *Tacit. Annal.* 12. *c.* 19. Pro Mithridate non regnum precari, sed ne triumpharetur. h. e. ne in triumphum ducereetur.

Triumphus, i, m. *trionfo*, נצחון, θρίαμβος, genus honoris, qui haberi solitus est iis, qui imperium a Populo acceptum summa eum virtute, aut felicitate administrassent, nimirum ut domum redeuntes magna cum celebritate, & pompa in Urbem ingrederentur: ductum a voce Græca allata, ut *Varro l.* 5. *de L. L.* docet. *Cic. in Verr.* 7. Triumphum agere de aliquo. *Id. pro Balb.* Triumphum habere. h. e. triumphare. *Id. Verr.* 7. Per triumphum aliquem ducere, *menar' in trionfo*. *Plin. l.* 7. *c.* 43. Ducere aliquem in triumpho. ¶ Translate *Cic. Fam.* 3. *ep.* 10. Agere triumphum justissimum ex inimicis. ¶ Triumphus honorum omnium amplissimus fuit, qui suffragio, aut studio civium deferrentur. Ut autem imperium mandatum est Consulibus, Prætoribus, Dictatoribus, & privatis hominibus, ipsorum omnibus prorogatum est, sic Consules, Dictatores, Prætores primum, deinde etiam reliqui triumpharunt. Igitur si qui de triumpho postulando cogitarent, aliquandiu ad Urbem manebant, lictores, fascesque laureatos habebant; Senatu in ædem Bellonæ evocato, res a se gestas exponebant; denique triumphum petebant. Decreto inde a Senato triumpho, quoniam sine imperio triumphare nemo poterat, qui sine Magistratu Urbem triumphi causa inituri erant, eis legem de imperio ferre necesse erat, id est ut eo die, quo Urbem inirent, cum imperio essent. ¶ Conditiones de triumpho variæ fuerunt. Prima fuit, *Nequis triumpharet, nisi quinque millia hostium una acie occidisset*. Unde lex extitit, quam L. Marius, & M. Cato Tribuni Pl. tulerunt, qua pœnam Imperatoribus minati sunt, qui aut hostium occiforum in prælio, aut amissorum civium falsum numerum ad Senatum scripsissent, & jusserunt eos, cum primum ad Urbem accessissent, apud Quæstores urbanos jurare, de utroque numero vere se ad Senatum scripsisse. Altera fuit, *Ne qui pro altero rem gessisset, sed is, cujus auspicio res gesta esset, triumpharet*. Quod exemplo Q. Valerii Prætoris, & Q. Lutatii Consulis, bello Punico primo, confirmatur. Tertia, quæ more potius retenta, quam lege observata videtur, *Ne pro recuperato, sed pro auctu imperio triumpharetur*. Hinc Q. Fulvio Consuli de Capua recepta, & L. Opimio Prætori de Fregellis in ditionem redactis triumphus negatus est. Quarta, *Ut de externis hostibus, non de civibus triumphus ageretur*. Quo factum est, ut neque L. Sylla de inimicis suis, neque Q. Catulus Consul de M. Lepido, neque C. Antonius de L. Catilina, quanquam illi adversus Rempublitam steterant, atque arma tulerant, triumpharint. ¶ Pompa triumphi, quanquam alia aliis temporibus pro rerum, ac victoriarum conditione fuit, tamen in hoc vere fuit semper eadem, ut senatus, qui ad portam obviam prodierat, ante iret: tum spolia de hostibus capta, & præda omnis auri, atque argenti, & oppidorum caprorum simulacra, & captivorum hostium duces vinti subsequerentur: tum Imperator auratis quadrigis, laurea coronatus, dextra lauri ramum tenens, os minio illitus, bulla ornatus, vestibus triumphalibus indutus, idest tunica palmata, & toga picta, vehereur; currum vero Legari, & Tribuni militum in equis, & pediibus exercitus omnis victor laureatus cum cantu, & clamore assectaretur. Hanc vero pompam Imperator per Urbem in Capitolium ducebat, ibique taurum immolabat, ac splendidum convivium apparabat. Ad vesperam positis imperii insignibus domum omnino privatus se referebat, tibiis, & fistulis præcinentibus. *Cic. in Pison.* Differis de triumpho. Quid tandem haber site currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid Legati, & Tribuni in equis? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per Urbem? *Liv. l.* 33. *de Flaminii triumpho Macedonico*: Triduum triumphavit. Die primo arma, tela, signaque ærea, & marmorea transtulit: secundo aurum, argentumque factum, infectumque, & signatum: tertio die coronæ aureæ, dona civitarum, translatæ 114. & hostiæ ductæ, & ante eurrum multi nobiles captivi, obsidesque, inter quos Demetrius Regis Philippi filius fuit. Ipse deinde Quinctius in Urbem est invectus, militesque secuti currum frequentes, ut ex omni provincia exercitu deportato. His ducenti quinquageni æris in pedites divisi, duplex centurioni, triplex equiti. ¶ Fuit & aliud triumphi genus, quod speciali nomine *Ovatio* appellabatur, de quo V. suo loco. De utroque autem plura V. apud *Sigon. l.* 1. *de jure ant. Civ. R. c.* 22. & *de ant. jure Provinc. l.* 2. *c.* 10. & *Manut. de legib. Rom.*

Triumvir, iri, m. 2. *Triumviro*, בין שלושה, ἐς τῶν τειῶν ἀρχόντων, unus ex Triumviratu. Romæ Triumviri multiplices fuere, Triumviri Epulones, Triumviri capitales, Triumviri menfarii, seu monetales, Triumviri nocturni, Triumviri agrarii, seu Coloniæ deducendæ, Triumviri Reipublicæ constituendæ.

Triumviri Epulones, qui postea Quinqueviri, ac ultimo Septemviri, fuere Sacerdotes, qui Jovi, cæterisque Diis epulas instruebant. V. *Epulones*. *Liv. l.* 33. *c.* 42. Romæ eo primum anno (idest 557.) Triumviri Epulones facti, C. Licinius Lucullus, P. Romulejus, qui legem de creandis his tulerat, & L. Porcius Lecca: His Triumviris item, ut Pontifici, lege datum togæ prætextæ habendæ jus.

Triumviri capitales, erant tres viri Magistratu ornati, qui carceris custodiam habebant, ut cum animadverti oporteret, intervento eorum fieret. Creari sunt post Prætorem Peregrinum, eo tempore, quo Centumviri litibus judicandis, Quatuor viri curandarum viarum, Triumviri monetales. *Pompon. l.* 1. *Digest. tit.* 2. *l.* 1. Meminit etiam *Sigon. l.* 1. *de ant. jure C. R. c.* 20. Sunt, qui hunc Magistratum eundem esse censeant, atque Magistratum Duumvirorum capitalium, qui a Tullo Hostilio originem habuere. Sed differebant. Nam Duumviri semper binario numero creati sunt, deinde exercebant judicium de perduellione, denique rarissime creati sunt idest in causa P. Horatii, in judicio M. Manlii, in judicio C. Rabirii, ac postremo vetustate evanuerunt, ut docet *Sigonius l.* 2. *de ant. jure C. R. c.* 18. At vero Triumviri capitales tres semper fuere, nullum judicium exercuere, sed tantum carceri præerant, denique perpetui erant in Republica. *Cic. in Or. c.* 46. Planeque *Duorum virorum judicium*, aut *Trium virorum capitalium*, aut *Decemvirorum litibus judicandis* dico nunquam. Sententia est, in genitivo plurali usitatius dici *Duumvirum*, *Triumvirum*, *Decemvirum*, per Syncopen. *Val. l.* 5. *c.* 4. *n.* 7. Sanguinis ingenui mulierem Præror apud tribunal suum, capitali crimine damnatam, Triumviro in carcere necandam tradidit. *Et infra*: Quæ tam admirabili spectaculi novitas ab ipso ad Triumvirum, a Triumviro ad Prætorem, a Prætore ad concilium judicium perlata remissionem pœnæ mulieri impetravit.

Triumviri menfarii, seu monetales, fuere tres viri Magistratui præditi, æris, argenti, auri flatores, quorum erat diligentia numismata ære, argento, auro fabricari. Instituti sunt eodem tempore, quo Triumviri capitales. *Pompon. l.* 1. *Digest. tit.* 2. *l.* 2. Meminit & *Sigon. l.* 1. *de ant. jure C. R. c.* 20. Diversi erant a Magistratu Quinquevirorum menfariorum. Nam Quinquevirі menfarii quinque viri erant his tres, deinde Triumviri monetales pecuniæ conflandæ, & percutiendæ præerant. Quinqueviri menfarii creari sunt ad æs alienum Plebis Romanæ dissolvendum, quo illa pene obruta erat improbitate fœneratorum: dictique sunt, eo quo ad mensas sederent, & pecuniam dispensarent. Sed alii scribunt, Triumviros menfarios & nummularios, & mohetæ omnis generis, ac formæ cusoribus præfuisse. Inscribebantur his notis, A. A. A. F. F. hoc est, auro, argento, ære flando, feriundo. *Liv. l.* 25. Et Romæ quoque propter penuriam argenti Triumviri menfarii rogatione Minucii Tribuni Plebis facti, L. Æmilius Papus, qui Consul, Censorque fuerat, & M. Attilius Regulus, qui bis Consul fuerat, & Scribonius Libo, qui tum Tribunus Plebis erat.

Triumviri nocturni, fuere qui Urbis curam nocte gerebant. Non multo tempore post rogationem Duumvirorum ciassis restituendæ, quæ facta est eo anno, qua App. Claudius Cæcus Censuram gessit, M. Valerio, & P. Decio Cossi. creatis sunt, ut ab iis, difficili bellorum, & civilium seditionum tempore, muri, cetera stodiæque portarum per milites stationarios munirentur. Id etiam eorum est injunctum est, ut & nocturnas seditiones a civibus arcerent, & quies Urbi servaretur. Hujus Magistratus partes in officium Prætecti Vigilum demum tradi ctæ sunt. *Pompon. l.* 1. *Dig. tit.* 15. *leg.* 1. & *Liv. l.* 9. *c. ult.*

Triumviri agrarii, seu Coloniæ deducendæ, dicti sunt, qui Plebem Romanam i agros hostibus ereptos, cum eo Colonias mitti placeret, deducebant. Sed mo do Triumviri, modo Quinqueviri, modo Septemviri, modo Decemviri, mod Vigintiviri agris dandis, vel Coloniæ deducendæ creati sunt. V. *Sigon. lib.* 2. *de ant. jure Italiæ*, *c.* 2. ¶ Creabantur Comitiis Tribucis, omnibus Tribubus adrecatis. Quare Rullo vitio vertit *Cic.* 2. *Agr.* quod Decemviros suos per decem & septem Tribus sorte eductas crearet. Atque his quidem Comitiis Magistratum tantum, id est, potestatem, ac jurisdictionem accipiebant, imperium vero id est belli gerendi faculratem, Curiatis. Imperio autem opus fuit, quod signum vexillo colonos, tanquam exercitum, deducerent. ¶ Pertinebat ad hujus Magistratus officium, ut & agros novis Colonis dividerent, & jubere desiguarent, ædificare volentibus areas partirentur, & commodis regionibus urbem distribuerent, & legibus, Magistratibusque civitatem fitterent, & ad speciem optimi gubernaculi Rempublicam effingerent. *Liv. l.* 3. Triumviros agro dando creari T. Quintium, A. Virginium, T. Furium.

Triumviri Coloniarum, qui fere Duumviri, interdum Quatuorviri, erant Magistratus prope Consulatui, aut Prætoræ compar, qui Colonias regebant. Hi erant Triumviri, aut Duumviri, aut Quatuorviri jure dicundo appellabantur. Horum Triumvirorum mentio fit in quibusdam veteribus lapidibus, quos affert *Sigonius l.* 2. *de ant. jure Ital. c.* 6.

Triumviri Reipublicæ constituendæ fuere C. Octavius, M. Antonius, & M. Lepidus, hoc ordine nomine dominationis suæ consilia tegebant. *Nepos in Att. c.* 5. M. Antonius triumvir Reipublicæ constituendæ.

Triumvirālis, & le, o. 3. quod ad Triumviros spectat. *Hor. ep.* 4. Sectus flagello hic Triumviralibus Præconis ad fastidium, hoc est Triumvirorum *capitalium Senec. 2. de Benef. c.* 11. Triumviralis proscriptio.

Triumvirātus, us, m. ἀρχὴ τῶν τειῶν, Magistratus, quem tres collegæ admittrant. *Cic. in Brut.* Qui quidem in Triumviratu judicaverit contra P. Africanum, avunculi sui testimonium. *Liv. l.* 9. *c. ult.* Tribunatu ante gesto, Triumviratuque, nocturno altero, altero coloniæ deducendæ.

Triuncis, is, m. τειόντιον, τετραμμόδιον, nummus æreus, qui postea quadrans dictus est. Nam tres unciæ sunt quarta pars assis. *Plin. l.* 33. *c.* 3. Quadrantea triuncis vocabatur a tribus unciis.

Trixāgo. V. **Trissago**.

Troas, adis, fem. Τρωάς, regio Asiæ minoris, in Phrygia, quæ postea a Phrygibus occupata, Phrygia minor dicta fuit. Alii Mysiæ tribuunt. Adjacet Hellespontro. Homerus ab Æsapo usque ad Cayci fl. ostia ejus fines produxit. Sed *Plinius*, cæterique recentiores Lecto prom. eam ab Æolide dividunt. *Homerus* videtur sumpsisse pro Regno Trojanorum. In ea amnium nobilissimus Scamandrius. Metropolis Ilium, seu Troja, quæ a Græcis post decennalem obsidionem capta, & incensa est. Inde novum Ilium triginta stadiis a veteri distans: item Alexandri Tros, quæ & Alexandria. V. *Plin. l.* 5. *c.* 30. ¶ Adjective Nepos in *Paufan. cap.* 3. Colonas, qui locus in agro Troade est, fe contulerat.

Troas Alexandri, Alexandria, Turcis *Eiki Stambul*, urbs Asiæ minoris, in Phrygia, ab Alexandro Magno extructa in ora litorali maris Ægei, paucis tantum milliaribus in Austrum a Trojæ ruderibus, apud Lectum prom. *Pl. l.* 5. *c.* 30.

Troas, adis, f. mulier ex Troade, patronymicum, seu gentile. *Virg.* 5. *Æn. v.* 613. At procul in sola secretæ Troades acta Amissum Anchisem flebant. Idest Trojanæ mulieres. *Ovid. Heroid. ep.* 13. *v.* 137. Troasin invideo. ubi *Troasin* dativus pluralis est Græco more deductus pro *Troadibus*.

Trochæus, i, masc. τροχαῖος, pedis nomen in arte metrica, idem ac choreus, a τρέχω, *curro*, quia chori, ubi usitatus est, agilius moventur in morem currentium. Hoc nomine veteres appellarunt & tribrachyn, idest pedem ex tribus brevibus constantem, & pedem illum, qui jambo contrarius est, idest constat ex prima longa, secunda brevi. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Jambum contrarium e longa, & brevi, hunc choreum nos, ut alii trochæum, nominemus. *Ex paulo post*: Tres breves, trochæum, quem tribrachyn dici volunt, qui choreo trochæi nomen imponunt. *Cic. 3. de Orat. c.* 47. Nam cum sint numeri plures, jambum, & trochæum frequentem segregat ab Oratore Aristoteles.

Trochaïcus, a, um, adject. trochæis constans, ut Trochaicum metrum. *Diomed. Grammat. l.* 3.

Trochilíscus, i, masc. parvus trochilus. Hac voce usum putat *Cæsaubonus* Poetam eum, cujus jambicos dimetros in Apologia adducit *Apulejus*. Sed alii aliter legunt.

Trochĭlus, i, m. *reatino*, *fericiolo*, *lui*, *forasiepe*, τρόχιλος, avicula quædam, quæ etiam rex avium, & regulus tum a Græcis, tum a Latinis appellatur, eoque nomine cum Aquila pugnare dicitur. *Plin. l.* 8. *c.* 29. *de crocodilo*: Hunc faturum cibo piscium, & semper oculento ore, in litore somno datum, parva avis, quæ trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum pabuli sui gratia, &c. *Id. lib.* 10. *c.* 74. *de avibus inter se dissidentibus*: Aquilæ, & trochilus, si credimus, quoniam rex appellatur avium. ¶ Dicitur etiam trochilus in Architect. membrum, quod & *Scotia* vocatur, apud *Vitruv. l.* 3. *cap.* 3.

Trochiscus, i, masc. *trocifco*, τροχίσκος, parvus trochus, seu parva rota. Trochisci dicuntur compositiones quædam Medicorum in formam rotulæ, seu globuli, quas Latini pastillos vocant. *Celf. l.* 5. *c.* 17. ¶ Est etiam hoc nomine piscis quidam seu verius bellua marina. *Pl. l.* 9. *c.* 52.

Trochlea, æ, f. *taglia*, *carrucola*, גלגל, τροχός, τροχίλιον, machina tractoria ad sublevanda & demittenda onera, continens rotulam æneam, ligneamve (*cui proprie nomen trochlea* competit) axiculum per eam rotulam trajectum, & funem, qui circa rotulam currit. Exemplum ejus in puteis habemus. Ab aliquibus *rebambus* dicitur. *Vitruv. l.* 10. *c.* 2. Alligatur in summo trochlea, quam etiam nonnulli rechamum dicunt. *Cælius Rhodiginus l.* 26. *c.* 29. Rechamum dici putat ἀπὸ τῆ βοχμῶ, idest scissura, quia nempe truncus, in quem orbiculi inseruntur, excavatur, & quodammodo scinditur. *Lucret. l.* 4. *vers.* 903. Multaque per trochleas, & tympana pondere magno Commovet, atque levi fustollit machina nisu. ¶ *Trochleis pisuitam adducere*, translate dicitur pro difficulter expuere. *Quinct. l.* 11. *c.* 3. *de pronuntiatione*: Jam tussire, & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, etsi non utique vocis sunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, potissimum huic loco subjiciantur.

Trochleātim, adverb. per trochleam. *Sidon. l.* 5. *ep.* 17. Trochleatim erecto fune.

Trochŭlus, i, masc. βοχίδιον, parvus trochus. *Plaut. Amph. prol. v.* 144. Tum meo patri autem trochulus inerit aureus sub petaso. Alii leg. *torulus*.

Trochus, i, masc. *palco*, *fastore*, גלגל, βόχος, circulus seu rota ferrea, quæ ludi causa a pueris ferreo manubrio, quod clavis dicebatur, impulsa mittebatur: habebat autem circum infixos parvos anulos, qui, dum jaceretur, tinniebant & sonum reddebant. Differt a turbine, quia turbo erat ligneus, vel etiam fortasse ex alia materia, sed non circularis, at in modum metæ factus. Trochus Græcorum inventum fuit. hinc *Horat. l.* 3. *od.* 24. graecum appellat; videtur autem dictus esse a τρέχω, *curro*. *Propert. l.* 3. *eleg.* 12. Increpat & versi clavis adunca trochi. *Martial. l.* 14. *epig.* 188. Inducenda rota est: das nobis utile munus: Iste trochus pueris, at mihi cantus erit. Et *Epig. seq.* Garrulus in laxo cur anulus orbe vagatur? Cedat ut argutis ovis turba trochis. Adde *l.* 11. *epig.* 22. ¶ Trochi figuram exhibet *Hieronym. Marcurial. l.* 3. *de arte gymn. c.* 8.

Troes, m. 3. Trojani. *Virg. 2. Æn.* Fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum.

Troezen, enis, f. Τροιζῆνε, Troezena, Posidonia, Anthia, Hyperia, Saronia, Apollonia, Aphrodisias, Τροιζηνα, al. *Damala*, al. *Pleda*, βοτρίχω, urbs Peloponnesi, in ora Argiæ, ad sin. Argolicum, inter Corinthum, & Scyllæum prom. Sic dicta a Troezene filio Pelopis. *Ovid. 2. Fast.* Altaque Troezene, Parthasiæque sives. ¶ In hac regnavit Pittheus Ætræ pater, & avus maternus Thesei. Unde Pittheæ cognominata est. *Ovid. 15. Met.* Est prope Pittheam tumulus Troezena sine ullis Arduus arboribus. ¶ Item Τροιζηνα, opp. medit. Messeniæ, ab Ithoma in Or. supra 15. M. P. Apud Troezenen positus est, qui Barba nominatur, teste Eustathio. Unde Græcum prov. *Troezenen navigat*, in eos, qui cum imberbes sint, pilis tamen appositititiis barbam sibi effingunt. ¶ Troezenis aquæ pedibus noxiæ sunt, omnia fere vitia illis inferentes, præsertim podagram, quam aquæ Cydni in Cilicia tollunt, auctore *Plin. lib.* 31. *cap.* 2. ¶ Item urbs parva Asiæ min. circa Cariæ regionem, in conventu Alabandarum. *Plin. lib.* 5. *cap.* 29.

Troezenius, a, um, adject. a Troezene, ut Troezenius heros, apud *Ovid. Met. v.* 566. hoc est Belex, qui Troezene habitavit.

Trogillum, n. 2. Trogylium, Mycale, *Capo Trigua*, al. *Gatonisi*, τρωγύλιον, prom. Joniæ, in ora; inter Ephesum, & ostia Mæandri fl. contra Samum insulam.

Troglodȳtæ, masc. 1. τρωγλοδύται, pop. Africæ, in Æthiopia sub Ægypto, ita dicti a τρώγλη, *foramen*, *cavetna*, & δύνω, *vel δύω*, *fubeo*, hoc est a speculibus, in quibus habitabant. Serpentibus vivunt, venationibus dediti, velocissimi, ab uxore, & colloquio alieni. Abundant margaritis, & myrrha. Eorum regio Troglodytica dicta fuit, in ora Occ. sinus Arabici, nempe a Ptolemaide Feraum ad Aromata prom. Nunc autem dicitur Ora Abexia, seu Abyssina, *la Costa degli Abissini*, quod sit pars Orientalis Imperii Abyssinorum. Aliis dicitur *Sirfia*. *Pl. l.* 5. *c.* 8.

Troglodytĭce, es, f. 1. τρωγλοδυτικὴ, regio Æthiopiæ sub Ægypto, in qua Septentriones, si *Pl. l.* 2. *c.* 70. credimus, conspici non possunt. V. *Troglodyta*.

Troglodytĭcus sinus, *Golfo di Melinde*, idem ac sinus Barbaricus, ad mare Barbaricum, & Asperum, quod Æthiopiam sub Ægypto alluit.

* **Trogon**, ontis, m. τρώγων, avis de qua *Pl. l.* 10. *c.* 16.

Trogus Pompejus, natione Gallus, Philosophus ac Historicus disertissimus; floruit sub Augusto, scripsitque quatuor & quadraginta voluminibus universi Orbis, sed præcipue Græcorum historiam, quam Justinus in epitomen redegit. Trogi vero libri non extant.

Troja, æ, f. Ilium, *Troja*, Turc. *Carafia*, βοΐα, urbs Asiæ minoris, in Phrygia, apud Idam M. ab ora litorali 3. M. P. ita dicta a Troe Rege. Dicta etiam fuit Dardania a Dardano, Teucria a Teucro, Ilium ab Ilo. Ejus mœnia fecundum fabulas ab Apolline, & Neptuno Laomedontis Regis rogatu constructa fuere. Bis eversa fuit, primum ab Hercule ob Laomedontis perfidiam, deinde ab Agamemnone, & aliis Græciæ Principibus propter Helenæ raptum. ¶ Decem annorum obsidionem passa est. Cum Græci in Aulidem congregati, de bello deliberarent, legatos Delphos ad Apollinem Parroclum, & Palamedem misissent, responsum retulere, Græcos Trojæ porituros post decem annos, sed minime porituros sine Achille, Ulisse, fagitrii Hercalis, & nisi Rhesi equos abduxissent antequam herbam Troadis gustassent, & de Xanti fl. aqua bibissent. Similiter Priamus legatos ad Apollinem Delphicum misit, qui de belli eventu Oraculum illud consulerent. Ei responsum est, Trojæ fatum hisce in rebus consistere, in Palladio, & cineribus Laomedontis, in vita Hecto-

ris, Troili, Paridis. Ad bellum Trojanum septem, & quadraginta Principes mille, & ducentis navibus profecti sunt. Capta fuit a Græcis proditione Æneæ, propter odium in Paridem, quod ejus causa ab omnibus Sacerdotii honoribus excluderetur, ut Menecrates Xanthius monumentis prodidit. *Dionys Halic. Rom. Apeig. l.* 1. Nonnulli scripsere, proditam fuisse a Thymœte, quem alii filium Priami ex Arisba dixerunt, alii nobilem Trojanum virum Arisbæ. *Virgilius*, & alii fabulati sunt, captam fuisse ope cujusdam equi lignei, milite pleni, in urbem introducti, quem Græci, rediru in patriam simulato, quasi munus placandæ Palladi constituerint. V. *2. lib. Æneid.* ¶ Troja quoque urbs alia ejusdem regionis, in ora lit. maris Ægei, paucis milliaribus a veteris Trojæ ruderibus. V. *Troas Alexandri*: Hæc etiam hodie in ruinis jacet. ¶ Troja item, oppidum parva, urbs medit. Epiri, in Chaonia, & Cestria reg. ¶ Item Troja, olim Æce, & Ucus Æcana, *Troja*, urbs Apuliæ Daunize, ad Chilarum fl. & rad. Apennini. ¶ Troja etiam, opp. exc. Latii, in agro Laurenti extructum ab Ænea, initio sui adventus in Italiam, antequam Lavinium conderet. *Dionys. l.* 5. & *Liv. l.* 1. ¶ Item opp. exc. ad initium maris Hadriatici situm, ab Antenore Trojano, & Henetis conditum. *Liv. l.* 1.

Troja, æ, f. sive Trojanus ludus, erat equestris puerorum ludus apud Romanos, in circo agi solitus. Nomen ex eo fortitus est, quod a Trojanis eum accepissent Romani, ut quem Æneas primus instituerit in Sicilia, ad filii Ascanii, puerorumque cæterorum exercitationem. V. *Servium in 5. Æn.* qui ait, originem ejus ludi a Suetonio Tranquillo expressam esse in libro, quem scripserat de puerorum lusibus. *Virg. 5. Æn. v.* 596. Iunc morem, hos cursus, atque hæc certamina primus Ascanius, longam muris cum cingeret Albam, Retulit; & priscos docuit celebrare Latinos; Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes, Albani docuere suos: hinc maxima porro Accepit Roma, & patrium servavit honorem; Trojaque nunc, pueris Trojanum dicitur agmen. *Sueton. in Aug. c.* 43. Sed & Trojæ ludum edidit frequentissime majorum, minorumque puerorum delectu.

* **Troïades**, æ, m. Trojanus. *Ver. Poeta in carmi. Pithœi p.* 141. Troiadesque puer, *al.* Trojanusque.

Troïades, τρωϊάδες, Mulieres Trojanæ apud *Perfium Sat.* 1. *v.* 4.

Trojāni, orum, m. *Trojani*, pop. Asiæ min. in Phrygia, apud Hellespontum, quorum Reges ex Teucro nobili Cretensi, & ex Dardano filio Corythi Regis Hetruriæ, & Electræ filiæ Atlantis Regis Arcadiæ originem traxerunt.

Trojānus, a, um, *Trojano*, Τρωϊκός, quod ad Trojam spectat. *Virg. 2. Æn.* Trojanas ut opes, & lamentabile Regnum Eruerint Danai. *Horat. de Art.* Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo. ¶ *Equus Trojanus* proverbiali Metaphora pro clandestinis insidiis accipitur, & latenti periculo, tractum a fabula equi lignei, cujus fraude Græci Trojæ potiti esse dicuntur. *Cic. pro Mur. c.* 37. Intus, intus, inquam, est equus Trojanus, a quo nunquam me Consule dormiente opprimeminî. ¶ *Porcus Trojanus*, dicebarur aper, qui integer torrebatur, minutioribus animalculis veluti gravidus, quemadmodum & equus ille armatis hominibus gravidus fuit. *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 13.

Troïcus, a, um, Τρωϊκός, Tr

phonii antro vaticinari dicantur. V. *Adagia Erasmi*. Meminit hujus Trophonii *Cic. l. 1. de Div. c. 34.* itemque *Plin. l. 34. c. 8.*

Tropicus, a, um, adject. quasi dicas conversivus, a **Τρέπω**, *verto*. Signa tropica sunt quatuor, Libra, Capricornus, Aries, & Cancer, ita dicta, quod Sol cum ad ea in Zodiaco pervenerit, conversionem cursus sui, & anni mutationem facit: nam cum est *in signo* Cancri, quo tempore dies longissimi sunt, solstitium æstivum facit, paulatimque revertitur, descenditque usque ad Capricornum, ubi solstitium hyemale efficit, dieque brevissimos, similiter cum est in signo Arietis, noctes diebus æquales reddit, & Ver inducit; cum vero Libram ingressus est, tunc quoque dies æquat noctibus, & affert autumnum. *Manil. l. 3. v. 614.* Sed tamen in primis memori sunt mente notanda, Partibus adversis quæ surgunt condita signa, Divisumque tenent æquo discrimine Cœlum; Quæ Tropica appellant, quod in illis quatuor anni Tempora vertuntur signis, nodosque novas operum, rerumque figuras. Sequitur inde *Manilius* quatuor horum signorum effectus explicare. V. ibi reliqua. ¶ Apud Astronomos Tropici sunt duo circuli in sphæra, quorum alter Zodiacum in signo Cancri secat, alter in signo Capricorni, quia nimirum Sol cum ea signa tetigit, revertitur, ut dictum est. *Hygin. lib. 1. Astron. c. 6.* Hos *Plin. l. 2. c. 70.* Solstitiales, & brumales vocat. ¶ *Tropica*, absolute, h. e. mutationes, conversiones. *Petron. in Satyr. pag. 21.* Cœpi causam desidiæ præsentis excutere, cur pulcherrimæ artes perissent: tum ille: Pecuniæ, inquit, cupiditas hæc tropica intulit, *quæstu mutationi, & stravaganze*. ¶ Tropica locutio, *parlar figurato*. *Augustin.*

Tropis, is, f. **Τρόπις**, Græce sentinam navis significat: translate sumitur pro fundo lagenæ, atque hinc pro vino vapido, quod in fundo lagenæ est. Hujusmodi vino urebantur veteres in balneis vel ad lavanda corpora, vel ad vomitum provocandum. *Martial. l. 12. ep. 48.* Fumosæ feret ipse tropim de fæce legenæ.

* **Tropologia**, æ, f. **τροπολογία**, figuratus sermo ad mores relatus. *Hier. in Joel, c. 2.* Juxta tropologiam omnis anima terra est Domini.

Tropologice, adverb. tropologico more. *Hieron. in Sophon. c. 1.* Tropologice exponere aliquid.

Tropologicus, a, um, adject. *figurate*, **Τροπολογικός**, per tropos expressus. *Si don. l. 9. ep. 3.* Tropologicum genus, & figuratum. *Hieron. ep. 61. ad Pamach. cap. 3.* Tropologica interpositione aliquid subvertere.

Tropus, i, m. **Tropo**, **שנוי**, **Τρόπος**, mutatio vocis, vel sermonis a significatione propria in aliam, cum similitudine. Dixi *vocis*, *vel sermonis*, quia aliqui Tropi in uno vocabulo positi sunt, ut *Metaphora*, alii in oratione, seu pluribus vocibus, ut *Allegoria*. Hoc nomen factum est a **Τρέπω**, *verto*. Quare Latine Inversio, seu Immutatio dici potest. *Cic. in Bruto, cap. 27.* Ornati orationem Græci putant, si verborum immutationibus utantur, quos appellant **Τρόπους**, & sententiarum, orationibusque formis, quæ vocant **σχήματα**. *Quintil. l. 8. c. 6.* Tropus est verbi, vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio. ¶ Differunt tropi a figuris in eo, quod tropi in verbis a proprio sensu translatis fiunt; figuræ vero in rebus ipsis; ideoque & propriis verbis & ordine collocatis figura fieri potest, ut notat *Quintil. l. 9. c. 1.*

Tros, otis, m. **Τρώς**, filius Erichthonii, nepos Dardani, Rex Trojanorum. Filios procreavit, Ilum, Assaracum, Ganymedem. *Ovid. 4. Fast. Virgil. 3. Georg.* Demissæque ab Jove gentis Nomina, Trosque parens, & Trojæ Cynthius auctor.

Tros, ois, m. **Τρώς**, Trojanus. *Virg. 1. Æn. vers. 573.* Tros, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. ¶ *Troes* in plurali V. suo loco.

Trossili, m. Equites apud Romanos, qui sub Romulo *Celeres*, & postea *Flaminnes* appellati fuerant, ita dicti, quod Trossulum opp. Hetruriæ sine peditibus expugnassent. *Fest.* Trossuli equites dicti, quod oppidum Tuscorum Trossulum sine opera peditum ceperint. Idem narrat *Plin. l. 32. c. 2. Naxius c. 1. n. 240.* Crispus, Trossulos quasi trosulos dictos, hoc est bene habitos, & musculosum totis præcalidos. Eum induxit, ut ita scriberet, altera hujus vocis significatione, qua *dici cœpit de iis, qui cultu, & vitæ delicatioris genere aliis antecellunt. Varro apud Non. loc. cit.* Nunc emunt Trossuli nardo nitidi vulgo Attico talento equum. *Pers. sat. 1.* Unde istud dedecus, in quo Trossulus exulræ tibi per subsellia lævis. ¶ Quia autem Trossuli vox in malam partem sæpi cœperat, hinc factum videtur, ut Equites nominis hujus puderet, eos præsertim, qui veram nominis causam ignorarent, ut scribit *Plin. loc. cit.*

Trossulum, n. opp. medit. Thusciæ, exc. inter Volsinios 9. M. P. Ferentinos 8. ac inter Balneoregium, & Hortanum, apud Meonium opp. Locus adhuc dicitur *Trossula*, vel *Tresso*, & vicina fossa, *il vado di Tresso*. Ex eo Equites Romani Trossuli dicti. *Plin. l. 33. c. 2.*

* **Trous**, a, um, **τρωϊκός**, Trojanus. Troaque Peliacæ sternebat cuspidis ictu Agmina, *Ovid. Met. 12. v. 72. al. tetagus.*

* **Troxalis**. V. Tryxalis.

Trua, f. **Τορωΐν**, **חבת**, cochlear, quo cibus in ollis inter coquendum agitatur. *Tiro apud Non. c. 1. n. 68.* Cocus magnum shenum, quando fervit, paula confutat trua. ¶ A Varrone ita definitur, ut videatur esse genus vasis, vel potius canalis ad aquam transferendam. Scribit enim *l. 4. L. L.* Trua, quæ a culina in lavatrinam aquam fundunt. Additque *ib.* vocis originem. Trua, inquit, quod travolat ea aqua.

Trucidatio, onis, f. *trucidamente*, **φόνος**, **σφαγή**, cædes crudelis. *Cic. 4. Phil. c. 5.* Nullus ei ludus videtur esse jucundior, quam cruor, quam cædes quam ante oculos trucidatio civium.

Trucidator, oris, m. qui trucidat. *Augustin. de civ. Dei, lib. 1. c. 1.* Ibi accipiebat limitem trucidatoris furor.

Trucido, as, a. 1. *trucidare, tagliare a pezzi*, **טרש**, **קטל**, **חרג**, **המית**, Ger. *greulich todten, morden*, Gal. *massacrer, assommer*, Hisp. *matar cruelmente*, **κατα κόπτω**, crudeliter neco. Est a *trux*. Ac forte non est derivatum simplex, sed compositum a *trucitor*, & *cado*. *Virg. 2. Æn. v. 499.* Rapiunt aditus, primoque trucidant. *Cic. 1. Catil. c. 4.* Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. ¶ Usurpatur etiam translate. *Cic. pro Cal. c. 18.* Ne effundat patrimonium, ne fœnore trucideretur. ¶ Hinc trucidatus, a, um, apud *Tacit. 2. Annal. c. 45.*

* **Trucita**, æ, f. & **Trucitus**, i, m. *trotta, trutta*, piscis fluviatilis. *Isid. Orig. 12. 6. Plin. Valerian. 5. 43.*

Truculente, vel **Truculenter**, adv. *crudelmente*, **ἀπηνῶς**, crudeliter. *Cic. 2. Agr. c. 5.* Truculentius se gerebat, quam cæteri. *Quint. l. 6. c. 1.* Aspicere aliquem truculentissime.

Truculentia, æ, f. crudelitas. *Plaut. Trucul. 3. 2. 7.* Tuam expecto truculentiam.

Truculentus, a, um, *crudele*, **קשה**, **אכזר**, Ger. *scheuslich, ruckisch*, Gall. *fier, cruel*, Hisp. *cruel*, **ἀπηνής**, qui vultu crudelitatem præ se fert, aliosque terret. *Cic. pro Sex. c. 8.* Alter, o Dii boni, quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu! *Ovid. 14. Met. v. 804.* Fœta truculentior ursa. *Auct. ad Heren. l. 4.* Truculentissimum facinus. ¶ Inveniur dativo junctum. *Plin. l. 8. c. 4.* Sic & Tigris etiam feris cæteris truculenta. ¶ Usurpatur etiam pro rustico, agresti, & a communibus voluptatibus abhorrente. *Senec. Hippolyt. v. 469.* Truculentus, & silvester, & vitæ insestus tristem juventam, Venere deserta, colis. ¶ *Truculentus* titulus est Plautinæ comœdiæ, in qua inducitur quidam sævo ingenio, & inimico voluptatum.

Trudis, f. **מזרקון**, contus præacuta cuspide, quo naves, aliaque repelluntur, a *trudo*. *Isid. l. 18. c. 8. Virg. 5. Æn. v. 208.* Forrataque trudes. Ita est in antiquis quibusdam codicibus manuscriptis, & ita *Isidorus* legit, ubi vulgo *fudes*. Nec obstat, quod prior in *trudo* producatur, cum & a *dues*, quod priorem habet longam, *duces* dicamus non servata quantitate primigenii. *Tacit. l. 3. Ann. c. 46.* Quidam trudibus, aut furcis inertem molem prosternent.

Trudo, is, si, sum, a. 3. *spingere, sospingere, cacciare*, **דחף**, **דפק**, Germ. *stossen*, Gall. *pousser*, Hisp. *impeler*, **ὠθέω**, **ὠθίζω**, impello, propello. *Cic. 1. Tusc. c. 29.* Ut non ad mortem trudi, verum in cœlum videretur ascendere. *Plaut. Asin. 3. 1. 30.* Trudere aliquem foras. *Tacit. 1. Ann. c. 63.* Trudere cohortes in paludem. *Hor. l. 2. od. 18.* Trudiur dies die. *un dì segue, e cascia l' altro*. *Terent. Andr. 4. 4. 40.* Fallacia alia aliam trudit; proverbium est, cui respondet vulgatum illud, *un diavolo scaccia l' altro*.

* **Truella**, V. Trulla.

Truentinus, a, um, adject. a Truento. *Silius l. 8. v. 434.* Quique Truentinas fervant cum flumine turres.

Truentum, n. a. seu melius **Truentus**, Ptolemæo **Truentinum**, *Tronto*, fl. Piceni. Oritur ex Apennino M. in ipso limite Umbriæ, deinde per Picenum fluens, recepto ad Asculum Castellano amne aliquot milliaribus infra, prope vicum, *Porto Ascoli*, in Hadriaticum se exonerat, dividitque Marchiam Anconitanam ab Abruzio ulteriore. *Plin. l. 3. c. 13.*

Trulla, æ, f. **πυελίον**, **מחתה**, **כור**, diminutivum a *trua*, ut docet *Varr. l. 4. de L. L.* vas potorium scypho minus profundum, manubriatum, ex auro, aut ære, aliave quapiam materia, **λαξάς**, *a boccale*. *Cic. 6. Ver. c. 27.* Erat vas vinarium ex una gemma prægrandi tralla excavata cum manubrio aureo. *Id. ib.* Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, velle eam se diligentius considerare. *Hor. l. 2. sat. 4. v. 44.* Qui Vejentanum festis potare diebus Campana solitus trulla, idest vase fictili, qualia in Campania fingebantur. Alii exponunt pro vase æneo, *secchio*. ¶ *Acron* interpres Horatii scribit, trullam esse calicem deformem, & rusticanum. Sane *Cato de R. R. c. 10.* inter vasa etiam rustica enumerat, dum inquit: Villicum habere oportet urnam quinquagenariam unam, trullas tres. Et *c. 13.* In cellam olearium hæc opus sunt, trullæ æneæ tres &c. *Et infra*: Urceos fictiles duos, trullas ligneas duas. *Turneb. l. 7. c. 22.* His locis ait trullam esse vas aquarium, quo aqua hauritur de situlis, ahenis, aut labris, & in alia vasa transfunditur; *catza* dicitur a vulgo Italorum. ¶ Videtur etiam sumi pro vase, in quod ventris onus deponitur. *Pl. l. 34. c. 2.* Sunt vasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores modo in oscularia transferunt, modo in lucernas, modo in trullas, nullo munditiarum delectu. *Harduinus* legit *trulleos*. hoc est vasa ad lavandas manus. V. *Trullium*. Addi solet in hanc sententiam locus *Martial. l. 9. epigr. 98.* Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro. Deprensus dixit, *fidite*, quid ergo bibis? Item locus *Juvenal. sat. 3. v. 102.* Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo. Verum his locis commodius forta'se pro potorio vase trulla accipitur. ¶ Denique trulla putatur esse instrumentum, quo fabri murarii tectoriis inducendis, & poliendis utuntur, *cazzuola*. *Palladius l. 1. tit. 15.* prima trullis frequentetur inductio. Adde tit. 13. & *Isidor. l. 19. c. 18.* Cujus auctoritas in Latina lingua pene nullius est momenti. Hinc factum est verbum *trullisare* a *Vitruv.* usurpatum.

Trullium, i, n. *bacino*, **אגרטל**, **כף**, vasis genus, quo manus perluuntur, **χέρνιβον**, *Varro l. 4. de L. L.* Ab eodem est appellatum trulleum. Simile enim figura, nisi quod latius concipit aquam, & quod manubrium cavum non est. *Varro l. 1. de vita P. R. apud Non. c. 15. n. 32.* Itaque ea fibi modo ponere, ac suspendere, quæ utilitas postularet, trulleum, matellionem, pelvim, nasiternam. ¶ *Trulleus*, i, m. idem quod *trulleum*, legitur ab *Harduino* apud *Pl. l. 34. c. 2.*

Trullisatio, onis, f. actus trullisandi, inductio tectorii. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Postea autem supra trullisatione subarescente deformentur directiones arenati.

Trullisso, as, a. 1. *incrustare, intonicare un muro, oppure lisciarlo con la cazzuola*, **שקוף**, **κονιάω**, **παραλείω**, trulla tectorium induco. *Vitruv. l. 7. c. 3.* Coronis explicatis parietes quam asperrime trullissentur. *Id. ibid.* Inferior pars testa cum calce trullissetur.

Truncatus, a, um, *troncato*. *Claudian. de B. Germ. v. 89.* Manibus truncatus, & armis. *Pl. l. 9. ep. pen.* Quia antiquum illud e ligno quibusdam sui partibus truncatum est.

Trunco, as, a. 1. *troncare, spogliare*, **גזל**, **קטרת**, **μειόω**, **ἀποκόπτω**, **πέλλω**, aliquid truncum reddo, mutilo, amputo, in partes scindo. *Val. l. 6. Argon. v. 568.* Nec in medio truncantem marmore cervos. ¶ Hoc verbum rari est usus, frequentiusque usurpantur ejus composita *destrunco*, *obtrunco*, &c.

Truncillus, i, **ἀκρεμών**, **στελεχάριον**, parvus truncus. *Cels. l. 2. c. 19.* Præcipue tamen in ungulis, trunculisque fuum in pestolis capitulisque hœdorum. *h. e.* fructis carnis.

Truncus, i, m. *tronco*, **גזל**, Ger. *stock*, Gal. *tronc*, Hisp. *tronco*, **στέλεχος**, **κορμός**, pars arboris crassior, e qua rami amputati sunt. *Cic. 3. de Or. c. 46.* Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conservandamque naturam? *Virgil. 3. Georg.* Arboris obnixus trunco. ¶ Truncus item dicitur cadaver sine capite præcifo. *Virg. 2. Æn. v. 557.* Jacet ingens litore truncus, Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus. ¶ Dicitur etiam de statua corporis. *Cic. pro Rosc. Com. c. 10.* Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. ¶ Truncus columnæ est ipse columnæ scapus sine basi, & epistylio. *Vitruv. l. 4. c. 1.* ¶ Translate truncus usurpatur de homine stupido. *Cic. in Pison. c. 9.* Sed qui tanquam truncus, atque stipes, si steriisset modo, potuisset tamen sustinere titulum Consulatus. *Id. 1. de nat. Deor. c. 30.* Qui potest esse in ejusmodi trunco sapientia? ¶ Item de parte præcipua cujuscunque rei, principio, radice, stirpe. *Cic. 3. Tusc.* Stirpes sunt ægritudinis quam multæ, quam amaræ, quæ ipso trunco everso omnes elidendæ sunt. *Id. in Or.* Non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans. h. e. tota periodo, seu textu, & structura orationis.

Truncus, a, um, *troncato*, **tagliato**, **מקצץ**, Ger. *gestumt, und abgehauen*, Gall. *coupé*, Hisp. *cortado, descabeçado*, **κολοβός**, truncatus, mutilus. *Virg. 3. Æn. v. 659.* Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat. *Id. lib. 6. v. 497.* Et truncus inhonesto vulnere nares. *Id. 4. Georg.* Animalia trunca pedum. *h. e.* pedibus carentia. ¶ *Trunci* dicuntur homines, qui aliquo membro debiles aut manci sunt. *Pl. l. 7. c. 11. in fin.* Jam illa vulgata, varie ex integris truncos gigni, ex truncis integros, eademque parte truncos. ¶ Translate *Stat. 12. Theb.* Sermo truncus. h. e. inarticulatus, *parole stronche*.

Truno, onis, m. **ὀνοκρότταλος**, avis cygno similis, quæ supra rostrum nares habet valde prominentes, & in faucibus ipsis capacissimum ventriculum, quo omnia convertit, donec perfecta rapina, fensim inde in os reddita in veram alvum ruminantis modo refert. *Festus*. ¶ Truo item dicitur, qui enormem habet nasum. *Cæcil. apud eund. Fest.* Proh Dii immortales! unde prorepsit truno?

Truno, as, a. 1. **κινέω**, trua moveo, misceo. *Festus in Antroare*.

Trusatilis, & le, o. 3. **ὠστός**, quod truditur, a sup. *trusum*. verbi *trudo*, ut *Mola trusatilis*, quæ manibus protruditur, unde & manualis vocatur, *Cato R. R. c. 10.* Molas asinarias dnas, trusatiles unas. *Gell. 3. c. 2. de Plauto*: Ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasser.

Trusito, as, a. 1. frequentat. a trudo. *Phædr. fab. 38. v. 7.* Subito latrones ex insidiis advolant, interque eadem ferro mulum trusitant. h. e. verberando & vulnerando impellunt.

Trusso, as, a. 1. frequentat. a trudo. *Catul. carm. 56.* Deprendi modo populum puellæ trusantem. h. e. obscœne eam urgentem.

Trusus, a, *cacciato, spinto*, particip. a trudo, is. *Tacit. l. 5. histor. c. 25.* Proceres in arma trusos.

Trutina, æ, f. *statera, bilancia*, **מאזנים**, **פלס**, Ger. *Gelduvaag, schnsselvvaag*, Gall. *balance d'orfevre, trebuchet*, Hisp. *balde, trupiéra*, **πλαστιγξ**, **ζυγός**, **τάλαντον**, statera. Verus Persii Interpres, idest Cornutus, ad illud *Sat. 1. v. 10.* Examenve improbum in illa Castiges trutina, monet trutinam esse foramen, intra quod est lingula, de qua examinatio est, quod alii æquamentum, alii libramentum, alii æquilibrium vocant. Sed pro statera manifeste accipit *Vitruvius l. 10. c. 8.* Similiterque usi Cicero, Juvenalis, & alii. *Vitr. loc. cit.* Id autem ex trutinis, quæ stateræ dicuntur, licet considerare. ¶ Sæpe translate sumitur pro judicio, examine, æstimatione. *Cic. in de Or.* Ad ea probanda, quæ non aurificis staterа, sed populari quadam trutina examinantur. *Hor. l. 1. sat. 3.* In trutina ponetur eadem.

Trutinatus, a, um, *pesato, esaminato*, particip. signif. passivæ. *Sidon. l. 7. ep. 9. in concione*: Sratu satis superque trutinato.

Trutinor, aris, dep. 1. *pesare, esaminare*, pondero, examino, **שקל**, **פלס**, **σταθμάομαι**. *Pers. sat. 3. v. 82.* Exporrecto trutinentur verba labello.

Trux, ucis, o. 3. *servo, feroce, severo*, **אכזר**, Germ. *scheuslich*, Gal. *cruel*, Hisp. *cruel*, **ἀπηνής**, **ὠμός**, torvus, ferox, severus, ab *atrox*, per Aphæresin. *Cic. 2. de Div. c. 64. ex Pœta*: Capite brevi, cervice anguina, aspectu truci. *Id. 2. de nat. Deor. c. 42. ex Pœta*: E trucibusque oculis duo fervida lumina flagrant. *Id. 2. Agr.* Horridus, & trux tribunus plebis. *Tac. l. 4. Annal. c. 34.* Et Cæsar truci vultu defensionem accipiens, &c. *Pl. l. 22. c. 6. sub fin.* Herbæ tactu truces. *pungenti*. ¶ Cum infinito. *Sil. l. 3. v. 220.* Trux audere. ¶ Usurpatur etiam pro verendo. *Claud. de laud. Stilic. l. 1. v. 230.* Lucosque vetusta religione truces.

Trybilum, ii, n. **τρύβλιον**, catinus, paropsis, patina. *Plaut. Stich. 5. 4. 8.* Pro opibus nostris satis commode nucibus, fabulis, ficubus, olea in tryblio, &c.

* **Trychnos**, Strychnos, i, m. **τρύχνος**, herba duorum generum. V. *Pl. l. 22. c. 21.*

Tryga antiqui viaum appellabant, teste *Festo*; nempe a **τρύγη**, quod Autumnalem fructum omnium vindemiam significat. Hinc est *trygetus* apud *eund. ib.* hoc est vindemiator, **τρυγητής**.

Trygînon, i, n. genus atramenti e vinaceis facti, a **τρύξ**, **υγός**, *vinifaces. Pl. l. 35. c. 6.*

Trygon, onis, m. **τρυγών**, piscis quidam venenatus. *Auson. ep. 4. v. 58.* Lethalis trygon. Tryl-

Trylla, æ, f. idem quod trulla. *Dig. l. 34. tit. 2. leg. 19. in Edit. Tenentii.*

Tryxallis, is, **ζωξαλίς**, animal simile locustæ, sine pennis, quod aliqui arbitrantur esse illud, quod gryllus vocatur. Ita *Plin. l. 36. c. 6.*

T A N T E U.

Tu, tui, *tu*, **אתה**, Ger. *du*, Gall. *tu, toy*, Hisp. *tu*, **σύ**, pronomen primitivum, a Dorico **τύ**. Dores enim mutant **σ** in **τ**. Itaque & pro **σός**, dicuntur **τός**, unde Latinum *tuus*. *Cic. pro Rab.* Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cujusquam denique hominis popularis mentionem facis. *Plaut. Merc. 1. 2. 71.* Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem meris. *Ter. Eun. 4. 7.* Miseret me tui. ¶ Quando jungitur particula *cum*, ea fere postponitur. *Cic. 4. de Fin.* Quid si tecum ita loquatur? ¶ Interdum *tecum* ponitur pro *te* in accusativo: quod genus pleonasmi Comicorum est. *Ter. Heaut. 4. 4. 64.* Oravi tecum, uxorem ut duceres. *Plaut. Rudens. 3. 3. 50.* Mnesiloche, hoc tecum oro, ut illius animum regas. ¶ Item pro *tibi* Idem *Captiv. 5. 1. 10.* Tecum fervavi fidem. ¶ *Te* etiam pro *tibi* positum aliquando videtur, sicut *me* pro *mihi*: de quo V. in *Ego*. Itaque quod dixit *Ter. Heaut. 5. 2. 35. Te indulgebam*, fortasse hac ratione accipiendum est: quamquam non defunt exempla, in quibus *indulgeo* cum accusativo junctum legitur. V. ¶ Interdum *tu* jungitur cum syllabica adjectione *te*, & *met*, & significat *tu ipse*. *Plaut. Epid. 1. 1. 76.* Nisi quid tibi in tete auxilii est. *Cic. 1. Fam. ep. 8.* Ut tute mihi præcipisti. *Virg. Ecl. 3.* Ture ipse fatebere. *Senec. Hippol. v. 1217.* Nunc tibimet ipse supplicia ircoga. *Lucret. l. 4. v. 913.* Tutemet in culpa cum sis, nec cernere possis. ¶ *Tu* interdum vox est blandientis. *Ter. Eun. 4. 3. 21.* Tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem.

Tuatim, adv. tuo more, prout foles, a *tuus*. *Plaut. Amph. 2. 1. 4.* Ecce rem jam tuatim facis.

Tuba, æ, f. *tromba*, **שופר**, Ger. *eine trommeten*, Gall. *trompette*, Hisp. *trompeta, anafil*, **σάλπιγξ**, instrumentum incurvum ex ære, argento, vel alia materia usitatum præcipue in bello, cujus soniru milites, equique ad prælium instammantur, ita dictum quia tubum refert, idest canalem teretem, ac concavum quo aqua ducitur. *Cic. 2. Catilin. c. 6.* Cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam argenteam scirem esse præmissam. *Auct. ad Her. l. 4.* In concione de victute loquieris, in prælio per ignaviam tubæ sonitum perferre non potes. ¶ Tuba ænea inventa fuit a Piseo Tyrrheno. *Plin. l. 7. c. 56.* ¶ Translate *Cicer. Fam. ep. 13.* Tuba belli civilis. h. e. auctor, concitator. ¶ Poetice tuba ponitur pro poesi, & carminibus, præsertim heroicis. *Prudent. hymn. ante cib. v. 8.* Quæ veterum tuba, quæve lyra. *Martial. lib. 8. epigram. 3.* Dum tua multorum vincat avena tubas. ¶ Item pro eorum grandiloquentia. *Sidon. l. 4. ep. 3.* Tuam tubam torus orbis jure venerabitur. ¶ De discrimine inter tubam, & buccinam V. *Buccina*.

Tubantes, m. 3. pop. Germaniæ, ubi hodie Ducatus Vvestphaliæ ex parte, tempore Cæsaris, & postea Marsis junkti, aut parum discreti sedibus, quorum opp. Benthemum, *Benthem*. Secundum *Pyramum*, & *Ferrarium* eorum regio fuit *Tuvenel*, in Transilsalana, apud Frisiæ, & Vvestphaliæ confinia, in qua Almesola, & Guria opp. una cum Saliis veteribus, & Marsis.

Tubarius, iii, m. qui tubas facit, **σαλπιγγοποιός**, *l. 6. Dig. de jure immunit.* Tibacii, cornuarii, arcuarii.

Tuber, eris, n. *tumors, gonfiamento*, **שאת**, **ὄγκος**, tumor. sive callus in quocunque corpore eminens, a *tumeo*, ut *faber a facio*. *Ter. Adelph. 2. 2.* Præterea colaphis tuber est totum caput: Quidam putant, hic adjectivum esse. Sed fallunt. Sententia enim est: caput est totum tumor. *Plin. l. 8. c. 18.* Tubera bina in dorso habent cameli. ¶ Translate *Horat. l. 1. sat. 3. v. 73.* Qui ne tuberibus propriis offendat amicum, Postulat, ignoscat verrucis illius. h. e. majoribus vitiis. ¶ Nec solum tuber dicitur de tumore in corpore animalium, sed etiam de callo præduro in arboribus eminente, de duritie illa in arboribus extante ad nodi similitudinem. *Plin. l. 16. c. 16.* Reperitur & in alno tuber tanto deterius, quanto ab acere alnus ipsa distat. ¶ Tuber quoque dicitur callus quidam terræ, seu fructus, qui sub terra nascitur, siccis in locis, ubi ulla cavie proveniens, nullisque radicis nixus capillamentis, vulgo *tartuffo*, seu *tartuffolo*, Ger. *bubel od. buger*, Gall. *truffe, bosse*, Hisp. *turondon, ûñor*. *Plin. l. 19. c. 2.* Tubera hæc vocantur, undique terra circundata, nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec utique extuberante loco, in quo gignuntur, aut rimas agente, neque ipsa terræ cohærent. Siccis hæc fere, & fabulosis locis, fruchetosisque nascuntur. Excedunt sæpe magnitudinem mali coronei, etiam librali pondere, &c. *Id. c. 3.* De tuberibus hæc tradunt peculiariter, eum fuerint imbres autumnales ac tonitrua crebra, tunc nasci, & maxime e tonitribus, nec ultra annum durare, tenerrima autem verno esse, &c. ¶ Hoc cibi genus in deliciis cœnarum fuit apud veteres, præsertim quod ex Africa advehebatur. *Juven. sat. 5. vers. 116.* post hunc radentur tubera, si ver Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas Majores: tibi habe frumentum. Alledius inquit, O Libye, disjunge boves, dum tubera mittas.

Tuber, eris, f. arbor ex malorum genere. *Col. l. 11. c. 2.* Possunt etiam his diebus cerasi, & tuberes, & armeniacæ, atque amygdala, cæteraque arbores, quæ primæ florent, inseri commode. *Plin. l. 15. c. 14.* Peregrina sunt zizipha, & tuberes, quæ & ipsa non pridem venere in Italiam. Hæc ex Africa, illa ex Syria.

Tuber, eris, m. fructus tuberis arboris. *Suet in Dom. c. 16.* Oblatos tuberes servare justit in cratinum. *Plin. l. 15. c. 14.* Tuberum duo genera: candidum, & a colore fericum dictum; pene peregrina sunt in uno Italiæ agro Veronensi nascentia, quæ adnumerandum videntur. ¶ Translate.

Tuber terræ, **κολοκύνθιον**, herba folia habens minora, quam hedera, nigriorisque, & tenuiora, sine angulis, in quibus albicans maculæ, caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, ut rapum videri possit, cortice nigro. Nascitur in umbrosis. *Plin. l. 25. c. 9.*

Tubrans, antis, partic. *protuberante*, tuber faciens. *Apul. l. 2. Met.* Rosa soluta in sinu tuberante.

Tuberatus, a, um, apud Festum in *Oerem*.

Tuberculum, i, m. *picciola protuberanza*, **ὀγκύλιον**, exiguum tuber. *Plin. l. 11. c. 11.* Apes regias extruunt tubercula eminentes. *Col. l. 7. c. 5.* Seu cum idem locus tuberculum habet.

Tuberosus, a, um, adj. *protuberante, pieno di tumori*. *Van. l. 1. R. R. c. 49.* Tuberosus campus. *Petron. in Satyr.* Calvus tuberosissimæ frontis.

Tubicen, inis, m. *trombettiere, trombetta*, **תוקע**, **σαλπιγκτής**, qui tuba canit. Tubicinum usus fuit præcipue in militia. Hi enim ad prælium vocabant milites, & rursum receptui canentes, revocabant. *Veget. l. 2. c. 7.* Tubicines, cornicines, & buccinatores, qui tuba, vel æreo cornu, vel buccina committere prælium solent. *Sen. ep. 79.* Nec tubicen prædicationi nomipis nostri silentium faciens. ¶ In funeribus quoque adhibiti sunt tubicines, qui canerent. Hinc de eo, qui desperatæ salutis sit, proverbio dicimus, *licet ad tubicines mittas*. h. e. fanus tuum parare tibi potes, jam jam morituros. *Petron. in Satyr. c. 85.* Si idem frigus genus, manusque tentaverit tuas, licet ad tubicines mittas. ¶ De discrimine inter tubicinem, & cornicinem. V. in *Æneator*. ¶ Tubicines item fuere Sacerdotes, qui tubis lustrandis sacrificabant. *Festus*: Tubicines etiam ii appellantur, qui Sacerdotes viri speciosi publice sacra faciunt tubarum lustrandarum gratia.

Tubilustrium, ii, n. festum, quo tubarum lustratio fiebat. *Varro l. 5. de L. L.* Tubilustrium, quod eo die in atrio Sutorio sacrorum tubæ lustrabantur. *Adde Festum*. Fiebat autem ea lustratio agna, ut ex Festo colligitur, idque 10. Cal. Aprilis, idest die 23. Martii, & 10. Junii, idest die 23. Maji. Id cernere est in Calendario. Item e Fastis cognoscitur. *Ovid. 3. Fast.* Summa dies e quinque tubas lustrare canoras Admonet, & forti sacrificare Deæ. *Id. l. 5. v. 725.* Proximia Vulcani lux est, tubilustria dicunt, Lustrantur puræ, quas facit illa, tubæ.

Tubulato, onis, f. Dispositio alicujus rei in modum tubuli, excavatio. *Apul. l. 2. Florid. post init.* Flexa tubulatione ligulæ.

Tubulatus, a, um, cavatus ad effigiem tubuli. *Plin. l. 9. c. 36.* Alterum purpura vocatur cuniculatim procurrente rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato, qua proferrur lingua.

Tubstius, i, m. *canalesto*, **צינור**, Ger. *teuchlein*, Gal. *petit tuyau*, Hisp. *atanorillo*, **σιφώνιον**, **σωλήνισκος**, canaliculus, seu fistula minor, dim. a *tubus*. *Varro*

l. 1. de re rust. c. 8. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, qua humor adventicius transire possit. ¶ Tubuli olim in parietibus fiebant, quibus calor ignis ex fornace accendentis primum parietem, deinde & locum vicinum calefaciebant. *Procul. l. 13. Dig. de servit. urb.* Non licet tubulos habere admotos ad parietem communem, quod per eos flamma torretur paries.

Tuburcinabundus, a, um, adj. avide comedens, vorax. Vox est *Catonis*, & tanquam nimis veruta rejicitur a *Quintil. l. 1. c. 6.*

Tuburcinatus, a, um, esus, devoratus, partic. a **tuburcinor**. *Apul. 6. Met.* Prandio raptim tuburcinato.

Tuburcinor, aris, d. 1. **אכל**, **καρφίτομαι**, raptim comedo, ut *Non. c. 2. n. 851. interpretatur*. *Tisius. ib.* Tuburcinari sine me vultis reliquias. *Plaut. Pers. 1. 3. 42.* Tuburcinari de suo, liquid est domi.

Tubus, i, m. *canna, canuone, doccione*, **ענור**, Ger. *ein teuchel*, Gal. *tuyau, canal*, Hisp. *anafor*, **σίφων**, **σωλήν**, canalis teres, & concavus, seu fistula major, qua aqua ducitur. *Plin. l. 16. c. 42.* Piceæ, alni ad aquarum ductus in tubos cavantur. ¶ Translate *Martial. l. 11. ep. 62.* Modo qui per omnes viscerum tubos ibat.

Tucca, masc. 1. vir eruditus, Augusti temporibus, Virgilio amicissimus, & ex parte testamenti hæres, cui Augustus una cum Vario, & Plotio Æneidum, quam cremari Poeta testamento jusserat, ea lege dedit emendandam, ut nihil adderet. *Servius*.

Tuccetum, i, n. genus farciminis ex suillis extis, vel caninibus minutatim concisis, & omento, vel reticulo vestitis, factum coctumque farragine ex oleo, vel butyro. *Varus Persii Scholiastes*, tuceta, ait, est carnis bubulæ cruditis commentis conditæ, quæ toto anno servant Galli Cisalpini. *Varus Gl. Fr.* Tuccementis conditas, quas toto anno servant Galli Cisalpini. *Varus Gl. Fr.* Tuccementum, **ταμαῖος πυκνός**. *Fulgentius de priscr. serm.* esicas regias dici ait. Ex qua scriptorum varietate colligere possumus, varii generis tuceta esse: pauperiorum quidem vulgaria, & ex vili conditura, ditiorum vero, & galloliorum magis exquisita. *Pers. Sat. 2. v. 43.* Grandes patinæ, tucetaque crassa. *Apul. l. 2. A. A.* Tuccetum peniquam sapidissimum.

* **Tucharchus**. V. Tochacharchus.

Tuder, tis, n. *Todi*, col. & urbs Umbriæ, in colle, apud Tiberim fl. media inter Perusiam, & Narniam 20. M. P. partis S. Martini Papæ. *Sil. l. 6. v. 644.* Excelso summum qua vertice montis Devexum lateri pender Tuder, at

Tullus Hostilius, tertius Rex Romanorum, qui Numæ successit. *Liv. l. 1. c. 26.*

Tulo, is, a. 3. *portare*, usurpatum est a veteribus, teste *Priscian. lib. 8. & 10. & Diomed. l. 1.* a quo remansit *tuli* in præterito verbi *Fero*.

Tum, *cosj., ma, ta, δέ, μελίστα, δὲ, אז, אָז, אָזַי, כֵּן, גַּם*, conjunctio, quæ in oratione plerumque subsequitur conjunctionem *cum*, ejusdem fere significationis, nisi quod *tum* majus quiddam in se contineat, aut specialius. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 1.* Cum multæ res in Philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis quæstio &c. Adde *4. Tusc. c. 1.* ¶ In rebus paribus *tum* geminatur. *Cic. 4. Ver.* Tum semper, tum in his ipsis rebus. *Id. Att. 9. ep. 3.* Disserto in utramque partem tum Græce, tum Latine, *ora in Græco, ora in Latino*. ¶ Sæpe conjungitur cum *autem*, pro *tum etiam*. *Cic. 2. de nat. c. 39.* Aer tum fusus, & extenuatus sublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. ¶ Item cum *vero*, etiam sine particula *cum* præcedente, pro *tum etiam*. *Cic. 1. de Or.* Ex his & dignitatem maxime expetendam videmus, tum vero justus, atque honestus labor honoribus, præmiis, atque splendoribus decoratur. ¶ Accipitur etiam pro &, præsertim si sæpius repetatur. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius moventur, tum tardius. ¶ Est etiam adverbium, & accipitur pro *deinde*, vel præterea, *in oltre, di poi, dipiù. Ter. Andr. 1. 5.* Laborat e dolore, atque ex hoc misera solicita est, tum autem hoc timet, Ne deseras se. *Id. Eun. 3. 78.* Quid tum postea? *che farà poi? Cic. 2. Phil. c. 8.* Cedant arma togæ: quid tum? nonne cesserunt? *che seguì poi?* Sic, *tum præterea: in oltre, di più. Cic. ad t. 1. in Ver. c. 1.* ¶ Item pro *tunc*. *Cic. Att. l. 7. ep. 6.* Nisi forte hæc illi tum arma desimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. ¶ In hac acceptione similiter conjungitur eleganter cum *vero*, vel *autem*. *Virg. 1. Æn.* Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo. ¶ Item cum *denique*, vel *demum*. *Cicer. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1.* Tum denique fore beatas Respublicas putavit, si aut docti, aut sapientes homines eas regere cœpissent. *Liv. l. 3. c. 20.* Tum demum impulsi Latini, perculsaque inclinavit acies, *allora finalmente, allora fu che &c.*

Tumba, æ, f. *tomba*, קֶבֶר, τύμβος, sepulcrum; a τύφω, uro, ut proprie sit bustum. *Pudent. περὶ σεφ. 4. de S. Hippol. v. 9.* Sunt & mutæ tamen tacitas claudentia tumbas Marmora.

Tumefacio, is, feci, factum, a. 3. *enflare*, הִצְבֹּת, Ger. *aufblehen, aufschwellen*, Gal. *enfler, faire enfler*, Hisp. *hinear*, ἐξογκόω, tumidum facio. *Ovid. 15. Met. v. 103* Extentam tumefecit humum.

Tumefactus, a, um, partic. a tumefio. *Martial. l. 4. epigr. 11.* Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes.

Tumens, entis, 0. 3. *οἰδάνων, gonflo. Virg. 2. Æn.* Pedes tumentes. ¶ Translate *Cic. 3. Tusc. c. 9.* Sic igitur inflatus, ac tumens animus in vitio est. h. e. superbiens. *Tacit. 1. hist. c. 16.* Nero longa Cæsarum serie tumens.

Tumeo, es, mui, sine sup. *essere gonfio*, נִבְאָה, Ger. *geschwollen sd. aufgeblasen sein*, Gal. *être enflé, être & orgueilleux*, Hisp. *hinear, οἰδέω, οἰδάνω*, ἐξογκόω, tumidus sum, inflatus sum. *Virg. 2. Georg. v. 324.* Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt. *Ov. 3. Met.* Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno. *Tibull. 1. 1. eleg. 8.* Et tua jam fletu lumina fessa tument. ¶ Translate ponitur pro superbire, quoniam inflati quodam modo superbientium animi videntur. *Cic. 3. Tusc.* Sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. *Hor. l. 1. ep. 1.* Laudis amore tumens. ¶ *Tumere alicui*, est alicui iratum esse, nam qui irascuntur, illis *fecur bile tumet*, ut *Hor. l. 2. od. 1.* loquitur. *Stat. l. 2. Silv. 1. v. 58.* Accensum quis bile feret? famulisque tumentem Leniet? ¶ Hinc tumere etiam dicuntur, qui irritati sunt, & seditiones, bellumve meditantur. *Tacit. 2. hist. c. 32.* Quoniam Galliæ tumeant. *Plin. in Pan. c. 14. p. 80.* Tumentes populos non imperio magis, quam ratione compescere. ¶ Huc pertinet & illud *Cic. Att. lib. 14. epist. 4.* At ego te istic quotidie aliquid novi suspicor: tument negotia, h. e. in eo statu sunt, ut in tumultum, aut bellum erumpant,

Tumesco, is, *n. 3. enflarsi, ἀγκώομαι, ἀγκώδης γίγνομαι*, tumidus fio, inflor. *Virg. 1. Georg.* Continuo ventis surgentibus aut freta ponti Incipiunt agitata tumescere. *Id. 2. Georg.* Maria alta tumescunt. ¶ Translate est irritari, superbire, gliscere. *Virg. 1. Georg. v. 165.* operta tumescere bella. *Claudian. 1. in Eutrop. v. 176.* alteque tumescunt serviles animi.

* Tumicla, æ, f. tumicula, *cordicella*, funiculus. *Apul. 8. Metam.* me tumicla spartea deligatum tradidit Philebo.

Tumide, adv. *superbamente*. *Plaut. Asin. 3. 3. 115.* Ut tumide is! Ita *Mercurius*. Alii *ut tu incedis! Senec. Suasor. 1. in fine*: Ut sententiam adjectione supervacanea, atque tumide perderet. Al. leg. *tumida*. *Id. l. 4. Controv. 25.* Tumidissime dixit Murrhedius.

Tumiditas, atis, f. idem ac tumor. *Firmic. l. 8. c. 29.* Qui ventris tumiditate correpti hac ex causa moriantur.

Tumidosus, a, um, adject. tumidus, tumens, ut Tumidosi colles, *Ammian. l. 21. c. 10.* Al. leg. *tumulosi*.

Tumidulus, a, um, adject. diminut. *tumidesco*, ut tumidulæ gingivæ, *Apulej in Apol. g.*

Tumidus, a, um, o. 1. 2. *gonfio, enfiato, tumido*, זָר, עֲבֹת, Germ. *geschwollen*, Gal. *enflé*, Hisp. *hincado*, ὀγκώδης, inflatus. *Cic. 3. Tusc.* Num aliquod quod piam membrum tumidum, ac turgidum non vitiose se habet? *Virg. 3. Æn. v. 157.* Nos tumidum sub te permensi classibus æquor, *Cels. l. 2. c. 6.* Tumidiores oculi. ¶ Tumidæ terræ dicuntur, quæ in colles tument. *Tacit. 2. Annal. c. 23.* ¶ Per translationem accipitur pro superbo. *Ovid. 8. Met. v. 495.* Vivusque, & victor, & ipso Successu tumidus Regnum Calydonis habebit? ¶ Item pro magno, ingenti. *Hor. l. 2. Sat. 5.* Urge, & Crescentem tumidis infla sermonibus utrem. h. e. magnis laudibus.

Tumor, oris, m. *gonfiatura, enfiagione, enfiamento*, שְׁאֵת, Germ. *das aufblahen sd. geschwellen, geschwulst*, Gal. *enflure*, Hisp. *hincazon, οἴδημα οἴδησις, ὄγκος*, inflatio. *Cic. 4. Tusc.* Citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. *Cels. l. 4. c. 28.* Donec aliquid ex tumore minuisse, coloremve ulceri magis naturalem reddidisse videatur. ¶ Tumores terræ dicuntur colles, & tumuli, *Frontin. de colon. p. 126.* ¶ Translate ponitur pro perturbatione animi, præcipue pro superbia, & ira. *Cic. 3. Tusc.* Et quidem invereceo malo, cum tumor animi resedisset. ¶ Item pro rerum commotione, & eruptione. *Cic. Att. l. 14. ep. 5.* Ne deserere videret hunc rerum tumorem.

Tumulamen, inis, n. *sepolcro*, tumulus. Verus quoddam epitaphium apud *Fabret. pag. 634.* Ipse meis quod constituit tumulamina membris.

Tumulatus, a, um, *sepolto. Martial. l. 11. epigr. 92.* Æolidon Canace jacet hoc tumulata sepulcro.

Tumulo, as, a. 1. *seppellire, sotterrare*, קָבַר, Ger. *begraben, bestatten*, Gal. *enterrer*, Hisp. *sepultar*, θάπτω, sepelio, in tumulo condo. *Capitol. Argon. 39. al. 65.* Nec injecta tumulabor mortua terra. *Ov. 8. Met. v. 720.* Non sim tumulandus ab illa.

Tumulosus, a, um, adject. *pieno di colline, o tumuli. Sallust. in Jug. c. 91.* Pervenit in locum tumulosum.

Tumultuarie, adv. *in fretta, παραταχύνως*, cum tumultu, festinanter. *Ammian. l. 24. c. 8.* His ruptim, ac tumultuarie actis. *Spartian. in Caracal. cap. 6.* Tumultuarie cum Parthorum Satrapis manum contulit.

Tumultuarius, a, um, *Σορυβωδιάτικος*, שׁוֹאָה, quod in tumultu factum est; ut *tumultuarii milites*, qui in tumultu evocabantur, idest in bello Italico, & Gallico. Hi milites fiebant per conjurationem. Nam quia singulos interrogare non vacabat propter præsens periculum, qui fuerat ductorus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, unum roseum, quo pedites evocabat, alterum cæruleum, quo equites, dicebat; *Qui vult salvam Rempublicam, me sequatur*, & qui convenissent, simul jurabant. Unde dicebatur ista militia conjuratio. *Serv. in 8. Æn. Sigon. l. 3. de ant. jur. C. R. c. 15. Liv. l. 5. c. 37.* Quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto sese ad undecimum lapidem occurfum est. *Id. l. 38.* Mens ea Senatui fuit, ut in Hispania tumultuarii milites legerentur. ¶ Translate sumitur pro omni eo, quod sine præmeditatione, & subito factum est, *facta in fretta, παραταχικῶν*, ut Tumultuarium opus, tumultuaria oratio, &c. Nam in tumultu omnia præpropere administrari publice, privatimque solita fuere cum bellum urgens, & quasi muris imminens solemnes actus non admitteret. *Quintil. l. 10. c. 7.* Nec tumultuarii, nec fortuiti sermonis contextum mirabor unquam.

Tumultuatim, adv. properanter, temere. *Sidon. l. 4. ep. 11.* Non tumultuatim domestinæ suæ opes exogaturus.

Tumultuatio, onis, f. *διαβόησις*, לְהִלָּחֵם, actus tumultuandi. *Liv. l. 38. c. 9.* Hæc tumultuatio Regem cupientem, si se sequerentur, raptim evadere angustias, revocare primos, & eadem, qua venerat, via referre coegit signa.

Tumultuo, as, n. 1. *fare tumulto*, רָגַז, הָמַה, *Σορυβέω, Σορυβάσκω*, in tumultu sum, in perturbatione sum. *Plaut. Rud. 3. 2. 29.* Ut mihi istud dicas negotii quid sit, quod tumultues. *Cæs. l. 7. B. G. c. 61.* Uno fere tempore sub lucem hostibus nunciatur, in castris Romanorum præter consuetudinem tumultuari

Tumultior, aris, d. 1. idem ac tumultuo. *Cic. 2. Agr. c. 37.* Ego is Consul, qui concionem metuam? qui Tribunos Plebis perhorrescam? qui sæpe, & sine causa tumultiuet? *Id. pro Cæl. c. 15.* Quid tumultuaris soror? quid insanis? *Ascit. ad Her. l. 4. c. 15.* In otio tumultuamur, in tumultu solus es otiosus.

Tumultuose, adv. *Σορυβωδῶς*, cum tumultu. *Liv. l. 2.* Adeo tumultuose excepta est clamoribus undique, & indignatione Patrum. *Cæs. l. 7. B. G. c. 45.* Iis imperat, ut paulo tumultuosius omnibus in locis pervagarentur. *Liv. l. 1. cap. 40.* In vestibulo regiæ, quam potuere tumultuosissime specie rixæ in se omnes apparitores regios convertunt.

Tumultuosus, a, um, *tumultuoso, sedizioso*, qui turbas excitare solitus est. *Liv. l. 4. c. 28.* In otio tumultuosi, in bello segnes. ¶ Sumitur etiam passive, pro eo, qui est plenus tumultu, *confuso, Σορυβώδης. Plaut. Trin. 5. 2. 52.* Quis homo Tam tumultuoso soniru me excivit subito foras? *Cic. de Invent. c. 3.* Si ex seditiosa, ac tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum. *Horat. l. 3. ode 1.* Neque tumultuosum sollicitat mare, *tempestuoso. Liv. l. 2. c. 10.* Tumultuosissimum genus pugnæ. *Vellej. l. 2. c. 74.* Italia tumultuosior.

Tumultus, us, m. *tumulto, subbuglio, rumore*, מְהוּמָה, קֶשֶׁר, רַגְשָׁה, Ger. *auffruhr, entporung, gewuull*, Gal. *trouble, emeute, mutinerie*, Hisp. *alboroto*, Σόρυβος. Ita dicebatur a Romano bellum aliquod subitum, quod ob periculi magnitudinem, hostiumque vicinitatem magnam Urbi trepidationem incutiebat. Proprie autem tumultum dicebant bellum Gallicum, aut Italicum. *Cic. 8. Phil.* Belli nomen ponendum in sententia quidam non putabant, tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, sed etiam verborum. Potest esse bellum sine tumultu, tumultus esse sine bello non potest. Quid est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor (al. *tumor*) oriatur, unde etiam nomen ductum est tumultus? Itaque majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem esse tumultum, quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello vacationes valent, tumultu non valent. Hæc *Cic.* qui *Phil. 5. c. 12.* Rem, inquit, administrandam arbitror sine ulla mora, & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, justitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi fublatis vacationibus in Urbe, & in Italia. Hisce verbis *Cic.* omnia tumultus signa expressit, quibus apparet, omnia in tumultu præpropere administrari publice, privatimque solita, cum bellum urgens, & quasi muris imminens solemnes actus non admitteret. *Liv. l. 7.* Dictator cum tumultus Gallici causa justitium edixisset, omnes juniores sacramento adegit. ¶ Translate ponitur generatim pro omni perturbatione, trepidatione, metu. *Virg. 2. Æn.* Hic Ithacus vatem magno Calcantha tumultu Protrahit in medios. *Cæs. l. 1. B. Civ.* Hanc enim inito tumultu evocaverat, reliquæ nondum convenerant. *Cic. 2. Catil.* Mihi, ut Urbi sine vestro metu, ac sine ullo tumultu satis esse præsidii, &c. *Sallust. in Jugurt. c. 55.* Tumultum facere. *Tacit. 4. hist. c. 16.* Tumultum comprimere. *Liv. l. 25.* Præbere tumultum civitati. ¶ Repetitur etiam genitivus *tumulti*, ut sit 2. declinat. *Plaut. Casi. 3. 5. 22.* Quid intus tumulti fuit? *Ter. Andr. 2. 2. 28.* Nihil ornati, nihil tumulti.

Tumulus, i, m. *monticello*, תֵּל, Ger. *hugel, item ein grab, Gal. terre, monceau, sepulchre*, Hisp. *cerro*, λόφος, collis, colliculus e terra nonnihil eminens. *a tumeo. Cæs. l. 1. B. Gall.* Planities erat magna, & in ea tumulus terreus satis grandis. *Virg. ἐν ἑνιαυτῷ*, ubi sepulcrum. Est urbe egressus tumulus. ¶ Aliquando ponitur pro sepulcro, quia ibi coacervari terra consuevit. *Virg. 3. Æn. v. 321.* O felix una ante alias Priameia virgo Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Justa mori. *Cic. pro Arch.* Cum Alexander in Sigæo ad Achillis tumulum astitisset. ¶ *Tumulus honorarius*, est cenotaphium, hoc est vacuum sepulcrum, quod in mari submerso, eique, cujus corpus haberi non poterat, erigi solebat. *Suet. in Claud. c. 1.* Cæterum exercitus ei honorarium tumulum excitavit, circa quem, &c.

Tun? pro Tunc. *Ter. Eun. 1. 2. 8.* Hem, tun' eras? *eri forsè tu?*

Tuno, *allora*, אָז, τότε, eo tempore. Dicitur de futuro, & præterito tempore. *Virg. 4. Æn.* Tunc decuit, cum sceptra dabas. *Cic. 7. Phil.* Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen justa: nunc nulla est. *Hor. de ar. Poet. v. 103.* tunc tua me infortunia lædent. ¶ Interdum ei additur genitivus *temporis. Justin. l. 1. c. 4.* Sed de gente obscura tunc temporis Persarum Cambysi mediocri viro in matrimonio traditit. ¶ Cum verbo præsentis temporis. *Stat. 5. Theb. v. 81.* Nam me tunc libera curis Virginitas, annique tegunt.

Tundo, is, tutudi, tusum, & tunsum, a. 3. *percuotere, battere, pestare*, נָתַשׁ, כָּתַת, תָּכָה, Ger. *zer stampffen*, Gal. *frapper, broyer*, Hisp. *tundir, πάπτω, πλοάω, ἐράσσω*, percurio, pulso, ab antiquo *tudo*, unde *tudes, & tuditare. Diomedes* docet, hoc verbum habere duplex præteritum, & duplex supinum, scil. *tutudi, tusum, tunsi, tunsum. Tutudi* affertur etiam a *Varr. l. 8. de L. L.* cujus quidem penultima plerumque brevis est, ut ex compositis patet; produxit tamen *Ennius* apud *Priscian. l. 10. in Contudit. Plaut. Asin. 2. 1. 14.* Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? *Cic. 7. Ver. c. 54.* Cum illi nihilominus jacenti lacera tunderentur, ut aliquando spondere se diceret. *Ovid. 1. de Art. v. 515.* Tundere pectus. ¶ Transfer. dicitur de verbis, pro iterare, sæpius idem repetere. Et est translatio sumta a malleo fabrorum sæpe percurrente. *Ter. Hec. 1. 2.* Tundendo, atque odio denique effecit senex. ¶ *Tundere assibus eandem incudem*, proverbialiter dicitur, pro indefatigabili assiduitate in operis alicujus studio perseverare, metaphora ducta a fabris, crebris ictibus incudem ferientibus, atque ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labore vincentibus. *Cic. 2. de Or. c. 39.* Ego autem siquem quod plane rudem institui ad dicendum velis, his potius tradam assiduis, uno opere eamdem incudem diem noctemque tundentibus. ¶ *Tundere aures*, est obtundere, sæpe idem reperendo. *Plaut. Pœn. 1. 3. 25.* Pergin' aures tundere? participia *tunsus*, & *tusus* V. suis locis.

Tunica, æ, f. *tonica, tonaca*, כְּתֹנֶת, Ger. *ein rock, ein hemd*, Gal. *tunique, saye, chemise*, Hisp. *sayo, habirol*, χιτών, vestis interior apud Romanos, cui toga superinduebatur, qua tum viri, tum mulieres utebantur, respondetque ei quæ ab Italis dicitur *sori' abito, camiciuola, sottana. Varro l. 4. de L. L.* censet esse vel a tuendo, vel ab inducendo. Inquit enim: Tunica ab tuendo corpore: tunica ut ut induca. *Cic. 2. de Or.* Diligeare tunicam, & judicibus cicatrices adversas ostendere. ¶ Tunica anguftior, & brevior, quam toga, fuit, ac primum sine manicis, deinde manicata, ac cinctu constricta est: de ejus longitudine ita *Quintil. l. 11. c. 3.* Cui laticlavi jus non erit, ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua paululum, posterioribus ad medios poplites ejus deperveniant. Nam infra mulierum est, supra centurionum. ¶ Tunicæ manicatæ, & talares, ideft usque ad talos demissæ, fuere mulierum propriæ: in viris semper probro objectæ fuere. *Gell. l. 7. c. 12.* Tunicis uti virum prolixis ultra brachia, & usque in primores manus, ac prope in digitos Romæ, atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco vocabulo nostri *χειριδωτὰς* appellaverunt: Feminisque solis vestem longe lateque diffusam decere existimaverunt ad ulnas, cruraque adversus oculos protegenda. Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt; postea subtilitatas, & breves tunicas citra humerum desinentes habebant. Quod genus Graeci dicunt *ἐξωμίδας*. Hæc antiquitate inducta P. Africanus Pauli filius P. Sulpitio Galloi homini delicato inter pleraque alia, quæ objectabat, id quoque probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. Hactenus *Gell. Cic. in Catil. c. 20.* Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut barbatos videris, manicatis, & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. *Virg. 9. Æn.* Et tunicæ manicas; & habenr redimicula mitræ. ¶ Romani diu tunica caruerunt sola toga amicti, ut apparet ex *Gellii* verbis. Postquam vero tunica introducta est, eam fere semper, & ubique gestabant, una cum toga. Sed in exercitationibus togam ponebant, tunicam retinebant. *Plutarchus* scribit, Catonem majorem per hyemem tunica exomide sumpta, per æstatem nudum opus in agro perfecisse. Dixi *fere semper*. Nam tunicam multi & privati, & in Magistratu omiserunt. Testis est Aero, qui rationem reddens, cur *Horatius* Cethegos *cincinnos* dixerit, vel campestre ab umbilico ad pedes, reliquo corpore exerto, & nudo, nisi toga tegeretur. Etiam Candidati sine tunica cum toga candida prensabant, ut *Plutarchus* scripsit in *Coriolano*. *Padianus* Catonem jus dixisse, cum esset Prætor, sine tunica, campestri sub toga cinctum notavit, eumque morem repetiisse ex Staturis Romuli, & Camilli ætate factis. Contra plerique morem repetiisse ex Staturis Romuli, & Camilli ætate factis. Contra plebecula, præsertim turba forensis (item rustici in agris) tunica usa est sine toga, aut pallio. Hinc *Horatius l. 1. ep. 7.* populum tunicatum vocat: Vilia vendentem tunicato scruta popello. ¶ Tunica duplex fuit, *recta*, & *clavata*. Recta tunica dicebatur, quæ erat sine clavis. Inventa est a Tanaquile uxore Tarquinii Prisci, teste *Plin. l. 8. c. 48.* Tunica clavata fuit, quæ clavos purpureos intextos habuit. Hæc rursus duplex erat: alia clavos purpureos latos intextos habebat, alia angustos, illa dicebatur *latus clavus*, & *tunica lati clavi*, hæc *angustus clavus*, & *tunica angusti clavi*. Tunica lati clavi habuit originem a Tullo Hostilio, ut est apud *Plin. l. 9. c. 39.* Hujusmodi tunicarum varietas Ordines P. R. distinxit. Nam Senatores, & Equites tunicam clavatam induerunt, Plebs rectam, & sine clavis: deinde latus clavus fuit Senatorum, atque amplissimi Ordinis insigne, angustus clavus fuit proprius Equitum Romanorum. Itaque *Ovidius* ostendens sibi defuisse Senatoriam dignitatem, inquit 4. *Trist. el. 10. v. 35.* Curia restabat, clavi mensura coacta est. *Lamprid. in Alexandro*: Tum satis esse constituit, ut Equites Romani a Senatoribus clavi qualitate discernerentur. Hinc Senatores *laticlavii*, Equites Romani *angusticlavii* dicti. V. *Clavus*. ¶ Etiam Sacerdotes tunica lati clavi utebantur. Imo & præcones hanc tunicam ultimis cerdotes tunica lati clavi utebantur. Imo & præcones hanc tunicam ultimis temporibus induerunt, ut scribit *Plin. l. 33. c. 1.* ¶ Postquam Romani plures tunicas adhibere cœperunt, ea proprie tunica dicta est, quæ sub toga induebatur; nam quæ carni adhærebat, indusium, & subucula vocabatur; & indusium quidem muliebre, subucula vero virilis, ut notant *Manut. & Lerrar.* conferendus est *Varr. Non. & aliis*; quamquam interdum omnes vestes, quæ sub toga sunt, *tunica* nomine veniunt, ut ex *Ovid. l. 1. & 3. de art. am.* conftat. ¶ Tunica parro carni adhærens (tunica enim vocatur ab eodem *Ovid. 2. Fast. v. 247.*) ex lino fuit, estque eadem cum ea, quæ *camiscia* Italice dicitur. Legitur autem linea tunica apud *Lampr. in Alex. Vopisc. in Aurel.* Plura de tunica V. apud *Manut. de quastis per epist. par. 1. ep. 2. & Ferrar. toto l. 3. par. 1. de re vestiar.* ¶ Tunica palmata dicta est, quæ palmas habebat intextas, fuitque propria victorum, & triumphantium. *Liv. l. 30. c. 15.* Massimissam toga picta, & palmata tunica donat. *V. Manet. lac. cit.* Eadem dicitur *Tunica Jovis* a *Juvenal. sat. 10. v. 38.* cum quia tali habitu Jupiter Capitolinus indutus erat, tum quia triumphaturi eam ex Capitolio sumebant. V. *Pictus*. ¶ De tunica molesta V. *Molestus*. ¶ *Tunica palio propior*, proverbium est, quo significatur, ex amicis alios esse nobis magis devinctos, quorum major habenda ratio sit, quemadmodum tunica propior est corpori, quam pallium, quod tunicæ superinjicitur. *Plaut. Trinum. 5. 2. 30.* Hunc priorem æquum est me habere: tunica pallio propior. ¶ Translate tunica ponitur pro membrana. *Plin. l. 11. c. 37. de oculis*: Tenuibus membranis eos natura composuit, callosis contra frigora caloresque in extremo tunicis, quas subinde purificat lacrymationum salivis. Sic testiculorum tunicæ, apud *Cels. l. 7. c. 24.* ¶ In arboribus tunica dicitur liber interior post corticem, *Virg. 2. Georg. v. 75. de gemmis arborum*: Et tenues rumpunt tunicas. Eodem modo *tunica lupini*, est folliculus lupinum involvens apud *Juvenal. sat. 14. v. 153.* ¶ Denique tunica usurpatur pro velamento abscessus, seu tumoris in aliqua corporis parte. *Celf. l. 7. c. 2.*

Tunicatus, a, um, *χιτωνοφόρος*, qui sola indutus est tunica, hoc est qui nullam tunicæ superinduit togam, cui opponitur *togatus*, quales fuere pauperiores apud Romanos, præsertim turba forensis, denique etiam divites, cum se exercebant. *Cic. pro Cæl. c. 5.* Ut exercitatione, ludoque campestri tunicati ureretur. *Hor. l. 1. ep. 7.* Vilia vendentem tunicato scruta popello. ¶ Metaleptice sumitur pro indocto, imperito. Sic *Tacit. in Dial. de Or. c. 7.* vulgus imperitum appellat populum tunicatum. ¶ Translate *tunicatum sapo* dixit *Pers. sat. 4. v. 3.* h. e. multa involucra, velut tunicas habens. ¶ Tunicata quies est, quæ habetur rurj, ubi togis depositis, tunicati homines liberius vivunt. *Martial. l. 10. epigr. 51.* O soles! o tunicata quies!

Tunico, as, a. 1. *vestire*, לָבַשׁ, *χιτωνίσκω*, tunica aliquem induo. *Varro apud Non. c. 2. n. 873.* Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareque homulum.

* Tunicopallium, V. Palla.

Tunicula, læ, f. parva tunica. *Plaut. Rud. 2. 6. 65.* redactus sum ad hanc usque unam tunicularn. ¶ Translate *Plin. l. 26. c. 12.* Morbum regium in oculis præcipue mirari est, tenuitatem illam tunicularum felle subeunte. h. e. membranarum.

Tunsus, a, um, nom. particip. a tundo, *battuto, percosso, pestato. Virgil. 1. Æn. v. 481.* Et tunsæ pectora palmis. *Id. 4. Georg. v. 266.* Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem.

Tuntobriga, f. 1. urbs Callaicorum Braccariorum in Hispania Tarr. in Portugallia, in prov. Transmontana, in ruinis jacens, cujus manet tantum vicus *Bargua de Regoa*, ad Tuelam fl.

Tuor, eris, tuitus sum, d. 3. *vedere*, חָבִישׁ, Ger. *schauen, sehen*, Gall. *voir, regarder*, Hisp. *mirar*, ὁράω, idem ac tueor, apud veteres, quod proprie notat aspicere, contemplari, & metonymice servare, defendere. *Festus*: Tuor video, tueor defendo, in usu olim fuit: Sed jam promiscue utuntur, & ponitur tuor pro video, & contueor pro defendo.

Tuor, oris, m. *vista. Apul. de Deo Socrat.* Fila tenuia usque adeo, ut radios neutri tuoris raritate transmittant.

* Turarius, Thurarius, a, um, ad thus pertinens. *Turarius*, si, qui thus vendit vel tractat. *Jul. Firm. 8. 25.* ¶ Tibiæ turariæ, quæ & Lydiæ, quibus canebant inter adolend m. *Solin. c. 5. al. 11.*

Turba, æ, f. *turba, turbamento*, רֹגֶז, חֹמֶן, Ger. *gedader, unordnung*, Gall. *trouble, bruit*, Hisp. *turba*, τύρβη, perturbatio coetus, sive multitudinis, ut rixa duorum. *Ulp. l. Prator ait ff. ut bonorum raptorum, & de turbat.* Turbam autem ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiserint, utique non accipiemus in turba id factum, quia duo turba non proprie dicuntur. Enimvero si perplures fuerint, decem puta, aut quindecim homines, turba dicetur. Quid exgo, si tres, aut quatuor? turba utique non erit. Et rectissime Labeo inter turbam, & rixam multum interesse ait. Namque turbam multitudinis hominum esse turbationem, & coetum, ac rixam duorum. Hactenus *Ulpianus*, cujus doctrina non semper vera est; nam turba poritur etiam pro quacumque turbatione, sive paucorum sit, sive multorum. *Ter. Heaut. 1. 1. 16.* Propter eam hæc turba, atque abitio evenit. *Cic. l. 6. Fam. ep. 6.* Er quanta in turba, quantaque in confusione rerum omnium viveremus. *Quintil. l. 2. c. 16.* Excitare turbas. *Ter. in Eun.* Turbas dare. h. e. turbationes afferre. ¶ Metonymice, quia multitudo fere non vacat pertubatione, turba accipitur pro multitudine. *Cic. 2. Verr.* Videt ad ipsum Fornicem Fabianum in turba Verrem, appellat hominem, & si voce maxima victoriam gratulatur. *Ovid. l. 1. Am. el. 7.* Quæque tuos currus comitantum turba sequetur. *Nepos in Datam. c. 6.* In turbam exire, *divulgarsi*. ¶ *Turbam* de duobus tantum usurpat *Ovid. 2. Fast.* ubi loquens de Tito, & Arunte Tarquinii superbi filiis matrem osculantibus, ait *v. 715.* Oscula quisque suæ matri properata tulere, Non intellecto credula turba Deo. ¶ Translate usurpatur de quacunque multitudine. *Cic. 1. de nat. Deor.* Magnam turbam congregat ignororum Deorum. *Id. in Bruto c. 32.* Præclare, inquit Brutus, teneo, qui istam turbam voluminum effecerit. *Lucan. l. 4. v. 251.* Turba scelerum. *Plin. l. 9. ep. 25.* Turba negotiorum. ¶ *Nonius c. 12. n. 26.* discrimen affert inter *turbam*, & *turbas*, ut turba dicatur de multitudine hominum, *turba* de perturbationibus: sed hæc differentia nulla est, nam *turbam facere* apud *Terent. Eun. 4. 1. 2.* est idem ac *turbas excitare*.

Turbamentum, i, n. *turbazione*, עֲבָרָה, Ger. *unruhe, betruhnuff*, Gal. *troublement, trouble*, Hisp. *turbamiento*, τάραγος, idem ac turbatio. *Sallust. in oratione Lepidi ad Populum R.* Maxima turbamenta Reipublicæ, atque exitia probare. *Tac. l. 1. hist. c. 23.* Quæque alia turbamenta vulgi.

Turbasso, is, it, futurum conjunctivi pro turbavero, apud veteres. *Cic. 3. de Leg. c. 4. ex leg. XII. Tab.* Ast qui turbassit in agendo, fraus auctoris esto. Alii leg. *turbassitur*.

Turbate, adv. *turbatamente*, Ger. *unordenlich, verwoyrzenlich*, Gall. *avec trouble*, Hisp. *turbamiento*, τεταραγμένως, confuse, turbulente. *Cæs. l. 1. B. C. c. 5.* His de causis aguntur omnia raptim, atque turbate.

Turbatio, onis, f. *turbazione. Florus l. 4. c. 6.* Divitiarum spes ex turbatione Reipublicæ. *Gell. l. 19. c. 1.* Coloris, & vultus turbatio.

Turbator, oris, m. *turbatore*, עוֹכֵר, Ger. *betruber, verwyrrer*, Gal. *qui breuille*, *troubleur*, Hisf. *perturbador*, ταραχικός, qui turbat. *Liv. l. 2. c. 16.* Cum pacis ipse auctor a turbatoribus belli premeretur. Adde *Tacit. 1. Ann. c. 30.*

Turbatrix, icis, f. *turbatrice*, quæ turbat. *Prud. Psychom. v. 669.* placidæ turbatrix invida pacis. *Stat. 4. Theb. v. 369.* Accumulat crebros turbatrix fama pavores.

Turbatus, a, um, *turbato*, מְהוּמָן, *τεταραγμένος*, confusus, commotus. *Cæs. l. 2. B. C.* Turbatus ex inopinato malo. *Cic. pro Planc. c. 14.* Ferre modice populi voluntates, allicere alienas, retinere paratas, placare turbatas. *Virg. 8. Æn. v. 435.* turbatæ Palladis arma. h. e. vel concitatæ & iratæ, vel turbantis, inquit *Servius. Sen. l. 2. de Ira, c. 35.* Facies turbatior. *Sueton. in Tiber. c. 69.* Turbatiore cælo.

Turbella, æ, f. *παραχώριον*, parva turba, parva perturbatio. *Plaut. Pseud. 1. 1.* turbellas dare. ¶ Legitur & *turbela* unico l.

Turben, V. Turbo, inis.

Turbidatus, a, um, adject. *torbidato, torbido. Martian. Capell. l. 2.* Aer ex calore supero, madoreque infero turbidatus.

Turbide, adv. *torbidamente*, Σολερῶς, confuse, turbulente. *Cic. 4. Tusc. c. 10.* Intelligatur igitur, perturbationem jactantibus se opinionibus inconstanter, & turbide in motu esse semper. *Tacit. 3. Ann. c. 12.* Turbide, & seditiose.

Turbido, as, a. 1. *intorbidare, turbare. Sidon. l. 9. ep. 2.* Animæ serenitatem sæcularium vexatio rarum flatibus turbidare. Adde *Martian. Capell. l. 1.*

Turbidulus, a, um, adject. *torbidetto, alquanto turbato. Prudent. Apotheos. v. 8.* Turbiduli sensus, & litigiosa argumenta.

Turbidus, a, um, *torbido, turbato*, נְעוֹרָת, רוֹגֵשׁ, Ger. *besrubt*, Gal. *troublé, émû*, Hisp. *turbio*, Σολερός, ὀχλικός, confusus, commotus, conturbatus, a *turba*. Dicitur de omnibus rebus corporeis. *Cic. 5. Tusc. c. 34.* Darius in fuga, cum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius. *Id. 1. de Inv.* Quasi ex turbida tempestate in portum, &c. ¶ Translate ponitur pro confuso, pleno perturbationum. *Cic. 1. Tusc. c. 33.* Quæ omni turbido motu semper vacet. *Id. 6. Fam. ep. 14.* Si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora lætæ feras. *Ovid. 1. Trist. eleg. 10.* Pectora sunt ipsis turbidiora mari. *Tacit. l. 4. hist. c. 48.* Mox C. Cæsar turbidus animi, &c. *Id. 1. hist. c. 21.* Omne in turbido consilium, *ogni partito av

Turcæ, æum, m. pl. Ital. *Turchi*, *Munfulmani*, Hisp. *los Turces*, Gal. *les Turcs*, pop. Scythiæ, seu Sarmatiæ Asianæ, qui Caucasios montes inter Pontum Euxinum, & Caspium mare incolebant, & suis sedibus egressi imperium suum longe lateque per Asiam, & Europam, & Africam armis propagarent, ac demum sedem Regni Byzantii, seu Constantinopoli constituerunt. Hi se ipsos Musulmanos, id est fideles, nominant. Constantinopoli potiti sunt anno 1453. Mahumete II. Rege, Pio II. Pont. Max. ¶ De iis meminere *Pomp. Mela l. 1. in fine, & Plin. l. 6. c. 1.* & cum Thyssagetis conjungunt. Verba *Plinii* sunt: Dandari, Thyssagetæ, Turcæ. *Pomponii* vero: Juxta Thyssagetas, Turcaque vastas silvas occupant, aluntque venando. Ex quibus locis discimus, falli eos, qui Latine efferunt *Turci*, *orum*, imitati Græcos Scriptores rerum Constantinopolitanarum, qui Τοῦρκοι, & Τοῦρκος usurpant.

Turda, æ, V. Turdus.

Turdarius, vel Turderium. *Varr. ſub init. l. 5. de L. L.* Qui omnes verba ex verbis ita declinari ſcribunt, ut verba literas alia aſſumant, alia amittant, alia commutent, ut ſit in turdo, in turdario, in turdelice.

Turdélix, icis, f. turdus exiguus. *Varro l. 5. L. L.* Verba ex verbis ita declinari, ut literas alia adſumant, alia amittant, alia commutent, ut ſit in turdo, turdario, turdelice.

Turdetāni, m. *los Algarve*, pop. Hiſpaniæ, partim in Luſitania Auſtrali, ubi hodie Algarbiæ Regnum, cum porru Portugalliæ, partim in Bætica, ubi Hiſpalenſe territorium, & Ducatus Medinæ Sidoniæ in Vandalitia prov. teſte Brietio. Facetè *Plaut. Capt. l. 2. 60.* cum dixiſſet, multis militibus opus eſſe, inter eos enumerat *panicoos*, *placentinos*, *turdetanos*, ludens nimirum in ambiguo; nam *Turdetani* & populi ſunt, & ſignificare poſſunt eos qui turdos ſaginant, & vendunt: qui jocus in aliis quoque nominibus, qui ibidem leguntur, latet.

Turdíllus, i, m. parvus turdus. Legitur a quibuſdam apud *Senec. ep. 96. in fine*, ubi alii aliter.

Turdúli, lorum, m. Populi Hiſpaniæ Bæticæ, ubi nunc pars regni Granatenſis, & Andaluſiæ. *Varr. l. 2. R. R. c. 10.* ſcribit, neque Baſculos, neque Turdulos eſſe ad pecuariam rem idoneos: forteſſe quia ea natio nimis mollis fuit.

Turdus, i, m. *zordo*, πίτυλος, πίτυλλος, genus avis. A ſono accepit nomen, quomodo juxta *Var. l. 4. de L. L.* a ſuis vocibus nomen impoſitum upupæ, ciculo, corvo, pavoni, anſeri, buboni, aliiſque. Aliter *iſid. l. 12. c. 7.* Turdi, inquit, a tarditate dicti: hyemis enim confinio ſe referunt, hoc eſt in fine autumni. *Hor. l. 1. ep. 15.* Nil melius turdo, nil vulva pulchrius ampla. *Martial. l. 13. epigr. 92.* Inter aves turdus, ſiquis me judice certet, Inter quadrupedes gloria prima lepus. ¶ Quæritur, an dicatur & *turda*. Negat *Varro lib. 8. de L. L.* ubi clare ait, dici *eorum*, turdum, non dici corvam, turdam. Adde *l. 3. R. R. cap. 5.* Sed omnes Perſii codices, ac membranæ, Caſaubono atteſtante, *ſat. 6. v. 24.* habent: Solers turdarum noſſe ſalivam. ¶ Eſt & turdus piſcis, quem & ipſum πίτυλον vocant Græci. A colore turdi avis nomen habet, ut indicat *Varro l. 4. de L. L. Quintilianus* quoque *l. 8. c. 2.* inter ea, quæ a ſimilitudine nomen habent, & ſoleam, & turdum piſcem ponit. *Plin. l. 32. c. 11.* Turdus inter ſaxatiles nobilis.

Turēus. V. Thureus.

Turgens, entis, o. g. οἰδαίνων, *gonfio*. *Plin. l. 20. c. 13.* Imponunt & mammis turgentibus decoctam rutam, & pituitæ.

Turgĕo, es, *gonfiarſi*, *enfiarſi*, צבה, Germ. *geſchickt voll ſeyn*, Gal. *être enflé*, *tout plein*, Hiſ. *hincarſe*, ὄγκόομαι, οἰδέω, inflor, tumeo. *Virg. 7. Ecl.* Jam lacto turget in palmite gemma. ¶ Translate ſumitur pro commoveri, iraſci. *Plaut. Caſ. 2. 5. 27.* Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. *Id. Moſt 3. 2. 10.* Tota mihi turget uxor nunc domi. ¶ Item per translationem dicitur de oratione. *Auct. ad Her. l. 4. c. 10.* Ita gravis oratio ſæpe imperitis videtur ea, quæ turget, & inflata eſt.

Turgeſcens, entis, o. 3. partic. a turgeſco. *Plin. n. l. 8. c. 50.* Novembri menſe, ut Martio pariant capræ turgeſcentibus virgultis.

Turgeſco, is, *n. 3. gonfiarſi*, *enfiarſi*, גאה, צבה, Ger. *ſich auffblahen*, Gal. *s'enfler*, Hiſp. *hincarſe*, ὀγκόομαι, turgidus fio, intumeſco. *Cic. 3. Tuſc. cap. 9. ex Poeta*: Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris. *Var. 3. de R. R. cap. 9.* Et, ne tum denique in eorum corpore turgeſcat aqua, prohibendum.

Turgidŭlus, a, um, dim. a turgidus. *Catull. carm. 3.* Elendo turgiduli rubent ocelli.

Turgĭdus, a, um, *gonfio*, צבה, Ger. *hartzend*, Gal. *enflé*, Hiſp. *hincado*, ὀγκώδης, inflatus, tumidus, tumens. *Plaut. Mil. 4. 3. 15.* Cubare in navi lippam, atque oculis turgidis. *Cic. 5. Tuſc.* Num aliquod quippiam membrum tumidum, ac turgidum non vitioſe ſe habet? *Hor. l. 3. ode 13.* Cras donaberis hædo, cui frons turgida cornibus.

Turgor, oris, m. *gonfiamento*. *Martian. Capella lib. 2. pag. 35.* Diſtentus magno cum turgore.

Turía, æ, f. 1. *Albaraxin*, urbs Hiſp. Tar. alias Celtiberorum, nunc Aragoniæ, in colle, a fontibus Turæ fl. exſtructa ab Auſonibus pop. Italiæ anno U. C. 640. Aliis videtur potius *Teruel*, urbs finitima in R. Aragonio.

Turĭas, æ, m. Thurias, Durias, Turium, Turuli, *Guadalaviar*, fl. Hiſpaniæ Tarraconenſis. Oritur una leuca a fontibus Tagi, ſupra Loberum, hinc per Aragoniam fluens, ad Terulum recipit Albambram fl. deinde per R. Valentiæ labitur, & paulo infra Valentiam urb. in mare Mediterraneum, & ſinum Sucronenſem ſe exonerat.

Turifer. V. Thurifer.

Turĭi, m. 2. Thurii, Thuriumæ, opp. & urbs exc. Magnæ Græciæ, apud oram ſinus Tarentini, & oſtia Crathis, & Sybaris fl. ¶ Turii item, vel Thuræi. *Turi*, opp. Apuliæ Peucetiæ, inter Cuperſanum, & Aquam vivam ad 6. M. P.

Turĭo, onis, m. *vetturccia*, tenuis omnis ramuſculus, quales maxime in ſummis arboribus. *Col. l. 12. c. 48.* Lauri turiones in hoc uſu mittito, ut olivas deprimant.

Turma, æ, f. *turma*, *torma*, *compagnia di ſoldati a cavallo*, גדוד, אגפא מחנה לאם חמון, Ger. *ein hauffen geſchwader reiſigen*, Gal. *bande de gens d'armes*, Hiſp. *vanda*, *eſquadra*, ἴλη, agmen triginta equitum, ſive cum tribus Decurionibus triginta trium. Nam *Varro l. 4. de L. L.* diſertim ſcribit, ſuo etiam tempore tres fuiſſe in turma Decuriones. Feſtus autem ita de Decurionibus; Decuriones appellantur, qui decem equitibus præſunt. Poſtea res mutata eſt. Nam turma facta eſt triginta duorum equitum, & unus toti turmæ eſt præpoſitus, qui quamquam triginta duobus equitibus præeſſet, tamen priſtino retento nomine, & ipſe Decurio vocabatur. Clare id oſtendit *Veget. l. 2. c. 14.* Quemadmodum, inquit, inter pedites centuria, vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Et habet una turma equites XXXII. Huic qui præeſt; Decurio nominatur. Ut enim centum, & decem pedites ab uno Centurione ſub uno vexillo gubernantur, ſimiliter XXXII. equites ab uno Decurione ſub uno vexillo reguntur. ¶ De origine vocis ita *Varro l. 4. de L. L.* Turma terna eſt, quod terdeni equites ex tribus Tribubus, Tatienſium, Ramnium, & Lucerum fiebant. Itaque primi ſingularum decuriarum Decuriones dicti, qui ab eo in ſingulis turmis ſunt etiam nunc terni. Hæc Varro. *Cic. pro Marc.* Nihil ſibi ex iſta laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. ¶ Translate uſurpatur pro quacumque multitudine. *Hor. l. 3. ode 4.* Divoſque, mortaleſque turmas Imperio regit unus æquo.

Turmālis, & le, o. 3. ἱλαρχικός, quod ejuſdem turmæ eſt, quod eſt in eadem turma. *Liv. l. 5.* Manlius Conſulis filius ſupra caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus evaſit. ¶ Item quod ad turmam ſpectat. *Claudian. de bell. Gild. verſ. 447.* Excitet inceſtos turmalis buccina ſomnos. *Stat. 4. Theb. v. 10.* Bellona turmale fremens. *h. e.* turmale claſſicum canens; vel generatim, ad arma excitans. *Id. l. 5. Sil. 2. v. 14.* non ſanguine creatus Turmali, trabeaque Remi. *h. e.* non natus ex equeſtri ordine, ſed ex ſenatorio, ut ſequentia carmina declarant. ¶ Tranſlate ſumitur pro gregali pro eo, quod eſt ſimul cum mul.is aliis, *Cic. de Orat. c. 65.* Ex translatione autem, ut cum Scipio ille major Corinthiis ſtatuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum eſſent Imperatorum, turmales dixit diſplicere.

Turmārius, a, um, adject. idem ac turmalis. *Cod. Theodoſ. l. 6. tit. 35.* Turmariorum, quos capitularios vocant, curam ſubire.

Turmātim, adv. *a ſchiere*, Ger. *mit ſchaaren*, *nach* Gal. *par bandes*, Hiſ. *de vanda*, *en vanda*, λόχοδε, per turmas. *Hirt. l. 8. B. G. c. 18.* Turmatim in eum locum devenerunt. *Liv. l. 5.* Mox ululatus, cantuſque diſſonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant.

Turnus, m. 2. nobilis juvenis inter Laurentes, Latino regnante, conſobrinus Amatæ Reginæ. Hic cum Latino bellum geſſit ob Laviniam ejus filiam, quam cum ipſe cuperet, Latinus maluit Æneæ Trojano in matrimonium collocare. V. *Dictyſium Halic. Rom. Ant. l. 1. Livium l. 1. c. 2.* & *Virgilium l. 12. Æn.*

Turōnes, m. 3. pop. Galliæ Lugdunenſis, quorum tractus hodie Turonia dicitur, *la Touraine*, urbs vero Turones, Turo, Turonica urbs, Cæſarodunum, ad Ligeriſh fl. ubi ponte lapideo oblongo, & pulcherrimo jungitur, ex altera parte alluitur Cari fl. ampla, elegans, culta, emporium celebre in regione perferaci, & ri.ua inter Aurellanos, & Andegavos. *Lucan. l. 1. v. 437.* Inſtabiles Turones circumſita caſtra coercent.

Turonĭcus, a, um, adject. ad Turones pertinens, ut Turonica Eccleſia, *Sulpic. Sever. de vita B. Mart. c. 9.*

Turpātus, a, um, adject. *imbrattato*. *Stat. 4. Theb. v. 106.* Herculea turpatus gramade vulnus Amnis.

Turpĭcŭlus, a, um, ὑπαισχρος, ſubturpis, dim. a *turpis*. *Cic. 2. de Orat. cap. 61.* Tantum intereſt, quod gravitas honeſtis in rebus ſevere, jocus in turpiculis, & qua deformibus ponitur. *Catull. Carm. 43.* turpiculo puella naſo.

Turpĭdo, inis, idem quod turpitudo. *Tertull. de cor. Mil. c. 14.* Turpido, & dedecoratio.

Turpĭfĭcātus, a, um, nom. particip. turpis factus, *reſo deforme*, *laido*, *turpe*. *Cic. 3. Off. c. 29.* Quanta fœditas turpificati animi debet videri.

Turpĭllus, ii, m. vetus poeta comicus, cujus multa carmina afferunt *Nonius*, & *Priſcianus*.

Turpiloquium, ii, turpis ſermo. *Tertull. de Pudicit. c. 17.*

Turpilucrĭcupĭdus, i, *chi brama guadagno turpe*, *e diſonoſto*, αἰσχροκερδής. *Plaut. Trin. 1. 2. 63.* Turpilucricupidum te vocant cives tui.

Turpĭlo Ambivius, actor comœdiarum, ætate Terentii.

Turpis, & pe, o. 3. *bruto*, *deforme*, רע, לא יאי, Ger. *ungeſtalt*, *haſslich*, Gal. *laid*, *vilain*, αἰσχρός, δυσειδής, deformis, cui *pulcher* opponitur. *Ter Phorm. 1. 2.* Lacrumæ, veſtis turpis. *Virg. 3. Georg.* Optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput. *h. e.* valde magnum, ideoque deforme. Eadem ratione *Id. l. 4.* turpes Focas dixit. ¶ Transfertur etiam ad animum pro inhoneſto, infami, indecenti. *Ter. Heaut. 5. 4.* Pudet dicere hæc præſente verbum turpe. *Cic. 1. Off.* Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. *Id. 8. Fam. ep. 11.* Iſte omnium turpiſſimus, & ſordidiſſimus. *Ovid. 1. Amor. el. 13.* Fabula non cœlo turpior ulla foret. ¶ *Turpe* neutrum interdum Poetice pro *turpiter* ponitur. *Catull. Carm. 43. v. 8.* Turpe incedere. *Stat. l. 3. Theb. v. 335.* Turpe gemens. Adde *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 446.*

Turpĭter, adv. *bruttamente*, *indecentemente*, *vergognoſamente*, Germ. *ſchandlich*, *unſleiſtiglich*, Gall. *villainement*, *laidement*, Hiſp. *deshoneſtamente*, αἰσχρῶς, fœde, indecore. *Caſ. l. 3. B. C.* Reliquos turpiter fugere cognerunt. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 12.* Empedocles turpiſſime labitur. *Ovid. l. 5. Triſt. el. 6.* Turpius ejicitur, quam non admittitur hoſpes.

Turpitūdo, inis, f. *turpitudine*, *bruttezza*, בזיון, גנבה, Germ. *ſchand*, *haſslichkeit*, Gall. *laideur*, *deſformité*, Hiſp. *fealdad*, αἰσχρότης, αἰσχρότης, deformitas. *Cic. pro Domo*: A Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inædificata, oppreſſa, ſumma denique turpitudine eſſe fœdata neſciimus? ¶ Translate ſumitur pro vitio, labe, ſeu macula animi, vel alterius rei incorporeæ. *Cic. 2. de Or. c. 59.* Verborum turpitudinem, & rerum obſcœnitatem vitare. *Auct. ad Heren. l. 1. c. 6.* Si cauſa turpitudinem habebit, exordiri poterimus his rationibus, &c.

Turpo, as, a. 1. *bruttare*, שמא, αἰσχύνω, turpitudine afficio, fœdo. *Cic. 1. Tuſc. ex Poeta*. Jovis aram ſanguine turpari. *Hor. lib. 1. ſat. 3.* At illi ſœda cicatrix Setoſam lævi frontem turpaverat oris.

Turricŭla, æ, f. *torricella*, parva turris. *Vitruv. l. 10. c. 19.* ſupra medium tecti fatigium turricula. ¶ Accipitur etiam pro vaſe illo in modum turris facto, per quod tali in alveolum mitti ſolent, & alio nomine *pyrgus* dicitur. *Mart al. l. 14. ep. 17.* cujus titulus eſt, *Turricula*. Quærit compoſitos manus improba mittere talos: Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Turrĭfer, ra, rum, πυργοφόρος, quod turres fert. *Ovid. 4. Faſt. v. 219.* At cur turrifera caput eſt onerata corona? Alii leg. *turrita*.

Turrĭger, ra, rum, πυργοφόρος, quod turres gerit. *Virg. 10. Æn. v. 153.* Turrigeræ urbes. *Plin. l. 11. c. 2.* Sed turrigeros elephantorum mitantur humeros. ¶ Dea, ſive Mater turrigera, Tellus, Ops, Cybele, Berecyntia, Mater Idæa. *Ovid. 4. Faſt.* Phryx puer in ſylvis facie ſpectabilis altis Turrigeram caſto junxit amore Deam.

Turris, is, f. *torre*, מגדל, Ger. *ein thurn*, Gall. *une tour*, Hiſp. *torre*, πύργος, ædificium in magnam altitudinem protenſum. Juxta *Varronem l. 4. de L. L.* dicta eſt a *torveis*, quod hæ proſpiciunt ante alios. Secundum *Iſidorum l. 15. c. 11.* turres dictæ ſunt, quod *tereres* ſint, & longæ. Quippe vel rotundæ ſunt, vel ſaltem procul videntibus rotundæ exiſtimantur. *Cic. 5. Tuſc.* Dionyſius concionare ex turri alta ſolebat. *Virg. 10. Æn.* Miſeri ſtant turribus altis Nequidquam. ¶ Turris item fuit machina bellica ambulatoria, nempe ligneum ædificium in magnam altitudinem erectum, ſubjectiſque rotis huc illuc mobile, in imo habens arietem ad muros ſubruendos, in medio pontem ſuper eoſdem muros immittendum, in ſuperioribus autem partibus milites contis, & ſagittis armatos, qui hoſtes a mœnium defenſione deturbarent. *Cic. 15. Fam. ep. 4.* Aggere, vineis, turribus urbem oppugnare. V. *Veget. l. 4. c. 17.*

Turrĭtus, a, um, *fortificato con torri*, πυργωθείς, πύργος, turribus inſtructus, turribus plenus. *Ovid. l. 3. Amor. el. 7.* Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes? ¶ Accipitur quoque pro eo, cui turris ſuperponitur, vel quod turres geſtat. *Plin. l. 8. c. 7.* de elephantis. Iterum totidem turriti cum ſexagenis propugnatoribus. ¶ Item pro eo, quod turrim capite tanquam coronam gerit, ut pro Cybele, ſeu Berecyntia, ſeu Matre Deorum, quæ turrita fingitur, quia terra eſt, quæ urbes ſuſtinet. *Virg. 6. Æn.* Qualis Berecyntia Mater Læta Deum partu Phrygias turrita per urbes Invehitur curru. ¶ Item pro alto, ſublimi, excelſo, turris inſtar edito, facto ad turris ſimilitudinem. *Virg. 3. Æn.* Gemino demittunt brachia muro Turriti ſcopuli.

Turrus, m. 2. *Torre*, *Turre*, fl. Carnorum, qui apud Forum Julium decurrit, & in mare Hadriaticum apud Aquilejam influit. *Pl. l. 3. c. 18.*

Turſio, onis m. θυρσίων, piſcis delphino ſimilis, ſuaviſſimus, & laudatiſſimus. *Pl. l. 9. c. 9.*

Turtur, uris, m. τρυγών, avis ex genere columbarum, a ſono quem edit. *Plaut. Moſtell. 1. 1. 44.* Tu tibi iſtos habeas turtures, piſces, aves. *Cic. 2. Fin.* Turtures & curſu, & peregrinatione lætantur. *Virg. 1. Ecl.* Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab ulmo.

Turturilla, æ, f. parvus turtur, quia turtures molles ſunt, & laſcivi, præſertim fœminæ, quæ ſi mare deſtituantur, dicuntur ſe mutuo conſcendere: ideo *Senec. ep. 96.* Hi, inquit, qui expeditiones periculoſiſſimas obeunt, fortes viri ſunt, primoroſque caſtrorum: iſti, quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet, turturillæ ſunt, tuti eorumelíæ cauſa. *h. e.* imbecilles homines, deliciati, effœminati. *Iſidorus*, eumque ſecutus *Lipſius* turturillam ajunt dici locum, in quo corruptelæ fiebant, ducta itidem a turturibus denominatione. *Alii in Senecæ* loco aliter leg.

Turunda, f. *ſtronde*, כנר, μύξα, ψωλός, offa, vel quid ſimile, cujuſmodi ſunt, quibus farciuntur alilia ad faginam, a *terendo*, ut *merenda* a *merendo*, *prebenda* a *prehendo*. *Cato c. 89.* Polline, vel farina hordeacea conſperſa turundas faciat. *Varro l. 3. de R. R. c. 9.* Farciunt turundis hordeaceis, partim admiſtis ex farina loliacea, aut ſemine lini ex aqua dulci. ¶ Ponitur etiam pro linamento illo ex filis, quod in ulcus immitti a Medico ſolet, *ſapia*. *Cato c. 157.* Et ſi fiſtula erit, turundam intro trudito: ſi turundam non recipiet, diluito, ſiæcum exprimito.

Tus. V. Thus.

Tuſcanĭa. V. Thuſcania.

Tuſci. V. Thuſci.

Tuſcŭlanenſis, e, adject. a Tuſculano, ut Tuſculanenſes dies, *h. e.* in Tuſculano rure tranſacti. *Cic. 9. Fam. ep. 6.*

Tuſculānum, i, n. *Grotta Ferrata*, *S. Maria di Grotta Ferrata*, villa Ciceronis in agro Tuſculano. Nunc ibi cœnobium inſigne Monachorum. *Cic. Att. l. 1. ep. 9.* Nos Tuſculano ita delectamur, ut nobiſmet ipſis tum denique, cum illo venimus, placeamus.

Tuſculānus, a, um, πασκελαιος, quod a Tuſculum ſpectat, ut *Ager Tuſculanus*, in quo erat villa Ciceronis celebratiſſima. *Quæſtiones*, ſeu *diſputationes Tuſculanæ*, quæ in agro Tuſculano in villa Ciceronis habitæ ſunt. *Cic. 2. de Div.* Totidem ſubſecuti libri Tuſculanarum diſputationum res ad bene vivendum maxime neceſſarias aperuerunt.

Tu-

Tuſcŭlum, *n. Frascati*, col. & urbs Latii, in Campania Romana, ad rad. collis, inter urbem Romam, & Labicum, ubi plurimæ villæ, & palatia Principum Romanorum. Conditum exiſtimatur a Telegono Ulyſſis, & Circes filio, qui cum patrem imprudens occidiſſet, in ea ſe ſe loca recepit. Sed *Baudrandus* dicit, verus Tuſculum omnino fuiſſe, ubi nunc eſt in *Frascati* planitie, non in ſummo montis jugo, in quo rudera, & veſtigia maximorum ædificiorum conſpiciuntur, in eo enim jugo villam privatam, non oppidum fuiſſe. *Cic. pro Font. & Hor. Epod. 1.*

Tuſcŭlus, la, um, adject. ad Tuſculum pertinens, ut Tuſcula tellus. *Tibul. l. 1. el. 8. v. 57.*

Tuſcus. V. Thuſcus.

Tuſsēdo, inis, f. idem ac tuſſis. *Apul. l. 9. Metam.* Aſſiduo pulſu tuſſedinis hiulci.

Tuſsĭcŭla, æ, *toſſetta*, βηχάτιον, parva tuſſis. *Plin. l. 5. ep. 19.* Veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, rurſus ſanguinem reddidit.

Tuſsicŭlāris, re, adject. utilis ad tuſſim, ut tuſſicularia medicamenta. *Cal. Aurelian. Acut. 2. 13.*

Tuſsiculōſus, a, um, adject. tuſſi laborans, *Cal. Aurel. Acut. 2. c. 13.* Tuſſiculoſa, & frigida ſenilis eſt ætas.

Tuſsĭcus, a, um, qui multum tuſſit. *Firmic. l. 5. c. 16.* Luna alios tuſſicos, alios ſplenicos efficiet. Adde *Marcell. Empir. c. 20.*

Tuſsens, entis, o. g. particip. a tuſſio. *Plin. l. 20. c. 2.* Semen eorum cum cumino tritum, potumque in vino tuſſientibus auxiliatur.

Tuſsilāgo, inis, *f. unghia cavallina*, herba ad tuſſim apprime faciens, unde & nomen habet, eſtque duplicis generis. Officinæ ungulam cabali appellant. *Plin. lib. 26. cap. 6.*

Tuſsĭo, is, n. 4. *toſſire*, נהח, Ger. *huſten*, Gal. *touſſer*, Hiſp. *toſſer*, βήττω, tuſſim patior. *Plaut. Aſin. 4. 1. 50.* Forte ſi tuſſire occepſit, ne ſic tuſſiat. Ut cuiquam linguam in tuſſiendo proferat. *Hor. l. 2. ſat. 5. v. 107.* Si forte cohæredum ſenior male tuſſiet.

Tuſsis, is, f. *toſſe*, נהרת, Ger. *der huſten*, Gal. *la toux*, Hiſ. *toſſe*, βήξ, eſt vehementiſſima quædam afflatio, qua plurimus ſimul, celerrimeque foras actus ſpiritus, ſive aer attrahit, propellitque una ſecum ſuo impetu ea, quæ vias ſuas obſtruunt. *Ter. Heaut. 2. 3. 132.* Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine. *Virg. 3. Geor.* Et quatit ægros Tuſſis anhela ſues. *Catull. ep. 41.* Malamque pectore expuli tuſſim.

Tuſus, a, um, nom. particip. a tundo, τυπτόμενος, ut tuſa teſta. *Vitruv. l. 2. c. 5.*

Tuſa herba. *Apulej. de herb. c. 28.*

Tuſculum, i, n. idem quod tutamentum, munimentum. *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 387.* ſida ut turacula nudis, Invalidiſque paver.

Tutāmen, inis, n. *difeſa*, מגן, Ger. *ſchutz*, *und ſchirm*, Gal. *defenſe*, Hiſ. *defenſa*, ἀσφάλισμα, ὀχύρωμα, munimentum, defenſio, defenſaculum. *Virg. 5. Æn. v. 262.* Donat habere viro decus, & tutamen in armis.

Tutamentum, i, n. idem ac tutamen, unde factum eſt. *Liv. l. 21. c. 62.* Ut ea ſola ignibus aliquoties conjectis ab hoſte etiam tutamentum fuerit.

Tutānus, i, m. Deus apud Romanos, idem, ut putant, atque Hercules, cui ara fuit extra portam Capenam, a *tutela*, quod adverſus Annibalem tutatus eſſet Populum Romanum. Alius igitur fuit a Tutono, vel Tutino, qui idem ac Priapus. *Var. apud Non. c. 1. n. 142.* Hercules tuam fidem, Noctu Annibalis cum fugavi exercitum, Tutanus hoc, Tutanu' Romæ nuncupor. Hac propter omnes qui laborant invocant.

* Tutarchus. V. Tœcharchus.

Tutārio, onis, f. *Jul. Firmic. l. 4. c. 7.* Qui regias opes, theſauroſque fidei tutatione cuſtodiant.

Tutātor, oris, m. idem quod tutor. *Apulej. de Deo Socrat.* Dubiis prænonitor, periculoſis tutator, egenis opitulator.

Tutātus, a, um, partic. a tutor, depon. *chi ha difeſo*. *Ovid. 5. Triſt. el. 6. v. 25.* Nil niſi me ſolum primo tutatus es. ¶ Paſſiva ſignificatione *Symmach. l. 9. ep. 11.* Ut auxilio tuo tutata poſſeſſio a moleſtiis vindicetur.

Tute, pronomen. V. Tu.

Tute, adv. *ſicuramente*, ἀσφαλῶς, ἀσινῶς, ſecure, ſine periculo. *Auct. ad Her. l. 3. c. 5.* Eum tute vivere, qui honeſte vivat. *Cn. Pomp. Cic. in ep. ad Att. l. 8. poſt epiſt. 11.* Nam te hic tutiſſime fore puto. *Pallad. l. 1. tit. 6.* Semina tutius in agris, quam in horreis ſervantur.

Tutēla, æ, f. *tutela*, *difeſa*, משמרת, מגן, ἐπίτροπή, ἀσφάλεια, defenſio, a *tutor*. *Cic. 5. Fin. de Jove*: Hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutela. *Sen. de Conſol. ad Helv. c. 9.* Terra vix ad tutelam recolentium ſertilis, *al mantenimento di chi lacoltiva*. ¶ Tutela navis eſt ſignum ſeu ſimulacrum alicujus Numinis, quod in puppe conſtituitur, & ejus navis tutelam habet. *Ovid. 1. Triſt. el. 9.* Eſt mihi, ſitque precor flavæ tutela Minervæ Navis, & a picta caſſide nomen habet. *Valer. Flac. l. 1. v. 301.* Viſa coronatæ ſulgens tutela carinæ Vocibus in ſtare duci. ¶ Hinc & Genius alicujus loci tutela dicitur. *Petron. in fragm. Tragur.* Ita tutelam hujus loci habeam propitiam. Sic *Horat. l. 4. od. 14.* ad *Auguſtum*: O tutela præſens Italiæ, dominæque Romæ. ¶ Speciatim apud Juriſconſultos tutela, ut *Servius* definit, teſte *Paulo l. 2. ſ. de tutelis*, eſt vis, ac poteſtas in capite libero conſtituta ad tuendum eum qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, jure civili data, ac permiſſa. *Cic. 1. de Or. c. 53.* Commendare filios ſuos tutelæ alicujus. *Id. 2. de Or. c. 46.* Tradere aliquem alicui in tutelam. *Id. 4. Fin. c. 14.* Subjicere aliquem alicujus tutelæ. Alii leg. *tutelis* in plur. numero. *Id. pro Roſc. Com. c. 6.* Pervenire in tutelam alicujus. ¶ Venire in tutelam ſuam, eſt e tutoris poteſtate exire, & juris ſui fieri, *uſcir di tutela*. *Cic. in Top. c. 11.* Si filius mortuus eſſet prius, quam in ſuam tutelam veniſſet. Eodem ſenſu dicimus, *tutelam recipere*, quod legitur apud *Suet. in Claud. c. 2.* ¶ *Tutela ſua eſſe*, eſt eſſe ſui juris. *Sen. ep. 33.* Adjice, quod iſti numquam tutulæ ſuæ fiunt.

Tutēla, æ, f. *Tudela*, urbs Hiſp. Tarr. in finibus Vaſconum, in R. Navarræ, ad Iberum fl. ubi recipit amnem *Queiles*. ¶ Tutela altera, *Tudela de Duero*, opp. Caſtellæ veteris, ad Durium fl. ¶ Tutela etiam, ſeu Tutella, *Tulle*, urbs Galliæ, in Aquitania prima, & Lemovicenſi prov. ad Curretiam fl. & Solanam torrentem, caput prov. Lemovicenſis.

Tutelaris, & re, o. 3. *tutelare*, *che difende*, ἐπίτροπος, quod tuetur, quod quippiam in ſua habet tutela, ut *Dii tutelares*, in quorum tutela urbes putabantur, qui in oppugnatione urbium certo carminis genere ſolebant evocari, ne cum ipſis etiam Dii bellum ſuſceptum viderentur, & urbes Deorum opedeſtitutæ facilius caperentur. *Arnob. l. 3. Macrob. l. 3. Saturn. cap. 9.* ¶ Sumitur item pro eo, quod quacunque ratione ad tutelam pertinet. *Ulp. l. videmus*, *ff. de in litem jurando*: Videamus, in tutelari cauſa quis jurare, & adverſus quem poſſit. *Paul. l. hæredes*, *ff. de fidejuſſoribus*, *& nominatoribus*, *& hæredibus tutorum*: Non excuſetur hæres, ſi dicat, ſe inſtrumenta tutelaria non inveniſſe. ¶ Tutelaris Prætor eſt, ad quem pertinet pupillis tutores dare, quem primus inſtituit M. Antonius Philoſophus, cum antea ea res ad Conſules pertineret, teſte *Jul. Capitolin. in ejus vita c. 10.*

Tutelarius, ii, m. ἑφορεύων, ἔφορος, cuſtos, qui ædes publicas, & ſacras ſuo periculo tutet. *Plin. l. 34. c. 7.* Capite Tutelarios favere pro eo, inſtituti publici ſuit.

* Tutelātor, qui tutelam gerit. *Capell. l. 2. p. 39.* Hic tutelator fidiſſimusque germanis animos omnium mentesque cuſtodit.

* Tutelātus, a, um, in tutelam aſſignatus. *Aggen. de limit. p. 56. Goes.* Hoc genus agri tutelarum dicitur.

Tutelīna, & Tutilīna, æ, f. Dea, a *tutando* ſic appellata, quod fruges præcipue in ejus tutela eſſent. *Var. apud Non. c. 1. n. 243.* Tuam fidem, Tutelina, invoco. ¶ Ejus ſimulacrum erat in Circo poſitum, in columna collocatum, quæ & ipſa *Tutelina* dicta eſt. *Tertul. de ſpectac. c. 8.* ¶ Apud *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16.* legitur *Tutilina* pro Tutilina.

* Tutīnus. V. Mutinus.

Tutor, as, a. 1. idem ac tueor. *Plaut. Merc. 5. 2. 25.* Invoco vos Lares Diales, ut me tutetis. Alia exempla ex *Navio*, *Pompon.* & *Pacuv.* affert *Non. c. 7. n. 70.*

Tutor, adv. *ſicuramente*, בטח, אין, Ger. *ſicherlich*, Gal. *ſûrement*, Hiſ. *ſeguramente*, ἀσφαλῶς, ſine periculo, impune. *Plaut. Amph. 1. 2. 1.* Patri ut liceret tuto illam amplexarier. *Cic. 4. Ver.* Qua vix tuto tranſire poſſe videamur. *Id. l. 14. Fam. ep. 3.* Ut tuto ſim, quod laboras, id mihi nunc facillimum eſt. *h. e.* in tuto ſim. *Id. 8. Att. ep. 1.* Non me quærere, ubi tutiſſimo eſſem. Ita cum *Chariſ. l. 1.* legunt *Victorius*, *Gruter.* & *Grav.* alii *tutiſſime*. V. *Tute*.

Tutor, ăris, *d. 1. defender*, נגן, שמר, Ger. *mit ſteiff*, *ſchirmen*, Gal. *defendre*, *garder*, Hiſ. *defender*, ἀσφαλίζω, defendo, diligenter defendo, protego. *Ter. prol. Hec. v. 42.* Ego interea meum non potui tutari locum. *Cic. pro Sylla*. Hunc patronum, defenſorem, cuſtodem illius colonizæ per vos tutari, conſervareque cupiunt. *Hor. l. 2. ep. 1.* Res Italas armis tuereris, moribus ornes. *Plin. in praf. l. 7.* Truncos etiam, arboreſque cortice interdum gemino a frigoribus, & calore tutata eſt. ¶ Uſurpatur etiam paſſive. *Plaut. Amph. 2. 2. 20.* Patria & progenii tutantur, ſervantur.

Tutor, oris, m. *tutore*, *difenſore*, שומר, מגן, ἐπίτροπος, qui tuetur, defenſor. *Hor. Epod.* Et te pater Sylvane tutor finium. ¶ Speciatim ſumitur pro pupilli defenſore, pro eo, qui jus, & poteſtatem habet in capite libero, ad tutandum eum, qui ſe per ætatem nondum tutari poteſt. Hæc autem ætas eſt uſque ad pubertatem, ideſt uſque ad decimum quartum annum. Nam inde uſque ad vigeſimum quintum dantur curatores, qui etiam furioſis, & mente captis toto vitæ curſu dari ſolent. *Paul. l. 1. ff. de tutelis*: Tutores autem ſunt, qui eam vim, ac poteſtatem habent, exque re ipſa nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quaſi tuitores, atque defenſores, ſicut ædituí dicuntur, qui ædes tuentur. *Liv. lib. 1.* Poſtremo tutor etiam liberis Regis teſtamento inſtituebatur. *Perſ. ſat. 3. verſ. 96.* Tutorem eſſe alicui. *Modeſtin. l. Cajus*, *ff. de excuſationib.* Date alicui tutorem. ¶ Sumitur etiam translate. *Cic. in Brut. c. 96.* Nos autem, Brute, quoniam poſt Hortenſii clariſſimi Oratoris mortem orbæ Eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus.

Tutorſus, a, um, adj. *di tutori*. *Juſtin. l. 30. c. 3.

Tydides, æ, patron. Diomedes filius Tydei. *Virg. 1. Æn.* O Danaûm fortissime gentis Tydide. *Hor. l. 1. od. 6.* Tydidem Superis parem.

Tylos, seu Tylus, Tilus, f. 2. nomen duarum insularum in mari Rubro, in sinu Persico. Abundant unionibus, & margaritis, item oleis, ficubus, palmis, vitibus, variisque pomorum generibus. *Priscian. de situ orbis*: Hic Tylos est superans vastæ miracula terræ. Vide *Plin. l. 6. c. 28.*

Tympanía, orum, n. margaritæ genus superne rotundæ, ab inferiore parte planæ. *Plin. l. 9. c. 35.*

Tympanéus, a, um, τυμπανικὸς, qui tympanite laborat. *Plin. l. 25. c. 5.* Hydropicis, incipientibusque tympanicis, stomachicis, &c.

Tympanístæ, æ, m. τυμπανιστὴς, qui tympana pulsat. *Apul. de Deo Socrat.*

Tympanístria, æ, f. τυμπανιστρὶς, quæ tympanum pulsat. *Sidon. lib. 1. epist. 2.* Tympanistria, psalteria canit.

Tympanites, æ, m. τυμπανίτης, species hydropis siccæ, in qua flatus totam abdominis, interdum & thoracis regionem rumentem faciunt. Nomen ex eo est, quia ventes ita distentus sonum reddit tympani, si pulsetur. *Plin. Valer. l. 3. c. 12. & Cal. Aurel. Chronic. l. 3. c. 8.* Nam *Cels. l. 3. c. 21.* Græce usurpat.

Tympanítices, a, um, adj. tympanite laborans. *Veget. l. 3. c. 27.*

Tympanízo, as, n. r. τυμπανίζω, תֹּף, tympanum pulso. *Suet. in Aug. c. 68.* Et assensu maximo comprobavit versum in scena pronuntiatum de Gallo Mattis Deum tympanizante: Videsne, ut cinædus orbem digito temperet?

Tympanotríba, æ, m. *tamburino*, מְתֻפְּפָה, Ger. *trummenschlager*. Gall. *joueur de tambourin*, Hisp. *adufero, tanedor de atabal*, τυμπανοτρίβης, qui tympanum terit, ideſt pulsat. *Plaut. Truc. 2. 4. 9.* Tympanotribam amas, hominem non sanci. *b. e.* mollem, & effœminatum, quales erant Cybeles sacerdotes tympana pulsantes. *Turnebus* credit, a Plauto vocari eum, qui sæpe in tympano per tormenta cruciatus sit. Nam in tympano apud Græcos homines torquebantur.

Tympánum, i, m. *timpano, tamburo*, תֹּף, Germ. *trummel*, Gall. *tambour*, Hisp. *atabal, pandero*, τύμπανον, instrumentum ex una parte planum, intus vacuum, membrana extensa clausum, quod baculo, vel etiam manibus pulsatur, quo gentes uti solebant in sacrificiis Cybeles, seu Matris Deorum. *Juvenal. sat. 3. vers. 64.* Gentilia tympana secum Vexit, & ad circum justas prostare puellas. *Virg. 9. Æneid.* Tympana vos, buxusque vocat, Berecyntia Matris Idææ. ¶ Est & tympanum vehiculi lignum rectum, ut ait *Servius*, quia ad modum pellis in tympano, supra vehiculum asseres lati, & subtiles extenduntur: alii dicunt esse restudinem radiorum in rotis, hoc est lignum illud rotundum, quod canthos, seu circulum rotæ efficit: alii denique, aquæ, ut opinor, rectius, tympanum esse ajunt rotam ex solido ligno factam. *Virg. 2. Georg. vers. 444.* Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustris. ¶ Etiam tympanum ad rem architectonicam transfertur. Est autem machina rotunda ad rotæ similitudinem, qua a calcantibus hominibus versata subvehuntur pondera, vel demittuntur. Hujusmodi etiam tympana in portubus videmus ad exonerandas naves accommodata. *Lucr. lib. 4. vers. 903.* Multaque per trochleas, & tympana pondere magno Commovet, atque levi sustollit machina nisu. ¶ Præterea tympanum est pars fastigii anterior in summis coronis columnarum, triangulari plerumque figura, quæ intra ipsius fastigii coronas claudicur, *lo spondaro del frontispizio. Vitruv. l. 3. cap. 3.* ¶ Item rota ad hauriendam aquam accommodata, quæ dum ab hominibus calcantibus versatur, aquam modiolis excepram extollit, & versat in castellum, seu vas ad id paratum. *Id. l. 10. cap. 9.* ¶ Item rotæ molendini interiores ad perpendiculum collocatæ, dentibusque infixis alia aliam versantes, tympana dicuntur. *Id. ib. c. 10.* V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Denique tympana olim appellari consueviſſe planas, & rotundas lances, quæ in mensis imponerentur, scribit *Plin. l. 33. c. 11.*

Tymphe, es, f. r. mons Epiri, in Thesprotia reg. gypso abundans.

Tymphæi, m. 2. pop. Ætoliæ, al. Thessaliæ, al. Macedoniæ, inter Epirum ad Occ. & Thessaliam ad Or. quorum oppida Tymphea, & Æginum. *Plin. l. 4. c. 2.*

Tyndaréus, m. 2. Τυνδαρεὺς, idem ac Tyndarus. *Ovid. in epist.* Me tibi Tyndareus vita gravis auctor, & annis Credidit.

Tyndarídes, æ, m. τυνδαρίδης, qui tympanite laborat. *Plin. l. 25. c. 5.* Hydropicis, incipientibusque tympanicis, stomachicis, &c.

Tympanístæ, æ, m. τυμπανιστὴς, qui tympana pulsat. *Apul. de Deo Socrat.*

Tympanístria, æ, f. τυμπανιστρὶς, quæ tympanum pulsat. *Sidon. lib. 1. epist. 2.* Tympanistria, psalteria canit.

Tympanites, æ, m. τυμπανίτης, species hydropis siccæ, in qua flatus totam abdominis, interdum & thoracis regionem rumentem faciunt. Nomen ex eo est, quia ventes ita distentus sonum reddit tympani, si pulsetur. *Plin. Valer. l. 3. c. 12. & Cal. Aurel. Chronic. l. 3. c. 8.* Nam *Cels. l. 3. c. 21.* Græce usurpat.

Tympaníticus, a, um, adj. tympanite laborans. *Veget. l. 3. c. 27.*

Tympanízo, as, n. r. τυμπανίζω, תֹּף, tympanum pulso. *Suet. in Aug. c. 68.* Et assensu maximo comprobavit versum in scena pronuntiatum de Gallo Mattis Deum tympanizante: Videsne, ut cinædus orbem digito temperet?

Tympanotríba, æ, m. *tamburino*, מְתֻפְּפָה, Ger. *trummenschlager*. Gall. *joueur de tambourin*, Hisp. *adufero, tanedor de atabal*, τυμπανοτρίβης, qui tympanum terit, ideſt pulsat. *Plaut. Truc. 2. 4. 9.* Tympanotribam amas, hominem non sanci. *b. e.* mollem, & effœminatum, quales erant Cybeles sacerdotes tympana pulsantes. *Turnebus* credit, a Plauto vocari eum, qui sæpe in tympano per tormenta cruciatus sit. Nam in tympano apud Græcos homines torquebantur.

Tympánum, i, m. *timpano, tamburo*, תֹּף, Germ. *trummel*, Gall. *tambour*, Hisp. *atabal, pandero*, τύμπανον, instrumentum ex una parte planum, intus vacuum, membrana extensa clausum, quod baculo, vel etiam manibus pulsatur, quo gentes uti solebant in sacrificiis Cybeles, seu Matris Deorum. *Juvenal. sat. 3. vers. 64.* Gentilia tympana secum Vexit, & ad circum justas prostare puellas. *Virg. 9. Æneid.* Tympana vos, buxusque vocat, Berecyntia Matris Idææ. ¶ Est & tympanum vehiculi lignum rectum, ut ait *Servius*, quia ad modum pellis in tympano, supra vehiculum asseres lati, & subtiles extenduntur: alii dicunt esse restudinem radiorum in rotis, hoc est lignum illud rotundum, quod canthos, seu circulum rotæ efficit: alii denique, aquæ, ut opinor, rectius, tympanum esse ajunt rotam ex solido ligno factam. *Virg. 2. Georg. vers. 444.* Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustris. ¶ Etiam tympanum ad rem architectonicam transfertur. Est autem machina rotunda ad rotæ similitudinem, qua a calcantibus hominibus versata subvehuntur pondera, vel demittuntur. Hujusmodi etiam tympana in portubus videmus ad exonerandas naves accommodata. *Lucr. lib. 4. vers. 903.* Multaque per trochleas, & tympana pondere magno Commovet, atque levi sustollit machina nisu. ¶ Præterea tympanum est pars fastigii anterior in summis coronis columnarum, triangulari plerumque figura, quæ intra ipsius fastigii coronas claudicur, *lo spondaro del frontispizio. Vitruv. l. 3. cap. 3.* ¶ Item rota ad hauriendam aquam accommodata, quæ dum ab hominibus calcantibus versatur, aquam modiolis excepram extollit, & versat in castellum, seu vas ad id paratum. *Id. l. 10. cap. 9.* ¶ Item rotæ molendini interiores ad perpendiculum collocatæ, dentibusque infixis alia aliam versantes, tympana dicuntur. *Id. ib. c. 10.* V. *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Denique tympana olim appellari consueviſſe planas, & rotundas lances, quæ in mensis imponerentur, scribit *Plin. l. 33. c. 11.*

Tymphe, es, f. r. mons Epiri, in Thesprotia reg. gypso abundans.

Tymphæi, m. 2. pop. Ætoliæ, al. Thessaliæ, al. Macedoniæ, inter Epirum ad Occ. & Thessaliam ad Or. quorum oppida Tymphea, & Æginum. *Plin. l. 4. c. 2.*

Tyndaréus, m. 2. Τυνδαρεὺς, idem ac Tyndarus. *Ovid. in epist.* Me tibi Tyndareus vita gravis auctor, & annis Credidit.

Tyndarídæ, arum, m. r. Pollux, & Castor filii Tyndari. *Secundum Servium in 2. Æn.* etiam Pollux Tyndaridis dictus est, esti ex Jove, & Leda fuerit procreatus, quemadmodum Poetæ Herculem Jovis filium appellant Amphitryonidem. *Ovid. 5. Fast.* Abstulerant raptas Phœben, Phœbesque sororem Tyndaridæ fratres.

Tyndáris, idis, f. τυνδαρὶς, Helena, vel Clitæmnestra filia Tyndari, & Ledæ, cum qua Jupiter adulterium patravit. *Virg. 2. Æn.* Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ.

Tyndáris, idis, f. Tyndarium, *lo Tindaro. S. Maria di Tindaro*, col. & urbs Siciliæ, in ora litorali, condita, & nominata a Tyndaro Lacedæmoniæ patre Helenæ, nunc excisa, seu potius mari absorpta. *Plin. l. 2. c. 91.*

Tyndaritáni, orum, m. Tyndaridis oppidi incolæ. *Cic. Ver. 5. c. 47.*

Tyndáreus, i, m. sive Tyndareus, τυνδάρεος, filius Oebali, Rex Oebaliæ, seu Laconiæ, ideſt regionis Laconiæ. Habuit uxorem formosissimam Ledam, cum qua Jupiter adulterium patravit. Suscepit duos filios, Pollucem, & Castorem, & duas filias, Helenam, & Clitæmnestram. *Bocc. l. 5. Gen. c. 40.*

Typhœus, m. 2. per tres syllabas, τυφωεὺς, unus e Gigantibus, filius Titani, & Terræ, quem illa Jovi irata ad perniciem cœlestium fertur edidiſſe. Hic, cum in ingentem corporis molem adoleviſſet, eo vecordiæ provectus est, ut Jovem ad certamen de Regno provocaret, eumque de cœli possessione dejicere conaretur. Quapropter a Jove fulmine ictus est. Aliqui, ut Pindarus, & eum secuti *Ovid. 5. Met.* & *Strab. l. 13.* fabulantur, in Sicilia sub monte Ætna sepultum fuisse; alii, ut Homerus in Catalogo, quem *Virg. l. 9. Æn.* & *Lucan. l. 5* sequuntur, detrusum esse sub Inarimen insl. Campaniæ. *Virg. 9. Æn.* Inarime Jovis imperiis imposita Typhœo. *Lucan. l. 5.* Conditur Inarimes æterna mole Typhoeus.

Typhœus, a, um, per quatuor syllabas, τυφωϊὸς, quod ad Typhoeum spectat. *Virg. 1. Æn. v. 665.* Nate, Patris summi qui tela Typhoea temnis, ideſt quibus Typhoeum gigantem percussit.

* Typhœus, idis, *l.* τυφωεὺς, ad Typhoea pertinens. *Ovid. Her. 5. v. 11.* Typhoidos Ætnæ, *b. e.* sub qua ille jacet.

Typhœus, a, um, adj. idem quod Typhoeus. *Claudian. l. 3. de rapt. Pros. v. 283.* rupitne Typhoia cervix Inarimen?

Typhon, onis, m. τύφων, idem qui Typhoeus. *Ovid. 2. Fast.* Terribilem quondam fugiens Typhona Dione. ¶ Typhon item, frater Osiridis, Regis Ægypti, qui ipsum clam necavit, & in viginti quinque partes corpus ejus discerpſit. Tandem ab Isde Regina sorore & uxore Osiridis in bello est interemptus, *cum iis*, qui cædis fuerant conscii, auxilio filii, cui Orus nomen erat. *Died. Sicul. l. 1. c. 2.*

Typhon, onis, m. τυφὼν, vortex fumigans, sed sine igne, flatus, seu ventus vorticosus mira velocitate, sed sine igne, e nube erumpens, a τύφω, *fumigo*. *Lucan. l. 7.* Et trabibus mistis avidos typhonas aquarum deruit. *Plin. l. 2. c. 48.* Sin vero depresso sinu arctius rorati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciunt, qui typhon vocatur, id est vibratus ecnephias: defert hic secum aliquid abruptum e nube gelida, convolvens, versansque, & ruinam suo illo pondere aggravans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua navigantium pestis, non antennas modo, verum ipsa navigia contorta frangens.

* Typhónis, idis, *f.* τυφωνὶς, Typhonis filia. *Flacc. lib. 4. vers. 428.* Harpyiæ Typhonides.

Typhus, i, m. τύφος, Græce est fumus, a τύφω, *fumigo*. Per Metaphoram sumitur pro fastu, arrogantia, superbia, elatione, jactantia. *Arnob. l. 2.* Typhum, supercilliumque deponere. *Et infra*: Typhum arrogantiamque frangere.

Typícus, a, um, adj. *figurativo, che adombra, o significa*. Usurpant *Sedulius l. 3. v. 208.* & *Arator in Acta Apostol. c. 13.*

Typus, i, m. *forma, figura, tipo*, אָבוּם, צוּרָה, Ger. *vorbild, model*, Gall. *type*, Hisp. *molde*, τύπος, forma alicujus rei, figura, imago, exemplar, umbra quædam, & adumbratio rudis. *Plin. l. 35. c. 12.* Umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater ejus impressa argilla typum fecit.

¶ Non solum vero typi dicuntur formæ illæ, ex quibus res efformantur, sed etiam insculptæ variarum rerum effigies, & formæ, quarum diligentia tectorius delectabantur, ita ut variæ quadræ, & crustæ variis cælatæ speciebus viderentur. *Cic. Att. l. 1. ep. 9.* Præterea typos tibi mando, quos *in* testoriolo attrioli possis includere. V. ibi *Manut.*

Tyra. V. Tyras.

Tyrangítæ, m. r. Tyragetæ, Tyrigetæ, Tyritæ, pop. Sarmatiæ Europææ, in illo tractu, ubi hodie Podolia inferior, Prov. Mer. R. Poloniæ, versus Tyram fl. *Plin. l. 4. c. 12.*

Tyranna, æ, f. *tiranna*, mulier quæ tyrannidem occupat. *Trebell. Poll. in XXX. Tyran. c. 31.* Nemo dicturus est, me fœminas inter tyrannos eum risu, & joco, & tyrannas videlicet, & tyrannides, ut ipsi de me solent jactare, posuisse.

Tyrannése, adv. *tirannicamente*, Ger. *grausamlich, tyrannischer weise*, Gal. *tyrannicquement, cruellement*, Hisp. *cruelmente*, τυραννικῶς, tyrannorum more, crudeliter, violenter. *Cic. 5. Ver. c. 48.* Nunc ut hoc tempore ea, quæ regie, seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius, præterimittam.

Tyrannícida, æ, com. *uccisore del tiranno*, τυραννοκτόνος, qui tyrannum occidit. *Plin. l. 7. c. 23.* Quæ torta non indicavit Harmodium, & Aristogitonem tyrannicidas. *Suet. in Tiber. c. 4.* Præmia tyrannicidarum. Adde *Quintil. l. 5. c. 10.* ¶ *Cicero* pro hac voce utitur circumlocutione, inquit enim *pro Mil. c. 29.* Græci deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt.

Tyrannicídium, ii, n. τυραννοκτονία, actus tyranni occidendi. *Quintil. l. 7. c. 4.* Tyrannicidium *ek* occidere tyrannum.

Tyrannícus, a, um, *tirannico*, Ger. *tyrannisch*, Gall. *tyrannique, cruel*, Hisp. *tirannico*, τυραννικὸς, quod est tyranni, hoc est crudele, & superbum. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 30.* Terrum, crudele, tyrannicum facinus. *Cic. 1. de Leg. c. 15.* Aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges justa haberentur?

Tyrannis, idis, f. *tirannide*, *tirannia*, פֶּרֶךְ, Ger. *wuterey, unbilligkeit*, Gal. *tyrannie, cruauté*, Hisp. *tyrannia*, τυραννὶς, tyranni dominatio, imperium sævum, ac violentum. *Cic. 3. Off. c. 23.* Quid, si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater? *Id. Att. l. 14. ep. 9.* O Dii boni, vivit tyrannis, tyrannus occidit. *Id. ib. ep. 14.* Sublato tyranno, tyrannida manere video. *Juvenal. sat. 8.* Quid Nero tam sæva, crudaque tyrannide fecit?

Tyrannoctónus, i, m. τυραννοκτόνος, idem ac tyrannicida, a τύραννος, *tyrannus*, & κτείνω, *interficio*. *Cic. Att. l. 16. ep. 15.* Eum modo non inimicum tyrannoctonis, verum etiam amicum fore.

Tyrannopólita, æ, m. civis ejus urbis, in qua tyrannus imperat. *Sidon. l. 5. ep. 8.* Vitia nostrorum tyrannopolitarum.

Tyrannus, i, m. *tiranno, signore*, פֶּרֶךְ, מֹשֵׁל, Ger. *tyrann, ein wuterich*, Gall. *tyran, cruel*, Hisp. *tyrano, tyranno*, τύραννος, rex seu monarcha, qui plenam habet in subjectos potestatem. Nam primo tyrannus in bonam partem pro rege, seu principe accipi consuevit. *Virg. 7. Æn.* Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. *b. e. Æneæ.* Adde *Nepotem in Miltiade fub fin.* ubi docet ab incolis Chersonesi tyrannos dici, qui perpetua dominatione utuntur. ¶ Progressu temporis, crescente malitia, cum superbi reges regnare cœpissent, ad illos tantum hoc nomen restrictum est, qui per insolentiam viribus imperii abutebantur, non jure, & æquis legibus, sed vi, & quadam animi libidine dominabantur. *Cicer. de Amic. c. 15.* Hæc est enim tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentiæ poresi esse fiducia, omnia semper suspecta, atque sollicita sunt, nullus locus est amicitiæ. *Id. 2. Off.* Nec vero hujus tyranni solum, quem armis oppressa pertulit civitas &c. ¶ Translate sumitur pro quocunque moderatore. *Hor. l. 2. od. 17.* Seu tyrannus Hesperiæ Capricornus undæ. ¶ Verus quidam interpres, cujus verba adducit *ad Trebell. Pollion. in XXX. Tyrannis c. 31.* itemque *Servius ad Virg. 7. Æn.* scribunt, *Tyrannus* esse communis generis, ita ut etiam in fœminino genere usurpari possit, sed ad hoc confirmandum deest adhuc idonei Scriptoris exemplum.

Tyras, æ, m. & Tyra, Naparis, *Tyra, Turla, Niester*, flu. Germano-Sarmatiæ, nunc Poloniæ. Oritur ex lacu parvo in Russia nigra prov. a Premislia 9. ll. Pol. in Or. a Leopoli 4. in Mer. hinc in Ortum tendens, rigataque Pocutia tractu, Podoliam superiorem, & inferiorem a Moldavia separat, & in Bessarabia tractu in Pontum Euxinum se exonerat infra Bialogradam, ab ostio Istri 60. M. P. in Bor. *Plin. l. 4. c. 12.*

Tyras, *f. r. Moncastro, Bialogrod, Akerman*, urbs Sarmatiæ Europææ, ad ostia Tyræ fl. vix 5. M. P. supra ostia fl. caput Bessarabiæ. *Plin. l. 4. c. 12.*

Tyrianthínus, a, um, *color mistu di porporine, e violetto, τυριανθινος*, quod est colore facto ex jantnino, hoc est violaceo, rursus Tyria purpura inebriato, ut Vestes Tyrianthinæ, quæ colore hujusmodi tunt infectæ. *Martial. l. 1. epigr. 54.* Sic interpositus vili contaminat unco Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus. Adde *Plin. l. 9. c. 41.*

Tyridátes, is, m. Τυριδάτης, frater Vologesis Parthorum Regis, qui Neronis principatu Romam venit, & Regni Armeniæ diadema ab eo accepit. *Tac. l. 6. & 7. Ann.*

Tyrins, & Tiryns, this, f. Τίρυνς, urbs Peloponnesi, Argis vicina, in qua Hercules educatus traditur. *Plin. l. 4. c. 5.*

Tyrinthius, i, m. Hercules, a Tyrinthe urbe, in qua educatus est. *Virg. 7. Æn.* Postquam Laurentia victor Geryone extincto Tyrinthius attigit arva. *Sil. l. 8. v. 318.* Tyrinthius heros. ¶ Scribitur & *Tirynthius*.

Tyrissæi, m. 2. pop. Macedoniæ, in Emathia, inter Cyrrhestas, & Pellam urb. quorum urbs Tyrissa. *Plin. l. 4. c. 10.*

Tyristásis, f. 3. Tiristasis. *Perispasi*, urbs Chersonesi Thraciæ, in ora ad Propontidem. *Plin. l. 4. c. 11.*

Tyritæe, es, f. urbs Colchorum, in ripa Phasidis fl. a Phaside urbe introrsum distans in mediterraneis. *Plin. l. 6. c. 4.*

Tyrium, ii, n. purpura Tyria. *Tertul. de pœnit. c. 11.* Num in coccino, & Tyrio pro delictis supplicare nos condecet?

Tyrius, a, um, τύριος, צוֹרִי, quod spectat ad Tyrum urb. *Virg. 1. Æneid.* Nec tam aversus equos Tyria Sol jungit ab urbe. ¶ Tyria puella, Europa, filia Agenoris Regis Tyri, & totius Phœniciæ. *Ovid. 5. Fast.* Præbuit ut taurus Tyriæ sua terga puellæ Jupiter. ¶ Metonymice, quoniam in urbe Tyro laudatissima tingebatur purpura, factum est, ut Tyrium dicamus pro purpureo. *Ovid. l. 2. de Ar. v. 297.* Sive eris in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. *Stat. l. 1. silv. 2. v. 151.* Tyrium ahenum. V. *Ahenum*. ¶ *Tyria maria*, prov. dicebatur de readmodum tumultuosa, periculique plena: & *Tyria maria excitare*, pro ingentes tumultus commovere. Inde natum est, quod Pœni Tyro oriundi adeo potentes in mari fuerunt, ut omnia maria infestantes navigationem reddderent periculosam. *Asranius apud Fest.* ¶ Tyrii, orum, Tyri incolæ. *Virg. 1. Æn.* ¶ Dicitur etiam de Thebanis, quia Thebas Cadmus Tyri in Phœnicia natus condidit. *Stat. 3. Theb. v. 406.* Tyrius exul. *b. e.* Polynices filius Oedipodis Thebarum regis. ¶ *Tyrii, orum*, ipsi Thebani. *Id. ib. l. 9. v. 489.*

Tyro cum derivatis. V. Tiro.

Tyropatína, æ, f. h. e. placenta in modum casei confecta ex lacte, ovis, & melle. *Apic. l. 7. c. 2.*

Tyros. V. Tyrus.

Tyrotarichus, i, m. τυροτάριχος, genus obsonii ex caseo, & salsamentis confecti, a τυρός, *caseus*, & τάριχος, *salsamentum*. Quidam volunt esse jus ex caseo salito expressum, quo in condimentis usi sint Veteres. *Cic. Att. l. 4. ep. 8.* hac voce utitur, & *l. 9. Fam. ep. 16.* ¶ Patella tyrotaricha apud *Apic. l. 4. c. 2.* est placenta ex tyrotaricho confecta, & condita, aliis præterea adhibitis condimentis, quæ is ibidem enumerat.

Tyrrhéni, Hetrusci, Thusci, *Toscani, τυρρῆνοι*, pop. Italiæ, quorum regio Tyrrhenia, sive Hetruria, sive Thuscia. Hos quidam indigenas Italiæ, alii advenas fuisse dicunt. Qui indigenas censent, hoc nomen ipsis inditum ajunt ab ædificiis munitis, quæ in urbium mœnibus erigi solent, quæ Græce τύρρεις, Latine turres appellantur, quod primi omnium in Italia turres exstruxerint, in iisque habitarint, quemadmodum Mosynœci pop. Asiæ appellati sunt a μόσυνι, *turris*, quod habitarent in ædificiis ligneis munitis, & turrium instar excelsis. Sunt qui dicunt, eos alienigenas esse; alii ajunt, Lydos, sive sponte, sive ob agri sterilitatem, patria relicta, in Italiam navigasse, Tyrrhenum coloniæ ducem fuisse, gentique nomen a se imposuisse. Hunc vero Tyrrhenum alii dicunt filium fuisse Atyos ex Callithea: alii, Herculis ex Omphale. Sed *Xanthus Lydius* nullam de hac re mentionem facit. Alii dicunt, Tyrrhenos a Mysis ortum trahere, & ita appellatos esse a Tyrrheno Telephi filio, qui post Trojæ incendium in Italiam venerit. *Hellanicus Lesbius* dicit, Tyrrhenos eosdem fuisse, atque Pelasgos, hos, postquam in Italia cœperunt habitare, Tyrrhenorum nomen assumpsisse, eondidisse Tyrrheniam urbem. Sed ab hoc *Myrsilus* dissentiens ait, Tyrrhenos post patriam relictam in ipsis suæ profectionis erroribus mutato nomine Pelargos appellatos ob quandam similitudinem avium, quæ pelargi, ideſt ciconiæ, vocantur, quod gregatim & per Græciam, & per multas alias regiones diu vagati fuerint. In hac sententiarum varietate censemus, Tyrrhenos potius indigenas fuisse, quam Lydos, aut Pelasgos: non Pelasgos, quia lingua diversa fuere, non Lydos, quia nec eandem linguam habebant, neque eosdem Deos colebant, nec legibus, nec vitæ studiis similibus utebantur, sed in hisce rebus etiam plus a Lydis, quam a Pelasgis differebant. *Dionys. Halicarn Rom. Antig. l. 1. Virg. 11. Æn.* Tyrrheni, quæ tanta animis ignavia vestris? ¶ Tyrrheni quoque, pop. insulares maris Ægæi, Lemnum, Imbrum, & alias insulas oræ Thraciæ incolentes, a quibus Tyrrhenicus sinus dictus est.

Tyrrhenía, æ, f. Hetruria, Thuscia, *la Toscana*, regio Italiæ. Vide Hetruria. *Ovid. 14. Met.* Concurrit Latio Tyrrhenia tota, diuque, &c.

Tyrrhénum mare, Thuscum, Interum, Notium, *il mare di Toscana*, τυρρηνικὸν πέλαγος, pars ampla maris Mediterranei. Extenditur a Macra flu. usque ad Siculum fretum, inter Thusciam, Dictionem Pontificiam, Regnum Neapolitanum, Siciliam, Sardiniam, & Corsicam, in ora Italiæ, ejusque partes sunt Sinus Formianus, Neapolitanus, Salernitanus, Talaus, Terineus. De erymo sic *Servius in 1. Æn.* Tyrrhenum mare dictum est, vel quod Thusciam alluit, id est Tyrrheniam, vel a Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipitaverunt. Namque hoc habet fabula, dormientem in litore Liberum Patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhenos, qui cum esset experrectus in navi, quo duceretur, interrogavit. Respondentum illi, quo vellet. Liber ait, ad Naxum insulam sibi sacratam. Sed cum alio vela desiecterent, iratum Numen tigres sibi sacratas visibus eorum objecit: quo terrore se illi in fluctus dedere præcipites. Hæc *Servius*. *Ovidius* quoque hanc eandem narrat fabulam, *Metam. 3. fab. 10.* addit*que*, Tyrrhenos hosce nautas in Delphinos fuisse conversos. *Virg. 1. Æn. v. 67.* Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.

Tyrrhénus, m. 2. vir Lydus, filius Atyos ex Callithea, quintus a Jove. Nam ex Jove, & Terra genitus est Masnes, qui primus in Mœonia, quæ postea Lydia dicta est, regnavit, ex hoc, & Callirhoe Oceani filia procreatus Corys, Cotyi vero, qui multorum duxit filiam Tulli Terrigenæ Halien, duo fuere filii, Avies, & Atys, ex Aty, Callithea Chorei filia Lydus, & Tyrrhenus nati sunt. Ex his duobus Lydis paternum regnum accepit, & a se regionem illam Lydiam appellavit, Tyrrhenus vero cum colonia in Italiam venit, magnamque partem in suam potestatem redegit, & sociis suis Tyrrhenorum nomen imposuit. Sed *Herodotus* ait, Tyrrhenum quidem fuisse filium Atyos, sed Atyn Masnæ, & Mœonas non sponte, sed ob agri sterilitatem e suis sedibus migrasse, Atyn universum populum in duas partes divisisse, sortique rem commisisse, ut altera pars, & aber filius remaneret, altera pars, & alter filius discederet, itaque Lydum ibi remansisse, Tyrrhenum discessisse. Quidam dixerunt, Tyrrhenum Herculis fuisse filium ex Omphale Lyda progenatum, nunc in Italiam profectum, Pelasgos ejecisse e suis urbibus, non omnibus, sed iis tantum, quæ trans Tiberim erant, & quæ ad Septentriones spectabant. Alii Tyrrhenum Telephi filium fuisse tradunt, & post Trojam captam in Italiam venisse. *Dionys. Halicarn. Roman. Antig. l. 1.*

Tyrrhénus, a, um, adj. ad Tyrrhenos pertinens. *Ovid. 15. Met. v. 527.* Gens Tyrrhena. *Virg. 1. Æn. v. 67.* Tyrrhenum æquor. *Stat. 1. Achil. v. 56.* Tyrrheni greges. *b. e.* delphini, cujus rei rationem V. in Tyrrhenum mare. ¶ *Tyrrhenum murmur*, apud *Stat. 6. Theb. v 404.* est sonus tubæ, quam Tyrrhenus Herculis filius primus invenisse dicitur a *Plin. l. 7. c. 56.* & *Hygino fab. 274.* Hinc *Virg. 8. Æn. v. 526.* Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.

Tyrrhídæ, arum, m. 2. filii Tyrrhi pastoris. *Virg. 7. Æn. v. 483.* Tyrrhidæ pueri, quem matris ab ubere raptum Nutrierant.

Tyrrhus, m. 2. τύρρος, pastor in agro Laurenti, amicus Latini Regis; ad quem in sylvas Lavinia post mortem Æneæ, timens sibi aliquam calamitatem ab Ascanio, fugit, ubi etiam Sylvium peperit. *Dionys. Rom. Ant. l. 1.* & *Serv. in 7. Æn.*

Tyrus, f. 2. Tyros, Sarra, צוֹר, *Sur*, τύρος, urbs Syriæ, in Phœnicia in ora maris Mediterranei, apud Palætyrum, inde 30. stad. ampla olim, & munita, in saxo undique prætupto, cum portu capaci, una exitis, quæ Tripolim efficiebant, inter Sidonem ad Bor. 24. M. P. & Ptolemaidem ad Austr. 32. Ab Agenore Phœniciæ Rege ortum habuisse traditur, sicuti Sidon a Sichene. Olim insula fuit, septingentis pallibus ab alto mari divisa, sed Alexandri Magni eam oppugnantis operibus continenti juncta est. *Plin. l. 5. c. 19. Curt. l. 4.* ¶ A Tyro variæ coloniæ ortum habuere, ut Lepris, Utica, & illa Romani Imperii æmula Carthago. *Lucan. l. 3.* Et Tyros instabilis, pretiosaque murice Sidon. ¶ Circa Tyrium mare optima conchylia, & purpuræ capiuntur, tingendis vestibus apprime nobiles, ut est apud *Plin. l. 4. c. 19.* & *l. 35. c. 6.* hinc *Tyria vestes*, *Tyrius murex*, &c. pro excellenti purpura ponuntur, quin & ipsa Tyros pro purpureo colore usurpatur. *Martial. l. 2. epigr. 29* Quaque Tyron toties eporavere lacernæ. *Id. l. 6. epigr. 2.* Te Cadmæa Tyros, me pinguis Gallia vestit.

Tzani, m. 2. iidem qui Sanni, qui sunt populi Themiscyræ ultra Trapezuntem, ut est apud *Plin. l. 6. c. 4.* Ita vocabantur ætate Eustathii.

DE LITTERA V.

Litera vocalium ultima, quæ tamen etiam consonantis vice fungitur, quoties alteri vocali imminet, eamque comprimit, ut *vates, vox, voltus*. Poetæ interdum eam diffolvunt metri causa, ut *Horat. Epod. 13.* Nivesque deducunt Jovem: nunc mare, nunc silvæ, &c. ubi *silva* trisyllabum est. ¶ Aliquando in *o* conversa legitur. Olim enim dixere *Heceba, natrix, prebaerunt, dederont*, pro *Hecuba, nutrix*, &c. teste *Quintil. l. 1. c. 4.* At contra scribebant *Poluxena*, & *Chalcidos*, pro *Chalcides*, & *Polyxena*. *Id. ib.* Popebatur etiam pro *i*, ut *lubens*, & *carnufex*, pro *libens*, & *carnifex*. ¶ Latini sæpe Græcum *o* in *u* vertebant, quod in voce *Sylla* adnotavimus. ¶ In numeris V. valet quinque.

V A N T E A.

Vacans, antis, o. σχολῶν, *privo d'affari*, נַעֲלָה, σχολάζων, qui otiatur. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 3.* Hoc mihi certum, & jucundissimum vacanti negotium erat tecum id otii tempus consumere. *Ovid. 9. Met. v. 611.* Nec petiit horamque, a nimumque vacantem. *Virg. 3. Georg. v. 477.* Saltus longe lateque vacantes. h. e. armentis, pecoribusque defertos. ¶ Milites vacantes erant supernumerarii, ad commoda solum participanda in numeros relati, quos *Sueton. in Claud. c. 25. supra numerum* appellat. *Lamprid. in Alexand. Sev. c. 25.* ¶ *Vacans mulier*, hoc est vidua, *Martian. leg. 5. ff. de vi public.* ¶ *Bona vacantia* dicuntur, quorum nullus est heres. *Leg. 1. Cod. de bon. vacant.*

Vacanter, adv. *in vano*, לְשָׁוְא, νωθῶς, supervacue, inaniter, frustra. *Gell. l. 17. c. 10.* Vacanter hoc etiam accumulavit, & inaniter.

Vacat, avit, imp. 1. *aver tempo*, עֵת לַעֲשׂוֹת, σχολὴ ἐστὶ, otium, vel tempus vacuum est. Est tertii ordinis. Sed tamen non semper dativus exprimitur. *Virg. 2. Æn.* Et vacat annales nostrorum audire laborum. *Ovid. 2. Trist. v. 216.* Non vacat exiguis rebus adesse Jovi. *Juv. sat. 1.* Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam. ¶ Quandoque ponitur pro cura esse, placere. *Quintil. l. 11. c. 1.* Cui esse diferro vacat.

Vacatio, onis, f. *vacanza, esenzione*, שִׁבְתּוֹן, σχολὴ, cessatio ab opere, immunitas. *Cic. Fam. 9. epist. 6.* Quæ studia vacationem habent publici muneris. *Id. 1. de Leg. c. 4.* Nullam tibi a causis vacationem dari video. *Id. de clar. Orat. c. 31.* Vacationem augures, quo minus judiciis operam darent, non habere. *Id. 7. Ver. c. 22.* Uti vacatione, *servirsi del privilegio di esenzione*. ¶ Vacatio militiæ dicitur, cum milites vel propter expletum stipendiorum tempus, vel propter ætatem, vel alia quapiam de causa militare non coguntur. *Cæs. l. 6. B. G. c. 14.* Durides militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem. *Nep. in Attic. c. 9.* Incidit bellum civile, cum haberet annos LX., usus est ætatis vacatione. *Cic. 5. Phil. c. 12.*

vertendum putes. ¶ Quoniam vero qui negotiis carent, vitam otiosam agunt, metaleptice notat otiosum esse, cessare, nihil agere, σχολάζειν. Tunc similiter usurpatur vel absolute. *Cic. l.12. Fam. ep.29.* Si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. *Cæs. l.4. B. G. c.8.* Una ex parte a Suevis circiter millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur, *ideſt*, non excoli, non arari. ¶ *Vel* cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Cic. in Brut. c.78.* Nullum tempus illi unquam vacavit aut a forensi dictione, aut a commentatione domestica, aut a scribendo, aut a cogitando. ¶ Per Metalepsin quoque, quoniam qui *nullis negotiis* impediuntur, attentius solent applicare animum ad aliquid, capitur *pro* dare operam, animum adjicere, studere. In hac acceptione construitur cum dativo. *Plin. ep.9. l.1.* Quod evenit mihi, postquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut scribo, aut etiam corpori vaco, *ideſt* corpus curo. *Curt. l.6. c.7.* Ille non vacasse sermoni suo Regem caussatus est, *che il Re non avea avuto agio d'ascoltarlo*. ¶ Interdum reperitur cum accus. & præpos. *in*, vel *ad*. *Ovid. l.3. de Pont. eleg.3.* In nullum mea mens grande vacavit opus. ¶ *Vacare* impersonaliter V. supra in *Vacat*. ¶ Cum infinito. *Stat.8. Theb. v.186.* Tu Tyrios acies, adversaque signa vacasti sternere.

Vacuátus, a, um, *votato*, *vacuo*. *Colum. l.12. c.50.* Vacuata dolia. *Aurel. Vict. in Epitom. c.43.* Sanguine vacuatus.

Vácuo, adv. inaniter, futiliter. *Arnob. l.3.* Inaniter, vacue, & sine ulla substantia constituta sunt omnia.

Vacuefácio, is, feci, factum, a. 3. idem ac vacuo, *votare*. *Nepos in Cimon. v.2.* Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, vacuefecit. *Macrob. l.7. Satur. c.12.* Venas inedia vacuefiscere. ¶ Apud *Lactant. l.4. c.17.* Vacuefacere circumcisiones, est tollere, abrogare.

Vacuefactus, a, um, partic. *votato*. *Cic. Catil.1. c.7.* Quid quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt? Al. leg. *vacua facta*. *Nepos in Timol. c.3.* Novis civibus bello vacuefactas possessiones divisit. h. e. defertas, bello vastatas.

Vacuítas, atis, f. *privazione*, ἐρημία, κενότης, ἀνοίκητος, inanitas, privatio, absentia. *Cic. 1. Fin. c.10.* Ipsa liberatione, & vacuitate omnis molestiæ gaudemus. *Id.1. Offic. c.21.* Adhibenda est vacuitas ab angoribus. ¶ *Vitruv. l.2. c.7.* Interveniorum vacuitates ignis occupans. h. e. loca vacua.

Vacúna, æ, f. Dea vacantium, sive otiosorum, a vacuo. Verus *Interpres Horatii in l.1. ep.10.* Vacuna apud Sabinos plurimum colitur: quidam Dianam, nonnulli & Cererem esse dixerunt, alii Venerem, alii Victoriam, Deam vacationis, quod faciat vacare curis. Sed Varro primo rerum divinarum Minervam dicit, quod ea maxime hi gaudent, qui sapientiæ vacant. *Hæc ille*. Huic agricolæ cum a laboribus ruris vacarent, ut post perceptos fructus requiescerent, per hyemem vota solvebant, & sacrificabant. *Ovid. 6. Fast. v.307.* Nam quoque cum *fiunt* antiquæ sacra Vacunæ, Ante Vacunales stantque, sedentque focos.

Vacúnæ Fanum, *Vacone*, pagus Sabinorum, ubi Vacuna Dea colebatur. *Hor. l.1. ep.19. in fine*, hoc fanum putre vocat, quia vetustate collapsum erat.

Vacunális, le, adj. ad Vacunam pertinens. *Ovid. 6. Fast. v.308.* Ante Vacunales stantque, sedentque focos.

Vaccío, as, a. 1. *votare*, הֵרִיק, Ger. *lar machen*, Gal. *vuider*, His. *vaziare*, κενόω, vacuum reddo, vacuefacio. *Martial. l.11. epigr.6.* Elysium liceat si vacuare nemus. *Col. l.3. c.13.* Qui ripam erigi jubeat, fulcumque vacuari.

Vacúus, a, um, *vacuo*, *voto* הֵרִיק, נִבְזֶה, נָבוּב, נוֹרָק, פָּנוּי, κενός, inanis, non occupatus, nihil continens, a *vaco*. Usurpatur vel absolute. *Virg. 3. Geor.* Jamque elati sublime videntur Aera per vacuum ferri. *Liv. l.27.* Vacuus paulo post equus, errans per urbem cognitus, &c. *ideſt* sine sessore. *Id. l.39. c.14.* Partem ædium vacuam facere. ¶ Vel cum abl. sine præp. *Cic. de Univ.* Nihil igni vacuum videri potest. ¶ Vel cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Cic. 5. Tusc.* Maximeque, quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. ¶ Metaleptice sumitur pro spatioso, vasto, ingenti. *Virg. 3. Georg. v.143.* Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum Flumina. ¶ Translate accipitur pro experte cujuscunque rei, seu libero a quacunque re, & construitur vel absolute. *Cic. pro R. Am.* Cum ille confirmaret, se se prædia vacua filio traditurum. *Id. Att. l.2. ep.23.* Cum vacui temporis nihil haberem. *Id. in Brut. c.5.* Nunc vero, inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. ¶ Vel cum abl sine præp. *Cic. Att. l.10. ep.18.* Consilium nostrum spero vacuum periculo fore. *Id.2. Fin.* Cum vacui curis, etiam quid in cælo fiat, scire avemus. ¶ Vel cum abl. & præp. *a*, vel *ab*. *Cic. ad Q. Fr. l.1. ep.3.* Si eris ab isto periculo vacuus. *Id.3. Verr.* Hora nulla vacua a furto, a scelere, a crudelitate, a flagitio repetietur. ¶ Reperitur etiam cum gen. *Ter. Heaut. 1.1.38.* Vacuum tempus ne quod dem mihi laboris. Al. leg. *vacivum*. *Hor. l.2. Sat.2. ad fin.* Vacuus operum, *sbrigato dalla faccenda*. ¶ Translate pœnitur pro otioso, quia qui nullis curis occupatus, nullis negotiis irretitus est, is otiosus est. *Cic. in Brut. c.1.* Itaque hunc elegimus diem, cum te sciremus esse vacuum. *Ovid. 1. de Ponr. eleg.1. v.141.* Nec rursus jubeo, dum sit vacuissima, quæras. ¶ *Vacuum mihi est*, tempus mihi supperit, vacat, *ho tempo*. *Sall. apud Gell. l.9. c.12.* Postquam remoto metu Punico, simultates exercere vacuum fuit. *Tacit. 2. hist. c.38.* Ubi subacto orbe, & æmulis urbibus, securas opes concupiscere vacuum fuit. ¶ *Vacua pecunia* dicitur, quæ nullum fœnus parit. *Leg. 28. Dig. Depositi.* ¶ *Vacua mulier*, sine marito. *Tacit. 13. Ann. c.44.* ¶ *Vacua possessio* est, quæ nullum habet dominum, vel quam dominus libere alteri cedit. *Leg. penult. Dig. de acq. possess. & leg.52. Dig. de Verb. oblig.* Hinc *venire in vacuum* est hæreditatem vacantem adire. *Hor. l.2. Sat.5. v.48.* ut scribare secundus Hæres, & si quis casus puerum egerit Orco In vacuum veniag. ¶ *In vacuum pendere* dicitur de iis, qui cum æri alieno solvendo non sint, eorum bona venalia exponuntur in tabula suspensa in publicis locis, tanquam si vacua sint. h. e. a nullo possessa. *Suet. in Claud. c.9.* Ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto præfectorum. ¶ Vertex vacuus, *capo vano*, *sesmo*, *voto dicervello*, *Hor. l.1. ed.18.* Attolens vacuum plus nimio gloria verticem.

Vadátus, a, um, partic. a vador, atis. *Hor. l.1. Sat.9. v.36.* & casu tunc respondere vadato debebat. h. e. ei, qui in jus vocaverat. ¶ Sumitur etiam passive, & translate accipitur pro obstricto, devincto. *Plaut. Bacch. 2. 2. 3.* Ita me vadatum amore, vinculumque artines. *Apul. l.11. A.A.* Plane memineris, mihi reliqua vitæ tuæ curricula adusque terminos ultimi spiritus vadata.

Vadicásses, m. i. Vadicassi, pop. Galliæ Lugdunensis, ubi hodie Niyernensis prov. *le Nivernois*, ad Ligerim fl. non in Normannia, ut aliqui scripserunt, sed longe ab ea in Mer. quorum caput Noviomagus Vadicassium, *Nevers*. Alii eis attribuunt tractum *le Vez de Constantin*. in Normannia, & opp. *Quarentan. Plin. lib 4. cap.18.*

Vadimónis lacus, *Lago di Vadimone*, *Lago di Bassanello*, lacus admodum parvus Hetruriæ, in Prov Patrimonii prope Bassanellum castr. a Tiberi fl. vix 3. M. P. Opacam habet sylvam sibi innatantem, quæ nunquam die, ac nostu eodem visitur loco. *Plin. l.2. c.95.* ¶ *Plin. Jun. in epist.20. l.8.*

Vadimónium, ii, n. *promessa di comparire in giudizio*, עִרְבוֹן, הִבְטָחָה, Ger. *gelobung*, *rechtliche zugeſtung*, Gal. *promeſſe de comparoître en juſtice*, His. *fiance*, ἐγγύη, ἐγγύησις, ἐπαρχὴ, sponsio sistendi se in judicio ad diem præstitutam, per se, vel per advocatos, quod deferere non licet, a *vas*, *vadis*, ut *patrimonium a pater*, *matrimonium a mater*. Itaque *Vadimonium alicui imponere*, est necessitatem injicere comparendi in judicio. *Nep. in Timol. c.ult.* ¶ *Vadimonium obire*, est ad diem constitutam se in judicio sistere. *Cic. pro Quinc. c.16.* quo sensu *Id. ib. c.15.* dixit *ad vadimonium venire*. ¶ *Vadimonium sistere*, est idem ac *obire*, seu *ad vadimonium venire*. *Nep. in Att. c.9.* Fulviæ, cum lipibus distineretur, tanta diligentia officium suum præstitit, ut nullum illa stiterit vadimonium sine Attico, hic sponsor omnium rerum fuerit. Adde *Cic. pro Quinc. c.8.* ¶ Similiter *vadimonium facere* eodem sensu dicitur. *Plaut. Epid. 5.2.19.* Vadimonium ultro hic mihi facit. h. e. ultro se mihi offert. ¶ *Concipere vadimonium*, est exprimere certam formulam sponsionis sistendi se, seu comparendi. *Cic. ad Q. Fr. l.2. ep.14.* Negat, in tanta multitudine eorum, qui una essent, quenquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. ¶ *Vadimonium promittere*, est promittere comparere in judicio ad diem præstitutam per se, vel per advocatum. *Cic.5. Ver.* Stabant iste, ut orator decumano, quo veller decumanus, vadimonium promittere. ¶ *Vadimonium constituere*, est diem statuere, quo quis in judicio comparere debeat. *Cic. de Sen.* Omnia, quæ curant, meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant. ¶ *Differre vadimonium*, est differre diem contentionis, quo reus in judicio comparere promiserat. *Cic. Att. l.2. ep.7.* In hominem ire cupiebam, non mehercule ut differem eum eo vadimonium. *Plin. l.7. c.51.* Bebius judex, dum vadimonium differi juber. ¶ *Vadimonium deserere*, est non comparere in judicio ad diem præstitutam, *cader' in contumacia*. *Cic. pro Quinct.* Non dubitayit, inquit, cum vadimonium desertum esset, bona proscribere. *Plin. in Pref.* Inscriptiones, propter quas vadimonium deseri posset. h. e. inscriptiones librorum promittentes multa adeo festiva, & magna, ut propter eorum librorum lectionem vadimonium deseri posset. ¶ *Vadimonium missum facere*, est vadimonii obligationem remittere, condonareque. *Cic. pro Quinct. c.14.* Qui postea quoque vadimonium missum fecerit.

Vado, das, a. 1. *guadare*, *passare a guado*, vado trajicio. Affertur a Lexicographis quibusdam locus Papiniani JCti *l. ult. Dig. de servit. præd. rust.* ubi tamen alii aliter legunt. Item locus ex *Solino*, quem nos nondum invenire potuimus.

Vado, dis, si, sum, n. 3. *andare*, *camminare*, הָלַךְ, Ger. *gehen*, Gal. *aller*, His. *yr*, βαδίζω, eo, iter facio. ¶ *Virg. 2. Æn.* Per tela, per hostes Vadimus haud dubiam in mortem. *Cic. Apt. l.4. ep.10.* Ad eum postridie mane vadebam, cum hæc scripsi. *Id. eid. l.14. ep.11.* Lentulus Spinther hodie apud me: eras mane vadit, *si parte*. ¶ Transfertur ad flumina, *pro* fluere. *Plin. l.5. c.26.* Et parte læva in Mesopotamiam vadit per iplam Seleuciam. ¶ Præterium *vasi* legitur apud *Tertull. de Pall. c.3.* Et præterea locum habet in compositis *evado*, *pervado*.

Vador, aris, atus sum, dep. 1. *citare in giudizio conscivere*, est alicui denunciare, ut in jus veniat, ejusque rei vades, seu sponsores ao eo postulare, ne fallat, κλητεύω. *Plaut. Perf. act.2. sc.4. v.18.* Vadatur hic me, Pæ. Ubi vero advenerint desint, in carcere ut sis. *Cic. pro Quinct. c.19.* Debere tibi dicis Quinctium, procurator negat: vadari vis, promittere in jus vocas, fequitur: judicium postulas, non recusas. *Id. ib. c.6.* Se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere: siquid agere secum velit Quinctius, non recusare. *Hic*, cum rem Gallicanam cuperet revivere, hominem in præsentia non vadatur. Ita sine vadimonio discedit ur. *Liv. l.3. c.13.* Tot vadibus accusator vadatus est reum. *Ovid. de remed. v.675.* Jamque vadaturus lectica prodiret, inquit, &c. ¶ Sumitur & passive, ut docet *Prisician. l.8.* est enim, ut ipse ait, verbum commune. V. *Vadatus*.

Vadósus, a, um, *guadoſo*, *pieno di guadi*, βραχυπλοῦς, πορώδης, qui frequentia habet vada, quæ transiri pedibus possunt. *Cæs. l.1. B. C. c.25.* Quod his locis vadosum mare erat. *Liv. l.37. c.14.* Quod in fluminis modum longum, & angustum, & vadosum ostium portus fit. *Solin. c.22.* (*al.65.*) Ganges, ubi vadosissimus est. *Pomp. Mela. l.2. c.5.* Atax ex Pyrenæo monte digressus, vadosusque est. Quidam hic leg. *vadus* eodem sensu.

Vadum, i, n. vel vadus, i, m. *guado*, *guazzo*, *acqua bassa*, מְעַבָּר, Ger. *ein waſſerfurt*, Gall. *un gué*, His. *baja*, *vado*, πόρος, τὸ βραχέϊ, locus in flumine, mari, vel lacu tam parvo profunditatis, ut pedibus transiri possit. *Liv. l.30. c.18.* Pontem, quia vado nusquam transitus erat; facere instituit. ¶ Sumitur etiam pro mari. *Virg. 5. Æn.* Sulcant vada salsa carinæ. *Catull. Argon. carm. 63.* Auff sunt vada salsa cita decurrere puppi. ¶ Item pro fundo. *Plin. l.31. c.3. de puteis*: Ut illa vado exiliat vena, non e lateribus. ¶ Translate, & proverbialiter *Res est in vado*, significat in tuto esse, quia, ut in profundo periculum, ita in vado securitas. *Ter. Andr. 5.2.* Omnis res in vado est. *Plaut. Aul. 4.10.73.* Hæc propemodum jam esse in vado salutis res videtur. ¶ *Emergere e vado*, est maximam rei alicujus difficultatem superare; *uscire di travaglio*, tractum a navigantibus, qui non sine maximo discrimine inter brevia, & loca vadosa navigant *Cic. pro Cluent. c.12.* Sed quoniam emersisse jam e vadis, & scopulos prætervecta videtur oratio mea. ¶ Tentare vadum, est aggredi negotium aliquod. *Quid. l.3. de Arte, v.469.* Verba vadum tentent abiegnis scripta tabellis. ¶ *Vadus* in masculi. genere usurpatur a *Sallust. l.1. histor. apud Non. c.3. n.265.* & a *Varr. l.1. de ora maritima, apud Serv. in 1. Æn.*

Vadus, a, um. V. Vadosus.

Væ, *guai*, אוֹי, *ahi!* interjectio male minantis, vel abominantis, a Græca voce allata. *Ter. Andr.2.1.2.* Væ miseto mihi. *Virg. 9. Ecl.* Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ. *Martial. l.5. epigr.34.* Si ferro, væ tibi, caudidice. ¶ Cum accusativo. *Gen. in apologynth. med.* Væ me: puto, concacavi me. ¶ Singularis est hujus particulæ usus apud *Liv. l.5. c.48.* Audita, inquit, intoleranda Romanis vox, væ victis esse, *che i vinti non si debbono aspettare se non disgrazie*. ¶ Inveniur etiam scriptum *vah* addita aspiratione.

Væneo. V. Veneo.

Vafellus, a, um, a, adject. *astutello*, *furbetto*. *Festus in voce Atrellus.* Sicut fit diminutive a macro macellus, a vafro vafellus, ita ab altero atellus.

Vafer, fra, frum, *sottile*, *astuto*, עָרוּם, Ger. *geſcheid*, *liſtig*, Gal. *fin. ruſé*, His. *reestado*, *astuto*, δόλιος, πανοῦργος, fubrilis, callidus, astutus. Contractum videtur ex *varifer*, quasi qui varia semper afferre norit, quibus se, vel alios possit extricare. *Cic. 3. de Rep. apud Non. c.1. n.70.* Non sunt in disputatione vafri, non veretatores, non malitiosi. *Hor. l.2. Sat.2.* Illum aut nequities, aut varfi inficia juris poltremum expellet. *h. e.* fubrilis, vel in quo multi fub-ilitet verfantur. Rurfus *Cic. l. de nat. Deor. c.15.* Jam vero Chryfippus, qui Stoicorum fomnium vaferrimus habetur interpres, &c. ¶ Comparativum vafrior eft apud *Hyeronym. ep.23. ad Marcel.*

Vaframentum, i, n. *astuzia*, calliditas, *Val. Max. l.7. c.3.* Quantum imperium quam parvo interceptum eft vaframento!

Vafre, adv. *fottilmente*, *astutamente*, בְּעָרְמָה, πανούργως, fubtiliter, aftute, callide. *Cic. 4. Verr. c.53.* Nihil fane vafre, nec malitiose facere conatus eft.

Vafricia, aut Vafritia, æ, f. *fottigliezza*, *acutezza*, calliditas, acumen. *Senec. epist.49.* Non vacat mihi verba dubie cadentia confectari, & vafriciam in illis meam experiri.

Vagabundus, a, um, *vagabondo*, נָע וָנָד, תּוֹעֶה, ἀλώμενος, πλάνος, qui fedem ftabilem nullam habet, fed modo hoc, modo illuc aberrat, vagus, erro, errabundus. *Senec. de vita beata c.12.* Ille effufus in voluptate, ac vagabundus femper, & ebrius, Alii legunt *reptabundus*, alii *ructabundus*, *Gronovius* etiam *lapsabundus*, habet ramen *Auguftin. l.5. Confeff. c.6.* & *l.13. c.5.*

Vagans, antis, o. πεπλανημένος, *vagante*. *Cic. 2. de Div. c.38.* Quæ eft igitur natura, quæ volucres huc, & illuc paffim vagantes afficiat, ut fignificent aliquid? *Her. l.4. od.15.* Et vaganti fræna licentiæ Injecit.

Vagatío, onis, f. *il vagare quà, e là*, πλάνη, περιφορά, πλάνη, actus vagandi. *Liv. l.5. c.8.* Neglectum Anxuri præfidium vagationibus militum, & Volfco: mercatores vulgo receptando, proditis ropente portarum cuftodibus oppeffum eft.

Vage, adv. *quà, e là*, πλανῶς, fparfim. *Auct. ad Her. l.4. c.2.* Quas idcirco non vage difperfimus, fed a fuperioribus fuperavimus. *Liv. l.26. c.39.* Qui vage effufos per agros, palanteíque adortus, &c.

Vagedrúsa, m. i. fons Siciliæ, idem qui Arethufa, apud Syracufas. *Sil. l.14. v.* 230. Qui fontes, Vagedrufa, tuos, & pauperis alvei Hyparen.

Vagienni, m. i. Vagenni, Bagienni, Batienni, Bacienni, pop. Liguriæ montanæ, feu Galliæ Subalpinæ, prope fontes Padi fl. ubi hodie Marchionatus Salutiarum, ad rad. Alpium. Horum primaria urbs erat Auguita Vagiennorum, quæ a multis creditur eadem, ac Salinæ, *Saluzzo*, circa ortum Padi. *Plin. l.3. c.5.* & 20. *Sil. l.8. v.600.* Tum pernix Ligus, & fparfi per faxa Vagienni.

Vagína, æ, f.i. *fodero*, *guaina*, נַרְתִּיק, שַׁעַר, Ger. *meſſerſcheide*, Gal. *fourreau*, His. *vayna*, κολεός, ξιφοθήκη, theca gladii. *Cic. in Catil.1. c.2.* Verutamen inclu*

C. Valerius Flaccus e Setia Campaniæ urbe ortus, Poeta non ignobilis, scripsit heroico carmine libros octo Argonauticon (quamquam ultimus mutilus ad nos pervenit). Fl. Vespasiano nuncupatos, cujus tempore vixit. Paupere forte usus est, & admodum juvenis decessit Patavii, sub Domitiano. Eum quidam Patavinum fuisse putant, quia multo tempore in hac urbe domicilium habuit. Hinc a *Martial. l. 1. epig. 62.* vocatus Ipse & Alumnus Antenorei lacis. Ejus mortem deflet *Quintil. l. 10. c. 1.* multumque laudat.

Valerius, a, um, adj. ad Valerios pertinens, ut Valeria gens. *Cic. pro Flacc. c. 1. & 12.* ¶ Valeria tabula, h. e. Valerii cujusdam argentarii, qui officinam in foro habebat, ed quam acta quædam forensia fieri solebant. V. *Cic. in Verr. c. 9. & Fam. 13. ep. 2.*

Valeteo, es, n. 3. *diversi gagliardo*, התאמץ, ἰσχυρίσασθαι, validus fio, & valeo. *Lucr. l. 1. v. 940.* Sed penitus tali facto recreata valescat. *Tacit. l. 1. histor. c. 32.* Bona consilia mo. a valescant.

Valetudinarium, ii, n. *infermeria*, בית חולים, νοσοκομεῖον, locus, in quo valetudinarii, & infirmi curantur, ut valetudinem malam bona permutent. *Sen. ad Lucill. ep. 27.* Tanquam in eodem valetudinario jaceam. *Col. l. 1. c. 11.* Sive alter languidior est, in valetudinarium conflictim deducat.

Valetudinarius, a, um, *mal sano, malaticcio*, חולני, νοσώδης, νοσηρὸς, qui frequenter ægrotat. *Cels. præf. l. 1. vers. fin.* Quin valetudinarios nutriunt, &c. Adde *Sen. de benef. l. 1. c. 11. & de ira l. 3. c. 33.* ¶ Sumitur etiam active. Hinc *valetudinarium* medicus est, qui valetudine affectos curat, vel potius qui ministerio fungitur in valetudinario. *Leg. ult. Dig. de jure immun.* Quibusdam aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit, ut sunt mensores, valetudinarii medici, cupsar i, &c.

Valetudo, inis, f. *disposizione, stato*, שלום, חלי, ἐυεξία, habitudo corporis in animalibus, ab antiquo supino *velatum* verb. *valeo*. Cum enim non *valitudo* modo, sed & *valetudo* dicitur per e longum, plane verisimile est, quemadmodum veteres dixere *olitum*, & *oletum*, sic eosdem dixisse *valitum*, & *valetum*, & ab illo quidem esse *valitudo*, ab hoc *valetudo*. Vocabulum est medium, quo modo sanitas significatur, modo morbus. Igitur primum pro sanitate accipitur, *sanità, gagliardezza, franchezza*, ὑγίεια, ὑρμότης, ὑγίανσις. *Cic. 2. Off. circa fin.* Valetudo tuitur nostra sui corporis, & cbservatione earum rerum, quæ res ad prodelle soleant, aut obesse, & continentia in victu omni, atque cultu, corporis tuendi causa, & præter mittendis voluptatibus, postremo arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. *Hor. l. 1. epist. 4.* Et cui Gratia, fama, valetudo contingat abunde? ¶ Accipitur item in deteriorem partem, pro morbo, *malattia*, ἀῤῥωστία, νόσος. *Cic. 2. de Div.* Æsculapius poteft præscribere per somnium curationem valetudinis. *Id. l. 4. Fam. ep. 1.* Molesteque te ferre, quod me propter valetudinem tuam, cum ad urbem accessissem, non vidisses. ¶ Sæpe confusionis tollendæ causa addimus epithetum, quo significationem ejus reftringimus, dicimusque de sanitate, *valetudinem bonam, firmam, commodam, integram*, &c. de morbo, *valetudinem acerbam, adversam, agram, difficilem, duram, extremam, imbecillam, incommodam, infensam, infirmam, ingravescentem, longam, malam, perditam, pertinacem, tenuem*, &c. *Cic. 1. Fin.* Ut enim mediocrem sententiam non ipsius artis, sed valetudinis causa probamus. *Id. 4. Tusc.* Ii sunt ejusmodi constituti, quasi mala valetudine animi, insanabiles tamen. *Id. in Brut.* Is semper infirma, atque etiam ægra valetudine fuit. *Id. Ner. l. 9. ep. 8.* Me incommoda valetudo tenebat jam duodecimum diem. Brudusii. *Suet. in Tiber. c. 68.* Valetudine prosperrima uti. *Plin. l. 21. c. 27.* Valegudo calculorum, *mal di calcoli. Cic. 14. Fam. ep. 4.* Valetudo oculorum, *mal d'occhi.* ¶ Usurpatur etiam in plurali numero. *Tacit. 4. Ann. c. 50.* Valetudines principis regere solitus. *Suet. in Aug. c. 80.* Graves, & periculosas valeudines experius est. ¶ Translate *Cic. Tusc. 4. c. 37.* Mala valetudo animi. *Sueto. in Calig. c. 50.* Valegudo mentis, *frenesia, pazzia.*

Valgíbulum. V. Valgium.

Valgídus, adv. valgo modo. *Petron. in Satyr.* commovebat valgíter labra, & me tanquam furtivis subinde osculis verberabat. *Id. ib.* Obrorto valgiter labello.

Valgium, ii, n. instrumentum quoddam ruftieum ad areas complanandas, a *valgeo*. In Campania fane habetur genus id tali specie, quasi furæ duæ in diversa colloceat, quo ut cylindro fupplanantur arcæ. *Plin. l. 17. c. 10.* Seritur mense Aprili, area æquata cylindro, aut valgio, alias denfum. *Hardouinus* tamen ex melioribus lib. & *M. S.* legit *aut valgiolis denfum*. Alii *volgiolis*. *Valgiolum* autem idem significat. ¶ *Valgia* a *Fulgent. de prisc. serm. n. 47.* exponuntur Jabelloum obtortiones in fapinatione aut fubactione peractæ.

Valgus, a, um, βλαισός, qui furas habet extrorsum intortas, & in diversam aciem, qui, ut *Petronius* loquitur, cruta in orbem pandit; quales pedes cancri habeant, & lacerti, quorum videlicet pars intra conditur, pars extra procedit, seu prisca gemna post cætvantur, posteriora in priorem partem, ut *Plinius* loquitur *l. 11. c. 45.* cui *varus* opponitur, βλαισός, qui introrsum pedes, vel crura contorta gerit, hoc est pedes habet incurvos, & in se contractos, cujusmodi spadones, & castratos videmus. *Fest.* Valgos Opilius Aurelius, aliique complures ajunt dici, qui diversas furas habeant, & qui talos vitiofos habeant. *Plaut. Mil. 3. 1. 128.* Ne uxor mihi infinitos pueros pariat postea, aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut bronchum filium. *Cels. l. 8. c. 20.* Crus longius altero, & valgius est. ¶ Translate dicitur de aliis etiam rebus, ut *Suevia valga*, ideft oscula obtorta, seu quæ alicui dantur obtorto ore, seu labris, ut cum meretrices ejeulantur aliquem labia obtorquendo ob derisionem. *Plaut. Mil. 2. 1. 16.* Majorem partem videas valgis suaviis.

Valide, adv. *assai fortemente*, חזק, בחוקה, ἰσχυρῶς, σθένει, potenter, vehementer, majorem in modum. *Plaut. Merc. prol. v. 42.* Amare valide cœpi hic meretricem. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 2.* Quin ego, cum pro amicitia validissime faverem ei, &c. *Quintil. l. 10. c. 2.* Nec promptum est dicere, utros peccare validius putem. *Plin. l. 9. ep. 35.* Validissime cupere.

Validitas, atis, f. *validità, robustezza, forza*. *Apul. in Asclep.* Membra & validitate, & renuitate diversa.

Validus, a, um, *sano, gagliardo*, חזק, גבור, ἔῤῥωσος, valens, sanus, firmus, a *valeo*. *Ter. Hec. 3. 5. 7.* Arque adeo, quod maximum est, sanum atque validum. *Liv. l. 3.* Necdum ex morbo satis validus. ¶ Translate sumitur pro forti, robusto, potenti. *Plaut. Amph. 1. 1. 8.* Ita quasi incudem, me ipsum homines octo validi cædant. *Liv. l. 1. c. 15.* Urbs valida muris. *Id. l. 2. c. 39.* Ducibus validior, quam exercitu, res Romana. *Tac. 15. Ann. c. 53.* Validus animi, *uomo digrande spirito*. *Plin. in Panegyr. c. 9.* Validissimum præsidium. *Id. l. 3. ep. 9.* Validus facundia.

Valitúrus particip. V. in Valeo.

Vallaris, & re, o. 3. quod ad vallum spectat, ἔρκειος, ut *Vallaris corona*, qua donari solebat is, qui primus vallum hostium fuisset ingressus. *Liv. l. 10. c. 46.* Multæ civicæ coronæ, vallaresque, ac murales conspectæ. *Id. l. 30. c. 28.* Qui Imperatores, qui Consules Romanos sua manu occidissent muralibus, vallaribusque insignes coronis.

Vallátus, a, um, *fortificato di palizzate*, מגורר, מבצר. *Plin. l. 15. c. 18.* Non cæsa Parhea ad tertium lapidem vallata. ¶ Sæpe translate sumitur pro munito, stipato, circundato quacunque ratione. *Cic. pro Mur. c. 24.* Catilinam interea alacrem, atque lætum, stipatum choro juventutis, vallatum indicibus, atque sicariis.

* Vallecula. V. Vallicula.

Vallefactus, a, um, *crivellato*. *Fest. juxta emendationem Salmasii*. Valvoli folliculi fabæ, quasi vallivoli, quia vallefacti excutiantur. Ubi perperam vulgo, *vallo facti* pro *vallefacti*.

Vallefiéri, eft perire, interprete *Festo*, quia quæ vallo, hoc eft cribro ejicinntur, negligeta pereunt. Idem tamen Festus dacit a vallo militari, quod qui extra vallum expelluntur, facile pereunt. Alii pro *vallefieri* legunt *vallefcere* eodem fenfu.

Vallenses, m. 3. Valinsani, Ital. *Vallesiani*, Germ. *Vallisserlands*, pop. Galliæ, cis Rhodanum, ubi Seduni, & Veragri, Helvetii fœderati, inter Allobroges ad Occ. & Lepontios ad Or. quorum regio Vallinsa, seu Valinsa, opp. Sedenum.

* Valles. V. Vallis.

Vallescere. V. Vallefieri.

Vallesia, f. 1. Valesia, regio Galliæ Belgicæ, Allobrogibus, & Helvetiæ finitima, ubi pop. Vallesii, seu Valesii, olim Seduni, tamesi Valesii magis Sedunis patent, fic dicta a vallibus longis, vel multis, per quam Rhodanus fl. inter orrum fuum, & Lemanum lac. decurrit, ubi Sedunum urbs primaria. ¶ Eft & Vallesia, seu Valetia, *Valois*, regio Galliæ Belg. inter Picardiam, & Campaniam, in qua Sylvan. Cum urbs.

Vallicilla, æ, f. *picciola valle*. *Festus* in voce *Convallis*.

Vallis, is, seu valles, is, f. *valle*, עמק, בקעה, גיא, φάραγξ, ἔγκος, planities a duobus lateribus inclusa. *Fest.* Convallis eft planities ex omni parte comprehenfa montibus, collibusve: Vallis duobus lateribus inclusa planities. *Virg. 2. Georg.* Complentur vallesque cavæ, saltusque profundi. *Ovid. 8. Met.* Concava vallis erat, quo se demittere rivi &c. ¶ Translate *vallis alarum* eft concava pars brachii, qua humero innectitur. *Catull. carm. 68. in Rufum*: Tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper. ¶ *Totis vallibus fluere* eft longe lateque extendi, & exspatiari dicendo. *Quintil. l. 5. ult. de eloquentia*: Feratur non femitis, sed campis, non uti fontes anguftis fibulis colligantur, sed ut latissimi amnes, toris vallibus fluant. ¶ *Valles* in recto casu fingularis numeri legitur apud *Virg. Æneid. 11. vers. 542.* Eft curvo anfractu valles accommoda fraudi. Ubi meæri, inquit *Servius*, necessitate compellimur, ut *valles* dicamus. Sunt tamen, qui hoc loco legunt *vallis*; atque ita ultimam fyllabam produci putant ratione cæsuræ, cujus apud Virgilium plurima sunt exempla, quæ V. apud *Emmanuel. Alv. l. 3. c. 6. præcepto 3.*

Vallo, as, a. 1. *fortificare, circondare, fornire*, גדר, חזק, περιβάλλομαι, περιτειχίζω, vallo ambio, & firmo. *Lucil. 4. v. 224.* Nulli vallarant opida muri. *Hirt. de B. Alex. c. 30.* Vallare caftra. ¶ Sæpe translate sumitur pro munire, quacunque ratione circundare, stipare. *Val. Flac. l. 1. Argon.* Ac inopem nullis vallaverit armis. ¶ *Vallare aliquid ratione differendi*, eft Dialecticis argumentis confirmare. *Cic. 1. de Leg. c. 24.* Atque hæc omnia quasi sepimente aliquo vallabit disterendi ratione.

Vallonia, vallium Dea. *D. Aug. de C. D. l. 4. c. 8.*

Vallum, i, n. *bastione, baloardo, fortificazione*, חיל, חומה, כלילה, מבצר, בצרון, περιβόλωμα, περιτείχισμα, χάραξ, πρόφραγμα, ἔρκος, murus e terra ad fossæ oram aggestus, crebris fudibus, sive palis munitus; munitio caftrorum, quæ ex terra, & vallis fit. Itaque dicæ ejus partes sunt, agger, & pali. *Veget. l. 3. c. 8.* Primum in unius noctis transitum, & itineris occupatione leviore cum fubiati cespites ordinantur, & aggerem faciunt, supra quem valli, hoc eft fudes, vel tribuli lignei per ordinem digeruntur. *Cæs. l. 15. Fam. ep. 4.* Vallo, & fossa circumdedi, sex caftellis, castissque maximis sepsi. *Id. 5. Att. ep. 20.* Vallo, & fossa urbem cingere. ¶ Vallum cæcum quid fit, V. *Cacus*. ¶ Sæpe translate ufurpatur. *Cic. in Pison.* Cujus ego imperio non Alpium vallum objicio. *Id. de Sen.* Contra avium minorum morsum munitur vallo arifiarum.

Vallus, i, m. *palo*, מוט, יתד, σκάραξ, fudes, seu palus, cujusmodi eft, *cui* vitis alligatur, & quo caftra muniuntur. *Serv. in illud 2. Geor.* Quadrifidaque fudes, & acuto robore vallos: Bis, inquit, idem dixit. Nam & valli, & fudes idem sunt. *Virg. 1. Geor. v. 264.* Exacuunt alii vallos furcasque bicornes. ¶ Accipitur interdum pro ipso caftrorum aggere, quod usitatius vallum neutro genere dicitur. *Cæs. l. 3. B. C. c. 63.* Erat eo loco fossa pedum quindecim, & vallus contra hostem in altitudinem pedum denum. *Tibul. l. 1. el. 2.* Non arces, non vallus erat. *Hirt. de B. Alex. c. 2.* Triplicem vallum obducere. ¶ Habet & aliam significationem, qua fumitur pro exiguo vanno, *crivello*. *Varro l. 1. de R. R. c. 52.* Iis tritis, oporter e terra subjectari vallis, aut ventilabris, cum ventus spirat lenis: Itafac, ut, quod leviffimum eft in eo, atque appellatur acus, evanneur foras extra aream, ne frumentum, quod eft ponderosum, purum veniat ad corbem.

Valor, oris, m. *prezzo, valore*, יקר, מחיר, Ger. *werdt, tapfferkeit*, Gall. *prix, valeur*, Hisp. *valor, precio*, pretium, a *valeo*. *Plin. l. 33. c. 3.* Victoriati valore redimi poteft. Ita Lexicographi plerique; sed ea Plinii verba merito fuspecta esse debent.

Valvæ, arum, f. *imposte, porte*, פתח, דלתים, Σύραι, θυρωδές, januæ, quæ geminas habent partes in se cueuntes, ita dictæ quasi volvæ, quia introfum involvantur. *Cic. 1. de Div.* In templo Herculis valvæ clauíæ repagulis fubito se ipsæ aperuerunt. *Id. 6. Verr. c. 56.* Valvas magnificentiores ex auro, atque ebore perfectiores nullas unquam ullo tempore fuisse. *Ovid. 2. Met.* Argenti bifores radiabant limine valvæ. ¶ Valvæ dicuntur etiam ipsæ januæ, quæ valvas habent. *Plin. l. 36. ep. 17.* Triclinium undique valvas aut fenestras non minores valvis habet, atque ita a lateribus, a fronte quasi tria maria prospectat.

Valvátus, a, um, adjecft. valvas habens, ut Lumina fenestrarum valvata, apud *Vitruv. l. 6. c. 6.*

Valvólus, & Valvulus, i, m. *scorza, guscio*, שעו, Ger. *rinde, schelffe*, Gal. *ecorce, gousse*. Hif. *bellejo*, λοβός, folliculus leguminum, & præfertim fabæ. *Festus*: Valvoli folliculi fabæ appellari sunt, quasi vallivoli, quia vallo facti (*leg* fracti) excutiantur. *Col. l. 6. c. 10.* Lentes quoque valvulis exempræ, & minute molitæ miscentur aquæ calidæ. *Id. l. 7. c. 4. de ovibus tellis*: Singula capita per hyemem recte pascuntur ad præfepia tribus hordei, vel fresæ, cum fuis valvulis fabæ.

Vama, m. 1. flu. Indiæ navigabilis, quem Ganges excipit. *Plin. l. 6. c. 18.*

Vandali, m. 2. Venedi, Venni, Sclavi, pop. Septentrionales, qui olim tenuere Germaniam ad oram maris Baltici, ubi Ducatus Megalopolitanus eft, Vandalia olim dictus, deinde per Pomeraniam, Poloniam, Silesiam, Bohemiam, Russiam, Dalmatiam effusi sunt, postea progressi sunt in Galliam, inde in Hispaniam, ibique sedes in Bætica locarunt, quæ propterea Vandalia, seu Vandalitia magna ex parte nominata eft, nunc *Andaluzia*, inde in Africam trajicientes, illam occuparunt, diuque tenuerunt, ficuti & Sardiniam, sub Geinferico Rege. Alii Vandalos a Vanda Regina dictos tradunt, & primo in Polonia circa Vistulam fluhabitasse. Alii ex Berofo dictos malunt a Vandalo filio Tuisconis, nepote Manni Vandalorum. ¶ Hinc Vandalicus, a, um, apud *Tacit. de Germ. c. 2.* ut Vandalica arma, *Prosper Aquitan. l. de provid. in præfat.*

Vane, adv. *vanamente*, שוא, ματάιως, futiliter, fruftra. *Tertul. in Apolog. c. 49.* Vulgus vane de noftra vexatione gaudet. *Id. de Pudic. c. 1.* Præcavendo vanissime quibus parcunt, & parcendo ineptissime quibus præcavent. *Apulej. in Apolog.* Multo vanius, & nequius excogitatum.

Vanesco, is, *svanire*, חבל, אבד, δἰκμάζομαι, ἀφανίζομαι, vanus fio, in nihilum redigor. *Cic. 2. de Leg. c. 9.* Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus ullis elui poteft. *Ovid. 13. am. eleg. 6.* Carmine læsa Ceres fteriles vanescit in herbas. *Tac. 5. hist. c. 7.* In cinereni vanescere.

Vanga, æ, f. *vanga*, instrumentum ruftieum, quo vepreta perfequimur, ut docet *Pallad. l. 1. tit. ult.*

Vangiónes, m. 3. populi Germaniæ fup. ad Rhenum, in Gallia Belgica, nunc *la Diocesi di Magonza, e di Wormes*. *Plin. l. 4. c. 17. Luc. l. 1. v. 430.* Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis Vangiones.

Vanidícus, a, um, *vane, bugiardo*, כוזב, Ger. *grossprecher, eitel lugner*, Gal. *vain parleur, menteur*, Hif. *el que habla vanidades*, ματειολόγος, qui vana dicit, vaniloquus, mendax. *Plaut. Trin. 2. 2. in fine*: Cum probis potius, quam cum improbis vivere vanidicis.

Vaniloquentia, æ, f. *parlar vago, ciarle*, נוב, כחש, Ger. *unnutz, und leichtes geschwatz*, Gal. *vaine parole, vain parler*, Hif. *habla vana*, ματεμολογία, vana, & inanis blaterratio. *Liv. l. 34. c. 44.* Hæc vaniloquentia primum Arithenum Prætorem Achæorum excitavit. *Tac. l. 3. Annal. c. 59.* Id Clutorius in domo P. Petronii, socru ejus Virellia coram, multisque illustribus fœminis per vaniloquentiam legerat.

Vaniloquidórus, m. vox hibrida ficta a *Plaut. Perf. 4. 6. 20.* & confiata ex latinis vocibus *vanus*, & *loquor*, & ex græca δῶρον donum, fignificat eum qui vana verba donat, seu dat, qui vana venditat.

Vaniloquus, a, um, *bugiardo*, מכחיש, ματεμολόγος, qui vana loquitur, mendax. *Plaut. Amph. 1. 1. 223.* Ergo istoc magis, quia vaniloquus, vapulabis. *Liv. l. 35. c. 48.* Is, ut plerique, quos opes regiæ alunt, vaniloquus, maria, terrasque inani fonitu verborum complevit.

Vanitas, atis, f. *vanità*, ריק, אליל, בלימה, הבל, Ger. *eitelkeit*, Gall. *vanité*, Hisp. *vanidad*, ματειότης, levitas, inconstantia. *Cic. 2. de nat. Deor.* Nulla in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec errario, nec vanitas inest. ¶ Sæpe ponitur pro mendacio, fallacia. *Cic. 3. Off.* Quod si vituperandi, qui reticuerunt, quid de iis existimandum eft, qui orationis vanitatem adhibuerunt? *Id. 3. Tusc. c. 1.* Ut de iis existimandum eft, qui orationis vanitatem adhibuerunt? ¶ Item pro elationi vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipfa cedat. ¶ Item pro elationi vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ips

ýino, *Pl. l. 8. ep. 8.* Laborem otio, otium labore variare. *Liv. l. 2. c. 57.* Sententiam variavit timor. *fere musas parere.* ¶ Ponitur aliquando pro varia tradere. *Liv. l. 27. c. 27.* Si, quæ de morte Marcelli variant Auctores, omnia exequi velim. ¶ Est etiam verbum neutrum, pro sibi dissimilem esse, & modo hæc modo illa ratione se habere. *Cels. l. 3.* Non in iis solum, in quibus semper ita se habet, sed in iis quoque, in quibus variat. ¶ Item pro ambiguum esse. *Liv. l. 1.* Ibi si variaret, quod raro incidebat, ut secundæ classis vocarentur. ¶ Usurpatur etiam impersonaliter. *Liv. l. 22. cap. 60.* Ibi cum sententiis variaretur. *Vellej. l. 2. c. 51.* Variatum est præliis, *s'ebbe diverſa ſorte.*

Varĭcus, adv. βαιβῶς, cruribus divaricatis, diviſi que, quod fieri ſolet a fœmina jam mistura. Est a *varus*, ut a *primo primitus*, *apul.* 1. *Met.* His editis absimo remoto grabatulo varitus super faciem meam residentes, veſicam exonerant. Ubi vulgo editum *varicus*, repugnante analogia. Aliquæ etiam *varicitrius* legunt, quod a varicibus esset.

Varius, a, um, *vario*, שׁוֹנֶה, Ger. *getheilt von farben*, *vielfaltig*, Gall. *bigarré*, *de diverſes couleurs*, Hiſ. *de diverſo colores*, ποικίλος, πολύχρως, quod eſt diverſi coloris. *Cic. l. 2. de Fin. c. 3.* Varieras Latinum verbum eſt, idque proprie quidem in diſparibus coloribus dicitur; ſed transferur in multa diſparia. Varium poema, varia oratio, varii mores, varia fortuna; volupras varja etiam dici ſolet. *Cato c. 73.* Ubi variæ exoperiri ſieri, bubus medicamentum dato quotannis, uti valeant, *quando l'erba comincia a variegiare.* ¶ Translate ſumitur generatim pro diſſimili, multiplici, multiformi. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quæ vero & quam varia genera beſtiarum vel cicurum, vel ferarum? *Id. 1. Acad.* Platonis aurem auctoritate, qui varius, multiplex, & copioſus fuit. *Virg. 8. Æn.* Gentes varæ linguis, *di diverſi linguaggi.* ¶ Cum dativo. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 56.* Alterum & hujic varium, & nihilo ſapientius. ¶ Item pro inconſtanti, inſtabili, commutabili. *Virg. 4. Æn. v. 569.* Varium, & mutabile ſemper Fœmina. *Liv. l. 2.* Ibi varia victoria & velut æquo Marte pugnatum eſt. *Salluſt. de Catil. c. 5.* Animus audax, ſubdolus, varius. Hæc pertinet jocus Ciceronis in Mauricum *apud Quinct. l. 6. c. 3.* Minor, inquit, quid ſit, quod pater tuus homo conſtantiſſimus te nobis varium reliquit. Ubi ſimul alludit ad ejus faciem varia, ſeu maculis diſtinctam.

L. Varius, Poeta Latinus in numero Epicorum, & Tragicorum, temporibus Auguſti, cui ſuit chariſſimus. De eo ſcribit *Hor. l. 1. od. 6.* & *Tacit. in dial. de Orat. c. 12.*

Varix, icis, m. *varies*, *vena gonfia*, κιρσός, vena fœculento ſanguine tumeſcens, quales in temporibus, *ventre*, & cruribus imprimis oboriri ſolent. *Cic. 2. Tuſc. c. 15.* Cum varices fecabantur C. Mario, dolebat. *Cels. l. 2. c. 8.* Varix ortus inſaniam tollit. *Sen. ep. 78.* Dum varices ex nimio labore, bajulis uſuvenit, atque diuturna ſtatione. Unde *Juven. ſat. 16. v. 395.* Varicoſus fiet aruſpex. Ubi ſic veteres interpres: Varicoſus fiet multum ſtando, dum Deos, aut extra conſulit. Idem ex nimio viæ labore contigit; *Varro apud Non. c. 1. n. 204.* Nam ſi ruam rhedam non habuiſſem, haberem varices. ¶ Atque hinc ſcomma captavit Varinius in Tullium, ut *Macrobius* narrat *l. 2. Saturn. c. 3.* Cum enim Cicero gloriaretur, ſe humeris Reipublicæ ab exilio reportatum: Unde ergo, inquit, tibi varices? Varices enim habebat Tullius. Unde *Sidonius* eundem *l. 5. ep. 5.* vocat *varioſum Arpinatem.*

* Varo, as, curvo, varum facio, ut Varare ſiumen, *A. A. de limit. p. 285. Goeſ.*

* Varo, V. Varro,

Varrini, V. Varini,

Varro, ſeu Varo, onis, m. homo durus, & aſper. Hæc vox & uno R, & duobus ſcripta invenitur, quomodo & *vari*, & *varri*, legitur. *Lucil.* apud *Feſt.* in *Separrefus*, Varronum ac rupicum ſquarroſa ineondita roſtra. *Perſ. Sat. 5. v. 136.* Varo reguſtatum digito terebrare ſalinum Contentus peraget. Alii leg. *Baro*, quod idem fere ſonat.

Varrones familia plebeja apud Romanos. Ita dicti ſunt a *varo*, ſeu *varro*, quod morat hominem durum, aſperumque. Sed de hoc aliter ipſe *Terentius Varro* apud *Servium in 12. Æn.* his verbis: Eſt & alia hujus rei hiſtoria. Varo enim, cum de ſuo cognomine diſputarer, ait, eum, qui primus Varro ſit appellatus in Illyrico hoſtem, Varronem nomine, quod rapuerat, & ad nos portaverat, ex inſigni facto meruiſſe. Ubi deeſſe videtur *Varronis cognomen*. Niſi cum *Salmaſio* legas, inſigne ex facto meruiſſe. Nam inſigne, & ſignum dicebantur prognomine, ut ad hiſtoriam Auguſtam idem *Salm.* annotavit.

M. Terentius Varro, Μέγας Ῥώμων, Civis Romanus, Ciceronis ætate Romanorum omnium eruditiſſimus, ut *Quinctilianus* aſſerit. Plurimos, doctiſſimoſque ſcripſit libros de Lingua Latina, de vita Populi Romani, de re ruſtica, de libris educandis, quem librum *Catonem* appellavit, &c. Scripſit etiam ſatyras. *Quinctil. l. 10. c. 1.* ¶ De Varrone altero Ataçino, V. *Atacinus*.

Varronianus, a, um, ad Varronem pertinens. *Varronianæ milites* apud *Liv. l. 23. c. 38. h. e.* qui ſub Varrone conſule militaverant.

Varus, i, eſt macula, ſive tuberculum exiguum, & durum in facie, quod a Græcis φακὸς appellatur *Pl l. 32. c. 4.* Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit e facie. *Id. l. 28. c. 8.* Lentigines tollit, ac varos, omneſque maculas. Adde *Cels. l. 6. c. 5.*

Varus, i, m. *il Varo*, Gal. *le Var*, fl. Galliæ Narb. Oritur ex Acema M. in Alpibus maritimis, Glannaticyamque rigat. Hinc auctus aliquot amnibus, per Provinciam labitur, deindeque ipſam ſeparat a Comitatu Nicæenſi, & prope Nicæam in mare Mediterraneum ſe exonerat. *Pl. l. 3. c. 4.*

Varus, m. 3. Quinctilius prænomine, C. R. qui ab Auguſto præfectus Germanico exercitui, circa ſaltum Teutoburgenſem, hodie *Tautsberg*, a Germanis, Arminio duce, dolo circumventus, cum tribus legionibus interfectus eſt. Hujus mortem deſlet *Horatius l. 1. Carm.* Ejus etiam meminit *Maro 6. v. 9. Ecl.* ¶ Hoc nomen Varus ductum eſt a cruribus varis, ut docet *Pl. l. 11. c. 45.*

Varus, a, um, *ſtrambo*, *sbilenco*, *varo*, βλαισός, qui introrſum pedes ſeu crura obtorta gerit, cui opponitur *valgus*, βλαισός, qui habet crura incurvata extrorſum, cui in exteriorem partem crura, pedeſve flectuntur. Ita *Acron Horatii* interpres *ad Sat. 3. l. 1.* eumque ſecutus *Voſſius in Etymol.* in voce Varus. *Nonius c. 1. n. 704.* generatim exponit *diſtortis cruribus*: & *Feſtus*, *incurva crura habens*. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 47.* Hunc varum diſtortis cruribus: illum Balbutie ſecurum pravis fulcum male talis. ¶ Sumitur etiam generatim pro obtorto, incurvo. *Ovid. 9. Met. fab. 1.* Brachiaque oppoſui, tenuique a pectore varas In ſtatione manus, i. e. incurvas, inflexas ad corripiendum antagoniſtam.

Vas, adis, comm. g *ſicurea*, *malleadore*, עוֹרֵר, ἐγγυητής, qui promittit, ſuo ſe periculo aliquem judicio ſiſturum. Propterque vas erat in re capitali, ut *Feſtus* docet, & hi *Auſonii* verſus indicant, quibus inter vadem, & prædem differentiam ponit: Quis ſubit in pœnam capitali judicio? Vas. Quid, ſi iis fuerit nummaria? quis dabitur, Præs. *Cic. 3. Offic. 10. de Damone*, & *Pythia*: Vas factus ſit alter ejus ſiſtendi, ut ſi ille non geverriſſet ad diem, moriendum eſſet ipſi. *Id. 2. Fin. c. 24.* Vadem re ad mortem Tyranno dabis pro amico, ut Pythagoreus ille fecit Siculo Tyranno? *Id. ad Brut. ep. 18.* Vades accipere. *Liv. l. 39. c. 41. in fin.* Vades deferere.

Vas, ſis, n. *vaſo*, כְּלִי, Ger. *gefäſs*, Gall. *vaiſſeau*, Hiſ. *vaſa*, ἄγγος, ἀγγεῖον, σκεῦος, inſtrumentum idoneum ad aliquid capiendum. In numero plurali eſt ſecundæ declinationis, & inſpectitur *vaſa*, *vaſorum*, *vaſis*. Nam veteres etiam *vaſum* dixere, quod V. inſra ſuo loco. *Cic. 2. Tuſc.* Corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum, *Id pro Mur.* At ille expoſuit vaſa Samia. *Lucr. l. 6. v. 230.* vaſis integris vina repente diffugiant. ¶ Hoc nomen interdum generalem notionem habet, & ſignificat non ſolum ea inſtrumenta, quæ aliquid in ſe recipiunt edendi bibendique cauſa pararum, ſed ea etiam quæ aliquid ſuſtinent, ut ſcutellæ, vel promuſidaria, ut docet *Ulp. l. cum aurum. Dig. de aur. arg. &c.* ¶ Quin & omnis generis ſupellex nonnunquam vaſorum nomine venit. *Senec. l. de benef. c. 2.* Diligenter in patrimonium & vaſa debitoris inquirimus. Sic *Ulpian. l. 7. Dig. de inſtr. vel inſtrum. leg.* vaſa utilia culturæ appellat ea inſtrumenta, quæ ad colendum agrum apta ſunt. Hinc in re militari vaſa ſunt omnis generis impedimenta, il *bagaglio*, ex quo illæ locutiones, *conclamare vaſa*, & *vaſa colligere*, cum ſcilicet movenda ſunt caſtra, & alio tranſferenda. *Cic. 6. Verr. c. 19.* Ille ex Sicilia jam caſtra moverat, & vaſa collegerat. *Cæſ. l. 1. B. Civ. 66.* ſignum dari jubet, & vaſa militari more conclamari. *intimar la marcia*. ¶ Joſephus *Plautus* vaſa ponit pro vitiſibus. *Pœn. 4. 2. 41.* Facio quod manifeſto mœchi haud ferme ſolent, verſato vaſa ſalva. Adde *Auct. Priap. carm. 69.*

Vaſarium, ii, n. *utenſile*, σκεῦος, ſupellex omnis, ac inſtrumenta cuncta, quibus Magiſtratus, cum in provinciam ſiet, inſtruebatur, ut vaſa, equi, muli, viatigum, a *vas*, *vaſis*. *Cic. in Piſon. c. 35.* Nonne H. S. centies, & octogies, quod

quaſi vaſarii nomine in vendicione mei capitis adſcripſeras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti? *Virruv. l. 5. c. 10.* vaſaria appellat vaſa balnearum, caldarium, & tepidarium, & frigidarium. ¶ Translate *Plin. l. 7. c. 49.* Nec ſunt omnia vaſaria exercitanda: mediæ tantum partis inter Apenninum, Padumque ponemus exempla.

Vasates, um, m. pop. Galliæ in Aquitania, inter Nitiobriges ad Or. & Biturigues Vibiſcos in Occ. prope Garumnam fl. Horum tractus hodie le *Bazadois* dicitur.

Vaſaticus, a, um, adj. ad Vaſates pertinens, ut Vaſatica rhoda. *Auſon. ep. 7. v. 18.*

Vasātus, a, um. Bene vaſatus, hoc eſt bene peculiatus, eſt apud *Lampridium in Heliog. c. 5.* obſcœno ſenſu.

Vaſcellus, li, m. *piccolo vaſo*. *Inſcripſ. apud Gruter. pag. 1107.* Filius in vaſcello, & maſſa repoſitus. Ubi *vaſcellus* videtur eſſe urnula, in qua cineres condunturs.

Vaſcones, m. 3. pop. Hiſp. Tarr. ad Pyrenæorum M. rad. in conf. Aquitaniæ, inter Iberum fum. & Pyrenæos montes, uti inter Cantabros, Celtiberos, & Ilergetes, ubi hodie Regnum Navarræ. Eorum caput fuit Pompelo. Hi a Mecello Romanorum duce obſeſſi, in tantam famem compulſi ſunt, ut humana carne veſcerentur. *Juven. ſat. 25. v. 93.* Vaſcones, ut fama eſt, alimentis teſtibus uſi. ¶ Vaſcones quoque, *Guaſconi*, pop. Galliæ Aquitanicæ, oriundi a Vaſconibus Hiſpaniæ, qui aliquando montes Pyrenæos tranſgreſſi in Aquitania conſedere, quorum regio Vaſconia, Ital. *la Guaſcogna*, inter dictos montes, Garumnam fl. & Oceanum Aquitanicum. ¶ Adjective *Paulin. Nolan. ad Auſon. carm. 10. v. 212.* Vaſcone ſaltu. *h. e.* Pyrenæo.

Vaſconia, æ, f. Vaſconum regio. *Paulin. Nolan. ad Auſon. carm. 10. v. 203.* Vaſconiæ ſaltus, & ninguida Pyrenæi Objicis hoſpitia.

Vaſconicus, a, um, adject. ad Vaſcones pertinens. *Paulin. Nolan. ad Auſon. carm. 10. v. 218.* Ac ſi Vaſconicis mihi vira fuiſſet in oris.

Vaſcularius, ii, m. *chi fa vaſi*, Ger. *goldſchmid*, Gall. *faiſeur de vaiſſelle*, Hiſp. *platero*, σκευοποιός, qui ſcyphos, aliaque ex auro, vel argento vaſcula facit. *Cic. 6. Ver. c. 24.* In regiam maximam palam artifices omnes, cælatores, ac vaſcularios convocari jubet. *Ulp. l. 20. Dig. de poſtcripſit verbis*: Si cum emere argentum velles, vaſcularius ad te detulerit.

Vaſculum, i, n. *vaſello*, *vaſetto*, ἀγγεῖον, vas exiguum. *Cato c. 111.* Vaſculum facito de materia hederacea. *Quintil. l. 1. c. 2.* Vaſcula oris anguſti ſuperfluam humoris copiam reſpuunt.

Vaſcus, a, um, adject. vacuus, inanis, levis, quemadmodum in *Gloſſis* exponitur. *Vitruv. l. 3. c. 4.* Venuſtatem perſequitur viſus, cujus ſi non blandimur voluptati proportione, & modulorum adjectionibus, uti id, in quo fallitur, temperatione augeatur, vaſcus, & invenuſtus conſpicientibus remittetur aſpectus, *vista troppo ſpaziosa, e ſproporzionata.* ¶ Vaſca tibia, ſi *Salmaſius* audimus in notis ad *Fl. Vopiſc.* eſt ea quæ μεσεγκικὸς ἀυλὸς in Gloſſis dicitur. *h. e.* tibia quoddam genus curvum, & obliquum, ſoni levioris, & acutioris, qua præcipue ribicines inſtandi artem edifeere, & meditari conſueverant. *Solin. c. 5.* Inſula arundinum ferax, quæ accommodatiſſimæ ſunt in omnem ſonum tibiarum, ſeu præcentorias facias, quarum locus eſt ad palvinaria præcinendi; ſeu vaſcas, quæ foraminum numeris præcentorias anteceduntur. ¶ Sunt qui tum apud *Vitruv.* tum apud *Solin.* legunt *vaſtas*, invitis plerisque Criticis.

Vaſco, onis, f. Vaſion, Vaſſionenſis Urbs, Forum Voconiorum, *Vaiſon*, urbs Galliæ Narb. in Provincia, in Com. Vindaxino, ad fl. *Louveſe*, in colle.

Vaſtabundus, a, um, adject. vaſtans. *Ammian. l. 31. c. 8.* Vaſtabundi omnes per latitudines Thraciæ pandebantur impune.

Vaſtatio, onis, f. *devaſtazione*, *ruvina*, שֹׁד, πόρθησις, depopulatio. *Liv. l. 7.* Vaſtatio Romani agri. *Cic. 10. Fam. ep. 15.* Italiam a vaſtatione defendere.

Vaſtator, oris, m. *ſaccheggiatore*, שׁוֹדֵד, λυμαντήρ. *Pacuv. 11. Rec. v. 400. de lupo*, vaſtatoremque cruento ore ferum. *Sust. a. Achil. v. 310.* Trojæ Vaſtator Achilles.

Vaſtatorius, a, um, adject. qui vaſtat. *Ammian. l. 18. c. 23.* Hoſtium vaſtatoria manus. *Id. l. 19. c. 19.* Vaſtatorius globus,

Vaſtatrix, icis, f. quæ vaſtat. *Sen. ep. 95.* Luxuria terrarum marisque vaſtatrix.

Vaſtātus, a, um, adject. *ſaccheggiato*, *devaſtato*. *Hor. l. 4. od. 4.* Vaſtata impio tumultu fama. *Cic. pro Sext. c. 24.* Vaſtatum, ac relictum fonum, *reſo deſerto*.

Vaſte, adv. *vaſtamente*, ἀγρίως, cum vaſtitate. *Cic. 3. de Orat. c. 12.* Non aſpere, ut ille, quem dixi; non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe, & æquabiter, & leniter. *h. e.* minis aperiendo os. *Id. ib. c. 43.* Ut neve aſpere concurrant, neque vaſtius diducantur.

Vaſtefco, is, n. 3. *diſtruggerſi*, πέρδομαι, vaſtus fio, inhorrefco, deſeror, *Accius apud Non. c. 2. n. 892.* Ne ſcelere tuo Thebani vaſtefcant agri.

Vaſtifĭcus, a, um, ἀναστατοποιός, quod vaſtitatem affert. *Cic. 2. Tuſc. c. 9. ex Poeta*: Erymanthiam hæc vaſtificam abjecit beluam.

Vaſtĭtas, atis, f. *ampiezza*, יֹשֶׁר, תֹּהוּ ובֹהוּ, נְחָתָה, שֹׁד, ὑπερμέγεθος, ἄμετρία, nimia magnitudo. *Cel. l. 5. c. 1.* Non aſſeveraveram, quæ vaſtitas ejus ſcientiæ contineret, cuncta me diſturum. *Id. l. 3. c. 8.* Pari vaſtitate beluas progenerari, quis neget? *di egual ampiezza di corpo. Col. l. 11. c. 9. ſub init.* Vaſtitas vocis. ¶ Frequenter ſumitur pro ſolitudine, eremo, ſtatu, illo alicujus provinciæ, qui eſt ſine incolis, vel ſine incolarum frequentia. *Cic. 2. in Catil. c. 5.* Tecta Urbis, vitam civium, Italiam denique totam ad exitium & vaſtitatem vocas. *Id. in Piſon. c. 35.* Efficere vaſtitatem. ¶ Item pro vaſtatione, depopulatione. *Accius apud Non. cap. 4. n. 482.* Proptereæ tot, tantaſque habemus vaſtitates funerum. ¶ Translate ſumitur pro quacunque inanitate, ſeu privatione. *Cic. in Bruto c. 6.* Teque Bruti dolentem vicem, quaſi defleviſſe judiciorum vaſtitatem, & fori.

Vaſtĭtes, ei, f. idem ac vaſtitas, hoc eſt deſtructio, ſeparatio. *Plaut. Pſeud. l. 1. 68.* Harum mihi voluptatum omnium, atque itidem tibi Diſtractio, diſſidium, vaſtities venit.

Vaſtĭtudo, inis, f. idem ac vaſtitas. *Cato c. 141. R. R.* Uti in morbos viſos, inviſoſque viduitatem, vaſtitudinemque, calamitates, intempeſtatemque prohibeſſis.

Vaſto, as, a. 1. *guaſtare*, *faccheggiare*, *diſtruggere*, *ruvinare*, שׁדד, הָשַׁם, Germ. *verwüſten*, Gal. *gater*, Hiſp. *yermar*, πορθέω, populor, depopulorque, deſtruo, perdo. *Virg. 2. Æn.* Vaſtant cultoribus agros. *h. e.* abducendo cultores, agros vaſtos, & deſertos efficiunt, inquit *Servius*. *Tibul. l. 4. eleg. 1.* Atque duæ (zonæ cœli) gelido vaſtantur frigore ſemper. *ſono diſabitate per troppo freddo.* ¶ Significat etiam inculcum, ac deſertum reddere. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Homines cultores terræ conſtituri non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, nec ſtirpium aſperitate vaſtari.

Vaſtillus, la, lum, adject. *alquanto grande*. *Apul. l. 2. Metam. in fine.* Vaſtulis corporibus fores noſtras irruentes.

Vaſtus, a, um, *vaſto*, *ampio*, *immenſo*, רָחָב, Germ. *mechtig weit*, Gal. *extrémement grand*, *ou large*, Hiſ. *grande*, *y eſpazioſo*, ἀχανής, ἀπεῖρος, valde magnus, juſtæ magnitudinis & amplitudinis modum excedens, immenſus. *Virg. 1. Æn.* Hic vaſto Rex Æolus antro. *Id. 5. Æn.* Vaſti ictus. *Cic. 1. de Divin. cap. 24.* Tum viſam beluam vaſtam, & immanem, circumplicatam ſerpentibus, &c. *Id. in Piſon. c. 24.* Cum mare vaſtiſſimum hieme tranſibas. *Liv. l. 31. c. 1.* In vaſtiorem altitudinem invehi. ¶ *Vaſta litera* dicitur, quæ magnam habet ſonam. *Cic. in Orat. c. 45.* Quomodo enim veſtet *axilla*, *ala* factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? ¶ *Vaſta oratio* eſt, quæ propter crebrum vocalium concurſum hiulca, nimiſque aperta eſt. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 12.* Crebræ vocalium concurſiones, quæ vaſtam & hiantem orationem reddunt. ¶ *Vaſtus animus* translate dicitur, qui immoderate aliquid cupit. *Sall. de Catil. c. 5.* Vaſtus animus immoderatæ, incredibilis ſæpe cupiebat. ¶ Vaſti præterea dicuntur homines agreſtes, inſulſi, invenuſti. *Gell. l. 19. c. 9.* Sed ne nos tamquam profecto vaſtos quoſdam, & inſubidos ἀπηροδιατόνους (*invenuſtaſti*) condemnetis. *Salmaſ. in exercit. Plin.* legit *veſcos*. *Cic. 1. de Or. c. 25.* Sunt quidam ita lingua hæſitantes, aut ita voce ubloni, aut ita vultu nutuque corporis vaſti atque agreſtes, ut &c. ¶ Sumitur etiam vaſtus pro deſerto, vacuo, inani. *Plaut. Bacch. 4. 9. 130.* Fit vaſta Troja; ſcindunt proceres Pergamum. *Cic. 2. Agr. c. 26.* Alterum genus agrorum propter ſterilitatem inculcum, propter peſtilentiam vaſtum, atque deſertum emetur ab iis, qui eos vident ſibi eſſe relinquendos.

Vaſum, i, n. & Vaſus, i, m. idem, ac vas. *Plaut. Truc. 1. 1. 33.* Aut aliquod vaſum argenteum. *Cato apud Gell. l. 13. c. 22.* Neque mihi ædificatio, neque vaſum, neque veſtimentum ullum eſt in manu pretioſum. V. Vas.

Vates, is, com. *profeta*, *indovino*, נָבִיא, שׁ, נְבִיאָה, Ger. *prophet*, *wahrſager*, *ein poet*, Gal. *devin*, *poëte*, Hiſp. *adivino*, μάντις, prophera, homo divinus, ſeu fatidicus, qui res futuras præfenrit, ac prædicit. *Plaut. Mil. 3. 3. 37.* Bonus vates pote-

poteras eſſe, eum quæ ſunt futura, videas. *Virg. 6. Æn.* Tuque o ſanctiſſima vates, Præſcia venturi. *Cic. 2. de Leg.* Alterum, quod interpretatur fatidicorum, & varum effata incognita. ¶ Uſurpatur etiam pro Poeta, quia Poetæ divino inſtinctu affari dicuntur. *Cic. 1. de Div. ex Poeta*: Verſus, quos olim Fauni, vatesque canebant. *Col. in Præf. l. 10.* Ex voluntate vatis maxime memorandi, *i. e. Virgilii*. ¶ Præterea vates dicitur, qui in aliqua arte excellentiſſimus eſt, velut qui tamquam a Dis edoctus ſecreta ejus artis interpretari optime novit. *Valer. Max. l. 8. c. 12. n. 1.* Q. Scævola legem clariſſimus, & certiſſimus vates. *Pl. l. 11. c. 17. ſub fin.* Arreriarum pulſus deſcripturs eſt ab Herophilo medicinæ vate miranda arte.

Vaſta, æ, comm. g. idem ac vatius. *Varro l. 8. de L. L.* Cum idem faciat, ad ſignis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari varias cœperit, hos corrigi oportere concedant; contra ſiquis in conſuetudine ambulandi jam factus ſit varia, aut compernis, ſi eum corrigi non concedant. ¶ Numerator & interpretor cognomina Romanorum, quod qui primus in Varia familia id cognominis fortitus eſt, pedibus fuerit varitis. *Pl. l. 11. c. 45.* Namque & hinc cognomina inventa Planci, Plauti, Scauri, Paſcæ, ſicut a cruribus Vari, Variæ, Vatinii.

Varĭca, æ, f. ſpecies herbæ, quæ aliter *bellonaria* vocatur, ita dicta a *vates*, quia qui eam ederent, Deo pleni videbantur, & vaticinabantur, ut eſt apud *Apul. in Herbario c. 74.*

Vaticānus, i, m. Deus qui præeſſe credebatur primæ voci infantium, quaſi *Vaginanus*, a vagiendo. *Gell. l. 16. c. 17.* Et agrum Vaticanum, & ejuſdem agri Deum præſidem appellarum acceperamus a vaticiniis, quæ vi, atque inuitectu ejus Dei in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam M. Varro in libris Rerum Divinarum, aliam eſſe tradit illius nominis rationem. Nam ſicut ajus, inquit, Deus appellatus, araque ei ſtatuta eſt, quæ eſt in infima nova via, quod in eo loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus Deus nominatus, penes quem eſſent vocis humanæ initia, quoniam pueri, ſimul atque parti ſunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt; iccico vagire dicitur, exprimente verbo ſonum vocis ipcentia. Hæc *Gellius*. In quibuſdam *Auguſtini* codicibus *l. 4. de Civ. Dei c. 11.* legitur *Vagitanus* propter rationem a Varrone allatam.

Vaticānus Mons, *il Vaticano*, βατικηνὸν ὄρος, unus ex decem montibus urbis Romæ, conterminus Janiculo, non procul a Tiberi, non longe a theatro Pompeji, ſupra molem Hadriani ubi S. Petri Baſilica, & palatium Pontificum ampliſſimum. Ita dictus eſt a Vaticano Deo, penes quem erant vocis humanæ initia, qui ibi eolebatur. V. Vocem præcedentem. ¶ Prima, & tertia ſyllaba hujus nominis ſemper producuntur, ſecunda variatur, *Hor. l. 1. ode 20.* Simul & jocoſa Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago. *Juv. ſat. 6. v. 343.* Et Vaticano fragiles de monte patellas.

Vaticanus, a, um, adject. ad Vaticanum montem pertinens, ut Vaticana vallis, *Tacit. Ann. 14. c. 14.* Vaticanus ager, *Cic. Agrar. 2. c. 35.*

Vaticĭnans, antis, o. g. *chi predice*, ἀγορεύων, part. a vaticinor. *Cic. 1. de Div.* Quod & somniantibus ſæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem. *Lucr. l. 1.* Virginium Conſulem in concionibus veluti vaticinantem audiebat.

Vaticinatio, onis, f. *indovinazione*, *predizione*, קֶסֶם, נִבּוּאָה, μαντεία, actus vaticinandi, divinatio, futurorum prædictio. *Cic. Att. l. 8. ep. 12.* Quarum vaticinationem falſam eſſe cupio. *Id. 2. de nat. Deor. c. 3.* Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex Aruſpicum reſponſis commemorare poſſum, &c.

Vaticinātor, oris, m. *indovino*, Ἀπομαντεύς, qui vaticinatur, vates. *Ovid, l. 1. de Ponto, el. 1. v. 42.* Unde tamen vixi, vaticinator habet.

Vaticinium, ii, n. *vaticinio*, *predizione*, קֶסֶם, נִבּוּאָה, μαντεῖα, oraculum, divinatio, prædictio futuri. *Pl. l. 7. c. 52.* Plenq eſt vita his vaticiniis, ſed non conſerenda, cum ſæpe falſa ſint.

Vaticĭnor, aris, d. 1. *profetizare*, *indovinare*, נָבָא, קֶסֶם, Ger. *weiſſagen*, Gall. *deviner*, Hiſp. *adevinar*, Ἀπομαντεύομαι, προφητεύω, μαντεύομαι, divino, futura præſentio, ac prænuntio, a *vates Cic 1. de Div.* Illud, quod volumus, exprimſum eſt, ut vaticinari furor vera ſoleat. ¶ Aliquando accipitur pro deliberare, ſive ariolari, quæ ſignificatio inde tracta eſt, quod ſacerdotes oracula ediruri furore quodam ſolent corripi. *Cic. pro Sext. c. 10.* Eos qui dicerent, dignitati eſſe ſerviendum, vaticinari, atque inſanire dicebat. ¶ Interdum etiam pro canere, *dicere*, aſſerere. *C. de Am.* Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinarum ferunt, quæ in rerum natura, toroque mundo conſtarent, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 128.* Vetera vaticinamini, *voi dite coſe vaneide.*

Vaticĭnus, a, um, μαντικός, quod ad vaticinium pertinet. *Liv. l. 25. c. 1.* Et edixit, ut quicunque libros vaticinos, precationeſve, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, &c. *Ov. 2. Met. v. 643.* Hæc ubi vaticinos concepit mente furores. Vatiēnus, a, um, idem, ac varius, ſeu vatia. Ita dicunt Nebriſſenſis. Nempe ſecutus eſt antiquos *Plinii* codices, apud quem *l. 11. c. 45.* pro *Vatinii*, *Vaticnii* legitur in antiquo Parmenſi editione anni 1476. V. *Vatia*.

Vatrillum, li, n. parvum vas. Legit hanc vocem *Salmaſ. in Trebell. Poll. in Claud. c. 14.* ubi ait, Coctilium vatilla quatuor. Alii *batilla*.

Vatiniānus, a, um, adject. ad Vatinium pertinens. *Catull. carm. 14.* Odiſſem te odio Vatiniano. V. *Vatinius*. *Id. carm. 54.* Vatiniana crimina.

P. Vatinius, civis Rom. contaminatiſſimæ vitæ. Pudoris adeo proſtigati fuit, ut non invenuſte dixerit Seneca, Vatinium aſſiduo convicio depudere didiciſſe. In hunc, cum adverſus reum, quem Cicero in judicio defendebat, productus eſſet teſtis, tam acerbe Cicero invectus eſt, ut patefactis ejus flagitiis in tumultum Romani Populi odium pervenerit. Hinc factus locus proverbio, ut *Vatinianum odium* pro capitali, & implacabili odio accipiatur. ¶ Vatinius alter Beneventanus, ſutor fuit diſtorti corporis, idemque faber calicum vitreorum, qui quatuor roſtra inſtar naſorum protenſa habebant. *Martial. l. 14. ep. 96.* Vilia furoris calicem monumenta Vatini Accipe. V. *Tacit. 15. Ann. c. 34.* ¶ Hinc ipſi calices Vatinii dicti ſunt. *Martial. l. 10. ep. 1.* Vatiniorum proverca fractorum.

Vatrus, a, um, βλαισός, idem ac valgus, ideſt qui crura extrorſum obtorta habet. *Varr. l. 2. de R. R. c. 9. de capibus*: Sint cruribus rectis, ac potius varis, quam vatiis. *Ulp. l. 10. Dig. de Ædil. ed.* Quæſtium eſt, an balbus, & blæſus, & atypus, iſque, qui tardius loquitur, & varus, & vatius, ſanus ſit.

Vatrax, & Vatricōsus dicitur, qui vitioſis eſt pedibus. Ita *Nonius c. 1. n. 99.* ubi alii leg. *Vatias*, & *Varicoſus*.

Vatrēnus, & Vaternus, *Santerno*, fl. Æmiliæ, qui oritur ex Apennino M. ſupra Florentiolam opp. penes Forum Cornelii decurrit, & in Padum infra Lucum opp. inter Ravennam, & Argentam 15. M. P. influit. *Pl. l. 3. c. 16.*

U A N T E B.

Ubba, æ, fem. genus poculi, quod & obba dicitur. Ita *Non. cap. 2. num. 597.*

Uber, eris, n. *mammella*, שַׁד, דַּד, Germ. *tuite*, Gall. *mammelle*, Hiſp. *teta*, οὖθαρ, mamma. Nonnullorum ſententia proprie ubera videruntur dici interiora mammarum, mammæ vero uberum eminentiæ. *Virg. 3. Ecl.* Binos alit ubere fœtus. *Cic. de Div. ex Poeta*: Martia, quæ parvos Mavortis ſemine natos Uberibus gravidis vitali rore rigabat. ¶ Samitur etiam pro ubertate, fœcunditate ſoli, *fertilità*. *Tacit. 3 hiſt. c. 34.* Cremona numero colonorum, ubere agri adolevit, floruitque. *Virg. 2. Geo g.* Quique frequens herbis, & fertilis ubere campus. *Pallad. l. 1. c. 33* Prariis vero recentia ſteriora ſufficiunt ad uber herbarum. ¶ Repetitur etiam pro globo, ut *Uber aquæ*. ideſt globus novi examinis ex ramo pendens, mammæ ſimilis. *Pallad. l. Junio. c. 7.* Si unius uberis eductione pendebunt. Uber, eris, o. g. *fertile*, *fecondo*, פָּרֶה, גֶּבֶר, εὔφορος, fertilis, copioſus, pinguis. Eſt ab *uber* ſubſt. qua norat mammam. Nam quia juſſici in ſoli commendatione illud ſubinde uber ſoli vocabant, hinc factum ſuſpicamur, ut uteres agri di ci cœperint, quia fœcundi eſſent, ac pingues, poſtea etiam ad alia translata hæc vox ſit. *Cato apud Priſcian. lib. 5 peg. 947. Puſch.* Ita res uber fuit. *Cic. 5. Fin.* Ne feges quidem ſpicis uberibus. & crebris eſſe poteſt, ſi avenam ſpiam videris. *Id. 2. de nat. Deor.* Uberrimi vitium fructus. ¶ Non ſolum de terra, & agris, vel iis, quæ ad agros pertinent, ſed etiam de aliis rebus corporeis dicitur. *Cic. ad Q. Fr. l. 3 ep. 1. c. 1.* Ego locum æſtate umbroſiorem vidi nunquam, permultis locis aquam profluentem, & eam uberem. *Gell. l. 4. c. ult.* Eques uberrimus, & habitiſſimus, *graſſiſſimo*. ¶ Translate etiam dicitur. *Cic. de Or.* Ut animi, atque ingenii motus quidam eſſe debent, quid excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandumque ſint uberes. *Id. in Brut.* Nemo plenior, & uberior ad

dicendum fuit. *Id. in Piſon. c. 14.* Uberrima triumphis provincia. ¶ In ablativo caſu facit *ubere*, & *uberi*. *Plaut. Rud. 4. 2. 6.* Piſcatu me uberi compotivit.

Uberātus, a, um, *abondanze*, uber, abundans. *Pallad. in Febr. tit. 17.* Surculi, qui inſerendi ſunt, ſint gemmis pluribus uberati.

Uberius,

vel puer. *Cic. Phil.* 5. *c. ult.* Uti C. Pansa, A. Hirtius consules, alter ambove cognoscerent. *Id. l.* 1. *ep.* 9. Peto a te, ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras. ¶ Ponitur interdum pro *an*. *Cic. Phil. c.* 16. Qui, albus, ater-ve fueris, ignorans, fratris filium præterivit. *Horat. l.* 2. *sat.* 2. Quid inter-Est, in matrona, ancilla, peccetve rogata. *Nepos in Epich. c.* 3. Interrogarus, utrum pluris patrem, matremve faceret. Alii leg. *matremne*. ¶ Est etiam particula, quæ tantum conjuncta verbis & præposita usurpatur, haberque vim modo augendi, ut in *vehemens*; modo minuendi, aut privandi, ut in *vecors*. Hoc sensu etiam *ve* scriptum invenitur.

Veoa, æ, *Villa vieciose*, oppidum Hispaniæ Tarraconensis eum portu in ora Austur. *Plin. l.* 4. *c.* 22.

Vecordia, æ, f. *pazzia*, *δύνοια*, מכלות, *παραφροσύνη*, insania, desipientia. *Ter. And.* 4. 1. 2. Hoceine credibile est, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam ut fieri, &c.? *Ovid.* 12. *Met.* Quæ te vecordia, Theseus, Euryte, pulsat, ait?

Vecors, ordis, o. *pazzo*, *sciocco*, כסל, Germ. *unsinnig*, Gall. *insensé*, Hisp. *bovo*, ἄνους, ἀνόητος, παράφρων, excors, insanus, insipiens, a *ve*, quæ particula hic minuit, & *cor*. Vecordem enim dicimus, quasi expertem cordis, hoc est sanæ mentis partum habentem. *Cicer.* 1. *Tusculi.* Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur. *Paul. apud Fest.* Vecors est turbati, ac mali cordis. *Liv. l.* 4. *c.* 49. Audita vox ejus in concione stolida, & prope vecors, Rursus *Cicer. pro Dom. c.* 55. Istius vecordissimi mentem cura metuque terrebant.

Vectabilis, le, adj. *mobile*, qui vehi potest. *Senec. l.* 3. *quæst. nat. c.* 5. Ipsius insulæ materia vectabilis. Quidam leg. *vectibilis* eodem sensu.

Vectabilum, i, n. *carro*, ὄχημα. *Gel. l.* 20. *c.* 1. Jumentum quoque non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur.

Vectacilum, i, n. id, quo aliquid vehitur. *Tertul. de bapsif. c.* 3. & *de anim. c.* 53.

Vectarius, a, um, ὀχηματικός, quod vehit, vel aptum est ad vehendum. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. *de equis*: Neque idem, qui vectarios facere vult, neque eodem modo parantur ad ephippium, ut ad prædam.

Vectatio, onis, f. verbale a *vecto*, sed usurpatur passiva significatione. *Senec. de tranquil. c. ult.* Vectatio, & iter reficiunt animum, *l'andare a cavallo, o in coccchio*. *Sueton. in Calig. c.* 3. Gracilitas cruram paulatim repleta assidua equi vectatione post cibum.

Vectatus, a, um, partic. deponenti forma, & significatione activa. *Plaut. Merc. prol. v.* 74. Agrum se vendidisse, atque ea pecunia navim parasse, atque eapse merces vectatum undique. h. e. vectavisse.

Vectiarius, ii, m. qui premendo vectim machinam commover. *Vitruv. l.* 6. *c.* 9. Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus, & prælo premitur, ne minus longum pedes quadraginta constituatur: Ita enim erit vectiario spatium expeditum.

Vectibilis. V. Vectabilis.

Vecticularius, a, um, *παχυρύχος*, quod ad vesticulas, sive ad vectes pertinet. *Fest.* Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia. *Cato*; Vecticularium vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil.

Vectigal, alis, neut. *gabella*, *dazio*, מס, מכס, Ger. *zoll*, *scur*, Gall. *péage*, *gabelle*, Hisp. *alcavala*, πρόσοδος, pecunia, quæ solvitur Reipublicæ fisco, sive ærario earum rerum causa, quæ vehuntur. Dictum est a *vehendo*, quia proprie pro vectura pendatur. Differt a tributo, quod hoc secundum capita, & opes mobiles solvitur, vectigal autem secundum agros, & res immobiles: præterea ex tributo stipendia militibus pendebantur, ex vectigali sustinebantur cæteræ Reipub. necessitates, ea enim de causa primum institutum fuit. Hæc inter intelligenda sunt de vectigali secundum propriam ejus nominis vim, & sententiam: nam præterquamquod promiscue interdum a Scriptoribus vectigal, & tributum usurpantur, ut videre est apud *Sueton. in Calig. c.* 40. ubi quod *vectigal* initio appellat, paullo post *tributum* dicit; ad alios quoque publicos reditus significandos vectigal sæpissime transfertur. Itaque triplex potissimum vectigal apud Romanos fuit, ex portu (quod proprie eo nomine venit) ex decumis, & ex scriptura. *Cic. pro leg. Manil. c.* 6. Cum hostium copiæ non longe absunt, etiamsi irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agri cultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit; ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest. ¶ Vectigal ex portu (quod & *portorium* dicitur) erat quod capiebatur ex rerum venalium importatione & exportatione. *Decuma* erat decima pars frumenti, & quinta aliarum frugum, quæ solvebatur ab iis, qui agros publicos possidebant. *Scriptura* erat ea pecunia, quæ pendebatur ab iis, qui pecora armentave in publicis silvis, & pascuis habebant: causa autem appellationis est, quia hi numerum pecudum prænotabantur apud Publicanos, qui cum numerum in commentariis perscribebant. V. *Sigon. l.* 2. *de antiq. jur. Civ. R. m. c.* 16. & *Lipsi, l.* 2. *de magnitud. Rom. c.* 2. ¶ Erant præterea alii publici reditus, qui vectigalia vocabantur, & a variis Principibus pro varia temporum necessitate, vel etiam pro infantis eorum sumptibus, aut avaritia instituti sunt, ut centesimæ rerum venalium, bona damnatorum, vigesimæ legatorum; & hereditatium, &c. item quod super urina commentatus est Vespasianus, & alia innumera. *Sueton. in Aug. c.* 49. Eratium militare cum vectigalibus novis instituit. *Id. ib. c. ult.* Quantum pecuniæ esset in ærario; & fiscis, & vectigaliorum reditus: ubi notandus genitivus *vectigaliorum* pro *vectigalium*, quod & in *Calig. c.* 16. idem Auctor usurpat. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 2. Exercere vectigalia, *levare i dazj*, *fare il gabelliere*. *Id. 2. Fr. li. ep.* 1. *c.* 11. Vectigalia exigere. *Id. ib.* Vectigal pendere. *Id. de clar. Orat. c.* 36. Levare agrum vectigali. *Id. Agrar. c.* 21. Vectigal agro imponere. Interdum vectigalia dicuntur ipsi agri vectigalibus obnoxii. *Sallust. in orat. Philippi contra Lepidum*. Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc fustentamur, diem bello circumspicit. ¶ Neque vero *publici tantum* reditus, sed & privati, quos quisque ex suis prædiis percipit, vectigalis nomine significantur. *Cic. Parad. c.* 3. Ex meo tenui vectigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. *Id. ib.* Non intelligunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonia. *Id. 2. Off. c.* 25. Vectigalia urbana rusticis anteponantur.

Vectigalisrsus, ii, m. *gabelliere*, qui vectigalia exigit. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 13. Publicani, aut vectigalisrii.

Vectigalis, le, o. 3. *tributario*, *soggetto a publiche gravezze*, עבר מס, ὑποκλής, τελεσφόρος, quod vectigal pendit, cui *immunis* opponitur. Sic provinciæ, civitates, agri, & homines, qui vectigalia persolvunt, vectigales dicuntur. *Cæs. l.* 4. *B. G. c.* 3. Hos tamen vectigales sibi fecerunt. *Cic. 5. Ver. c.* 34. Vectigalis civitas. *Id. ib. c.* 43. Agri vectigales. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod ex vectigalibus colligitur, sic *Pecunia vectigalis* erat, quæ ex re frumentaria, ex portoriis, ex cæteris vectigalibus, quæ Publicani exercebant, exigebatur. *Cic. 3. Ver. c.* 35. Decem enim naves jussu L. Murenæ Populus Milesius ex pecunia vectigali populi Romani fecerat. ¶ Item pro eo, quod domino suo Pecuniam meret, seu acquirit. *Cic. 2. Phil. c.* 25. Tum existimavit se suo jure cum Hippia vivere, & equos vectigales Sergio mimo tradere. h. e. ex quibus quæstum faceret, ait *Mamutius*. Alii aliter explicant. *Col. in præf. l.* 1. Ex mercenariis aliquem jam recusantem quoridianum illi tiburum, qui vectigalis esse non possit.

Vectio, onis, f. ὄχησις, actus vehendi. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 60. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Vectis, is, m. *leva*, *lieva*, בריח, מוט, בר, *μοχλός*, palus e ferro, vel ligno, grandior, rusticis, fabris cæmentariis, & aliis necessarius ad onera promovenda, & alia multa facienda, cujusmodi sunt fustes illi, qui navibus subjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora subducuntur. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 11. Saxa, quam maxime possint, vectibus promovent, præcipitatque in musculum devolvunt. ¶ Dicitur quoque in torculari de baculis validis per mediam machinam *trajectis*, quibus manu ductis machina dum verfatur, funem ductarium advolvit. Hinc vectiarii. *Vitruv. l.* 6. *c.* 9. Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus, & prælo premitur. ¶ Rursus vectes sunt instrumenta accommodata ad aliquid subvertendum, evertendum, effringendum. *Horat. l.* 3. *ode* 20. Hic hic ponite lucida Funalia, & vectes, & arcus Oppositis foribus minaces. *Cic. Ver. 6. cap.* 40. Demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur. ¶ Præterea vectis est instrumentum ex ferro, aliave materia, quo ostium clausum adversus vim munitur, *catenaccio*, *chiavistello*. *Virg.* 7. *Æneid.* Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri robora. Hujusmodi vectem invenit Cyrira Agrippæ filius, teste *Plin. l.* 7. *c.* 56. ¶ Denique vectis est etiam lignum, seu fustis teres, quo bajuli onera ferunt, *stanga*. *Claudian. de IV. Consul. Honor. v.* 571. sic Numina Memphis in vulgus proferre solet: penetralibus exit Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus instat Liniger imposito suspirat vecte sacerdos, Testatus sudore Deum. Loquitur *Claudian.* de more Ægyptiorum, qui Deorum suorum effigies solemni pompa circumferebant.

Vectis, is, f. *Wicht*, insula est Angliæ in Britannico mari. *Suet. in Vesp. c.* 4.

Vectito, as, frequentativum a vecto. *Arnob. l.* 5. Curru quadrijugo vectitatus. Adde *Gell. l.* 9. *c.* 6.

Vecto, as, a. 1. *portare*, נשא, חבא, ὀχέω, freq. a veho. *Virg. 6. Æn. v.* 391. Corpora viva nefas Stygia vectare carina. *Hor. Epod. ode ult.* Vectabor humeris tunc ego inimicis eques. *Gell. l.* 16. *c.* 19. Dorso super fluctus edito vectaviffe. ¶ Particip. *vectatus V. supra suo loco*.

Vectones, seu Vettones, p. c. m. 3. *ἐδήτωνες*, & *ἐδήτονες*, pop. Lusitaniæ, inter Durium ad Bor. & Tagum ad Mer. ubi hodie pars Meridionalis Regni Legionis, & pars Bor. Extremaduræ Castellanæ. *Lucan. l.* 4. *v.* 9. Vectonesque leves, profugique a gente vetusta Gallorum.

Vector, oris, m. *chi porta*, qui vehit. *Ovid. 1. Fast.* Ecce rudens rauco Sileni vector asellus Intempestivos edidit ore sonos. ¶ Frequenter passive accipitur pro eo, qui in aliena navi, vel equo, vel plaustro vehitur pretio, *navigante*, מוכא. *Ger. fuhrmann*, *der gefuhret wirrd*, Gal. *paſſager*, *qui porte on eſt porté*, Hisp. *paſſagero*, ἐπιβάτης. *Cic. 7. Phil. c. ult.* Et summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent. *Virg. 4. Ecl.* Cedet & ipse mari vector. ¶ Translate etiam dicitur. *Cic. Att. l.* 2. *ep.* 10. Male vehi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene gubernare.

Vectorius, a, um, adj. *da trasporto*, *da carico*, ut vectoria navis, apud *Cæs. l.* 5. *B. G. c.* 8. & *Sueton. in Cæs. c.* 61.

Vectrix, cis, quæ vehit. *Paulin. Nol. Ep.* 49. *Sect.* 8. Navis vectrix draconis.

Vectura, æ, f. *vettura*, ἀγωγή, φορά, vectio. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 7. *de equis*. Quod alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admissuram, &c. *Cic. Att. l.* 11. *epist.* 2. Mifimus, qui pro vectura solveret. *Cæs. l.* 5. *B. C.* Remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. ¶ *Facere vecturam*, est vehendo parare sibi lucrum. *Quintil. declam.* 12. Classis nostra vecturam facit, & vicinarum civitatum copias introducit. ¶ Sumitur etiam pro mercede, quæ pro vectura solvitur. *Plaut. Mostel.* 3. 2. 138. Tres minas pro istis præter vecturam dedi.

Vecturarius, ii, m. qui vecturis præest. *Cod. Theodos. l.* 14. *tit.* 6. Vecturarios præcipimus trecentos boves dare.

Vectus, a, um, *portato*, ὠχημένος, partic. a vehor. *Virgil. 1. Æn.* Diversa per æquora vecti. *Nepos in Chabr. c. ult.* Navem relinquere, in qua fuerat vectus. *Vellej. l.* 5. *c.* 59. Nunquam alio vectus vehiculo.

Vediantii, m. 2. Vesdiantii, pop. Galliæ Narb. inter Alpes maritimas ad Or. & Varum fl. ad Occ. ubi hodie Comitatus Nicæensis. Eorum caput fuit Cemeneleum, ex cujus ruderibus crevit Nicæa in vicinia, in ora maris Medit. longe a Sanitio in Or. licet aliqui eorum urb. Sanitium, *Senes*, fuisse scripsetint. *Plin. l.* 3. *c.* 5.

Vedius, m. 2. idem ac Vejovis, vel Dis Pater, seu Pluto, apud *Capellam l.* 2. Nam ut dicimus *sub Jove*, & *sub Dio*, itidem dixere *Vejovis*, & *Vedius*. Significat ergo malum Dium, h. e. malum Jovem, nam Pluto cacodæmonum maximus est.

Vegeto, es, gui, sine sup. n. 2. *essere sano*, *e vegeto*, שלם, *ὑβάω*, *ὑβάσκω*, vegetus, & incolumis sum, valeo, quasi vi ago. *Varr. apud Non. c.* 2. *n.* 3876. Nec natus est, nec moritur; viget, veget utpote plurimum. ¶ Sæpius sumitur active pro vegetum facere, excitare, commovere, impellere. *Pompon. apud Non. loc. cit.* Animos Venus veget voluptatibus. *Lucret. l.* 5. *v.* 1297. Et moderatier hunc (*equum*) frænis, dextraque vegere.

Veges, etis, o. g. idem ac vegetus. *Liv. l.* 21. *c.* 43. A tergo Alpes urgent, vix integris vobis, ac vegetibus transitæ. Ita quidam Lexicographi: sed plerique Critici, qui locum corruptum putant, substituunt *vigentibus*.

Vegetabilis, le, adj. *vegetabile*, qui vegetari potest, ut radix vegetabilis. *Ammian. l.* 22. *c.* 8.

Vegetamen, inis, n. vegetandi vis, vegetatio. *Prudent. Hamartig. v.* 75. Sunt tria nempe simul, lux, & calor, & vegetamen. *Et v.* 298. nostræ vegetamina vitæ.

Vegetatio, onis, f. actus vegetandi. *Apul. de Asino l.* 1. Ut etiam fatigationem fedentarium inceffus vegetatione discuteremus.

Vegetator, oris, m. qui vegetat. *In orat. ad Deum*, *quæ habetur in Ephemerid. Ausonii*, *& a quibusdam Paulino Nolano tribuitur*. Itrequies, cuncta ipse movens, vegetator inertum.

Vegetatus, a, um, adj. vegetus factus. *Prudent. Cathemer.* 10. *v.* 7. Elementa tibi dum vegetata cohærent.

Vegetius, m. 2. cognomen Flavii Renati Comitis Constantinopolitani, Valentiniani Principis temporé. Scripsit ad Valentinianum libros quatuor, epitomen videlicet institutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Augusti, Trajani, & Hadriani Principum, ac Frontini. ¶ Extant etiam libri quatuor rei Veterinariæ, seu Mulomedicinæ cum ejusdem Vegetii nomine; sed dubitant Eruditi ejusdem ne sint, an alterius qui idem forte nomen habuerit.

Vegeto, as, a. 1. *far crescere*, *rinforzare*, *vivificare*, *ravvivare*, חיה, רגל, Germ. *erfriſchen*, Gall. *renforcer*, Hisp. *recrear*, *ἀναπνέω*, *ἀναζῶ ποιῶ*; vegetum facio, recreo, reboro. *Gell. l.* 17. *c.* 2. Memoriæ vegetandæ gratia. *Apuleius de Mundo*. Spiritus ille, qui animalia omnia vegetat. *Prudent. Hamartig. v.* 846. anima structum vegetaverat Adam.

Vegetus, a, um, *vegeto*, *vigoroso*, *sano*, *gagliardo*, שוב, חי, שלם, Ger. *friſch*, *geſund*, Gall. *vigoureux*, Hisp. *recio*, *y fuerte*, ἄκακος, ἔρρωτος, ἀδιάτητος, incolumis, vividus, agilis, & ad obeundas actiones idoneus, a *vegeo*. Proprie dicitur de corpore. *Cic. Att. l.* 10. *ep.* 16. Tu, quoniam quartana cares, & non modo morbum removisti, sed etiam gravedinem, re vegetum nobis in Græcia siste, & literarum aliquid interea. *Suet. in Cæs. c.* 45. Nigris, vegetisque oculis, valetudine prospera, *occhi vivi*. *Col. l.* 6. *c.* 20. Torva facies, vegetior aspectus. *Plin. l.* 18. *c.* 26. Hoc intervallum temporis vegetissimum agricolis, maximeque operosum est. h. e. quod veluti vegetos, & actuosos facit multitudine rerum agendarum. ¶ Translate etiam de animo usurpatur, pro vivo, acri, integro. *Cic. 1. Tusc. c.* 18. Nec tam vegeta mens aut in corde, cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa jacet. *Id. 1. de Div. c.* 29. Ut illa tertia pars rationis, & mentis luceat, & fe vegetam ad somniandum, acriemque præbeat. *Liv. l.* 6. Sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris sensibus.

Vegrandis, de, adj. *malamente grande*, δυσαύξητος, male grandis, parvus, minutus, gracilis, a præposit. *ve*, quæ tum minuendi, tum augendi vim habet. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 2. *de ovibus*: Quæ postea concipiunt, funt vegrandes, & imbecillæ. *Ovid. 3. Fast. v.* 445. vegrandia farra coloni, Quæ male creverunt, vefcaque parva vocant. *Plaut. in Cistell. apud Festum*: Quod nisi sic iræres, nimium is vegrandi gradu. ¶ Sumitur etiam pro valde grandi. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 884. Non leviter extollitur, & vitæ vegrandi datur. *Pers. sat.* 1. *v.* 97. Ut ramale vetus vegrandi fubere coctum. Alii leg. *prægrandi*.

Veha, æ, f. idem ac via, a vehendo. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. Rustici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas, & vellam, non villam, quo vehunt, & unde vehunt.

Vehatio, onis, f. actus vehendi, vectura. *Col. Theod. l.* 3. *de calcis cotturis*.

Vehêla, læ, f. plaustrum, vehiculum. *Capitol. in Maxim. c.* 13. Alios Scythicis vehelis exhiberet, alios in custodia detineret. Al. leg. *vehiculis*.

Vehémens, entis, o. g. *veemente*, *grande*, חזק, גדול, Ger. *heftig*, *grimmig*, Gal. *vehement*, *violent*, Hisp. *vehemente*, σφοδρός, βιαιος, βίαιος, magnus, gravis, acer, ductum a *vi*, h. e. impetu mentis, ut sit *Fronto*: vel a *ve* intensiva, & acer, ductum a *vi*, h. e. impetu mentis, ut sit *Fronto*: vel a *ve* intensiva, & *mens*, inserta aspiratione, ut sonus fit firmior, vegetiorque. *V. Gel. l.* 16. *c.* 5. *Ter. Andr.* 1. 1. 122. Ne hæc quidem satis vehemens causa ad objurgandum. *Cic. in Brut.* Ex quo significabat, illum non in agendo solum, fed etiam in meditando vehementem, atque incensum fuisse. *Auct. ad Her. l.* 4. Hoc genus & ditando vehementem, atque incensum fuisse. *Auct. ad Her. l.* 4. Hoc genus & acrimoniam habet in se, & est vehementissimum. *Liv. l.* 3. *cap.* 19. In prælo acrimoniam habet in se, & est vehementissimum. *Liv. l.* 3. *cap.* 19. In prælo coercenda vehementior. ¶ Sumitur etiam in malam partem pro aspero, ducoercenda vehementior. ¶ Sumitur etiam in malam partem pro aspero, ducto, difficili. *Cic. in Vatin.* Nimium es vehemens, feroxque natura. *Id. pro* 20, difficili. *Cic. in Vatin.* Nimium es vehemens, feroxque natura. *Id. pro Syll.* Itaque idem ego ille, qui vehemens in alios, qui inexorabilis in cæteros esse visus sum. ¶ Transfertur etiam ad plantas, & notat luxuriantem, exuberantem. *Col. l.* 3. *c.* 1. Terræ densæ dabit vehemens eatem virem, multaque materia frondentem. ¶ Per translationem etiam dicitur de oratione, vel stylo orationis. *Cic. 2. de Or. c.* 49. Tunc admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum lenitatis & manfuetudinis cœpi. *Cic. 6. Ver.* Litteræ mitiuntur illi a patre vehementes, ab amicis item, videret quid ageret. h. e. acres. ¶ Poetice etiam *vemens* dicitur. *Lucret. l.* 3. *v.* 155. Verum ubi vementi magis est commota metu mens.

Vehementer, adv. *veementemente*, *con veemenza*, בחזקה, σφόδρα, δεινῶς, ἔγκυρ, acriter, valde, impense. *Cic.* 8. *Phil. c.* 5. Vehementer me agere fateor, itaconfido. *Id. l.* 11. *Fam. ep.* 25. Litteras tuas vehementer exspecto. *Id. 1. de Or. c.* 33. Vehementissime se exercere in aliqua re. *Cæs. l.* 2. *B. C. c.* 4. Vehementius exterreri. ¶ Sæpe sumitur in malam partem, pro fevere, aspere, acerbe. *Cic.* 4. *Ver.* Nisi restituissent statuas, vehementer iis minatur. *Id. Attic. l.* 10. *ep.* 7. Quintum puerum accepi vehementer.

Vehementesco, is, n. 3. *farsi veemente*. *Cal. Aurel. Tard. l. c.* 3. Vehementescit hæc passio hieme. *Et l.* 4. *c.* 6. Cum viderint, fluorem vehementescere.

Vehementia, æ, f. *veemenza*, חזקה, σφοδρότης, δεινότης, gravitas, ac ritudo. *Plin. l.* 13. *c.* 8. Flore candido cum vehementia odoris.

Vehens, tis, *chi porta*, qui vehit, βαστάζων, ὀχέων. *Gell. l.* 16. *in fin.* Delphinus vehens, & homo insidens. *Id. l.* 20. *c.* 1. Jumentum tergo vehens. ¶ Sæpe sumitur passive pro eo, qui vehitur equo, curru, vel navi. *Id. l.* 2. *c.* 2. *ex Claud. Quadrigar.* Ei consuli pater proconsul in equo vehens venit. *Id. l.* 5. *c.* 6. Enm qui ovarent, introire solitum equo vehentem. *Cic. in Brut. c. ult.* In te intuens, Brute, doleo, cujus in adolescentiam per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transversa incurrit misera fortuna Reipublicæ.

Vehes, is, f. *veggia*, *carro*, עגלה, ὄχημα, plaustrum, vel tantum fœni, stercoris, alteriusve materiæ, quantum in plaustro, vel alio instrumento vehi una vectura potest. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Amplitudinem cavis eam feciffe proditur, ut vehem fœni large onustam transmitteret. *Col. l.* 11. *c.* 2. *versus fin.* Satis erat in singula jugera vehes stercoris comportare numero decem, & octo: vehes autem stercoris habet modios octoginta, *dicitur carrete*. ¶ Dicitur & *vehis* in recto casu. *Col. loc. cit. circa princ.* Materies in roborea erit, ab uno fabro dolari ad unguem per quadrata debet pedum viginti: hæc erit vehis una: pinus autem quinque, & viginti pedum æque ab uno expeditur, quæ & ipsa vehis dicitur. Hoc loco *Columella* vehem nominat operam fabri lignarii, quæ uno die confici potest: ut quemadmodum vehes significat mensuram stercoris, quæ una vectura vehi potest, ita per quandam similitudinem vehis dicatur etiam opus, quod uno die fit. Sequitur enim idem auctor: Nec minus ulmus & fraxinus pedum triginta, cupressus autem pedum quadraginta, tum etiam sexagenum pedum abies, atque populus singulis operis ad unguem quadrantur, atque omnes hæ mensuræ similiter veles appellantur, &c.

Vehla, æ, f. plaustrum, a vehendo. *Paul. apud Fest.* Vehia apud Oscos dicebatur plaustrum. Unde vehiarii stipites in plaustro, & vectura, vehitura. In vulgatis est *Veia*, *vejarii*, *veitura*, sine aspiratione.

Vehicularius, a, um, adj. ad vehiculum pertinens. *Capitol. in Max. & Balb. c.* 5. Vehicularius fabricator. h. e. qui vehicula facit. ¶ *Vehicularius cursus* instituit est ab Augusto, ut in ejus vita *c.* 49. testatur *Suetonius*. Is enim, quo celerius scire posset, quid in quaque provincia gereretur, juvenes primo modicis intervallis per vias militares, (*corrieri*, *postiglioni*) dehinc vehicula, (*sedie da posta*) dispositis, quibus nuntii vecti, & subinde ea mutantes breviffimo tempore magna itinerum spatia conficiebant. Atque horum vehiculorum expensæ solvebantur fere a provincialibus pro rata parte. Aliquando tamen ex quorundam Principum liberalitate ii sumptus suppeditabantur ex fisco. *Capitol. in Anton. Pio, c.* 12. Vehicularium cursum summa diligentia sublevavit. *Ammian. l.* 14. *c.* 11. Vehicularia res. V. *Salmas. in Spartiani Adrian. c.* 7. ubi hac de re multa.

Vehiculatio, onis, f. cura, & munus vehicularii cursus, h. e. onus, quod habebant Provinciæ alendi jumenta, & publici per vehicula cursus conservandi. *Vet. nummus apud Spanhem p.* 800. Vehiculatione Italiæ remissa. V. vocem præced.

Vehiculum, i, n. *carro*, *carriaggio*, מרכבה, עגלה, Ger. *wagen*, Gal. *chariot*, Hisp. *carro*, ἅρμα, ὄχημα, currus, vel plaustrum ad vehendum aptum. Est autem nomen generale, sub quo continentur omnia instrumenta, quibus aliquis vehitur. *Cic. Verr. 7. c. ult.* Omnes Dii, qui vehiculis thensarum solemnes cœtus ludorum initis. *Id. ib. c.* 23. Illi tibi furtorum vehiculum comparaverunt, ubi *Cic.* navem intelligit, ad avehenda Romam ex Sicilia furta Verris a Mamertinis paratam. ¶ Præcipue tamen fic appellatur currus ad iter faciendum aptus, *sedia*, *calesso*. *Suet. in Calig. c.* 39. Comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, *sedie da nolo*. *Cic. in Pison. c.* 25. Triumphalia vehicula, h. e. quibus triumphantes per Urbem vehebantur. *Id. Att. l.* 10. *ep.* 12. Ego vexo vehiculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. ¶ Servus *ab vehiculis*, & *a commentariis vehiculorum* fuit inter officia domus Augustæ. *Inscript. apud Gruc. pag.* 592. *n.* 4. ¶ Vehicula quatuor rotarum Phryges dicuntur invenisse, ut ait *Plin. l.* 7. *c.* 56.

Vehis, V. Veles.

Veho, is, xi, ctum, a. 3. *portare*, *condurre*, *menare*, נשא, מבל, חבא, Germ. *fuhren*, Gal. *porter*, Hisp. *ellevar*, ὀχέω, κομίζω, βαστάζω, est ope alicujus instrumenti portare, ut navis, plaustri, jumenti, & constituitur cum abl. cum, vel sine præposit. in. *Cic.* 1. *Tusc.* Cum etiam illam ad solemne, & statutum sacrificium carru vehi jus esset. *Id. 2. de Div. c.* 20. Equus, in quo vehebar, mecum una demersus rursus apparuit. *Id. in Pison. c.* 25. Vehi per urbem, *Id. 2. Phil. c.* 24. Vehi in essedo. *Id. 3. de nat. Deor. c.* 37. Vehi in aliqua navi. *Ovid. 3. de ar. am. v.* 777. Vehi equo. ¶ Hoc sensu etiam passiva significatione usurpatur. *Lamprid. in Heliogab. c.* 4. Quæ earum carpento, quæ equo veheret. Alii leg. *vehebatur*. V. *Vehens*. ¶ Accipitur etiam pro ferre, gestare quocunque modo. *Ovid. 9. Met.* Ventrem gravem vehere. *h. e.* gravidam esse. *Plaut. Mostel. 3. 2. 96.* Homines habeo clitellarios; magni sunt oneris; quidquid imponas vehunt. ¶ Translate sumitur pro ferri, progredi, procedere. *Cic. de Univ.* Ita totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate, & fortuito, ut sex motibus veheretur. *Id. 1. Tusc. c.* 30. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio.

* Veja. V. Vehia.

Vejentânus, a, um, adject. ad Vejentes pertinens, ut Vejentanum vinum, *Hor. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 143. Vejentana gemma, h. e. in agro Vejenti reperta. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Vejentana seu Vejentina Tribus dicta est a Vejenti agro, ubi constituta fuit. *Cic. pro Planc. c.* 16.

Vejens, tis, adject. ad Vejos pertinens, ut Vejens bellum. *Cic. in Div. c.* 44. Vejens ager. *Id. pro Rosc. Amer. c.* 16. Vejentes, tum, sunt Vejorum incolæ. *Cic. 1. Divin. c.* 44.

Veji, orum, m. pl. Vejens, Larthenianum, urbs ampla Herruriæ, in colle undique prærupto prope Insulam vicum Farnesiorum, apud Tiberim, ubi nunc diverforium *la Storta*, vel paulo supra, media fere inter urb. Romam, & Fescennium, condita a Comero, & a Camillo longa 10. annorum obsidione capta, & excisa anno 358. posteaque refecta, & rursus eversa. Aliqui dicunt, fuisse, ubi nunc *Vejana*, alii ubi *Marsoniano*, alii ubi castr. *Scrofano*. *Suet. in Ner. c.* 39. Roma domus fiet: Vejos migrate Quirites, Si non & Vejos occupat ista domus.

Vejŏvis, is, m. Jupiter parvus, ideft infans, cui Romani ædem dedicavere Nonis Martii ante duos lucos, inter arcem, & Capitolium, effecto etiam juxta Dei simulacrum capræ illius simulacro, a qua in Creta educatus est. *Ovid. 3. Fast. v.* 429. Una nota est Marti, Nonis sacrata quod illis Templa putant lucos Vejovis ante duos. Lege ibi reliqua. *Similiter Festus*, teste *Vossio*, Vejovem parvum Jovem interpretatur. Sed multi sunt, qui dicant, Vejovem apud Romanos inter noxia Numina habitum esse, quem non auxilii spe venerabantur, sed re quid ipsis noxæ inferret, hujus simulacrum effingi solitum fuisse sagittas, vel spiculum manu tenens, manumque minaciter intendens, unde eundem atque Apollinem esse censeri, qui spiculis, hoc est radiis suis multa morborum genera immittit. Qua de re vide *Gell. l.* 5. *cap.* 12. Utcunque sit, hæc vox componitur ex nomine *Jovis*, & ex particula *ve*, quæ nunc augendi vim habet, nunc minuendi, ut docent *Gellius l. c.* & *Macrob. Tom. II.*

l. 6. *c.* 8. & *Fest.* Quare secundum *Ovid.* dictus est quasi Jupiter non magnus. Secundum *Gellium*, & alios ita dictus est quasi non juvans, sed nocens. *Cic. 3. de nat. Deor.* Quam periculosa confuetudo! in multis enim nominibus hærebitis. Quid Vejovi facies? quid Vulcano?

Velus, a, um, adject. idem quod Vejens. *Propert. l.* 4. *eleg.* 11. Forte super porræ dux Velus adstitit arcem.

Vel, o, *ouvero*, אך, Ger. *oder*, Gal. *ou*, Hisp. *o*, אי, אינו, אלא, aut, sive, conjunctio, disjunctiva, ex *ve*, per Paragogen. *Cic. 1. de Orat. c.* 58. Cui nostrum non licet fundos nostros obire, aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis invisere? *Id. Fam. 2. ep.* 7. Cur non adsum vel spectator laudum tuarum, vel particeps, vel socius, vel minister confiliorum? ¶ Differt a *sive*, & *seu* ea ratione, quod *vel* absolute disjunctiva est, & sine ulla conditione, ut in allatis exempiis apparet: at *sive*, & *seu* ita disjunctivæ sunt, ut conditionem, & dubitationem aliquam involvant. Interdum tamen promiscue ponuntur. *Perf. sat.* 5. *v.* 47. Nostra vel æquali suspendit tempora libra Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora Dividit in Geminos concordia fata duorum. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Contraque erigas, ac resistas, sive etiam ultro occurras negotiis. ¶ Interdum *vel* copulativum est, atque pro &, seu *tum* ponitur. *Virg. 2. Æn. v.* 766. Silvius Æneas pariter pietate vel armis. *Liv. l.* 2. *c.* 52. Hunc ordinem ex censu descripsit, vel paci deorum, vel bello. ¶ Sæpe sumitur pro *etiam Virg. 11. Æn.* vel Priamo miseranda manus. *Cic. 3. de leg. c.* 10. Isto modo vel consulatus vimperabilis est. ¶ Item pro *saltem*. *Ter. Phorm.* 2. 1. 72. Postremo si nullo alio pacto, vel fœnore. Possis tamen hic quoque per *etiam* explicare: *se non in altra maniera*, *anche con prender danari ad usura*. ¶ Item pro *veluti*. *Ter. Hec.* 1. 1. Per pol quam paucos reperias meretricibus fideles amatores: vel hic Phamphilus jurabat quotidie Bacchidi &c. ita *Donatus*, possis tamen & ita exponere: etiam hic Phamphilus &c. ¶ Item pro *an*. *Quintilian. l.* 3. Justum ne sit, sacrilegium appellari, quod objiciatur, vel furtum, vel ameatium. ¶ *Vel* cum superlativis junctum vim insuper quandam addit: est enim pro *valde*, *præcipue*, *cum primis*. *Cic. 4. Acad. c.* 3. Statuere, quid sit sapiens, vel maxime videtur esse sapientis, *certissimamente pare*, *che &c. Id. 1. de Fin. c.* 2. Sophocles vel optime scripsit, *stimissimamente*. *Id. 2. de Orat. c.* 26. Hoc in genere nervorum est vel minimum, suavitatis autem vel plurimum. ¶ Eleganter ponitur pro *velut*. *Terent. Heaut.* 4. 6. 1. Nulla est tam facilis res quin difficilis fiet, quam invitus facias: vel me hæc deambulatio quam non, laboriosa

l. 3. *c.* 3. ¶ Velienſis etiam fuit una ex Curiis veteribus urbis Romæ, ita dicta a Velia loco editiore. *Sigon. l.* 1. *de ant. jur. C. R. c.* 3. *Feſtus* in voce *Nova Curia*.

Velifer, ra, rum, ἱστιοφόρος, quod velum fert. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 19. Huc ubi veliferam nautæ advertere carinam. *Valer. Flacc. l.* 1. *Argon. v.* 125. Palladæ velifero quæ tentem brachia malo.

Velificatio, onis, f. *velegziamento*, πέτασις ἱστίων, actus velificandi. *Cic. l.* 1. *epiſt.* 19. Cum vero id poſſis murata velificatione aſſequi.

Velificatus, a, um, partic. a velificor. *Propert. l.* 2. *el.* 29. Una ratis fati noſtros portabit amores Cœrula ad infernos velificata lacus. ¶ Sumitur etiam paſſive pro tranſnavigato, ſeu per quod naves ſuis velis navigavere, Ἑκατόμπορος. *Juv. ſat.* 10. *v.*174. Velificatis Athos, & quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.

Velificium, ii, n. conficiendorum velorum ratio, ſeu ars. *Hygin. fab. ult.* Velificia primum invenit Iſis.

Velifico, as, n. 1. *far vela, diſtendere le vele, veleggiare*, הלך, Ger. *ſegeln*, Gall. *voguer*, Hiſp. *navegar, hazer vela*, ἱστιοδρομέω, vela facio, vela do, navigo. *Plin. l.* 9. *c.* 33. Per ſumma aquora velificant. *Propert. l.* 4. *eleg.* 10. Nauta per urbanas velificabat aquas.

Velificor, aris, com. 1. idem ac velifico. Translate ſumitur pro omni diligentia, & conatu rei alicui operam dare, quod etiam dicitur velis, remiſque agere. *Cic. l.* 1. *Agr. c.* 9. Quod ſi quis veſtrum ſpe deciſus, ſe poſſe turbulenta ratione honori velificari ſuo. *h. e.* aſcendere ad honores, non virtute, & majorum gloria, ſed violenta quadam ratione, ut ſoleat fieri ab iis, qui quaſcunque fortunas experiuntur, velis in altum elatis. ¶ Item pro *favere*, *ſtudere*, obſequi. *Cal. Cic. l.* 2. *Fam. ep.* 10. Ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referrer ſcire, reticuiſſe. *Flor. l.* 1. *c.* 9. Brutus favori civium etiam domus ſuæ clade velificatus eſt.

Velificus, a, um, ἱστιοδρομῶν, quod velis fit. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Noctis dieique velificio navigii curſu.

Velinus, a, um, quod ad Veliam ſpectat, ut Velinus portus, apud Veliam urb. Lucaniæ everſam. *Virg.* 6. *Æn. v.* 366. Aut tu mihi terram Injice, namque potes, portuſque require Velinos. ¶ Velina regio, una ex regionibus urbis Romæ, monti Palatino junctæ: ita dicta a Velia loco ejuſdem urbis. ¶ Velina Tribus, una ex 35. Tribubus Pop. Rom. ita dicta a lacu Velino. Adjecta eſt una cum Quirina ultima omnium anno 512. a Cenſoribus C. Aurelio Cotta, & M. Fabio Buteone. *Cic.* 4. *Att. ep.* 15. ¶ Velinus lacus, *Lago di piè di Luco*, lacus Umbriæ, in confinio Sabinæ tractus, inter Reate urb. Sabinam, & Interamnam urb. Umbriæ, per quem Velinus fl. labitur. ¶ Velinus fluvius, *Velino*, fl. Umbriæ. Oritur in Apratio ult. ubi Civitatem Regalem, Interdocium, & Civitatem Ducalem rigat, deinde per Umbriam fluens, ibi rigato Reate, per lacus Reatinum, & Velinum labitur, & deinde ſupra Interamnam in Narem flu. ſe exonerat.

Velita, æ, f. ſeu Velitia, una ex Curiis urbis Romæ, a Velitia, hoc eſt Veliternis urbe Latii in Volſcis. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. *c.* 3. *Feſt.* in voce *Nova Curiæ*.

Velitaris, & ις, o. 3. γυμνητικός, quod ad Velites pertinet, ut Haſta velitaris, quam Polybius vocat χάρσιον, qua ii utebantur. *Liv. l.* 26. *c.* 4. Et ſeptena jacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt. *Salluſt. in Jugur. c.*105. Præterea iere ſagitarii; & cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi cauſa, neque id ſecus, atque aliis armis adverſum tela hoſtium, quod ea levia ſunt, muniti erant.

Velitatim, V. Velicatim.

Velitatio, onis, f. *ſcaramuccia*, מצח, ἀκροβολισμός, ἀξιμαχία, actus velitandi, levis pugna. *Plaut. Rud.* 2. 6. 41. Equidem me ad velitationem exerceo. Nam omnia coruſca præ tremore fabulor. ¶ Translate ſumitur pro mutua probrorum objectione, λογομαχία. *Feſtus*. Velitatio dicta eſt ultro citroque probrorum objectio, ab exemplo velitaris pugnæ. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 41. Verbis velitationem fieri compendio volo.

Veliternus, & Veliternius, a, um, adj. ad Velitras pertinens, ut Veliternus ager. *Plin. l.*16. *c.*45. & *l.*14. *c.*6. Veliternus populus. *Liv. l.*8. *c.*12. ¶ Veliterni, orum, Velitrarum incolæ. *Liv. l* 8. *c.*14.

Velites, m. 3. *ſoldati armati alla leggiera*, ἀξιμάχοι, milites levis armaturæ, nullis, aut exiguis militaribus veſtibus tecti, ut expeditiores eſſent, qui funda tantum, & miſſilibus pugnabant, præliumque auſpicabantur, qui etiam *rorales*, & *expediti* dicebantur, item *ferentarii*, & *accenſi*. Erant in genere pedium. Quare male ab aliquibus Veles exponitur *caval leggiero*. Dicti velites viſſentur, quaſi *Volites*, qui hac illac volare illis licet, quod caraphracti non poſſunt ob armorum pondus. *Feſt.* Advelitatio, jactatio quædam verborum, figurata ab haſtis velitaribus. Velites dicuntur expediti milites, quaſi volites, ideſt volantes. *Ovid. in Ibin, v.*46. Utque petit primo plenum flaventis arenæ Nondum calfacti Velitis haſta ſolum. *Liv. l.* 26. Et ubi ad conjectum teli ventum eſt, ſigno dato Velites deſiliunt. ¶ Cum autem quatuor fuerint peditum genera in militia Romana, Velites, Haſtati, Principes, Triarii, viliſſimi eorum Velites erant. Nam inter Velites nulli militabant, niſi & armis tirones, & opum ratione pauperes, atque imarum claſſium. Nam ſi pauperes, ſed uſu veteres eſſent, in Triarios tranſferri ſolebant: ſi divites, ſed tirones, inter Haſtatos militabant. ¶ Erant Velitum arma gladius, haſta, parma. Haſtæ autem eorum erant jaculatoriæ, non ſtabiles, quales Haſtatorum. ¶ Per Tranſlationem Velites dicuntur homines leves, inconſtantes, & qui plus ſatis jocis utuntur. *Cic. l.* 9. *Fam. ep.* 20. Me autem a te, ut ſcurram velitem malis oneratum eſſe, non moleſte tuli. ¶ Reſtus caſus ſingularis *Veles* affertur a quibuſdam Lexicographis, & Grammaticis, ſed ſine exemplo.

Velito, as, pro Velitor uſurpatum ab antiquis teſtatur *Priſcian. l.* 8.

Velitor, aris, d. 1. eſt jurgari, altercari, rixari, verbis contendere, λογομαχεῖν, dictum a Velitibus pugnam levi, & decuſſorio prælio incipientibus. Nam a verbis plerumque ad manus ſolet deveniri, ſicut a Velitibus ad milites gravis armaturæ. *Plaut. Men.* 5. 2. 28. Neſcio quid velitari eſtis inter vos duos. *Gel. l.* 6. *c.* 11. Cum inquinatiſſimis hominibus non eſt convicio decertandum, neque in maledictis adverſum impudentes, & improbos velitandum.

Velitræ, f. 1. Vælitræ, Velitra, *Velletri*, *Belitri*, col. & urbs Volſcorum, in Latio, in Campania Romana, in via Appia, in clivo, lepida, & culta. *Sil. l.* 8. *v.* 378. Scetia, & incelebri miſerunt valle Velitræ.

Velivolans, antis, o. quod velis volat. *Cic. l. de Divin. c.* 31. *ex Poeta*: Advenit, & fera velivolantibus Nivibu' complevit manus litora.

Velivolus, a, um, quod velis volat. Eſt navis epitheton, quia ut aves alis, ita naves velis volitare videntur. *Ov. l.* 4. *de Pon. el.* 5. Et freta velivolas non habituraratres. ¶ Sumitur etiam paſſive pro eo, per quod velis volatur, ideſt navigatur. *Virg. l.* 1. *Æn. v.* 224. Deſpiciens mare velivolum, terraſque jacentes.

Vella, æ, f. 1. idem ac villa, a veha, ideſt via. *Var. l.* 1. *de R. R. c.* 2. A quo ruſtici etiam nunc quoque viam vehiam appellant, propter vecturas, & vellam, non villam quo vehunt, & unde vehunt.

Vellates, m. 3. populi Aquitaniæ, inter Saſſuminos, Tornates, & Conſorannos. *Plin. l.* 4. *c.* 19. Eorum oppidum *Brigale* a nonnullis putatur.

Vellatitia, æ, f. ἀρματηλασία, πορθμεῖον, exercitium, vel quæſtus vecturæ, a *vella*, ideſt villa. Vella autem eſt a *veha*, ideſt via. Veha a *vehendo*. *Var. l.* 4. *de L. L.* Velabrum dicitur a vehendo. Vellaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt. *Id. l. de R. R. c.* 1. Ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas, & vellam, non villam, quo vehunt, & unde vehunt. Item dicûntur, qui vecturis vivunt, vellaturam facere. ¶ Quidam ſcribunt ſimplici *l*. Unde in Onomaſtico, *Velatura*, πορθμεῖον.

Velleda. V. Veleda.

Velleius Paterculus eques Romanus, prænomine Marcus, vel, ut alii volunt, Publius, variis muneribus functus, denique a Tiberio Prætor factus, ſcripſit duobus libris hiſtoriam compendiariam de rebus Romanis uſque ad exceſſum Liviæ conjugis Auguſti, ſtylo plane Latino, & eleganti. Cum in Sejani amicitiam receptus eſſet, ab eodem Tiberio quinquagenarius occiſus eſt.

Vellereus, a, um, adj. vellere conſtans, laneus. *Aſcon. in Divin. Ver.* Crumenæ & vellereæ, & ſcorteæ.

Vellicatim, adv. μερικῶς, κατὰ μέλη, hinc illinc aliquid decerpendo, carptim, ſparſim, non continue. *Siſen. l.* 1. *Hiſt. apud Non. c.* 2. *n.* 811. Non una ætate in Aſia, & Græcia geſta idcirco conſtituenda literis mandavimus, ne vellicatim, aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus. Aliqui apud *Gel. l.*12. *c.* *ult.* ubi hæc eadem verba referuntur, legunt *velitatim*, quod deducunt a Velites, & interpretantur per ſaltus, & intervalla, quod Velites pugnando ſaltibus utantur.

Vellicatio, onis, f. τιλμός, actus vellicandi. *Sen. de vit. beat. c.* 5. Cum non tantum lacerationes, ſed etiam vellicationes effugerit. ¶ Translate accipitur pro obtrectatione. *Sen. l.* 3. *de Ira c.*43. Detrimenta, injurias, convicia, vellicationes contemnamus.

Vellicatus, us, m. actus vellicandi. *Plin. l.*28. *c.*6. Extremitates corporis, vel aurium vellicatibus perſtringi. Veruſtum exemplar omittit *vellicatibus*.

Vellico, as, a. 1. *pellare, pizzicare, mordere*, תפס, קרת, חלל רכל, חפרי, כשן, Ger. *rupffen, pfetzen*, Gal. *pincer, arracher*, Hiſ. *pecilgar*, πτερκτίλλω, frequenter vello, quod proprie fit, cum extremas corporis partes digitis vellimus, & preſſando infeſtamus. *Plaut. Moſt.* 3. 2. 148. Cornix aſtat: ea volturios duo viciſſim vellicat. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. *depueroſtente*: Ex pædagogo ſe vellicari reſpondit. ¶ Per tranſlationem ponitur pro criminari, quod criminari ſit quodammodo mordere, ac lacerare. *Hor. l.* 1. *ſerm. ſat.* 10. *v.*79. an crucier, quod Vellicet abſentem Demetrius. *Cic. pro Corn. Balb.* More hominum invidentium, in conviviis rodunt, in circulis vellicant.

Vellimen, inis, n. idem quod vellus. *Var. l.* 2. *R. R. c.* 21. Lanam demptam, ac conglobatam alii velleta, alii vellimina appellant. Alii leg. *velumina*, alii *vellumina* eodem ſenſu.

Ventrālis, & le, o. 3. quod ad ventrem ſpectat. *Macrob.* l. 7. *Saturn. c.* 8. Solvitur vis earum ventralis humoris alluvione.

Ventrĭcŏla, æ, m. ventrem colens, helud, guloſus. *Auguſtin. ep.* 86. *ad Caſulan.* Qui ventricolas, tanquam magnus jejunator, accuſat.

Ventrĭcŭlatĭo, onis, f. morbus, & tormina ventris, apud *Cal. Aurel.* l. 3. *Acut. c.* 17.

Ventrĭculōſus, a, um, adj. ad ventrem pertinens. *Cal. Aurel. Tard.* l. 4. *c.* 3. Ventriculoſa paſſio.

Ventrĭculus, i, m. *ventricolo, ventricello*, נרגש, γαστήριον, cibi, & potus receptaculum, primæ concoctionis inſtrumentum, quod & ſtomachum appellant, dim. a *venter*, quaſi minor venter. Hujus duo ſunt officia, ut inquit *Macrob* l. 7. *Saturn. c.* 4. ſuperius, & inferius. Superiore devorata recipiuntur, inferiore, quæ excreuerit ſumus, emittuntur. *Ceſſ.* l. 4. *c.* 1. Ventriculus autem, qui receptaculum cibi eſt, conſtat ex duobus tergoribus, iſque inter lienem, & jecur poſitus eſt, utrumque ex his paulum ſuper eum ingrediente. ¶ Accipitur etiam pro toto ventre. *Juven. ſat.* 3. vacua, & plana omnia dicas infra ventriculum. ¶ Ventriculi præterea ſunt duæ cavitates cordis. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 54. Pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant: cui ſimilis alter adjunctus eſt, in quem ſanguis a jecore per venam illam cavam influit.

Ventrĭfŭus, a, um, adj. qui ventrem ſolvit, ut ventrifua medicamenta. *Cal. Aurel. Tard.* l. 1. *c.* 4.

Ventrĭlŏquus, a, um, אוב, ἐγγαστρίμυθος. Ventriloquos *Iſidorus* in *Gloſſis* exponit præcantatores: *ſunt autem iidem, qui divini, ſeu harioli, qui dæmonem in ventre ſe habere dicunt, & ex ejus inflatu futura prædicere. Ter.* l. 4. *adv. Marcion. c.* 25. *ex Iſaia c.* 44. Qui alius disjiciet ſigna ventriloquorum, & divinationes ex corde?

Ventrĭōſus, a, um, *ventroſo, panciuto, trippone*, Ger. *bauchling, der einen groſſen bauch hat*, Gal. *ventru. qui a un grand ventre*, Hiſp. *ventrudo*, γαστρώδης, qui magnum habet ventrem. *Plaut. Merc.* 3. 5. 54. Canum, varum, ventrioſum. *Id. Aſin.* 2. 3. 20. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventrioſus.

Ventrŭōſus, a, um, idem ac ventrioſus. *Plin.* l. 14. *c.* 21. Ventroſa, ac patula minus utilia.

Ventĭlus, i, m. *venticello*, αἰωρίσκον, lenis ventus. *Terent. Eun.* 5. 5. 47. Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito, dum lavamus.

Ventūrus, a, um, particip. futuri verbi venio, *venturo, futuro*. *Ovid.* 3. *de art. am. v.* 59. Venturæ memores ſenectæ. *Virg. Æneid.* 8. *verſ.* 627. Venturi inſcius ævi. ¶ *Ventura*, abſolute, *le coſe future*. *Virg. Æn.* 2. *v.* 152. Ventura videre. Sic præſcia venturi vates. *Id. Æn.* 6. *v.* 66.

Ventus, a, um, *venuto*, particip. præteriti verbi *venio*. *Plaut. Ciſtell.* 1. 1. 16. Ventum gaudeo ecaſtor ad te. Adde *Curcul.* 2. 3. 35. & 38.

Ventus, ti, maſc. *vento*, רוח, ἄνεμος, πνεῦμα, aeris concitati motus, fluxus aeris impetuoſior. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 39. *de aere*: Tum effluens huc, & illuc ventos efficit. *Vitruv.* l. 1. *c.* 6. Ventus eſt aeris fluens unda, cum incerta motus redundantia. Naſcitur, cum fervor offendit humores, & impetus fervoris exprimit vim ſpiritus flantis. Kurſus *Cic. pro Cluent. c.* 49. Ut mare, quod ſua natura tranquillum ſit, ventorum vi agitari, atque turbari. *Id.* 7. *Fam. ep.* 21. Ventus increbreſcit. *Sen. Med. v.* 627. Venti ſilent. *Senec. de vita beata, c.* 22. Secundus, & ferens ventus. *Nepos* 23. *c.* 8. Dare vela ventis. ¶ Secundum veterum deſcriptionem venti duodecim ſunt. *Boreas, Aquilo, Corus, Subſolanus, Vulturnus, Eurus, Auſter, Notus, Africus, Favonius, Zephyrus, Circius*. Ex his principes ſunt, qui etiam cardinales vocantur, quod ſtant a quatuor mundi cardinibus, Septentrione, Oriente, Meridie, Occidente. Deinde, ſinguli duos alios ventos habent, unum ad dexteram, alterum ad ſiniſtram. A Septentrione eſt *Boreas*, qui & ipſe Septentrio dicitur. Huſe ad Orientem *Aquilo ſurgit*, ad Occidentem *Corus*. Ab Oriente æquinoctiali eſt *Subſolanus*, qui ad Septentrionem habet *Vulturnum*, ad Meridiem *Eurum*. A Meridie eſt *Auſter*. Huic ad Orientem *Notus* eſt, *Africus* ad Occidentem. Ab Occidente æquinoctiali eſt *Favonius*, cui *Zephyrus* eſt ad Meridiem, *Circius* ad Septentrionem. Vide ſuis locis. Sed recentiores mathematici diligentius, & minutius triginta duos ventos diſtinxerunt, quos, quia Veteribus ignoti fuerunt, non eſt hic locus enumerare. De quatuor præcipuis ita *Ov.* l. 1. *Triſt. eleg.* 2. *v.* 27. Nam modo purpureo vires capit *Eurus* ab ortu; nunc *Zephyrus* ſero veſpere miſſus adeſt: Nunc gelidus Scythica *Boreas* bacchatur ab Arcto; Nunc *Notus* adverſa prælia fronte gerit. *Virg.* 4. *Georg.* Parietibuſque premunt arctis, & quatuor addunt. Quatuor a ventis obliqua luce feneſtras. ¶ In fabulis eſt, Ventos filios fuiſſe Aſtræi, qui patrem Titanum habuit, & Auroræ, & fratres Aſtræe, eos aliquando adverſus Jovem præliatos eſſe; a Jove debellatos in terræ ſpeluncis in Æolide incluſos fuiſſe, iiſque Æolum Regem datum eſſe, qui eos coerceret. De belli origine alii alia fabulantur. *Lactantius* dicit, a Junone irata adverſum Jovem propter ſtuprum Ius, & Epaphi orum concitatos, Jovi bellum intuliſſe. *Propinides in Progneſmo*, ut *Theodontius* refert, ſcripturn reliquit, Lirem iratam, quod a Jove ex Cœlo ejecta fuiſſet, Inferos adiiſſe, Furiaſque eſſe precatam, ut ventos adverſus Jovem concitarent quod & ab illis factum eſt. *Virg.* 1. *Æn.* ¶ Translate ventus accipitur pro calamitate; adverſa fortuna, perturbatione. *Cic. in Piſon. c.* 9. Alios ego vidi ventos, alias proſpexi animo procellas. ¶ Item pro fecunda, ſeu proſpera fortuna. *Cic. Art.* 1. 2. *ep.* 7. Quid ſi etiam Cæſarem, cujus nunc venti valde ſunt fecundi, reddo meliorem? ¶ Item pro favore, plauſu. *Cic. pro Cluent. c.* 47. Verum omnes intelligimus, in iſtis ſubſcriptionibus ventum quemdam populi rem eſſe quæſitum. ¶ Item pro fama, rumore. *Cic. pro Cluent.* Qui omnes rumorum, & concionum ventos colligere conſueſſet. ¶ *Ventis tradere*, eſt oblivioni tradere. *Hor.* 1. *od.* 26. Triſtitiam, & metum tradam protervis in mare Creticum portare ventis. Hæc pertinet & illud *Virg. Æn.* 10. *v.* 652. Nec ferre videt ſua gaudia ventos. h. e. irrita eſſe, in nihilum abire. ¶ *In vento & in aqua ſcribere*, eſt operam perdere. *Catul. carm.* 71. Sic profundere verba ventis, h. e. fruſtra loqui. *Lucr.* l. 4. *v.* 929. Et dare verba in ventos. *Ov.* 1. *Amor. eleg.* 6. Idem quoque eſt *ventis loqui* apud *Ammian.* l. 15. *c.* 9. ¶ *Vento vivere; trattarſi meſchinamente, viver d'aria*. Habetur hic loquendi modus *leg.* 2. *Cod. de alimenta pupilla præſtand.* ¶ *Ventus textilis*, eſt veſtis tenuiſſima, quæ ſubtilitate videtur ventos æquare. *Petron. Arbiter*. Æquum eſt induere nuptam ventum textilem.

Venuculius. V. Venunculus.

Venŭi. V. Venum.

* Venilia, æ, f. *picciola vena*, φλέβιον. *Celſ.* l. 2. *c.* 6. In iiſdem venulæ pallent. Adde *Quint.* 12. 10.

Venum, *da vendere, venale*, quod venale eſt. Quidam Grammatici putant, hanc vocem eſſe ſupinum verbi *veneo*, ſed potius *veneo* eſt a *venum*, quaſi *venum eo*. Alii cenſent eſſe adverbium; ſed & huic ſententiæ obſtat, quod aliquando per caſus inflexa legitur: itaque potius nomen eſſe, dicendum eſt, cujus in uſu frequentiſſimo eſt *venum*. Dicimus autem *venum ire*, quod idem eſt ac vendi, *eſſer'eſpoſto alla vendita*; *venum dare*, aut *tradere*, quod idem ac vendere ſignificat, *dare ad eſſer venduto*. *Gell.* l. 7. *c.* 4. Pileatos ſervos venum ire ſolitos, Sabinum ſcriptum reliquit. *Liv.* l. 3. *c.* 55. Ut ejus familia ad ædem Cereris venum iret. *Lucan.* l. 4. *v.* 207. ſeque, & ſua tradita venum caſtra videt. ¶ Reperiuntur etiam quidam hujus nominis caſus, ut dictum eſt, ut *venui* dativus, tamquam a *venu*, *u*, quod eſt inuſitatum, & *veno* in dat. & ablat. a *venum*. *L. Apulej. 8. Met.* Eum rogavit unus e noſtris, haberetne venui lacte. *Se avea latte da vendere. Et infra*: Cantherium venui ſubjicere, *eſporre alla vendita*. *Tacitus Ann.* 13. *c.* 51. Militibus immunitas ſervaretur, niſi in iis, quæ veno exercerent. *in quelle coſe, delle quali faceſſero mercanzia*. *Id. Ann.* 14. *c.* 15. Poſita veno irritamenta luxus. *eſpoſti alla vendita*. ¶ Sunt qui ſcribant venum cum diphthongo *æ*, ſed obſtant antiqua monumenta, teſte *Manutio in Orthograph.*

Venunculius, ſeu Venuculus, a, um, adject. ad Venuſiam oppidum Apuliæ pertinens, ut Venucula uva, quæ ſcilicet in ejus oppidi agro provenit, & in ollis condi & ſervari ſoler, ob id etiam *ollaris* dicta. *Horat.* l. 2. *ſat.* 4. *v.* 71. Venucula convenit ollis. Rectius Aibanam fumo duraveris uvam. Quidam ſcribunt *Vennuccula*, duplici *nn*, ut commode prima ſyllaba producatur, quæ in *Venuſia* brevis eſt. *Col.* l. 12. *c.* 43. Uvæ Venuculæ, quas antiqui in vaſis condebant. *Plin.* l. 14. *c.* 2. Venucula optime inter deciorefcentes, & ollis aptiſſima. *Harduin.* legit *Venicula* eodem ſenſu: alii *venuncula*. ¶ Quidam *vennuncilam* non a Venuſia oppido, ſed a *venum* derivant, ut ſic idem, quod *venalis*: nam ideo in ollis ſervatur, ut vendi poſſit extra vindemiæ tempus. ¶ *Colum.* l. 2. *c.* 6. far etiam venuculum nominat, & inter farris varia genera refert.

Venundātus, a, um, nom. partic. *venduto*. *Tac. in Agric. c.* 28. Per commercia venundati. *Propert.* l. 3. *eleg.* 19. (al. 17.) Tuque o Minoa venundata Scylla figura.

Venundo, as, dedi, datum, a. 3. *vendere, e dare a vendere*, ἀποπωλέω, ὠνοδοσέω, idem, quod vendo, quaſi *venum do*. Itaque per Tmeſin dixit *Claudian.* l. 2. *de raptu Proſerp. verſu* 178. Venum cuncta dari. *Cic.* 3. *Off.* Cum in venundando rem eam ſciſſet. *Tacit.* 14. *Ann. c.* 33. Capere, aut venundare.

Venus, eris, f. *Venere*, אשתרות, עשתרת, ἀφροδίτη, νύμφη, κυπρογένεια, κυθέρεια, filia Cœli, & Diei, Dea amorum, pulcritudinis, gratiarum, deliciarum, voluptatum omnium. Poetæ fabulantur, natam eſſe ex ſpuma maris, & Cœli teſtibus a Saturno exciſis, & in mare projectis. Sed hoc de Venere ſecunda *Cic.* ſcribit l. 3. *de nat. Deor. c.* 23. ¶ Dicta eſt a veniendo. *Id. ib. c.* 44. Minerva, quia minuit, aut quia minatur: Venus, quia venit ad omnia. ¶ Græcis venus eſt Ἀφροδίτη. Ita dicitur ab ἀφρὸς, *ſpuma*, e qua nata fingitur: quod præter multos gentium Scriptores etiam *Arnobius* tradit l. 4. *Hor.* l. 1. *Carm. ode* 18. Quis non te potius Bacche Pater, teque decens Venus? ¶ Nata dicitur in Cypro. *Hor.* l. 1. *ode* 3. Sic te Diva potens Cypri, Sic fratres Helenæ lucida ſidera, &c. ¶ Colebatur in Cypro, in Papho, in Gnido, in Cytheris, & plurimis aliis in locis. *Hor.* l. 1. *ode* 30. O Venus regina Gnidi, Paphique. ¶ Ab ea Romulus menſem anni ſecundum Aprilem nominaviſſe dicitur. *Ovid.* 4. *Faſt.* Sed Veneris menſem Græco ſermone notatum Auguror: a ſpumis eſt Dea dicta maris. ¶ Fabulantur nupſiſſe Vulcano, & adulterio ſe ſe cum Marte miſcuiſſe, unde Anteros natus ſit. *Ovid.* 4. *Met.* 4. *Faſt. & alibi*: Sed hæc de tertia Venere narrantur, quæ filia fuit Jovis, & Dionis. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* ¶ Dicitur etiam adulterium admiſiſſe cum Mercurio, ex quo Cupidinem, ſive Amorem peperit. Hoc de Venere ſecunda, & de Mercurio ſecundo *Cic.* ſcribit l. 3. *de nat. Deor.* Nam Cupido primus Mercurio, & Diana prima natus dicitur. Sed Simonides, Servius, & alii volunt, Cupidinem ex ſola Venere natum eſſe. *Boec.* l. 3. *Gen. Deor. cap.* 24. ¶ Veneres plures fuere, ut jam ſignificavimus. *Cicer.* 3. *de nat. Deor. c.* 23. Venus prima Cœlo, & Die nata, cujus Elide delubrum videmus: altera ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accipimus: tertia Jove nata, & Dione, quæ nupſit Vulcano, ſed ex ea, & Marte natus Anteros dicitur: quarta Syria, Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt. Vide *Boec. de Gen. Deor.* l. 3. *c.* 21. & 23. l. 31. *cap.* 4. ¶ Poetæ tamen has omnes Veneres confundunt, & uni tribuunt ea, quæ trium propria ſunt. ¶ Veneris ſtatuæ inter cæteras duæ celebrantur, a Praxitele effectæ, Venus Gnidia nudo corpore, ita dicta, quod eam Gnidii emerint, quæ in toto terrarum orbe nobiliſſima fuit, cujus ſimulacri quidam amore captus eſt, & cum delitaſſet in fano, nocte ei cohæſit, ut ſcribunt *Valerius Max.* l. 8. *c.* 12. *in ext. n.* 4. & *Plin.* l. 36. *c.* 5. & Venus Coa, velata ſpecie, quam populi Coi inſulæ emerunt. Meminit Veneris Gnidiæ *Cic.* l. 1. *de Div.* Coæ *lib.* 1. *de nat. Deor.* 1. *de Divin. & in Oratore*. ¶ Non ſolum Venus pro Dea amoris ponitur, ſed etiam pro libidine, ſeu appetitu commixtionis cum altero corpore, & pro re ipſa Venerea, quam Græci ἀφροδισιασμὸν dicunt. *Ter. Eun.* 4. 5. 6. Sine Cerere, & Bacchо friget Venus. *Virg.* 2. *Georg.* Frigidus in Venerem ſenior. h. e. in coitum. *Plin.* l. 26. *c.* 10. Illita quoque radix genitalibus, inhibebit non ſolum Venerem, ſed effluentiam genituræ. ¶ Interdum ponitur pro gratia, qua apud alios pollemus. *Senec.* l. 2. *de benef. c.* 28. Ille non eſt par mihi virtutibus, nec officiis, ſed habuit ſuam Venerem. ¶ Interdum etiam pro venuſtate, ornatu, elegantia. *Plaut. Stichо* 2. 2. 5. Profecto amœnitates omnium Veneram, & venuſtatum affero. *Quintil.* l. 6. *c.* 4. Quod cum gratia quadam, & Venere dicitur. *Id.* l. 10. *c.* 1. Iſocrates omnes dicendi Veneres ſecutus eſt. ¶ Per blanditiam amatores amicas ſuas Veneres vocant. *Virg. Ecl.* 3. Parta meæ Veneri ſunt munera. ¶ Neque amorum ſolum, ſed & hortorum præſes Venus habita eſt, & *Hortenſis* appellata, quia horti ad amœnitates, & delicias pertinent, quæ amorum comites ſunt. Hinc *Navius apud Feſtum* in voce *Cupus*. Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem. Ubi *Neptunus* pro piſcibus ponitur, *Venus* pro oleribus, *Ceres* pro pane. ¶ Eſt item Venus una errantium ſtellarum, inter Solis, & Mercurii ſphæram ſita, quæ mane, cum antegreditur Solem, Græce φώσφορος, Latine *Lucifer* dicitur, veſpere, cum Solem ſubſequitur, appellatur a Græcis ἕσπερος, Latinis *Veſper*, & *Veſperugo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 20. Infima eſt quinque errantium, terræque proxima ſtella Veneris, quæ φώσφορος Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur Solem, cum ſubſequitur autem, Heſperos. *Id. in Somn. Scip. de Sole*. Hunc ut comites conſequuntur alter Veneris, alter Mercurii curſus. ¶ Venus etiam dicebatur talorum jactus; nempe is qui talos omnes figura exhibebat diverſa, hoc eſt, *Stesterii cum vultu nullus eodem talus*, ut loquitur *Martialis* l. 14. *ep.* 14. Cauſa nominis eſt, quod is jactus propitia Venere fieri putarerur, unde & *Venereus* dicebatur: erat enim optimum factuum feliciſſimus. Nam qui Veneream jecerat, ſex nummos lucrifaciebat, & quicquid Canicularis jactu amiſiſſet. *Prop.* l. 4. *el.* 9. Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos Semper damnoſi ſubſiliere Canes. *Suet. in Aug. c.* 71. Quos tollebat univerſos qui Venerem jecerat.

Venusta, f. 1. Venuſium, *Venoſa*, col. & urbs Apuliæ Peucetiæ ζ in conſ. Lucaniæ, ad radices Apennini, Horatii Flacci patria. *Plin.* l. 3. *c.* 11.

Venustīnus, a, um, adject. ad Venuſiam pertinens. *Horat.* l. 2. *ſat.* 1. *v.* 35. Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus. *Juvenal. ſat.* 1. *verſ.* 51. Hæc ego non credam Venuſina digna lucerna? h. e. lucerna, qua Horatius (cujus patria Venuſia fuit) lucubrando utebatur. ¶ Venuſini, orum, Venuſii incolæ. *Liv.* l. 22. *c.* 54.

Venustas, atis, f. 1. *venuſtà, bellezza, grazia*, יפי, Ger. *ſchonheit, zweiber ſchonheit*, Gal. *beauté*, Hiſ. *hermoſura con grazia*, εὐσχημοσύνη, pulcritudo, forma elegantia, gratia aſpectus, a *Venus*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. Quæ Dea ad res omnes veniret, Venerem noſtri nominaverunt: atque ex ea potius venuſtas, quam omnes veniret, Venerem noſtri nominaverunt: atque ex ea potius venuſtas, quam ea non ſcripſerit naturæ munere, quod felicis Poetæ erat, ſed ad ſcriptionem ejus indiguerit multa veratri potione. De veratro *Plinius* ſcribit l. 25. *c.* 5. & 11. in altero dignitas, venuſtatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. *Id.* 1.

Id. 1. *Off. c.* 27. Venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt a valetudine. *Id. in Orat. c.* 18. Vultus multam affert tum dignitatem, tum venuſtatem. ¶ Dicitur etiam de inanimatis rebus. *Cic.* 6. *Ver.* Erant æneа præterea duo ſigna, non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu, atque veſtitu. *Id.* 3. *de Orat. c.* 46. Capitolii faſtigium illud non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. ¶ Translate accipitur pro quacunque gratia, ut pro amabili ſuavitate orationis, pro lepore, ſive gratia dicendi, & vertere, μεταστρέφω. *Cic.* 1. *de Or. c.* 57. Dicendi vis egregia, ſumma feſtivitate, & venuſtate conjuncta, profuit. *Id. Verr. c.* 54. Affluens omni lepore, & venuſtate. ¶ Interdum etiam pro felicitate. *Ter. Eun.* 5. 4. 8. Quis me fortunatior, venuſtatiſque adeo plenior?

Venuſte, adv. *grazioſamente, con garbo*, Germ. *lieblich, zierlich, ſchon*, Gall. *joliment*, Hiſp. *lindamente*, χαριέντως, cum venuſtate, lepide. *Cal. Cic.* l. 8. *Fam. ep.* 4. Qua in re mihi videtur illud perquam venuſte cecidiſſe. *Quintil.* l. 6. *c.* 3. Omnia venuſtiſſime finxit. *Senec.* l. 1. *Controv.* 1. Hiſpanus hunc colorem venuſtius, *ſuppile* adhibuit.

Venuſto, as, a. 1. *ornare*, יאוה, Ger. *zieren*, Gal. *rendre joly*, Hiſp. *hazer hermoſo*, καλλύνω, *orno*. *Navius* apud *Fulgent. Planciad. n.* 43. Myropola affatim mihi unguentum largitus eſt, quo me venuſtarem.

Venuſtŭlus, a, um, *grazioſetto, ὑποδεκτικός*, aliquantulum venuſtus. *Plaut. Aſin.* 3. 70. Compellando blanditer, Oſculando, oratione vinnula, venuſtula.

Venuſtus, a, um, *grazioſo, galante*, יפה, טוב לראות, Germ. *ſchon, ſchon, Gall. joly, fort beau*, Hiſp. *lindo*, ἐπιχαρόδηνος, χαριέις, venuſtatem habens, pulcher, formoſus, a *Venus*. *Ter. Andr.* 1. 1. 93. Eſt vultu, Sofia, adeo modeſto, adeo venuſto, ut nihil ſupra. *Suet. in Ner. c.* 51. Suffiavo capillo, vultu pulchro magis, quam venuſto. *Id. in Aug. c.* 79. Forma per omnes ætates venuſtiſſima fuit. *Cic.* 1. 15. *Att. ep.* 16. Venuſta loca. ¶ Translate uſurpatur pro gratioſo in quacunque re ad oculos ſpectante. *Cic. in Bruto c.* 55. Geſtus, & motus corporis ita venuſtus, ut tamen ad forum, non ad ſcenam inſtitutus videretur. ¶ Item pro decente, elegante, ornato in oratione. In ea venuſtus, & lepidus differunt. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. Lepidus, & venuſtus ita inter ſe differunt, quod venuſtum vocamus, quod cum gratia quadam, & Venere dicitur, lepidum, quod rotunditate quadam, & brevitate, atque acumine verborum delectat. *Cic. in Bruto*. Unum ſententioſum, & argutum, ſententiis non tam gravibus, & ſeveris, quam concinnis, & venuſtis. *Catull. carm.* 3. Lugete, o Veneres, Cupidineſque, Et quantum eſt hominum venuſtiorum. *Plin.* l. 3. *ep.* 9. Plerumque dolor etiam venuſtos facit. *h. e.* facetos. ¶ Venuſtus quoque fortunatum ſignificat, ut invenuſtus non ſolum deformem, ſed & infortunatum. Græcis ſimiliter ἐπαφρόδιτος pro fortunato accipitur.

Vepallĭdus, a, um, valde pallidus. *Hor.* l. 1. *ſat.* 2. Vepallida lecto Deſiliat mulier. Alii leg. *vel pallida*.

Vepēnis, is, m. parvum penem habens. *h. e.* puſio, puer. V. *Piſtrus*.

Vepreĕula, æ, f. ἀκάνθιον, dim. a *vepres*. *Cic. pro Sexт. c.* 33. Ut illa ex vepreculis extracta nidicula Rempublicam conaretur arrodere. ¶ Eſt & vetus adagium, apud Pomponium, Poetam antiquum, *Vipera eſt in vepreculâ*, de iis, qui ſubito poſſunt eſſe miſeri. *Voſſ. in Etymol.* in voce *Vepres*.

Vepres, is, m. *ſpina*, שית, קוץ, Ger. *dorn*, Gal. *épine*, Hiſ. *eſpinas*, ἄκανθος, ſpina, rubus. *Probus* vult eſſe genetis maſculini, *Priſcianus* fœminini. *Cic.* 5. *Tuſc. c.* 23. Septum undique, & veſtitum vepribus, & dumetis indagavi ſepulcrum. *Virg.* 8. *Æn.* Sparſi rorabant fanguine vepres. *Stat.* l. 5. *ſilv.* 2. *v.* 44. Tot veprium nemorumque moras. ¶ Per Synecdochen accipitur pro ſpinarum ſepto, ſepe, vepreto. *Ou.* 5. *Met. v.* 628. Aut leporis, qui vepre latens hoſtilia cernit Ora canum.

Vepрēta, æ, f. idem ac vepretum. Uſus eſt *Varro* l. 1. *de R. R. c.* 29. ut Scaliger putat. Similiter myrteta pro myrteturn dixit *Plautus in Vidularia*, ut *Priſcianus docet* l. 4.

Vepрētum, i, n. *prunaio*, שמם, ἀκανθῶν, locus vepribus plenus. *Col.* l. 4. *c.* 32. Fluminum ripis, & limitibus, ac vepretis commodius, quam mediis agris, deponitur.

Ver, eris, n. *primavera*, חורם, נעמי פרחים, Ger. *der friling, der glentz*, Gall. *le printems*, Hiſ. *verano*, ἔαρ, anni pars, quæ hyemem ſequitur, ab Æolico ϝῆρ pro ϝἔαρ, quod ex ἔαρ. *Varro* l. 4. *L. L.* Tempus ſecundum ver, quod tum vivere incipiunt virgulta, ac vertere ſe tempus anni, niſi quod Jones dicunt βῆρ. *Cic.* 6. *Ver. c.* 10. Cum autem ver eſſe cœperat, cujus initium iſte non a Favonio, neque ab aliquo aſtro notabat, ſed cum roſam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. ¶ Dividitur autem ver, ut cæteræ anni partes, in tres portiones, in ver novum, ſive primum, adulcum, & præceps. Nam cum vernum tempus ſit trimeſtre, primus menſis primo, ſive novo veri aſſignatur, ſecundus adulto tribuitur, tertius præcipiti, ſive cadenti. Ita docet *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Georg.* Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur. *Plin.* l. 10. *c.* 20. Luſciniæ pariunt vere primo, cum plurimum ſena ova. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 36. Donec ver adoleſceret. ¶ Secundum Latinos agricolas veteres, veris initium erat VII. id. Febr. ut *Var.* l. 1. *R. R. c.* 28. docet, finis VII. id. Maji, quo die æſtatis initium ponebant, ut in *Æſtas* dictum eſt. ¶ *Ver ſacrum*, dicebantur res, quæ vere natæ, & Diis conſecratæ eſſent, & *Ver ſacrum facere*, erat vovere Diis, ſive iis conſecrare, quæcunque vere proximo naſcerentur. *Paul. apud Feſt.* Ver ſacrum vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adductі voverunt, quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant. Hactenus *Paulus*. Hanc vero conſuetudinem a Sabinis ortam tradunt. Nam Sabini cum adverſus Umbros aliquoties infeliciter pugnaſſent, Marti votum fecerunt, ſi victoria potiri contingeret, ſe illi conſecraturos, quicquid proximo vere apud ipſos naſceretur. Quare cum re bene geſta in patriam eſſent reverſi, omnem pecoris provenrum Marti immolarunt, liberos vero eo vere natos, quoniam crudele videbatur occidere, Martis miniſterio conſecrarunt, poſteaque adultos, velato capite, ad quærendas ſibi novas terras extra fines ſuos exegerunt. *Siſenna* apud *Non. c.* 12. *n.* 18. Quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos. *Liv.* l. 34. *c.* 44. Ver ſacrum factum erat priore anno. *Et mox*: Ver ſacrum videri pecus, quod natum eſſet inter Cal. Martias, & pridie Cal. Majas. *Id.* l. 22. *c.* 10. docet veris facri nomine contineri, quod ver attulerit ex ſuillo, ovillo, caprino, bovillo grege. *Juſtin.* l. 24. *cap.* 4. Galli abundanti multitudine, cum eos non caperent terræ, quæ genuerant, trecenta millia hominum ad ſedes novas quærendas velut ver ſacrum miſerunt. ¶ Translate *ver ætatis*, eſt adoleſcentia. *Cic. de ſenect. c.* 19. & *Ovid.* 1. 1. *Met.*

Veracĭter, adv. *veracemente*, vere, cum veritate. *Priſcian.* l. 15. teſtatur, uſurpatum a *Plauto*, ſed neque locum, neque verba indicat. Uſurpatur etiam a *Hieronymo*. & *Auguſtino*.

Veracŭlus, i, m. præſtigiator, divinus, circulator, qui vanis prædictionibus plebem allicit, & dum vera ſe dicere de futuris rebus jactat. *Sueton. in Vitel. cap.* 14. Nullis tamen offenſior, quam veraculis, & mathematicis. Alii leg. *vernaculis*.

Veragrāni, m. 2. Veregrani, pop. Piceni, quorum opp. *Monte Fano*, inter Auximum urb. ad Bor. 5. M. P. & Trajanam opp. ad Auſtr. 7. Vel eorum oppidum fuit *Monte Granario*, cæſt. proximum. *Plin.* l. 3. *c.* 13.

Veragri, m. 2. Pop. Galliæ Lugdunenſis, juxta Rhodanum fl. ubi nunc Valeſia inf. ſed tantiſper a Caballico tractu in Or. diſſiti. Ab aliis locantur in Gallia Narb. apud Rhodanum, inter Allobroges ad Occ. & Sedunos ad Or. cuſque tractus attribuitur pars Valeſiæ, *Pays de Gavot*, ſeu ab aliis *Chablais*, opp. vero Octodorus, *Martenach*.

Veratrix, icis, f. faga, a verbo *vero, as*, quod a *verus*. Ut a *victum* eſt victrix, ab *ultum* ultrix, ſic a *veratum* veratrix. Extat apud *Apul.* 9. *Miles.* Scaliger tamen, in Cirin, mavult apud *Apuleium* legere *Veteratricem*.

Verātrum, tri, n. *ellebоro*, Ger. *nieſſwurtz*, Gall. *veratre, ou ellebore*, Hiſp. *vedegambre*, ἐλλέβορος, genus herbæ, alio nomine helleborum, vehementem habens vim purgandi, educendique humores noxios principis animæ facultarum ſedem infeſtantes. Unde melancholicis, & furioſis dari ſolet, & comitiali morbo laborantibus. Duplex eſt, album, & nigrum, utrunque radice fibrata caparum modo. Habet, ut dixi, vim purgandi. Norum de Carneade, qui ſolitus veratro purgari, quoties illi negotium erat futurum cum Zenone Stoico. *Perſ. ſat.* 3. Non hic eſt Illias Acci, Ebria veratro. Iliadem Acci dicit veratro plenam, quaſi eam non ſcripſerit naturæ munere, quod felicis Poetæ erat, ſed ad ſcriptionem ejus indiguerit multa veratri potione. De veratro *Plinius* ſcribit l. 25. *c.* 5. & 11.

Verax, cis, o. g. *verace*, אלשקר, נאמן, qui vera loqui ſolet. *Cic.* 1. *de Div. c.* 19. Multis ſeculis verax fuit id oraculum. *Id. ib. c.* 29. Tum ei viſa quietis occurrent tranquilla, atque veracia. *Id. ib.

Verbigĕro, as, n. v. *elanciare, sicalare,* ἐξακοντίζω, verba facio. *Apul. in Apol.* Quandiu, & quoties *inter nos* verbigerarum sit.

Verbiĕvis, e, adject. *leggero nel parlare*, qui levis, & inconstans in loquendo est. *Propert. lib. 2. eleg 9. v. 28.* Cinthia formipotens, Cinthia verbilevis. Alii aliter leg.

Verbōsē, adv. *con molte parole*, πολλοῦ λόγους, multis verbis. *Cic. pro Mur. c. 12.* Satis verbose; Sed quid postea? *Id. l. 6. Fam.* 3. Hæc ad te scripsi verbosius.

Verbōsitas, atis, fem. verborum affluentia. *Firmic. l. 6. c. 11.* Thersites fuit debilis, ridiculus, & garrula verbositate semper impatiens. *Prudent. in Rom. vers.* 552. Verbositatis ipse rumpatur locus. Adde *Symmach. l. 8. ep. 48.*

Verbōsus, a, um, *pieno di parole*, דברן, πολυλόγος, πολυμυθος, qui verbis abundat, multiloquus, garrulus, locuturleius. *Cic. pro Mur. c. 14.* Præliis promulgatis tollitur e medio non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam *ipsa* illa domina rerum sapientia. *Id. l. 7. Fam. ep. 3.* Habes epistolam verbosiorem fortasse, quam velles. *Quintil. l. 2. c. 4.* Ut quidam sententiarum gratia verbosissimos locos arcessunt.

Verbum, bi, *n. parola*, מלה, אמרה, דבר, Ger. *wort*, Gal. *mot*, *parole*, Hisp. *palabra*, λέξις, dictio, vox, vocabulum. Quanquam enim angustè fere accipiatur, ut nomini opponatur, tamen natura sua latius patet, ut & nomen, & pronomen, & cæteras orationis partes complectatur. Imo de ipsa oratione usurpatur. *Ter. Eun. 1. 2. 8.* De exclusione verbum nullum. *Cic. 2. de Orat. c. 30.* Nec enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties ejus verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 14.* Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem Possis. Vide *Vox*. ¶ *Publica verba* dicuntur, quæ in communi sunt consuetudine, & usu. *Cic. 1. Acad.* Dialecticorum vero verba nulla sunt publica, suis utuntur. *Ovid. 3. Art.* Munda, sed e medio, consuetaque verba puellæ Scribite, sermonis publica forma placet. ¶ Verba Prætoris, quibus ejus jurisdictio continebatur, tria erant, *Do, Dico, Addico*. *Ovid. 1. Fast. v. 47.* Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur. *Et infra v. 52.* Verbaque honoratus libera Prætor habet. ¶ Aliquando speciatim ponitur pro una ex octo partibus orationis, in qua omnis vis orationis est, *verbo, ῥήματι*. In hac acceptione verbum est pars orationis declinabilis, quæ modos, & tempora habet, ut *Amo, amabam, amaram*, &c. *Cic. 3. de Or. cap. 49.* Consuetudo modo illa sit scribendi, atque dicendi, ut sententiæ verbis finiantur, eorumque verborum junctio nascatur a proceris numeris, ac liberis. *Quintil. l. 9. c. 4.* Verbo sensum claudere, si compositio patiatur, optimum est. ¶ Nec singulas tantum dictiones verbi nomine Latini appellant, verum etiam contextam, & solidam orationem, ut dimus *Ter. Hec.* Verbis dici non potest Tantum, quam re ipsa navigare incommodum est. *Id. Andr. 1. 5. 6.* Miseram me! quod verbum audio? ¶ Hinc usurpatum reperitur pro sententia, sive enuntiatione. *Ter. Eun. 1. 2. 95.* Utinam istuc verbum ex animo, ac vere diceres. ¶ Item pro sententia aliqua insigni, quæ Græcis ἀξίωμα dicitur. *Ter. Adelph. 5. 8. 29.* Postremo illud non meum verbum facio, quod Mitio bene, & sapienter dixit. ¶ Item pro proverbio, sive aliquo vulgari dicto. *Ter. Adelph. 5. 3. 17.* Nam vetus verbum hoc quidem est, communia esse amicorum inter se omnia. Adde *Plaut. Trucul. 4. 2. 32.* & *a. 5. v. 30.* ¶ Interdum verbum accipitur, ut rei opponitur, idest pro vocabulo inani. *Cic. 2. de Orat. c. 12.* Quid est enim tam furiosum, quam verborum vel optimorum, atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subjecta sententia, nec scientia? *Id. in Pison. c. 27.* Dolor enim est malum, ut d spuras; existimatio, dedecus, infamia verba sunt, atque inepiæ. ¶ Interdum ut facto opponitur, sive pro inani promissione. Hinc *verba dare* est decipere, circumvenire. *Terent. Andr. 1. 3.* Cui verba dare difficile est, *Cic. Mur. l. 15. ep. 16.* Vel verba mihi dari facile patior in hoc, neque libenter præbeo credulum. *Id. 3. Phil.* Scilicet verba dedimus, decepimus. ¶ Interdum ut scripto opponitur, pro viva voce. *Cic. l. 7. Fam.* Plura illi mandata verbo, quam scripto, dedi, *più in voce, che in iscritto*. ¶ Interdum quoque ut res, & veritati opponitur. *Nepos in Phocion. c. 3.* Causam apud Philippum regem verbo, re ipsa apud Polyperconteum dicere jussus est, *in apparenza avanti a Filippo, in realtà* &c. *Cic. Ver. 3. c. 58.* Cum hoc verbo & simulatione Apronio, reverza tibi objectum esset. ¶ *Verbi causa, & verbi gratia* idem est ac exempli causa, *per cagion d'esempio, verbigrazia*. *Cic. de Fato c. 6.* Si quis, verbi causa, oriente Canicula natus est, *is in mari non morietur*. *Id. 5. Fin. cap. 31.* Verbi gratia, propter voluptatem nos amemus. ¶ *Uno verbo* est paucis verbis, *in una parola, per dir breve*. *Cato R. R. c. 157.* ¶ *Bona verba quæso*, formula est, qua aliquem iratum placare studemus. *Terent. Andr. 1. 2. 33.* Ubivis facilius passus sim, quam in hac re me deludier. Da. bona verba quæso, *di grazia non v'adirate, piano di grazia, colle buone*. ¶ *Verum, & Verba facere*, est loqui, disserere, orationem habere. *Cic.* in *Bruto cap. 78.* Qui nunquam verbum in publico fecerunt. *Id. Verr. 6. cap. 66.* In senatu verba facere, *Id. Att. lib. 16. ep. 16.* Verba facere pro aliquo. ¶ *Verba facere mortuo*, est ei velle aliquid perfundere, qui aut non audiat, aut nolit audire, sive operam ludere. *Ter. Phorm. 5. 8. 26.* Verba fiunt mortuo. ¶ *Verba habere*, idem ac verba facere. *Cic. in Som. Scip.* Multis verbis ultro citroque habitois, ille nobis consumptus est dies. ¶ *Verbum de verbo exprimere*, est ad verbum transferre. *Ter. in prol. Adelph.* Verbum de verbo expressum exnulit. ¶ *Verbum verbo reddere*, seu *pro verbo reddere*, idem est, ac verbum de verbo exprimere. *Hor. in Arte*; Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres. *Cic. de opt. gen. Or. c. 5.* In quibus non verbum pro verbo habui necesse reddere, sed genus omnium verborum, vimque servavi. ¶ *Totidem verbis transferre*, idem. *Cic. Att. l. 6. epist. 2.* Itaque istum ego locum totidem verbis a Dicæarcho transtuli. Eodem sensu dicimus *ad verbum edisere, exprimere*, &c. *Id. 1. Fin. c. 2.* & 1. *de Or. c. 34.* ¶ *Meis verbis*, est meo nomine, *da mia parte*. *Plaut. Bacch. 4. 4. 79.* Scribe salutem tuo patri verbis meis. *Cic. Att. l. 16. ep. 11.* Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis suavium des.

Vercellæ, f. 1. *Vercelli*, urbs Libycorum, in Pedemontio, ad Sessitem fl. in confinio Insubrum, & Salassiorum, cum arce valida. *Pl. l. 3. c. 17.*

Vercellensis, se, adject. ad Vercellas pertinens, ut Vercellensis ager, *Pl. l. 23. cap. 7.*

Vercellum, i, n. diminutiv. quasi parvum ver, adhibetur in blanditiis. *Plaut. Casin. 4. 4. 15.* Meum corculum, melliculum, verculum.

Vere, adv. *veramente, con verità*, אמנם, ἀληθῶς, sincere, non false. *Ter. Heaut. 1. 1. 102.* Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur. *Cic. Off. 3. c. 3.* Honestum, quod proprie, vereque dicitur, id sapientibus est solis. *Id. Att. l. 5. ep. 21.* Non ὑποβολικῶς, sed veriſſime loquor. *Id. pro Mil. c. 29.* Ne libentius hæc in illum eromere videar, quam verius. ¶ Est etiam, bene, recte, juste. *Nepos in Themist. c. 1.* De instantibus yeriſſime judicabat, & de futuris callidiſſime conjiciebat. *Liv. l. 35. c. 8.* Cum verius esset imperium habenti tradi exercitum, quam legato.

Verecundans, antis, o. g. partic. a verecundor, *Cic. 3. de Or. c. 9.* Alterum cunctantem, & quasi verecundantem incitabat.

Verecunde, adv. *vergognosamente, con verecondia*, Ger. *schamhafftighlich*, Gall. *avec honte*, Hisp. *con vergueuca*, αἰδημόνως, cum verecundia. *Cic. 5. Fin.* Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. *Id. 2. Fin.* Cyrenaici quidem non recusant, vestri hæc verecundius, illi fortasse constantius.

Verecundia, æ, f. *vergogna, vergogna*, עגות, בלימה, בושת, Germ. *scham*, Gall. *honte*, Hisp. *vergueuca*, αἰδώς, αἰσχύνη, modestia contraria arrogantiæ, metus justæ reprehensionis. Differunt verecundia, & timor. Nam veretur liber, metuit servus, ut scribit *Donatus Andr. a. 3. sc. 2.* Seu, quod idem est, verecundia ingenuitatis cujusdam est, & modestiæ, unde & in laude ponitur, timor vero est animi sibi male conſcij ob sceleus aliquod perpetratum. *Cic. in Partit. cap. 23.* Custos vero virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemque maxime consequens, verecundia est. *Liv. l. 1.* In eam verecundiam adducti sunt, ut civitatem foram in cultum versam Deorum violari, ducerent nefas. ¶ Interdum sumitur pro modestia, seu moderatione. *Plin. lib. 2. epist. 7.* Causas summa fide, pari constantia, nec verecundia minore defendit. ¶ Item pro naturali rubore sanguinis in vultu suffusi. *Sueton. in Domit. c. 18.* Commendari se verecundia oris adeo sentiebat, ut &c.

Verecundĭter, adv. idem quod verecunde, *Pompon. apud Non. c. 11. n. 59.*

Verecundor, aris, d. 1. *vergognarsi*, התבושש, Germ. *sich schamen*, Gall. *avoir honte*, Hisp. *tener vergueuca*, αἰσχύνομαι, verecundia teneor. *Plaut. Trin. 2. 4. 77.* Verecundari neminem apud mensam decet. *Cic. in Horat. apud Non. c. 7. n. 103.* Hi nostri amici verecundiatur capti splendore virtutis.

Verecundus, a, um, *vergognoso, rifpettoſo, modeſto*, מתבושש, Germ. *schamhafftig, zuchtig*, Gal. *honteux*, Hisp. *vergueuoſo*, αἰδήμων, qui verecundia tenetur, qui pudens est, a *vereor*. *Plaut. Asin. 5. 1. 6.* Decet verecundum esse adolescentem. *Cic. 1. de Leg.* Innocentes ergo, & verecundi sunt, ut bene audiant. ¶ Translate sumitur pro parco, moderato. *Cic. in Or.* Nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus, & parcus. *Id. l. 16. Fam. ep. 17.* Verecunda translatio. *Id. Phil. 12. c. 5.* Verecundiorem esse in postulando. *Vellej. l. 2. c. 33. de Pompejo*. In gerendis honoribus verecundissimus. *Quintil. l. 10. c. 1.* Verba verecunda. ¶ Verecundus color, est rubor, quo facies suffunditur, cum verecundamur. *Horat. epod. 17.* Fugit juventus, & verecundus color.

Veredarius, ii, m. *corriero, poſtiglione*, אחשתרן, ἡμεροδρόμος, nuntius publicus, qui equis certo loco positis maxima quam celerrime itinera conficit quem Itali, Celtæ, Belgæ Hispani *poſtam* appellant, *veredus* Gal. ver. Veredarii dicuntur a vehendo, quia festinanter in equis eurrunt, nec descendunt de equis, antequam sua responsa liberent. Habent pennas in capite, unde intelligitur festinatio itineris, daturque eis semper equus paratus. Non manducant, nisi super equis, quando proficiscuntur. Ubi notandus ritus antiquus, quo nuntios ait pennas gestavisse, in quo illi imitari Mercurium Deorum nuntium. Hujusmodi nuntios πτεροφόρους quoque appellat Plutarchus in vita Othonis. *Sidon. Apollin. l. 5. ep. 7.* Hi sunt, qui invident tunicatis otia, stipendia paludatis, viatica veredariis, mercatoribus nundinas. *Jul. Firmic. Maſhef. l. 3.* Regum nuntios, veredariosque reddent. Hinc jocus *Paulini ep. 9. (al. 18.) ad Sever.* Vector epistolarum noſtrarum veredarius pedes, aut bipes veredus.

Veredus, i, m. *cavallo da poſta*, רהטן, ἵππος, πτκύδρομος, equus cursus publici. Equus iste olim vehicularis fuit: unde & veredo nomen. Nam conflatum est ex Latino *veho*, & Gallico *reda*, sive *rheda*: quomodo & *verhedus* cum spiritu scribitur in *Pand. Flor. lib. ult. ff. de num.* Etymon hoc vereda affert *Festus*. Veredos, *inquit*, antiqui dixerunt, quod veherent rhedas, idest ducerent. Quæ quidem *Festi* sententia etiam ex eo vera ostenditur, quod antiquis cursorious cursus publicus erat vehicularis, ut conſtat ex *Sueton. in Augusto, c. 49.* V. *Vehicularius*. Hinc patet eorum error, qui putarunt, veredum fuisse equum sine vehiculo, eoque veredum non quasi *vehendum*, sed quasi *vehedum* dictum videri. Nempe in errorem hunc eos duxit, quod posteriore ævo etiam equis singulis ad publicum cursum uti soleront; quæ res fecit, ut his etiam veredorum nomen sit tributum. *Auſon. ep. 11.* Ut celerem manum, vel ruptum terga veredum Conscendas, propere dummodo jam venias. *Id. ep. 17.* Sed cilium, aut pigrum cantus confecnde veredum: Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi. ¶ Per Catachresin usurpatur de quocumque equo cursus velocissimi, qualibus antiqui utebantur in venatione. *Martial. l. 12. ep. 14. ad Priscum venatorem*: Parcius utaris, moneo, rapiente veredo, Prisce, nec in lepores tam violentus eas. Sæpe satisfecit prædæ venator, & acri Decidit excussus, nec redimitus equo. *Id. l. 14. ep. 86.* Stragula succincti venator sume veredi.

Verenda, orum, n. pl. *parti vergognose*, מבושים, τὰ αἰδοῖα, corporis partes pudendæ, quæ sine verecundia nominari, aut ostendi non possunt. *Plin. l. 3. ep. 14.* Et ventrem, aque etiam, foedum dictu, verenda conrundit.

Verendus, a, um, *venerando*, נורא, αἰδέσιμος, ἀγαθρέτος, partic. a vereor. *Ovid. 4. Met.* Majestatemque verendam impositr. *Id. l. 3. de Ponto el. 1.* Curia cum Patribus fuerit stipata verendis.

Verens, entis, o. g. timens, partic. a vereor. *Cic. de Sen.* Deos verentes. *Id. l. 9. ep. 16.* Qui te ad scribendum incitavit, verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi solicitudinis attulisset. *Col. l. 6. c. 2.* Sed non inertes hujus pecudis mores, qui sunt verentes plagarum, & acclamationum.

Verenter, adv. *con riverenza, e rispetto. Sedul. in proœmio operis.* sanctoque venerenter stare choro.

Verĕor, eris, itus sum, d. 2. *avere riverenza, e rispettare, temere*, ירא, כבר, Ger. *forchten, acht haben*, Gal. *craindre*, Hisp. *temer*, φοβέομαι, αἰδέομαι, est cum observantia quadam, & ingenuo pudore metuere. Differunt *vereri*, & *timere*: Est enim *vereri* proprie liberorum, qui honestatis gratia moventur, *timere* autem servorum, qui formidine pœnæ aliquid aut faciunt, aut omittunt, ut docet Donatus ad *Ter. Andr. 3. 2. 16.* Hinc *Cic. de Senect. c. 11.* Metuebant eum servi, verebantur liberi. *Id. in Phil. 12. c. ult.* Quid? veteranos non veremur; nam timeri se ne ipsi quidem volunt. Conjungit hæc duo. *Plaut. in prol. Amph. v. 22.* Quippe qui intellexerat vereri vos se, & metuere, ita ut æquum est, Jovem. Nempe vereri ut patrem, metuere, ut maximum & potentissimum. Item *Livius l. 39.* Veremur quidem vos, Romani, & si ita vultis, etiam timemus. Sed plus veremur, & timemus Deos immortales. Tamen hæc differentia non ubique observatur, sed vereor frequentissime idem plane est) quod timeo, nec solum de hominibus, sed etiam de rebus usurpatur. Constituitur autem cum accusativo. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Quem meus Cicero & amabat ut fratrem, & jam ut majorem fratrem verebatur. *Id. in Orat. c. 1.* Veretur reprehensionem doctorum, atque prudentium. *Id. Att. l. 14. ep. 4.* Vereor Gallica bella. ¶ Vel cum dativo personæ, cui timemus. *Cic. 4. Acad. c. 45.* Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem. ¶ Vel cum abl. personæ, a qua timemus, cum præp. *a*, vel *ab*. *Ter. Andr. 3. 4.* Ego dudum non nihil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres, idem, &c. *Auct. ad Her. l. 2. c. 19.* Ergo & metus periculi horrabarur eum interimere, a quo supplicium verebatur. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. de Sen. de Carthagine*: De qua non ante vereri desinam, quam illam excisam esse cognovero. ¶ Reperitur & cum genitivo. *Afran. apud Non. cap. 9. n. 3.* Optandum uxorem quæ non vereatur viri. *Ter. Phorm. 5. 7. 78.* Neque hujus sit veritus fœminæ primariæ. ¶ Item cum infinitivo. *Cic. l. 6. Fam. ep. 6.* Veritus sum deesse Pompeji saluti, cum ille aliquando non defuisset meæ. *Terent. Andr. 2. 1. 23.* Vereor dicere. ¶ Et impersonaliter. *Cic. l. 2. de Fin. c. 13.* Quos non est veritum in voluptate summum bonum ponere. ¶ Et absolute pro verecundiam habere. *Plaut. Bacch. 1. 2. 50.* Hic vereri perdidit, *ha perduto il rossore*, ¶ Passive *Afran. apud Gell. l. 15. c. 13.* Ubi malunt meruri, quam vereri se ab suis. ¶ Præterea construitur cum subjunctivo, & conjunctione *ut*, in iis, quæ fieri volumus, vel *ne*, in iis, quæ nolumus. *Cic. Fam. l. 12. ep. 19.* Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses, verebar, ut redderentur. *Id. 1. de Or. c. 55.* Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. ¶ Interdum tamen ne reperitur in iis, quæ oprabilia sunt, pro *ut*. *Cic. lib. 6. Fam. epist. 1.* Cujus tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor, ne consolatio ulla possit vera reperiri præter illam, &c. *Id. pro Marc. cap. 4.* Vereor, ne hoc, quod dicam, perinde intelligi audiru possit, atque ego ipse cogitans sentio. Ita est in Aldina: Sed aliæ plerœque editiones habent *ut*. ¶ Vel cum duabus negativis particulis *ne non*, quæ idem valent, quod *ut*. *Cic. Fam. lib. 14. epist. 5.* Quibus literis intellexi te vereri, ne superiores mihi redditæ non essent. ¶ Vel cum tribus negationibus pro certum esse, omni metu liberum esse. *Cic. 6. Verr. cap. 38.* Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio non probem. ¶ Accipitur etiam pro dubitare. *Ter. Andr. 1. 4.* Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor, quid sit. *Cic. Att. lib. 7. epist. 7.* Et quod scribis in urbem introisse, vereor, quid sit. ¶ In hac acceptione usurpatur cum adverb. *num, quorsum, quamodo*, & similibus. *Ter. Andr. 1. 2.* Verebar, quorsum evaderet. *Cicer. in Fam. 8. ep. 10.* Vereor, quomodo hoc homines accipiant. *Cajus l. posior, ff. qui posior in pign. hab.* Sed vereor, num hic aliud fit dicendum.

Veretilla, æ, f. parvum veretrum. Item genus piscis. *Apul. Apolog.* Duo hæc marina, veretillam, & virginal, &c. Serino est de piscibus idem nomen habentibus, quod in homine partes, quibus sexus discernitur. Alii leg. *veretillum*, ut sit neutrius generis.

Veretillopŏtæ, f. 1. pocula veretri figura, quæ etiam appellantur drillopotæ, phallopotæ, phallovitrobeli, seu phallovererroboli. Vetus Scholiastes in *Juven. sat. 2.* ad illa verba ; Vitreo bibit ille Priapo ; In vitreum, *inquit*, penem, quos appellant veretillopotæ. Ita legendum Casaubonus censet, ubi vulgo *drillopotæ*: quamquam nec *phallopotæ* improbat. Sed *Vossius* vulgatam lectionem retinendam putat. Nam ἠδύλος est Priapus, sive veretrum.

Veretransēus, m. n. cujus inguen est ut veretrum asinorum, a veretrum, & asinus. Exstat hæc vox apud *Capitolinum in Marco*, si recta est correctio Isaaci Casauboni, ubi vulgo *veteraſinus*. Inde ὄνοι, & *aſelli* impuri istiusmodi homines apud Juvenalem, & alios vocantur.

Veretrum, i, n. *membro virile*, מבושים, Ger. *das mannlich glied*, Gal. *le membre virile*, Hisp. *miembro viril*, πέος, αἰδοῖον, membrum virile, penis, mentula, a *vereor*, *h. e.* a supino *veritum*. Nempe penem ea ratione verenum dixere, qua & verenda nominamus. *Suet. in Tib. c. 62.* Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potatione per fallaciam onerato repente revertis deligatis, fidiculatum simul, urinæque tormento distenderet. ¶ In Glossis veretrum generaliter exponitur τὸ αἰδοῖον, pudendum. Hinc *Col. Aurelian. Tard. 5. c. 8.* veretrum muliebre dixit pro cunno.

Verētum, n. 2. opp. exc. Salentinorum, apud Japygium prom. cujus locus adhuc *S. Maria di Vereto* nominatur, ab Uxento, & Leuc. 4. M. P. Diversum est ab Ureto, quod aliis est *Ufano*, aliis *Oria*.

Vergæ, f. poltea Vergianum, *Regiano*, opp. medit. Brutiorum, in Calabria citerior apud Ilaurum fl. inter Balbiam, & Besidianum, a Balbia 10. M. P. a Malvito, & Torano 4

Vergellus, m. 2. Gellus, *Fiume di Canne*, fl. Apuliæ, qui fluit apud Cannas, & in Aufidum labitur. Hunc Hannibal ponte ex Romanorum interfectorum cadaveribus extruxit.

Vergens, entis, o. g. *che piega verſo qualche coſa*, נוטה, συντείνων, inclinatus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ut omnibus ejus partibus in medium vergentibus (id autem medium, infimum in sphæra est) nihil interrumpat. *Suet. in Orbone, c. 7.* Vergente jam die ingressus Senatum, *verſo la ſera*. *Lucan. l. 2.* Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas. *Id. l. 11. v. 130.* Anni vergentes in senium. *Tacit. Ann. l. 3. c. 19.* Vergens annis fœmina, *d' età avanzata*. *Id. Ann. 4. cap. 41.* Vergente jam senecta, *età decrepita*.

Vergiliæ. V. Virgiliæ.

Verginium mare, Vergivium, mare Hibernicum, Britannis antiquis *Mor Vueridh*, Hibernis *Fariſſ*, Anglis *The Irish ſea*, Gallis *la mer d' Irlande*, Italis *Mare Ibernico* : mare inter Albionem, & Hiberniam interjectum, quod Hibernicum, Vvalliam, Scotiam, & partem Angliæ Occidentalis interluit. A quibusdam eidem *Feſi* sententia etiam ex eo vera ostenditur, quod antiquis cursorious cursus publicus erat vehicularis, ut conſtat ex *Sueton. in Augusto, c. 49.* V. *Vehicularius*. Hinc patet eorum error, qui putarunt, veredum fuisse equum sine vehiculo, eoque veredum non quasi *veheredum*, sed quasi *vehedum* dictum videri. Nempe in errorem hunc eos duxit, quod posteriore ævo etiam equis singulis ad publicum cursum uti soleront; quæ res fecit, ut his etiam veredorum nomen sit tributum. *Auſon. ep. 11.* Ut celerem manum, vel ruptum terga veredum Conscendas, propere dummodo jam venias. *Id. ep. 17.* Sed cilium, aut pigrum cantus confecnde veredum: Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi. ¶ Per Catachresin usurpatur de quocumque equo cursus velocissimi, qualibus antiqui utebantur in venatione. *Martial. l. 12. ep. 14. ad Priscum venatorem*: Parcius utaris, moneo, rapiente veredo, Prisce, nec in lepores tam violentus eas. Sæpe satisfecit prædæ venator, & acri Decidit excussus, nec redimitus equo. *Id. l. 14. ep. 86.* Stragula succincti venator sume veredi.

Verenda, orum, n. pl. *parti vergognoſe*, מבושים, τὰ αἰδοῖα, corporis partes pudendæ, quæ sine verecundia nominari, aut ostendi non possunt. *Plin. l. 3. ep. 14.* Et ventrem, aque etiam, foedum dictu, verenda conrundit.

Verendus, a, um, *venerando*, נורא, αἰδέσιμος, ἀγαθρέτος, partic. a vereor. *Ovid. 4. Met.* Majestatemque verendam impositr. *Id. l. 3. de Ponto el. 1.* Curia cum Patribus fuerit stipata verendis.

Verens, entis, o. g. timens, partic. a vereor. *Cic. de Sen.* Deos verentes. *Id. l. 9. ep. 16.* Qui te ad scribendum incitavit, verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi solicitudinis attulisset. *Col. l. 6. c. 2.* Sed non inertes hujus pecudis mores, qui sunt verentes plagarum, & acclamationum.

Verenter, adv. *con riverenza, e rispetto. Sedul. in proœmio operis.* sanctoque venerenter stare choro.

Verĕor, eris, itus sum, d. 2. *avere riverenza, e rispettare, temere*, ירא, כבר, Ger. *forchten, acht haben*, Gal. *craindre*, Hisp. *temer*, φοβέομαι, αἰδέομαι, est cum observantia quadam, & ingenuo pudore metuere. Differunt *vereri*, & *timere*: Est enim *vereri* proprie liberorum, qui honestatis gratia moventur, *timere* autem servorum, qui formidine pœnæ aliquid aut faciunt, aut omittunt, ut docet Donatus ad *Ter. Andr. 3. 2. 16.* Hinc *Cic. de Senect. c. 11.* Metuebant eum servi, verebantur liberi. *Id. in Phil. 12. c. ult.* Quid? veteranos non veremur; nam timeri se ne ipsi quidem volunt. Conjungit hæc duo. *Plaut. in prol. Amph. v. 22.* Quippe qui intellexerat vereri vos se, & metuere, ita ut æquum est, Jovem. Nempe vereri ut patrem, metuere, ut maximum & potentissimum. Item *Livius l. 39.* Veremur quidem vos, Romani, & si ita vultis, etiam timemus. Sed plus veremur, & timemus Deos immortales. Tamen hæc differentia non ubique observatur, sed vereor frequentissime idem plane est) quod timeo, nec solum de hominibus, sed etiam de rebus usurpatur. Constituitur autem cum accusativo. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 3.* Quem meus Cicero & amabat ut fratrem, & jam ut majorem fratrem verebatur. *Id. in Orat. c. 1.* Veretur reprehensionem doctorum, atque prudentium. *Id. Att. l. 14. ep. 4.* Vereor Gallica bella. ¶ Vel cum dativo personæ, cui timemus. *Cic. 4. Acad. c. 45.* Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem. ¶ Vel cum abl. personæ, a qua timemus, cum præp. *a*, vel *ab*. *Ter. Andr. 3. 4.* Ego dudum non nihil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres, idem, &c. *Auct. ad Her. l. 2. c. 19.* Ergo & metus periculi horrabarur eum interimere, a quo supplicium verebatur. ¶ Vel cum abl. & præp. *de*. *Cic. de Sen. de Carthagine*: De qua non ante vereri desinam, quam illam excisam esse cognovero. ¶ Reperitur & cum genitivo. *Afran. apud Non. cap. 9. n. 3.* Optandum uxorem quæ non vereatur viri. *Ter. Phorm. 5. 7. 78.* Neque hujus sit veritus fœminæ primariæ. ¶ Item cum infinitivo. *Cic. l. 6. Fam. ep. 6.* Veritus sum deesse Pompeji saluti, cum ille aliquando non defuisset meæ. *Terent. Andr. 2. 1. 23.* Vereor dicere. ¶ Et impersonaliter. *Cic. l. 2. de Fin. c. 13.* Quos non est veritum in voluptate summum bonum ponere. ¶ Et absolute pro verecundiam habere. *Plaut. Bacch. 1. 2. 50.* Hic vereri perdidit, *ha perduto il roſſore*, ¶ Passive *Afran. apud Gell. l. 15. c. 13.* Ubi malunt meruri, quam vereri se ab suis. ¶ Præterea construitur cum subjunctivo, & conjunctione *ut*, in iis, quæ fieri volumus, vel *ne*, in iis, quæ nolumus. *Cic. Fam. l. 12. ep. 19.* Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses, verebar, ut redderentur. *Id. 1. de Or. c. 55.* Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. ¶ Interdum tamen ne reperitur in iis, quæ oprabilia sunt, pro *ut*. *Cic. lib. 6. Fam. epist. 1.* Cujus tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor, ne consolatio ulla possit vera reperiri præter illam, &c. *Id. pro Marc. cap. 4.* Vereor, ne hoc, quod dicam, perinde intelligi audiru possit, atque ego ipse cogitans sentio. Ita est in Aldina: Sed aliæ plerœque editiones habent *ut*. ¶ Vel cum duabus negativis particulis *ne non*, quæ idem valent, quod *ut*. *Cic. Fam. lib. 14. epist. 5.* Quibus literis intellexi te vereri, ne superiores mihi redditæ non essent. ¶ Vel cum tribus negationibus pro certum esse, omni metu liberum esse. *Cic. 6. Verr. cap. 38.* Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio non probem. ¶ Accipitur etiam pro dubitare. *Ter. Andr. 1. 4.* Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor, quid sit. *Cic. Att. lib. 7. epist. 7.* Et quod scribis in urbem introisse, vereor, quid sit. ¶ In hac acceptione usurpatur cum adverb. *num, quorsum, quamodo*, & similibus. *Ter. Andr. 1. 2.* Verebar, quorsum evaderet. *Cicer. in Fam. 8. ep. 10.* Vereor, quomodo hoc homines accipiant. *Cajus l. posior, ff. qui posior in pign. hab.* Sed vereor, num hic aliud fit dicendum.

Veretilla, æ, f. parvum veretrum. Item genus piscis. *Apul. Apolog.* Duo hæc marina, veretillam, & virginal, &c. Serino est de piscibus idem nomen habentibus, quod in homine partes, quibus sexus discernitur. Alii leg. *veretillum*, ut sit neutrius generis.

Veretillopŏtæ, f. 1. pocula veretri figura, quæ etiam appellantur drillopotæ, phallopotæ, phallovitrobeli, seu phallovererroboli. Vetus Scholiastes in *Juven. sat. 2.* ad illa verba ; Vitreo bibit ille Priapo ; In vitreum, *inquit*, penem, quos appellant veretillopotæ. Ita legendum Casaubonus censet, ubi vulgo *drillopotæ*: quamquam nec *phallopotæ* improbat. Sed *Vossius* vulgatam lectionem retinendam putat. Nam ἠδύλος est Priapus, sive veretrum.

Veretransēus, m. n. cujus inguen est ut veretrum asinorum, a veretrum, & asinus. Exstat hæc vox apud *Capitolinum in Marco*, si recta est correctio Isaaci Casauboni, ubi vulgo *veteraſinus*. Inde ὄνοι, & *aſelli* impuri istiusmodi homines apud Juvenalem, & alios vocantur.

Veretrum, i, n. *membro virile*, מבושים, Ger. *das mannlich glied*, Gal. *le membre virile*, Hisp. *miembro viril*, πέος, αἰδοῖον, membrum virile, penis, mentula, a *vereor*, *h. e.* a supino *veritum*. Nempe penem ea ratione verenum dixere, qua & verenda nominamus. *Suet. in Tib. c. 62.* Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potatione per fallaciam onerato repente revertis deligatis, fidiculatum simul, urinæque tormento distenderet. ¶ In Glossis veretrum generaliter exponitur τὸ αἰδοῖον, pudendum. Hinc *Col. Aurelian. Tard. 5. c. 8.* veretrum muliebre dixit pro cunno.

Verētum, n. 2. opp. exc. Salentinorum, apud Japygium prom. cujus locus adhuc *S. Maria di Vereto* nominatur, ab Uxento, & Leuc. 4. M. P. Diversum est ab Ureto, quod aliis est *Ufano*, aliis *Oria*.

Vergæ, f. poltea Vergianum, *Regiano*, opp. medit. Brutiorum, in Calabria citerior apud Ilaurum fl. inter Balbiam, & Besidianum, a Balbia 10. M. P. a Malvito, & Torano 4

Vergellus, m. 2. Gellus, *Fiume di Canne*, fl. Apuliæ, qui fluit apud Cannas, & in Aufidum labitur. Hunc Hannibal ponte ex Romanorum interfectorum cadaveribus extruxit.

Vergens, entis, o. g. *che piega verſo qualche coſa*, נוטה, συντείνων, inclinatus. *Cic. 2. de nat. Deor.* Ut omnibus ejus partibus in medium vergentibus (id autem medium, infimum in sphæra est) nihil interrumpat. *Suet. in Orbone, c. 7.* Vergente jam die ingressus Senatum, *verſo la ſera*. *Lucan. l. 2.* Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas. *Id. l. 11. v. 130.* Anni vergentes in senium. *Tacit. Ann. l. 3. c. 19.* Vergens annis fœmina, *d' età avanzata*. *Id. Ann. 4. cap. 41.* Vergente jam senecta, *età decrepita*.

Vergiliæ. V. Virgiliæ.

Verginium mare, Vergivium, mare Hibernicum, Britannis antiquis *Mor Vueridh*, Hibernis *Fariſſ*, Anglis *The Irish ſea*, Gallis *la mer d' Irlande*, Italis *Mare Ibernico* : mare inter Albionem, & Hiberniam interjectum, quod Hibernicum, Vvalliam, Scotiam, & partem Angliæ Occidentalis interluit. A quibusdam eidem *Feſi* sententia etiam ex eo vera ostenditur, quod antiquis cursorious cursus publicus erat vehicularis, ut conſtat ex *Sueton. in Augusto, c. 49.* V. *Vehicularius*. Hinc patet eorum error, qui putarunt, veredum fuisse equum sine vehiculo, eoque veredum non quasi *veheredum*, sed quasi *vehedum* dictum videri. Nempe in errorem hunc eos duxit, quod posteriore ævo etiam equis singulis ad publicum cursum uti soleront; quæ res fecit, ut his etiam veredorum nomen sit tributum. *Auſon. ep. 11.* Ut celerem manum, vel ruptum terga veredum Conscendas, propere dummodo jam venias. *Id. ep. 17.* Sed cilium, aut pigrum cantus confecnde veredum: Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi. ¶ Per Catachresin usurpatur de quocumque equo cursus velocissimi, qualibus antiqui utebantur in venatione. *Martial. l. 12. ep. 14. ad Priscum venatorem*: Parcius utaris, moneo, rapiente veredo, Prisce, nec in lepores tam violentus eas. Sæpe satisfecit prædæ venator, & acri Decidit excussus, nec redimitus equo

mercantur procaces, & eorum impudentiam acuunt, & sub magistro habent, qui probra meditate effundat; nec eas contumelias vocamus, sed argutias. *Quinctil. l. 1. c. 11.* Nec vitia obtectatis effingat, nec servili vernilitate imbuatur. *Pl. l. 34. c. 8.* Puerum subdolæ, ac facatæ vernilitatis.

Vernilíter, adv. οἰκοτριβικῶς, *serviliter*, scurriliter, adulatorie, a *vernilis*. *Cæcil. apud Non. c. 1. n. 203.* Credo, minus tandem hoc fit verniliter. Alii leg. *vernaliter*.

* Vernisèra, mensalia auguria. *Paul. ex Fest.* V. *Plin. 28. 2.*

Verno, as, neut. 1. *pullulare, germogliare*, פָּרָה, צָמַח, ἐκκλίνω, ἀναβλαστάνω, vereno tempore flores, frondesve emitto, pullulo, germino. *Ovid. 7. Met. v. 284.* Vernat humus, floresque, & mollia pabula furgunt. *Mart. l. 9. epig. 55.* arguto passere vernat ager. V. *Vernans*. ¶ *Vernat*, ver est. *Plin. l. 2. c. 50.* Æstate nimbosa, semper quodammodo vernat, vel autumnat. ¶ *Vernare* etiam dicuntur angues, cum vere exuvias ponunt, & cutem renovant. *Plin. l. 8. c. 27.* Anguis hiberno situ membrana corpori obducta, fœniculi caco impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Hinc *Vernatio*, quod V. ¶ Aves quoque, quæ primo vere canere incipiunt, itemque apes parientes novos fœtus, & mellis opus tunc instituentes vernare dicimus. *Ovid. 3. Trist. eleg. 12.* Indocilique loquax gutture vernat avis. *Colum. l. 9. c. 9.* Apes curam postulant diligentiorem cum vernant, & exundant novis fœtibus. ¶ Translate *Martial. l. 2. epigr. 61.* Cum tibi vernarent dubia lanugine malæ. *b. e.* pilos emittere incipierent, & tenera lanugine ætatis ver præferrent.

Vernula, æ, com. g. dim. a *verna*. *Juven. sat. 10.* Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ. *Pl. l. 22. c. 17.* Vernula charus Periclî Athenienſium princips.

Vernum, i, idem ac ver. Suapte tamen natura adjectivum est, cum tempus intelligatur. *Plin. l. 19. c. 5.* In hoc mirum, imas ejus radices crescere hyeme, verno, aut cum apparuerit viola, minui, ac contrahi.

Vernus, a, um, *di primavera*, ἔαρινός, quod est veris, a *ver*. *Cic. 5. Tusc. c. 13.* Alia verno tempore fœpefacta frondescunt. *Ovid. l. 3. Trist.* At mihi sentitur nix verno Sole solura. *Pl. l. 10. c. 31.* Oscines non temere fœtus faciunt ante æquinoctium vernum. *Tibul. l. 2. eleg. 1.* Verni flores. *Proper. l. 3. eleg. 5.* Rosa verna.

Vero, as, n. 1. *dire il vero*, ἀληθεύω, verum dico. *Enn. apud Gell. lib. 18. cap. 2.* Satin' vates verant ætate in agunda?

Vero, onis, m. idem ac vem, h. e. telum. Apud *Aureh. Vict. de Cæsar. c. 17.* verones plumbei dicuntur, quibus utebantur gladiatores cum Commodo Imperatore pugna ludicra batuentes, ne eum ictu vulnerarent, qui contra acuto ferro congrediebatur, multoque etiam per summam feritatem conficiebat.

Vero, adv. *veramente, in verità*, אָמְנָם, idem ac vere, adverbium est affentiendi, seu affirmandi, & ponitur pro certo, sane, plane, *certamente, certo, sì*, μέντοι, γέπι. *Cic. 2. Tusc. c. 11.* Fuisti sæpe credo, in scholis philosophorum. A. vero, & libenter quidem. *Id. in Brut. c. 87.* Sed tu inquit, orationes nobis veteres explicabis? Vero, inquam, Brute. *Id. 1. Div. c. 46.* Puellam defatigatam petisse a matertera, ut sibi concederet pauliſper, ut in ejus sella fessederet, illam autem dixisse, vero tibi concedo. *Idem pro Marcel. c. 1.* Est vero fortunatus ille, &c. *Id. ad Q. Frat. l. 1. ep. 1.* Tibi & fuit hoc semper facillimum, & vero esse debuit. ¶ Juctum cum adverbio *minime*, negationi vim addit. *Cic. 3. Off. c. 6.* Nonne igitur sapiens? minime vero, *no certamente*. ¶ In hac affirmandi notione jungitur sæpe cum particula *enim* (V. *enimvero* suo loco) *aut, nec, neque*, &c. *Cic. 1. de Or. c. 17.* Si quis esset, aut si etiam unquam fuisset, aut vero esse posset. *Id. pro Sext. cap. 16.* Neque huic vestro tanto studio audiendi, neque vero huic tantæ multitudini deero. *Id. pro Cal. c. 30.* Cælio neque proprium quæstionis crimen objicitur, neq vero aliquid ejusmodi, quod sit a lege sejunctum. ¶ *Non vero* pro *nec vero* admodum rarum est. *Cic. de Senect. c. 9.* Non vero tam isti, quam tu ipse nugator. ¶ Eleganter *vero* usurpatur in ironiis. *Cic. Phil. 13.* Tarpem vero actionem, qua defenditur amplissimi auctoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam. *Virg. 4. Æn. v. 93.* Egregiam vero laudem, & spolia ampla referris Tuque, puerque tuus. Adde *Ter. in Phorm. 2. 1. 57.* ¶ Est etiam conjunctio adversativa, idem valens, quod *sed, autem*. *Cic. pro Arch. c. 8.* Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero suum esse confirmant. ¶ Sæpe conjungitur cum particulis *age, at, jam, neque, nec*, &c. *Cic. pro Leg. Manil. 14.* Age vero, cæteris in rebus quali Pompejus sit temperantia, considerate, *ora mo, ora poi*. *Cic. pro Marcel. c. 4.* At vero hæc tua justitia florescet quotidie magis. *Id. 2. Phil. c. 8.* Nec vero tibi de versibus respondebo. *Id. 1. de Orat. c. 53.* Neque vero hoc solum dixit, sed & fecit. ¶ *Jamvero* V. suo loco.

Verodúnum, n. 3. Virodunum, Veredunum, Verduna, *Verdum*, urbs Galliæ Belgicæ intra fines Lotharingiæ inserta, sed tamen Gallici juris cum toto tractu adjacente, *in conf.* Campaniæ ad Mosam fl. ampla, & probe munita cum arce recenti.

Veromandúi, m. 2. Viromandui, populi Galliæ Belgicæ in Picardia prov. quorum tractus etiamnum *le Vermandois* dicitur. Eorum primaria urbs erat Augustæ Veromandurum, *Vermand*, juxta amnem *Oumignon*. *Plin. l. 4. c. 17.*

Verúna, æ, f. 1. *Verona*, Gall. *Verone*, Ger. *Dietrichs Bern*, Βηρωρὶ urbs & col. Venetiæ, in Cenomanis, in Longobardia, ad Athesim fl. interluentem. In ea vetus Amphitheatrum conspicitur. Romanorum coloniam fuisse, certum est, & in Tribu Pobilia. V. *Sigon. de ant. jur. Ital. l. 3. c. 2.* ¶ Veronæ præter alios veteres auctores natus est *Q. Catullus*. *Martial. l. 14. epigr. 195.* Tantum magna suo debet Verona Catullo, Quantum parva suo Mantua Virgilio.

Veronensis, se, adject. ad Veronam pertinens, ut Veronenses campi. *Aurel. Victor. in Epit. c. 53.* ¶ Veronenses, ium, Veronæ incolæ. *Pl. l. 6. ep. 34.*

Verpa, æ, ἀμφωλή, membrum virile. *Martial. l. 11. ep. 47.* Incipit in medios mejere verpa pedes. *Catul. ad Memm. carm. 26.* (*al.* 28.) Nam nihilo minore verpa Farti estis.

Verpus, i, m. יְהוּדִי, עִבְרִי, Verpi dicuntur Judæi, quibus verpæ summa pars, h. e. præputium amputatum, & circumcisum est. *Juv. Sat. 14. v. 204.* Quærítum ad fontem solos deducere verpos. *Martial. l. 7. epigr. 82.* Dela, sa est misero fibula; verpus erat. Adde *l. 11. epigr. 95.* ¶ Addunt Lexicographi alias hujus vocis significationes, ut nempe idem sit quod *verpa*, seu virile membrum, & ab hujus similitudine digitum etiam medium significet. Latina tamen harum rerum exempla adhuc desiunt.

Veres, is, ♂. *porco non castrato, verro*, חֲזִיר לֹא כְרִיס, κοῖρος, porcus non castratus. Nam postquam castratus est, majalis dicitur. *Var. l. 2. R. R. c. 4.* Castantur verres commodissime anniculi, utique ne minores, quam semestres: quo facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur majales. *Hor. l. 3. od. 22.* Quam per exactos ego lætus annos Verris obſiquum mediianis idum Sanguine donem. ¶ Translate etiam de homine masculo dicitur. *Plaut. Mil. 4. 2. 67.* Nisi huic verri affertur merces.

C. Verres, filius C. Verris, Civis Rom. Perfunctus Quæstura, & Prætura Urbana, cum filium prætextatum haberet, filiamque in matrimonium collocasset, profectus est in Siciliam cum Magistratu Præturæ, in qua avare, crudeliter, libidinose versatus est. Itaque decedens repetundarum a Siculis postulatus est, actore M. Tullio Cicerone. Cum videret, se damnatum iri, sponte ante diem judicii in exilium abiit. Extant etiam hodie actiones Ciceronis in Verrem, quæ in libros distribuuntur, quod editæ sint, non recitatæ.

Verrèus, a, um, adject. ad Verrem, Siciliæ Prætorem pertinens, ut Verrea lex. *Cic. 5. Verr. c. 49.* ¶ Verrea, orum, n. festa ab eodem Verre in Sicilia institutæ. *Id. Verr. 4. c. 21. & 46.*

Verriculátus, a, um, factus ad verriculi formam. *Colum. l. 2. c. 21.* Multi falcibus verriculatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis medium culmum secant. Alii leg. *verticularis*, vel *vermiculatis*, vel *ferriculatis*, vel *vericulatis*, seu *verucularis*.

Verriculum, n. 2. *rete da pescare*, מִצְוָדָה, רֶשֶׁת, σαγήνη, γαγγαμών, genus retis piscatorii. *Serv. ad illud 1. Æn.* Verrantque per auras: Verrere inquit, est trahere, a rete, quod verriculum dicitur. *Valer. Max. l. 4. c. 1. extern. n. 7.* A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus quidam jactum emerat. ¶ Item hasta minor pilo, instructa ferro triangulo, qua utuntur milites gravis armaturæ. *Veget. l. 2. de re milit. c. 15.*

Verrínus, a, um, κοίρειος, quod est verris. *Pl. l. 27. c. 10.* Simili modo verrinum hjecur exemptis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere. ¶ Verrinæ etiam dicuntur actiones Ciceronis in Verrem.

Verrius Flaccus Grammaticus sub Augusto quædam hujus generis edidit, quorum epitomen dedit Festus.

Verro, is, rri, rsum, a. 3. *scopare, spazzare, nettare con la scopa*, יָעַר, גָּרַף

Eel. 10. Versare oves. h. e. hue, & illuc pastum ducere. ¶ Ponitur etiam pro volvere, quod est circumagere, agere in gyrum. *Cic. in Pisa.* In quo ne tum quidem, cum illum suum salatorium versaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat. *Horat. lib. 2. sat. 1. vers. 71.* versare turdos in igne. ¶ Translate sumitur pro vertere, seu adjicere, *applicare*. *Cic. pro Cluent.* Ad omnem malitiam, & fraudem versare mentem suam hæc secum cogitans cœpit. ¶ Item pro tractare. *Cic. in Orat.* Non ut in judiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret. *Quintil. l. 7. c. 4.* Finitio plerumque legibus iisdem, quibus conjectura, versatur. *Sueton. in Galb. cap. 9.* Versare pecunias non ex fide, *maneggiar denari con poca fedeltà*. ¶ Item pro examinare, exercere, formare. *Quintil. l. 5. c. 7. de testibus:* Multum domi ante versandi, ac variis percontantibus, quales haberi ab adversario possunt, explorandi sunt. ¶ Item pro solicitare. *Liv. lib. 1. cap. 58.* Tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum. *i. e.* omnibus modis solicitare, precibus, & minis flectere conari. ¶ Item pro deludere. *Plaut. Pers. 5. 2. 17.* Quomodo hodie me versavisti? ut me in tricas conjecisti? ¶ Item pro agitare, angere. *Liv. lib. 2. c. 17.* Patrum interim animos certamen Regni, ac cupido versabat. ¶ Item pro cogitare, considerare, quod etiam dicitur *animo volvere*. *Virg. 4. Æn.* Illa dolos, diremque nefas in pectore versat, Certa mori. *Horat. in Art. v. 39.* Versate diu, quid ferre recusent, Quid valeant humeri. *Liv. l. 3. c. 34.* In animo secum versare. ¶ Item pro mutare. *Cic. 4. Fin.* Homo igitur acutus causam non obtinens repugnante natura verba versare cœpit. *Id. pro Cæl. cap. 6.* Versare suam naturam, & regere ad tempus, & huc, & illuc torquere. ¶ Item pro moliri, machinari, tractare. *Virg. 2. Æn. v. 62.* Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.

Versor, aris, passiv. 1. *rivoltarsi, girarsi*, vertor, convertor, ἀναστρέφομαι. *Cic. in Somn. Scip.* Orbes, qui versantur retro contrario motu, atque ccelum. *Id. 1. de nat. Deor.* Versari circum axem cœli admirabili celeritate.

Versor, aris, atus sum, d. 1. *versare, conversare, praticare, vivere, trattenersi*, חִיָּה, עָמַל, Germ. *wohnen, offt an einem ort seyn*, Gall. *hanter, pratiquer*, Hiſ. *vivir, y morar*, στρέφομαι, διατρίβω, frequens sum, dego, moram traho, a sup. *versum* verbi *verto*. Est enim proprie verbum metaphoricum, inde tractum, quod qui in aliquo loco, aut re immoratur, quodammodo in ea huc, & illuc se se versat, seu *in* illa volutatur. *Cic. 7. Ver.* Versabatur in Sicilia longo intervallo alter Phalaris. *Id. pro Mil. cap. 20.* Quo in fundo propter insanas illas substructiones facile mille hominum versabatur valentium. ¶ Sæpe ponitur pro vivere cum aliquo, consuescere. *Cic. 1. Catil. cap. 5.* Nobiscum versari jam diutius non potes. *Id. Att. l. 10. ep. 8.* Nec versari inter eos sine dedecore potero. *Nepos 9. cap. 2.* Apud præfectos regis versabatur. ¶ Item pro esse. *Ter. Andr.* Nescis, quantis in malis verser miser. *Cic. 1. Offic. cap. 23.* Temere in acie versari, & manu cum hoste consligere. *Id. 2. Off. cap. 13.* In clarissima luce versari. ¶ Item pro exercere, agere. *Cic. 1. Off.* Opificique omnes in fordida arte versantur. ¶ Item pro studere, operam dare. *Cicer. l. 4. Fam. ep. 3.* Servius quidem tuus in omnibus ingeniis artibus ita versatur, ut excellat. *Quinct. in proœm. l. 1.* Præclarissime in consiliis, ac administratione Reipublicæ versari. ¶ Item pro esse. *Cic. 7. Ver.* Nunquam tibi Populi Romani absentis dignitas, nunquam species ipsa hujusmodi multitudinis in oculis, animoque versata est. *Id. lib. 14. Fam. ep. 2.* Nam mihi ante oculos dies noctesque versaris. *Idem pro Sext.* Mihi ob oculos versabantur. ¶ Item positum, vel occuparum esse. *Cic. 1. Off.* Quæ omnes artes in veri investigatione versantur. *Quinct. l. 2. c. 16.* Versatur circa res omnes Rhetorice. ¶ Item inhærere, adhærere. *Cic. pro Cæc.* In verborum errore versari.

Versoría, vel Vorsoria, æ, fem. pes veli, hoc est funiculus, quo extremus veli angulus religatur. *Versoriam* dixere, quia proue hæc manu tenetur, ita velum profertur, vertiturque. Alii *versoriam* dicunt simpliciter esse conversionem, ἔμπαλιν. Sed utcunque sit de vera vocis origine, quæ non facis nota est, certum est translate dici *versoriam capere*, pro revertì, sententiam mutare, ab aliqua re desistere. *Plaut. Mer. 5. 2. 34.* Huc ventus secundus est; cape modo versoriam. *Id. Trinum. 4. 3. 19.* Quin tu quod perìit, periisse ducis? cape versoriam, recipe te ad herum.

Versum, præp. vel adv. idem ac versus. *Plaut. Epid. 2. 2. 63.* Cœpi rursum versum illas pauxillatim accedere. ¶ Et addita alia præpositione. *Sallust. in Jug.* Fugam ad se versum fieri.

Versúra, æ, f. *conversione*, הֲפוֹךְ, στροφή, conversio, a vertendo. *Varr. l. 1. R. R. c. 46.* Quod ex quibusdam foliis propter eorum versuram, quod sit anni tempus, dici potest, ut olea, & populus, & salix: horum enim folia cum conversum se, solstitium dicitur fuisse. ¶ Item transitus dicitur locus, ad quem cum quis pervenerit, reverterur. Sic in agricultura versura vocatur, ubi sulcus unus desinit, alterque incipit, a boum conversione, quod boves in arando post peractum legitimum sulcum circumaguntur, verturunturque. Græci eodem modo βουστροφηδὸν vocant. *Col. l. 2. c. 2.* Cum ventum erit ad versuram, in priorem partem jugum propellat, & boves inhibeat. ¶ In architectura quoque versuræ vox usurpatur, & sic dicitur exterior angulorum in parietibus flexus. Græci κάμπτειν vocant. Usus *Vitr. l. 3. c. 1. Id. l. 5. c. 6.* versuras in theatris nominat porticus a scena ductas ad theatri cornua. ¶ Item usurpatur in mercatura, estque mutatio creditoris, *voltura*, μεταλλαγὴ τοῦ δανειστοῦ. Unde *versuram facere*, τόκον ἔντειν, dicuntur, qui pecuniam fœnori accipiunt, ut aliud æs alienum dissolvant. Ita dicta est a vertendo creditore, quod debitor creditorem commuter, ut pluribus docet *Donatus ad Ter. Phorm. 5. 2. in fine. Cic. pro Flac. c. 20.* Negavit se se omnino versuram ullam feciſſe Romæ. *Id. pro Font.* A quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt? *Id 4. Verr.* Quæ significabant, multis nominibus eos homines versuram a Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. *h. e.* multis de causis pecuniam fœneratitiam sumsisse. ¶ Translate *Senec. epiſt. 19.* Ab Epicuro versura facienda est. *h. e.* sumendum est præceptum aliquod ab Epicuro, quod tibi communicem. Vide integrum locum. ¶ Per translationem item *versuram solvere*, seu *versura solvere* dicimus eos, qui ita se præsentibus explicant incommodis, ut aliis gravioribus impediantur. *Ter. Phorm. 4. 5. sc. 2.* In eodem luto hæsitas: Versuram solves, Geta: præsens; quia vestrícator est is, qui scit quocumque modo verba metro ligare, ar poeta est, qui poeticum insuper addit spiritum, & fingit. *Quintil. l. 10. c. 1.* Cornelius Severus versificator, quam poeta, melior.

Versificátus, a, um, nom. ex part. *passo in versi*, in carmina redactus. *Lucil. apud Non. c. 13. n. 2.* Multa homines portenta in Homero versificata, monstra putant.

Versífico, as, n. 1. *far versi*, ἐποποιέω, versus facio. *Quinct. l. 9. c. 4.* Nam & versificandi genus est omnibus sermonibus unam legem dare.

Versíficus, a, um, quod ad versus spectat. *Solin. c. 16. (al. 11.)* Cum Idæi Dactyli modulos crepiti, ac tinnitu aris, deprehenſos in versificum ordinem transtulissent.

Versiformis, & me, o. 3. quod formam suam vertat, seu mutat. *Tertul. de pall. c. 2.* Nostra certe metatio (quod clausis vel in totum Homericis oculis liquet) totum versiforme est, dies, & nox invicem vertunt, solstitionibus annuis. Luna modalationibus mensiruis variat, &c.

Versílis, le, adject. facilis ad vertendum, ut Versilis profunditas, apud *Martian. Capell. l. 4.*

Versto. V. Versatio.

Versipéllis, is, o. 3. *che muta pelle, o faccia*, עָרוּם, ἀλλοπρόσαλλος, qui facile vertit pellem, faciem, vultum, apparentiam. *Plaut. Amph. prol. v. 122.* Eccum Jupiter, in Amphitruonis vertit se se imaginem; Omnesque eum censent esse servi, qui vident; Ita versipellem se facit, quando lubet. *Id. Pers. 2. 2. 48.* Capillus versipellis. h. e. qui colorem mutat, & cancscit. ¶ Translate sumitur pro versuto, astuto simulandi, & dissimulandi artifice, qui modo unum, modo aliud ostendit. *Plaut. Bacch. 4. 4. 12.* Versipellem frugi convenit esse hominem, pestus cuilsapit: bonus sit bonis, malus sit malis; utcumque res sit, ita animum habeat. *Portius Latro Declam. in Catil.* Nihil isto fuit monstro versipellius.

Verso, as, a. 1. *volgere, voltare, rivoltare*, הָפַךְ, גָּלַל, Ger. *hin und her kehren, offt kehren*, Gal. *tourner souvent*, Hiſp. *boluer, trastornar*, στρέφω, sæpe verto, a sup. *versum* verbi *verto*. *Virg. 1. Georg.* Nec tamen hæc cum sint hominumque, boumque labores Versando terram experti. *i. e.* arando. *Hor. in Arte poet. v. 268.* Vos exemplaria Græca Nocturna versate manu, versate diurna. *i. e.* legite. *Cic. 4. Ver.* Versabat se in utramque partem non solum mente, verum etiam corpore. Rursus *Virg. Ecl.*

fing. num. interdum pro toto poemate sumitur, ut cum dico *Carmen Bucolicum*; versus non item. ¶ Interdum pro cantu. *Plin. l. 10. cap. 29. de luscinibus.* Meditantur aliæ juniores, versuſque, quos imitentur, accipiunt. ¶ Notat etiam ductum in arando, sive sulcum, quæ notio principalis est, & magis propria, ut dictum est. *Col. l. 2. c. 2.* Bubulcum autem per prosicsum ingredi oportet, alternisque versibus obliquum tenere aratrum. *Plin. l. 18. c. 19.* In arando versum peragi, non frigare in actu fspius. ¶ Item mensuram agri. *Varr. l. 1. R. R. c. 10.* In Hispania ulteriore metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano, ac Latino jugeris. Jugum vocant, quod junsti boves uno die exarare possunt. Versum dicunt centum pedes quoquo versum quadratum. Jugerum, quod quadratum duos actus habet. ¶ Item significat ordinem, seu tractum. *Virg. 4. Georg. v. 144.* Ille etiam feras in versum dittulit ulmos. *Id. 5. Æn. v. 119.* Tripsici pubes quam Dardana versu impellunt. *ideſt* triplici ordine remorum. *Id. l. 15. c. 29. de myrto.* Tarentinam folio minuto, nostratem patulo, exoticam densissimo, fensi foliorum versibus. ¶ Item speciem quamdam motus, sive saltus. *Plaut. Stich. 5. 7. 2.* Si isthoc versu me viceris, alio me provocato. Ubi *versu* est pro *versu*, antiquo scribendi more.

Versus, a, um, *volto, voltato*, מְהֻפָּךְ, Germ. *gekehrt*, Gal. *tourné*, Hiſp. *buelto*, ἐστραμμένος, conversus, mutatus in contrariam partem, part. a vertor. *Virg. 1. Æn.* Et versa pulvis inscribitur hasta. *Id. l. 5. v. 141.* Spumant freta versa lacertis, i. e. undæ, quas brachia remis inverterunt. Hoc loco quidam putant, esse participium a *verror*. ¶ Sumitur etiam pro converso, ideſt spectante in aliquam partem. *Virg. 3. Georg.* Versaque in obnixos urgentur cornua vasto Cum gemitu. ¶ Translate dicitur de quacumque re, pro mutato, quacumque ratione mutatio facta sit. *Cic. pro R. Am.* Videre nunc, quam versa, & mutata in pejorem partem sint omnia. *Tacit. l. 1. Ann. c. 4.* Igitur verso civitatis statu. *Plaut. Cas. 2. 5. 35.* Necessum est versis gladiis depugnariet. h. e. aliis armis, aliis artibus. ¶ Item pro propenso. *Liv. l. 40. c. 5.* Totus in Persea versus pater, hoc est omni benevolencia in Perseum translata. ¶ Interdum migrat in nomen, ut multa alia participia, & reperitur cum genitivo *animi*, quemadmodum etiam dicimus, *mutatus animi, fuspensus animi, erectus animi. Tac. 4. hist. cap. 84.* Qui versus animi modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri. Alii tamen rectius legunt *diversus*. ¶ *Versa* (sive antiquo more) *oratio* eadem est, quæ metro ligata, quia in carmine naturalis verborum ordo maxime inverritur, quemadmodum *prosa*, quæ est soluta. *Apul. l. 4. Florid* Jm & prosa, & versa facundia illum venerantus sum. ¶ *In rem versum* aliquid dicitur a JCtis, quod aliqua ex parte res, seu facultates dominí amplificavit. V. *ricolum*. De in rem verso, *Dig. l. 15. tit. 3.*

Versus, a, um, *seopato, purgato*, סָחַר, מְטֹאטָא, σεσαρωμένος, scopis mundatus, part. a verror. *Plaut. Pseud. a. 1. sc. 2. v. 31.* Versa, spasia, seria, strata, laura, cochaque omnia ut fient. Ita Diomede præeunte, corrigit *Valens Acidalius*. Similiter *Seneca dial. de superstit.* dixit, *versa templa*, ut *Diomedes* tebis est.

Versus, *verso, πρὸς, לְעֻמַּת, עַל*, præp. ex iis, quæ accusativo inserviunt, & suo casui fere postponitur. *Cic. Fam. l. 11. epiſt. 27.* Cum Brundusium versus ires ad Cæsarem. ¶ Quandoque loco accusativi habet adverbium, ut *Susum versus, deorsum versus, quoquo versus*, &c. *Cato c. 156.* Postea ubi deorsum versus ilit. *Cic. in Or. c. 39.* Cum gradatim sursum versus reditur. *Id. in Partit.* Et idem quasi sursum versus, retroque dicatur. *Cæs. l. 7. B. Gall.* Dimitti quoquo versus legationes. *Gell. l. 5. c. 12.* Ut quædam vocabula, quibus particula ista præponitur, ambigua sint, & utroque versus dicantur. h. e. in utramque partem. *Id. l. 12. c. 13.* Cum vero omnes terras omnifariam, & undique versus circumfluat, nihil citra eum est. ¶ Haber etiam quandoque adjunctam aliam præpositionem. *Sulpit. ad Cic. l. 4. Fam. ep. 12.* Ille in Italiam versus navigaturus erat. V. *Versum*. Alia multa hujusmodi exempla congerit *Parous in Lex. Crit.*

Versúte, adv. *astutamente*, πανούργως, astute, callide. *Cic. in Bruto, c. 9.* Nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit.

Versutía, æ, f. *furberia, astuzia*. *Apulej. in Apolog.* Versutia insidiosa. Adde *Juven. l. 1. v. 37.*

Versutilóquus, a, um, περδαλέλογος, qui versute loquitur. *Cic. 3. de Or. cap. 38.* Vel conjungendis verbis, ut hæc (ex *Ennio*) Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat, Num non vis hujus me versutiloquas malitias? Videtis enim & versutiloquas, & expectorat ex conjunctione facta esse verba, non nata. *Id. in Or. cap. 49.* Imo vero ista sequamur, asperitatemque fugiamus. *Balbo ipsam ego pertorrieram*. Idemque: *Versutiloquas malitias*.

Versútus, a, um, *ingegnoso*, עָרוּם, מְתֻחְכָּם, σοφός, πολύτροπος, ingeniosus, promptus, qui facile mentem in quamlibet partem vertat. *Tullius l. 1. de nat. Deor. c. 10.* Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur. *Id. 3. de nat. Deor.* Chrysippus tibi acute dicere videbatur, homo sane dubio versutus, & callidus. *Id. 3. de Fin.* Versuti in differendo. ¶ Frequenter in malam partem accipitur pro astuto, qui modo hoc, modo illud, ut visum fuerit, simulat, & se se in omnes verit species. *Festus*: Versuti dicuntur, quorum mentes crebro ad malitiam verruntur. *Cic. 2. de Fin.* Omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, versurum, veteratorem, &c. *Id. post red. in Sen.* Cum eum præter simulatam, versuramque tristitiam nulla res commendaret. *Plaut. Epid. 3. 2. 35.* Versutior es, quam zona figularis. ¶ *Versutus, l. 2. cap. 118.* Illi in summa feritate versutissimi. ¶ Reperitur & cum gen. *Plin. l. 7. c. 13.* Respondit versutus ingenii mango, ob id ipsum se tanti vendidisse.

Vertágus, i, m. *bracco, can levriere*, σκύλαξ, genus canis venatici, ita dictus, ut quidem multis videtur, a *verto*, & *ago* quia agendo feras, sæpe vertitur & huc illuc discurrit. *Mart. l. 14. ep. 200.* Non sibi, sed domino venatur vertagus acer illatum leporem qui tibi dente ferat. *Jul. Firm. l. 5. Astron. c. 8.* Equorum nutritores, accipitrum, falconum, cæterarumque avium quæ ad aucupia pertinent, similiter & canum, Molossorum, veteragorum, & qui sunt ad venationes accommodati.

Vertébræ, arum, f. 1. *vertebre, menature*, חֻשׁוּקִים, σπόνδυλοι, *περόναι*, spinæ ossis in crassiores quosdam nodos congloba, & in medio sui concava, ut spinari medullæ transitum præbeant, firmissimis autem vinculis colligata, quorum beneficio interiores nodi cohærescunt. Harum manus est, ut eorpori flectendi se, incurvandique præbeant facultatem, quod sine illis prorsus rigidum esset, & inflexibile. Igitur dictæ sunt a *vertendo*, quia earum beneficio homo se vertere, flectereque potest. *Celsil. 8. c. 1.* Spina constat ex vertebris quatuor & viginti. ¶ Per quamdam similitudinem in insectis vertebræ appellantur eæ partes, quæ circa ipsam sitæ incisuram, corpori flexum præbent. *Plin. l. 11. c. 1.* Imbricatis flexilibus vertebris. ¶ Usurpatur hæc vox etiam in singulari numero apud *Celsf. loco cit.*;

Vertebrátus, a, um, σπονδυλοειδής, in modum vertebræ factus. *Plin. l. 11. c. 37.* Sed quibus cervix e multis vertebrarisque orbiculatim ossibus, flexilis ad circumspectum, articulorum nodis jungitur.

Vertens, entis, o. g. ἑλίσσων, partic. a verto. *Virg. 8. Æn.* Gorgona defecto verterntem lumina collo. ¶ *Annus vertens, Mensis vertens* est totius. anni, vel mensis vertentis, seu procedentis, & delabentis cursus, *il corso, o lo spazio d' un anno, o d' un mese*. *Cic. pro Quinct. c. 12.* Si debuisset, Sexte, petisses statim; si non statim, paulo quidem post; si non paulo post, at aliquando: sex quidem illis mensibus profecto, anno vertente sine controversia. *dentro lo spazio d' un anno. Nepos in Agesil. c. 4.* Tanta usus est celeritate, ut quod Xerxes anno vertente confecerat, hic tranſierit triginta diebus. *Plaut. Perf. 4. 4. 76.* Nunquam hercle hunc mensem vertentem fervibit tibi. ¶ Alia ratione *vertens annus* dicitur a *Cic. in Somn. Scip. c. 7.* Ibi enim annum illum intelligit, qui a *Macrob. l. 2. in Somn. Scip. c. 11.* vocatur *annus mundanus*, & a *Platone* dicit us est *magnus*, h. e. spatium multorum annorum, quorum cursu expleto sidera, stellæque omnes ad eam cœli positionem redeant, in qua initio Mundi fuerunt; quæ quidem positio post 25. millia annorum contingere putabatur, ut *loco cit. Macrob.* docet: Et jure *annus vertens* dictus est, quia, ut *Macrobii* verbis utar, conversione plenæ universitatis efficitur. Homines, inquit *Cic. loc. cit.* populariter annum tantummodo solis, ideſt unius astri reditu metiuntur; cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, astra redierint, eandemque totius cœli descriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere annus vertens appellari potest. V. plura apud *Macrob. loc. cit.*

Vertex, icis, m. *vertice*, קֹדְקֹד, רֹאשׁ, στρόβιλος, id quod vertitur, vel circa quod convertio fit. Speciatim sumitur pro altissimis cœli partibus, quas Græce polos vocamus, ideſt pro partibus extremis axis, circa quem cœlum vertitur, *il polo*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 42. ex Poeta*: Extremusque adeo duplicí

de cardine vertex Dicitur esse polus. *Virg. 1. Æn. v. 142.* Hic vertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt, Manesque profundi. ¶ Item *vertex*, seu *vortex* accipitur pro vento contorto, ac rotato, qui aliter typhon vocatur, ideſt pro flatus *repentini* genere, qui e ficca nube erumpit sine igne, ejusque partem abruptam secum rapit, eamque convolvit, & in nigrum turbinem versat, ac pondere illo ruinam suam aggravat, & locum ex loco mutans rapida vertigine non antennas modo, sed & navigia contorta frangit, ut *Plin. l. 2. c. 48.* docet. Hinc *ponitur* pro quocunque vento, qui in gyrum movetur. *Lucan. l. 3. v. 631.* Vicinum involvens contorto vertice pontum. *Sen. l. 5. Q. nat. c. 13.* Ventus aliquo promontorio repercussus, atque in se voluratus facit vorticem, qui circumactus, & eundem ambiens locum, ac se ipse vertigine concitans, vertigo vocatur. ¶ Item accipitur pro aquis in se contortis, quod nempe vertantur in gyrum, itemque pro summa capitis parte, & montis. *Quintil. l. 8. c. 3.* Secundo modo dicitur proprium inter plura, quæ sunt ejusdem nominis, id, unde cætera ducta sunt: ut vertex est contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur: inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis, & ex hoc, quod est in montibus eminentissimum. Recte, inquam, dixeris hæc omnia vertices, proprie tamen, unde initium sumptum est. *Cic. pro R. Com. c. 7.* Non ab imis unguibus usque ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? *da capo a piedi. Plin. l. 11. c 37.* Vertices bini homini tantum, aliquibus capitis ossa plana. Intelligit verticem a parte interiore, & alteram a parte posteriore. ¶ In eodem homine ufurpatur etiam de vertigine, & rotatione, quæ in doloribus circumagit, lancinatoque præcordia. *Cic. 2. Tusc. ex Poeta:* Nunc nunc dolorum anxiferi tenuere vertices. ¶ Ab hominis capite transfertur ad montis cacumen, *cima*, κορυφή. *Cic. 6. Ver. c. 48.* Dicitur inflammasse tædas ex iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt. ¶ Denique dicitur de parte altissima cujuscumque rei, ut turris, arboris, &c. *Plin. l. 12. c. 2.* Arbor ne morosо vertice & se vastis protegens ramis. *Lucret. l. 6. v. 740.* Arcis in ipso vertice. ¶ Translate *Modestin. Dig. l. 27. tit. 1. leg. 13.* Scævola, Paulus, & Ulpianus verticem legum prudentum, *capi de' Giureconsulti*.

Vertibilum, i, n. idem ac vertebra. *Lactant. de opif. cap. 5.* Summas ossium partes crassioribus nodis conglobavit, ut verti turius possent, unde sunt vertibula nominata.

Verticillus, i, m. *fusajuolo*, σφοφίγγιον, instrumentum, quod fuso adhibetur, ut facilius vertatur. *Plin. l. 37. c. 2.* In Syria quoque fœminas verticillos inde facere.

Verticordia, æ, f. 1. Veneris cognomen, de quo ita *Ovid. l. 4. Fast.* Roma pudicitia proavorum tempore lapsa est: Cumæam vetores consuluistis anum. Templa jubet fieri Veneri: quibus ordine factis, Inde Venus verso nomina corde tenet. *Valer. Max. l. 8. c. 16.* Ut Veneris Verticordiæ simulacrum consecraretur, quo facilius virginum, mulierumque mentes a libidine ad pudicitiam converterentur.

Verticosus, seu rectius Vorticosus, a, um, ἑλιγμώδης, contortus, complicatus. *Liv. l. 21. c. 5.* Quidam verticoso amni delati in hostes, ab elephantis obtriti sunt.

Verticulæ, arum, *gingivæ*, articuli, a *verto. Fest.* Verticulas cum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit. ¶ Non tamen soli ita articuli dicuntur, sed etiam spondyli spinæ, h. e. vertebræ. *Lucil. apud Non. c. 3. n. 103.* Hærèt verticulis ad fixum in posteriore parte, atque articulis, ut nobis talu', genusque. ¶ Translate verticulæ in machinis dicuntur vincula quædam lignea, vel ferrea, vel ex quavis alia materia, quibus pars una machinæ alteri adjungitur, ita tamen ut flecti, & verti possit. *Vitruv. l. 10. c. 13.*

Verticulus, & Verticulum, i, articulus, a verto. Primum habet *Solinus c. 34. al.* 47. Secundum habet *Cæl. Aurel. Acut. l. 3. c. 17.*

Vertigino, as, *n. giracsi*, circumferor, *a vertigo. Tertul. c. 3. de Pallio.* Ocelli, immo *luminis puncta* vertiginant.

Vertiginiosus, a, um, adject. *chi patisce vertigini. Plin. l. 23. c. 2.* Acetum vertiginosis perquam utile.

Vertigo, inis, f. *giro, vertigine*, עִוָּעוֹן, ἴλιγξ, περιέλιξις, conversio, rotatio, a *verto. Plin. l. 2. c. 3.* Tantæ molis rotaræ vertigine allidua. *Pers. Sat. 5. v. 76.* Quibus una Quiritem Vertigo facit. Alludit ad morem Romanorum in manumittendo, qui servum alapa percutiebant, deinde dextra ejus apprehensa ipsum circumagebant, atque ita de manu mittebant. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 1. c. 6.* ¶ Ita etiam vocatur morbus capitis, qui ex frigidis, & lentis humoribus furum ex ventriculo commeantibus oritur, quo affecti occasione parva succidunt, *vertendo*, quia omnia circumagi videntur, seu quoniam ob oculos eorum, qui tali morbo laborant, verticosa quædam, & rotatilia circumagi videantur. Græci vocant σκοτωμα. *Plin. l. 7. c. 6.* A conceptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines, tendræque. *Juven. Sat. 6. v. 303.* Cum bibitur concha, cum jam vertigine tectum Ambulat.

Verto, is, verti, versum, a. 3. *volgere, voltare, mutare*, הפך, שנה, תעתיק, γέπω, τρέφω, torqueo, converto. *Cic. Attic. l. 16. ep. 10.* Verti me a Minucnis Arpinum versus. *Id. 3. de nat. Deor.* Terra in aquam se vertit. *Liv. l. 24. c. 47.* Vertere arma adversus aliquem. *Id. l. 7.* Vertere in se omniam oculos. h. e. omnium admirationem de se movere. *Virg. 10. Æn.* Vertere sententiam, *mutar parere. Id. 12. Æn.* Quæ te sententia vertit? *Cæsar l. 1. B C. c. 8.* Vertere aliquid in contumeliam suam, *far ridondare in sua vergogna, o smacco. Propert. l. 2. el. 19.* Et Deus, & durus vertitur ipse dies. h. e. & Dei voluntas, & calamitatum series aliquando mutatur. ¶ Atque hæc est præcipua & latior hujus verbi significatio, ad quam etiam illa pertinent, Vertere terga, *dar le spalle, porsi in fuga. Liv. l. 1. c. 25.* Vertere hostes in fugam, *cacciar' in fuga. Id. l. 30. c. 33.* ¶ *Vertere solum* est patriam mutare, *andar' in bando*, de quo V. *Solum*. Sic *vertere stilum*. V. *Stilus*. ¶ Præterea in hac, quam diximus, significatione sæpe hoc verbum ita usurpatur, ut neutrorum naturam videatur induere. *Liv. l. 3.* Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem cœpit. *Id. l. 5.* Jam verterat fortuna, *aveva mutato faccia*: sed in his & similibus aliis facile subintelligi poterit aliquis accusativus. ¶ Sumitur interdum pro gyrum agere. *Virg. 2. Æn.* Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox. ¶ Item pro transferre de una in aliam linguam, *tradurre. Cic. 1. Fin.* Sic veterem Platonem, aut Aristotelem, ut verterunt nostri Poetæ fabulas. *Id. 2. Tusc.* Verti multa de Græcis. ¶ Item pro evertere, destruere. *Cic. 1. offic. c. 24.* Callicratidas cum multa fecisset egregie, vertit ad extremum omnia. *Manil. l. 4. v. 80.* Furit alter amore, Et Pontum tranare potest, & vertere Trojam. Loquitur de Paride, qui ob raptam Helenam in causa fuit excidii Trojanorum. ¶ Item pro convertere, redigere, *rivolgere, applicare. Plin. l. 15. c. 4.* Usum olei ad luxuriam vertere Græci. *Cic. 1. Verrin.* Ex illa pecunia magnam partem ad se vertit, *tenne per se.* ¶ Item pro confugere, amplecti, suscipere. *Ter. Eun. 5. 1.* Retundam, redigam, ut, quo se vertat, nesciat, *che non sapra a che appigliarsi. Cic. 5. Ver.* Quo enim se verterer non habebat. *Id. 2. de Divin.* Superstitio, quocunque se verteris, persequitur. ¶ Item pro considerare, volvere, agitare. *Liv. l. 39.* Vertebant, utrum manerent in Concilio Lacedæmonii. h. e. disceptabatur. *Phædr. Mostel. 5. 1. 20.* Ubi ego video, rem verti in meo foro. h. e. agitari, disputari. ¶ Item pro subscribere, dare, *scrivere*: cum duobus dativis. *Cic. 17. Fam ep. 8.* Næ illæ sibi vitio verterent, quod abesset a patria. ¶ Vel cum accusat. & præpositione. *Livius c. 11.* Causas secundorum, & adversorum vertere in Deos. ¶ Item pro verbi esse. *Liv. l. 6. c. 38.* Res in discrimine vertitur. *Plaut. Mostel. 3. 1. 109.* Jam homo in mendacia vertitur, *s' impiega.* ¶ *Verti in aliqua re* est in ea consistere, summam rei in ea esse. *Liv. lib. 37. cap 7.* Totum id vertitur in voluntate Philippi, *tutto sta nel volere di Filippo. Cic. 2. Ver. cap. 7.* In unius potestate ac moderatione verterentur omnia. ¶ Item evenire, succedere, cum adverbiis *bene*, aut *male. Plaut. Pers. 4. 1. 5.* Si malus est, male res vertunt, quas agit; si autem frugi, eveniunt frugaliter. *Id. Aulul. 4. 10. 57.* Quæ res tibi bene, feliciterque vertat. *Liv. l. 1. c. 28.* Tullus Mettium benigne alloquitur, quod bene vertat, castra Albanos Romanis castris jungere jubet.

* Vertraha. V. Vertagus.

Vertumnalia, seu Vortumnalia, orum, n. 2. vel ium, n. 3. Vertumni festa, quæ fiebant mense Octobri. *Var. l. 5. de L. L.*

Vertumnus, seu Vertunnus, i, m. Deus quidam apud Romanos, qui in omnigenas se se formas vertebat, ut Proteus apud Græcos. *Ovid. 14. Met. Prop. l. 4. el. 2.* Quidam tradunt Romanis habitum esse Deum, in cujus tutela arborum fructus essent, cæteraque, quæ autumni tempore matureſcunt, ita dictum, quod anni vertentis poma perciperet. Alii docent, Vertumnum fuisse Deum, qui præesset rebus contrahendis, ac permutandis, dictum autem a *verto*, qua mercatorum verbum est. *Ascon. in 3. Ver. c. 59.* Vertumnus, Deus invertendarum rerum, id est mercaturæ. Alii ajunt, fuisse Deum humanarum cogitationum præsidem, ideoque multiformem fingi, & inconstantem, quemadmodum & illæ variæ sunt, & mutabiles, hinc iniquo Vertumno natos esse dici, qui cogitationes suas regere non possint. *Acron in illud Horat. l. 2. sat. 4. v. 14. Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.* Nec desunt, qui inde Vertumnum dictum putent, quod Tiberim fl. a foro Romano longe verterit. *Propert. loc. c.* Alii ieribunt, quod Curtium lacum in Tiberim averterit. Nam hic lacus fuit, ubi postea forum Romanum. Quam opinionem tangit & *Ovidius l. 6. Fast. vers. 410.* ¶ Hic Deus Pomonam Nympham fertur adamasse, & , ut sibi ejus saltem conspectu frui liceret, in nullas non formas se transmutasse. *Ovid. 14. Met.* ¶ Simulacrum habuit in foro, in ultimo vico thurario, sub basilicæ angulo flectentibus se ad posteriorem dexteram partem, teste *Ascon.* in illud *Cic. in Ver. 2. c. 50.* Qui a signo Vertumni in circum maximum venit.

Vetu, u, n. 4. *spiedo*, שפוד, Ger. *bratspieß*, Gal. *broche*, His. *assador*, ὀβελός, instrumentum ferreum, oblongum, cum cuspide, quo carnes ad ignem torrentur. *Varro l. 4. de L. L.* a versando sic dici scribit. Nam ad ignem jugiter versatur. In singulari numero indeclinabile est, in plurali inflectitur, *veruu, veruum, verubus. Virg. 1. Æn. v. 212.* Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt. ¶ Etiam ob similitudinem sic dixere jaculi genus. *Virg. 7. Æn. v. 665.* Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello. *Sidon. Carm. 5. v. 418.* Equo ruit aclide fossus Ille, veruque alius. ¶ *Verum* pro *verus* in nominativo, & accusativo singulari dixit *Plaut. Rud. 5. 2. 15. & 17.*

Vervactor, oris, m. Deus vervacti præses. In Flaminis Cerealis indigitamento, cum sacra faceret Cereri, ac Telluri; Vervactor, Redarator, Imporitor. Hæc ex *Serv. in l. 1. Georg.*

Vervactum, i, n. νέωτος, νεώτη, ager vere proscissus, deindeque quiescens usque ad sequentem autumnum, quo fementis fit, qui alio nomine *novalis* dicitur, cui opponitur ager *restibilis*, qui nempe restat, novali quiescente. *Plin. l. 18. c. 19.* Quidam utique ab æquinoctio verno proscindi volunt. Quod vere semel aratum est, a temporis argumento vervactum vocatur. Hoc in novali, atque requieto necessarium est. *Varro l. 1. de R. R. c. 44.* Illud quoque multum interesit in rudi terra, an in ea feras, quæ quotannis obsita sit, quæ vocatur restibilis, an in vervacto, quæ interdum requierit. Adde *Colum. l. 2. c. 10.*

Vervagĕre, quasi vere agere, vere terram vertere. *Columel. l. 11. c. 2.* Agri vervagendi sunt sub æstate.

Vervecini, ni. 2. *le villara d' Arenes*, pop. Galliæ Narb. in Provincia, supra Suelteros. *Plin. l. 3. c. 4.*

Vervecillum, i, n. ὀβελίσκος, exiguum veru. Speciatim sic dicitur instrumentum ferreum, quo metallorum expurgatoros spumam eximunt a reliqua materia. *Plin. l. 33. c. 6.* E superiori catino defluens in inferiorem, & ex eo fublata verueculis ferreis, atque in ipsa flamma convoluta veruculo, ut sit modici ponderis.

Vervecĕus, a, um, *da castrone*, χιμώμυος, factus ad similitudinem vervecis, ut verveceus Jupiter, apud *Arnob. l. 5. h. e.* Jovis signum vervecis forma cultum sub Ammonis nomine. ¶ Quod addi solet ex *Plaut. Capt. 5. 1. 31.* Vervecea statua, rectius in opt. Codicib. habetur *verbercea*.

Vervecinus, a, um, *di castrone*, quod ex vervece est. *Lamprid. in Commodo, c. 1.* Vervecina pellis.

Vervex, cecis, m. *castrone, castrato*, קיר, πολὸς, ἐυνετμημένος, mas inter oves, cui inversi, sive adempti sunt testiculi. Nam qui ad generandam fobolem integer tenetur, *aries* dicitur. *Cic. 2. de Leg. c. 22.* Quod genus sacrificii lare vervecibus fiat. *Plaut. Capt. 4. 2. 40.* Qui perroni nomen indunt verveci sectario. V. *Perro*. ¶ Translate dicitur de homine stupido, ftolido, ignavo. *Juvenal. sat. 10. v. 50.* Vervecum in patria, crassoque sub aere nasci. *Plaut. Merc. 3. 3. 6.* Itane vero, vervex, intro eas?

Verum, æ, f. 1. idem, ac verutum, a veru. Unde patet, vocem eam quatuor, non tribus syllabis enumerari debere. *Fulg. Placiades, n. 33.* Veruina jaculi genus longum, quod aliqui verutum nominant. *Galbius Bassus Satyra*: Veruina confodiende, non te nauci facio. *Plautus Bacch. 4. 8. 46.* Si tibi est machæra, & nobis verunna est domi, Qua quidem te faciam, si tu me irritaveris, Confossiorem soricina nænia.

Verulāni, m. 2. pop. Latii, quorum urbs Verulum. *Plin. l. 3. c. 5.*

Verŭlum, n. 2. Verulæ, *Veroli*, col. & urbs Latii in Hernicis, apud Cosam fl. Frasinoni finitima, media fere inter Anagniam ad Occ. & Soram ad Or. 9. aut 10. M. P. *Livius*.

Verum, i, n. 2. *vero, verità*, אמת, ἀληθὲς, res vera, veritas. *Cic. 4. Acad.* Quæ ista regula est veri, & falsi, si notionem veri, & falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus? *Id. l. 12. Fam. ep. 5.* Id eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. *Pers. Sat. 1. v. 107.* Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas? Ubi *verum mordax* est veritas libera, male sibi conscriorum aures offenderes. ¶ Aliquando verum accipitur pro æquitate, pro eo, quod est æquum, justum, par, conveniens, bonum, utile, δίκαιον, ἐπιτηδὲς. *Hor. l. 1. ep. 7. v. 98.* Metiri se quenque suo modulo, ac pede verum est, *Cic. pro Domo, c. 8.* Sed quid ad te, qui neges esse verum, quenquam ulli Reipublicæ extra ordinem præfici? *Cæsar l. 4. B. Gall. c. 8.* Neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerunt, alienos invadere.

Verum, adverb. *sì, veramente, certo che sì*, כן, אבל, μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero, & ufurpatur in responsionibus, cum aliquid affirmare volumus. *Terent. Heaut. 5. 3. 10.* Facies? Ch. Verum. *Id. Adelph 4. 2. 4.* Men' quæris? Sy. Verum. ¶ Sæpius est conjunctio adversativa, & significat sed, *ma, anzi*, ἀλλὰ, καίτοι, δὲ. *Cic. pro Mur.* Ea sunt omnia non a natura, verum a magistro *Id. 5. Phil.* Expectabantur, Calendis Jan. fortasse non recte. Verum prætercita omittamus. *Id. pro Cæl. c. 19.* Non modo agendo, verum etiam cogitando. ¶ *Verum enimvero* majorem habet adversandi vim, quam solum *verum*, ma nondimeno. *Liv. l. 4. c. 4.* Nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coegisset: verum enim vero lege id prohiberi. id demum contumeliosum est. Adde *Cic. Verr. 5. c. 84.* ¶ *Verum enim* idem fere significat, quod *verum. Terent. Adelph. 2. 1. 47.* Verum enim, quando bene promeruit, fiat, *ma pure, tuttavia.* ¶ *Verum vero* idem est quod *verum enim. Cato apud Gell. l. 13. c. 17.* Verum vero inter offam, atque herbam ibi vero longum intervallum est. Veteres editiones habent *verum inter offam* &c. omisso *vero*.

Verum pro Veru, V. supra in *Veru*.

Verumtamen, *ma, nondimeno*, אבל, אך, אלא כּי, אלא שׁוּב, sed tamen. *Cic. 7. Verr. c. 39.* Consilium capit primo stultum, verumnamen clemens. *Id. 12. Fam. ep. ult.* Non dubitabam equidem, verantamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus.

Verus, a, um, *vero*, נאמן, ἀληθὴς, sincerus, solidus, non falsus. *Cic. 6. Verr.* Inter hunc, & illum Numidicum verum & germanum metallum interesse. *Id. 4. Acad. c. 4.* Causa mihi videtur esse verissima. *Virg. 12. Æn.* Dicæ, puer, virtutem ex me verumque laborem, Fortunam ex alio. *Lucan. l. 1. c. 11.* Illud in vero est,

virgines usque ad mortem apud Deam manebant. ¶ Honores autem illis a civitate delati sunt multi, & insignes, quorum causa neque liberorum, neque nuptiarum desiderium eas subibat. Igitur simul atque virgo capta, atque in ædem Vestæ deducta erat, illico sine emancipatione, aut capitis diminutione exibat patriam potestatem, & jus testamenti faciendi adipiscebatur. Præterea Vestales juramento immunes erant. ¶ Graves pœnæ statuæ erant in Vestalium delicta, quorum quæsitores, & vindices ex legibus erant ipsi Pontifices. Si Vestalis alicujus negligentia forte sanctus ignis restinctus esset, flagris a Pontifice Maximo cædi jubebatur. Hoc enim malum extincti ignis Romani maxime omnium formidabant, rati, id excidium civitati portendere, quomodocumque id accidisset, magnisque delineamentis, & curationibus placantes ipsum, referebant in templum. Præterea virgo cædebatur, quia cum ex multis aliis indiciis cognosci poterat, an Sacerdos sancte, ac pie rei sacræ operam navasset, tum vero præcipue, si ignis extinctus esset. Ignem vero extinctum nequaquam alio ex igne reparare fas erat, sed accensa per fomites ex Sole flamma purus, & cælestis concipiebatur. ¶ Eam vero, quæ corpus stupro polluisset, lex antiqua jubebat virgis cæsam necari, & ipsius prolem in fluvii profluentem projici. Polleat introductum est, ut quæ stupram passæ fuerant, fœdissimo, & miserrimo mortis genere necarentur. Vivæ enim in lecto non aliter, quam mortuæ, funebri pompa efferebantur ad portam Collinam, ubi tumulus impudicarum Vestalium inter muros eminebat, in quo erat parva caverna subterranea, ad quam per foramen scalis descendebatur. In ea erat fumus lectulus, lucerna ardens, panis, lac, & oleum. Ibi deponebatur Vestalis, solvebatur vinculis, & capite velato in supplicium ducebatur. Pontifex, cum arcana quædam pronuntiavisset, cum sacerdotibus terga vertebat, & statim impudica Vestalis in cavernam demittebatur, inde fossa tellure replebatur usque ad operculum. Ea die silentium, & mœstitia in tota urbe erat. V. *Dionys. Halic. l. 2. antiq. Rom.*

Vestalis, le, adject. ad Vestam pertinens, ut Vestalis ara. *Lucan. l. 1. v. 549.* Vestales foci. *Id. lib. v. 199.* ¶ Vestalis virgo, *h. e.* Vestæ cultui dicata. V. dictionem præced. quæ & *Vestalis* absolute sæpe dicitur. *Liv. l. 1. c. 4.* Vi compressa Vestalis cum geminum partum edidisset, &c. ¶ *Vestalia, ium*, absolute sunt festa Vestæ dicata. *Varr. l. 5. de L. L.*

Vester, stra, strum, *vostro*, שלכם, Ger. *euer*, Gall. *votre*, Hisp. *vuestro*, ὑμέτερος, quod ad vos pertinet. Prius fuit *voster*, ut ex Comicis imprimis liquet. Est enim a *vos*, ut *noster* a *nos*. *Virg. 3. Ecl.* Pierides vitulam lectori pascite vestro. *Cicer. pro L. Man.* Majores vestri sæpe, mercatoribus, ac navicularibus injuriosius tractaris, bella gesserunt.

Vestiarium, ii, n. ἱματιοφυλάκιον, ἱματιοθήκη, locus, in quo vestes servantur, vel venduntur. *Plin. l. 15. c. 8.* Vestiarium etiam eon ra teredines, ac noxia animalia amurca aspergi. ¶ Aliquando vestiarii nomine vestitus intelligitur. *Col. l. 2. c. 8.* Tantoque curiosior inquisitio patrisfamilias debet esse pro tali genere fructuum, ne aut in vestiariis, aut in cæteris præbitis injuriose tractentur. *Scævola l. annua, ff. de ann. leg.* Et per hoc neque vestiaria, neque cibaria his debeantur.

Vestiarius, a, um, ἱματικός, quod ad vestes pertinet, ut Vestiaria arca, in qua vestes seponuntur, & conservantur. *Cato c. 11.*

Vestiarius, ii, m. ἐσθητοπώλης, qui vestiario præest, aut vestes vendit. *Ulp. l. quicunque*, §. 2 *ff. de instit. act.* Quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam, & distrahendam.

Vestibulum, i, n. *vestibolo, ingresso*, אולם, προδόμος, πρόθυρον, προπύλαιον, locus ante ædium januam, inter ædes ipsas, & viam relictus, eum in usum, ut qui ædium dominum salutatum venissent, neque in via starent, neque in ipsis essent ædibus. *Gell. l. 16. c. 5.* Animadverti, quosdam haudquaquam indoctos viros opinari, vestibulum esse partem domus priorem, quam vulgus atrium vocat. Cæcilius (*Aquilius*) Gallus in lib. de significatione verborum, quæ ad jus civile pertinent secundo, vestibulum esse dicit, non in ipsis ædibus, neque partem ædium; sed locum ante januam domus vacuum, per quem a via aditus accessusque ad ædes est, cum dextera, sinistraque inter januam, rectaque, quæ sunt viæ juncta, spatium relinquitur, atque ipsa janua procul a via est, area vacanti interstat. ¶ Diversum fuit ab atrio, ut clare satis patet ex loco Gellii adducto, & manifeste distinguit *Vitruv. l. 6. c. 7.* His, qui communi sunt fortuna, non necessaria magnifica vestibula, nec tablina, neque atria, quod hi aliis officia præstant ambiundo, quæ ab aliis ambiuntur. ¶ Dictum est a *Vesta*. Nempe quod ignis, qui est in Vestæ porestate, in vestibulo antiquitus accendererur. *Ovid. l. 6. Fast. v. 301.* At focus a flammis, & quod fovet omnia dictus, Qui tamen in primis ædibus ante fuit. Hinc quoque vestibulum dici reor: inde precando Dicimus, o Vesta, quæ loca prima tenes. V. *Gell. l. c.* ubi aliud quoque etymon affert. *Plaut. Mostell. 3. 2. 130.* Viden' vestibulum ante ædes hoc, & ambulacrum cujusmodi? *Cic. n. Verr. c. 65.* Vestibulum curiæ. ¶ Translate ponitur pro ingressu, aditu. *Cic. 7. Verr. c. 66.* In conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, &c. *Id. in Or. c. 13.* **Vestibula** nimirum honesta, aditusque ad causam facier illustres.

Vesticeps, ipis, o. g. γενειών, qui jam pubescit, qui ad puberratem peivenit, h. e. qui major est 14. annis, quod pube vestiri incipiat: Cui opponitur *investis*. *Gell. l. 5. c. 19.* Sed arrogari non potest, nisi jam vesticeps. ¶ Metonymice significar corruptum, seu qui rerum Venerearum corruptionem habet. *Apul. in Apol.* Investem a nobis acceptiti, vesticipem illico reddidiri.

Vesticonturbernium, ii, n. concubitus eorum, qui sub eadem veste cubant. *Petron. in Satyr. c. 11.* Quid vesticonturbernium facis? *Lucian.* ἐν βίων πράσει. Κὰν ὑπὸ πυτὸν ἐμοὶτοῦ καὶ κατακέωσαι, ἀκοὴν σοῦτῶν λεγόντων, μηδὲν ὦν ἐμῷ δεινὸν πωθῇ &c.

Vesticula, æ, *f. vestuccinola*, parva vestis. *Paul. Dig. l. 33. leg. 18. tit. 7.* Cum in diem mortis ibi libros, & virreamina, & vesticulam habuerit.

Vestifex, icis, m. *sarto*, qui vestes facit. *Inscript. apud Gruter. p. 578.*

Vestifica, æ, f. quæ vestes conficit. *Inscript. apud Reines. classs. 9. n. 70.*

Vestificina, æ, f. vestium confectio, vel conficiendarum vestium ars. *Tertull. de Pall. c. 3.*

Vestificus, i, m. qui vestes conficit. *Inscript. apud Gruter. pag. 578. n. 7.* Vestificus Cæsaris a veste scenica.

Vestifluus, a, um, adj. qui fluentibus, laxisque vestibus utitur. *Petron. in Satyr. c. 93.* Quem Lydus adorat vestifluus. *Auson. in Technopæg. c. de hist. v. 25.* Vellera depectit nemoralia vestifluus Ser.

Vestigatio, onis, *f. investigatio, inquisitio. Cic. 1. Offic. c. 6.* Quæ omnes artes in veri vestigatione versantur. Alii leg. *investigatione*, & quidem rectius. *Apul. l. 6. Met.* Psyche dies noctesque mariti vestigationibus inquieta.

Vestigator, oris, m. *cacciatore, investigatore*, qui vestigat, & venatur. *Varr. l. 4. L. L.* Vestigator a vestigiis ferarum, quas indagatur. *Col. l. 9. c. 8. de apibus sapiendis*; Nam statim sono territum (examen) vel in fructice, vel in editiore silvæ fronde consider, & a vestigatore præparato vase reconditur. *Sen. 3. de benef. c. 27.* Quod factum simul & Maro ex noris illius temporis vestigatoribus notavit.

Vestigium, ii, n. *vestigio, pedata*, עקב, מרגל, Ger. *fusstritt*, Gall. *trace, marque du pied*, Hisp. *pisada, rastro*, ἴχνος, ποδὸς, pedis impressio, ideft fignum, quod a pede relinquitur. Videtur esse a *vestio*. Nam olim omnes longis uresbantur vestibus, eoque non modo pedum, sed vestis etiam indicium relinquebatur ab incedentibus. *Plaut. Cist. 4. 2. 29.* Sed is hac, aut hac, foeii video vestigiam in pulvere. *Cic. 3. Phil. c. 12.* Quas fecit strages, ubicunque posuit vestigia? *Auct. ad Herenn. l. 3. c. 15.* Stare in vestigio, *non mutare sito solpieda*. *Cic. pro Cæc. c. 14.* Facere vestigium in possessionem. *h. e.* ingredi. *Id. 1. de Or. c. 25.* Perfequi alicujus vestigia, *seguire le sue pedate*, & translate *imitare*. *Id. de clar. Orat. c. 90.* Ipsius vestigiis perfequi aliquem, eodem sensu. Sic, alicujus vestigiis ingredi, *h. e.* eo modo procedere, quo ipse & translate imitari, apud *Cic. in Somn. Scip.* ¶ Metonymice ponitur pro ima parte pedis. *Virg. 5. Æn. v. 566.* Vestigia primi Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam. *Cic. 4. Acad. c. 39.* Qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis. *Cic. 6. Verr. c. 14.* Leviter presso vestigio aliquem perfequi, *camminando in punta di piede*. ¶ Item pro solea ferrea equi, *Plin. l. 28. c. 20.* Vestigium equi excussum ungula, ut solet plerumque, siquis calleeum, reponat, singulos remedium esse recordantibus, quoriam loco id reposuerunt. ¶ Per Synecdochen usurpatur pro quacunque impressione corporis, vel partis corporis. *Cic. 5. Verr.* Præsertim cum in lectulo deciumana mulieris vestigia viderent accentia. *Id. 3. de Or. c. 2.* Post ejus interitum vesiebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum insmisset, contuerermur. ¶ Per Metaphoram ponitur pro quocunque rei gestæ monumento, indicio, signo. *Cic. pro Font. c. 1.* Unæ tabulæ proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fontejo datam. *Id. pro Mur. c. 9.* Relinquere vestigium avaritiæ. *Id. pro R. Amer. c. 22.* Extant vestigia scelteris. ¶ Item pro momento, seu puncto temporis, translatione sumpta a vestigium facientis celeritate, quod scilicet nihil pene citius fiat, quam vestigium. *Cæs. l. 1. B. C. c. 26.* Eodemque tempore vis magna pulveris cernebatur, & vestigio temporis primum agmen erat in conspectu. *Cic. in Pison.* Eodem in templo, eodem & loci vestigio, & tempore. ¶ Hinc *e vestigio*, est confestim, extemplo, maxima celeritate. *Cic. 1. Verr.* Repente e vestigio ex homine tanquam aliquo Circæo poculo factus est verres. *Servius Cic. l. 4. Fam.* E vestigio eo fum profectus prima luce.

Vestigo, as, a. 1. *investigare, cercare*, חקר, Ger. *nachsuchen*, Gall. *tracer*, Hisp. *buscchar*, ἰχνεύω, est quasi per vestigia inquirere. *Virg. 6. Æn.* Ergo alte vestiga oculis, & rite repertum Carpe manu. *Cic. post red. in Sen. c. 6.* Hi voluptates omnes vestigant, atque odorantur. *Id. 2. de Or. c. 39.* Nam & conjuncta quærenus, & causas rerum vestigabimus. ¶ Item invenire, *trovare*. *Liv. l. 31. c. 19.* Fugitivos, quos inquirendo vestigare poruerint, reddidisse.

Vestimentum, i, n. *vestimento*, בגד, ἔνδυμα, idem ac vestis. *Cic. pro Mil. c. 10.* Milo autem, cum in Senatu fuisset eo die, quoad Senatus dimissus est, domum venit, calceos, & vestimenta mutavit. *Hor. l. 1. ep. 18.* Vestimenta dabat pretiosa, &c.

Vestini, m. a. Οὐεστῖνοι, pop. Italiæ sub Samnitibus; a Sept. Matrino fl. divisi a Piceno, a Mer. Aterno fl. a Peligais, & Marrucinis, ab occ. eodem Aterno a Marsis, ab Or. Supero mari irrigati, ubi hodie pars Aprutii ult. inter fl. Aternum, & fl. *Piomba*. Eorum caput fuit Aquila, cæteræ urbes numerantur Amiternum, Aternum, & Pinna. Apud hos laudatissimi siebant casei. *Plin. l. 3. c. 5.*

Vestinus, a, um, quod ad Vestinos spectat. *Martial. l. 13. ep. 28. de caseo.* Hæc tibi Vestino de grege massa venit.

Vestio, is, ivi, itum, a. 4. *vestire*, לבש, Germ. *bekleyden*, Gall. *habiller*, Hisp. *vestir*, ἱματίζω, ἐνδύω, veste induo. Usurpatur vel cum nom. & acc. *Terent. Heaut. 1. 1.* Ancillæ tot me vestiant? *Cic. pro R. Am. c. 50.* Quasi vero nescias, hunc ali, & vestiri a Cæcilia. ¶ Vel etiam cum abl. sine præp. *Cic. 2. de nat. Deor.* Quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, &c. ¶ Sæpe translate sumitur pro velare, ornare, munire quacumque re. *Cic. 6. Verr. c. 55.* His autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur. *Id. in Brut.* Reconditas, exquisitasque sententias mollis, & pellucens vestiebat oratio. *Liv. l. 32.* Ipsi montes Epiri vestiri frequentibus sylvis sunt. *Col. l. 8. c. 5.* Per vicenos undique pedes gramine ripæ vestiantur.

Vestiplica, æ, f. ancilla, quæ vestes plicat & fervat. *Quintil. declam. 363.* Vestiplicam dominæ habitu misit. *Et rursus.* Adulter cum uxore locutus per vestiplicam.

Vestiplicus, ci, m. famulus, qui vestes plicat, & custodit. *Inscrip.* apud *Reines. classs. 1. n. 64.* & *classs. 11. n. 90.*

Vestis, is, f. *veste*, בגד, ἔσθης, ἔσθημα, ἱμάτιον, περιβολὴ, id, quo corpus tegimus. Et est generale nomen, quodvis significans indumentum, tam virile, quam muliebre, quo continentur omnia lanea, linea, serica, bombycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, insternendi, accubandique causa apparata sunt, & quæ accessionis jure cedunt, quæ sunt institæ, picturæ, clavique, quæ vestibus insuuntur. *Cic. 7. Verr. c. 56.* Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, rhus alii, atque odores, vestemque lineam, gemmas alii, & margaritas. *Id. 2. Phil. c. 27.* Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa, & laura fuppellex, & magnifica multis in locis. *Virg. 9. Æn.* Dives equum, dives picta vestis, & auri. Servus a *veste*, & *ad vestem*, inter officia domus Augustæ, est qui vestem principis curat. *Inscript.* apud *Gruter. pag. 578. n. 2. 4. & 7.* ¶ Sumitur etiam pro barba, & pro lanugine, quæ malas, & inguina vestit. *Virg. 8. Æn. v. 659. de Gallis*: Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis. Ubi vestem de barba dici, cum *Nonius* innuit, tum *Servius* clare docet. *Lucret. l. 5. v. 672.* Nec minus in certo dentes cadere imperat ætas Tempore, & impubem molli pubescere veste. h. e. pube, lanugine. *Id. l. 3. v. 386.* Vestis aranеæ, *tela di ragno*.

* Vestispex. V. Voces sequentes.

Vestispica, æ, f. ἱματιοφυλακὴ, ancilla, quæ custodit vestes. *Afran. apud Non. c. 1. n. 41.* Novi non insciam ancillulam vespere, & vestispicam. Adde *Paul. Dig. l. 33. tit. 7. leg. 18. in fin.*

Vestispicus, ci, m. ἱματιοφύλαξ, servus custodiens vestes, a *vestis*, & *specio*, quod frequenti diligentia vestes inspiciat. *Plaut. Trin. 2. 1. 12.* Ducitur familia tota, vestispici, unctor, auri custos. Alii leg. *vestispica*, a fœminino, *vestispica*.

Vestitor, oris, m. qui facit vestes, sartor. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 41.* Dignitates accipernt fullones, & vestitores.

* **Vestitrahus**, i, m. ἑλκεσίπεπλος, vestes trahens. *Laber.* ap. *Tertull. de Pall. c. 1. de ariete*, Reciprocicornem, lanicutem, vestitrahum. Ita leg. *Scalig.* ¶ sed legendum *vestitrahum*, testiculos trahentem.

* **Vestiturae** basium, sunt anaglypha earum & sculpturæ, ap. *Gruter. p. 98. n. 8.*

Vestitus, us, m. *vestimenta, veste*, בגדים, ἱματισμὸς, σκολασμὸς, ἔσθης, vestimentum, vestis. *Cic. Arr. l. 1. ep. 10.* Vir indutus muliebri vestitu. *Ter. Adel. 1. 1. 38.* Vestitu nimio indulgere, *spender troppo in vestiti*, ubi *vestitus* est pro *vestitui*. ¶ Sæpe translate usurpatur pro integumento. *Cic. 2. de nat. Deor.* Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissimos. ¶ Item pro ornamento. *Cic. de Cl. Or.* Coneinnitas illa, crebritasque sententiarum pristina manebat, sed ea vestitu illo orationis, quo consueverat, ornata non erat.

Vestitus, a, um, nom. particip. *vestito*, indutus. *Nepos in Cim. c. 4.* Cum aliquem videret minus bene vestitum. ¶ Translate est tectus, ornatus. *Liv. l. 32. c. 13.* Montes vestiti silvis. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39.* Terra vestita floribus, arboribus, frugibus. *Col. l. 7. c. 3.* Id pecus quamvis ex omnibus animalibus vestitissimum est, frigoris tamen impatientissimum est.

Vestras, atis, o. g. quod spectat ad vestram gentem, patriam, fectam, &c. ab antiquo *vestratis*, quod a *vos*, ut cujas, Arpinas, Sarsinas, ex *cujatis*, *Arpinatis*, *Sarsinatis*. *Prisc ian. l. 17.*

Vesulus, i, m. *Monviso*, Βέσουλος, mons Liguriæ, pars Alpium Cottiarum, inter Galliam, & Italiam, seu inter Marchionatum Salutiarum ad Or. & Delphinatum ad Occ. In ejus jugo planities est, unde Padus, & Druentia fl. manant. *Virg. 10. Æn. v. 708.* Ac velut ille canum morsu de montibus altis Actus aper, multos Vesulus quos pinifer anuos Defendit.

Vesvius, Vesbius, a, um, idem ac Vesuvinus, Poerice. *Colum. l. 10. v. 133.* Fontibus & Stabiæ celebres, & Vesvia rura.

Vesuvinus, Vesvinus, & Vesbinus, o, um, quod ad Vesuvium spectat. *Stat. l. 2 sil. 6. v. 69.* Ructassent dites Vesuvina incendia Locros.

Vesuvius, ii, m. Poetis etiam Vesevus, & Vesvius, *Monte di Somma*, Θεσβίος, Βέσβος, mons Campaniæ, in prov. Terræ Laboris, ignivomus, agros habens miræ fertilitatis, præterquam in solo cacumine, ubi planitiem habet magnam miræ fertilitatis, præterquam in solo cacumine, ubi planitiem habet magnam ramosus, nunc omni ex parte incultus, propret crebra incendia. Conflat, hunc montem olim æquis arsisse, nunquam tamen vehementius, quam imperante Tito, quo tempore crumpens ex eo ignis vicinas regiones latissime populatus est. Anno etiam 1632. sic æstuavit, ut calamitatem ultimam Neapolis expectaverit. Anno etiam postea pluries accidit, sed minore impetu. De ejus variis interdum scripsit Recupitus. Dicitur Plinium Naturalis Historiæ scriptorem, qui eodem scripsit Recupitus. Dicitur Plinium Naturalis Historiæ scriptorem, qui eodem tempore cupiditate eo se contulerat, fumo, flammisque enecaville; qua de re vide epistolam Plinii junioris ad Cornelium Tacitum, quæ Naturali Historiæ est præfixa. *Martial. l. 4. ep. 44.* Hic est pampineis viridis Vesuvius umbris. *Valer. Flac. l. 3. v. 209.* Vesvius attonitas acer cum fuscitat urbes.

Veter, eris, m. *vecchio, antico*, יָשָׁן, קַדְמֹנִי, עַתִּיק, γηραιὸς, παλαιὸς, ἀρχαῖος, senex, verustus. *Ennius apud Priscian. l. 3.* Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo. ¶ Comp. *veterior*, sup. *veterrimus*. *Plaut. Bacch. 5. 2. 31.* Senem illum ego tibi dedo veteriorem, lepide ut lenirum reddas. *Virg. 3. Æn. v. 513.* Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus. *Cic. de Am.* Veterrima *Æn. v. 513.* Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus. *Cic. de Am.* Veterrima *Ann. c. 31.* Arfacem liberosum suorum veterrimum imposuit, *i. e.* maximum natu. ¶ V. *Vetus*.

Vete-

Veteramentarius, a, um, ut veteramentarius sutor, *ciabattino, ciabattiere, scarpinello*, παλαιμβατικὸς βάτης, calceasius, qui veteres calceos reficit, a *vetus*, ea forma, qua ab armento *armentarius*, a ferramento *ferramentarius*. *Suet. in Vitell. c. 2.* Cassius Severus, nec magus alii, eundem & furorem veteramentarium prodiderunt.

Veterānum, i, n. apotheca, horreum, sive locus, ubi quid in vetustatem reponitur, ac servatur. *Senec. epist. 114.* Aspice veteraua nostra, & plena multorum sæculorum vindemiis horrea. *Lipsius* hoc loco notat, etiam veterem Horatii scholiastem eo verbo usum esse, Plerique tamen in verbis Senecæ legunt *veteraria*.

Veterānus, a, um, *veterano, vecchio*, זקן, πρεσβύης, vetus, vetustus, antiquus, a *vetus*. Veterani milites, πολεμοσρατιῶται, sunt qui legitima stipendia vel omnia, vel certe plurima confecerant. *Sigon. de ant. jure C. R. 11. c. 15. Budæus in l. de asse*, ex auctoritate *Taciti* ostendit, eos proprie dictos esse veteranos, qui stipendia quidem legitima confecerant, adhuc tamen sub vexillo continebantur, quoad militiæ præmia, coloniasque acciperent, ab omni interim onere immunes, præterquam propulsandi hostis. V. *Stipendium*. Iis opponuntur tirones. Nam tirones sunt qui nuper militare cœperunt, veterani, qui multis annis stipendia fecerunt, & diuturno usu in re militari sunt exercitati. *Cæs. lib. 1. Bell. Gall.* Ipse in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quatuor veteranorum. *Cic. 3. Phil. c. 2.* Comparare firmissimum exercitum invicto genere veteranorum militum. *Lucan. l. 3. v. 345.* Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quæ nostet veteranus arat? ¶ Tribuitur *veteranus* etiam aliis rebus, ut veterana vitis. *Columell. l. 3. c. 15.* Veteranum pecus. *Id. l. 6. c. 2.* Veteranus hostis. *Liv. lib. 21. c. 16.* Sic veterana mancipia dicuntur a *Mariano l. ult. Dig. de Public. & vectig.* quæ anno continuo in urbe servierunt, sicut novitia quæ annum servituris nondum compleverunt.

Veterarium, ii, n. locus in quo quid reponitur servandi causa. V. *Veteranum*.

Veterasco, is, veteravi, n. 3. *invecchiarsi, invecchiare*, בלה, παλαιόομαι, verus fio, vetustatem contraho. *Colum. l. 2. c. 15.* Aptior est tamen furculis hominis urina, quam sex mensibus passus fueris vererascere, si vitibus, aut pomorum arboribus adhibeas. *Cel. lib. 3. c. 13. de febribus*: in accessionum, & decessionum vicibus, ubi veteravernnt. *Cic. in fragment. epist. apud Non. c. 5. n. 63.* Veterascens ad gloriam.

Veterator, oris, m. *astuto, pratico*, עָרוּם, πολυμηχάνων, πανοῦργος, ἀπατεὼν, qui in aliqua re callidus est, a *vetus*, quasi vetus in arturia, ut scribunt *Festus*, & *Donatus*, nempe a multarum rerum gerendarum vetustate; & usurpatur tam in bonam, quam in malam partem. *Terent. Andr. 2. 6. 26.* Quid hic vult veterator sibi? *Cic. 2. Fin.* Acurum, versurum, veteratorem, facile ut excogitet, quomodo occulte sine teste, sine ullo conscio fallat. *Gell. l. 3. cap. 1.* Videbatur esse in literis veterator. *Id. lib. 1. cap. 7. Rursus Cic. de clar. Orat. c. 48.* Ejus æqualis P. Cethegus in causis publicis nihil, in privatis satis veterator habebatur. ¶ Speciatim veterator dicitur de servo, qui diuturna servitute, ac fæpius fortasiis commutata, astutus, ac vafer evasit. Itaque veteratores, & novitii opponuntur, ut ostendunt verba Venuleji *l. ult. Dig. de Ædil. edict.* Servum tam veteratorem, quam novitium dici posse: novitium autem non tirocinio animi, sed conditione servitutis intelligi, ac veteratorem item non sparjo annorum, sed genere, & causa æstimandum. Hoc genus servorum olim minore erat in pretio, quam novitiorum. Unde ab Ædilibus præceptum erat, ne veterator pro novitio veniret, *Ulp. l. præcipiunt, ff. de Ædil. ed.* Præcipiunt Ædiles, ne veterator pro novitio veneat.

Veteratorie, adv. *astutamente*, πανούργως, astute, callide. *Cic. in Or. c. 28.* Ille enim summissus, quod acute, & veteratorie dicit, &c.

Veteratorius, a, um, *astuto*, πανοῦργικὸς, subdolus, astutus, vafer. *Cic. 3. Verr. c. 54.* Nihil ab isto testum, nihil veteratorium expectaveritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur.

Veterātrix, icis, f. *astuta*, πανοῦργος, fœmina in astutiis & fraudibus exercitatissima. *Apul. l. 9. Metam.* Veteratrix quædam fœmina, quæ devotionibus & maleficiis quidvis efficere posse credebatur.

Veterātus, a, um, *invecchiato, vecchio*, ut veteratus caseus, apud *Scribon. Larg. compos.* 140.

Veterēs. V. Vetus.

* **Veterētum**, *Colum l. 2. c. 10.* & alibi, pro *vervactum* est in quibusdam antiquis libris optime notæ, h. e. terra vadis & jamdiu inculta, q. ager veterascens.

Veterinarius, ii, m. *verterario*, שומר בהמות, κτηνοτρόφος, qui veterinorum curam gerit, & veterina ducit, qui consuevit etiam illa locanda domi nutricare ad quæstum, unde equos, mulos, asinos meritorios vocamus. *Col. l. 11. c. 1.* Arator repetitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fœni sector, nec minus arborator, & vinitor, tum etiam veterinarius, & probus pastor. ¶ Veterinarii item médici sunt veterinorum, *manischalchi, l'maniscalco*, *Col. l. 6. c. 8.* Solent etiam fastidia cibo afferre vitiosa incrementa linguæ, quas ranas veterinarii vocant.

Veterinarius, a, um, κτηνιατρικὸς, quod ad veterinarium, vel ad veterina spectat, ut Veterinaria medicina, quæ & mulomedicina, ac Græcis ἱππιατρικὴ vocatur. *Col. l. 7. c. 3.* Quare veterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister.

Veterinus, a, um, adject. *da vettura, da portare*, a veho, quasi *vehterinus*, ut veterinum animal, κτήνος, quod ad vecturam idoneum est, ut equi, muli, asini. *Plin. l. 11. c. 46.* Ungulæ veterino tantum generi renascuntur. *Lucret. l. 5. v. 888.* Veterinum semen equorum.

Veternosītas, atis, f. veremi vitium, seu morbus, *Fulgent. l. 3. Mythol. c. 4.* torpidæ veternositatis senio algere.

Veternōsus, a, um, *letargico*, גרם, λιθαργικὸς, qui veterno, seu lethargo laborat. *Plin. l. 20. c. 4.* Livori vero recenti corticem cum melle, veternosis autem quam acerrimos mandere. ¶ Per translationem sumitur pro summe lento, ac segni. *Ter. Eun. 4. 4. 21.* Hic est vetus, vietus, veternosus senex. Quo in loco *Terentius* vocat *veternosum*, quod tardus esset, & segnis, ac si veternum pateretur. *Senec. epist. 82.* Ego non redigo ista ad legem dialecticam, & ad illos artificii veternosissimi modos. i. e. admodum languidi, & nihil conficientis. ¶ Item pro hydropico. *Festus*: Cato veternosum hydropicum intelligi voluit, cum air; Veternosus quam plurimum bibit, tam maxime sitit.

Veternus, i, masc. *letargo*, תרדמה, λήθαργος, κῶφορος, morbus ex iis, qui cerebrum infestant, qui memoriam simul, & rationem tollit, inevitabilemque dormiendi necessitatem inducit. Est a *vetus*, juxta *Priscianum in fine lib. 2. & Donat. in Terent. Eun. 4. 4. 21.* quia labes est inveterata. *Plaut. Men. 5. 4. 3.* Num eum veternus, aut aqua intercus tenet? ¶ Quandoque pro nimia dormitione accipitur. *Plin. l. 8. c. 36.* Primis diebus bis septenis tam gravi somno urfi promuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pinguescunt. ¶ Et quia hic morbus pigros homines facit, & ad negotia inutiles, quemadmodum senectus, ideo veternus quandoque pro pigritia, socordia, ignavia ponitur. *Virg. 1. Geor.* Nec torpere gravi passus sua regna veterno. *Col. Cic. l. 8. Fam. ep. 6.* Nisi ego cum tabernariis, & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupasset. *Cic. 2. Fam. ep. 13.* Erat in illa epistola veternus civitatis.

Vetĕro, V. Veterasco.

Vetĭtum, i, n. *cosa proibita*, κωλυθὲν, id quod prohibetur. *Virg. 10. Æn.* Quæ contra veritum discordia? *Ovid. l. 3. Amor. el. 4.* Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Vetĭtus, a, um, *vietato, proibito*, κεκωλυμένος, partic. a vetor. *Virg. 6. Æn.* Hic chalamum inrasit natæ, veritosque hymenæos. *Hor. l. 1. ode 3.* Audax omnia perpeti Gens humana ruit per vetitum nefas.

Veto, as, tui, itum, a. 1. *vietare, proibire*, מנע, כלא, אסר, Ger. *verbieten*, Gall. *defendre*, Hisp. *vedar*, κωλύω, παραγγέλλω, prohibeo, impero, ne quid fiat. Antiqui pro eo *voto* dixere. Unde *vetitæ* pro *vetita*, apud *Plaut. Asin. 4. 1. 44.* *Cornutus apud Cassiod. de Orthogr.* Vostra olim ita per o, hodie per e, ut advorsum, adversum, pervorsum, perversum, votare, vetare. ¶ Differunt inter se, ut aliqui dicunt, *arcere, prohibere, inhibere, abigere, & vetare*. Nam *arcere* est procul pulsare, vel obsistere, ne adversarius nocere prope queat. *Prohibere* est de loco, vel de re aliqua detrudere, vel amovere dicto sive facto, ne quis obtineat, quod vult. *Inhibere* est aliquid concessum, vel permissum revocare, vel incepeum verare, ne progrediatur. *Abigere* est de loco fugare, vel pecora, & hujusmodi abducere. *Vetare* est præcipere, vel minari, vel fasto prohibere, nequid secus dicatur, aut fiat. Construitur cum accusativo personæ, & cum infinitivo. *Ter. Phor. 4. 4. 28.* Aruspex vetuit ante brumam aliquid novi negotii incipere. *Cic. 5. Ver.* Vetat te Volcatius mentionem mancipii facere. *Id. de Amic. c. 22.* Acta agimus, quod vetamur veteri proverbio. *Virg. 1. Æn. v. 39.* Quippe vetor fatis. *Horat. l. 1. sat. 1. v. 24.* Ridentem dicere verum Quid vetat? Et cum conjunctivo. *Pers. sat. 1. v. 112.* Vero, quisquam faxit oletum. ¶ Reperitur etiam præterium *vetavi*. *Pers. sat. 5. v. 90.* Excepto si quid Masuri rubrica vetavit. *Plancus* apud *Cicer. famil. 10. 23.* Legatos Lepidi venire vetaveram. ¶ Est verbum solemne Tribunorum pl. in intercessionibus adhibitum. V. *Brissonium*.

Vetŭriones, m. 3. Vetionenses, pop. Umbriæ, quorum opp. *Bittonæ*. *Pl. l. 3. c. 14.*

Vetrones. V. Vectones.

Vettonica. V. Betonica.

Vetŭla, æ, f. *vecchiezza*, זקנה, γῆρας, γρᾶυς, γραιδίον, anicula, dim. a Vetus. *Plaut. Most. 1. 1. 118.* Vetulæ edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. *Juvenal. sat. 6.* Utile porro Filiolam turpi vetulæ producere turpem.

Vetŭlonia, æ, f. *Vetulia*, οὐετολώνιον, opp. olim Hetruriæ, apud Popuionium, caput cæterarum urbium, cum Mœonii Hetruriam obtinerent, ubi fylva Vetulonia, nunc *Selva Veglesta*. *Sil. l. 8. v. 484.* Mœoniaque decus quondam Vetulonia genris Bis senos hæc prima dedit præcedere fasces.

Vetulonienses, m. 3. cives Vetuloniæ urbis. *Plin. l. 3. c. 5.*

Vetulonii, orum, m. iidem qui Vetulonienses. *Pl. l. 2. c. 103.*

Vetŭlus, i, m. *vecchietto*, γεροντίον, dimin. a vetus pro sene. *Plaut. Epid. 2. 2. 4.* Quales volo vetulos duos. *Cic. l. 7. Fam. ep. 16.* Tu tamen, mi vetule, non sero, primum quia illas rabiosulas fat fatuas dedisti, &c.

Vetŭlus, a, um, *alquanto vecchio*, subvetustus, subantiquus. *Cic. Attic. l. 13. ep. 29.* Se scire ajebat, ab eo nuper petitam Cornificiam Quinti filiam, vetulam sane, & multarum nuptiarum. *Id. de Am. c. 19.* Num quando amici digni amicitia veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus. *Casul. carm. 24. (al. 27.)* Minister vetuli puer Falerni.

Vetus, eris, o. g. *vecchio, antico*, יָשָׁן, עַתִּיק, קַדְמֹן, Ger. *alt*, Gal. *vieil*, *ancien*, Hisp. *viejo, ynpuejo*, πάλαιος, ἀρχαῖος, antiquus, priscus, multi temporis. *Ter. Adel. 5. 3. 17.* Nam vetus verbum hoc quidem est, Communja esse amicorum inter se omnia. *Cic. de Univ. c. 11.* Credendum nimirum est veteribus, & priscis, ut ajunt, viris, quise progeniem Deorum esse dicebant. *Plaut. Trucul. 2. 2. 50.* Vetus est maceria. *Id. Pseud. 2. 3. 129.* Vetera varicinari, h. e. frivola, trita, *cose rancide*. ¶ Jungitur aliquando cum genitivo. *Silius l. 4. v. 532.* gnaros belli, veteresque laborum, *vecchi, ed assuefatti nelle fatiche*. *Tacit. h. Annal. 44.* Senfit vetus regnandi, falsos in amore odia non fingere. ¶ *Id.

alæ dicuntur ab eo, quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant aciem, quæ nunc vexillationes vocantur, a velo, quia velis, hoc est flammulis utuntur. *Suet. in Galba c.20.* Illud mirum admodum fuerit, neque præsentium quenquam opem Imperatori ferre conatum, & omnes, qui accesserentur, sprevisse nuntium, excepta Germanicorum vexillatione.

Vexillifer, a, um, adject. vexillum ferens. *Prudent. in Ptychom. v. 129.* Hunc vexilliferæ quoniam fors obtulit ictum. De fobrietate loquitur.

Vexillum, i, *n. bandiera*, דֶּגֶל, נֵס, Ger. *feldzeichen, banier, fahne*, Gal. *banniere, enseigne*, Hisp. *vandera*, σημεῖον, signum militare. *Tacit. 1. Ann. c. 20.* Manipuli postquam turbatum in castris accepere, vexilla convellunt. *Flor. l.3. c.20.* Servis ad vexillum vocatis. h. e. ut nomina militiæ darent. ¶ Submittere vexilla, *abbassar l'insegne*. Translate *Stat. l.4. silv.2. v.41.* Submittere vexilla fortunæ suæ. h. e. humiliter se gerere, de majestate sua aliquid demere civilitatis causa. Ducta est translatio a militia, in qua victi vexilla sua ante victores demittere solent. ¶ Per antonomasiam vexillum dicitur velum illud, quod imperator proponi jubet, cum certaminis tempus imminet. *Cæs. l.2. B.G. c.20.* Cæsari omnia uno tempore erant agenda, vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret, signum tuba dandum, ab opere revocandi milites, &c. *Hirt. de Bello Hisp. c.28.* Renuntiatum est ab speculatoribus, Pompejum in acie stetisse; hoc nuncio allato, vexillum proposuit. *Id. de B. Alex. c.45.* Vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum. ¶ Præterea vexillum ponitur interdum pro manu militum sub uno vexillo, *squadra*. *Stat. l. 12. Theb. v. 782.* Accedunt utrinque pio vexilla tumultu, Permiscentque manus. ¶ Et speciatim pro manu vexillariorum. *Tacit. 1. Hist. c.70.* Præmissis Gallorum, Lusitanorum, Britannorumque cohortibus, & Germanorum vexillis. V. *Vexillarius*.

Vexo, as, a. 1. *molestare, infestare, affliggere*, עָנָה, אָבָא, עָצַב, Ger. *plagen, betrüben*, Gal. *vexer, tourmenter*, Hisp. *enojar*, ἐνοχλέω, κακόω, molesto, perturbo, infesto. *Sorvius ad illud Maronis Ecl. 6. Dulichias vexasse rates:* Propbus, inquit, vult hac ratione defendere, dicens vexasse venire ab eo, quod est veho, vecto, vexo, ut vexasse sit portasse, & sine dubio pro arbitrio suo e verrisse. Non enim sui potens est, qui vehitur. Bene ergo inclinatum verbum est. Nam qui ferrur, & raptatur, & huc, atque illuc distrahitur, vexari proprie dicitur. Hæc. *Servius*, cui assentitur *Gell. l.4. c.6.* & *Macrob. l.6. Saturn. c. 7. Cic.2. Verr. de Sicilia*. Quam iste per triennium ita vexavit, ac perdidit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. *Id. pro Flac. c.20.* Splendidissimum, atque ornatissimum civitatis suæ probris omnibus, maledictisque vexat, ¶ Dicitur etiam de animo, pro jactare, distorquere. *Cic. pro Dom.* Quæ te tanta pœna tnorum scelerum, flagitiorumque vexet. *Sallust. in Catil.* At me honoris cupido eadem, quæ cæteros, fama atque invidia vexabant.

U A N T E F.

Ufens, sive Oufens, entis, m. l' *Aufente*, *il Portatore*, *Baldino*, *Baudino*, fl. Latii, qui nascitur ad diversorium vulgo *Case Nove* a M. F. ab Setia, in Campania Romana, & juxta Privernum fluit, marique Tyrrheno excipitur apud Terracinam urb. *Virg. Æn. 7. v. 802.*

Ufentinus, five Oufentinus, a, um, quod ad Ufentem fl. spectat, ut Tribus Ufentina. *Festus*: Oufentina Tribus initio causa fuit nomen fluminis Oufens, quod est in agro Privernate inter mare, & Terracinam. Postea deinde a Censoribus aiii quoque diversarum civitatum eidem Tribui sunt adscripti. ¶ Tribus Ufentina addita est una cum Falerina, anno U. C. 435. M. Fossio Flaccatore, L. Flaurio Yenno Coss. *Liv. l. 9. c. 20.*

V A N T E I.

Via, æ, f. *via, strada*, דֶּרֶךְ, מְשׁוּעָל, אֹרַח, תֵּילִיכָה, נְתִיבָה, Ger. *weg, strassen*, Gal. *voye, chemin*, His. *camino, calle*, ὁδός, locus, qua vehiculum ire potest; ita dicta a vehendo, quasi *vehia*. *Varr. l.1. R. R. c.2.* Villicus agri colendi causa constituitus, atque appellatus a villa, villa ab eo, quod in eam convehuntur fructus, & evehuntur, cum veneunt. A quo rustici etiam nunc quoque viam, veham appellant, propter vecturas. *Id. l.4. de L. L.* Ut quo ageoant, actus, sic qua vehebant, viæ dictæ. ¶ Differunt *iter, actus, via*, quod *iter* hominis est, *actus* hominis, & jumenti, *via* hominis, jumenti, & vehiculi. Unde consequitur, iter esse angustius actu, actum via. Nam angustiore spatio it homo, quam armentum, ac armentum angustius spatium requirit, quam vehiculum, iter duorum pedum latitudine definitur, quantum requiritur, ut transire possint occurrentes: actus est iter quatuor pedes latum, ut *Festus* scribit in voce *Actus*. At viæ latitudo lege XII. Tab. in porrectum pedes habet octo, in anfractuum, idest ubi flexum est, pedes duodecim. Hæc trium harumce vocum proprietas est, quando de servitute agrorum loquimur. Nam alias via accipitur pro quovis loco, per quem ire omnibus licet. Nativam vocum vim spectavit quoque *Pomponius*, cum in *l. si tam, 13. ff. de servit.* ait: Si tam angusti loci demonstratione facta, via concessa fuerit, ut neque vehiculum, neque jumentum ea inire possit, iter magis, quam via est, aut actus acquisitus videbitur. Sed si jumentum ea duci potetit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquisitus. Ad quem locum provocamus, si quis nobis opponere velit verba *Ulpiani*, qui *l. 1. de servit. rust.* ait, Actus est jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. Ubi, si proprietatem vocis spectasset, scribere debuisset: Actus est jus agendi jumentum, non etiam vehiculum. Sed popularem loquendi consuetudinem, non nativam vocabuli vim, spectavit *Ulpianus*: uti & *Paulus*, cum *l. 7. tit. eod.* ait: Qui actum habet, & plaustrum ducere, & jumenta agere potest: item *Modestinus*, *l. 12.* Actus est, ubi & armenta trajicere, & vehiculum ducere liceat. Qua ratione nihil inter viam, actumque interesset, quia utrumque tum agendi pecoris, tum vehiculi ducendi jus contineret. ¶ Ceterum frequentissime via latiore significatione usurpatur pro quovis loco, per quem ire licet, ut dictum est. *Ter. Eun. 3. 2.* Haud convenit una ire amicam cum Imperatore in via. *Cic.12. Phil.* Tres ergo viæ, a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. *Hor. l.1. sat.9.* Ibam forte via sacra, sicut meus est mos. (V. *Sacer.*) *Tac. l.3. hist. c.82.* Per angusta, & lubrica viarum flexerant. ¶ *Via inepta*, aut *asterrima* est difficilis, salebrosa, *strada cattiva*. *Cic. Att. l.9. ep.11.* Curiate huc illuc via deterrima. *Id. ib. l. 16. ep. 15.* Longulum sane iter, & via inepta. ¶ Dare se in viam, *mettersi in viaggio*. *Id. l. 14. Fam. ep. 12.* Sic committere se viæ, eodem sensu. *Id. ib. ep. 4.* ¶ Dare viam alicui per fundum suum. *Id. pro Cæc. c.10. lasciarlo passare, dargli strada*. ¶ *Decedere de via*, est aberrare, *fallar la strada*. *Sueton. in Cæs. c.31.* Et cum luminibus exstinctis deceffisset via, diu errabundus &c. ¶ Translate *Cic. pro Cal. c.16.* Se nulla cupiditate inductum de via decessisse. *h. e.* ab honestatis, & virtutis tramite declinasse. ¶ Præterea *decedere de via* est alicui obviam venienti honoris causa locum dare, *dar la strada*. *Sueton. in Tiber. c. 32.* Cum palam esset, ipsum quoque eis assurgere, & decedere via. Hoc sensu *Seneca ep.64.* dixit *semita cedere*. ¶ *Toto errare via* est vehementer errare, *errare di gran lunga*. *Ter. Eun. 2. 2. 14.* ¶ Viarum aliæ privatæ sunt, aliæ publicæ, aliæ vicinales. Et privatæ quidem sunt; quæ per privatos agros ducuntur; publicæ vero, per quas omnibus, & in quemcunque publicum locum ire licet; quæ sunt in solo publico, publice muniuntur, & curatores habent. *Vicinales* sunt, quæ per vicos, aut in vicos ferunt, quæ & ipsæ publicæ sunt, si non ex collatione privatorum sunt constitutæ; nam si ex privatorum collatione reficiantur, utique sunt privatæ, ut docet *Ulpian. l.2. ff. ne quis in loc. vel init. publ.* ¶ Publicæ viæ nunc *Militares*, nunc *Consulares*, nunc *Prætoriæ* vocantur, Græcis βασιλικαὶ, *strade regie, strade maestre*; & a publica auctoritate, & usu nomen sortiuntur. *Ulpian. loc. cit.* Publicas vias dicimus, quas Græce βασιλικὰς, nostri Prætorias, alii Consulares vias appellant. *Id. leg. 3. ff. de loc. & itin. public.* Viæ militares exitum ad mare, aut in urbes, aut ad flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: vicinalium autem viarum dissimilis est conditio, nam pars earum in militares vias exitum habet, pars sine ullo exitu intermoritur. Hæc *Ulpian.* Cæterum quod ad alias appellationes pertinet, viæ hæ publicæ dictæ sunt etiam *Consulares*, & *Prætoriæ* ad significandum publicum earum usum. ¶ Viæ publicæ a Romanis admirabili magnificentia *non* in Urbe solum, sed etiam tota Italia factæ, & stratæ fuerunt: iisque faciendis, vel reficiendis primarii cives præpositi erant, & primo quidem Censores, deinde proprii Magistratus, qui *viarum Curandarum*, & *Curatores viarum* vocabantur. In viis constitutæ fuere columnæ lapideæ, quæ milliariorum signa erant. V. *Lapis*. Nomina viarum a variis casibus imposita sunt: aliæ enim ab auctoribus appellatæ sunt, ut *Flaminia* a C. Flaminio Cons. stratæ, aliæ ab urbibus, ad quas ferebant, ut *Collatina*; aliæ a Provinciis, ut *Campana*; aliæ a diversis eventibus, ut *Triumphalis, Fornicata*, &c. ¶ Metonymice via fumitur pro ipso actu eundi, *viaggio*. *Cic. 1. Phil.* De via languere, *essere stanco dal viaggio*. *Id. 1. Div.* Multorum dierum viam progredi, *far' un viaggio di molte giornate*. *Id. pro Planc.* Pergere aliquot dierum viam. *Id. Fam. 14. ep. 12.* Dare se in viam, *mettersi in viaggio*. ¶ *Inter vias* idem est ac in via, eundo, *per istrada*. *Plaute Pœn. 5. 3. 43.* Ne inter vias præterbitamus, metuo. *Ter. Eun. 4. 2. 1.* Cœpi mecum inter vias aliam rem ex alia cogitare. ¶ *Viam perpetuam* veteres optabant inimicis suis aliquo proficiscentibus. *Cic. in Pison.* An quod tibi proficiscenti evenis, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam, & perpetuam esse vellent? ¶ Translate sumitur pro transitu, canali, vehiculo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55.* Succus is, quo alimur, permanat ad jecur per quasdam a medio intestino usque ad portas jecoris ductas, & directas vias. ¶ Item pro ratione, & modo aliquid faciendi. *Virg. 6. Æn.* Aut tu, si qua via est, ejquam tibi Diva creatrix Ostendit. *Cic. 2. Ver.* Habeo certam viam, atque rationem, qua omnes illorum conatus investigare & consequi possim. *Id. 1. de Leg.* Non tam justitiæ, quam litigandi, traduut vias. ¶ Item pro methodo, sive ordine scribendi, vel dicendi. *Cic. in Brut.* Neminem solitum via, nec arte, sed accurate tamen, & de scripto plerosque dicere. ¶ *Ingredi viam* dicuntur, qui vera & ad rem loquuntur. *Plaut. Amph. 2. 1. 273.* Ingressus est viam. Sic *Id. Asin. 1. 1. 39.* Rectam instas viam: ea res est, *tu dici bene*.

Vialis, le, adject. ad viam pertinens. Lares viales, qui & præstites dicti, erant ii quorum imagines in viis, & compitis statuebantur, ut iis præessent, & tutas euntibus præstarent. *Plaut. Merc. 5. 2. 24.* Invoco vos, Lares viales, ut me bene juveris.

Vians, antis, nom. particip. *viandante*, iter faciens, viator. *Solin. c. 42.* Submovere accessus viantium. *Prudent. Hamartig. v. 208.* Incautum spoliare viantem. *Apulej. initio Floridor.* Religiosi viantium. *h. e.* religiosi viatores: Græca phrasis, nec imitanda.

Viarius, a, um, ὁδιαῖος, quod ad viam spectat. *Cal. Cic. l. 8. Fam. ep. 9.* Levissime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit, legemque viariam non dissimilem agrariæ Rulli, & alimentariam, quas jubet Ædiles metiri, jactavit. *h. e.* de viis muniendis, vel faciendis.

Viaticatus, a, um, *provvisto per il viaggio*, ἐφοδιασμένος, ἐπισταττισμένος, viatico instructus. *Plaut. Men. 2. 1. 29.* Cum inspicio marsupium, viaticati hercle admodum æstive sumus. *h. e.* levi admodum viatico sumus instructi. Nam æstate qui iter faciunt, paucioribus diebus, quo volunt, perveniunt. *Turneb. l.18. c.15.*

Viaticulum, i, n. exiguum viaticum. *Ulpian. l. si longus, in fine, ff. de judiciis:* Et egestate Romæ laboret, viaticulo suo non recepto, quod ad sumptum pater ei destinavit. *Apul. l.7. de Asno:* Viaticulum mihi cortasi.

Viaticum, i, *n. viatico, vettovaglia*, צֵדָה, ἐφόδιον, quicquid iter agendi causa necessarium est, sive cibus sit, sive pecunia ad victum expendenda. *Plaut. Capt. 2. 3. 89.* Sequere me, viaticum ut dem a trepezita tibi. *Cic. Att. l.12. ep.31.* Velim, videas, & quid viatici, & quid instrumenti faris sit. ¶ Translate ad alia rum quoque rerum apparatus traducitur. *Q. Claud. in Annal. apud Gel. l.17. c.7.* simul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter præcellebant, ut facile intelligeretur magnum viaticum ex se, atque in se ad rem publ. evertendam habere.

Viarius, a, um, quod viæ inservit, ut Viatica cœna, ὁδοιπόριον, quæ datur abituro, vel peregre advenienti, quæ & *adventitia* dicta est. *Plaut. Bacch. 1. 1. 61.* Ego foroti meæ cœnam hodie dare volo viaticam.

Viatim, adv. per vias. *Diomed. Grammatic. l.2.*

Viator, oris, m. *viatore, viandante*, ὁδίτης, ὁδοιπόρος, qui iter facit. *Cic. pro Mil. c.21.* Quia non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. *Id. de Fato c. 15.* Hoc modo viator quoque bene vestitus causa grassatori fuisse diceretur, cur ab eo spoliaretur. ¶ Speciatim usurpatur pro apparitore, seu ministro *publico*. Viatores igitur (*fasti*) erant ministri publici Magistratuum, qui se se itineri committebant, quotiescunque aliquis Romam a Magistratibus vocaretur vel ex pagis agri Romani, vel ex aliis regionibus extra Urbem. Itaque dicti sunt a *via*. *Cic. de Sen. c.16.* A villa in Senatum arcessebantur Curius, & cæteri senes, ex quo qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. ¶ Viatores alii a lictoribus fuerunt. Argumento est antiqua utrorumque origo. Lictor enim a *ligando*, viator a *vinciendo* est appellatus. *Sigon. de ant. jure C. R. l. 2. c. 15.* Valgius tamen eosdem fere viatores, & lictores existimavit, ut est apud *Gellium l. 12. c. 3.* Lictorem enim dicit a ligando appellatum esse, quod, cum Magistratus Populi Romani virgis quempiam verberari jussissent, exuta ejus, & manus ligari, vincirique a viatore solita sint, isque, qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor sit appellatus. Sed viatoribus Romani usi sunt vocandi, & nuntiandi causa, non ligandi. *Liv. l. 23.* Consul viatorem misit, qui patri nuntiaret, ut sine lictoribus ad Consulem veniret. ¶ Viatoribus ii Magistratus utebantur, quorum potestas potius, quam imperium extirit, quales fuerunt Censores, & Tribuni Plebis: ideft soli viatores, absque lictoribus, erant proprii eorum Magistratuum, qui potius potestatem, quam imperium haberent. Nam Magistratus, qui imperio præditi erant, non solis viatoribus, sed etiam lictoribus utebantur. Ex *Valgii* sententia dici potest, apparitores Magistratuum, qui potestatem præ se ferrent, fuisse duntaxat viatores, ideft habuisse solum munus vocandi absentes, non autem ligandi: apparitores autem eorum Magistratuum, qui haberent imperium, simul & lictores, & viatores fuisse, ideft exercuisse tum munus vocandi, tum officium ligandi, quemadmodum ipsis imperatum esset. ¶ Tribuni Pl. utebantur viatoribus, non ad vocandum, ut Consules, sed ad prehendendum. Non enim vocationem habebant. Minime vero utebantur viatoribus ad ligandum. Nam aliud est prehendere, aliud ligare. Prehendimus aliquem manibus, vel veste, ligamus funibus, vel aliis vinculis. *Varr. l. 2. Rer. hum. apud Gel. lib. 13. c. 12.* In Magistratu habent alii vocationem, alii prehensionem, alii neutrum: vocationem, ut Consules, & cæteri, qui habent imperium: prehensionem, ut Tribuni Pl. & alii, qui habent viatorem: neque vocationem, neque prehensionem, ut Quæstores, & cæteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem. Qui vocationem habent, iidem prehendere, tenere, abducere possunt, & hæc omnia, sive adsint, quos vocent, sive acciri jusserunt. Tribuni Pl. vocationem habent nullam, &c. *Liv. lib. 2.* Ardens ira Tribunus viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum.

Viatorius, a, um, *da viaggio, δοδοιπορικὸς*, quod ad viam pertinet; ut Viatorium vas, quo iter agentes ferendi potus gratia utuntur. *Plin. l. 16. c. 10. de saxo*: Vasa viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. *Leg. 40. ff. de aur. arg.* Aurum viatorium. ¶ Item ad Viatorem pertinens. *Ventus lapis* apud *Gruter. pag. 631. n.2.* Decumæ duæ, Viatoria, & Lictoria.

Viatrix, icis, f. quæ iter facit. *Martian. Capell. l.6.* Viatrix infatigata. *Inscript. apud Gruter. pag.745. n.5.* Aquilia viatrix. Sed hic videtur esse nomen proprium.

Vibäli, m. 2. Bibali, pop. Hisp. Tarr. Callaicis, & Bracharis finitimi, quorum opp. Forum Bibalorum. *Plin. l.3. c.3.*

Vibex, icis, f. *piaga, lividezza, livedura*, חַבּוּרָה, Germ. *striemme*, Gall. *marque* corpore remanens. *Plin. l.30. c.13.* Verberum vulnera, atque vibices, pellibus ovium recentibus impositis, obliterantur. *Pers. sat.4. v.48.* Si puteal multa cauirus vibice flagellas.

Vibia, æ, f. lignum, seu pertica erecta. V. *Vara*.

Vibilia, æ, f. Dea præses viarum. *Arnob. l.4.* Ab erroribus viarum Dea Vibilia Vibilia, æ, f. Dea præses viarum. *Arnob. l.4.* Ab erroribus viarum Dea Vibilia liberat. Ita emendat *Gelenius*, pro quo in aliis libris *Upibilia*.

Vibisici, m. 2. Bituriges Vibisici, Ubisci, pop. Galliæ Aquitanicæ, circa Burdegalam. *Plin. l.4. c.19.*

Vibo, onis, f. 3. Vibo Valentia, Hippo, Hipponium, *Bivona, Bibona*, ἱππώνιον, olim urbs Locrorum in Bruttis, in ora sin. Hipponiatis, qui & Vibonenses. *Plin. l.3. c.5.* dicitur. *Strabo* Hipponem a Locrensibus conditum, arnensi a *Plin. l.3. c.5.* dicitur. *Strabo* Hipponem a Locrensibus conditum, arquæ Bruttiis a Romanis ademptum Vibonem Valentiam nominarum prodit.

¶ Eo

¶ Eo Romani coloniam miserunt anno U.C. 562. M. Acilio, P. Cornelio Coss. *Sigon. de antiq. jur. Italia l.2. c.5.*

Vibönes, m. 3. flores herbæ Britannicæ, qui devorati ante tonitrua a fulminibus securos reddere existimantur, teste *Plin. l.25. c.3.*

Vibrabilis, le, adj. qui vibrari potest. *Auson. ep.24. v.108.* Si tendi facilis cuiquam fuit arcus Ulyssi, Aut præter dominum vibrabilis ornus Achilli.

Vibrabundus, a, um, adj. vibrans, *Martian. Capel. l.7.*

Vibrämen, inis, n. vibratio, crispatio. *Apul. l.6. Met.* Trisulca vibramina draconum.

Vibrans, antis, o. g. πτέλεων, מוֹעִיל, partic. a vibro, quod neutram significationem habet, & ponitur pro celerrime agitato, vibrato, *Virg. 2. Æn. v. 211.* Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. *Ovid. 12. Met.* Concutiensque suis vibrantia tela lacertis. *Val. l.8. Argon.* Cum subito ingentem media inter nubila flammam Conspicit, & sæva vibrantes luce tenebras. ¶ Translate *Cic. in Brut. c.95.* Et erat oratio cum incitata, & vibrans, tum etiam accurata, & polita, *discorso veemente, e di grand' impressione*. *Quint. l.10. c.1.* Breves, vibrantesque sententiæ, *acute, e penetranti*. *Plin. l. 10. c. 29.* Sonus lusciniæ vibrans. *h. e.* tremulus, *cante con gorga*.

Vibratio, onis, f. *vibrazione*, actus vibrandi. *Festus in voce Gradivus.* Gradivus Mars appellatus est a vibratione hastæ; quod Græci dicunt κραδάνειν. *Vopisc. in Caro. c.8.* Tonitruum continuata vibratio.

Vibrätus, us, m. 4. vibratio. *Mart. Capella l.1. pag.17.* Crebri vibratus ignium.

Vibrätus, a, um, *vibrato, gettato*, πεπτακμένος, partic. a vibror. *Virg. 8. Æn.* Namque improviso vibratus ab æthere fulgor Cum sonitu venit. *Ovid. 8. Met.* Vibrata per auras spicula. ¶ Sumitur etiam pro crispo, seu crispato. *Virg. 12. Æn.* Et fœdare in pulvere crines Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes. *Plin. l.2. c.78.* Barba, & capillo vibrato.

Vibrätus, arum, f. 1. *peli delle narici*, νύκτες ῥινός, ut exponunt Glossæ veteres. *pili in naribus hominum, Festus*: Vibrissæ pili in naribus hominum dicti, quod his evulsis caput vibratur.

Vibrillo, as, a. 1. sæpe vibro. Speciatim de voce dicitur, quando flectitur, & crispatur in cæmendo. *Fest.* Vibrillare est vocem in cantando crispare. *Titinnius*; Si erit tibi cantandum, facito, usque exvibrilles.

Vibro, as, a. 1. *vibrare, muovere, crollare*, יָרֹה, הִשְׁעִיל, Ger. *erschuttern, erschwingen*, Gal. *jetter, darder*, His. *lancar*, κραδαίνω, σείω, πάλλω, ἀνατείνω, moveo cum tremore, quatio, concutio. *Ovid. ep.11. v.77.* Sic mea vibrari pallentia membra videres. *h. e.* tremere. ¶ Sæpe ponitur pro movere simpliciter, agitare, non, ut aliqui censent, pro jacere, projicere, jaculari. *Cic.1. de Or. c.80.* Atque ejusmodi illa profusio debet esse, non ut Samnitum, qui vibrant hastas antequam pugnam, quibus in pugnando nihil agunture. *Virg. 11. Æn.* Hastaque reductis Protendunt longe dextris, & spicula vibrant. ¶ Est etiam verbum neutrum, pro tremere, micare. *Cic. 4. Acad. c.33. de somni.* Quodque nunc, quia a Sole colluçet, albescit, & vibrat, dissimileque est proximo ei continenti. *Plin. l.2. c.8. de terræ motu*, Nec simplici modo quatitur unquam, sed tremit, vibratque. ¶ Translate *Cic. in Or. c.70.* Demosthenes, cujus non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. *h. e.* non tam esset ejus incitata oratio, & vehemens, nisi &c. *Catul. carm.37. (al.36.)* Desissem truces vibrare jambos.

Viburnum, i, *n. viburno*, genus fruticis, lentum imprimis, & flexibile. Dictum est a *vieo*, quia ad viendum, hoc est ligandum, idoneum est. Vel ab *cædendo, verbero*, quod virgultum hoc aptum sit ad cædendum. *Virg 1. Ecl.* Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Vica, f. idem quod victoria apud Veteres, ut testatur *Isidor. l.10.* & probari quodammodo potest ex frequenti vocabulo.

Vica Pota, Dea *vincendi* potens. *Cic.2. de Leg c.11.* Quod si fingenda nomina Vicæ Potæ, id est potis vincendi, atque potiendi, sistendique cognomina Statoris, & invicti Jovis. *Sen. Apocolocynt.* Proximus rogatur sententiam Diespiter, Vicæ Potæ filius.

Vicäni, κωμῆται, qui vicos rusticos habitant. *Cic.1. Divin. c.58. ex Poesa*: Non habeo denique nauci Marsum Augurem, Non vicanos Aruspices, non de circo Aftrologos. *h. e.* qui quæstus causa per vicos vagantur. *Liv. l.38. c.30.* Vicani, quique ibi exules habitarant.

Vicariänus, a, um, adj. *di Vicario. Sidon. l.1. ep.3.* Civium desidiam Vicariano apice transcendit. *h. e.* honore, & dignitate Vicarii.

Vicarius, a, um, *che fa le altrui veci*, תַּחְתּוֹן, ὑποδιάκονος, quod vicem alicujus gerit. *Cic. pro R. Am. c.38.* Propterea, quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. *Quintil. Declam. 9.* Vicarias manus polliceri. *Id. ib.* Vitam alterius Vicaria morte redimere.

Vicarius, ii, m. *vicario*, חֹלֶת, Germ. *stadthalter*, Gall. *vicaire*, Hisp. *vicario*, ὑποδιάκονος, qui vicem alterius obtinet, cujusmodi sunt Præfectorum substituti, & locum tenentes, ut vulgo vocant. *Cic.5. Ver.* Hic Diogenes, qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium nullum habet. *Id.6. Ver.* Succedam ego vicarius tuo muneri. *Id. pro Mur.* Nolite mihi subtrahere vicarium diligentiæ meæ. *Id. pro Sylla*. An hoc Regnum appellabitur, cujus vicarius qui velit esse, inveniri nemo potest? *Id. l.16. Fam. ep.22.* Itaque te do vicarium: tu eum observabis. ¶ Speciatim vocabatur vicarius, qui in familia. atrienſi servo, i. e. majori serviret, ὁ τῶν οἰκέτῶν οἰκέτης, ut interpretatur Theophilus. *Hor. l.2. sat.7.* Sive vicarius est, qui servo paret, uti mos Vester, ait, seu conservus. *Martial. l.2. ep.18.* Esse fat est servum, jam nolo vicarius esse. *Paul. l. si in re, 19. ff. de noxal. act.* Si servus tuus navem exercuerit, ejusque vicarius, & idem nauta in eadem nave damnum dederit. ¶ Opponuntur autem vicarius, & servus ordinarius, ac ille in hujus quasi domini peculio est. *Ulp. l. 17. ff. de pecul.* Si servus meus ordinarius vicarios habeat, id, quod vicarii mihi debent, an deducam ex peculio servi ordinarii?

Vicätim, adv. κωμηδόν, parsim per vicos urbis. *Cic. pro Dom. c. 50.* Servorum omnium vicatim celebratur tota urbe descriptio. ¶ Significat etiam per pagos. *Plin. l.6. c.26.* Mesopotamia tota Assyriorum fuit vicatim disperta, præter Babylona, & Ninum.

Vicellenses, m. 3. pop. Latii, qui cum Velienſibus, Sicanis, & aliis multis, interiere. *Plin. l.3. c.5.*

Vicem, V. Vicis.

Vicenarius, a, um, *di venti*, εἰκοσιαδὸς, quod in se continet viginti. Quidam scribunt *vicennarius* duplici, *nn* ut sit ab *annus*, potius quam a *viginti*. *Plaut. Pseud. 1. 3. 69.* Tum lex me perdit quina vicenaria, omnes mernunt credere. *i. e.* lex lata in minores, viginti quinque annis. Macedoniano enim Senatusconsulto cautum fuit, ne quid minori 25. annis crederetur, si contra fieret, ejus rei nulla esset actio, nisi forte in rem minoris esset conversa.

Vicēni, æ, a, *venti*, עֶשְׂרִים, Germ. *je zwantzig*, Gall. *vingt, en nombre*, Hisp. *veynte*, εἴκοσι, nomen numerale, distributivum, quod tamen sæpe pro cardinali *viginti* reperitur. *Liv. l.22.* Vicena quina millia æris. *Plin. l.6. c.23.* Circa has hydri marini vicenum cubitorum, adnatantes terruere classem. *Col. l.3. c.3.* Vicenas quinas, æ, a, *venticinque*, חֲמִשָּׁה וְעֶשְׂרִים, ἑικοσι πεντε, vigintiquinque. *Plin. 7. 49.* Annorum centenum, vicenumquinum nomines duo. *Liv. 41. 7.* denarios quinos vicenos diviserunt.

Vicennalia, n. plur. ludi vicesimo quoque anno celebrari soliti. *Lactant. de mort. perfecut. c.17.* Diocletianus erexit Romam, ut illic vicennalium diem celebraret. ¶ In nummo Constantini apud *Carol. du Freſne Famil. Byzant. pag. 27.* legitur *vicennaliarum* in genit. pluralt.

Vicennium, ii, n. *spazio di vent' anni*, viginti annorum tempus. *Modestin. l.8. ff. de administr. rer. ad civit. pertinent.* Calculatii erroris retractatio etiam post vicennii tempora admittetur.

Vicentia, vel Vicetia, f. 1. Vicentæ, Βικεντία, & Βικετία, urbs Italiæ, alias in Venetia, hodie in Longobardia, ad Reronis, & Medoaci minoris confluentiam. ¶ Condita fuit a Gallis. *Justin. l.20.* Obtinuit civitatem Romanam una cum aliis Venetis, anno U. C. 664. Cn. Pompejo Strabone patre Pompeji Magni, & L. Portio Catone Coss. lege ipsius Cn. Pompeji Strabonis, mortuo collega, fuitque in Tribu Menenia. *Sigon. de ant. jur. Ital. l.3. c.2.* In castigatioribus lapidibus, quos affert *Manut. in Orthogr.*

Vicentinus, & rectius Vicetinus, a, um, adj. *Vicentino. Inscript. apud Manut. in Orthogr.* Inter Atheſſinos, & Vicetinos terminos statuit.

Tom. II.

* Vicepræfectus, i, m. vices gerens præfecti. *Lap. vet.* apud *Maffei. in M.V. p.462. n.2.*

Vicequæſtūra, æ, f. *carica del luogotenente, o vicario del Quæstore*. *Accon. Pedian.*

Vices. V. Vicis.

* Vicesies. V. Vicies.

Vicesīma, æ, f. *ventesima*, עֶשְׂרוֹן, genus vectigalis, quo in centenas libras quinæ exigebantur ex servis, & liberis: nam cum servus veniret, vectigal illud pro eo emptor, cum manumitteretur, herus solvebat. *Liv. l.7.* Cn. Manlius Consul legem novo exemplo ad Suttium, in castris tributim de vicesima eorum, qui manumittuntur, tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi ærario additum esset, auctores fuerunt. ¶ Sublatis cæteris vectigalibus retenta est. *Cic. Att. l.2. ep.2.* Et eo magis, quod portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diviso, quod vectigal supereit domesticum, præter vicesimam? ¶ Alia fuit vicesima hæreditarum, & legatorum ab Augusto imposita iis, qui in testamento aliquid acquisivissent. *Dio l.55. & Plin. in Panegy. c.37.* ¶ Legitur & *vigesima*.

Vicesimāni, orum, m. milites legionis vicesimæ. *Tac. l. Annal. c.51. & 64.*

Vicesimarius, a, um, εἰκοσταῖος, quod ad vicesimam spectat. *Liv. l.27. cap.10.* Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, Consulibus, aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus servabatur, promi placuit. *h. e.* aurum, quod ex vicesima collectum fuerat.

Vicesimātio, onis, f. supplicium militare, quo vicesimus quisque puniebatur. *Capitol. in Macrin. c.12.* Quando eos centesimaret, qui digni essent decumatione, atque vicesimatione.

Vicesimus, (ustatius quam Vigesimus) a, um, adj. *vigesimo, ventesimo*, εἰκοστὸς, ultimus ex viginti. *Cic. pro Leg. Manil. c.3.* Annum jam tertium & vicesimum regnat. *Id. Fam. 11. ep.25.* Altero & vicesimo die, *Var. l.3. R. R. c.9.* Ut vicesimus dies, & primus sit par.

Vicessīs, viginti asses. V. *Bicessis*.

* Vicetia, Vicetinus. V. Vicentia.

Vicia, æ, f. *veccia*, Ger. *wicken*, Gal. *vesce*, His. *arveja*, βίκι'α, σφάκος, κύκλος, leguminis genus, jumentorum pabulo nobilissimum, cubitali altitudine, foliis fere perpetisini, amplioribus tamen, minutis, nigrantibusque in siliquæ grani. *Plin. l.18. c.15.* Et vicia pinguescunt arva, nec ipsa agricolis operosa: unico fulco fata, non farritur, non stercoratur, nec aliud, quam deoccatur.

Vicia, æ, f. contentia. *Fest.* vicium dicebant continentiam. Al. leg. *vinciam*.

Viciarium, ii, n. locus viciis condendis æptus. *Col. l.11. c.2.* ubi alii leg. *vicinaria*, nempe a *vicibus*.

Viciarius, a, um, *di veccia*, βικιακὸς, quod ad vitiam pertinet, ut Cribrum viciarium, quo vicia expurgatur a frumento. *Col. l.8. c.5.* Cribro viciario, vel etiam loliario, qui jam fuerit in usu, pulli superponantur, deinde pulegii furcuiis fumigentur.

Vicies, adv. *venti volte*, Ger. *zwantzig mahl*, Gall. *vingt fois*, His. *veynte veces*, εἰκοσάκις, viginti vices, seu vicibus. *Plin. l.7. c.28.* Centies vicies præliatus, octies ex provocatione victor, &c. *Col. l.5. c.2.* Ita, ut paulo ante dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus si multiplicabis, centies vicies duceni quadrageni fiunt viginti octo millia, & octingenti.

Vicinālis, le, o. 3. *confortivo*, אֶרֶב, Ger. *nachbaurſchafft*, Gall. *du voisinage*, Hisp. *de vecindad*, γειτόνιος, quod ad viciniam spectat. *Paul. l. via, ff. de loc. & itin. publ.* Viæ vicinales, quæ ex agris privatorum collatis factæ sunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero sunt. V. Via. *Liv. l.21. c.26.* Itaque ingens coacta vis navium est, literriumque veterum ad vicinalem usum parararum, *h. e.* ad usum vicinæ, seu vicinorum.

Vicīne, averb. *vicino*, prope. *Augustin. l.11. de doctr. Christ. c.33. ad fin.* habet superlat. *vicinissime*, ἐγγύτατα.

Vicinĭa, æ, f. idem

Sacerdotem creavit. *Id. ib. c.42.* Cum jam expirasset Tarquinius, celata morte, per speciem alienæ fingendæ vicis suas opes firmavit. *Plin. l.5. ep.6.* Hypocaustum, si dies nubilus est, immisso vapore vicem Solis supplet. *Plin. alter l.2. c.8. de stella Veneris:* Prorogans lucem, vicemque lunæ reddens. ¶ In hac, & superiore acceptione, pro ablativo accusativus a veteribus usurpatus est, per Enallagen, & Hellenismum. *Plaut. Rud. 3. 5. 34.* Si appellabit quampiam, vos respondetote istinc istarum vicem. *i. e.* pro istis. *Cic. l.1. Fam. ep.9.* Quanquam ille perennis inimicus amicorum suorum nostram vicem ultus est ipse per se fe. *i. e.* se se pœna afficiendo occupavit officium nostrum. *Liv. l.34. c.32.* Remittimus hoc tibi, ne vicem nostram irascaris. ¶ Sumitur pro tempore, vel actione, quæ fit in tempore. *Hor. l.4. od.14.* Et arces Alpibus impositas tremendis Dejecit acer plus vice simplici. *i. e.* plus simplici clade, clade duplo majore illa, qua ceteri dejecissent. Alii exponunt, plus quam semel, *più d' una volta.* Et sane hoc sensu *Pallad. l.1. tit.30.* Tribus, inquit, per diem vicibus potu adjuvant, *tre volte al giorno. Et l.10. tit.7.* Prima vice agros proscindemus, *per la prima volta. Capitol. in Anton. Philos. c.7.* Diversis vicibus, *in diversi tempi.* ¶ Item pro modo, ratione. *Liv. l.1.* Ita duo deinceps Reges alius alia vice, ille bello, hic pace civitatem auxerunt. Sed verus exemplar legit *alia via.* Nonnulli vero exponunt alio tempore. ¶ Item pro similitudine, instar. *Cic. Att. l.10. ep.11.* Nisi forte me Sardanapali vice in suo lecticulo mori male censuetis, quam exilio Themistocleo. Adde *Plin. l.9. c.45.* ¶ Item pro recompensatione, retributione, *ricompensa, pariglia. Plin. l.2. ep.6.* Reddam vicem, si reposces. *Tac. 4. hist. c.3.* Tanto proclivius est injuriæ, quam beneficio vicem exsolvere, quia gratia oneri, ultio in quæstu habetur. ¶ Reperitur pro pugna, periculo. Nam per vicissitudinem pugnatur. *Virg. 2. Æn. v.432.* Nec tela, nec ullas Vitaville vices Danaum. ¶ Item pro pœna, incommodo, damno. *Cic. pro Dom. c.4.* Mihi uni necesse & meam, & aliorum vicem pertimescere. *Ter. Heaut. 4. 5.* Ita me Di amabunt, ut nunc Menedemi vicem Miseret me. ¶ *Vice versa*, seu potius *versa vice* significat contraria ratione, *per lo contrario. Apulej. l.4. Florid.* Prima (*vini*) cratera ad istim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam: verum enimvero Musarum cratera versa vice quanto crebrior, tanto propior ad animi sanitatem. *Gel. l.16. c.13.* Primos municipes fine suffragii jure Cærites esse factos accepimus: hinc tabulæ Cærites appellatæ versa vice in quas Censores referri jubebant, quos notæ causa suffragiis privabant. ¶ *Vicium* in genitivo plurali *Daner.* affert ex *Quintil.*

Vicissātim, adv. idem ac vicissim. *Plaut. Pœn. prol. v.46.* Ad argumentum nunc vicissatim volo remigrare. *Id. Rud. 4. 1. 27.* Nos met oneremus vicissatim voluptatibus.

Vicissim, adv. *a vicenda, vicendevolmente, scambievolmente,* חֲלִיפוֹת, Hinc Ger. *hergegen; eins ums ander,* Gal. *chacun à son tour, à mesure, alternativement,* per vices, alternatim. *Cic. 2. de nat. Deor. c.1.* Quod si haberem aliquid, quod liqueret. tamen te audire vicissim vellem, cum ipse tam multa dixissem. *Id. ib. c.7.* Terra uno tempore florere, deinde vicissim horrere potest. ¶ Quandoque significat secundo loco, sive similiter, sive ex altera parte. *Ter. Heaut. 4. 3. 10.* Sed nunc Clinia, da te mihi vicissim; nam amici quoque res est videnda. *Cic. 3. Fam. ep.6.* Hoc ego meo facto delector; nihil enim potuit fieri amantius: confidera nunc vicissim tuum. *Virg. 5. Eel.* Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostra vicissim Dicemus.

Vicissĭtas, atis, f. idem ac vicissitudo, apud veteres. *Acc. apud Non. c.2. n.893.*

Vicissitatemque imperandi tradir.

Vicissĭtūdo, inis, f. *vicissitudine, mutazione, vicenda,* שִׁנּוּי, חֲלִיפָה, Ger. *abwechslung,* Gall. *tour, changement,* Hisp. *mudanca,* ἀμοιβή, μεταβολή, alternatio, mutatio ex alio in aliud. *Ter. Eun. 2. 2. 45.* Omnium rerum vicissitudo est. *Cic. 5. Tusc. c.24.* Quæ vita, quis interitus, quæque ex alio in aliud vicissitudo, atque mutatio. *Id. l.5. Fam. ep.12.* Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunæque vicissitudines. *Id.2. de Leg. c.7.* Vicissitudines dierum, ac noctium. ¶ Idem est aliquando ac remuneratio, *corrispondenza. Cic. de Amic. c.14.* Nihil est enim remuneratione benevolentiæ, nihil vicissitudine studiorum, officiorumque jucundius.

Vicomagister, tri, *capo di contrada,* præfectus alicui vico. V. Vicus. Legitur hæc vox sæpe in tabulis *Pomponii Læti de region. urb. Romæ,* & *P. Victoris.*

Victa, æ, f. Dea victus. *Arnob. l.3.* Victa, & Potua sanctissimæ, victui, potuique procurant.

Victĭma, æ, f. *vittima,* זֶבַח, Ger. *schlachtopffer,* Gall. *sacrifice,* Hisp. *sacrificio,* ἱερεῖον, θῦμα, animal sacrificio destinatum. Dicta est a victis hostibus. *Ovid. 1. Fast. v.335.* Victima, quæ cecidit dextra victrice vocatur, Hostibus a domitis hostia nomen habet. *Fest.* triplicem etymologiam adducit. Victimam, inquit, Ælius Stilo ait esse vitulum, ob ejus vigorem: alii autem, quæ victa ducatur ad altare: aut quæ ob hostes victos immolaretur. ¶ Differunt *victima,* & *hostia* tribus. Primo *hostia* a quovis Sacerdote immolabatur, *victima* ejus tantum manu, qui hostem ipse vicisset, ut patet ex loco allato *Ovidii.* Atque hinc alterum quoque discrimen consequitur. Nam si *victima* victoris unius dextra mactabatur, non potuit victima cædi, nisi hostibus victis: at *hostia* quoque esse poterat, quæ, cum iretur in hostes, cædebatur. *Serv. in 1. Æn.* Hostiæ dicuntur sacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hostem pergunt, victimæ vero sacrificia, quæ post victoriam fiunt. Sed hæc licenter confundit auctoritas. Tertium discrimen est, quod *victima* est major, ut vitulus, *hostia* minor, ut agnus. Itaque. *Cornel. Fronto* his verbis differentiarum libellum claudit: Victima major est, hostia minor. Hinc *Plaut. Pseud. a.1. sc.3.* Nolo victimas, minimis me extis placari volo. *Hor. l.3. od.23.* Victima Pontificum secures Cervice tinget. ¶ Sæpe victima ponitur pro hostia, ut hostia pro victima, negligentis illis differiminibus, quæ attulimus. *Cic. Att. l.1.* Ego enim te arbitror, cæsis apud Amaltheam ruam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum. ¶ Sumitur translate. *Cic. pro L. Flac. cap.38.* Quam potestis P. Lentulo mactare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos odium saturaveritis?

Victimarius, ii, m. ἱερονόμος, זוֹבֵחַ, sacrorum minister, qui victimam ligabat, & cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua, quæ sacris erant necessaria. *Liv. l.40. c.29.* Libri in comitio, igne a victimariis facto, in conspectu populi cremari sunt. Adde *Val. Max. l.1. c.1.*

Victĭmo, as, n. 1. sacrifico. *Apul. l.7. A.A.* Hircum Marti victimant.

Victĭto, as, n. *alimentarsi, mantenersi, vivare,* חָיָה, διαιτάομαι, victu utor, alor, vescor. *Ter. Eun. 5. 8. 44.* Et libenter vivis, etenim bene libenter victitas. *Plaut. Truc. 2. 3. 26.* Victitare parce.

Victo, as, n. 1. freq. a vivo. *Plaut. Capt. 1. 1. 15.* In occulto miseri victant fucco suo. Al. leg. *victitant.*

Victor, oris, m. *vincitore,* גִּבּוֹר, מְנֻצָּח, Germ. *uberwinder, siger,* Gall. *vainqueur,* Hisp. *vencedor,* νικητής, qui in certamine superior evasit. *Cic. l.9. Fam. ep.9.* Multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt. *Id. in Pison.* Neque resistente Cn. Pompejo omnium gentium victore, &c. *Plin. l.7. c.28.* L. Sicinius Dentatus centies vicies prælians, octies ex provocatione victor. *Stat. l.9. Theb. v.324.* Victor belli. *Id. c.* in bello. ¶ Adjective *Nepos in Agesil. c.4.* Victor exercitus. *Ovid. 4. Trist. el.2. v.47.* Victor currus. h. e. triumphalis, in quo victor sedet. ¶ Præterea victor significat etiam eum, qui opus aliquod ad optatum finem perduxit, & qui voti compos factus est. *Virg. 2. Æn. v.329.* Victorque Sinon incendia miscet. *Hor. l.1. ep.13.* Victor propositi simul ac perveneris illuc.

Victōria, æ, f. *vittoria,* נֵצַח, Germ. *sieg,* Gall. *victoire,* Hisp. *victoria,* νίκη, hostium superatio, a *vincendo. Cic. pro M. Marc. c.3.* Victoria, quæ natura insolens, atque superba est. *Hor. l.1. ferm. sat.1.* Quid enim, concurritur, horæ Momento cita mors venit, aut victoria læta. *Sallust. in Catil. c.58.* Victoria cruenta. h. e. in qua magna cædes etiam victorum fit. *Id. in Jugur.* Eripere alicui victoriam. *Liv. l.4. c.50.* Victoria penes patres fuit. *Id. l.30. c.30.* Habere victoriam in manibus. *Id. l.2. c.55.* Exercere victoriam. h. e. victoriæ jure uti. *Cic. pro Cal.* Consequi victoriam. *Id. pro Leg. Man.* Reportare victoriam. ¶ Apud Romanos Victoria Deæ nomen erat, cujus simulacrum effingebatur lauro coronatum, altera manu palmæ, altera oleæ ramum præferens. Pinnata etiam, & aligera pingebatur, ut e cælo devolans ad eos, quos suis ornare successibus vellet, pexo crine, nudo pede suspensa, strophio revincta, sinu vestis fluitante. *Var. l.4. de L. L. Turneb. l.13. c.22. & l.27. c.2. & 5.* ¶ Poetæ fabulantur, fuisse filiam Acherontis ex Styge, affinisse Jovi in bello adversus Gigantes, Jovem illi pro munere dedisse, ut Dii per Stygem ejus matrem jurarent, siquis eorum juramento non stetisset, quoddam temporis spatium nectare abstineret. *Cic.2. de nat. Deor.* Quid Opis? Quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis? Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine Deo regi non posset, ipsa eos Deorum nomen obtinuit.

Victorialis, le, adj. ad victoriam pertinens, ut victorialis dies, quo victoria aliqua celebratur. *Trebell. Poll. in Gallien. c.2.* populumque quasi victorialibus diebus ad festivitatem, ac plausum vocavit.

Victoriātus, (subaudi *nummus*) νικηφόρος, nummus argenteus Lege Clodiæ percussus, qui alteram denarii partem pondere, & pretio æquabat, ut docet *Var. l.9. L. L.* & *Volus. Metian. deponderibus.* Causa nominis est, quia signatus erat Victoria, ut docet *Plin. l.33. c.3.* Valebat autem quinque assibus; hinc & quinarius dictus est, ut *Var. l.4. de L.L.* indicat. *Cic. pro Font.* Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse, Cordum Porcium, & Murnium ternos victoriatos, Valchalone servæ umbinos, & victoriatos mille. *Quintil. l.6. c.4.* Dicente quodam, victoriato se uno in Sicilia quinque pedes longam murænam emisse. *Liv. l.41. c.13.* Tulit in eo triumpho victoriatum LXXXV. millia.

Victoriŏla, æ, f. parvum Victoriæ Deæ simulacrum. *Cic. 3. de nat. Deor. c.34.* Item Victoriolas aureas, & pateras, coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, fine dubitatione tollebat.

Victoriōsus, a, um, νικητικός, vincere assuetus, seu qui plures, & varias victorias reportavit. Vox est *Catonis*, ut *Gel. l.4. c.9.* testatur. *In nummo Probi, apud Spanhem.* Victorioso semper. *Sidon. l.5. ep.6.* Victoriosissimo viro.

Victrix, icis, *vincitrice,* מְנֻצַּחַת, Ger. *uberwinderin,* Gall. *vainqueuse,* Hisp. *vencedora,* νικήτειρα, quæ vicit, quæ certamine superior evasit. *Cic. ad Brut. ep.10.* Erat victrix Respublica, cæsis Antonii copiis, ipso expulso. *Id.1. Tusc. c.48.* Oraculum erat datum, si Rex interfectus esset, victrices Athenas fore. *Id. pro Cluent. c.5.* Victrix filiæ, non libidinis. ¶ *Victrices literæ,* dicuntur victoriam nuntiantes. *Cic. Att. l.5. ep.22.* Quo autem die Cassii literæ victrices in Senatu recitatæ sunt. ¶ Interdum *victrix* sumitur pro voti compote. *Virg.7. Æn.* Junonem victrix affatur voce superba. ¶ Et etiam adj. quod cum neutris etiam conjungitur. *Claud. de VI. Consul. Honor. v.24.* & certius omnia furgunt Victrici concepta solo. *Virg. Æn. 3. v.54.* Res Agamemnonias, victriciaque arma fecutus. *Justin. l.18. in fin.* Victricia ad eos arma transtulit. ¶ *Serv. in lac. Virg. citat.* docet, nomina fœminina in *ix* in plurali tantum numero neutra fieri, sed Claudiani verba etiam in singulari id fieri posse ostendunt.

Victuālis, le, adj. *appartenente al vitto,* ut victuale ministerium. *Apul. de dogm. Plat.*

Victŭus. V. Victus, us.

Victŭrus, a, um, *venturo,* part. futuri temporis a *veno. Gell. l.14. c.1.* Pyrrhus ne Rex, an M. Curius prælio victurus esset. ¶ Est etiam part. verbi vivo, βιώσων. *Cic. de Sen.* Nemo est tam senex, qui se annum non putet victurum.

Victus, us, m. *vitto,* לֶחֶם, Ger. *nahrung,* Gall. *le vivre,* Hisp. *mantenimento,* βορά, σῖτος, omne illud, quo vivimus. *Ulp. l.43. & 44. de verb. signif.* Victus verbo continentur, quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini sunt necessaria. *Cic. de Am. c.23.* Multi divitias desiderunt, quos parvo contentos tenuis victus, cultusque delectat. *Ovid. 6. Fast.* Nunc inopes victus, ignavaque fata timentes, &c. *Colum. in præf. l.10.* Tolerare victum lacto. *Celsi. l.1. c.10.* Mutare aliquid ex consuetudine victus. ¶ In plurali numero. *Plaut. Mil. 3. 1. 144.* Mea domi accipiam benigne, lepide, & lepidis victibus. ¶ Translate ponitur pro vivendi ratione. *Nep. in Dion. c.4.* Namque oppositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent. ¶ Veteres ingenit. fing. dicebant etiam *victuis. Var. apud Non. c.8. n.88.* Primum de re familiari, secundo de victuis consuetudine differam. ¶ Item dicebant *victi. Plaut. Capt. 4. 2. 75.* Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. ¶ Reperitur etiam *victu* pro *victui* in dativo. *Gell. l.4. c.16. ex Lucil.* Quod sumptum, atque epulas victu præponis honesto.

Victŭus, a, um, *vinto, superato,* νικηθείς, certamine superatus, partic. a vincorl. *Cic. pro Font.* Ut velint isti aut quiescere, id quod victi, ac subacti solent. *Hor. Epod. ed. 9.* Terra, marique victus hostis, Punico Lugubre mutavit sagum, ¶ Dicitur & de aliis rebus extra bellum. *Hor. Epod.* Victus prece. *Ovid. 1. de Pont. ep.17.* Ira victa per preces. *Id. 1. Fast. v.422.* Corpora victa sopore. *Tac.4. Ann. c.8.* Victo gemitu, *compresso il gemito. Id. 1. Ann. c.57.* Neque victa in lacrimas. *h. e.* non eousque deperita, ut mitteret lacrimas. *Id. 11. Ann. c.2.* Victo silentio, *votto il silenzio.* ¶ Ponitur aliquando pro voti impote, ἀπρακτής, quemadmodum contra *victor* pro voti compote, ἐπιτυχητής. *Virg. 9. Eel.* Nunc victi tristes, quoniam fors omnia versat. ¶ Item pro eo qui a proposito pristino recedit. *Virg. 2. Æn.* Hic vero victus genitor se tollit ad auras.

Vicŭlus, i, m. κωμίδιον, parvus vicus. *Liv. l.21. c.33.* Castellum, viculosque circumjectos capit.

Vicus, i, m. *contrada, borgo,* פְּרָזוֹן, חָוָה, מִגְרָשׁ, Ger. *gasse,* Gall. *contrée,* Hisp. *barrio,* κώμη, ῥύμη, multæ domus junctæ. Est ab Æolico Foῖκος, vel βοῖκος, pro οἶκος. Differt a pago. Nam pagus de rure tantum dicitur, vicus de rura, & de urbe. Deinde vicus est pars pagi. *Tacit. de morib. Germ. c.12.* Eliguntur in eisdem comitiis & principes, qui jura per pagos, vicosque reddant. ¶ Vicorum ut innuimus, alii sunt urbani, alii pagani. Vicus urbanus est pars minor urbis, quæ ex multiplicatis domibus constat, ut Romæ *vicus Cyprius, vicus Africus, vicus sceleratus,* &c. Vicus paganus, seu rusticus sunt plures villæ, seu domus rusticanæ conjunctæ in aliquo pago, aliquo spatio remotæ ab urbe, nullisque mœnibus cinctæ. Nam ædificia ubi conrigua, fuburbia dicuntur, quæ mœnibus clauduntur, appellantur castella. *Cic. l.14. Fam. ep.1. de vico rust.* Quod ad me, mea Terentia, scribis, te vicum venditurum, quid obsecro te, me miserum, quid futurum est? *Hor. l.2. ep.1. de vico urbano.* Deferar in vicum vendentem thus, & odores. *Ovid. 6. Fast.* Certa fides facti, dictus sceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea pressa nota. ¶ Singulis Romæ vicis quatuor præficiebantur viri, qui *Magistri vicorum,* & etiam *Vicomagistri* dicebantur, quorum munus erat vicos tueri, rixas, seditionesque sedare, incendia extinguenda curare, & similia. Instituti sunt ab Augusto, ut *in ejus vit. c.30.* scribit *Sueton.* Addit *Ascon. in Pisoniana Orationis c.4.* Ludos Compitalitios ab istorum vicorum magistris, prætexta in eo munere indutis, celebratos fuisse.

Vicus Æquensis, Æquana, Æqua. *Vico di Sorento,* urbs alias Picentinorum, nunc prov. Terræ Laboris, in R. Neapolitano, in ora sin. Neapol. ad rad. collis, parva admodum.

Vicus Varronis, *Vicovaro, Vicovarro,* opp. Sabinorum, ad Anienem fl. prope Nomentum urb. exc. in colle.

Videlicet, adv. *certamente, veramente,* חִנָּם, הוֹא, אֱמֶנָם, אַתְּכִי, Ger. *ja freylich, ohn zweiffel,* Gall. *certainement, assurement,* Hisp. *ciertamente, conviene a saber,* δηλαδή, δηλονότι, certe, quidem, vere, nimirum. Est adver. confirmandi, resiste *Donato, in Adelph. a.3. sc.4.* Conflatum est ex *videre,* & *licet,* quomodo *scilicet, ex scire,* & *licet. Ter. Adelph. 3. 4. 4.* Videlicet de ipsa re hæc audivit. *Id. Heaut. 2. 3. 22.* Hic de nostris verbis hic erat videlicet, quæ hic fumus loquuti. ¶ Interdum suæ originis casum retinet. *Plaut. Stich. 4. 1. 4.* Videlicet, parcum illum fuisse senem, *si può ben vedere, che* &c. *Id. ib. v.551.* Videlicet, illum fuisse nequam adolescentem. ¶ Eleganter usurpatur in Ironia, sive irrisione, *Cic. 2. Phil. c.6.* Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus. *Id. 2. Catil. c.6.* Homo enim videlicet timidus, & pæmodestus vocem consulis ferre non potuit. ¶ Est etiam adverbium explanandi, pro scilicet, nempe, *cioè. Cic. pro Sext.* Veniste tempus iis, qui in timore fuissent, conjuratos videlicet dicebat, ulciscendis. *Id. pro Cluent. c.46.* Ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. *Id. 2. de Leg. c.10.* Caste lex jubet adire ad Deos, animo videlicet. ¶ Elegantem locum habet in responsionibus. *Id. pro Cæcin. c.15.* Quid metuebant? vim videlicet. *Id. Ver. 4. c.33.* Quid horum se negat fecisse? Illud videlicet unum, quod necesse est, pecuniam accepisse.

Viden? pro *vides ne? Ter. Eun. 2. 2. 10.* Viden' me eodem ortum loco?

Videndus, a, um, partic. passiv. verbi video. *Ovid. 2. Amor. eleg.14.* Si fuerint oculis probra videnda meis. *Id. 3. Trist. el.4.* sint animo cuncta videnda meo.

Videns, tis, particip. *chi vede, veggente. Virg. Ecl. 1.* mea regna videns mirabor. ¶ Elegantet jungitur cum *vivus*, & significat vigilantem, & optime cernentem ea quæ fiunt. *Tacent. Eun. 1. 1. 28.* Prudens, & sciens, vivus, videnque perce. *Cic. pro Quint. c.15.* Huic acerbissimum vivo videntique fu-

nus dicitur. *Id. pro Sext. cap.27.* Vivus, aut ajunt, est & videns eum victu & vestitu suo publicarus.

Vidĕo, es, di, sum, 2. 3. *vedere,* רָאָה, חָזָה, הִשְׁקִיף, Ger. *sehen,* Gal. *voir,* Hisp. *ver,* βλέπω, ὁράω, oculorum sensu aliquid percipio, cerno, specto, perspicio. Est ab *ἰδεῖν*, ut docet *Macrob. l.1. sat. c.15.* ἰδεῖν autem eandem fere habet significationem. An differant *cerno, & video* V. in *Cerno.* Constituit cum acc. *Cic.7. Ver.* Jam hoc ipso istum vestitu Siculi, Civesque Romani sæpe viderunt. ¶ Vel etiam cum abl. instrumenti. *Ter. Adel. 3. 2.* Certe hisce oculis egomet vidi. *Cic. 3. Catil.* Ut eos pene oculis videre possemus. ¶ Per Metalepsim accipitur pro vigilare. *Virg. 6. Ecl.* Jamque videnti Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. V. *Videns.* ¶ Item pro convenire, una esse. *Cic. Att. l. 6. ep. 2.* Ego, ut spero, propediem te videbo. ¶ Item pro alloqui, congredi. *Cic. Att. l. 3.* Graviter se actarum cum Aquilio confirmavit. Videbis ergo hominem. *Plin. l.1. ep.5.* Rogo, mane videas Plinium domi. *h. e.* visas. ¶ Translate *Cic. l.7. Fam. ep.30.* Fuit mirifica vigilantia, qui suo toto Consulatu somnum non viderit. Loquitur de Caninio, qui paucas horas Consul vixit. ¶ Item pro consequi, adipisci. *Cic. l.14. Fam. ep.1.* Quem ego diem si videro, & si in veltrum complexum venero. ¶ Transferur etiam ad animum, pro cernere, intueri, ut fit in somnis. *Cic. 4. Acad.* Et, si nunc, aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur. *Tac. l.2. Ann. c.14.* Non eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque se operatum. ¶ Translate frequenter sumitur pro intelligere, cognoscere. *Cic. 2. Agr.* Sed videte vimlegis Agrariæ. ¶ Item pro prævidere, prænoscere. *Liv. l.6. c.12.* Vates in futurum vident. *Cic. l.4. Fam.* An tu non videbas mecum simul, quam illa crudelis esset futura victoria? *Id. l.6. ep.3.* Summa tamen eadem est, & idem exitus, quem ego tam video animo, quam ea, quæ oculis cernimus. ¶ Item pro animadvertere, cogitare, considerare, ut *Vide quid agas. Ter. Phorm. 2. 2. 32.* Vide, quid agas, prima coitio est acerrima. *Id. 7. Verr.* Videas etiam atque etiam, & consideres, quid agas; quo progrediare, &c. Hoc sensu usurpatur etiam impersonaliter, & passiva terminatione. *Plaut. Asin. 3. 3. 95.* Da ifti viginti minas: video me amantem egere. *Li.* Videbitur. *si vedrà, si penserà.* ¶ Item pro curare, efficere. *Ter. Adelph.* Ego istue video. *Id. Andr. 2. 6. 25.* Ego, hæc ut rette fiant, video. *Cic. Att. l.2.* Tu ista omnia vide, & guberna. *Id. Att. l.5. ep.1.* Antecesserat Statius, ut prandium nobis videret. *h. e.* pararet, curaret. ¶ Item pro cavere. *Cic. 4. Acad.* Vide, quæso, etiam atque etiam, ne illorum quoque rerum pulcherrimarum a te ipso minuatur auctoritas. *Pompejus ad Domit. inter epist. Cic. ad Att. l.8. post ep.12.* Diligentius nobis est videndum, ne distracti pares esse adversario non possimus. ¶ Item pro consulere, providere. *Ter. Phorm. 1.4.12.* Rectè mihi videtis, & sensis esse ultus iracundiam. ¶ Item pro fidere, credere. Hinc *Me vide,* phrasis est comica, pro eo, *in me recipio. Ter. Andr. 2.2.13.* Atqui istue ipsum nihil pericli est; me vide. *Plaut. Trinum. 3. 3. 78.* Nihil est de signo quod vereare: me vide. *sia sullà mia fede.* ¶ *Vide* interdum usurpatur, cum indignamur, aut stomachamur. *Plaut. Aulul. 1.1.7.* Vide, ut incedit! *Ter. Phorm. 2.3.* Avaritia vide quid faciat. ¶ *Video, is, ire,* &c. eleganter usurpamus, cum alicujus rei curam aliis relinquimus. *Cic. 6. Ver.* Compone hoc, quod postulo, de argento: de reliquo videro. *Id pro Quinct. c.17.* Quid mihi, inquit, cum ista summa sanctimonia? videsne ista officia viri boni. *Id. 3. de nat. Deor. c.4.* Quam simile fit istud, tu videris. *Id. de Amic. c.1.* Quam id recte faciam, videsne sapientes. ¶ Interdum per catachresim hoc verbum usurpatur de aliis sensibus præter oculos. *Virg. Æneid. 4.* mugire videbis sub pedibus terram. *Plaut. Mil. 4. 6. 44.* Naso hæc quidem video: plus, quam oculis. ¶ Videre diem, est vivere. *Ovid. 5. Trist. el.5. v.44.* Sive diem videat, sive tegatur humo. ¶ *Viso opus est* pro videndum est. *Plaut. Capt. 2. 2. 29.* Viso opus est, caute opus est, ut accurate hoc agatur.

Vidĕor, eris, visus sum, pass. 2. *essere veduto, βλέπομαι, ὁράομαι,* cernor, conspicior. *Virg. 4. Ecl.* Divisque videbit Permixtos Heroas, & ipse videbitur illis. *Var. l.1. R. R. c.2.*

Vidĕor, eris, visus sum, d. 2. *parere, sembrare,* נִרְאָה, חָנָה טוֹב בְּעֵינַיִם, δοκέω, φαίνομαι, opinionem, seu imbecillam assentionem in alicujus animo infero, præme facio. Usurpatur semper personaliter ut deponens absolutum, & quidem, si solum est, usurpatur cum duobus nominativis, uno ante, altero post, si autem conjungitur cum infinitivo verborum personalium, interdum cum duobus nominativis, interdum cum uno usurpatur. Frequentissime tamen usurpatur etiam in tertio ordine, idest cum dativo personæ. *Cic. 1. Off.* Nunquam omnino periculi fuga committendum est, ut imbelles, timidique videamur. *Id. Att. l.2. ep.1.* Illa tua horrida la mihi, atque incompta visa sunt. *Idem 2. Fin. c.13.* Quæ Aristoni, & Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo: h. e. nihil ab eis æstimata sunt. *Id. 4. Catil.* Videtur enim mihi hanc urbem videre lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium subito uno incendio concidentem. *Cic. l.16. Fam. ep.21.* Videor videre ementem te rusticas res. ¶ Reperitur usurpatum & impersonaliter. Sed hujusce constructionis unicum exemplum apud vereres Scriptores extat. *Cic. 5. Tusc. c.5.* Non mihi videtur ad beate vivendum satis posse virtutem. ¶ Significat etiam firmum animi placitum, & usurpatur pro placere, censere, statuere. Hac acceptione semper impersonaliter construitur, & cum infinitivo vel expresso, vel occulto. *Cic. de Senect.* Nunc autem mihi visum est de senectute aliquid ad te scribere. *Id. lib. 14. Fam. ep.7.* Si tibi videbitur, villis iis utere, quæ longissime aberunt a militibus. ¶ Atque hac ratione sæpe in decretis, & Senatus consultis adhibebatur. *Cæs. lib. 1. B. C. cap.2.* Ubi ante eertam diem Cæsar exercitum dimitteret; si non faciat, eum adversus rempublicam facturum videri. ¶ Hujus verbi usus apud Ciceronem adeo frequens est, ut nonnunquam ab eo per pleonasmum tantummodo usurpetur, ita tamen, ut non sine quadam vi, & elegantia. *Pro leg. Manil. cap.10.* Satis multa verba feciste videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium, magnitudine periculosum; restat, ut de Imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo dicendum esse videatur. *Id. de Am. c.4.* Sperare videor.

Vide sis. V. *Sis.*

Vidŭa, æ, f. 1. *vedova,* אַלְמָנָה, Ger. *wittwe, wittfrau,* Gall. *veuve,* Hisp. *viuda,* χήρα, ἄζης, mulier viro orbata: dicta est, quasi a viro idua, hoc est divisa, iduare enim erat olim idem ac dividere. Ita scribit *Macrob. l. 1. Saturn. cap.15.* ¶ Revera adjectivum est, & subintelligitur *mulier. Plaut. Stich. 1. 1. 2.* Quæ tandiu vidua viro suo caruit. *Horat. l. 1. ep. 1. v.78.* Sunt, qui Fruitis, & pomis viduas venentur avaras. ¶ *Labeo l.242. Dig. de Verb. signif.* docet, viduam dici non solum eam, quæ maritum habuit, sed etiam eam, quæ nulli nupsit, qua ratione videtur *Propert. l. 2. eleg.22.* dixisse: Quidve tibi prodest vidua dormire puellas? Et *Liv. l. 1. c.46. ad fin.* Et, se rectius viduam, & illum cœlibem futurum fuisse, contendere.

* Vidŭālis, le, *vedovile,* χήρειος, ad viduam pertinens, ut Viduales anni, *in lap.* apud *Murat. p.75. n.2.*

Vidŭātus, a, um, nom. part. *privato, spogliato. Virg. 4. Georg. v.518.* Arva nunquam viduata pruinis. *Col. in Præfat. l.10.* Materia viduata corpore. *Sil. l.3. v.601. de Tartaro:* Viduata lumine regna. ¶ Cum genitivo *Lucret. l.5. v.838.* Viduata manuum. ¶ Absolute *vedovile viduata pro viro orbata. Sueton. in Galb. c.5.* Agrippina viduata morte Domitii, *restata vedova.*

Vidŭātus, us, m. *stato vedovile. Tertul. de Virg. veland c.9.*

Viduæssĭes, m. 2. Viduglassij, Biduessles, pop. Galliæ Celt. inter Lexovios ad Or. & Unelos ad Occ. in Normania inferiore, ubi nunc tractus *le Bessin*, quorum caput Juliobona, seu Bajocum. Alii eos collocant in reg. la *Beauisse.*

Viduertas, atis, f. *calamità, συμφορά,* אֵיד, calamitas, apud veteres. *Paul. apud Fest.* Viduertas calamitas dicta, quod vidua bonis. *Cato de R. R. c.141.* Uti tu morbos visos, invisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiesque prohibessis.

Viduītas, atis, f. *vita vedovile,* אַלְמָנוּת, χηρεία, χήρωσις, vita cælebs post nuptias. *Cic. pro Cæc. c.5.* Ebutius iste, qui jam diu Celeniæ viduitate, ac solitudine alererur. *Liv. l.40. c.4.* In viduitate relictæ filiæ singulos parvos filios habentes. ¶ Sumitur etiam pro privatione, inopia. *Plaut. Rud. 3. 1.* Nunc demum est, cum omnium copiarum, atque opum, auxilii, præsidii viduitas nos tener.

Vidŭlaria, æ, f. nomen unius ex amissis Plauti Comœdiis, cujus fragmenta aliquot afferunt *Nonius & Priscianus.* Dicta est a vidulo, sed cujus præcipue argumenti fuerit, ignoratur.

Vidŭlus, i, m. *bolgia, valigia,* אַסְתָּרָה, לְקוֹט, בִּים, Germ. *bulgen, des felleisen,* Gall. *bougette, valise,* Hisp. *bolsa,* φυλακτήριον, πήρα, sacculus, quo pe-

cunia, vel aliquid quidpiam itineris causa reponitur. *Plaut. Rud. 4. 4. 88.* Est ne hic vidulus, ubi cistellam tuam ineste ajebas. *Id. Men. 5. 7. 47.* Recte obsignatum in vidulo est marsupium.

Vidŭo, as, 2. 1. *privare,* שָׁכַל, חָמַס, Ger. *berauben,* Gal. *priver,* Hisp. *privar,* χηρόω, ἀποστερέω, orbo, privo. *Virg. 8. Æneid.* Toro ferro sæva dedisset Funera, tam multis viduasset civibus urbem. *Hor. l.2. ode 29.* Et foliis viduaurur orni.

Viduvium, ii, n. *stato vedovile. Sidonius l. 3. ep. 2.*

Vidŭus, a, um, *vedovo, privato, privo,* חָמָס, שָׁכוֹל, אַלְמָן, χήρος, expers, privatus, orbatus, destitus. Proprie dicitur de ea re, vel loco, vel tempore, in quo alter conjugum mortuus est. *Ovid. 1. Fast.* Per totidem menses a funere conjugis uxor Sustinet in vidua tristia signa domo. *Id. ep.18.* Cur ego tot viduas exegi frigida noctes? ¶ Translate de quacunque re usurpatur, pro experte, vacuo, privato. *Hor. l.1. od.10.* Voce dum terret, vidua pharetra Risit Apollo. *Id. l.4. od.5.* Et vitem viduas ducit ad arbores. ¶ Cum genitivo *Avien. in Perieg. v.939.* Cespes herbæ vidua. *Silius l. 2. v.247.* Viduus teli. ¶ Et cum ablat. & præposit. *a*, vel *ab. Virg. in Culice prope fin.* Diris opacos Cogor adire lacus viduus a lumine Phœbi.

Vienna, æ, f. Viena, Ala Flavina, Vindobona, inc. *Voien.* Ital. *Vienna,* Gall. *Vienne,* urbs Pannoniæ sup. apud fines Rungariæ, ad Danubium flu. ubi recipit *Vien* amnem, unde nomen urbi, cum ponte, ampla, culta, munita, caput Austriæ, sedes Imperatoris a multis annis. ¶ Vienna altera, quæ Allobrogum dicitur, Gal. *Vienne,* Ital. *Vienna,* col. & urbs Galliæ Narbon. in Delphinatu, ad Rhodanum fl. cum ponte, unde recipit Geram, ad rad. collis, olim celeberrima, & ex Galliæ præcipuis, valde ampla, nunc angustior. In ea celebratum Concilium Viennense universale XV. anno 1311. a Clemente V. Pont Max. Vitifera dicitur a *Martial. l.13. ep.107.* ¶ Hinc Viennensis apud *Plin. l.14. c.1.* apud Tacitum, & alios.

Vĭĕo, es, evi, etum, a. 2. *leg

Vigilāre, adv. idem ac vigilanter. *Gel. l. 3. c. 14.* Vigilate, & attente verbum non probum mutavit.

Vigilatio, onis, f. vigilia, insomnia. *Cæl. Aurel. Tard. l. c. 4.*

Vigilātus, a, um, vigilando transactus, ἀγρυπνηθείς, partic. a vigilor. *Ovid. 4. Fast.* Somusſtamque facem vigilata nocte viator Ponet. ¶ Sumitur etiam pro lucubrato, ſeu nocte per vigiliam compoſito. *Ovid. 4. Faſt.* Primus amans carmen vigilatum nocte negata Dicitur ad clauſas concinuiſſe fores.

Vigilax, acis, o. g. *vigilans*, ער, ἀγρυπνητικός, ſagaciter, multumque vigilans. *Col. l. 7. c. 12. de canibus:* Maxime autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſſidui, & circumſpecti magis, quam temerarii. *Ovid. 2. Met. v. 779.* vigilacibus excita curis.

Vigilia, æ, f. *vigilia*, השמורות, Germ. *wuacht*, Gal. *veille, guet de nuit*, Hiſp. *vela*, ἀγρυπνία, actus vigilandi, inſomnium, excubiæ nocturnæ. *Celſ. lib. 3. cap. 6.* Ut neque vigilia præceſſerit, neque ventris reſolutio, neque inedia. *Cic. 4. Tuſc. c. 19.* Cui non ſunt auditæ Demoſthenis vigiliæ? *Id. in proœm. paradox.* Illud majorum vigiliarum munus in ſuo nomine apparuit. h. e. longiorum lucubrationum. ¶ Speciatim dicitur de vigiliis militaribus. *Vigilia* autem, & *excubiæ* differunt, quod *vigiliæ* ſunt tantum nocturnæ, *excubiæ*, & nocturnæ, & diurnæ. *Cic. 6. Ver. c. 43.* Præcipitur, & negotium datur Quæſtoribus, & Ædilibus, ut noctu vigilias agerent ad ædes ſacras. ¶ Vigiliæ militares quatuor erant, prima, ſecunda, tertia, quarta. Singulæ tribus horis conſtabant. Noctes enim in duodecim horas dividebantur, quæ æſtivo tempore breviores erant, hyemali autem longiores. *Cæſ. l. 1. B. G.* De tertia Vigilia cum legionibus tribus ex caſtris profectus ad eam partem pervenit, quæ nondum flumen tranſierat. ¶ Hæc militaris diviſio noctis etiam in rebus urbanis obſervabatur. *Cicer. l. 3. Fam. ep. 7.* Cum puer tuus ad me ſecunda fere vigilia veniſſet. ¶ Metonymice vigiliæ dicuntur ipſi cuſtodes, qui vigilant, *guardie, ſentinelle*, φρουροί. *Cicer. pro Mil.* Si Capitolinæ cohortes, ſi excubiæ, ſi vigiliæ, ſi delecta juventus, quæ tuum corpus, domumque cuſtodit, contra Milonis impetum armata eſt. *Salluſt. in Catil. c. 32.* Et ab incendio intelligebat Urbem vigiliis muniſtam. ¶ Vigiliæ quoque dicebantur nocturna ſacra, quibus in æde Cereris mulieres pervigilabant, quæ & *myſteria*, & *initia* dicebantur. Ea nocte concumbere piaculum erat. *Plaut. Aulul. 4. 10. 65.* Is Adoleſcentis illius eſt avunculus, qui illam ſtupravit noctu Cereris vigiliis. ¶ Per Metaphoram vigilia ſumitur pro diligentia, cura, officio. *Cic. l. 11. Fam. ep. 24.* Cupio jam vigiliam meam, Brute, tibi tradere, ſed ita, ut ne deſim conſtantiæ meæ. *h. e.* mei muneris partes. alludit autem ad vigilias militares. Nam qui in caſtris exploratorum, & excubiarum partes noctu obeunt, ubi ſua vigilia perfuncti ſunt: alii aliis vigiliam quaſi per manus tradunt. *Id. 7. Phil. c. 7.* Idcirco in hac cuſtodia tanquam in ſpecula collocari ſumus, ut vacuum Populum R. metu noſtra vigilia, & providentia redderemus.

Vigiliarius, ii, V. Vigilarium.

Vigilium, ii, n. idem ac vigilia. *Varro apud Non. c. 268.*

Vigilo, as, n. i. *vigilare, vegghiare*, ער, Germ. *wachen*, Gall. *veiller*, Hiſp. *velar*, γρηγορέω, ἀγρυπνέω, abſtineo a dormiendo, vigilias ago, excubo. *Cic. in Somn. c. 1.* Me & feſtum de via, & qui ad multum noctem vigilaſſem, arbitor. quam ſolebat, ſomnus complexus eſt. *Id. Catil. l. 3. c. 3.* Tardiſſime autem Lentulus, credo, quod literis dandis præter conſuetudinem provincia nocte vigilarat. *Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 14.* Properando etiam citius, quam ſi de multa nocte vigilaſſent. *Hor. lib. 1. Sat. 3.* Noctes vigilabat ad ipſum Mane, diem tonum ſtertebat. ¶ Per Metaphoram ponitur pro providere, ſtudium, & diligentiam adhibere. *Cic. pro Plane. cap. 24.* Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. *Id. 6. Phil. c. 7.* Quamobrem, Quirites, conſilio, quantum potero, laborare plus pene, quam poteo, excubabo, vigilaboque pro vobis. ¶ Uſurpatur, & imperſonaliter. *Martial. lib. 12. epigr. 69.* Si vigilatur & hic. ¶ Item paſſive. *Ovid. ep. 12.* Non mihi grata dies, noctes vigilantur amaræ. ¶ Vigilare etiam dicuntur ignes, qui inextincti ſervantur, ut Romæ in templo Veſtæ, de quo igne *Strat. l. 1. Silv. 1. v. 35.* An tacita vigilet face Troicus ignis. *Et Flor. l. 1. c. 2.* Ut ad ſimilitudinem cœleſtium ignium cuſtos imperii flamma vigilaret.

Viginti, *venti*, עשרים, *d'hori*, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Cic. pro Planc.* Quæ, ſi viginti quieſſem dies, in aliorum jugulum Conſulum recidiſſent. *Id. 3. de Or.* Annoſque natus unum, & viginti.

Viginticingillus, a, um, adject. *di venti angeli.* ut Pyramis octangula, & viginticangula, apud *Apulej. dogmat. Platon.*

Viginticviratus, us, m. Magiſtratus viginti virorum, munus quoddam in Republica gubernanda, cui viginti viri præerant. *Cic. Att. l. 9.* Repudiari ſe totum, magis etiam, quam olim in Viginticviratu, putabit. *Cic. 9. ad Att. ep. 2.* & *Quintil. l. 12. c. 1.*

Viginticviri, m. 2. οἱ ἐικοσιν, Magiſtratus apud Romanos. Hunc Magiſtratum conſtituebant Triumviri capitales, Triumviri monetales, Quatuorviri curatores viarum, & Decemviri, qui haſtam Centumviralem cogebant. *Turneb. ex Dione l. 53. Cic. Att. l. 2. ep. 7.* Ubi nemo ſit præter me, qui quemquam ex Viginticivitis unum eſſe ſalvum velit.

Vigor, oris, m. *vigore, gagliardia, virtù, valore*, חזק, נמ, Germ. *kraffe*, Gall. *vigueur*, Hiſp. *vigor*, ἀκμή, vis illa, qua aliquid vivit, vel agit, firmitas, robur. *Virg. l. 9. Æn.* Nec tarda ſenectus Debilitat vires animi, mutatque vigorem. *Liv. l. 21.* Eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri. *Ovid. 8. Met. v. 254.* Vigor ingenii. ¶ In plurali *Virruv. l. 6. c. 1.* Vigores animorum.

Vigorātus, a, um, adject. *vigoroſo, forte*, ut vigoratus juvenis, *Apul. l. 9. Met.*

Vigōro, as, a. 1. *rinvigorire*, vigorem do. *Tertul. de Pudic. cap. 2.* Effœminantia magis, quam vigorantia diſciplinam.

Vilēſco, es, vel Vileſco, is, n. *diventar vile*, φαυλίζομαι, ἀτιμάζομαι. *Avien. in Arat. v. 318.* At poſtquam argento deformis viluit ætas.

Vilificare. V. Annihilare.

Vilipendo, is, a. 3. *vilipendere, ſprezzare*, contemno, parvi facio. *Plaut. Truculent. 2. 6. 58.* Eriamnum me vilipendit.

Vilis, & le, o. 3. *vile, di poco prezzo, o ſtima*, זול, נקלה, נבזה, קל, Germ. *fehlecht, unachtbar*, Gal. *lache, vil*, Hiſp. *barato, de poco precio*, φαῦλος, ἀτιμος, ἄτιμος, abjectus, contemptus. *Plaut. Trin. 1. 1. 10.* Nec quicquam hic vile nuſc eſt, niſi mores mali. *Cic. 5. Tuſc. c. 35.* Quotidie nos ipſa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. *Id. Verr. 3. c. 84.* Frumentum quoniam vilius erat, ne emiſſes. *Id. 2. Fin. c. 28.* Voluptas percipitur tam ex viliſſimis rebus, quam ex pretioſiſſimis. *Salluſt. in Catil. c. 16.* Fidem, fortunas, pericula vilia habere. *h. e.* non magni facere. ¶ Per Metalepſim ponitur pro abundanti, teſte *Servio*, quia omne quod plurimum abundat, vile eſt, *i. e.* parvo pretio emitur. *Virg. 1. Georg.* Si vero viciamque feres, vilemque phaſellum. ¶ Per Metaphoram oratio vilis dicitur pro neglecta, inculta, cui opponitur accurata. *Quinct. l. 8. c. 3.* ¶ In ablativo ſingulari uſurpatur interdum *vili* abſolute cum verbis pretii, ſed tamen ſubſt. *pretio* ſubintelligitur. *Martial. l. 12. epigr. 67.* Inſtructam vili venalis, Amene, domum. *Ulpian. l. 2. Dig. de eo quod certo loco &c.* Res viliſſimo diſtracta. ¶ *Rebus vilibus*, tempore annonæ laxæ. *Terent. Phorm. 5. 3. 6.* Ex his prædiis talenta argenti bina capiebat: ac rebus vilioribus multo etiam talenta bina, *e ciò in tempo che i vivieri erano a molto minor prezzo.*

Vilitas, atis, f. *buon mercato, poco prezzo*, זולית, φαυλότης, ἀτιμία, ἀωνία, exiguitas pretii, qui caritas opponitur. *Cic. pro Leg. Man. cap. 15.* Tanta repente vilitas annonæ & ſumma inopia, & caritate rei ſumentariæ conſecuta eſt, ut, nullis ſpe & nomine, quantam vix ex ſumma ubertate agrorum diuturna pax efficere poſſiſſet. ¶ Interdum ſumitur pro contempru, ut *Vilitas ſui*, ideſt cum quis ſe viliſſimum putat. *Curt. l. 5. c. 9.* Sæpe tædio laboris ad vilitatem ſui compellunt ur ignavi.

Viliter, adv. *a buon prezzo, vilmente*, ἀτίμως, cum vilitate, vili pretio. *Plin. l. 18. c. 6.* Quicquid per aſellum fieri poteſt, viliſſime conſtat. *Plaut. Curcul. 2. 1. 28.* Venire poteris intelſinis vilius. *Apulej. l. 1. Florid.* Viliter ſe ipſum colere, ſui contemptus eſt.

Vilito, as, a. 1. *far vile, avvilire*, בזה, φαυλίζω, vile reddo. *Turpil. apud Non. c. 2. n. 896.* Quin moneam, quin clamem, & querar tua vitia, quæ te vilitant.

Villa, æ, f. *caſa di villa*, חוה, פרון, כפר, ἔπαυλις, ἀγροικία, domus extra urbem, in agro, agri colendi, & fructuum colligendorum, aut etiam habitationis cauſa conſtituta, a *vehendo*, quaſi *vehilla*, quod in eam fructus ex arvis convehuntur. Ita docet *Varr. l. 4. de L. L.* & *l. 1. R. R. c. 12. Cic. pro Q. Roſc. Com. c. 12.* Qui ager, neque villam habuit, neque ex ulla parte fuit cultus. *Et mox.* Tum erat ager inculrus, ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cum optima villa: *Plin. l. 18. c. 6.* Modus hic probatur, ut neque fundus villam, neque villa fundum quærat. ¶ Tripartito a Columella diſtribuitur, in urbanam, ruſticam, & fructuariam. *Villa ruſtica*, eſt cum pars villæ, quam villicus, colonus, vinitor, arborator habitandam ſibi obtinet, & familiæ villaticæ, atque inſtrumento omni ruſtico condendo, aut continendo eſt accommodata. *Villa urbana*, ea pars eſt, quam dominus ſibi, cum ruri eſt, habitandam recipit. Dicitur urbana, quia elegantius, amœniuſque ædificari ſoler, & inſtrui, quaſi urbani nitoris, & elegantiæ plus habens, quam ruſtica. *Fructuaria* villa dicitur, ubi fructus recondantur. V. ipſum *Colum. l. 1. c. 6.* ¶ Villa publica erat ædes in Campo Martio publicis officiis aſſignata, quemadmodum deſcribitur a *Varrone l. 1. R. R. c. 2.* Villa, inquit, publica ad Rempubl. adminiſtrandam eſt utilis, ubi cohortes ad delectum Conſuli adductæ conſidant: ubi arma oſtendant; ubi Cenſores cenſu admittant populum. Hæc *Varro*. Dicta eſt autem villa, quia poſita erat extra Urbem. Nam Martius campus ſitus erat inter urbem & Tiberim, ut *Liv. l. 2. c. 5.* docet. *Flor. l. 3. c. 21.* ſcribit, L Syllan quatuor millia deditorum inermium in villa hac publica interfeciſſe. Meminit & *Liv. l. 4. c. 22.* hujus loci. ¶ Neque vero ſolum ruſticæ ædes, ſed etiam ſingulæ earum partes villæ nomine ſignificantur. Hinc *Plin. l. 9. c. 54.* oſtrearum vivaria, quæ ſunt villæ ruſticæ partes, *villas* vocat. Similiter apud *Varr. loc. cit.* villæ ſumuntur pro cohoribus avium altilium. In illo etiam *Plinii* loco *l. 5. ep. 19.* Rogo ergo, ſcribas tuis, ut illi villa, ut domus pateat: videtur *villa* poni pro parte villæ ruſtica, *domus* vero pro parte urbana.

Villāris, & re, o. 3. *di villa*, ἀγροικικός, idem, quod villaticus, ut villares gallinæ, quæ in villa aluntur. *Plin. l. 10. c. 41.*

Villatĭcus, a, um, *villeſco, di villa*, חדרי, ἀγροικικός, quod ad villam pertinet, ut *Villaticus canis*, qui villæ aſſervandæ gratia alitur. *Villatica alites*, quæ in ædibus, feu caſis ruſticis nutriuntur, ut ſunt gallinæ, anates, columbæ, & *Villatica paſtiones*, h. e. alimenta, quibus hujuſmodi alciles alites nutriuntur, *Col. l. 8. c. 10.* De villatico cane igitur, & paſtorali decendum eſt, nam venaticus nihil pertinet ad noſtram profeſſionem. *Plin. l. 23. c. 1.* Ajunt, ſi quis villam ea tinxerit, fugere accipitres, cutaſque fieri villaticas aves. *Varr. l. 3. R. R. c. 2.* Duo ſunt paſtionum genera; unum agreſte, in quo pecuaria ſunt; alterum villaticum, in quo ſunt gallinæ, ac columbæ, & apes, & cætera, quæ in villa ſolent paſci. *Villica*, æ, f. *contadina*, פרזית, οἰκονόμος γυνή, uxor villici. *Martial. l. 1. epigr. 56.* Pinguis inæquales onerat cui villica menſas. *Juvenal. ſat. 11. v. 69.* Aſparagi, poſito quos legit villica fuſo. ¶ De officiis villicæ V. *Colum. l. 12. c. 1.* & *Var. l. 1. R. R. c. 18.*

Villicatĭo, onis, f. *fattoria di villa*, ἀγρονομία, villæ diſpenſatio, ſeu adminiſtratio, negotiatio ruſtica. *Col. l. 2. c. 1.* Qui ſuſceperit officium villicationis, in primis convictum domeſticum, multo etiam magis externum vitet. *Petron. in Satyr.* Servum in villicationem relegavit.

Villĭco, onis, m. idem ac villicus, ideſt præfectus villicationis. *Apul. in Apol.* Negat eam rationibus villiconum, & opiſionum, & equiſonum ſolertiſſime ſubſcripſiſſe. Alii leg. *villicorum*.

Villĭcor, aris, d. 1. *ſtare alla villa*, villæ præeſſe, *governare la villa*, οἰκονομεύω. *Pompon. apud Non. c. 2. n. 897.* Non villicari, ſed dominari mea eſt ſententia. *Pl. l. 18. c. 6.* Quorum præcipia colenda ſuſcipiebat Reſpublica, exercituſque deducbant ſenatu illis villicante. ¶ Significat etiam ruſticari, in villam animi cauſa ſecedere, *villeggiare. Afran. apud Non. loc. cit.* In Arpinos jam, quantum potes, explodam hominem, ut villicetur. ¶ Invitur & Villico, as, a. 1. apud *Apulejum l. 8. Metam.* Poſſeſſionem maximam villicabat.

Villĭcus, i, m. *fattore, caſſalde*, חלין, Ger. *meyer, lehenmann*, Gal. *metayer*, Hiſ. *capataz*, οἰκονόμος, αὐλίτης, cui tota rei ruſticæ cura a domino committitur. *Var. de R. R. l. 1. c. 2.* Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus a villa. *Cic. 4. Tuſc.* Cum villico factus eſſet iratior. *Id. 5. Verr.* Putat, ſe bonum in arationibus, fructibuſque ſuis habuiſſe cuſtodem, ac villicum. ¶ Ponitur aliquando pro ruſtico cultore agri. *Hor. l. 1. ep. 14.* Villice ſylvarum, & mihi me reddencis agelli. ¶ Item generatim pro quocunque diſpenſatore: hinc *villicus ab alimentis* in quadam inſcriptione apud *Salmaſ. in Lamprid.* & *villicus aranarii* in quodam veteri epigrammate, quod nonnulli *Tibullo* tribuunt. Sic *villicus urbis*, h. e. præfectus. *Juvenal. ſat. 4. v. 77.* Pegaſus attonitæ poſitus modo villicus urbi. Quamquam hoc loco rectius attendas ad ſatyricum ſcomma, quo *Juvenal.* Pegaſum perſtringit, qui non tanquam præfectus liberam urbem, ſed tanquam villicus oppreſſam, & abjectam villæ more gubernaret. ¶ *Vilicus* unico *l* legitur in aliquot antiquis inſcriptionib. apud *Fabret. pag. 2. & Manut. in orthogr.* ¶ De villici officiis V. *Varr. l. 1. R. R. c. 18.* & *Col. l. 8. c. 1.* & *l. 9. c. 4.*

Villōſus, a, um, שעיר, τριχώδης, τριχωτός, villis plenus, hirſutus, hirtus. *Virg. 8. Æn. de Caco:* villoſaque ſetis pectora ſemifieri. *Plin. l. 16. c. 10.* Arbor folio villoſior. *Id. l. 11. c. 39.* Villoſiſſimum animal. *Id. l. 12. c. 12.* Radix villoſa. *h. e.* capillamentis inſtructa.

Villŭla, æ, f. *villetta*, ἀγροικιδίον, parva villa. *Cic. Att. l. 8. ep. 9.* Ego Arpini volo eſſe pridie Calendas, deinde circum villulas noſtras errare. *Horat. lib. 1. ſat. 5.* Proxima Campano ponti quæ villula tecſum Præbuit.

Villum, li, n. 2. *vinetto, οἰνάριον*, diminutivum a *vinum. Ter. Adelph. 5. 2. 11.* Interea in angulum aliquo abeam, atque obſervem hoc villi, *queſto poco di vino che ho bevuto.*

Villus, i, m. *fiocco, peli meſſi inſieme*, צמר, שער, Germ. *haarloke*. Gal. *poil.* Hiſ. *vello*, θρίξ, λάχνη, πρόχυμα, non proprie pilus eſt, ſed potius multorum pilorum collectio, & quidam quaſi floccus, quales in jubis leonum, & luporum, & nonnullorum etiam canum ſeparatos videmus propendere, quales item ſunt in veſtibus flocci illi prominentes, qui hodie etiam ornatus cauſa arte fullonia pannis inducuntur. Eſt a *vinnus*, ideſt cincinnus, molliter flexus, ut *Iſidorus* exponit *lib. 3. cap. 19.* Vel eſt a *vellendo*, qua ratione ab eodem *vellus* venit. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 47.* Animantium vero quanta varietas eſt, quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ, &c. *Virg. 3. Georg.* Udiſque aries in gurgite villis Merſatur. *Mart. l. 14. ep. 136.* Calfaciunt villi pallia noſtra mei.

Vimen, inis, n. 3. *vimine, vinco, venco, ſtroppa*, גמא, Germ. *korbreiff, bircken*, Gall. *verge à lier*, Hiſp. *velle, οἰσύα, ῥίτυ, λύγος*, omne virgultum lentum & ſed molle, flexile, & aptum ad viendum, *i. e.* ligandum. *Varro l. 1. de R. R.* Ut habeas vimina, unde viendo quid facias. *Poſt.* Viere, alligare, unde vimina, & vaſa viminea. ¶ Fiunt autem vimina ex virgis populi, ulmi, ſanguinei fruticis, betulæ, coryli, vitis, & ſalicis, quæ principatum obtinet. *Caſ. l. 2. B. C.* Reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur. *Col. l. 4. c. 40.* Ne reſert, cujus generis vimen ſacras, dum ſit lentiſſimum.

Vimentum, i, n. idem quod vimen. *Tac. 12. Ann. c. 16.* Mœnia non ſaxo, ſed cratibus, & vimentis, ac media hume, adverſus irrumpentes invalida erant.

Viminālis, & le, o. 3. *oſiveoforos*, quod ad vimina pertinet. Viminalis arbor eſt, ex qua vimina ſiunt. *Plin. l. 17. c. 20.* Salicis viminalis ſingula jugera ſufficiunt viginti quinque vineæ jugeribus. *Col. l. 4. c. 30.* Salices viminales atque arundineta, vulgareſque ſylvæ, vel conſulto conſitæ e caſtaneis prius faciendæ ſunt. ¶ *Viminalia* abſolute ſunt arbores, quæ vimina ferunt. *Plin. loc. cit.* Hæc eſt viminalium cultura. ¶ Viminalis collis, unus ex ſeptem urbis Romæ collibus, in tertia urbis regione, ita dictus a viminum ſylva in eo enata circa aram Jovis, unde & Jupiter ipſe Vimineus cognominabatur. *Varro l. 4. de L. L.* ¶ Viminalis porta, *Feſtus & S. Agneſe*, una ex portis urbis Romæ, inter Salariam, & Exquilinam, ita dicta, quod in Viminalem collem duceret. Eadem vocata eſt *Inter aggeres, Nomentana, Viculenſis*.

Viminarius, ad vimina pertinens. *Inſcript. apud Gruter. pag. 642. n. 3.*

Viminētum, ti, n. *vinchato*, locus viminibus conſitus. *Varr. l. 4. de L. L.*

Viminĕus, a, um, *di vimini, οἰσσώδης, λυγώδης*, quod eſt ex vimine. *Plaut. Epid. 1. 2. 26.* Viminei faſces virgarum. *Caſ. l. 3. B. C. c. 63.* Multum autem ab ictu lapidum viminea tegumenta galeis impoſita defendebant. *Virg. 1. Georg. v. 95.* Viminea cæſpite trahit erates.

* Viminius Jupiter, *h. e.* Viminalis. *Varr. L. L. l. 4. c. 8.*

Vin, eſt *vis ne? Plaut. Pœn. 5. 2. 155.* Vin' eam videre?

Vinacĕa, æ, f. *vinaccia*, גרגרים, זגים, חרצנים, γιγάρτιον, acini, ſeu grana uvæ jam preſſæ. *Col. l. de Arb. c. 4.* Præterea poſt hæc vinaceæ heminam uvæ albæ in nigra, uvæ nigræ in alba ponito. *Plin. l. 17. c. 22.* Circum capita addito ſtercora, paleas, vinaceas, aut aliquid horumce.

Vinacĕum, & Vinaceus, i, n. & m. *vinacciuolo*, חרצן, Ger. *kernen die in beeren ligen, weinkreſt*, Gal. *les pepins des raiſins*, Hiſp. *granillo de uva*, γίγαρτον, granulum illud lignoſum, quod in uvæ acino naſcitur. Fere uſurpatur in numero plurali. *Col. l. 3. c. 1.* Humido loco ſeiet non recte mandari fructus teneri, & amplioris acini, ſed caſioſi, & anguſti, frequentiſque vinacei. *Id. l. 11. c. 2.* Naturaliis autem maturitas eſt, ſi, cum expreſſeris vinacea, quæ acinis celantur, jam inſuſcata, & nonnulla propemodum nigra fuerint. ¶ Nonnumquam tamen vinacea, *vinaccie*, dici inveniemus pro toris uvæ expreſſis reliquiis. *h. e.* non ſolum pro hiſce granulis, verum etiam pro ipſis folliculis, qui Græce σάμφυλα. *Col. l. 12. c. 36.* Tortivum muſtum dicimus quod poſt primam preſſuram vinaceorum circunciſo pede exprimitur. *Id. l. 6. c. 3.* Licet etiam, ſi ſit leguminum inopia, & eluta, & ficcata vinacea, quæ de lora eximuntur, cum paleis miſcere. *Cato c. 25.* Vinaceos quoridie recentes ſuccemito. *Varro l. 3. de R. R. c. 11.* Pabulum his datur triticum hordeum, vinacei uvæ.

Vinacĕus, a, um, quod ad vineam, ſive uvam, ſive vinum ſpectat. *Cic. de Sen. c. 15.* Omitto enim vim ipſam omnium, quæ generantur e terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos, ramoſque procreat. Alii rectius legunt *ex acini vinacea.*

Vinalĭa, orum, vel ium, quemadmodum dicimus *Saturnalium*, & *liorum*, n. πιθοιγία, dies quo vinum novum Jovi libabant. *Feſtus:* Vinalia dies feſtum habebant, quo die vinum novum deguſtaban, & Jovi libabant. Duplicia erant: prima celebrabantur 9. Cal. Maji, ſeu die 23. Aprilis, altera 13. Cal. Septembris, ſeu die 20. Auguſti. *Plin. l. 18. c. 29.* Vinalia priora, quæ ante hos dies ſunt 9. Cal. Maji deguſtandis vinis inſtituta, nihil ad fructus attinent. *Et infra:* Extra has cauſas ſunt vinalia altera, quæ aguntur ad 13. Cal. Septembris. Adde *Ovid. 4. Faſt. v. 898.*

Vinālis, le, adject. ad vinum pertinens. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 7.* Si qua vinalis fortitudo in homine reſedit, *ſpirito, e forza del vino bevuto.*

Vinaria, orum, n. vaſa ad vinum continendum apta, ut ſunt dolia, cadi, cupæ, teſtæ, &c. *Horat. l. 2. ſat. 8. v. 39.* Invertunt Alliphanis Vinaria tota Vibidius, Balatroque.

Vinarius, xii, m. *venditor di vino, vinatiere, οἰνοπώλης*, vini venditor. *Plaut. Aſin. 2. 4. 30.* Sed vina, quæ heri vendidi vinario. *Suet. de Claudio, c. 40.* Cum de laniis, aut vinariis agreretur, exclamavit in curia. ¶ Ponitur aliquando pro vinoſo, ac ebrioſo. *Ulp. in l. 4. ff. Addi. ed.* Item aleatores & vinarios non vinoſo, ac ebrioſo. *Ulp. in l. 4. ff. Addi. ed. eund. ib. leg. 25.* continueri edicto, quoſdam reſpondiſſe, Pomponius ait. Adde *eund. ib. leg. 25.*

Vinarius, a, um, οἰνηρός, quod ad vinum pertinet, ut *Cella vinaria*, aportheca, in qua vinum aſſervatur; *Lacus vinarius*, in quem muſtum deſluit; *Taberna vinaria*, in qua vendtur vinum; *Vas vinarium*, in quo vinum apponitur, *Cic. 6. Ver. c. 27.* Erat etiam vas vinarium ex una gemma prægrandi. *Plin. l. 12. c. 13.* In quibus erant claves vinariæ cellæ. *Col. l. 12. c. 18.* Tum lacus vi natrii, & torcularii, & fora, omniaque vaſa eluenda ſunt. ¶ Crimen vinarium, quod verſatur circa vinum. *Cic. pro Font. c. 5.* Cognoſcite nunc de crimine vinario, quod illi invidioſiſſimum, & maximum eſſe voluerunt. Loquitur de portorio, ideſt vectigali vini exportandi gratia ſolvendo, quod a Fonteio conſtiturum in Gallia fuiſſe, accuſator ejus dicebat.

Vinca, æ, f. ſeu Vinca pervinca, *pervinca*, καπράρις, χαμαιδάφνη, herba ropiaria, perpetuo virens, lauri foliis genicularim veſtita, humi ſerpens, & in modum funiculi ſe ſe porrigens, tenuibus ſarmentis obvia quæque vinciens, veteribus inopiam florum ſupplere ſolita, quæ etiam centunculus, clematis, & chamædaphne appellatur, ita dicta, quia ſemper virear, aeriſque injurias vincat, & pervincat. Dicitur chamædaphne, quaſi humilis laurus propter foliorum ſimiliitudinem. *Plin. l. 21. c. 11.* Nam vinca pervinca ſemper viret, in modum linearum foliis geniculatim circundata: Tapiaria herba: inopiam tamen florum aliquando ſuppler. Hæc a Græcis chamædaphne vocatur. *Id. ib. c. 27.* Et vinca pervinca, ſive chamædaphne, arida tuta hydropicis datur in aqua, &c.

Vincentia, æ. V. Vicentia.

Vincĕus, a, um, adj. ad vinciendum aptus. Jocoſe *Plaut. Stich. 4. 2. 56.* Nam mihi intus potione vincea ornabo gulam. *i. e.* laqueo me vinciendo gulam frangam.

* Vinciam dicebant continentem, *vel* Vi ſam dicebant continentiam. *Paul. ex Feſto.*

Vincibĭlis, le, n. 3. *vincibile*, νικητός, qui vinci poteſt, ſuperabilis. *Col. l. 3. c. 12.* Gravem terram, vix alla cultura vincibilem. *Ter. Phorm. 1. 4. 43.* Juſtam illam cauſam, facilem, vincibilem, optumam. *h. e.* quæ obtineri poteſt.

Vincĭo, is, vinxi, vinctum, a. 4. *legare*, אסר, Ger. *binden*, Gal. *lier*, Hiſp. *atar, ſtar*, δέω, ligo, conſtringo. *Virg. 1. Æn.* Purpureoque alte ſuras vincire cothurno. *Hor. l. 4. od. 1.* Vincire novis tempora floribus. ¶ Translate. *Cic. pro Marcell. c. 8.* Omnia quæ delapſa jam fluxerunt, ſeveris legibus vincienda ſunt. *Id. 3. de Orat. c. 49.* Membra orationis vincire numeris. *Id. Att. l. 7. ep. 17.* Loca occupare, vincire præſidiis. *h. e.* munire. *Propert. l. 3. el. 4.* Vincire mentem multo Lyæo, *h. e.* impedire, opprimere. *Id. ib. el. 19.* Vincire lectum cerro fœdere.

Vinco, is, vici, victum, a. 3. *vincere, ſuperare, farſi ſuperiore*, יכל, נצח, גבר, Ger. *uberwinden*, Gall. *vaincre*, Hiſ. *vencer*, κρατέω, νικάω, ſupero, ex certamine ſuperiorem evado, victoriam reporto, proprie dicitur de hoſtibus, & in bello. *Cic. pro Leg. Man.* In maritimis rebus exercitatiſſimos pacatiſſimoſque vicerunt. ¶ Translate ſumitur pro ſuperare quodcunque genus hominum, & quacunque ratione. *Cic. 3. Catil.* Mihi vivendum eſt cum illis, quos vici, ac ſubegi. *Id. 1. off.* Non eſt conſentaneum, qui invictum ſe a labore præſtiterit, vinci a voluptate. *Id. 1. de Or.* Eloquentia cæteros vincerat. ¶ Speciatim vero per translationem ponitur pro obtinere, probare. *Cic. pro Cluent. c. 44.* Vince deinde, virum bonum fuiſſe Oppianicum. *Plaut. Moſtell. 1. 2. 12.* Profecto ita eſſe, ut prædico, vero vincam. Rurſus *Cic. pro Roſc. Com. c. 18.* Vincere judicio aliquid, *ortenere per via giudiziaria. Id. pro Deiot. c. 8.* Vincere cauſam. ¶ Item pro eo exprimere, quaſi difficuli tem rei dicendo ſuperare. *Virg. 3. Georg.* Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere magnum Quam ſit. ¶ Item pro animi comporem fieri. *Propert. l. 1. el. 8.* Rumpantur inſqui: Vicimus: aſſiduas non tulit ille preces. *Ovid. 1. Triſt. el. 9.* Vicimus, inquit: Hic mihi morte ſua cauſa ſalutis erit. *V. Viſtor.* ¶ Item pro concoquere, digerere. *Plin. l. 11. c. 53. in fine:* Pervigilio quidem præcipue vincuntur cibi. ¶ *Expoſtationem vincere*, eſt facere præter expectationem, & ſpem aliorum, & plus, quam quiſquam ſperaverat. *Cic. 7. Verr. c. 55.* Expectate facinus, quam vultis improbum, vincam tamen expectationem omnium. ¶ *Vincere ſua fata.*, eſt diutius, quam naturalis ordo fert, vivere. *Virg. 11. Æn.* Contra ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes Reſtarem ut geniror. ¶ Vincere ſponſionem, & vincere ſponſione, *vincere, a guadagnare la ſcommeſſa. Cic. pro Quinct. c. 27.* Num quid eſt cauſæ, quin, ſi iſte ex edicto non poſſederit, ego ſponſione vicerim? *Id. pro Cæc. c. 31.* Oſtendo eum, qui fateatur ſe dejeciſſe, vincere ſponſionem. Alii hic quoque reponunt *ſponſione.*

Vinctĭo, onis, f. actus vinciendi. *Arnob. l. 2. adv. gentes.* Neque eſſe omnino diſſolutionis expertes, ſed voluntate Dei regis, ac principis vinctione in perpetua contineri. *Id. l. 6.* Vinctionis vi colligari. *Cic. 1. Tuſc. c. 29.* Quæ ante interitum vinctione aliqua tenebantur. Alii multo rectius *junctione.*

Vinctor, oris, m. *chilega. Arnob. l. 6.* Phidias ſciebat, aurum fuiſſe, lapides atque oſſa informia, ſeque horum omnium congregatorem, atque vinctorem.

Vinctūra, æ, f. *legamento*, אסור, δέσις, actus vinciendi. *Plin. l. 16. c. 37.* Pariuntque baltheo corticis vincula, & aliæ virgas ſequacis ad vincturas lentitiæ. *Celſ. l. 8. c. 22.* Ne vinctura talum lædat.

Vinctus, us, m. *legame, δεσμός*, ligamen. *Varro l. 1. de R. R. c. 8.* Et vindemia facta, denique diſcat pendere in palmam aut funiculo, aut vinctu, quod anti-qui vocabant ceſum.

Vinctus, a, um, *legato*, אסור, Ger. *gebunden*, Gal. *lié*, Hiſ. *atado*, δεδεμένος, particip. a vincior. *Ter. Eu. 1. 2. 22.* Quas matres ſtudent Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient. *Cic. 6. Ver.* Ut cujus ad ſtatuam ſiculi te Prætore alligabantur, ejus religioni te eundem vinctum, aſtrictumque dedamus. ¶ Metaleptice accipitur pro captivo, ſeu ſervo. Compedibus enim vincti ſervi in ergaſtulis opera faciebant, vel ruri agriculturam exercebant. *Plin. l. 3. ep. 19.* Nec ipſe uſquam vinctos habeo. ¶ Item pro coacto. *Hor. l. 2. ſat. 7.* Ac veſut uſque Vinctus eas, ita te felicem dicis.

Vinculātus, a, um, adj. vinculis conſtrictus, vinctus. *Martian. Capel. l. 2.* Roſæ decuſſatim vinculatæ. *Cal. Aurel. Tard. 4. c. 8.* Mutuo amplexu vinculati.

Vinculum, i, (& per ſync. *Vinclum* apud Poetas) n. *legame*, אסור, Ger. *ein band, gurt*, Gal. *lien*, Hiſp. *laco, atadura*, δεσμός, ligamen, a vinciendo. *Cic. 1. de Or.* Si corpora capta ſint armis, aut conſtricta vinculis. *Virg. 2. Æn.* Nam teneras arcebant vincula palmas. ¶ Metaleptice ſumitur pro carcere, quia homines olim fere non carcere ſolum, ſed etiam *in carcere vinculis* coercebantur. *Vendelius l. 2. c. 4. ff. de verb ſign.* Vinculorum appellatione vel privata, vel publica vincula ſignificantur. *Cic. Ver. 5. c. 8.* Conjicere in vincula. *Liv. l. 29. c. 19.* Ex vinculis cauſam dicere, *far le ſue diſeſe in prigione. Plin. l. 7. c. 34.* Eſſe in

do aliquem in libertatem asserit: idem dicitur dare vindicias secundum servitutem, quando pronuntiat, eum servi loco habendum, donec, dicta causa de statu constiterit. Igitur utraque vindiciæ propriæ dantur pendente lite. *Liv. l.* 3. c. 44. Neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias. *Et infra*: Lege ab ipso lata vindicias det secundum libertatem. *Et infra c.* 47. Decernit vindicias secundum servitutem. *Id. ib. c.* 51. Proinde ut ille iterum ac sæpius provocet, sic se iterum ac sæpius judicem illi ferre, ni (*Appius*) vindicias ab libertate in servitutem dederit. *h. e.* ni conster, Appium in servitutem caput liberum duci jussisse. Erat enim hæc sponsio quædam, qua Virginius Appio provocanti judicem ferebat, ni probaret, eum contra leges dedisse vindicias in servitutem. V. *Sponsio*, & *Judex*. ¶ *Vindicias dicere*, est vindicias pronuntiare de re aliqua controversa. *Liv. l.* 3. *c.* 56. *de eod. Appio*: Vox una vindex libertatis ex eo missa ore, quo vindiciæ nuper ab libertate dictæ erant. ¶ *Vindicias ferre*, est sententia, decretoque obtinere rem. Dicebat enim vindicias judex, *ferebat* vindicias, qui rem obtinebat. *Lex XII. Tabul. apud Fest.* Si vindicium falsam tulit rei, sive litis. Ubi notandus singularis numeri usus, qui invenitur etiam apud *Gell. l. uls. c.* 10. ¶ Olim ipsæ quoque res, quarum possessio per vindicias petitur, vindiciæ dicebantur, ut habet *Ser. Sulpit. apud Fest.* Hinc vindiciæ etiam appellabantur glebæ, quæ ex fundo sumptæ *in* jus afferebantur, ut in iis velut in ipso fundo, vindicias Prætor daret. *Cincius apud eund. Fest.*

Vindĭco, as, *a.* 1. *vendicare*, *punire*, פרע, נקם, Ger. *rechen*, Gall. *venger*, Hisp. *vengar*, ἐκδικᾶω, τιμωρέω, est ulcisci, punire; item defendere, sibi assumere, &c. Geminam hanc notionem *Diomedes* affert *l.* 1. Hoc verbum non pro defendo veteres dicebant, sed pro animadverto, & punio, ut *Sallustius in Jug. c.* 36. Nisi vindicatum fuerit in noxios. *Et in Catilina c.* 9. Vindicatum in eos, qui contra imperium pugnaverant. Multi duo verba distinguunt, *vindico*, & *vendico*, & origine differre volunt. Nam, ut judico *Varroni l.* 4. *de L. L.* est a *jus*, & *dico*, ita vindico esse a *vim*, & *dico*, sed vendico esse a *venum*, unde & *veneo*, ac *venundo*, eoque vendicare proprie dici de dominio, quod emptione nobis acquirimus. Nos semper *vindico* dicendum censemus, quomodo ea vox scribitur in Pandectis Florentinis, & lapidibus antiquis, quos affert *Manut. in Orthograph.* Sumitur igitur primo pro ulcisci, seu punire. *Cic. 5. Ver.* Omnia quæ vindicaris in altero, tipi ipsi vehementer fugienda sunt. *Id. pro Dejot.* Præsertim cum is unus esset, qui posset de absente fe vindicare. *Id. de Am. c.* 12. Talis improborum consensio non modo excusatione amicitiæ regenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda. *Sen. de Benef. l.* 6. *c.* 5. Utrum & beneficium illi reddere debeam, & me ab illo nihilominus vindicare. ¶ Accipitur quoque pro sibi assumere, rei alicujus sibi dominium, seu jus afferere, *assumere*, *usurpare*, *facere*, ἐδιοποιεῖσθαι, ποιεῖσθαι, ἀντιποιεῖσθαι. *Cic. 1. Off. c.* 1. Si id mihi assumo, videor id meo jure quodammodo vindicare. *Id. infra*. Non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici. *Id. pro Archi. c.* 8. Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant. ¶ I rem pro defendere ab injuria, liberare, eripere, *defendere*, ἀπαλλάττειν. *Cic. 1. de Fin.* Sapientiam esse solam, quæ nos a libidinum impetu, & formidinum terrore vindicet. *Liv. l.* 3. *c.* 56. A cujus crudelitate vosmetipsos armis vindicastis. ¶ *Vindicare in libertatem*, est afferere in libertatem, eripere e servitute, *mettere in libertà*, *liberare*. *Cæs. l.* 1. *B. C.* Ut se & Populum Romanum paucorum factione oppressum in libertatem vindicaret. ¶ *Vindicare libertatem*, est tueri. *Cæs. l.* 7. *B. G.* ¶ Vindicare se ad suos. *h. e.* incolumem se recipere. *Cicer. pro Rab. Post. c.* 9. ¶ Vindicare se existimationi hominum. *h. e.* suam apud homines bonam existimationem tueri. *Cic. Ver.* 5. *cap.* 58. ubi tamen alii leg. *vendicare*. ¶ Vindicari aliquis dicitur, qui vindicias fert alicujus rei, *h. e.* ejus possessionem obtinet. *Liv. l.* 3. *cap.* 46. Se a M. Claudio populum, ut decederet jure suo, vindicarique puellam in posterum diem pateretur. *h. e.* usque ad posterum diem in possessione jure libertatis permanere. *Ex mss*. Ita vindicatur Virginia, spondentibus propinquis.

Vindĭco, is, *a.* 3. idem ac vindico, as. *Lucr. l. v.* 3. 895. Ipse sui miseret, neque enim se vindicit hilum.

Vindĭcŏla, æ, m. & f. Naiades Vindicolæ a *Var.* apud *Non. c.* 4. *n.* 50. dictæ videntur, quod locum aliquem incolerent, qui Vindus, vel Vindius appellaretur.

Vindicta, æ, f. *vendetta*, נקמה, פרעה, Ger. *rach*, Gall. *vengeance*, Hisp. *venganca*, ἐκδίκησις, τιμωρία, ultio, vel animadversio pro delicto. *Juven. sat.* 13. *v.* 180. At vindicta bonum vita jucundius ipsa ¶ Vindicta etiam erat virgula quædam, quam lictor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solemnia. Nam libertatem donandi tres sunt species. Una, cum quis servus censentiente populo, vel jubente domino, nomen detulisset in censum; tunc enim civis Romanus fiebat, & servitutis vinculo solvebatur. Altera per virgam, quæ vindicta vocabatur, cum Prætoris Urbani jussu lictor manumittendi servi capiti virgam imponens, eundem in libertatem vindicabat: dicens quædam verba solemnia. Tertia, si quis suprema voluntate in testamenti serie servum liberum scripsisset. Vindictæ rationem intulisse fertur P. Valerius Poplicola, cum ad populum tulisset de præmiis Vindicis servi, qui patefecit nobilium adolescentium de reducendo Tarquinio conjurationem: qua lege Vindex & libertate, & civitate donatus est. *Liv. l.* 2. *c.* 5. Secundum pœnam nocentium, ut in utranque partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset, præmium indici pecunia ex ærario, libertas, & civitas data. Ille primum dicitur vindicta liberarus. Quidam vindictæ quoque nomen tractum ab illo putant, Vindicio ipsi nomen fuisse. Post illum observatum, ut qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur. Hæc *Liv.* Quo loco pro *Vindicio* legendum *Vindici*, ut ex *Plutarcho*, & *Dionysio* constat. Verba solemnia, ut ex Constantio Harmenopulo constat, hæc erant: *Profitemur hunc præsentem hominem esse liberum*, & *civem Romanum*: Græca Harmenopoli verba sunt, φαμὲν τὸν, παρόντα ἄνθρωπον ὅτι ἐλεύθερον ἔστι καὶ πολίτην Ῥωμαίων. Hæc potestas primo Consulum fuit, post ab iis ad Prætorem Urbanum est translata. *Cic. in Top. c.* 2. *Si* neque censui, neque vindictæ, nec testamento liber factus est, non est liber. *Hor. l.* 2. *Sat.* 6. Quem ter vindicta, quaterque Imposita haud unquam misera formidine privet. *Pers. Sat.* 5. *v.* 88. Vindicta postquam meus a Prætore recessi. ¶ Hinc sæpe sumitur pro assertione, defensione. *Vellej. l.* 2. *c.* 64. Virtute vindicta libertatis nostræ steterit. *Ovid. 4. de Pont. eleg.* 6. Cum sibi suscepta est legis vindicta severæ.

Vinea, æ, f. *vigna*, *vignale*, כרם, Ger. *weingarten*, *rebgarten*, Gall. *vigne*, Hisp. *vina*, ἀμπελών, ἀνάπεδον, locus vitibus consitus, vel multitudo virium simul consitarum. *Cic. de Sen.* Nec vero segetibus solum, & gratis vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt. *Virg. 2. Georg.* Hinc omnis longo pubescit vinea fœtu. ¶ Vineam quinque sunt genera, unum sparsis palmitibus humi repens, alterum pedatum simplici admiculo sustentatum, tertium jugatum, quartum compluviatum, quintum arbustivum. V. *Plin. l.* 17. *c.* 22. ¶ Est etiam vinea instrumentum bellicum, ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum septem, longum sexdecim, tectum duplici ligno, craticibusque contextum, cujus latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum, ac telorum impetu perfringantur, extrinseca, ne crementur, crudis ac recentibus coriis integuntur, sub quo oppugnantes tutius ad muros subruendos pugnant, *galleria*. Cum plures fuerint, junguntur ordine. *Plaut. Mil.* 2. *a.* 3. 11. Ad eum vineas, plateosque agam. *Cic. l.* 15. *Fam. ep.* 4. Aggere, vineis, turribus oppugnavi.

Vinealis, & le, o. 3. *di vigna*. Ger. *des rebgartens*, Gall. *de vigne*, Hisp. *de vina*, ἀμπέλινος, quod est aptum ad vineam. *Col. l.* 3. *c.* 12. Ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Vinearius, a, um, *da vigna*, Ger. *von rebhackers*, Gall. *de vigne*, Hisp. *de vina*, ἀμπελικός, quod est vineæ, vel quod ad vineam pertinet. *Col. l.* 5. *c.* 5. Validam vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atque diradiare, cæterosque vinearios coles præcipitare.

Vinearticus, a, um, *da vigna*, ἀμπέλινος, quod ad vineam pertinet. *Var. l.* 1. *R. R. c.* 22. Sic alia quoque nonulla genera species habent plures, ut falces: nam dicuntur ab eodem Scriptore vinearticæ opus esse sex. *Col. l.* 4. *c.* 1. Quippe seminibus vinearticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes.

Vinĕŏla, læ, f. *piccola vigna*. *Vet. Inscript. apud Fabret. pag.* 223. Huic monumento cedit eum vineola sola &c.

Vinĕtum, ti, *n.* 2. *vigna*, *vignale*, כרם, Ger. *rebackers*, Gall. *un vignoble*, Hisp. *vinedo*, ἀμπελόφυτον, locus, ubi multitudo vitium consita est, locus vineis abundans. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 66. Nec vero ita refellendum est, ut, si segetibus, aut vinetis cujusquam tempestas nocuerit, &c. *Virg. 2. Georg.* Optima vinetis satio est cum vere rubenti. *Col. l.* 3. *c.* 4. Cui vineta facere cordi est, faciat vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire.

Vinĕus, a, um, adject. *di vino*, ut vineus latex. *Solin. c.* 5.

* **Vinibua**. V. Bua.

Vinĭfer, a, um, adj. *abbondante di vino*, vini ferax, ut vinifera vitis. *Apul. de herb. c.* 66.

* **Viniola**. V. Vineola.

Vinipōtor, ōris, m. *bevitor di vino*, οἰνοπότης, potor vini. *Plin. l.* 14. *c.* 24. Scitum de quodam vinipotore reperitur, Syracusis tandiu potare solitum, donec ab eo cooperta in terra ova fœtum ederent.

Vinītor, oris, m. *vignajuolo*, כורם, Ger. *rebmann*, Gall. *vigneron*, Hisp. *vinadero*, ἀμπελουργός, rusticus vinearum cultor. *Cic. 5. de Fin.* An ea, quæ per vinitorem antea consequebatur, etiam per seipsam curabit? *Virg.* 10. *Ecl.* vestrique fuissem Aut custos gregis, aut maturæ vinitor uvæ.

Vinitorius, a, um, ἀμπελουργικός, quod est vinitoris. *Col. l.* 4. *c.* 25. Est autem sic deposita vinitoriæ falcis figura.

Vinivŏrax, acis, vini avidus potor. *Commodian. Instruct.* 18.

Vinnŭlus, a, um, significat flexuosum instar vinci, hoc est cincinni; metaphorice autem dicitur de oratione suaviter inflexa, & molli, qualis est in minutioribus cantus, sive in chromatica Musica, prout Boetius appellat. *Plaut. Asin.* 1. 3. 70. Compellando blanditer, osculando oratione vinnula, venustula. Ita legit Jan. *Duza*, & ita interpretatur. Sed alii aliter. *Paulus apud Festum* interpretatur mollem, his verbis; Vinnulus dicitur molliter fe gerens, & minime quid viriliter faciens. Sunt qui legunt *vinulus* unico *n*, & vocem derivant a *vinum*, accipiuntque pro blando, venusto, illecebroso, & ad sensus permanante, ut vinum in venas. ¶ Additur etiam a quibusdam locus *Cic. Att. l.* 14. *epist.* 16. Profecto rem aves vinnulam. Sed alii *tinnulam*, alii plerique *nullam*, reponunt.

Vinnus, i, m. *cincinnus*. *Isidor. l.* 3. *Orig. c.* 19.

Vinolentia, æ, f. *ubbriacchezza*, μέθη, οἰνοφλυγία, ebrietas, vitium ebrietatis. *Cic. in Top. c.* 20. Cujus etiam generis illa sunt, ex quibus verum nonnunquam inventur, puerilia, somnus, imprudentia, vinolentia, infantia. *Id.* 2. *Phil. c.* 39. Quid furiosam vinolentiam tuam proferam?

Vinolentus, a, um, *ubbriacone*, שכור זולל, סובא, ἕξοινος, πώροινος, οἰνόφλυξ, ebriosus, vino se ingurgitans. *Cic. 1. Agr. c.* 1. Hæc per Deos immortales utrum esse vobis consilia ficcorum, an vinolentorum somnia, & utrum cogitata sapientium, an optata furiosorum videntur? *Id. l.* 12. *Fam. ep.* 25. Omnemque suum vinolentum furorem in me unum effunderet. ¶ Medicamenta vinolenta sunt, in quibus potior pars vinum est. *Cic. in Pison. c.* 6. Meministi ne, cum isto ore fœtido teterrimam nobis pœnitem inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, vinolentis te quibusdam medicamentis solere curari?

Vinosĭtas, atis, f. succus vinosus. *Terrtul. de jejun. c.* 1. Siccantes cibum ab omni jurulentia, ne quid vinositatis vel edamus, vel potemus.

Vinōsus, a, um, *vago del vino*, שכור, *ubriacone*, Germ. *weinsüchtig*, Gall. *yvrogne*, Hisp. *embriago*, οἰνόβαρις, qui vini cupidus est. *Hor. 1. Ep. ep.* 19. Laudibus arguitur vini vinosus Homerus. *Ovid. 3. Fast. v.* 756. Cur anus hoc facit, quæris? vinosior ætas Hæc erat. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 79. Vinosissima est. ¶ Item qui est bene potus, ebrius. *Liv. l.* 41. *c.* 4. Iftrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fugæ fuerunt. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod vini saporem refert. *Plin. l.* 23. *c.* 6. *de malis Punicis*: Quæ vero ab his sapore proxima vinosa diximus, parvum nucleum habencia, utiliora paullo intelliguntur.

Vinŭlus. V. Vinnulus.

Vinum, i, n. *vino*, יין, Ger. *wein*, Gall. *vin*, Hisp. *vino*; οἶνος, liquor ex uvis expressus, videturque esse a voce Græca allata, præmisso *v*, & addita Latina terminatione. *Cic. de Sen. c.* 18. Ut enim non omne vinum, sic non omnis ætas verustate coacescit. *Ovid. 6. Fast. v.* 673. Nox erat, & vinis oculique, animique natabant. *Cels. l.* 3. *c.* 19. Vinum nullarum virium. *Id. ib.* Vinum multarum virium. ¶ Qualitates vini sunt asperum, austerum, dilutum, lene, molle, novum, vetus, merum, purum, tenue, vapidum, &c. quæ omnia vini epitheta leguntur apud *Cels. Cic. Plin. Columell. Virg.* & alios. ¶ Vinum fugiens dicitur, quod brevi tempore corrumpitur. *Cic. 1. Offic. c.* 31. ¶ *Vino mutare* est ebrium esse. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 2. ¶ Simili ratione *deponere vino aliquem* apud *eund. Aulul.* 3. 6. 38. est ebrium reddere. Et *vino percuti* apud *eund. Cas.* 3. 5. 16. Et *vino fauciari* apud *Justin. l.* 1. ¶ Metonymice vinum ponitur pro poculo. *Virg. 1. Æn.* Crateras magnos statuunt, & vina coronant. ¶ Item pro uvis. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 135. Tum vinum, priusquam coactum 'st, pender putridum; ¶ *In vino*, est inter bibendum, in convivio. *Ter. Heaut.* 3. 3. 7. Vel heri in vino quam immodestus fuisti! Alii leg. *in convivio*. *Cic. 5. Ver.* Nisi forte existimatis, eum in vino ac luce non risisse, qui nunc in periculo, ac vitæ.

Vio, as, *n. 1. camminare*, iter facio, eo, a *via*. *Plaut. Truc.* 1. 1. 8. Quot illic iracundiæ sunt! quot pericula vianda! *h. e.* adeunda. Alii aliter leg. V. *Taubman*. Usurpant etiam *Prudent. l.* 2. *adversf. Symmach. v.* 772. & *Ammian. l.* 20. *c.* 23. ¶ *Quintil. l.* 8. *c.* 6. reponit hoc verbum inter infelicius ficta: ex quo apparet, argentea quoque ætate in usu fuisse, sed non omnibus probatum.

Viocūrus, i, m. *chi ha cura delle strade*, viarum curator. *Var. l.* 4. *de L. L.* Quis non videt, unde æripsidinæ, & viocurus. Alii aliter leg.

Viŏla, æ, f. *viola*, חבצלת, Ger. *violen*, *vielblum*, Gall. *violette*, Hisp. *violeta flor*, flosculus purpurei coloris, cujus planta folium hæderæ non dissimile habet, nigrius tamen, & tenuius, cauliculum autem a media radice profilientem, videturque esse a voce Græca allata. *Cic. l.* 5. *Tusc.* An tu me in viola putabas, aut in rosa dicere? *Hor. l.* 3. *od.* 20. Tinctus viola pallor amantium. ¶ Violarum tria sunt genera, purpurea, lutea, alba. *Plin. l.* 21. *c.* 6. Violarum plura genera purpureæ, luteæ, albæ. Ex iis vero, quæ sponte apricis, & maceris locis proveniunt, purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnosa exeunt, solæque Græco nomine a cæteris differuntur appellata Ia, ut ab his Ianthina vestis. *Id. ib. c.* 11. Florum prima vere nuntiantium viola alba. Tepidioribus vero locis etiam hyeme emicat. Postea quæ appellatur purpurea: proxime flammea, quæ & phlox vocatur, silvestris duntaxat.

Violabilis, & le, o. 3. *violabile*, *abbominato*, qui aptus est, ut violetur. *Virg. a. Æn.* Vos æterni ignes, & non violabile vestrum Testor numen, ait: *Stat. 5. Theb. v.* 258. nullis violabilis armis. *h. e.* invulnerabilis.

Violacĕus, a, um, *violato*, *di color di viola*. תחלת, Germ. *violfarb*, *viol braun*, Gall. *violet*, Hisp. *de color de violetas*, *violado*, ἰοειδής, ἰόχρωμος, violæ colorem referens. *Plin. l.* 9. *c.* 39. Nepos Cornelius, qui Divi Augusti principatu obiit: Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat. *Id. l.* 35. *c.* 16. Et quod, si æra præducantur, violaceum reddit colorem.

Violacfum, ii, *n.* succus violarum, vel vinum violarum succo conditum. *Apic. l.* 1. *c.* 1. & 4.

Violarĭum, ii, *n. violajo*, Ger. *violgart*, *ort da viel violen wvachsen*, Gal. *violier*, Hisp. *violar*, *lar*, locus, ubi nascuntur violæ. *Virg. 4. Georg. v.* 32. Irriguumque bibant violaria fontem. *Ovid. 4. Fast. v.* 435. Ille legit calthas, huic hunc violaria curæ.

Violarius, rii, m. *tintore di pavonazzo*, ἰοβάπτης, Violacei coloris infector. *Plaut. Asul.* 3. 5. 36. Flammearii, violarii, carinarii.

Violatio, onis, f. *violazione*, חללה, מעילה, Ger. *verderbung*, *verletzung*, Gal. *violement*, *corruption*, Hisf. *corruption*, βίασμός, ὕβρισμα, actus violandi, violentiæ illatio, profanatio, corruptio. *Liv. l.* 29. *c.* 8. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione rempli furorem injecit. *Senec. ep.* 104. Violatio religionum. *Vellej. l.* 2. *c.* 1. Violatio fidei.

Violātor, oris, m. *violatore*, חלל, βιαστής, qui violat, violentiæ illator, ruptor, corruptor. *Ov. l.* 2. *de Pont. el.* 2. Confugit interdum templi violator ad aram. *Livi l.* 4. *c.* 19. Hiccine est, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris? *Tac. 1. Ann. c.* 58. Violator fœderis.

Violātus, a, um, *violato*, *offeso*, βεβιασμένος, βιασθείς. *Cic. post red. in Sen.* Fortissimi, atque optimi viri Tribuni Pl. sanctissimum corpus non solum tactum, ac violatum manu, sed vulneratum ferro, confectumque vidistis. *Id. 2. de Leg. c.* 9. Violatum jus. *Ov. l.* 3. *de Pont. el.* 5. Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu.

Violens, entis, o. g. *violento*, βίαιος, idem ad violentus, a *vis*. *Hor. l.* 3. *ode ult.* Dicar, qua violens obstrepit Aufidus.

Violente, adv. idem ac violenter. *Sen. in Med. v.* 605. Rumpe nec sancti violente mundi Fœdera sacra. *Ovid. 9. Met. v.* 121. quo te fiducia, clamat, Vana pedum violente rapit? Poteft tamen utroque loco esse vocativus casus a *violentus*.

Vio-

Violenter, adv. *violentemente*, בפרך, βιαίως, per vim, cum violentia, injuriose. *Liv. l.* 5. Qui solemnia ludorum, quos intermitti nefas est, violenter diremisset. *Columel. l.* 7. *c.* 3. Rivalem violentissime persequi. Interdum fumitur pro ægre, & invite. *Ter. Phorm.* 5. 1. 14. Ita patrem adolescentis facta hæc tolerare audio violenter. ¶ Interdum pro crudeliter. *Plin. l.* 3. *c.* 9. Proconsularum violenter gerere. *Sueton. in Tito*, *c.* 6. Violentius agere.

Violentĭa, æ, f. *violenza*, פרך, עשק, חמס, Ger. *unbilicher gewvalt*, Gal. *violence*, *impetuosité*, Hisp. *violencia*, βία, vis major, impetus. *Cic.* 12. *Phil.* Novi hominis furorem, novi effrænatam violentiam. *Plin. l.* 2. *c.* 38. Quoniam & tonitruum, & fulminum jactus horum (*ventorum*) violentiæ plerique assignant. *Lucr. l.* 3. *v.* 483. Vehemens vini violentia conturbare animam consuevit.

Violentus, a, um, *violento*, עשק, Germ. *gewvaltsam*, *voll unbillichen gewvalt*, Gal. *violent*, *impetueux*, Hisf. *violento*, βίαιος, qui maturæ vinitor uvæ, qui vim facit, a *vis*. *Cic. 1. Phil.* Non opes violentas, & Populi R. minime ferendam potentiam, sed oaritatem civium, & gloriam concupisse. *Virg. 2. Georg.* Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus. ¶ Violenti homines dicuntur, qui proni sunt ad iracundiam, sævi, intractabiles, & inciviles. *Liv. l.* 34. *c.* 32. Violentissimus tyrannus. *Cic. 5. Phil.* homo vehemens, & violentus.

Viŏlo, as, *a. 1. violare*, חמל, ענה, Germ. *norbz vvingen*, Gal. *violer*, Hisp. *corromper por fuerca*, βιάζομαι, vim infero, lædo, corrumpo, a *vis*. *Cic. 3. de nat. Deor.* Quæ partem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. *Id. pro Rab. perd. c.* 2. Nisi forte de locis religiosis, ac delubris, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas. ¶ Dicimus etiam Violare parentes, hospites, Rempublicam, Deos, sacra, leges, jura, amicitiam, dignitatem, existimationem, fidem, fœdus, famam, &c. *Cic. 3. Fin.* Ut peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, &c. *Id. 3. Ver. c.* 32. Cum apud exteras nationes imperii, nominisque nostri famam tuis probris, flagitiisque violaris. *Id. l.* 13. *Fam. ep.* 73. Nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam. *Virg. 4. Æn.* Violare pudorem. *Cæs. l.* 6. *B. G. c.* 22. Violare hospites. *Plin. l.* 10. *c.* 34. Violare fidem connubii. *Liv. l.* 28. *c.* 44. Violare fœdus. ¶ Violare aliquem voce, aut verbo, est, dictis lædere. *Tibull. l.* 1. *el.* 2. & *Cic. pro Dom.* & *pro Leg. Manil.* ¶ Violare silvam fecuri. *h. e.* ejus arbores antea integras, & intactas cædere. *Cic. 3. Metam.* ¶ *Virg. Æn.* 12. *v.* 67. Indum sanguineo veluti violaverit ostro Si quis ebur. *h. e.* maculaverit, inficerit. *Servius* hic affert illud *Homeri*, Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ μίνῃ. Sic *Claudian. de Aletho*, *l.* 1. *in Rufin. v.* 63. Et flatu violare diem.

Vipĕra, æ, f. *vipera*, אפעה, Ger. *natter*, Gall. *une vipere*, Hisf. *bibora*, ἔχις, ἔχιδνα, serpentis genus. Dicta est, quia latere foleat in vepre. Nam *vipre* pro *vepre* crebro invenias in codicibus manuscriptis. Vel dicitur quasi *vivipara*, quia sola e serpentium genere dicitur parere vivum animal. *Virg. 3. Georg.* Sæpe sub immotis præcipibus aut mala tacta Vipera delituit. *Ovid. 2. de Rem. Am. v.* 421. Parva necat morsu spatiosum vipera taurum. ¶ Translate *Cic. de Arusp. Resp. cap.* 24. Etiam ne in sinu, atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam, atque pestiferam habere potuerunt? Hinc ut scribit *Donatus ad Ter. Eun.* 5. 2. 6. usurpatur in conviciis præcipue ancillarum molestæ loquacium, & iracundarum.

Vipĕrālis herba dicitur ab *Apul. de herb. c.* 89. ruta hortensis, quod adversus viperarum morsus valet.

Vipĕrĕus, a, um, idem ac viperinus. *Virg.* 7. *Æn.* Vipeream inspirans animam. *Ovid.* 2. *Met.* Videt intus edentem Vipereas carnes vitiorum alimenta suorum Invidiam.

Vipĕrinus, a, um, *di vipera*, ἐχιώδεως, ἐχιδνεῖος, quod ad viperam spectat. *Cic.* 2. *Fin. ex Posta*. Cui viperino morsu venæ viscerum Veneno imbutæ terros cruciatus cient. *Horat. Epod.* 13. Quid hoc veneni sævit in præcordiis? Num viperinus hic cruor Incoctus herbis me fefellit? ¶ Viperina, æ, f. est herba eadem, quæ serpentaria. *Apul. de herb. c.* 5.

Vipĭo, onis, m. *grue minore*, γερανός, minor grus. *Plin. l.* 10. *c.* 49. Ibi (in Balearibus insulis) & buteo accipitrum generis in honore mensarum est, item vipiones. Sic enim vocant minorem gruem.

Vir, viri, m. *uomo*, אדם, אנוש, גבר, איש, Ger. *mann*, Gal. *homme*, Hisp. *varon*, *hombre*, ἀνήρ, masculus in genere hominum, a *vi*, quod major in eo vis est, quam in fœmina. Unde & a viro *virtus* nomen accepit. *Plin. l.* 10. *c.* 63. Viros avidiores Veneris hyeme, fœminas æstate Hesiodus prodidit. ¶ Sæpe non tam sexum notat, quam fortitudinem, & virturem. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 11. *Sed* eum veneris, vitæ te putabo: si Sallustii Empedoclea legeris, hominem non putabo. *Id.* 2. *Tusc.* Ita & tulit dolorem ut vir, & ut homo majorem ferre sine causa necessaria noluit. *Id. pro Cal.* Cum is jam se corroborasset, ac vir inter viros esset. *Ovid. Fast. 6. v.* 594. Si vir es, indictas exige dotis opes. ¶ Interdum refertur ad ætatem. *Ovid. Met. 13. v.* 397. Litera communis mediis puerogue, viroque inscripta est foliis. ¶ *Nonnunquam* ad conjugium, & ponitur pro marito, atque ita usurpatum sæpissime fuisse a veteribus, *Festus* auctor est. *Ter. Andr.* 3. 3. Tibi generum firmum, & filiæ invenies virum. *Virg. Ecl.* 8. O digno conjuncta viro. ¶ Neque solum de hominibus, sed etiam de brutis dicitur. *Virg. Ecl.* 7. Vir gregis ipse caper deerraverat. ¶ Viros etiam eos dicimus, qui muliebria pati maxime refugiunt. Ita Vespasianus, ut Mucsianum impudicum hominem argueret, morderetque, dicere solebat: Ego tamen vir sum, ut refert *Suet. in ejus vit. c.* 13. Huc pertinet & illud *Ovid. 1. de art. am. v.* 526. Et si quis male vir quærit habere virum. ¶ Reperitur etiam pro virilitate, ideft pro virture generandi, aut pro partibus genitalibus. *Catull. Arg.* 58. (*al.* 64.) *de Atys*, Itaque ut relicta fensit sibi membra sine viro. *Plaut. Asin. a.* 1. *sc.* 3. Quin si tu voles, domi servi qui sunt, caftrabo viros. ¶ Interdum viri nomen in oratione ponitur elegantiæ causa loco pronominis *ille*, aut *is*. *Virg. Æn. 4. v.* 3. Multa viri virtus animo, multusque recurfat Gentis honos. *Cic. 9. Att. ep. penult. de Pompejo*: Vidisti igitur virum, ut scripferas? ¶ *Viris*, *equisque decertare*, proverbialis locutio est, qua significatur maximus in aliqua re conatus. *Cic. 3. Off. cap. ult.* Cum his viris equisque, ut dicitur, si honeftatem tueri, ac retinere fententia eft, decertandum eft, *con tutto lo sforzo*. ¶ Viri boni dicuntur interdum locupletes, præfertim fœneratores. *Cic. Att. l.* 9. *ep.* 12. Prætores jus dicunt, Ædiles ludos parant, viri boni vias publicas perficiunt. *Id.* 2. *Off. c. ult.* De quærenda, de collocanda pecunia commodius a quibusdam optimis viris ad medium Janum fedentibus, quam ab ullis philosophis difputatur. *Id.* 8. *Att. ep.* 1. Propediem video bonorum, ideft lautorum, & locupletum, urbem refertam fore. *Pir bonus* pro justo. *Cic. Off. 2. c.* 9. & 3. *c.* 15. ¶ Candidati etiam, publico, & civili vocabulo, viri boni dicebantur. *Sen. ep.* 3. Sic illum amicum vocabi, quomodo omnes Candidatos bonos viros dicimus. ¶ In militia *vir virum legere* dicebatur; cum in acie instruenda duces poreftatem faciebant militibus, ut sibi quisque socium norum sibi, & spectatæ virtutis adjungeret, a quo latus sibi tegeretur, viciffimque is ejus tegeret, accenderenturque ambo proprio exemplo ad actius pugnandum: quod fortissimo hoste erat congrediendum. *Liv. l.* 9. *c.* 39. Eruici, coacto exercitu, cum vir virum legiffet, quantis nunquam antea fimul copiis, simul animis dimicarunt. Huc alluft *Cic. pro Arch. c.* 21. ubi de comitatu Clodii loquens, Ille, inquit, qui femper fecum fcorta, femper exoletos, femper lupas duecbat, tum neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceres. Apud *Virgil.* quoque hic mos innuitur *l.* 11. *Æn. v.* 631. ubi tamen videtur fignificari, non tam focium sibi a milite, comitemque in pugna lectum fuisse, quam delectum, destinatumque oculis, & jebibus hoftem, in quem irrueret. Verba *Virgilii* funt; Tertia fed postquam progreffi in prælia, totas Implicuere inter se acies, legitque virum vir. In Senatu etiam leggendo hic mos est aliquando ufurparus, ut Senator Senatorem eligeret. *Suet. in Aug. c.* 35. Senatorum affluentem numerum ad modum priftinum redegit duabus lectionibus; prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit.

Vira, æ, fœmina, apud veteres, a *vir*. *Festus*: Querquetulanæ viræ putantur fignifioari nymphæ præsidentes querquetu virescenti, quod genus fylvæ indicant fuisse intra portam, quæ ab eo dicta fit Querquetulana. *Sed* fœminas antiqui quas nunc dicimus, viras appellabant. Unde adhuc permanent virgines, & viragines. Hæc *Festus*.

Virāgo, inis, f. *donna d'animo virile*, *e maschio*, אשה, ἀρρενωπός, ἀνανδρώπρα, fœmina, quæ animo, & robore virum refert, mulier fortis, quæ viro fimilis fit, & virilia opera faciat. *Plaut. Mere.* 2. 3. 79. Recte ego emero matri tuæ Ancillam viraginem aliquam, non malam forma mala. *Ovid. 2. Met. v.* 755. Huc ubi pervenit bello mercuenda virago. *h. e.* Pallas, quæ sæpe a Poetis hoc nomine indigitatur, ut ab eodem *Ovid. Met. 6. v.* 130. a *Stat. l.* 4. *silv.* 5. *v.* 23. & 11. *Theb. v.* 414. &c.

Virātus, a, um. adject. *virile*, *maschile*, virili animo præditus. *Varr. apud Non. n.* 2. *n.* 907. Si non malit vir viratam uxorem Atalantam. Al. leg. *viratsam* eodem sensu.

Virātus, us, m. virtus, constantia virilis, officium, quod a bono viro præstari solet. *Sidon. in cunc.* quæ est post *ep.* 9. *l.* 7. Bono viratu æmulis sua magis prodesse cupiens, quam placere.

Virbĭus, ii, m. idem qui Hippolytus, filius Thesei, & Hippolitæ Amazonis, qui, cum a Phædra noverca per calumniam apud patrem delatus esset, quod ipfi fiuprum inferre voluisset, patris iram veritus, consensu curru fugam arripuit, cumque juxta maris litus perveniffet, incusso a Neptuno pavore, ab equis consternatis, implicatus habenis, dilaceratus est, cujus vicem miserata Diana, cum opera Æsculapii filii Apollinis ad vitam revocavit, & in Arcino nemore, in Italia collocatum, pro Hippolyto Virbium appellavit. *V. Ovid. 15. Met. v.* 544. ¶ Hinc Virbialis, ad Virbium pertinens, ut Flamen Virbialis, in ver. Inscripcionibus.

Virectum. V. Viretum.

Virens, entis, o. *verdeggiante*, ירק, חלח, χλοάζων, partic. a vireo. *Virg. 4. Georg. v.* 18. At liquidi fontes, & stagna virentia musco. *Hor. in Art. v.* 117. Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli, ¶ Translate ponitur pro florente, ac vegeto. *Sil. l.* 1. Ævi flore virens. *Justin. l.* 43. *c.* 5. Virium gloria virente florere. *Horat. Epod.* 17. Virens in Ætna flamma. *h. e.* nunquam intermorions, sed perpetuis vigens ignibus. Al. leg. *urens*, al. *vibrans*, al. *furens*.

Virĕo, es, ui, fine supino, *essere verde*, *verdeggiare*, לעגן, Germ. *grunen*, *grun seyn*, Gal. *verdoyer*, *être verd*, Hisp. *enverdecer*, ϑαλλω, χλο

cunt, ideoque per *e* scribere malunt, quam sententiam vetustiorum aliquot marmorum testimoniis confirmant. Quibus illud accedit, quod apud *Eustathium* quoque in navium Catalogo, & apud *Suidam* ἱερὸν λίνος, legatur. Sed ad Vergilias stellas quod attinet, dubium est, quomodo hoc ipsum nomen scribendum sit. Nam *Isidorus*, & *Festus*, qui a Vere deducunt, *Vergilia* scribunt, sed *Festus* mavult *Virgilia*, quod virgultis more porrigantur. Vide hac de re prolixiorem disputationem in annotationibus *Pierii in Virgilium in fin. Georg.* ¶ Primum apud Latinos inter Poëtas obtinet locum *Hesiodus*. *v. 1. fast. 6.* Optimus olim Virgilius, post hunc Varius dixere, quis essem. ¶ Scripsit Bucolica, Georgica, Æneidem, & alia quædam opuscula. Scripsit etiam tragœdias, ut est in commentariis *Servii* tribuitis in *3. Ecl.*

Virginal, lis, n. 3. pudendum mulitbre. *Apul. in Apol. Solin. c. 4.* & *Prudent. in Passione Agnet. v. 8.*

Virginālis, & le, o. 3. *virginale, di vergine*, Germ. *jungfraulich*, Gal. *virginal*, Hisp. *virgiual*, παρθενικός, quod est dignum virgine, aut quod ad virginem pertinet. *Cic. 1. de Div. cap. 31.* Ubi illa paulo ante sapiens virginalis modestia? *Id. 6. Ver. cap. 3.* Erant æneæ præterea duo signa, non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu, atque vestitu. *Id. pro Quinct. cap. 11.* Virginali verecundia homo.

Virginārius, a, um, adject. ad virginem pertinens. *Plaut. Perf. 4. 9. 14.* Sequere hac scelesta feles virginaria. V. Feles.

Virgindemfa, vel Virgidemia, æ, fem. ῥαβδολογία, demptio, deceptio, collectio, aut apparatus virgarum verberandi, vinciendique gratia, quasi vindemia virgarum. *Plaut. Rud. 3. 2. 22.* Tergumque obtestor tuum, ut ibi uberem ulmeam esse speres virgindemiam. *Varro apud Non. c. 2. num. 906.* Quid tristiorem video te esse? an ideo, quia scapulæ metuunt virgindemiam?

Virginensis, vel Virginiensis, is, f. Dea, quæ in Gentilium connubiis præerat zonæ prima nocte novæ nuptæ a marito solvendæ. *Augustin. l. 6. de Civ. Dei c. 9.*

Virgĭneus, a, um, *verginale*, Germ. *jungfraulich*, Gall. *virginal*, Hisp. *de virgen*, παρθένιος, quod est virginis, aut quod virginem decet. *Virg. 1. Georg. v.* 430. At si virgineum suffuderit ore ruborem. *Plin. l. 28. c. 7.* Si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virginea ætate spontanea. ¶ *Aqua virginea*, & *liquor virgineus*, fons ille, cujus aqua Virgines Vestales utebantur ad sacrificia. *Ovid. 1. Fast.* Hic ubi virginea campus obitur aqua. *Id. l. 1. de Pont. leg. 9.* Stagnaque, & Euripi, virgineusque liquor. ¶ Virgineæ volucres dicuntur Harpyæ. *Ovid. 7. Met. v. 4.* quia virgineos vultus habere dicuntur, teste *Virg. 3. Æn. vers. 217.* ¶ Aurum virgineum vocat *Martial. l. 9. epigr. 24.* ex quo fiebat corona in Judis celebratis in honorem Minervæ.

* Virginĭam appellabat maritus uxorem suam, quam virginem duxerat, monente *Muratorio* ad vet. Inscript. *p. 1411. n. 10.* & alibi; Tur. Ingenuæ coniugi Cl. Valerius. Virginiæ suæ, cum qua vixit ann. I. m. 8. T. F. O. Sic *Virginium* uxor maritum dicebat.

Virginiſvendonĭdes, vox ficta a *Plaut. Perf. 4. 6. 20.* qua significatur aliquis virgines vendens.

Virginĭtas, atis, fem. *virginità*, בְּתוּלִים, Ger. *jungfrauschafft*, Gall. *virginité*, Hisp. *virginidad*, παρθενία, κορεία, castitas virginis, cui nullum fuit cum viro commercium. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 23.* Quæ patrem dicitur iuteremisse virginitatem suam violare conantem. *Virg. 12. Æneid.* Hunc illi Rex ætheris altus honorem Jupiter erepta pro virginitate sacravit. *Plin. l. 24. cap. 3.* Anaxilaus auctor est, mammas a virginitate illitas semper staturas.

Virginŏr, aris, virginem me esse profiteor, virginem me præbeo. *Tertul. de virgin. velan. c. 12.* Virginari volunt sola capitis nuditate, uno habitu negantes, quod toro suggestu profitentur.

Virgo, inis, com. g. *vergine*, עַלְמָה, שׁוֹחַר, בְּתוּלָה, Germ. *jungfrau*, Gal. *vierge*, Hisp. *virgen*, παρθένος, κόρη, mulier, quæ incorrupta est, & virum non experta, cui opponitur mulier, quæ cum viro habuit commercium. Est a *virus* ex *Festi* sententia. Inquit enim in *Querquetulano vico*. Sed fœminas antiqui quas nunc dicimus, viras appellabant. Unde adhuc permanent virgines, & virago. *Serv. ad Ecl. 6.* a virili ætate dicta videtur. Atque hanc is causam esse autumat, cui *Maro Ecl. 6.* virginem appellat Pasiphaen, quæ jam mater erat Phædræ, Ariadnes, & Androgei. Sed proprie dicitur hæc vox de iis, quæ non cognovere virum. *Maro* autem usus est per Catachresin, ut *Vossius in Oratoriis* dicit *Cic. 3. Catil.* Qui esset decimus anpus post virginum absolutionem. *i. e.* Virginum Vestalium. *Quinctil. l. 6. cap. 4.* Cicero objurgantibus quod sexagenarius Popilium virginem duxisset, Cras mulier, inquit, erit. *Gell. lib. 12. cap. 7.* Virginem habens jam maturam viro. ¶ Ecclesiastici Scriptores etiam viris hoc nomen tribuunt Venerem non expertis. *Tertul. l. de velan. Virg. c. 5.* de *Eva*, Ex viro suo sumpta est, & ipso adhuc virgine. ¶ Bruta etiam animalia, quæ marem nondum admiserunt, virgines dicuntur. *Plin. l. 28. c. 9.* Quin & sanguis equorum fœticam vim habet, item equarum, præterquam virginum erodit, emarginat, ulcerat. ¶ Per translationem virginis vocabulum etiam aliis rebus communicatur, quas incorruptas significare volumus. *Cic. in Orat. c. 19. de Oratione Philosphorum*: Casta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. *Tertul. de jejun. c. 6.* Saliva virgo. *b. e.* oris jejuni. *Inscripts. apud Fabret. pag.* 53. Locus virgo. *b. e.* in quo nullus adhuc sepultus fuit. ¶ Virgo item est signum Zodiaci constans ex viginti sex stellis. Hæc est Erigone filia Icari, seu Icarii filii Oebali Laconum Regis, quæ secundum fabulas ob insignem pietatem in cœlum translata fuit. Ferunt enim Icarum a Baccho utrem vini accepisse, ut ejus usum mortalibus communicaret. Quare eum rusticos quosdam ad bibendum invitasset, illi potus suavitate capti æquo largius hauserunt. Qua ex re cum crapulæ incommodum sentirent, malum sibi medicamentum datum rati, Icarum interfecerunt. Erat Icaro canis, cujus ductu Erigone ad patrem pervenit, quem cum mortuum invenisset, doloris magnitudine contabuit. Aliqui narrant, eam se se suspendisse. Igitur Jovis miseratione inter astra est translata. Vide *Virgil. 2. Georg.* & *Ovid. 10. Met.* Hujus simulacrum virginis habitu fingebatur, spicas aliquot manu tenentis; unde quidam eandem putaverunt cum Cerere. *Cic. de nat. Deor. lib. 2. cap. 42.* Spicum illustre gerens insigni corpore virgo. ¶ Astræa quoque justitiæ præses, virgo dicitur. *Virg. Ecl. 4.* Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna. ¶ Denique fons quidam, qui per Aquæductum Romam Prænestina via deducebatur, & Campum Martium alluebat, virgo dictus est; causa autem appellationis est, quia cum prope eum fontem rivus quidam sit, qui Herculaneus vocitatur, veluti refugiens cum eo miscerí, avertisse cursum longo diverticulo visus est. Ita *Plin. l. 31. c. 3.* Alii dictum putant a Virginibus Vestalibus, quia non longe a templo Vestæ decurrebat. *Martial. l. 6. epigr. 42.* Cruda virgine, Martiaque mergi.

Virgōsus, a, um, adject. virgis abundans. *Pallad. lib. 1. tit. 24.* Frutex virgosus.

Virgŭla, æ, f. *verghetta*, ῥάβδος, *parva virga*. *Cic. 8. Phil. cap. 8.* Cum tempus ille differret, virgulæ stantem circumscripsit. *Colum. l. 3. c. 13.* In cujus latere virgula prominens ad eam altitudinem. ¶ *Virgula divina*, proverbii species habet, quo utimur, quoties aliquid non humana ope, sed numinis alicujus favore contigisse volumus significare. Antiquitas enim existimavit, quemadmodum in annulis, ita & in virgis ferendis aliquam fatalem, seu magicam ineſſe virtutem; Adagium autem natum videri potest postquam ab illa virga, quam Homerus Palladi tribuit, adeo celebri, ut de ea Antiphanes Cynicæ fœtæ conditor librum conscripserit, eam cum suo baculo conferens. *Cic. in Offic. c. 44.* Quod si omnia nobis, quæ ad victum, cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut ajunt, suppeditarentur. ¶ Citatur aliquoties & apud Nonium Marcellum *Varro in virgula divina*, ut appareat, hunc fuisse titulum alicujus ex *Menippeis*.

Virgulārius, a, um, adjectiv. virgulis distinctus, virgatus. *Pl. l. 9. c. 33.* de *concarum generibus*. Jam distinctione virgularia, crinita, crispa, &c.

Virgultum, i, n. *virgulto*, שִׂיחַ, Ger. *gestand*, *nidere baumlein*, Gall. *arbrisseau*, Hisp. *mata*, βλάσημα, φρύγανον, multitudo virgarum pullulantium, a *virgula*, quasi virgulerum, simili Syncope, ut a *carice* dicitur carectum, a *salice* salictum. *Cæs. l. 3. B.G.* Sarmenta, virgultique collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt. *Virgil. 1. Georg.* Quæcumque premes virgulta per agros, Sparge limo pingui. ¶ Sumitur & translate. *Cic. pro Cæl. c. 18.* Ergo hæc deserta via, & inculta, atque interclusa jam frondibus, & virgultis relinquatur.

Virguncŭla, æ, f. *virginella* παρθενικάριον, parva virgo. *Juvenal. sat. 13. v. 40.* Tunc cum virguncula Juno. *Sen. l. 2. Quæst. nat. c. 37.* Libertinorum virgunculæ. Adde *Perron. in Satyr.*

Virĭa, æ, f. *bracialetto*, ψέλιον, περικάρπιον, אֶצְעָדָה, ornamentum brachii, ex mille ex ebore, auro, & gemmis, vel alia quapiam pretiosa materia, propriumque virorum gestamen, quamquam & fœminis tributum legitur. *Tertull. de Pall. c. 4.* Sicuti vestigia cæstuum viria occupavit, ita & endromidis folocem aliqua militia syntheſi exstruxit. Al. leg. *Viriola*. *Plin. l. 33. cap. 3.* Viriolæ Celticæ dicuntur, viriæ Celtibericæ.

Viriātinus, a, um, adject. a Viriatio, ut Viriatinum bellum. *Suston. in Galb. c. 3.*

Viriātus, i, m. ἀνὴρ ἀνδρεῖος, vir Lusitanus, calliditatis acerrimæ. Ex venatore latro, ex latrone subito dux, atque Imperator factus, universam Lusitaniam occupavit. ℣. *Flor. l. 2. c. 17.* & *Val. Max. l. 6. c. 4. n. 2.*

Viriātus, a, um, *potente*, *di gran forze*, κραταιός, ἀδρανής, validus, homo magnarum virium. *Lucil. apud Non. c. 2. n. 903.* Contra flagitium, nescire bello vinci a barbaro viriato Annibale.

Virĭca, æ, f. genus teli. *Massurius Sabinus apud Gell. l. 10. c. 15.* Virica furculum de arbore felici haber. Loquitur de Flaminica Diali, atque eam in telo, quod gestat, habere furculum, seu ramulum de arbore felici. Ita interpretari videntur, qui ita legunt; nam alii aliter.

Viriculāe, f. 1. *forzette*, *picciole forze*, vires infirmæ, & extenuatæ, dim. a *vires*. *Apul. l. 11. Met.* Nam & viriculas patrimonii peregrinationes attriverant. *h. e.* tenues facultates.

Viriculum, i, neut. *bulino*, חֶרֶט, κέστρον, videtur esse genus scalpelli, aut alterius ferramenti ad inscalpendum, aut excavandum apti. *Pl. l. 35. c. 11.* Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cestro, *i. e.* viriculo, donec classes pingi cœpere.

Viridans, antis, o. g. *verdeggiante*, יָרֹק, γλαυκόχρως, ἀκμάζων, dicuntur ac virens, seu viridis. *Virg. 5. Æn. v. 539.* Sic farus cingit viridanti tempora lauro. *Id. ib. v. 388.* Proximus ut viridante toro consederat herbæ. *Pl. l. 37. c. 8.* Viridantium & alia pluralia sunt genera.

Viridarii, masc. 2. *ortolani*, servi, qui viridariorum curæ præpositi sunt. *Ulp. Jctus.*

Viridarium, ii, n. *orto*, *giardino*, גַּנָּה, פַּרְדֵּס, Ger. *lust od. baum garten*, Gal. *verger*, *jardin verdoyant*, Hisp. *jardin*, ἄλσος, pratum, locus virentibus arboribus, herbisque amœnus. *Suet. in Tib. c. 60.* Militem Prætorianum, ob furreptum e viridario pavonem, capite punivit. *Plin. l. 18. c. 2.* Quo fervos paulo ante Principis Neronis, contemptis hujus spatii viridariis, piscinas juvat habere majores, ¶ Legitur & *viridiarium*.

Viride, adv. *di color verde*. *Pl. l. 37. c. 8.* Callais viride pallens. *Id. l. 17. c. 5.* Nihil omnino viridius comparatum illis viret.

Viridis, a, um, n. 3. idem ac viridaris, *i. e.* prata, & arboreta. In genitivo plurali melius dicimus *viridiorum*, quam *viridium*. Sane *Macrobius l. 1. Saturn. c. 4.* docet, *viridia*, cum epitheton est, veluti cum dicimus *viridia prata*, habere in genitivo *viridium*: at quando non pro epitheto sumitur, ut cum ipsam loci viriditatem significare volumus, habere *viridiorum*, uti cum dicimus *formosa facies viridiorum*. *Sen. ep. 86.* Citernam ædificiis, ac viridibus subditam, quæ sufficere in usum vel exercitus posset. *Vitr. l. 6. c. 6.* Uti viridia per spatia fenestrarum prospiciantur. *Plin. l. 5. ep. 6.* Ambulatio pressis, varieque tonsis viridibus inclusa. ¶ Pro herbis viridibus *Colum. l. 12. c. ult.* Cum viridia, quæ supra dicta sunt, contriveris. Supra autem enumeraverat *Colum.* satureiam, mentam, rutam, lactucam, thymum, &c.

Viridianus, i, m. Deus Narnicensium. *Tertul. in Apol. c. 24.*

Viridiarium. V. Viridarium.

Viridĭcans, tis, adject. idem quod viridans. *Tertul. de Pudic. c. 20.* Viridicantes, & rubescentes.

Viridĭcatus, a, um, idem quod viridis. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.* Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo mirifica suavitate villam habituram, piscina, & salientibus additis, palæstra, & sylva viridicata.

Viridis, & de, o. 3. *verde*, יָרֹק, Ger. *grun*, *blubend*, Gal. *verd*, Hisp. *verde*, χλωρός, quod est herbacei coloris. *Cic. 1. de Leg.* In viridi, opacaque ripa inambulantes. *Virg. 2. Georg.* Quæque suo viridi semper se gramine vestit. *Cic. 5. Verr. c. 28* Viridissimi colles. ¶ *Viride cælum* dicitur a *Pl. l. 17. c. 10.* cum sudum serenumque est, quia tunc maxime ad viridem colorem accedit. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ succum habent suum, vigoremque, licet viridia quandoque non sint. *Cic. Ver. 1. c. 17.* Ignem ex ligniis viridibus, & humidis fieri jussit. *Colum. l. 7. c. 8.* Caseus si tenui liquore conficitur, quam celerrime vendendus est, dum adhuc viridis succum retinet. ¶ Per translationem accipitur pro eo, quod habet vigorem, robur, firmitatem, ac integritatem. *Virg. 5. Æn. v. 295.* Euryalus forma insignis, viridique juventa. *Id. l. 6.* Jam senior sed cruda Deo, viridisque senectus. *Sil. l. 5. v. 596.* ille quidem cruda mente, & viridissimus iræ Ibat, sed vani frigentem in Marte senectam Prodebant ictus. ¶ Hinc *viridis* absolute ponitur pro juvene. *Senec. l. 4. excerpt. controvers. in præfat.* Audivi illum & viridem, & postea jam senem. ¶ *Gell. l. 2. c. 3.* H literam inserebant veteres plerisque vocibus, ut sonus earum esset viridior, vegetiorque, *h. e.* sonantior, & quasi succi, vigorisque plenior. ¶ *Viridis sapor olivæ* apud *Colum. l. 12. c. 47. ad fin.* Est sapor olivæ viridis. ¶ *Viridex Amycla* dixi *Stat. l. 9. Theb. v. 769.* propter colorem viridem, quo optimo lanæ Amyclis Laconiæ urbe tingebantur. Quamquam alii non viridem, sed purpureum eum colorem fuisse putant; sed & color purpureus aliquando a Latinis ita concipitur, ut ad viridem quam proxime accedat. Sic *Cic. 4. Acad. cap. 33.* mare purpureum dixit; & *Propert. lib. 2. eleg. 20. v. 5.* purpureis agitatum fluctibus Hellen. Contra *Ovid. 2. de ar. am. v. 92.* virides aquas maris appellavit.

Viriditas, atis, f. *verdura*, *color verde*, יֹקֶן, Ger. *grune*, Gall. *verdure*, Hisp. *verdura*, χλωρότης, color viridis. *Cic. de sen. c. 15.* Terra semen tepefactum vapore, & complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem. *Id. ibid. c. 16.* Pratorum viriditas, *Plin. l. 37. c. 5.* Viriditas maris. ¶ Per translationem accipitur pro fortitudine, & flore illo ætatis, quam ἀκμὴν vocant Græci. *Cic. 3. Tusc. c. 31.* Sed quandiu in illo opinato malo vis quædam insit, & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tandiu appelleur recens. *Id. de Am. c. 3.* Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

Virĭdo, as, a. 1. viridem facio. *Ovid. in Halieut. v. 90.* Num vada subnatis imo viridentur ab herbis.

Virilia, ium, n. 3. *parti vergognose*, מבושים, Germ. *die mannliche scham*, Gall. *les parties honteuses*, Hisp. *las vergunças*, τὰ ἀνδρεῖα, verenda, seu pudenda virili, quomodo mulieris natura *muliebria* appellatur. *Pl. l. 21. c. 27.* Et in totum ad virilia cauliculis ejus vino, & aceto tritis, nihil utilius putant. *Perron. in Satyr.* Ad virilia sua admovit novaculam infestam.

Virilis, & le, o. 3. *virile*, Germ. *mannlich*, Gall. *viril*, Hisp. *varonil*, ἀνδρικός, ἀνδρεῖος, quod est viri. *Virg. 7. Æn.* Filius huic fato Divum, prolesque virilis Nulla fuit. *Liv. lib. 1.* Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit. *Vitruv. lib. 6. c. 10.* Convivia virilia. *b. e.* ad quæ soli viri admittuntur. *Lamprid. in Heliogab. c. 8.* Diligenter curatum est, ut ex tota urbe monobolos quæreretur; sic eos appellabant, qui viriliores videbantur. *h. e.* qui majora virilia habebant. ¶ *Virilis toga* dicebatur, quam sumebant adolescentes post annum 16. vel, ut alii volunt, post 15. deposita prætexta, didtaque est virilis, quia dabatur pueris virilem, & firmam ætatem ingredientibus, & incipientibus inter viros versari, cum ante illud tempus domi contineri solerent, aut sub pædagogorum cura esse. *Cic. Philip. 2. c. 18.* Sumpsiti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. ¶ Per translationem accipitur pro forti, & magnanimo, & minime effeminato. *Cic. Att. lib. 14. epist. 21.* Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. *Id. 2. Fin. cap. 14.* Vereturque quicquam aut facere, aut loqui, quod parum virile videatur. *Sallust. in orat. Marci Tribuni* est idem, ac virile officium. *Cic. Ver. 5. cap. 3.* Qui plus etiam, quam pars virilis postulat, oneris ac muneris suscipere debeam, *più di quello, che a me s'aspetta*, o *le mie forze compertano*. *Id. 6. Ver. c. 37.* Est aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis sum, quam ille amplam claramque redidit, *ho qualche debito ancor io, tocca anche a me in qualche modo*. *Hor. de ar. poet. v. 175.* ne forte feniles Mandentur juveni partes, pueroque viriles. ¶ Hinc pro virili parte, *per quanto si può*, *secondo le forze*, pro viribus. *Cic. pro Sext. c. 66.* Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt. *Id. Phil. 13. c. 4.* Me ejus beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto. ¶ *Pro virili portione* eodem sensu dicitur. *Tacit. in Agric. c. 45.* Tanquam pro virili portione innocentiam principi donarcs.

Viri-

Virilĭtas, atis, f. *virilità*, *parti virili*, מבושים, שׁ' אלדוֹרָא, ἀρρενωπός, idem quod virilia, seu viri pudenda. *Martial. l. 9. ep. 7.* Non puer avari sectus arte mangonis virilitatis damna mœret ereptæ. *Quintil. l. 5. c. 12.* Mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate excisa, lenocinantur.

Virĭliter, adv. *virilmente*, *fortemente*, בִּגְבוּרָה, ἀνδρικῶς, fortiter, & magno animo. *Cic. 2. Tusc. c. ult.* Itaque barbari quidam, & immanes ferro decerrare acerrime possunt, ægrotare viriliter non queunt. *Id. 1. Off. c. 28.* Quod enim viriliter, animoque magno fit, id dignum viro, & decorum videtur. *Senec. de brevit. vita, c. 6.* Omnes isti (avari, iracundi, &c.) virilius peccant, in ventrem, ac libidinem projectorum inhonesta labes est.

Viriŏla, æ, f. exigua viria, *i. e.* parva armilla. *Pompon. l. 14. ff. de contr. empt.* Ut pura cohæredes viriolam, quæ aurea dicebatur, pretio exquisito ani hæredi vendidissent, eaque inventa esset magna ex parte ænea. *Scævola Dig. l. 34. tit. 2. leg. ult.* Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi, quæcumque sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis.

Viriōse, adv. a viribus deductum, significat fortiter, valide. *Tertull. de anim. c. 19.* Ultro ambibit, & quidem viriosius de suo ingenio.

Viriōsus, a, um, adject. *forte*, *robusto*, viribus validus. *Διωατικός*, *Tertul. adv. Valent. l. 16.* Vitia ufu virosa. ¶ Item venenatus, exitialis, a *virus*. *Apul. l. 7.* Spinæ punctu venenato viriosæ. Alii leg. *virosæ*.

Viriōsus, a, um, adject. libidinosus, virum appetens. *Apul. l. 9. A. A.* Sæva, ebriola, viriosa, pervicax.

Viriplăca, æ, f. Dea apud Romanos, quæ præerat jurgiis, & litibus sedandis inter virum, & uxorem. *Valer. Max. l. 2. c. 1. n. 6.* Quoties inter virum & uxorem aliquid jurgii intercesserat, in sacellum Deæ Viriplacæ, quod est in Palatio veniebant; & ibi invicem locuti, quæ volurrant, contentionæ animorum depositæ concordes revertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris ferrur affecuta.

Viripŏtens, entis, o. g. *da marito*, ἀρωὶξ χάμαι, nubilis, viro matura. *Labeo l. 63. ff. de donat. inter virum & uxorem.* Quod vir ei, quæ nondum viripotens nupserit, donaverit, ratum futurum existimo. *Papinian. l. 101. ff. de condic. & demonstr.* Cum ea, priusquam viripotens fieret, vita decesserit.

Viripŏtens, entis, o. g. qui viribus potens est. *Plaut. Perf. 2. 3. 1.* Jovi opulento, inclyto, Ope gnato, supremo, valido, viripotenti.

Viritānus, a, um, adject. virilim distributus, ut viritanus ager, apud *Fest.*

Viritim, adverb. κατ' ἄνδρας, אִישׁ אִישׁ לִגְלֻגֹּלֹתָ, per singulos viros, per singula capita. *Cic. in Brut. c. 14.* Dicitur etiam C. Flaminius is, qui Tribunus Pl. legem de agro Gallico, & Piceno viritim dividendo tulerit, &c. *Id. 3. Tusc. c. 20.* Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi viritim dividere liceat, sed, si facias, partem petam. *Suston. in Tiber. c. 76.* Dedit & legata plerisque, plebi Romanæ viritim, & separatim vicorum magistris. ¶ Interdum accipitur pro separatim, seorsum. *Hor. l. 2. ep. 1.* Aut quid haberet, Quod legeret, tererentque viritim publicus usus. *Sen. Nat. Quæst. l. 5. c. 7.* De ventis in universum diximus, nunc viritim incipiemus illos discutere. *Curt. l. 7. cap. 4.* Si quis viritim dimicare vellet, provocavit ad bellum.

Virtor, oris, m. *verdura*, *color verde*, viriditas, color viridis, χλωρότης. *Pallad. in Jun. tit. 12.* Hordeum femimaturum, cui adhuc supereſt aliquid de virore, per manipulos ligabis. *Vopisc. in Prob. cap. 19.* Circus ad silvæ consitus speciem gratia novi viroris effronduit. *Apul. l. 2. Florid.* Pratorum virores.

Virōsus, a, um, φλαῦρος, viri appetens, sicut mulierosus, mulieris appetens *Lucil. apud Non. cap. 1. n. 80.* Verulam, atque virosam Uxorem cædam portius quam castrem egomet me. *Afran. ibid.* Virosa non sum; &, si sim, non desunt mihi, Qui ultro dent, ætas integra est, formæ satis.

Virōsus, a, um, *fetido*, *puzzolente*, נִבְאַשׁ, δυσώδης, fœtidus, graveolens, qui est mali odoris, vel mali saporis, a *virus*, quod modo venenum, modo ingratum odorem significat. *Cato c. 157.* Et, si mulier eo lotio locos fovebit, nunquam virosi fient. *Scribon. Larg. compos. 103.* Virosissimum adversus stomachum medicamentum. *Id. composit. 163.* Virosi odoris sordes. *Celsl. 2. c. 21.* Virosi pisces. *Virg. 1. Georg. v. 58.* At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus Castorea. Constat enim castorem fœdi, & exocrandi odoris esse, adeo ut prægnantes ejus olfactui ejiciant fœtum. Servius tamen ibi interpretatur venenata. Alii exponunt medicamentosa, *medicinali*, qua ratione etiam *Nemesian.* videtur usurpasse in *Cynege. v. 223.* Dilige igitur potus medicos, curamque salubrem. Tunc virosa tibi sumes, multumque domabis Castorea, attritu silicis lenteſcere cogens, quamquam nihil vetat, hoc quoque loco pro fœtido accipere. ¶ Translate *Sidon. l. 5. ep. 7.* Aures virosa susurronum fœce completæ.

Virtuōse, adv. *virtuosamente*, cum virtute. *Inscript. apud Gruter. pag. 807. n. 3.* Quæ multis cum fudoribus matura ætate vixit virtuose. Hanc tamen Inscript. Eruditi spuriam existimant.

Virtus, utis, f. *virtù*, גְּבוּרָה תְּעָה, בִּינָה, חָכְמָה, תְּמוּנָה, Ger. *tugend*, Gal. *vertu*, Hisp. *virtud*, ἀρετή, *cujus quæ vi vigor, bonave dispositio, quæ rem, cui ineſt in suo genere bonam, perfectamve, ejusque operationem excellentem reddit. Cic.* fic definit *l. 2. de Invent. c. 53.* Virtus est animi habitus naturæ modo rationi consentaneus. *Id. l. 1. de Leg.* Est autem virtus nihil aliud, quam *in se* perfecta, & ad summum perducta natura. *Et l. 1. Acad.* Quod autem absolutum, id est virtus, quasi perfectio naturæ. ¶ De ejus origine ita *Cic. 2. Tusc. 18.* Atqui vide, ne, cum omnes rectæ animi affectiones virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium, sed ab ea una, quæ cæteris excellat, omnes nominatæ sint. Appellata est enim a viro virtus: viri autem propria maxime est fortitudo, cujus munera duo maxima sunt, mortis, doloriique contemptio. ¶ Differt autem a probitate. Unde *Ovidius* probitatem in uxore agnoscit, at requirit virtutem, quia non aaderet pro marito apud Augustum intercedere. Ita enim scribit *l. 3. de Ponto el. 1.* Nota tua est probitas, testataque tempus in omne, Sit virtus etiam non probitate minor. ¶ Sæpe etiam accipitur pro fortitudine militari; & latius pro animi constantia in periculis, & rebus adversis. *Cæs. l. 1. bell. Gall.* Perfacile esse, cum virtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri. *Cic. l. 10. Fam. ep. 3.* Omnia summa consecutus es virtute duce, comite fortuna. ¶ Per Synecdochen ufurpatur de quacumque hominis perfectione; tam corporis, quam animi, sed præcipue animi. *Cic. 5. Fin.* Ita fiet, ut animi virtus corporis virtuti anteponatur. *Id. 4. Phil.* Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia, virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco. ¶ Hæc acceptione virtutes animi varie dividuntur, sed de his V. *Philosophos*. ¶ Per Catachresim dicitur etiam de bestiis, de plantis, de lapidibus, & aliis rebus, pro ea vi, qua res, cujus est virtus, perfecta redditur, seu ut, facultate, proprietate rei unicuique insita. *Cic. 1. de Leg. cap. 16.* Nec arboris, nec equi virtus (in quo abutimur nomine) in opinione sita est. *Quintil. l. 4. c. 2.* Sunt quidem hæ quas supra retuli, virtutes aliarum quoque partium. *Plaut. Mil. 1. 1. 133.* Sicuti merci pretium statui, pro virtute ut veneat. ¶ Aliquando etiam accipitur pro opc, auxilio. *Plaut. Mil. 3. 1. 82.* Deum virtute eumdem hospitio accipiam. ¶ Nonnunquam pro merito, seu præstantia. *Plaut. Mosl. 1. 3. 17.* Virtute formæ id evenit, te ut deceat, quicquid habeas. ¶ Ab antiquis virtus Dea putata est, cui templum dedicavere. Virtutis autem templum cum Honoris conjunctum fuit, ita, ut in hanc non nisi per illud pateret aditus. Quo commento hoc significare voluerunt, veram, unicamque parandi honoris viam esse virtutem. *Cic. 2. de nat. Deor.* Vides Virtutis templum, vides a M. Marcello renovarum, quod multis ante annis erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum. *Et infra*: Ob eamque causam majorum institutis Mens, Fides, Virtus, Concordia consecratæ, & publice dedicatæ sunt.

Virulentĭa, æ, fem. idem ac virus, *h. e.* nativus cujusque rei, vitalisque succus, aut humor. *Tertull. in Apolog. cap. 8.* Panis quo sanguinis virulentiam colligas. Alii leg. *jurulentiam*. ¶ Item fœtor, graveolentia. *Sidon. l. 8. ep. 14.* Hircorum vos obtuliſſe virulentiam Christus sibi computat.

Virulentus, a, um, *velenoso*, ἰώδης, qui est plenus veneno. *Gell. l. 16. c. 11.* Ut serpentium virulentorum domitores sint.

Virus, i, n. *fugo*, *umore*, *liquore*, לְשַׁד, succus nativus, & vitalis cujusque rei, estque vox mediæ significationis, ut notat *Servius ad Virg. Æn. 1.* hoc est tam in bonam, quam in malam partem usurpari potest, quemadmodum *venenum*, quod eamdem fere habet significationem. *Serv.* loc. cit. ait, esse indeclinabile nomen; sed habet tamen genitivum *viri*, & ablativum *viro*. *Plin. l. 9. c. 50. de*

piscibus: Nec satis est generationis coitus, nisi editis ovis, inter se versando vitale asperserint virus. *Id. l. 8. c. 11.* Virus verrinum e scropha a coitu excepcum. *h. e.* humor e genitalibus fluens. *Stat. l. 1. sil. 4. v. 104.* Jungam ipse manus, atque omne benigne Virus, odoriferis Arabum quod doctus in oris, Aut Amphryſiaco pastor de gramine carpsi. *h. e.* succum herbarum, aliarumque rerum salubrem. *Lucret. l. 2. v. 852. de olea succo*: Quam minime ut possit mixto in corpore odores, Concoctosque suo contactos perdere viro. ¶ In malam partem ponitur pro veneno interdum absolute, sæpius tamen cum addito, ut malum virus, noxium virus, *veleno*, רַאשׁ, ἰός, βρόμος. *Virg. 3. Georg.* Aut recto affectus coluber succedere, & umbræ, Pellis acerba boum, pecoique aspergere virus. *Id. 1. Georg. v. 129.* Ille malum virus serpentibus addidit atris. *Plin. l. 8. c. 22.* Amatorium virus. *h. e.* medicamentum amorem inducens. ¶ Translate *Cic. de Amic. c. 23.* Ut non inquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis suæ. ¶ Item pro fœtore, graveolentia, πυῤῥα, *mal odore*, δυωδία. *Columel. l. 1. c. 5.* Nec paludem vicinam esse oportet ædificiis, quia caloribus noxium virus eructat. *Plin. l. 35. c. 15.* Prodeſt & ad virus alarum. *Id. l. 12. c. 12. de nardo*: Alterum ejus genus damnatur in totum, virus redolens. ¶ Item pro malo, asperoque sapore, ut de maris salsedine. *Lucret. l. 2. v. 475.* Linquit enim supera terri primordia viri Aspera. Et de viribus ac spiritu vini. *Plin. l. 14. c. 20.* Ubi pigra lentas torpeat, virus addit.

Vis, vis, vim, vi, f. *virtù*, *possanza*, אַמּוּץ, גְּבוּרָה, חָזְקָה, ἐκβολὴ δύναμις, robur, virtus, fortitudo, potentia, facultas, & cum proprie, tum per translationem usurpatur. *Cic. pro Domo c. 55.* Magna vis est in Deorum immortalium numine. *Id. 2. Off. c. 6.* Magnam vim esse in fortuna in utramque partem, vel secundas ad res, vel adversas, quis ignorat? *Ter. Adelph. 3. 4. 47.* Summa vi hanc defendam, atque illum mortuum. *Plin. l. 4. ep. 7.* Hanc ille vim (sive quo alio nomine vocanda est intentio quidquid velit obtinendi) si ad potiora vertisset, quantum boni efficere potuisset! *Quintil. l. 1. c. 10.* Ambitus habet apertam vim. *h. e.* apcrte geritur, manifestus est. Rursus *Cic. de Amic. c. 4.* Vis amicitiæ est in animarum consensione. *l' amicizia consiste &c. Id. ibid. c. 18.* Vis ingenii. *Id. in Orat. cap. 32.* Vis & natura verborum. *Id. Fam. 5. ep. 8.* Hæ literæ habent vim fœderis: *vagliono, come se fossero una confederazione*. *Id. 1. Divin. c. 33.* Quod ostentum habuit hanc vim, ut Dionysius paucis post diebus regnare cœperit. *l' effetto, che produsse quel prodigio, fu, che, &c. Idem in Top. c. 8.* Ex vi nominis argumentum elicere. *Id. pro Rab. Posth. c. 15.* Vis frigorum, *la violenza del freddo*. ¶ Vires in plurali numero, quod Grammaticorum alii a vis esse ajunt, alii negant, V. supra fuo loco. ¶ Sæpe notat multitudinem, copiam. *Cic. pro L. Man. c. 9.* Sic Mitridates fugiens maximam vim auri, atque argenti, pulcher

ramos delapſa, & a Sole cum humidiuſtate quadam fervefacta naſcitur, & viret per hyemem. *Virg. 6. Æn. v.295.* Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos. *Plin. l.16. c.44.* Quædam enim in terra gigni non poſſunt, & in arboribus naſcuntur. Namque cum ſuam ſedem non habeant, in aliena vivunt, ſicut viſcum. ¶ Druidæ viſcum venerati ſunt. *Plin. l.16.c.44.* Non eſt omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druidæ (ita ſuos appellant Magos) viſco, & arbore, in qua gignatur, ſi modo ſit robur, ſacratius, &c. ¶ Translate viſcum etiam antiqui rete vocabant, teſte *Nonio c.6. n.20.* nempe a tenacitate. *Varro ib.* Lepuſculi timentes hoc quadrangulum, dedunt ſe in rete, ſic fugere viſcum nequiverunt, lineamque compedem. Huc traki poſſe videtur & illud *Virg. l.1. Georg.* Tum laqueis captare feras, & fallere viſco Inventum, & magnos canibus circundare ſaltus.

Viſcus, i, m. idem ac viſcum. *Plaut. Bacch. 1. 1. 16.* Viſcus merus veſtra blanditia eſt.

Viſcus, eris, n. *viſcera, carne*, בָּשָׂר, קֶרֶב, Ger. *das eingeweyd*, Gal. *les entrailles*, Hiſ. *entranas*, σπλάγχνον, inteſtinum, ut cor, jecur, pulmo, lien. Sed generatim accipitur pro carne, quæ eſt inter oſſa, & cutem. *Servius in 1. Æn.* Viſcera non tantum inteſtina dicimus, ſed quicquid ſub corio, ut in Latinis viſceratio dabatur, id eſt caro. Eſt autem nominativus hoc Viſcus, hujus viſceris: ut *Luc. l.1. v.837.* Viſcus gigni, ſanguenque creari. *Id. in 9. Æn.* Viſcus, quicquid ſub cute. *Cic. 2. Tuſcul.* Spartæ vero pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, ut multus e viſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam, ut cum ibi eſſem, audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, ſed ne ingemuit quidem. *Ovid. 15. Met.* De putri viſcere paſtim Florilegæ naſcuntur apes. *Suet. in Vitellio, c.13.* Quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus, & farta pene rapta e foco manderet. ¶ Per ſynecdochen ponitur pro toto animali, ac præſertim pro filio. *Ovid. ep.11.* Diripiunt avidæ viſcera noſtra fere. *Id. l.2. Am. el. 14.* Veſtra quid effoditis ſubjectis viſcera telis? In illas quæ abortivos faciunt. ¶ Translate dicitur de terra, pro partibus penitioribus, ſeu interioribus. *Ovid. 1. Met. v.138.* Nec tantum ſegetes, alimentaque debita divis Poſcebatur humus, ſed itum eſt in viſcera terræ. *Virg. 3. Æn.* Interdum ſcopulos, avulſaque viſcera montis Erigit eructans. ¶ Denique de quacunque parte intrinſeca. *Cic.1. Catil. c.13.* Periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in venis, atque in viſceribus Reipublicæ. *Id.2. de Orat. c.78.* Hæc in dicendo non extrinſecus alicunde quærenda, ſed ex ipſis viſceribus cauſæ ſumenda ſunt. *Id. pro Dom. c.47.* Villam extruxit viſceribus ærarii. *h. e.* ex recondita ærarii pecunia. *Id. Att. l.6. ep. 1. ante med.* Ἐγκεφάλου ματα illa tua mihi in viſceribus hærent.

Viſendus, a, um, *degno d'eſſer veduto*, ἐπισκεπτός, partic. vel gerund. a viſo. *Cic. in Vat. c.13.* Epulum in omni apparatu, ornatuque viſendo. *Plin. l.16. c. 44.* Vicina luco eſt ilex, & ipſa nobilis, 35. pedum ambitu caudicis, decem arbores metiens ſingulas, magnitudinis viſendæ. h. e. dignæ videri, ſpectabilis, admirandæ.

Viſibilis, & le, o. 3. *viſibile*, נִרְאֶה, Germ. *ſichtbar*; Gal. *viſible*, Hiſp. *viſibile*, ὁρατός, θέατος, quod ſub aſpectum cadit, quod ſub aſpectum venit, quod videri poteſt, aſpectabile. ¶ Ponitur etiam pro vidente, aut, quod Philoſophi vocant, viſivo. *Plin. l.11. c.37.* Oculi, ceu vaſa quædam, viſibilem animi partem accipiunt, atque tranſmittunt.

Viſibilitas, atis, ratio, qua aliquid videri poteſt, *viſibilità*. *Tertul. de carne Chriſti, c.12.*

Viſio, onis, f. *il vedere, viſta*, רְאוּת, מַרְאֶה, רְאִי, ὄψις, actus videndi. *Cic.4. Acad. c.11.* Nec poteſt is, cui eſt viſio veri, falſique communis, ullum habere judicium, aut ullam omnino veritatis notam. *Id.2. de nat. Deor.* Neque viſionem, neque auditum, neque ionum ſine aere fieri poſſe. ¶ Metonimice dicitur de rebus ipſis, quæ videntur, ac præſertim de earum imaginibus, ſeu ſpectris, quæ a Græcis φαντάσματα, & φαντάσματε appellantur, *viſione*. *Quintil. l.6. c.2.* Tentabo etiam de hoc dicere, quas φαντασίας Græci vocant, nos ſane viſiones appellemus, per quas imagines rerum abſentium ita repræſentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præſentes habere videamur. *Cic.2. de Div. c.58.* Utrum igitur cenſemus, dormientium animos per ſe ipſos in ſomniando moveri, an externa & adventitia viſione pulſari? *Macrob. in Somn. Scip. l. 1. c. 3.* Omnium, quæ videre ſibi dormientes videntur; quinque ſunt principales & diverſitates, & nomina. Aut enim eſt ὄνειρος ſecundum Græcos, quod Latini ſomnium vocant, aut ὅραμα, quod viſio recte appellatur, aut χρηματισμός, quod oraculum nuncupatur, aut eſt ἐνύπνιον, quod inſomnium dicitur, aut eſt φάντασμα, quod Cicero, quoties opus hoc nomine ſuit, vilum vocavit.

Viſio, is, n. 4. flarum ventris emitto, ſed ſine crepitu. Confirmant quidam hoc verbum auctoritate *Lucil. apud Non. c.11. n.46.* ubi valde dubia lectio eſt.

Viſitatio, onis, f. *apparizione, il farſi vedere*, ἐπισκεψις, ἐπιφάνεια, apparitio, actus quo quis ſe viſibilem facit. *Vitruv. l.9. c.4. ad fin.* Luna quoniam cum ſole eſt, nova vocatur, poſtero autem die, quo numeratur ſecunda, præteriens a ſole, viſitationem facit tenuem extremæ rotundationis. ¶ Item actus viſitandi aliquem, *viſita. Tertul. adverſ. Jud. c.13. ad fin.* Nec intellexiſſent Chriſtum in tempore ſuæ viſitationis inveniendum.

Viſitatus, a, um, nom. partic. *veduto*, conſpectus. *Vitruv. l.9. c.4.* Omnia viſitata, & inviſitata temporum neceſſitudine ſunt conſtituta. *Apul. l.4. Metam.* Immani forma tantæ beſtiæ, noctu præſertim, viſitata. *Id. de Deo Socrat.* Formam Dæmonis Socrati viſitatam.

Viſito, as, a. 1. *viſitare*, פָּקַד, רָאָה, Ger. *eſſt beſehen, heimſuchen*, Gall. *viſiter*, Hiſ. *viſitar*, ἐπισκέπτομαι, freq. a *viſo. Cic.5. de Fin. c.21.* Is cum arderet podagræ doloribus, viſitaſſetque hominem Carneades Epicuri perfamiliaris. ¶ Aliquando viſitare poſitum legimus pro ſæpe videre. *Plaut. Curc. 2. 3. 64.* Ibi me interrogat, Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam noverim? dico me noviſſe: quid lenonem Cappadocem? annuo viſitaſſe. *Id. Epid. 4. 1. 22.* Dii boni, viſitavi antehac, certe ea eſt.

Viſitor, oris, m. *viſitatore*, qui ſæpe inviſit. *Apul. in Apolog.* Ipſe domi tuæ rector, familiæ dominus, magiſter in convivio, in ludo quoque gladiatorio frequens viſitor. Alii rectius leg. *viſitur*.

Viſo, is, ſi, ſum, a. 3. *andar, o venir a vedere*, פָּקַד, רָאָה, Germ. *ſehen zubeſehen*, Gal. *aller voir*, Hiſ. *hyr a veer*, ἐπισκέπτομαι, eo ad videndum, venio ad videndum. *Ter. Andr. 3. 3. 3.* Id viſo, tu ne, an illi infaniant. *Id. Eun. 3. 4. 7.* Viſam, ſi domi eſt. *Cic. l.9. Fam. ep.23.* Tamen conſtitui ad te venire, ut & viderem te, & viſerem, & cœnarem etiam. *Donat. ad Ter. Hecyr. 1. 2. 114.* notat *videre* eſſe quærentis aliquem, *viſere* officii. *Ruſſus Cic.6. Ver. c.2.* Cupidinem fecit illum, qui eſt Theſpii, propter quem Theſpiæ viſuntur. *Id.1. Off. c.39.* Domus Cn. Octavii vulgo viſebatur. ¶ Interdum regit accuſativum cum præpoſit. *ad. Gel. l.26.* Cum Phavorinus ad Frontonem pedibus ægrum viſeret. *Lucr. l.6. v.1236.* Nam quicunque ſuos fugitabant viſere ad ægros. *Terenſ. Hecyr. 3. 2. 4.* Nunc ad eam viſam. ¶ Non raro tamen accipitur pro primitivo video, præſertim ſi conjungatur cum verbis *eo*, & *venio. Plaut. Rud. 1. 2. 6.* Nunc huc ad Veneris fanum venio viſere, rem divinam facturus ſe dixerat. *Ter. Hec. 1. 2. 114.* Poſtquam accerſivit ſæpius, ægram ſimulant mulierem, noſtra illico ſit viſere ad eam: admiſit nemo. ¶ Idem uſu venit, quando jungitur his ablativis *gratia, cauſa, ſtudio*, & hujuſmodi. *Virg. 2. Æn. v.63.* Undique viſendi ſtudio Trojana juventus Circumfuſa ruit. *Cic.5. Tuſc.* Qui nec plauſum, nec lucrum quærerent, ſed viſendi cauſa venirent. *Salluſt. in Catil.* Multi qui e caſtris viſendi, aut ſpoliandi gratia proceſſerant. ¶ Particip. *viſendus* V. ſupra ſuo loco.

Viſor, oris, m. 3. ὁρατής, inſpector, explorator. *Tac. l. 16. Ann. c. 2.* Nec miſſis viſoribus, per quos noſceret, an vera aſſererentur.

Viſpello. V. Biſpellio.

Viſualitas, atis, f. *viſta. Tertul. de anim. c.29.* Contrarietates viſualitatis, & cæcitatis.

Viſula, æ, f. genus vitis. Forma vocis videtur diminutiva, & Scriptores exiguas tribuunt vires. Quare forſaſſe contractum eſt ex *viticula*, T in S abeunte, ut ſæpe. *Col. l.3. c.2.* Viſula deinde ab his, & minor Argitis terræ mediocritate lætantur. Nam in pingui nimiis viribus luxuriant, in macra tenues, & vacuæ fructu veniunt. *Ex paucis interfectis:* Viſula brevem materiam, & laetum ſolium exigit, cujus amplitudine fructus ſuos optime adverſus grandinem tuetur; qui tamen niſi primo quoque tempore maturæ legantur, ad terram decidunt, humoribus etiam priuſquam deſluant, putreſcunt. ¶ Eſt etiam idem nomen quod Viſtula. *Pomp. Mela l.3. c.4.*

Viſum, i, n. *viſione, fantaſma*, מַרְאֶה, חָזִיוֹן, רְאִי, Ger. *ein geſichs*. Gall. *ce qui eſt vû*, Hiſp. *coſa viſta*, ὅραμα, φάσμα, ſpecies illa alicujus rei, quæ oculis noſtris diurno tempore dum vigilamus, vel phantaſia in ſomniis objicitur. *Cic.1. Acad. c.11.* In qua primum de ſenſibus ipſis quædam dixit nova, quos junctos eſſe cenſuit e quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam illi φαντασίαν, nos viſum appellemus. *Id. Acad. l.4. c.6.* Cum enim ita negaret, quicquam eſſe, quod comprehendi poſſet (id enim volumus eſſe ἀκατάληπτον) ſi illud eſſet, ſicut Zeno definiret, tale viſum (jam enim hoc pro φαντασίᾳ verbum ſatis hefterno ſermone trivimus) viſum igitur impreſſum, effictumque ex eo, quod eſſet, a Zenone definitum rectiſſime dicimus. *Et infra c.24.* Quale igitur viſum? tum illum ita definiviſſe, ex eo, quod eſſet, ſicut eſſet, impreſſum, & ſignatum, & effictum. *Id.1. Tuſc. c.41.* Qui nonnunquam etiam ſine viſis ſomniorum placatiſſimam quietem affert. *Virg.4. Æn. v.456.* Hoc viſum nulli, non ipſi ſtata ſorori eſt. ¶ *Ex viſo*, & *ex viſu*: per *viſione avuta*, ſæpe occurrit in veterib. lapidib. teſte *Phil. a Turre in Differt. di Diis Aquilejen. pag.302.* Hinc *ex viſo dedicare aliquid* legitur in quadam *Inſcript.* apud *Fontanin. de antig. Hortæ l.1. c.6.* ¶ Accipitur etiam pro ſpectaculo, hoc eſt pro re quavis, quæ ſpectanda proponitur. *Prop. l.2. eleg.6. v.29.* Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas, Et poſuit caſta turpia viſa domo.

Viſurgis, m. 3. Viſurigis, Biſurgis, Iturgis, *Vueſer*, fl. ingens Germaniæ. Primum Verra dicitur, *Vuerz*, oriturque in confinio Franconiæ, non procul a Cheruſcis ex Meliboco M. deinde per Haſſiam fluens, prope Smalcaldium, & Iſenacum labitur. Sed recepto ad Mindam opp. Fulda fl. tunc Viſurgis dicitur, & in Arctos tendens juxta Ducatum Brunſvicenſem, ibi Hamelam rigat, uti Corbiam, Mindam, Neohurgum, & Hoygam urbes VVeſtphaliæ, hinc recepto Allera fl. paulo infra Vardam, labitur juxta Bremam, & tandem Oceano Germanico immiſcetur, inter Ducatum Bremenſem, & Comitatum Oldenburgenſem. V. annotar. Vadiani in *lib.3.* Pomp. Melæ. ¶ Viſurgis alter, *Vueſer*, fl. parvus Belgii. Oritur in Ducatu Limburgenſi, & in conf. Juliacenſis, deinde Limburgum rigans, poſtea in Uztum cadit, & cum ipſo paulo poſt in Moſam fl. ſupra Leodium.

Viſurus, a, um, ὀψόμενος, partic. temporis futuri a video. *Virg.2. Georg.* Abies caſus viſura marinos.

Viſus, a, um, *veduto*, ὡραμένος, partic. paſſiv. a video. *Virg.2. Æn.* Inſolix ſimulacrum, atque ipſius umbra Creuſæ Viſa mihi ante oculos, & nota major imago. *Id. lib.6.* Viſæque canes ululare per umbram. *Hor. l.1. od.15.* Viſum lupum fugere.

Viſus, us, m. 4. *viſta*, רְאִי, Ger. *das geſicht*, Gall. *la vûe*, Hiſ. *viſta*, ὄψις, ὅρασις, potentia viſiva, ſenſus, & actus videndi. *Quinctil. l.10. c.1.* Qualis eſt ferri fulgor, quo mens ſimul, viſuſque perſtringuntur. *Plin. l.9. c.50.* Piſces attritu ventrium cocunt, tanta celeritate, ut viſum fallant. *Id. l.8. c.22.* Luporum viſus noxius eſſe creditur. *Lucret. l.5. v.102.* Nec tamen hanc poſſis oculorum ſubdere viſu. Ubi *viſa* pro *viſui* poſitum eſt, quemadmodum *Terenſ. Adelph. 1. 1. 38.* dixit *veſtitus indulgens. Stat. 6. Theb. v.277.* Spectat in occiduis ſtellatum viſibus Argum. h. e. oculis ſemper apertis. ¶ Interdum pro eo, quod videtur, ſive per diem, ſive in ſomniis, *viſione*. *Virg. 2. Æn.* Rite ſecundarent viſus, omenque levarent. *Hor. l. 1. ſat. 5.* immundo ſomnia viſu Nocturnam veſtem maculant. *Tacit. Ann. 12. c.13.* Qua ſilvas pererraverit, nocturno viſu demonſtrat. ¶ Interdum pro ſpecie. *Cic.1. de nat. Deor. c.5.* Ex quo exiſtit & illud, multa eſſe probabilia, quæ quanquam non perciperentur, tamen quia viſum quendam haberent inſignem, & illuſtrem, his ſapientis vita regeretur.

Vita, æ, *vita*, חַיִּים, Ger. *das leben*, Gal. *vie*, Hiſ. *vida*, βίος, ζωή, actus vivendi, animæ & corporis conjunctio, quemadmodum contra eorundem diſſolutio mors eſt. *Cic.1. de nat. Deor. c.53.* Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potu, ſpiritu. *Id. 2. Phil. cap. 3.* Commemorare, his ſe vitam deſiſſe, quibus non ademerint? *Id. Att. l.5. ep.20.* Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta fum affectus, *in tutta la mia vita. Id. pro Rab. perduel. c.10.* Vitæ curriculum. *Id. Phil. 9. c.7.* Agere vitam honeſtiſſime. *Id. pro Syll. c.27.* Degere vitam miſerrime. *Id. Phil. 14. c.11.* Vitam pro aliquo profundere. *Id. 2. Fam. ep.2.* Diſcedere e vita. *Id. l.5. Fam. ep.15.* Manere in vita. *Id. Q. Fr. l.1. ep.3.* Diutius in vita eſſe. *Id. pro Roſc. Amer. c.11.* Per ſummum dedecus vitam amittere. *Id.4. Catil. c.4.* Vita frui. *Id. de Senect. c.18.* Perducere vitam ad annum ceteſimum. *Id.1. de Fin. c.4.* Si vita ſuppetet. *Id. Fam. 10. ep.24.* Si mihi vita contigerit. *Id. pro Mur. cap.16.* Vita aliquem expellere, *ammittere. Id. de Senect. c.19.* Vitam alicui auferre. *Id.3. de Orat. c.3.* Vita ſe paivare. *Tacit. Ann.1. c.9.* Vitam finire. ¶ *Vivere vitam*, *vivere*, eſt idem ac vivere. *Cic.4. Verr. c.47.* Vivere vitam tutam. *Plaut. Perſ. 4. 3. 19.* Faciam ut mei memineris, dum vita vivas. *Id. Mil. 3. 1. 34.* Tam ne tibi diu videor vita vivere? Utroque tamen loco, itemque aliis, qui afferuntur a *Perſe in Lex. Crir.* alii reponunt *vitam*. ¶ Ponitur etiam pro ipſa vi, qua res vivunt, i. e. pro anima. *Virg. 6. Æn.* Tenues ſine corpore vitæ. ¶ Item pro ipſis hominibus viventibus. *Plin. l.8. c.16.* Verum falſum ne ſit, vita non decrevit. ¶ Item pro alimento, ſeu victu. *Plaut. Stich. 3. 2. 9.* Reperire ſibi vitam. Adde *Trin. 2. 4. 76.* ¶ Item pro inſtituto, & ratione vivendi. *Cic. de Am.* Serpit enim, neſcio quo modo, per omnium vitas amicitia. *Id. pro R. Am. c.17.* Vita ruſtica honeſtiſſima, atque ſuaviſſima. *Plin. l.18. c.7.* Panem ex hordeo antiquis uſitatum vita damnavit, quadrupedumque tradidit refectibus. ¶ Item pro moribus. *Ter. Adelph. 3. 3. 61.* Denique inſpicere, tanquam in ſpeculum, vitas omnium jubeo. *Auct. ad Her. l.2.* Deinde vita hominis ex ante actis ſpectabitur. ¶ Mea vita, *vita mia*, ζωή μου, blandientis vox eſt. *Cic. l.14. Fam. ep.2.* Obſecro te, mea vita. *Plaut. Trucul. 2. 4. 37.* Quapropter, o mea vita?

Vitabilis, le, adject. *da ſchifarſi*, vitandus. *Cornel. Gall. veter. 6.* quodque eſt vitabile nulli. *Ovid. 4. de Pont. eleg.14. v.31.* Eſſet perpetuo ſua quam vitabilis Aſcra. *Arnob. l.5.* Vitabilis, & fugiendus.

Vitabundus, a, um, נִשְׁמָר, δεδιὼς μόνος, idem quod vitans. *Salluſt. in Jugurth. c.101.* Marius vitabundus claſſem hoſtium, ad oppidum pervenit. *Liv. l. 25. c.13.* Hanno ex Brutiis profectus cum exercitu, vitabundus caſtra hoſtium; Conſuleſque qui in Samnio erant, cum Benevento jam appropinquaret, tria paſſuum millia ab ipſa urbe loco edito caſtra poſuit. *Tacit. 3. hiſt. c.37.* Suſpenſus, & vitabundus.

Vitalia, ium, n. 3. *parti vitali*, מֵעַיִם, partes vitales, ut cor, jecur, pulmo, & cerebrum, in quibus quatuor vitæ ſumma conſiſtit. *Lucan. l.1.* Pulmonis anheli Fibra latet, parvuſque ſecat vitalia limes. *Plin. l.8. c.7.* Pilum ſub oculo adactum, in vitalia capitis venerat.

Vitalis, & le, o. 3. *vitale, che può vivere, o che fa vivere*, חַי, Ger. *leblich*, Gall. *vital*, Hiſp. *que puede vivir, βιώσιμος*, quod vita præditum eſt, quod vivere poteſt, vel cui diuturnior vita ſperari poteſt. *Cic. de Am. c.6.* Principio cui poteſt eſſe vita vitalis, ut ait Ennius, qui non in amici murua benevolentia conquieſcat? *Hor. l.2. ſat.2. v.60.* O puer, ut ſit Vitalis, metuo. *Plaut. Bacch. 4. 9. 75.* O pater, ducentos philippeos, quæſo, Chryſalo da, ſi eſſe ſalvum me vis, aut vitalem tibi. ¶ Interdum ſignificat, quod vita dignum eſt. *Lactant. l.6.* Unum eſt enim ſapientis, & juſti, & vitalis viri opus divitias ſuas in ſola juſtitia collocare. ¶ Accipitur etiam active pro eo, quo vivimus, quodque vitam aut affert, aut conſervat. *Virg.1. Æn. v.391.* Quiſquis es, haud credo, invifus cœleſtibus auras Vitales carpis. *Cic.2. de nat. Deor. c.9.* Caloris natura vim habet in ſe vitalem. *Ovid.2. Met. v.828.* Vitale lumen.

Vitalitas, atis, f. *vita*, חַיּוּת, τὸ βιωτικὸν, ζωτικὸν, vis, & potentia vitalis. *Plin. l.11. c.37.* Cæteris corruptis vitalitas in corde durat. *Id. lib. c.98. degenius:* Hæc ut aras adorant, forſaſſe quia ineſt iis vitalitas.

Vitaliter, adv. ζωτικῶς, cum vita. *Lucr. l.5. v.146.* Quandoquidem nequeunt vitaliter eſſe animata.

Vitatio, onis, f. *ſchifamento*, מְנוּסָה, δέλφευα, ἔκφυγή, actus vitandi, declinatio. *Cic.5. Fin. c.7.* Ne vitationem quidem doloris ipſam per ſe quiſquam in rebus expetendis putavit, ne ſi etiam evitare poſſet. *Id. Phil.3. c.10.* Quæ vitatio oculorum, lucis, urbis, fori?

Vitāru, ſupinum paſſ. verbi vitor. *Hor. l.1. ſat.4. v.125.* Sapiens vitatu, quidque petitu Sit melius, cauſas reddet ſibi.

Vitellianum, n. 2. *Viadana*, opp. amplum Cenomanorum in Gallia Tranſpadana, ad Padum, e regione Brixelli. in Duc. Mantuano, inde 20. M. P. Parmam verſus 10. Dictum creditur a Vitellio Imp.

Vitel-

Vitellianus, a, um, adject. a *Vitellio*, ut Vitellianæ partes. *Tac. 1. hiſt. c.84.* Vitelliani milites. *Id. ib. c.85.* ¶ Vitelliani, orum, abſolute dicti ſunt pugilares lutei, vitello illiti, in quibus res laſciviæ & amatoriæ ſcribebantur. Quidam ita dictos putant, quod a Vitellio Imp. inventi ſint. *Martial. l.2. ep.6.* Hæc ſunt quæ relegentur me ſolebas Rapta ſcribere, ſed Vitellianis. *Id. l.14. ep.8.* Nondum legerit hos licet puella, Novit, quid cupiant Vitelliani.

Vitellius, a, um, adj. a *vitellus*, qua parvum vitulum ſignificat, ut Vitellina caro, apud *Plaut. in fragment.* ubi tamen alii aliter leg. *Apic.* tamen ſine ulla dubitatione *bubulam & vitellinam carnem* dixit *l.8. c.5.* ſed *eadem c.* etiam *vitulinam*.

Vitellius, m. a. βιτέλλιος, nonus Romanorum Imperator, ventri, gulæque addictiſſimus, qui ſuperato ad Bebriacum Othone, Imperium arripuit, quod non multo poſt, deficientibus ad Veſpaſianum militibus, una cum vita exuit. V. *Sueton.* ¶ Adjective Vitellia via (de qua *Sueton. in Vitell. c.1.*) ita dicta eſt quæ a Vitelliorum gente vel deducta, vel ſtrata fuit; tendebatque ab Janiculo uſque ad mare.

Vitellum, i, n. idem quod vitellus, h. e. ovi pars lutea. *Apic. l.4. c.1.* Mel, acetum, liquamen, ovorum vitella.

Vitellus, i, m. 2. dimin. a *vitulus*, ut agnellus ab *agnus*. *Plaut. Aſin. 3. 3. 77.* Agnellum, hœdillum me tuum die eſſe, vel vitellum.

Vitellus, li, m. *roſſo di ovo, tuorlo*, חֶלְמוֹת, Ger. *eyer dotter*, Gall. *le moyau d'un oeuf*, Hiſ. *yema*, λέκιθος, τὸ ἀκρον τῦ ὠοῦ, ovi pars lutea. *Cic.2. de Div. c.65.* Tum ille: Nihil ne, inquit, de vitello? Id enim ex ovo videbatur aurum declaraſſe, reliquum argentum. *Hor. l.2. ſat.4.* Longa quibus facies ovis erit, illa memento, Ut ſucci meliioris, & ut magis alba, rotundis Ponere. Namque marem cohibent calloſa vitellum.

Vitēus, a, um, ἀμπελινός, quod eſt ex vite. *Virg. 3. Georg. v.380.* Et pocula læti Fermento, atque acidis imitantur vitea ſorbis. Ubi *pocula vitea* per Periphraſin pro vino poſuit. *Varr. l.1. R. R. c.71.* Coliculus viteus intortus.

Vitex, icis, f. *vetrice*, שֵׂיךְ, ἄγνος, frutex in arborem aſſurgens, ramis prælongis, lentiſque, foliis olivæ, ſed mollioribus, in fluminum ripis, ac torrentium alveis naſcens, a *viendo*, quia nempe ramuli viticis ſunt lenti, & flexibiles, eoque ad viendum apti Græci ἄγνον vocant, quod nobis caſtum ſonat, propterea quod matronæ in Teſmophoriis Athenienſium caſtitatem ſervantes, ex foliis iis cubitum ſibi ſternebant. Vulgus herbariorum agnum caſtum appellat. V. *Plin. l.24. c.9.*

Vitiabilis, le, adj. qui vitiari poteſt. *Prudent. in Apotheoſ. v.1059.* (*al.1114.*) Nejam vitiabilis eſſet.

Vitiarium, ii, n. ἀμπελών, ἀμπελόφυτον, ſeminarium vitium, ſeu locus vitium plantis conſitus. *Var. l.1. de R. R.* Ideo in vitiario, primitus cum exit vitis, rota refecari ſolet, ut firmiore ſarmento e terra exeat. *Col. l.3. c.5.* Cui vinetra facere cordi eſt, præcipue caveat, ne alienæ portus curæ, quam ſuæ, credere velit, neve merceeur vivviadicem, ſed ſeges furculi probatiſſimum domi conſerat, faciatque vitiarium, ex quo poſſit agrum vineis veſtire.

Vitiario, onis, f. *contuſione*, φθορὰ, διαφθορὰ, actus vitiandi. *Sen. Controv.23. l.3.* Antea legem vitiationis evertere conatus eſt, nunc transferre vult.

Vitiātor, oris, m. *corruttore*, φθορεύς, qui vitiat. *Sen. l.3. Contr.23.* Vitiatorem dimiſiſti, virum occides?

Vitiātus, a, um, *corrotto, guaſtato*, partic. a vitior. *Cic. pro Sex. c.54.* Comitiorum, & conionum ſignificationes interdum veræ ſunt, nonnunquam viriatæ, & corruptæ. *Ovid. 3. Ars. v.76.* Quique in halitus exit Ore niger Stygio, vitiatas inficit auras. *Celſ. l.8. c.2.* Vitiata oſſa. *Terenſ. Eun. 4. 4. 37.* Vitiata virgo.

Viticarpifĕræ, *forcipes* ſunt, quæ ad vites carpendas, ſeu putandas aptæ ſunt. *Var. apud Priſc. l.9.* Detonderunt forcipibus viticarpiferis.

Viticella, æ, f. genus herbæ. *Iſid. l.17. c.9.* Viticella herba appellata, quod, ſicut vitis, quicquid proximum fuerit, apprehendat corymbis, quos anulos appellamus.

Viticŏla, læ, m. & f. qui vitem colit. *Sil. l.6. v.196.* Viticolæ nomen pervulgatura falerni.

Viticŏmus, a, um, adj. qui comas pampinis intextas habet; eſtque epitheton Bacchi. *Avien. in Arat. v.70.* Et cum viticomo crinem tondere Lyæo. ¶ Dicitur etiam de ulmo, quæ vitem ſuſtinet. *Sidon. carm.2. v.328.* Viticomam retinens baculi vice flectit ad ulmum.

Viticŭla, æ, f. *viticella*, גֶּפֶן, ἀμπελίς, exigua vitis. *Cic.3. de nat. Deor. c.35.* At enim minora Dii negligunt, neque ageſtlos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur. ¶ Per Metaphoram viticulæ, κλημάτια, in herbis dicuntur flagella quædam, quæ vitium palmites imitantia longe lateque proſerpunt, & obvia quæque prehendunt, & amplectuntur, iiſque quaſi pedaminibus abuntuntur, cujuſmodi videre eſt in cucubitis, cucumeribus, aliiſque nonnullis id genus. *Plin. l.24. c. 11.* Frutex eſt folio hederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis. *Pallad. in Martio c.9.* Aliqui florem cucumeris cum viticulæ ſuæ capite cannæ inferunt.

Vitifer, ra, rum, *vitifero*, ἀμπελοφόρος, quod fert vites, ſeu in quo vites proveniunt. *Martial. l.13. epig.107.* Hæc de vitifera veniſſe picata Vienna. Ne dubites, miſit Romulus ipſe mihi. *Plin. c.3. c.5.* Colles vitiferi.

Vitigĕneus, a, um, *di vite*, ἀμπελινός, quod eſt ex vite. *Col. l.12. c.16.* Alii *ſollis vitigineis*, nonnulli plaraninis ſemivieras uvas contegunt. *Plin. l.30. c.6.* Pulmo vulturinus vitigineis lignis combuſtus.

Vitigĕnus, a, um, idem ac vitigineus, ut Vitigenus liquor, h. e. vinum, apud *Lucret. l.5. v.15.* Vitigeni latices. *Id. l.6. v.1070.*

Vitilĕna, æ, f. vitioſa, & peſſima lena. *Plaut. Moſtel. 1. 3. 56.* Illa hanc corrumpit mulierem malefuada vitilena.

Vitilia, ium, n. 3. *vinchi, ſtrappe*, λύγοι, vimina, quibus vites religantur, a *vieme. Plin. l.24. c.9.* Non multum a ſalice vitilium uſu diſtat vitex.

Vitiligo, inis, *morfea*, ἀλφός, μέλας, λεύκη, diverſi coloris maculæ per omnia membra diſperſæ, fœdus curis color, ex malo corporis habitu proveniens, qui nutrimentum recte peragere non poteſt. *Feſtus* ſic definit, & etymologiam deducit: Vitiligo in corpore hominis, macula alba, quam Græci λέυκην vocant, a quo *nos* album; ſive a vitio dicta, etiamſi non lædit; ſive a vitulo, propter ejus membranæ candorem, qua naſcitur involutus. *Lucilius*: Hæc odioſa mihi vitiligo eſt, non dolet inquit. *Plin. l.10. c.15.* Ferunt, eos, qui quotidie edunt capparim, paralyſi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix ejus vitiligines albas tollit. ¶ Triplex eſt. *Celſ. l.5. in fin.* Vitiligo, quamvis perſe nullum periculum affert, tamen, fœda eſt, & ex malo corporis habitu fit. Ejus tres ſpecies ſunt. Alphos vocatur, ubi color albus eſt fere ſubaſper, & non continuus, ut quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. Melas colore ab hoc differt, quia niger eſt, & umbræ ſimilis: cætera eadem ſunt. Leuce habet quiddam ſimile alpho, ſed magis albida eſt, & altius deſcendit, inſeaque albi pili ſunt, & lanugini ſimiles. Omnia hæc ſerpunt, fed in aliis tardius. Hæc *Celſ.*

Vitilis, & le, o. 3. lentus, flexibilis, ad viendum, h. e. ligandum aptus. *Plin. l. 19. c.5.* Cucurbita omnino faſtigiatur, vaginis maxime vitilibus. ¶ Vitile etiam dicitur id, quod ex vimine, aut aliqua alia re vitili contexum eſt, πλεκτόν. *Plin. l.4. c.26.* Vitilia navigia corio circumſuta. *Cato R. R. c.11.* Vitilia cola.

Vitilitigātor, oris, m. *calunniatore, beccalite*, בַּעַל רִיב, Ger. *zanckgeniger*, Gal. *calumniateur*, Hiſp. *pica pleytos*, συκοφάντης, qui ſola pravitate contentionem quærit, cui ſtudium eſt lites & litibus ſerere, eoque aliena omnia anxie obſervat, ideoque calumniandi anſam captat, vitilitos litigator, calumniator, obtrectator, a *vitilitigo*: quod a *vitium*, & a *litigo. Plin. in præf. hiſtor. natur.* Ergo ſecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato elegantèr ex vitiis, & litigatoribus compoſuit (quid enim illi aliud, quam litigant, aut litem quærunt?) exſequemur reliqua propoſiti.

Vitilitigo, as, a. 1. *litigare, accuſare, riprendere*, רִיב, גָּזַל, Ger. *leichtfertiglich ſchelten und ſchmähen*, Gal. *blamer legerement, endurer fauſſement*, Hiſp. *pleytear, con mal pleyto*, συκοφαντέω, eſt vitio litigare, & per Metaphoram calumniari, carpe re, criminari, damnare, reprehendere, a *vitium*, & a *litigo. Plin. in præf. hiſtor. natur.* Scio ego, quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palam proferantur, multos fore, qui vitilitigent.

Vitimagiſtrātus, magiſtratus vitio creatus. *Salluſt. in fragment. l.3. hiſtor.* ubi alii aliter leg.

Virinēus, a, um. adj. *di vite*, quod ex vite eſt. *Flor. l.3. c.10.* Vitineis vinculis delapſi. Alii plerique rectius leg. *vitigineis*.

* **Vitio**, is, ire, vites ſetere. *Cic.2. Off. c. ult.* Quid tertium! vitire. *Al.* male paſcere. V. *Colum. præf. ad l.6.*

Vitio, as, a. 1. *guaſtare, corrompere*, שָׁחַת, Ger. *verderben*, Gal. *corrompre*, Hiſ. *corrumpir*, κατακρίνω, depravo, deterius reddo, fœde, corrumpo, deſtruo. *Plaut. in Prol. Aul. v.5.* Ejus filiam Lyconides vitiarat. *Ovid. 7. Met. v.543.* Vitiantur odoribus auræ. *Cicl. l.8. c.2.* Os, ubi injuria acceſſit, vitiatur. *Cic. Att. ep.13.* Vitiare alterius uxorem.

Vitiōſe, adv. *vizioſamente*, κακῶς, dum vitio, male. *Cic.4. Acad.* Si recte concluſit, teneo, in vitioſe, minam Diogenes reddet. *Cic. de Senect. c.8.* Illud vero idem Cæcilius vitioſius, ſupple dixit. *Colum. l.4. c.24.* Quod etiam uſurpari v

de culpa in disputando, &c. *Cic. de Sen.* Et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. *Id. 1. de Or.* Adest enim fere nemo, quin acutius, atque acrius viria in dicente, quam recta videat. *Id. 2. Phil. c. 28.* Quamvis quis fortunæ vitio, non suo decorsisset, *per cagione della cattiva fortuna, non per sua colpa. Id. 1. Offic. c. 7.* In vitio alicui dare, vertere, *attribuire a colpa, imputare. Cic. Fam. 7. ep. 6.* Ne sibi vitio verterent, quod abesset a patria. *Id. Fam. 11. ep. 28.* Vitio mihi dant, quod mortem hominis necessarii graviter fero. ¶ Denique usurpabatur etiam in auguriis, & auspiciis, *pro impedimento*, malo auspicio. *Cic. 2. Phil.* Id igitus obvenit vitium, quod tu jam Cal. Jan. fatarum esse prædiveras, & tanto ante prædixeras, *Id. 1. de Div. c. 16.* Ut P. Clodius Ap. Cæci filius, ejusque collega L. Junius classes maximas perdiderunt, cum vitio navigassent. h. e. neglecta auspiciorum religione. *Id. 2. de nat. Deor. c. 4.* Recordatum esse, vitio sibi tabernaculum captum fuisse. h. e. *quod auspicari esse oblitus*, ut ibidem addit. *Id. ib.* Vitio creatos consules esse.

Vito, as, a. r. *schifare, guardarsi, fuggire*, סר, מאן, השתמר, Ger. *fliehen*, Gall. *eviter*, Hisp. *esquivar*, ἀλλαβέομαι, φεύγω, ἐκκλίνω, fugio, effugio, declino. *Cic. 3. Ver.* Nam eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis. *Virg. 2. Æn.* Testor, in occasu vestro, nec tela, nec ullas Vitavisse vices Danaum. ¶ *Seipsum vitare*, est non sibi constare, vel sibi displicere propter scelerum conscientiam. *Hor. 1. 2. sat. 7.* Teque ipsum vitans, fugitivus ut etro. Non semel *Plautus* hoc verbum dativo jungit, ut *Cas. 2. 2. 35.* Semper tu huic verbo vitato abs tuo viro. h. e. cave, ne aliquando a viro tuo tibi dicatur hoc verbum. *Id. Curcul. 2. 3. 19.* Proinde domi fe contineant, vitent infortunio. ¶ Sic usurpatur & verbum caveo. *Id. Rud. 3. 5. 48.* Cave sis infortunio. V. *Caveo.*

Vitor, & rectius Victor, oris, m. *cerchiajo*, λαγυνίς, qui vasa vinaria religat, stipatque, a *viendo*, hoc est vinciendo, ligando, ut *fusor* a fundo. *Ulpian. Dig. l. 9. tit. 2. leg. 27. in fin.* Item si victori locaveris lacum vino plenum curandum. Sic *Arnobius l. 2. pag. 70.* dixit *stipiarum vitores*, ut est in manuscripto Regiæ bibliothecæ in Gallia.

Vitrarius. V. Vitrarius.

Vitrĕa, orum, n. *vasi di vetro*, vasa vitrea, supellex, seu instrumentum vitreum *Plin. l. 12. c. 19.* Contra revehunt vitrea, & ahena, vestes, fibulasque. *Martial. l. 1. ep. 42.* Qui pallentia sulphurata fractis permutat vitreis. ¶ Translate *vitrea fracta* ponuntur pro re inutili, frivola, & nugatoria. *Petron. in Satyr.* An vi delicet audirem sententias, hoc est vitrea fracta, & somniorum interpretamenta.

Vitreamĭna, um, n. *vasi di vetro. Paul. l. 33. Dig. tit. 7. leg. 18. in fin.* Cum in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & vesticulam habuerit.

* Vitrearius. V. Vitrarius.

Vitrĕārius, a, um, adject. pellucidus in morem vitri. *Lucret. l. 3. v. 410.* ocrendi vitreata potestas. Sed alii plerique leg. *vivata.*

* Vitrĕŏlus, a, um, dim. a vitreus. *Paul. Nol. Mat. xi. S. Fel. v. 413.* Vitreolos gestant, tamquam sua poma, caliclos.

Vitrĕus, a, um, *di vetro*, ὑάλινος, quod ex vitro est. *Ovid. 2. de Arte*: Sive latrocinii sub imagine calculus ibit, Faec, percat vitreo miles ab hoste tuus. *Col. l. 12. c. 4.* Vasa autem fictilia, vel vitrea plura potius, quam ampla. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod vitri colorem refert, ὑαλοειδής, ut *Fons vitreus*, hoc est clarus, & pellucidus. *Virg. 7. Æn.* Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda, Te liquidi flevere lacus. *Plin. l. 9. c. 31.* Nec omnibus idem vitreus color. *Pers. Sat. 3. v. 8.* turgescit vitrea bilis. h. e. splendida. V. *Splendidus.* ¶ Metaphorice sumitur pro pertenui, & perlucido. *Varro apud Non. c. 6. n. 4.* Quam istorum vitreæ togæ ostentant tunicæ clavos. ¶ Item pro fragili, inconstante, instabili. *Hor. l. 2. sat. 3. v. 222.* Et fatidus erit, quem cepit vitrea fama, ideft fragilis, ut *Acron* exponit, *Porphyrio* splendidam interpretatur. *Publ. Syrus*: Fortuna vitrea eft, dum splendet, frangitur.

Vitrĭaria, æ, f. herba eadem quæ parietaria. *Apulej. de herb. c. 81.*

Vitrĭārius, ii, m. *vetraio, maestro di lavorar vetri*, ὑαλουργός, vitri conficiendi artifex. *Sen. ep. 91. Cal. 90.*) Cujusdam possidonio virtiarium ostenderit, qui spiritu vitrum in plurimos habitus format. Alii legunt *vitrearium*, alii *vitrearium.*

Vitrĕus, i, m. *parrigno*, אח אשׁת איש, Gal. *beau père*, Hisp. *padrastro*, πατρυιός, mariti meæ maritus, cui respondet relativum privignus, ita dictus, quasi *patristus*, seu πατρυιός, quia in patris locum succedit, ac privignum, ut pater filium, amare debet. *Cic. Att. l. 15. ep. 12.* Vitricus quidem nitidus, & *vitreus* videtur. *Ovid. 1. Amor. eleg. 2. v. 24.* ad *Cucumem*: Nec te comam myrto, maternas junge columbas, Qui decent currus, vitricus ipse dabit. Vulcanum intelligit alterum maritum Veneris, postquam ex Jove Cupidinem pepererat,

Vitrix, icis, f. quæ ligat, quasi *vietrix*, a viendo. *Plin. l. 35. c. 11.* Amavit Glyceram vitricem coronarum. Ita quidam legit *Salmas. in exercitat. Plin.* sed improbat merito *Harduin.* & reponit *inventricem.*

Vitrum, tri, n. *vetro*, זכוכית, Ger. *ein glass*, Gal. *un verre*, Hisp. *vidrio*, ὕαλος, materia translucida, quæ ex arena splendenti, vel ex calculis pellucidis admixto nitro percoctis, & in liquorem fusis conficitur. Lege *Plin. l. 36. c. 26.* ubi pluribus vitri originem, & ejus conficiendi rationem describit. *Cic. pro Rab. Postb.* Dactæ naves Posthumi Pluteolis sunt auditæ, visæque, merces fallaces quidem, & fucosæ, chartis, & linteis, & vitro delatæ. *Hor. l. 3. ode 13.* O fons Blandusiæ splendidior vitro. ¶ Vitrum Obsidianum est vitrum nigri coloris, ita dictum ab Obsidio Cive Romano. *Plin. l. 36. c. 26.* In genere vitri & Obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Æthiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras reddente. ¶ Vitrum etiam genus herbæ est, sic dictæ, quia tingit colore vitri, hoc est hyalino, seu viridi, Græci hanc herbam vocant *Ὑαλίτιν*, teste *Vitruvio l. 7. c. 14.* Sed vitri vox hac significatione crebro est corrupta, dum nunc *ultro* pro ea, nunc aliud substituunt, ut docet *Turneb. l. 6. c. 17. Casl. l. 4. B. Civ.* Omnes vero fe Britanni vitro inficiunt. Alii leg. *glasto. Vitruv. loc. cit.* Item propter inopiam coloris Indici *cretas* Salinusiam, aut anularam vitro, quod Græci istarim appellant, inficientes, imitationem faciunt coloris Indici. Alii aliter legunt.

M. Vitruvius Pollio peritissimus atchitectonicæ artis, de ea scripsit libros decem ad Augustum Imp. cum ætate jam provectus esset, floruisseque sub Jul. Cæsare. Ejus stilus plebejus est, & illa Latinæ linguæ ætate non plane dignus,

Vitta, æ, f. *benda*, פתיל, מצנפת, Ger. *hauben*, Gall. *bande*, *ou ruban de tête*, Hisp. *venda*, ταινία, ligamentum capitis, hoc est fascia, qua antiqui vel crines, vel serta, aut flores, aut quidvis aliud religabant. *Virg. 2. Æn.* Et fassæ fruges, & circum tempora vittæ. Ubi *Servius*: Vittæ, quibus victimæ coronabantur, *Ovid. 2. Met.* Vitta coerquerat neglectos alba capillos. *Lucan. l. 5.* Tum torta priores Stringit vitta comas. ¶ Vittæ aliæ fuerunt virginales, aliæ matronales, quod alio virgines cultu capitis, & ornatu, quam nuptæ matronæ urerentur. *Valer. Flac. l. 8. v. 6. de Medea*: Ultima virgineis tum flens dedit oscula vittis. Erat enim mox nuptura. *Prop. l. 4. eleg. 11. v. 34.* Cinxit & acceptas altera vitta comas. i. e. postquam nupsit.

Vittātus, a, um, ταινιωθείς, vitta redimitus. *Ovid. l. 1. Am. el. 7.* Sic, nisi vittatis quod erat Cassandra capillis, Procubuit templo, casta Minerva, suo. *Lucan. l. 1. v. 595.* Vestalemque chorum ducit vittata Sacerdos. *Plin. l. 7. c. 30.* Vittatam navem Dionysius Tyrannus Platoni misit obviam. V. *Thalamegus.*

Vitula, æ, f. Dea hilaritatis præses. *Macrob. l. 3. Saturn. c. 2.* V. *vitulor.*

Vitŭla, æ, f. 1. *vitella*, עגלה, Ger. *kalb*, *eine geitkuhe*, Gal. *genisse*, *jeune vache*, Hisp. *becerra*, μόσχος, δαμάλη, vacca, quæ annum primum ætatis nondum explevit: nam post primum annum juvenca dici incipit. V. *vitulus.* ¶ Aliquando tamen pro juvenca, vel vacca novella, seu viridioris ætatis accipitur, *Virg. 3. Ecl.* Ego hanc vitulam (ne forte recuses) Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus) Depono.

Vitularia via. De ea meminit *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2.*

Vitulatio, onis, f. V. Vitulor.

Vitulinus, a, um, *di vitello*, μόσχειος, μόσχιος, quod ex vitulo est. *Cic. 2. de Div. c. 24.* An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mavis, quam Imperatori veteri, credere? *Cels. l. 5. c. 19.* Sevum vitulinum. *Plaut. Aulul. 2. 8. 5.* Caro bubula, vitulina.

Vitŭlor, ātis, d. 1. *allegrarsi, viver in allegrezza*, שוש, עלז, γαυριάω, lætor. De hoc verbo ita *Macrob. l. 3. Saturn. c. 2.* Primo Pontificii juris libro apud *Fisteron* verbum hoc positum est *vitulari*. De cujus verbi significatu *Tirinius* ita retulit: *Vitulari est voce lætari. Varro* etiam *in libro quintodecimo rerum divinarum* ita refert, quod Pontifex in sacris quibusdam vitulari solcat, quod Græci παιωνίζειν vocant. Has interpretationis ambages paucis verbis docta eloquentia *Maronis* expressit: *Latumque choro paana canentes.* Nam si *vitulari* est *voce lætari*, quod est παιωνίζειν, nonne in cantu læti παιώνος enatrato verbi perfecta servata est? ¶ De verbi etymo alii aliter. *Festus* enim, & *Varr. l. 6. de L. L.* deducunt a *vitulus*. At *Nonius c. 1. n. 47.* a *vita*. Cæterum vitulari generatim sumitur pro lætum, lubentemque esse, gaudio efferri, lubentiis diffluere, *esser pieno di contentezze. Nonius loc. cit.* Vitulantes Veteres gaudentes dixerunt a bono vitæ commodo; ficuti qui nunc est in summa lætitia, vivere eum dicimus. Affert deinde auctoritatem Nævii. *Festus*. Vitulans, lætans gaudio, ut in prato vitulus. *Ensn. apud Fest.* Habet is coronam vitulans victoria. *Plaut. Perf. 2. 3. 1.* Jovi opulento, inclyto, opes, fpes, bonas copias commodanti lubens meritoque vitulor. h. e. summa cum voluptate, & gaudio gratias ago.

Vitŭlus, i, m. *vitello*, עגל, Ger. *ein kalb*, Gal. *veau*, Hisp. *bezerro*, μόσχος, fœtus masculinus in bubulo genere, qui primum ætatis annum nondum explevit. Nam deinde juvencus vocari incipit. Est igitur nomen ætatis. *Var. de R. R. l. 2. c. 5.* Primum in bibulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor; prima vitulorum, secunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. Discernuntur in prima vitulus, & vitula, in secunda juvencus, & juvenca, in tertia, & quarta taurus, & vacca. *Ovid. 10. Met. v. 227.* Lactentes vituli. ¶ Non semper tamen discrimen id observatur, ut argumento est, quod etiam post partum juvencam appelletur vitula. *Virg. Ecl. 3.* Ego hanc vitulam (ne forte recuses, Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus) Depono. *Id. 4. Georg.* Tum vitulus bina curvans jam cornua fronte. ¶ Transfertur vituli vox etiam ad fœtus equorum, elephantorum, aliorumque quadrupedum, imo etiam balænarum. *Virg. 3. Georg. de equis*: Jam vitulos horrare, viamque insiste domandi. *Plin. l. 8. c. 1. de elephantis*: Atque ita salutato fidere in sylvas reverruntur, vitulorum fatigatos præ se ferentes. *Id. l. 9. c. 6. de balænis*: Irrumpunt orcæ in fecreta, & vitulos earum, ac fœtas, vel etiam gravidas lancinant morsu. ¶ Speciatim vero in mari hoc nomine vocatur bellua quædam corio, & pilis tecta, ex genere amphibiorum, ideft tam in terra, quam in mari vitam agentium, quæ & phoca dicitur, *verchiomarino. Plin. l. 19. c. 13.* Quæ pilo vestiuntur, animal pariunt, ut *peëtis*, balæna, vitulus. Hic parir in terra pecudum more; fecundas partu reddit. Initu canum modo cohæret. Et parit nunquam geminis plures. Educat mammis fœtum. Non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo subinde assuefaciens. Interficiuntur difficulter, nisi capite elifo. Ipsius in somno mugitus, unde nomen vituli. Accipiunt tamen disciplinam, voceque pariter, & visu populum salutant, incondito fremitu: nomine vocati respondent. Nullum animal graviore somno premitur, &c. Hæc *Plin.*

Vitumnus, & Vitunus, m. Deus apud veteres, qui credebatur vitam largiri, ut Sentious sensum. *Cal. Rhod. l. 25. c. 30.* & *Augustin. l. 2. de Civ. Dei.*

Vituperabĭlis, & le, o. 3. *vituperabile*, ἐπίψογος, vituperatione dignus. *Cic. 3. de Fin. c. 12.* Quod vituperabile est per se ipsum, id eo ipso vitium nominatum puto.

* Vituperabĭliter, ἐπιψόγως. *Cassiod. l. 6. ep. 11.* Vituperabiliter tractare aliquid.

Vituperatio, onis, f. *biasimo*, גערה, חרפה, כלימה, Ger. *scheltung*, Gall. *blâme*, Hisp. *vitupero*, μέμψις, ψόγος, vituperandi actus, reprehensio, cui opponitur laus, sive laudatio. *Cic. nat. Ver. c. 18.* Nunc non modo te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. *Quintil. in proœm. l. 8.* His adjiciebamus, demonstrativum laude, & vituperatione constare. ¶ Sumitur etiam passive, præsertim si jungatur cum verbis *venio*, *cado*, *fubeo*, *vito*, *effugio*, *adduco*, & similibus. Igitur *venire in vituperationem* est vituperationi, & reprehensioni obnoxium fieri. *Cic. 6. Ver.* Ut propter eam in sermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. ¶ *Esse alicui vituperationi*, est ad dedecus, & infamiam ejus pertinere. *Cic. l. 13. Fam. ep. 74.* Sed mihi ita persuadeo, eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore.

Vituperator, oris, m. *vituperatore*, גערן, Germ. *schelter*, Gal. *mépriseur*, Hisp. *vituperador*, ψέκτης, qui vituperat, qui proclivis est ad vituperandum, reprehensor. *Cic. 1. de Fin. c. 1.* Quanquam Philosophiæ quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo a nobis Philosophia defensa, & collaudata est, cum esset accusata, & vituperata ab Hortensio.

* Vituperātus, a, um, improbatus. *Plin. 26. 13.* Herba in pratis vituperata nobis.

Vituperium, ii, n. *vituperio*, ψόγος, vituperatio, dedecus, infamia. *Cic. 3. Fin. c. 12.* Quod enim vituperabile est per se ipsum, id eo ipso vitium nominatum puto, vel etiam a vitio dictum vituperium. Sed emendatiores codices habent *vituperari.*

Vitupĕro, as, a. 1. *vituperare, biasimare*, גנה, חרף, גדל, Ger. *ubel schelten*, *schmahen*, Gal. *vituperer*, *blâmer*, Hisp. *menospreciar*, ψέγω, vitio do, reprehendo, improbo de dignitate alicujus, vel auctoritate detraho. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 27.* Vitiosum est artem, aut scientiam, aut studium quodpiam vituperare propter eorum vitia, qui in eo studio sunt, veluti qui Rhetoricam vituperant propter alicujus Oratoris vituperandam vitam. *Cic. pro Mur. c. 28.* Ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute judicium, vituperare non audeo. ¶ Jungitur aliquando cum dativo. *Plaut. Cas. 2. 6. 58.* Cur omine mihi vituperat malo? Alii aliter leg. ¶ *Vituperare cœlum* proverbialiter illi dicuntur, qui ut soli sapere videantur, ea etiam damnant, quæ ab omnibus probantur, qui ut soli sapere videantur, ea etiam damnant, quæ ab omnibus probantur, qui ut soli sapere videantur, cælum vituperant.

Vitupĕro, onis, m. *biasimatore*, מחרף, מגדל, ψέκτης, vituperator, momus, in reprehensionem proclivis, a *vituperando*, ut *epulo* ab epulando, *manduco* a manducando. *Gell. l. 19. c. 7.* Lævius vituperones suos, subduxit supercilii carptores appellavit. *Ade Sidon. l. 4. ep. 22. & l. 28. ep. 1.*

Vivacĭtas, ātis, f. *vivacità*, חיות, כח, μακροβιότης, ἀγήρως, naturalis vigor, ac robur, vitæ diuturnitas. *Col. l. 11. c. 3.* Multis etiam locis vivacitatem fuam usque in annos decem prorogat. *Quint. in proœm. l. 6.* Hanc impiam vivacitatem novis insuper curis fatigare. ¶ Translate *Arnob. l. 5. pag. 179.* Iltæ omnes historiæ mysteria in se continent sancta, rationesque miras aut latas, nec quas facile quivis possit ingenii vivacitate pernoscere.

Vivacĭter, adv. *con vigore*, *franchezza*, *e spirito. Fulgent. l. 1. Mythol.* Res mysticas vivaciter pertractare. *Prudent. l. 2. adver. Symmach. v. 332.* vivacius abdita solers Quærere, & æternæ tandem invigilare saluti.

Vivarium, rii, n. *vivajo*, *parco*, בית חיות, Ger. *thiergarten*, Gal. *parc*, *vivier*, Hisp. *vivar*, ζωυρεῖον, ζωοτροφεῖον, locus, in quo feræ pascuntur, ideft quadrupedes, aves, pisces, five ad quæstum, five ad venationem, ac voluptatem, a *vivendo*, quod ibi feræ vivæ detineantur. Quemadmodum au tem a vivis feris vivaria dicta, ita & a *Varrone* leporaria vocata a leporibus, & a Scipione roborario, quia septa e robore essent. Sed *Gellius l. 2. c. 20.* dicit, vivarium in hac acceptione vocabulum novum esse, veteres appellavisse vivaria, quæ Græci παραδείσους, ideft viridaria, hortos; septa autem loca, in quibus feræ vivæ pascuntur. *M. Varronem l. 3. de re rustica* scribere, appellata fuisse leporaria, quæ tamen vox non invenitur apud ullum veterum Scriptorum: apud Scipionem, qui omnium ætatis fuæ purissime locutus est, legi roboraria, hanc vocem id significare, quod nos vivaria dicimus, ita appellata esse a tabulis roboreis, quibus septa essent. Cæterum ferarum vivaria habent etiam fua nomina propria. Sic loca, in quibus pisces continentur, dicuntur *piscinæ*: in quibus aves, *ornithones*; in quibus apes, *apiaria*, meliffones, mellaria, &c. *Plin. l. 8. c. 52.* Vivaria aprorum,

meis dat finem miseriis. Alii leg. *ulse*, quod majorem fane habet analogiam ad particip. *ultus fuero*.

Ullus, a, um, *alcuno*, אִישׁ, אֶחָד, Ger. *einiger jemands*, Gal. *aucun*, *quelqu'un*, Hisp. *alguno*, τὶς, idem quod *aliquis*, sed in modo usurpandi ab eo differens: non enim eo utimur affirmative, neque dicimus, *Sunt ulli*, *qui studia amplectantur*, sed *Sunt aliqui*; utimur tamen vel negative, ut *Non est ullus*, vel interrogative, ut *Est ne ullus?* vel infinite, ut *Nescio*, *an ullus sit*; vel subjunctive, seu conditionate, ut *Si ullus me vocabit*, *statim veniam*. *Cic. 2. Phil.* Omnino *ullius rei* nemo fuit emptor, cui desuerit hic verditor. *Id. 6. Verr.* Nullum horum reliquit, neque aliud ullum tamen, præter unum perverus ligneum. *Id. Verr. 4. c. 24.* Debebat ullum nummum nemini. *Id. Ver. 7. c. 3.* Si ulla facultate naviam. *Ter. Heaut. 4. 4. 102.* Si ullo modo est, ut possit. ¶ Aliquando tamen usurpatur affirmative, eodem modo, quo aliquis. *Virg. 3. Georgic. v. 428. de angue Calabro*: Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Austris, Stagna colit, ripisque habitat &c. *Quintil. declam. 5.* Objicit mihi, quod ullum de liberis meis potuerim facere diffirmen. ¶ Ponitur interdum pro alteruter. *Cic. Verr. 7. cap. 3.* Durum hoc fortasse videatur, neque ego ullam in partem disputo. ¶ *Ullius* in genitivo penultimam apud Poetas habet communem. *Virgil. 11. Æn. v. 354.* nec te ullius violentia vincat. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 37.* Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam. ¶ *Ulli pro ullius*. *Plaut. Trucul. 2. 2. 38.* Quasi vero corpori reliqueris tuo potestatem coloris ulli capiendi.

Ulmarium, ii, n. πτελεών, ulmorum seminarium, locus ulmis consitus. *Plin. l. 18. c. 12.* Differendæ ex arearum venis post anoum in ulmaria, intervallo pedali in unamquamque partem.

Ulmeus, a, um, *di olmo*, πτελεώδης, quod ex ulmo est. *Col. l. 6. c. 3.* Probaturque maxime ulmea frons. *Plaue Epid. 5. 1. 20.* Quem Apelles Zeuxisque duo pingent pigmentis ulmeis. h. e. virgis ex ulmo cædent. *Id. Asinar. 2. 2. 95.* Interminatus est nos futuros ulmeos, nisi &c. V. *Ulmus*.

Ulmitriba, æ, com. g. πτελοτρίβης, μαστιγίας, qui assidue ulmeis virgis cæditur, quasi ulmi attritor. *Plaut. in Pers. 2. 4. 7.* Nescio, inquam, ulmitriba tu.

Ulmus, mi f. *olmo*, Germ. *ein ulmenbaum*, Gall. *orme*, Hisp. *olmo*, πτελέα, arbor propter raritatem foliorum maritandis vitibus maxime idonea. *Virg. 4. Georg.* Quo fidere terram Vertere, Mecœnas, ulmisque adjungere vites Conveniat. *Juvenal. sat. 8. v. 78.* Stratus humi palmes viduas desiderat ulmos. h. e. vite carentes, quas fulciat. ¶ Ex ulmo fere erant virgæ, quibus servi cædebantur. *Plaut. Amph. 4. 2. 9.* Verbero, etiam quis ego sim, me rogitas? ulmorum Acherons! h. e. in cujus tergo ulmeæ virgæ quasi moriuntur; vel, cujus tergum ulmeas virgas vorat, ut Acheron animas. His adde & illa ejusdem Plauti passim, *ulmitriba*, *ulmei stipli*, *ulmea pigmenta*, *virgidemia ulmea*, quæ omnia ostendunt, ulmeis bacillis servos cædi morem fuisse.

Ulna, æ, f. *braccio*, *gomito*, אַמָּה, זְרוֹעַ, Ger. *ein ell klaffter*, Gal. *une aune*, Hisp. *ana*, *vara*, ὠλένη, cubitus, brachium, item quantum spatii utraque manus extensa complectitur. Ulna enim bifariam sumitur. Interdum sumitur pro cubito; unde exponitur πῆχυς. Interdum pro extensione utriusque manus, unde Glossæ, *ὄργυια*, *ulna*. Nam *ὄργυιά* ἡ ἀπὸ ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις, ut Hesychius ait, ideoque ambarum manuum extensio. *Serv. ad illud Ecl. 3.* Dic, quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo) Tres pateat cœli spatium, non amplius, ulnas? Ulna, inquit, proprie est spatium, in quantum utraque extenditur manus. Dicta ulna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, hoc est a brachiis. Unde & λακκώλενος ἥρη, dicitur, licet Suetonius ulnam cubitum velit esse tantummodo. *Id. ad illud 3. Georg.* Septemque assurgit in ulnas: Ulna, inquit, secundum alios utriusque manus extensio est, secundum alios cubitus: quod magis verum est, quia Græce ὠλένη dicitur cubitus. Pro cubito, seu brachio *Plin. l. 11. c. 43.* Terræstrium uni homini juguli, humeri, cæteris armi, uni ulnæ. *Catull. epigr. 17.* Nec sapit pueri instar Bimuli, tremula patris dormienti in ulna. *Ovid. 7. Met. v. 847.* Ulnis mollibus attollere aliquem. ¶ Pro mensura *Horat. Epod. 4.* Vides ne, facram metiente te viam cum bis ter ulnarum toga, &c? *Plin. l. 16. c. 40.* Arboris ejus crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat.

Ulophŏnum, n. 2. ὔλοφονον, genus herbæ, chamæleontis species, ita dictum, quasi ὄλον φονεύσον, hoc est totum exitiale. Fertur enim a juvencis gustatum, veluti angina quadam eos interficere. Plerique ixiam vocant, ab ἰξὸς *viscum*, quod quibusdam in locis viscum gignat sub alis foliorum, maxime sub Canis exortum, quo mulieres in Creta pro mastiche utuntur. *Plin. l. 22. c. 18.*

Ulpiānus, m. Jurisconsultus, patria Tyrius. Floruit Hadriani temporibus, cujus scriniis præfuit. Cum Gallias administraret, seditione oborta interfectus est. Scripsit multa ad jus pertinentia, quæ passim in libris Pandectarum inserta sunt.

Ulpicum, i, *spiglio*, ἀφροσκόροδον, genus allii grandius, præcipue in Africa inter palmentaria ruris, unde & Punicum alliuma quibusdam appellatur. *Plaut. Pœn. 5. 5. 35.* Aman'tu tamen plenior allii ulpici, quam sint Romani remiges? *Col. l. 11. cap. 3.* Ulpicum, quod quidam allium Punicum vocant, Græci autem ἀφροσκόροδον appellant, longe majoris est incrementi, quam allium, &c.

Ulpius, a, um, ad Trajanum Imp. pertinens, ut Ulpium forum, *Capitol. in Antonino Phil. c. 22.* Ulpia tribus in ver. Inscript.

Uls, *oltre*, πέραν, idem ac ultra, apud veteres. Prius fuit *ultis*, unde ultra, ut *cis* a citis, unde citra. *Fest.* Uls Cato pro ultra posuit. *Pompon. l. 1. ff. tit. 2. l. 2.* Quinquaviri constituti sunt eis Tyberim, & uls Tyberim, qui possent pro Magistratibus fungi. Alii leg. *ultis Tyberim*.

Ulter, a, um, adject. qui est ultra aliquem locum. *Salmas. in exercit. Plin. pag. 721.* conatur hanc vocem intrudere in *Plin.* & *Apulej.* sed utroque loco alii aliter. ¶ In usu tamen est ejus comparativum.

Ulterior, us, o. 3. *ulteriore*, *chi è di là*, שֶׁל עֵבֶר, πρόσω τερος, ὁ πέραν, compar. ab antiquo *ulter*, vel *ulterus*, quod ab ultra. *Ter. Phorm. 4. 2. 10.* Sed eccum ipsum, quis est ulterior? *Cic. de Prov. Conf. c. 15.* Quorum alter ulteriorem Galliam decerait cum Syria, alter citeriorem. h. e. Transalpinam. V. Gallia. *Vellej. lib. 2. c. 107.* Ulterior ripa. *Tacit. 4. hist. c. 77.* Mosellæ pons, qui ulteriora coloniæ annectit, *la parte di là*. *Id. de Germ. c. 17.* Proximi ripæ negligenter, ulteriores exquisitius, *quei*, *che abitano più là*. *Id. 4. hist. c. 8.* Ulteriora mirari, præsentia sequi. *le cose passate*.

Ulterius, *più oltre*, ἐπέκεινα, περαιτέρω, adv. compar. ab ultra. *Ovid. 2. Met. v. 875.* Inde abit ulterius, mediique per æquora ponti Fert prædam. *Id. 6. Met.* Quotiesque rogabat Ulterius justo, prognen ita velle ferebat. h. e. præter honestatem, supra quam honestum foret. *Sen. ep. 103.* Et ulterius si licuisset, juvabit de immortalitate animorum quærere, imo credere.

Ultime, adv. *estremamente*. *Apulej. l. 1. Met.* Tandem evado, & utpote ultime affectus, ad quamdam cauponam devorto. *ridotto all'estrema miseria*. *Id. l. 10.* Nudam flagris ultime verberat. h. e. ad extremum pene supplicium. ἐσχάτως μαστιγοῖ.

Ultimo, adv. *ultimamente*, ἐσχάτως, postremo, ad extremum, denique. *Suet. in Ner. c. 32.* Ultimo templis compluribus dona detraxit, simulacraque ex auro, vel argento fabricata conflavit.

Ultimo, as, n. 1. in ultima parte sum, ad extremum perveni. *Tertull. de Pal. c. 1.* Cum ultimarent tempora Patriæ.

Ultimum, adverb. *l'ultima volta*, אַחֲרִית, τὸ ἔσχατον, postremum. *Liv. l. 1. c. 29.* Nunc errabundi domos suas ultimum illas visuri pervagantur. *Curt. l. 5. c. 12.* Darius Artabazum ultimum illum visurus amplectitur.

Ultimus, a, um, *ultimo*, אַחֲרוֹן, Ger. *der letzt*, *der hinderst*, Gal. *le dernier*, Hisp. *postrero*, ὕστερος, ἔσχατος, postremus, extremus, summus, ab inusitato *ulter*, vel *ulterius*, quod ab *ultra*. *Cic. 2. de nat. Deor.* Luna, quæ omnium ultima est. *Id. 2. de Div.* Cœlum ipsum, quod extremum, atque ultimum mundi est. *Terent. Phorm. 1. 4. 38.* Senex, quem video in ultima platea. h. e. in ultima plateæ parte. *Liv. lib. 30. c. 30.* Non in ultimis laudum hoc tibi fuerit. h. e. in infima laude. *Vellej. l. 1. c. 11. de Pseudophilippo*: Qui se regiæ stirpis ferebat, cum esset ultimæ. h. e. vilissimæ. *Curt. lib. 5. cap. 12.* Ultimum fcelus. h. e. maxime detestabile. *Appul. lib. 9. Met.* Ultima illa pistoris uxor. h. e. deterrima. *Justin. lib. 24. cap. 2.* Inauditis, ultimisque execrationibus aliquem adjurare. *to' più obbligarti scongiuri*. ¶ Dicitur vero non tolum respectu finis, sed etiam respectu principii. Igitur accipitur etiam pro primo. *Virg. Æn. 7. v. 49. de Saturno primo Latini Regis progenitore*: Tu sanguinis ultimus auctor. *Cicer. 2. de Fin.* Ab ultima antiquitate repetere. *Id. pro Arch. c. 1.* Ab ultima puericia. *Liv. l. 40. c. 6.* Ultima origo. *Auct. ad Her. l. 1.* Si non ab ultimo initio repetere volemus. *Sever. in Æna, v. 17.* Ultima quis tacuit juvenum certamina Colchos? ¶ Usurpatur etiam substantive, ut cætera adjectiva. *Celsi. l. 7. c. 7.* Igitur ibi ultima experiri fraturum est. h. e. ultima remedia. *Curt. l. 3. c. 1.* Ultima Orientis subigere. h. e. extremas regiones. *Aurel. Vict. de Cæs. c. 40.* Ultima vitæ agere. h. e. morti proximum esse.

Ulto, onis, f. *vendetta*, פְּעֻלָּה, נְקָמָה, ἐκδίκησις, πτωμάτιον, actus ulciscendi. *Pl. l. 12. c. 28.* Illis etiam ultionis causa datum est. *Tac. l. 2. Ann. c. 13.* Simul perfidos, & ruptores pacis ultioni, & gloriæ mactandos. *Id. l. 13. Ann. c. 21.* Ultionem in aliquem obtinere.

Ultris. V. Ulis.

Ulto. V. Ullo.

Ultor, oris, m. *vendicatore*, נוֹקֵם, τιμωρός, ἔκδικος, qui injuriam illatam ulciscitur. *Cic. pro Syll. c. 30.* Ego ille conjurationis investigator, atque ultor certe non defenderem Syllam, si conjurasse arbitrarer. *Virg. 4. Æn.* Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. *Silius l. 2. v. 495.* Statque dies assis olim tam tristibus ultor.

Ultorius, a, um, adject. ad ulciscendum pertinens. *Tertull. l. 2. adv. Marc. c. 24.* Deus immittit mala non peccatoria, sed ultoria.

Ultra, *oltre*, *oltra*, *di là*, לְעֵבֶר הַלְאָה, עֵבֶר, Ger. *daruber*, *weiter*, Gal. *outre*, Hisp. *allende*, πέραν, πέρα, πόρρω, ὑπὲρ, ἐπέκεινα, præter, trans, præp. ex iis, quæ accusativo serviunt, videturque esse ab *uls*, ut *citra* a *cis*. *Cic. Mur. l. 12. ep. 27.* Ultra Silanam villam est, quam puto tibi notam esse. *Id. 4. Tusc. c. 17.* Sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. *Flor. l. 2. c. 7.* Ultra jus victoriæ fœvire, *più di quello*, *che la vittoria permette*. *Id. ibid.* Vulnera ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis ultra mortem patebant, *più ancora di quello*, *che bastava per dar morte*. *Vellej. l. 2. c. 118.* Ultra barbarum promptus ingenio. h. e. supra barbari indolem. *Id. ib. c. 88.* Otio ac molliitis pene ultra fœminam fluens, h. e. plus quam fœmina. Alii leg. *ultra famam*. h. e. plus quam fama prædicaret, aut homines crederent. ¶ Est etiam adverbium, cum sine casu ponitur, idem significans, quod præterea, vel amplius, *oltre a ciò*, *di più*, *d'avantaggio*. *Cic. de Univ. c. 3.* Ut, si probabilia dicentur, nil ultra requiratis. *Id. l. 1. de Inv. c. 49.* Remotum est, quod ultra, quam satis est, petitur. *Liv. l. 2. c. 19.* Non ultra dilatum bellum est. *Rursus Cic. Att. l. 15. ep. 1.* Oratio scripta elegantissime, ut nihil possit ultra. *Sueton. in Aug. c. 67.* Cosmum servum graviffime de se opinantem non ultra quam compedibus coercuit, *non gli fece altro*, *che mettergli in ceppi*.

Ultramundānus, a, um, adject. qui ultra mundum est. *Apul. l. 1. de dogm. Plat.* Deus ille summus, ultramundanus.

Ultrātus, a, um, adject. ultra positus, ulterior, ut ultrata regio, *Hygin. de limitib. pag. 156.*

Ultrix, icis, f. *vendicatrice*, ἀμαύντρια, τιμωρητική, quæ ulciscitur. *Cic. pro Domo, c. 45.* Hæc ultrix afflictæ civitatis Reipublicæ spoliis ornabitur? ¶ Usurpatur etiam adjective, & in plurali num. habet *ultricia* in neutro genere, quemadmodum *victrix* habet *victricia*. *Virg. 4. Æn. v. 473.* Ultricesque sedent in limine Diræ. *Sil. l. 2. v. 423.* Ultricia bella.

Ultro, adv. *spontaneamente*, בְּנַדְבָה, ἑκοντί, ἐκ προαιρέσεως, sponte, nemine rogante, aut cogente. *Virg. 5. Æn.* Entellus vires in ventum effudit, & ultro Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto Concidit. i. e. nullo impellente, ut *Donatus* interpretatur. *Cic. 14. Fam. ep. 13.* Nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultro mihi Cæsar detulerit. ¶ Ultro tributum significat prius. *Ter. Adelph. 4. 3. 3.* Nisi si me in illo crediditi esse hominum numero, qui ita putant, Sibi inferri injuriam, & quam fecere ipsi, ultro expostulant, Et ultro accusant. h. e. ipsi priores accusant, non expectata querela eorum, qui injuria sunt affecti. Aliqui explicant, perverse, vice versa. *Idem Phorm. 2. 3. 13.* O audaciam! etiam me ultro accusarum advenit. ¶ Interdum imo, vel e contrario. *Cic. pro Quint. c. 23.* Sextus Nævius, qui cum ipse ultro deberet, cupidissime contenderet &c. *Plaut. Aulul. 3. 5. 55.* Ubi dispurata est ratio cum argentario etiam plus ipsius ultro debet argentario. ¶ Interdum procul. *Plaut. Amph. 1. 1. 264.* Ultro istunc, qui exossat homines. *Idem Capt. 3. 4. 19.* Ultro istum a me. ¶ Interdum insuper, ultra, præterea. *Virg. 2. Æn. v. 145.* His lacrymis vitam damus, & miserescimus ultro. Ita *Serv.* exponit. *Ter. Eun. 5. 2. 21.* Etiam ultro derisum advenit. *Cic. pro Flacc. c. 19.* Cum pro frumento pecuniam accepisset, celavit cives suos, ultroque iis sumptum intulit. ¶ Ultro, citroque, *di là*, *e di qua*. V. Citro.

Ultro tributum, & duabus conjunctis vocibus Ultrotributum, n. sumptus est operum publicorum, ἐργολαβία: ita autem appellatur, quia qui opera publica facienda, vel reficienda redimebant, de pecunia sua impensas omnes faciebant, ut re confecta, id ipsis ex ærario solveretur, in quod locatione conveneranr. Differt a vectigali, quia qui vectigal conducebat, pecuniam prius colligebat, deinde vero ærario inferebat, qui vero ultrotributa, prius pecuniam ultro erogabat, deinde ex ærario, quod sibi debebatur accipiebat. *Liv. l. 39. c. 44.* Censores vectigalia summis pretiis, ultro tributa infimis locaverunt. *Id. lib. 43. c. 16.* Quæ vectigalia, ultro tributa C. Claudius, & T. Sempronius locassent. ¶ Translate *Senec. l. 4. de benef. c. 1.* Virtus sæpius in ultrotributis est. h. e. cum duo sint actus virtutis, v. gr. liberalitatis impendere, & accipere, sæpius est in impendendo, quam in accipiendo ideoque similior est ultrotributis, quam vectigalibus.

Ultroneus, a, um, *spontaneo*, נְדִיב, רָצוֹן, ἐθελοντής, ἑκών, spontaneus, voluntarius. *Sen. l. 2. Nat. Quæst. c. 59.* Quid interest ad mortem, justi-ne amus, an ultronei?

Ultus, a, um, participio ab ulciscor, *chi s'è vendicato*. *Sallust. in Catil. c. 33.* Ulti sanguinem nostrum. V. *Ulciscor*.

Ulva, æ, f. *alga*, *alica*, herba palluftris, quæ in fluvio, ac palude nascitur ut alga, quæ in mari. *Virg. 2. Æn. v. 135.* Limoso quæ lacu per noctem obscurus in ulva Delitui. *Id. l. 6. v. 417.* Tandem trans fluvium incolumes vatemque, virumque Informi limo, glaucaque reponit in ulva.

Ulubræ, arum, f. opp. exc. feu pagus desertus Latii, apud Velitras urb. ubi Octavianus Auguftus Imp. educatus fuit, teste. *Plin. l. 3. c. 5. Hor. l. 1. ep. 2.* Est Ulubris, animus si te non deficit æquus. *Juvenal. sat. 10. v. 102.* Vasa minora Frangere pannosus vacuis Ædilis Ulubris.

Ulubrānus, a, um, adject. ad Ulubras pertinens, ut Ulubranus populus. *Cicer. Fam. 7. ep. 12.*

Ulubrensis, se, adject. ab Ulubris. Apud *Plin. l. 3. c. 4.* Ulubrenses sunt Ulubrarum incolæ.

Ulucus. V. Alucus.

Ulula, æ, f. *alocco*, Ger. *ein eul*, *kauts*, Gall. *une chevesche bibou*, Hisp. *antillo*, ὀλολυγών, αἰγωλιός, avis nocturna ex genere nocturnarum, ab *ululando*, uti Græce ei nomen ab ὀλολύζειν. *Virg. 8. Ecl.* Certent & cygnis ululæ, sit Tityrus Orpheus. *Id. 4. Met.* Uncos ungues & nocturnæ aves habent, ut noctuæ, bubo, ululæ. *Pl. l. 10. c. 12.* Uncos ungues & nocturnæ aves habent, ut noctuæ, bubo, ululæ.

Ululabilis, le, adject. ululans, ululatu plenus; ut ululabilis gangor. *Apul. Met.* Ululabilis clamor, apud *Ammian. l. 24. c. 2.*

Ululāmen, inis, n. idem quod ululatus, *Prudent. in hymn. epiphan. v. 114.* Turba clangens ululamine miscet.

Ululans, antis, o. g. ὀλολύζων, part. ab ululo. *Cic. in Or. c. 6.* Cum vero inclinata, ululantique voce, monte Aflarico, canere cœpisset, quis eum ferre? *Virg. 1. Georg. v. 486.* Ululantes lupi. *Sil. l. 6. v. 563.* Ululari dolore.

Ululatio, onis, f. ululatus, in ver. Inscript. apud *Gruter. p. 705. n. 11. & 12.*

Ululātus, us, m. *ululato*, *urlo*, יְלָלָה, ὀλολυγμός, ὀλοληγή, actus ululandi, clamor clarus, sed inconditus. *Cæs. lib. 5. Bel. Gal. c. 37.* Tum vero suo more victoriam conclamant, atque ululatum tollunt. *Virg. 4. Æn. v. 667.* Lamentis, gemituque, & fœmineo ululatu Tecta fremunt. *Ovid. Met. 3. v. 528.* Liber adest, festisque fremunt ululatibus agri.

Ululātus, a, um, participio. ululatibus conclamatus. *Stat. lib. 9. Theb. v. 726.* Tu dulces ituos, ululataque prælia gaudes. *Virg. 4. Æn. v. 609.* Nocturnique Hecate triviis ululata per urbes, h. e. ululatibus invocata. *Rufus Stat. lib. 1. stil.* Sic *vers. 58.* Juga Circes Dulichiis ululata lupis. h. e. ululatibus completa. Sic *Claudian. de IV. Cons. Honor. v. 139.* Ululata verendis aula puerperiis.

Ululo, as, n. 1. *urlare*, יָלַל, ὀλολύζω, flebilem, & mœstum sonum edo, proprium luporum, & canum, teste *Servio*, a verbo Græco allato, vel ab ὀλαλάζειν, latro. *Virg. 6. Æn. v. 257.* Visaque canes ululare per umbram. Hoc est terrorem dare & ad alia. *Virg. 2. Æn. v. 488.* Penitusque cavæ plangoribus ædes Fœminei ululant. *Id. l. 4.* Summoque ulularunt vertice Nymphæ.

Ulys-

Ulysses, is, & Ulyssēus, Ulyssei, vel Ulyssi, m. *Ulisse*, Οὐλυσσεύς, filius Laertæ, a quo & Laertius cognominatus est, ex Anticlea, nepos Arcesii, pronepos Jovis tertii, ideft Jovis Cretensis filii Saturni, Rex Ithacæ, & Dulichii insularum maris Jonii, a quibus modo Ithacus, modo Dulichius appellatur. *Ovid. 13. Met.* Sed *Servius* tradit, Ulyssem filium fuisse Sisyphi scelestissimi latronis, filii Æoli; Anticleam enim Ulyssis matrem, antequam nuberet, cum Sisypho concubuisse; ex quo Ulyssem peperit. Idem Theodontius affirmat, qui ait, Anticleam prius Sisypho nupsisse, deinde ab eo discessisse, & jam prægnantem nupsisse Laertæ, ex primis autem nuptiis Ulyssem pepetisse. Idem asserit Leontius, qui narrat, Anticleam quidem primum Laertæ nupsisse, sed cum ad Apollinis oraculum pergeret consultura, a Sisypho latrone captam, & constupratam fuisse, ex eo stupro Ulyssem esse genitum. Arque hanc originem Ajax Telamonis filius Ulyssi objicit in certamine de armis Achillis, apud *Ovid. 13. Met. v. 31.* Fingitur ab Homero vir multa præditus facundia, vafer consilio, magna experientia, egregius bello, laborum patientissimus. Uxorem habuit Penelopem Icarii filiam, ex qua Telemachum filium fuscepit: eamque rantopere adamavit, ut reliquis Græcorum principibus ad bellum Trojanum proficiscentibus, ipse insaniam simularverit, futurum sperans, ut tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Junctis itaque duobus diversi generis animalibus bus litus profcindebat, & frugum loco salem serebat. Sed Palamedem virum prudentissimum, cui demandatum fuerat, ut juvenruis delectum haberet, cum in Ithacam venisset, fallere non potuit, qui ut rechnam Ulyssis deregeret, arranti illi Telemachum filium in fulco objecit: quem Ulysses conspicatus, ne laederet, aratrum in aliam partem inflexit. Eo argumento Palamedes facile deprehendit, non veram illam, sed fimularam esse insaniam. Itaque cum ad bellum Trojanum perrexit. In eo bello strenuam, utilissimamque Græcis operam navavit. Invenit Herculis sagitras, quæ erant apud Philoctetem, easque in Troadem pertulit. Achillem in Lycomedis Regis Scyri aula inter mulieres virginali habitu latitantem dierexit, & ad bellum perduxit. Sæpe mendici habitu Ilium explorandi gratia ingressus est, neglectis Ilienium contumeliis, ubi eriam ab Helena cognitus fuisse dicitur. Sæpe etiam legatione ad Priamum functus est. Græcis diffuasit, ne propter Agamemnonis somnium ex Troade discederent. Una cum Diomede, cujus amicissimus erat, cineres Laomedontis, qui super Scæam portam Ilii servabantur, clam fustulit. Palladium quoque una cum eodem Diomede ex arce cæsis custodibus rapuit. Helenum etiam vatem Priami filium dicitur rapuisse. Missus quoque explorator cum Diomede, quando Rhesus Thraciæ Rex veniret, eum occidit, & equos ejus abduxit, priusquam Troadis herbam degustassent, & de Xanthi aqua bibissent. Erant autem hæc omnia in Trojanorum fatis, sine quibus Troja expugnari non poterat. Cum Palamede gravissimas inimicitias exercuit, quæ potissimum occasione frumentationis exarserunt, eumque tandem per calumniam circumventum lapidibus obruendum curavit. Occiso Achille, contendit de illius armis cum Ajace Telamonio, in quo judicio fortissimo illi viro præstatus est. Effecit, ut Ilium proditione caperetur, familiaritate cum Ænea, Antenore, Thymœte, vel, ut est in fabulis, opera Sinonis, & per equum ligneum. Capra Urbe, Orsilochum Idomenei Cretensis Regis filium obtinentem, ne legitima pars prædæ sibi decerneretur, exorta rixa interemit. Polyxenam ad Achillis tumulum jugulavit. Astyanactem Hectoris filium e turri præcipitavit. Cum navem conscendisset in patriam rediturus, pœnam suis dolis, & sceleribus dignam persolvit. Decem enim annos, & amplius per diversa maria erravit, novis semper jactatus tempestatibus. Hinc *Ulyssis errores* in proverbium abierunt. Ab Homero feparatim a bello Trojano descripti fuere ingenti volumine, quod *Odyssea* inscribitur. Tandem in patriam pervenit, & Penelopes uxoris suæ procos occidit. De ejus morte ita narrant. Post varia, & horribilia somnia oraculum Apollinis consuluit, ex quo didicit, se a filio interemptum iri. Quare in locis abditis vivere decrevit. Sed Telegonus filius ex Circe fuscepius, patrem fuum videre cupiens, in Ithacam profectus est: ubi cum incognitus a domo patris prohiberetur, orta contentione patrem incognitum spina venenosa trigonis piscis transfixit. *Virg. 3. Æn.* Et terram altricem sævi execratur Ulyssi. Alii leg. *Ulyssi*. *Id. l. 2.* Pelias & vulnere tardus Ulyssi. *Horat. epod. 17.* Laboriosi remiges Ulyssei. *Martial. l. 14. epigr. 184.* Priami regnis inimicus Ulysses. *Ovid. Heroid. epist. 1.* Hanc tua Penelope lento tibi mistit, Ulysse. *Id. ib.* Penelope conjux semper; Ulyssis ero. ¶ Legitur & *Ulixes* in multis antiquis codicib. quod supra fuo loco adnotavimus.

Ulyssīpo, & Olyssipo, vel Ulysippo, onis, f. *Lisbona*, oppidum Lusitaniæ, quod regum Portugalliæ hodie sedes est, ita dictum quod ab Ulysse conditum creditur. *Plin. l. 8. c. 42.*

Ulyssiponensis, se, adject. ad Ulyssiponem pertinens, ut Ulyssiponense promontorium. *Pl. l. 4. c. 21.*

U A N T E M.

Umbella, f. 1. *ombrella*, *parasole*, σκιάδιον, instrumentum, quo Solem a facie arcemus. *Juven. sat. 9. v. 50.* Et cui tu viridem umbellam, cui fuccina mictas Grandia.

Umber, bra, brum, ὄμβριος, qui est ex Umbria. *Catull. in Egnatium 37.* Aut parvus Umber, aut obesus Hetruscus. *Horat. lib. 2. sat. 4. v. 40.* Umber aper. ¶ Dicitur etiam de cane ex Umbria. *Virg. 12. Æn. v. 735.* at vividus Umber Hæret hiatu.

Umbilicārius, re, adject. ad umbilicum pertinens, ut umbilicaris nervus, apud *Tertull. de carn. Christi. c. 20.*

Umbilicātus, a, um, ὁμφαλώδης, quod ad umbilici similitudinem factum est. *Plin. l. 23. c. 4.* Et in alvo media plerisque umbilicatum.

Umbilicus, i, m. *ombelico*, *bellico*, שֹׁר, טַבּוּר, ὀμφαλός, media regio abdominis, cavitate quadam prædita, ligamentum intestinorum, quod mediam fere ventris planitiem obtinet, ad hoc factum, ut per illud fœtus, dum est in utero matris, nutriatur. *Liv. lib. 26.* Adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua esset. *Celsi. lib. 6. cap. 17.* Ad umbilicos prominentes ne manu, ferroque urendum sit, ante tentandum est. ¶ Per Metaphoram ponitur pro media cujusque rei parte. *Plaut. Men. 1. 1. 45.* Dies ad umbilicum jam est. *Cic. 6. Verr. c. 48.* Qui locus, quod in media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur. *Liv. lib. 35. c. 18.* Ætoli umbilicus Græcia. ¶ In libris quoque fic dixere ossea, vel eburnea, vel lignea ornamenta in medio integumenti extantia, quæ voluminibus absolutis addi solebant. Sic autem dicti sunt, quod umbilici humani formam imitarentur. Alii umbilicos fuisse ajunt bacillos cedrinos, vel buxeos, circa quos membranæ involvebantur, quibus quidem membranis in volumen complicatis in medio utrinque ii bacilli apparebant, & ideo dicebantur similitudine quadam umbilici. Quæ sane sententia ideo verior esse videtur, quia apud Veteres non colligebantur libri ex multis plagulis unam post aliam assutis, sed ex membranis convoluris siebant, unde volumen. Alii denique umbilicos interpretantur extremitates bacillorum, quæ & cornua dicebantur, quia iis affigebantur & claviculi quidam ex ebore, aut ligno aliquo pretioso in modum umbilici. Quæcunque his sententiis verior sit, judicent eruditi. *Mart. l. 3. ep. 2. ad librum suum*: Cedro (*h. e. oleo expresso ex cedro*) nunc licet ambules perunctus, Et frontis gemino decens honore Fictis luxurieris umbilicis. *Id. l. 5. epigr. 6.* Quæ cedro decorata purpuraque Nigris pagina crevit umbilicis. *Id. l. 2. ep. 6.* Quid prodeft mihi tam macer libellus, Nullo crassior ut sit umbilico? Quia vero hujusmodi bacilli, seu bacillorum ornamenta non affigebantur membranis, nisi post finitum volumen, seu librum, hinc *pervenire ad umbilicum*, est ad finem libri accedere, & *ad umbilicum perducere* est librum absolvere. *Martial. l. 4. ep. ult.* Ohe jam satis est, ohe libelle; jam pervenimus usque ad umbilicos. *Horat. Epod. 14.* Deus me vetat Inceptos olim promissum carmen jambos Ad umbilicum ducere. ¶ Dicitur præterea umbilicus in anulo, vel monili ea pars, quam alio nomine paleam vocamus, cui scilicet gemma, vel margarita illigatur. *Plin. lib. 36. c. 5. de margaritis*: Et alios convenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas; umbilicis tantum ex auro capita comprehendentibus. ¶ Item parvus circulus in terra descriptus ad cognoscendos ventos ab humani umbilici similitudine umbilicus dicitur. *Plin. l. 18. c. 33.* Per hujus mediam longitudinem duci sarculo sulcum, vel cinere lineam, v. gr. pedum 20. convenier, mediamque mensuram, hoc est in decimo pede circumscribi circulo parvo, qui vocatur umbilicus. ¶ Item gnomon, hoc est stylus, ex quo Solis umbræ dignoscuntur, & ex iis horæ. *Plin. l. 6. c. 34.* In hoc cœli circumflexu æquinoctii die media, umbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. *Et mox*. Umbilicus æquinoctio triginta quinque pedum, umbram viginti quatuor pedes longam facit. ¶ Etiam ita dicebatur cochlea marina, quæ Aristoteli fere κόχλος. *Cic. 2. de Orat. c. 6. de Scipione Æmiliano, & C. Lælio*: Non audeo dicere de talibus viris, fed tamen ita soler narrare Scævola, conchas eos, & umbilicos ad Cajetam, & Laurentum legere consuevisse. *Valerius Maximus l. 8. c. 8. n. 1.* Constat namque eos Cajetæ, & Laurenti vagas litoribus conchulas, & umbilicos lectitasse. Errare igitur videntur ii, qui umbilicos his locis parvos, rotundosque lapillos, seu calculos interpretantur. *Nam etiam Aurel. Vict. de Cæsarib. c. 3.* cum narrasset, jussas a Caligula legiones conchas, & umbilicos in ora maris legere; subdit deinde; *hujusmodi* pisces Græce Nympharum *lumina appellantur*, ex quo intelligimus, pisces esse, aut certe marinas conchulas, aut cochleas, quæ amaris fluctibus subinde ejectantur.

Umbilicus Veneris, *ombelico di Venere*, κοτυλήδων, herba est in officinis nomen retinens, folio in acetabuli formam rornato, brevi in medio cauliculo, in quo semen inest, radice olivæ modo rotunda. Est & altæum ejusdem genus, cymbalion aliqui vocant, pinguibus foliis, latioribus, ligularim modo deasis, circa radicem medium oculi ambitum deferibentibus, ut in majore sempervivo, *astringentis* gustus, cauliculo renui, in quo flores, & semina hyperici, radice majuscula. *Apul. de herb. c. 42.*

Umbo, onis, m. σάκους, ὀμφαλόν, טַבּוּר, quicquid in plano extat, ac protuberat figura rotunda, vel conica. Speciatim sic dicitur media pars clypei eminentior. Et per Synecdochen pro clypeo fumitur. *Virg. 9. Æn. v. 810.* Nec sufficit umbo Ictibus. *Liv. l. 5.* Gallum umbone ictum deturbat. ¶ Dicitur etiam de parte magis exitante in gemmis. *Plin. l. 37. c. 6.* Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili, neque in recessu gemmæ, aut in dejecta rerinente, sed in ipsis umbonibus nitente, præterea substrato nigerrimi coloris. ¶ Item de editiore montis, aut scopuli parte. *Stat. l. Achil. v. 408.* Undifonæ quos circuit umbo Malææ. *Id. l. 3. sil. 1. v. 110.* Contra riget umbo malligni montis. ¶ In roga etiam umbones dicuntur finus, & rugæ in modum umbonis feu clypei complicatæ, & finistro brachio collectæ, præfertim inditioribus, & lautioribus, qui laxas admodum togas adhibebant. *Pers. sat. 5. v. 12.* Totaque impune Subrrra Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo. ¶ Apud *Martial. l. 3. epig 46.* Umbo poni videtur pro brachio, quo tanquam umbone conferram turbam incedentes, repellimus. Verba sunt: In turbam inciderit, cunctos umbone repellet. Invalidum est nobis, ingenuumque latus.

& a publica consuetudine remoti, in lucem cum prodeunt, ignavi esse solent ac timidi: quemadmodum qui in umbroso & obscuro loco versati, si inde exeant, facile claræ lucis fulgore obcæcantur, ut loquitur M. Seneca in *proœm. l. 4. controvers.* V. Umbratilis.

Umbratilis, & le, *o. 3. da ombra*, Ger. *schattechtig*, Gall. *fait à l'ombre*, Hisp. *hecha a la sombra*, σκιερός, quod ad umbram pertinet, ut *Vitæ umbratilis*, quæ umbra, atque otio marcescit. *Cic. 2. Tusc. c. 11.* Ad malam domesticam disciplinam, viramque umbratilem, & desicatam cum accesserunt etiam poetæ, nervos omnes virtutis cliduut. Huc pertinet & illud *Columellæ l. 2. c. 2.* Nec sit mora segnis, & umbratilis. ¶ *Exercitatio umbratilis*, est quæ in loco operoso, atque adeo in otio fit. *Cic. 1. de Or. c. 34.* Educenda dictio est ex hac domestica exercitatione, & umbratili medium in agmen. ¶ *Oratio umbratilis*, est oratio Philosophorum, ita dicta ad differentiam orationis Oratorum, quia Philosophi in umbraculis versabantur, Oratores in foro, sub Sole. *Cic. in Or. c. 19.* Mollis est oratio Philosophorum, & umbratilis, nec sententiis, nec verbis instructa popularibus.

Umbratiliter, adverb. leviter, rudi descriptione, & quasi per umbras. *Sidon. l 2. ep. 10.* Quæ imaginarie tantum, & quodammodo umbratiliter effingimus.

Umbrātus, a, um, adject. umbra tectus. *Virg. 6. Æn. v. 772.* Atque umbrata gerunt civili tempora quercu. *h. e.* circumdata quercu quodammodo umbram faciente. *Stat. Thebaid. v. 553.* Idas Olympiacis umbratus tempora ramis. *Id. lib. 5. silv. 4. v. 79.* Umbratus genas. *h. e.* barbatus.

Umbria, æ, f. olim Ombria, *l'Ombria*, *l'Umbria*, Ὀμβρία, regio Italiæ, ampla, Apennino M. divisa, inter Herruriam ad Occ. Tiberi discreta, & Sabiniam, Picenum ad Or. mare Hadriaticum ad Bor. Natem fl. ad Mer. Dicta est ab ἔμβρος, *imber*, quod Umbri omnium Italiæ populorum antiquissimi inundationi terrarum, imbribusque superfuisse credantur, ut refert *Plin. l. 3. cap. 14.* Vel ab Umbrone fl. reste eodem *Plinio*. Vel ab umbra, quod propter vicinitatem Apennini, & altitudinem montium umbrosa sit. V. Geographos.

Umbri, orum, m. Umbriæ populi. *Pl. l. 2. c. 77.*

Umbriæus, a, um, ad Umbriam pertinens, ut creta Umbrica apud *Pl. l. 35. c. 17.*

Umbrifer, a, um, *ombroso*, מצל, Ger. *dasschatten macht*, Gall. *qui porte ombre*, Hisp. *que trai sombra*, σκιοφόρος, ferens umbram, umbrosus. *Varro l. 2. de R. R. c. 2.* Cirsitex meridianos æstus, dum defervescunt, sub umbriferas rupes, & arbores patulas subjiciunt. *Virg. 6. Æn. 473.* In nemus umbriferum. *Cic. 1. Div. c. 13. ex poeta.* Academia umbrifera.

Umbrīnus, a, um, adject. ut Umbria terra, *h. e.* Umbriæ regio. *Gel. lib. 3. cap. 2.*

Umbro, as, n. i. *adombrare*, דמה, Ger. *schatten machen*, Gall. *faire ombre*, Hisp. *hazer sombra*, σκιάζω, tegendo umbram facio. *Virgil. 3. Æneid. v. 508.* Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci. *Pl. l. 19. c. 1.* Marcellus velis forum umbravit. *Colum. l. 1. cap. 7.* Omnes pene virgæ, ne umbrent, abradantur. *Claudian. de nupt. Honor. & Mar. v. 149.* Umbratura Deam retro sinuatur in arcum Belua.

Umbro, onis, m. *l'Ombrone*, fl. Hetruriæ. Oritur in agro Senensi, deinde in Mer. tendens, luctus Arbiæ, infra Bonum Conventum, Mersa, & Orcia flu. versus Rosetum labitur, & 5. M. P. infra in mare Tyrrhenum cadit.

Umbrōsus, a, um, *ombroso*, מצל, Ger. *schatticht*, Gall. *ombrageux*, Hisp. *sombrio*, ἐπίσκιος, σκιώδης, opacus, umbram faciens. *Virg. 8. Æn.* Et cilnes umbrosa tegebat arundo. *Cic. ad Q. Fr. lib. 3. ep. 1. c. 2.* Ego locum æstate umbrosiorem vidi nunquam. *Pl. l. 17. c. 26.* Fico folium maximum, umbrosissimumque.

U ANTE N.

Una, adv. *insieme*, *in compagnia*, יחד, Ger. *zugleich*, *mit einander*, Gall. *ensemble*, *avec*, Hisp. *a una*, ἅμα, ὁμῶς, ὁμοῦ, simul, pariter. *Cic. Act. lib. 7. ep. 10.* Si in Italia Pompejus consistit, erimus una. *Id. de Am. c. 10.* Quod summi puerorum amores sæpe cum prætexta, sumpta toga virili, deponerentur. *Terent. Adelph. 4. 3. 7.* Quæso, ut una mecum ad matrem virginis eas. *Plaut. Mil. a. 1. 61.* amantes ana inter se facerem convenas.

Unaetvicesimānus miles dicitur, qui est ex legione vicesima prima. *Tacitus l. 2. hist. c. 43.* Stratis Unaetvicesimanorum principiis, aquilam abstulere. *Id. 1. Ann. c. 51.* Sinistrum latus Unaetvicesimani, dextrum Quintani abstulere. ¶ Legitur etiam *unetvicesimanus*.

Unaetvicesīmus, a, um, adject. vicesimus primus, ut Unaetvicesima legio, apud *Tacit. 1. Ann. c. 45.* ¶ Legitur & *unetvicesimus*.

Unanīmans, antis, idem quod unanimis. *Plaut. Trucul. 1. 4. 80.* Non amantis mulieris, sed fociæ unanimantis, fidentis fuit.

Unanīmis, & me, *o. 3. concorde*, *dell'istesso animo*, Germ. *einhellig*, *ein muhtig*, Gall. *d'un même coeur*, & *veuloir*, Hisp. *concorde*, ὁμόψυχος, qui unius animi est, & unius sententiæ cum altero. *Virg. 4. Æn. v. 8.* Cum sic unanimem alloquitur male sana sororem.

Unanimĭtas, atis, f. *concordia*, לב אחד, ὁμοψυχία, ὁμόνοια, concordia, consensus. *Liv. l. 40. c. 8.* Mihi, Antiocho, & cuilibet Regum hujus ætatis nulla re magis quam fraterna unanimitate regnum æquasse.

Unanimiter, adv. *unanimamente*, ὁμοψύχως, ὁμοθυμαδόν, concordibus animis. *Vopisc. in Tac. c. 4.* Me unanimiter delegistis.

Unanīmus, a, um, אח, adject. idem quod *unanimis*, & eo etiam usitatius. *Liv. l. 7. c. 21.* Quæ distinere unanimos videbatur. *Valer. Flacc. l. 4. v. 261.* nomenque sequntus Orreos unanimi, *Catull. carm. 30. ad Alphen.* Alphene immemor, atque unanimis false sodalibus. *Stat. 8. Theb. v. 669.* Unanimi fratres. Alii leg. *unanimes*. *Plaut. Stich. 5. 4. 49.* Ego tu sum, tu es ego: unanimi sumus. Plures tamen vet. cod. habent *unianimi*.

Uncatŏ, onis, f. curvatura. *Col. Aurel. Acut. l. 2. c. 32.* Unguium uncatio, quam κύπωσιν vocant.

Uncātus, a, um, adject. curvatus, inflexus, uncus. *Cœl. Aurelian. Tard. 5. cap. 3.* Adeo ut quidam uncati permaneant. *Sidon. l. 4. ep. 20.* Uncatæ lanceæ. *Id. l. 9. ep. 9.* Uncatis syllogismis aliquem inhamare.

Uncĭa, æ, f. *oncia*, Ger. *das zwölfte loth*, Gall. *once*, Hisp. *onca*, ὄγκια, una ex duodecim partibus assis. *Plaut. Men. 3. 3. 3.* Atque huic ut addas auri pondo unciam. ¶ Unciæ partes hæ sunt, *semuncia*, *drachma*, *sextula*, *duella*, *sicilus*, seu *didrachmum*. *Drachma* octies sumpta explet unciam. *Semuncia* continet drachmas quatuor. *Sextula* est sexta pars unciæ. *Duella* pendit duas sextulas, hoc est tertiam partem unciæ. *Sicilus*, seu *didrachmum*, pondus est duarum drachmarum, hoc est quarta pars unciæ. Quod si ad minora pondusculæ libeat descendere, unciamque in minimas particulas dissecare, continent singulæ unciæ scrupula 24. obolos 48. semiobolos 96. siliquas, sive ceratia 144. ¶ Frequenter sumitur pro duodecima parte hæreditatis. *Senec. l. 4. controv. 28.* Ex uncia hæres erat patris sui Galla. ¶ Quories autem de mensuris sermo est, uncia est duodecima pars pedis. Nos pollicem dicimus. *Frontin. de aquæduct.* Est autem digitus, ut convenit, sextadecima pars pedis, uncia duodecima. ¶ In mensuris agrorum uncia est duodecima pars jugeri, ut scribit *Varr. l. 1. R. R. c. 10.* ¶ *Uncia usura*, est duodecima pars centesimæ. *Scævola l. Titium, ff. de admin. & peric. tut.* Præfectus legionis ita testamento cavit, Volo, ut sit in arbitrio tutorum filii mei, si voluerint hujus summæ uncias inferre usurarum nomine, ita, ne nummi dispergantur. Quæro, si apparuerit pecunia fœnerata a tutoribus, judicio tutelæ uncias usuras, an vero eas, quas stipulari sunt, præstare debeant. V. *Unciarius*.

Uncialis, & le, *o. 3. di un' oncia*, גדול, ὀγκιαῖος, quod ad unciam pertinet, quod est unius unciæ, & Uncialis as, qui unciam tantum valebat. *Pl. l. 33. c. 3.* Q. Fabio Dictatore asses unciales facti. ¶ Uncialis herba, quæ est pollicaris altitudinis. Duodecim enim pollices conficiunt pedem. *Pl. l. 18. c. 26. de Medicaberba:* Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est manu potius, quam falcule. ¶ Unciales litteræ, *lettere majuscole*, vocantur ab Hieronymo in *præfat. lib. Job*, quæ pollicis crassitudine sunt exaratæ.

Unciarius, a, um, ὀγκιαῖος, quod ad unciam spectat, ut Unciaria stips, id est moneta Romæ omnium minima, duodecimam tantum assis partem valens. *Pl. l. 34. cap. 5.* Item P. Minutio Præfecto annonæ extra portam Trigeminam unciaria stipe collata. ¶ Fœnus unciarium, sive usura unciaria, ὀγκιαῖος τόκος, erat levissimum quoddam usuræ genus, cum ex sorte centum aureorum quotannis unus aureus reddebatur, *uno per cento*. Dictum unciarium fœnus, quod duodecima tantum pars esset usuræ centesimæ, sive quod singulis mensibus unciam, hoc est duodecimam partem auri unius, pareret. Nam sicut ex usura centesimæ quotannis ex centum aureorum sorte aurei duodecim redibant, hoc est in singulos menses aureus unus, & ex semissibus usuris in singulos annos aurei sex, & ex trientalibus aurei quatuor; ita etiam fervata proportione convenit, ut unciaria usura ex centum aureorum sorte quotannis aureum unum pareret, vel (quod in idem recidit) unciam, hoc est duodecimam partem aurei in singulos menses. Rursus semiunciarium fœnus, ὑγκιαῖος, ἡμιογκιαῖος τόκος, dimidio levius erat unciario, quod ex centum assibus quotannis semissem pariebat, vel in menses singulos semunciam, seu vigesimam quartam partem. *Liv. lib. 7. cap. 16.* De unciario fœnore a tribunis plebis rogatio est perlata. *Id. ib. c. 27.* Semunciarium ex unciario fœnus factum. V. *Sigon. de ant. jure Civ. Rom. cap. 11.* ¶ Lex unciaria, quæ de fœnore unciario lata est *Fest.* Unciaria lex dici cœpta est, quam L. Sylla, & Q. Pompejus Rufus tulerunt, qua tantum est, ut debitores duodecimam partem solverent. ¶ Unciariæ vites dicebantur, quæ ita dispositæ essent, ut inter quamlibet vitem uncia unius jugeri relicta, intervalla omnia paria fierent. *Col. lib. 3. c. 2.* Nec solum quæ junctim sapori, verum etiam quæ specie commendari possint, censeri debeant, ut stephanitæ, ut tripedaneæ, ut unciariæ, ut Cydoniæ.

Unciātim, adv. *a oncia a oncia*, κατ' ὀγκίας, per singulas uncias. *Ter. Phorm. 1. 2. 9.* Quod ille unciatim vix de demenso sito, suum defraudans genium comparsit miser. *Plin. l. 28. c. 9.* Datur & phthisicis unciatim cum vini veteris hemina decocta, donec tres unciæ e toto residant.

Uncinātus, a, um, *rampinato*, ἀγκιστρωτός, ἀγκιστρώδης, uncinis hamatus. *Cic. 4. Acad. c. 38.* Nec ut ille, qui asperis, & lævibus, & hamatis, uncinatisque corpusculis concreta hæc esse dicat interjecto inani.

Uncinus, ni, m. *uncino*, *o uncine*, γλ, Germ. *der hack*, *kleiner hacke*, Gall. *crochet*, Hisp. *garfio*, ὄγκινος, uncus, hamus, a Græca voce allata. Græci enim dicunt, & ὄγκη, & ὄγκινος, in ea acceptione, qua Latini uncum, vel hamum. *Apul. l. 3. A. A.* Pessulis injectis, & uncino firmiter immisso. *Palladius in Mart. tit. 10. de ficu.* Uncinis æreis tollere vermes.

Unciŏla, æ, f. *onciuzza*, ὀγκιάδιον, parva uncia. *Juven. sat. 1. v. 40.* Unciolam Proculejus habet, sed Gillo deuncem.

Uncĭpes, edis, adject. uncos pedes habens. *Tertull. de Pal. c. 5.* Quam enim non expediat in algore, & ardore rigere nudipedem, quam in calceo uncipedem!

Unctĭo, onis, f. *unzione*, משחה, ἀλοιφή, ἄλειμμα, χρῖσις, ungendi actus. *Plaut. Stichо, 2. 1. 63.* Vel unctiones Græcas fudatorias. *Cic. 2. de Or. c. 5.* Philosophum omnes unctionis causa reliquerunt. i. e. causa palæstricæ exercitationis.

Unctĭto, as, a. 1. ἀλείφω, sæpe ungo. *Plaut. Most. 1. 3. 117.* Nam isthæc veteres, quæ se unguentis unctitant, &c.

Unctiuscŭlus, a, um, ὑπαλλοιπότερος, aliquantum unctus. *Plaut. Pseud. 1. 2. 85.* Ac non ipse ego pulmento utor magis unctiusculo.

Unctor, oris, masc. *chi unge*, ἀλείπτης, χρῖστής, qui ungit, & speciatim qui in balneis lavantium membra ungit, quem Juvenalis Græco vocabulo *aliptem* vocat. *Martial. lib. 12. epigr. 71.* Atque olei stillam donaret Opelicus unctor. Adde *l. 7. ep. 31.* ¶ *Plautus Trinum. a. 1. 22.* unctorem enumerat inter servitia domus.

Unctōrius, a, um, ἀλειπτικός, quod ad unctionem spectat, seu unctioni destinatum est, ut *Hypocaustum unctorium*, locus in quo post fudationem unguentis perungebantur. *Pl. l. 2. ep. 17.* ubi alii leg. *unctuarium* eodem sensu.

Unctrix, icis, f. quæ ungit. *Inscript.* apud *Muratori. pag. 891, n. 3.* ubi intelligitur ancilla, quæ dominam in balneo ungit.

Unctuarius. V. Unctorius.

Unctŭlus, a, um, adject. aliquantum unctus. *Varr. apud Non. c. 2. n. 847.* Circumtonsi, & tersi atque unctiuli. ¶ Substantive. *Apul. l. 3. Met.* Impertire nobis unctulum istudium. *h. e.* parum unguenti.

Unctūra, æ, f. idem, quod unctio, ea præsertim, quæ mortuorum cadaveribus adhibetur. *Cic. 2. de Leg. cap. 24.* Servilius unctura tollitur, omnisque circumpotatio.

Unctus, us, m. idem quod unctura. *Apul. l. 1. A. A. sub fin.* Oleum unctui proferebatur, & lautum hominem, quia divites unguentis delibuti incedunt. *Catul. carm. 10.* Respondi id quod erat, mihi neque ipsi, Nec prætoribus esse, nec cohorti, Cur quisquam caput unctius referret. *h. e.* inde ditior rediret. *Id. carm. 29.* Uncta patrimonia. ¶ Alia translatione fumitur etiam pro nitido, culto, ornato: nam quæ uncta sunt, nitent. *Cic. de clar. Orat. c. 20.* Jam enim erat unctior quædam, splendidiorque confuetudo loquendi.

Uncus, ci, m. *uncino*, *rampino*, חכה, קרס, Ger. *hacke*, Gall. *croc*, Hisp. *garfio*, ἄγκιστρον, baculus, vel ferramentum incurvum, ac in se fe retorquens. *Liv. l. 30. c. 10.* Postremo asseres ferreo unco præfixi (harpagones vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanas cœpti. *Col. l. 3. c. 18.* Et velut uncus infixus solo, antequam extrahatur, prærumpitur. ¶ Unco Romani ut fures adversus reos, qui damnati essent. Iis enim uncos infigebant, sicque trahebant vel ad scalas Gemonias, vel in Tiberim, vel in ignem. *Cic. pro Rab. perd. reo, c. 5.* Nos a verberibus, ab unco, a crucis denique terrore neque res gestæ, neque ætas, neque nostri honores vindicabunt? *Id. 1. Phil. c. 2.* Uncus impactus est fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat. *Juven. sat. 10. v. 66.* Sejanus ducitur unco. ¶ Proverbialiter *Propert. l. 4. eleg. 1. v. 141.* & bene cum fixum mento discusseris uncum, Nil erit hoc, rostro te premet ansa suo. *h. e.* cum uno te laqueo extricaveris, alio detinebere. ¶ Invenitur etiam pro anchora. *Val. Flacc. l. 2. Argon. 432.* Has inter lacrymas legitur piger uncus arenis.

Uncus, a, um, *adunco*, *curvo*, *torto*, עקל, גבוּן, Ger. *hackachtig*, Gal. *crochu*, Hisp. *corvo*, ἀγκύλος, curvus, incurvus. *Virg. 1. Georg.* Adfis, o Tegeæe favens, oleæque Minerva Inventrix, uncique puer monstrator aratri. *Col. l. 7. c. 11.* Atque uncis digitis alternum quoque testiculum educito.

Unda, æ, f. *onda*, לגל, משבר, Ger. *wasserwell*, *wasserflut*, Gal. *flot*, *vague*, Hisp. *ola*, *onda*, κῦμα, fluctus, sive globus aquæ in unum collectus, qualis in mari ventis exagitato maxime solent excitari. *Virg. 1. Æn.* Franguntur remi, tum prora avertit, & undis Dat latus. ¶ Per synecdochen sæpissime ponitur pro aqua. *Ov. 2. Met.* Et terris abscidit undas. *h. e.* mare a terra separavit. ¶ Translate ponitur pro parte cujuscumque liquoris. *Plin. l. 25. c. 1.* Quin & ex ea prima unda prelî laudatissima, ac deinde per diminutiones. i. e. prima olei prelo expressi fluxio. ¶ Item pro multitudine hominum. *Virg. 2. Georg. v. 462.* Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomit ædibus undam. ¶ Item pro quacumque multitudine, ut *Unda comitiorum*, idest varia sententiarum multitudo, quibus veluti undis mare, ita etiam comitia fervere videntur. *Cic. pro Planc. c. 6.* Si campus, atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, & immensum, sic effervescunt, &c. *Catul. carm. 65. v. 62.* Unde submersus.

Undabundus, a, um, *undoso*, κυματώδης, idem quod undosus, ut *Mare undabundum*, id est abunde undas faciens. *Gell. l. 3. c. 10.* Sed mare est etiam, atque etiam undabundum.

Undāmen, inis, n. undarum motus, fluctuatio. *Auson. in Mosell. v. 32.* bivio refluus undamine Pontus. Alii leg. *manamine*.

Undans, antis, o. g. *undoso*, *ondeggiante*. *Cic. 2. de Nat. Deor. cap. 35. ex poeta:* Undanti in freto. ¶ Sæpe translate usurpatur pro fluente instar undarum. *Stat. 2. Theb.* Undanti perfundit vulnere somnum. *h. e.* sanguine vulneris dormientem perfundit. *Virg. 1. Georg. v. 472.* Undans Ætna. *h. e.* undarum more flammas evomens. ¶ Item pro madeare, irrigato. *Stat. 2. Theb.* Nec vincla coercent Undantem fletu galeam. ¶ Item pro large fuso, copioso. *Virg. 5. Æn.* Nec sic inamissis aurigæ undantia lora Concussere jugis. ¶ Item agitato. *Valer. 5. Argon. v. 303.* Præcipue Æsonidem varios incerta per æstus Mens rapit undantem curis. ¶ Item pro vicissim laxato, & crispato. *Plaut. Epid. 3. 3. 50.* Sed hic quis est, quem huc advenientem conspicor, Suam qui undantem chlamydem laxam, rugosamque sic modo in dextram, modo in lævam jactave ut ejus pars potissimum inferior undas modo accedentes, modo recedentes imitari videantur.

Undanter, adv. idem quod undatim. *Apulej. l. 2. Met.* Capillus undanter fluens. *Martian. Capell. l. 2.* Undanter evomere.

Undatim, adverb. κυματοειδῶς, fluctuatim, ad undarum similitudinem. *Plin. lib. 13. cap. 15.* Sunt & undatim crispæ mensæ. *Id. lib. 36. cap. 7.* Capillus undatim crispus.

Undātus, a, um, adj. *fatto a onde*, undulatus, undarum in morem factus. *Plin. l. 9. c. 33.* Concharum genera imbricatim undata, cancellatim reticulata.

Unde, *onde*, *d'onde*, מאין, ὁθεν, ὁπόθεν, ex quo loco, vel a quo loco, adverbium motus de loco. *Cic. pro Cæc. c. 30.* Unde tu? Hoc verbum unde utrunque declarat, & ex quo loco, & a quo loco. Unde dejectus est Cæcinna? ex urbe. Unde dejecisti? ab urbe. Unde dejecti Galli? a Capitolio. Unde qui cum Graccho fuerunt? ex Capitolio. ¶ Accipitur vel relative. *Virg. 2. Æn.* Evado ad summi fastigia culminis, unde Tela manu miseri jactabant irrita Teucri. ¶ Vel infinite. *Cic. 4. Verr.* Ego instare, ut mihi responderet, ubi esset, quis esset, unde esset. ¶ Vel interrogative. *Ter. And. 4. 5.* Ego Mysis, puer hic unde est? quisve huc attulit? *Plaut. Cist. 4. 5. v. 3.* Here unde is? D. Ex senatu. *Virg. 9. Æn.* Qui genus? unde domo? pacem ne huc fertis, an arma? *i. e.* de qua civitate? ¶ Conjungitur interdum cum genitivo *gentium* & idem significat. *Plaut. Asin. 1. 1. 77.* Face, id ut paratum jam sit. L. Unde gentium? *Id. Epid. 3. 4. 47.* Unde hæc igitur gentium est? ¶ Translate dicitur de persona. *Cic. 1. 14. Fam. ep. 2.* Hem mea lux, meum desiderium, unde omnes opem petere solebant. ¶ Item de origine pro a quo, vel ex qua re. *Virg. 1. Æn.* Genus unde Latinum, &c. *i. e.* a quo. *Cic. 1. de Or.* De ea multo dicar ornatius, quam ille ipse, unde cognovit. *Id. de Arusp. Resp.* Alterum putabo Regem, si habuerit unde tibi solvat. *Terent. Andr. 3. 2. 31.* Unde id scis? *come, o da chi lo sai? Antr. ad Heaut. 1. 1. c. 9.* Si inde incipiemus, unde necesse erit. ¶ Unde pro quare, quocirca, rarum est. *Colum. l. 6. in præfat.* Nec tamen ulla est regio, in qua modo frumenta gignantur, quæ non, ut hominum, ita armentorum adjumento juverur: unde etiam jumenta nomen a re traxere, quod nostrum laborem juvarent. ¶ Interdum eleganter geminatum ponitur, & vim quandam addit orationi. *Plaut. Pseud. 1. 1. 102.* Spero alicunde hodie me tibi inventurum esse auxilium argentarium; Atque id futurum unde unde dicam, nescio, *d' onde poi chi abbia da venire nol so.* ¶ Interdum significat undecumque, ex quacumque loco. *Catull. 68. ad Jannum, v. 27.* Et quærendum unde unde foret nervosus illud, Quod posset solvere virgineam. Alii leg. *aliunde*. Hoc sensu conjunctis etiam vocibus usurpatur. *Tertull. adv. Hermog. c. 20.* A quocumque, & undeunde passus est fieri. ¶ Contra item *Tertull. lib. c. 22.* & *de Anim. c. 51.* usurpat *unde* pro unde unde, seu undecunque, quamquam Scioppius in notis ineditis ad *eund. Tertull.* utroque loco *unde unde* resti tuit.

Undecēni, æ, a, *undici*, ἑνδέκα, undecim, numerus distributivus, qui tamen sæpe pro cardinali *undecim* ponitur. *Plin. l. 36. c. 9. de Ægypti obeliscis:* Itemque digressus inde ubi fuit Mnevidis regia, posuit alium, longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor.

Undecentesĭmus, a, um, adject. idem quod nonagesimus nonus. *Valer. Max. l. 8. c. 7. extern. n. 11.* Ad undecentesimum annum.

Undecentum, *novantanove*, ἐννενηκονταεννέα, nonaginta novem, centum minus uno. *Plin. l. 7. c. 60.* Paruerunt tamen eis annis undecentum.

Undecĭes, adv. *undici volte*, ἑνδεκάκις, undecim vicibus. *Cic. 4. Ver. c. 7.* Sestertium undecies numeratum esse. *Col. l. 3. c. 2.* Hanc summam undecies multiplicato, fiunt pedes quinquaginta tria millia nongenti.

Undecim, *undeci*, *undici*, ἕνδεκα, unus supra decem, nomen numerale cardinale, *indeclinabile*. *Martial. l. 1. ep. 44.* Phœbo quatuor, undecim Phileto.

Undecĭmus, a, um, *undecimo*, ἑνδέκατος, ultimus ex undecim. *Virg. 8. Ecl.* Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus.

Undecirēmis, is, f. ἑνδεκήρης, navis, quæ habet undecim remorum ordines. *Plin. l. 16. c. 40.* Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii succisa.

Undecunque, *da qualunque luogo*, מכל צד, ὁπόθεν ἔν, ex quocunque loco, ex quolibet loco. *Plin. l. 27. c. 4.* Vulnerum quoque sanguinem & undecunque fluentem sistit per se, vel ex aceto. *Plin. jun. in Pan. c. 80.* Et undecunque invocatum, statim, velut Numen adesse, & adsistere. *Sen. de vita beat. c. 27.* Rupes, quam fluctus non desinunt, undecunque mori sunt, verberare. ¶ Interdum additur genitivus *gentium*. *Vopisc. in Bonoso c. 14.* Si quando legati Barbarorum undecunque gentium venissent.

Undelibet, adv. *d' onde piace*, *da qualunque luogo*, ἔνθεν βούλει, ex quocunque libet loco. *Auct. ad Her. l. 4. c. 50.* At istud quidem facile fuit undelibet invenire. Adde *Cels. l. 8. c. 10.*

* **Undenarius**, a, um, undecim continens, ut Undenarius numerus. *Augustin. Quæst. 108. in Exod. & Serm. 51. & 83.*

Undēni, æ, a, *undici*, ἑνδέκα, nomen numerale distributivum, quod etiam sæpe pro *undecim* usurpatur. *Ovid. l. 1. Am. el. 1.* Musa per undenos emodulanda pedes. *h. e.* hexametro, & pentametro versu. *Plin. l. 12. c. 25.* Pariuntur autem undeni. ¶ In singulari numero *Manil. l. 4. v. 451.* Bisque undena (*pars*) nocens, & bis duodena nocens est. *h. e.* undecima.

Undenonagināta, *ottantanove*. *Liv. l. 37. c. 30.* Classis undenonaginta navium.

Undeoctoginta, *settantanove*, ὀγδηκοντατριακτές, septuaginta novem, octoginta minus uno. *Hor. l. 2. v. 117.* Age, si ftramentis incubet undeoctoginta annis natus, cui stragula vestis Blattarum ac tinearum epulæ putrefcat in arca.

Undequadragesĭmus, a, um, adject. *trigesimo nono*, quadragesimus uno minus. *Valer. Max. l. 8. c. 6. extern. n. 10.* Undequadragesimum volumen.

Undequadragĭes, *trentanove volte*, ἐνενήκοντα τεσσάκοντάκις, novies & tricies. *Plin. l. 7. c. 25.* Solus M. Marcellum transgressus, qui undequadragies dimicaverat.

Undequadraginta, *trentanove*, ἐννέα καὶ τεσσάκοντα, triginta novem. *Liv. l. 25.* Ad mille quadringentos Carthaginiensium cæsi, undequadraginta vivi capti.

Undequinquagesĭmus, a, um, τεσσαρακοστὸς ἔνατος, *Cic. pro L. Man. c. 12.* Ipse autem, ut a Brundusio profectus est, undequinquagesimo die totam ad Imperium Pop. Rom. Ciliciam adjunxit.

Undequinquagināta, *quarantanove*, ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα, quadraginta novem, quinquaginta minus uno. *Liv. l. 17. c. 58.* In eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ translatæ sunt. Adde *Plin. l. 13. c. 4.*

Undesexagesĭmus, a, um, adject. *cinquantesimo nono*. *Censorin. de die nat. c. 19.* Undesexagesima pars.

Undesexagināta, *cinquanta nove*, ἐννέα καὶ πεντήκοντα, quinquaginta novem. *Liv. l. 23. c. 49.* Ceperint amplius tria millia hominum, paullo minus mille equorum, undesexagina militaria signa.

Undetricēnus, a, um, adject. *ventesimo nono*. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 13.* Undetricenis censebantur diebus.

Undetricesĭmus, a, um, adject. idem quod undetrigesimus. *Gell. l. 10. c. 5.* Nigidius in commentariorum undetricesimo.

Undetrigesĭmus, a, um, *ventesimo nono*, ἑνοστὸς ἔνατος, vicesimus nonus. *Liv. l. 25. c. 36.* Anno octavo, postquam in Hispaniam venerat Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem interfectus est.

Undetriginta, *ventinove*. *Virtuv. l. 9. c. 4.* Mensibus undetriginta, & amplius.

Undeviceni, æ, a, adject. *diciannove*, numerus distributivus, qui tamen & pro cardinali decem & novem ponitur. *Quintil. l. 1. c. 10. sub fin.* Porrecti utrinque undeviceni pedes.

Undevicesĭmānus miles, qui est ex legione undevicesima. *Hirt. de B. Alex.* Cum quinque cohortibus undevicesimanorum egrediturr.

Undevicesĭmus, a, um, *decimo nono*, ἔνατος καὶ δέκατος, decimus nonus. *Cic. de Sen. c. 5.* Anno enim undevicesimo post ejus mortem Consules T. Flaminius, & M. Attilius facti sunt.

Undevigesĭmanus, idem ac undevicesimanus. *Tac. 1. Annal. c. 37. & 51.* ubi alii leg. unaetvicesimanus.

Undevigesĭmus, a, um, idem, quod undevicesimus. *Colum. l. 8. c. 5.* Die undevigesimo animadvertar, an pulli rostellis ova pereruderint.

Undeviginti, *diciannove*, *diciannove*, δέκα ἔνδεκα, ἕνατος ἔνδεκατος, novendecim, viginti minus uno. *Cic. de Cl. Or. c. 64.* Undeviginti annos natus erat.

Undeunde. V. Unde.

Undiciŏla, æ, qui, vel quæ undas colit. *Avien. in Phænom. Arat. v. 809.* Undicola piscis. *Varr. apud Non.* Najades undicolæ.

Undifrăgus, a, um, undas frangens. *Ven. Fortun. l. 3. Carm. ep. ad Felicem.*

Undique, adv. *da ogni parte*, *da ogni banda*, מכל עבר, παντοχόθεν, πανθαῦ, ex omni loco, ex omni parte loci, ab *unde & que*. *Cic. pro L. Man.* Sicilia multis undique cincta periculis. *Virg. 8. Æn. v. 7.* undique cogunt Auxilia, & latos vastant cultoribus agros. *Rurfus Cic. 2. de Fin.* Habes undique expletam, & perfectam, Torquate, formam honestatis. *Id. 6. Tusc.* Vita undique referta bonis. ¶ Interdum additur genitivus *gentium*. *Vopisc. in Firmo, c. 5.* Pacato undique gentium toto, quo paret, orbe terrarum. ¶ Pro *undecunque*, *Tert. adverf. Valent. c. 5.* Nec undique dicemur ipsi nobis effinxisse materias.

Undique secus, *da ogni parte*. *Solin. c. 40.* Locus virer undique secus agris arentibus.

Undique versum, & Undique vorsum, *da ogni verso*, *da ogni banda*. *Gell. l. 12. c. 13.* Oceanus terras omnitariam, & undique versum circumfluit. *Id. l. 7. c. 16.* Has undique vorsum indagines cupediarum.

Undisŏnus, a, um, *fluttuoso*, *strepitoso*, πολύφλοισβος, quod undis strepit. *Prop. l. 3. el. 21.* Ergo ego nunc rudis Hadriaci vehar æquoris hospes, Cogar & undisonos nunc prece adire Deos. *Virg. Æn. 4. v. 313.* Æquor undisonum.

Undo, as, n. i. *ondeggiare*, שחה, κυμαίνω, fluctuo, undis agitor, undas facio. V. *Undans*. ¶ Legitur & active pro inundare, irrigare, implere. *Stat. 1. Achill. v. 86.* Cum ruus Æacides tepido modo sanguine Teucros Undabit campos. ¶ Translate per quandam similitudinem fumitur pro fervere, *bollire*, quod aqua fervens quibusdam quasi undis agitari videatur. *Virg. 6. Æn.* Pars calidos latices, & ahena undantia flammis Expediunt. *Id. l. 7.* Magno veluti cum flamma sonore Virgea suggeritur costis undantis aheni. ¶ Item pro abundare, copiosum esse. *Virg. 2. Georg.* Et juvat undantem buxo spectare Cytorum. Quanquam ibi non tam propter copiam buxi, qua omnino mons ille abundat, verbo hoc utitur, quam ut lenibus auris impulsi arbusti motum undabundi maris æmulum exprimeret. *Claud. de raptu Proserp. l. 3. v. 25.* Undaret neu sylva levis, neu viua turmerent. *Val. Flacc. l. 1. Argon. v. 539.* Jampridem regio undat equis, floretque viris.

Undōse, adverb. undas commovendo. *Ammian. l. 27. c. 6.* (al. 4.) Freto undosius ab Euxino Ponto labenti.

Undōsus, a, um, *undoso*, *fluttuoso*, κυματώδης, fluctuosus, undis exagitatus. *Virg. 4. Æn.* Troja per undosum peteretur classibus æquor? *Solin. c. 22.* Fluctus undosior. *Augustin. de Civ. Dei, l. 22. c. 11.* Torrentes undosissimi.

Undulātus, a, um, κυματώδης, πολύφλοισβος, quod undas repræsentat, ut *Vestis undulata*, κυματώδης ἐσθής, per quam undarum discurrit, qua ratione *vestis fluxulenta* appellatur a fcurtilis, quales in aranearum telis cernimus. In genere undulatarum vestium sunt, quæ ex hircorum & caprarum pilis (varii quidem, sed nativi coloris) veritas, quam lanis conficiuntur. Nam hæ undis quibusdam depictæ sunt. Hæ etiam *synthallosa* passim appellantur, quasi συμβλητὲ, quod coacto potius implexu, quam texeu confectæ sint, ex quibus etiam ab illo vestium genere acceptæ, de quo *Plinius* ita scribit *l. 8. c. 48.* Lanæ & per se coactæ vestem faciunt. *Varro apud Non. l. 2. n. 926.* A quibusdam dicitur esse *Fortunæ virginis* simulacrum, ab eo, quod duabus undulatis togis est opertum, perinde ut Reges nostri undulatas, & prætextas togas foliti sunt habere. Ubi *Nonius*, *undulatum* nove positum pro *puro* scribit, fortasse quia hujusmodi vestes nulla tinctura infectæ, purum nativumque colorem habeant.

Undŭlo, onis, m. *corbezzola*,

quæ pedum digitos habent separatos, ut sunt simiæ, & aves. *Cic. pro R. Com. cap.* 7. Ab imis unguibus usque ad verticem summum. *Plin. lib.* 25, *cap.* 45. Ungues simiæ imbricari sunt, hominibus lati, rapacibus unci, cæteris recti, ut canibus, præter eam, qui a crure plerisque dependet. ¶ *Unguis*, & *ungula* differunt in eo, quod *unguis* est in iis animalibus, quæ digitos habent, *ungula* vero in illis, quæ solidos, vel bisulcos habent pedes. Illud Græci ὄνυξ, hoc ὁπλὴ appellant. *Ovid.* 1. *Met.* de transformatione Ius e bovis effigie in primam formam redeuntis: Ungulaque in quinos delapsa abſumitur ungues. *Plin. l.* 11. *c.* 45. Ungues elauſulæ nervorum summæ exiſtimantur. Omnibus hi, quibus & digit. *Ex nov. de elephantis*: Huic informes numero quidem quinque, sed indiviſi, ac leviter diſcreti, ungulisque, haud unguibus ſimiles. ¶ Interdum tamen ungues in animalibus bifulcis dici invenimus pro ungulis. *Col. l.* 6. *c.* 12. *de med. cian bovis claudicantis*: Si ſanguis in inferiore parte unguæ eſt, extrema pars ipſius unguis ad vivum reſecatur. ¶ *Unguis transversus*, & *unguis latus*, proverbialiter uſurpantur pro quam minimo ſpatio. *Plaut. Aul.* 1. 1. 18. Si hercle tu ex iſtoc loco digitum tranſverſum, aut unguem latum exceſſeris. *Cic. Att. l.* 16. *epiſt.* 20. A recta conſcientia tranſverſum unguem non oportet diſcedere. *Id. Fam.* 7. *ep.* 25. Urge igitur, nec tranſverſum ungiem, quod ajunt, a ſtilo. ſubaudi *recede*. ¶ *Medium unguem oſtendere*, proverbialiter eſt ſumme contemnere, inde ſumptum, quod medius digitus pro impudico habebatur. *Juven. ſat.* 10. Cum fortunæ ipſe minaci Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem. ¶ *Unguis arredere*, & *caput ſcabere*, proverbiali Metaphora dicuntur, qui cogitabundi ſunt, qui rem aliquam ſecum agitant, & in ea hærent, aut deliberant, utrum eam amplecti, an mutare debeant. *Horat. l.* 1. *ſat.* 10. *v.* 70. in verſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues. *Perſ. ſat* 1 *v.* 106. Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit ungues. ¶ *De tenero ungui*, idem ac *a teneris unguiculis*, ideſt a puerilia. *Hor. l.* 3. *ode* 6. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo: & fingitur artubus Jam nunc, & inceſtos amores De tenero meditatur ungui. ¶ *In unguem*, vel *ad unguem*, eſt ad perfectionem; perfecte, abſolute, translatione a lapicidis, qui ungue marmoris levitatem experiuntur. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. Suturæ calvariæ committuntur in unguem. *Virg. a. Georg. v.* 277. Nec ſecius omnis in unguem Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. *Hor. l.* 1. *Serm. ſat.* 5. Capitoque ſimul Fontejus, ad unguem Factus homo, i. e. omni ex parte urbanus, politus, &c. *Id. de art. poet. v.* 294. caſtigatæ carmen ad unguem perfectum. Hic pertinet & illud *Perſ. ſat.* 1. *v.* 64. carmina molli Nunc demum numero fluere, ut per lævе ſcvero Effundat junctura ungues. h. e. carminum compoſitionem ita æquabilem, & expolitam, nihil ut ſit, quod aures offendat, quemadmodum duorum marmorum junctura apte commiſſum; ungues nulla aſperitate remoratur. ¶ *Translate dicitur etiam de planetis. Plin. l.* 12. *c.* 9. *de bellio*. Bactriano nidor ſiccus, multique candidi ungues. *Id. l.* 21. *c.* 10. *de roſa*: Capita foliorum, parteſque candidæ, ungues vocantur. ¶ *Ungues ferrei*, inſtrumenta quædam ferrea, quibus vindemiatores unguium vice utebantur ad colligendas uvas. *Col. l.* 12. *c.* 18. Et ungues ferrei quam plurimi parandi, & exacuandi ſunt, ne vindemiator diſtringat uvas, & non minima fructus portio, diſperſis acinis, in terram dilabatur. ¶ Unguis etiam eſt virium oculi, ideſt nervoſa quædam adnatæ membranæ exceſcentia, a majori oculi angulo ut plurimum adnaſcens, ad oculi coronam ita procedens, ut quandoque pupillam operiat, *unghia*, & *ungula*. *Celſ. l.* 7. *c.* 7. Ungues vero, quod πτερύγιον Græci vocant, eſt membranula nervoſa oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. ¶ Hoc nomen in ablativo facit *ungue*, & *ungui*, ut *Priſcianus*. *l.* 7. monet. *Horat. l.* 2. *od.* 8. Dente ſi nigro fieres, vel uno Turpior ungui. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 30. Et tenui primam deligere ungue ſoſam.

Ungŭla, æ, *t. unghia*, הַיָּלָה, ὀνυχὶ, calceus corneus, pedes muniens eorum animalium, quæ digitos non habent, ſive etiam ea pars pedis, quæ cornu tegitur. V. *Unguis*. *Virg.* 8. *Æn. v.* 596. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* Ergo illud in ſilice, quod hodie apparet apud Regillum, tanquam veſtigium ungulæ Caſtoris equi credis eſſe? *Plin. l.* 11. *cap.* 46. Ungulæ veterino tantum generi renaſcuntur. ¶ *Omnibus ungulis*, proverbii ſpeciem habet pro eo, quod eſt omnibus viribus, & conatu totius corporis niti, ut etiam ungues, qui ſunt in extremitate collocati, intendantur, quos *Plinius* exiſtimat eſſe ſummas nervorum claufulas. *Cic.* 2. *Tuſc. c.* 24. Toto corpore, atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis aſſerviunt. ¶ *Inficere ungulas*, eſt rapere, vel furari. *Plaut. Pſeud.* 2. 2. 48. Nunc ſcio, febrim tibi eſſe, quia non licet huic injicere ungulas. ¶ Ungulas quoque dixere ſuppliciі genus ungulas ferarum referens, quo latera reorum effodiebant, ac ſulcabant ad veritatem extorquendam. *Prudent. Periſteph. l.* 11. *v.* 44. Ille virgas, & ſecures, & biſulcas ungulas Ultro fortis expetebat.

Ungulātus, a, um, adject. *ongbiato*, ungula munitus. *Tertul. in Apolog. c.* 26. Altero pede ungulatus. ¶ *Cato apud Feſt.* ungulatos appellavit, qui magnos, & aſperos ungues habent.

Ungŭlus, li, m. *anello*, a priſcis Latinis ita vocitatus eſt annulus, ut ſcribit. *Pl. l.* 33. *c.* 1. exſtarque hujus vocis exemplum ex *Pacuvio* apud *Feſtum*, qui ductam ab Oſcis fuiſſe teſtatur.

Ungŭo. V. Ungo.

Ungŭſtus, fuſtis uncus. *Paul. apud Feſt.*

Unianĭmus. V. Unanimus.

Unicalămus, a, um, quod unicum habet calamum. *Plin. l.* 18. *cap.* 8. *de frumento*: Unicalamum præterea, nec uſquam capax, ſeriturque nonniſi tenui terra.

Unicaulis, & le, o. 3. *d' un caule*, μονόκαυλος, quod unum caulem habet, nec in ramos ſpargitur. *Plin. l.* 19. *c.* 10. Eſt autem unicaule, radice bulbo ſimili.

Unice, adv. *unicamente*, יחיד, μόνως, ſingulariter. *Plaut. Bacch.* 2. *a.* 2. *ſp.* Imo unice unum plurimi pendit. *Cic. in Or. c.* 1. Nam & negare ei, quem unice diligerem, &c. *Horat. l.* 1. *od.* 26. Quid Tyridatem terreat, unice ſecurus. h. e. ego ſingulariter, & e multis unus ſum, qui nihil curo, quid Tyridatem terreat.

Unicŏlor, o. 3. *di un colore*, Ger. *einer farb*, Gall. *d' un couleur*, Hiſp. *de un color*, μονοχρώματος, quod eſt unius coloris. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 610. At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro Plumeus, unicolor, pullo velamine textus. Alii leg. *atricolor*. *Plin. l.* 32. *c.* 9. Dulciores fœminæ ſunt, & unicolores.

Unicolōrus, a, um, adject. idem quod unicolor. *Prudent. Hamartig. v.* 819. Sic animas cæli de fontibus unicoloras Infundit natura ſolo.

Unicornis, ne, adject. *unicornuto*, animal unum tantum cornu in capite gerens, μονοκέρως. *Plin. l.* 8. *c.* 21. In India boves ſolidis ungulis unicornes. *Id. l.* 11. *c.* 46. Unicorne (*animal*) afinus tantum Indicus.

Unicorporĕus, a, um, quod unum corpus habet. *Firmic. l.* 2. *c.* 12. Taurus eſt ſignum in cœlo fœminiuum, ſeptentrionale, unicorporeum.

Unicultor, oris, m. qui unum Deum colit. *Prud. in paſſione Cypriani v.* 90. Unicultor, inquit, ſervo ſalutiferi myſteria conſecrata Chriſti.

Unicus, a, um, *unico*, *ſolo*, *ſingolare*, יָחִיד, אַחַד, Germ. *einig*, Gall. *unique*, *ſeul*, Hiſ. *unico*, μόνος, ſingularis, ſolus, unus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 14. Et quæramus, quæ tanta vitia fuerint in unico filio. *Horat. l.* 3. *od.* 14. Unico marito gaudens mulier. ¶ Quia vero unici filii ſemper cariores ſunt, interdum hæc vox idem ſignificat, quod ἀγαπητὸς, ideſt dilectus. *Plaut. Capt.* 1. 2. 49. Tibi ille unicus ſit, mihi etiam unico magis unicus. ¶ Accipitur quoque pro ſummo, ſive præclaro, ac ſingulari. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 3. Nam ut Poeta eſt prorſus ad eam rem unicus. *Cic. de Sen.* In quem illud elogium unicum plurimæ conſentiunt gentes, &c. *Lucan. l.* 4. *v.* 509. Unica mors. *Catul. carm.* 72. (al. 68.) Qui me unum, atque unicum amicum habuit. ¶ Hinc *unicos imperatores* honoris cauſa appellabant *Catul. carm.* 29. *ad Fur. verſ.* 12. & *Sueton. in Oth. in fin.*

Uniformis, & me, o. 3. *uniforme*, μονοειδὴς, unam habens formam, ſimilis, ſimplex. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 5. Ut horrore uniformis alimoniæ edendi deſiderium langueſceret. *Apul. l.* 11. *Met.* Deorum, Dearumque facies uniformis. *Auct. dial. de Orat. c.* 33. Simplex quidam, & uniforme doceri.

Uniformĭtas, atis, f. *uniformità*, unitas in forma, ſimilitudo, ſimplicitas. *Macrob. l.* 7. *Satur. c.* 5. Cur illis providere varietatem laboras, iſti ſqualloreм uniformitatis adjicis? Adde *Arnob. l.* 7.

Uniformĭter, adverb. *uniformemente*, ſimiliter, ſimpliciter. *Apul. in Triſmegiſt.* Omnis humana immortalis eſt anima, ſed non uniformiter cunctæ. Adde *Arnob. l.* 2.

Unigĕna, æ, com. g. *unico*, *unigenito*, יָחִיד, μονογενὴς, unus, unicus, unigenitus. *Cic. de Univ. c.* 4. Idcirco ſingularem Deus hunc mundum, atque unigenam procreavit. ¶ Sumitur etiam pro eo, quod unico parente genitum eſt, ut *Pallas unigena*, quia ex Jovis cerebro nata eſt abſque matre. *Catul. in Argon. verſ.* 300. Unigenītus, i, m. *unigenito*, unicus ex ſuis parentibus natus. *Tertull. adverſ. Gnoſt. cap.* 7.

Unijŭgus, a, um, μονόζυγος, quod unum jugum habet, ut *Unijugæ vites*, quæ ſimplici nituntur jugo, cum haſtilibus in terra defixis ſingulæ tranſverſæ pertiçæ in unam tantum partem ordinis ſuperincumbunt. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Si unijuga erit vinea. ¶ Unijugus etiam dicitur, qui ſemel tantum matrimonium iniit. *Tertul. de Monogam. c.* 6. Joſeph unijugus.

Unimammia, vel Unomammia, æ, vox ficta a *Plaut. Curcul. a.* 3. *v.* 75. ad ſignificandum forſaſſe regionem Amazonum, quæ alteram ſecabant mammam, quo expeditiores eſſent ad tela jacienda. Verba *Plauti* ſunt: Centauromachiam, & Claſſiam Unimammiam. Al. leg. *Claſſem Unimammiam*. h. e. ab Amazonibus conſiatam.

Unimănus, a, um, *di una mano*, μονόχειρος, unam tantum manum habens. *Liv. l.* 35. *c.* 20. Capram ſex hœdos uno fœtu edidiſſe, ex Picæno nuntiatum eſt, & Acetii puerum natum unimanum. Adde *l.* 41. *c.* 21.

Unimŏdus, a, um, adject. unius modi, ſeu formæ. *Prudent. in Pſychom. v.* 770. Unimodis compagibus unus.

Unio, onis, fem. *unione*, *concordia*, יִחוּד, ἕνωσις, concordia, conjunctio, copulatio, cohærentia, vinculum. *Tertullian. de Monogam. cap.* 4. Denique perſeveravit unio conjugii. Sed hoc loco unio ſignificat non conjunctionem, ſed unitatem, h. e. monogamiam, uniuſque uxoris in matrimonio uſum. Cæterum pro conjunctione uſurpatur *Hieron. & Auguſtino*, pro unitate etiam *Hieron. in Amos c.* 5. & *Tertullian. de reſurr. carn. c.* 2.

Unio, onis, m. *perla*, פְּנִינִים, μαργαρίτης, margarita, id, quod in concha naſcitur. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus, in tantum, ut nulli duo reperiantur indiſcreti: unde nomen unionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ. Nam id apud Græcos non eſt, ne apud barbaros quidem inventores ejus, aliud, quam margaritæ. ¶ Falſi itaque ſunt *iſid.* & *Solin.* qui ſcripſere, uniones dictos, quod unici ſemper, nunquam duo, aut plures in concha inveniantur. ¶ Feminino genere, *Trebel. Pol.* in XXX. *Tyran. c.* 32. *ad fin.* Hæc uniones Cleopatranas habuiſſe perhibetur.

Unio, onis, m. cæpa unius capitis, vel nuclei, μονόκοκκος, μονοκέφαλος. *Columa. l.* 12. *cap.* 10. Pompejanam, vel Aſcalonian cæpam, vel etiam Marſicam ſimplicem, quam vocant unionem ruſtici, eligito. Ea eſt autem, quæ non fruticavit, nec habuit ſuboles adhærentes.

Unio, is, a. 3. *congiungere*, *aggiungere*, *adunare*, יחד, חִבֵּר, Ger. *vereinigen*, Gall. *unir*, Hiſp. *ayuntar*, ἑνόω, in unum redigo, conjungo, copulo. *Tertull. de anim. c.* 17. Cœlum mari unitur.

Uniocŭlus. V. Unoculus.

Unĭola, æ, f. herba, quæ & gramen dicitur. *Apul. de herb. c.* 77.

Unipetălus, a, um, adject. uno tantum pede, ſeu caule præditus. *Marcel. Empir. c.* 15. Manipulus urticæ unipetiæ.

Unĭſtirpis, & pe, o. 3. *d' una ſtirpe*, μονοτέλεχος, quod a radice caudicem unicum habet aſſurgentem. *Plin. l.* 16. *c.* 30. In longitudinem excreſcunt abies, larix, palma, cypreſſus, ulmus, & ſiqua uniſtirpia.

Unĭtas, atis, f. *congiunzione*, *identità*, *una coſa ſola*, יִחוּד, μονάς, conjunctio, indiſcreta alicujus rei cum ſuis partibus ſimilitudo. *Plin. l.* 5. *cap.* 9. Menſura ab unitate alvei, unde ſe primum findit in latera, ad Canopicum oſtium CLXV. *Id. l.* 16. *c.* 22. Maxime foliorum unitas in ſuo cuique genere permanet. *Id. lib.* 2. *cap.* 32. Toranius M. Antonio jam Triumviro eximios forma pueros uterum in Alpes genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit, tanta unitas erat. ¶ Item convenientia, concordia. *Senec. de vita beata*, *cap.* 9. Virtutes enim ibi eſſe debebunt, ubi conſenſus, atque unitas erit, diſſident vitia. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ ita commiſcentur, ut ex pluribus unum quid fiat. *Celſ. lib.* 4. *c.* 19. Donec omnia, quæ indita ſunt, liquata in unitatem quandam coeant. *Senec. l.* 2. *quæſt. nat. c.* 2. Hoc primum præſumendum, inter ea corpora, a quibus unitas eſt, aera eſſe. *Juſtin. l.* 2. *c.* 1. Mundi quæ nunc partes ſunt, aliquando unitas fuit.

Unĭter, adv. *unitamente*, *di concordia*, conjuncte, concorditer. *Lucr. l.* 3. *v.* 850. Cum corporis, atque animai Diſſidium fuerit, quibus hæſimus inter apti. Adde *l.* 5. *v.* 538. & *v.* 556.

Unĭtus, a, um, nom. partic. *unito*, conjunctus. *Senec. lib.* 2. *quæſt. nat. c.* 2. Expedire me poteram, ſi philoſophorum lingua uti voluiſſem, ut diceremem unita corpora. *Arnob. lib.* 3. Conſenſionis unitæ animoſitas. *Apul. l.* 11. *A. A.* Unita ratio.

Universālis, & le, o. 3. *universale*, כְּלָל, Ger. *allgemein*, Gall. *universel*, Hiſp. *universal*, καθολικὸς, ad univerſos pertinens. *Auctor ad Heren. l.* 2. *c.* 24. In hujuſmodi rationibus non univerſali, atque abſoluta, ſed extenuata ratione expoſitio confirmatur. Aliqui legunt *univerſa*. *Quintil.* 4. *c.* 23. Καθολικὰ, ideſt, ut dicamus quomodo poſſumus, univerſalia.

Universaliter, adverb. *univerſalmente*, idem ac univerſe. *Cajus*, *l. quod ſæpe* §. *in iis*, *ff. de contrab. empt.* Si grex univerſaliter venierit. *i. e.* totus una venditione.

Universātim, adverb. *univerſalmente*. *Sidon. l.* 8. *ep.* 2. Univerſatim feveritduo votis aliquem conſecrare.

Universe, adverb. *univerſalmente*, *generalmente*, בִּכְלָל, καθόλου, ὅλως, generaliter, generatim, cui *ſingillatim* opponitur. *Cic.* 7. *Verr. c.* 55. Quid ego de exteris Civium Romanorum ſuppliciis ſigillatim potius, quam generatim, atque universe loquar? *Id. Attic. l.* 8. *epiſt.* 11. Nec tam irruptio perrimeſcenda eſt, quam univerſe interitus.

Universim, adverb. idem ac univerſe. *Gel. l.* 1. *c.* 3. Sed generibus rerum ſummatim, universimque utitur.

Universĭtas, atis, *f. univerſità*, τὸ πᾶν, כְּלָל, מִכְלוֹל, rerum tota multitudo. *Cic. de nat. Deor. cap.* 65. Licet enim contrahere univerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremo deducere ad ſingulos. *Col. in præf. l.* 1. De ruſticationis univerſitate nihil attinet nunc plura dicere, *d'all'agricoltura in generale*. *Pl. l.* 3. *ep.* 16. Non temere nunc de univerſitate (*libri*) pronuncio; de partibus experiar legendo. ¶ Sæpe ponitur pro mundo. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 43. Tum enim cenſet imagines divinitate præditas ineſſe in univerſitate rerum. *Id. de Univ.* Quod ſi univerſitatis corpus planum, & æquabile explicaretur. *Id. ib.* Singulos adjunxit ad ſingula, atque ita quaſi in curtum univerſitatis impoſuit.

Universus, a, um, *universo*, *tutto*, כֹּל, Ger. *gantz*, *und gar*, Gall. *tout*, *ſans rien excepter*, Hiſ. *todo*, σύμπας, omnis, totus, integer. *Cic. pro Cac. c.* 20. Univerſa familia. *Id.* 1. *Offic. c.* 31. Univerſa natura. *Id. pro Roſc. Com. c.* 15. Vita univerſa. ¶ In plurali num. ſignificat omnes conjunctim, & opponitur *ſingulis*. *Cic. de Orat. c.* 5. Ex iis rebus univerſis eloquentia conſtat, quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. *Id. a. de nat. Deor. c.* 66. Dii ſeparatim ab univerſis ſingulas diligunt. *Nepos in Themiſt. c.* 4. Univerſos eſſe pares ajebat, diſperſos teſtabatur perituros. ¶ *Univerſi omnes* per pleonaſmum dixere *Plaut. Trin.* 4. 4. 40. & *Apul. l.* 7. *Met.* Sic, *univerſum totum*, *Id. Plaut. ib. l.* 2. 134. ¶ *In univerſum* eſt generaliter, universe. *Tacit. de German. c.* 5. Terra, etſi aliquando ſpecie differ, in univerſum tamen aut ſilvis horrida, aut paludibus fœda. *Id. ibe. c.* 6. In univerſum æſtimanti, plus penes peditem roboris. ¶ *Unuſquſum pro univerſum* metri cauſa *Lucret. l.* 4. *v.* 262. Sed magis univerſum, fieripue peringe videmus. Alii tamen leg. *univerſum*, ut ſit pes creticus pro dactylo, quæ ſane inſolens licentia eſt, præſertim in heroico carmine.

Univīra, æ, f. mulier, quæ unum tantum virum habuit. *Tertul. in exhort. ad caſtit. c. ult.* Ut & virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur. ¶ Adjective *Id. adverſ. Pſych. c.* 8. Univira viduitas. ¶ Legitur etiam *univiria*. *Trebel. Pol. in* 30. *Tyran. c.* 32. Quam majores noſtri univiriam facerdotem inter ſacratiſſimas fœminas adorarunt.

Univirātus, us, m. ſtatus monogamiæ, h. e. ejus, quæ ſemel tantum nupſit. *Tertul. l.* 2. *ad uxor. c. ult. & l.* 2. *c.* 2.

Univīria. V. Univira.

Univŏcus, a, um, adject. Vox univoca dicitur, quæ multis diverſis rebus tribuitur. *Martian. Capel. l.* 4. Univocis æquivoca connectere.

Uniuſmŏdi, *ſimile*, אַחַד, ὁμοιδὴς, uniformis, non varius. Re vera ſunt duæ voces inter ſe diſtinctæ, ſed vulgo conjunctim pronuntiantur inſtar adverbii. *Ter. Heaut. l.* 2. *c.* 31. Nam parentum injuriæ uniuſmodi ſunt ferme. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 6. Noli putare, tolerabiles horum inſanias, nec uniuſmodi fore. *Id. de Univ. c.* 7. Materia uniuſmodi, & ſui ſimilis.

Uno, as, a. 1. unio, unum facio. *Tertul. adverſ. Prax. c.* 27. Incipiunt illos dividere potius, quam unare.

Unoculus, a, um, μονόφθαλμος, unicum habens oculum, quales Poetæ fingunt fuiſſe Cyclopes. *Plaut. Cure. a.* 3. *v.* 22. Unocule ſalve. Quidam legunt *unioculo*. *Gell. l.* 3. *c.* 11. *de Cyclope*; Itidem, inquit, vel maxime, quod unoculus fuit, rem tam inſignem non præteriſſet. *Solin. c.* 15. Atimaſpi unocula gens.

Unomammia. V. Unimammia.

Unŏſe, adv. una, ſimul. *Pacuv. apud Non. c.* 2. *n.* 88. Occidiſti, ut multa paucis verba unoſe obnuntiem.

Unquam, adv. *alcuna volta*, *giammai*, ποτέ, פַּעַם, aliquo tempore, ullo tempore. *Plaut. Aul.* 3. 3. 2. Neque id in tantis periculis unquam committam, ut fiet. *Cic. de Aruſp. reſp.* Quod quidem ſacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violavit, nemo unquam adiit. *Virg. Ecl.* 1. Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat. *h. e.* ſemper. ¶ Nemo unquam. *Cic. Att. l.* 3. *ep.* 12. Ita ſim afflictus, ut nemo unquam. ¶ Interdum additur genitivus gentium. *Cic.* 4. *Tuſc. c.* 30. *ex poeta*: Quis homo te exſuperavit unquam gentium impudentia? Quidam volunt legi *uſquam*.

Unus, a, um, *uno*, *un ſolo*, εἷς, μία, ἕν, אֶחָד, nomen numerale cardinale. Uſurpatur vel abſolute. *Cic. pro Quinct.* Alphenus ſervulum unum adducit. *Id.* 2. *Offic. c.* 12. Confugere ad unum aliquem. *Id.* 1. *Offic. c.* 32. Cum duas cerneret vias, unam voluptaris, alteram virtutis. *Id. de Sen. c.* 5. Uno, & octogeſimo anno mortuus eſt. ¶ Vel cum ablat. & præpoſ. *e*, vel *ex*, vel *de*, aut cum genitivo. *Cic.* 4. *Acad.* Quem unum e Phyſicis potiſſimum probabit. *Tacit.* 12. *Ann. c.* 5. Ille, unum ſe civium, & conſenſui imparem reſpondit. ¶ In genitivo ſingulari habet *unius*, penultima apud Oratores porrecta, apud Poetas communi. *Virg.* 1. *Æn.* Unius ob iram Prodimur. *Id. ib.* Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei. ¶ Legitur etiam *uni* in genit. pro *unius*. *Catul. ep.* 17. Ludere hanc finit, nec pili facit uni. Adde *Titin. apud Priſc. l.* 6. ¶ Aliquando in oratione *unus* ſubricetur. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Nec deſunt, qui Tropis Figuræ nomen imponant, quorum eſt C. Attorius Proculus, ideſt *quorum unus eſt*. ¶ Accipitur etiam pro ſolo. *Terent. Adelph.* 3. 5. 82. Illum curo unum, ille ad me attinet. *Cic. l.* 4. *Fam. ep.* 13. P. Nigidius unus omnium doctiſſimus, & ſanctiſſimus. *Plin. l.* 9. *c.* 17. Acipenſer unus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam natando meat. *Id. l.* 11. *c.* 37. Calvitium uni tantum animalium homini. ¶ Minus tamen ſignificat, quam *ſolus*, & eum eo interdum conjungitur. *Cic. in Piſon. c.* 40. Te unum ſolum, ſuum depeculatorem, vexatorem veniſſe ſenſerunt. *Id de Aruſp. reſp. c.* 7. Uno illo ſolo antiſtite diſſentiente. *Horat. l.* 1. *ep.* 6. Nil admirari, prope res eſt una Numici, ſolaque quæ poſſit facere, & ſervare beatum. ¶ Ponitur etiam pro pronomine idem. *Plaut. Capt. prol. v.* 20. Hic, poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem, quia quaſi una ætas erat. *Id. Mil.* 3. 1. 132. Uno exemplo omnes vivunt. *Caſ. l.* 3. *Ep. Civ. c.* 15. Atque uno etiam tempore accidit. ¶ Item pro aliquis, quidam, & fere in contemptum. *Plaut. Truc.* 1. 2. 32. Quis is eſt homo, Aſtaphium? unus ne amator? *Cic. Phil.* 2. *c.* 3. Tanquam mihi cum M. Craſſo contentio eſſet, non cum uno gladiatore nequiſſimo. *Id. t. de Orat. c.* 29. Sicut unus paterfamilias his de rebus loquor. *Catul. carm.* 22. Unus caprimulgus, aut foſſor rurſus videtur. ¶ Cum iis nominibus, quæ neceſſario in plurali numero uſurpantur, etiam *unus* in plurali ponitur. *Salluſt. in Catil. c.* 6. In una mœnia convenere. *Cic. pro Sext. c.* 26. Unis moribus vivere. *Plaut. Pſoud.* 1. 1. 52. Unæ quinque remorantur minæ. Sic unæ ædes, unæ nuptiæ, apud *Terent. Eun.* 2. 3. 75. & *Andr.* 4. 1. 51. ¶ *Unus & alter*: *duo*, εἷς, καὶ δύο, ponitur pro duobus, ut alter & tertius pro tribus. *Cic.* 4. *Ver.* Repente iſte teſtes citari jubet, dicit unus & alter breviter; nihil interrogatur. *Id. 6. Ver. c.* 29. Dies unus, alter, plures: non referri. *Id.* 7. *Ver.* Unum, alterum menſem, prope annum. *Id. Att. l.* 7. *ep.* 8. Quid enim eſt tantum in uno, aut altero die? *Id.* 1. *Acad. c.* 5. Ratio triplex, una, altera, tertia. ¶ Alter aliquando ſubaditur. *Virg.* 9. *Æn.* Vix unus Helenor, Et Lycus elapſi, quorum primævus Helenor, &c. ¶ *Ad unum* ſignificat, nemine, ne uno quidem excepto. *Virg.* 5. *Æn. v.* 687. Si non exoſus ad unum Trojanos. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 14. Operariæ omnes ad unam a nobis ſunt exceptæ. *Cæſ. l.* 4. *c.* 1. Ad unum omnes occiſi ſunt. ¶ *In unum*, ſubaudi *locum*. *Virg. Ecl.* 7. Compulerantque greges Corydon, & Thyrſis in unum. *Salluſt. in Jugur. c.* 51. Milites in unum conducit. ¶ Conjungitur aliquando cum *nemo*. V. Nemo. ¶ Interdum cum *maxime*. *Liv. l.* 1. *c.* 57. Id quod unum maxime in præſentia deſiderabatur, *ſopire totos*. ¶ *Unus e multis* dicitur, qui inter multos nihil excellit. *Cicer. de clar. orat. c.* 79. M. Calidius non fuit orator unus e multis: potius inter multos ſignatis fuit. *Ovid. de remed. amor. v.* 681. Nulla ſit ut placeas alienæ cura puellæ: Jam facito, e multis una ſit illa tibi. ¶ Reperitur & *uno* vel *una* dat. pro *uni*, & *une* voc. apud veteres. ¶ Præterea additur pronominibus, *ille*, *quiſquam*, *aliquis*, *quivis*, *quilibet*, *ullus*, *quidam*, *nemo*, *nihil* apud optimos latinitatis auctores.

Unuſquĭlibet, unaquælibet, unumquodlibet, *ciaſcuno*, *ogn' uno*, כָּל, ἕς ἕκαστος, idem ac quilibet. *Sen. controv.* 26. Ut unuſquiſque ſatis ſit. ¶ Dividitur etiam eleganter. *Liv. l.* 6. *c.* 40. Si non ſim ex patritio ſanguine ortus, ſed unus Quiritium quilibet.

Unuſquisque, unaquæque, unumquodque, & unumquidque, *ciaſcheduno*, πᾶς ἕκαστος, πᾶς τις, πάντες ὅσοι, אִישׁ, כָּל אֶחָד, ſinguli. *Cic. pro Font. c.* 6. Mihi enim ſemper unaquaque de re teſtis non ſolum ſemel, verum etiam breviter interrogatus. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 30. Leviter unumquodque tangam. *Id. Ver. 6. c.* 59. Qui hoſpites ad ea, quæ viſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidque oſtendere. *Id. Parad.* 1. Ponite ante oculos unumquemque legum. ¶ *Unumquidquid*, pro unumquidque. *Lucr. l.* 5. *v.* 1387. Sic unumquidquid paulatim protrahit ætas. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 39. Si unumquidquid ſingillatim, & placide percontabere.

Unxia, æ, f. Dea, quæ unctionibus præerat. *Arnob. l.* 3. Unctionum ſupereſt Unxia, cingulorum Cinctia replicationi. *Id. l.* 7. Bos ſterilis Unxiæ mactatur. ¶ Quidam putant hoc nomine dictam fuiſſe Junonem, quæ nuptiis præerat, quia ſponſa mariti domum ingrediens poſtes inungebat.

V A N T E O.

Vocabŭlis, le, adject. idem quod vocalis. *Gel. l.* 13. *c.* 20. Sonus vocabilior eſt vivſus, & amœnior. Alii leg. *vocaliter*.

Vocabŭlum, i, n. *vocabolo*, *voce*, *dizione*, תֵּבָה, טֶלָה, Ger. *ein nammen*, *wort*, Gall. *nom*, *parole*, Hiſ. *palabra*, λέξις, dictio, qua res ſingulæ vocantur, aut voce efferuntur. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 40. Nam ſi res ſuum nomen, & proprium vocabulum non habet. *Plin. l.* 11. *ep.* 14. Neque enim alio vocabulo poteſt exprimi. *Hor. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 80. Vocabula rebus imponere. ¶ Differunt nomina, & vocabula, ut docet *Ver. l.* 7. *de L.L.* quia nomina finita ſunt, & ſignificant res propriας, ut *Romulus*, *Helena*: vocabula autem infinita, & res communes deſignant, ut *mulier*, *ſcutum*. Aliquando tamen vocabulum pro nomine ponitur. *Tac.* 12. *Ann. c.* 66. Deligitur artifex talium, vocabulo Locuſta. *Id. Ann. l.* 3. *c.* 12. Libertina, cui vocabulum Acte fuit. Adde *Ovid. l. Faſt. v.* 511.

Vocālis, & le, o. 3. *vocale*, *ſonoro*, קוֹלִי, תְּנוּעָה, φωνὴς, ἔμφωνος, quod eſt magnæ vocis, ſonorum. *Ovid. 11. Metam.* Carmine vocali clarus, citharaque Philamon. *Tibul. l.* 2. *eleg.* 5. Vocales impellere pollice chordas. *Sen. l.* 2. *qu. nat. c.* 29. Vocaliora ſunt vacua, quam plena. *Plin. l.* 4. *epiſt.* 7. Eligere vocaliſſimum aliquem, qui legeret. ¶ Ponitur etiam ſimpliciter pro eo, qui vocem habet, qui eſt in numero loquentium. *Cic. in Brut. c.* 69. Addamus hoc etiam, ne quem vocalem præteriiſſe videamur, C. Coſconium. *Val. Max. l.* 1. *c.* 8. *de miraculis*, *in externis*, n. 4. Ægles Samius athleta mutus, cum ei victoriæ, quam adeptus erat, titulus, & præmium eriperetur, indignatione accenſus, vocalis evaſit. ¶ Literæ vocales, apud Grammaticos, γράμματα φωνήεντα, ſunt illæ, quæ per ſe vocem faciunt, ideſt quæ per ſe, ſine conſonantibus, pronuntiari poſſunt, ut *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, & in Græcis dictionibus etiam *y*. *Cic. in Orat. c.* 23. Habet enim ille tanquam hiatus concurſu vocalium molle quiddam.

Vocālitas, atis, f. *conſonanza*, קוֹל, φωνὴ, ἔμφωνία, conſonantia. *Quintil. l.* 11. *c.* 5. Sola eſt, quæ notari poſſit, velut vocalitas, quæ ἔμφωνία dicitur.

Vocaliter, adv. per vocem, ſeu vocabulum. *Tertul. adverſ. Prax. c.* 3. Μονοπρόσωπον, inquiunt, renemus; & ita ſonum ipſum vocaliter exprimunt etiam Latini.

¶ Item magna voce. *Apul. l.* 1. *Met.* Januam firmiter oppoſſulatam pulſare vocaliter incipio. *h. e.* pulſare ſimul clamando, & vocando.

Vocāmen, inis, n. *nome*, *vocabolo*, ὄνομα, nomen, appellatio. *Lucr. l.* 2. *v.* 656. Et Bacchi nomine aburi Mavult, quam laticis proprium proferre vocamen.

Vocātes, m. 3. Boates, *le Capitaine de Bach*, pop. Galliæ, in Aquitania, in ora Oceani Aquitanici, quorum opp. *Vigue*.

Vocātio, onis, f. *invito*, קְרִיאָה, κλῆσις, invitatio ad cœnam. *Catul. ad Porcium carm.* 48. Vos convivia lauta ſumptuoſe De die facitis: mei ſodales Quærunt in trivio vocationes. *i. e.* eo miſeriæ ſunt redacti, ut quærant, a quibus vocentur ad cœnam. Sunt qui leg. *vocationes*. *Juſtin. l.* 17. *c.* 4. Non in convivio, ſed in campo; non in vocationibus, ſed in exercitationibus. Alii *vocationibus*.

Vocative, adverb. *in vocativo*, per vocativ

bonorum hæredem institueret, pluſve cuiquam legaret, quam ad hæredes perveniret; item ne fœminæ cuiquam ab intestato succederent. Meminit ejus lex Gic. 3. Phil. c.6. de Senect. & alibi. ¶ Voconia pyra fortaſſe dicta ſunt a quodam Voconio, qui ea primum feverit: quamquam Plin. l.15. c.15. inter ea refert, quorum nominis ratio ignoratur.

Voconii, m. 1. pop. Galliæ Narb. ubi dodic. Diœceſis Dienſis in Delphinatu, & Diœceſis Vaſionenſis in Com. Vindaxino, quorum urbes Dia, & Vaſio, quæ & Forum Voconii, vel Vocontiorum. Alii eis attribuunt regionem Val de Viſo.

Vocula, æ, f. voce picciola, vocina, קול, מלה, φωνίδιον, parva vox. Cic. 3. de Or. Quanto meliores ſunt, & delicatiores in cantu flexiones, ac falſæ voculæ, quam certæ, ſeu ſeveræ? Propert. l.1. eleg.10. O utinam trajecta cava mea vocula rima Percuſſas dominæ vertat in auriculas. ¶ Ponitur & pro parva, ſeu brevi dictione, paroletta. Gel. l.12. c.14. de verbo ſaltem: Significatio hujus voculæ. Cic. Fam.2. ep.15. Malevolorum voculæ. h. e. detractiones.

Vocularius, onis, f. accentazione, מעם, vocis quantitas, accentus, pronunciatio dictionis alicujus juxta accentum. Nigid. apud Gel. l.13. c.25. Voculatio qui poterit ſervari, ſi non ſolemnis in nominibus, ut Valerii, utrum interrogandi, an vocandi (caſus) ſint? nam interrogandi ſecunda ſyllaba ſuperiore tono eſt, quam prima, &c. Gel. ib. Quem accentum nos dicimus, voculationem appellat. Id. l.13. c.6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

Vogeſus, m. 2. le mont de Vauge, mons Galliæ Belgicæ. Extenditur inter Lotharingiam, & Com. Burgundiæ, uti etiam inter Lotharingiam, & Alſatiam, ubi ineſt ſylva Vogeſa. Ex eo profluunt fluvii, Monſella in Bor., & Arar etiam in Bor. non etiam Moſa, ut aliqui ſcribunt. Lucan. l.1. v.397. Caſtraque, quæ Vogeſi curvam ſuper ardua rupem Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Vola, æ, f. l. palma della mano, e cavità di ſopra del piede, יָד, Ger. die flache hand, Gall. la paume de la main, Hiſ. palme, ϑέναρ, cava pars manus, ſive pedis. Feſt. Vola, veſtigium medii pedis concavum. Sed & palma manus vola dicitur Serv. in 2. Æn. Vola, medietas palmæ, & pedis. Plin. l.11. c.45. Vola homini tantum, exceptis quibuſdam.

Volabile videtur poſitum adverbii more pro volando, h. e. velociter, celerrime, volantis modo, in illis Varronis verbis, quæ refert Non. c.18. n.8. & 21. Aut ille cervum qui volabile currens, ſparo ſecutus tragulaque trajicit. Alii tamen leg. volab lem: ut intelligat volantem cervum, alii volucrem.

Volans, antis, o. g. πετόμενος, partic. a volo, as. Virg. 3. Georg. Currus agitare volantes. Id. 1. Æn. Cœloque invectus aperto, Flectit equos, curruque volans dat lora ſecundo. ¶ Volantes abſolutè ponuntur pro avibus. Virg. 6. Æn. de Averni palude: Quam ſuper haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis.

Volaterræ, f. 1. Volterra, col. & urbs Hetruriæ, in monte, condita a Jano, five a Tyrrheno Lydio, anno ante Urbem conditam 500. una ex primis 12. Tuſcorum coloniis. Eo coloniam deduxit L. Sylla dictator, deinde C. Julius Cæſar Dictator, poſtea Triumviri Reipublicæ conſtituendæ. Sigon. de ant. jure Italiæ l.3. c.4. Plin. l.3. c.5.

Volaterrānus, a, um, adject. ad Volaterras pertinens, ut Volaterrana vada apud Cic. pro Quinct. c.6. V. Vada. ¶ Volaterrani, orum, Volaterræ incolæ. Id. pro Dom. cap.50.

Volatĭca, æ, f. לִילִית, lamia, venefica, ſtrix, a volando, quia veteres putarunt, veneficas ſe in ſtriges aves converſere. Feſt. in Strigas: Striges, aves nocturnas, ut ait Verrius, Græci σρίγγας appellant: a quo maleficis mulieribus nomen inditum eſt, quas volaticas etiam vocant. ¶ Exſtat præterea hæc vox apud Tertul. de Pal. c.6. Et grammaticus, inquit, & rhetor, & ſophiſta, & medicus, & poeta, & qui muſicam pulſat, & qui ſtellarem conjectat, & qui volaticam ſpectat. Alii eum qui volaticam ſpectat intelligunt aruſpicem, qui ex volatu avium conjectat; alii geometram ſic appellatum volunt a vola manus, qua res dimetiuntur, vel a vola, qua ſignificat terram in Etruſca diſciplina, ducta origine a lingua Phœnicia.

Volatĭcus, a, um, volatice, volante, volubile, עָף, קַל, πτερόεις, quod volat, & cito tranſit, velox, & translate incoſtans, levis, inſtabilis. Cic. Art. l.13. ep.25. O Academiam volaticam, & ſui ſimilem, modo huc, modo illuc, &c. Id. de Aruſp. Reſp. c.22. Illius furentes, ac volaticos impetus in ſe ipſos poſſe converti. Alii hic leg. Violentos, Senec. epiſt.42. Volaticum eſſe, ac levem.

Volatĭlis, & le, o. 3. volatile, volante, מְעוֹפֵף, עוֹף, πτηνός, πτερόεις, quod volat. Cic.2. de nat. Deor. c.60. Præterea veſcimur beſtiis & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. Ovid. l.2. Am. el.7. Pueri volatilis arcus, h. e. Cupidinis. ¶ Sæpe translate ſumitur pro celeri, veloci, ut Ferrum volatile, eſt ſagitta ferrea cuſpide præmunita, quæ ex arcu emiſſa celeriter fugit, velocitatem adjuvantibus pennis. Virg.4. Æn. de cerva. Quam procul incautam nemoia inter Creſſia fixit Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum Neſcius. ¶ Item volatilis accipitur translate pro fluxo, caduco, quod facile præterit, tranſit, elabitur. Ovid 10. Met. v.519. Labitur occulte, fallitque volatilis ætas, Et nihil eſt annis velocius.

Volatūra, æ, f. idem, quod volatus. Varr. l.3. R. R. c.5. Ibi in prima volatura cum veniunt, morantur dies paucos, requieſcendi cauſa. Col. l.8. c.9. A volatura, ita ut capitur, farturæ deſtinatur.

Volātus, us, m. volo, volamento, עוף, πτῆσις, πτῆμα, volatio, actus volandi. Cic.2. de nat. Deor. c.59. Idemque volatus alium ſuſtinet, & ſpiritu ductus alit, & ſuſtentat animantes. Martial. l.12. epigr.92. Si tam præcipiti fuerant ventura volatu.

Volcatius, m. 2. Civis Rom. qui Conſul Catilinam repetundarum reum, quod intra legitimum tempus profiteri nequiviſſet, Conſulatum petere prohibuit: quam rem tam ægre tulit Catilina, ut de evertenda patria cum Antonio, & Piſone nefaria conſilia inierit. Aſcon. Pedian. ¶ Volcatius Gallicanus, C. R qui quinquies Conſul fuit. Scripſit vitas Imperatorum ad Diocletianum, ex quibus nunc tantum extat Avidii Caſſii vita. ¶ Volcatius Terentianus, Hiſtoricus, Scripſit hiſtoriam ſui temporis, id eſt Gordianorum, in qua memoriæ prodidit, referente Capitolino, Gordianum ſeniorem vultum Cæſaris Auguſti valde retuliſſe. ¶ Volcatius Elpidius, Grammaticus. Scripſit res geſtas Pompeji Magni, & ejus patris, primus libertinorum, qui hiſtoriam ſcripſerint, cum ab optimo quoque ſcribi ſolita eſſet, ut auctor eſt Cornelius Nepos. Ludum aperuit, docuitque inter cæteros M. Antonium, & Auguſtum. ¶ Volcatius Sedigitus, Poeta non ignobilis ita cognominatus, quod ſenos in manu haberet digitos. Hujus erigo hodie aliquot circumferuntur jambi, quibus ſuum de Latinis Comicis judicium protulit. Plin. l.11. c.43. ¶ Volcatius Juriſconſultus, Ceſellii præceptor, qui Aſturcone ſub veſperum a rure ſuburbano rediens, cum in graſſatorem incidiſſet, a cane defenſus fuit, Plin. l.8. c.11.

Volēma, orum, n. pl. pira prægrandia. Secundum Servium in 3. Æn. dicta ſunt a vola, eo quod volam impleant. Id. in 2. Georg. pira volema interpretatur magna, atque idem etymon adducit. Sed addit, volema pira lingua Gallica bona, & grandia dici. Quod ſi eſt, non e Latio vox eſt arceſſenda, ſed e Gallica lingua, quæ eadem olim, ac Germanica. Virg.2. Georg.v.88. nec furculus idem Cruſtumiis, Syriiſque piris, gravibus volemis,

Volens, tis, partic. a volo, vis, אֹבֶה, רוֹצֶה, chi vuole, e fa qualche coſa ſpontaneamente, e volentieri, ſponte, & non invitus aliquid faciens, libenter faciens. Vellej. l.2. c.61. Pecunias etiam a volentibus exceperunt. Sen. ep 107. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Liv. l.7. c.26. Si divus, ſi diva eſſet, qui ſibi præpetem miſſſet, volens propitius adeſſet. h. e. benevolus, favens. ¶ Volentia alicui dicuntur, quæ grata, accepta, jucundaque ſunt. Tac.3. hiſt. c.52. Muciano volentia referſipere. Salluſt. in Jugurth. c.73. Literis, quæ de Metello, ac Mario miſſæ erant, volentia de amborbus acceperant. Alii leg. Literis, quæ de Metello ac Mario miſſæ erant, cognitis, volenti animo de amborbus acceperant. Id. 4. hiſt. apud Non. c.2. n.900. Volentia plebi facere.

Volenter, adv. voluntarie, ſponte. Apulej. l.6. A. A. Perrexit Pſyche volenter.

Volentĭa, æ, f. volontà, intenzione, βέλησις, idem, quod voluntas. Apul. l.11. Metam. Mea volentia fretus, Solin.c.36. Volentia reſiſtendi prompta.

Volgĭbŭlus, i, m. ruſticum inſtrumentum. V. Valgum.

Volĭto, as, o. 1. volare, עוף, Ger. fleſſliegen, Gal. voleter, Hiſ. volar a menudo, ἀναπέτομαι, frequenter volo. Cic.2. de Or. c.6. de avibus: Eaſdem autem, cum aliquid efficerint, levandi laboris ſui cauſa paſſim, ac libere ſoluras opere volitare. Id. 1. de nat. Deor. c.20. In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitæ atomorum. ¶ Metaphorice ponitur pro diſcurrere, hac atque illac currere, vagari. Cic. pro Dom. Per medium forum volitare. Id. 1. de Or. Volitare in foro. Id. 2. Agrar. c.22. Volitat enim ante oculos iſtorum Jubæ Regis filius adoleſcens non minus bene nummatus, quam bene capillatus. ¶ Item pro libere agere, relaxari. Cic. 2. de Or. c.6. Sic noſtri animi forenſibus negotiis, atque urbano opere defeſſi geſtiunt, ac volitare cupiunt vacui cura atque labore. ¶ Item pro animos altos gerere, efferri, magna aggredi. Cic. in Piſon. Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus, & conſtans. Martial. l.1. Ætheriasque, lacſive, cupis volitare per auras: I, fuge, ſed poteras tarior eſſe domi. ¶ Item pro celebrari, laudari, nominari. Cic.1. Tuſc. Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit: Cur? volito vivu' per ora virum. ¶ Item pro moleſtum eſſe, jactare ſe ſe, efferri. Cic. pro Flacc. c.16. Nunc vero non inſultabo vehementius, nec volitabo in hoc inſolentius.

Volo, as, n. 1. volare, עוף, Ger. fliegen, Gall. voler, Hiſp. volar, πέτομαι, eſt per aerem ferri, proprium alas habentium. Cic. 10. Phil. c.5. Quem niſi in via caduceæ hæreditates retardaſſent, volaſſe eum, non iter feciſſe diceres. Virg.1. Æn. v.301. Volat ille per aera magnum Remigio alarum. ¶ Transfertur etiam ad alia, quæ celeriter feruntur, ut Navis volat, Fama volat, & hujuſmodi, pro celeriter ire, vel ferri. Terent. Hec. 3.4.24. Ne me fruſtra illuc expectet, vola. Cic. Att. l.2. ep.19. Literæ Capuam ad Pompejum volare dicebantur. Id.1. Tuſc. c.31. Volat ætas. h. e. celeriter præterit. Virg. Æn.3. v.121. Fama volat, pulſum regnis ceſſiſſe paternis. Idomenea ducem. Ovid. 10. Met. Paſſis volat ales virgo. ¶ Cum infinito Val. Flacc. l.4. v.407. Aſt Erebi virgo diram volat æthere Memphim Præcipere, & Pharia venientem pellere terra.

Volo, vis, volui, ſine ſup. n. anom. velle, רָצָה, אָבָה, חוֹאֵל, Ger. wollen, Gall. vouloir, Hiſ querer, βούλομαι, θέλω, voluntate aliquid eligo, ſeu approbo, Conſtruitur cum acc. Cic. pro Cluent. Pollicitus iis ſum, me omnia, quæ vellent, eſſe facturum. ¶ Vel cum acc. & dat. Cic. pro Cluent. Nihil eſt enim malli, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. ¶ Vel cum infinitivo. Cic. pro Leg. A te ignoſci nemini vellent. Id. Art. l.9. ep.1. Deinde Arpinum volebamus. Subaudi, proficiſci. Id. l.13. ep.10. Remque, & utilitatem ſocium per te quam maxime defenſam, & auctam velis. h. e. eſſe. ¶ Vel cum conjunctivo, & conjunctione, ut, vel etiam ſine conjunctione. Cic. in Brut. Volo, hoc Oratori contingat, ut, cum audituri ſit, &c. Id. in Vatin. c.7. Volo, uti mihi reſpondeas. Virg.3 Ecl. Vis ergo, inter nos quod poſſit uterque, viciſſim Experiamur? ¶ Velle aliquem, interdum eſt eum velle alloqui. Plaut. Capt. 5.2.24. Philocrates, per tuum Genium, obſecro, exi: te volo. Terent. Andr. 5.3. Quis me vult? ¶ Velle aliquem paucis verbis, eſt velle cum eo loqui. Plaut. Epid. 3.4. Volo te verbis pauculis, Si tibi moleſtum non eſt, ¶ Si quid me vis, eſt ſi aliquid me vis facere, vel ſi aliquid a me vis. Plaut. Aulul. 2.2.32. Redeo ad te, Megadore, ſi quid me vis. Id. Aſin. 1.1.75. Verba in pauca conferam, quid te velim. ¶ Velit, nolit, velit, nolit, &c. idem, ac ſive velis, ſive nolis, voglia, o non voglia. Plin in Panegy. c.20. Præterea futuri Principes, velint, nolint, ſciant. ¶ Interdum eſt, velis, ne, an non velis. Cic. ad Q. Fr. l.3. ep.8. Craſſum Junianum nominem mihi deditum per me deterruiſſe: velit, nolit, ſcire difficile eſt, ſe egli voglia, o nò. ¶ Velim, idem ac vellem, per Enallagen. Cic.1.15. Fam. ep.3. Tu, velim, ut conſueviſti, nos abſentes diligas, & defendas. Plaut. Trucul. 2.5. in fine: Ut miles veniret, velim. ¶ Frequenter volo accipitur pro optare. Cic 1.12. Fam. ep.19. Eandem rem tibi volo bene, & feliciter evenire. Id. Philipic, l.13. ep.23. Accedit eo, quod Varro Murena magnopere ejus cauſa vult omnia. h. e. bene ei in omnibus rebus cupit. Id.1.16. ep.17. Cuſpio quod operam dediſti, mihi gratum eſſe. Valde enim ejus cauſa volo. ¶ Velim, quæ velles, aut ut velles, formula eſt, qua utebantur ſignificaturi, ſibi ægre eſſe, quod alteri haud bene eſſet, ſeque adeo velle, & optare, ira ei eſſe, ut ipſe vellet. Plaut. Moſtel. 3.2.53. Velim ut velles, Tranio; ſed quid negotii eſt? Senec. ep.67. Aſpice M. Catonem facro illi pectori puriſſimas manus admoventem, & vulnera parum demiſſa laxantem: utrum tandem illi dicturus es, velitne quæ velles, & moleſte ferο, an feliciter quod agis? ¶ Velle alicui fatum, eſt optantis, ut fiant quæ alter cupit. Apul. in Apolog. Sicinium Pontium, cui fatum volo, e cui bramo tutte le felicità. Ter. Adel. 5.7. 20. Te video noſtræ familiæ tam ex animo factum velle. Gel. l.7. c.3. Cum & utiles illi eſſent, & vellent regi eſſe factum. ¶ Ponitur etiam hoc verbum pro opinari, cenſere. Cic.1. de nat. Deor. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia conſtare cenſent, divinas eſſe vult. ¶ Item pro ſignificare. Cic.3. de Leg.c.14. Ita mulierculæ attendi, nec ſatis intellexi, quid ſibi lex, aut quid verba iſta vellent. Id. in Ver.q.c.61. Quid ſibi equeſtres ſtatuæ volunt propter ædem Vulcani? ¶ In futuro indicativi habet volam, voles, volet. Plaut. Aſin. 1.2.26. Meo modo loquar, quæ volam, quoniam intus non licitum eſt mihi. Id. ib. 1.3.86. Ut voles, ut tibi lubebit. ¶ Vele, & voltis, pro vule, & vulsis, antiquo more ſæpiſſime legitur apud Comicos, Plautum præſe.tim.

Vologeſocerta, f. 1. Vologeſia, Nemrut, urbs Babyloniæ, a Vologeſo Parthorum Rege condita. Plin.l.6.c.26.

Volōnes, m. 3. ſervi Romanorum, qui poſt Cannenſem cladem voluntarie militiam ſuſceperunt, a volendo. Macrob.l.1. Saturn.c.2. Bello Punico, cum deeſſent, qui ſcriberentur, ſervi pro dominis pugnaturos ſe polliceri, in civitatem recepti ſunt, & Volones, quia ſponte hoc voluerunt, appellati. Feſt. Volones dicti ſunt milites, qui poſt Cannenſem cladem, uſque ad octo millia, cum eſſent ſervi, voluntarie ſe ad militiam obtulerunt. Liv. l.23. c.35. Ut tirones (ea maxima pars Volonum erat) diſcerent ſigna ſequi,

Volpes, v. Vulpes.

Volſce, adv. Volſcorum more. Titinn. apud Feſt. in voce Oſcum: Oſce, & Volſce fabulantur: nam Latine neſciunt.

Volſci, m. 2. pop. Latii, ubi hodie pars Orientalis Campaniæ Romanæ, verſus Velitras, Paliadum, Antium, Priverum, Terracinam. Ab Occ. habebant Rutulos, & Latinos, ab Or. Samnites, & Campanos, a Sept. Æquos, Hernicos, & Marſos, a Mer. mare Tyrrhenum. Eorum caput fuit Anxur, five Terracina. Virg. 2. Georg. Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos. ¶ Adject. Id. Æn.7.v.803. Volſca de gente Camilla.

Volſella, æ, f. ſive vulſella, moletta, מַלְקַחַיִם, Ger. die feuer-zange, Gal. pincettes, Hiſ. pinças, μαδίζηλον, τσακολαβίς, inſtrumentum pilis e corpore evellendis idoneum, a ſupino volſum, ſeu vulſum verbi vello. Martial. l.9. ep.28. Purgentque fœvæ cana labra vollellæ. ¶ Eſt etiam inſtrumenti chirurgici genus, quo caro ex ulceribus præcidenda apprehenditur. Cel. l.6. c.18. Deinde oræ vulſella prehendendæ, tum quicquid corruptum eſt, excidendum.

Volſgræ aves, quæ ſe vellunt mutuo, quæ res mali ominis credebatur, a ſup. volſum, ſeu vulſum verbi vello. Feſt. Volſcram avem, quæ ſe vellit, Augures hanc eandem feciſſe aiunt appellant. Ita vulgo. Sed recte Volſgram præferunt viri docti. Pro faciliorem etiam reponunt facillantem.

Volſinienſis, ſe, adject. ad Volſinium pertinens, ut Volſinienſis lacus, Vulſinienſis, Bulſinus, Lago di Bolſena, lacus Hetruriæ, juxta agrum Urbeveranum, ferè rotundus, circuitu 22. al. 30. M. P. In eo ſunt duæ inſulæ, una major ad Occ. Martana dicta, in qua ærea fuit Amalazonta Gothorum Regina, altera ad Occ. Biſentina vocitata. Eum circumſtant opp. Volſinium, Martha, Caput nominibus ab oppidis circumſtantibus nominatur, ut Lago di Marta, ab opp. Martha, ubi ſi. Martham emittit, & Lago di Capo di Monte. Col.l.8. c.16.

Volſinienſes, ium, Volſinii incolæ. Liv. l.5. c.32.

Volſinium, ſeu Vulſinium, & Volſinii, orum, Bolſena, Bolſeno, olim urbs Hetruriæ ex 12. primis Thuſcorum coloniis, nunc caſtrum ad lacum Volſinienſem, ad radices collis, in via, quæ Romam per Hetruriam ducit. Ibi primum magiſtratus verſatiles ſunt inventæ. Plin.l.38. c.18. & Liv.l.7. c.3.

Volſus, v. Vulſus.

Voltĭnia, ſeu Volſinia, tribus Romana una ex ruſticis: quo loco conſtituta fuerit, & a quo dicta, ignoratur ab eruditis. Qui Volſinia legunt, putant appellatam a Volſinio oppido. Ejus meminit Cic. pro Planc. c.16. & 17.

Voltinienſes, cives Tribus Voltiniæ. Cic. pro Planc. c.17.

* Voltum, v. Vultus.

Voltumnæ Fanum, Volturnæ Fanum, locus Hetruriæ, apud Ciminum M. ubi nunc Viterbium. Sunt, qui Maſſam eſſe velint urbem in Senenſi ditione, inter Senas 40. M. P. & Populonium 20. Voltumna autem Dea quædam fuit a per Senas 40. M. P. & Populonium 20. Voltumna autem Dea quædam fuit a bene volendo ſic dicta. Liv. l.4. c.23.

* Voltumnus, V. Volumnus,

Volturnus, V. Vultürnus.

Volva, æ, f. μήτρα, רֶחֶם, idem ac vulva, locus in ventre fœminæ, in quo fœtus concipitur, & involvitur. Var. l.2 R. R. c.1. Agni chordi qui poſt tempus naſcuntur, ac remanſerunt in volvis iptimis. ¶ Accipitur item pro albo boletorum involucro in ovi ſpeciem erumpentium. Plin. l.22. c.22. Volvam enim terra ob hoc prius gignit, ipſum poſtea in volva, ceu in ovo eſt luteum,

Volubĭlis, & le, o. 3. volubile, קַל, מְגוֹלָל, Germ. wzeltzbar, Gall. aisé à tourner, Hiſp. que ſe buelue, ἐπίβροτος, εὔτροφος, quod facile volvitur. Cic. de Univ. c.6. Deinde animum circumdedit corpore, & veſtivit extrinſecus, colloque tolivago, & volubili, & in orbem incitato complexus eſt. Virg.7. Æn. Impubeſque manus mirata volubile buxum. ¶ Translate ponitur pro inconſtante, inſtabili. Cic. pro Mil. c.26. Vide quam ſit varia vitæ, comutabiliſque ratio, quam vaga, volubiliſque fortuna. ¶ Item pro eo qui in dicendo copioſus, varius, idemque facilis eſt. Cic. pro Flacc. c.20. Homo volubilis, & præcipiti quadam celeritate dicendi. Id. de clar. Orat. c.27. Canorus orator, & volubilis. ¶ Hinc & oratio volubilis dicitur, quæ copioſa eſt, & ſimul facile fluens. Cic. de clar. Orat. c.28. Appii volubilis, & paulo fervidior erat oratio. Auct. ad Herenn. l.3. Celeriter cum clamore verba conficere, ut vim volubilem orationis veciferatio confequi poſſit.

Volubĭlitas, atis, volubilità, הִתְגַּלְגְּלוּת, גַּלְגּוֹל, קַלוּת, מוֹט, εὐτροπία, τὸ εὔτροφον, aptitudo ad movendum, facilitas, qua aliquid movetur. Cic. 2. de nat. Deor. c.19. Mundi volubilitas, quæ niſi in globoſa forma eſſe non poſſet, &c. Id. de Fato c.19. Ut igitur, inquit, qui proteruſt cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. ¶ Translate ſumitur pro inconſtantia. Cic. 2. de Div. c.6. Quomodo ergo id, quod temere fit, cæco caſu, & volubilitate fortunæ præſentiri, & prædici poteſt? ¶ Item pro promptitudine dicendi cum verborum copia conjuncta. Cic. pro Planc. c.25. Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet. Id. 1. de Or. c.5. Verborum volubilitas. h. e. copia, apta connexio, & facilitas. Plin. l.5. ep.20. Mos eſt pleriſque Græcorum, ut illis ſit pro copia (rerum) volubilitas: tam longas, tamque rigidas periodos uno ſpiritu, tanquam torrente, contorquent.

Volubĭliter, adv. volubilmente, εὐτρόφως, cum volubilitate, varie, copioſe, & facile. Cic. in Or. c.62. Sæpe etiam in amplificanda re conceſſu omnium fundi-ditur numeroſe, & volubiliter oratio.

Volŭcer, hæc volucris, hoc volucre, veloce, volante, עָף, מְעוֹפֵף, קַל, Germ. ſchell, fliegend, Gall. volant, qui vole, Hiſp. que buela, πετηνός, πτερόεις, volans, velox. Virg. 2. Æn. v.317. Volucremque fuga prævertitur Hebrum. Senec. in Herc. Fur. v.1065. Somne, requies animi, Pars humanæ melior vitæ, Volucer, matris Aſtrææ genus. ¶ Translate Cic. pro Planc. c.23. Nihil eſt autem tam volucre, quam maledictum, nihil facilius emittitur, nihil certius accipitur, latius diſſipatur. Id. in Bruto c.95. Aliud autem genus eſt non tam ſententiis frequentatum, quam verbis volucre, atque incitatum. Id. pro Sylla c.32. O falſam ſpem, o volucrem fortunam! h. e. celeriter elabentem, inconſtantem. V. Volucris. ¶ Volucer feminino gen. Petron. in ſat. c.123. Interea volucer, moris conterrita pœnis, Fama volat.

Volūcra, æ, f. genus animalis, quod aliis nominibus volvox, convolvulus, involvulus vocatur, a volvendo. Col. de arb. c.15. Genus eſt animalis, volucra appellatur: Id fere prædit teneros adhuc pampinos, & uvas, quod ne fiat, falces, quibus vineam putaveris, peracta putatione ſanguine urſino linito.

Volucrīpes, edis, qui, vel quæ volucri pede eſt, velox, celer. Auſon. epiſt. 21. Per hanc falatem præpes, & volucripes Paulini adſuque mœnia. Adde Sidon. l.9. ep.15.

Volūcris, is, f. uccello, volatile, עוֹף, עִיט, Ger. vogel, geflugel, Gall. oiſeau, Hiſp. ave, ὄρνις, τὸ ὄρνεον, τὸ πτηνόν, avis, & generatim omne id, quod volat, ut apes, veſpæ, tabani, & reliqua hujuſmodi. Cic. de Or. c.6. Quemadmodum volucres videmus procreationis, atque utilitatis ſuæ cauſa fingere, & conſtruere ſibi nidos. Virg. 3. Georg. Et genus æqueorum, pecudes, pictæque volucres. Ovid. 2. Met. Fluminæque volucres medio caluere Cayſtro. ¶ Reperitur & in genere maſculino. Cic. 2. de Div. c.30. ex Poeta. Hunc, ubi tam teneros volucres, matremque peremit. Laquitur de pullis avium in ſuo nido ab angue peremptis. ¶ In genitivo plurali fere habet volucrum, tum ſi ſubſtantivum ſit, tum ſi adjectivum. Pl. l.11. c.37. Volucrum nulli dentes, præter veſpertilionem. Lucret. l.1. v.1093. Volucrum ritu flammarum. Uſurpari tamen poteſt etiam volucrium, ut auctoritate Ciceronis de Finibus oſtendit Chariſ. Grammat. l.1.

Voluerĭter, adv. velocemente. Ammian. l.17. c.3. Volueriter congregari.

Volvendus, a, um, δινούμενος, partic. vel gerund. a volvor. Virg.1. Æn. Triginta magnos volvendis menſibus orbes Impenio explebit. h. e. volubilibus, & qui perpetuo curſu ſe volvent, & unus poſt alium ſuccedent. Id.9. Æn. v.6. quod optanti Divum promittere nemo Auderet, volvenda dies en attulit ultro.

Volvens, entis, o. g. δίνων, partic. a volvo. Virg.1. Æn. v.238. Certe hinc Romanos olim volventibus annis, &c. h. e. verrentibus, ſe. volventibus, & perpetuo curſu, ſeriesque ſuccedentibus. Id. 2. Georg. de faculo: multoſque per annos Multa virum volvens durando ſæcula vincit. h. e. temporis curſu ſe velut circumagens, & veluti cum eo ſe volvens. Id.1. Georg. Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra. h. e. ſe volventia.

Volūmen, inis, n. giro, volume, מְגִלָּה, ספֶר, גִּלָּיוֹן, Ger. buch, Gall. volume, Hiſp. volumen, σύνταγμα, βιβλίον, generatim dicitur omne id, quod volvitur, ſive in gyrum complicatur. Virg. 2. Æn. v.108. de ſerpentibus: Pars cætera pontum Pone legit, ſinuarque immenſa volumine terga. Id. 5. Æn. v.308. Huc, illuc vinclorum immenſa voluminа verſat. Id. 3. Georg. v.192. de equis: Sinuare volumina crurum. h. e. pedum volubilitatem, & flexiones. Ovid. Met. l.3. v.475. Volumina fumi. h. e. globi in gyrum acti. ¶ Sumitur quoque pro circumvolutione ſphæraruм cæleſtium. Ovid. 2. Met. v.71. Adde, quod aſſidua rapitur vertigine cælum, Sideraque alta trahit, celerique volumine verſat. ¶ Item pro voluбilitate, varietate, inconſtantia. Plin. l.7. c.55. Si diligenter æſtimentur cuncta, magna ſortis humanæ reperientur volumina. ¶ Libris quoque hoc nomen impoſitum eſt, quia antiqui libros, ideſt cortices arborum, chartas pergamenas, & hujuſmodi, in quarum una tantum parte fere ſcribebant, quo commodius ferrent, convolverent ad cylindri ſimilitudinem. Hinc dicimus, evolvere libros, ideſt aperire lecturandi gratia, quaſi rem complicatam explicare. Differunt inter ſe volumen, liber, & codex, quia volumen minimum eſt, & pars libri, liber eſt major, & pars codicis, denique codex eſt maximus, qui conſtat ex libris, & ex voluminibus. Sed vulgo hæc nomina confundimus. Cic. Art. l.9. ep.1. Nam cum ad hunc locum veniſſem, evolvi volumen epiſtolarum tuarum, quod ego ſub ſigno habeo, ſervoque diligentiſſime. Volumen vocat, non quia ſingulæ epiſtolæ involutæ cluderentur (hæc enim plicabantur) ſed quia multæ cum eſſent, librum efficerent, un pacchetto di lettere. Id. l.9. ep.16. Volumina jam confecerat ὅσῳ ϑαυμασιώτερον. Ovid. l.1. Triſt. eleg.1. v.119. Sunt mihi mutatæ ter quinque volumina formæ. Plin jun. l.1. ep.5. Libri tres in ſex volumina propter amplitudinem diviſi. ¶ Voluminibus abſolutis ambitioſi addunt ſummam. Id. Panegyr. c.47.

cap. 9. Quæ voluptates paratæ sunt? & qualis erit eras scena? *Vopisc. in Aurel. c.* 34. Sequentibus diebus datæ sunt populo voluptates ludorum scenicorum. Hinc aliquando qui ludis præessent, *Tribuni voluptatum* dicti sunt, ut est apud *Cassiod. l.* 6. *ep.* 19. & *l.* 7. *ep.* 10. ¶ Secundum fabulas Voluptas in Deorum numero habita est, narrant autem fuisse filiam Cupidinis primi ex Psyche filia Apollinis. *Cic. de nat. Deor. c.* 23. Cupidinis, & Voluptatis, & Lubentinæ Veneris nomina confecrata fuit. ¶ *Mea voluptas*, blanda, & amatoria compellatio est. *Virg. Æn. v.* 481. *Mea* fera, & fola voluptas. *Plaut. Truc. a.* 4. 2. Quo introire metuas, mea voluptas?

Voluptifícus, a, um, adject. voluptatem afferens. *Apul. l.* 2. *Florid.* Jovis ſtella benefica, Veneris voluptifica,

Voluptor, aris, d. 1. voluptatibus indulgeo, a *voluptas. Quintil. l.* 3. *Decl.* Tribunus inter ſcorta voluptabitur. Alii leg. *voluptabitur*. Addunt & *Apuleſ. l.* 7. ſed ibi quoque varia eſt lectio.

Voluptuárius, a, um, adj. idem quod voluptarius. *Capitol. in Ver. c.* 2. Fuit voluptuarius, & nimis lætus. *Martian. Capell. l.* 2. Voluptuariæ Veneris filius.

Voluptuóſe, adv. *con placere*, voluptarie, μεθ' ἡδονῆς. *Sidon. l.* 5. *ep.* 20. Ad patriæ ſolum voluptuoſe venire. *Id. l.* 1. *epiſt.* 9. Voluptuoſius relegendis verſibus immorabere.

Voluptuóſus, a, um, adj. *pieno dipiacere, dilettevole, grato*, φιλήδονος, περπνός, נעים, מענג, voluptate plenus. *Plin. l.* 3. *ep.* 19 Voluptuoſum eſt poſſe utraque eadem opera invifere, *Quintil. declam.* 260. Voluptuoſum eſt alere, & paſcere. *Sidon. l.* 2. *ep.* 9. Voluptuoſiſſimum tempus exegi.

Volusíus, m. 2. βολλούσιος, poeta quidam ineptus, patria Patavinus, qui Ennium ſecutus, rerum geſtarum Populi Romani annales carmine ſcripſit. *Catul. carm.* 56. Annales Voluſi, cacata charta.

Volúta, æ, f. ἕλιξ, capreolus in columnarum capitulis, ex herbæ foliis enaſcens, &, ubi abacum jam propemodum contingit, in orbem circumvolutus, unde tam apud Græcos, quam apud Latinos nomen invenit. Quidam apud Italos vocant *cartocciо*. *Vitruv. l.* 4. *c.* 1. Quæ ex cauliculorum foliis nata, procurrunt ad extremos angulos volutæ, minoresque helices intra ſuum medium, qui ſunt in abaco ſoribus ſubjecti, ſcalpantur. *Id. l.* 3. *c.* 3. De volutarum autem deſcriptionibus, uti ad circinum ſint recte involutæ, quemadmodum diſtribuantur, in extremo libro forma, & ratio earum eſt deſcripta. *Id. l.* 7. *c.* 5. Pro columnis enim ſtatuuntur calami, pro ſuſtigiis arpaginetuli ſtriati, cum criſpis foliis, & voluris. V. *Baldum in Lex. Vitruv.*

Volutábrum, i, n. ποζζανghera, κυλίστρα, κύλισμα, locus, in quo ſues volvuntur. *Virg. Georg. v.* 411. Sæpe volutabris puſſos ſylveſtribus apros Latratu turbabis agens.

Volutabundus, a, um, adj. qui ſe volutat. *Cic. l.* 2. *de Republ. apud Non. c.* 8. *n.* 64. Libidinoſus, & volutabundus in voluptatibus.

Volutátim, adv. κυλίσει, κεκυλισμένως, ἐξῆς κύλισμασιν, iterum, atque iterum volvendo. *Plaut. Mil. a.* 5. 40. Volutatim domum te rapiam. Alii ſic leg. Niſi volutate ibis, rapiam te domum.

Volutátio, onis, f. *volgimento*, גלגול, Ger. *waltzung*, Gal. *roulement*, Hiſ. *bolgimento*, κύλισμα, actus volutandi. *Cic. in Piſon. c.* 14. An vero tu parum putas, inveſtigatas eſſe a nobis labes imperii tui, ſtrageſque provinciæ, quas quidem nos non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed toris volutationibus corporis, & cubilibus perſecuti ſumus? *Plin. l.* 8. *c.* 51. Volutatio in luto. *Senec. de Provid. c.* 1. Certa aliqua volutatione modo contrahi undas, modo erumpere.

Volutátus, us, m. idem quod volutatio. *Plin. l.* 10. *c.* 4. Multum pulverem volutatu colleſtum inſidens cornibus excutit in oculos. *Apul. l.* 4. *Met.* Laſſitudinem, vice lavacri, pulveris volutatibus digerebam.

Volútus, a, um, *rivolto*, גלגול, κεκυλισμένος, ſæpe, multumque volutus. *Cic. de Aruſp. reſp. c.* 27. Quis unquam nepos tam libere eſt cum ſcortis, quam hic cum ſororibus volutatus? *Id. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 15. Itaque ad Calliſthenem, & Philiſtum redeo, in quibus te video volutatum. *h. e.* cum labore verſatum. *Plin. l.* 8. *c.* 37. Volutari ſupra jacentia poma, *Sidon. l.* 9. *ep.* 7. Ne lingua per cameram palati volutata balbutiat,

Volútim, adv. volubiliter. *Non. c.* 1. *n.* 12.

Volutína, Dea ruſticorum, quæ præeſſe credebatur involucris, & folliculis ſpicarum. *Auguſtin. l.* 4. *de Civ. Dei, c.* 8.

Volúto, as, a. 1. *voltare*, הפך, גולל, Ger. *eſſe voeltzen, hinumbwtzlen, ſinnen*, Gal. *tourner & rouler ſouvent, mediter*, Hiſ. *erboleare*, κυλινδέω, ſæpe, multumque volvo. *Var. l.* 3. *R. R. c.* 9. In pulvere volutari. *Cic. in Somn. Scip.* Circum terram ipſam volutantur. *Virg. Æn.* 3. *v.* 607. genibuſque volutans hærebat. *h. e.* volutans ſe. *Id. Æn.* 11. *ſub fin.* Fit ſtrepitus tectis, vocemque per ampla volutant Atria. *h. e.* emittunt, & atria reſonare faciunt. ¶ Translate *Cic. in Salluſt.* Itaque nihil aliud ſtuder, niſi ut lutulentus ſus cum quovis volutari. *Id. Fam. l.* 9. *ep.* 3. Ne, cum omnes in omni genere & ſceleratum, & flagitioſum volutentur. ¶ Transferitur ad animum, pro inente volvere, perpendere, conſiderare. *Virg. Æn.* Atque ipſe ſuo triſti cum corde volutat. *Liv. l.* 34. Has conditiones, quanquam ipſe in ſecreto volutaverat cum amicis, vulgo tamen omnes fama ferebat. *Id. l.* 28. *c.* 28. Volutare aliquid in animo. *Virg. l. Æn. v.* 54. Talia ſecum corde volutans.

Volútus, a, um, κεκυλισμένος, part. a volvor. *Vir. 3. Geor.* Non qui per ſaxa volutus Purior electro campum petit amnis. *Id. to. Æn. v.* 790. Lacrymæ per ora volutæ.

Volútus, us, m. actus ſe volvendi. *Apul. l.* 2. *Florid.* Dedit volatus avibus, volutus ſerpentibus.

Vománum, n. *Vomano*, fl. Piceni, in confinio Præcutinorum, in Aprutio, qui ex Appennino M. oritur, apud Interamnam, & Hadriam fluit, & in mare Hadriaticum decurrit medius inter Truentum, & Aternum flu. *Plin. l.* 3. *c.* 13. Flumen Vomanum, ager Prætutianus, Palmenſiſque. *Sil. l.* 8. *v.* 438. ſtatque humectata Vomano Hadria.

Vomax, ácis, adject. qui libenter vomit. *Sidon. l.* 8. *ep.* 3. Anus, quæ nihil litigioſius, bibacius, vomacius.

Vomer, eris, m. *vomere*, מחרשת, Ger. *pflugeiſen*, Gall. *le ſoc d' une charrue*, Hiſ. *raia*, ὖς, ſerramentum aratri, quo ſulci fiunt, ita dictum, quod terram erutam utrinque vomat, ut ſcribit *Varro l.* 4. *de L. L. Vir.* 1. *Geor. v.* 46. Depreſſo incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer. *Cic. Phil.* 2. *c.* 40. Ut aratrum circumduceres, cujus quidem vomere portam Capuæ pene perſtrinxiſti. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 927. Sarcula nunc, duruſque bidens, & vomer aduncus Ruris opes niteant. De variis vomerum generibus. V. *Pl.* 1. 18. *c.* 18.

Vomica, æ, f. *poſtema*, מגור, ἀπόστημα, abſceſſus internus, copioſam evomens ſaniem. *Sereu. Sammon.* Sunt alii, quos dira vomit natura tumores: Vomica qua lis erit, vel eidem proxima quædam. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 28. Nec prodeſſe Pherzo Jaſoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam Medici ſanare non potuerunt. *Plin. l.* 20. *c.* 12. Perroſilinon præcipuum ad vomicas. ¶ Translate uſurpatum reperitur pro argenti vivi vena jugiter manante. *Plin. l.* 23. *c.* 6. Eſt lapis in his venis, cujus vomica liquoris æterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium. ¶ Item pro quovis loco concavo longa vetuſtate exeſo. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 902. ¶ Item pro quacunque calamitate. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. Perfecte reipublicæ vomicas. *Auguſtus apud Sueton. in ejus vita, c.* 65. Julias filiam, & neptem omnibus probris contaminatas, vomicas, & carcinomata ſua appellare ſolebat.

Vomicóſus, a, um, adject. vomicis laborans. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. 17. Empyci, ideſt vomicoſi.

Vomíceus, a, um, adj. nocens, peſtilens, gravis, a vomica. *Sen. centrov.* 2. 12. Maximus primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo nunc laboramus, intulit.

Vomíficus, a, um, adj. *vomitorio*, vomitum provocans, ἐμετικός, ut Vomificum medicamentum. *Aurel. Acut.* 3. 4. Succus Vomificus. *Apul. de herb. c.* 108.

Vomifluus, a, um, adj. ut Vomiſſua paſſio, apud *Cæl. Aurel. Tard.* 2. 14. *h. e.* morbus, quo quis ſæpe vomit.

Vomis, eris, m. idem ac vomer. *Virg.* 1. *Georg. v.* 162. Vomis, & inflexi primum grave robur aratri.

Vomitaría, orum, vel ium, n. oſtia, per quæ populus in ſpectaculis ab exterioribus porticibus veniebat in ſedes ſuas. *Macrob. l.* 6. *Sat. c.* 4. Mane ſalutantium totis vomit ædibus undam. *Pulchre* vomit undam, *& antique*. Nam *Ennius* ait: Et Tiberis flumen vomit in mare ſalſum. Unde & nunc vomitaria in ſpectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt. Al. legunt *vomitoria*.

Vomítio, onis, f. *vomito*, קיא, קיאה, ἐξέρεμμα, ἔμεσις, actus vomendi. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 50. Quid ea, quæ nuper, ideſt paucis ante ſæculis, mediocrum ingeniis reperta ſunt, vomitione, & dejectione purgare, ex eo, quod vomitione cahes, alvo ſe ibes Ægyptiæ curant. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Vomitiones homini ad *ſitim in remedium* excogitatæ; frigidiora corpora faciunt, intimicæ oculis, maxime autem dentibus. *Id. l.* 32. *c.* 1. Vomitione cibos reddere.

Vomitum, ii, n. idem ac vomitio. *Martian. Capel. l.* 2. Nauſea, & vomitio laborare.

Vomíto, as, a. 1. *vomitare*, קיא, ἐξεμέω, πολλάκις ἐμέω, ſæpe vomo. *Plin. l.* 7. *c.* 10. Quam cum pecudes biberunt, nauſea correptæ vomitant atque expurgantur. *Sen. ep.* 18. Ebrio & vomitante populo.

Vomítor, oris, m. *rigettatore*, ἐμέτης, qui vomo. *Sen. ep.* 88. Quid enim, oro, liberale habent jejuni vomitores, quorum corpora in ſagina, animi in macie, ac veterno ſunt?

Vomitórius, a, um, *vomitorio, vomichevole*, ἐμετικός, quod habet vim vomitum faciendi. *Plin. l.* 20. *c.* 9. Bulbus, quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, cæteris longiora. *Id. l.* 21. *c.* 19. Hunc ſtomacho inutilem, & ideo vomitorium. ¶ *Vomitoria* abſolute. Vide *Vomitaria*.

Vomítus, us, m. idem ac vomitio, קיא, ἔμετος. *Plin. l.* 20. *c.* 14. Mentaſtrum cum ſucco granati ſingultus, & vomitus ſiſtit, ut Democritus monſtrat. *Id. l.* 23. *c.* 23. Vomitus facere. *Id. l.* 9. *c.* 49. Vomitus creare. *Id. l.* 22. *c.* 25. Vomitum concitare. *Id. l.* 12. *c.* 24. Invitare vomitum. *Curt. l.* 7. *c.* 5. Aquam vomitu egerere. ¶ Vomitus voluntarii conſuetudo fuit quondam apud Veteres: ut enim longo eſui, potuique ſufficere poſſent, qui gulæ maxime dediti erant, ſolebant inter cœnandum (in ſecretum tantiſper locum recedentes) vomitum, inſerto in gulam digito, aut pinnula immiſſa, provocare: qua de re V. *Suetou. in Claud. c.* 33. *in Vitel. c.* 13. & *Senec. de conſolat. ad Helv. c.* 9. ¶ *Vomitus* eſt etiam inter convitia. *Plaut. Moſtel.* 3. 1. 119. Abſolve hunc quæſo vomitum, ne hic nos enecet. *h. e.* hunc hominem ejiumera, & moleſtum.

Vomo, is, mui, mitum, a. 3. *vomitare*, קאה, Ger. *kotzen, uvidergeyen*, Gall. *vomir, rendre gorge*, Hiſ. *vomitar*, ἐμέω, ἐξερεύγομαι, eſt ejicere, & proprie de cibo, & potu dicitur, qui per os e ſtomacho egeritur. *Cic. pro Deſot. c.* 7. Cum, inquit, poſt cœnam vomere te velle dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt. ¶ Transferitur etiam ad alia, pro emittere, exhalare, effundere. *Virg. 9. Æn.* Purpureum vomit ille animam, & cum ſanguine miſit Vina refert mortiens. *Ovid. epiſt.* 12. Sylla fluctus vomit, ac reſorbet. *Virg.* 5. *Æn. v.* 682. Stupa vomens tardum fumum, Et 2. *Georg. v.* 462. Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam. ¶ Ufurpatur & impersonaliter. *Cic. 2. Phil. c.* 41. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Vopíſcus, a, um, qui ex duobus conceptis, uno per abortum excluſo, ad partum legitimum ducitur. *Plin. l.* 7. *c.* 10. Vopiſcos appellabant e geminis, qui retenti utero naſcerentur, altero interempto abortu. *Solin. c.* 4. E geminis ſi remanente altero alter abortivo fluxu exciderit, alter, qui legitime natus eſt, vopiſcus nominatur. ¶ Fuit hoc nomine Flavius Vopiſcus hiſtoricus, de quo V. in *Capitolinus*.

* Vopte, vos ipſi. Uſurpavit Cato. *Paul.* ex *Feſt.* V. *Suopte*.

Voracítas, atis, f. *voracità*, אכילת, πολυφαγία, edacitas, inexplebilis endendi aviditas. *Plin. l.* 2. *c.* 107. *de igne*: Quæ eſt illa natura, quæ voracitatem in toto mundo avidiſſimam ſine damno ſui paſcit?

Voracíter, adv. *voracemente*. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 5. Infanus ſit ille, cui merus ſal cibus, ſi hoc ipſum voraciter invaferit.

Voraginóſus, a, um, *voraginoſo*, βαραθρώδης, plenus voraginibus. *Hirt. l.* 6. *B. Hiſp. c.* 29. Nam paludri, & voraginoſo ſolo currebat ad dexteram partem. *Apul. l.* 9. *A. A.* Voraginoſa via.

Vorágo, inis, f. *voragine, baratro*, מהומה, Germ. *ein wirbel, tieff loch od. felslund*, Gal. *gouffre, abyme*, Hiſ. *tragadero*, ἄβυσσος, χάσμα, βάραθρον, χάσμα, locus immenſæ profunditatis, a *vorando*. Raſio hominis eſt, quia in eam cadentia non emergunt, ſed quaſi abſorbentur. *Cic. l.* 1. *de Divinat. c.* 33. Qui cum per agrum Leontinum iter faciens equum dimiſiſſet in flumen, ſubmerſus equus voraginibus non extirit. ¶ Sumitur etiam pro quacunque terræ humiditate. *Curt. l.* 8. Imber violentius, quam alias ſuſus campos lubricos, & inequitabiles fecerat, graveſque, & propemodum immobiles currus illuvie, & voragine hærebant. ¶ Sæpe translate uſurpatur. *Cic. in Piſon. c.* 18. Vos geminæ voragines, ſcopulique Reipublicæ. ¶ Speciatim transferitur ad hominem inſigniter prodigum, cujus gula vel ampliſſimis patrimoniis in ventrem, tanquam in barathrum quoddam, conjectis, expleri non poteſt. *Cic. pro Sex. c.* 52. Tu meo periculo, gurges, & vorago patrimonii, helluabere?

Vorátio, onis, f. ἐσθίσις, actus vorandi. V. Vocatio.

Voratór, oris, m. *divoratore*, qui vorat. *Tertull. de monogam. c.* 8. & *de jejun. c.* 2.

Voratrína, æ, f. vorandi officina, popina. *Tertull. in Apolog. cap.* 39. *de Eccleſia cenſui*: Inde non epulis, non poracullis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur, ſed egenis alendis, humandiſque. ¶ Item idem ac vorago. *Ammian. l.* 17. *c.* 16. (al. 17.) *de terræ motibus*: Patefactis ſubito voratrinis, terarum partes abſorbent.

Voratus, a, um, nom. partic. *mangiato, divorato. Martial. l.* 5. *ep.* 18. Vorata muſca. *Arnob. l.* 6. Manſa, & vorata viſcera.

Vorax, acis, o. g. *vorace*, אכלן, זולל, Ger. *fraaß, fraßig*, Gall. *gourmand, gourlu*, Hiſp. *comilon*, πολυφάγος, qui vorat, multa abſumens, inexplebilis edacitatis, gurges, helluo. *Cic. 2. Phil. c.* 27. Quæ Charybdis tam vorax tot res tam cito abſorbere potuiſſet? *Ovid. Met. l.* 8. *v.* 844. quo copia major eſt data, plus cupit, turbaque voracior ipſa eſt. *Lucan. l.* 1. *verſ.* 181. Hinc uſura vorax, avidumque in tempore fœnus.

Voro, as, a. 1. *divorare, tranguggiare*, אכל, בלע, Germ. *freſſen, verſchlucken*, Gal. *devorer, avaller*, Hiſp. *tragar*, βιβρώσκω, cibum non confectum deglutio. Eſt a βορὰ, hoc eſt pabulum, cibus, ac proprie beſtiarum, ut vorare prima, propriaque ſignificatione notet ferino more comedere. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 47. Aliæ fugunt, aliæ carpunt, aliæ vorant, aliæ mandunt. ¶ Per translationem capitur pro avide ſumere. *Plaut. Truc.* 1. 1. 21. Interim ille hamum vorat. Si femel amoris poculum accepit mere. *h. e.* actum de eo eſt, ut moriuntur piſces, qui hamum vorant. *Cic. Att. l.* 4. *ep.* 11. Nos hic voramus literas cum homine mirifico Dionyſio. h. e. avide perdiſcimus. *Catull. carm.* 36. Si ſapiet, viam vorabit. h. e. celeriter viam conficiet.

* Vorſus. V. Verſus.

Vortex, icis, m. idem ac vertex; Ita veteres loquebantur. Eſtque a *verto*, quod priſci illi Latini pro *verto* dixere. Quare vertex, & vortex nec ſignificatione, nec origine differre poſſunt: quidquid dicat *Chariſtus*, qui *l.* 1. *Verticem* a *vertendo* dici, *verticem* a *vorando*, autumat: addiique, *Plinii* opinionem eſſe, vertices immanem vim impetus habere, ut *Jugens a vertice pontus*: vorticem vero circumactionem unde eſſe, ut *Et rapidus vorat æquore vortex*. Sed ea propoſitio uſurpari, omnium ſummentorum illud fortiſſimum, quod *Quintil. l.* 1. *c.* 7. ſcribit. Seſipiolum Africanum primum in *vortices*, & *vorticis* O literam vertiſſe in E. Illud tamen hac in re animadvertendum eſt, quod non quidem ratio, ſed uſus obtinuit, ut Latini Scriptores ſæpius ſcribant *vertex*, per *e*, cum quæ in gyrum vertentis impetum, turbinemque ſignificant.

* Vorticóſus, a, um, vorticibus abundans, verticoſus. *Sen. l.* 7. *qu. nat. c.* 8. Turbinum motus vagus & diſjectus, & ut Salluſtii utar verbis, vorticoſus.

* Vorto. V. Verto.

* Vortumnus. V. Vertumnus.

Vos, veſtrum, vel veſtri, *voi*, אתם, Ger. *ihr*, Gall. *vous*, Hiſ. *vos otros*, ὑμεῖς, pronomen primitivum numeri pluralis, cujus ſingularis numerus eſt *tu*, a σφῶ, literarum trajectione, ut *nos* a νῶ, adjectione literæ *s*. *Cic. pro Leg. Man.* Vos eum Regem inultum eſſe patiemini, qui, &c. *Id. Phil.* 4. *c.* 1. Frequentia veſtrum incredibilis. *Id. Catil.* 4. *c.* 9. Habetis ducem memorem veſtri. *Id. pro Mur. cap.* 1. Ut ea res vobis, populoque Rom. pacem concordiamque afferat. ¶ Interdum additur particula *met* ad majorem ſignificationem. *Plaut. Capt.* 3. 5. 18. Ita vofmet ajebatis. *Liv. l.* 34. *c.* 17. Conſilium, quod vofmetipſi attulerit is. ¶ *Veſtrorum*, ſeu priſco proferendi more *voſtrorum* pro *veſtri*, vel *veſtrum*. *Plaut. dicit Moſtel.* 1. 3. 123. Maxima pars voſtrorum intelligit. ¶ Ablativus *vobis* ſi quando præpoſitioni *cum* adjungitur, ei ſemper præponitur. *Plaut. Stich.* 5. 5. 2. Jamdudum exiſtem vobiſcum foras. ¶ Utrum rectius dicatur *habeo curam veſtri*, an *veſtrum*, diſputat *Gell. l.* 20. *c.* 6. & ex Sulpitii Apollinaris ſententia ſtatuit, utriuſque loquendi modi exempla inveniri.

Vo-

Voſter, ſtra, ſtrum, idem ac veſter, apud veteres. *Plaut. Amph. proi. verſ.* 1. In voſtris mercimoniis.

Voſſer, a, um, adj. votum ferens, vel votivus. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 4. *v.* 92. Votiferaque meas ſuſpendit ab arbore vittas. Alii leg. *pomifera*.

Voſtra, æ, um, idem ac vetitus, apud veteres. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 44. Nolo habere illam cauſam, & voſtram dicere. Non eſt audiendus *Nonius c.* 1. *n.* 215. cui *voſtra* eſt a votis, quaſi religione aliqua obſtricta. Nam mettum reclamat, quia ſic penultima produceretur, quam *Plautus* corripit.

* Voſtivítas, atis, f. voti obligatio. *Gruter. p.* 1018. *n.* 8.

Voſtivus, a, um, *votivo, di voto*, נדרי, Germ. *verlobt*, Gall. *qui eſt voué*, Hiſp. *votado, ofrecido*, quod ad votum ſpectat, ut *Voſtivæ preces*, quibus aliquid cum voto poſcimus. *Voſtiva verba*, quibus in faciendis votis utimur. *Voſtiva zabella*, quæ ex voto Deorum atris, vel ſimulacris ſuſpenditur in teſtimonium accepti beneficii. *Thura voſtiva*, quæ voti cauſa incenduntur. *Animal voſtivum*, quod ex voto dari promittitur. *Ludi voſtivi*, qui ex voto celebrabantur. *Hor. l.* 1. *od.* 5. Me tabula ſacer Voſtiva paries indicat humida ſuſpendiſſe potenti Veſtimenta maris Deo. *Id. l.* 1. *ep.* 3. Faſcitur in veſtrum reditum votiva juventa. *Ovid. l.* 3. *Am. eleg.* 12. Accipit ara preces, votivaque thura piorum. *Plin. l.* 7. *c.* 42. Ludi voſtivi. ¶ Legatio voſtiva eſt, quæ voti prætextu ſuſcipitur. Cum enim Senatoribus non liceret ab Urbe diutius abeſſe, niſi Reipublicæ cauſa, ſi quando ob privatum negotium abeſſe vellent, legationem liberam a Senatu impetrabant. Quæ legatio ideo *libera* dicebatur, quia licebat ingredi urbem, & exire toto legationis tempore, quod lege Julia annuum erat: cum cæteri Magiſtratus Urbem ingreſſi omne imperium deponerent. Votiva autem legatio etiam ipſa libera erat, ſed ab illa in eo differebat, quod habebat prætextum religionis, & voti, ut v. g. viſitandi templa Deorum. *Cic. Att. l.* 15. *ep.* 2. Etiam libera legatio voti cauſa datur. *Id. l.* 15. *ep.* 11. Votiva ne tibi quidem placebat; erenim erat abſurdum, quæ, ſi fieriſter Reſpublica, voviſſem, ea me, everſa illa, vota diſſolvere; & habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia. *V. Manut.* ad hæc loca, & *l.* 2. *ad Q. Fratr. ep.* 8. ¶ Votivus interdum ſumitur pro eo, quod ex voto ſuccedit, quod gratum, & jucundum eſt. *Trebel. Pol. in Gallien. c.* 3. Conſtabat, votivum illi fuiſſe, quod imminentem cervicibus ſuis gravitatem patriam non haberet. *Apul. l.* 7. *A. A.* Tota civitas ad votivum conſpectum effundit. ¶ *Aures votivæ*, quæ aliquid cupiunt audire. *Plaut. Caſ. prol. v.* 29. Aures votivæ ſi ſunt, animum advertite. Alii *vacivæ*, & ſane rectius.

Votum, i, *voto*, נדר, Ger. *gelubd*, Gal. *veeu*, Hiſ. *voto*, δίκη, ἀκωλή, ἀρὰ, promiſſio deo facta de re aliqua. *Cic. 3. de nat. Deor.* Nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempeſtatis effugerint? *Id. pro Cluen.* Quin etiam nocturna ſacrificia, ſceleratæſque ejus preces, & nefaria vota cognovimus. *Virg. Æn. l.* 8. Vota metu duplicant matres, propiuſque periclo Jam timor. *Plin. l.* 10. *ep.* 101. Vota, domine, priorum annorum nuncupata læti perſolvimus, novaque rurſus ſuſcepimus. *Trajan. ad Plin. ep.* 102. Solviſſe vota diis immortalibus &c. *Ovid.* 7. *Met.* Concipere vota. Rurſus *Cic. Ver. c.* Debere vota Veneri, ac Cupidini. ¶ *Voti compos* dicitur, qui deſiderium ſuum aſſecutus eſt. *Liv. l.* 7. *c.* 40. Aliquem voti compotem facere. ¶ *Reus voti* eſt, qui ſuſcepto voto ſe Deo obligavit. *Virg.* 1. *Æn.* Vobis lætus ego hoc eandentem in litore taurum Conſtituam ante aras voti reus. ¶ *Damnare aliquem voti*, vel *voto* dicebantur Dii, cum alicui tribuebant id, cujus gratia votum ſuſceperat. *V. Damnatus*, & *damno*. ¶ *Facere votum*, idem eſt ac vovere. *Cic. de Aruſp. Reſp.* Noſtri Imperatores maximis, & periculoſiſſimis bellis huic Deæ vota facerent, eaque in ipſo Peſſinunte, ad illam ipſam principem aram, & in illo loco, fanoque perſolverent. ¶ Interdum vota facere, eſt optare. *Cic. pro Mil.* Vota enim feceratis, ut in eos ſe potius mitteret, quam in veſtras poſſeſſiones. ¶ *Vota nuncupare* pro Republica, pro Imperio, &c. eſt nominatim aliquid vovere, quod Republica periculo liberata ſis perſoluturus. *Cic. 7. Verr.* Cum paludatus exiſſet, votaque pro imperio ſuo, communique Populi Romani nuncupaſſet. ¶ *Vota ſolvere*, eſt ea, quæ vovimus præſtare. *Liv. l.* 3. Quod niſi factum eſſet, votum rite ſolvi non poſſe. ¶ *Votum reddere*, idem ac ſolvere. *Cic. 2. de Leg.* Sanctæ vota reddunto. ¶ *Voto teneri*, eſt voti cauſa obligarum eſſe. *Cic. Att. l.* 12. *ep.* 19. Sed jam quaſi voto quodam, & promiſſo me teneri puto. ¶ *Liberare ſe voti*, eſt ſolutione eorum, quæ vovimus, eximere ſe ſe ab obligatione ſponſionis Deo factæ. *Liv. l.* 5. Verecundiam non eulit Senatus, qui ſine mora voti liberaretur. ¶ Interdum votum ſumitur pro re ipſa, quæ voto promiſſa eſt, & Deo dicata. *Petron. in Satyr.* ſtipant graves equi receſſus Danai, & in voto latent. *Virg. Æn.* 3. *v.* 279. votiſque incendimus aras. *h. e.* victimis. ¶ Item pro re voto petita, & impetrata. *Claud. de B. Gildon. v.* 7. manifeſtaque gaudia differt, Dum ſtuper, & tanto cunctatur credere voto. ¶ Hæc de voto, qua promiſſionem ſignificat, vel etiam rem promiſſam: quoniam vero quæ magnopere deſideramus, adhibitis votis a Deo petere ſolemus, factum eſt, ut votum accipiatur etiam pro voluntate, deſiderio, optato. *Cic.* 24. *Fam. ep.* 4. Ego vero quamprimum mea vota cupio videre. *Plin. l.* 6. *ep.* 26. Habebis generum, quo melior fingi ne voto quidem potuit. *Perſ. Sat.* 3. *v.* 48. quid dexter ſenio ferret, ſcire erat in voto. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 1. Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus &c. *Id. l.* 1. *ep.* 21. An venit in votum Attilicis ex urbibus una? *Sueton. in Auguſto c.* 51. Nec votum, nec animus deeſt confodiendi. ¶ Vota raro pro nuptiis ponuntur. *Juſtinian. novella. c.* 2. Secunda vota pro ſecundis nuptiis poſuit. Ratio autem appellationis forteſſe eſt, quia conjuges ex voto, h. e. deſiderio invicem matrimonio jungi cupiunt; vel quia utriuſque in votis eſt liberos ſuſcipere. Ad hanc voti ſignificationem quidam trahunt & illud apud *Tacit. de Germ. c.* 19. Mœlius adhuc ex civitate, in quibus tantum virgines nubunt, & cum ſpe, votoque uxoris ſemel tranſigitur.

Votúri, m. 2. pop. Galli in Aſia, qui Galatiam cum Toliſtobogis, & Ambituis occuparunt. *Plin. l.* 5. *c.* ult.

Votus, a, um, *promeſſo in voto*, ἐπάρατος, partic. a voveor. *Cic. 3. de nat. Deor. c.* 17. At earum templa ſunt publice vota, & dedicata. *Liv. l.* 4. Ludi ab Decemviris per feceſſionem Plebis a Patribus ex S. C. voti eo anno facti ſunt.

Vovéo, es, vovi, votum, a. 2. *far voto*, נדר, Germ. *geloben*, Gall. *vouer*, Hiſp. *votar, ofrecer*, ἐπαύχομαι, Deo aliquid ſanctæ promitto. *Cic. 3. de nat. Deor. c.* 36. Neque Herculi quiſquam decumam vovit unquam, ſi ſapiens factus eſſet. *Id. 3. de Divin. c.* 17. Cum propter paupertatem ſues puer paſceret, una ex his amiſſa, voviſſe dicitur, ſi recuperaſſet, ovam ſe Deo daturum, quæ maxima eſſet in vinea. *Ovid* 9. *Met. v.* 793. Vota puer ſolvit, quæ fœmina voverat Iphis. *Liv. l.* 1. *c.* 27. Vovere fana Diis. ¶ Vovere caput pro ſalute patriæ, eſt ſe pro ejus ſalute periculis objicere. *Cic. 5. Fin.* Noſtri Imperatores pro ſalute patriæ ſua capita voverunt. ¶ Sumitur etiam pro optare, deſiderare, cupere. *Hor. l.* 1. *ep.* 4. Quid voveat dulci nutricula maius alumno? *Ovid. Met.* 12. *v.* 200. Sint tua vota licet, dixit, ſecura repulſæ, Elige, quid voveas.

Vox, ocis, f. *voce*, קול, Ger. *ſtimm*, Gall. *voix*, Hiſ. *vox*, φωνὴ, ſonus, qui ab animalis ore proferrur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 58. Vocis genera permulta, canorum, fuſcum, lene, aſperum, grave, acutum, flexibile, durum, quæ hominum ſolum auribus judicantur. *Id. 3. de Or. c.* 57. Nam voces, ut chordæ, ſunt intentæ, quæ ad quemque tactum reſpondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva: quas tamen inter omnes eſt ſuo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa ſunt ab his delapſa plura genera, lene, aſperum, contractum, diffuſum, continenti ſpiritu, intermiſſo, fractum, ſciſſum, flexo ſono, attenuatum, inflatum. *Id. de Sen. c.* 5. Cum legem Voconiam magna voce, & bonis latebribus ſuaſiſſem. *Id. ib.* Ereſta, & concitata voce dicere. *Id. ib.* Strangulare vocem. *Quinct. l.* 1. *c.* 8. Vocem attollere. *Id. ib.* Vocem ſubmittere. *Plin. l.* 28. *c.* 6. Cum vox e candida declinat in fuſcam. h. e. clara in ſubraucam. ¶ *Vox ſono inſtructa organo*, proverbii ſpeciem habet, ſignificatque vocem firmam, facilem, flexibilis traductrix: quæque per omnes intentiones, & remiſſionis gradus ſequax, & totius canonis aufici varietates, & flexus vocis, & ſoni complectuntur. *Quinct. l.* 11. *c.* 3. Utique habens omnes in ſe, qui deſiderantur, ſonos, intenſioneſque, & toto, ut ajunt, organo inſtructa. ¶ Nonnunquam vox dicitur de rerum tur numeris ſeptem diſcrimina vocum. ¶ Metonymice accipitur pro opinione, fama. *Cic. 9. Fam. ep.* 14. Atque hæc una vox omnium eſt. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 11. Una pene repelli voce oratorem a gubernaculis civitatum. ¶ Item pro dicto, verbis, ſermone. *Id. Ver.* 7. Conſtitue, nihil opis eſſe in hac voce: Civis Romanus ſum. ¶ Item pro ſententia, vel oratione. *Hor. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 34. Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem Poſſis. *Id. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 103. Donec verba, quibus voces ſenſuſque notarent, Nominaque invenire. *Id. l.* 1. *od.* 10. Mercuri, qui feros cultus hominum recentum Voce formaſti. Adde *Plin. l.* 18. *c.* 6. ¶ Item pro defenſione. *Tacit. 2. Annal. c.* 29. Vocem adverſus pericula poſcere.

U ANTE P.

Upílio. V. Opilio.

Upúpa, æ, f. *bulpa*, ἔποψ, avis, criſtis a capite exeuntibus galeata, in fimo ſemper commorans. Vulgo nomen ex eo accepiſſe putatur, quod Tereus Thracum Rex, in avem eam commutatus, etiam nunc requirens filium Itym, quem Progne mariro comedendum appoſuerat, inclamet πῶ, πῶ, ubi, ubi. Sed fane poſſumus cum Varrone nomen hoc deducere a voce ejus *pu, pu*, utcunque non ad fabulas accurramus. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Mutat & upupa, ut tradit Æſchylus poeta, obſcœna alias paſtu avis, criſta viſenda plicatili, contrahens eam, ſubrigenſque per longitudinem capitis. ¶ Upupa etiam ob ſimiliitud

Urbĭna, æ, f. jaculi genus. *Plaut. Bacch.* 3. 8. 46. Si tibi machæra est, & nobis urbina est domi. Alii leg. *verubina*, h. e. parvum veru.

Urbĭgĕnes, populi Urbini incolæ. *Plin. l.* 3. *c.* 14.

Urbĭnĭānus, a, um, ad Urbinium, vel Urbiniam pertinens, quod est nomen proprium civis R. ut Urbinianalis. *Quintil. l.* 7. *c.* 2. *circa med.*

Urbĭnum, i, *Urbino, urbs Umbriæ, ad fontes Isauri fl. patria Raphaelis Sanctes pictoris omniam sine controversia excellentissimi.*

Urbo. V. Urvo.

Urbs, bis, f. *città*, קרת, עיר, Ger. *ein Statt*, Gall. *une ville*, Hisp. *ciudad*, ἄστυ, πόλις, oppidum muro cinctum. *Cic.* 1. *de Rep. apud Non. c.* 5. *n.* 27. Quam cum locis, manuque sepsissent, ejusmodi conjunctionem tectorum oppidum, vel urbem *appellarunt*, delubris distinctam, spatiisque communibus. *Id. pro Sext. c.* 42. domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino jure, & humano mœnibus sepserunt. ¶ *Urbe* ablativ. pro *in urbe*. *In argum. Truculenti Plautini, cujus auctorem alii Priscianum putant, alii Sidonium*: Tres unam pereunt adolescentes mulierem, Rure unus, alter urbe, peregre tertius. ¶ Quomodo a civitate differat. V. *Civitas*. ¶ Ratio condendæ urbis varia fuit apud varias gentes. In Hetruria hæc erat solemnis. Primum aratrum ex ære parabant. Æs adhibebatur propter augurium æternitatis, quia in ære perpetuitas significatur, vel quia magis, quam ferrum, sacrum est, magisque Diis tutelaribus gratum. Deinde taurum, & vaccam albi coloris jungebant. Nam taurus, & vacca sunt symbolum fœcunditatis. Taurus vero albus Apollini seu Soli facer erat, ut vacca alba Dianæ, seu Lunæ. Igitur optimum augurium videbatur urbem condere, Numine Solis, & Lunæ auspice ad imperium. Tertio Rex, seu Dux Coloniæ cinctu Gabino urbem ædificandam aratro in orbem describebat, & efficiebat sulcum, seu fossam, in qua mœnia exstruerentur, milites autem sequentes diligenter glebas introvertebant, nec ullam extra ferri patiebantur. Nam orbis significat imperium, & imperii æternitatem. Quarto fossam primo glebis, deinde primitiis frugum replebant. Unusquisque enim conferebat particulam terræ, unde esset profectus, ut videlicet animi diversarum gentium in unius patriæ populum coalescerent. Lutum vero commistum ex pluribus partibus terrarum partim abdebant Diis inferis, partim projiciebant intra urbem deserti pram, ut crescerent. Quinto consistuebant aram, & in ea ignem adhibebant, tum saliebant per flammam tribus vicibus, & saliendo fumebant cineres e faba, & virula factos, deinde se aqua lavabant. Id faciebant piaculi causa, ut suis sceleribus purgatis ad opus condondæ urbis paras manus admoverent. Sexto designatis mœnibus bovem illum, & vaccam cum aliis immolabant, tum fruges, aram, & numina quædam sacra in fossa occultabant. Sacrificium illud erat epulum solemne Jovi, & ignoto urbis Numini, seu Genio loci. Convocabant etiam ad epulum cætera numina, ac præcipue Palem Deam pastorum. Denique, postquam urbem condiderant, ei nomen arcanis quibusdam cæremoniis imponebant, & simul atque imposuerant, supprimebant. Nomen enim urbis aliud erat proprium, & substantiale, quod scilicet essentiam urbis exprimebat, prout constituebatur in se, & distinguebatur ab aliis: aliud erat translatitium, quod desumebatur a conditore, vel a situ, vel a qualitate, vel ab aliis accidentibus urbis. Nomen proprium supprimebatur, ne forte Diis tutelaribus in obsidione evocatis, urbs in manus hostium veniret. Etenim antequam hostes inciperent urbem aliquam oppugnare, nitebantur intelligere a vatibus, quibus Diis urbs illa esset commendata, quod quidem vates per arithmeticam divinationem ex proprio urbis nomine cognoscebant: deinde quibusdam sacrificiis Deos tutelares evocabant, iisque, si ab illius favore desisterent, ampliorem locum, & cultum pollicebantur. *Cato in Orig.* Qui urbem novam condit, tauro, & vacca caret: ubi araverit, murum faciat: ubi portam vult esse, aratrum sustollat, & portet, & portam vocet. *Servius ad* 5. *Æn.* Condituri civitates taurum in dextra, vaccam intrinsecus jungebant, cincti ritu Gabino, idest toga parte caput velati, parte succincti, tenebant stivam incurvam, ut glebæ omnes intrinsecus caderent, & ita sulco ducto, loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum. Adde *Var. l.* 4. *de L. L.* ¶ Quia autem, quo ritu quid factum, eodem, vel contrario reddi solet infectum, ideo, ut condendis, sic etiam evertendis urbibus aratrum adhibebant, quemadmodum Servius monet ad illud 1. *Æn.* Cui litus arandum: idemque probat illo *Horatii ode* 16 *l.* 1. Imprimeretque muris Hostile aratrum exercitus insolens. ¶ Per Antonomasiam Urbs usurpatur pro Roma. *Isidorus l.* 8. *c.* 4. *Orig. & Quintilianus l.* 9. *c.* 2. asserunt solam Romam esse urbem, cætera oppida. *Ovid.* 5. *Fast.* Tempora digereret cum conditor Urbis. i. e. Romulus. Dicitur etiam *urbs Roma*. *Tacit. l. Ann. c.* 1. Urbem Romam ab initio reges habuere. *Horat. l.* 3. *od.* 5. Incolumi Jove, & Urbe Roma. ¶ Ad Urbem esse, dicebantur, qui post administrationem provinciæ, & res prospere gestas reversi, prope urbem Romam cum lictoribus & fascibus laureatis stabant, triumphum petentes, vel senatum expectantes, ad quem de rebus a se gestis referrent; item qui post acceptum imperium nondum in provincias profecti essent: neque enim licebat cuiquam in urbe esse cum imperio, & insignibus, præter Consules, & eos, quorum magistratus in Urbe exercebatur, ut Prætores, Ædiles, &c. nisi id populus jussisset. *Cic. Att. l.* 7. *ep.* 16. Scripsit ad me, ut essem ad Urbem. *Sallust. in Catil.* Hi utrique ad urbem Imperatores erant, impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum, quibus omnia honesta, atque inhonesta vendere mos erat.

* Urbus. V. Urvus.

Urcĕātim, adv. plenis urceis. *Petron. in fragment. Tragur.* Urceatim pluebat.

Urcĕi veteres, & Urcei novi, *Orci vecchi*, & *Orci nuovi*, duo oppida Cenomanorum in agro Brixiano, ab Ollio fl. 3. M. P. quorum Urcei novi est oppidum egregie munitum.

Urceolāris herba, *parietaria*, eadem quæ Parthenium, sic appellata, quod urceis vitreis lavandis idonea est, ἐλξίνη. *Plin. l.* 22. *c.* 17.

Urcĕŏlus, i, m. *orciolo, urciolo*, κεραμίον, parvus urceus. *Col. l.* 12. *c.* 16. Eodem tempore foriba manu lecta curiose in urceolos picatos adjicito. *Juven. sat.* 3. Lectus erat Codro procula minor, urceoli sex, Ornamentum abaci, necnon & parvulus infra Cantharus, &c. Extat & apud Martialem in Apophoretis lemma distichi 105. *Urceoli ministratorii.*

Urcĕum, i, n. idem ac urceus. *Cato c.* 13. Urceum unum æneum, quod capiat quadrantalia quinque.

Urcĕus, ei, m. *boccale, orciolo*, נר, חמת, Germ. *wasser geschirr*, Gall. *cruche*, Hisp. *jarro*, κέραμος, κεράμιον, vas, quo aqua in urnam funditur, vel ahenum, auctore *Paullo J. C. l. cum de lanionis*, 9. *afinam*, *ff. de fund. instr.* Est ab ὄρκη, quod Æolicum est, ac vasis fictilis genus notat simile ei, quod Græci βίκον vocant. *Hor. in Arte v.* 22. Amphora cœpit Institui, currente rota cur urceus exit? *Martial. l.* 14. *disp.* 16. Hic tibi donatur panda subér urceus ansa, Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

Urci, n. indecl. Urce, *Orce*, olim urbs, nunc opp. Hispaniæ Bæticæ, *medit. in* Bastetanis, nunc in Regno Granatensi, finitimum Almeriæ, & Virgi. *Vera*, urbs alias Bastetanorum, nunc R. Granatensis, in lim. Murciæ, in ora maris Medit. sinusque Virgitani. *Plin. l.* 3. *c.* 3.

Urēdo, inis, f. ירקון, ἐρυσίβη, κανθαλός, morbus herbarum, fruticum, arborumque, qui in viribus etiam carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo, fata, plantas, arboresque adurens. *Cic. l. de nat. Deor. c.* 35. Nec, si uredo, aut grando quippiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit. *Plin. l.* 18. *c.* 28. Plerique dixere rorem insitum Sole aci, frugibus rubigiais caufam esse, & carbunculi vitibus: Quod ex parte falsum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum innoxio constare Sole. ¶ Est & uredo, *ardores, cuticire*, exustio cum pruritu, qualis ab urtica tum herba, tum pisce excitatur. *Plin. l.* 9. *c.* 45. *de urtica pisce*: Dum adoveri sibi manum sentit, colorem mutat, & contrahitur, tacta uredinem mittit.

Urētēres, m. 3. ὀρυπῆρες, venæ, sive meatus oblongi, per quos urina a renibus in vesicam defertur. *Cels. l.* 4. *c.* 1. Græcis literis scribit, Græca enim vox est.

Urgens, tis, nom. ex partic. *urgentis, pressantis, imminentis*, אץ, qui urget, instat, impendet, premit. *Cic. Tusc. l.* 2. *c.* 25. Præsens atque urgens malum. *Id. de Senect. c.* 1. Aut jam urgens, aut certe adventans senectus. *Virg. l. Georg. v.* 146. Urgens egestas. *Tertull. de resurr. carn. c.* 2. Urgentior causa. *Cod. Justin. lib.* 12. *leg.* 1. *l.* 3. Urgentissima ratio.

Urgĕo, es, ursi, sine sup. a. 2. *urtare, spingere, premere*, אץ, רחק, רחת פצר, Ger. *trengen*, Gal. *presser*, Hisp. *apremiar*, ἐπείγω, impello, excito. Videtur esse ab ἔργον, ut quod nihil sit aliud, quam adopus excito, aut stimulo. *Asin. Poll. ad Cic. Fam. l.* 11. *ep.* 32. Lepidus ursit me, ut legionem mitterem. *Virg. l. Georg.* oculos stupor urget inertes. *Cic. Arr. l.* 6. *ep.* 3. Solicitudine provinciæ tamen vel maxime urgebamur. *Id. in Somn. Scip. c.* 6. Australis vertex, in quo qui insistunt, adversa nobis urgent vestigia. ¶ Est etiam accelerare. *Ovid.* 6. *Fast.* Urgere iter. ¶ Item insistere, *persistere*. *Cic.* 4. *Fin. c.* 18. Urgent tamen, & nihil remittunt, quoniam, inquiunt, omne peccatum & imbecillitatis, & inconstantiæ est. *Id. l.* 5. *c.* 27. Non pugnem cum homine, cum tantum habeat naturæ boni; illud urgeam, non intelligere eum, quid sibi dicendum, cum dolorem summum malum esse dixerit. *Hor. l.* 2. *od.* 18. Marisque Bajis obstreperis urges summovere litora. ¶ Item infestare, & opprimere. *Cic. pro Rab. Posth. c.* 1. Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere certe est inhumanum. *Id. de Fato c.* 15. Hi enim urgentur angustiis, illorum ratio soluta, ac libera est. *Id. ib.* Morbo urgeri. ¶ *Urgere occasionem* est instare, & satagere, ne occasio rei gerendæ elabatur. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 8. Quin tu urges occasionem istam, & facultatem, qua melior nunquam reperietur? ¶ *Urgere propositum* est in proposito persistere, & secundum illud constanter agere. *Hor. l.* 2. *sat.* 7. *v.* 6. Pars hominum vitiis gaudet constanter, & urget Propositum. ¶ Urgere aliquem ad solutionem, *pressarlo al pagamento*. *Ulp. leg. si extraneus. D. de jure dot.*

Uri, m. 2. Οὖροι, pop. Indiæ, accolæ Indi fl. Silenis proximi. *Plin. l.* 6. *c.* 20.

Urica, æ, f. vitium satorum ab ustione proveniens. *Plin. l.* 18. *cap.* 17. Commune autem omnium fatorum vitium urica, etiam eiceris, cum falsilaginem ejus abluendo, imber dulcius id facit.

Urīgo, inis, f. καυθμός, καῦσις, uredo, pruritus, ardor. *Plin. l.* 20. *cap.* 22. At in magna duritia sine fico impositum, vel, si vehementior urigo timeatur, per duplices pannos.

Urīna, æ, f. *orina, piscio*, חימיי רגלים, Ger. *harn, brunst*, Gall. *urine*, Hisp. *urina*, οὖρον, serum sanguinis, quod in renibus colatum, per ureteras transmittitur ad vesicam. *Cic. de Fat.* Ut in simul ægrotantibus fratribus, ut in urina, & in unguibus. *Celsi l.* 2. *c.* 19. Citare, & tardare urinam. *Plin. l.* 26. *c.* 8. Urinam solvere. *Id. l.* 24. *c.* 6. Urinam pellere. *Id. l.* 24. *c.* 13. Urinam trahere. *Et cap.* 11. Urinam movere. *Id. l.* 20. *cap.* 4. Inkibere urinam. ¶ Urinam facere, & urinam reddere, idem quod mejere. *Plin. l.* 8. *c.* 16. Urinam mares crure sublato reddere, ut canes. *Col l.* 6. *c.* 30. Cum suo tempore urinam non fecerint. ¶ Per Metaphoram urina dicitur de genitali semine. *Plin. l.* 8. *cap.* 43 Incontinens asinæ uterus genitalem urinam reddit, ni cogatur in cursum verberibus a coitu.

Urinālis, le, adject. ad urinam pertinens, ut urinalia medicamenta. *Cæl. Aurel. Tard.* 5. 1. Urinalis fistula. *Veget. l.* 3. *de re veterin. c.* 15.

Urinātor, oris, m. *palombaro*, שוחה, κυβιστητὴρ, κυβιστὴρ, κνβιστὴς, κολυμβητὴς, ὀρυκτήρ, qui in aquam mergitur, & sub ea natat. Hujusmodi hominum usus est in mercibus e mari extrahendis, quæ naufragii gratia jactæ fuerint. *Liv. l.* 44. *cap.* 10. Sed in rem emendabilem visus lapsus esse, quod per urinatores omne ferme extractum est; tantusque pudor fuit Regi ejus pavoris, ut urinatores clam interfici jusserit. *Callisth. l. navis onustæ, ff. ad l. Rhodiam*: Et aliquorum mercatorum merces per urinatores extractæ sunt, data mercede.

Urīno, as, & frequentius.

Urīnor, aris, d. 1. *nuotare sotto acqua*, שוחה, Germ. *under das wasser schwimmen*, Gal. *nager entre deux eaux*, Hisp. *nadar a zemaguijo*, κυβιστᾶν, κολυμβᾶν, est in aquam mergi, & natando emergere. *Varro l.* 4. *de L. L.* ut *Jos. Scaliger* restituit: Urinæ dictæ, quod urinant in aqua haurienda, ut urinator. Urinare est mergi in aquam in urbum, fictum ab urbo, quod ita flexum, ut redeat fursum versus, ut in aratro, quod est urbum. *Plin. l.* 11. *c.* 37. Eadem est causa, quia sub aqua diu ranæ, & phocæ urinentur. *Id. l.* 9. *cap.* 3. Polypi in naufragos, urinantesve impetum capiunt.

Urīnus, a, um, ὀλικός, ventosus, ab, ὄρος, *ventus secundus*. Ovum urinum, ὠὸν οὐρινόν, ὠὸν ὑπηνέμιον, ὠὸν ἔφοῦριον, ovum irritum, & inefficax, quod citra coitum editur. Veneris tamen imagine, ut cum fœminæ sese mutuo fallunt. *Pl. l.* 10. *c.* 58. Palumbes, & turtures plurimum terna, nec plus, quam bis fere pariunt, atque ita, si prior fœtus corruptus est: Et quamvis tria pepererint, nunquam plus duobus educant: Tertium, quod irritum est, urinum vocant.

* Urion, v. Orion.

Urĭon, vel urium, ii, n. 2. genus terræ, ab Jonico ὄρος pro ὄρος, *mons*. *Plin. l.* 3. *c.* 4. Id genus terræ urion vocant. Ergo per silices, calculosve duruntur, & urion evitant.

Urĭon, ii, n. 2. Uria, *Veas*, opp. Hisp. Bæticæ, in Vandalicia, supra ostia fl. cogn. 12. M. P. in conventu Gaditano. *Pl. l.* 3. *c.* 1.

Urĭos, ii, ὄριος, Urius Jupiter dictus est, qui prosperum navigantibus ventum immitteret, ab ὄρος, *ventus secundus*. Alii ita dictum putant, quia finium præsses esset, ab ὄρος, pro ὅρος, *terminus*. Hoc nomine templum habuit ad Bosphorum Thracium, itemque signum nobile in Sicilia a Verre asportatum, de quo *Cic. Verr. 6. c.* 57. Quid? ex æde Jovis religiosissimum simulacrum Jovis imperatoris (al. *imbrielitoris*) quem Græci Urion nominant, nomine abstulisti?

Urĭto, as, a. 1. οὐρίζω sæpe uro. *Plaut. Most.* 3. 1. 81. Calidum hoc est: etsi procul abest, uritat male. Alii leg. *urit*.

Urna, æ, f. *urna, secchio*, דלי, כד, Ger. *eymer, ein usasser geschirr*, Gal. *cruche, vaisseau à eau*, Hisp. *cantaro*, κάλπη, κάλπις, vas, quo aqua e puteis, fluminibusve hauritur, ita dictum, quod fuberet aquam demersum, atque inde rursus emergens urinantis speciem præbere videatur. V. Varronis verba in *Urinor*. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 24. Tu, qui urnam habes, aquam ingere. *Hor. l.* 1. *sat.* 5. Nam Canusi lapidosus, aquæ non ditior urna. ¶ Est item urna mensuræ genus quatuor capiens congios. h. e. amphoræ dimidium. *Cato c.* 10. Urnam quinquageriariam unam, trullas tres, idest quæ quinquaginta sextarios capit, interprete *Turnebo*. ¶ Dicebatur etiam urna apud veteres vas, quo judicum suffragia colligebantur. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 5. Senatorum eum urna copiose absolvit, Equitum adæquavit, Tribuni ærarii condemnarunt. *Juv. sat.* 13. Improbat quamvis Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam. h. e. evaserit judicium, damnationemque Prætoris, qui per fraudem, & non recte duxit sortem ex urna. ¶ In urnis præterea mortuorum cineres servabantur. *Lucan. l.* 7. *v.* 818. Cælo tegitur, qui non habet urnam.

Urnālis, & le, o. 3. κάμινος, quod urnam capit. *Cato c.* 13. Urceos fictiles urnales duos, trullas ligneas duas. *Pl. l.* 9. *c.* 30. Barbas longas pedum triginta, acetabulis, sive caliculis urnalibus, pelvium modo.

* Urnamentarius, urnarum figulus, vel Κοσμήτης, cosmeta, si U accipiatur pro O. *Lap.* ap. *Spon. Miscel. sect.* 6. *p.* 238.

Urnārium, ii, n. *secchiaro*, καμινάριον, mensa quadrata, super quam urnæ, id est vasa aquaria, in culina reponebantur, quam apud nos plurimi marmoream faciunt, foramine, per quod aqua effluat, relicto. *Varr. apud Non. c.* 15. *n.* 10. Sed quæ necessitas te juvet aquam effundere domi tuæ, si vasa habes pertusa, plumbum non habent? ad quam rem nobis est confluviam, ad quam rem urnarium? ¶ Ante balnea item urnaria erant, teste *Varr. loc. citato*, in quibus urnæ cum aqua collocabantur.

* Urnātor, oris. *Jul. Firm. l.* 3. *Astronom. c.* 11. *sect.* 3. Lege *urinatores*.

Urnĭger, a, um, urnam ferens. *In epigrammate de Signis calest. quod vulgo Virgilio tribuitur, v.* 12. Et qui portat aquam puer urniger. h. e. Aquarius.

Urnĭla, æ, f. κάμινος, parva urna. *Cic. in Parad. l. c.* 3. Minusne gratas Diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuisse, quam delicatas aliorum pateras arbitramur?

Uro, is, ussi, ustum, a. 3. *bruciare, abbruciare*, שרף, Ger. *brennen*, Gal. *brûler*, Hisp. *quemar*, φλέγω, cremo, calore consumo, incendo. *Cic.* 2. *de Leg.* Homines mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. *Id. l. Tusc. c.* 28. Cæteras partes inculas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. ¶ Dicitur etiam de frigore, quod ita exsiccat, & indurat, ut urere videatur. *Lucan. l.* 4. *v.* 92. Utebant montana nives. *Cic.* 2. *Tusc. c.* 17. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. ¶ Præterea etiam capellæ urere dicuntur, quia earum morsus herbis & arbusculis exitialis est. *Virg.* 2. *Georgic.* 195. urentes culta capellas. ¶ Per translationem ponitur pro cruciare, angere, quemadmodum & Græci in hac acceptione περικαίειν dicunt. *Hor. l.* 1. *ep.* 10. *v.* 46. Ut calceus olim, si pede major erit, subvertet, si minor, uret. *Flor. l.* 2. *c.* 6. Urebat nobilem populum dare tributa. *Id. Hor. l.* 2. *ep.* 1. Urit enim fulgure suo, qui prægravat artes infra se positas. ¶ Item pro amore consumere. *Virg.* 1. *Æn.* Uritur infelix Dido, flammaque latetur. *Ovid.* 7. *Met.* Quid in hospite regis virgo Ureris, & thalamos alieni concupis orbis? ¶ Item pro cædere, flagellare. Nam ex virgarum percussione corpus calefit, ac inflammatur. *Gor. l.* 2. *sat.* 7. *v.* 58. Quid refert uri virgis, ferroque necari?

Uropygium, vel orthopygium, vel orthopygium, ii, n. *groppone, sprone*, ὀρόπυγιον, pars ultima spinæ, ubi vertebræ desinunt, os tenius spinæ extremum, ossi sacro subtus adhærens, podicique superne imminens. *Aristoteles l. ult. de Animalibus*, ut caudam quadrupedum vule esse, ita volucrum uropygium, & earum duntaxat, quæ scissas alas habent, idque datum volucribus ad dirigendos volatus, quemadmodum navigiis temones. Esse a πυγὴ, quo nates signantur, satis liquet. Prior vero pars est ὄρος, vel ὄρθος, vel ὀρθὸς. Ac tria quidem priora idem signant. nempe τὸ ἐπὶ τοῖς ὀπίσω πέρας, idest sacri ossis extremum. *Martial. lib.* 3. *ep.* 93. Et anatis habeas uropygium macræ. Ubi Cruterus in quodam MS. reperit *orthopygium*, in alio vero prius *urthopygium* scriptum fuerat, posteaque mutatum in ὀρθοπύγιον, Scribendum autem vel *uropygium*, vel *orthopygium*. Nam *oropygium*, quia prima est correpta, locum in hoc versu non habet.

Urpix, icis, m. instrumentum rusticum. *Cato de R. R. c.* 10. Urpicem unum, crates stercorarias quatuor. V. Irpex.

Urruncum, i, n. infima pars spicæ. *Varro l.* 1. *de R. R. c.* 48. Illud autem in summa spica jam matura, quod est minus, quam granum, vocatur sit, quod in infima spica ad culmum stramenti summum, ita minus, quam granum est, appellatur urruncum.

Ursa, æ, f. *orsa*, דב, Germ. *eine beerin*, Gal. *une ourse*, Hisp. *osa*, ἄρκτος, fœmina in genere ursorum. *Plin. l.* 10. *cap.* 63. Informia etiam magis, quam suprædicta; ursæ pariunt, rarumque est videre parientes. ¶ Hoc nomine etiam appellantur duo signa cælestia prope polum Arcticum, quæ inter se magnitudine distinguuntur. Unum ex his signis constat ex viginti septem stellis, dicitur Ursa major, item Helice, & plaustrum majus, & a Græcis in navigando observatur: alterum septem stellas habet, appellatur Ursa minor, plaustrum minus, Cynosura, & a Phœnicibus spectatur. Hæc signa vocantur etiam Septentriones. V. *Arctos*. *Ovid.* 6. *Fast.* Tertia post Nonas removere Lycaona Phœbe Fertur, & a tergo non habet Ursa metum.

Ursīnus, a, um, ἄρκτειος, quod est ex ursо. *Plin. l.* 8. *c.* 36. Quoniam potum in ursinam rabiem agit. *Cæl. de arborib. c.* 15. Ursinus sanguis. ¶ Allium ursinum, allium silvestre. *Plin. l.* 19. *c.* 6. Est & silvestre, quod ursinum vocant, odore molli, capite prætenui, foliis grandibus.

* Ursĭla, æ, f. parva ursa. Nomen vel cognomen mulieris in sex Inscript. ap. *Gruter. pp.* 326. 667. 825. 780. 888. Sic

* Ursŭlus, parvus ursus. Nomen virile apud eumdem, *p.* 173. 893. &c.

Ursus, i, m. *orso*, דב, Germ. *ein bar*, Gall. *un ours*, Hisp. *osso*, ἄρκτος, genus animalis feri multo villo, sævis, fortissimisque unguibus, viribus, rabieque horrenda. *Virg.* 3. *Georg.* Nec funera vulgo Tam multa informes ursi, stragemque dedere. *Juven. sat.* 15. *v.* 164. Indica tigris agit rapida cum tigride pacem Perpetuam, sævis inter se convenit ursis. ¶ Fumantem nasum vivi ursi tentare, proverbium est apud *Martial. l.* 6. *epigr.* 64. hoc est provocare eum, qui nocere potest.

Urtĭca, æ, f. *ortica*, חרול, Ger. *ein nessel*, Gall. *ortie*, Hisp. *hortiga*, ἀκαλήφη, genus herbæ. Sic dicta est ab utendo, quod ignæa sit natura, unde admota carni pruritum, ac pustulas excitat. *Plin. l.* 9. *c.* 45. Constat, si equæ marem non admittant, & urtica inficerint natura, libenter coitum pati. ¶ Translate pro pruritu libidinis invenitur. *Juven. sat.* 2. *v.* 128. Unde hæc tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes? ¶ De urtica zoophyto V. *Conde*.

* Urticŭla, æ, f. parva urtica, πυξίον. Nomen mulieris ap. *Grut. p.* 1002.

Urvo, sive urbo, as, a. 1. est in urbe condenda aratro circumdare, seu definire. *Fest.* Urvat, significat circumdat, ab eo sulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri, quæ sit forma similima unci, curvatione buris, & dentis, cui præfigitur vomer.

Urus, i, m. ὄρος, bos agrestis, in Pyrenæis montibus nascens, animantibus cæteris, elephanto excepto, major. *Cæs. l.* 6. *bell. Gall. c.* 27. *loquens de feris, quæ in Hercynia sylva nascuntur*: Tertium est, inquit, genus eorum, qui uri appellantur, ii sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie, & colore, & figura tauri. Magna vis est eorum, & magna velocitas, neque homini, neque feræ, quam conspexere, parcunt. Hos studiose foveis captos interficiunt. Hoc se labore durant adolescentes, atque hoc genere venationis exercent, & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam fecunt laudem. Sed assuescere ad homines, & mansuefieri ne parvuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum, & figura, & species multum a nostrorum boum cornibus differt. Hæc studiose conquisita, ab labris argento circuncludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur. *Plin. l.* 8. *c.* 15. Paucissima Scythia gignit, inopia fructuum, pauca contermina illi Germania, insignia tamen boum ferarum genera, jubatos bisontes, excellentique & vi, & velocitate uros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, vituli potius, cervique quadam similitudine. *Macrob. l.* 6. *Saturn. c.* 4. Punicis, Osciisque verbis usi sunt veteres: quorum imitatione Virgilius peregrina verba non respuit, ut in illo: Sylvestres uri assidue. Uri enim Gallica vox est, qua feri boves significantur. *Servius in* 2. *Georg.* ait, uros dici ἀπὸ τῶν ὀρέων, idest a montibus, ac nasci eos in montibus Pyrenæis, qui inter Gallias, Hispaniasque. *Virg.* 4. *Georg.* Quæsitas ad sacra boves Jovi, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Urvum, sive urbum, i, n. buris, hoc est aratri curvatura. Quod Romani aratri curvaturam urvum vocarunt, ideo factum, quia urvum generatim dicerent τὸ ἀνάκαμπτον, hoc est quod ita est flexum, ut redeat fursum versus. *Varr. lib.* 4. *de L. L.*

U A N T E S.

Usar, m. 3. fl. Mauritaniæ Cæs. qui Nabadum reg. irrigat. *Plin. l.* 6. *c.* 2.

Usĭo, onis, f. idem quod usus, apud veteres. *Cato c.* 149. Oleis, asparagis, ligenis, aqua, irinere, actu domini usioni recipitur. *Ulp. l. Quin. Mutius, ff. de aur. & arg. leg.* Si factum aurum legatum est, omne ad eum pertinet, cui legatum est, ex quo auro aliquid est effectum, sive id fuæ, sive alterius usionis causa paratum esset. *Gell. l.* 4. *c.* 1. Longæ usionis gratia contrahuntur, & reconduntur. *Varr. apud Non. c.* 3. *n.* 262. Usioni quod satis esset. *Arnob. l.* 7. In suas usiones vinum exprimere.

Usĭpĕtes, m. 3. Visipi, Usipii, pop. Germaniæ. Vixere prope Rhenum fl. in agris Sicambrorum, sed expulsi a Chattis una cum Tencteris, hæserunt, ubi hodie tractus Reclinchusiæ, cum parte Com. Marchiæ, prope Lupiam fl. in Westphalia, teste Brietio. Alii tamen credunt, eos fuisse, ubi hodie Com. Zutphaniæ, in Belgio, in Duc. Geldrico, inter Noviomagum, & Daventriam. *Tacit. l. Ann. c.* 51.

Usĭtāte, *secundo l'usanza*, כמנהג, κὼς συνηθέως, secundum consuetudinem. *Cic. 4. de Fin. c.* 6. Cur igitur, cum de re conveniat, non malumus usitate loqui? *Gell. l.* 13. *c.* 9. Dicere usitatius manente numero posset.

Usĭtātus, a, um, דב, Germ. *gebrauchlich*, Gal. *usité*, Hisp. *acostumbrado*, εἰσημασμένος, consuetus, solitus, in usum receptus, ab usitor. *Cic.* 4. *Verr. c.* 3. Hunc denique ipsum permisisset, si humano modo, si usitato more, si denique ullo aliquo in genere peccasset. *Id.* 7. *Verr. c.* 44. Alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit: usitatum est. *Id.* 3. *de Fin. c.* 2. Ne opifices quidem mutaretur, pecuniam dedit: usitatum est. *Id.* 3. *de Fin. c.* 2. Ne opifices quidem mutaretur fua artificia possent, nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis ibi. *Id. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 19. Illud nomen veteram literis usitatius. *Id. in Orat. c.* 25. Usitatissima verba.

Usĭtor, aris, d. 1. *usare spesso*, Germ. *offt brauchen*, Gal. *user souvent*, Hisp. *usar mucho*, ἀσκέομαι, frequenter utor. *Gell. l.* 17. *c.* 1. Tametsi, aliquoties verbo ipso quoque modo usitati sunt.

Usquam, adv. *in qualche luogo*, אנה, ἔνθαχῆ, idem ac usquam, idest in aliquo loco. Est ab ὡς, quod valet ἕως, idest usque. *Fiam* est vocis productio, haud secus, ac in quispiam. *Ter. Adelph.* 1. 1. 22. Ne aut ille alserit, aut uspiam ecciderit. *Cic. Att. l.* 1. *ep.* 17. Quin te ille aut Dyrrhachii, aut in istis locis uspiam visurus esset. ¶ Translate ponitur pro in aliqua re, vel aliquo negotio. *Plaut. Cas.* 4. 3. 24. Num me ex expertus uspiam?

Usquam, adv. *in alcun luogo*, אנה, alicubi, in aliquo loco. *Cic. 6. Verr. cap.* 20.

Quam crucem non ausus est usquam defigere, nisi apud eos, quibuscum omnia fecisset sua, ac latrocinia communicasset. *Virg.* 1. *Æn.* Siquid usquam justitiæ est. ¶ Usurpatur etiam pro aliquo, quod est adverbium motus ad locum. *Cic.* 1. *Phil. c.* 1. Nec vero usquam discedebam. ¶ Translate accipitur pro in re aliqua, in aliquo negotio. *Ter. Andr.* 2. 5. 9. Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora. *Cic.* 2. *Off. cap.* 1. Nec est usquam consilio, aut auctoritati locus. ¶ Item pro in aliqua parte corporis. *Ter. Andr.* 5. 3. 7. Vide, num ejus color pudoris signum usquam indicat. ¶ Conjungitur cum genitivo *genitium aut terrarum*. *Plaut. Mil.* 3. 1. 92. Nam bona uxor, si ea quidem deducta est usquam gentium, Ubi ea posit invenire? *Ter. Hec.* 3. 1. 13. An quisquam usquam gentium est æque miser? ¶ *Usquam esse* interdum est aliquo in pretio esse, in aliqua æstimatione. *Ter. Adelph.* 2. 2. 15. Novi animum tuum; quasi jam usquam tibi sint viginti minæ, dum huic obsequare, *quasi che tu tengbi conto, eo.*

Usque, *sino, insino*, עד, Ger. *biss*, Gall. *jusque*, Hisp. *hasta*, ἕως, ἕως ἄν, præpositio ex iis, quæ vel accusativo, vel ablativo inserviunt, juxta significationis varietatem. Significat continuationem, & finem loci, temporis, actus, & hujusmodi. Refertur sæpe ad morum ad locum, & fere postulat post se aliam præpositionem. Pro arbitrio autem vel anteponitur, vel postponitur. *Cic. pro L. Man. c.* 12. Cum ad eum usque in Pamphiliam legatos misissent. *Id. pro Quinct. c.* 3. In Galliam Nævius, & trans Alpes usque transierat. ¶ Quando adjungitur nominibus propriis urbium, castellorum, & pagorum, item appellativis *domus*, & *rus*, alteram præpositionem respuit. *Ter. Adelph.* 4. 5. 21. Miletum usque, obsecro. *Id. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. Theatrum ita resonans, ut usque Romam significationes, vocesque referantur. ¶ Interdum tamen etiam cum nominibus propriis urbium, &c. reperitur cum præp. *ad*. *Cic. pro Dejot.* Usque ad Numantiam misit. ¶ Refertur etiam ad motum de loco, vel ad originem, & recipit abl. cum præp. *a*, vel *ab*, vel *e*, aut *ex*, etiam cum nominibus propriis urbium, &c. *Cic. pro Cluent.* Atque illam usque a mari supero Romam proficisci. *Id.* 3. *Verr.* Usque a Dianio, quod in Hispania est, ad Sinopen, quæ in Ponto est, navigaverunt. *Id.* 7. *Verr. c.* 60. Ut qui usque ex ultima Syria, atque Ægypto navigarent. *Virg.* 7. *Æn.* Siculo prospexit ab usque Pachyno. *Tacit Ann.* 15. *c.* 37. Volucres & feras diversis e terris, & animalia maris Oceano ab usque petiverat. ¶ In utroque motu vice casuum admittit etiam adverbia *eo, illo, illinc, insfinc*, & hujusmodi. *Cic. Arr. l.* 2. Quod eos usque insfinc exauditos putem. *Plin. l.* 6. *c.* 23. Athemenidas usque illo remisse. ¶ Sepe etiam tempus notat, vel personam spectata ratione temporis. Si dicatur de tempore futuro, vel consequenti, exigit acc. cum præp. *ad*. *Plaut. Meno* 1. 2. 60. Inde usque ad diurnam stellam crastinam porabimus. *h. e.* quoad Lucifer, vel *Sol a nobis videbitur*. *Cic. de Amic.* Amicitiam usque ad extremum vitæ diem permanere. *Virg.* 1. *Georg. v.* 211. Serite hordea campis Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem. ¶ In hac acceptione frequenter *usque* omittitur. *Cic. de Sen.* Quanquam quis est nam stultus, quamvis sit

ipsum ab amne influente ibi cognominatum, usquequo magnarum navium capaceim esse diximus. ¶ Dicitur etiam de rempore, pro donec, quoad. *Varro l. 1. de R. R. c.2.* Quod jubet, ranam luridam conjicere in aquam, usquequo ad tertiam partem decoxeris. ¶ Ponitur etiam pro quatenus. *Ulp. l. si suspecta, § 2. ff. de inoff. testam.* Et ideo datæ in eo libertates, atque legata, usquequo Falcidia permittit, suam habent potestatem. ¶ Dividitur a Poetis per Tmesin, interpositis aliis dictionibus: *Martial. l. 2. ep. 64.* Ejà, age, rumpe moras, quo te spectébimus usque?

* Usquequoad, *finelè*, לְעֵרֵי, quousque, quamdiu. *Cic. in Brut. c 22.* Usque illum, quoad ei nuntiatum esset coniules descendisse, commentarum in quadam refsudine cum servis literatis fuisse. *Varr. R. R. 2. 7.* usque quoad erunt lactentes.

Usta, æ, f. genus coloris rubei, sed ad flavum accedentis. & colori auri similis. *Vitruv. l. 8. c. 11.* Usta vero, quæ satis habet utilitatis in operibus rectoriis, sic temperatur: Gleba silis boni coquitur, ut sit in igne candens; ea autem aceto extinguitur, & efficitur purpureo colore. *Plin. l. 25. c. 6.* Usta casu reperta incendio Pyræei, cetusta in orcis cremata: optima Attatica, quæ purpurea appellatur; fit & cremato sile marmoroso, & rettincto aceto, sine ea umbræ non fiunt.

Ustica, æ, m. mons in Sabinis. *Hor. l. 1. Carm. ode 17.* Utcumque dulci Tyndari fistula Valles, & Usticæ cubantis Lævia personuere saxa.

Ustica, æ, f. Evonymus, *l'Ustica, l'Ustiga*, inf. Siciliæ, una Æoliarum, a litore Siciliæ 60. M. P. quæ ab aliis Æoliis in Austr. & Libon. *Plin. l. 3. c. 8.*

Ustilago, inis, f. herba eadem, quæ cardus sylvaticus. *Apul. de herb. c. 109.*

Ust o, onis, f. *abbruciamento*, יְקִי, תִּבְעֵרָה, תִּכְוֹפָה, Germ. *brennung, das brennen*, Gal. *brulement*, Hif. *inemadura, καῦσις*, actus urendi. *Cato c. 38.* Virgas, & sarmenta, quæ tibi ustioni superenrunt, in fegetem comburito. ¶ Sumitur etiam pro ferri candentis admot one ad membrum aliquod agrum, quam vulgo cauterizationem vocant. *Plin. l. 24 c. 15.* Quædam ustione sanantur, privatim vero canis rabidi morsus. Adde *Ceis. l. 8. c. 2.*

Ustivus, a, um, adj. urendi vim habens. *Æmil. Macer. 2. 8.*

Ustor, oris, m. *καυτὴρ, ἐμπρησὴς*, qui urit, cremator. Speciatim ita dicebatur, qui corpora in busturariis cremabat, *κηροκαύσης. Martial. l. 3. ep. 93.* Ustor que tædas præferat novæ nuptæ. *Catull. c 60. (c 55.) in Rufam:* Cum devolutum ex igne profequens panem A semiaso tunderetur ustore.

Ustrilla, læ, f. mulier, quæ capillum cardenti ferro crispat deliciarum causa. Legitur hæc vox secundum nonnullos apud *Tert. de pall. c. 4.* ubi alii omnino aliter.

Ustrina, æ, f. בֵּית מִשְׂרְפָה, locus in quo cadaver crembatur, ab *ustum* sup. verbi uro, *καῦστρα νεκρῶν*. Differt a sepulcro, quia locus ille, in quo cadaver crematur, si cadaver in eo etiam sepeliebatur, dicebatur sepulcrum, si cadaver alio transferebatur, ustrina appellabatur. *Festus in voce Busti:* Busti proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus, & sepultus, dicituique bustum, quasi bene ustum. Ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo ustrina vocatur. *Sed modo bustum, eo, quod sepelitur, sepulcra vocamus.* ¶ Ustrina quoque, *καμινάριον*, locus dicitur, in quo metalla candescunt, ut elaborentur. *Plin. l. 36. c. 21.* In ustrina ter siccantur, ita ut torreantur carbone puro, ac toties vino refrigantur albo. ¶ Sumitur etiam pro quovis ardore, aut ustione. *Apul. l. 7. Met.* Ustrina talis moram sustinens.

Ultrinum, ni, n. idem quod ustrina, hoc est locus, in quo cadaver cremarur. *Serv. in 2. Æn.* Alii dicunt, ubi home combustus est, nisi ibidem crematus fuerit, non esse bustum, sed ustrinum. *Veterus Inscript. apud Kirchman. de funerib. l. 3. c. 1.* Huic monumento ustrinum applicari non licet.

Ustulandus, a, um, *καυτηριαστέος*, partic. vel gerund. ab ustulor. *Catull. de Annal. Volus. carm 34.* Scelera tardipedi Deo datutam infelicibus ustulanda lignis.

Ustulatus, a, um, partic. ab ustulor. *Virruv. l. 5. c. 12.* Pali ustulati. *Id. l. 1. c. 5.* Talea ustulatæ.

Ustulo, as, a. 1. *abbrustolire, bruciare*, חָרַר, שָׂרָה, יָקַר, *καίω, καυτηριάζω*, uro, cremo, ab *ustum* sup. verbi uro. *Pacuvius:* Candenti ferro crines ustulare. *Auctor Priap. carm. 45.* Ferventi caput ustulare ferro.

Ustus, a, um, *abbruciato, κεκαυμένος. Ovid. 1. Met. v. 119.* Tum primum siccis aer fervoribus usum Canduit. *Plin. l. 10. c. 7.* Conveniunt ex alio etiam pisces ad quosdam odores, ut fepiam ustam.

Usualis, & le. o. t. *usuale*, מִנְהָגִי, *χρησὸς*, quod usui nostro servit. *Martian. l. interdum, ff. de publicanis:* Quoties quis mancipia invecta professus non fuerit, sive venialia, sive usualia, in pœna commissi est. ¶ Sermo usualis, *h. e.* rudis, inornatus, qualis in usu quotidiano, & familiari est. *Sidon. l. 4. ep. 10.*

Usuarius, a, um, idem ac usualis. *Gell. l. 4. c. 1.* Ex iis autem, quæ promerca-lia, & usuaria in locis iisdem essent, ea sola esse penoris putat, quæ sint usui annuo. ¶ Usua ius servus, apud *Ulp. l. 14. ff. de usu, & habit.* Per servum usuarium si stipuler, &c.

Usucapio, onis, f. מִקְנָה, חֻקָה, אֲחֻזָּה, acquisitio per usum legitimi temporis jure civili constituta. *Ulp. in fragm. tit. 19.* Usucapio est adeptio dominii per continuationem possessionis anni, vel biennii, rerum mobilium anni, immobilium biennii. *Modestin. l. 3. ff. de usucapionibus, & usurpationibus:* Usucapio est adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti. *Cic. 1. de Leg. c. 21.* In qua quoniam usucapionem duodecim Tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus. ¶ A Juisconsultis appellatur etiam capio. *Jabolen. l ei, a quo, ff. de usucap.* An durare nihilominus capiopem ejus fundi putes? *Id. l. emptor, ff. pro emptore.* Cæterarum partium non impedietur longa possessione capio. ¶ Usurpatur & divisim interjecta aliqua dictione. *Ulp. l. 1. ff. pro dote:* Si sponsa sponso ea mente traderit res, ut non ante ejus fieri vellet, quam nuptiæ secuta sint, usu quoque capio cessabit.

Usucapio, is, capi, captum, 3. 3. *acquistare, fare suo*, קָנָה, קָרָה, *κτῆσιν ἐποιήσασθαι*, rem aliquam continuatione usus, vel possessionis mihi attribuo, vindico, in meum usum converto, pro quo Juisconsulti etiam dicunt capere usu, capere utilitatis causa, ubi suum facere, longo tempore capere, diutius possidendo capere, longa possessione capere. *Cic. de Arusp. resp. c. 14.* Nihil mortales a Dits immortalibus usucapere possunt. *Id. Att. l. 1. ep. 5.* De Tadiana re mecum Tadius locutus est, re ipsa scripsisse, nihil esse jam, quod laboraretur, quoniam hæreditas usucapta esset. *Plin. l. 5. ep. 1.* Jam biennium transisse, omniaque me usucepisse. ¶ Usurpatur etiam divisim, sive citra compositionem. *Pompon. l. cum solus, ff. de usucapionibus:* Propius est, ut usu eas capere non possis.

* Usucaptus, a, um, *ἐποιησάμενος*, longa possessione meus factus. *Sueton. in Domit. c. 9.* veteribus possessoribus ut usucepta concesserit.

Usufacio, is, a. 3. Usufacere aliquid suum, est sibi diu utendo vindicare, usu capere. *Plaut. Amph. 2. 1. 219.* Cujus nunc es? So. tuus; nam pugnis usu feciti tuum.

Usufructuarius, a, um, *usufruttuario*, cujus est usufructus in aliqua re, non etiam proprietas. *Ulp. l 7. Dig. de usufr. & quemadm.* Usufructu legato, quicunque reditus est, ad usufructuarium pertinet.

Usufructus, æ, f. *uso*, חֶרְבַּת, נְשָׁר, מִנְהָג, חֲרוּת, *χρῆσις*, idem quod usus, seu facultas utendi aliqua re. *Plaut. Amph. Prol. v. 108.* Ejus usuram corporis cepit fibi. *h. e.* Alcumenæ corpori usum cepit, eum ea coivit. *Cic. pro Rab. Post.* Vos o secro iudices, ut huic optimo viro usufam hujus lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis. *Id. l. 3. Fam. ep. 1.* Perficiam profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus; intermissa nostra confuetudine, & gratia, & celebritate, & magnificentia officiorum meorum sarciam. ¶ Metonymice ponitur pro commodo, sive fructu ex rei usu proveniente. *Cic. de Sen. c. 15.* Terra nunquam recusat imperium, nec unquam sine usura reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque majore cum fœnore. ¶ Et speciatim pro usu & commodo pecuniæ, quam alicui utenda conceditur. *Cic. Verr. 5. c. 72.* Binas centesimas ab se ablatas terendum non putant; & recte non putant, quis enim hoc fecit unquam? quis denique conatus est facere, aut posse fieri cogitavit, ut cum senatus publicanos usura sæpe juvisset, magistratus a publicanis pecuniam pro usuris auderet auferre? ¶ Item pro tali usuræ mercede seu pretio, hoc est pro pecunia quæ in fœnore foenebraeedit, *usura, censo*. Græce dicitur τόκος. Tokos partum significat a *τίκτω, pario*. Est enim partus pecuniæ, vel alterius rei commodatæ, sed partus infelix, ac spurius, cum tales res suapte natura steriles sint, & parere non debeant. *Lucan. l. 1.* Hinc usura vorax, avidumque in tempore fœnus. *Plin. l. 6. ep. 8* Ut salva sit non sors modo, sed etiam usura plurium annorum, *non solo il capitale, ma ancora i prò scorsi di molt' anni. Cic. Att. l. 12. ep. 21.* Usuram pendere. *Id. Att. l. 9. ep. 14.* Usuram perscribere. V. *Perscribo. Sueton. in Aug. c. 39.* Mutuare pecuniam levioribus usuris. *Plin. l. 14. c. 4.* Multiplicare usuram. ¶ Usuris cum fructibus agrorum certare, apud *Cic. 2. Catil. c. 8.* est ex agrorum fructibus usuras dissolvere, *mangiar il suo in erba per pagar l'scenso*. V. ibi Interpretes. ¶ Usura centesima, *dodici per cento*. V. *Centesimus*. ¶ Usura unciaria, *uno per cento*. V. *Uncia, & Unciarius*. ¶ Usura bessis, *otto per cento*, cum octo in singulos centenos quotannis solvuntur. *leg. penult. Cod. de Usur.* ¶ Usura quadrans, *tre per cento*, cum pars centesimæ quarta, hoc est e centenis terni solvuntur. *Scævola l. 21. Dig. de usur. leg.* ¶ Usuræ quincunces, *cinque per cento, leg. 17. Dig. de Usur.* ¶ Usura semis, vel semissalis, *sei per cento, leg. 5. Dig. de operib. publ. & leg. 10. Dig. de pollicitat.* Usura triens, *quattro per cento, l. 3. ad leg. Falcid.* H: autem appellationes ductæ sunt ab assis partibus, quæ sunt bes, triens, quadrans, nam centesima est veluti as usurarum, hoc est usurarum maxima, a qua deinceps descendendo usuræ reliquæ denominantur. ¶ Mos fuit apud Romanos, ut singulis mensibus Idibus cujusque mensis usuræ solverentur. *Cic. 1. Catil.* Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties. Quod dicit *Cic.* quia Idibus solvere fœneratoribus usuras Catilina cogebatur.

Usurarius, a, um, ex quo capitur usus, cujus solum usum habemus. *Plaut. Amph. 1. 2. 36.* Alemenam uxorem cepit ufurariam. *Id. Cure. 4. 3. v 12.* Usurarius puer *Δουλικὸς, h. e.* meritorius, qui sui corporis usum alteri præbet. ¶ Accipitur etiam pro fœnebri, ut usurarum debitum, apud *Julian. leg. 6. Dig. de neger. gest.* cit, cujus usuræ debentur. Usuraria pecunia apud *Ulpian. l. 11. Dig. de compensat.* est quæ sub usuris debetur. Usurarius debitor est, qui usuras pendit. *Papinian. l. 7. Dig. de Usur.*

* Usurpabilis, le, cujus usus aliquis esse potest. *Tertul. adv. Macr. l. 2. c. 6.*

Usurpatio, onis, f. *usurpazione, l' usare*, שִׁנּוּן, מִנְהָג, *ἐθισμὸς*, frequens usus. *Cic. in Bruto c. 71.* Qui hoc tempore ipso cum liceat, in hoc communi nostro, & quasi fatali malo consoletur se cum conscientia optimæ mentis, tum etiam usurpatione, & renovatione doctrinæ. ¶ Dicitur sæpe de malo usu sei alicujus qui contra jus salve sit. Apud *Liv. l. 24. c. 19.* Scipio Hispanos regem se appellantes coercens, jussit eos *Regis usurpatione abstinere*, quæ apud Romanos intolerabilis vox erat. *Plin. l. 33. c. 2.* Superba usurpatio nominum. ¶ Sumitur etiam pro possessionis interruptione. *Paul. l. 2. ff. de Usucap.* Usurpatio est usucapionis interruptio.

* Usurpative, usurpando. *Servius ad l. Georg. v. 210. & Æn. 7. v. 279.*

Usurpativus, a, um, ad usurpationem pertinens. *Macrob. de differ. & Societ. Græc. & Latin. verb. p. 691.* Verborum forma vel species, meditativa, inchoativa, frequentativa, & usurpativa . . . . . Hanc quidem gerundi modi, vel participalem vocant. V. *Diom. l. 1. p. 389. Putsch.*

Usurpator, oris, *usurpatore*, qui malo jure aliqua re utitur. *Ammian. l. 26. c. 7.* Usurpator indebitæ potestatis.

Usurpatorius, a, um, adj. *usurpatorio. Impp. Const. & Julian. in Cod. Justin. l. 10. tit. 47. leg. 8.* Si quis usurpatoria auctoritate amplius aliquid fuerit conatus exigere.

Usurpatus, a, um, *usurpato, usato*, מְנֻהָג, participp. ab usurpor. *Cic. 7. Verr.* Jure impepti nostri quotannis usurpato, ac semper retento. *Id. ib.* Quid vero illa Segestanorum non solum literis tradita, neque commemorata verbis, sed multis officiis illorum usurpata, & comprobata cognatio. *Id. 5. Fam. ep. 10.* Consolationes a sapientissimis viris usurpatæ. ¶ Usurpata uxor dicebatur, quæ cum annum integrum cum viro, licet sine legibus, fuisset matrimonii causa, in manum mariti venisse, & e tutorum potestate exisse, tanquam usucapta censebatur; atque hoc *matrimonium usu initum* dictum est, ut docet *Serv. ad l. 1. Georg.* ubi tria connubiorum genera recenset ust, confarreatione, & coemptione. *Gel. lib. 3. cap. 2.* Non esse ufurparam mulierem, quæ calendis Januar. apud virum cauta matrimonii esse cœpisset, & ante diem quartum cal. Januar. sequentis usurpatum isset. *V. Sigon. l. 1. de ant. jure C. R. c. 6.* aliisque *Gellii* interpretes. ¶ Usurpatum est, *fatto, è uso, è in costume. Ulpian. l. 1. Dig. de extraord. cognit.* Usurpatum est, ut his quoque jus dicatur.

Usurpo, as, a. 1. *usare spesso, usurpare*, נִשֵּׁן, Gor. *gebrauchen, im brauch haben*, Gal. *usurper*, Hif. *usurbar, χρῆσθαι*, est in frequenti usu habere, & hoc sive verbis, sive factis fiat, ut ait *Valla l. 5. Elegant.* Igitur est frequenter dicere, vel frequenter facere. *Cic. in Or.* Quod semper usurpamus in omnibus dictis, ac factis, minimis, ac maximis, cum hoc decere dicimus, illud non decere. *Id. ad Brut. ep. 15.* Ut Solonis dictum usurpem. ¶ *Usurpare oculis*, est cernere, videre. *Lucr. l. 1. v. 300.* Nec frigora quimus usurpare oculis. *Plaut. Trin. 4. 2. 3.* Advenio ex Seleucia, Macedonia, atque Arabia, quas ego neque oculis, neque pedibus unquam usurpavi, *idest*, quas neque vidi, neque adii. ¶ *Usurpare barathrum*, est eo uti ad se demergendum. *Id Bacch. 1. 2. 41.* O barathrum, ubi nunc es? ut ego te usurpem libens! Apud *eund. Cas. 3. 5. 9.* dicuntur aures *sonitum usurpare*, hoc est exaudire. ¶ *Usurpare otium*, est otio frui. *Tac. Ann. 14. c. 55.* Augustus Agrippæ usurpare otium post labores concessit. ¶ *Usurpare civitatem*, est dicere se civem, & pro cive se gerere. *Cic. 7. Ver.* Sed cum imploraret sæpius, usurparetque nomen civitatis. ¶ *Usurpare memoriam* alicujus, est mentionem de eo facere. *Cic. in Lælio:* Quis est, qui C. Fabricii, M. Curii non cum charitate, & benevoleatia memoriam usurpet, quos nunquam viderit? ¶ *Jus usurpare*, est, quod vulgo dicunt, capere possessione. *Liv. l. 27.* Nec avorum memoria Dialem quemquam id jus usurpaviise. ¶ *Usurpare aliquem*, sæpe est nominare, appellare. *Cic. 2. Off. c. 11.* Lælius, is, qui sapiens usurparur. *Id. de Univ. c. 11.* Jupiter, atque Juno, & reliqui, quos fratres inter se agnatosque usurpare, atque appellare videmus. *Id. pro Mil. c. 7.* Appia via quæ antea filebatur, eadem nunc crebro usurparur. ¶ Interdum hoc verbum significat contra jus saique aliqua re uti, occupare, invadere. *Suet. in Claud. c. 25.* Civitatem Romanam usurpantes securi percussit. *Tac. Ann. 11. c. 13.* Munera Censoria usurpans. ¶ Item simpliciter accipere, suum facere, vindicare. *Gel. l. 3. c. 2.* Usurpare mulierem, V. *Usurpatus. Cic. 3. de Or. c. 28.* Possessionem, furculo defringendo, usurpare. V. *Surculus.*

Usus, a, um. V. Utor.

Usus, us, m. מְנֻהָג, Ger. *brauch, nutz*, Gal. *usage, utilité*, Hif. *uso, λῆψις*, utendi actus, exercitatio, tractatio. *Cic. 1. de Or. c. 4.* Ut ad eam doctrinam, quam suo quisque studio consecutus esset, adjungeretur usus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. *Id. pro Corn. Balbo, c. 20.* Assiduus usus uni rei deditus, & ingenium, & artem sæpe vincit. *Plin. l. 1. ep. 20.* Usus magister egregius. ¶ Sumitur etiam pro consuetudine, more. *Ter. Heaut.* Mihi sic est usus, tibi ut opus est facto, face. *h. e.* sic meus est mos, ita consuevi. ¶ Item pro conversatione, familiaritate. *Cic. l. 7. Fam. ep. 33.* Num a Volumnio Senatore esset, quocum mihi est magnus usus. *Id. l. 13. ep. 24.* Inter nosmetipsos vetus usus intercedit. ¶ Item pro fructu, & utilitate, quod soleamus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus. *Cic. Att. l. 1. ep. 1.* Fuit & mihi, & Quinto fratri magno usui in nostris petitionibus. *Id. 4. Tusc.* Quod fit ex usu. *h. e.* quod sit secundum utilitatem, seu quod aptum sit ad usum nostrum. ¶ Item pro experientia, quæ ex longo rerum usu acquiritur. *Ovid. 6. Metam. v. 29.* Scris venit usus ab annis. *Cas. l. 3. B. C. c. 43.* Pompejus dixit, non recusare se, quin nullius usus imperator diceretur, si &c. ¶ Interdum usus indeclinabilis nominis more adhiberur, quemadmodum *opus*, cum quo communem habet significationem, *bisogno, necessità*. Ufurpatur vel absolute. *Ter. Heaut. 3. 2. 42.* Non ufus veniet, spero, *h. e.* non opus erit, non erit necesse. *Cicer. 4. Tusc. c. 2.* De cæteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit. ¶ Vel cum ablat. rei, & dat. personæ. *Plaut. Asin. 1. 1. 76.* Viginti jam usus est filio argenti minis. *Ter. Hec. 3. 1. 47.* Non usus facto est mihi. ¶ Vel cum solo abl. rei. *Virg. 8. Æn. v. 441.* Arma acri facienda viro: nunc viribus usus, Nunc manibus rapidis. ¶ Vel etiam cum acc. loco ablativi. *Plaut. Pseud. 1. 3. 151.* Ad eam rem usus est hominem affutum, doctum, &c. ¶ Usuvenire. V. infra in *Usuvenio*.

Ususfructus, us, m. *usufrutto*, אֲחֻזָּה, *ἐπικαρπία, ἐπικαρπώσεις*, rei usus fructuosus, cum scilicet res aliqua non nostra est, sed perinde ex ea fructum, atque utilitatem capimus, ac si nostra esset. *Ulp. l. 1. ff. de usufructu:* Ususfructus duo jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. *Cic. pro Cæc. c. 4.* Ususfructum omnium bonorum suorum Cæsenniæ legavit, ut fruereiur, ea cum filio. *Id. in Top. c. 3.* Si paterfamilias uxori ancillarum usumfructum legavit a filio neque a fecundo hærede legavit, mortuo filio mulier usumfructum non amittet. ¶ Separate etiam usfurpatur. *Cic. pro Cacin. c. 7.* Usus enim ejus, & fructus fundi, testamento viri, fuerat Cæsenniæ.

Usu-

Usuvénio, ebat, enit, imp. 4. *avvenire, intervenire, accadere*, אֵרַע, קָרָה, הָיָה, *συμβέβηκα, γίνομαι*, evenit, accidit, contingit. *Cic. pro Quint. c. 15.* Nam quid homini potest turpius, quid vero miserius, aut acerbius usuvenire? *Id. de Sen. cap. 3.* Mam si id culpa senectutis acciderer, eadem mihi usuvenirent omnia, & reliquis majoribus natu. *Auct. ad Heren. l. 2. c. 5.* Dicet, eum præmeditatum fuisse, quid sibi esset usuventurum. ¶ Revera duæ voces sunt *usu venit*; itaque præter quam quod in allatis & aliis similibus exemplis separatæ inveniuntur in optimis Codicibus, interseritur etiam iis interdum alia vox. *Cic. Att. 14. ep. 12.* Nunc venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis. *Id. de Orat. c. 40.* Quid quod usu memoria parvum venit, ut, &c.

U ANTE T.

Ut, adv. *siccome, come*, לְמַעַן, כַּאֲשֶׁר, לְמַעַן, כְּ, כְּמוֹ, Germ. *wie, daß, damit, alsbald*, Gal. *comme, ainsi que*, Hif. *como, ως, ὥσπερ, καθάπερ*, sicut, velut, adverbium similitudinis. *Plaut. Rud. 4. 4. 55.* Ut ture es, item censes omnes esse? *Cic. 2. Phil.* Ut quidam morbo aliquo, & sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt, sic libidinofi, avari, fœcinorofi veræ laudis gustum non habent. ¶ Cum sumitur pro veluti, sub eodem verbo casus similes antecedentibus poscit. *Cic. 2. Acad.* Ea sola percipere dicunt, quæ tactu intimo sentiant, ut dolorem, ut voluptatem. ¶ Ufurpatur quoque extra similitudinem, pro quemadmodum, qua ratione. *Cic. Att. l. 1. ep. 13.* Ut me circumsteterint, ut aperte jugula fua pro meo capite P. Clodio offentarint. *Virg. 2. Æn.* Infandum, Regina, jubes renovare dolorem, Trojanas ut opes, & lamentabile Regnum Eruerint Danai. ¶ Item pro quomodo, cum quadam admiratione, & indicativum poscit. *Plaut. Capt. 1. 2. 62.* Ut sæpe summa ingenia in occulto latent. *Cic. pro Mil.* Ut contempsit, ut pro nihilo putavit! ¶ Item pro quomodo cum interrogatione. *Plaut. Persa 1. 2. 17.* Ut vales? R. Ut queo. ¶ Item pro prout, & hoc fere per parenthesin. *Ter. Phorm.* Ut nunc sunt mores. *h. e.* secundum mores, quibus hodie utimur. *Cic. de Sen.* Multæ etiam (ut in homine Romano) literæ. *Id. in Bruto.* Posteaque Cisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. *h. e* secundum illarum temporum eloquentiam. ¶ Item pro quippe. *Plaut. Curc. 2. 1. 2.* Quando Æsculapii ita sentio sententiam, ut qui me nihili faciat, nec salvum velit. ¶ Est etiam adverbium quantitatis, & ponitur pro *quam*, admirative. *Cic. Att. l. 2. ep. 21.* Ut ille tum humilis, ut demissus erat! ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat! ¶ Item pro quam sine admiratione, cum superlativis. *Cic. pro Cluent.* Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandissime potest. *Id. 2. de Or.* Ut quisque optime Græce sciret, ita esse nequissimum. ¶ Item pro quantum. *Plaut. Asin. 3. 3. 39.* Ut vestræ fortunæ meis præcedunt, Libane, longe! *Plin. in præf. hist. nat.* Nisi ut prodesse tanrundem posses, ut velles. *Suet. in Tite, c. 7.* Abstinuit alieno, ut si quis umquam, *quanto altri mai*. ¶ Item adverbium est temporis, pro postquam, ex quo, & indicativum petit. *Cic. 3. Ver.* Ut hæc audivit, sic exarsit, &c. *Id. in Somn. Scip. c. 3.* Atque ego ut primum fletu represso loqui posse cœpi. ¶ Item pro cum, quando. *Ter. Adelph. 3. 3.* Nam ut numerabatur forte argentum, intervenit homo de improviso. ¶ Item est adverbium optandi, pro utinam. *Ter. Heaut. 4. 6. 6.* Ut te omnes Dii Deæque perduint. ¶ Invenitur etiam positum pro *quod*, vel pro ufu verbi infiniti. *Nepos in Annib. c. 1.* Si verum est, ut populus R. omnes gentes virtute superarit. Al. *superavit. Cic. pro Rosc. Amer. c. 42.* Non est verisimile, ut Chrysogonus horum literas adamarit, ut humanitatem. ¶ Ut est etiam conjunctio, *acciocchè, perfecchè, che*, & conjunctivum postulat. *Cic. de Arusp. resp.* Negotium magistratibus est datum, ut curarent, ut sine vi mihi ædificare liceret. *Id. Fam. l. 16. ep. 2.* Cura ut valeas. *Id. Ver. 7. c. 69.* Ut vere dicam, *per dir vero. Nepos 1. c. 4.* Cursores miserunt, ut nuntiarent. *Plaut. Pœn. 1. 2. 35.* Olent, salsa sunt, tangere ut non velis. *Plin. l. 8. c. 29* Ut carbunculi non noceant. ¶ Usum frequentissimum habet post nas voces, *talis, tam sus, tot, tam, adeo, sic, ita, hujusmodi*, & similes, loco particulæ quod. Sed hæ voces interdum subaudiuntur. *Cic. 1. Tusc.* Non sum ita hebes, ut ista dicam. *Id. in Bruto.* Gellius non tam vendibilis Orator, quam ut nescires, quid ei deesset. *h. e.* talis, ut nescires. *Id. 2. de Leg.* Nec ullum hoc frigidius fumen attigi, cum ad mulsa accesserim, ut vix pede tentare id possim. *h. e.* adeo ut. *Nepos in Alcib. c. 1.* Difertus, ut in primis dicendo valeret. ¶ Item cum verbis timendi, pro *ne non*, & dubitationem signat. *Ter. Andr. 4. 2.* Dies mihi ut sit fatis, vereor, ad agendum. ¶ Est etiam conjunctio conditionalis pro dummodo. *Cic. 5. Ver.* In jugere Leontini agri medimnum fere tritici seri tur, perpetua, atque æquabili fatione, ager efficit cum octavo, bene ut agatur; verum, ut omnes Dii adjuvent, cum decimo. ¶ Item adversativa, pro quamvis, licet. *Ovid. l. 1. de Pont. el. 4.* Ut deline vires, tamen est laudanda voluntas. ¶ Item pro esto. *Cicero ad Brutum, 9.* Nos te, tuumque exercitum expectamus, sine quo, ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. *Ovid. de Ponto, l. 4. el. 5. v. 7.* Luce minus decima dominam venieris in urbem, Ut festinatum non faciatis iter. ¶ Interdum ufurpatur cum indignatione. *Ter. Phorm. 4. 3. 64.* Nil do: impuratus me ille ut etiam irrideat? ¶ Interdum elegantiæ causa. *Cic. de Sen.* Invitus feci, ut L. Flaminium de Senatu ejicerem. Nihil enim significat, nisi *invitus ejeci*. ¶ Conjungitur sæpe cum adv. *non*, pro quin. *Cic. 1. de Fin.* Fieri nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes ejus, a quo dissentias. *Quintil. l. 7. c. 3.* Vereor, ut non jam ferat quisquam. ¶ Item cum *ne*, pro ut non. *Cic. ad Q. Fr. l. 3.* Opera datur, ut judicia ne fiant. ¶ Item cum *si*, & significat perinde ac si. *Cic. l. 4. Fam.* Ejus negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. *Nepos in Datam. c. 3.* Vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret. ¶ Item cum *plurimum*, & valet quam plurimum, seu valde frequenter, plerunque, *per lo più. Cic. 2. de Leg.* In quo & suscipiendo, & gerendo, & deponendo jus ut plurimum valet, & fides. ¶ Item cum *puta*, pro exempli gratia. *Ulp. l. Julianus, ff. de act. empt. & vend.* Ædibus distractis, vel legatis, ea esse ædium solemnes dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, ut puta putei. ¶ Item cum *quid*, cum interrogatione, pro quamobrem. *Cic. Att. l. 7. ep. 7.* Deprecor, inquis, porius, quam servias. Ut quid? si victus eris, proscribare, si viceris, tamen servias. ¶ Item cum alio *ut*, pro quomodo, utcunque. *Ter. Phorm. 3. 1. 4.* Nam utut erant alia, illi certe quæ nunc domi tuæ est, consueres.

Utcunque, adv. *comunque, in qualunque modo, sia come si voglia*, אֲשֶׁר, *ὅπως ἄν, ὡςδήποτε*, quocumque modo, quomodocumque, ab *ut*, & *cunque. Plaut. Epid. 1. 1. 47.* Utcunque in alto est ventus, Epidice, ex imo velum vortitur. *Cic. in Or. c. 17.* Utcunque se affectum videri, & animum asdentius moveri volet, ita cerrum vocis admovebit sonum. *Liv. in præf. operis.* Utcunque erit, juvabit tamen, &c.

Utendus, a, um, part. significationis passivæ, *da servirsene, Χρηστέος. Ter. Heaut. 1. 1. 81.* Ætas ad hæc utenda magis idonea. *Cic. 4. Ver. c. 18.* Omnia utenda, ac possidenda tradiderat. *Id. 3. Tusc. c. 28.* Quod utendum acceperis, reddere. *Plaut. Men. 2. 2. 94.* Ego illam condonavi, sed fic utendam dedi. His, & aliis similibus locis *utendum dare* idem est ac accommodare, aut mutuum dare.

Utens, tis, nom. participp ab utor, *che si serve. Ovid. 12. Metam.* Haud tulit utentem pugnæ successibus ultra. *Cic. in Top. c. 18.* Ratione utens. *Id. 2. Offic. c. 2.* Magnitudo divitiarum illum fortasse adjuvat, qui habet: ne id quidem semper, sed fac juvare, utentior sane sit, honestior quidem? *h. e.* utilior. Alii leg. *opulentior*, alii *potentior*.

Utensilia, ium, n. 3. *utensili*, כֵּלִים, *τὰ ἁπλᾶ*, quæcunque usui nostro sunt necessaria, ab *utensilis*, quod veteres pro *utilis* dixere. *Liv. l. 3. c. 49.* Exuntisque omnibus utensilibus miles Tusculum se, fide misericordiaque victorus hospitum, contulerat. *Id. l. 26. c. 33.* Quæque non fecum deditderant, agrum urbemque, divina, humanaque utensilia, sive quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo; Quisites. *Col. l. 12. in præfat.* Utensilia, quibus aut aliitur hominum genus, aut etiam exstollitur.

Utensilis, le, adj. *utile, fruttuoso, Χρηστός*, utilis. *Var. l. 1. R. R. c. 2.* Quid in Italia utensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium fit?

Utensilitas, atis, idem ac utilitas, usus. *Tertull. de habit. mul. c. 5.* Ferri, & æris utensilitas.

Uter, uteri, m. idem ac uterus. *Cacil. apud Non. t. 2. n. 915.* Nunc uter crescit, non potest celari.

Tom. II.

Uter, utris, m. *otre*, נֹבֶל, נֹאד, חֵמֶת, *ἀσκός, ἀσκωμα*, pellis, qua vinum, aut oleum, aut alia quæpiam similis res deferri solet. *Virg. 2. Georg.* Mollibus in pratis unctos saliere per utres. *Ovid. 3. Amor. el. 12.* Æolios Ithacis inclusiarus utribus Euros. *Plin. l. 22. c. 7.* Lycion aptissimum medicinæ, quod est spumosum: Indi in utribus camelorum, aut rhinocerotum id mittunt.

Uter, utra, utrum, *quale di due*, מִי מִשְׁנֵיהֶם, אִם זֶה אוֹ זֶה, *πότερος, ὁπότερος*, quis ex duobus. *Cic. 1. Ver.* Utrum reprehendis? quod patronum juvabat eum, qui tum in miseriis erat? an quod alterius parroni mortui voluntatem cogitervabat, a quo summum beneficium acceperat? utrum horum reprehendis? ¶ Est etiam nomen indefinitum, seu infinitum, idem significans, quod *quis* infinite positum, nisi quod *quis* de pluribus, *uter* de duobus dicatur. *Cic. de Fato:* Quoniam utriusque studii nostra professio est, hodie utro frui malis, vestra opria est, *Id. ad Q. Fr. epe 2.* Utros ejus habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque, nescio. *Id. pro Mil. c 9.* Uter utri insidias fecerit. ¶ Ponitur interdum pro alteruter, *l'uno, o l'altro. Cic. 5. Verr.* Omnium controversiarum, quæ essent inter aratorem & decumanum, si uter velit, edicit, se recuperatores daturum. *Id. in Divin. c 14.* Utrum dixeris, id contra te futurum. ¶ Jungitur etiam cum verbis numeri pluralis, est enim nomen collectivum. *Plaut. Men. 5. 2. 19.* Loquere, uter merusitis culpam, paucis. *Id. ib. 5. 9. 90.* Uter eratis? tun' an ille major? ¶ Dicitur etiam de pluribus, quam duobus. *Vitruv. in præf. l. 7.* Alii eum scripserunt esse in crucem fixum: nonnulli in eum lapides esse conjectos: alii, Smyrnæ vivum in pyram conjectum, quorum uter um ei acciderit, meminri digna constitit pœna.

Uterculus, i, m. *ventricello*, δελφύδιον, parvus uterus, seu venter. *Plin. l. 11. c. 12.* Præterea e fronde, ac pabulis porus in uterculos congestus apum, ore enim eum vomunt, &c. ¶ Est etiam diminuti um ab uter, utris, *picciola otre. Apul. l. 1. Milef.* Sanguinis eruptionem uterculo admoto excipit diligenter.

Utercunque, utracunque, utrumcunque, *qual di due tu vuoi, ὁποτερονδήποτε*, idem, quod utervis, sive uter libet. *Cic.

ba, potens ad opem, radixque medendi Utilis in toto nascitur orbe, mea est. ¶ *Utilia, um*, res utiles. *Senec. ep.87.* M. Cato canterio vehebatur, & hippoperis quidem positis, ut secum utilia portaret,

Utilitas, atis, f. *utilité*, תועלת, ὠφέλεια, ὄφελος, *commodum*, fructus. *Cic. 3. de Fin. c.20.* Ut criamsi nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi propter se ipsos amentur. *Id.3. Offic. c.10.* Nec tamen nostræ nobis utilitates omittendæ sunt. *Rursus Cic. Off. c.23.* Afferre utilitatem alicui. *Id. de amic. c.9.* Utilitatem capere ex aliqua re. *Id.3. de Orat. c.2.* Quærere utilitatem in re aliqua. *Id.2. de Orat. c.51.* Referre omnia ad utilitatem suam. *Id.1. de Orat.* Esse utilitati alicui. *Quintil. l.3. c.8.* Utilitate duci. ¶ *Utilitas alicujus*, h. e. utilitas, quæ ex aliquo capitur. *Ter. Eu. 2. 3. 17.* Jo ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam. *Cic. Fam.16. ep.3.* Utilitatibus tuis possum carere, *posse stat sententia tua pro servigio.* ¶ *Utilitas belli* significat res illas, quæ ad bellum utiles sunt, in illo *Cic. pro leg. Manil. c.6.* Itaque hæc vobis provincia, Quirites, si & belli utilitatem, & pacis dignitatem retinere vultis, non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis defendenda est. Supra *c.2.* diaerat; Et pacis ornamenta, & subsidia belli requiritis. Alii leg. *ad belli utilitatem*, quod eandem sententiam habet. ¶ Utilitatem oculis obtinere, apud *Plaut. Epid. 5. 1. 28.* est oculorum usum habere, recte cernere.

Utiliter, adv. *utilmente*, χρηστῶς, ὠφελησάντως, ex usu, commode. *Cic. 4. Acad.* Atque illi quidem etiam a natura utiliter dicebant permotiones istas animis nostris datas. *Ovid. ep.1. v.67.* Utilius starent etiam nunc mœnia Phœbi. *Plin. l. 17. c.14.* Cuneo adactum utilissime adstringitur.

Utinam, *Dia voglia*, אחלי, לו, אנה, אנא, adverb. optandi, ab *ut*, cum optandi est, & particula *nam. Cic. pro L. Dian.* Utinam, Quirites, virorum fortium, atque innocentium copiam tantam haberetis. *Id. l.14. Fam. ep.4.* Quod utinam minus vitæ cupidus fuissem, *Id. Attic. lib. 23. epist. 46.* Quod utinam, iterum, utinam, tuo tamen commodo. ¶ Quandoque etiam dicimus O utinam. *Ovid.1. Ep v.5.* O utinam tunc cum Lacedæmona classe petebat, Obruitis insanis esset adulter aquis. ¶ *Utinam ne* pro *utinam non. Ter. Phorm. 1. 3. 5.* Quod utinam ne Phormioni id fuadere in mentem incidisset.

Utinum, n. 2. Utina, Atina, *Udine*, Ger. *Weyden*, urbs alias Carnorum, nunc prov. Fori Julii primaria, sedes Patriarchæ Aquilejensis.

Utique, adver. *certamente*, אמנם, Ger. *gewisslich, gewiss*, Gal. *certe, certainement*, Hisp. *ciertamente*, ὄντως, certe, adv. affirmandi. *Cic. Att. l.5. ep.9.* Id unis diligenter literis, quæ ad me utique perferantur, consequerer. *Id. ib. l.13. ep 47.* Velim Varronis, & Lollii mittas laudationem, Lollii utique. *Quintil. l. 5. c.10.* Quod non est arbor, utique platanus non est. ¶ Interdum significat dumtaxat, tantummodo. *Ulpian. leg.3. Dig. de suspect. tutor.* Sed sciendum non omnes hæc severitate debere tractari, sed utique humiliores. *Id. leg.31. Dig. de Ædil. Edict.* Culpam autem omnes accipiemus, non utique latam.

Uto, is, activa forma pro *utor* usurpatum fuisse a veteribus, docet *Priscian. l.8.* ¶ Hinc passive *Navius* apud *Gell. l.15. c.13.* Supelleæ multa, quæ non utitur, emisse tamen,

Utor, eris, usus sum, d. ȝ. *usare, servirsi*, השתמש, עבר, χρᾶσθαι, usum habeo, adhibeo. Dicitur de omnibus rebus, & humanis, & divinis, & animatis, & inanimatis, quæ nobis bonæ, utiles, necessariæ sint; & construitur cum ablativo sine præpositione. *Cic. Verr.1.* Sunt alia in te accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non utor. *Id. pro Dejot.* Bene armis, optime equis uti. *Plaut. Trinum. 2. 1. 26.* Non places, nihil te utor, *nulla voglio da te. Id. Mil. 47. 7. 25.* Istoc ego oculo utor minime, *vi veggo poco.* ¶ *Uti valetudine firma*, idest bene valere, bene habere. *Plin. l.1. ep.24. Uti valetudine minus commoda*, idest aliquantum ægrum esse. *Cæs. l.3. B. Civ. c.49.* ¶ Uti invidia minore, id est minus odio haberi, seu nobis minus inviderі. *Plaut. Aul. 3. 5. 8.* ¶ Patre facili uti, h. e. habere patrem mitem, & placabilem. *Ter. Heaut. 1. 2. 42.* ¶ Uti voce, est loqui. *Cic.1. Verr.* Si universa provincia loqui posset, hæc voce uteretur. ¶ Homo honore usus dicitur, qui magistratum aliquem in Republica gessit. *Cic. 1. de Invent. c.54.* Homines claros, nobiles, & honore usos. ¶ *Uti oratione.* h. e. orationem habere. *Id. Phil.10. c.2.* ¶ *Uti ventis adversis*, est adversos ventos navigando experire. *Id. Fam.14. ep.5.* ¶ *Uti se* apud Comicos est genio suo indulgere. *Plaut. Mil. 3. 1. 82.* Liber sum ego, libere me uti volo. *Id. Captiv. 4. 2. 12.* Dicam, ut penum sibi aliud ornet, si quidem se se uti volet. ¶ *Uti ingenio alicujus*, est obsequi, morem gerere. *Trebat. Pol. in XXX. Tyrann. c.16.* Denique ingenio ejus usus Odenatus quidquid concubinarum quidquid pretiarum cepit, eidem tradidit. Eadem ratione *uti regibus* apud *Hor. l. 1. ep.17.* est iis obsequi. Sic *uti foro* apud *Terent. V. Forum.* ¶ Habet præterea alios casus beneficio præpositionum. *Cic.5. Ver.* Quo iste interprete non ad linguam Græcam, sed ad furta, & flagitia uti solebat. *Id.4. Acad. c.38.* Uti opera Deorum ad fabricandum mundum. ¶ Cum accusativo etiam reperitur, præsertim communi. *Cic. Att.12. ep.22.* Ne Silius quidem quidquam utitur. *Cato* apud *Gell. l.13. c.22.* Si quid est, quod uxor, uxor. *Varr.* apud *Priscian. l.8.* Utile utamur potius, quam &c. ¶ Cum de amicis, aut familiaribus sermo est, uror significat versari, consuetudinem habere, familiarem esse. *Cic. pro Cluent. c.16.* Fabricius semper usus est familiarissime. Sic, uti familiariter alicujus amicitia, apud *Quintil. l.5. c.9.* ¶ Participia *utens*, & *utendus* V. supra suis locis. ¶ Utier, paragoge pro *uti*, legitur apud *Plaut. Cas. 2. 3. 4.*

Utpote, adv. *come, perchè*, כי, אשר, אלשר, quippe, adv. confirmandi. *Cicer. Att. l.2. ep.24.* Ea nos, utpote qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus. *Id. eid. l.5. ep.8.* Utpote cum sine febri laborassem.

Ut puta } V. Ut.
Ut quid }

Utralibet, utra vis parte. *Plin. l.2. c.18.*

* **Utrăque,** utrinque, utroque loco vel vice. *Non. c.2. n. 883.*

Utrarius, ii, *chi porta acqua, vino, olio, ἀσκοφόρος*, qui utribus affert aquam, vinum, oleum. *Liv. l.44. cap.33.* Posteremo sequi le utrarios ad mare jussit.

* **Utribi** V. Utrubi.

Utricida, utrem cædens. *Apulej. l.3. Metam.*

Utriclarii, orum, m. genus nautarum, ita dictum a forma quadam navium utriculos referente. *Inscript. apud Spon. Miscell. Erud. Antiq. pag.6.* Collegio Utriclar. & *pag.171.* Inter Utriclar. Lug.

Utriculārius, ii, m. *fuonatore di cornamusa, ἀσκαύλης*, qui canit tibiis insixis utriculo, quæ tibiæ utriculares a quibusdam vocantur, ab *utriculus*, quod ab *uter*. Græce utricularius dicitur ἀσκαύλης, qui ἀσκῷ αὐλεῖ: ut qui e cado, sive dolio idem facit, πιθαύλης. Plura de utricularii, & pithaulæ discrimine docebit Scaliger in Ætnam. *Suet. in Ner. c.54.* Vovebat, se prodituram hydraulam, & chorsulam, & utricularium.

Utriculus, i, m. *ἀσκίδιον*, parvus uterus. *Plin. l.11. c.37.* Fœminis eadem omnia, præterque vesicæ junctus utriculus, unde dictus uterus. ¶ Utriculi etiam dicuntur prima illa florum germina, quæ veluti quidam utriculi tument, priusquam flos arborum aperiatur. *Plin. l.16. c.25.* Pariunt vero, cum florent, flosque ille captis constat utriculis. ¶ Item sic appellantur, quæ Græcis ἐκθλίψιν, id est seminum in frugibus involuera, & operimenta, quæ trita, & exsibro excussa glumæ, sive aeus dicuntur. *Plin. l.18. c.11.* Pinsunt cum arena, & sic quoque difficulter deterunt utriculos.

Utrinde, utrinque, ex utroque loco. *Cato* apud *Charisi. l.2. pag.198. Putsch.* De frumento utrobi bona, utrobi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde fabiones tibi pares.

Utrinque, adv. *da ogni parte*, מזה ומזה, ἀμφοτέρωθεν, ab utroque loco, ab utroque latere, ab utraque parte. *Cæs. l.7. B. G.* Multis utrinque interfectis. *Cicer. l.6. Fam. ep.4.* Tum hoc tempore ita magnæ utrinque copiæ.

Utrinquescĕus, adv. idem quod utrinque. *Lucret. l.4. v.937.* Utrinquescĕus eum corpus vapulet. *Solin. c.62.* (al. 52.) *de crystallo*: Utrinquescĕus leniter turbinatus.

Utrinscĕus, idem quod utrinque. *Sever. in Ætna, v.503.* Incolumi fervore cadunt utrinscĕus ignes. Alii aliter legunt.

Utro, adv. *verso quella delle due parti, ἀποτέρω*, versus quam duarum partium. *Plin. l.18. c.19.* Id demum recte subactum erit, ubi non intelligitur, utro vomer ierit. *Ovid.5. Met. v.166.* Nescit utro potius ruat.

Utrŏbi, vel Utrubi, adv. utro in loco, *in qual de' due luoghi. Ulpian. leg. 1. Dig. Utrubi.* Utrubi hic homo, de quo agitur, majore parte hujus anni fuerit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto. Huc allusit *Auson. Idyll.4.* (al. 11.) seu *in Gripho, v.64.* Interdictorum trinum genus: unde repulsus Vi fuero, aut Utrobi fuerit, quorumque bonorum.

Utrobidem, *dall' una, e l' altra parte. Plaut. Trucul. 1. 2. 50.* Utrosque percognovi utrobidem. *h. e.* penitus cognovi.

Utrobique, adv. *nell'uno, e nell'altro luogo*, ἑκατέρωθι, ἀμφοτέρωθι, in utroque loco. *Cic.2. de nat. Deor.* Eadem veritas utrobique est. *Liv. l.6.* Ab ducibus utrobique proditæ temeritate, atque insciitia res.

Utrolibet, adv. *in qual de' due luoghi tu vuoi. Quintil. l.1. c.11.* Utrolibet inclinata cervix.

Utrŏque, adv. *all' uno, ed all' altro luogo*, ἑκατέρωσε, ad utrumque locum. *Liv. l.6.* Utroque exercitus missi.

Utroqueversum, versus utrumque locum, in utranque partem. *Gell. l.5. cap.12.* Ambigua sint, & utroqueversum dicantur. *Plaut. Capt. 2. 3. 80.* Utroqueversum rectum est ingenium meum.

* **Utrŭbi,** *Utrŏbi, Utrĭbi, in qual de' due luoghi*, utro in loco. *Plaut. Stich. 5. 5. 9.* Utrubi accumbo? V. *Dafqu.*

Utrum, adv. *se, se forse*, אם, אי, אי זה, ποτερον, num, an. Usurpatur in dubitatione, & fere semper habet particulam *an* sequentem, aut *ne*, aut *nec ne. Cic. l.11. Fam. ep.7.* Multum, interest utrum laus imminuatur, an salus deseratur. *Id. Att. l.22. ep.50.* Id utrum illi sentiant, an vero simulent, tu intelliges. *Id. Ver.6. c.33.* Utrum esset Siculis utilius, suis ne servire, an populo R. obtemperare. *Id. in Orat. c.61.* Quærendum, utrum una species sit earum, an ne plures. *Cæs. l.1. B. G. c.50.* Utrum prælium committi ex usu esset, nec ne. ¶ Item in interrogatione. *Cic.4. Acad. c.29.* Utrum ea vestra, an nostra culpa est? *Neges in hoc. c.3.* Cum interrogaretur, utrum pluris patrem, matrem ne faceret? mattem, inquit. ¶ Interdum nulla particula subsequitur, sed subintelligitur. *Cic.4. Fin. c.62.* An hoc dicere audebis, utrum de te aratores, utrum denique Siculi universi bene existiment, ad rem id non pertinere?

Utrumnam, adv. *se forse*, idem quod utrum interrogative, vel dubitative sumptum. *Liv. l.37. c.17.* Utrumnam universa classis in portu stare posset.

Utrumne, adv. idem quod utrumnam. *Colum. l.11. c.1.* Utrumne mercari villicum consueverit, an, &c. *Cic. pro Quintil. c.30.* Utrumne possit se defendere, an, &c.

Utut, adv. *come si voglia, ὁπωσδήποτε*, utcunque, V. *ut* in fine.

U A N T Æ V.

Uva, æ, f. *uva*, ענב, אשכול, Ger. *die traube*, Gall. *raisin*, Hisp. *uva*, σταφυλή, fructus vitis. Sic dicitur ab uxore, ut scribit *Varro l.4. de L. L.* & *Servius ad Ecl.10.* nempe ob humorem intrinsecum. *Cic. de Sen.* Gemma, a qua oriens uva se ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis augescens primo est peracerba gustatu; deinde maturata dulcescit. *Virg.1. Georg.* Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ. ¶ Uvarum plures sunt differentiæ, *lageos, five leporaria*, qua plurimum lepores delectantur, *agigartos*, quæ sine interioribus vinaceis arte nascitur, *bumastos*, quæ crassa est, & oblonga in mammæ bubulæ similitudinem, *dactyles*, cujus acini longi sunt in modum digiti, *duracina*, quæ acinos fert folliculi durioris, quam aliæ, *lanata*, quæ lanugine obducitur, *apiana*, al. *muscatella*, qua apes plurimum delectantur, *miscellanea*, vel *miscella*, quæ mistum saporem habet inter dulcem, & austerum, *acerba*, quæ nondum matura est, *præcoqua*, quæ ante alias maturescit, *precia*, idem ac *præcoqua*, vel quæ in agro Præcio nascitur, *corda*, vel *serotina*, quæ sero maturescit, *helvola*, vel *variana*, quæ est inter purpuream, seu nigram & albam, *taminia*, quæ est colore minii, *semivirea*, quæ semicaduca est, & præ nimia maturitate periclitatur cito corrumpi, aut evanescere, *asaphis*, sive *passa*, sive *arida*, quæ Solem passa est & siccata, *pensilis*, quæ de solario suspensa est, *conditana*, seu *conditanea*, quæ in ollis, vel aliter servatur, *venucula*, seu *venuncula*, seu *venitula*, quæ in ollis asservaturad vendicionem, *brissa*, quæ pedibus calcatur ad exprimendum vinum, *amanthe*, quam labrusceæ, seu vites sylvestres ferunt, de quibus omnibus scripsere *Plin. l.14 c.2.* & *l.23. c.1.* & *Colum. l.3. c.1.* & *2.* ¶ Translate dicitur & de aliis fructibus, qui in morem racemi constant ex pluribus acinis conglobatis. *Plin. l.12. c.13.* Amomi uva etiam in usu est. ¶ Item translate sic appellatur carunucula illa, quæ est in fine palati, dependens circa fauces, & in homine hiante conspicitur, aut certe ejus inflammatio. Nam a duplici forma nomen duplex fortitur. Fere teretem habet figuram columnæ similitudine, & Græcis κίων, Latinis columella dicitur. Interdum intumescit cum vehementi inflammatione, & dolore, & Græce σταφυλή, Latine uva appellatur, quia tunc in acini effigiem conglobatur, & luteo colore subrubescit. *Plin. l.20. c.27.* Tonsillis quoque & uvis medetur, & capitis doloribus. Adde *Marc. l.10. epigr.56.* ¶ Denique uva dicitur de apibus, cum collectæ sunt, & in modum botri dependent. *Virg.4. Geor.* Et lentis uvam demittere ramis. *Plin. l.11. c.17.* Tunc ostenta faciunt privata, ac publica, uva dependente in domibus, templisque.

Uvens, tis, *umide*, humidus, uvidus. *Sil. l.7. v.651.* Uventi ferrum admovit trepefacta palato. *Perron. in Sat.* Uventes oculi.

Uvesco, is, n. 3. *umettarsi*, βρέχομαι, humidus fio, humorem contraho. *Lucret. l.1. v.304.* Denique fluctifrago suspensæ in litore vestes Uvescunt, eadem candenti in sole serescunt.

Uvedŭlus, a, um, humidulus: *Catul. carm. 65.* De Coma Berenices, *v. 63. ubi alii aliter leg.*

Uvidus, a, um, o. r. 2. *umido*, רטוב, Ger. *naß, feucht*, Gall. *moite, humide*, Hisp. *mojado, diepos*, quod humorem intrinsecum habet, ut humidum vocatur, quod exterius madet. Ita hæc duo vocabula distinguunt *Acron. ad Od.5. l.1. Hor. & Serv. ad 10. Ecl.* Sed tamen hæc differentia non observatur. *Plaut. Rud. 1. 4. 31.* Siccine hic cum uvida veste grassabimur? *Virg.10. Ecl.* Uvidus hyberna venit de glande Menalcas. *idest pinguis*, Servio interprete. *Colum. l.3. c. 2.* Nisi præpingui, & uvida terra.

Uvifer, ra, rum, σταφυλοφόρος, quod uvas producit. *Stat. l.4. silv.3. v.64.* Atque Echo simul hinc, & inde fractam Gauro Massicus uvifer remittit. Adde *Sil. l.7. v.263.*

Vulcanalia, orum, vel ium, ἡφαίστια, festa Vulcano dedicata. *Colum. l.11. c.3.* Cæterum Augusto, circa Vulcanalia, tertia fatio est.

Vulcanālis, le, adj. ad Vulcanum pertinens, ut Vulcanalis flamen. *Var. l.4. de L. L.*

Vulcāni insula, Hiera, Therasia, *Vulcano*, inf. Siciliæ, una Æoliarum, ignem emittentes, a Lipara ad 4. M. P. sic dicta, quod ibi templum esset Vulcani.

Vulcanius, f. 1. Æoliæ, Liparæ, Hephæstiades, *Isole di Lipari*, ἡφαιστιάδες, insulæ septem Siciliæ adjacentes, nempe Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, Evonimos. Dictæ sunt a Vulcano, idest ab igne, quod earum omnium natura sulphurosa sit, ignem per intervalla tanquam e fornacibus quibusdam, evomens, ut tradunt *Pl. l.3. c.9. Strab. l.6. Cic. l.3. de nat. Deor. c.22.* a Vulcano Rege Æoli filio omnem accepisse traditur, qui iis insulis post Æolum creditur imperasse.

Vulcanius, a, um, ἡφαίστιος, quod ad Vulcanum spectat. *Cic.2. Tusc. c.14.* Pungit dolor, vel fodiat sane: si nudus es, da jugulum: sin tectus Vulcanii armis, idest fortitudine, resiste. *Virg.10. Æn.* Correptis subito mediis, extenditur una Horrida per latos acies Vulcania campos.

Vulcānus, i, m. *Vulcano*, ἥφαιστος, filius Jovis, & Junonis, qui a parentibus ob deformitatem (licet alii alias causas afferant) coelo præcipitatus est, dejectusque in Lemnum insulam, ubi ab Eurynome Oceani, & Tethyos filia nutritus est, vel, ut alii volunt, a fimiis. Ea autem ruina, qua decidit de coelo, claudus factus est. Antiquis Deus ignis, & fabrorum præses putatus est. Fingitur etiam faber Deorum, quia Jovi fulmina, & diis arma adversus Gigantes fabricaviſſe credatur. Ab eo factum etiam volunt, quidquid artificiosæ fabricarum est, ut monile Hermiones, coronam Ariadnæ fertur in Lemno, una cum Cyaneæ, & hujusmodi. Officinam autem habere fertur in Lemno, una cum Cyclopibus ministris. Etsi de Diis optime meritus est bello illo cum Gigantibus, non tamen ad eorum mensam admissus est. Quin etiam, cum Minervæ nuptias expetisset, repulsam passus est. Quin etiam, cum Marte in adulterio deprehendisset, ambos duxit: quam cum postea una cum Marte in adulterio deprehendisset, ambos retia, & invisibilibus catenis ita colligavit, ut neuter abire posset, donec ab omnibus Diis, & Deabus illi, & derisi essent. Hanc fabulam Chimici de conjunctione ferri, & æris, seu cupri interpretantur. ¶ Multi ramen hoc nomine fuerunt. *Cic.3. de nat. Deor. c.22.* Vulcani item complures: primus cælo natus, ex quo Minerva Apollinem eum, cujus in tutela Athenas antiqui Historici esse voluerunt; secundus Nilo natus, Opas, ut Ægyptii appellant, quem eustodem esse Ægypti volunt: tertius ex tertio Jove, & Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse: quartus Mænalo natus, qui tenuit insulas propter Sicilian, quæ Vulcaniæ nominabantur. ¶ Metonymice Vulcanus ponitur pro igne, ut Pallas pro sapientia, Ceres pro frugibus, *Plaut. Amph. 1. 1. 185.* Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris? *idest* ignem geris in laterna cornea. *Virg.6. Æn. v.77.* totis spargere Vulcanum tectis.

Vulcatius Gallicanus. V. Capitolinus.

Vulga, æ, f. *boglia*, bulga, faceus. *Non. c.2. n.908.* exponit capacitatem, vel finum cum laxitate. *Varr. apud Non. ib.* Ut viaticum ex arcula adderem in vulgam. *Lucil. ibid.* In vulgam penetrare pilosam.

Vulgāre, Vulgatè, adv. V. Vulgariter.

Vulgāris, & re, o. 4. *volgare, vile*, נקלה, בעלנכא, חול, שלעם, מפורסם, Ger. *gemeinlich, gemein*, Gal. *vulgaire, comun*, Hisp. *vulgar*, δημώδης, ἰδιωτικός, ad vulgus pertinens, pervulgatus, communis, protritus, vilis. *Cic. 1. Acad. c.2.* Qui nulla arte adhibita, de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputant. *Id. pro Rosc. Amer.* Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cujus partem nullam reliquerint. *Id. 1. 3. Fam. ep.10.* Genere novo sum literarum ad te usus, ut intelligeres, non vulgarem esse commendationem, *hoc est* non levem, non vilem. *Hor. l.2. sat 5. v.16.* Jejunus stomachus raro vulgaria temnit. *h. e.* cibos vilies. *Liv l.25. c.17.* Ea vulgarior fama est. Alii leg. *vulgatior* rectius. ¶ *Puella vulgaris*, quæ prostat, vulgata, vulgi libidini exposita. *Ovid.4. Fast.* Numina vulgaris Veneris celebrare puellæ: Multa professarum quæstibus apta Venus. ¶ Vulgaris forma quotidiana, qualis vulgo videri solet. *Plin. l.10 c.52.* Nec vulgaris pistacis forma, quamvis non spectanda. ¶ Vulgares artes, quæ mechanicæ dicuntur. *Cic. pro Rosc. Amer. c.46.* Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios. ¶ Vulgaris via, translate, ratio trita, & consueta. *Quintil. in proæm. l. 2.* "Simul per vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisteremus.

Vulgarĭtas, atis, f. idem ac vulgus. *Arnob. l.3. ad v. Gent.* Palem, sed non fœminam illam, quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis ministrum Jovis.

Vulgariter, adv. *volgarmente*, בדרכים, κοινῶς, πωλικῶς, vulgo, e vulgo. *Cic. l. 13. Fr. epist.70.* Ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiose, fasse ut pro homine intimo, ac mihi perquecessario scriberes. Alii leg. *vulgarie*, alii *vulgare*, quæ item sint adverbia pro *vulgariter. Plin. l.8. c.5.* Ne quis vulgariter dilectam putet, *fcelta dal volgo. Id. l.28. c.14.* Vituli quoque jus vulgariter datum inter auxilia coelliacorum tradunt, *comunemente.*

Vulgarius, a, um, idem ac vulgaris. *Turpil. apud Non. c.8. n.41.* Non est mediocris res, neque vulgaria fallacia hæc. *Gel. l.3. c.16.* Verbum vulgariæ significationis. *Id. l.12. c.10.* In libris vulgariis scriptum est.

Vulgāte, adv. per vulgus, vulgando. *Ammian. l.15. c.3.* Hæc augente vulgatius fama.

Vulgātor, oris, m. *divulgatore*, מגלה, διαφημιστής, qui vulgat, idest aliquid in vulgus differminat, enuntiator *Ovid. l.3. Am. el 7.* Sic arer mediis taciti vulgator in undis; Pomaque, quæ nullo tempore tangar, habet. *h. e.* Tantalus, qui Deorum mensæ adhibitus, filium dilaceratum deorum enuntiavit.

Vulgātus, a, um, *divolgato, fatto publico*. δημοσιευθείς. *Cic. de Aruspic. resp.* Quæ navis unquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius ætas fuit? *Liv. l.1 c.7.* Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros. *Quintil. l.2. c.4.* Nam quid hi possint in causis proprium invenire, qui etiam in his, quæ sunt communia, & in plurimis causis tractantur, vulgatissimos sensus verbis, nisi tanto ante præparatis, persequi nequeant?

Vulgātus, us, m. vulgandi actus. *Sidon. l.8. ep.1.* Sufficere suspicabamur, si quid superiore vulgatu protuliſſemus.

Vulgivăgus, & antique Volgivagus, a, um, πλανωλάνης, plebejus. *Lucret. l.4. v.1064.* Vulgivagaque vagus Venere, *idest* fecutor plebejæ, popularisque Venetis, non certæ mulieris amore captus. *Id. l.5. v.930.* Volgivago vitam tractabant more ferarum.

Vulgus, as, a. 4. *divolgare*, הודיע, Ger. *gemein machen*, Gall. *divulguer, publier par tout*, Hisf *divulgare*, δημοσιεύω, est aliquam rem vulgo communem facere, in vulgus spargere, ut *Vulgare morbos*, i. e. morborum contagia in vulgus propagare. *Liv. l.3.* Ministeriique invicem, ac contagio ipso vulgabant morbos. *Curt. l.9.* Contagium morbi etiam in alios vulgarum est. ¶ Interdum est prostituere, permiscere, *Liv. l.4. c.2.* Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis, Patrumque? *Id. l.3.* Vulgari cum privatis, *frammischiarsi, e trattare.* ¶ Interdum in vulgus enuntiare, rem occultam in lucem proferre, patefacere, *divulgare, publicare, manifestare, palesare*, διαφημίζειν. *Virg.10. Æn.* Quid me alta silentia cogis Rumpere & obductum verbis vulgare dolorem? *Liv. l.3.* Vulgatur deinde rumor, duas deesse tabulas. *Id. l.8.* Non quod ego vulgari facinus per omnes velim. *Quintil. in proæm. l.1.* Vulgare librum. ¶ Significat etiam communem omnibus facere. *Liv. l.22. c.29.* F. Virginius rem non vulgabat, de iis tantum, qui Volsco bello militasset, agendum censebat. Hinc *vulgare corpus* dicuntur meretrices, quæ se prostituunt, & paratæ sunt omnibus dare. *Id. l.1. c. 4.* Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putant.

Vulgo, adv. *volgarmente, ordinariamente, per tutto*, בכל מקום, בגוים, Ger. *gemeinglich*, Gal. *communement, vulgairement*, Hisf. *vulgarmente*, κοινῶς, πανδήμως, communiter, publice, passim. *Terent. Andr. 2. 5.* Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet, Omnes sibi melius malle esse, quam alteri. *Cic. 1. de Inv.* Deinde natura ejus evenire vulgo solcat, an insolenter, & raro. *Id. pro Rosc. Amer.* Ejusmodi tempus erat, inquit, ut homines vulgo impune occiderentur. *Virg.3. Geor* Hinc lætis viruit vulgo moriuntur in herbis. *Id. 3. Æn.* Centum alii curva hæc habitant ad litora vulgo Infandi Cyclopes. ¶ *Vulga quæstura* est spurius. *Modestin. l.23. ff. de stat. hom.* Vulgo quæsiti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet, qui & spurii appellantur, παρὰ τὸν πατρόν.

Vulgus, i, n. & m. *volgo, plebe*, המון, Ger. *das gemeine volck*, Gal. *le comun peuple*, Hisf. *vulgo*, οἱ πολλοί, τὸ πλῆθος, plebs, pars populi ignobilior. Olim dicebant *vulgus. Hor. l.2. sat.3. v.62.* huic vulgum Errori similem cunctum insanire docebo. *Cic. pro Planc. c.4.* Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, &c. *Virg.2. Æn.* Scinditur incertum studia in contraria vulgus. *Id. ib.* & spargere voces in vulgum ambiguas. ¶ *In vulgus*, sæpe est apud vulgus. *Cic.5. Tusc.* Vide, ne plus commendatio in vulgus modestiæ habeat, quam voluptatis. *Tacit. lib.1. Ann. cap.29.* Bonis artibus grati in vulgus. ¶ Translate usurpatur de ovibus, & aliis bestiis. *Virg.3. Georg. v.469.* Continuo ferro cullum compescc, priusquam Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Vulnerabilis, le, adj. qui vulnerare potest. *Cal. Aurel. Acut. 2.17.* Materia acerrima, & vulnerabilis.

Vulnerārius, a, um, *da ferire*, τραυματικός, quod ad vulnera pertinet, ut *Vulnerarium medicamentum*, quod vulnerum fanandorum vim habet, *Vulnerarium emplastrum*, quod vulneribus imponitur. *Plin. l.23. c.4.* Vulnerariis emplastris utile. *Id. l.35. c.11.* Cruda autem æruga vulnerariis emplastris miscetur. ¶ *Id. l.29. c.1. scribit, vulnerarium* vocasum fuisse Romæ Arcagathum Lysaniæ filium medicum, quia secare, & urere sæpe consueverat, mox a fævitia id lapsus factitandi carnificem dictum.

Vulnerātio, onis, *E. ferita, τραῦμα, τρῶσις*, actus vulnerandi. *Cic. pro Cæc. c.16.* Sin autem vim sine cæde, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligetis. ¶ Sumitur etiam translate pro læsione. *Cic. in Pison. c.20.* Major hæc est vita, famæ, salutis fuæ vulneratio.

Vulnerātus, a, um, adj. *ferito, impiagato*, sauciatus. *Cic. post redit. in Sen. c.3.* Sanctissimum corpus vulneratum videtis. *Plin. l.7. c.28.* Vulneratus humerum. ¶ Translate *Liv. l.37. c.24.* Vulneratæ naves.

Vulnĕro, as, a. 1. *ferire*, חבר, נגע, Ger. *verwunden*, Gall. *blesser*, Hisp. *herir*, τιτρώσκω, οὐτάζω, saucio, vulnus infligo. *Cæs. l.1. B. G.* Et nonnulli inter carros, rorasque tragulas subjiciebant, nostrosque vulnerabant. *Cic.3. Ver. c.26.* Servi nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius in turba sauciatur. ¶ Translate sumitur pro lædere quæcunque ratione. *Cic. 2. Catil.* Et quos ferro trucidari e-

portebat, eos nondum voce vulnero. ¶ Vulnerarii ictu fortunæ, est ex fortunæ adversitate mœstitia affici, λυπεῖσθαι. *Ovid. 2. de Pon. el.7.* Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu. ¶ Vulnerare aures nuntio, est tristi nuntio aures offendere. *Virg.8. Æn.* gravior ne nuntius aures Vulneret.

Vulnifer, a, um, adj. qui vulnus infert. *Prudent. in Ptychom. v.173.* Vulniferos gradiens intacta per imbres. *Cornel. Gall. elegi 5. v.98.* crisstarum, vulniferumque caput.

Vulnifĭcus, a, um, *che può ferire*, τραυματοποιός, quod vulnus infligere potest *Virg.8. Æn. v.446.* Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit.

Vulnus, eris, n. *ferita*, מכה, נגע, מגע, Ger. *die wunde*, Gall. *blessure*. Hisp. *herida*, τραῦμα, hians, parensque apertura corporis, ictu aliquo inflicta. Differt ab ulcere, nam ut ait *Nonius c.5 n.49.* Ulcus clausa, & tecta est malignitas: vulnus hiaus, & patens. *Cic.2. Fin.* Cum viciſſet Lacedæmonios apud Mantineam, simulque ipse gravi vulnere examinari videret se. *Liv. l.24.* Tandem vulneribus confectæ virgines, eum omnia repleſſent sanguine, exanimes corruerunt. *Id. ib. c.7.* Vulneribus aliquem confodere. *Id. ib.* Vulnus accipere. *Id. l.27. c.33.* Ex vulnere mori. *Quintil. l.5. c.13.* Vulnus facere. *Colum. l.4. c.11.* Vulnere affiecere. *Cic.1. Phil. c.39.* Vulnus alicui infligere. *Id.2. Tusc. c.17.* Vulnus obligare, *fasciar la piaga.* ¶ Sumitur etiam pro ictibus, quibus icitur arbor, & succiditur. *Virg.2. Æn. v.650.* Vulneribus donec paullum evicta supremum Congemuit, traxitque jugis avulsa ruinam. ¶ Et pro fissione tectæ, quæ aratro fit. *Ovid.1. Fast. v.665.* Omne reformidat frigida vulnus humus. ¶ Interdum & pro ipso telo, quo vulnus infligitur. *Virg.2. Æn. v.549.* Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus Insequitur. ¶ Translate fumirur pro calamitate, damno, pernicie. *Cic.1. Acad.* Fortunæ graviſſime pereuſſus vulnere. *Id.4. Fam.* Nunc autem ram gravi vulnere etiam illa, quæ conſenuiſſe videbantur, receduſcunt. ¶ Item pro dolore animi, angore, mœstitia. *Virg.13. Æn.* Sic exhortata reliquit incertam, & triſti turbatam vulnere mentis. *Quintil. in proæm. l.6.* Illum enim, de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem unicam ſenectutis reponebam, repetito vulnere orbitatis amiſi. ¶ Item pro amore. *Virg.4. Æn.* At Regina gravi jandudum faucia cura, Vulnus alit venis.

Vulnuscŭlum, i, n. exiguum vulnus. *Ulp l.1. ff. de Ædil. ed.* Proinde levis febricula, aut vetus quartana, vel vulnuſculum modicum nullum habenr in ſe delictum.

Vulpecŭla, æ, f. *volpetta, volpicella*, ἀλωπήκιον, parva vulpes. *Cic. 1. de nat. Deor. c.31.* In qua lepuſculos, vulpeculaſque ſæpe vidiſſes. *Hor. l.1. ep.7.* Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cameram frumenti.

Vulpes, is, f. *volpe*, שועל, Ger. *ein fuchß*, Gall. *renard*, Hisp. *raposa, corra*, ἀλώπηξ, animal ferum, ſingulari aſtutia. Videtur eſſe ab ἀ

quamvis longe ducantur odore ; Vulturisque cadaveribus . *Plaut. Truc. a. 3. s. 6.* Ii quasi vulturii triduo prius prædivinant, quo die esuriturus sient . ¶ Dicitur etiam de homine insatiabilis rapacitatis. *Cic. in Pison. c. 16.* appellatus est hic vulturius, illius provinciæ (si Diis placet) Imperator . ¶ Sed & in satis vulturius dictus jactus is , qui alio nomine vocabatur canis . Causa appellationis est, quod ille jactus vulturis instar hominem spoliaret ; erat enim damnosus . *Plaut. Curc. a. 3. s. 67.* Provocat me in aleam , ut ego ludam . Pono pallium, Ille suum annulum opposuit ; invocat Planesium : Jacit vulturios quatuor, *Talos* arripio, invoco almam meam nutricem Herem ; jacto basilicum .

Vulturnālis, & Volturnalis, le, adject. ad Vulturnum Deum pertinens , ut Vulturnalis Flamen , qui ejus cultui est addictus , apud *Varron. l. 6. de L. L.* & *Festum* .

Vulturnus, m. 2. *Volturno*, & *Fiume di Capoa*, fl. Campaniæ , qui oritur in Samnio , apud fines Atinæ , perque Venafrum , Telesiam , & Capuam in mare Tyrrhenum ad Vulturnum urb. decurrit, Calore , & Sabbato accepris . *Liv. l. 8. c. 11.*

Vulturnus, & Volturnus , i , m. nomen Dei Tiberini . *Varr. l. 6. de L. L.*

Vulturnus, i , m. *Sirocco Levante*, קִדְרִים , *Apηλιώτης*, ventus spirans ab Ortu brumali , medius inter Eurum , & Notum . Quemadmodum *Africus* dicitur, quia ex Libya, sive Africa spiret , ita & Vulturnus appellatus est , quia spirat a Vulturno mari . Ita a *Plin. l. 35. c. 26.* vocatur id mare, quod erat ad ostium Vulturni fl. Campaniæ , quem juxta Cumas in mare labi scribit *Servius* , ad illud 7. *Æn. Amnisque vadosi Accola Vulturni* . A Græcis quibusdam *Εὐρόνοτος* , *Euronotus*, vocatur, quia inter Eurum , Notumque sit intermedius , ut docet *Favorinus apud Gellium*, l. 2. c. 22. & *Vitruv. l. 1. c. 6.* ¶ Neque tamen inter veteres Scriptores de hac re omnino convenit . Nam *Plin. l. 2. c. 47.* scribit Vulturnum eumdem esse, qui Eurus, *Sirocco* ; idem docent *Seneca. l. 5. nat. quæst. c. 15.* & *Col. l. 5. c. 5.* qui tamen omnes cum eumdem illi locum , unde flat , affingnent , nempe ortum brumalem , qui Euronoto tribuitur, dicere possumus , re quidem illos convenire , nomine tantum discrepare , præsertim cum Veteres non tam scrupulosi fuerint , quam nos, in ventorum regionibus , & appellationibus distinguendis . ¶ Adjective *Sil. l. 12. v. 521.* Vulturna citata Transmittunt alno vada.

Vultus, m. *volto* , *faccia* , פָּנִים , אַף, Ger. *angesicht* , Gall. *visage* , Hisp. *cara* , *haz* , *πρόσωπον*, habitus, sive status faciei , qui pro animi affectibus alius, atque alius ostenditur, indicario illa in homine, quæ pro motu animi in facie ostenditur , ac colligitur . Differt a facie, quæ est oris species , nam eadem semper manet ; at vultus , ut diximus , pro motu animi mutatur . *Cic. 1. de Leg. c. 9.* Nam & oculi nimis arguti , quemadmodum animo affecti simus , loquuntur , & is , qui appellatur vultus , qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores ; cujus vim Græci norunt , nomen omnino non habent . *Id. in Pison. c. 1.* Non enim nos color iste fervilis , non pilosæ genæ , non dentes putridi deceperunt : oculi , supercilia , frons , vultus denique totus , qui fernio quidam tacitus mentis est , hic in fraudem homines impulit , hic eos , quibus erat ignotus, decepit, &c. *Id. 3. de Orat. c. 59.* Imago animi vultus est , indices oculi . *Plin. l. 7. c. 19.* Vultus hilaris, aut turbatus . *Sueton. in Ner. c. 37.* Tristior & pœdagogi vultus . *Id. in Aug. c. 79* Vultus tranquillus, & serenus. *Id. in Tiber. c. 68.* Vultus adductus . *h. e.* in rugas contractus . *Tacit. 2. Hist. cap. 46.* Flectere, aut indurare vultum . ¶ *Vultu alicujus regi* , est ad nutum ejus se componere. *Senec. l. 6. de benef. c. 7.* Tuus vultus, cui regendam me tradidi , colligit rugas , & attrahit frontem , quasi longius exeam . ¶ *Vultu sæpe læditur pietas*, dictum celebre, quo significatur , pietatem in parentes & conjunctos adeo facile violari posse, ut non factis modo , aut verbo , sed & contumacioti vultus habitu lædatur . *Cic. pro Rosc. Amer. c. 13.* ¶ Interdum vultus accipitur pro facie . *Cæl. Cic. l. 8. Fam.* Malui collegæ ejus homini alienissimo mihi , & propter amicitiam tuam non æquissimo , me obligare, quam illius simiæ vultum subire . *Martial. l. 1. epigr. 32.* Dum nulla teneri fordent lanugine vultus . ¶ Hinc & pro imagine , aut signo vultum alicujus referente ponitur . *Vopisc. in Probo , c. 13.* Dignitatem Probi Imperatores nostri prudenter & consecrandam vultibus, & ornandam templis, & celebrandam Iudis Circensibus judicarunt . ¶ Translate sumitur pro externa cujusque rei specie , *Ovid. 1. Met. v. 6.* Unus erat toto naturæ vultus in orbe . *Virg. Æn. 5. v. 848.* Me ne falis placidi vultum , fluctusque quietos Ignotare putas?

Vulva, æ, f. *matrice*, רֶחֶם, בֶּטֶן, Germ. *die bermuter* , Gall. *la matrice* , Hisp. *madre*, *μήτρα*, *δελφύς*, *ὑστέρα*, utriculus ille in fœminis, in quo fœtus fit conceptio. Proprie autem vulva est brutarum animantium , uterus autem mulierum , ut docet *Plin.* Inquit enim *l. 11. c. 37.* Feminis eadem omnia , præterquam vesicæ junctus urticulus , unde uterus appellatur, quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vulvam . *Id. l. 26. c. ult. de aristolochia* : Vulvas quoque procidentes inhibet fotu , vel suffitu , vel subjectu , maxime tenuis. ¶ Vulvam fusillam Romani in deliciis habuere , præfertim ejectitiam . Nam quæ effœtis a partu eximebatur , quam porcariam vocabant , tamquam lividam, & macram rejiciebant . *Plin. l. 11. c. 37.* Vulva ejecto partu melior , quam edito . Ejectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima . Contra effœtis a partu , præterquam eodem die suis occisæ , livida , ac macra . Nec novellarum suum , præterquam primiparum , probatur , potiusque veterum , dum ne effœtarum , nec biduo ante partum , aut post partum , aut quo ejecerint die . Proxima ejectitiæ est occisæ uno die post partum . Hastenus *Plin.* Hinc *Martial. lib. 13. epigr. 56.* Te fortasse magis capiet de virgine porca , Me materna gravi de sue vulva capit . ¶ Quandoque accipitur vulva pro ipso pudendo muliebri . *Juven. sat. 6. v. 128.* Adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ .

Vulvŭla, læ, f. parva vulva . *Cic. l. 2. c. 3.* Vulvulæ inficiata sic fiunt.

Uver, oris, m. 3. humor, *Varro lib. 4. de L. L.* Uvæ ab uvore.

U A N T E X.

Uxăma, æ, f. *Osma*. Ptolemæo, *l. 2. c. 6.* *Οὐξάμα*, urbs Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Arrevacorum , in Regno Castellæ vetetis , apud Durium fl. *Plin. l. 3. c. 3.* ¶ A Pompejo Magno eversa fuit , quod imperata facere recusasset. Postea refecta , ruisus a Mauris pene est in solitudinem redacta .

Uxentum , i , n. *Ugento* , *Ugenti* , *Ogonti* , urbs alias Salentinorum , nunc Terræ Hydruntinæ , proxima Vereto , ab ora litorali sinus Tarentini 4. M. P. Parva est admodum , & ægre habitata .

Uxii , orum , m. pl. montes Armeniæ majoris, ex quibus Tigris flu. oritur , ubi Uxii populi , & Uxia regio , apud Strabonem .

Uxor, oris, *femme*, אִשָּׁה, *γυνή*, muliez , quæ viro tradita est. Veterum opinio est, *uxor* dici quasi *unxor* . h. e. unctrix . Causam etymo præbuit , quod sponsa mariti domum ingressura postes inungeret . Eademque ab re Juno dicta Unxia . *Don. ad Hec. a. 1. sc. 2.* Uxor dicitur vel ab ungendis postibus , & figenda lana , h. e. quod , cum puellæ nuberent , maritorum postes ungebant , ibique lanam figebant , vel quod lotos maritos ipsæ ungebant , cujus rei testis est Ennius ; Exin Tarquinium bona fœmina lavit , & unxit . *Servius ad illud 4. Æn.* Velleribus niveis, & festa fronde revinctum : Moris , *inquit* , fuerat, ut nubentes puellæ simul cum venissent ad limen mariti , postes , antequam ingredterentur , propter auspicium castitatis ornarent laneis vittis , unde ait vellesibus niveis ; & oleo ungerent , unde uxores dictæ sunt , quasi unxores . *Cic. pro Sext. c. 3.* Duxit uxorem patre vivo viri optimi , & calamitosissimi filiam , C. Scipionis . *Id. 3. de Fin. c. 20.* Uxorem sibi adjungere . ¶ Uxorum duo genera fuere , unum earum , quæ proprie uxores , vel matronæ dicebantur, alterum earum , quæ matres familias appellebantur . *Cic. in Top.* Si ita Fabiæ pecunia legata est a viro , si ea uxor materfamilias esset , si ea in manum viri *non* convenerat , nihil debetur . Genus est enim uxor , ejus duæ formæ , una matrum familias, hæ sunt , quæ in manum convenerunt , altera earum , quæ tantummodo uxores habebantur . *Matrona* dicta est proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiam si liberi nondum nati forent . Ita enim dicta est a *matris* nomine , non adepto jam , fed cum spe, & omine mox adipiscendi : unde ipsum quoque matrimonium dicitur . *Mater familias* appellata est ea sola , quæ in mariti manu , mancipioque , aut in ejus, in cujus maritus manu , mancipioque esset , quoniam non in matrimonium tantum , sed in familiam quoque mariti , & in sui hæredis locum veniisset. *Gell. l. 18. c. 6.* Sed *Festus* ita scribit ; Mater familiæ non ante dicebatur , quam vir ejus pater familiæ dictus esset , nec possunt hoc nomine plures in una familia præter unam appellari , sed nec vidua hoc nomine , nec quæ sine filiis est , appellari potest . Longe aliter *Ulpianus* scripsit, *l. pronunciatum* , 46. *ff. de verb. signif.* Matrem familias accipere debemus eam , quæ non infoneste vixit . Matrem enim familias a ceteris fœminis mores discernunt , atque separant . Proinde nihil interest , nupta sit , an vidua , ingenua sit , an libertina . Nam neque nuptiæ , neque natales faciunt matres familiarum , sed boni mores. Hæc *Ulpian.* Cæterum *uxorem venire in manum mariti* , erat eam discedere ex potestate patris , vel tutorum , & transire in dominium mariti , vel eorum , quibus maritus subjectus erat . Item cum *uxorem in manu mariti esse* dicimus, eam in mariti potestate esse intelligimus, atque ita ut sine eo auctore nec testari , nec contrahere possit . *Sigon.* ¶ Tribus autem modis uxor in manum , seu potestatem mariti veniebat , usu, farre , coemptione . Ex his illa solum materfamilias vocabatur , quæ per coemptionem in manum mariti venerat . Usu fieri matrimonium dicebatur , cum tutoribus auctoribus mulier in matrimonium conveniebat, & cum viro ita confuescebat , ut cum justo marito , adeo ut , si usus ille intra annum non interrumperetur , pro ufucapta jam haberetur . Qua de re nonnihil scriptum fuisse in XII. Tabulis , satis *Gell.* indicat *l. 3. c. 2.* Q. Mucium Jurisconsultum dicere solitum legi , non esse usurpatam mulierem , quæ cum Cal. Januariis apud virum causa matrimonii esse cœpisset , ante diem 4. Cal. Januarias sequentes usurpatum isset . Non posse impleri trinoctium , quod abesse a viro usurpandi causa ex duodecim Tabulis deberet , quoniam tertiæ noctis posteriores sex horæ alterius anni essent , qui inciperet ex Calendis . Ex his Gellii verbis apparet , ut aliarum rerum , sic etiam uxorum usucapionem fuisse , & si uxor per annum integrum , nullo interrupto usu apud virum fuisset , in manum mariti veniisse , & ex tutorum potestate exisse , usum vero , si per tres noctes ab eo abfuisset , interruptum fuisse . *Confarreatio* fuit contractus matrimonii proprius Pontificum , qui solemni sacrificio celebrabatur , ita dictus , quod Romani omne sacrificium a farre exordirentur, ut Græci ab hordeo , conjuges vero eodem farre vescerentur , quo etiam victimas respergerent . *Ulpian. tit. 9. Instit.* Farre conveniur in manum certis verbis , & testibus decem præsentibus , & solemni sacrificio facto , in quo panis quoque farreus adhiberur . *Plin. l. 18. c. 3.* In sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, novæque nuptæ farreum præferebant . Hinc *diffarreatio* apud *Festum* dissolutio matrimonii dicitur confarreatione contracti . Cæterum *Tacit. l. 3. Annal.* ait , confarreandi consuetudinem aut omissam fuisse , aut inter paucos retentam . *Coemptionis* hæc ratio fuit . Veteri Romanorum lege , ut *Varro* tradit , nubentes mulieres tres ad rum ases ferre solebant , atque unum quidem quem in manu tenebant , tamquam emendi causa marito dare , alium , quem in pede habebant , in foro Larium familiarium ponere , tertium in faceiperio cum condidissent , compito vicinali solebant resignare . Hujus rei meminit etiam *Cic. pro Mur. & l. 2. de Or.*

Uxorcŭla, æ, f. *γαμετίδιον*, parva uxor. *Apul. l. 9. Metam.* Erat ei uxorcula , etiam satis quidem tenuis . ¶ Usfupatur hæc vox in blanditiis . *Plaut. Cas. 4. 4. 19.* Mea uxorcula . *Id. ib. 5. 2. 32.* Amabo mea uxorcula , cur virum ruum sic me spernis?

Uxorcĭto , as, a. 1. diligo . *Plaut. apud Var. l. 6. de L. L.* Mulieres uxorculavit, ego novi , scio actiosas. Alii exponunt, uxores facit .

Uxorius , a, um , *della moglie*, *γυναικεῖος* , quod est uxoris , vel quod ad uxorem pertinet . *Cic. 3. Off.* In arbitrio rei uxoriæ melius , æquius . *Ovid. 2. de Ar. v. 155.* Hoc decet uxores , dos est uxoria lites . ¶ *Uxoria forma* , pulchritudo mediocris . *Gel. l. 5. c. 11.* Inter pulcherrimam fœminam , & deformissimam media quædam forma est , quæ a nimiæ pulchritudinis periculo, & a summo deformitatis odio vacat , qualis a Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo *βάτα* dicitur , quia neque *κοινὴ* , futura sit, neque *σεμνὴ* : quam formam modicam, & modestam Phavorinus non mehercle inscite appellabat uxoriam . ¶ Aliquando uxorius, *γυναικίσκος*, *φιλογύνης* , dicitur , qui uxori nimis infervit . *Virg. 4. Æn. v. 264.* Tu nunc Cartbaginis altæ Fundamenta locas , pulchramque uxorius urbem Extruis ? *Horat. l. 1. od. 2.* Vagus , & sinistra Labitur ripa , Jove non probante , uxorius amnis . ¶ *Uxoria bibere* apud *Quintil. Declam. 15.* est bibere medicamenta , quæ uxoris amorem concilient . ¶ *Uxorium pendere* dicitur , qui, quod uxorem non habuerit , as populo dedit. *Fest.*

DE LITTERA X.

X Litera, ξ, semivocalis est, ex earum numero, quæ duplices appellantur. Vim enim duarum consonantium habet , ideft *cs* , vel *gs* . Sane veteres pro x modo *cs*, modo *gs*, utebantur, ut *apecs*, *grecs* , pro quibus nunc *apex* , & *grex* dicimus. *Quintil. l. 1. c. 4.* Et nostrarum ultima *X.* qua tamen carere potuimus, si non quæsissemus. ¶ Latini hoc elementum, quod vastioris sonis videretur , quibusdam dictionibus exemerunt , unde pro vexillo *velum* , pro axilla *alam* , pro paxillo *palum* dicere maluerunt . Quod & ipse testatur *Cic. in Orat. c. 45.* Quomodo enim, inquit, noster Axilla . Ala factus est, nisi fuga vastioris literæ , quam literam etiam e maxillis , e taxillis , & vexillo , & paxillo consuetudo eligans Latini sermonis evellit ? ¶ In compositione quotiescumque præcedit dictionem incipientem a vocali , vel *e* , *p*, *s* , utraque compositionis pars remanet integra , ut *exuere* , *exeo* , *exigere* , *exoleo* , *exuro* , *excutio* , *expers* , *expleo* , *extraho* , *extundo* . Sed si præcedat *s* literam , *s* vel abjicitur , vel retinetur , scribitur enim *exfugere* , & *exugere* , *exfeguor* , & *exequor* , &c. ¶ X literæ apud veteres , quemadmodum etiam hodie apud nos , nota fuit numeri denarii ; ficuti & V , quæ dimidiata pars est literæ X , nota est numeri quinarii. Hinc factum est, ut in vetustis codicibus hæc nota aliquando inveniatur pro denario Romano , qui quatuor valebat nummis sestertiis . *Plin. l. 2. c. 12.* Quod minore folio est, mesosphærum appellatur, emitur X. Lx. Laudatissimum microsphærum e minimis folium ; pretium ejus X. Lxxv.

X A N T E A.

Xanthe, es, f. *Ξάνθη*, Nympha marina, Oceani , & Tethyos filia , a *ξανθὸς* , *ἡ* , *ὸν* , *flavus* , *a* , *um* , nempe a colore flavo, sive rufo . *Hesod. in Theogon.*

Xanthēnes , is, m. gemmæ genus , a *ξανθὸς* , *flavus* , quia est electri colore . *Plin. l. 37. c. 10.* Xanthenem in Media nasci Democritus tradit electri colore , & si quis terat in vino, palmeo, & croceo, ceræ modo lentescere, odore magnæ suavitatis . Aliqui codices habent *xanthenum* .

Xantho , us , f. contr. *Ξανθὼ* , una ex Nymphis , Oceani , & Tethyos filia . *Virg. l. 3. Georg.* Drymoque , Xanthoque , Lygeaque , Phyllodoceque . *Hesiod. in Theogonia* Xanthen appellat .

Xanthos , m. 2. *Ξάνθος* , gemmæ genus . *Plin. l. 37. c. 10.* Est & alia ejusdem generis, quæ vocatur henui ab Indis , xanthos appellata a Græcis , e fulvo candicans .

Xanthus, i , m *Santo*, *Ξάνθος*, fl. Phrygiæ , seu Troadis, qui ex Ida monte oritur , atque in portum Achæorum , & in Hellespontum apud Dardanum urbem influit . Diversus est a Scamandro , & a Simoente . *Plin. l. 5. c. 30.* Sed *Dion. Prus.* & *Maxim. Tyrius* eumdem esse ac Scamandrum , tradunt . Verum quia hi tres amnes confluunt apud oram , propterea iidem ab aliquibus censentur . Dicus creditur a *ξανθὸς* , *flavus* , quod ovium velleta rufo inficiat colore . *Plin. l. 2. c. 103.* ¶ Secundum fabulas fuit filius Jovis . De hoc oraculum Apollinis fuit, Græcos Ilii non esse potituros , nisi equos Rhesi abduxissent , antequam herbam Troadis gustassent , & de Xanthi aqua bibissent , quod a Diomede , & Ulysse factum est occiso Rheso noctu , & per insidias. *Virg. 1. Æn.* Ardentesque averrit equos in castra , prius , quam Pabula gustassent Trojæ , Xanthumque bibissent . ¶ Xanthus alter , qui *Straboni* Sirbis , & *Plinio* Glaucus dicitur , *Santo* , *Sirbi* , fl. Lyciæ, qui ex Cadmo monte oritur duobus fontibus , Xanthum urbem interluit , & non procul ab ea in Lycium mare se exonerat. *Virg. 4. Æn.* Qualis ubi hybernam Lyciam , Xanthique fluenta Deserit , ac Delum maternam invisit Apollo. ¶ Xanthus item , fluviolus Epiri , qui arescit. *Virg. 3. Æn.* Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum Agnosco.

Xanthus, i , f. Xanthopolis . *Santo* , *Sirbi* , urbs Lyciæ , non parva , proxima Pataræ , ab ostio Xanthi fl. quo alluitur , 70. stad. si *Stephano* credimus , a Xantho Cratenti nominata est . *Plin. l. 5. c. 27.* ¶ Xanthus item opp. Lesbi insi. *Steph.*

X A N-

K A N T E E.

Xeniŏlum , i , parvum xenium. *Apud. l. 2. A. A.* Commodum meridies accesserat, & mittit mihi xeniola , porcum optimum , & quinque gallinulas , & vini cadum in ætate pretiosi . *Leg. 7. ff. de offic. proconsl.* Ad xeniola non per tinet . Al. leg. ad xenia jam non pertinet .

Xenium , ii , n. *regalo* , *che si fa agli ospiti* , שַׁחַד , *ξένιον* , munus hospitibus dari solitum , a *ξένος* , *hospes* . Unde ab *Apul.* vocatur munus hospitale . Latini , *Festo* teste , vocant *Lanuia* : quam vocem exponens *Plutarchus* , non simpliciter *ξένια* dicit , sed τὰ πεμπόμενα τοῖς πρὸξένοις ξένια . *Martial. l. 13. Xenia* Inscripsit , quod in eo ejusmodi res dittichis deferibit , cujusmodi hospitibus mitti solent , & quod versus ipsi pro xeniis mitti possint . In ejus *epigr.* hæc sunt . Omnis in hoc gracili Xenionum turba libello Constabit numnis quatuor empta tibi . *Et infra* . Hæc licet hospitibus pro munere dittticha mittras , Si tibi tam rarus , quam mihi , nummus erit . ¶ Dona etiam , quæ dabantur convivis pro cœna , xenia dicta sunt . *Plin. l. 6. ep. 31.* Adhibebantur quotidie cœnæ ; erat modica , si principem cogites : interdum ἀκροάματα audiebamus : interdum jucundissimis sermonibus nox ducebatur . Summo die abeuntibus nobis , (quam diligens in Cæsare humanitas!) xenia sunt missa . Adde *Vitruv. l. 6. c. 10.* ¶ Item quæcumque munera amicis domi suæ degentibus mittebantur , *regali* , *presenti* , de quibus præcipue intelligenda sunt *Martialis* xenia toto *l. 13.* ¶ Item munera , quæ a provincialibus dabantur proconsulibus , & aliis provinciarum rectoribus ; quorum mentio est *leg. 6. ff. de offic. proconsl.* ¶ Item quæ ultro largiri solebant rei causidicis , & advocatis pro causarum actionibus . *Plin. l. 5. ep. 14.* Quam me juvat , quod in causis agendis non modo pactione, dono , munere , verum etiam xenio semper abstinui .

Xenodochium , vel Xenodochēum , i , n. *Spedale* , מְלוֹן אוֹרְחִים Ger. *das spital* , Gal. *hôpital* , Hisp. *hospital* , *ξενοδοχεῖον* , hospitale , locus publicus , quo hospites , id est peregrini, excipiuntur, a *ξένος* , *hospes* , & *δέχομαι* , *suscipio* . Hoc genus hospitii Hierosolymis primum ab Hircano extructum fuisse , auctores sunt Josephus , & Hegesippus *leg. 33.* & *35. Cod. de Episc. & Cler.*

Xenodŏchus , i , m. *ξενοδόχος*, qui advenas inopes hospitio excipit . *leg. 33.* & *49. Cod. de Episc. & cler.*

* Xenon , ōnis , m. *ξενών* , ῶνος , xenodochium . *Cod. 1. 3. 49.*

Xenoparŏchi , m. 2. *ξενοπάροχοι* , פַּרְנָסִים , idem qui Parochi , qui legatis publice missis, cæteris que alicujus dignitatis hospitibus salem , & ligna præbebant , unde & nomen acceperunt , παρὰ τὸ τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν quod hospitibus necessaria suppeditarent . *Arcad. Dig. lib. 50. tit. 4. leg. 18.* Tabularii, vel Xenoparochi, ut in quibusdam civitatibus, &c.

Xenŏphon , ontis, masc. *ξενοφῶν* , Philosophus , & Dux insignis Athenienstum , discipulus Socratis , condiscipulus Platonis, cum quo & simultates gessit , ut fuse probat *Gellius l. 14. c. 3.* Fuit moratus , lenis , & dulcis . Hinc Xenophontis voce Musas locutas ferunt . Perfunctus est militia cum Cyro minore , eoque in acie cæso , exercitus reliquias ex ultimis Babyloniæ finibus per aspera , & difficillima itinera incolumes in patriam reduxit . Scripsit Socratis sermones, & librum de OEconomia , qui a Cicerone ipso latinitate donatus est . Item libros sex de rebus Græcorum , ideft Historiam Peloponnesiaci belli , ac eorum , quæ Athenienses post Thucydidem gesserunt , quæ Paralipomena appellavit . Scripsit item Cyri majoris Paidiam , non tam historicæ serviens veritati (ut inquit *Cicero l. 2. de Or.*) quam ut absolutum institueret ducem : præterea Cyri minoris expeditionem adversus Artaxerxem fratrem . Scripsit item Symposium , Ad hæc scripsit de re equestri , de venatione , Socratis Apologiam , aliaque nonnulla , quæ etiam hodie omnium manibus teruntur . ¶ Xenophon alter vir Antiochenus , qui Amatoria quædam scripsit , quæ Babylonica appellavit . ¶ Fuit & hoc nomine vir Ephesius , qui & ipse Amatoriarum narrationum libros decem scripsit , quæ Ephesiaca nominavit . ¶ Item vir Cyprius, qui & ipse Amatoria quædam edidit de Cinyra , Myrrha , & Adoni de , quæ Cypriaca inscripsit . ¶ *Laertius* septem commemorat Xenophontes, quorum nomina, & scripta vide apud ipsum .

Xenophontēus, a, um, &

Xenophontius , a, um, adject. ad Xenophontem pertinens. *Cic. de clar. Orat c. 31.* Xenophontea sermonis genus . *Id. 5. Fam. ep. 12.* Hercules Xenophontius . h. e. a Xenophonte in suis scriptis inductus .

Xerampelinus, a, um, *ξηραμπέλινος*, quod vitem siccam imitatur , ut Xerampelinus color , *colore di rosa secca*, *ξηραμπέλινον χρῶμα*, quem videre est in arefactis vitium foliis, ut *Julius Scaliger exerc. 325. fcit. 10.* innuit, & etymon docet . Est enim *ξηραμπέλινος* ex *ξηρὸς*, hoc est aridus, & *ἀμπέλινος*, hoc est viteus, quod ab *ἄμπελος*, *vitis* . Quamquam quæri possit, num xerampelino colore a vitis foliis id nomen impositum sit, quæ adulto jam autumno velut cruentata rubent , an a vitibus ipsis , quarum color pullus est . Sane quidam censent, xerampelinum colorem potius esse pullum , sive atrum , idque adducti verbis Suidæ, qui *χλωιδὰς ξηραμπελίνας*, etiam *ἀβαβατικὰς* dictas ait: at has idem a colore atro dictas arbitratur , quemadmodum apud eum in *Ἀβαβατικὰς* videre potes . Utra verior sit sententia , docemur verbis hisce Juvenalis Scholiastæ veteris, ad vocem *xerampelinas* sic commentantis : Vestes scilicet, quæ ad usum matronarum fuerunt ainpelini coloris, qui inter coccinum , & muricem medius est . Xeron vero siccum significat . Hæc ille , quæ plane priorem opinionem firmant . Hinc xerampelinæ vestes , quæ colore xerampelino tinctæ sunt. *Juven. sat. 6. v. 519.* Et xerampelinas veteres donaverit ipsi .

Xerantĭcus, a, um, adject. *diffeccativo* , *effeccativo* , exsiccandi vim habens , ut xerantica decoctio , apud *Æmil. Macr. 1. 8.* Adde *Theod. Priscian. l. 2. c. 3.*

Xerocollyrium , seu xerocolyrium , n. 2. *ξηροκολλύριον* , oculorum medicamentum , cujus materia sunt res aridæ , ut semina , fructus , aromata , aliaque hujusmodi . *Marcel. Empir. c. 8.*

Xerolibўa, æ, f. *ξηρολιβύς* , Libya ficca , pars interior Libyæ arida, & deserta ; propter aquarum inopiam , inter Tripolim , & Pentapolim . *Servius in Æneid. 4. v. 43.*

Xerolŏphus, m. 2. *ξηρόλοφος*, נִרְבֶּךְ , tumulus aridus , & siccus , ex congestis nempe lapidibus , a *ξηρὸς* , *aridus* , & *λόφος*, *tumulus* . Hujusmodi locus fuit Byzantii, ubi cochleæ fexdecim , & Dianæ columna structilis , & tripodes , quibus multa epigrammata erant inscripta , cujus adhuc non obscura vestigia superesse dicuntur . *Priscian l. 12. c. De accidentibus litera* : Et epigrammata , quæ egomet legi in tripode vetustissimo Apollinis, qui stat in Xerolopho Byzantii , sic scripta &c. *Id. l. 6.* Et quod hoc verum est, ostendunt epigrammata vetustissima , quæ literis antiquissimis scripta in multis tripodibus legi, & maxime in tripode Apollinis , qui est Constantinopoli , in loco , quem *ξηρόλοφον* vocant . Hæc voce utitur & *Justinianus* , *C. de publ. judic.* etiamsi *Alciatus* vocem adulterinam esse putaverit .

* Xeromyrrha , æ , f. *ξηρομύρνη* , myrrha arida . *Sedul. hymn. 2. v. 81.* ubi al. alit. leg.

Xerophagia , æ, f. *ξηροφαγία*, אֲכִילַת יְבֵשִׁים , esus ciborum aridorum , post quos non opus esset lavare manus , a *ξηρὸς* , *siccus* , & *φάγω* , *comedo* ; quo vescendi genere utebantur tum athletæ apud Gentiles ad robur corporis , tum Christiani ad virendi parsimoniam , & sobrietatem . Athletæ enim primis temporibus ficus tantum aridas esitaviise dicuntur , deinde carnium usu invecto , cas non jurulentas , pingues , & laute condtas , sed siccatas , præduraique adhibebant . Apud Christianos vero Xerophagia species erat abstinentiæ : si enim nullo uteretur cibo , jejunium ; si fero , statio ; si arido , xerophagia . *Tertul. adverf. Phisych. c. 1.* Arguunt nos , quod jejunia propria custodiamus , quod stationes pleruinque in vesperam producamus , quod etiam Xerophagias obfervemus , siccantes cibum omni carne , & omni jurulento , & uvidioribus quibusque pomis , nequid vinositatis vel edamus, vel potemus.

Xerophthalmĭa, æ, f. *ξηροφθαλμία* , lippitudo arida , qua neque tumens , neque fluunt oculi , sed rubent tantum , & cum dolore quodam graveiscunt , & noctu *sut l. 6. c. 6. n. 29.* Græcis literis scribit .

Xerxēna, æ, f. *Ξερξήνη* , regio Mediæ Borealis , inter Iberiam , & Albaniam , apud Alazonem fl. sic dicta a Xerxe Persarum Rege ibi orto , teste *Eutropio* , ut Cambysena a Cambyse . Sed apud *Strabonem l. 11.* est regio Mediæ , Armeniæ majori contermina .

Xerxes , is , m. *ξέρξης*, אַחַשְׁוֵרוֹשׁ , filius Darii , & Atoſæ , nepos Cyri ex matre, Rex Persarum . Cum Græciæ indicturus esset bellum , adhibitis Asiæ principibus ,

per summam superbiam ita eos affatus est ; *Ne viderer meo tantummodo usus consilio , vos convraxi . Caterum memenstote , parendum magis vobis esse , quam suadendum* , ut refert *Val. Max. l. 9. c. 5. in Externis* , *n. 1.* Centum septuaginta hominum myriadibus, hoc est decies centenis millibus per totum quinquennium contractis , Græcie bellum intulit . Secundum *Justinum l. 2.* septingenta millia de Regno armavit , & t ecenta millia de auxiliis . Hinc non immerito proditum est , flumina ab ejus exercitu siccata , Græciamque omnem vix capere exercitum ejus potuisse . Tantum autem habuit navium apparatum , ut totum Hellespontum operiret , & Asiam Europæ ponte conjungeret . Naves decies centum millia numero habuisse dicitur . Athon præterea montem a continente abscidit . Vide *Plin. l. 4. c. 10.* & *Justin. l. 2.* Sed nihilominus vitcus est apud Thermopylas quatuor hominum millibus, duce Leonida . V. *Leonidas* . Deinde duobus vulneribus terrestri prælio acceptis, experiri maris fortunam statuit . Ante navalis prælii congressionem misit quatuor millia armatorum Delphos , ad templum Apollinis diripiendum : quæ manus tota imbribus , & fulminibus delera est . Post hæc Thespias , & Plateas , & Athenas vacuas hominibus incendit . Nam post pugnam Marathoniam , in qua pater Xexis Darius , cæsis ducentis millibus Persarum , a Militiade victus fuerat , nihilominus fusis Themistoclis Athenienses, & alii in navibus relictis urbibus degebant . Priusquam Athenas deleret , Lacedæmonis invadendæ consilium agitanti admirabile inter cœnam prodigium incidit . Infusum namque pateræ ejus vinum in fanguinem nec fenel , sed iterum , & tertio conversum est . Qua de re consulti Magi monuerunt, ut ab incepto abstineret . Navali quoque certamine a Themistocle apud Salaminem superatus est , in quo multæ naves captæ , multæ mersæ . Tunc qui ante tota maria classe iteruerat, vix parvula cymba effugit, relicto Mardonio præfecto , qui & ipse , re in Bœotia infeliciter gesta , tum paucissimis in Persidem te recepit . Demum se fe otio , focordiæque relicta militia tradidit , adeo ut præmium propositum ei , qui invenisset novam voluptatem . Quamobrem a suis spretus , paucis post annis ab Artabano Præfecto suo in Regia interfectus est, cum regnasset annis octo . Nam deficiente quotidie Regis majestate , in spem Regni adductus , cum septem robustissimis filiis Regiam vesperi ingressus est , quæ amicitiæ jure semper illi patebat , Regemque trucidavit . V. *Justi. l. 2.* & *3.* ¶ Xerxes alter , Pictor Heracleota, Venerem adeo pulcbram pinxit , ut ex ea quæstum magnum faceret , pretio accepto ab iis , qui eam videre cupiebant . Itaque Græci lepido cavillo Venerem amicam Xerxis vocitabant , quod ex ejus picturæ lenocinio quæstum faceret . *Hilian. de varia Historia* .

X A N T E I.

Xiphĭas, æ, m. *ξιφίας*, piscis genus, rostrum habens mucrone armatum , unde & Latini Græcos imitati , gladium appellant . Dictus a *ξίφος* , *ensis* , quia figura ensem refert . *Plin. l. 32. c. 2.* Xiphiam , ideft gladium , rostro mucronato esse, ab hoc naves perfossos mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocetur , non procul a Lixa flumine . ¶ Xiphiæ item stellæ sunt ex genere cometarum , figura gladii . *Plin. l. 2. c. 25.* Easdem breviores , & in mucronem fastigiatas Xiphias vocavere , quæ sunt omnium pallidissimæ , & quodam gladii nitore, ac sine ullis radiis .

Xiphĭon , n. 2. *ξιφίον*, herba folio mucronato , iridi non dissimilis , quam Romani gladiolum , vulgus herbariorum *spatulam fœtidam* appellat . *Plin. l. 25. c. 11.* Xiphion , & phalganion in humidis , cum primum exit , gladii præbet speciem , caule duum cubitorum , radicis ad nucis avellanæ figuram fimbriatæ , quam effodi ante messes oportet, siccari in umbra .

X A N T E Y.

Xylĕos , i , f. herba, quæ & symphoniaca dicitur , & hyoscyamus . *Apulej. de herb. c. 4.*

Xylĭne, es, f. *ι. Sentina* , ξυλίνη, opp. Cappadociæ , maritimum , ultra Trapezuntem , inter Cordulam ad Occ. & Asportum ad Or.

Xylinum , i , (subaudi *linum* : est enim adjectivum a *Xylon*) *bambagia* , *bombazo* , *cotone* , ξύλινον , ΨΥ , גֶּלֶר , *ξύλινον* , genus lini candidissimi , & mollissimi , quod etiam gossipinum vocatur , nascens in furtice , cui nomen xylon , item gossipion, pomis quibusdam inclusum , barbaræ nuci non dissimilibus , quæ maturitate hiscentia globum lini ostendunt . *Plin. l. 19. c. 1.* Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem , quem aliqui gossipion vocant , plures xylon , & ideo lina inde facta xylina . Parvus est , similemque barbatæ nucis defert fructum , cujus ex interiore bombyce lanugo

Xystus, i, m. *portico, loggia*, אולם, Ger. *ein breitergang od. ort. und weiter schoppf mit einem dach dariv man spatzieret ad. kurtz weilet*, Gal. *galerie, promenoir couvert*, His. *portail*, ξυστὸς porticus ampla, & lata, in qua athletæ per hyemem exercebantur: dicta videtur a ξύειν, *radere, polire, aquatus*, quia sternebatur terra, seu arena rasa, æquataque, in qua facile consistere athletæ possent. Erant autem xysti ea latitudine, ut præter locum vacuum in medio pro athletis præberent etiam commodum a lateribus spatium pro spectatoribus. *Tertul. in Apolog. c.38.* Nihil nobis est cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xysti vanitate. Plura de *Xystis*, & Xysticis V. apud *Onuphr. Panvin. l. de lud. Circens. c. 1.* & *Rosin. Antiq. Rom. l. 5. c. 4.* ¶ Hujusmodi porticus aptæ etiam erant ambulationibus, & collocutionibus hominum; solebantque circa villas extrui etiam ornatus gratia, consitis ordine arboribus ad umbram, floribus ad odorem, & sedilibus ad quietem, *viali, strada da passeggio. Pl. l. 2. ep. 17.* Ante cryptoporticum xystus violis odoratus. *Cic. 4 Acad. c. 3.* Cum igitur pueca in xysto locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus. *Id in Brut. cap 3.* Cum ambularem in xysto: & essem otiosus domi. ¶ Apud Vitruvium quoque mentio fit xysti; videtur autem ita distinguere *Xystus*, m. & *Xystum*, n. ut ille porticum tectam ad exercitationes athletarum, hoc autem subdialem ambulationem significet: verum hoc discrimen alii in *verbis Vitruvii* (quæ sunt *l. 5. c. 11.*) non agnoscunt. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

DE LITTERA Y.

Y Græcorum vocalis est, qua in illorum dictionibus scribendis tantum utimur. Hujus loco antiqui, qui peregrinam literam nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem subtituebant. *Cic. in Orat.* Purrum semper Ennius, nunquam Pyrrhum; Vi parefecerunt Fruges, non Phryges, i. plius antiqui declarant libri. Nec enim Græcam literam adhibebant. Nunc autem etiam duas. Et cum Phrygum, & Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solum Græce loqui; tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium causa dicimus. ¶ Peculiare autem est huic elemento, ut in capite dictionum perpetuo aspiretur. Quare quæ ab eo initium sumunt, requirenda sunt inter aspirata in litera H. Dicitur *littera Pythagoræ*, quod ea Philosophus hic uteretur ad significandum humanæ vitæ bivium. *Ausonius Edyll. 12. Technopægn. de literis monosyllabis, Persius Satyra 3. Lactantius l. 6. c. 3.*

DE LITTERA Z.

Z Litera Græca est, qua in Latinis dictionibus non utimur. Est semivocalis, ex genere literarum duplicium. Valet enim *sd*. Ejus loco nos substituimus interdum geminum *ss*, ut *patrissso* pro πατρίζω, *pitisso* pro πιτίζω, interdum *sd*, ut *Esdras* pro Ἔσδρας. Antiqui loco ejus unicum aliquando *s* scribebant, ut *Sacynthus* pro Ζάκυνθος, *Sethus* pro Ζῆθος. Nonnunquam etiam *d* literam loco ejus usurpabant, ut *Medensius* pro *Menensius*. Sed hoc tantum apud antiquissimos, qui peregrinas nullas literas recipiebant.

Z A N T E A.

Zabulus, i, m. idem quod *Diabolus*, ea ratione, qua ζητα pro *diata* dicitur. *Lactant. de mortib. persecut. c. 16.*

Zacynthus, a, um, adject. ad Zacynthum insulam pertinens. *Nepos in Dion. cap. 9.* Zacynthios adolescentes. *Plaut. Mere. 5. 2.* Calchas iste Zacynthius est.

Zacynthos, *f. a. il Zante*, Ζάκυνθος, inf. maris Jonii, olim Hyrie, teste *Plin. l. 4. c. 12.* versus Orum Occ. Peloponnesi. Excurrit in longit ad 25. M. P. in latit. 20. Ambitus ejus secundum *Plin. & Ferrar.* est 36. M. P. secundum *Baudrand* 60. Jacet contra Chelonitem promont. inter Cephalleniam ad Arctos, & Strophades ad Austr. *Plinius* illam a Cephalenia 22. M. P. distare scribit, *Strabo* 60. tantum stad. Urbem habet cognominem, amplam, & permunitam, cum arce in colle. Condita fuit a Zacyntho Dardani filio, unde nomen, teste *Stephano. Virg. 3. Æn.* Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Zaleucus, i, m. Ζάλευκος, Legislator Locrensium. Sed dubitatur, utrum extiterit, *Timæus* negat Zaleucum ullum fuisse, *Theophrastus* affirmat. Hic, cum in adulteriis pœnam statuisset, ut in adulterio deprehensi utrique orbarentur oculo, oblatus est ei filius, multisque testibus adulterii convictus est. Filium damnavit. Cum tota civitas in honorem patris pœnæ necessitatem adolescentulo remitteret, aliquandiu repugnavit. Ad ultimum precibus populi evictus, altero sibi, altero filio oculo cruto, usum videndi utrique reliquit. *Valer. Max l. 6. c. 5. de justit. in extern. n. 3.*

Zalissus, seu Zalicus, m. 2. fl. Cappadociæ, in Asia minore, in confinio Galatiæ, seu potius fl. ipsius Galatiæ, qui per Paphlagoniam in mare Euxinum fluit, inter Sinopen ad Occ. & Amisum ad Or. Sed *Baudrandi* descriptione longe abest a Cappidocia, oritur in confinio Galatiæ, deindeque per Paphlagoniam fluens, ibi in Pontum Euxinum cadit, 30. M. P. a Sinope in Or.

Zamia, æ, f. *damno, perdita*, ζημία, detrimentum, jactura, a Græco ζημιόω, & Dorice ζαμιόω. *Plaut. Aulul. 2. 2. 19.* Nemini credo, qui large blandu 'st dives pauperi, ubi manu injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam. Ubi hypallage est, h. e. *aliqua zamia pauperem onerat*. ¶ Apud *Plin. l. 16. c. 26.* zamiæ dicuntur nuces pini arboris, quæ maturescentes se dividunt; & appellationis ratio est, quia nisi decerpantur, cæteras lædunt.

Zancha, æ, f. Ζάγχη, genus calceamenti ex pelle Parthica. *Trebell. Poll. in Claud. c. 17. & Cod. Theodos. l. 14. t. 10. leg. 2. & 3.*

Zancle, es, f. Ζάγκλη, Sicilia, a Ζάγκλη, ideſt a Saturni falce, quam Poetæ fabulantur in Siciliam decidisse. Quam fabulam inde ortam putat *Macrobius*, quod Sicilia imprimis fiugum fertilis sit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum usum invenisse. *Ovid. 15. Met. v. 290.* Zancle quoque juncta fuisse Italiæ legitur, donec continia pontus Abstulit, & media tellurem reppulit unda.

Zancle, es, f. 1. Ζάγκλη, urbs Siciliæ, *in penitissimo Pelori sinu*, a Ζάγκλη, quod apud Siculos est falx, efique a Ζὰξ pro Δὶξ, & ἄγκυλον, nempe a situs obliquitate, quod falcis in modum curvata esset, vel a nomine generali insulæ, quæ & ipsa Zancle vocabatur. Postea a Messeniis instauratoribus *mutata*, hoc est Messana, dicta est. ¶ Zancle item, opp. Messeniæ, in Peloponneso. *Plin. l. 4. c. 5.*

Zancleus, a, um, Siculus. *Ovid. 13. Met. vers. 603.* Sub noctem potitur Zancleæ classis arena.

Zancleius, a, um, Siculus. *Ovid. 14. Met. v. 47.* Oppositumque patens contra Zancleia saxa.

Z A N T E E.

Zea, æ, f. *spelta*, כֻּסֶּמֶת, Ζειά, genus frumenti simile farri. Græce est Ζέα, pro quo & Ζειὰ dicitur, quod Homero, & Hippocrati, & universe Jonice scribentibus familiarius est. Far sic vocari, scribit *Hieronymus in Isaiæ c. 28.* & *Eyech. c. 4.* Manifeste distinguit *Plinius l. 18. c. 8.* ut videbimus infra. Duo ejus genera tradit *Dioscorides l. 2. c. 110.* alterum simplex, & unius tantum grani, alterum, quod *dicoccon*, hoc est gemini, & duplicis grani appellant, duobus utriculis conjunctum semen habens; ex quo fit sorbitio, vel puls, quæ vocatur *alica*: de qua V. suo loco. *Plin. l. 18. c. 8.* Ægypto, ac Syriæ, Ciliciæque, & Asiæ, ac Græciæ peculiares zea, olyra, tiphe. Qui zea utuntur, non habent far. Est & hæc Italiæ, in Campania maxime, femenque appellatur. ¶ Est etiam zea rerisimarini species. *Apul. de herb. c. 79.*

Zelivira mulier dicitur, quæ cum alieno viro cubans justæ uxoris amorem suo præferri timet. *Tertull. in exhort. ad cast. c. 9.* Omnis mulier zelivira est, quamdiu aliena.

Zelo, as, a. 1. *amer zelo*, קִנֵּא, Ζηλόω, æmulor, cupide aliquid imitor, tam vehementer amo, ut neminem in partem amoris admitti patiar, &c. *Tert. carm. cont. Marc. l. 4. v. 36.* Qui zelat populum summo pietatis amore.

Zelotes, æ, m. *zelosus, zelanste*, קַנָּאִי, Ζηλωτής, accipitur pro amatore, qui nullum in amore fert rivalem. In hac significatione frequenter occurrit in sacris Literis, præcipueque apud Prophetas, qui Deum zelotem esse prædicant, hoc est zelotypum, & ferre non posse, ut amor ille, cultusque sibi uni debitus, ad idola, dæmoniave transferatur. Adde *Tertul. l. 1. adv. Marcion. c. 28.* & *l. 4. c. 25.*

Zelotypa, æ, f. *gelosa*, muller zelotypiam habens. *Petron. in Satyr.* Noli zelotypa esse. *Juven. sat. 6. v. 277.* Si tibi zelotypæ reregantur scrinia mœchæ.

Zelotypia, æ, f. *gelosia*, קִנְאָה, Ζηλοτυπία, ægritudo animi, cum, ne quis possideat, timemus. quod possidere soli cupimus. *Cic. 4. Tusc. 8.* Obtrectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipse concupiverit. *Antonius Cic. inter ep. ad Att. l. 10. post ep. 8.* Judicibum duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quæ magis a zelotypia mea, quam ab injuria tua, nata est. *Plin. l. 25. c. 7.* Nympha zelotypia erga Herculem mortua.

Zelotypus, i, m. *geloso*, קַנַּאי, Ζηλότυπος, idem ac zelotes, ideſt æmulator, suspiciosus in amore. Dictus est vel a ζῆλος, & τύπος, quia in zelotypo unum amor versus sit, fed ejus solum typus, ac imago quædam, vel quasi ζῆλῳ τυπτὸς, *zelo percussus*, quia qui sic affectus est, rivalem in amore metuit, nec pati potest. *Juvenal. sat. 5. v. 45.* zelotypo juvenis prælatus barbæ. Adde *Quintil. l. 4. c. 2.*

Zelus, i, m. *zelo, emulazione*, קִנְאָה, Ζῆλος, fervor ille animi, qui in æmulatione cernitur, qui interdum vitiosus est, interdum cum virtute, quatenus scilicet vel ad honesta studiosius capessenda incitat, vel invidiam de alterius bonis, odiumque interdum parit. *Prudent. Hamartig. v. 188.* scintilla odii de fomite zeli. *Vitruv. in præfat. l. 7.* Ptolemæus infinito zelo, cupiditatisque incitatus studio ad eundem modum contenderat bibliothecam Alexandriæ comparare.

Zema, æ, f. Ζῆμα, olla, cacabus. *Apic. 8. 1.* Mittitur in Zemam, elixatur aqua marina, &c.

Zeno, & Zenon, onis, m. Ζήνων, Philosophus Pythagoricus Eleates, id est ex Elea urbe Æolidis, quem Dialecticæ inventorem fuisse scribit Aristoteles. Fuit in secta eorum Philosophorum, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum, & simile, & idem, & semper, seu quorum omne bonum in mente positum fuit, & in mentis acie, qua verum cerneretur: cujus disciplinæ princeps fuit Xenophanes Colophonius, deinde eum secuti Parmenides, & Zeno, ambo Eleates, a quibus Philosophi *Eleatici* nominabantur; post Euclides Socratis discipulus Megareus, a quo iidem illi *Megarici* dicti, tandem Menedemus Eretriacus, ideſt ex Eretria urbe Eubœæ, a quo *Eretriaci* appellati. Hujus celebratissima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Nam cum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandæ patriæ insiammasset contra Neatchum Tyrannum, facto indicio comprehensus, traditusque est tortoribus torquendus. Cumque lacerartetur, ut conscios conjurationis nominaret, neminem illorum indicavit, sed amicos, intimosque Tyranni participes conjurationis esse dixit. Deinde cum quippiam se in aurem Tyranni loqui velle significasset, eam mordicus correptam non ante dimisit, quam rapta aure populsrum caput reliquisset. Verum, cum jam vererentur, ne tottes repetitis tormentis resistere non posset, conversus ad cives, qui quæstioni intererant: *Admiror*, inquit, *vestram ignaviam, o cives, qui eorum metu, quæ ego nunc patior, Tyranni jugum sustinetis*, idque cum dixisset, conscissam dentibus linguam in os Tyranni expuit. Quo facto tanto civium animos libertatis desiderio incendit, ut concursu undique facto Neatchum lapidaverint. *Cic. 2. Tusc. & 3. de nat. Deor.* ¶ Zeno alter, Philosophus Citticus, i. e. ex Cittio, seu Citio, seu Cytio, seu Cythio urbe Cypri, docuit Philosophiam Athenis, in porticu Pœcile. Hinc dictitur auctor, & princeps Stoicorum, a στοὰ, *porticus*. Posuit unum tantum genus boni, quod virtute continetur, dixitque, nihil esse bonum, nisi quod honestum est, nihil item malum esse, nisi turpe, seu virium, & peccarum. cætera nec bona nec mala esse; felicitatem in sola virtute consistere. *Cic. 2. & 3. Acad. 2. 2. 3. 4. 5. de Fin. 2. 4. 5. Tusc 1. de Leg. & 1. Parad.* Templo in honore apud Athenienses habitus est, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipsum aurea corona, & statua ærea. Decessit nonagesimo ætatis suæ anno sine morbo Nam, ut ferunt, cum abiret ex schola, lapidem offendens digitum perfregit, manu vero terram feriens, illud usurpavit ex Niobe. *Ver. o, quid me vocas?* & continuo se strangulans interiit. ¶ Zeno alius Philo pus Epicureus, ætate Ciceronis. *Cic. 1. de Fin. & 3. Tusc.* ¶ Hoc nomen duplex habet nominativum casum, ut posuimus, sed *Zeno* frequentius est quam *Zenon*. Cicero enim passim *Zeno* usurpat. At *Varr. apud Non. c. 2. n. 649* Zenon, inquit, novam hæresim novo paxillo suspendisse dicatur.

Zephyritis, idis, patronym. femininum. Hoc nomine appellatur Flora Dea, Zephyri filia. *Catull. de coma Berer. v. 57.* Ipsa suam Zephyritis eo famulam legerat.

Zephyrus, a, um, Ζεφύριος, quod ad Zephyrum spectat. *Ovid Zephyria, ai Ζεφύριαι*, eadem, ac hyperneuræ. *Scribon. l. 1. de gen. & imal. c. 1.* & *l. 6. Hist. animal. c. 2. Plin. l. 10. c. 60.* Inter ova, quæ hyemia diximus, quidam & vento putant generari, qua de causa etiam Zephyria appellantur.

Zephyrus, i. m. *Zefiro, Ponente*, רוח מערבית, Ζέφυρος, unus ex quatuor ventis cardinalibus, qui flat ab Occasu solstitiali, ab æquinoctiali, adversus Subsolanum, ut Auctor libri de Mundo scribit, itque adsipulorte *Gell. l. 2. c. 22.* & *Plin. l. 18. c. 34.* sic dictus videtur quasi Ζωηφόρος, sive ὁ Ζῆν φέρων, ideſt ferens vitam, seu vivere, quia nempe τῶ Σέφει πάντα ὁυτῶ ὀ καρπὸς ἐυφυτεῖ, *calore ipsius flantis fructus augentur*, unde & genitalis mundi spiritus *Plinio* appellatur. Idem existimatur, qui Favonius. Sed Vegerius Zephyrum, & Favonium diversos ventos esse vult. Hic ventus cum flat, ver inchoat, ut *Plin. loc. cit.* testatur. Hinc *Hor. l. 1. ep. 7. v. 13.* te, dulcis amice, reviset Cum Zephyris, si concedas, & hirundine prima. Et *Virg. 1. Georg.* Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur, & Zephyro putris se gleba resolvit. ¶ Secundum fabulas fuit filius Astræi, & Auroræ, ferunque Chlorin Nymphan adamasse, eique concessisse, ut floribus præesset, quæ deinceps Flora dicta est. Homerus etiam in Iliade narrat, a Zephyro Thyellam Harpyam amatam esse, indeque procreatos Xanthum & Balium equos Achillis. *Boccar. l. 4. Gen. Deor.* ¶ Narrat etiam *Servius in Ecl. 5.* unam ex Horis Zephyro tributam uxorem fuisse, ex qua susceperit filium Carpon nomine, longe pulcherrimi corporis, qui post ab Jove in rerum omnium fructus conversus sit. Hac autem fabula designatur effectus hujus venti, omnes fructus genitali aura fœcundantis, & ad maturitatem perducentis, ut dictum est. ¶ Hujus officium est portare nuntios Deorum, quos celeriter aliquo pervenire opus sit. *Virg. 4. Æn. v. 222.* Tum sic Mercurium alloquitur, & talia mandat: Vade, age, nate, voca Zephyros, & labere pennis.

Zerbis, is, m. Ζέρβις, fl. Mesopotamiæ, al. Armeniæ in Mesopotamiæ confinio, qui per Alonos populos junctos Gordyæis in Tigrim influit: *Plin. l. 7. c. 26.*

Zeros, m. 2. genus gemmæ, similis iridi. *Plin. l. 37. c. 9. in fine*: Similis est aspectu, sed non ejusdem effectus, quæ vocatur zeros, alba, nigraque macula in transversum distinguente crystallum.

Zerynthius, a, um, quod ad Zerynthum opp. Samothraciæ spectat. *Ovid. l. x. Trist. el. 9.* Inde levi vento Zerynthia litora nacta Threjiciam terigit fessa carina Samon.

Zeta, æ, f. *appartamento*, חדר, pars domus, cubiculum, vel plurium cubiculorum, quorum ab altero in alterum transitus sit, connexio. Uno verbo, idem omnino est ac *diata*, quam vocem Vide supra fuo loco. *Lamprid. in Heliog. c. 31.* Odores Indicos sine carbonibus ad vaporandas zetas, jubebat incendi, *pro fumare le stanze*. Adde etiam ea exempla quæ in *Diæta* attulimus, in quibus quædam *diæta* nam *zeta* ea ratione a *diæta* facta est, qua a *diabolus zabulus*, & Ἑκβάλλειν a διεβάλλειν &c. ut docet *Voss. in Etymologico.* ¶ Est etiam nomen literæ. *Auson. in Technopægn. de monosyll.* Zeta jacens, si surgat, exit nota, quæ legitur, N.

Zetarius, ii, m. *cameriere*, idem qui *diætarius*, quod V. Sic *Paul. l. 3. sentent. tit. 6.* zetarios vocat quos *Ulpian. l. 33. Dig. tit. 7. leg. 12. §. 42.* diætarios.

Zetecula. V. Zothecula.

Zetes, seu Zethes, æ, m. Ζήτης, Ζήθης, filius Boreæ Regis Thraciæ, & Orythyæ, fratet Calais. *Ovid. 8. Met.* Implumes Calaisque puer, Zetesque fuerunt. V. *Calais.*

Zethus, i, m. Ζῆθος, Jovis ex Antiopa filius, & frater Amphionis, cui coadjutor fuit in condendis Thebis. Genit ex Aedone uxore Itylum, & Thium. *Cic. 2. de Or. c. 37.* Miror, cur Philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. *Hor. l. 1. ep. 18. v. 41.* Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atque Zethi dissiluit. ¶ Fuit etiam Zethus mathematicus quidam insignis, de quo *Sidon. l. 4. ep. 3.* Investigare cum Atlante fidera, cum Zetho pondera, cum Chrysippo numeros. ¶ Scribitur & *Zetus* sine aspiratione.

Zetta, æ, f. *Zerbi*, oppidum Africæ maritimum apud Zetham promontorium inter Syrtem parvam & magnam. *Hirt. de B. Alexandr.*

Zeugites, æ, m. Ζευγίτης, genus calami, seu arundinis, seu tibiæ, in Orthomenio lacu, a ζυγὸς, *jugum*, nempe a paritate, quod eo duplices flebant tibiæ. *Plin. l. 16. c. 36.* Cum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt in aucupatorium quoque amplitudinem; vocabantur zeugitæ.

Zeugma, atis, n. Ζεῦγμα, Græca vox, idem est quod Adjunctio, h. e. figura verborum per detractionem, qua plures sententiæ uno connectuntur verbo, seu per quam ponitur aliquod verbum vel in principio, vel in medio, vel in fine periodi, quod alia etiam membra ejusdem periodi regere, & sustentare debeat, sine ulla mutatione generis, vel numeri, vel alterius accidentis. *Cic. Verr. 2. c. 28.* Hujus judicii, & laudis fructum, & offensionis periculum vestrum. *Ubi Asson.* Figura zeugma, ad singula enim subaudiendum est, puto esse opotteret. ¶ Triplex est. *Protozeugma, Mesozeugma, Hypozeugma*, secundum tres illos modos, quibus fit. *Protozeugma*, vel primus modus est, cum illud vocabulum, unde membra orationis pendent, ponitur in principio. *Cic. pro Cluent.* Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. *Mesozeugma* est secundus modus Zeugmatis, cum vocabulum in medio ponitur. *Auct. ad Her. l. 4.* Formæ dignitas aut morbo deformeſit, aut vetustate. *Hypozeugma*, vel tertius modus est, cum princeps illa vox in fine ponitur. *Cic. 1. Catil.* Nec enim ignes, Catilina, ut te aut pudor unquam a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocaverit.

Zeugma, atis, n. urbs exc. Syriæ, in Comagene, ad Euphratem flu. ubi pons erat supra Euphratem, cujus adhuc vestigia durant. Contra Zeugma in altera Euphr tis ripa Apamia urbs erat, munitissima, & ampla, 65. ſtad. ambitu patens, sedes Satraparum, ubi tributa solvebantur. *Plin. l. 5. c. 12.*

Zeus, i, m. *piscis præstantissimi genus in Oceano Atlantico*, & circa Gades, inter omnes, qui in eo mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens. Gaditani alio nomine fabrum appellant, a colore, opinor, fuligineo, quo fabri plerunque nigricant. *Plin. l. 9. c. 18.* Est & hæc natura, ut alii alibi pisces principatum obtineant: coracinus in Ægypto, zeus, idem faber appellatus, Gadibus, circa Ebusum faspa, &c. *Col. l. 8. c. 16.* Ut Atlantico faber, qui & in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumque prisca consuetudine zeum appellamus.

Zeuxis, idis, m. 3. Ζεῦξις, pictor Heracleotes, qui floruit Olympiadis nonagesimæ quintæ anno quarto, excellitque in arte pingendi, cujus celebriores tabulas recenset *Plin. l. 35. c. 9. & 10.* Hic in certamen picturæ cum Parrhasio descendit, uvaſque tanto successu pictas in scenam detulit, ut ad eas aves advolarent. Parrhasius autem linteum attulit pictum, ita veritate repræsentata, ut Zeuxis alium judicio rumens flagitaret, tandem remoto linteo ostendi picturam, intellectoque errore, concederer palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aves fefellisset, Parrhasius autem se artificem. Fertur & postea pinxisse puerum uvas ferentem, ad quas cum advolassent aves, iratus est mira ingenuitate operi suo, & dixit; Uvas melius pinxi, quam Puerum. Nam si hunc consummassem, aves timere debuerant. Fecit & *figlina opera*, quæ sola in Ambracia relicta sunt, eum inde musas Fulvius Nobilior Romam transtulerit. Zeuxidis manu Romæ Helena fuit in Philippi porticibus, & in Concordiæ delubro Marsyas religatus. Opes tantas acquisivit, ut in obtestatione earum Olympiæ auceis literis in palliorum testeris intextum nomen suum ostentarit. Postea donare opera sua instituit, quod ea nullo faris digno pretio permutari posse diceret, & quidem Alcmenam Agrigentinis, Panem Archelao donavit. *Plin. l. 35. c. 10.* Zeuxidis manu Romæ Helena est. *Id. ib. c. 9.* Artem ipsis oblatam Zeuxin ferre secum. ¶ Zeuxis alter, statuarius, discipulus Silanionis. *Plin. l. 34. c. 8.*

Z A N T E I.

* Zimpiberi, &

Zingiberi, n. indecl. *zenzero*, ζιγγίβερις, genus aromatis, parvas habens radices, albescentes, odoratas, sapore piperis. *Plin. l. 12. c. 7. de pipere*: Non est hujus arboris radix, ut aliqui existimavere, quod vocant zimpiberi, alii vero zingiberi, quanquam sapore simile Id enim in Arabia, atque Troglodytica in villis nascitur, arbore herbæ radice candida. ¶ Legitur & *singiberi*: nam Galenus σιγγίβερις scribit.

Zinzillilo, as, n. 1. verbum est exprimens cantum quarundam avium submissiore voce, & crebris flexionibus canentium. *Auctor carm. de Philom. v. 43.* Regulus, atque Merops, & rubro pectore Progne Consimili modulo zinzillare sciunt.

Zirous, i, idem quod omentum. *Apic. l. 8. c. 6.* Hœdum in zirbo componere.

Zizanium, ii, neut. ζιζάνια, *loglio*, זונין, ζιζάνιον, vel ἄρα, ut *Dioscorides* vocat *l. 2. c. 29. virium tritici, hordeique nimia loci uligine corrupti, jugibusve pluviis diluti*, quod Latino vocabulo lolium appellatur, Galli, quod caput tenter, vertigines generet, & vini modo inebriet, *yvreye* appellant. Effigiem habet hordeo haud dissimilem, sed folium angustius, pinguius, & hispidius, femen exilius in cortice aculeato, florem autem subpurpureum. Legitur hæc vox tantummodo in vulgata S. Scripturæ versione, apud Ambros. Augustin. & alios Ecclesiasticos Scriptores.

Zizyphum, i, n. *2. giuggiola*, Ζίζυφον, fructus zizyphi arboris. *Plin. l. 15. c. 14.* Æque peregrina sunt zizypha, & tuberes, quæ & ipsa non pridem venere in Italiam. ¶ Scribitur & *Zizyphum*.

Zizyphus, i, f. *giuggiola*, Ζίζυφος, genus arboris novissimis Augusti temporibus ex Africa in Italiam translatum, fructum ferens, quem neutro genere zizyphum appellamus, parvum, oblongum, colore rubeo, & baccis similiorem, quam malis, Officinæ *jujubum* vocant. *Col. l. 9. c. 4.* Alba zizyphus. ¶ Ejus serendæ rationem docet *Pallad. l. 5. tit. 9.* ¶ Scribitur & *Ziziphus*.

* Zmaragdus. V. Smaragdus.

Zmilaces, m. 2. Ζμιλακίαι, gemmæ genus. *Plin. l. 37. c. 10. in fine*. Zmilaces in Euphrate nascitur, Pioconnesio marmori similis, medio colore glauco.

* Zmyrna. V. Smyrna.

Z A N T E O.

Zodiactæus, a, um, adject. ad Zodiacum pertinens. *Martian. Capell. l. 1. pag. 3.* Annua peragratio Zodiactea.

Zodiacus, i, m. *Zodiaco*, אזמון מזלות, Ζωδιακὸς, Ζωΐδιος, Ζωοφόρος, circulus in cælo ex numero maximorum, vel potius zona, aut armilla quædam, quæ duodecim illa signa continet, quæ Sol, Luna, & alii Planetæ motu proprio percurrunt. Dixi, vel potius zona, aut armilla: nam cum omnes circuli sine latitudine, & profunditate esse intelligantur, hic habet latitudinem duodecim graduum, & secundum nonnullos quatuordecim. secundum alios sexdecim, & ex una parte Tropicum Caneri, ex altera Capricorni attingit. Dictus est ab illis signis, quæ complectitur, quæ Ζωΐδια seu Ζῴδια dicuntur, ideſt animalcula. Idem a duodecim signis a *Ciceron in Arati translatione, v. 318.* & ab aliis *signifer orbis* appellatur, a Manilio dicitur *balteus stellatus*, ab aliis aliter. Signa autem hujus circuli sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. *Cic. 2. de Divin. c. 42.* Vim quandam esse ajunt signifero in orbe, qui Græce Ζωδιακὸς dicitur, talem, ut ejus orbis unaquæque pars alia alio modo moveat, immutetque cælum. *Gell. l. 13. cap. 9.* Stellæ istæ ita circulo, qui Zodiacus dicitur, sitæ, locatæque sunt, ut &c. ¶ Adjective *Sidon. l. 8. ep. 11.* Zodiacum diastema.

* Zoe, es. f. Ζωή, vita, unus ex æonibus. *Tertull. adv. Valent. c. 12.*

Zoilus, masc. Ζωΐλος, Sophista Amphipolites, Ptolemæi temporibus hoc uno facinore nobilitatus, quod Homerum poetarum omnium principem libris adversus eum scriptis ausus sit reprehendere, unde & ὁμηρομάστιγος cognomen accepit. Quæ scripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo speraus. Verum cum nihil daretur, penuria coactus submisit, qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari se dixit, cum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia pasceret, Zoilum egere; Homero multo doctiorem. Vide *Vitruv. in præfat. l. 7.* ¶ Ab hujus moribus sumptum est, ut homines lividi, & ex alieni ingenii obtrectatione laudem aucupantes *Zoili dicerentur*. *Ovid. l. 2. de Remed. Amor.* Ingenium magni livor detrectat Homeri, quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes. ¶ De mortis ejus genere diversi diversa sentiunt, ut etiam scribit *Vitruvius loc. cit.* Alii parricidii convictum, jussu Regis cruci affixum volunt, nonnulli a populo lapidibus obrutum esse, alii Smyrnæ vivum in pyram esse conjectum, alii cum in Græciam redisset, de seironiis facta fuisse præcipitatum, quæ sunt in Attica, inter Megara, & Corinthum.

Zomoteganite, f. adj. Ζωμοτηγανῖτις, a Ζωμὸς, *jus*, & τήγανον, *sartago*. Patinæ piscium Zomoteganite apud *Apic. l. 4. c. 2.* est patina pisciuni in suo jure cocborum. Ita quidem restituit *Humerbergius*, manu alii aliter legunt.

Zona, æ, f. *cinta, cintura*, חגורה, Ger. *gurtel*, Gal. *ceinture*, His. *cinta*, Ζώνη, vinculum, quo cingimur, cinctus, balteus, a ζωννύω, *cingo. Ovid. Fast.* Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit. *Hor. l. 1. ode 30.* Et *solutis* Gratiæ zonis, properentque Nymphæ. ¶ Veteres in zonis pecuniam defrerebant. C. Gracchus apud *Gell. l. 15. c. 12.* Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. ¶ Hinc *Zonam perdidit*, proverbialiter dicitur in eum, qui omni pecunia destitutus est. *Hor. lib. 2. ep. 2. vers. 40.* Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit. ¶ *Zonam solvere* dicuntur novæ nuptæ, quæ viro traduntur, & primum cum eo concumbunt, Virgines enim non nisi cinctæ procedebant, sed novæ nuptæ in cubiculum mariti deductæ a pronuba cingulum, quod ex ovilla lana contextum, & nodo etiam (quem Herculaneum vocabant) nexum gerebant, solvebatur, & Dianæ dicabatur. *Catull. carm. 2.* Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ Pernici aureolum fuisse malum, Quod zonam solvit diu ligatam. De Atalanta loquitur, quæ ob aureum malum ab Hippolyto projectum in cursu superata, eidem nupsit. V. *Scalig. Poet. lib. 3. cap. 101.* ¶ Per Translationem zonæ dicuntur circuli quidam lati, cælum, terramque veluti cingula quædam ambientes. Sunt autem numero quinque, ex quibus media, quæ inter Tropicos est, minio calore, parum apta habitationi olim credita fuit; quæ vero extremæ sub Arctico, & Antarctico circulis sitæ, nimio frigore horrent, unde & ipsæ inhabitabiles habitæ sunt; reliquæ autem, ut quæ medium inter torridam, & gelidam situm obtinent, temperatæ sunt, humanæ vitæ accommodatissimæ. *Virg. 1. Georg. vers. 233.* Quinque tenent cælum zonæ, quarum una coruſco Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni; Quam circum extremæ dextra, lævaque trahuntur Cœrulea glacie concretæ, atque imbribus atris. Has inter mediamque duæ mortalibus ægris Munere concessæ Divum, & via secta per ambas, Obliquus qua se signorum verreret obo. *Ovid. 1. Met. vers. 45.* Utque duæ dextra cælum, totidemque sinistra Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis: Sic onus inclusum numero distinxit eadem Cura Dei, totidemque plagæ tellure præmuntur; Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu; Nix tegit alta duas; totidem inter utramque locavit; Temperiemque dedit mista cum frigore flamma. *Cicer. in Somn. Scip. cap. 6.* Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam, & circumdatam circulis, e quibus duos maxime inter se diversos, & cæli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina vides; medium autem illum, & maximum Solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille (in quo qui insistunt, adversa nobis urgent vestigia) nihil ad vestrum genus; hic autem alter subjectus Aquiloni, quem incolitis, cerne, quam vos tenui parte contingat. ¶ Item translate zona appellatur hergynia *Cæsar*, & *circinus* dicitur. Ita dicitur, quia medium cingit hominem. *Scribon. Largus c. 63.* Facit hoc medicamentum ad carbunculos, & ad ignem sacrum, & ad zonam, quam Græci ἔρυσιπελα dicunt.

Zonalis, le, adj. ad zonam cæli pertinens. *Macrob. l. 2. in Somn. Scip. c. 5.* Eadem est in ejusdem zonalis ambitus continuatione temperies.

Zonarius, i, m. Ζωνοπλόκος, qui zonas facit. *Cic. pro Flacco c. 7.* Quod Michridates, qui multitudinem illam non auctoritate, sed fagina tenebat, se velle dixit, id futores, & zonarii conclamarunt.

Zonarius, a, um, quod ad zonam pertinet, ut *Sector zonarius*, *tagliabarse*, βαλλαντιοτόμος, qui zonam, seu loculos incidit. *Plaut. in Trin. 4. 2. 20.* Mira sunt, ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius.

Zonatim, adv. per gyrum. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. ult.* Zonatim circum impulvium cinerarios cludebat.

Zonula, æ, f. *cinturetta*, ζώνιον, parva zona. *Catull. in Epithal. Juliæ*, & *Mall. carm. 62. (al. 64.)* Tibi virgines zonula solvunt sinus. V. *Zona.*

Zonus, m. 2. fl. Hyrcaniæ, qui in mare Caspium influit. *Plin. l. 6. c. 13.*

Zoophorus, & contracte Zophorus, m. Ζωοφόρος, & Ζωφόρος, Græce est idem ac zodiacus, a ζῶον, *animal*, & φέρω, *fero*. ¶ Sic etiam dicitur in architectura pars columnæ inter epistylium, & coronidem, idque, quia animalium, aliarumque rerum signis sæpe ornatur. Utitur *Vitruvius l. 3. c. 3.* Vulgo *fregio* appellant, nempe a Phrygionibus, ut *Philander* ostendit.

Zoophthalmos, m. 2. Ζωόφθαλμος, herbæ genus, in tectis, & suggrundiis nascentis, quæ folium habet carnosum, & subrotundum oculi animalis similitudinem referens, unde & nomen accepit, ideſt, a ζῶον,

Trojanum bellum fuisse. De hac arte Zoroastres vicies centum millia versuum condidit, qui ab Hermippo explanati fuere. Vixit viginti annos in desertis caseo ita temperato, ut versutiarem non sentiret. Interiit bello, quod illi a Nino Assyriorum Rege illatum est. Post multa prælia vario eventu commissa tandem debellatus fuit, & interfectus. *Just. l. 1.*

Zoroastrēus, a, um, ad Zoroastrem pertinens. *Prudent. in Apotheos, v. 562.* Qui Zoroastreos turbasset fronte susurros.

Zoronysius, ii, *n.* Ζωρονύσιος, genus gemmæ. *Plin. l. 37. c. 10. in fine:* Zoronysios in Indo flumine nascitur. Magorum gemma esse narratur, neque aliud amplius de ea.

Zoster, eris, m. Ζωστήρ, zona, cirsinus, genus ignis sacri, medium hominem ambientis, & enecantis, si cinxerit. *Plin. l. 26. c. 11.* Ignis sacri plura sunt genera, inter quæ medium hominem ambiens, qui zoster appellatur, & enecat, si cinxerit.

Zoster, m. 3. prom. Atticæ, cum opp. cogn. inter Piræum portum, & Ceam insulam licet *Strabo* illud apud isthmum defcribat, ubi & *Stephanus*, qui sic dictum ait, quod ibi Latona zonam solverit, ubi incolæ illi, & Dianæ pisces immolabant. Meminit *Cic. l. 5. ad Attic. ep. 12.*

Zothēca, æ, f. *camerino, arcova, gabinetto,* חדר, locus in cubiculo secretior, parvum conclave, cubiculo adjunctum, in quo studii, vel quietis causa degere solemus, a Ζάω, *vivo*, & Θήκη, *repositorium*. *Plin. l. 2. ep. 17.* Contra parietem medium zotheca perquam eleganter recedit, quæ speculariibus & velis obductis reductive modo adjicitur cubiculo, modo aufertur. Sunt qui legunt *diæta*: verum ea lectio jamdiu ab Eruditis rejecta est, neque cum hac *Plinii* descriptione convenire potest.

Zothecŭla, æ, f. *picciola arcova. Plin. lib. 5. epist. 6.* Mox a zotheca refugit quasi in cubiculum idem. Quidam leg. *xetecula*, sed minus recte. *Sidon. lib. 8. epist. 16.* Ber armariola, & zotheculas nostras non remansernnt digna prolatu. *ne' nostri camerini da studio.*

Z A N T E U.

✻ Zuma. V. Zema.

Zura, æ, f. semen paliuri, lingua Afrorum. *Plin. lib. 24. cap. 13.* Paliurus quoque spinæ genus est: Semen ejus Afri zuram vocant, contra scorpiones efficacissimum, item calculosis, & tussi.

Z A N T E Y.

Zygia, æ, Ζυγία, genus aceris, a Ζυγός, *jugum*, quod ex ea fiunt juga jumentis. *Plin. l. 16. c. 15.* Tertium genus zygiam, rubentem, fissili ligno, cortice lipido, & scabro. Hoc alii generis proprii esse malunt, & Latine carpinum appellant. ¶ Zygia tibia, est tibia nuptialis, a Ζυγός, *jugum*, & translate *nuptiæ*. *Apulej. lib. 4. M. A.* Sonus tibiæ zygiæ mutatur in querulum Lydium modum, cantusque lætus Hymenæi lugubri finitur ululatu. ¶ Zygia etiam dicta est Juno, quia nuptiis præerat. *Id. 6. Metam. 6.* Quam cunctus Oriens zygiam veneretur, & omnis Occidens Lucinam appellat.

Zygis, f. 3. Ζυγίς, serpillum sylvestre, non serpens humi, quemadmodum hortense, sed in altitudinem increscens, ramulos edens tenues, furculosos, foliis refertos longioribus, quam rutæ, & durioribus, & angustioribus, flores jucunde olentes, & gustu acres. *Dioscor. l. 3. c. 37.* & *Apul. de herb. c. 99.*

Zygostasium, ii, *n.* munus zygostatæ. *Leg. 1. Cod. Theodos. de frum. Alexandr.* Quidquid de zygostasii munere eminentia tua dispositi, roboramus.

Zygostātes, æ, m. qui præest examini ponderum, nequa fraus in ponderibus committatur, Ζυγοστάτης, a Ζυγός, quod etiam libram significat. *Leg. 2. Cod. Theodos. de ponder. & auri illation.* Per singulas civitates constituti zygostatæ.

Zyma, æ, f. olla, in qua aliquid coquitur. *Apic. l. 9. c. 1.* Mittitur in zymam, & elixatur in aqua marina. Al. leg. *xemam*, a Ζέω, *ferveo*. Græce Ζύμη, fermentum significat. Ζέμα autem Græce significat decoctum, seu potionem decoctam: quare non absurde quidam putant hac voce significari ab Apicio liquamen, seu condimentum aliquod.

Zyras, æ, m. *Verne*, fl. Thraciæ, al. Mygæ, seu Mœsiæ inferioris, qui apud Dionysiopolim urbem, quam alluit, al. infra Varnam urb. in Pontum Euxinum cadit. *Plin. l. 4. c. 11.*

Zythum, i, n. Ζῦθος, שכר, כותח, זיתום, potus ex hordeo aqua resoluto confectus, acris gustu, & vini in morem inebrians. *Suidas* interpretatur οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος, ideft vinum ex hordeo factum. *Plin. l. 22. c. ult. in fine:* Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia, & ceria in Hispania, cervisia, & plura genera in Gallia, aliisque provinciis, quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit. *Colum. l. 10. v. 116.* Et Pelusiaci proritet pocula zythi. ¶ Quomodo zythum a cervisia differat, & alia quædam ad hoc genus pertinentia, videre potes apud *Hadr. Junium in Batav. historia c. 25.*

F I N I S.

VERBA

VERBA BARBARA

EX CALEPINI, PASSERATII, BASILII FABRI, JUNCKERI, ET ALIORUM LEXICIS EXPULSA.

Baces, ἄβακις, carens voce. *mutolo*. ¶ Item vasorum conditorium. *credenza*.

Abacion, ἀβάκιον, abaculus. *tavolino*. ¶ Item tabula calculatoria. *tavoletta dell' abaco*.

Abambaceustos lenocinio nullo fucatus, *puro, senza bellarbo*.

Abanec, abenet, seu abnet. *tinto Sacerdotale*.

Abaphus, ἄβαφος, non tinctus. *puro*.

Abapristus, ἀβάπριστος, qui mergi non potest. *che fa a galla*.

Abar, ἄβαρ, placentæ genus.

Abaris, continentis habitator. *abitatore di terra ferma*.

Abarrenum, inhonestum. *disonesto. Isid. Glos.*

Abarria, ἀβαρτία, insatiabilitas. *ingordigia di cibo*.

Abarticulatio, dearticulatio. *sloggamento*.

Abas, ἄβας, bardus. *stupido*. ¶ Item facer morbus.

Abasanistus, ἀβασάνιστος. *inesperto, novizio*.

Abascanos, ἀβάσκανος, invidia vacuus.

Abascantum, ἀβάσκαντον, fascini amuletum. Unde abascantos, sine invidia, sine fascino.

Abasileutus, ἀβασίλευτος, sine rege. *libero, senza soggiogare*.

Abasbon, infirma domus, quasi sine base. *Isid. Glos.*

Abathmata, ἀβάθμητα, bellatorum genera. *combattere, pedestri*.

Abatos, ἄβατος. *inaccessibile*.

Abbatia, ἀββάτεια. *badia*.

Abbatialis, ad Abbatem pertinens.

Abbatiola. *piccola badia*.

Abbatissa, ἀββατισσᾶ. *badessa*.

Abblandior, iris. *accarezzare*.

Abebelum, ἀβέβηλον. *consegrato, che non si può toccare*.

Abena pro habena. *briglia*.

Aberra, ornamentum laterale equi pectori substrictum. *cinghia*.

Abestiarius, vestiarii præfectus.

Abhorreo, ἀποστέγω. *diffidare, sconfortare*.

Abjecto, sæpe abjicio, ἀποβάλλω. *gettar via spesso*.

Abjuges hostes, h. e. jugum non experti.

Ablacto, a lacte removeo. *slattare. Isid.*

Ablatos, cochleare. *succhiaio. Isid.*

Ablucinatio, lucis alienatio. *abbagliamento*.

Ablutes, ablutium. *luogbi fangosi. Isid.*

Abluvio, mundatio sordium.

Abobris. *scandaloso. Isid. Glos.*

Abra, ἄβρα, ancilla junior. *fanciulla giovine*.

Abrasio, abradendi actus.

Abreto, abripio. *rubare*.

Abrigetum. *splendore dell' ora. Isid. Glos.*

Abrogans. *umile. Isid. Glos.*

Abrotum, ἄβρωτον. *cosa, che non è buona da mangiare*.

Abrotus, ἄβρωτος. *digiuno*.

Abscetno. *rigettare. Glos.*

Abscio. *partirsi dall' ubbidienza*. Item nescire.

Abscta, disjuncta. *esse separate*.

Abscctos, species gemmæ. *Isid.*

Absentaneus, absens. *lontano*.

Absentio, dissentio, ἀποφαίνω. *aver parere diverso*.

Absideo, teorsum tedeo. *fidere separatamente. Glos.*

Absoleo, ab usu recedo, ἀπαρχαιόομαι.

Absnes, sine spe, ἀπελπίζω. *disperato*.

Absterno, abjicio. *rigettare. Isid. Glos.*

Abstino, as, contrarium τῷ destino.

Abstlata, navis piratica. *naviglio da corsari*.

Abstorqueo, extorqueo. *togliere per forza*.

Abstractum, apud dialect. significat formam aliquam cum exclusione subjecti, τὸ ἐξ ἀφαιρέσεως.

Abstringo, solvo, ἀποκλάω, ἀπαρχαίω. *sciogliere*.

Abvacuatio. *evacuazione*.

Abulæ aquæ. *bagni, stufe*.

Abyrtace, ἀβυρτάκη, genus edulii apud Medos, ex porro, cardamo, allio, &c. Hinc Abyrtacopœus.

Acaeus, ἄκακος. *non cattivo, semplice*.

Acamasia, negligentia. *trascuraggine*.

Acantha, ἄκανθα, spina, & spina dorsi.

Acapture, capture. *accattivare*.

Acarpia, ἀκαρπία. *sterilità*.

Acarpos, ἄκαρπος. *sterile, infruttuoso*.

Acatalis, ἀκατάλις, bacca juniperi, vel juniperus parva.

Acatapalastus, ἀκαταπάλαστος, in lucta insuperabilis. *invincibile nella lotta*.

Accaphractarii, milites hastati.

Accensibilis. *che può accendersi*.

Accensio, actus accendendi, vel accensendi. *Glos.*

Accensiuncula, parva accensio. *Glos.*

Accento, accino.

Accepta, navis genus. *Isid. Glos.*

Acceptabulum, ἔμπακον, acetabulum. *vaso*.

Accella, æ. *accostamento del mare*.

Accidia, acedia. *accidia*.

Accidiari, accidia corripi. *esser accidioso*.

Acclibanum. *obbliquo, torto. Isid. glos.*

Acclinus, a, um, pro acclinis. *che sta in pendio. Glos.*

Acceludo, claudo. *chiudere*.

Accognito, promulgo. *pubblicare*.

Accubitatio, accubitus. *il giacere*.

Accubitrix, quæ accubat.

Accucula, & Accuculia, acutus, solers. *Isid. glos.*

Acedio, & acedior, acedia corripior. *esser accidioso*.

Acetabularius, qui acetabulis ludit, græce ψηφοπαίκτης.

Acharistus, ἀκάριστος. *ingrato, sconoscente*.

Achidesia, media quies inter systolen, & diastolen pulsus.

Achirosis, ratio miscendi cum paleis lutum, quæ ab hirundinibus adhibetur in nidis conficiendis.

Achriogelus, ad risum proclivis, ἀκριογέλως. *che ride sciocamente*.

Aciale, vel aciare. *acciajo*.

Aciarium, theca, qua servatur acus.

Acifcularius, lapicida. *scarpellino*.

Acletus, ἄκλητος. *disredato*.

Acleti, ἀκλητοί. *non chiamati*.

Acmon, onis, ἄκμων. *incudine*.

Acmopheton, ἀκμοφόετον, truncus, qui incudem sustinet.

Acolastus, ἀκόλαστος. *immoderato, intemperante*.

Acolor, mus. *topo*.

Acoluthia, ἀκολουθία. *conseguenza*.

Acoluthos, ἀκόλουθος. *conseguente*.

Acratisma, vel Acratismus, ἀκρατίσμα, jentaculum, *colazione*.

Acrementum, omphacium. *agresta*.

Acrodrya, ἀκρόδρυα, fructus arborum, qui ligaofa cortices habent.

Acrophyllum, ἀκροφύλλιον, folia spiramentum, seu rostrum, quod fornacis ori inseritur.

Acropolis, ἀκρόπολις. *luogo alto della città, fortezza*.

Acroteria, ἀκρωτήρια, ornamenta proræ in navibus.

Actionarii, qui res nostras agunt. *procuratori*.

Activitas. *attività*.

Actius, amplius, melius. *meglio*.

Acupictile, phrygium opus. *ricamo*.

Acupictor, qui acu pingit. *ricamatore*.

Adagonista, certator. *combattitore*.

Adaugni, ingenui. *nobili*.

Adamatrix, quæ valde amat.

Adapto, apte adjungo, ἁρμοζόμαι.

Adeptus, us, adeptio. *acquisto. Paul. Nolan.*

Adferial, aqua, quæ ad sepulcra fertur.

Adfiliatio, adoptatio. *adozione. Isid.*

Adhærentia, adhæsio. *accostamento*.

Adjacentia, adhæsio.

Adincresco, multum cresco. *crescer molto*.

Adinvehor. *tirannare*.

Adinvicem, *vicendevolmente*.

Adjocor, aris, jocor. *scherzare*.

Adiposus, pinguis. *grasso*.

Adjuramentum. *giuramento, scongiuro*.

Administratorius, qui aliquid gubernat.

Admedio, accommodo. *adattare*.

Admonefacio. *avvisare*.

Admonitorius, citatorius.

Adnigrari, profrari. *avvilirsi*.

Adnumiastæ, qui faciebant adnumium.

Adnumium, catalogus militum. *ruolo*.

Adnunciatio, edictum, quo provinciis renuntiabatur, quid in synodis actum, & decretum esset.

Adolefactus. *cresciuto. Vet. Inscript.*

Adoptarius puer, ex adoptato natus. *Isid. Glos.*

Adpetulantia, procacitas. *petulanza. Isid. Glos.*

Adplano, adæquo. *pareggiare. Isid. Glos.*

Adpunctare, constituere. *appuntare*.

Adsallio, adorior. *assalire*.

Adsallitura, seu adsaltura, actus adsaliendi, & irruendi. *assalto*.

Adscitus, us, actus adsciscendi. *chiamata*.

Adsessoria, libri de iis, quæ agi viderunt Jurisconsulti, cum essent assessores.

Adsetula, agaso. *sfunso, mulattiere. Glos.*

Adtaminare, inquinare. *imbrattare. Isid. glos.*

Adtreger, diminutus. *diminuito*.

Adtregtare, est vinum in sacrificiis augere. ¶ Item in statum redigere.

Adtritia fulgura, quæ iterato fiebant, & significationi piorum attributantur.

Adventito, frequenter advenio.

Adulatorcula, parvus adulator. *Glos.*

Adulatus, us, κολακεία. *adulazione. Glos.*

Aduncо, incurvo. ἐπικάμπτω.

Æganea, jaculi species.

Ægidius, hœdus. *capretto*.

Ægula, species sulphuris.

Aelii dicuntur, quibus duæ fœrores nupserant. αἴελοι, vel ἄελοι.

Ænigmaticus, αἰνιγματικός. *oscuro*.

Ænigmatizo, ænigmata profero.

Ænithrologium, carminis genus.

Æquicula, mensuræ genus.

Æquidies, &

Æquidium, æquinoctium. *giorni uguali alla notte*.

Æquilabia, commensurata.

Æquilotium, aquatio. *Isid.*

Æquipollentia &c.) Dialecticorum voces, quæ æqualem

Æquipolleo) potestatem significant.

Æquivocor, eodem nomine vocor.

Æquivocus. *equivoco*. ¶ Item idem nomen habens.

Æradi, spiritus corporei in aere degentes.

Æramina, utensilia ærea.

Æreolus, parva moneta. *quattrino*.

Ærium, genus vestigalis.

Aeromantia, divinatio ex aere.

Æschinus, verecundus. *vergognoso, rispettoso*.

Æthaliones, αἰθαλίωνες. *cicali*. πυρὸ τὸ αἰθαλωτικόν ἐν πλοίῳ.

Ævintegri, Dii, ab integro ævo, quia eorum ætas perfecta est.

Ævosus, a, um. *vecchio*.

Affabulatio, dicitur breve documentum, quod fabulis subnectum earum explicat utilitatem, μῦθος.

Affectate. *affettatamente, con affettazione*.

Affidari, quasi in alicujus fidem, & clientelam recepti. *vassalli*.

Affigulo, conjungo, conglutino. *Scriban. de pass. Dom.*

Affirmative, *affermativamente*.

Affossrata, rediius. *ritorno. Isid. Glos.*

Affratum, spinetum. *spineto. Isid.*

Aforus, piscicultus, qui hamo capi non potest. *Isid.*

Afrutabulum, vasculum. *vasetto*.

Agabo, qui negotia præcedit. *Isid.*

Agagulo, vanus fornicator. *Isid.*

Agalmation, ἀγαλμάτιον, imagunecula, *picciola immagine, statuetta*.

Agaperi, ancilla Dei.

Agapetus, dilectione dignus, ἀγαπητός. *diletto*.

Agaron, agaso. *mulattiere, asinajo. Isid. glos.*

Agasyrtus, ἀγάσυρτος. *sordido, squallido*.

Agathis, gemmæ genus.

Age, otum, ἄγη, victimæ, quæ pro rebus agendis offerebantur. ¶ Item via in navi, qua horrator ad remiges accedit. ¶ Item dolabra. ¶ Item loca religiosa.

Agelada, juvenca. *giovenca*.

Agelæus panis, ἀγελαῖος ἄρτος. *pane a tutta farina*.

Agellarius, rusticus, dux gregis.

Agenda, vespertina, & matutina lectio.

Ageratus, lapis, quo antiqui usi sunt ad coria expoliendo.

Agerēs, partes gutturis.

Aggestim, acervatim. *a mucchio*.

Agginantes, explicantes. *Isid. glos.*

Aggurium, aggurus, placentæ genus.

Agiades, milites Asiatici.

Agiæ, glandulæ. *Isid. glos.*

Agigarton, uva sine granis.

Agilæa, bos, qui inter gregem agit.

Aginor, vilia negotior. *negoziar cose vili*.

Agiopolitricon, topiarium quoddam.

Agioteria, Sacra Carnia, quorum sacerdos dicitur Agitos.

Agita, auxilium. *aita*.

Agitatorius, a, um, ad agendum, seu ducendum aptus.

Aglidia, fegmenta in capitibus allii, ἀκλίδια. *spicchi d' agli*.

Aglotta, ἀγλῶττα, lingua non valens loqui. *lingua che non può parlare*.

Agnascentia. *il nascer vicino*.

Agneon, locus, ubi puellæ Virginibus eripiebatur, ἀγνεῖον.

Agninum, i, agnina caro, ἀγνεῖον.

Agnoitæ, ignari, indocti. *indotti*.

Agnorus, agnitus. *conosciuto*.

Agnomones, qui, qui dentes ætatis indices amiserunt. *che hanno buttato la scaglione*.

Agnythes, lapides, quos stamini inter texendum appendunt textores.

Agonia, trepidatio, exanimatio, pugna, ἀγωνία.

Agonisma, ἀγώνισμα, certamen. *battaglia*.

Agonizatio, contentio, conatus. *sforzo*.

Agonizo, as, & agonizor, deponens, certo, contendo. *contendere*.

Agoræa, emptio. *compera. Glos.*

Agræa, glandulæ. *Isid.*

Agyrtæ, præstigiatores, & circulatores circumforanei, ἀγύρται. *cinurmatori, ciarlatani*.

Alabrum, instrumentum, quo fila verruntur. *aspo*.

Alacatia, machinamenta, vel currus, qui utrinque verruntur, ἀλακάτια.

Alagabal, Sol. *Sole*.

Alala, acclamatio militaris ante pugnam. ¶ Item vociferatio rusticorum. ¶ Est etiam infantia, cum quis fari non potest. *balbettamento*.

Alalagma, clamor lætus militum. Item victorialis hymnus.

Alalus, ἄλαλος, fari nescius. *chi non può parlare*.

Alapor, aris, depon. alapas infligo. *schiaffeggiare. Glos.*

Albanæ, nuces pistrinæ. *Isid.*

Albaveræ, gemmæ candidissimæ, quæ clausæ erant bullis, seu ornamentis orbiculatis.

Albicera, olivæ genus.

Alcamæ, ligustrum.

Alchymista, qui alchymiæ artem profitetur. *chimico*.

Alembicum, foramen, per quod aquæ a balneo effluunt, vel etiam fistula, per quam aqua influit in balneum.

Alethina, germana, vera. Alethina vestis, vera purpurea.

Aleuron, farina propriæ tritici, ἄλευρον. *farina di formento*. Hinc Aleurites panis.

Alexicacon, ἀλεξίκακον, amuletum.

Alexicacus, malorum depulsor, ἀλεξίκακος, Hercules, & Apollinis epithet. ¶ Alexicaci dæmones, qui nocumenta, & diras amoliri putabantur.

Alexiterion, alexipharmacum, ἀλεξιτήριον.

Algebra, ars supputandi.

Algoxista, supputator peritus. *bravo computista.*
Algorithmus, supputandi peritia. *perizia di far conti.*
Aliacalen, bonum nuncium. *buon avviso.*
Alibantes, dicuntur mortui, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα, hoc est humido naturali carere.
Alibre, alimentum. *alimento. Isid. glos.*
Alices facere, idest extensiones omnium membrorum, ut qui à somno expergefiunt.
Alicruda, alimenta cruda. *alimenti crudi.*
Alima, ἄλιμα, medicamenta sunt, quæ famem aut sedant, aut prohibent.
Alipæna, emplastra ex medicamentis non pinguibus, ab α privat. & λιπαίνω, impinguo.
Alipasma, pulviculus, qui oleo commixtus inungitur ad cohibendos sudores.
Alipterium, ἀλειπτήριον, locus erat in balneis, in quo loti ungebantur. *luogo da ungere ne' bagni.*
Aliquorfum, versus aliquem locum, ὅς τινα τόπον.
Allagion, cursus publicus.
Allantopœi, ἀλλαντοποιοί, qui farcimina faciunt.
Allaximarium, vestiarium Imperatoris.
Allelengum, seu Allelengyum, genus tributi.
Alligamentum. } *Glos. gr. lat.* ἀποδεσμός.
Alligamen. }
Alliger, ad Ligerim habitans.
Alligurio, idem quod simplex ligurio. *consumare il suo in mangiare.*
Allo, lapis rotundus, quo fabri instrumenta sua acuunt. *ruota da rustare.*
Alloces, pedum digici, δάκτυλοι ποδῶν.
Allœotheta, ἀλλοιοθέτης. *Priscianus* variatio, figura ad syntaxin pertinens, cum sc. contra vulgatos constructionis canones aliquid variamus.
Allubescentia, προθυμία. *prontezza, e ubbidienza.*
Allucitæ, quos ἀλυκίτας græce dicimus, culices.
Allutes, allutium, alluria, loca cœnosa, ubi flumen alluendo cœnum dimittit. *Isid.*
Alluvium, ruina riparum ex aqua. *inondazione. Isid.*
Alma, Hebræis est virgo abscondita, & secreta.
Almitas, idem, quod sanctitas. *santità.*
Alogista, ἀλόγιστος, rationibus reddendis liber, & solutus.
Alogistia, ἀλογιστία, alogia, liberatio.
Alogium, actio in eum, qui non reddit rationem.
Alogostablos, equile. *stalla di cavalli.*
Alogum, equus, sic dictus, quod ratione careat.
Alopecus, qui alopecia laborat. *chi ha la palarella.*
Alopus, qui propter mercedem alapas patitur. *Isid. glos.* ¶ Vetus *Lex. monast.* habet Alapus.
Altariolum, parvum altare. *altarino.*
Alteratus, alter.
Alteria, pharmaca composita.
Alterita, vicissitudo. *vicissitudine, mutazione.*
Altimeter apud Geometras instrumentum est, quo metiuntur alta.
Altipeta, & Altipetax, qui alta petit. Prius est *Paulini epist. 2.* posterius *Strab. Galli.*
Altisia, ἀλτισία, abstinentia a balneo.
Altumen, vel Alutamentum, opus ex concinnatis pellibus factum. *opera di pelle gentile.*
Amaurosis, ἀμαύρωσις. *la cataratta degli occhi.*
Amaxa, currus. *cocchio.*
Amaxæus, auriga, ἡνίοχος. *cocchiere.*
Ambasciator, vel Ambasiator, nuncius, legatus, ab *ambacht*, quod Belgica lingua jurisdictionem significat. *ambasciatore.*
Ambidexter, qui ita lava manu utitur, ut dextera, ἀμφιδέξιος. *dritto mancino.*
Ambiformis, duplex. *doppio.*
Ambigenes, loca flexuosa. *luoghi torti.*
Ambigenus, qui est duorum generum. *Eugen. Toletanus, carm. 22.*
Ambimanus, æquimanus, ἀμφιδέξιος. *Glos. vet.*
Ambracides, genus calceamentorum muliebrium.
Amfariam, per amborum partes. *Isid. glos.*
Ami, vigiliæ, custodiæ. *sentinelle.*
Amicalla, celebritas amicorum convivantium. *banchetti fra gli amici.*
Amma, mater spiritualis, apud Pelagium, & alios. *Badessa.*
Ammodes, ἀμμώδης, arenosus. *arenoso.*
Amnium, interior membrana, qua fœtus obtegitur.
Ampechonium, vestis virilis ac fœminis communis.
Ampelinus color, medius est inter coccum, & muricem.
Amphemerinos, febris quartana exquisita, a medicis dicitur ἀμφιμερινός.
Amphi, ἀμφί. *intorno*, circa, circum. Græca vox.
Amphidromus, quinetus dies a partu, ubi cursim circum focum gestabatur puer, & propinqui, amici, & familiares dona dabant.
Amphimafcala, ἀμφιμάσχαλα, eadem quæ amphimalla. erant hæc ingenuorum, sicut heteromaschala servorum.
Amphippi, ἀμφίπποι, milites, qui duobus equis in bello utebantur.
Amphorites, certamen in Ægina fieri solitum, in quo Bacchi laudes canebantur.
Amphoreroplon, fœnus nauticum est, cum fœnerator, & commeatus, & remearus periculum suscipit. *assicurazione.*
Amplant, amplificant.
Amphton, funis, qui per juga jumentorum tenditur, aut quo a jumentis onera trahi, vel ferri solent.
Amptrio, motus edo, circumvolvor.
Ampullosus, a, um, turgens, tumidus. *gonfio.*
Amula, vasis genus ad aquam gestandam, quod religionis, & expiandorum malorum gratia gestabatur, ἀμφιδρόμιον dictum: quasi *amola* ab amoliendis periculis. Diminut. *Amulula.*
Amusologia. ἀμουσολογία, inerudita fabula.
Amusorsus, inelegans, indoctus, amusus. *indotto.*
Amycladides, & amycle. ἀμυκλίδες, calcei quidam laxi, & muniti ad itinera fragosa.
Ana, apud Medicos significat æqualem distributionem, ut Misce cinnami, cardamomi, & nardi, ana unc. j. h. e. unjusfujusque unciam.
Anabolagium, vel Anaboladium, ἀναβολάγιον, fundonis genus, quo humeri operiuntur, folebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus, & humeros protegere. *sovragliolino da collo delle donne.*
Anacacabea, ἀνακακάβη, λωτὸς, arbuscula, quæ & lotus dicitur.
Anacana, tympana sunt, rotunda inferiore parte.

Anacardium, ἀνακάρδιον, arbor Indica, corculi figura.
Anagoge, ἀναγωγή, subductio. ¶ Item Scripturarum interpretatio, qua res ad sublimiora, & cœlestia transferuntur; ut si dicas, Hierusalem significare vitam æternam, seu cœlestem. Hinc
Anagogicus, ut anagogicus sensus verborum S. Scripturæ. V. Anagoge.
Analesia, ἀνάλησις, morbus capitis, qui sensu privat.
Analogismus, ἀναλογισμός, firmum argumenti genus, quod a causa propinqua ducitur.
Analogistæ, tutores, qui *non* tenentur rationem reddere tutelæ.
Analysis, ἀνάλυσις. *risoluzione.*
Analyticus, ἀναλυτικός, resolutorius.
Anamnesis, ἀνάμνησις. *commemorazione.*
Anance, ἀνάγκη. *necessità.*
Anaphalis, ἀναφαλίς, herba, ab aliis centunculus dicta.
Anaphoricus, ἀναφορικός. *relativo.*
Anapologetus, ἀναπολόγητος. *inescusabile.*
Anapsilophelis, supplicatio Principi oblata a sententia Præfecti Prætorii. *Lex. fc.*
Anarchus, ἄναρχος, sine principe, vel principio.
Anasarca, ἀνάσαρκα, hydrops toto corpore diffusus.
Anastasion, ἀναστάσιον, canticum dei Dominicæ proprium.
Anatome, ἀνατομή, dissectio, incisio.
Anaxant, ad afferem, sive tabulam referunt, ubi publice solent intimari. *Glos.*
Anaxyrides vestes sunt, & braccæ auro pictæ Gallis familiares. *brache di varj colori.*
Anaxyris, ἀνάξυρις, herba, quæ Latinis rumex dicitur. *romice.*
Anachiromachus, navigium aptum ferendis anchoris, & cæteris nauticarum instrumentis.
Anchites, lapis, qui mœrum depellit.
Anco, ἀγκών. *piegatura del braccio, cubito.*
Anconisci, ἀγκωνίσκοι, ancones.
Ancoræ, vincula, quibus anteinnæ tenentur.
Ancteres, ἀγκτῆρες, vincula, quibus vulnerum labra constringuntur.
Anculare, ministrare, ancillari. *servire.*
Ancyloglossus, ἀγκυλόγλωσσος. *balbo.*
Ancylog'ossum, ἀγκυλόγλωσσον, vinculum sub lingua. ¶ Item balbuties.
Ancyromachus, ἀγκυρόμαχος, navigium ad anchoras, & reliqua navalia instrumenta vehenda.
Andigare, judicare res proprias se vivente. *Cod. ll. antig.*
Andrago, mulier habens animum virilem, ἀνδρεικόδουνα *masculile.*
Androlepsia, ἀνδροληψία. *represaglia*; corporũ pigneratio.
Anemopolemus, ἀνεμοπόλεμος, velitatio. *scaramuccia.*
Angelica, radix nota.
Angibata, æ, vas pellucidum, in quo imagunculæ quædam conspiciuntur subinde se in aliam figuram mutantes.
Angones, tela sunt gentium plerisque peculiaria.
Anguco, & anquco, coerceo, ab *ango*, stringo.
Anguria. *cocomero.*
Animaletulum. *animaletto.*
Animalitas, animalis subsistantia, seu essentia.
Animatorius, a, um, ut animatoria olla, quæ in summo spiraculum habet.
Animecum, ἐνσώμυχον, &
Animæquus, patiens animo, æquanimus. *modesto, facile a contentarsi. Isid. glos.*
Annatæ, arum, fructus annui ex Episcopatibus vacantibus ad Rom. Pontificem redeuantes.
Anophytus, ἀνώφυτος, insuper natus, ab ἄνω, & φύομαι. *nato in alto, o di sopra.*
Ansatum, tributum promercalium rerum. *gabella delle merci.*
Anseaticus, confœderatus. *alleato.*
Anta, propter, contra, ἀντὶ.
Antegenitus, προτερογονής. *generato avanti.*
Antelena, anterior sellæ crepido. *pettorale.*
Antella, quasi ante sella, sicut postella, quasi post sella. *Isid. Orig. l. 2. c. 16.*
Antelocuor, prius loquor, προφθέγγομαι. *parlare innanzi.*
Anteluco, seu antelucor, ante lucem surgo, ὀρθρίζομαι. *levarsi avanti giorno.*
Antelunares, dicti Arcades, quasi ante lunam nati.
Anteriores, aristæ.
Antericeum, balsami genus tenui, & capillacea coma.
Asterius, caulis asphodeli herbæ.
Anteris, lignum, vel pila structuram inclinatam sulciens. *sperone, barbacane, contrafforte.*
Anthologia, ἀνθολογία, florilegium.
Anthracea, ἀνθρακία, pruna. *bragia.*
Anthraceus, ἀνθρακεύς, carbonarius. *carbonario.*
Anthropomorphitæ, ἀνθρωπομορφῖται, hæretici qui Deo humana membra tribuerunt.
Anthropophagia, ἀνθρωποφαγία, hominum comestio.
Anthypatus, ἀνθύπατος, proconsul.
Antiades, ἀντιάδες, tonsillæ obduratæ.
Antiaxona, contra axem posita.
Antibiblium, pignus librorum, codex pro codice. *Isid. glos.*
Antidofis, ἀντίδοσις, retributio.
Antidotarius, liber, qui de antidotis tractat. *libro che tratta di preservativi.*
Antifatum, lucrum dotale.
Antigena, ante genitus, προγενὴς. *nato prima.*
Antigraphe, ἀντιγραφή, rescriptio, contraria accusatio.
Antigraphum, ἀντίγραφον, quod ex archetypo efficitur est, vel tabula ad imitationem alterius depicta. *copia.*
Antilena, qua pectus jumenti cingitur, προτριβίδιον. *pettorale.* Sicut Postilena, quæ sub cauda ponitur. *straccale.*
Antilepfis, ἀντίληψις, intercessio, interjectio.
Antilogia, ἀντιλογία, contradictio, oratio contraria.
Antithanaton, ἀντιθάνατον, contra mortem.
Antimensia, aræ quadræ, marmoreæ, quæ serviunt loco sacrarum mensarum.
Antimeria, ἀντιμέρια, partis unius pro alia positio.
Antimonium, idem quod stibium. *antimonio.*
Antiosa, saltatrix, ὀρχήστρια. *saltatrice.*
Antipascha, sepimana secunda post Pascha, Pentecostes.
Antipelargia, Antipelargisis, Antipelargosis, remuneratio, gratiæ repensio. *ricompensa*, a πελαργὸς, ciconia.
Antiperistasis, ἀντιπερίστασις, circum obsistentia, reciprocatio, compressio undique circumfusa, &c.
Antiphasis, ἀντίφασις. *contraddizione.*
Antiphona, ἀντίφωνος, vox reciproca, duobus choris alternatim psallentibus.

Antisagittator, dux sagittariorum.
Antistasis, ἀντίστασις, reluctatia. *resistenza.* ¶ Item figura, cum idem repetitur contrario sensu.
Antitypum, ἀντίτυπον, exemplar similis formæ, vel contrarium. *modello.*
Anubias, herba cimicaria. *conizza.*
Aorta, ἀορτὴ, arteria omnium maxima.
Apagoreusis, ἀπαγόρευσις. *proibizione.*
Apalareus, argentea patina. *piatto d' argento.*
Apanarium, superior pars molæ.
Apannos, sospes. *sano, e salvo.*
Apate, ἀπάτη, genus intybi.
Apedema, saltus.
Apelaticium, omne teli genus.
Apenarius, auriga, carrucarius. *carrettiere.*
Apennis, relatum. *relazione.*
Apepsia, ἀπεψία, ventriculi vitium, quod cruditatem appellant. *crudità di stomaco.*
Apertularius, effractor, sive qui operta aperit. *chi spezza porte. Isid.*
Aperhamenos, mortuus. *morto.*
Apheleterium, equorum monumenta.
Aphereta, ἀφηρημένα. *le messe*, cæteres, unde equi emittuntur ad cursum. ¶ Item organa ad expugnandas urbes accommodata.
Aphoplistæ, ἀφοπλισταί, qui privatis hominibus arma habere non concedunt, ne cædes fiant.
Aphorismus, ἀφορισμός, brevis definitio, quæ paucis verbis rei proprietates omnes complectitur. Vocant etiam Canonem, & Axioma. *sentenza, regola.*
Aphrogala, ἀφρόγαλα. *fior di latte.*
Apia, ἄπιος, pyrus.
Apicire, vincire, ligare. *Isid.*
Apinæ, aures adeo molli puramine, ut simul mandantur.
Apinari, pro rugari. Ita restituit *Casaubonus in glos. Isid.* pro aciquari, tricari, in parvo morari.
Apiectum, ἄπεκτον, fossatum.
Aplomistos, implumis. *senza penne.*
Apobaterium, ἀποβατήριον, carmen, quo discedentes ucuntur.
Apocinus, genus salutationis satis impudicæ.
Apocrisis, ἀπόκρισις. *risposta.*
Apodidrascinda, ἀποδιδρασκίνδα, ludi puerilis genus, in quo uno oculo velato, cæteri se fe abscondunt; mox signo dato dum ille latentes vestigat, hi effugere eum fatagunt, &c. *giuoco puerile, cieca mosca.*
Apodos, ἀπώδὸς, est vox galli intempestiva. ¶ Item vox, quæ neque choro, neque fidibus concordat. *voce scordante.*
Apologema, ἀπολόγημα, apologia, defensio. *difesa.*
Apologia. *difesa*, ἀπολογία, defensio, excusatio.
Apolysis, ἀπόλυσις, liberatio, solutio. ¶ Item ultimus dies cujusque festi, quasi tunc solvatur.
Apolyticæ epistolæ, ἀπολυτικαὶ. *lettere dimissorie.*
Apolyticum, ἀπολυτικὸν, formula, qua populus dimittebatur per liturgiam.
Apomeli, ἀπόμελι, porus confectus ex maceratis aquæ fabis. *bevanda d' acqua dolce.*
Apophatica, negantia.
Apophora, ἀποφορὰ, anaphora, pecunia a servis persoluta dominis.
Apophyades, ἀποφυάδες, (quasi appendices) quæ alicui rei adnascuntur.
Aporia, ἀπορία, dubitatio, vel indigentia. *ristretezza, e povertà.*
Aporrogas, ἀποῤῥωγάς, Græci vocant defluxus quosdam acrios, qui stellarum casus imitaretur. *stelle cadenti.*
Apofpasma, ἀπόσπασμα, avulsio. *Staccamento.*
Apostasium, ἀποστάσιον, repudii libellus.
Apostato, as, ἀποστατῶ, religionem desero. *Cyprian.*
Apostola, mulier Christum prædicans.
Apostrophi, ἀπόστροφοι, oculi retro versi. *occhi stravolti.*
Apofymata, ἀποσύματα, desquamationes.
Apofyrma, ἀπόσυρμα, id omne, quod detractum est.
Apotaphi, ἀπόταφοι, qui sepulcro majorum suorum sunt privati.
Apothetos, ἀπόθετος, lex tibiæ, quæ remitteret.
Apotomia, & Apotoma, ἀποτομία, major pars Semitonii, quæ a Latinis discessio dici potest.
Aporropæa, ἀποῤῥόπαια, carmina, quæ ad evertendam Deorum infensorum iram canebantur.
Apotropæi, ἀποτρόπαιοι, Dii averrunci.
Appanagium, Francicum vocabulum. Sumi solet pro ea bonorum parte, quæ Regis Franciæ liberis natu minoribus solet concedi, postquam natu maximus, mortuo patre, regnum adeptus est.
Apparitorium, locus ubi apparitores, seu speculatores commorantur.
Appendicium, appendix. *appendice.*
Applumbatura, conglutinatio, quæ plumbo fit, μολυβδωσις, *impiombatura.*
Apprecatio, precatio ad aliquem.
Appropio, as, appropinquo.
Apsida, æ, pro apsis, idis.
Apsychon, ἄψυχον. *inanimato.* Gloss. Cyrilli.
Aptatio. *l' adattare*, ἁρμογή, ἁρμοσις.
Aptator, ἁρμοστὴς. *Glos. Cyrill.*
Aptatus, us, aptatio. *Theodulfus.*
Aptitudo, convenientia. *convenienza.*
Aquacular, lenocinator.
Aquariolæ, latrinæ, in quas lotura projicitur. *acquaiuolo.*
Aquariolum, locus, in quem sordida aqua demittitur, lavatrina.
Aqueus, qui est ex aqua, ut color aqueus.
Aquilegium, aquæ collectio, κρουνὸς.
Aquilina, & aquilegia, nothissimus flos.
Aræosyncritus, levidensis, cui corpus raræ texturæ, & transpirabile.
Arbitramentum, arbitrium. *arbitrio. Sipont.*
Arbitrarie, pro arbitrio, arbitratio. *Sipont.*
Arbutum, fructus arbuti unedo, κόμαρος. *corbezzolo.*
Arcessitio, onis, & vulgari scriptura Accersitio. *chiamata.* Gloss. Cyrill.
Archarius, præfectus, moderator, *ὁ τοῦ κόμου. sopraffante.*
Archegetes, ἀρχηγενὴς, Princeps. *principe.*
Archiducatus. *Arciducato.*
Archidux. *Arciduca.*
Archiepiscopus, Episcoporum princeps. *Arcivescovo.*
Archigrammateus, ἀρχιγραμματεὺς, Cancellarius, vel Cancellariorum princeps. *gran Cancelliere.*
Archigrammaticus, princeps grammaticorum.

Archi-

Archiotæ, dicebantur, qui publico archio præerant.
Archiphrecita, ἀρχιφρεσίτης, interpres titulorum Talmudi.
Archippocomus, ἀρχιππόκομος, princeps eorum, qui equos curant.
Archifmaton, saltatio. *ballo.*
Archifterium, vox est, quæ significat principem stellarum; ita enim appellavit *Berengosus Abb. c. 3. l 3.* de Cruce loquens, illam, quæ Constantino M. apparuit. ¶ Item monasterium. *Glossar. Stuchii.*
Archiftrategus, ἀρχιστράτηγος. *generale dell' esercito.*
Areibum, Archivum. *archivio.*
Arconicum, arsenicum. *arsenico.*
Arctomys, ἄρκτομυς, animal habens similitudinem ursi, & muris.
Ardeola, diminut. ab Ardea ave.
Arduo, adduo, addo. *aggiungere.*
Arefton, placitum, ab ἀρέσκω, placeo. Hinc Sententiæ Præfecti Prætorio, quæ appellatione rescindi non possunt, Aresta dicuntur. Et, In aresto aliquem detinere, est sub placito, & sententia, &c.
Argabia, ἀργάβιος, fiascia, aut flascones, aut vasa aquaria militum ab ephippiis pendentia. *cantinetta piena di biscie da portare all' arcione del cavallo.*
Argyritz, ἀργυρῖται, Agones quidam, a præmio argenteo, sive pecunia.
Argyrocopus, ἀργυροκόπος, nummularius campsor, vel argenti sculptor. *banchiere, o colui che batte la moneta.*
Argyrognomones, ἀργυρογνώμονες, campsores, qui pecuniis transmutant, quasi nummorum exploratores, & inspectores. *approvatori dell' argento, banchieri.*
GAjacum, Guajacum, lignum Indicum utile adversus luem Gallicam. *legno santo.*
Gajum, silva denfissima.
Galactophagi, γαλακτοφάγοι. *quelli che vivono di latte.*
Galactopola, γαλακτοπώλης, *chi vende latte.*
Galanga, radix aromatica, colore purpureo, sapore acri.
Galbeus, galbula avis.
Galvus, subviridis, luteus. *Gloss.*
Gale, es, γαλῆ. *donnola.*
Gallefco, Gallos Sacerdotes Cybeles imitor. *Gloss.*
Gallinago, perdix rustica. *accieggia.*
Gallium, herba vim habens coaguli.
Gallulo, as, pubem emitto. ¶ Item crassiorem vocem facio.
Gamalis, legitimo matrimonio natus. *nato di legittimo matrimonio.*
Gamelius, nuptialis. Gamelii Dii nuptiarum præsides, a γάμος, nuptiæ.
Gammadium, parvum gamma.
Gammoides, γαμμοειδὲς, ferrum, quo utuntur Medici ad pus extrahendum, litteræ gamma figuram habens.
Gamos, γάμος, nuptiæ. *nozze.*
Gangites, gemma ad Gangem fluv. nascens.
Gannator, qui gannat. *bessiggiatore.* Gloss.
Gannatura, turpe lucrum. ¶ Item irrisio. *Adhelm. de Virgin. c.28.*
Ganno, as, irrideo, illudo. *burlare.* Glos.
Ganta, avis, vulpanser dicta.
Gargarismus, gargarismarium.
Gardingus, dignitatis nomen.
Garem, tribunal subitarium extructum Imperatoribus, Garopola, qui garum vendit.
Garrulus, nomen avis, σπερμολόγος.
Garzonestasium, locus Constantinopoli in media aula magni templi, ubi pueri stabant.
Gasachius, adversarius. *in leg. Salic.*
Gastaldia, custodia.
Gastaldius, comes, item custos.
Gastræ, vasa vinaria.
Gastrimergia, γαστριμαργία, intemperantia, ingluvies.
Gastrimargus. gulosus.
Gastrochires, qui manuum artificio victum quærunt.
Gastromanteia, divinatio per ventrem, vel cum divinant spiritus in ventre obsessorum.
Gastrum, vas æneum angusto fundo.
Gavara, vas eferarium.
Gaudifico, gaudio afficio. *vender' allegro.*
Gaudiloquus, qui cum gaudio loquitur. *chi parla con allegrezza.*
Gaudiolum, parvum gaudium.
Gaudiosus, plenus gaudio. *pieno d'allegrezza. S. Bernard.*
Gaviso, gaudeo. *godere.*
Gazophylacium, γαζοφυλάκιον. *luogo, dove si conservano le cose preziose.*
Gehennalis, ad gehennam pertinens.
Gelabilis, qui gelari potest. *che si può agghiacciare.*
Gemmarius, gemmarum venditor. *chi vende gemme.*
Gemmades, mulieres. *Isid. Glos.*
Genea, γενεὰ, ala mille equitum. Item generatio. ¶ Item spatium 30. annorum.
Genealogicus, γενεαλογικὸς, ad genealogiam pertinens.
Genearcha, γενεάρχης, genetis princeps. *primo della famiglia.*
Genarchicus, γενεαρχικὸς, ad principem originis spectans.
Genethle, γενέθλη, Venus. *Venere.*
Genethlia, γενέθλια. *feste natalizie.*
Genethliacon, γενεθλιακὸν, carmen de Natali.
Genethlius, γενέθλιος, natalis. ¶ Genethlius etiam dictus Jupiter, quod ei cura incumbat omnia propagandi.
Generabilitas, universitas.
Genesia, festa, quibus amici natalem celebrant defuncti, cujus memoriam conservare student.
Gengibiæ. *gengive. Glos.*
Genianus, luxuriosus, ad genium pertinens.
Genimen, *germoglio, razza, stirpe*, germen, progenies. *Vet. Interp. S. Scrip.* cujus verba refert etiam *Tertul. adversus Herm g.*
Gentilissimus. *gentilissimo.*
Genuarius, qui ad genua alicujus accedit. *chi si getta ai piedi di qualcheduno.*
Genula, parva gena.
Geodes, lapis in concavitate sua terram habens.
Geodæsia, γεωδαισία, scientia earum, quæ in sensibilibus sunt corporibus, magnitudinum, & figurarum, quæ sub divisionem, & compositionem cadunt.
Geodœres, qui Geodæsiam novit, terræ divitor, agrimensor. *agrimensore.*
Geomantes, γεομάντης, qui ex terra vaticinatur.
Geomantia, divinationis genus ex terra.
Germinasco, germino. *germogliare.*
Gerontocomium, γεροντοκομεῖον, locus ubi senes aluntur. *luogo, dove si fanno le spese a' vecchi.* Codex.
Gerontodidascalus, γεροντοδιδάσκαλος. *maestro di vecchi.*
Gerontopogon. γεροντοπώγων, herbæ genus, alio nomine barba Sacerdotum. *barba di prete.*
Gesticularix, gesticularia. *saltatrice.*
Gestiuncula, parva gestio. *Isid. Glos.*
Gibbosus, gibbus. *gobbo.*
Gieminarium. *bagno*, lavacrum. *Isid. Gloss.*
Gigantinus. *gigantesco. Bernard.*
Gignetus, delirus. *pazzo.* Glos.
Gillo, vasis fictilis genus, vel ampulla vitrea. *boccale.* ¶ Item rusticus, ineptus. *Catb.*
Gingilus, instrumentum quo fila revolvuntur, βόμβος. *guindolo, ravella.*
Giffum, labrum, terminus. *Glos.*
Gladiarius, qui gladios facit. *chi fa spade.* Gloss.
Glandatio, glandium collectio, & pastio suum ex glandibus. *raccolta di ghiande.* Sipontin.
Glauciolus, dicitur equus, qui felinois est oculis.
Glaucopis, γλαυκῶπις, oculos glaucos, seu cæsios habens. *femmina, che ha gli occhi verdeggianti.*
Glefco, glifco. *crescere,*
Glis, idis, mucor panis, & vini. *muffa.*
Glis, issis, terra tenax, argilla.
Glis, iris, lappa, seu carduus.
Glirius, somnolentus.
Gliscosus, lapposus.
Gloriabilis, qui gloriatur. *vantatore*, Gloss. gr. lat.
Gloffalgia, γλωσσαλγία. *dolor di lingua.*
Gloffocomium, arcula ad linguas fœminarum reponendas
¶ Item marsupium linguæ speciem habens.
Glossographus, γλωσσογράφος, qui glossas scribit. *interprete.*
Glutinatorium, κολλητήριον. *Gloss.*
Glyphice, sculptura, pars statuariæ artis.
Gnaba, vel Gnabat, natus, generatus, filius. *Isid. gloss.*
Gnaphalon, genus tomenti ex lana concisa, quæ vestibus, dum a fullone polliuntur, derrahitur.
Gnaphos, frutex spinosus, carduus, quo panno recens texto lana inducitur. *Perottus.*
Gnare. } *doctamente.*
Gnariter. }
Gnaruro, cognosco.
Gnomologia, γνωμολογία. *raccolta di sentenze.*
Gnomologus, γνωμολόγος, scriptor, sententias colligens.
Gnomones, dentes in jumentis, quibus ætas eorum dignoscitur.
Goetia, γοητεία. *incanto.*
Golora, testudo. *Glos.*
Gomphosis, γόμφωσις, coagmentatio, cui os ossi infigitur.
Grab, fistula oculi, morbus. *Oftomast. medic.*
Grabatarius, qui grabatos facit, κλινοποιὸς. *chi fa letti.* Glos.
Grabium, γράβιον, tæda querna. *face.*
Graduale, quod gradatim canitur.
Græcatio, Græcorum imitatio.
Græcismus. *costruzione greca.*
Gramma, γράμμα, litera.
Grammatistica, Grammatica ars.
Grammismus, γραμμισμὸς. *giuoco di dadi*, ludus tesserarius, ira dictus a γραμμὴ, linea, quia calculi in tabulam lusoriam lineis distinctam fritillo jaciuntur.
Granatza, vestis Imperator. Constantinopolitani.
Grandebalæ, pili subalaret.
Grandedo. *grandezza.* Fulgent.
Grandjtas, enormis. *Gloss.*
Graniparus, granifer. *chi fa il grano.* (dit.
Grano, onis, pilus felis circa os, quo abscisso ferociam perdit.
Gronomastix, genus arboris, vel gummi ex ea arbore. *Isid. l. 17. c. 8.*
Graphe, γραφὴ. *scrittura.*
Graphio, onis, Præses, judex fiscalis.
Grasfus, pinguis. *grasso.* Glos.
Gratifico, gratum reddo, χαρίζομαι. *far cosa grata.*
Gratificus, qui gratificatur. *Isidor. Porphyr.* & *Paulin. Petrocor.*
Gravamum. *molestia.* Gloss.
Gravicors, qui est gravis cordis.
Graviloquentia, gravitas, seu sublimitas loquendi. *parlar grave.*
Graviloquus, qui graviter loquitur. *chi parla grave.*
Gravius, judex, præses. Hinc Laogravius, &c.
Griphus, superbus, cervicosus. *Gloss.*
Grimmannus, Grietman. prætor rusticus, præfectus pagorum.
Gromare, vel Grumare, metiri. *misurare.*
Grossitudo, crassitudo. *grossezza.*
Grunda, resti prominentia ad arcendas pluvias. *grondaia, grondaja.*
Grundo, grundam facio.
Grundula, &
Grundatorium, idem ac grunda.
Gry, fordes sub ungibus. ¶ Item res minima quælibet.
Grypus, γρύπος, *colui che ha il naso, e il rostro aquilino.*
Guadia, pignus. *pegno.*
Guajacum, vel Guajacanum lignum. *legno santo.*
Guardiæ, feuda sunt, quæ constituuntur aliquibus propter custodiam rei domini.
Guardianus, &
Guardio, custos, præfectus. *guardiano.*
Gubernio, onis, gubernator. *governatore. Isid.*
Guerra, bellum. *guerra.*
Gufa, vestis genus. *Glos*
Gulator, gulosus. *goloso. Gloss. vet.*
Guna, vestis pellicea.
Gurgito, devoro, me impleo, satio. *trracannare, ingurgitarsi. Glos.*
Gustarium, cibus, quem sumimus ante prandium, vel inter cœnam, & prandium. *merenda, o colazione.*
Gutteria, dirus articulorum dolor. *gotta.*
Gutto, as, stillo. *gocciare, stillare. Ver. Glos.*
Guvia, vel guina, vas vitreum, cucurbita. *ventosa.*
Gymnastes, æ, γυμναστὴς, *maestro di scuola*, præceptor exercitiorum, qui pueros exercet.
Gyna, γυνὴ. *donna.*
Gynæocratia, γυναικοκρατία. *signoria di donne.*
Gyrgathus, lectus, in quo mente emori vincti affervantur. ¶ Item vas, in quod pistor coctos reponit panes.
Gyro, as, in gyrum ago. *girare.*
Gyrgillus, lignum in transversa pertica mobile, ex quo funis cum linula in puteum demittitur ad hauriendam aquam. *Isid. lib. 20. cap. 15.* ¶ Item instrumentum, quo fila revolvuntur, βόμβος.
Gyrovagus, vagus, instabilis.

H

HAceldama, ager sanguinis, Vox Chaldaica.
Hædiculus, hædulus. *capretto.*
Hæma, ατος. *sangue.*
Hæmagoga, αἱμαγωγὸς, sanguinem ducens.
Hæmagogus, αἱμοπτοϊκὸς. *chi sputa sangue*, qui sanguinem spuit.
Hæmorrhœa, αἱμορροΐα. *flusso, di sangue.* sanguinis fluxus.
Hæredito, as, hæreditatem consequor. *ereditare.*
Hæresiotes, hæreticus. *eretico.*
Hagiographa, ἁγιόγραφα. *sacra scrittura*, sacra scripta.
Hala, æ, & in plur. Halæ, arum, dicuntur oppida, quæ sale, coquendo rem faciunt, ab ἅλς. *Gloss. Cyril. V. Barth. adversi. l. 42. c. 6.* ¶ Item ampla atria, forte quæ nos *Sale.*
Haleo, ofcito. ¶ Item redoleo. *Gloss. Isid.*
Halias, adis, genus scaphæ piscatoriæ.
Halicarnasiensis, Halicarnasseus.

Hallus, Sole adustus. *Glos.*
Haliphlœus, ἁλίφλοιος, arbor glandifera, glandem ferens amarissimam.
Halmades, olivæ, quæ condiuntur muria.
Halmyrodes, salsuginosus. *salso.*
Halma, saltus, saltatio. *ballo.*
Halosachne, lanugo, seu spuma arida maris.
Hamasius, qui mallatus est in judicium, h. e. vocatus. *chi è chiamato in giudizio.*
Hamator, piscator. *Glos. Isid.*
Hamaxiæus, plaustralis, ut hamaxiæa verba, quæ *Horat.* vocat sesquipedalia.
Hamaxarius, qui plaustra conficit. *chi fa carri.*
Hamaxicus, a, um. Plaustrarius, carpentarius. *carrettiere.*
Harengus, piscis marinus. *aringa.*
Harmarion, lex quædam tibiæ.
Harmege, ἁρμογή, junctura, compago, commissura.
Harmoña, ἁρμονὴς, aptator, concinnator.
Harpagium, vas aquale foraminosum, quo hortorum herbas, floresque irrigamus.
Harparor, qui harpa musico instrumento ludit. *suonatore d'arpa.*
Harpedone, ἁρπεδόνη. *guindolo, arnolajo*, laqueus, quo aliquid arripitur.
Harpichordus. *clavicembalo.*
Hasla, ramus aridus.
Hastiludium, ludus, qui hastis fit.
Hauritor, haustor. *Pers. Chrysol.*
Hauritorium, instrumentum, quo aliquid hauritur, ἄντλημα.
Hausto, as, frequentar. ab haurio. *attingere, cavare spesso.*
Hebdomadarius, ii, coquus monasterii. *cuoco di monastero.* ¶ Item quicumque per hebdomadam curam gerit vel chori, vel monasterii.
Hebdomarius, ἑβδομάριος, qui per hebdomadas cubiculum Imperatoris custodit.
Hebraicus, a, um. *Ebraico.*
Hebria, lorica. *corazza. Glos. vet.*
Hecatebeletes, ἑκατοβελέτης. *che gitta alla lontana.*
Hecarompholia, ἑκατομφολία, sacra a Messeniis instituta, cum quis centum hostes occidisset.
Hecatompedum, ἑκατόμπεδον. *di cento piedi.*
Hecatonchiros. ἑκατόγχειρος. *di cento mani.*
Hecatontarchus, ἑκατόνταρχος, Centurio.
Hecatopharmacum, medicamentum laxans, suppurans, carnemque gignens.
Hectica febris. *febre ettica.*
Hedone, ἡδονὴ. *piacere.*
Hedybia, placentarum genera jucunda.
Hedysmata, ἡδύσματα. *condimenti.*
Hegemonyna, facitificia pro felici itinere.
Hegeteria, ἡγητηρία, fici fructus.
Hegira, epocha Mahumetis.
Helicæ, inauris. ¶ Item cribis mulierum implexus.
Heliderma, ἑλιδέρμης. *ornamenti dell' orecchie, pendenti.*
Hellanodices, judex certaminis. *giud ce di giuochi.*
Hellenista, ἑλληνιστὴς, lingua græca usus. *Grecheggiante.*
Hemera, ἡμέρα. *giorno.*
Hemerocœtus, ἡμεροκοίτης. *ladro notturno*, qui interdiu dormit, & nocte furatur.
Hemicadium, vas dimidii cadi.
Hemicrania, *micrania*, dolor, quo dimidia capitis pars laborat.
Hemicranici, qui hemicrania laborant.
Hemimeris, ἡμιμερὴς, semipes in versu.
Hemiolium, *fusta*, genus navigii, quod a puppi ad malum binis remis instructum est, a malo ad proram unis.
Hemiopiæ, tibiæ pueriles, minores perfectis.
Hemiplexia, ἡμιπληξία, morbus, quo dimidia corporis pars percellitur, & resolvitur. Apoplexia vero est, cum totus corpus enervatur.
Hemisextus, sextarius.
Hemistichium, ἡμιστίχιον, dimidius versus.
Henotes, ἑνότης, unitas. *unità, unione.*
Henoticon, ἑνωτικὸν, edictum de unione Ecclesiarum.
Hepatitis, ἡπατῖτις, vena ampla ex hepate emergens.
Hepialus, ἑπίαλος, papilio, qui in lucernarum luminibus advolat. *farfalla.*
Hepta, ἑπτὰ. *sette.*
Heptachordus, ἑπτάχορδος, septem habens chordas. *stromento di sette corde.*
Heptapachys, mensura septem cubitorum.
Heptateuchus, ἑπτάτευχος, septem habens volumina.
Heraldus. *Araldo, Ambasciadore.*
Herbitum, locus, in quo herbæ nascuntur. *luogo dove nascono l'erbe.*
Herbannum, pœna non obtemperantis edicto eundi in hostes. ¶ Item citatio.
Heribergium, hospitium paratum.
Heriffellum, locus castrorum.
Heritudo, dominatus. *padronanza. Glos.*
Hermæa, festa Cretensium, in quibus servis mensæ accumbentibus domini ministrabant.
Hermenia, ἑρμηνία, interpretatio. *interpretazione.*
Hermoglyphus, ἑρμόγλυφος. *scultore, statuario.*
Hermopolium, ἑρμοπωλεῖον. *mercato, e bottega di statue*, locus, in quo Hermæ conficiuntur, aut venduntur.
Herthamon, præcordia. *parti vicine al cuore.*
Hetærriarcha, collegii, vel fodalitatis princeps, ἑταιρίαρχος.
Heteromaschalia, ἑτερομάσχαλα. *vesti col pelo da una parte sola.*
Heteroscii, ἑτερόσκιοι, a Geographis dicuntur incolæ in zonis temperatis, ubi meridiana Solis umbra vel in Septent. vel in Merid. protenditur.
Hex, ἕξ, sex. *sei.*
Hexaemeron, ἑξαήμερον. *spazio di sei giorni*, spatium sex dierum.
Hexagium, ἑξάγιον, sextula, quæ pendit quarnor scrupula.
Hexamilum, murus in Isthmo Corinthiaco, per sex m. passuum extensus.
Hexaplum, ἑξάπλουν, sextuplex.
Hexapsalmus, ἑξάψαλμος, senio psalmorum. *Gloss.*
Hexaprotus, ἑξάπρωτος. *che ha sei cast.*
Hierarcha, ἱεράρχης. *principe delle cose sacre.*
Hierarchia, ἱεραρχία, sacer ordo, vel principatus.
Hierarchicus, ἱεραρχικὸς, ad Hierarchiam pertinens.
Hierocomium, ἱεροκομεῖον, locus, in quo leproli aluntur.
Hieroglyphus, ἱερόγλυφος, qui sacra, vel arcana insculpit.
Hiesmonachi, ἱερομόναχοι, sacerdotes monachi.

Hierosolymita, & Hierosolymitanus, qui est ex Hierosolyma.
Hierotheca, ἱεροθήκη, rei sacræ theca. *ciborio.*
Himerinus, circulus æquinoctialis.
Hin, mensura apud Hebræos continens duos sextarios Italicos.
Hinnito, frequenter hinnio. *annitrire spesso. Glos.*
Hippagium, equorum ductio.
Hipparchus, ἵππαρχος, magister equitum.
Hispasa, equitatus. *cavalleria.*
Hippito, as. *badare, fermarsi, tardare*, oscito. *Glos. Isid.*
Hippocrenides, Musæ.
Hippomachia, ἱππομαχία. *combattimento a cavallo.*
Hippophorbus, ἱπποφόρβος, equorum pastor.
Hippos, ἵππος. *cavallo.*
Hippotyphia, ἱπποτυφία, equinus fastus, ferox superbia.
Hircocervus, tragelaphus.
Hirticulus, dimin. ab hirtus. *alquanto irsuto.*
Hiftoriatiter, per historiam. *istoricamente.*
Hiftoriola. *istorietta.*
Hiftoriuncula, *istorietta*,
Hirta, membrana in inguine muliebri.
Hodœporicum, itineratium. *itinerario.*
Holcas, adis, navis oneraria, ὁλκάς.
Holos, ὅλος. *tutto.*
Holobem, vel Holoveta dicitur vestis tota serica, aut purpureo colore tota tincta. *Turneb.*
Holocaustosis, ὁλοκαύτωσις. *olocausto.*
Holopoiphyrus, ὁλοπόρφυρος, totus purpureus. *tutto di porpora. Isid.*
Holovitreus, totus ex vitro. *tutto di vetro.*
Homagium. *omaggio, giuramento di fedeltà.*
Homer, mensura apud Hebræos, continens decem Ephas, aut triginta sata.
Homerda, stercus hominis.
Homileta, ὁμιλητὴς, concionator. *predicatore.*
Homilia, ὁμιλία. *colloquio, concione sacra.*
Hominium, idem quod Homagium. *omaggio.*
Homologia, ὁμολογία. *somiglianza di discorso*, similitudo sermonis.
Homœosis, ὁμοίωσις. *somiglianza.*
Homogalactos, ὁμογάλακτος. *lattato insieme*, collactaneus.
Homogenus, ὁμογενὴς, congener.
Homogenia, ὁμογένεια, cognatio.
Homohypni, ὁμόϋπνοι *camerate*, domestici, contubernales.
Homologus, ὁμόλογος, consentaneus, consentiens, confitens, dedititius.
Homonymia, ὁμωνυμία, communio nominis, æquivocatio.
Homonymon, ὁμώνυμον, quod est ejusdem nominis, apud Grammat. & Dialect.
Homonœa, ὁμόνοια, concordia.
Homousius, ὁμούσιος. *della medesima sostanza*, ejusdem substantiæ.
Honorosus, valde honorarus. *molto onorato. Isid.*
Horarius, horarius. *Venant. Fortun.*
Horosmades, bonus Daemon, Jupiter apud Chaldæos.
Horos, ὅρος, finis, terminus. *termine.*
Horripilatio, horror capillorum.
Hortipilor, horreo, præ horrore pili mihi arripiuntur. *Glos. Philox.*
Horula, parva hora. *oretta.*
Hosanna, salutem affer, vel præsta.
Hospiticida, qui hospitem occidit. *Glos.*
Hubiola, lupulus salisatarius.
Huma, æ, aquilæ genus apud Parsas, singularis, & optimi ominis.
Humanatio, incarnatio. *incarnazione.*
Humano, as, hominem facio.
Humicuba, humi cubans, scortum. *meretrice.*
Humicubatio. *il dormire in terra.*
Humiditas, humor. *umore, umidità.*
Humipes, sponsa dicta, quod rheda non veheretur.
Humipera, humum petens.
Husso, nomen piscis in Danubio sine spinis.
Hyalotheca, ὑαλοθήκη, officina vitrearia. *bottega di vetri.*
Hyalurgica, ars vitrearia.
Hyalurgium, ὑαλεργεῖον, officina vitrearia. *bottega di vetri.*
Hyalurgus, ὑαλεργὸς. *vetraro*, vitrearius.
Hycca, ἵκκης. *pesce.*
Hydor, ὕδωρ. *aqua.*
Hydrelæum, ὑδρέλαιον, oleum aqua mixtum.
Hydrocephale, capitis dolor, cum aqua cutem inflat.
Hydrographia, ὑδρογραφία, aquarum descriptio.
Hydromphalos, ὑδρομφαλὸς, torpidi humoris in umbilico collectio.
Hydromystes, ὑδρομύστης, qui aquæ lustrali in vestibulo templi præfectus introeuntes aspergebat.
Hydrophanta, ὑδροφάντης, qui aquarum scaturigines perquirit. Hinc Hydrophantica ars, quæ in aquis inquirendis versatur, quo vocabulo usus est is, qui de re rustica ad Constantin. Cæs. scripsit.
Hydrophorus, ὑδροφόρος, *port' acqua*, aquarius, aquæ portator.
Hydrophylax, ὑδροφύλαξ, aquæ custos, & aquæductuum.
Hydropotes, ὑδροπότης. *bevitor d'acqua*, aquæ portator.
Hydrorrocele, hydrocele, herniæ species.
Hygrotes, ὑγρότης, humor, lacryma, succus in arboribus.
Hyle, es, ὕλη. *selva*, materia.
Hymnifico. *lodare, cantar inni. Commodian.*
Hymnifonus. *chi canta inni. Paulin. Nolan.*
Hypagogeus, ὑπαγωγεὺς, instrumentum, quo lapides expolliuntur.
Hypatia, ὑπατία, consulatus. *consolato.*
Hypatus, ὕπατος, *console.*
Hypatus, adject. summus, principalis.
Hyperberetæa, ferotina, quæ vix suo tempore adveniunt.
Hyperbereteus, mensis est Octobet apud Macedonas.
Hyperbolice, ὑπερβολικῶς. *con sperbole.*
Hyperbolicus, ὑπερβολικὸς. *iperbolico*, cum hyperbole dict.
Hyparchus, ὕπαρχος. *presidente*, imperator, præfectus, qui aliam supra se poreftatem agnoscit.
Hypeccauma, ὑπέκκαυμα, fomentum.
Hyper, ὑπὲρ. *sopra.*
Hyperbibasmus, figura, cum accentus, vel littera ex una syllaba in aliam transfertur.
Hyperbolos, lapis, qui collo noxiorum aquis mergendorum alligatur, apud Athenienses. *pietra da legar' al collo a chi si affoga.*
Hyperpasidium, locus, pes quem necessario transitur.

Hyperpyron, nummi genus.
Hypertheſis, ὑπέρθεσις, dilatio, procrastinatio, frustratio.
Hypertrimon, tributi genus.
Hypertrimus, tirulus Metropolitani.
Hypobolon, dotis incrementum, vel quod mortuo marito uxori superstiti redditur supra dotem. Hinc hypobolicus, a, um, adject. ut hypobolicum instrumentum.
Hypocleſion, qui Imperatoris partes in ecclesiasticis obibat.
Hypoclunes, carnes sub clunibus. (bat.
Hypodema &
Hypodesis, ὑπόδημα, ὑπόδησις, calceus. *scarpa.*
Hypodiastole, ὑποδιαστολὴ, subdistinctio, interpunctio. *segno di separazione.*
Hypogastrium, aqualiculus. *il basso ventre.*
Hypographe, ὑπογραφὴ, delineatio. *abbozzo.*
Hypostasis, ὑπόστασις, subsistantia, res per se subsistens. Hinc Hypostaticus.
Hypoglottis, ὑπόγλωττις. *sciliguagnolo*, caruncula, qua lingua adhæret inferiori parti oris.
Hypogonatium, ὑπογονάτιον. *cuscino sotto le ginocchia*, quod genibus subsiternebant preces facturi.
Hypomnematicus, ὑπομνηματικὸς, adject. ut hypomnematicus liber ad memoriæ subsidium conscriptus.
Hypopodium, scabellum, quod pedibus supponitur, ὑποπόδιον. *sostopiede.*
Hypopion, ὑπώπιον, oculi morbus, cum pus sub cornea tunica colligitur.
Hypopomi, productores, comites. *compagni.*
Hypophagma, ὑπόφαγμα, sanguinis subter cutem diffusio ex ruptura venæ, vel fustis ictu.
Hypothema, ὑπόθεμα. *base, sostegno*, basis, fultura. *Gloss.*
Hypothetice, ὑποθετικῶς, conditionaliter.
Hypotheticus, ὑποθετικὸς, hypothesim habens, conditionalis. Prologus hypotheticus, qui totius rei argumentum continet.
Hysters, matrix. ¶ Item secundinæ.
Hysterologus, ὑστερολόγος, qui prius dicit, quod posterius est. ¶ Item qui posteriore loco verba facit. *chi parla alla rovescia, o in secondo luogo.*
Hysteros, ὕστερος. *ultimo.*

I

IA, orum, violæ.
Iaculatralis, le, jacturam afferens. *danneso.* Gloss.
Jaculamen, jaculatio, ἀκόντισμα.
Janualius, ad janum pertinens.
Jatronices, medicorum victor. *Bud.*
Iatrus, ἰατρὸς. *medico.*
Iballa, mares habentia.
Iber, animal ex duobus diversæ speciei genitum.
Iberæ, nenia, cantilenæ nutricum ad placandos infantes.
Icanari, milites optimares digniores, qui cohortem habuere.
Icas, ἰκὰς, vicenarius numerus.
Ichthyopola, ἰχθυοπώλης. *pescivendolo.*
Ichthyopolium, ἰχθυοπωλεῖον. *pescheria.* Gloss.
Icium, quasi exitus, nullo remanente.
Iconomus, οἰκονόμος. *economo.*
Icterus, i, ἴκτερος. *itterizia.*
Idiocaballus, proprius equus. *Gloss.*
Idiocratoria, proprius principatus.
Idioma, ἴδίωμα, proprietas, & spaciatim proprietas linguæ, quæ etiam dialectus dicitur. *linguaggio, idioma.*
Idiomelum, ἰδιόμελος, canticum aliscui sesto proprium.
Idiolatricus, ἰδωλολατρικὸς, ad Idolorum cultum pertinens.
Idolomania, ἰδωλομανία, furor circa idola.
Idolopœia, ἰδωλοποιΐα, figura, qua mortui loquentes inducuntur.
Idolothyfia, ἰδωλοθυσία, immolatio, quæ fit idolis. *sacrifizio degl' idoli.*
Jecoralis, ad jecur pertinens. *Gloss.*
Jehova, nomen proprium solius Dei, vox Hebraica.
Igneo, ignitus fio. *infocarsi.*
Ignibulum, thuribulum. *incensiere.* Cath.
Ignominis. *ignobile*, quasi sine nomine.
Ignos, ignotus. *incognito.*
Ileum, i, n. intestinum omnium longissimum quod incipit, ubi jejunum definit.
Iliacus, a, um, ad Ileon intestinum pertinens, ut iliaca passio.
Iliatri, servi vocantes convivas. Rh.
Iliades, contorta lora.
Illatores, qui menstrua introducebant judicia.
Illigamentum, alligatio. *legamento.* Salvian.
Illisfas, ilicet. *Gloss. Isid.*
Illuforium, ii, ludibrium. *scherno.* Gloss.
Illuforius, a, um, ad illudendum pertinens.
Imadus, carmen fæculare.
Imæuna, carmen, quod concinebant aquarum haustores, vel molæ versatores.
Imaginabilis, quem imaginari possumus.
Imarmene, εἱμαρμένη. *destino.*
Imaretum, remplum grandius.
Imarium, ἱμάτιον, peculiare genus vestium fœcularium.
Imbreviator, qui in breves, seu pictacia refert.
Imbreviatura, protocollum. *Scribon.*
Imbrevio, as, in breves, seu pictacia, h. e. commentariolos rerum summas continentes refero.
Imbricamentum, opus imbricatum.
Imbriciosus. *che porta pioggia.*
Imbsumati, qui cibum faltidiunt.
Imbulus, locus ad deambulandum spatiosus, quasi inambulum. *Ver. diction.* & *Isid.*
Immagistratus, in honore positus.
Immasso, as, in massam redigo.
Immensurabilis, qui mensurari non potest. *che non si può misurare.* Salvian.
Immenseratim, sine mensura. *senza misura.* Salvian.
Immobiliter, firme. *Eutrop. l. 3.*
Immoralitius, ad immolationem pertinens.
Immolior, inædifico,
Immoranter, sine mora. Gloss. *senza indugio.*
Immorosus, jejunus. *digiuno. Oref.*
Immutator, qui mutat. *Oref.*
Imparate, adverb. *senza preparazione.*
Imparitas, imparilitas. *disparità.*
Impars, expers. *Gloss. Isid.*
Imperiabilis, imperiosus. *imperioso.*

Impetatus, impetuosus. *impetuoso.*
Impetigosus, impetiginosus. *chi patisce volatiche.*
Impetix, igis, impetigo. *volatica.*
Impigrabilis, impiger. *follecito.* Gloss.
Impilare, cædere, impugnare. *Pap.*
Implagium, rete minus. *picciola rete. Isid. l. 19. orig. c. 19. & Gloss.*
Implanator, impostor, seductor. *ingannatore, mariolo.*
Implano, seduco, fallo. *ingannare.*
Implicate, perplexe. *intricatamente.*
Implicatrix, quæ implicat. *Gloss.*
Implurus, pluvia madefactus. *bagnato di pioggia.*
Impœnitentia. *impenitenza.*
Impopularis, inusitatus. *inusitato.* Pap.
Importatio, actus importandi.
Impræstatio, non præstatio.
Impremia, delinquatio. *Gloss.*
Impridie, pridie. *il giorno avanti.*
Improspicuus, ἀπερίβλεπτος. *Gloss.*
Impurimus, impurissimus. *Gloss.*
Imputo, as, impurum facio. *Gloss.*
Inaccusabilis, qui accusari non potest. *Gloss.*
Inantea, deinceps, posthac. *per l'avvenire.*
Inateres, εἰνάτηρες, quæ duobus, vel pluribus nupserunt fratribus.
Inabbreviare, in breve deducere. *abbreviare.*
Incanigenia, primigenia. *Pap.*
Incapito, incœpto. *principiare.* Gloss.
Incarduum, palmæ medulla.
Incarnatio. *incarnazione.*
Incastus, non castus. *impuro.* Gloss.
Incertitudo, res incerta. *incertezza.*
Incippat, includit, indidit. *Gloss. Isid.*
Incitamen, incitamentum. *incitamento.*
Incitabilis. *incitabile.*
Inclusia, genus tunicæ interioris. *camicia, e sottana.*
Incognoscibilis, qui oognosci non potest.
Incoinquinatus. *non imbrattato.*
Incolor, decolor. *scolorito.* Gloss.
Incoloro, as. *incolorire.*
Incommunicabilis, ἀκοινώνητος, *incomunicabile*, non communicandus.
Incompactus, ἐσάρμοστος, male compositus. *mal composto, mal unito.*
Incomperendino, dilato. *prolungare.* Gloss.
Incompos, ἀδύναμος, impotens. *impotente.* Pap.
Inconditus, non conditus, ἀνάβρεστος. *non condito.*
Inconfusibilis, qui non confunditur, *che non si confonde.*
Inconscientia, ἀπειρία, inscientia. *ignoranza.* Gloss.
Inconsutilis, ἄῤῥαφος, non consutus, vel paucis suturis unitus.
Incontaminabiliter, ἀδιαπτώτως, incorrupte. *incorrottamente.*
Incrassatus, πάχυσάρκος, fraginatus. *ingrassato.*
Incrementor, cresco. *crescere.*
Increpator, ὁ ἐπιπλήττων, objurgator. *riprendere.* Gloss.
Incrocari, croco aspergi. *esser aspersо di zafferano.*
Incubinam pro *concubinam* dixit antiquitas.
Incudo, is, ἐμπόλω, cudendo imprimo. *stampare, o coniare.*
Inculpo, αἰτιάομαι, accuso. *incolpare.*
Incunctans, non cunctans. *presto.* Paulin. Petrocor. l. 5. v. 132.
Incurabilis, ἀνήκεστος. *incurabile.*
Indespere, acquirere, invadere. *acquistare.*
Indefinens, non desinens. *che continua.* Gloss.
Indisciplinatus, &
Indisciplinosus, disciplina carens. *senza disciplina, indisciplinato.*
Indissociabiliter, indissolubiliter. *indissolubilmente.*
Individue, indivisibiliter. *indivisibilmente.*
Indormis, insomnis. *senza sonno, vigilante.*
Indubiæ, indumenta. *vestimenti.* Gloss. Isid.
Inductilicius, ἐπαγωγός, qui inducitur, *chi viene indotto.* Gloss.
Induleoro, as, indulco. *indolcire.*
Induforus, *fenare*, quasi in foro versans.
Indumina, indumenta. *vestimenti.* Pap.
Induratio, indurandi actio. *indurazione.*
Indurator, qui indurat. *chi rende duro.* Gloss.
Indureo, induresco. *indurarsi.*
Industriare, docere. *insegnare.* Gloss. Isid.
Indystria, industria. *industria.*
Inedax, qui non edit, vel qui non est edax. *non molto mangione.* Gloss.
Inemendatus. *non emendato.*
Ineruditio, eruditionis carentia. *privazione d'erudizione.* Gloss.
Ineßis, iners. *pigro.* Gloss. Isid.
Inexpiabiliter. *inespiabilmente.*
Inexpiatus. *non purgato.*
Infallibilis. *infallibile.*
Infatigabiliter. *infaticabilmente.*
Infectorium, officina tinctoris. *bottega di tintore.* Gloss.
Infenditor, defensor. *difensore.* Gloss. Philox.
Inferilia, χθονίοι, infernæ loca. *luoghi di sotto.* Gloss.
Infertor, qui infercit. ¶ Item qui infert. *chi porta.*
Infertum vinum. Lege *inferium*, & V. in Calepino.
Infestumino, mare latrocinando infesto. *fare il corsale.*
Infibulatio. *affibbiamento.*
Infidibulum, vas anguſtioris oris, ut urceus, quo humor, aut vinum infundatur.
Infiduciare, oppignerare. *impegnare.* Gloss. Isid.
Infiscor, fisco regio applicor. *esser confiscato.*
Informaceus, formarius paries, qui duabus tabulis circumdatis, tamquam in formam infercitur.
Infortiatum, titulus tomi secundi Digestorum. *V. Alcias.*
Infortuno, as, infortunatum facio. *rendere miserabile.* Gloss.
Infrendes, pueri sine dentibus, qui frendere non possunt.
Infrontare, impudenter. *sfacciatamente.*
Infullonicatus, impolitus. ροῦχο. Gloss.
Infusorium, vas, in quo est oleum, quod ponitur in lucernis.
Infuso, as, fuso involvo. *infusare.*
Ingeniculario, actus ingeniculandi. *inginocchiazione.*
Ingrano, grana in horreum ingero. *pestar' il grano in granajo.* Gloss.
Ingravido. *ingravidare.* Paulin.
Ingrufa, ficus veneno infecta. *fico avvelenato.*
Inhæredito, hæreditatem capio. *ereditare.*
Inharundulario, collectio aruendinum. *raccolta di canne.*
Inhibæ aves infaustæ, adversæ, quæ inhibent. *uccelli infausti.*

Inhibitor, exactor, quasi inhibens lites. *Cath.*
Inhonores, idem ac honores. *onori.*
Initiæ, liguläe, quæ annectuntur ante pectus.
Initiatrix, icis, fœm. ab initiator. *Salvian.*
Innaturalis. *non naturale.*
Innox, ocis, innocens. *innocente.* Gloss.
Innovator, qui innovat. *chi fa cose nuove.* Gloss.
Inobedientia. *disubbidienza.*
Inobedio. *disubbidire.*
Inradiat, denigrat. *annerisce.* Gloss.
Insanctus, non sanctus. *non santo.* Gloss.
Insanabiliter. *insanabilmente.*
Insapiens, insipiens. *sciocco.* Gloss.
Inscensor, miles classiarius, qui navem inscendit.
Inscindo, scindo. *tagliare.* Pet. Chrysolog.
Insecus, prope. *appresso.* Gloss.
Insedabilis, qui sedari non potest.
Insemicatio, locus invius. *luogo non praticato.* Gloss.
Insenescibilis, senectutis expers. *chi non invecchia.*
Insensatus. *insensato.*
Insepelibilis. *insepolto.*
Insertitius, insertus. *inserito.* Gloss.
Insiciale, jus ex inficiis. *guazzetto.* Gloss.
Insico, inseco. *tagliare.*
Insignitas, nobilitas. *nobiltà.*
Insobria, Insubria.
Insplendesco, splendeo. *risplendere.* Gloss.
Institrix, ancilla, quæ pro domina negotiatur. *fattora.*
Instramentum, quod instruitur.
Instricatus, vulneratus. *ferito.* Gloss.
Insusus, non suasus. *non persuaso.* Gloss.
Insulo, as, in insulam convertor. *divenir isola.* V. Insulatus in Calepino.
Insultus, us. *insulto.*
Insummo, as, perficio. *perfezionare.* Onomast.
Intectamentum, σκέπασμα, τέγης. *coprimento di casa.* Glos.
Intartizare, pervertere. *Pap.*
Intellones, folles lucernarum. *Isid. Gloss.*
Intentatilis, qui tentari nequit. *che non può tentarsi. Gloss. gr. lat.*
Intentator, qui tentat. *tentatore.*
Interamnia, chorda. *corda. Isid. Gloss.*
Intercilium, spatium inter cilia sine pilis. *Isid. l. 11. c. 1.*
Interciere, sequestrem esse. ¶ Item apud sequestrem deponere.
Intercisimen, intercisio. *taglimento per mezzo.*
Intercutaneus, intercus. *tra carne, e pelle.*
Interdiarius, qui interdiu furatur. *chi ruba di giorno. Glos.*
Interdictorius, qui ad interdicendum pertinet. *Salvian.*
Interfines, interjecti fines. *termini posti di mezzo. Gloss.*
Interfinium, inter fines positum, interfepimentum narium.
Intergeries. *parete di mezzo. Gloss.*
Interlocutoria sententia dicitur, quæ non definit controversia, sed aliquid obiter ad causam pertinens decernit.
Intermetium, spatium inter metas. *spazio tra le mete.*
Intermisse, sine intermissione. *continuamente.*
Internecida, qui falsum testimonium fecit, & ob id hominem occidit. *Isid. l. 10.*
Internecies, internecio. *uccisione, strage. Isid.*
Internoctatio, pervigilium, excubiæ, pernoctatio. *lunga veglia. Gloss.*
Interpedo, as, eo, ambulo. *camminare.*
Interpendium, cum lanx una non magis propendet altera. *Gloss.*
Interpola, æ, m. i. qui interpolat. *chi rappezza, rigattiero.*
Interpolio, interpolo. *rappezzare.*
Interpræmium, & interpretium, quod ultra pretium accipitur. *il sopra più della prima compra.*
Interpretatiuncula. *piccola interpretazione.*
Interrasor, qui interradit. *Gloss.*
Interrogamentum, interrogatio. *interrogazione. Gloss.*
Interruptor, qui interrumpit. *interruttore.*
Interscpia, sepimentum. *pramezzo. Onomast.*
Interscpimentum, interscpia. *tramezzo. Gloss.*
Interseptum. *tramezzo. Gloss.*
Interstignum, locus inter duo signa. *luogo tra due segni.*
Intertexo, is, *tessere in mezzo.*
Intertius, sequester tertius, quem duo sequuntur.
Interturria, loca inter turres. *cortine.*
Inthronizo, as, in throno colloco. *collocare sul trono. Vet. Dictionar.*
Intolerabilitas, intolerantia. *intolleranza. Gloss.*
Intomata, jumentorum tubera. *coglioni. Onom.*
Intortitium, funale. *torcione.*
Intoxico, venenum exhibeo. *attossicare, avvelenare.*
Intrarius. *intimo, intrinseco.*
Intrinsece. *intrinsecamente.*
Intripola vestis, eadem ac interpolis. *veste rifatta. Isid. l. 19. c. 22.*
Introitorius, ad introitum pertinens. *che appartiene all' entrata.*
Investitura, introductio in possessionem. *collocazione nel possesso.*
Invide, invidiose. *con invidia.*
Invidiola. *invidietta.* Sipontin.
Invilito, vilem reddo. *avvilire.* Gloss.
Invisco, as, visco inficio. *invischiare.*
Involator, fur. *ladro.*
Involumen, &
Involumentum, involutio. *involuppo, involglio.*
Jocista, qui verbis jocatur. *burlone.* Gloss. Isid.
Joculax, jocosus. *ridicolo, scherzatore.* Gloss.
Jogavium, caprivitas, fervitus. *schiavitù.*
Jogsaccharum, saccharum aqua rosacea conditum.
Josum, & Josum, deorsum. *di sotto.*
Ipes, vermiculi in viribus nascentes, convolvuli.
Ipnocaulia, ἱπνοκαύσης. *fornaro.* Gloss.
Irenica, εἰρηνικά, preces pro pace. *preghiere per ottenere la pace.*
Iresione, ἱρσιόλον, ramus lana velatus, & habens omnigenos terræ fructus dependentes, ante januas ædium suspensus in honorem Apollinis, ad famem arcendam.
Irmus, hymnus, qui ante troparium concinebatur, ira dictus, quod reliquorum, quæ canerentur, consequentia ab eo dúcerentur. *Lex. gr.*
Ineum, placentæ genus ab irnea dictum.
Ironicus, εἰρωνικός, ad ironiam pertinens.
Irregularis, qui est sine regula. *senza regola.*

Irrisibilis, irridendus. *degno di riso.*
Irritatrix, quæ provocat. *instigatrice.*
Irrugio, is, valde rugio. *ruggir molto.*
Irrumpibilis, qui rumpi non potest. *che non può romperſi.* Gloss.
Isagogicon, εἰσαγωγικόν. *introduzione.*
Isangelia, ἰσάγγελία, nuncium conforme. *avviso simile.* ¶ Item judicium, & accusatio proditorum, & quorum crimina legibus non continentur.
Isangelus, ἰσάγγελος, Angelis par. *uguale agli Angeli.*
Isca, medulla nucis, quæ in ligno ipso continetur.
Ischas, ἰσχάς, ficus arida. *fico secco.*
Ischæmata, ἰσχαίματα, sanguinem attenuantia, aut supprimentia.
Ischæmus, ἴσχαιμος, vim habens sistendi sanguinem. *che stagna il sangue.*
Ischnophonia, ἰσχνοφωνία, linguæ hæsitatio, vocis exilitas. *stitanza di lingua.*
Iscophoricos, saltatio in honorem Bacchi.
Ischuria, ἰσχουρία, urinæ suppressio ex morbo. *soppressione d' orina.*
Iscola. *scuola.*
Iselasia, ἰσέλασις, ingressus. *entrata.*
Isemerinos, ἰσημερινός, æquinoctialis, æquidialis, circulus in sphæra.
Isis, emplastrum conferens in atra bili.
Isoces, piscis, ex quo primum isicia facta. *Isid.*
Isodos, ἴσοδος, introitus. *ingresso.*
Isonomia, ἰσονομία, æqualis distributio, æqualitas juris.
Isopolitia, ἰσοπολιτεία, cómunis reipublicæ gerendæ cura.
Isosceles, ἰσοσκελὲς σχῆμα, figura trianguli duos tantum angulos æquales habens.
Isostates, ἰσοστάτης, æqualitatis recognitor.
Isox, piscis genus.
Istre, recte. *rettamente.* Gloss. Isid.
Italiota, peregrinus in Italia morans.
Itinero, as. *far viaggio.*
Ithymbus, ἴθυμβος, saltatio in honorem Bacchi.
Jubilatus, us, clamor rusticorum. *giubilo.*
Jububa, herba.
Jucundo, as, jucunditate afficio. *rallegrare.*
Judicatorium, locus, ubi judicatur. *luogo dove si giudica.* Gloss.
Jugulator, qui jugulat. *scannatore.* Gloss. & Salvian.
Julea, fistilia. *Gloss. Isid.*
Jumentarium, locus, ubi stant jumenta. *luogo dove si fermano i giumenti.* Gloss.
Juncata, lac concretum, & juneo involutum. *giuncata.*
Junctor, qui mulos jungit ad rhedam.
Jungula, jungla, seu jugla, habenæ jugales.
Junis, juvenis, per syncop. *giovane.*
Junus, animal quoddam quadrupes.
Juraticus, scholasticus, legis peritus. *dottore.* Gloss. Isid.
Jusella, jusculum, *minestrina, intingoletto.* gloss.
Jusellarius, qui jusculum facit. *cuoco.* gloss.
Jusso, ferve jubeo. *comandare con severità.*
Jussor, qui jubet. *chi comanda.*
Justidium, dies, quo jus dicitur. *giorno, in cui si rende ragione.* Gloss.
Justificatio. *giustificazione, Vox Theol.*
Jusum, deorsum. *in giù.*
Juxto, as, appropinquo. *avvicinarsi.*
Ixiæ, varices, cum languis in curum venis dilatatur.
Ixion, avis ex vulturum genere.
Ixus, viscum, quo aves capiuntur. *vischio.*
Iyxta, juxta, *appresso.*
Izone, vestis satyrica, *veste da satiro.*

K

KAii, margines, seu crepidines molium, quibus flumina obsecantur. ¶ Item cancelli.
Kyrie eleison, Domine miserere.
Kupti, Ægyptii Christiani.

L

LAberna, ferramentum latronum, vel furum. ¶ Item latro, aut qui filios alienos seducit. ¶ Item gladiator. *Gloss. Isid.*
Labilitas. *sdrucciolevolezza.* Sarisberiens.
Labiolum, parvum labium. *labretto.*
Laboratorium, locus destinatus operibus chymicis.
Labronium, species lari poculi.
Labsilis, labilis. *sdrucciolevole.* Gloss.
Labyzus, gummi genus odoratissimum.
Lacatissmus, laqueus, decipula. *laccio,* Isid. Gloss.
Lacea, res quædam rubea, quæ tenuibus lignorum furculis inhæret, sapore non ingrato.
Laccarius, qui puteos, aut fossas effodit. *cava pozzi. Gloss.*
Laccus, puteus, lacus, cisterna. *pozzo.*
Lacebra, illecebra. *accarezzamento. Adelhelm.*
Lachanopola, λαχανοπώλης, olerum venditor. *chi vende ortaglia.*
Lachanopolium, λαχανοπωλεῖον, forum olitorium. *piazza dell'erbaglia.*
Laciniata vestis, vestis sinuosa. *veste piena di falde.*
Laconice, λακωνικῶς, breviter more Laconum.
Lactanum, potio ex lacte. *lattata.* Isid.
Lactena, malleum. *martello. Gloss. Isid.*
Lacticularius, & Lacticulosus, qui lac non habet, aut parum. *che ha poco latte. Gloss.*
Lactidiaci, qui circa umbilicum calce percussi sunt.
Lactiphagus, lac edens, *mangia latte,*
Lactosus, lacteus, vel lacte plenus. *pieno di latte.*
Lactumen, pustulæ in capite puerorum nascentes, quasi lactis impuritas. *lattime.*
Lacturius, porcellus lactens, nondum ablactatus.
Laculata vestis, quæ lacus quadratos quosdam cum picura habet intextos, aut additos acu.
Lacunula, parva lacuna. *picciolo stagno.*
Læmargia, λαιμαργία, golositas, voracitas. *golosità.*
Læmargus, λαίμαργος, gulosus, vorax. *goloso.*
Læmsuchaton, λαιμσυχάτον, præmium gladiatoribus datum ob adversarii jugulationem. *premio de' gladiatori.*
Lagarus, laxus, subinanis. *vuoto.*
Laitus, sinus, gremium. *grembo.*
Lalage, λαλαγή, clamor, vociferatio. *schiamazzo.*
Lalangia, & lalangula, crustula. *crostа. Gloss.*
Lambdoides, futura cranii, a figura Λ sic dicta.
Lamentator, qui lamentatur. *chi si lamenta. Gloss.*
Lamentatrix. *che si lamenta.* Scriban. de Pass. Dom. c. 10.

Lampadaphoria, λαμπαδαφορία, lampadis gestatio. *portamento di lampade.* ¶ Item lusus quidam Atheniensium, de quo vide Lampas in *Calepino.*
Lampium, pulpitum, analogium. *leggio. Isid. Gloss.*
Lamprotera, λαμπροτέρα, saltationis genus.
Landgravii, regionum, aut limitum comites.
Landula, alauda. *allodola.*
Languitudo, & Languitas. *languidezza.*
Laniator, lanius. *beccajo. Gloss.*
Laniatorium, laniena. *beccaria.*
Lanicus, laneus. *di lana.*
Lanilutor, qui lanam lavat, fullo. *lava lane.* Gloss.
Lanipendens. *mercante di lana.*
Lanium, laniena. *beccaria.*
Lano, as, lanam produco. *produr lana.*
Laoplanus, λαόπλανος, dæmon popularis, impostor. *calunniatore.*
Laparæas, vestis Principum Constantinopolitanorum.
Lapicidinarius, lapicida. *scarpellino.* Gloss.
Lapidicæsor. *scarpellino.*
Laquco, as, illaqueo. *allacciare.*
Larcus, vas vimineum, in quo feruntur carbones. *corba del carbone.*
Lardarium, locus, ubi lardum servatur. *lardelliera.* Alii exponunt particulas lardi a coquis in carnes immissas.
Laricinus, qui est ex larice. *di larice.*
Larna, rotarium. *rofajo.* Gloss. Isid.
Larus, folica, avis quædam aquatica.
Laryux, yngis, gula, guttur, vel ostium asperæ arteriæ. *gola.*
Lascia, tractus lanæ. *Greg. Turon.*
Lasecculi, placentulæ. *focaccie, pozzo. porta.*
Lallia, mappa villos habens. *manipolo, salvietta.*
Lassicius, mus. *sorcio.*
Lassico, lassus sum. *essere stanco.*
Latebro, as, abscondo. *nascondere.*
Laterani, fatellites, qui Principis latus servant. *soldati di guardia del Principe.*
Lateratim, ex utroque latere. *dall' uno, e l' altro lato.*
Latifico, as, latum facio. *allargare.* Gloss.
Latiloquens, qui magna loquitur. *che parla di gran cose.*
Lato, as. *allargare, dilatare.*
Latomus, λατόμος, lapicida. *scarpellino.*
Latria, λατρεία, servitus, cultus, religionis obsequium.
Laudamentum, arbitrium, judicium, consilium. *arbitrio.* Cujac.
Lauddignus, laude dignus. *degno di lode.* Gloss.
Laudifico, laudo. *lodare.* Gloss.
Laudum, sententia, arbitrium. ¶ Item transactio.
Lauduæ, Ecclesiastica vasa. *vasi di Chiesa.* Pap.
Laureo, as, corono. *coronare.* Petr. Chrysol. & Sarisber.
Lauticas, lautitia. *delicatezza, magnificenza in cibi, e abiti.* Gloss.
Lautule, diminut. a laute. *alquanto lautamente.*
Lautulus, diminut. a laurus. *a quanto lauro.*
Lauxanum, animal, quoddam quadrupes.
Lazaroma, vestis mortualis. *veste da morto.*
Lazaros, homo recens mortuus. *nomo morto di fresco.*
Lazulus, lapis opacus, sapphiri colore, aureis punctulis exornatus.
Lazurion, color cæruleus. *azzurro.*
Lebetis, serpentis exuvium. *spoglia di serpente.*
Lebia, λεβίας, piscis. *pesce.*
Lecanomantia, λεκανομαντεία, divinatio per pelvim.
Lecanomanticus, λεκανομαντικός, ad lecanomantiam pertinens.
Lecanomantis, λεκανομάντις, qui per pelves divinat.
Leccator, gulosus. *goloso, leccone.* ¶ Item mediator. *mezzano.* Isid. Gloss.
Lecithus, λήκιθος, vitelus. *rosso dell'uovo.* ¶ Item pisum.
Lecithopola, λεκιθοπώλης, ovorum venditor vel pisorum. *chi vende uova.*
Lecithopolis, λεκιθοπώλις, ovorum venditrix.
Lectarius, qui lectos facit. *chi fa letti.*
Lectionarium. *messale,* liber sacrarum lectionum.
Lectisitium, stario lecti. *Gloss. Isid.*
Lectrum, & legium, pulpitum, in quo legitur. *pulpito.*
Ledarium, tunica æstiva. *roncca da estate.*
Ledo, onis, maris æstuatio. *bollimento del mare.*
Legumінarius, qui legumina vendit. *chi vende legumi.* Gloss.
Lemosus, qui lema laborat.
Leithund, canis ductor, Germanica vox.
Lenæon, λωναῖον, Januarius. *Gennaro.*
Lenobates, λωβάτης, qui uvas in torculari calcat. *chi calca l'uve.*
Lenticularia, cella, ubi lenticulæ reconduntur. *luogo dove si ripongono le lenticchie.*
Lention, linteum. *lenzuolo.* ¶ Item cingulum sacerdotale. *cinto sacerdotale.*
Lentitas, lentitudo. *lentezza.*
Lepadnum, lorum latum, quo collum equi ad jugum religatur.
Lepidiras, lepor. *lepidezza.*
Leptocarya, λεπτοκάρυα, avellanæ. *nocciole.*
Leptoludia, ficus pullæ. *fichi neri.*
Lesta, machinæ bellicæ genus.
Lethargici, cranes tacite mordentes.
Lethificus, lethifer. *mortale.*
Leuce, λεύκη, populus alba. *pioppo bianco.*
Leucicus, piscis e mugilum fluvialium genere.
Leucochalcos, λευκόχαλκος, aurichalcum. *otone.*
Leucoma, λεύκωμα, album oculi. ¶ Item album ovi. *chiaro dell'uovo.* ¶ Item tabula illa, in qua judicum descripta erant nomina, & in qua singulorum annorum acta literis mandabantur a Pontifice Maximo.
Leucomænides, λευκομανίδες, exigui pisciculi. *pesciolini.*
Leucon, λεύκον, album. *bianco.*
Leuconotus, λευκόνοτος, ventus, idem ac Libonotus, quasi albus Notus. *Ostro Garbino.*
Leucoparyphos, λευκοπάρυφος, candidis, & nullo colore tinctis vestibus indutus.
Leucopygi, λευκόπυγοι, qui candidis sunt naribus.
Leviathan, balæna, magnus draco. ¶ Item Dæmon.
Leudis, is, vasallus, subditus. *vassallo.*
Leviga, instrumentum ad levigandum.
Levio, leve facio. *alleggerire.* Cath.
Levificio, leve facio. *alleggerire.* Gloss.
Levificatum, potionis genus.
Leunculus, parvus leo. *leoncello.*

Lexicon, λεξικόν, vocabularium, dictionarium. *lessico, dizionario.*
Liæ, foramina, quæ in summo mali recipiunt funes.
Libatorium, crater, quo funditur libamen in sacris.
Libellarius, qui libellos defert.
Libellatici dicuntur, qui idolis non quidem sacrificarunt, sed nomina per libellos dedere. *Cyprian. l. 4. ep. 2.*
Libeum, vasculum in sacris, quo oleum effundebatur.
Libitudo, libido, libitum. *volontà.*
Librion, infigne. *livrea.*
Licentiatus, in studiis emeritus. *licenziato.*
Lichas, λίχας, palmus, h. e. interstitium inter pollicem, & indicem extensos.
Liciatorium, lignum, ubi licia involvuntur. *subio.*
Licini, candelæ. *lucignoli.*
Licite. *lecitamente.* Otofius.
Licius, negotiator. *negoziante,* a verbo *licor.*
Lida, linea, Antiquum, & obsoletum verbum.
Ligius, vassallus, subditus. *vassallo, ligio.*
Lignarium, lignaria cella. *legnajo.*
Lignesco, is, in ligni duritiem concrelco.
Lignile, lignarium. *legnajo.*
Ligurius, gulosus, carillo, nepos. *goloso, leccone.* Gloss.
Lilialis, iridis quædam species, a similitudine lilii. *giglio, arcurro.*
Liliastrum, planta lilio similis. *gigliastro.*
Limator, qui lima polit. *limatore.* Cyrill. gloss.
Limatura, scobs. *limatura.* Gloss.
Limbellus, parvus limbus. *picciolo orlo.*
Limbulus. *picciolo orlo.*
Limentum, idem ac limes. *limite.*
Limen, enis, λιμήν, portus. *porto.*
Limenophylax, λιμενοφύλαξ, custos portus. *guardiano del porto.*
Liminum, servitium mortiferum, captivitas. *schiavitù.*
Limne, λίμνη, stagnum, lacus. *palude.*
Limnificus, nota critica in censendis auctoribus. ¶ Item virgula inter geminos punctos jacens. *Isid. l. 1. c. 20.*
Linctor, qui lingit. *chi lecca.* Gloss.
Linostima palla, linteum ad lævam Sacerdotis, ad tergendum. *manipolo.*
Linteator, lini textor.
Lipopsychia, & lipothymia, λιποψυχία, λιποθυμία, animi deliquium. *svenimento.*
Lipsana, λείψανα, reliquiæ. *rimasugli.*
Liquaminarius, qui liquamen vendit.
Liquasco, liquesco. *liquefarsi.*
Liquatum, i, liquamen.
Lista, linea, ora, limbus.
Lithiasis, λιθίασις, calculi generatio in vesica. ¶ Item album tuberculum in palpebris.
Lithoglyphus, λιθόγλυφος, sculptor lapidum.
Lithotomia, λιθοτομία, lapicidina. *cava di pietre.*
Lithos, λίθος, lapis. *pietra.*
Lithurgus, λιθουργός, lapidarius. *chi lavora pietre.*
Litigatio, litis agitatio. *litigio.* Gloss.
Litotes, λιτότης, frugalitas. *tenuità.*
Liturgia, λειτουργία, munus publicum, functio muneris Ecclesiastici.
Liturgus, λειτουργός, minister facer publicus.
Liturgicus, λειτουργικός, ministratorius.
Litus, homo dedititius, qui ingenuitatem suam mancipavit.
Livia, columba agrestis, colore livido. *colomba selvaggia, gazza.*
Livum, rectorium.
Lixus, elixus. *lesso.*
Lixiones, aquarum portitores. *Isid. Gloss.* Al. leg. partitores. *i porta a qua.*
Lobus, infima pars auris. ¶ Item partes extremæ hepatis. ¶ Item lupus, apud *Hispan.*
Lœmoces, λοιμώδης, pestilens. *pestilente.*
Locatarius. *chi prende ad affitto.*
Logaritaſæ, qui publicos redditus tractabant.
Logarithmus, λογαριθμός, genus numeri. V. *Casp. Schott. curs. Mathem.*
Logemporus, qui præter verba nihil affert.
Logitterium, locus in quo exercitus recenseatur, & militi stipendium datur.
Logistice, λογιστική, ars supputandi. *abbaco.*
Logium, λόγιον, oraculum, præsertim soluta oratione editum. ¶ Item locus judicii. ¶ Item collectio.
Logodædalus, λογοδαίδαλος, orator versutus, qui inania verborum ornamenta fectatur. *cianciatore ingegnoso.*
Logopœus, λογοποιός, qui falsa comminiscitur, mythologus. *chi inventa favole.*
Logodipnum, λογοδείπνον, cœna verbis condita.
Logotheta, λογοθέτης, qui rationem ponit.
Lolieleo, in lolium degenero. *degenerare in loglio.*
Lolietum, locus lolio consitus. *luogo pieno di loglio.*
Loma, λόμα, parvula fimbria, aut limbus.
Lomentarius, qui lomentum conficit. *Gloss.*
Lonche, λόγχη, cultri genus, quod adhibetur in liturgiis.
Longanimis. *paziente.* Isid.
Longanimitas. *pazienza d' animo, sofferanza.*
Longanimitet, patienter. *con pazienza.*
Longiturnitas, diuturnitas. *lunghezza.*
Longiturnus, longinquus, diuturnus. *lungo.*
Loquacito, as, multum loquor. *parlar molto.*
Lordolis, λορδωτός, incurvatio in anteriorem partem, cum quis capite prono est, vitiata dorsi spina.
Loricifer, qui loricam fert. *chi porta la panciera.* Gloss.
Lorax, mendicus. *povero.*
Loriolentus, lotio fœdatus. *sporcato con orina.*
Lotrix, quæ lavat. *lavandaja.*
Lucernarius, qui lucernam fert, vel facit. *lucernajo.*
Lucido, as, lucidum facio, illustro. *far risplendere.*
Lucifico. *far risplendere.*
Lucigena, e luce natus. *generato di luce.*
Lucinium, myxus lucernæ. *lucignolo.*
Luco, as, sylvam cædo. *tagliare una selva.*
Luctitor, aris. *lottare spesso.*
Lucubrum, quidquid ex arida materia est ad ignem concipiendum, ut sulfurata. *Isid.*
Lucuci, lucorum custodes. *guardiani di boschi.*
Luculles, lancea lata.
Ludtarius, ad ludum pertinens.
Ludices, meretrices. *meretrici.* Isid. Gloss.
Ludotrophus, lanista. *maestro di scherma,* quasi ludum alens gladiatorium.

Luecula, parva lues. *picciola peste.*
Lumbarda, bombarda. *artiglieria.*
Lumbare, is, regumentum lumborum. *braga.*
Lunifla, Lunæ peritus. *pratico della luna.*
Lunus, cinctus, quem publice habent servi.
Lupinetum, locus, ubi lupini seruntur. *lupinajo.*
Lupanarius, lupanaris dominus. *padrone del bordello.*
Luparius. *cacciatore di lupi.* Paulus ex Serv.
Lupio, lege *lippio.*
Lurcinor, lurcor. *trangugiare.*
Luscitus, myops. *chi ha corta vista, e cattiva.*
Lusculus. *alquanto losco.*
Lustrabilis, περίβλεπτος, spectabilis. *Gloss.*
Lustrica, aspergillum. *aspergolo.*
Lustrus, frater mariti. *fratello del marito.* Gloss.
Luter, λυτήρ, vas ad lavandum aptum, pelvis.
Lutium, lotium. *orina.*
Lutor, qui infolat. *chi mette al sole.* Gloss.
Luttrares, balnearii.
Luxatio, onis, morio extra locum. *slogamento.*
Lycanthropia, λυκανθρωπία, rabies lupina, melancholiæ genus. *malinconia.*
Lycanthropus, λυκάνθρωπος, qui lycanthropia laborat. *malinconico.*
Lyce, lux prima solem præcedens.
Lychnidium, λυχνίδιον, lucernula. *lucernetta.*
Lychnæus, λυχναῖος, lapis pellucidus.
Lychnaptes, λυχνάπτης, qui lucernam accendit. *che accende la lucerna.*
Lychnia, λυχνία, diopira ad lychni modum suspensa. *canocchiale.*
Lychnicum, vespertinum tempus, quo lucernæ accenduntur.
Lychnium, λυχνεῖον, candelabrum. *candeliero.*
Lycoctonon, λυκοκτόνον, genus aconiti lupos occidentis. *erba, che uccide i lupi.*
Lycopantheros, λυκοπάνθηρος, animal lupum, & pantheram referens. *animale simile al lupo, ed alla pantera.*
Lycophilia, λυκοφιλία, lupina amicitia. *amicizia finta.*
Lycophili, λυκόφιλοι, suspecti amici. *amici sospetti.*
Lycopodes, λυκόποδες, tyrannorum satellites. *Sgherri di tiranni.*
